

14
4 G
3

DE MONARCHIA SECVLARI CHRISTIANA:

DEQVE SACRO EIVS CVM ECCLESIASTICA MONARCHIA FOEDERE, BENEDICTA Christianæ Charitatis vnione sanctificato.

Authore MICHAELE MAVCLERO Parisino, Doctore Sorbonico.

TOMVS SECVNDVS.







LVTETIAE PARISIORVM.
Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY, viâ Iacobæâ, sub Ciconiis.

M. DC. XXII.

CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISS.

DE
MONARCHIA
SECVLARI
CHRISTIANA:

DEQVE SACRO EIVS CVM ECCLESIASTICA MONARCHIA FOEDERE, BENEDICTA Christianæ Charitatis vnione sanctificato.

Authore MICHAELE MAVCLERO Parisino, Doctore Sorbonico.

TOMVS SECVNDVS.







LVTETIAE PARISIORVM.
Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY, viâ Iacobæâ, sub Ciconiis.

M. DC. XXII.

CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISS.

INDEX TOMI SECVNDI IN DVAS PARTES POSTREMAS DISTRIBVTI.

TERTIA Pars in octo partita Libros de Monarchia seculari Christiana disserit.

Quarta, & vltima Pars, in nouem diuisa Libros, absoluitur: in qua de sancta, & amica inter se Ecclesiasticæ, & secularis Christianæ Monarchiæ coniuratione, concordia, honoreque reciproco agitur: simul temporalis, & æterna ab hac amica, sanctaque concordia, & honore mutuo profecta felicitas: sicut contrà calamitates, miseriæque à dissidio hanc sanctissimam concordiam dissoluente scaturientes, copiosè narrantur.



DE MONARCHIA SECVLARI CHRISTIANA.

PARS TERTIA OCTO DISTINCTA LIBRIS.

LIBER PRIMVS.

DE MONARCHIA SECVLARI Christiana in genere, incipiente à Constantino magno, tractat. Deinde mirabilia narrat, quæ sub principis illius imperio Deus pro suæ religionis exaltatione, ecclesiæque triumpho, post tot diras filiorum suorum trucidationes martyriaque gloriosa fecit. Postremo Imperatorum aliorumque principum Christianorum principatum diuturnum atque felicem in fide, pietate, charitateque Christiana fundatum esse demonstrat.

CAPVT PRIMVM.

Auctor suam suscepti de Monarchia seculari Christiana operis, rationem intentionemque declarat: qua præmissa quomodo hæc Monarchia à Deo procedere dicatur, breuiter exponit.



AD FASTIOIVM perductis extremum, finemque suum duabus operis instituti que nostri per Dei gratiam misericordiamque partibus, tertiam nunc quæ de Monarchia seculari Christiana est, Christi Domini tecti miserationibus aggredi molimur. De qua tractare sic tanquam Theologus instituo: vt non alius præcipuè laborum meorum finis quàm salus principum, populorumque fidelium sempiterna quæratur. Contra impios illos

Breuis dicendorum in hac 3. parte narratio.

A Monarchomachos, hæreticos, schismaticos, Machiauelistas, ceterosque eiusdem fœditatis & improbitatis libertinos, in nullius religionis verba iurantes: qui suis impiis salutem principum populorumque catholicorum dogmatibus labefactare atque conuellere machinantur. De his autem principum illorum virtutibus, ad Monarchiæ secularis splendorem prosperitatemque pertinentibus disputationem instituere mihi propono: non quibus populorum mundi domitores pro ambitione, furiosaque aliena rapiendi libidine pugna-

B uerunt: sed quibus ipsi Christiani principes pro veritate Catholica, Christique regno fœliciter, quia religiosè dimicarunt. Non quibus Cæsares, Augusti, aliique infideles Romani duces exercitus, & imperatores hostium subactorum sanguine cruentati arces pompa gestientes inani Capitolinas ascenderunt: sed quibus illi piè vincendo de cunctis Dei, Ecclesiæque sanctæ perduellibus, de vitiis, hæresibus, schismaticis erroribus, morum corruptionibus, & aliis animarum monstris, Christianæ reipub. pestibus triumphan-

A tes ad æterna cœlestis gloriæ tabernacula laureati peruenerunt.

Neque isto labore, quẽ pro gloria Dei, pro catholicæ Ecclesiæ defensione, pro tuenda Romani Pontificis auctoritate, pro regnorum Christianorum prosperitate, pro sempiterna catholicorum principum subditorumque salute, voluntariè animo magno suscepi, mihi propositum est, ciuilis politiæ leges Christianis principibus, directioni populorum, pacique sæculari conformes, idoneasque præscribere: sed quod spirituale conscientiæ (cui sacra facultas quam profiteor iura dicit) territoriom forumque non egreditor, viam nempe rationemque salutarem immarcescibiles consequendi felicitatis diuinæ laurus illis ostendere. Quarum generosè sanctis inflammati desideriis: piè, iustè ac religiosè sceptra sua in recta, mansueta, paternaque suorum subditorum directione, ad B nutum potentis & in æternum regnantis Dei saluatoris nostri moderari valeant.

Contra impietatis professores, vita scelerata atque doctrina scriptores, principum fidelium, verumque publicarũ Christianarum pestes.

Quod eò maiori labore, contentione animi, studioque, Christi Domini virtute, bene meis misericorditerque fauente conatibus aggredior, quò omnibus prudentibus bonisque Christianis nimium proh nefas! notum esse comperio: nostra funestissima tempestate sceleratæ vitæ scriptores, hæreticos, schismaticos, Machiauelistas, aliosque nullius potios quam dubiæ fidei, non defuisse: qui editis quibusdam nefariis libellis dogmata noua, scelerata, regnis pestifera Christianis, excogitarunt. Quibus Christianos reges ac principes non ad iustitiæ, pietatis, mansuetudinis, continentiæ puritatem, non ad religionis veræ sanctitatem, nõ ad Christianæ erga Deum, in terra eius vicarium Romanum Pontificem, obedientiæ salutaris honestatem informare ac erudire, sed ô fa- C cinus indignum! ad omnem potius iniquitatis, corruptionis tyrannicæ, luxuriæ, rebellionis contra mandata Christi, contra S. Petri cathedram fuestæ turpitudinem fœditatemque corrumpere & adulterare niterentur.

Da nunc Christe pater ferro quod missile libro
Fortunam atque viam, durum per pectus eorum.

Ferro inquam, spirituali, viui nempe sermonis tui *omni gladio ancipiti penetrabiliore* ense. Quo illi piè volnerati, ictuque salutari saucij à suis cadant erroribus: vt ad veritatis euangelicæ lumen emicantes in te conuersi, feliciter ad suæ portum salutis assurgant. Contra tales diuinæ humanæque maiestatis læsæ reos, pro Christianis scribo principibus: quorum seruitiia, regiæ sacræque dignitatis splendoribus labores meos, vigilias, opera, dierum noctiumque multarum scripta humiliter consecrata, Christiana charitate deuotioneque D profundo. Vt se suosque populos, sapienti mansuetudine sub Christi Domini virga directionia imperando, sanctissimæ matris ecclesiæ voces obedientia verè filiali suis auribus cordibusque percipiendo saluent: pace temporali bonis fœcundatâ terrenis, diuina Christi Domini gratia conditia, eius firmatis benedictione cumulent: sibique tandem ac suis, quibus dominantur populis hoc sancto suarumque regnandi modo portas cælestia regni diuinique sanctuarij sempiternas aperiant.

Et quamuis religiosi illi catholicique principes mea minime sint scripta lecturi:

Cum tot sustineant ac tanta negotia soli:

Spes tamen me magna tenet, pios quosdam sa-A pientesque principum horum consiliarios, fidos illorum principatus regij ministros ac officiarios non defuturos. Qui fortasse ea legere pro sua humanitate animique candore minimè dedignabuntur: quæ vel quandoque regi ac principi suo ac nostro referant, vel quibus benè informati & instructi, bonum poscenti consilium principi recta dictante conscientia largiantur. Ita principibus & eorum populis fidei charitatisque Christianæ fœdere sociatis, ad æternæ eorum salutis assecutionem, vt Doctor Theologus atque concionator, lingua motus, calamo loquens, ore silens, scripto clamans, quantum potero prædicare contendam. Postea quam per viginti duorum annorum spatia & his amplius, fidelibus Galliæ mihi patriæ charissimæ populis æternæ verbum veritatis annuntiare nec cessauerim vnquam, nec à grauioribus pro eo tam religioso tam salutaribus B apto laudibus officio studiis laboribusque, sacra euangelij tuba per Christi Domini gratiam misericordem in ore meo personante, destiterim.

2. Pars. Monarchia secularis à Deo sicut ecclesiastica, adhibita distinctione hac, quod hæc immediate, illa mediatè à Deo proficiscatur.

Christiani principes, quibus celeriorem cursum præstat esse virtutis, quàm ætatis, omni vigilantia magnæ copulata prudentiæ conari debent; vt semina innata virtutum, & igniculi naturalis bonitatis in se ipsis, ad iustè, sanctèque regnandum non modò celeriter adolescant, verum etiam promptè ad maturitatem Christianæ pietatis educantur. Ad quod maximè commouebuntur, si certò sibi persuadeant monarchiam secularem, regnaque temporalia, quibus rectores, ac domini diuina gratia præficiuntur, ab ipso Deo veluti præstantissima dona, adhibito consenso gentium, & hominum, iure, rationeque inter se sociatorum, ab initio profluxisse. C Vt præclaris illis S. Irenæus verbis exprimendo testatus est. [a] *Sicut ergo in principio mentitus est* (scilicet diabolus) *ita & in fine mentiebatur dicens:* [b] *Hæc omnia mihi tradita sunt,* [c] *& cui volo do ea: non enim ipse determinauit sæculi huius regna, sed Deus:* [d] *regis enim cor in manu Dei & per Salomonem verbum ait* [e]*: per me reges regnant, & potestates tenent iustitiam, per me principes exaltantur.* Quod ipsum Sanctus Paulus his verbis confirmasse dicitur. [f] *Omnibus potestatibus sublimioribus subditi estote: non est enim potestas nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo dispositæ sunt.* Propterea subiunxit in eodem capite. *Non enim sine causa gladium portat* (scilicet princeps secularis) *Dei enim minister est, vindex in iram qui male operatur.* Quod si de omnibus principibus verè id dictum esse videatur, quantò magis de Christianis verique Dei cultoribus? Quod confirmando Sanctus Cyrillus Ale- D xandrinæ cathedræ patriarcha, Theodosium imperatorem iuniorem sic affabatur. [g] *Vos omni terreno fastigio superiores amplissimarum dignitatum fontes estis: vos humanæ felicitatis principia & origines, clementissimis maiestatis vestræ nutibus nemo non ad iustam honestamque viuendi rationem promouetur. Tandem quidquid vsquam est gentium, hoc totum regni vestri solio substratum est. Quod si qui sunt qui iugum detrectant, illa vestra potentia nullo pene negotio superati succumbunt. Imò verò si regum sceptrum vel semel commotum nouerit, vana illorum consilia atque studia in ventos mox abiunt &c.* Vnde tanta principum potestas atque fortitudo? Ab eo quod sequitur. [h] *Supremum autem pijssimi clarissimique imperij vestri firmamentum est Dominus Iesus Christus, per hunc enim* (vt scriptum est) [i] *reges regnant,*

a S. Irenæi l. 5. c. 24.
b S. Matth. 4.
c S. Luc. 4.
d Prou. 21.
e Prouerb 8.
f Rom. 13.

Omnis principum potestas est à Deo, sed nobilius Christianorum ac fidelium principum.

g S. Cyrillus Alexand. l. de recta in Deũ fide ad Theodosium Imp.

Præclara imperatorum ac principum Christianorũ elogia.

Rebelles imperio Christianorum principũ conteruntur Dei vindicta.

h S. Cyrill. Alexand. ibi.
i Prouerb 8.

Per Christum Dominum reges pij regnant.

& legum conditores iusta decernunt. Cuius voluntas est potentissima, omnisque bonis si solum annuat, copia. Non aliunde suorum sceptrorum robora, suique iura imperii principes mundi, serui facti iustitiæ filiique sponsæ Domini catholicæ Romanæque ecclesiæ, quàm ab ipso Christo Domino.[a] *Cui à patre omnis data potestas in cælo & in terra*, deriuata cum potestatis indomitæ neruo splendescere credant, atque vt illud sibi certo persuadeant, D. Augustinum ista præclara dicentem attente atque prudenter audiant.[b] *Non tribuamus dandi regni & imperij potestatem, nisi Deo vero qui dat felicitatem in regno cælorum solis piis, regnum verò terrenum & piis & impiis, sicut ei placet, cui nihil iniuste placet*, & post nonnulla prioribus hæc iunxit. *Qui Mario, ipse Caio Cæsari, qui Augusto ipse & Neroni, qui Vespasianis vel patri, vel filio suauissimis imperatoribus, ipsi & Domitiano crudelissimo dedit. Et ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino Christiano, ipse & Apostatæ Iuliano.* Pro fine capitis sic conclusit. *Hæc plane vnus Deus & verus regit, & gubernat, vt placet. Et si occultis causis numquid iniustis.* Sed quamuis traditionis donationisque regnorum idem fons sit & origo Christus Dominus non tamen ab eo accipientium eadem perhibetur esse retributio. Boni namque Christiani principes agnoscendo Dei beneficia, traditoque à Deo principatu, ad ipsius gloriam populique salutem piè atque fideliter vtendo multis cumulati tēporalibus bonis æternæ cælestisque gloriæ reseruantur. Impii vero principes in specie hominis feritatem & immanitatem belluæ exhibentes, tyrannicæ prostituti crudelitati, iura omnia diuina & humana peruertentes, grauissimis si non semper temporalibus, at saltem dubio procul æternis animi corporisque tormentis in inferno torquebuntur.

a S. Matth. c. 28.

b D. August. l. 5. c. 21. de ciuitate in principi.

Bene vtentes à Christo Domino dato principatu principes beati sic contra male vtentes miseri.

CAPVT II.

Quàm magna principum Christianorum excellentia, propter excellentiam & sanctitatem religionis veræ quam colunt.

1. *Quàm piè deuoteque Christiani principes ecclesiam Catholicam Apostolicam & Rom. venerari debent, propter mirabiles eius pulchritudines & prærogatiuas.*
2. *Quàm humano generi boni principes Christiani necessarij rectius sua à Deo accipiētes imperia quam Ethnici reges.*
3. *Fidelium regum Deo & ecclesiæ obedientia & honor præstiti tuta prosperaque eorum faciunt imperia.*
4. *Exhortatio ad reges principesq; Christianos per scripturas sanctas vt piè religiosèque præsint.*

FORTVNATI atq; valde honorificati principes Christiani, hæc præstantissimæ religionis virtute beati, qua sola vni ac vero Deo fideles, salutari sui corporis animi, bonorūq; externorū oblatione licēt: si digna hac fide religioneq; facta in regendo populos operētur. Ad quos vt ad cæteros fideles per manus ec-

A clesiæ sanctæ eiusque pastorum, Christiana religio de cælo delapsa est; sicut in principio eā Christus Dominus sancto Petro vicario suo cæterisq; suis Apostolis purè fideliterque tradiderat. *Vnigenitus, qui est in sinu patris ipse enarrauit nobis*, inquit[c] S. Ioannes, quo solo & vnico doctore ac magistro, diuinā hanc disciplinā religionēq; felici magisterio didicimus. *Quandoquidem de Deo*[d] inquit S. Hilarius, *soli Deo credendum est: Sicut enim nemo quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in ipso dicebat Apostolus,*[e] *ita & quæ Dei sunt nemo cognouit: nisi spiritus Dei, & cui Deus reuelare dignatur.* Cuius quidem diuinæ Christianæq; religionis, quia sola ecclesia catholica, Apostolica & Romana sequestra, custos, & conseruatrix est, propterea eius dignitas, excellentia, & sublimis auctoritas multis illustribus titulis atque nominibus à
B Christo Domino, sanctoque eius spiritu per os Apostolorum locuto in sacris scripturis mirificè decorantur. Etenim[f] *Dominus ipse virtutum rexque Christus altissimus filius vnigenitus, qui est via, veritas & vita*, hanc sacratissimā tot diuinæ adoptionis filiorū matrē sponsā suam, propter hanc diuinā vnicā veri Dei religionē (cuius auctor & institutor est) quam solā purè perfecteque possidet:[g] Regnū Dei,[h] regnū cœlorū[i] ciuitatem supra montem positam,[k] agrū frumento satū[l] pretiosum thesaurum,[m] patris æterni satiouem siue plantationem,[n] vineā Domini,[o] ouium suarum gregem, aliisque similibus illustrioris notæ titulis appellādo honorificare dignatus est. Postea vero Apostolis suis ecclesiarū principibus, sub Romano principe in terra militantiū huius suæ diuinæ religionis præconibus, regni sui prædicatoribus, primis huius sanctæ excelsæque ciuitatis ciuibus,
C pretiosi absconditiq; thesauri diuinæ cælestisque gratiæ custodibus, sui gregis ouiliisque pastoribus hāc mentem spiritūq; dedit, vt sanctissimā illam sponsā propter huius fidelissimā religionis Christianæ cuius radiis refulget clarissimè, custodiam, pluribus aliis honoris titulis, nominibusq; decorarent. Reperimus nāq; in scripturis sacris, quàm multis hisque illustribus honoris, reuerentiæ, perfectionis, gloriæq; summæ vocibus ab illorū ore prolatis ecclesia sancta sublimetur. Quid .n. est aliud ecclesia Dei mater nostra princeps Christianorū populorū catholicarūq. nationū, si audiantur voces eorū quā[p] *grex Dei*,[q] *credentium multitudo*,[r] *domus spiritualis, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitionis, populus Dei de tenebris erutus, & ad lumē admirabile vocatus*,[s] *spiritus sancti templū*,[t] *domus &*[u] *habitaculū Dei*,[x] *ciuitas Dei viuentis*,[y] *colūna & firmamētū veritatis*,[z] *corpus Christi*,[a] *cælestis Hierusalem*,[b] *ciuitas sancta, sponsa agni, sponsa Iesu Christi*,[c] *casta purissimaque virgo?* Mitto
D quam plurima alia huius sanctissimæ matris ecclesiæ propter diuinū illud apud eā Christianæ religionis depositū summæ perfectionis, pulchritudinis, potestatis virtutis atq; spiritualis maiestatis elogia. Quibus diuini homines Apostoli, & ante eos prophetę Christo digna locuti eā mirificè sublimiterq; decorarūt, decoratāq; prędicauerūt. Propter quæ reges ac principes terræ quos hæc sanctissima mater, sacro baptismatis fonte mundatos sponso suo saluatori nostro peperit, magnā illi reuerentiam, obsequiū, obedientiā, amorē, opem, auxiliūq, præstare debent, vt defuncti prospero vitæ cursu in terris, postea adoptionem filiorū Dei in cœlo in æternū cū Christo regnaturi

Religio Christiana magistrum habet Dominum Iesum Deum incarnatum.

c S. Ioan. c. 1.

d S. Hilar.

e 1. Corinth. 2.

Ecclesia S. propter Christianæ religionis possessionem multis honoris titulis à Deo insignitur decoratur.

f Psal. 2.

g S. Ioan. 14.

g S. Matth. 21.

S. Luc. 16.

h S. Matth. 2. & 13. 22.

i S. Matth. c. 5.

k S. Matth. 13.

l S. Matth. 13.

m S. Matth. 16.

n S. Matth. 20. 21.

S. Marc. 12.

S. Luc. 20.

o S. Ioan. 10.

Quantis honoris titulis ecclesiam S. Apostoli decorarunt.

p 1. S. Petri 5.

q Act. 4. & 5.

r 1. Pet. S. Petri 2.

s 1. Corinth. 3.

t Hebr. 10.

u Ephesi. 2.

x Hebr. 12.

y 1. Timoth. 3.

z Ephes. 1. & 5.

a Hebr. 12.

b Apoc. 21.

c 2. Cor. 11.

Principes Christiani ecclesiæ Christi matri suæ quantum honoris, obedientiæ, amoris & auxilii præstare tenentur vt salui fiant.

A recipiant. Quæ quidem Christianorũ fideliũ principũ erga matrem S. ecclesiam pietatis, reuerentiæ, obedientiæque filialis officia, huic sponsæ suæ futuræ longè ante suum in terras aduentum, per os Esaiæ prophetæ Dominus hoc vaticinio spoponderat. [a] *Erunt reges nutricij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terrã demisso adorabũt te, & puluerẽ pedũ tuorũ lingent, & scies quia ego Dominus: super quo non confundentur qui expectant eũ.* Gloriosa res maiestas regia, sed iustitiæ legibus pietatisque munita, sine qua antiquus scriptor Stenidas nihil pulchrũ honestũque in terra posse subsistere credebat. [b] Οὐδὲν ἀβασίλευτον καλὸν, οὐδὲν ἀνάρχον. Scilicet, nil pulchrum honestumue dicendũ, sine regno aut principatu. Quod si id de paganis imperiis in iure rationisque lumine solo fundatis verè dici ipse credidit. Quantò verius de Christianis regnis non naturalis solius, sed diuini supernaturalisque luminis irradiatione fulgẽtibus hoc dici debere putabimus? Quæ enim in humana societate multo magis & Christiana, deformitas atq; rudis indigestaque moles, confusio, rerumque omnium perturbatio turpiter appareret: si in ea non essent, qui Dei iussũ imperarent, & alii qui eiosdẽ præscripto Dei, recta iubentibus obedirẽt? Præclare quidem Tullius scriptis memoriæ prodidit. [c] *Nihil tam aptum esse ad ius conditionemque naturæ quã imperiũ, sine quo nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerũ natura omnis, nec ipse mundus potest.* Quod considerans Iulius Cæsar. [d] *Ad sua qui domitos perduxit flagra Quirites.* Apud Dionẽ verè aperteque dicebat. [e] *Naturam duas necessarias res easdemq; salutares, humano generi comparasse, vt alij cum imperio essent, alij ri subiicerentur, nihilque esse quod citra hac ne minimo quidẽ queat spatio perdura-* C *re.* Quã necessitatẽ imperandi & obediendi in humana ciuilique societate præclara hac similitudine ab harmonia concentuque deducta ipse alibi Tullius expressit. [f] *Vt in fidibus, in tibiis, atque cãtu ipso, ac vocibus concentus est quidã tenendus, ex distinctis sonis, isque concentus ex dissimillimarũ vocũ moderatione, concors tamen efficitur & congruens. Sic summis & infimis, & mediis interiectis ordinibus vt sonis moderata ratione ciuitas consensu dissimillimorũ consistet: & quæ harmonia à musicis dicitur in cãtu ea est in ciuitate concordia quæ sine iustitia nullo pacto esse potest.* Qua nempe alii bene præsunt, alii rectè parent. Sed cũ imperandi munus principibus cõpetat sicut obediendi subditis, videant ac intelligant reges ac principes terræ, adoptionẽ filiorum Dei adepti per Christianã fidem religionemq; cui se per baptisma consecrarunt, sanctã, iustãq; re- D gendi rationem à Christo Domino ecclesiaque eius sponsa veritatis colũna præscriptã, quã in tota sua vita, pro sua subditorũq; salute inuiolabiliter obseruent, & intemerata custodia tueantur. Scientes eò meliorem puriorẽmq; sibi dominãdi modũ formãq; congruere, quò nobilius & perfectius præ aliis mundi monarchis Christum nescientibus, imperiũ atq; dominiũ à Christo Domino consecuti legitimè possident. Quãuis hæc in multorum ethnicorum infideliũq; populorum animis, opinio semper, altissimis defixa radicibus insederit reges ac principes hominibus à Deo dari iuxta illud Callimachi ἐκ δὲ Διὸς [g] βασιλῆες. *Ex Ioue reges*: eosq. Deo esse maximæ curæ vt eos formet alat, foueat, iouet, atq; defendat: hinc ab [h] Homero reges Διογενεῖς, scilicet Ioue editi & Διοτρεφέες Iouis alumni passim sæpiusque nuncupantur. Tamen vt sit veritati locus, hæc iustius certiusque de principibus Christianis efferenda veniũt: quibus Deũ Christũque Dominũ [i] Iustinian. imperator imperiũ de cælo constituisse ingenua fide ac persuasione profitebatur. Rectiusque ad Christianos imperatores quã ad ethnicos ista Tertulliani licet accõmodare. [k] *Inde est imperator: vnde & homo antequã imperator: inde potestas illi, vnde & spiritus*, sicut illa Taciti. [l] *Principes imperiũ à Deo habẽt, eosq; instar Dei esse* (de Christianis loquimur) dicere minimè dubitamus, *& quidquid dominatur vim habere Dei*: eosque vt plus illis impertiamur honoris, *principes* cũ [m] Artemidoro, *ministros Dei* agnoscemus, *Ad curam & salutem hominum, vt bona quæ Deus illis largitur, partim distribuant, partim seruent*, talibus fidelium populorum rectoribus [n] *Summum rerum iudiciũ, ipse princeps regũ terra*, Christus Dominus dedit, *Subditis obsequij gloria relicta est.* Propter quæ sũmus, honor & amor Dei ministris, Domini sui nostrique iussa, facientibus exhibẽdus est. [o] *Si sanis hominibus publica priuatis potiora sunt, sequitur, vt is quoque carior sit in quem se Respublica conuertit.* O fidũ regni præsidiũ si reges ac principes catholici bene Christũ Dominũ regemque suũ eius seruando iussa colãt atq; reuereãtur, cogita illud ab ethnico dictũ. [p] *Regũ timendorũ in proprios greges reges que in ipsos imperiũ est*, Nõ Iouis ficti Dei, sed Christi veri Dei de Deo vero *clari nõ gyganteo*, sed diabolico, *triũpho cũcta supercilio mouẽtis.* Cui si vt par est, honorẽ & obsequiũ fidele ad pietatem populos plus exẽplis quã edictis inflãmãdo præstẽt & offerant; tuto in pace prosperitateq; cũ benedictione cælesti sceptra possidebũt. Si enim M. [q] Tullius *Romanã ciuitatẽ firmius & felicius religione quã mœnibus cinctã munitãque fuisse* crediderit, quid sperandũ bonis principibus de prospera principatuũ suorum stabilitate populorũque salute, si piè ac religiosè Christi Domini veri Dei pro nobis in cruce passi iussis & imperiis obsequantur? [r] Si Numa Popilius, Cuidam dicenti, *hostes Numa, aduersus te bellũ parãt*, ita responderit: *& ego Dijs sacrifico.* Quasi diceret, & ego eos minime pertimesco, quia Deos honore & reuerentia bonæ vitæ colo, dum illis me cum fortunis meis religiosè consecro. Quãtò maiori securitate constantiaque suæ salutis & regni fortunati incolumitatem sperare debent principes catholica fide decori & illustres, quãdiu se ipsos dominationẽ & populos ipsius Dei veri redemptoris nostri seruitio Christiana oblatione reuerenter immolabũt. Certe cũ lõge plus sit magisque salutare reipublicæ, bonũ esse principẽ quã bonũ virũ atq; ciuẽ, magisq; vitæ probitate principẽ quã priuatos homines seruire Deo pro bono tẽporalis pacis æternæq; salutis expediat. Is nobis optãdus, & precibus, votis omnibus, operibusq; bonis à Deo postulãdus est, qui perfectius quam vir ille bonus [s] Virgilianus.

Recto trutina se examine penset,
Ne quid hiet ne quid protuberet, angulus æquis
Partibus vt coeat, nihil vt deliret amussis.

Breuiter & vt vno verbo cuncta in hoc opere de monarchia seculari Christ. dicẽda, eiusq; pii beneuolique lectoris oculis animisque subiiciã: fundamentũ, & scopus instituti nostri nõ alios quam gloria Dei, pax ecclesiæ, sedis Apostolicæ, Romanique Pontificis auctoritas, æterna principũ populorũque salus custodienda cõparandaque proponitur. Ad quã vos vt stabili firmitate sapientique dispositione præparetis.; audite diligenter

Marginalia (left): [a] Esaiæ c. 49. — [b] Stenidas in fragmento de regno. — 2. Pars. *De necessitate humana Politia, vt alij præsint, alij obediant.* — [c] Cicer l. 3 de legibus. — [d] Iuuenalis. — [e] Dio Lib. 41. — [f] Cicero frag. l. 2. de repub. — *Principum Christianorũ imperium à Deo rectius venisse quam paganorum.* — [g] Callimach. — [h] Homerus.

Marginalia (right): [i] Iustinianus nouella 73. in pr. — [k] Tertull. in apolog. — [l] Tacit. l. 3. — [m] Artemid 2. c. 37. — [n] Tacit l. annal. — [o] Senec l pr. de clement. cap 4. — 3. Pars. *Principũ Deo obedientia & honor præstitus tuta & prosperrimorum faciunt imperia.* — [p] Horat l. 3. odes. — [q] Cicer. l. 3. de natura deorum. — [r] Cicero l. 2. de natura deorum. — *Bona vita principum vtilior longè regno & ecclesia quam priuatorum.* — [s] Virgil. in carmine de viro bono. — 4. Pars. *Exhortatio ad Christianos principes ex sacris deducta scripturis vt bene religiosèque regnent. Pulchra scripturarum sententia pro instructione principum.*

& auribus percipite quid vobis per os prophetarum in aliena persona tanquam vestra propria loquatur Dominus.[a] *Constituit te Deus regem, vt faceres iudicium & iustitiam,*[b] *per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* Ergo ooo iusta decernentes scitote tales principes per Deum minime regnare.[c] *Rex iustus erigit terram, vir auarus destruit eam.* Quę igitur infelicitas inexplebili habendi cupiditati regentium, & quæ contra felicitas eorum iustitiæ pietatique accepta feratur, attendite. Sed quæ sit firmitas regni, principis iustè veréque iudicantis, in æternum beati, hoc Dei testatur oraculum:[d] *Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.* Sed nunquid vos Dei iussa ignorare potestis? Vestræne ad sonitum diuinæ vocis peregrinantur aures? Et in hoc peruagato diuinæ sapientię oraculo somno consopiti conniuentes obdormiscitis.[e] *Audite ergo reges & intelligite, discite iudices finium terræ. Pręb*ete aures vos qui continetis multitudinem, & placetis vobis in turbis nationum. Quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis, horrende ac cito apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum in his qui pręsũt fiet.* Hæc contra malos principes Dei iussis parere detrectantes, diuini iudicij territicamenta detonãt: vt his territi conuertantur, ne eorum fulmine neglecto, effectu conterantur. Sed ò fideles populorum Christianorum rectores, Deoque chari, si bene vocẽ illius audieritis, ne obduretis corda vestra, sæpius in hoc opere reuertar ad vos orationibus & precibus, vt iustè sanctèque regnetis, beneq; regnando satagatis, vt certam vestrã ad cæleste regnum, vocationẽ, per opera bona faciatis.

[a] 3 Regum. 10. v. 19.
[b] Prouerb. 8. 15.
[c] Prouerb. 29. v. 14.
[d] Sapient. c. 6 v. 2.
Hæc contra malos principes Deo iussa facere renuentes.
[e] 2. Petri c. 1.

CAPVT III.

Regia Monarchicaque dignitas magnum virtutis pondus requirit, valde Ecclesiasticæ consentiens, licet quibusdam ab illa distincta differentiis, quę melius & felicius hereditatis iure quam quouis alieno titulo acquiritur.

1. *Virtute magna præditam esse Monarchiam secularem regiamque maiestatem maxime in Christiana gente decet.*
2. *Quatuor differentiis Monarchia secularis ab Ecclesiastica distinguitur.*
3. *Rex aut quiuis alius Monarchicus princeps melius hæreditate quam electione, aut quouis alio titulo fit.*
4. *Id natura vox ipsiusque Dei confirmat.*


I quãto quis aliis dignitate præstat tanto virtute debeat: dubitare iure non possumus de magnis virtutibus, quibus regiã dignitatem omnibus secularibus mundi superiorẽ excellentiis refulgere decet, & expedit, imo necesse penitus vt iustè beatéque regius principatus administretur. Hoc exẽplo Dominus in prima regum Iudæorum institutione placere sibi demonstrauit. Cum Saulem cunctis Israeliticæ gentis hominibus nobilioris formæ atque staturæ procerioris, necnon melioris vitæ in tribunal regium solium que dominationis Monarchicæ super alios omnes erigere dignatus est.[g] *Non erat vir de filiis Israel melior,* inquit S. scriptura, *ab humero & sursum eminebat super omnem populum,* constitutoque hoc rege dicebat Samuel astantibus populis. *Certe videtis, quem elegit Dominus, quoniã non sit similis illi in omni populo.* Propter hoc Macro apud Philonem Caligulam imperatorum omnium non principum solum dico, sed cæterorum sceleratorum hominum nefandissimum, talibus ausus est verbis affari.[h] *Non decet te aliis in audiendo spectandoque, & vsu cæterorum sensuum esse similem, sed tantum debes in ratione excellere, quanto eminentiorem te fortuna constituit.* Qui enim princeps Deo similior est quam cęteri homines dignitate, debet etiam illi, quam reliqui quibus præest, propinquior esse virtute. Quo referri debent ista Plutarchi.[i] *Princeps simulachrum est Dei administrantis vniuersa, nihil egens Phidio statuario, neque Polycleto, neque Myrone, sed ipse seipsum per virtutem Deo similem reddit ac fabricatus statuam, omnium visu iucundissimam, ac magnificentissimam.* Hæc si vere de suis regibus veri Dei nescius scriptores Ethnici, aliique à Christi fide remoti dici posse credant, quanto verius de Christianis dici oportere principibus arbitrabimur? Quos quam turpe, infame, miserumque esset, de se dare improbitatis exempla, de quibus ex illorum institutione voluit Deus pietatis virtutisque fontes in viuos subditorum hortulos mentesque deriuari? Qui obuij patentesque omnibus sub eorum imperio viuentibus esse debent. Vt non immerito Poeta licet Ethnicus Christianum imperatorem his verbis tectè affatus fuisse videatur.[k]

Hoc te præterea crebro sermone monebo,
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoscas, cunctis tua gentibus esse
Facta palam, nec posse dari regalibus vsquam
Secretum vitiis, nam lux altissima fati
Occultum nihil esse sinit, latebrasque per omnes
Intrat, & obstrusos implorat fama recessus.

Esse quippe debet Christianus princeps in medio populorum tãquam hortus paradisusque deliciarum spiritualiũ, ex cuius pectore veluti ex altero paradiso terrestri quatuor mystica flumina iustitiæ scilicet, misericordiæ, charitatis & sanctitatis egrediãtur, & ad irrigandam totam dominationis suæ terrã & plantaria fidelium populorum, animos nempe eorumque mores influant, vt speciosa spiritualiũ fructuum multitudine pinguescant, atque fœcundentur.[l] Vnde Diuus Bonauentura. *In omnibus,* inquit, *debent reges ac principes seculares* (de Christianis loquitur) *sanctas & cælestes intueri potestates,* scilicet vt sapienter regant, & *ordinate viuant, & potenter malum reprimant & vĩdicent, innocentibus parcant, & iniuriam fieri personis miseris non permittant, vt etiam de suscepta potestate nõ superbiant, sed potius humilibus condescendãt,* &c.

Quamuis autem Monarchia secularis Christiana valde sit Ecclesiasticę conformis, eique cognationis sanctę societate fœderata: quatuor nihilominus ab ea differẽtias patitur. Quarũ prima à ratione dignitatis & excellentiæ petitur. Quod Ecclesiastica longe sit nobilior, præstantioribusque bonis spiritualibus & æternis seculari monarchia fęcundior, vt ex pręclaris cõparationib. clarissime cõstabit. Secunda à ratione efficientis causæ procedit: quod quãuis vtraque Monarchia sit à Deo, tamen Ecclesiastica à Deo immediata, secularis vero mediata solũ processione deriuetur. Quod & tetigimus supra breuiter, & infra quoque co-

Magnas virtutes Monarchica dignitas atque regia desiderat.
[f] 1. Reg. 9.
[g] 1. Regum c. 10.
[h] Philo in legatione ad Caium.
Princeps debet esse Deo similior aliis virtute cum sit dignitate.
[i] Lib. de doctrina principum.
[k] Claudianus de Consulatu Honorij imp.
Vita principis omnibus manifesta.
Vita principis seu animus paradisus spiritualis.
[l] Lib. de Ecclesiastica Hierarchia part. 6.
Differentia inter secularem Monarchiam & Ecclesiasticam quatuor.
1. Ratione dignitatis.
2. Ratione causæ efficientis Dei.

3. Ratione.

prosius euoluemus. Tertia ratione materiæ, quod A Ecclesiastica supernaturalibus, spiritualibus, diuinisque donis gratiisque fulciatur, secularis vero naturalibus solũ temporalibus humanisqoe bonis innixa resplendeat. A quibus tamen bene propter Deum, eiusque defensionem Ecclesiæ, atque decus administratis aditus per Ecclesiasticę virtutem potestatis bonis principibus eorũque populis ad æterna cælestiom bonorum tabernacula reserantur. Vt multoties etiam inter varios de hac Monatchia seculari suscipiendos discursus inferius obseruabimos.

Quarta differentia.

Quarta & postrema differẽtia à vario fine quẽ sibi vtraq; hæc Monarchia constituit, eruitur & emanat. Quod scopos & finis quo collineat, & inflectit se Ecclesiastica Monarchia, cęlestis ęternaq; felicitas existat, secularis vero pax ciuilis societatis temporalisque prosperitas solũmodo proposita quæratur. Ad cuius desideratam B suauemque possessionem, vt suos educant & euehant, subditos boni principes patrię patres, nullis laboribus, curis, vigiliisque parcere volunt.[a] Vnde illa Hadriani imperatoris iterata toties vox, *ita se Rẽpublicã gesturum, vt sciret rem populi esse non suã, seque talem præstiturum imperatorem, qualem sibi optasset priuatus.* Pro qua pace & prosperitate tẽporali dies noctesque sudans Vespasianus sanus & æger publicis implicatus & occupatus negotiis, nõ vi morbi & ægritudinis periculosæ[b] ea admittere recusans, amicis ac fidelibus seruis reclamãtibus atque rogantibus vt sibi aliquãtisper ægrotanti parceret, respõdit. *Pro salute populi, pace, prosperitateque Reip. imperatorem stantem mori oportere.* Cuius pacis, prosperitatisque subditis acquirẽdæ adeo cupidus & appetens inter Christianos principes Hẽricus imperator Friderici filius fuisse perhibetur: vt assiduus in negotiis pro Republ. grauioribus sumendi cibi nisi in seram noctem obliuisceretur. Qui monentibus & obtestantibus imperij proceribus, vt valetudinis suę viriũque corporis rationem habere dignaretur, tale responsũ dedit. *Priuato quidẽ homini omne tempus sibi esse, cũ id lubet aut solet. At Regi si nomen suum non abdicat id solum, quo vacat.* Propter quam solicitudinẽ, vigilias, laboresque principum in procuranda regni pace saluteq; populi dicebat ad Smyrnenses Epistola[c] S. Ignatius: *Honorare oportet & regẽ: nec enim rege quisquam præstantior, aut quisquam similis ei in rebus omnibus creatis. Nec Episcopo quicquam maius in Ecclesia qui Deo consecratus est pro totius mundi salute. Nec inter principes quisquam similis regi qui in pace & optimis legibus subditos moderatur.* Sic breuiter[d] S. Gregorios regũ principumque officia pro bono pacis subditorumque salute complectens. *A regibus*, inquit, *defendendi sunt subditi, non bonis propriis spoliandi auxilium præstare subiectis debent, agros, vineas & olineta auferre non debent.* Et ad pariendam partamque custodiendã hanc ciuiũ subditorumqoe prosperitatẽ & pacẽ,[e] alibi Theodorico & Theodeberto regibus Francorũ scribens dicebat. *Summum in regibus bonum est iustitiã colere, ac sua cuique iura seruare, & subiectis nõ sinere quod potestatis est, fieri, sed quod æquum est custodire. Sic reges & principes vices Dei gerunt in terris per quos Deus mundũ gubernat,*[f] inquit D. Thomas, *sicut per causas secũdas vnde & Samuel propheta spretus in dominio cum querelam proponeret coram Deo responsum habuit, quod non ipsum Israelitic us populus spreuerat, sed cum cuius vices gerebat.*

a Lampridius in Hadrian. imp.

Boni principes pacem & prosperitatem quærunt populi sui.

b Vespasiani dictum præclarum in eius vita Sueto.

Henricus imperator filius Friderici pro salute populi assiduus in laboribus ex an dloreoius vita.

Honor & amor à subditis debetur principibus pro pace ac salute populi vigilãtibus.

c Epist. ad Smyrn.

d In li. 1. regũ cap. 10.

e S Greg. lib. 7. Ep. 11.

f L. 2. de regimine c. 15. 3. Pars.

Nullus titulus iustior & melior possidendæ Monarchia secularis quam hæreditatis & successionis.

Ad huius autẽ Monarchiæ secularis regiæq; dignitatis fastigiũ soliumq; multis iustis titulis A perueniri potest, sed profecto iustior nullus, melior & beatior inueniri & excogitari potest, quam hæreditatis paternæq; successionis. Qui tumida popolorũ dissidẽtium corda placare, motosque omnino fluctus discordiæ cõponere solet: vt pax forte turbata morte Patris principis, successione in thronũ paternũ atque creatione filij coronati regno populoq; restituatur. Et sicut poetę fictis fabulis memoriæ prodiderunt, Insulam Delos ante semper errabundam continuis ventorum procellis, huc illuc pulsatã iactatamque nunquã in eodem loco tutam stabilemque permansisse, quousqoe Latona Dea Apollinem enixa peperisset. Ita si falsa licet componere veris, fausta benedictaq; filiorum regum natiuitas pacem felicitatemque regnorum sistit potenter, & imminutam alretatã- B que antea priori restitotam splendori reuocat reuocatamque firmat, firmatã latius in omnes oras imperij diffundit, diffusamque bonorũ multitodine fæcundiorẽ & optata clariorem gloria progenerat. Vnde relinquere filios in regno post se successores in magnæ benedictionis consolationisq; parte boni semper principes posuere. Sicut ex opposito nonnunquã maledictioni, semper autẽ magnæ afflictioni mœstitięque principibus datum nullum regni sui successorem hæredemque filium relinquere morientibus. Quod S. Scripturæ testimonijs pluribus illustrari potest. Quæ, vt vnico, breuitatis causa, conquiescam, Regẽ Ieconiã sterilitatis maledictione notauit, non qood filios non habuerit, sed quod nullum filiorum regni sui successorem possessoremque moriẽs post se reliqoerit. Huios rei testimoniũ nobis hoc Ieremias fidele perhibuit.[g] C *Terra, inquit, terra, terra: audi sermonem Domini: hæc dicit Dominus: scribe virum istum sterilem, qui in diebus suis non prosperabitur. Nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super soliũ Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda.* Nõ fuit tamen re ipsa sterilis Ieconias cum in Babylonia Salathielem genuerit,[h] vt testatur S. Matthæus, sed nihilominus sterilem idcirco diuinum oraculũ appellauit, quod in pœnam scelerũ suorum ex filiis nullum superstitem post se relinqueret, qui Iudęorũ diademate purpura sceptroque potiretur. Hunc hæreditariæ successionis titulum etiam illi paganicæ superstitionis infidelitatisqoe professores ad pacem salutẽque regnorũ vt magnopere pertinentem vehementer approbaoere, cæteros vt graues, valdeque periculosos Reipub. persepe reprobarunt.[i] *Cum minore discrimine sumatur princeps quam quæratur.*[k] D *Cumque omnes haberent alios imperium cupiant: inde maxime adducũtur plerique*[l] (ait Tullius) *vt eos iustitia capiat obliuio. Cum in imperiorum, honorum, gloria cupiditatem inciderunt.* Hoc clare nimium furiosa Polynicis apud[m] Senecam dicta comprobant. *Pro regno velim patriam, penates, coniugem flammis dare, imperia quolibet pretio constant bene.* Qui motus seditionis, ambitionis, iniustitiæque[n] in republica turbulenti, certitudine successoris hæreditarij sistuntur qui dicto citius.[o] *Prauas aliorum spes cohibeat, ac si defunctus adhuc princeps viueret. Quia non sentitur amissus, cui non succedit extraneus*, dicente spiritus S. per os sapientis oraculo.[p] *Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit post se.* Et sic viuente Patre in filio rege, eadẽ pax atque tranquilla, prosperaque viuẽdi subditorum conditio, quæ sub patre principe viguerat,

Filios non relinquere regni sui hæredes principibus infaustum ac luctuosum.

Ieconias rex Iuda quamuis filios habuerit, sterilis tamen à scriptura dictus est, quia regni suĩ successores filios non habuit.

g Cap. 22.

h S. Matth. 1.

Paganorum iudicio titulus hæreditatis ad regnum iustior & melior.

i Tacit. l. 2. hist.

k Dio lib. 52.

l Cicero. l. off.

m Senec. Tragœd. de fratribus Etheoc. & Polinice.

n Tacit. l. 3. annal.

o Cassiod. l. 3. variar. Ep. 6.

p Eccles. 30.

A continuata ſub rege filio refloreſcit. [a] Quoniam *ſuis quoſque parere placidiùs* clarum eſt, & apertũ, quis enim neſcit melius, tranquillius, promptiuſque naturalis indigenæque principis, quã extraneis nouique populos imperata facturos, & ita intra ſui officij limites contentos, bene, pacificè, beateque victuros?

a 1. Curt. li 6.

Vt ſæpiſſime antiquas nouaſque replicantes hiſtorias verũ illud Curtij repererimus. [b] *Alienigenam Dominum pati neminem*, vulgoque dici ſolet, & vſus prudentiæ magiſter ſæpe loquitur, quot regnantis filij, tot propugnacula regni, atque pro eius defenſione contra hoſtes omnes extraneos domeſticoſque tot fulmina belli. [c] *Non claſſes, non legiones, perinde firma imperij munimenta quam numerum liberorũ* Tacitus aſſerebat. His illud appoſitè Chriſtianæ imperatricis Irenes apud Nicetã loquentis aduciam: [d] *Ὡς δεῖ βασιλέα ἐκδὲ ἐν ἀποίκοις ζητεῖν, παρόντα δὲ μὴ ἀπωθεῖν*, ſcilicet *quod non oporteat abſentem principem quærere, nec præſentem repellere.*

b 1. Curt. li 7.

c Tacit. l. 15. hiſt.

d Nicetas Choniates 1. annal.

Quid plura? vox naturæ hęc eſt, principẽ melius fieri, & ad regni gubernacula felicius hęreditate quam electione vocari. Cum omniũ popolorum tũ infidelium Ethnicorumq; quam Chriſtianorũ vox iſta dulcis, ore cordeque circũſonet, vocemque ſuis illi operibus exequantur! quid dico vocẽ naturæ? minus dico! auctius dicã, vox ipſa Dei optimi maximi eſt! qui pro magna benedictione pijs principibus ſua præcepta ſeruantibus prolongationem extenſionemque regnorum quę viuentes in terra poſſederũt, in eorũ filios, *natoſque natorũ, & qui naſcẽtur ab illis*, certo vaticinio ſpopõdit, ſæpiuſque promiſit. Sic enim ſeruo ſuo ſecundũ cor inuento Dauidi iſtud iureiurando pollicitus eſt. [e] *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc quæ docebo eos, & filij eorũ vſque in ſeculum ſedebunt ſuper ſedem tuam.* [f] Et per os Prophetæ ſui Nathan ita eumdem regium vatem alloquitur. [g] *Ego tuli te de paſcuis ſequentem greges vt eſſes dux ſuper populum meum Iſrael, & fui tecum in omnibus vbicumque ambulaſti, & interfeci inimicos tuos à facie tua, &c. Cumque dormieris cum Patribus tuis ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius, & ſtabiliam thronũ regni eius vſque in ſempiternũ.* Quę pacta promiſſaq; Dei poſtea Salomoni filio repetita firmataq; fuiſſe legimus. Quorum promiſſorũ nulla vnquam temporum vetuſtate Deus effectus interrupiſſet, niſi ipſe Salomon ingratus & oblitus Dei, ſuis idololatriæ luxuriæque variæ ſceleribus, eiuſque poſteri à Dauidis parentis ſanctiſſimis virtutibus turpiter exorbitãdo deſciuiſſẽt. Huius diuinæ voluntatis in prouehendo in regium paternumque thronum principis defuncti filio, iuſſio & auctoritas apparuit. Cum per eam maieſtatis regiæ principatuſque dignitatẽ pueris vel infantibus potius in ſcripturis ſanctis, [h] vt Ioas ſeptem annorum nato puero, [i] Manaſſæ duodecim [k] & Ioſiæ octo delatam fuiſſe legamus. Quos quidem non ſatis per teneritudinem ætatis, ratione & iudicio ad regendum potentes, nunquam ad tale honoris poteſtatiſque regiæ culmen populi promoueri tolerauiſſent, niſi in hac regia promotione totam facti rationem, omnipotentis Dei voluntatem fuiſſe cognouiſſent.

4. Pars. *Regem melius fieri hæreditate quam electione natura vox eſt atque ipſius met Dei.*

e Pſalm 131.

f L. 3 regum c 9 & l. 1. paral. c 28.

g 4 Regum c. 22.

h 4. Reg. 11.

i Paralip. l. 2. c 33.

k L. paralip. c. 34.

CAPVT IV.

Quod principatus Monarchicus malè per arma, per electionem vero periculoſe ſæpe comparetur.

1. *Quod via ad Monarchia culmen, per arma ac bella valde immanis & iniuſta.*
2. *Imperia melius & tutius pace quam bello creſcunt inſtar regni Chriſti.*
3. *Quandoque principibus Chriſtianis licet contra infideles Eccleſiæ hoſtes belligerare, vt ad Chriſti fidem conuerſi ſaluentur.*

B 4. *Via ad regnum per electionem valde tumultuoſa, minuſque tuta pro pacis adeptione, perſæpe diſſentionum inſidiarumque fluctibus immerſa.*

QVAM aliena eſt à pacato illo felicique regnandi ſtatu quem ius hæreditatis peperit, violenta illa crudeliſque regna poſſidendi ratio, vi armorum quæſita, multoque aſſiduitate bellandi ſanguine cruentata? quã ius illud quærendi principatus dominatuſque Monarchicos per pugnas & certamina ſæua violentum eſt? Quam funeſtum quamque ſomma cum iniuria coniunctum, Deo inuiſum & odioſum Chriſtianoque principe indigniſſimum. Niſi aduerſus Chriſtianę religionis hoſtes Eccleſiam Dei perſequentes illius ruinam interitumque nefarie molientes exerceatur & aſſurgat: vt illis refrænatis hoc vindicatiuæ iuſtitiæ neruo, ſuperatiſque melius ſit ad animarum ſuarũ ſalutem, ſic ſe à Chriſtianis principibus victos in ſuæ magna felicitatis parte ponant: & Eccleſia Dei interim optata pace proſperitateque temporali fruatur. Exiguũ principatum pacis, iuſtitię, pietatiſque limitibus concluſum, ampliſſimo imperio, nouis ſemper dominationibus inhiante, bellis, tumultibus, ferroque iniuſto ſuę poteſtatis extenſionem procurante, longe beatiorem eſſe res ipſa declarat, experientiaque teſtatur. Quòd præclara duorum hominũ pauperis ſed pacati paruoque contenti, & prędiuitis, ſed turbulenti, timoribus anxij, mœroribus tabeſcentis, cupiditate maiorum opum per vim iniuriamque partarum inſatiabili flagrantis, nunquã ſecuri, ſẽper inquieti, perpetuis inimicitiarũ contentionibus anhelantis ſimilitudine [l] D. Aug. elatiſſimè demonſtrauit. Hęc poſt ſimilitudinem propoſitam ſubiungens: *Neſcio vtrum quiſquam ita deſipiat vt audeat dubitare quem præferat. Vt ergo in his duobus hominibus, ita in duobus familiis, ita in duobus populis, ita in duobus regnis regula ſequitur æquitatis, quæ vigilãter adhibita ſi noſtra intentio corrigatur, faciliime videbimus vbi habitat vanitas, & vbi felicitas.* Multo tutius, firmius, rectiuſque regna fidelia Chriſto regi regũ in æternum regnanti conſecrata, pace & charitate quã bello, contentionibus odiiſque multiplicantur, & ad maius felicitatis glorięque culmen aſcendunt, inſtar regni Chriſti ſancta pace multiplicati.

Non licet regni quærere dilatationẽ vi armorum niſi contra hoſtes Eccleſiæ eam opprimentes, vt victi ſaluentur.

C

D

l L. 4. de Ciuit. c. 3.

Principatus paruus pace & iuſtitia magnitus amplo tumultuoſoq; iniquo beatior.

Quem propterea [m] Eſaias, ſancto repletus ſpiritu principem pacis appellauit. *Vocabitur nomẽ eius admirabilis*, inquit, *conſiliarius, Deus fortis*,

m Eſaias c. 9.

2. Pars. *Imperia melius & tutius pace quam bello creſcunt inſtar regni Chriſti.*

A *Pater futuri seculi, princeps pacis.* Non dixit Propheta princeps militum, princeps certaminum, è quibus nimium sæpe funestæ multorom trucidationes bellantium sanguinisque crudeles inundationes nascuntur: sed princeps pacis. Quem imitando princeps Christianus pacis non belli studiosus piè cupidus & ardens esse debet, plus de Christi religionis quã terrenæ ambitionis amplificatione solicitus. Et vt magnas pacis vires & neruos ad felices regnorum propagationes aperiret ipse Propheta subdidit, [a] *Multiplicabitur eius imperium & pacis non erit finis: super solium Dauid & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia à modo & vsque in sempiternum. Zelus Domini exercituum faciet hoc.* De quo Christi Domini multiplicando imperio Regius ante Esaiam vates ista loquens in persona Christi Domini vaticinando dixerat: [b] *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius: Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & possessionẽ tuam terminos terræ.* Quem locum [c] S. Paulus & [d] Lucas de regno Saluatoris nostri interpretati sunt. De cuius benedicta feliciq; pace hæc Dauid. [e] *Orietur in diebus eius iustitia & abundãtia pacis, donec auferatur luna,* id est sine fine, *sicut eius regni non erit finis.* Audiant & intelligãt principes terræ, qui fidelitatem in baptismo huic æterno regi iurauerunt, tunc regna sua, prosperitatibus à mũdi, diuina cælestis æternique principis huius benedictione manantibus multiplicatum iri, cum illa Christianę catholicæque pacis irradiatione coruscabunt. [f] *Sine qua malorum regnum,* inquit S. Augustinus, *magis regnantibus nocet, qui suos animos vastant scelerum maiore licentia: his autem qui eis seruiendo subduntur, non nocet nisi iniquitas propria. Nam iustis quidquid malorum ab iniquis Dominis irrogatur, non est pœna criminis sed virtutis examen, proinde bonus etiam si seruiat, liber est, malus autem etiam si regnet, seruus est: nec vnius hominis, sed quod est grauius, tot dominorum quot vitiorum.* [g] Sacri profanique scriptores ambitionem ferinam, crudelemque ampliandi sui fines imperij cupiditatem, [h] Nini Assyriorum regis execrantur. Quod bellico furore vicinos populos irritando, continuisque præliorum atque pugnarum æstibus lacessendo, eos tandem assiduitate dimicandi defatigatos suæ vinculo tyrannidis oppressos iniustissimè subiugauerit. [i] De quo sanctus Augustinus. *Hic primus,* inquit scilicet Ninus, *intulit bella finitimis, & rudes adhuc ad resistendum populos, ad terminos vsque Libyæ perdomuit: qui magnitudinem quæsitæ dominationis continuata possessione firmauit: domitis igitur proximis cum accessione virium fortior, ad alios transiret, & proxima quaque victoria instrumentum sequentis esset, totius orientis populos subegit.* Hæc ex Iustino scriptore, S. Pater, à Trogo Pompeio mutuata. Qui modus sic ardore certandi, bellandi, fines imperij dilatandi quam sit iniustus & immanis in fine capitis his verbis ostendit. *Inferre autem bella finitimis, & inde in cætera procedere, ac populos sibi non molestos, sola regni cupiditate conterere & subdere, quid aliud quam grande latrocinium nominandum est?* Omnis vis in aliena bona, sola regnandi cupiditate, dilatandique dominationis fines ardore suscepta, iniustissima est, & omni principe præsertim Christiano indignissima. Cui tamen quandoque licet in extraneas

a Esaiæ c. 9.

b Psalm. 2.

De multiplicatione regni Christi per pacem & mansuetudinem in terris

c Ad Hebr. c. 1.

d Actor. 13.

e Psalm. 71.

S Lucæ c. 1.

Reges Christiani sua regna prosperitatibus multiplicabunt si Christi pacem colant & curent.

f L. 4. de ciuit c. 3.

Iustus quamuis seruiens liber est: contra iniustus quamuis dominetur seruus est.

g S. Aug. l. 4. de Ciuit. c. 6.

h Trogus & Pompeius Iustinus.

i Lib. 4 c. 6. de ciuit.

S Aug. in f. c. 5 lib. 4. de Ciuitate.

3. Pars.

Quandoque licet principibus Christianis contra insidiatores Ecclesiæque hostes bella gerere, vt vincantur & ad fidem Christi conuertantur.

gentes Christiani nominis inimicas, Christianæque fidei ferro flammaque excidium molientes, armorum suorum vires armato Marte distringere: vt sic Ecclesiæ saluti consulat, & infidelium istorum conuersioni, Christianæ studio charitatis inuigilet. Vt fecit sæpius Constantinus Magnus qui deuictis barbaris suoque subactis imperio, viam salutis æternæ monstrauit. Auctorque fuit sicut [k] Theodosius senior post illum illis ethnicis barbarisque gentibus, *Vt impiam suæ infidelitatis superstitionem cum sanctitate Christianæ religionis & immanem suam feritatem cum Romana libertate,* vt loquitur [l] Eusebius, *felicissimè commutarent.* Vt hæc [m] sanctus Augustinus de bonis principibus, eo conuersionis fine cum Ethnicis barbarisque bella gerentibus, sicque sui limites imperij propagantibus verissimè dixisse B censeatur. *Quapropter si verus Deus colatur, eique sacris veracibus & bonis moribus seruiatur, vtile est vt boni longè latéque diu regnent. Neque hoc tam ipsis, quam illis vtile, est, quibus regnant. Nam quantum ad ipsos pertinet, pietas & probitas eorum, quæ magna dona Dei sunt, sufficit eis ad veram felicitatem: qua & ista vita bene agatur, & postea percipiatur æterna. In hac ergo terra regnum bonorum non tam illis præstatur, quam rebus humanis.* [n] Ideo non sine causa iureque optimo sancti Patres sacrarumque historiarum scriptores scripsere sępius Constantini magni victoriis auctam amplificatamque fuisse religionem Christianam, vt clarius infra demonstrabimus, cum de mirabilibus quæ per Constantinum Magnum Christus Dominus dignatus est operari, sermocinabimur.

C Sed nec viam ad Monarchiæ fastigium soliumque per electionem satis esse tutam ad quietem pacemque prosperitatibus affluentem Reipub. ex his quæ pro hæreditario titulo supra diximus satis apparet: nimiumque vere experientia longa docuit Monarchicum dominatum electionis beneficio partum & traditum, magnis plerumque tumultibus, corruptionibus, ambitibus, malisque artibus inquinatum, calamitatibus pluribus malisque succubuisse publicis. Nec illud verum semper quod ait Cicero. [o] *Imperium non nisi ad homines iustissimos & sapientissimos fuisse delatum.* Contrarium enim ostendere historiarum vererum replicatione valde facile & procliue. Neque rerum euentus illud Aristotelis verum semper fuisse comprobabunt nempe reges eliguntur. [p] ἐκ τῶν ἐπιεικῶν ex viris bonis, propter D ὑπεροχήν, excellentiam virtutis aut rerum ex virtute gestarum. Exempla quippe multorum per electionem ad thronum Monarchici dominatus euectorum contrarium in multis ostendunt. Vt illud pro multis à [q] Niceta Choniate relatum de Alexio imperatore orientali. Qui morti proximus, orbatus liberis, de successoris electione consultans, consiliumque petens à præcipuis imperij ministris, consiliariis sui secretioris consistorij, raros in hac electione bene sibi consulentes agnouit. *Nam alij atque alij* (inquit Nicetas) *varie nominabantur, sed omnes qui sibi opportuni aut vtiles essent nominabant. De eo autem eligendo qui optime & ex vsu publico imperaret, nulli cura aut cogitatio erat.* Vt propterea mihi iure cum eodem auctore liceat exclamare. *O quanto deterius est multorum suffragium & electio quam vnius! Tu inclytum Rom.*

k Orosius l. 7. c. 34.

l L. 4. c. 6. de vita Constãt.

m L. 4. de ciuitate c. 3. circa finem.

n Sozomenus lib. 1. c. 7. Eusebius in vita Const. M. & alij.

4 Pars.

Via ad Monarchia culmen non est satis tuta ad pacem Reip. per electionem.

o L. 3. de leg.

p Arist. lib. 5. Politic. cap. 10.

Non semper verum quod ait Aristoteles per electionem optimos promoueri.

q Nicetas in annalibus.

Exclamatio Nicetæ contra electionis malum.

imperium & gentibus adoranda maiestas: quos tyrannos pertulisti? Quales aniatores te petiuerunt? Qui' us sulstracta in copiam fecisti? Quales corona & diademate & puniceo vestitu exornasti? Grauiora vtique iulisti, quam Penelope procerum illa frequentia obsessa: Sed hanc diutius cordamnon tango cum per Dei gratiam in Gallia firmato pro regibus nostris hæreditatis iure nullæ insidiæ, tumultus, dissentiones, aliæque regni perturbationes ab hac electione timeri possint.

CAPVT V.

De imperatoris Romani Christiani celsitudine, officio, virtute.

INSTITVTVM de seculari monarchia Christiana aggressurus, ab ipso imperatore Romanorũ Christiano initium ducere conueniens, rationique conforme iudicaui: quod dignitate, excellentia atque potestate cunctis terræ principibus præire præstareque censeatur. Nihil de eo dicturus nisi quoad instituti mei rationem propriè & intimè spectare videbitur. Cætera quæ de eo dici possent, in genere relicturus: atque scriptores, qui peculiaribus eius dignitatem, originem, creationem, potestatem, officium, aliasque proprietates excellentes tractatibus illustrarunt, spontanea taciturnitate prætenbo. De eo solum loquar imperatore; quatenus eius maiestati imperatoriæ, Christianæ religionis professio, ecclesiæ defen- C sio, & obsequium filiale, sublime sacri culmen honoris, Christianæque benedictionis fructus adiunxit. Qui propter diuinam maiestatem quam repræsẽtat in terris, Deus citra idololatriæ labem & maculam nominari potest. Nec minus iustè imperatoribus Christianis applicari potest, quam quod Deus in veteri lege regibus iudicibusque populi dixit. *Dij estis & filij excelsi omnes.* Nam cum inter seculares potestates, dignitatesque nulla tantum gradu honoris emineat, quantum imperatoria sublimatur: certe eum qui hoc dignitatis imperatoriæ splendore refulget, Deum per participationem nominare quis criticorum non ferret? In quo diuinæ æternæque maiestatis imago perfectius quam in cunctis mundi principibus impressa esse videatur. Vnde hanc loquendi formulam, qua Theodosius senior & Valentinianus iunior, *Nostram diuinitatem nostrumque*[a] *diuinum præceptum* dixere, tolerabilem sancti patres esse crediderunt. Nec superbiæ datum Honorio & Theodosio iuniori, quod se ipsos innuentes.[b] *Nostrum numen* appellarunt. Sic propter hanc quam à Deo acceperunt sacrosanctam dignitatem in Christiana religione fundatam Christiani imperatores[c] *diuinum suum verbum* dixerunt. Apud Curopalatem[d] scriptum legitur, *adorandum rescriptum*, scilicet imperatoris. Nec, considerata hac loquendi formula, in honorem imperatorum, ad scripturarum Deiq; verbi amussim redacta, minime improbanda sunt illa Amulini Africæ proconsulis verba ad Constantinum magnum per epistolam missa apud sanctum[e] Augustinum. *Scripta cælestia maiestatis vestræ accepta atque adoranda.* A Sic considerata maiestatis suæ sublimitate à Deo accepta, Valentinianus iunior, Theodosius senior, & Arcadius filius imperatores, Christiana religione præstãtes hoc modo cõtra violatores edictorũ suorũ loqui nõ dubitarũt.[f] *Sacrilegij instar est super quibuscũq; administrationibus vel dignitatibus promulgandis, diuinis obuiari beneficiis*, scilicet nostris imperatoriis. Omnes namq; illi Christiani piique imperatores humilitate in sublimi solio vt loquitur S. Bernardus honorata præditi, se Deos suaque iussa diuina dici & appellari tolerabant, ea ratione qua Deus præcipuos voluntatis suæ in regendis populis ministros, in scripturis, diuinæ participationis analogia Deos appellari voluit. Non eo execrabilis arrogantiæ typho, quo scelerati illi impii, ad omnem iniquitatem flagitiumque insignes, prodigia crudelitatis & abomina- B tionis imperatores Ethnici Caligula, Nero, Cacacalla, & alij Deos se nominari, existimari, sibiq; tanquam vero Deo sacrificari superbissimè mandauerunt, omnesque ad id addicto recusantibus tormento, coegerunt. Contra quos[g] Tertullianus vt se homines non Deum agnoscerent. *Satis*, inquit, *habeat appellari imperator. Grande & hoc nomen est, quod à Deo traditur. Negat illum imperatorem qui Deum dicit: nisi homo sit, non est imperator. Hominem se esse & iam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur* (scilicet imperator) *Suggeritur enim à tergo, Respice post te, hominem te esse memento. Etiam vtique hoc magis gaudet tanta se gloria coruscare, vt illi admonitio conditionis suæ sit necessaria.* Propter hanc maiestatis imperatoriæ sublimitatem à Deo traditam, imperator in temporalibus super omnes est, nullumque excepto Deo superiorem agnoscit, qui C eum iudicet cum errauerit. *Super imperatorem non est nisi solus Deus, qui fecit imperatorem*,[h] inquiebat Optatus. Proinde ex[i] synodo Regiaticina sub Lothario imperatore & Ludouico rege. *Imperatores ac principes summi minime nunc iudicantur, sed in futuro iudicio à Deo.* Quod Antoninus cognomento Pius quãuis Ethnicus apud[k] Xiphilinum in eius vita minime dissimulare voluit. Sed vt se in summa potestate magis humiliaret ingenuè præ se tulit atque professus est.

Quare propter tantam maiestatis eminentiam, & tantum quem habet in ea iudicem imperator, summa ope & studio niti debet, vt sicut cunctis terræ principibus, populisque dignitate & potestate temporali præstat, sic virtutibus antecellat. Admonitio præclara est Isidori Hispalensis.[l] *Qui rectè vtitur regni potestate, ita præ-* D *stare omnibus debet, vt quanto magis honoris celsitudine claret, tantò semetipsum mente humiliet.* Similiter imperatorẽ admonitione[m] Aquisgranensis secunda synodus hortatur. Hoc cogitãs atque apud se beneficia imperatoribus Christianis, vt sibi à Deo conferri solita memorans, Iustinus iunior morti proximus, successorem suum, quem ad fasces imperii vocauerat, Tyberium ita, vt iustè ac piè secundum Deum suæ ad imperii culmen auctorem euectionis, imperaret, religiosa parænesi concitabat, & astãte Senatu & Eutychio Patriarcha ardore charitatis inflammabat.[n] *Ecce Deus qui benefacit tibi, hunc habitum dedit tibi, non ego, honora illum vt tu quoq; honoreris ab illo. Honora matrem tuam* (scilicet Sophiam Augustam intelligens) *quæ aliquando Domina tua fuit. Nosti quod primum*

Imperator Christianus Deus in terris visibilis per participationem naturalis Dei nominatur.

a L. 3. Cod de summa Trinit.

b L. 8 & l. 11. Cod. de sacros. Ecclesiis

c L. 1. Cod. de mandatis principum.

d Curopala. l. 1 iuris græcoRomani in nouella Alexij Comneni imp.

e S. Aug. Ep. 68.

f L. 1. Cod. de diuersis rescriptis

Christiani imperatores non eo modo dij appellantur quo ethnici.

g Apolog. c. 33.

Imperator omnibus in temporalibus superior, solo Deo minor.

h L. 3. contra Parmen.

i Concil Regiaticin. c. 16.

k Xiphilinus in Antonino Pio.

2. *Pars officium imperatoris.*

Imperator Christianus vt dignitate ceteris sic virtute prestare debet.

m Isidorus Hispal. lib. 3. etymolog. c. 49

n Concil. Aquisgr. 2. c. 49.

Cedrenus in compend. Theophanes Miscell li. 16.

Pulchra ac pia Iustini morientis ad Tyberium successorem admonitio.

A *seruus eius fueris, nunc autem filius. Non grateleris in sanguinibus, nec communices in homicidio, nec malum pro malo reddas, ne in malo inimicitiæ mihi similis efficiaris. Ego enim vt homo culpaui: etenim culpabilis, factus sum & recepi secundum peccata, sed causam habeo cum his qui mihi hoc fecerunt, ante tribunal Christi. Ne eleues te habitus, quemadmodum me, sic attende omnibus sicut tibi: scito quis fueris, & quis modo existas. Ne superbias & non peccabis. Nosti quis fuerim & quis factus sim, extiterim & existam. Omnes isti filij tui sunt & serui. Scis quod pro visceribus meis honorauerim te. Hos tu eum videas omnes, qua Respub. sunt, vides. Exercitus curam geras, molles & imprudentes ne peficias: neque eo tibi persuadeant, quod priores te tales imperatores fuisse dicent. Hæc tibi præcipio, meoque edoctus malo, hortor, vt ius stes. Qui habent substantias fruantur eis: his vero qui non habent, dona.*[a] Subdidit his Theophanes. *Et facta oratione à Patriarcha cum dixissent* B *omnes, amen. Cecidit Cæsar ad pedes imperatoris & dixit ei, si vis sum, si non vis non viuam: & imperator, Deus, ait, qui fecit Cælum & terram, ipse omnia quæ dicere oblitus sum in cor tuum mittat. Porro dum hæc prosequeretur imperator replebat lachrimis totum collegium.* Hæc ibi: similia Cedrenus. Ex his patet imperatoriæ dignitati, potestatique magnam adiunctam esse solicitudinem, difficilem curam, arduumque munus. Ad quæ maturæ suæ cogitationis aciem, oculosque, cum Iustinus senior reflexisset, ad habenas imperij iustè religioseque moderandas, non nisi repugnante voluntate inuitusque sic Hormisdæ Papæ rescribens accessisse testatur.

Monet Tiberium Iustinum vt suo exemplo sapiat.

Imperator ante Christi tribunal sistendus ad humilitatem hortatur.

a Ibidem.

Magna Tiberii obedientia ad pedes morientis usque prostrati.

Onus arduũ imperij si non per sanctitatem sed secundum Deum administretur.

Dei beneficia licet multis, maximè tamen summis Pontificibus conuenit indicari. Proinde sanctitati vestræ per has sacras declarauimus Epistolas, primum quidem inseparabilis Trinitatis fauore, deinde amplissimorum procerũ nostri palatij, & sanctissimi senatus, necnon electione firmissimi exercitus, ad imperium nos licet nolentes & recusantes electos fuisse atque firmatos. Precamur proinde vt sanctis orationibus vestris diuinæ potentiæ supplicetis, quatenus nostri initia roborentur imperij, hoc enim & nos sperare & nos decet implere. Cui respondens Hormisdas plurimum gratulando, significat eius inuiti, licet, ad imperij fastigium promotionem, opus fuisse Dei: vt ipse factus imperator omnibus neruis viribusque ipsius Dei Christi Domini Ecclesiam contra omnes hostium insidias impetusque defenderet. Ad quod propterea his paterna Pontificiaque charitate verbis hortatur.[b] *Significastis nolentibus & recusantibus vobis imperij pondus impositum. Qua ratione vos electos cælesti constat esse iudicio, secundum Apostolum dicentem*[c] *non est potestas nisi à* D *Deo: quæ autem sunt à Deo ordinata sunt. Superest vt à Deo electi (sicut & credimus) Ecclesiæ quã laborare cernitis, manus vestræ solatia porrigatis.* Pergendo

Epistola Iustini imperatoris senioris ad Papã Hormisdã t. 1 Ep. Rom Pontificũ in Hormisda.

Iustinus senior opus imperij arduum cogitans suis tur so ad illud inuitus accessisse. Idoque se precibus Papa Hormisda commendat.

b Hormisdæ Epist. ad Iustinum imp. quæ est 22 t. 1. Epist. Rom. pont.

c Rom. 13.

post hæc addidit.[d] *Cessent qui paci eius obsistunt. Obmutescat qui in forma pastorum conatur gregem dispergere: sit locum eos recto vires vestri firmat imperij: quia vbi Deus rectè colitur, ad necessitas non habet effectum.* Sic fiet imperator vas misericordiæ in gloriam, si se suamque maiestatem eiusque vires, ecclesiæ Dei protegendæ, amplificandæque subiiciat: vt memorabilia hæc valdeque præclara & illustria S. Fulgentij Ruspensis Episcopi documenta designant.[e] *Imperator clementissimus non ideo est vas misericordiæ præparatum in gloriam, quia apicem terreni principatus accepit, sed si in imperiali culmine recta fide viuat, & vera cordis humilitate præditus, culmen regiæ dignitatis sanctæ religioni subiiciat. Si magis in timore seruire Deo, quam in timore dominari populo delectetur. Si in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas potestatem: si se magis diligendum quam metuendum cunctis exhibeat: si subiectis salubriter consulat: si iustitiam sic* B *teneat, vt misericordiam non relinquat: si præ omnibus, ita se sanctæ matris ecclesiæ meminerit filium, vt eius paci atque tranquillitati per vniuersum mundum, prodesse suum faciat principatum. Magis enim Christianum regitur atque propagatur imperium, dum ecclesiastico statui per omnem terram consulitur, quam cum in parte quacumque terrarum pro temporali securitate pugnatur.* Neque enim, inquit[f] D. Augustinus, *Christianos reges vel imperatores felices esse dicimus, quia diutius imperant, vel quia filios suos regnantes & imperantes placida morte relinquunt, vel quia hostes Respub. potenter domant. Quoniam hæc & alia huius vitæ ærumnosa munera sine solatia gentiles & infideles principes à Deo frequenter obtinent, qui tamen non pertinent ad regnum Dei, quò tendere debent principes catholici: sed felices reges &* C *imperatores Christianos esse dicimus, si iustè imperãt, si Deũ timẽt, si Deũ colunt, si Deũ diligunt, si pacem sibi datã ad dilatãdũ cultum Dei, diuinæ maiestati seruire faciãt.* Sed hæc sũmatim & breuiter de imperatoris Rom. Christi fidei, religionisque loce coruscantis dignitate, officio, & virtute dicta sufficiant. Nunc ad hypoteticum discursum orationis nostræ filum stylumque conuertentes, mirabilia quæ fecit Dominus in persona Constantini Magni explorare nos oportet. Quem ipse Dominus elegit, vt sob illius imperio suæ consecrato religioni, ecclesiæ suæ pacem, auctoritatem & gloriam permanenter cum prosperitatis incremento, toto terrarum orbe diffunderet. Cur vero hanc summam sublimemque gloriam prosperitatemque sui spiritualis imperii Monarchiæque ecclesiasticæ à Philippo primo Romanorum omnium imperatorum Christiano principe, ortum principiumque deducere, illoque ad hoc D prosperitatis ecclesiasticæ fastigium vti noluerit, prius sequenti capite sciscitari atque disquirere meritò nobis incumbit.

Qui inuitus accedit ad imperium videtur ad illud vocatus à Deo.

d Hormisdæ ibidem.

Cultus Dei verus & malorum correctio imperij firmitas.

e S. Fulgentius lib. de veritate prædestinationis & gloriæ.

Virtutes imperatoris.

3. Pars. imperator qua ratione poterit fieri vas diuina misericordia in gloriã æternam præparatum.

Felix & gloriosum imperium statui Ecclesiastico consulens & seruiens.

f Lib 5. ciuitate c. 24.

CAPVT

CAPVT VI.

Philippus imperator quamuis ante Constantinum Magnum fidem Christi Domini coluerit, nihilominus primus Christianus imperatorum Romanorum non censetur, quem elegit Dominus pro gignenda & amplificanda suæ Ecclesiæ prosperitate atq; pace, & cur.

1. *Inexplebilis dominandi cupiditas Philippi, & immanissima ipsius in Dominum benefactoremque suum Gordianum imp. quem nefariè trucidari præcepit.*
2. *Philippi imp. cum filio ad fidem Christi conuersio, Pontij martyris persuasione.*
3. *Propter huius insatiabilem imperandi libidinem & crudelem ingratitudinem Deus illo noluit uti, ad triumphos Ecclesiæ suæ.*
4. *Ad hos elegit Constantinum Magnum qui se totum imperiumque Romanum Christo Domino eiusque Ecclesiæ consecrauit.*



a S. Dionys.


VONIAM *bonum ex integra causa, malum autem ex singulis defectibus,* inquit[a] S. Dionysius: cumque Deus imperatore Romano ad liberandū regnum suū spirituale in hoc mundo, quod est Ecclesia, ab omni persecutionis captiuitatisque paganicæ crudelitate, nisi optimo uti noluerit. Propterea Philippum imperatorem quamuis factum longe ante Constantini Magni tempora Christianum eligere noluit: qui tantum bonum Ecclesiæ suæ sacratoque Pontificiæ Monarchię solio prestaret. Quia moltis iisque grauissimis flagitiis sese inquinauerat, quę eū indignum plane reddiderunt, quo minus Ecclesiam Dei sedemque Apostolicam factā sub tributo, ab omni seruitutis, persecutionis, calamitatisque cuiusuis turbine vindicaret. Fuit namque insatiabilis in eo dominandi libido, & crudelis admodū in Dominum suū Gordianum iuniorem imperatorem ingratitudo. De quibus hæc Capitolinus:[b] *Misitheo socero imperatoris defūcto collata à Gordiano fuit præfectura prætorij magistratus amplissimus Philippo: qui praua semel arreptus regnandi cupidine eadem percitus & impulsus, nullum arripiendi regni studium prætermittens, sed captans quamcūque posset occasionem, dolo tentauit, vt Gordiano redderet infensos milites, atq; adeo vt ipse ab iisdem collega Gordiani in imperio poneretur. Quod licet Gordiani amicis aduersātibus, est tandem ex animi sententia consecutus. Sed nec his contentus ex Collega progressus est in tyrannum.* Hæc Capitolinus acta fuisse scribit in finibus Persarū: Sed huic insatiabili & iniustæ Philippi dominandi cupiditati turpissimæque ingrati animi in Dominum benefactorem suū maculę, homo ambitiosissimus & ingratissimus sommam pręter cæteras immanitatem crudelissimamque barbariē ferociter adiunxit. Cum Gordiano inter paganos imperatorio primo, omnia bonorum, dignitatū, opum

Philippi imp. scelera multa.

Insatiabilis Philippi imp. ambitio & immanis in dominū Gordianum ingratitudo.

b Capitolinus in Gordiano imp.

Crudelissima impietas inuasio à Philippo Gordiano imperatori cuncta libere relinquenti vitam postulanti denegantis.



A facultatumque imperij fastigia ipsi relinquenti atque cedenti, solamque vitā ingloriam licet, sibi dari reseruarique saluam magna precū, supplicis in modū, commiseratione flagitanti acquiescere noluerit. Quin potius imperatoris miserabilis ardens exitij, oculos animūque suum generoso & innoxio principis de imperio optimè meriti sanguine satiare cruentareque, insano regnandi feruore, dominandique flamma cōsumptus, exarserit. Quam tragicam barbarāque nimium in precibus imperatoris afflicti & ab exercitu Philippi dolo, destituti aspernandis immaniterque repellendis asperitatem, & ipsius tandem imperatoris, lachrimis, planctu lugubri, querelisq; dignissimi, necem crudelem idem Capitolinus, his verbis exponit & enarrat:[c] *Cū factione Philippi videret* (scilicet Gordianus) *se haberi minorem* (nēpe Philippo) *petiit vt æquale saltem inter eos esset imperium, nec* B *impetrauit: dehinc petiit vt loco Cæsaris haberetur, nec id obtinuit: Petiit etiā vt præfecti loco esset Philippo, quod & ipsum negatum est. Vltimæ preces fuere vt eū Philippus pro duce haberet, & pateretur viuere, ad quod quidem pene consenseras Philippus ipse tacitus, sed omnia per amicos agens nutibus atque cōsiliis. Verum cum secum ipse cogitaret amorem populi Romani & Senatus circa Gordianum, & totius Africæ ac Syriæ totiusque orbis Romani: cum & nobilis, & nepos ac filius imperatorum, & bellis grauibus totam Rempub. liberasset, posse fieri vt factione quandoque militū Gordiano redderetur imperium. Cum recentes in Gordianum iræ militum fami causa vehementes essent, clamantem ante conspectum duci iussit, ac spoliari & occidi: quod cum primum delatū esset, post vt iussit impletum est. Ita Philippus impie non iure obtinuit imperium.* Hæc Capitolinus, cui consentit[d] Aure- C lius victor anno D. 246. Quî tantanex & nefaria cædes inuisa gentibus, vero Deo Christo Domino pro nobis homini facto non displicuisset?

c Capitolinus in Gordiano iuniore.

Gordiani nex & cædes turpis & immanis iussu Philippi.

d Aurelius Victor in Gordiano.

Ad cuius fidē ipse Philippus factus imperator, tepenti adhuc atque fumante innoxij principis effuso recēter cruore fœdatus, Pontij martyris persuasione postea cū filio suo Philippo iuniore conuersus, eiurata dæmoniorū superstitione properauit. Vt ipsius martyris acta his verbis apud Surium t. 7. die 14. Maii testantur.[e] *Pontius præfectura auctus familiariter notus erat & amicus Philippis imperatoribus: hi vero anno conditæ vrbis millesimo dixerunt ei. Eamus & propitios nobis faciamus Deos magnos, qui nos in hunc Roman. vrbis millesimū perduxerunt. Pontius vero multis modis subterfugere nitebatur. Sed illi vt amicum cogebant eum facere sacrificiū. Tunc ille credens sibi oblatam à Deo occasionē.* D *O piissimi,* inquit, *imperatores, cum à Deo vobis oblatum sit augustum in homines imperium, cur non eum potius adoratis, à quo tāto estis aucti beneficio? Philippus imperator respōdit, ego vero ea causa magno Deo Ioui sacrificare cupio, quod ab illo hæc mihi collata sit potestas. At Pontius subridens, ne erres,* inquit, *imperator est Deus omnipotens in cælis, qui omnia condidit verbo suo, & spiritus sui gratia animauit. Quid plura? imperatores his & aliis eius sermonibus permoti crediderunt, & à S. Fabiano Papa baptizati sunt.* Hæc in actis martyris. Hic imperator Philippus Pater, fidei Christianę factus cōpos admonetur à Fabiano Papa cū esset Romæ, vt priusquam sacra synaxi cum aliis Christianis in solennitate pascali cōmunibus Ecclesiæ suffragiis adiutus reficeretur, grauissimorū criminum vt in Gordianū Dominū ac principē suum, aliorumque quæ illum patrauisse

2. Pars. Conuersio ad fidem Philippi imp. cum filio, persuasione Pontii martyris.

e Surius to. 7. die 14. Maij.

B

a Lib. 6. c. 27. Philippus admonitus a Fabiano Papa suorum agit pœnitentiam peccatorum.

A fama erat, pænitentiam ageret. De quo hęc Eusebius. [a] *Vbi Gordianus sex annis continuis Romanorum obtinerat imperium, Philippus vna cum Philippo filio succedit. Fama est, istum (Christianus nempe erat) cum precationum in die postrema vigiliæ Paschatis, vna cum multitudine in Ecclesia particeps fieri vellet, non prius ab Episcopo qui tunc Ecclesiæ præerat* (scilicet Fabiano Papa) *permissum esse intrare, quam se confessus fuisset, & inter eorum qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur, astricti, locumque pœnitentiam agentibus præstitum occupabant, se sua sponte collocauisset: Episcopumque dixisse, eum non alia conditione nisi illud faceret propter multa delicta quæ ab illo ferebantur admissa, aliquando ab ipso in Ecclesia receptum fore. Imperatorem autem alacri animo & lubente Episcopo morem gessisse, & ingenuam modestiam ac religiosam, piamque affectionem Dei timore incitatam re ipsa declarasse memorant.* Hic post pœnitentiam factam alijs multis operum bonorum exercitiis tantum nefas tantumque in imperatorem Dominum suum patratum parricidium eluere conatus est. Nam & anno imperij sui quarto (quo Christi fidem hunc cum filio professum fuisse quidam probabilius credunt), omnem veneream fœditatem ab Heliogabalo turpiter excitatam ab vrbe totoque relegauit imperio. Opus plane Christiano principe dignissimum: petulantiam poëtarum publicè famæ alienę detrahentium seuerè compescuit, vt testatur lex Poëtę Cod. de professoribus lib. 10. [b] *Poëtæ nulla immunitatis prærogatiua iuuantor.*

b L. Poetæ Cod de professoribus li. 10.

Multa præterea alia ab eo piè sanctéque esse statuta quę periere clarum est: quibus tam ignominiosam turpiter inuasi imperij patratique crudeliter in dominum parricidij, labem maculamque delere nitebātur. Constatque nouissima vitæ non fuisse similia prioribus videlicet improba & mala: quod illa scriptores ethnici tacuerint, quod non fecissent in odium Christiani nominis si ea sceleribus infecta detegere potuissent. Adde quod ipse cum filio benemeritus de senatu populoque Romano inter diuos defunctus morte cruenta relatus sit. Nihilominus quamuis hæc patratorum criminum pœnitentia, plurimaque quæ ipse imperator creatus opera bona fecit, illi ad salutem priuatam animæ seruire potuerint, voluit tamen illum Deus temporaliter punire propter tot crimina, licet pœnitentia forte benè deleta, ne in æternum damnaretur. Sed suæ Diuinæ iustitię æquitatique non congruere iudicauit, illo principe tam perfide immaniterque sanguine legitimi imperatoris inquinato, ad suæ gloriam Ecclesiæ manifestandam, & ad eam omni captiuitate oppressioneque liberandam paganicæ seruitatis vti. Qui enim Dauidis, serui sui fidelissimi, secundum cor suum, opera industria & facultate tradita ad ædificandum templum sibi in medio Iudaicę gentis vti noluit, quod illius manus sanguine quandoque pollutę fuerint: quomodo ad ædificandum splendorem, decus, potestatem & pacem Ecclesiæ suę per vniuersum terrarum orbem construendam firmandamque, viri sanguinum tanto cum cruore atque barbarie per nefas ad arcem imperij prouecti manus & operas sibi seruientes adhibere voluisset? [c] Itaque illo Veronæ morte cruenta & filio Romę extinctis, post multos annos hoc memorabile facinus opusque liberandę ab omni paganorum captiuitate, persecutione, furoreque, suæ sanctæ Ecclesiæ, innumeris decoratum miraculis, Constantino Magno virtutibus insignito maximis, ipse Dominus saluator mundi reseruare dignatus est. Vt exemplo & exitio ipsius Philippi per summum nefas inuasoris imperij [d] illud Curtij verissimum confiteamur. *Nullam scelere quæsitam potentiam diuturnam esse.* [e] *Nequaquam imperium flagitio quæsitum bonis artibus exercuisse,* rectèque dictum fuisse, [f] ab Othone imperatore, *Experientia magistra didicimus non posse principatum scelere quæsitum diu retineri.* Propterea nullus prudentium, de illius vnquā apud [g] Liuium sententiæ memorabilis veritate dubitare visus est, *imperia male parta, male gesta, male retenta obruuntur.* Quamobrem Constantinus Magnos non Philippus primus imperatorum Romanorum Christianus merito reputandus est.

3. Pars Cur Deus Philippo Christiano imperatoris industria & opera ad dilatandam per omnem orbem terrarum Ecclesiam suam gloriam vti noluit.

c Cassiodorus in chronico anno 253.

Augustorum Patris & filij neces cum septem annos regnassent.

Male parta potestas male delabitur.

d Curtius l. 4.

e Tacitus l. 1. hist.

f Tacitus l. 1. hist.

g Liuius lib. 9.

B Qui permanenter crucis trophæa in toto orbe, imperatorię maiestatis edicto plantauit, Christianæque religionis potestatem imperiumque Ecclesiasticum, extinctis idolorum dęmoniorumque furoribus perenni stabilitate sublimauit. Quod non obscurè Galla Placidia Valentiniani 3. imp. mater ad Theodosium iuniorem filij sui collegam Augustalem contra deprædatoriam Ephesinam synodum rescribens his verbis confessa professaque significauit: [h] *Non modicum detrimentum est ex his quæ gesta sunt: vt fides quæ tantis temporibus regulariter custodita est, à sacratissimo patre nostro Constantino, qui primus imperator resplenduit Christianus, perturbata sit ad arbitrium vnius hominis* (nēpe Dioscori & Eotychetis.) Ante hanc nobilitate & pietate illustrē mulierē claruit. [i] S. Ambrosij de hac veritate testimoniū, asserentis in oratione funebri Theodosij Magni. *Constantinum magni meriti locum reperisse quod primus imperatorum credidisset, & post se hæreditatem fidei principibus dereliquisset.* Ipse est Constantinus qui primus in imperio firma fidei Christianę auctoritate imperatoris Christi Domini benedictionibus innixa fundamenta [k] iecit: iactisque fundamentis nobile sacrumque principatus Ecclesiastici à Christo Domino creati robur contra externos Diaboli satellites atque ministros extruxit. Qui cæteris in imperio suo nobilibus & plebeis viam ad Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ obsequium & honorem suo exemplo decretoque reserauit. Qui in decus reuerentiamque summam Christianę religionis, [l] labarum aquilasque Romanas in sanctæ vexillum crucis religiose mutauit. Qui in imaginum statuarumque suarum manu dextera globum, imperij sui orbem repræsentantem, [m] sanctę crucis signo in summitate decoratum poni, insculpi seu figurari pręcepit. Quo symbolo ingenuè pieque profiteretur, crucis auxilio atque virtute subactum mundum, sanctissimę Ecclesię, sedis Apostolicæ, Pontificiæque paternitatis suaui salutarique iugo ceruicem obedientiæ humiliter feliciterque supposuisse. Ipse est qui ad maiorem suæ in Christi Domini auxilio misericordiaque confidentiæ professionem, in aureis nummis, effigiem suam sublatis in celum manibus, quasi opem præsidiumque à Deo humiliter efflagitantē insculpi præcepit & imprimi. [n] Ipse est qui se Ciuitates Augustales, totumque imperium Christo Domino, charitate ardentissima animoque promptissimo dicata consecrataque subiecit, [o] vt hæc quę ad Celsum Africæ vicarium rescripsit

4. Pars Christianus primus imperator cur dictus, Constantinus.

h Gallæ Placidiæ imp. Valentiniani 3. matris Epist. ad Theodosium iuniorē quæ extat ante concilium Chalced. t. 1. conciliorum.

i S. Ambros. in oratione funebri Theodosij.

k Eusebius l. 9. c. 9.

l Sozomenus l. 1. c. 3.

m Niceph. l. 7 c. 63.

Constantinus M. se summque imperium Christo D. eiusque Ecclesiæ consecrat.

n Eusebius l. 6 de vita Cōstantini c. 15. & 16.

o Rescriptum Constantin. ad Celsum Africæ vicariom ex bibliotheca ...

clariſſime deſignant.[a] *Nequaquam me aliter maximum reatum effugere poſſe credo quã vt hoc quod improbe fit, minime exiſtimẽ diſſimulandum. Cum nihil potius à me agi iuſtitiæ meo ipſiuſque principis munere oporteat, quã vt diſcuſſis erroribus omnibuſque temeritatibus amputatis, veram religionem, vniuerſã concordemque ſimplicitatem atque meritam omnipotẽti Deo culturam præſentare perficiam.* Sed hæc præludia ſunto, ad multa plura, quæ de maximis huius imperatoris virtutibus, & pro bono paceque Eccleſię proſperitatibus diuinitus ipſi à Chriſto Domino collatia ſequentibus capitibus dicturi ſumus.

a Reſcriptum Conſtant. ad Celſum Africæ vicarium.

CAPVT VII.

De magnis Conſtantini virtutibus quæ baptiſmum eius præceſſerunt, tanquam diſpoſitiones de congruo ad Chriſti Domini fidem, deque mirabilibus, quæ fecit Deus ante baptiſmũ eius pro ipſius ſalute & gloria, ad proſperitatem, amplitudinem Eccleſiæ ſuæ glorioſam, Monarchiæque Pontificiæ exaltationem reuocata.

1. *Morales virtutes infidelium ſunt diſpoſitiones de congruo ad fidem.*
2. *De virtutibus Conſtantini præcedentibus eius baptiſmum.*
3. *De mirabilibus Dei in perſona ipſius imperatoris, quæ eius perfectam fides Chriſtianæ profeſsionem, ſacrumque baptiſmum accelerarunt.*

FVit igitur Conſtantinus Magnus, quẽ primum ex omnibus imperatoribus ac regibus elegit Dominus: qui indutus virtute ex alto ſaluos faceret populos ambulantes in tenebris gẽtilię ſuperſtitionis, eoſq; liberos ab idololatriæ Ethnicęque infidelitatis erroribus vindicaret, vindicatoſq; ſub vexillo ſanctę crucis Chriſtianę militię feliciter inſcriberet. Sic mediãte hoc bono principe tanquã inſtrumẽto ſuę diuinæ voluntatis, Chriſtus Saluator, princeps regum terrę, ſponſã ſuam cõmunem fidelium parentem, Eccleſiam, cum eius ſolio thronoque Romæ locato ad magnos gloriæ proſperitatiſq; ſanctæ progreſſus extulit, regnũque ſuum in terra ſpirituale ſuo creditum vicario Rom. Pontifici ſublimauit. Fecitque vt ipſe Conſtantinus per virtutes maximas quas in illius animo plantauerat, in protegenda & augenda ſuæ Eccleſiæ dignitate, poteſtate & gloria aliorum principũ Chriſti vexilla ſequentium exemplar eſſet.[a] *Cum primum in vnoquoque genere menſura reliquorum eſſe ſoleat.*[b] Felix Conſtantius imperator tanto dignus filio, qui religioſus gentilitiæ contemptor impietatis, verique Dei mundi ſaluatoris magnificus adorator, filium tantarum virtutum ipſi Deo, eiuſque ſanctiſſimæ ſponſæ patere benedictoque ſemine producere meruit.

Electus primus à Deo Conſtantinus, ad ſalutem & gloriam Eccleſiaſticæ Monarchiæ.

a Auiſt l. 10. Metaph.

b Euſebius l. 1. de vita Cõſtant. cap. 20.

Hę Conſtãtini virtutes nondũ baptiſati viã aditũque ſalutarem ipſi ad ſacrũ baptiſmatis fontẽ, & ad perfectã veræ Chriſtianęque religionis profeſſionem, tanquam diſpoſitiones ex congruo vt ſchola loquitur, perbeate relaxarunt.[b] *Vt Centurionem quendam cui Angelus Domini, Eleemoſynæ tuæ* A *ait, & orationes aſcenderunt ante Deum.* Et alteri illi qui præuiis operibus moraliter bonis, poſtea diuina illuminatus gratia Chriſti Domini in crucis patibulo crudeliſſime morientis & mortui diuinitatem agnouit.[c] *Qui viſo terræ motu, dixit vere hic homo iuſtus erat, & vere filius Dei erat iſte.* Vnde memorabile illud[d] S. Cyrilli Alexandrini de Iudæorũ gente aſſerentis, eos ad veram Chriſti Domini cognitionẽ fideiq; lumen perueniſſe, qui piè ac iuſtè vixerant, reliquos in fæce lutoque luæ cęcitatis & infidelitatis remanſiſſe, qui tui pi.ſſima vitã ſuam vitiorum colluuie fędauerant. Cauſa fuit propter quam[e] S. Gregorius Nazianz. maximam de cõuerſione Patris ſui ad Chriſti fidẽ religionẽque, ſpem fuiſſe cõceptam, virtutibus illius ad eã prouocãtibus, oratione in funere illius habita cõmemorauit. B *Moram quippe probitas*, inquit, *cum nobis vendicabat: retulit fidem in præmium præcedentiũ virtutum.* Sic ex piis operibus bonitatis moralis irradiatione fulgentibus, Clodouei Francorũ Regis nondum Chriſtiani, S. Remigius Rhemenſis Archiepiſcopus illum ad ſalutis ſuæ portum lucemque Chriſtianæ veritatis peruenturum breui ſperauerat: quod præter domeſticas virtutes illũ Chriſtianis Eccleſiis non Chriſtianũ quam plurima bona regali magnificentia elargiri, vt Eccleſiæ Rhemenſi conſpiceret. Quæ bona à Clodoueo, nondum Chriſtiano donata, ſibique ad proprium vſum conceſſa S. Remigius ſe pauperibus locis deputauiſſe teſtatur.[f] *Ne, inquit, forte cum eſſet infidelis, cupidum terrenarum rerum me arbitrari poſſet, & non potius ſuæ ſalutem animæ, quam exteriora ab ipſo bona requirere. Quod admiratus, intercedere me pro quibuſcumque neceſſitatem patientibus, & fidelis & ante fidẽ benigne liberaliterque cõceſsit*, &c. C

c S. Lucæ c. 23.

d Lib. 4. c. 20. in Ioannem.

e Orat. funebri patris.

f Ex teſtamẽto S. Remigij apud Baronium lib. 7. ſoutinal.

Vt ad virtutes Conſtãtini veniamus, quæ illi tutum rectumque ad veri Dei cognitionem, fidem, cultumque præmunierunt, iter & aperuerunt, illuſtris fuit in eo modeſtia valdeque Deo hominibuſque placens humilitas, tanquã præclarum firmumque aliarum virtutum fundamentum. Quæ in ſumma dignitatis arce reſplenduit, qui teſtamento Patris Eboraci in Britannia defuncti, relictus imperator, ſolo pręmodeſtia Cęſaris nomine contentus ab excellenti pleno maieſtatis poteſtatiſq; ſublimis Auguſti vocabulo abſtinere voluit, quouſque ab exercitu imperator proclamaretur. Honorificentius eſſe mereri imperium virtute, quam poſſidere hæreditate indicans. Ex quo ſegetem laudandi maximam, magniſque illũ honoribus efferendi Gallicanus orator in Panegyrico ſuſcepit iſta dicendo.[g] *Cum tibi pater imperium reliquiſſet: Cæſaris tamen appellatione contentus expectare malueris, vt idẽ te, qui illum declararet Auguſtũ.* D *Si quidem ipſum imperium hoc fore pulchrius indicabas, ſi id non hæreditarium ex ſucceſſione cepiſſes, ſed virtutibus tuis debitum à ſũmo imperatore meruiſſes.*

a. Porr. Modeſtia & humilitas Conſtantini Magni.

g Gallic. orat. in Panegyr.

Qui cathecumenus, ſe ad ſacri lauacri ſuſceptionem digne mediãte catechiſta ſuo S. Syluestro diſponẽs, magnum modeſtiæ humilitatiſque ſpecimen exhibuit.[h] *Nam habitũ regium auro gemmiſque precioſis diſtinctũ, quo ſemper induebatur, diademaque mirabilibus lapillis valoris maximi refulgens, quo quotidiana cõſuetudine exornabatur*, inquit Aurelius Victor, *depoſuit ad tẽpus, illiſque in diebus catheſiſmi & inſtructionum ſua carere voluit.* Vt humilius modeſtiuſq; per os S. Sylueſtri Dei vocẽ Chriſtique Domini inſpirationes audiret. Caſtitas vitæq; puritas nõ mediocris illũ magnopere

Humilitas Conſtantini ſe ad baptiſmũ præparantis.

h Aurelius Victor in Conſtantino.

Morales virtutes ſunt ad fidem diſpoſitiones ex congruo.

b Actor. 10.

commendabat. Ad cuius virtutis encomium hæc oratoris Gallicani per Apostrophē Constantino loquentis referri debent. *Neque enim in te fortuna tantum patris Constantine, sed etiam continentia, fortitudo, iustitia, prudentia se se votis gentium præsentant. Quo enim magis continentiam patris æquare potuisti, quã quod te ab ipso fine pueritiæ illico matrimonij legibus tradidisti, vt primo ingressu adolescentiæ formares animũ maritalem, nihil de vagis cupiditatibus, nihil de concessis ætati voluptatibus, in hoc sacrũ pectus admitteres, nouum iam tum miraculum iuuenis vxorius, sed vt res est mente præsaga omnibus te verecundiæ obseruationibus imbuebas, talem postea ducturus vxorẽ.* Cui virtus contigit ante diẽ, cuius cursus multo celerior fuit in illo, quam ætatis, vt hæc Nazarij in Constantini Panegyrico verba testantur.[a] *Tu imperator optime initio principatu, atque ætate immaturus, sed iam maturus imperio, ostendisti cursũ ætatis non expectandum in festinatione virtutis.*

Gallica in Panegyr.

Castitas & pudicitia.

Constantino virtus obtigit ante diem.

a Nazarius in pan. impp. Maximini & Constantini.

Afflictis suę fidei ditioniq; creditis populis vehementissimè cõpatiebatur, atque ad calamitates imperij vtbiũque eius, vt Romę mũdi capitis, interiora eius pectoris viscera maximo dolore mouebantur.[b] *Flagrantiora sunt animorum desideria cũ oculorũ solatia perdiderũt, nihil profecto grauius, nihil miserius Roma doluisti.* At quanta principis ipsius in pauperes charitas, præsertim in eos parẽtes qui inopia perculsi & oppressi nimia, liberos alere nõ valentes vendere turpiter, aut quandoque crudeliter occidere compellebãtur? Quorũ necessitati paupertatique cũ ex fiscali tũ ex priuata pecunia, succurrere ac opitulari charitate imperiali percupiens hanc ad Ablauium sanctionem rescripsit.[c] *Æreis tabulis vel cerussatis aut linteis mappis, scripta per omnes ciuitates Italiæ proponatur lex, quæ parentũ manus à parricidio arceat, votumque vertat in melius: officiumque tuum hæc cura perstringat, vt si quis parens afferat sobolẽ quam prę paupertate educare non possit, nec in alimentis, nec in veste impertienda tardetur. Cum educatio nascentis infantiæ moras ferre non possit, ad quã rem & fiscum nostrum, & rem priuatã indiscretè iussimus præbere obsequiũ.* Simile rescriptũ huius imperatoris plenum charitatis & misericordiæ erga pauperes, eos præsertim qui præ magna egestate alendi liberos facultate priuãtur in l.2. eodẽ Cod. de alimentis habetur in hæc verba conceptũ:[d] *Prouinciales egestate victus atque alimonia inopia laborãtes liberos suos vendere aut oppignerare cognouimus. Quisquis igitur huiusmodi reperietur, qui nulla rei familiaris substantia fultus est, quique liberos suos ægre ac difficile sustentet, per fiscũ nostrũ antequã calamitati fiat obnoxius, adiuuetur: itaut proconsules præsidesque, & rationales, per vniuersam Africam habeant potestatem, & vniuersis quos animaduerterint in egestate miserabili constitutos stipem necessariam largiãtur, atque ex horreis substantiã protinus tribuant cõpetentem.* Quã sanctionẽ, hac pietate misericordiaq; imperatoris conclusit. *Abhorret enim à nostris moribus vt quemquam fame confici, vel ad indignũ facinus prorumpere concedamus.*

b Nazarius in Panegy.

Pietas & commiseratio in afflictum populum vt Romanum.

Charitas in pauperes præsertim parentes filios alere non valentes &c.

c L.1. de alimẽtis in cod Theodosiano.

d L.2. de alimentis cod. Theod. tit. 27. lib. 11.

Hæc pius imperator in fauorem egenorũ Christiana tactus cõmiseratione rescripsit. Hæ aliæq; quãplurimæ virtutes quas breuitati cõsultutus silentio prætereo, Constantini firmiter insidentes in animo, gratæ Deo, magnũ illi ad salutarem baptismatis fõte regenerationẽ, indeq; ad Ecclesiæ protectionẽ multiplicandãque gloriã eius & potestatem, adiumentũ præparationemque præbuerint. Quæ vt felicius citiusque Deus cõpleret effectu,

Mirabilia quæ fecit Deus in fauorem Constantini pro sua liberanda ab omnibus pugnantis tyrannidis Ecclesia.

A mirabilia fecit in cathecumeno suo, sãcta cupiditate ardoreque fonti baptismatis inhiante. Cum Angelos suos in exercitũ eius pro eo contra inimicos crucis religionisque sanctæ vastatores, pugnaturos, prosperaque certamina creaturos immisit. Quo de miraculo Nazarius ista narrauit:[e] *In ore est omnium Galliarum exercitus visos qui se diuinitus missos præ se ferebant. Et quamuis cælestia sub oculos hominum venire non soleant. Quod crassam & caliganteem aciẽ, simplex & inconcreta natura tenuis substantiæ eludat, illi tamen auxiliatores tui aspici, audiri patientes, vbi meritũ tuum testificati sunt, mortalis visus contagium refugerunt. Sed quænam illi dicitur fuisse species, qui vigor corporum, quæ amplitudo membrorum, quæ alacritas voluntatum: flagrabant verendum nescio quid vmbones corusci, & cælestium armorum lux terribilis ardebat, tales enim, venerant vt tui crederentur. Hæc eorum sermocinatio, hoc inter audientes ferebant: Constantinum petimus, Constantino imus auxilio,* &c. Cui de veri Dei saluatoris mũdi quem Pater Constantinus cathecumenos vnice pieque coluerat, cultu religiose, mature, serioque cogitanti, impiamque Dæmoniorũ superstitionẽ maiori odio detestanti, mirabilem Dei visionem in aere impressam, futurarum eius victoriarũ de Christianę religionis oppressoribus persecutoribusque reportandarũ futurarumq; prosperitatũ prælagã atque prænunciam obiicere præsentareque dignatus est. *Visio erat huiusmodi*, inquit Eusebius, *cum iam sol in medium cælum ascendisset, die in pomeridianum tempus paululum inclinante, dixit*, scilicet, Constantinus ista referens[f] ipsimet Eusebio scriptori eius historię, *se crucis signũ ex lucis splẽdore figuratũ in ipso cælo soli imminens manifesto, oculis aspexisse, inque eo inscriptionẽ consignatã quæ hęc verba cõplectebatur, ἐν τούτῳ νίκα*, scilicet, *in hoc vince*.[g] Subdit Eusebius, *admiratio ingẽs ipsum & totũ exercitum qui cũ quopiã iter faciente comitabatur, atque adeo huius prodigij spectator factus erat, inuasit, atq; cum diu multũque cogitantẽ oppressit nox, tibi in dormienti Christum Deum cum signo in cęlo monstrato visum esse, præcepisseque vt exemplari ad imitationem illius signi, quod in cælo apparuerat, fabricato eo tanquam præsidio in prælijs cum hostibus committendis vteretur.* Quem obedienter imperator de somno experrectus & excitatus audiens, postea non solum in labaro, sed etiã in armis hoc salutare crucis signum non solum honorifice sed & sibi feliciter infixit vt hæc Prudentij carmina designant.[h]

Missi Angeli à Deo pro Constantino pugnaturi contra Maxentium & alios.

e Nazarius in Panegy.

B

Constantino de veri Dei cultu serio cogitanti detestãtique idolorũ superstitionẽ mirabilis in aere de cruce visio diuinitus facta.

f L. 1. de vitã c.20.

C

g Ibi.

Dormienti Cõstantino Christus Dominus apparens iubet illum vti in prælijs contra hostes signo crucis in cælo viso ad victoriam.

Christus purpureum geminatus textus in auro
Signabat Labarum, clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis crux addita christis.

h Prudent. li. 1. aduersus Symmachũ.

D Cuius virtute mirabili protectus & armatus imperator parua pugnantiũ militũ manu immensũ prope Maxentij exercitũ supra centum millia armatorum excrescentẽ miraculoso certamine ad vnũ vna cũ ductore exercitus scelerato Maxentio partim ferro, partim naufragio prostrauit, deleuit, extinxit. De qua mirãda fortunataq; victoria hæc Gallicanus cecinit.[i] *Ad primum igitur aspectũ maiestatis tuæ primumque impetum totius tui victoris exercitus hostes territi fugatique, & angustijs Miluij põtis exclusi, exceptis latrocinij illius primis auctoribus, qui desperata venia, locum quem pugnæ sumpserant texere corporibus, cæteri omnes in fluuium abiere præcipites, vt tandem aliquod cædis compendium fessis tuorũ dexteris eueniret. Cũ impios Tyberis hausisset, ipsum etiam illum, Maxentium videlicet, cum equo & armis insignibus frustra conatum, per abruptã ripa*

Constantinus paruo militũ manu ingentem Maxentij exercitum delent virtute crucis.

i In panegy Constantini.

vlterioris euadere, vidē Tyberis correptū gurgite deuorauit: ne tā deforme prodigium vel hanc obitus sui relinqueret famā, quod alicuius viri fortis gladio teloq; occidisset. Sic hostis Ecclesię Christi imperiiq; sceleratus incidit in foueā quā fecit, quia pugnaturus cū Constantino sic acies suas ordinauerat, vt suo & illius exercitui omnē fugiendi spem adimeret. Quod idem orator Gallicanus his verbis ostēdit [a] *At quomodo instruxit aciē tot annorum vernula purpuratus. Ita protsus, ne quis euadere, ne quis vt fit, loci motus referre gradum & instaurare prælium posset, cū à fronte armis, à tergo Tiberis flumine premeretur. In quo ille non mehercule cogitauit necessitatem resistendi, sed propinquitatem refugiendi. Nisi fortè iam sentiens diem sibi venisse fatalem, ad solatium suæ mortis, voluit secum trahere quamplurimos, vt omnes essent exitus sui comites, qui scelerum participes extitissent.* [b] Simile Nazarius, *quod eta*, inquit, *ratio disponendi exercitus docuit illum mēte perdita implicatoque consilio cum eo pugnæ locū caperet, vt interclusa fuga moriendi necessitatem imponeret, cum victoriā non haberet.* Similis sanctæ crucis virtus Constantino in ea confidenti affulgens eum victorem gloriosum magnificumque triumphatorem de Licinio tyranno sæpius primum in Pannonia, [c] deinde [d] in Thracia miraculoso supernaturaliq; auxilio reddidit. Qui ad eādem sanctæ crucis virtutē auxiliumque precibus bonisque operibus recurrit, [e] cum iterum restaurare bellum cum Licinio coactus qui sua spe confidentiaque in hoc sacro nostræ salutis instrumento iacta nunquam deceptus, nobilem tandem consummatumque de illo Christianæ religionis hoste cæterisque triūphum postea retulit. Has miraculosas crucis sanctæ in aere signatę armatarumque copiarū visiones futurarū victoriarum prænuntias sæpius ipsi Constantino diuina Christi Domini potentia atq; misericordia illius inuigilante prosperitatibus & saluti pro suæ seruitio gloriaque Ecclesiæ fuisse factas Zonaras tomo tertio cōmemorat. [f] *Ferunt,* inquit, *Constantinum in prælio cum Licinio & Maxētio commissis vidisse armatum equitem signum crucis pro vexillo, ante aciem suam præ se ferentem, ac rursus Hadrianopoli duos visos ei adolescentes, qui hostium phalanges cæderent, item circa Bizantium noctu omnibus dormientibus, conspectum ab eo ignem qui fulguris instar vallū exercitus sui collustraret. Quibus ostentis in eam sententiam adducebatur, vt videret successus illos rerum & victorias sibi diuinitus offerri.* Sed de hac postrema visione Bizantiana pluribus ita Nicephorus, [g] *Nicomedia soluens Constantinus,* vbi scilicet postremo prælio cōflixerat cum Licinio cūque vicerat, *bellum eis intulit. Bizātij porro cum cervicem ei submittere ac tributum pendere nollent, procaciterque Romanæ seruitutis iugum excuterent, res ad manus peruenit, ac prælio commisso sex millia primo in Constantini exercitu, deinde conflictu altero tria alia millia hominū cæsa sunt. Quo fortunæ successu Bizantij sublati vt copias Romanorum omnes conciderent, despiciebant. Pauci namque eo tempore cum imperatore milites erant, omnibus fere exiguo excepto numero, ad præsidium Romanæ ditionis quod de Persarum expeditione & incursione nuntiatum esset, missis, vespera dicerat, & imperator languidus & mæstus inopia Consilij continuo oculos ad cælum intendit. Atque ibi rursum videm vt Romæ cum contra Maxentium bellum gereret scripturam stellarum ordine atque distinctione confirmatam vidit, hoc significantem. Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & liberabo te, & glorificabis me. Stupore igitur percitus rursus oculos sustulit, & iterum crucem stellis effigiatam sicut antea in cælo. Et inscriptionem circum eā conspexit: cuius hæc verba erant: In hoc signo hostes omnes vinces: Et confestim in memoriam ei quæ antea acciderant venere. Postridie ergo classis iis auere iussit prælioque cruentum cum Bizantiis commisit, & quod trophæum & signum crucis præferri in acie mandasset fortiter illos vicit, simulque vrbem ipsam cepit. Victoria autem eius trophæum & signum eo loco statuit vbi nunc Porphyretica eius columna in magnam amplitudinem ampliter excurrit.* Hæc Nicephorus, quę quidem & alia plura mirabilia prodigiaque salutaria Deus in fauorem optimi principis salutis & gloriæ, pro defensione, libertate & prosperitate suæ fecit Ecclesiæ. Atque hæc quidem ante ipsius baptisma Constantini producere diuina sua miseratione dignatus est.

Maxentius incidit in foueā quam fecit.
[a] Ibid.
Maxentius pugnaturus cum Constantino omnem spem fugiendi exercitui sustulerat.
[b] In Paneg. constant.
Constantinus sæpius Licinium vicit sanctæ crucis virtute munitus & alios Ecclesiæ hostes.
[c] Zozimus l. 2.
[d] Eusebius l. 2. c. 7. & 8. de vita constantini.
[e] Eusebius l. 2. de vita constantini c. 12. 13. 14.
[f] Zonaras t. 3.
Visiones Constantino militanti plures ostensæ miraculosa illum de futuris victoriis sui certiorem facientes.
[g] L. 7. cap. 7.
Constantinus Bizantios rebellantes & vincens elatos victoria per virtutem sanctæ crucis ei in aere ostensæ item data scriptura hac. Inuoca me &c.
Deus adiutor in tribulationibus omnibus eum inuocantibus.

CAPVT VIII.

De baptismo Constantini ad quem accurrit magna cum humilitate & deuotione, vt elueret & expiaret peccata multarum calamitatum causas, quæ humana passus, vt alter Dauid patrauerat: de virtutibus quas exercuit in ipsis solemnitatis baptismalis diebus.

1. *Oblitus Dei gratia patrauit crimina, magnorum causas malorum Constantinus.*
2. *Resipiscens ad baptismum confugit in quo suscipiendo magnas exercuit virtutes.*

POST tot mirabilia quæ misericorditer in gratiam serui sui Constantini fecit Deus, contigit miserū! vt ipse tot beneficiorum Dei oblitus, in errores grauissimos impingeret: à quibus mala múlta calamitatesque in ipsum, familiam eius, imperiumque redundarunt. Vt cum augurum responsa captare cœpit, in quos antea sanctarum legum gladium distrinxerat, atque pro cōsulendis aruspicibus eorū responsis captandis proh nefas! ad præfectum vrbis rescribere non exhorruit infelicem Israel Regem Ochoziam perniciose & turpiter æmulatus. [h] *Qui misit consultum Belzebub. Deum Accaron, nū viuere posset de infirmitate sua,* ac si vt illi Angeli monitu postea Elias exprobrauit. [i] *Nō esset Deus in Israel.* Neque Saulis contra tot Dei beneficia, maculas ingrati animi, sordesque diffidentis perfidiæ, contra veri Dei fidem & oracula non ita execrādas esse iudicauit: [k] quod Pythonissam Diaboli ministram impia inferni, mendaciorum pollutionibus incęstata responsa ore sacrilego exhalantem, Dei veri contemnens imperia cōsuluerit. Qui antea magos & ariolos de terra grauiter affectos pœnis expulerat, omnesq; Pythones in ventre gestantes seueræ morti demiserat. Cum ipse imperator similes inferni diabolique ministros augures, Ariolos, aruspices, in indignissimū Christianæ religionis contemptum, verique Dei redemptoris mūdi dedecus, à quo tot bona, prosperitates, & gratias tēporales spiritualesq; hactenus hauserat & fortunatissimus acceperat, inuisere consultando, & conuenire, eorum execrandis fraudulentisque fidem responsis honoréque deferēdo nō erubuerint. [l] Ex illo fluere ac retro sublapsa referri pietas imperatoris cœpit. Hinc diuinę in eum irę tot scelerum vltrices: à quibus grauissimas in se suosque persensit imperator illico detonare calamitates. Nam in eam cōtra propriū

Constantinus M. humana patiens Dei oblitus augures consultat.
[h] L. 4. Reg. c. 1. v. 2.
[i] Ibidem v. 3.
[k] 1. Reg. c. 28.
Constantinus filij, nepotes & vxoris necem subit.

sanguinem ac viscera indignationem transuersus incidit vt in ea, scilicet filium natu maiorem Chrispum, nepotem Liciuiú senioris quem vicerat, filium, propriamque coniugem Faustá furere coactus fit & efferari. De nece filij & nepotis hæc Orosius.[a] *Sed inter hæc latent causæ, cur vindicem gladium & destinatam in impios punitionem Constantinus imperator etiam in proprios egit affectus. Nam Crispum filium suum & Licinium sororis filium interfecit.* De cæde vxoris Faustę cum Crispi interitu hæc Sidonius Apollinaris auctor grauissimus eû agit de Ablauij consulis Constantino familiarissimi disticho.[b] *Vt mihi non figuratus,* inquit, *Constantini domum vitamque videatur vel pupugisse versu gemello Consul Ablauius, vel momordisse disticho tali clam Pa atinis foribus appenso.*

a Paulus Orosius l. 7. c. 28. in fine.

b Sidonius Apollin. lib. 5 Ep. 8.

Saturni aurea secla quis requirat?
Sunt hæc gemmea sed Neroniana.

Causa necis Crispi filii & Faustæ coniugis Constantini

c Lib. 2.

Quia scilicet prædictus Augustus iisdem fermè temporibus extinxerat coniugem Faustam calore balnei, filiumque Crispum morte mactauerat. De causa vero necis vtriusque filij & coniugis hæc Zosimus scriptor Ethnicus commemorauit.[c] *At vbi Romam venit, omnis arrogantiæ plenus, ab ipso lare sibi sumendum impietatis exordium existimauit. Nam Crispum filium, Cæsaris, vt antea dictum est, ornatum titulo, quod in suspicionem venisset, quasi cum Fausta nouerca consuesceret, nulla ratione iuris naturalis habita, sustulit. Cumque Constantini mater Helena tantam calamitatem ægro ferret animo, & intolerabilem ex cæde iuuenis dolorem perciperet: quasi consolans eam Constantinus malum malo maiore sanauit. Nam cum balneum accendi supra morem iussisset, eique Faustam inclusisset, mortuam inde extraxit.* Sed infelix Pater ab impia deceptus vxore, filium innocentem nesciens interemit, qui postea iniquitatem crudelem vxoris agnoscens digno eã mortis affecit supplicio. Vt Artemius martyr præfectus quondam Augustalis, Iuliano Apostatæ constantinum Magnum calumnianti & crudelitatis insimulãti pro defensione Constantini respondẽs his verbis Christianorum actor causæ significauit.[d] *Ille autem* (scilicet Constantinus imperator) *vxorem Faustam iustè admodum interfecit, vt quæ priscã Phædram esset imitata, eiusque filium Crispum calumniata, quod eius amore captus esset, & vim ei conatus esset afferre, sicut etiam illa Hippolytum Thesei filium, atque primum quidem, qui sic in matrem infamerat, vt volebãt eius* (nempe Faustę) *verba, ille cum esset maritus, puniuit. Postea autem cum sciuisset esse mentitam, ipsam quoque occidit, in eam ferens sententiam omnium iustissimam.*[e] Similia de ipsius Cęsaris iuuenis innocẽtia perfide à nouerca apud patrem accusati, crudeliterque cum calumnia detestabili traducti, S. Hieronymus in Lactantio Crispi pręceptore,[f] Zonaras,[g] Suidas, alijque recentiores in scripta retulerunt.

C

Fausta nouerca Crispum innocentem mendaciter apud maritũ Constantinũ vt altera Phædra Hippolytũ apud Theseũ culpauit.

d Eo Metaphr. apud Surium die 20 Octob.

e S. Hieron. lib. de script. Eccles. in Lactantio.

f In annal.

g In verbo κρίσπος.

D

Sed necdum diuina ira Constantini scelerum in proximorum personis, vltionem persequi cessauit, sed imperatorem ipsum in propria persona, lepræ fœdissimæ immissione punire voluit: non vt ipsum omnino perderet, sed afflictione illi intellectum dante saluaret, & vt loquitur[h] S. Gregorius Nazianzenus, *per externum internum purgaret hominem.*[i] Vt sicut alter prodigus qui mortuus per peccata fuerat, diuinę gratię reuiuisceret, qui perierat à Patre misericordiarum Domino, Christo saluatore, castigatione salutari flagellatus inueniretur. De hac lepræ percussione à Deo in vin-

Constantinus lepra à Deo percussus propter scelera.

h S. Greg. Nazianzen. Ep. ad Eudoxium quæ est inter Epistulas Basilij 210.

i S. Luc. c. 16.

A

dictam criminum, acta[k] S. Syluestri loquuntur, testantia hunc imperatorem ac si tanquam canis ad vomitum reduisset, antiquos suorum maiorum, non patris Constantij, errores in suum pectus affectumque reducentem, persecutione Ecclesiam sanctam Christi Dei sponsam in fauorem augurum, de quibus superius, noua vexauisse: S. Syluestrum ab huius persecutionis violẽtia fugientem vna cum quibusdam de clero, fidelibus se in mõtis Soractis solitudines secretaque loca recepisse: ipsum vero Constantinum Deo propter flagitia tunc inuisum, lepræ in eorum vltionem fœditate horroreque perculsum fuisse. A cuius morbi fœtore se nunquam liberatum iri à consultis aruspicibus accepit, nisi calido recens effuso infantium sanguine ablueretur. Sed postea SS. Apostolorum principes Petrus & Paulus in somniis apparentes in nocte illi quod à tam crudeli balneo, infantium matrum eiulatibus planctibusque commotus abstinere voluerit, vnicum saluandi remedium à baptismi lauacro sanctissimi profluens indicarunt. Vt pluribus ibi & à Christianis scriptoribus Hadriano Papa,[l] Glica, & aliis enarratur. Quæ hic commemorare velle, esset extra mediocritatis sine causa limites excurrere.

k Acta S. Syluestri.

B

l In actis S. Syluestri.

[m] *Sed cum non sit homo*[n] *qui non peccet, sitque humanum peccare, sed diabolicum perseuerare,* Tandem imperator post tot infirmitates & ærũnas domesticas & intestinas ad se reuersus vocẽ Dei de cælo vocantis,[o] *Audiuit, & qui Dauidem secutus fuerat errantem secutus est pœnitentem:*[p] *fœlix necessitas quæ ad meliora compellit.* Quæ Constantini imperatoris hanc salutarem animo resolutionem, cor interius spiritu sancto mouente, firmiter inseuit, vt illico cuncta expiaturus errata ad sacrum cælestis vitæ fontem, regenerationis sanctæ lauacrum, salutis æternę remedium, maxima cum humilitate atque deuotione, salutari tactus dolore intrinsecus, accurreret. Ad quod exteriori etiam miraculo visioneque iterum missa desuper, Christus Dominus inuitauit, dum ad eum monitores Apostolos suos SS. Petrum & Paulum direxit, qui eum quid agere pro salute sua deberet instruerent. Quorum admonitionis ad eum verba sic[q] Hadrianus Papa in S. Syluestri actibus expressit. *Syluester Episcopus Ciuitatis Romæ ad montem Soractem persecutiones tuas fugiens, in cauernis petrarum, cum suis clericis latebras fouet: hunc cum ad te adduxeris, ipse tibi piscinam ostendet. In quam dum te tertio merserit, omnis te malaualetudo deseret lepra. Quod dum factum fuerit, hanc vicissitudinem saluatori tuo compensa, vt omnes iussu tuo per orbem totum Romanæ*[*] *Ecclesiæ restaurentur. Tu autem in hac parte purificate, vt relicta omni superstitione idolorum, vnum Deum qui verus & solus est adores & excolas, & ad eius voluntatem attingas,* &c.

m In annal.

n Greg. Turon. l. 2. hist. 31 &c.

o L. 1 Regũ c. 8. 1. S Ioan. c. 2.

p 2 Reg c 8. S Aug. Ep. ad Armentarium.

Constantinus visitatus à Deo per afflictionem suam expiaturus scelera ad SS. baptisma monentibus diuinitus SS. Apostolis accurrit.

q Hadrianus papa in actibus S. Syluestri.

[*] Alias Romanum.

2. Pars De Constantini Baptismo.

[r] Quæ omnia ordine prout in somniis SS. Apostoli monuerunt statim exurgens à somno, omni mora sublata complexus est effectu. Ad cuius lepræ veram curationem alludens[s] sanctus Gregorius Turonensis dixit: *Clodoueus Rex prior poposcit se à Pontifice baptizari: procedit nouus Constantinus ad lauacrum, veteris lepræ morbum sordentesque maculas gestorum antiquorum recenti latice deleturus.*

r Ibidem n. 38.

s L. 2. cap 31. hist Francorum.

Quanta vero supernaturalis lux Constantinũ sacri liquores lauacri cum magna deuotione humilitateque suscipientem circumfulserit acta

Fulgor diuinus atque mirabilis circũdans Constantinum, baptisma deuote & humiliter cũ lachrymis pœnitentia suscipientem.

a Acta S. Syluestri apud Vincentium Burgundum.

S. Syluestri ita commemorant. [a] *Cum orasset pro Constantino Syluester & omnes respondissent amen, subito quasi fulgor, lux intolerabilis emicuit, quæ & omnium mentes exterruit & aspectus obtexit: Constantinus quoque exurgens Christum se vidisse confessus est.* Conformia his ab Hadriano Pontifice in

b Hadrianus Papa in actis S. Syluestri.

actis sancti Syluestri ita scribuntur. [b] *Sabbatho adueniente, & fonte ex more precibus benedicto, in eumque Constantino simul ingresso & baptizato affulsisse diuinum cælitus splendorem, imperatoremque redditum Christianum, & à lepra simul esse mundatum confessumque palam, eo fulgore sibi manum porrigentem Christum vidisse, &c.* Sed quas ipse baptizatus Christianarum virtutum speciosissima actusque præclaros cum esset in albis toto octo dierum curriculo imperator ediderit, quasque leges Christiano dignissimas imperatore, promulgauerit, eadem S. Syluestri his verbis acta declarant.

Virtutes Constantini baptizati cum esset in albis eodem legesque pia publicata.

c In iisdem actis S. Syluestri.

[c] *Prima die baptismi sui hanc legem dedit: Christum esse Dominum verumque Deum qui se mundasset à lepra, & hunc ab omni orbe Romano coli debere, secunda vero die pœnas decreuit, aduersus omnes qui in Christo blasphemias inferrent, vel deriderent. Addidit tertia die pœnam in eos qui empiam Christianorũ contumeliam irrogassent. Quarta vero die imperator priuilegiis Romanam ecclesiam præ cæteris voluit illustrare. Rursus vero quinta die concessam esse ab eodem imperatore immunitatem ecclesiis ibi traditur, vt ad eas confugientes, securi in omnibus essent. Sexta vero & septima illud decretum, ne absque licentia Romani Pontificis alicubi construerentur ecclesiæ, & de exoluendis decimis edidit: octaua autem die veniens ad confessionem Apostoli Petri, & ablato diademate capitis totum se planum in faciem proiiciens tantam illic lachrymarum effudit multitudinem vt omnia illa insignia vestimenta purpurea infunderentur.*

d Hoc ex Vincentio Burgundo l. 14 c. 47.

Humilitas & deuotio maxima Constantini baptizati ad confessionem Apostoli Petri venientis.

e Hadrianus Papa in actis vitæ S. Syluestri.

[d] Acta vero ab Hadriano conscripta, hæc dicunt. [e] *Octaua die processit, albis depositis, totus mundus & saluus: & veniens ad confessionem beati Petri Apostoli ablato diademate capitis, exutus se chlamyde, & accipiens bidentem, terram primus aperuit, & ad fundamenta basilicæ construenda.* De hinc ob numerum *duodecim Apostolorum, duodecim cophinos terra plenos, suppositis humeris, baiulans asportauit, & ita gaudens & exultans in cathedra sua cum episcopo sedens ad palatium rediit.* Imitatus videtur Constantinus Vespasianum imp. à quo suum genus ducebat, qui vt auctor est [f] Suetonius in eius vita, *Restitutionem capitoli aggressus ruderibus purgandis manus primus admouit, ac suo collo quædam extulit.* Sed qualiter Constantinus magnus post sacri fontis regenerationisque lauacri susceptionem in tuenda, corroboranda longè lateque ecclesiæ Christi gloria, Monarchiæque per orbem terrarum generosè diffundenda, de virtute in virtutem vsque ad perfectum cælestis gloriæ diẽ finemque temporalis vitæ, creuerit, capite sequenti consideremus.

Constantinus basilicæ Vaticanæ a Constantino maximo humilitatis specimen edente in iaciendis ecclesiæ S. Petri in Vaticano fundamentis.

f Sueton. in Vespasia.

CAPVT IX.

De virtutibus Constantini Magni quas post baptismum exercuit, ac primum de pietate ac magnificentia eius in ecclesiam sedem Apostolicam, in illius pastorem œcumenicum, & in alias Ecclesias particulares earumque pastores.

OPERA igitur salutis sanctificationisque suæ prope absoluto cum extremum diuina miseratione mediante sacrosancto regenerationis lauacro fastigium Constantinus imposuisset. *Atque illum saliens spiritu hausto in nouum hominem*, vt de se loquitur [g] sanctus Cyprianus, *natiuitas secunda* per gratiam Christi in hoc sacro facta lauacro reparauisset. Difficile admodum dignè percensere dicendo, quantæ illum principem quasi, *Modo genitum infantem sine dolo*, illustres eminentesque Christiana sanctitate virtutes, multiplici bonorum operum fructu fœcundæ decorauerint. Nã qui ante baptismum & in ipsó tantis inseruire virtutibus omni studio conatus est, vt digne ad hunc vitæ spiritualis fontem accederet, digniusque in illo aquas diuinæ gratiæ de fontibus haustas saluatoris cum gaudio potaret: quid non illum fecisse sic piè regeneratum Deo credendum est, vt clarioribus pluribusque intra sanctissimæ suauissimos ecclesiæ matris amplexus virtutibus in conspectu Dei sui coruscaret? Cum esset tantum catechumenus nondum sacris initiatus, valde in sacerdotes Dei & ministros gregis Domini pastores, præcipue vero in vicarium Christi Romanum Pontificem, eius ecclesiæ pastorem pietate & charitate delectatus est, à quibus summa illius in eos liberalitas munificentiaque redundarunt. Et Romanos Pontifices, qui hactenus sæuientibus persecutionum tempestatibus, domibus spoliati publicis, neque tuto priuatis vti poterant, in cryptis latitantes, in eisque domiciliũ loco cõmorantes: mox regia bonus imperator atque publica mansione palatioque donauit. Nefas quippe Christianus princeps Põtifices veræ vnicæque Dei veri religionis maximos absque publico ædificio Romæ morari iudicauit. Cum Antistites sciret ethnicæ prauitatis & idololatriæ maximos publica domo in qua habitarunt minime caruisse. Sicut legimus apud [h] Dionem, Augustum (qui suæ imperatoriæ dignitati Pontificiam coniunxerat) *Suam priuatam vt in ea agere liceret publicam domum fecisse.* Illud autem ædificium publicum palatiumque quo Constantinus Romanum Pontificem Melchiadem posterosque donauit, fuit domus Faustæ Augustæ in Laterano, vt euidẽter Optatus [i] agens de Concilio Romæ sub Melchiade celebrato anno 313. Constantino & Licinio consulibus tertium collecto significat. At Cõstãtini facti per baptismũ fidelis, perfecti & absoluti, quis munificẽtiæ, largitatis, atque præ magnis charitatis accensæ flammis, bonorum profusionis in vniuersalem Christi Domini ecclesiam, in particulares toto terrarum orbe diffusas ecclesias, & super omnes in ec-

g S. Cypr. l. 2. epist. 2.

Charitas & pia Constantini in Rom. pontifices & alios Dei ministros munificentia ante baptismum.

h Dio Cass. l. 54.

i Opt. Mileuit. l. 1. contra Parm.

Domus Faustæ in Laterano data Romano pontifici in domicilium à Constantino. Hæc Fausta erat filia Maximiani Herculei.

Magnifica munificentia in ecclesiam Dei Constantini baptizati.

sanguinem ac viscera indignationem transuersus incidit vt in ea, scilicet filium natu maiorem Chrispum, nepotem Licinii senioris quem vicerat, filium, propriamque coniugem Faustā furere coactus sit & efferan. De nece filij & nepotis hæc Orosius.[a] *Sed inter hæc latens causa, cur vindicem gladium & destinatam in impios punitionem Constantinus imperator etiam in proprios egit affectus. Nam Crispum filium suum & Licinium sororis filium interfecit.* De cæde vxoris Faustę cum Crispi interitu hæc Sidonius Apollinaris auctor grauissimus cū agit de Ablauij consulis Constantino familiarissimi disticho.[b] *Vt mihi non figuratus,* inquit, *Constantini domum vitamque videatur vel pupugisse versu gemello Consul Ablauius, vel momordisse disticho tali clam Palatinis foribus appenso.*

Saturni aurea secla quis requirat?
Sunt hæc gemmea sed Neroniana.

Quia scilicet prædictus Augustus iisdem fermè temporibus extinxerat coniugem Faustam calore balnei, filiumque Crispum morte mactauerat. De causa vero necis vtriusque filij & coniugis hæc Zosimus scriptor Ethnicus commemorauit.[c] *At vbi Romam venit, omnis arrogantia plenus, ab ipso lare sibi sumendum impietatis exordium existimauit. Nam Crispum filium, Cæsaris, vt antea dictum est, ornatum titulo, quod in suspicionem venisset, quasi cum Fausta nouerca consuesceret, nulla ratione iuris naturalis habita, sustulit. Cumque Constantini mater Helena tantam calamitatem ægro ferret animo, & intolerabilem ex cæde iuuenis dolorem perciperet: quasi consolans eam Constantinus malum malo maiore sanauit. Nam cum balneum accendi supra morem iussisset, eoque Faustam inclusisset, mortuam inde extraxit.* Sed infelix Pater ab impia deceptus vxore, filium innocentem nesciens interemit, qui postea iniquitatem crudelem vxoris agnoscens digno eā mortis affecit supplicio. Vt Artemius martyr præfectus quondam Augustalis, Iuliano Apostatæ Constantinum Magnum calumnianti & crudelitatis insimulāti pro defensione Constantini respondēs his verbis Christianorum actor causæ significauit. [d] *Ille autem* (scilicet Constantinus imperator) *vxorem Faustam iustè admodum interfecit, vt quæ priscā Phædram esset imitata, cuiusque filium Crispum calumniata, quod eius amore captus esset, & vim ei conatus esset afferre, sicut etiam illa Hippolytum Thesei filium, atque primum quidem, qui sic in matrem infamerat, vt volebāt eius* (nempe Faustę) *verba, ille cum esset maritus, puniuit. Postea autem cum sciuisset esse mentitam, ipsam quoque occidit, in eam ferens sententiam omnium iustissimam.*[e] Similia de ipsius Cęsaris iuuenis innocētia perfide à nouerca apud patrem accusati, crudeliterque cum calumnia detestabili traducti, S. Hieronymus in Lactantio Crispi pręceptore,[f] Zonaras,[g] Suidas, alijque recentiores in scripta retulerunt.

a Paulus Orosius l. 7. c. 28. in finem.
b Sidonius Apollin. lib. 5 Ep. 8.
Causa necis Crispi filij & Faustæ coniugis Constantini.
c Lib. 5.
Fausta nouerca Crispum innocentem mendaciter apud maritū Constantinū vt altera Phædra Hippolytū apud Theseū culpauit.
d Ex Metaphr. apud Surium die 20. Octob.
e S. Hieron. lib. de script. Eccles. in Lactantio.
f In annal.
g In verbo Κρίσπος.

Sed necdum diuina ira Constantini scelerum in proximorum personis, vltionem persequi cessauit, sed imperatorem ipsum in propria persona, leprę fędissimæ immissione punire voluit: non vt ipsum omnino perderet, sed afflictione illi intellectum dante saluaret, & vt loquitur[h] S. Gregorius Nazianzenus, *per externum internum purgaret hominem.*[i] Vt sicut alter prodigus qui mortuus per peccata fuerat, diuinę gratię reuiuisceret, qui perierat à Patre misericordiarum Domino, Christo saluatore, castigatione salutari flagellatus inueniretur. De hac lepræ percussione à Deo in vindictam criminum, acta[k] S. Syluestri loquuntur, testantia hunc imperatorem ac si tanquam canis ad vomitum rediisset, antiquos suorum maiorum, non patris Constantij, errores in suum pectus affectumque reducentem, persecutione Ecclesiam sanctam Christi Dei sponsam in fauorem augurum, de quibus superius, noua vexauisse: S. Syluestrum ab huius persecutionis violētia fugientem vna cum quibusdam de clero, fidelibus se in mōtis Soractis solitudines secretaque loca recepisse: ipsum vero Constantinum Deo propter flagitia tunc inuisum, lepræ in eorum vltionem fœditate horroreque perculsum fuisse. A cuius morbi fœtore se nunquam liberatum iri à consultis aruspicibus accepit, nisi calido recens effuso infantium sanguine ablueretur. Sed postea SS. Apostolorum principes Petrus & Paulus in somniis apparentes in nocte illi quod à tam crudeli balneo, infantium matrum eiulatibus planctibusque commotus abstinere voluerit, vnicum saluandi remedium à baptismi lauacro sanctissimi profluens indicarunt. Vt pluribus ibi & à Christianis scriptoribus Hadriano Papa,[l] Glica, & aliis enarratur. Quæ hic commemorare velle, esset extra mediocritatis suæ caosa limites excurrere.

Constantinus lepra à Deo percussus propter scelera.
h S. Greg. Nazianzen. Ep. ad Eudoxium quæ est inter Epistolas Basilij 220.
i S. Luc. c. 16.
k Acta S. Syluestri.
l In actis S. Syluestri.

[m] *Sed enim non sit homo*[n] *qui non peccet, sitque humanum peccare, sed diabolicum perseuerare,* Tandem imperator post tot infirmitates & ærūnas domesticas & intestinas ad se reuersus vocē Dei de cælo vocantis,[o] *Audiuit, & qui Dauidem secutus fuerat errantem secutus est pœnitentem:*[p] *fœlix necessitas quæ ad meliora compellit.* Quæ Constantini imperatoris hanc salutarem animo resolutionem, cor interius spiritu sancto mouente, firmiter insευit, vt illico cuncta expiaturus errata ad sacrum cælestis vitæ fontem, regenerationis sanctæ lauacrum, salutis æternę remedium, maxima cum humilitate atque deuotione, salutari tactus dolore intrinsecus, accurreret. Ad quod exteriori etiam miraculo visioneque iterum missā desuper, Christus Dominus inuitauit, dum ad eum monitores Apostolos suos SS. Petrum & Paulum direxit, qui eum quid agere pro salute sua deberet instruerent. Quorum admonitionis ad eum verba sic[q] Hadrianus Papa in S. Syluestri actibus expressit. *Syluester Episcopus Ciuitatis Romæ ad montem Soractem persecutiones tuas fugiens, in cauernis petrarum, cum suis clericis latebras fouet: hunc cum ad te adduxeris, ipse tibi piscinam ostendet. In quam dum te tertio merserit, omnis te malæ valetudo deseret lepra. Quod dum factum fuerit, hanc vicissitudinem saluatori tuo compensa, vt omnes iussu tuo per orbem totum Romanæ* *Ecclesiæ restaurentur. Tu autem in hac parte purifica te, vt relicta omni superstitione idolorum, vnum Deum qui verus & solus est adores & excolas, & ad eius voluntatem attingas,* &c.

m In annal.
n Greg. Turon. l. 2. hist. 31 &c.
o L. 1 Regū c. 8 & S. Ioan. c. 2.
p S Reg c 8. S Aug Ep. ad Armentarium.
Constantinus visitatus à Deo per afflictionem sua expiaturus scelera ad SS. baptismo monentibus duodecim SS. Apostolis accurrit.
q Hadrianus papa in actibus S. Syluestri.
* Alias Romanum.
2. Pars De Constantini Baptismo.

[r] Quæ omnia ordine prout in somniis SS. Apostoli monuerunt statim exurgens à somno, omni mora sublata complexus est effectu. Ad cuius lepræ veram curationem alludens[s] sanctus Gregorius Turonensis dixit: *Clodoueus Rex prior poposcit se à Pontifice baptisari: procedit nouus Constantinus ad lauacrum, veteris lepræ morbum sordentesque maculas gestorum antiquorum recenti latice deleturus.*

Quanta vero supernaturalis lux Constantinū sacri liquores lauacri cum magna deuotione humilitateque suscipientem circumfulserit acta

r Ibidem n. 38.
s L. 2. cap 31. hist Francorum.
Fulgor diuinus atque mirabilis circūdans Constantinum, baptismū deuote & humiliter cū lachrymis pœnitentiæ suscipientem.

a Acta S. Syluestri apud Vincentium Burgundum.

S. Syluestri ita commemorant. [a] *Cum orasset pro Constantino Syluester & omnes respondissent amen, subito quasi fulgor, lux intolerabilis emicuit, quæ & omnium mentes exterruit & aspectus obtexit: Constantinus quoque exurgens Christum se vidisse confessus est.* Conformia his ab Hadriano Pontifice in actis sancti Syluestri ita scribuntur. [b] *Sabbatho adueniente, & fonte ex more precibus benedicto, in eumque Constantino simul ingresso & baptisato affulsisse diuinum cælitus splendorem, imperatoremque redditum Christianum, & à lepra simul esse mundatum confessumque palam, eo fulgore sibi manum porrigentem Christum vidisse, &c.* Sed quas ipse baptizatus Christianarum virtutum specimina actusque præclaros cum esset in albis toto octo dierum curriculo imperator ediderit, quasque leges Christiano dignissimas imperatore, promulgauerit, eadem S. Syluestri his verbis acta declarant. [c] *Prima die baptismi sui hanc legem dedit: Christum esse Dominum verumque Deum qui se mundasset à lepra, & hunc ab omni orbe Romano coli debere, secunda vero die pœnas decreuit, aduersus omnes qui in Christo blasphemias inferrent, vel deriderent. Addidit tertia die pœnam in eos qui cuipiam Christianorũ contumeliam irrogassent. Quarta vero die imperator priuilegiis Romanam ecclesiam præ cæteris voluit illustrare. Rursus vero quinta die concessam esse ab eodem imperatore immunitatem ecclesiis ibi traditur, vt ad eas confugientes, securi in omnibus essent. Sexta vero & septima illud decretum, ne absque licentia Romani Pontificis alicubi construerentur ecclesiæ, & de exoluendis decimis edidit: octaua autem die veniens ad confessionem Apostoli Petri, & ablato diademate capitis totum se planum in faciem prosternens tantam illic lachrymarum effudit multitudinem vt omnia illa insignia vestimenta purpurea infunderentur.* [d] Acta vero ab Hadriano conscripta, hæc dicunt. [e] *Octaua die processit, albis depositis, totus mundus & saluus: & veniens ad confessionem beati Petri Apostoli ablato diademate capitis, exuẽs se chlamyde, & accipiens bidentem, terram primus aperuit, & ad fundamenta basilicæ construenda.* De hinc ob numerum *duodecim Apostolorum, duodecim cophinos terra plenos, suppositis humeris, baiulans asportauit, & ita gaudens & exultans in carruca sua cum episcopo sedens ad palatium rediit.* Imitatus videtur Constantinus Vespasianum imp. à quo suum genus ducebat, qui vt auctor est [f] Suetonius in eius vita, *Restitutionem capitolii aggressus ruderibus purgandis manus primus admouit, ac suo collo quædam extulit.* Sed qualiter Constantinus magnus post sacri fontis regenerationisque lauacri susceptionem in tuenda, corroboranda longè lateque ecclesiæ Christi gloria, Monarchiæque per orbem terrarum generosè diffundenda, de virtute in virtutem vsque ad perfectum cælestis gloriæ diẽ finemque temporalis vitæ, creuerit, capite sequenti consideremus.

b Hadrianus Papa in actis S. Syluestri.

Virtutes Constantini baptisati cum esset in albis edita lege' que pro publicata.

c In iisdem actis S. Syluestri.

d Hoc ex Vincentio Burgundo l. 13. c. 47.

Humilitas & deuotio maxima Constantini baptisati ad confessionem Apostoli Petri venerantis.

e Hadrianus Papa in actis vitæ S. Syluestri.

Construitur basilica Vaticana à Constantino maximum humilitatis specimen edente in iaciendis ecclesiæ S. Petri in Vaticano fundamentis.

f Sueton. in Vespasia.

A

CAPVT IX.

De virtutibus Constantini Magni quas post baptismum exercuit, ac primum de pietate ac magnificentia eius in ecclesiam sedem Apostolicam, in illius pastorem œcumenicum, & in alias Ecclesias particulares earumque pastores.



OPERI igitur salutis sanctificationisque suæ prope absoluto cum extremum diuina miseratione mediante sacrosancto regenerationis B lauacro fastigium Constantinus imposuisset. *Atque illum cælitus spiritu hausto in nouum hominem*, vt de se loquitur [g] sanctus Cyprianus, *natiuitas secunda* per gratiam Christi in hoc sacro facta lauacro reparauisset. Difficile admodum dignè percensere dicendo, quantæ illum principem quasi, *Modo genitum infantem sine dolo*, illustres eminentesque Christiana sanctitate virtutes, multiplici honorum operum fructu fœcundæ decorauerint. Nã qui ante baptismum & in ipsó tantis inseruire virtutibus omni studio conatus est, vt digne ad hunc vitæ spiritualis fontem accederet, digniusque in illo aquas diuinæ gratiæ de fontibus haustas saluatoris cum gaudio potaret: quid non illum fecisse sic piè regeneratum Deo credendum est, vt clarioribus pluribusque intra sanctissimæ suauissimos ecclesiæ matris amplexus virtutibus in conspectu Dei C sui coruscaret? Cum esset tantum catechumenus nondum sacris imbutus, valde in sacerdotes Dei & ministros gregis Domini pastores, præcipue vero in vicarium Christi Romanum Pontificem, eius ecclesiæ pastorem pietate & charitate delectatus est, à quibus summa illius in eos liberalitas munificentiaque redundarunt. Et Romanos Pontifices, qui hactenus sæuientibus persecutionum tẽpestatibus, domibus spoliati publicis, neque tuto priuatis vti poterant, in cryptis latitantes, in eisque domicilii loco cõmorantes: mox regia bonus imperator atque publica mansione palatioque donauit. Nefas quippe Christianus princeps Põtifices veræ vnicæque Dei veri religionis maximos absque publico ædificio Romæ morari iudicauit. Cum Antistites sciret ethnicæ prauitatis & idololatriæ maximos publica domo in qua habitarunt minime caruisse. Sicut legimus D apud [h] Dionem, Augustum (qui suæ imperatoriæ dignitati Pontificiam coniunxerat) *Suam priuatam vt in ea agere liceret publicam domum fecisse.* Illud autem ædificium publicum palatiumque quo Constantinus Romanum Pontificem Melchiadem posterosque donauit, fuit domus Faustæ Augustæ in Laterano, vt euidẽter Optatus [i] agens de Concilio Romæ sub Melchiade celebrato anno 313. Constantino & Licinio consulibus tertium collecto significat. At Cõstãtini facti per baptismũ fidelis, perfecti & absoluti, quis munificẽtiæ, largitatis, atque præ magnis charitatis accensæ flammis, bonorum profusionis in vniuersalem Christi Domini ecclesiam, in particulares toto terrarum orbe diffusas ecclesias, & super omnes in ec-

g S. Cypr. l. 2. epist. 2.

Charitas & pia Constantini in Rom. pontifices & alios Dei ministros munificentia ante baptismum.

h Dio Cass. l. 54.

i Opt. Milaui. l. pr. cõtra Parm.

Domus Fausta in Laterano data Romano pontifici in domicilium à Constantino. Hoc Fausta erat filia Maximiani Herculei.

Magnitudo munificentia in ecclesiam Dei Constantini baptisati immensa.

Constantinum imperatorem & Irenem matrem epistola testatur. *Carolus dux Francorum & Longobardorum patrimonia quæ à perfida Longobardorũ gente detinebantur brachio forti Apostolicæ ecclesiæ restituit, cuius esse dignoscebantur.*[a] *Imperator Otto* (inquit Luitprandus Ticinensis,) *promisit omnia bona sancti Petri se Romano Pontifici redditurum.*[b] & Ioo Carnotensis in chronicis Regum Francorum de Pipino loquens: *Auxilium Zacharia Papa* (inquit) *contra Aistulphum Longobardorum regem, Qui facultates Romanæ ecclesiæ* (scilicet quondam à Constantino magno datas) *quæ in eius regno erant, abstulerat, porrexit, eumque quod abstulerat reddere coegit.* Quamobrem quæcumque alii scriptores suis monumentis posteritati consignarunt, de largitate munifica erga Romanum Pontificem, sedemque Apostolicam, Iustiniani imperatoris, Theodorici Longobardorum regis, Pipini, Caroli magni, Ludouici Pii, Ottonis, Radulphi Habspurgii, aliorumque imperatorum ac regum, de restitutione vrbis Romæ, Rauennæ, aliarumque ciuitatum & prouinciarum Italiæ per Iulianum Apostatam, Arrianos principes, & Exarchos Rauennates violenter per summum nefas ereptarum, & tyrannica vsurpatione occupatarum, intelligenda veniunt, quæ quondam S. Syluestro suo patri spirituali sedique Apostolicæ Constantinus Magnus Christiana charitate donauerat. Qui imperium suum Christo Domino submittens, eius ecclesiæ vectigale non ipsam imperio suo tributariam facere voluit, cunctis ecclesiis sãctissimæ sedis Apostolicæ filiabus,[c] omnium indictionum vacationem & immunitatem religiosa liberalitate concedendo. Cuius pietatẽ successores in imperio[d] principes religiosi venerantes æmulando eandem immunitatis gratiam ecclesiis elargiri voluerunt: durum esse & periniquum ecclesiæ ministros tributis subiicere iudicantes. Cum olim ipsius Constantini sæculo ex ipsius imperii tributis, vectigalibusq; reditus annuos ad suæ subuectionem vitæ, huius religiosi indulgentia principis percipere solerent. Annales quippe ecclesiastici, sacræque[e] scriptores historiæ, Cõstantinum magnum per singulas ciuitates certam aliquam tributorum vectigaliumque publicorum partem ecclesiis eorumque pastoribus & ministris destinauisse testantur. Cuius imperatoris munificentissimæ charitati in ecclesia Christi, oppositam assumens asperitatem & immitẽ seueritatem, Clotarius grauissimè ab Iniurioso Episcopo, iudicia Dei illius impietatis vltricia interminante correptus est. Vt his verbis sanctus Gregorius Turonensis expressit.[f] *Clotarius rex indixerat vt omnes ecclesiæ regni sui tertiam partem fructuum fisco exoluerent. Quod licet inuiti, cum omnes Episcopi consensissent, atque subscripsissent, viriliter hoc beatus Iniuriosus respuens subscribere dedignatus est, dicens Clotario: Si volueris res Dei tollere, Deus regnum tuum velociter auferet. Quia iniquum est vt pauperes, quos tuo debes alere horreo, ab eorum stipe, tua horrea repleantur. Quando quidem fiscus bonorum principum*, aiebat[g] Symmachus. *Non sacerdotum dãnis, sed hostium spoliis augeri debet.* Hinc illa pia sancti Gregorii ad Theodoricũ & Theodebertum Francorum Reges scribentis querela atque correptio:[h] *Audiuimus quod ecclesiarum prædia tributa nunc præbeant, & magna super hoc admiratione suspendimur. Si ab iis illicita quæ grantur accipi, quibus etiam licita relaxan-tur.* Itaque vt ad Constantinum redeamus, qui tot tantaque beneficia, dona munificentissima, oppida, terras, regiones integras, pastorum sacerdotumque omnium principi S. Syluestro, & successoribus eius Romanis præsulibus imperatoria munificentia charitateque largitus est, alios pastores vt Episcopos cæterosque ecclesiæ ministros, gregique dominico sub virga directionis Pontificiæ maiestatis inuigilantes, munificentiæ, liberalisque pietatis fructu vacuos inanesque viuere, pati ac tolerare non potuit. De qua munifica pietate principis optimi atque religiosissimi hæc[i] Eusebius. *Inter Dei ministros iam pace cõstabilita,* scilicet peracto Concilio Nicæno. *Ipse imperator conuiuium celebrare cæpit, & hoc tanquam sacrificium Deo valde accommodatum per eorum præsentiam obtulit. Neque quisquam ex Episcoporum numero ab illo regali epulo abfuit, istud porro quod ibi factitatum est, omnem dicendi facultatem superat. Satellites enim armati districtis gladiis, vndique regia vestibula obseruabant, per quorum mediam incedebant sancti Dei homines absque formidine ingressi sũt, & ad interiores Palatij ædes perrexerunt. Ex quibus deinde alij vna cum imperatore accumbere, pars propè triclinij valuas vtrinque assidere: regni Christi effigies ea in re adumbrari videbatur. Quam item somnij similibus quam rei gestæ aliquis existimare potuerit. Vbi autem conuiuium magno cum splendore venit ad exitum, illud præterea quo omnes magnificentius & liberalius exciperentur, accessit: quisque nimirum pro dignitate honorifice donatus fuit.* Hæc Eusebius. Addit[k] Sozomenus præter epulum ab imperatore exhibitum, elargitaque valoris maximi munera, ipsum imperatorem maxima cum reuerentia & humilitate cicatrices confessorum, Episcoporum, eorum vulnerum quæ pro Christi fide sub Diocletiani persecutione crudelissima imperii illius anni 19 tolerauerant, fuisse deosculatum. Similia[l] Theodoretus. *Labra,* inquit, *vulneribus admouens pro certo persuasus osculo se benedictionem inde hausturum esse.* Atque vt munificentissimus religiosissimusque princeps omnes fideles cuiuscumque conditionis & sexus ad suaues liberalitatis charitatisque suæ fructus & epulas admitteret; virgines & viduas munerum suorum misericorditer effusorum gustum sentire decreuit. Vt his verbis idem Theodoretus ostendit.[m] *Conuiuio tandem peracto, alia dona rursus distribuit. Quin etiam litteras ad prouinciarum præfectos dedit: mandauit vt certus frumenti numerus vaderet, & iis quæ perpetuam seruant virginitatem, quin etiam illis quæ diuinis ministeriis obeundis consecratæ sunt, in singulis ciuitatibus quotannis suppeditaretur: cumque non tam egentium necessitate quam sua ipsius munificentia mensus est.* Quæ principis liberalitas vulgo congiarium dici solebat. Atque hæc de Constantini M. pia munificentia, liberalique charitate pauca de multis dicta sufficiant, ad alias illius imperatorum Christianorum antesignani virtutes, breui commemoratione pergamus.

[a] Similia restitutionũ Ottonis imp. promisit vt Carolus M. Luitprandus Ticinensis l. 6 c. 6.
[b] Iuo Carnot. in Chron. regum Franciæ.

Imperium ecclesia tributarium suum vel ecclesiam imperio vectigal facere voluit Constantinus.

[c] Niceph. l. 7. c. 46 Sozom. l. pr. c. 19 Euseb. l. 10. c. 7. histor.
[d] Sozom. l. 5. c. 17 & c. 20. lib. 5 cap. 5. Theodoret. l. 4. c. 4.
[e] Nicephor. l. 7. c. 46. Sozom. l. pr. c. 48. l. 5 c. 5.

Ex imperii tributis ecclesia viuere debens non imperio pendere tributa.

[f] S. Gregor. Turon. l. 4. hist. in princip.
[g] Symmach. l. 10. epist. 54.
[h] S. Greg. l. 7. epist. 114.

Charitas munifica Constantini erga alios pastores ecclesiæ vt Episcopos.

[i] Euseb. l. 3. c. 14 & 15 anno D. 325. Const. imperii 20.

Imperiale conuiuium S. Patribus Concilii Nicæni à Constantino exhibitum.

[k] Sozomen. l. pr. cap. vlt.

Cicatrices SS. confessorum. Constantinus deosculatur.

[l] Theodoret. l. pr. c. 11.
[m] Theodor. ibid.

Constantini munifica misericordia & liberalitas in virgines consecratas Deo, viduas & clericos ecclesiæ seruientes.

CAPVT X.

Constantinus Magnus tot tantisque virtutibus refulgens, Christi Domini gratia munitus, aduersus omnes iniquitates fidei moribusque Christianis aduersas arma parat, vnde magnifica prosperitatum maximarum trophæa promanarunt.

1. *Zelus Constantini maximus honoris Dei, & salutis subditorum, in extirpandis peccatis morum, infidelitatis, & hæreseos.*
2. *Maxima eius prosperitates propter virtutes eius, sacrasque cōtra vitia cūcta pugnas.*
3. *Has prosperitates per magnam pietatem & humilitatē Christo Domino refert acceptas.*

Psal. 72. v. 2.

CONSTANTINVS M. vt alter regius vates, *zelando super iniquos pacem peccatorum videns.* Eiusdem regis secundum cor Dei, zeli sācti æmulatus ardorē, [a] de matutino surrexit, id est à die regenerationis & spiritualis per sacra baptismi lauacra natiuitatis, cut ante fecerat, vt se ad ea digne præpararet, ad interficiendum omnes peccatores terræ, tam eos qui cōtra Deum peccatorū contagione vitam animūq; deprauabant, quam eos qui partim infidelitate paganica, partim hæretica fœditate coinquinati, sanctissimam Christi Domini fidem religionemque prostituere conabantur. Cōtra quos vtraque lepra mundatus corporis & animi cum eodē Propheta Regio clamabat ad Dominum. [b] *Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebā? Perfecto odio oderā illos, & inimici facti sunt mihi.* Qui pace imperio reddita cōpressis subiugatisque Maxentio, Licinio, Maximino, aliisq; Christianæ religionis reiq; publicæ hostibus, sua heroica virtute diuino corroborata auxilio, vitia cuncta ac scelera publica, legum piarū edictorūq; seueritate persecutus est: quibus bellū non destitit indicere, donec extincta deficerēt. Quod sanctus [c] Hieronymus testatur, cùm in Esaiam cap. 2. ab ipso imperatore religioso. *Greges illos puerorum ad nefanda turpitudinis exercitiū publicè comparatos emptosque sublatos fuisse*, commemorat. Quod memorabile Constantini facinus magna laude prædicationeque subleuans Sozomenus: *Quamquā,* [d] inquit, *in omnibus rebus quas mobebatur, diuinum cultū impensè curabat: in legibus autē colendis, vel maximè. Qua causa inductus intemperantes & libidinosos concubitus antea minimè vetitos coercuit. Quemadmodum ex legibus de illis latis, si cui sit cura illud cognoscere, facile potest intelligi.* Cæteraque flagitia probis moribus inimicantia, statusque Reipub. faciem deturpantia simili legum iustitia destruere conabatur, vt de illis triumphatis oppositæ virtutes gloriarentur, atque purgatis ciuium mentibus animisque feliciter vt pacificè dominarentur. In qua nobili generosaque cura atque solicitudine imperator, magnus orator, Philosophus, Theologusque iudicabatur, vt hæc Eusebii verba designant. [e] *Equidem suā ipsius mentē quandā quasi afflatu & instinctu diuino rē exaggerans totas sæpe noctes sine somno traduxit, & cū per otiū liceret, orationes scribens frequentes cū suis inibat congressus: quod suarum esse partium existimaret, rationis imperio, suo parentes cogere, atque adeò vniuersum regnum rationis imperio subiicere. Qua propter infinita multitudo solebat ad imperatoris nutū confluere, vt illū Philosophātem audiret: quod si eo dicente, aliquando aliqua occasio incidisset, de Theologia loquendi, erecto corpore consistens, contractoque vultu & depressa voce, adhibita summa prudentia & moderatione præsentium animos cælesti disciplina initiare & deuouere videbatur. Quā cum sequeretur populi grata acclamatio: solebat nutu significare, vt cælum suspicerent, & venerandis laudibus omnium regem Deum admirarentur & colerent.*

a Psal. 100. v. 8.

b Psal. 138. v. 21.

Constantinus extinctis victisque hostibus imperii ac religionis Christiano sceleribus bellum indixit.

c S. Hieron. in c. 2. Esaim.

d Sozom. l. pr. c. 8. in f.

e Euseb. l. 4. c. 39.

Constantinus magnus orator & Philosophus, & Theologus.

Modestia magna Constantini & religio humilis ad Deum suorum præclaro factorum gloriam referentis.

Cum autem ipse vndique baptismalis sanctificantisque gratiæ radiis corpore animoque circumfulgens filiorum Dei adoptionem in sacro fonte consecutus, perfecto odio cultū dæmoniorū honoresque sculptilibus eorū impiè delatos, veri Dei adorationem supremā zelando execraretur, omni ratione, ope, studio & virtute contendit: vt omnes suo nempe mundi imperio subditos, ab impia illa dæmonum superstitione fraudibusque nefariis abductos in sacratissimā christianæ religionis arcem exemplo suo potenter euocaret, inque salutarem illius professionē à paganicis purgatos erroribus volūtariè cōuerteret. Vnde scribit [f] Nicephorus. *Eodē quo baptisatus est Constantinus anno, Romæ baptizata super duodecim millia virorum præter fœminas & puellas. Constituisseque Constantinum vt voluntarius non coactus esset baptismus, neque vt metu humano ad Christianorum cultū quisquam accederet, verum volens casto maturoq; consilio sacro illorum numero aggregaretur.* Hæc ipse ex antiquioribus vetustioribusq; litterarum monumentis: adiungens, hunc pium principē regnatorem mundi de sacro recens fonte susceptum. *Senatu in Basilicam quæ Vlpia dicitur in foro Traiani conuocato sincera mente dixisse,* [g] *ne de cætero dii esse vel dicerentur vel crederentur. Et cum se ipsum ea in re apertum manifestumque haberet exēplum, vt Dominū nostrū Iesum Christū, vt Deū verū certumque in cælis regnantem adorarent & colerent: ne quis aliquid veteris erroris apud se habere suspicari posset, sinceritatis suæ indicium, templū in palatio quod erigebat ostendit,* &c. Addit post hæc auctor ipse. [h] *Populus vero huiusmodi imperatoris dictis applaudens, quadragies Christianorum Deum verum esse exclamauit.*

Bellum Constantini aduersus idololatriam & infidelitatis crimina.

Exemplo suo Constantinus imperii subditos ad fidem Christi D. conuertit.

f Niceph. l. 7. c. 34.

Ingens numerus baptisatorum Romæ exemplo Constantini an. 324.

g Nicephor. ibid.

Paganorum Deos Constantinus destruit.

Constantino vero fidei assertori assensit populus.

h Ibidem.

At quā eloquens apparuit, facundus atq; disertus, cū acturus causam Christianæ religionis pro destruenda euertendaque funditus gentilitatis dæmonū fraudibus elusæ superstitione in foro Traiani, silentibus & audientibus senatu populoque Romano, non tam humano quā diuino eloquio sic inter alia concionando locutus est. *Profana dissentiones mentium ideo nulla ratione salubre consilium sumunt: quia profunda ignorantiæ circundatæ caligine nullus eas clarus & serenus veritatis splendor illustrat. Aperiēdi sunt ergo oculi animarum, & diligenti est examinatione tenendum illos Deos nec dici debere nec credi, qui facti ab hominibus cognoscunt homines magis eorum esse, quos ipsi plasmauerunt & c.* A quo idololatriæ errore se per Dei summam misericordiam gratiamque Christi Domini liberatum esse confitetur dicens. [i] *Sit itaque omnibus ratum, quod ab ipso errore ipso Deo Christo auxiliante cessauimus, & quoniam Romana sapientia non fallitur, ipsum Deum excolat, à quo ipsa custodiatur nonquem custodiat & c.*

Concionatur Constantinus coram Senatu populoque pro euertenda dæmoniorum superstitione, Christique Domini asserenda fide in foro Traiani.

Oratio Constantini ad senatum & populum.

Nicephor. ibid supra.

i Ibidem Constans ab errore gentilitio per Christi gratiam liberatum profitetur.

Romana maiestas terrarum orbis ad instar principis Constantini se christianam gloriatur.

Tantumque optimus imperator in promouenda Christi fide per orbem terrarum suo exemplo, edictis, precibus virtutibusq; profecit, vt maiestas orbis Romana se Christianā professā gloriaretur: eamque præteritarum superstitionum ac idololatricorum errorum, quibus salutis ignara se contaminauerat, vehemēter erubescendo puduit, vt præclarè his versibus Christianus Poeta cecinit.

a Prudentius

[a] *Cum primum senio doctis sua secula Roma*
Erubuit, pudet exacti iam temporis, odit
Præteritos fœdis cum relligionibus annos.

Contra hæreticos acer & feruidus Constantinus.

Destructis vero Paganicæ impietatis propugnaculis, quātus extiterit zelo domus Dei comestus, ad destruendam, soloque adæquandam abominationis hæreticę turrim, tot sancta illius aduersus hæreticos edicta clarissime testantur, quæ ordine singula commemorare longius esset quam moderati vnius capitis limites mediocriter extensi paterentur.

Pars. Prosperitates Constantini maximæ in præmium maximarum eius virtutum.

Has & similes religionis Christianæ, pietatis, zelique domus Dei quę est Ecclesia sedesque Apostolica pulchritudines splendoresque, sublimes multiplicesque prosperitates secutę, Constantinum viuum, defunctumque seculo beatissimum benedictione diuina iure optimo prædicauerunt. Quas prosperitates diuinasque benedictiones Constantino in præmium maximarum virtutum à Christo Domino concessas[b] S. Augustinus compendiose Laconicaq; breuitate perstringens potius quam cunctas ordine commemorans dixit:[b]

b S. Aug. lib. 5. c. 25.

Bonus Deus ne homines qui eum crederent propter æternam vitam colendum has sublimitates, & regna terrena existimarent posse neminem consequi, nisi qui dæmonibus supplicaret, quod hi spiritus in talibus multum valerent. Constantinum imperatorem non supplicantem dæmonibus, sed ipsum verum Deum colentem tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet. Cui etiam condere nouam Ciuitatem Romano imperio sociam velut ipsius Romæ filiā, sed sine aliquo dæmonum templo simulachroque concessit. Diu imperauit, vniuersum orbem Romanum vnus Augustus tenuit, & defendit: in administrandis & gerendis bellis victoriosissimus fuit: in opprimendis tyrannis per omnia prosperatus est. Grandæuus ægritudine, & senectute defunctus est, filios imperantes reliquit.

3. Pars. Magni Constantini modestia & humilitas in prosperitatibus omnibus Christo Domino acceptis non suæ virtuti referentis.

Sed inter tot immensas prosperitates victoriasque triumphales in eo principe modestiam humilitatemque, omnia hæc fausta prosperaque vni Deo Christoque redemptori accepta referente, vt iam sæpius supra notauimus, licuit semper admirari. Cuius modestiæ piæque humilitatis in rebus prosperis, hæc satis fidam magnamque testificationem illius ad sanctorum cœtum orationis verba largiuntur. [c] *Ego certe & prosperam meam fortunam, & meas res omnes pietati acceptas refero, testis est etiam rerum omnium ex animi sententia euentus: testes sunt præclara facinora, testes victoriæ contra hostes & trophæa, iuxta meum hæc nomen, & cum laude propterea Deum celebrat illustris & eximia ciuitas Roma: assentitur item populus vrbis mihi charissima, licet falsa spe deceptus principem sese indignum elegerit* (scilicet Maximinum Galeriū) *qui quidem extemplo pro sceleribus ab ipso admissis istas debitasque pœnas persoluit, quæ certe commemorare non est integrum, mihi præsertim qui apud te ô pietas! Qua nempe colitur Christus, dissero, omnique studio & industria incumbo. Quo pacto te verbis castis decorisque affari queam! Dicam tamen forte astus aliquid ô pietas! Quod nec ineptitudinis nec indecori quicquam in se complectitur, furore tamen & crudelitate redundans. Cum bellum pestiferum contra omnes sanctissimas tuas ecclesias à tyrannis excitaretur, & nonnulli in vrbe Roma se tantis malis & tam insigniter improbis oblectare non desisterent, campus que esset ad pugnam præstitutus: tu in medium progressa te ipsam fide in Deum roboratam munitamque aduersariis opposuisti &c.* Talis fuit ipsius imperatoris in tota vita humilitas & modesta pietas eò semper gradibus puritatis excelsior, quò illius gloria trophæorum multitudine prosperitatumque crescebat cumulo sublimior.

c Oratio Constantini ad sanctorum cœtum ca. 22. quæ habetur apud Eusebium in vita Constantini. Pietatem Christianam per quam (semper victor extitit) Constantinus alloquitur per prosopopœiā.

Persecutorum ecclesia Dei funestus exitus.

Constantinū iuxta Augustini regulam verè fuisse beatum ostenditur.

Vt inde tantum mundi temporalis Dominum super omnes terræ principes, fortunatissimum in terra felicissimumque fuisse Christo illius rectè factis affulgente iuxta hanc D. Augustini regulā nulla ratione dubitare debeamus. [d] *Neque enim* (inquit) *nos Christianos quosdam imperatores ideo felices dicimus, quia vel diutius imperarunt, vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hostes Reipub. domuerūt, vel inimicos ciues aduersus se insurgentes, & cauere & opprimere potuerunt. Hæc enim & alia vitæ huius ærumnosæ, vel munera vel solatia, quidam etiam cultores dæmonum accipere meruerunt, qui non pertinent ad regnum Dei, quò pertinent isti. Et hoc ipsius misericordia factum est, ne ab illo ista qui in eum crederent, velut summa bona desiderarent. Sed felices eos dicimus, si iuste imperant: Si inter linguas sublimiter honorantium, & obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur, sed se homines esse meminerunt: si suam potestatem ad Dei cultum maximè dilatandum, maiestati eius famulam faciunt: si Deum timent, diligunt, colunt: si plus amant illud regnum vbi non timent habere consortes: si tardius vindicant: facile ignoscunt; si eamdem vindictam pro necessitate regendæ tuendæque Reipublicæ, non pro saturandis inimicitiarum odiis exerunt: Si eamdem veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent: si quod aspere coguntur plerumque decernere, misericordiæ lenitate & beneficiorum largitate compensant: si luxuria tantò est illis castigatior, quantò posset esse liberior: si malunt cupiditatibus prauis, quam quibuslibet gentibus imperare. Et si hæc omnia faciunt non propter ardorem inanis gloriæ, sed propter charitatem felicitatis æternæ: si pro suis peccatis, humilitatis & miserationis & orationis sacrificium Deo suo vero immolare non negligunt, tales Christianos imperatores dicimus esse felices interim spe, postea re ipsa futuros, cum id quod expectamus aduenerit.*

d S. August. 5. de ciuitate cap. 24. per om.

No.

Qualem nunc Constantinum magnum esse cum Christo regnantem in cœlis, æterna potientem beatitudine piè cum sanctis patribus doctoribusque credimus: qui eum tanquam sanctum inter ecclesiastica diptycha religiosè sapienterq; retulerūt. De cuius cultu Græcorum perantiqua [e] menologia fidem faciunt; & de eius nomine memoriaque benedicta ecclesiasticis inserta diptychis præclarum firmumque illud Nicolai primi testimoniū ad Michaelem imperatorem ista rescribentis:[f] *Quanta autem Dei cultorum Augustorum, qui ecclesiam Dei exaltauerunt, & præcipue Romanam Constantini videlicet & Constantis Theodosij quoque maioris, & Valentiniani, & cæterorum laus in vniuersali ecclesia polleat, & eorum præconia vbique persinent, & nomen eorum inter sacra mysteria impræterrmisse commemoretur, attentius & sedulo recordamini: sicque nos audire illos imitantes satagite.* Cuius

Constantinus tanquam sanctus inter ecclesiæ diptycha relatus.

e Menolog. Græc.

f Epistola Nicolai primi ad Michaelem imp.

Concil. Galched.

Martianus imperator propter egregias virtutes nouus dictus Constantinus.

imperatoris sanctitatem atque pietatem exaltantes sacrosancti [a] Calchedonensis Concilii patres Martiani religiosissimi virtutes imperatoris eximias heroicasque Christiana charitate refulgentes, summis efferendo mactandoque honoribus illum pro summo honore, *Nouum Constantinum, id est* virtutum tanti imp. æmulum imitatoremq; eũ vocauerunt. En primus Christianorum principum Dei veri cultor Constantinus. Quem ad propagandum suæ ecclesiæ campum velut aliorum regulam principum Christus Dominus elegit: cum vt in principio dictum est primum in vno quoque genere reliquorum mẽsura esse debeat: quam omnes principes regesque Christiani sequantur, si cum populo suo hic & in altera vita salui ac beati esse velint.

CAPVT XI.

Christiani imperatoris à Christo Domino suscitati, pro suæ defensione ecclesiç, contra omnes eius hostes principatus; in fide ac pietate Christiana fundatus esse debet: vt bene fœliciterque floreat, ad instar imperii Christi Domini regis regum & Domini dominantium: à quo est omnis potestas regna dandi.

1. *Excellentia Christiani imperatoris à Deo creati, pro protectione & propagatione ecclesiastica dignitatis & pacis.*
2. *Excellentia hæc in fide & pietate Christiana roborata atque firmata.*
3. *Quarum virtutum inuiolata custodia, victorias, & firmam imperii prosperitatem, contemptus vero ruinam & extremam afflictionem parit.*

Dignitas & felicitas imperatoria maiestatis bene administrata.



Acto igitur Christianæ monarchiæ feliciter à Deo in Constantini M. persona fundamento, ab hypothesi ad thesim discursus orationisque nostræ filum reducentes; imperatoriam maiestatem Christiana religione munitam maximæ dignitatis excellentiæq; corã Deo & hominibus esse dicimus: quę sua minime prosperitate temporali & æterna carebit, si ad talem maiestatis imperatoriæ culmen euecti, Christi regum regis, dominique dominantium beneficium singulare munusque bene regnando humiliter agnoscant. Vt viribus terreni imperii, ipsius cælestis imperatoris regnum in terra quod est ecclesia, generositate Christiana catholicaque fortitudine protegant, atque cum incremento gloriæ pacisque tueantur. [a] *Sæpe namque*, inquit Isidorus Hispalẽsis, *per regnum terrenum cæleste regnum proficit, vt qui intra ecclesiam positi contra fidem & disciplinam ecclesiæ agunt, rigore principum conterantur: ipsamque disciplinam quam ecclesiæ humilitas exercere non præualet, ceruicibus superborum potestas principalis imponat: & vt venerationem mereatur, virtute potestatis impertiat.* Atque vt sic piè

Regnum Dei quod est ecclesia per arma regni terreni quo præsunt Christiani principes sæpe defensum propugnatur.

a S. Isidorus Hispalens. Episcop. l. 3 sententiarum cap. 51.

A religiosèque imperii sui fasces ad seruitium ecclesiæ Dei, tutelamque contra inimicos eius ipsi principes & imperatores exerceant. [b] *Agnoscant Deo debere se rationem reddere propter ecclesiam quã à Christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax & disciplina ecclesiæ per fideles principes, siue soluatur; ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam ecclesiam tradidit.* Imperatoriæ dignitati maiestatique solicitudo saluandi regendique in pace subditos semper annexa esse debet. Propter quod [c] Ammianus Marcellinus imperiũ nihil aliud esse dicebat, *Quam curam salutis alienæ*, in cuius rei cõfirmationem [d] Seneca de Cæsare loquens, & in illius persona cæteros instruens imperatores & principes. *Omnium domos*, inquit, *illius vigilia custodit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius negotium: ex quo se Cæsar orbi terrarum dedicauit, se sibi eripuit.*

b Idem S. Isidorus ibid.

c Ammianus Marcel. l. 19 hist.

d Seneca de Cæsare.

B [e] Similiter Plinius iunior de cura principibus & imperatoribus inhærẽte verba faciẽs. *Sũt quidem*, inquit, *omnia sub vnius potestate, qui pro vtilitate cõmuni solus omniũ curas, laboresq; suscipit.* Si imperatoribus regibusq; omnibus labor maximè cõpetat vt suæ fidei creditos in pace custodiãt: quid Christiano imperatori ad veri Dei cognitionem vocato pro fidelium subditorum salute faciendum est? quid pro corpore Christi, quod est Ecclesia quæ cum Christo genitum æternitati cælestis gloriæ destinauit, solicitudinum curarumque subeundum? Cum intelligat à Deo terreoum se suscepisse imperium, non vt solum instar ethnicorum principum in terra fortunatus imperet bonis perituris affluens: sed vt benè religiosèque regnando diuinis illius voluntariè subiugatus legibus postea in cælo sempiterna cum illo gloria potiatur.

e Plinius iunior epist.

Imperiorum solus largitor Deus multo magis Christianorum.

C *Solus quippe Deus regnorum imperiorumque terræ largitor est, qui dat felicitatem*, [f] inquit sanctus Augustinus, *in regno calorũ solis piis, regnum vero terrenum & piis & impiis, sicuti ei placet, cui nihil iniustè placet.* Quod si omnium principatuum regnorumque dator est Deus, quanto magis Christianorum imperiorum? quibus præfecti principes dũ quæ Christi sunt rerũ satagunt, de subditorum salute soliciti, ecclesiæ vacantes obsequio, suam in hac vita felicitatem ordientes, in altera consummantes, ab vbertate domus Dei tandem inebriati perpetua diuinæ gloriæ fruitione refecti satiabuntur. Quam expectantes, si bene imperent: gloria temporali hic & honore coronantur: nec non secularibus opibus diuitiisque pro huius vitæ centuplo cumulantur, in temporalibus nulli nisi Deo minores. Si enim [g] Tertullianus de imperatore sui sæculi cultore dæmonum Christiani nominis hoste dixerit:

f S. Aug. l. 5. de ciuitate c. 21. in principio.

Imperator in temporalibus solo Deo minor.

g Tertul. in Apolog.

D *Colamus imperatorem sic quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, vt hominem à Deo secundum & quidquid est à Deo consecutum solo Deo minorem.* Quanto iustius hoc honoris summi præconium de Christiano imperatore pronuntiare atque prædicare debemus? Quem suscitauit Deus gratiæ benedictionisque suæ fortitudine munitum, vt suam ecclesiam in dubiis vitę periculis, mediisque spumentibus hostium furore, persecutionum, aduersitatumque fluctibus tutam, pacificam, gloriosamq; conseruaret. In quem legitime electum, omne alios regendi imperium temporalis auctoritatis supremæque dignitatis culmen obsequente populo, & iustis illius in conscientia parere legibus obligato nulla tunc amplius iubendi, sed solum obediendi

Electo imperatore populus solum parere non iubere debet.

dicendi facultate prædito transfudit. Quod intelligens Valentinianus senior Christianæ religionis obseruantissimus militibus exercitus Romani collegam in imperio, illi dare volentibus referente [a] Sozomeno respondit. *Me ad imperium eligere penes vos erat: sed cum iam à vobis electus sim consortem imperij quem postulatis non amplius in vestra potestate sed in mea tantum eligere situm est.*

a Sozomen. lib. 6, cap. 6.

2. Pars. *Summa laus, vigor & meritum imperatoriæ dignitatis in pietate & benedictione Christiana fundata atque firmata sunt.*

Cuius quidē imperatoriæ maiestatis atq; dignitatis summa laus, splendor, vigor & meritum maximè in catholica fide Christianaque pietate, adueniente desuper per sacras hierarchæ Apostolici aliorumque ecclesiæ pastorum sub illius præsidio potestateque dominico gregi præfectorum vnctiones diuina benedictione fundata prosperè firmantur. Vt ex epistola apologetica Ludouicus 2. imperator ad imperatorem orientis Basilium superbe & impudenter expostulantem, quod ipse Ludouicus imperatoris sibi nomen arrogaret, clarissimè significauit: demonstrando sibi meliori titulo quam ipsi Basilio nomen deberi imperatoris propter sacram vnctionem & inaugurationem à Romano Pontifice ecclesiarum omnium principe Nicolao primo acceptam. Vt intelligeret atque Christiana professione agnosceret imperatoriam maiestatem atque præstantiam non in vano manique imperatoris vocabuli sono, sed in culmine pietatis atque benedictione Christiana præcipuè consistere. Cum inter alia hæc circa principium dixit. [b] *Ceterum tuam spiritualem fraternitatem mirantur, tot sermonum ambages contentiosiue aduersus Apostolum prætendentem: qui dicit si quis vult contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei, cum imperij dignitas apud Deum, non in vocabuli voce, sed in culmine pietatis gloriosa consistat, nec nobis quid appellatu mirandum, sed quod sumus promendendum.* Post hæc se vere imperatorem esse demonstrans ita pergit: [c] *Ipsi patrui nostri gloriosi reges absque inuidia imperatorem nos vocitant, & imperatorem esse procul dubio fatentur: non profectò ad ætatem qua nobis maiores attendentes, sed ad vnctionem & sacrationem qua per summi Pontificis manus impositionem diuinitus sumus ad hoc culmen prouecti, & ad Romani principatus imperium, quo superno nutu potimur aspicientes.* [d] Deinde quibusdam interpositis sequentia adiunxit. *Illud autem mirari merito possumus, quod sublimitas tua ad nouam & recentiorem appellationem aspirare nos autumat. Cum quantum ad lineam generis pertinet, non sit nouum vel recens quod iam ab auo nostro* (scilicet Carolo M.) *non vsurpante, perhibes, sed Dei nutu & ecclesiæ iudicio summique Pontificis per impositionem & vnctionem manus obtinuit, sicut in codicibus tuis facile inuenire poteris, &c.* Ad hunc Christianæ pietatis apicem maiestatis imperatoriæ firmamentum, prosperitatis & gloriæ fontem, referri debet antiqua illa laudabilisque imperatorem Orientis à Protopapa, (qui erat in curia Constantini Magni, quod est in palatio regis Christianissimi magnus eleemosynarius in Gallia) singulis mensibus benedicendi consuetudo. Qui Archidiacono & præcentore seu protopsalte comitatus ad imperatorem cum magna grauitate venerationeque religionis accedens, acceptam crucem ab Archidiacono fronti imperatoris apponens, peractisque precibus ipsum hortabatur, vt deuote piaq; consideratione sui robur felicitatēq; imperij in huius sanctæ crucis virtute sitū esse atq; consistere recognosceret.

b Epistola apologetica Ludouici iunioris imperatoris in codice scripta Historia Longobardorum Beneuentinorum principum ab Eremperto descripta.

c Corinth. 11.

d Ibidem.

Imperiū Francorum imperatorum, etsi nouum tamen legitimum est & fit Dei nutu per manus impositionem papæ confirmatum.

Protopapa in curia M. Constantini erat velut M. Francia eleemosynarius.

Ritus benedicendi imperatorem orientis singulis mensibus ex Curopalate, Cedreno & Zonara.

A Quod se ita credere imperator nutu & voce professus, cū sanctā crucē pronus in terram, deosculatus religiose & humiliter adorauisset, facta populi circūstantis acclamatione ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΝ [f] *longa vita*, scilicet imperatori, seu viuat, imperator! rursus Protopapa reddita Archidiacono cruce, vrceū vini à Protopsalte accipiens benedictione consecrabat, & benedicto vino consecratoque, frontem & oculos imperatoris abluebat. Vt hoc mysterio ceremoniaq; munditiam & puritatē mentis & intelligentiæ in rectè dominando à gratia benedictioneq; Christi Domini, per hoc sacratū vinū repræsentata proficisci, manareq; cognosceret, & cognoscendo ingenua confessione profiteretur. Cuius sacri ritus exitū, iterata populi πολυχρόνιον, rursus acclamātis exultatio sequebatur. Vt hinc ad confirmandam assertionis nostræ veritatē appareat, quā verè sincereque [g] à sancto

f πολυχρόνιον longa vita seu longum vitæ tempus (scilicet) imperatori.

B Cyrillo Alexandrino dictū fuerit, *gloriosam in Deū Christūque Dominū pietatem regni & imperatoris honoribus immobile esse fundamentum: impios reges miseros ac malos malè perire, contra vero pietatis cultores sine labore hostem solere vincere, & aduersariorum prævalere.*

g Sancti Cyrilli Alexan. l. de recta fide.

Theodosij religiosi imperatoris & Ioannis impij tyranni.

Quod clarissimum fiet, duobus memorabilibus exemplis, vno Ioannis tyranni occidentalis imperij defuncto Honorio vsurpatoris, [h] quē impietas & oppressio ecclesiasticæ libertatis miserrimum extinxit & oppressit: altero Theodosij iunioris, quem pietas & religio, ecclesiasticæ dignitatis libertatisque defensio de hoc tyranno Ioanne victorem fecit. Nā vt de tyranno primū dicā: breuiter defuncto Honorio imperatore religiosissimo & optimo, vt primū tyrannico latrocinio imperium immaniter inuasit, aduersus ecclesiam Dei eiusque libertates, priuilegia, immunitates, bonaque furenter aduolauit.

Præclaris exemplis ostenditur pietatem Christianam omnia gignere prospera imperatoribus, contra impietatem & oppressionem ecclesiæ omnia misera & funestos exitus.

C Cum sit germanum regnorum principatuumque prædonibus vsurpatoribusque, simili statim impietate grassari in imperium spirituale ecclesiasticumque furere. Primum namque omnia simul ecclesiæ Dei priuilegia à Christianis imperatoribus, piè religioséque tam locis quàm personis ecclesiasticis collata sustulit, & inter alia omnem clericis exemptionem fori secularis ademit: quos omnes secularium iudicum iurisdictioni subiugare voluit, eosque ab illis suarum litium sententiam expectare coegit. Vt hæc Valentiniani 3. sanctio, quæ ablata ab hoc tyranno, ecclesiæ priuilegia postea anno D. 425. reuocauit, atq; restituit, hac verborū cōcepta serie testatur. [i] *Priuilegia omniū ecclesiarū, quæ sæculo nostro tyrānus, scilicet Ioānes, inuiderat, prona deuotione reuocamus: scilicet vt quidquid à diuis principibus constitutum est, vel quæ singuli quique*

h Socrat. l. 7. c. 27. Marcelli Comes in chronico, & Cassiodorus & alii.

Consuetudo tyrannorum cum vsurpato regno & imperio seculari, sese etiam ecclesiam Dei inuadere.

i L. 47. de Episcop. & clericis cod. Theodosii. Hæc anno D. 425.

D *antistites, pro causis ecclesiasticis impetrarant, sub pœna sacrilegij iugi, solidata æternitate firmentur. Clericos etiam, quod indiscretim ad seculares iudices debere deduci infaustus præsumptor edixerat, episcopali audientiæ reseruamus. Fas enim non est vt diuini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio, &c.* Contra hunc impium ecclesiæque oppressorem tyrannum fortissimum barbarorum copiis auxiliisque præpotentem optimus imperator Theodosius iunior aui sui exempla secutus, pietatis armis iustitiæque refulgens, vt feliciùs pugnaret: spiritualia primum arma Dei virtute potentia suscipiens, aduersus hæreticorum impietates, sanctorum edictorum gladium imperatoria fortitudine euaginauit.

piarumque legum haſtas catholico turbine contorſit. Vt cum contra iſtos religionis hoſtes talia ſãciuit.[a] *Manichæos & Phryges* (quos alii Pepuſitas ſiue Priſcillianiſtas alias, & Montaniſtas, vel alio latentiori vocabulo appellant. *Arianos itidem, Macedonianosque, & Eunomianos, Nouatianos ac Sabbatianos, cæterosque hæreticos ſciant, vniuerſa ſibi hac quoque conſtitutione denegari, quæ illis generalis ſanctionum interdixit auctoritas, puniendis, qui contra generalium conſtitutionum interdicta venire tentauerint.* His pietatis *Chriſtianæ catholicæque ſanctitatis armis munitus bonus atque religioſus imperator tyrannum mirabili victoria de celo miſſa ſuperauit.* Vt ita[b] Socrates enarrauit. *Aſpar,* (ſcilicet dux exercitus Theodoſij) *Filius Ardaburij: cum & patrem à tyranno comprehenſum, & infinitas barbarorum copias ad auxilia tyranno ferenda acceſsiſſe certior factus eſſet, omnino incertus animi erat, quid ageret. Itaque preces pij imperatoris, illo tempore rurſum plurimum momenti habuiſſe conſtabat. Nam Angelus Dei in habitu & forma paſtoris ducem itineris Aſpari ſe præbuit, & per ſtagnum Rauennæ adiacens (in ea namque ciuitate tyrannus commoratus, ducem Ardaburium tenuit) copias eius deduxit, qua via nemo vnquam iter feciſſe commemoratur. Deus igitur quæ tranſiri non poterat, tranſitum Aſpari patefecit. Illi tum copijs per ſtagnum, cuius aqua diuina ope penitus exhauſta fuit, traductis portas ciuitatis, quas apertas offendit ingreſſus, tyrannum opprimit, &c.* Hæc Socrates: ſic ille pius atque catholicæ fidei religioſiſſimus obſeruator effectu ipſo cognouit Chriſtianam religionem, eccleſiæ ſanctæ libertatem, dignitatemque rectè cuſtoditam, imperiorum fundamentum felicitatis eſſe tutiſſimum. Ad quod proſperitatis aſylum ſemper ipſe recurrit, cum peccatis exigentibus nutare atque labaſcere ſui imperii proſpera cerneret. Teſtatur[c] illud præclarum tanto dignum imperatore quod contra impias gentilium hæreticorumque ſordes pollutioneſque anno imperii ſui 41. non minus generosè quàm ſapienter edidit. Vt irati Dei ſceleribus tunc graſſantibus numen placaret offenſum. Quo indignante atque vindictam de flagitiis gentilium hæreticorumque impunè furentibus exigente, huius principis imperium diuerſis ab incurſu barbarorum cladibus, fame inſuper, penuria, peſte, terræque motibus conflictatum diu gemuerat. Huius edicti contra Porphyrũ gentilis impietates, libros, & ſectatores, & contra Neſtorij blaſphemias, eiuſque abominationis æmulos, iuſtè ſeuerum ſanctumque vigorem, prouinciarum imperii præſides, ad quos reſcriptum eſt, honore & obedientia venerantes, hoc mandatum his conceptum verbis publicè propoſuerunt. *Pijſsimus imperator noſter non ignarus legum, iuſtæque politiæ firmamentum, orthodoxam religionem eſſe, peculiari edicto omnem impietatis occaſionem præſcidit, eos quidem qui ea laborant, moderata caſtigatione ſanans, cæteris vero omnem honeſtæ vitæ rationem oſtendens.*[d] Huius imperatoris, & aui Theodoſii ſenioris Chriſtianarum heroicarumque virtutum, Leo primus huius nominis imperator æmulus, vt firmum illud dominationis proſperæ, beatique firmamentum imperii cuſtodiret: ſtatim in ipſo imperii ſui limine vt eccleſiæ S. Catho. Romanæq; maieſtatem ſartam tectam conſeruaret, Chriſtianæque fidei puritatem ab omni erroris fœditate liberã in imperio ſuo tueretur. Omnia anteceſſorum ſuorum catholica ſanctitate clariſſimorum edicta contra gentiles hæreticoſque renouata confirmauit. Huic præclara illa veraque imperatorum[f] Zenonis nondum ſcelerati hæretici, necdum prorſus impiæ hypocriſis laruæ fœdati, Iuſtinianique ſenioris confeſſio! Nullum nempe maius imperii præſidium eſſe quam fidei catholicæ inuiolatam cuſtodiam, ſanctæque eccleſiæ matris obedientiam filialem, deuotumque obſequium:[g] ἀρχὴν, καὶ σύστασιν, δύναμιν, τε καὶ ὅπλον ἀκαταμάχητον τῆς ἡμετέρας, εἰδότες βασιλείας, τὴν μόνην ὀρθὴν καὶ ἀληθινὴν πίστιν, *Imperij noſtri initium, conſeruationem, tum autem opus*, ſeu opes (vt habet verſio Nicephori lib. 16. c. 12. Circa principiũ, vel facultatem) *& armaturam inexpugnabilem, perſuaſum habemus eſſe, ſolam rectam, & veram fidem.* Quibus adiunxit hoc imperator Zeno, tunc catholicus, ſaltem apparenter in ſuo Enotico καὶ ἐκκλησίας μητέρα τῶν ἡμετέρων σκήπτρων, eccleſiam matrem imperialium ſceptrorum eſſe, à qua ſcilicet bene defenſa & honorata, imperia regnaque temporalia tuto in proſperitate conſeruantur.[h] De hoc Zenonis Enotico multa Nicephorus.

a L. 59. de hæreticis cod. Theodoſ.

Theodoſ. iunior imperator armis pietatis Chriſtianæ munitus miraculosè tyrannum Ioannem ſuperat & extinguit.

b Socrat. li. 7. c. 23.

c Edictum Theodoſii iunioris contra paganos & hæreticos apud Concil. Epheſi edit. Palt. to. 3. c. 19.

Pacis fidei firmamentum imperii cuſtodia, ſancta inuiolata cuſtodita religio.

d Apud Concil. Epheſi. edit. Palt. to. 3. c. 20.

Leo 1. imp. vt in imperio felicitatem firmaret omnia anteceſſorum imp. contra hæreticos gentileſque confirmauit edicta.

f Zeno imp. in Enotico ſcilicet in pacis & vnitatis edicto.

g Iuſtinianus imp. nouella. 6.

h Nicephor. 16. cap. 12.

CAPVT. XII.

Chriſti Domini regnantis exemplum & formam Imp. principeſque Chriſtiani ſequi debent, vt bene fœliciterque regnent.

1. *Quid à Chriſto rege regum principes Chriſtiani diſcere debent vt iuſtè ſanctèque regnent.*
2. *Actiones Chriſti patiendo regnantis principes Chriſtiani pia imitatione reſpicere debent vt perfecti populorũ rectores euadant.*
3. *Pulchræ antitheſes inter aſperam Chriſti & molliſsimam ſuauiſsimamque principum terræ vitam.*
4. *Chriſtus fundamentum & oſtiũ ſpiritualis ædificii, per quod itur ad cæleſte palatium.*

AT vt hæc ſanctæ eccleſiæ dignitas auctioribus obſequij obediẽtiæque vallata mœnibus, & vt Chriſtiana fides pietaſq; catholica in Chriſtianorum principum animis illæſa illibataq; ſeruetur: indeq; lux ſanctitatis fidei huius & obediẽtiæ eccleſiæ matri patriq; fideliũ omniũ ſanctiſſimo, in totius imperii ſubditos populoſq; cũ pace ſincera proſperitateq; tãdiu cõcupita, copia bonorum facundiore deriuetur atq; redundet. Quale melius perfectiuſq; regnãdi Chriſtiani reges & imperatores quàm ipſius Chriſti Domini regũ terræ principis, exẽplar imitabũtur? Diſcãt ab eo, illius vitã pia ſinceraq; imitatione conſectantes & conſpectãdo ſuprema adoratione venerãtes,[i] *Quia mitis eſt & humilis corde.* Diſcãt[k] *quia dulcis & rectus Dominus,* diſcant,[l] *quia vniuerſæ viæ illius miſericordia & veritas,* diſcãt, *quia miſericors & miſerator Dominus,* diſcãt, *quia dominator Dominus,*[m] *clemẽs, & patiens, & multæ miſerationis,* diſcant, *quia apparuit*[n] *benignitas illius, & gratia ſaluatoris regis regum & Domini dominantium erudiens, eos vt*

i S. Matth. c. 11. v. 29.

k Pſal. 24. v. 8.

l Pſal. 24. v. 10.

m Exod. 34. v. 6.

n Ad Titum c. 2.

a Contus. ecclesiæ.
b Ad Philipp. c. 2. v. 6.

[a] *abnegantes secularia desideria sobriè, & piè, & iustè viuant, & regnent in hoc seculo.* Discant quia, *propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis: discāt quia* [b] *cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus se esse æqualem Deo: tamen se ipsum propter nos exinanire non erubuit, formam serui accipiens, habitu inuentus vt homo.* Discant, quia fuit[c] pastor bonus qui posuit animā pro ouibus suis, scilicet pro nobis omnibus vt ab æternæ mortis faucibus eriperet, *ἰδί φονεύματι τὸ ποίμνιον κτησάμενος*, vt loquitur sanctus [a] Chrysostomus, *propria morte gregem emens, qui assumptam carnem non solum dedit nobis in pretium*, inquit [b] Innocentius 3. *Vt redimeret nos à morte, sed etiam dedit nobis in cibum vt aleret nos ad vitam*; Vitam vero quam? Non terrenam sed cælestem, non corruptibilem sed æternam, non humanam sed diuinam. [c] *Vt diuinæ suæ* naturæ essemus consortes. Discant ab eo solicitudine varia sodores laboresque maximos pro populorum sibi creditorum salute perpeti. Propter quē omnia, & per quem omnia, qui vt multos filios in gloriam adduceret auctor salutis eorū [d] per passionem consummati, seu vt per maiorē emphasim est in Græco, *διὰ παθημάτων τελειῶσαι, per passiones tormentaque perfici*, dignatus est. Discant, quia sic patiendo & laborando pro nobis. [e] *Dominus est fortis & potens, Dominus potens in prælio.* [f] *Qui verè lāguores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Cuius liuore sanati sumus.* Discant denique, ab hoc rege regū, saluatore mūdi, vnigenito Dei filio. [f] *Quia est Dominus virtutum & ipse rex gloriæ.* Dicebat Dominus Ezechieli Prophetæ. [g] *Ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis, & metiantur fabricam, & erubescant ex omnibus quæ fecerunt.* Si confusionem pudoremque genti Iudaicæ templi materialis aspectus dimensioque fabricæ potuit afferre, considerata illius populi vitæ prauitate: quid vobis ô Christianorum rectores populorum, si malè viuendo regnetis, confusionis, horroris, pudoris tremorisque diuini illius templi, Christi nempe Domini conspectus, eiusque diuinæ fabricæ dimensio, id est ipsius saluatoris ætatis series in perpetuis consumptæ laboribus incutiet? Nisi [h] *renouati spiritu mentis vestræ* [i] *humiliati sub potenti manu eius* [k] *voueatis, & reddatis illi Domino Deo vestro munera vestra*, & dominationum vestrarum sacrificia, *terribili, & ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ? Quem cum* [l] *glorificaueritis, quantumcumque potueritis, superualebit adhuc & admirabilis magnificentia eius, sed quamuis maior sit omni laude, nihilominus exaltantes eum quantum potueritis.* [m] Licet eum glorificando non cōprehendetis, virtute tamen hoc enitentes bene viuendo gratia ex alto veniente replebimini. Hoc igitur viuū sanctitatis templum pura mentis vestræ cōsideratione ingredimini. Ad illud diuinitatis sanctuarium fidei sinceritate & sanctimonia vitæ, [n] *Accedite vt illuminemini, & facies vestræ non confundantur.* Quod sic ingressi inuenietis illud, non auro, non gemmis preciosè coruscantibus irradians, non opibus, non diuitiis singularibus affluens, non honoribus gloriaque transitoria refulgens, vt templum [n] Salomonis, non vt illud ad nubes altitudine sublatum, non atriis cinctum latissimis, sed specie visibili, humile, abiectum, angustum, velo paupertatis coopertum, nullo externæ rutilans pulchritudinis aspectu, iuxta illud E-

c Ioan. 10.
a S. Chrysost.
b Innocent 3. ser. de Natiuit. Domini.
c S. Petri 2. c. 1.
d Ad Hebr. 2. v. 10
e Psal. 23.
f Esai. 53.
f Ps. 23. v. 8.
g Ezechiel c. 43. obs. concept.
Diuinum templum Christus Dominus est vt homo, in quod principes Christiani debent conspicere vt perfecti populorum rectores euadant.
h Ephes. c. 4. v. 23.
i S. Petri 1 c. 5. v. 6
k Psal. 75. v. 12. 13.
l Ecclesiast. c. 43 v. 32.
m Ecclesiast. ibid. v. 44.
n Psal. 33. v. 6.
n 3 Reg. c. 8 &c.

Tom. II.

A saiæ. [o] *Non est species ei neque decor,* [p] *Sed omnis gloria eius ab intus.* Tunc illud oculo mentis internatæ respicientes, sic vos intra vos alloquamini: Ipse rex regum regnator mundi, *Deus de Deo, lumen de lumine* [q] *in præsepio paleisque iacuit in terra* vt me exaltaret in cælo: & ego vilis respectu eius homunculus vt imperator terræ in superba habito regia. Ipse in cruce ignominiosè pependit, spinis eruentatus, ego in imperiali sublimique throno gloriosè sedeo, aurea gemmataque in capite corona decoratus. Ipse nudus in stabulo pro me gemuit, ego purpura deauratisque vestibus indutus, in palatio delitiis affluens exulto! Ipse suo pro redemptione mea, sanguine aspersus, ego pro delectatione mea delicatis saporibus odoribusque perfusus! Ipse dum viueret, opprobriis ignominiisque saturatus, ego dignitatibus honori-

B busque cumulatus! Ipse matri virgini obsequēs, ego Deo omnipotenti reluctans? Ipse in patibulo tormentisque vita cessit, ego meam in peccato voluptatibusque produco! proh nefas! Quā iustè decet tædere animam vitæ meæ! quod tam longa à rege saluatore, Deoque meo, vitæ distantia diuellor! Tantum chaos actionum diuersarum intericctum me ab ipso disiungit! Vtinam dirigantur viæ meæ vt statim chaos illud transiliam, ipsique regi meo perfecta vitæ purioris imitatione coniungar. Hoc sanctissimum vitæ Domini templum toto vitæ tempore, Carolus Magnus ex omnibus Christianæ professionis imperatoribus frequentare consueuit: qui se suosque regendo populos fideliter in vitam Christi Domini perfectà quoad potuit, imitatione collineabat & intuebatur. [r] *Flendo cum flente Domino*, in passionis tempore, & cum eodem Domino piè,

C *in die resurrectionis gaudiisque paschalibus exultando, Cuius institutio vita semper omnis Christi Domini actio fuit*, vt [s] Eginarthus in eius vita refert. Totū hunc de imitatione Christi Domini ab imperatoribus principibusque Christianis vt feliciter imperent, discursum, cum Hadriano primo Romano Pontifice ad Tarasium Patriarcham Constantinopolitanum epistola concludamus: [t] *Confitendum est, quia vbi Christus fundamentum est, bonorum etiam operum sequatur ædificium.* Ipsa vero per se veritas dicit: [u] *Qui non intrat per ostium in ouile, sed intrat aliunde, ille fur est & latro.* Vnde rursus idem saluator ait: *ego sum ostium, ille ergo ad ouile intrat per ostium, qui intrat per Christum.* Scilicet qui legitimo canonicoque titulo ad regimen populorum, in vtroque foro spirituali & seculari Christi Domini sequendo voluntatem vitamque imitatione colendo vocatus admittitur. Quod sequentibus exponit: *Ipse autem per Christum intrat, qui de eodem conditore & liberatore humani generis*

D *veritatem intelligens, prædicat & custodit, culmen regiminis ad officia portandi oneris suscipit, non ad appetitum gloriæ transitoriæque honoris: cura quoque susceptì ouilis diligenter inuigilat, ne oues Dei aut peruersi homines praua loquentes dilaniant, aut maligni spiritus oblectamenta vitiorum suadentes deuastent.* Quod non tantum de pastoribus ecclesiasticis animarum rectoribus, sed etiam de secularibus principibus populorum Christianorum in fidei Christianæ diuinæque legis obsequium directoribus intelligi debet, qui vt magni ecclesiastici pastores, *intra ecclesiam, sic illi extra atque forenses*, vt de se dicebat Constantinus Magnus, *Episcopi velut exteriores appellantur.*

o Esaiæ 53.
p Psal. 44 v. 4.
q S. Matth. 2.
Pulchra antithesis inter asperam vitam Christi & mollissimam ac suauissimam principum terræ vitam.
Carolus M. in se populosque regendo vitam Domini nostri vt semper imitaretur respiciebat.
r Crantius l. 2. hist. Saxo. c. 23.
s Eginarth in vita Caroli Magni.
t Epistol. Hadriani pr. ad Tarasium Episcop. Constantin.
u S. Ioan. 10.
Dum Christus est fundamentum bonorum operum crescit spirituale ædificium ad salutem.
Quid sit intrare in ouile per Christum.
Extra ecclesiam cur boni principes Christiani Episcopi dicuntur.
Dictum Constantini M.

Qui dum Christi Domini facta iussaque in populis dominando sequuntur: veri iustique pastoris non mercenarii nomine decorantur. Qui exemplo & imperio populos sibi creditos à Deo sapienter pacificéque pascunt, & salutaris eruditionis alimento nutricantur. Quibus insuper bene regendo viam demonstrant, aditumque præparant, per quem eos secum ad æterna cælestis gloriæ tabernacula prouehant. Felix imperium, cuius habenas tales principes catholica fide beati vitaque tali digna fide fulgentes sub Christi directione illius exemplar vitæ secuti moderantur!

CAPVT XIII.

Imperia vera vt diutius in splendore & prosperitate perdurent, à veris pendere virtutibus declaratur, veræ autem virtutes esse non possunt sine fide ac religione Christiana.

1. *Imperatores ac principes Christiani imperia sua longa, pacata, prosperaque desiderantes, virtutes veras super omnia colant, contrariaque his vitia detestentur.*
2. *Virtutes veræ esse non possunt ad salutem æternam nisi fide Christiana sociatæ.*

IMPERIORVM regnorumque forte & inexpugnabile propugnaculum virtus: quam qui sincerè colit princeps Christianus se suosque populos in tuto cum pace & prosperitate conseruat: contemptor vanæ laudis veræ gloriæ fructus & ornamenta possidet. Et ideo dicebat[a] S. Augustinus, *virtutes habenti magna virtus est, contemnere gloriam quia contemptus eius, in conspectu Dei est!* Qui propter seruitium suum principi virtutes colenti, & vana mundi negligenti, veram quietem & pacem, nec non cum ea temporalia bona, æterna interim speranti largitur; cum eas virtutes in iustè piéque dominando populis exercet: quarum neglectus ruinam parit imperii & principis, nec sine virtutis imperio diu cum prosperitate etiam temporali imperia stare possunt.[b] *Vbi non est pudor, nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides, instabile regnum est.* Vox tyrannica hæc ad exitium societatis humanæ & imperii nata.[c] *Sanctitas, pietas, fides, priuata bona sunt quà iuuat reges eant.* Principes dum virtutum cultui intendunt animum, earum desiderium amoremque subditorum animis instillant: vnde pax summa & prosperitas vtrique firmiter principi & populo communicata florescit. *Cuius statum si incola bene morati sunt pulchrè munitū arbitror*[d] ait Comicus, *secus centuplex murus rebus seruandis parum est. Contra*[e] *facile imperium in bonos tutum & in pace recta permansurum*, vt verè dixerit[f] scriptor ethnicus inter gentiles prudentissimus: *Ille Respublica status optabilis, & firmatus est, in quo & priuatim, sanctè innoxièque viuitur, & publicè iustitia ac clementia vigent.*[h] *Vbi igitur princeps bonus ac strenuus, qui dat operam vt quam optimè imperet, quis metus ruinæ principatus esse potest? Quis felicitatis amittendæ tremor?* Videant igitur Christiani populorum fidelium mundi regnatores, vt virtutum amatores & operatores sint dum creditorū sibi populorum tale virtutes colendi studium exemplo suo mentibus ingenerant, quàm pacate feliciterque sui clauū imperii moderātur. Expertique scire debemus quàm sapiēter rerumpublicarum rectores[i] Plato monuerit. *Εἰ μέλλεις τὰ τῆς πόλεως πράξειν ὀρθῶς καὶ καλῶς, ἀρετῆς σοι μεταδοτέον τοῖς πολίταις, Si Rempub. rectè laudabiliterque iustissimè gerere, virtus tibi cum ciuibus communicanda est.* Sed dum Christianus princeps virtutum cultor eas in subditorum, exemplo & imperio, piè atque prudenter animis excolere curat: vt tranquillam & felicem cum illis vitam agat, debet etiam contraria illis virtutibus vitia detestari, & detestando castigationibus exterminare. Quod sæpius Constantinum magnum fecisse legimus, vt cū Christianos denuò à paganis vexatos protegendo grauissimè in oppressores eorum impiæ factionis & superstitionis homines ita ad Elpidium præfectū rescribens animaduerti iussit.[k] *Quoniam comperimus quosdam ecclesiasticos, & cæteros catholicæ sectæ seruientes, à diuersarum religionum hominibus ad lustrorum sacrificia celebranda compelli, hanc sanctionem sancimus: Si quis ad ritum alienæ superstitionis cogendos esse crediderit eos qui sanctissimæ legi seruiunt: si conditio patiatur, publicè fustibus verberetur: Si vero honoris ratio talem ab eo repellat iniuriam condemnationem sustineat damni grauissimi quod rebus publicis vindicabitur.* Aliis pluribus mulctis pœnisq; impetū criminum in prauis hominibus compescuisse hunc supra multis in locis, cum de eius virtutibus ageremus, ostendimus. Quem omnes pii imperatores principesq; secuti mirum in modum æstu Christianæ pietatis accensi, in vitiorum exitium zelo honoris armati diuini conspirarunt. Quod viuentes adhuc Christiani principes in sua ditione præstare debent, vt suam populorumque salutem in perpetuitate consequentis æui tueantur. Intelligentes regiam suam imperialēq; potestatē sibi à Deo, ad ecclesiæ suæ præsidium esse datam. Quod si protegere abnuāt atque deprecentur desertores fidei religionisque Christianæ apud Deum cum suæ dispendio salutis habebuntur. Vt hac salutari præclaraque admonitione sanctus Leo non minus sapienter quā eloquenter imperatori Leoni suggerebat.[l] *Cum reuerentiam tuam Dominus tanta sacramentali sui illuminatione ditauerit, debes incunctanter aduertere regiam potestatem, tibi non solum ad mundi regimē, sed maximè ad ecclesiæ præsidium esse collatam, vt ausus nefarios comprimendo, & quæ bene sunt statuta defendas, & veram pacem iis quæ sunt turbata restituas.* Talia facientibus pro dignitate paceq; maiestatis ecclesiasticæ principibus, Dominus etiam in hoc sæculo prospera retribuit expectantibus æterna. Quorum paternam contra omnes hostiū fraudes, insidiasque curam solicitudinemque suscipit, vt Iustiniani tunc de ecclesiæ catholicæ defensione eiusque amplitudine gloriæ valde soliciti. Quem insidiis ad necem impetitum atq; quæsitum hac, quam describunt[m] Marcellinus Comes, & Procopius, ratione Deus, singulari sua misetatione prudētiaq; liberauit. *Hypatius Pōpeius & Probus genere celebrium Anastasii imperatoris nepotes, quos imperiū sibi singuli indigna ambitione exoptarēt, adibus Ianuarii cum plerisque nobilium coniuratis, omnique seditiosorum turba, armis, donisque ministraris illecta dolis inuadere tentauerunt, atque per quinq; cōtinuos dies vrbē regiā rapinis, ferro, igneq;*

a D. Aug l. 5. de ciuitate 19 in princip

Cultus virtutum à principe imperium prosperè custodit, neglectus miseris perdit.

b Senec. in Thyeste.

c Seneca in Thyeste.

d Plauti Persā.

e Plaut. in milite.

f Polyb l 6.

h Salust. ad Cæsar.

i Plato in Alcibiad. primo.

Princeps colendo virtutes vitia contraria debet detestari.

K L 5 de Episcop & Cler. Cod. Theodos.

Potestas regia data Christianis à Deo principibus ad suæ S. ecclesiæ præsidium.

l S. Leo primus epist. 75. ad imperatorem Leonem.

Cura Deo de bonis principibus suam zelantibus gloriam ad sua defensionem ecclesia vt de Iustiniano [illegible].

m Marcellinus Comes in Chronico anno 531.

per sceleratos ciues sine certo interrege discurrentes, hostili impietate ipsi se fideles Republicæ in palatio dissimulantes depopulati sunt: quinta vero huius nefandi sceleris die dum de foro Hypatius sceleratorum comitatu in manibus torque redimitus aureo, & Pompeius Comes sua sub veste loricatus ad inuadendum tenendumque ascenderent palatium: vterque eorum ante fores palatii captus est, statimque piissimi principis nostri nutu catenatus trucidatusque pœnas luit, & ante imperium perdidit, quam haberet innumeris passim in circo trucidatis tyrannorum copiis continuo proscriptis. Hæc Marcellinus breuiter [a] à Procopio fusius enarrata. [b] Iustissimè propterea S. Ambrosius, iuniorem imperatorē Valentinianum pro illius imperii diuturna salute prosperitateq; stabili monebat, *noli te extollere imperator, sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus.* Mille passim similia in manibus exēpla, Dei prouidentiā mirabilē atq; B misericordem in protegenda bonorum principū salute, virtutum robore, ecclesiæ suæ libertatem dignitatemque defendentium declarātia prostāt, ne hostiliū conatuū armorūque furori succūbāt.

a Procop. l. 1. de bello Persico.
b S. Amb. ep. 33. ad Marcellinam sororem quæ est 14. l. 2. ep. 10 4

Sed cum de virtutibus loquor quæ Christiana in terris imperia fortunant, non eas solitarias sola morali probitate præditas extra circum religionis Christianæ vagantes intelligo; cum tales sine Christiana fide veras esse cum diuo Augustino planè nego. *Nam qualis corporis atque vitiorum,* [c] inquit ille doctorum apex, *potest esse mens, domina, veri Dei nescia, nec eius imperio subiugata, sed vitiosissimis Dominis corrumpentibus prostituta? Proinde virtutes quas sibi habere videtur, per quas imperat corpori & vitiis ad quodlibet adipiscendum vel tenendum nisi ad Deum retulerit, etiam ipsa vitia sunt potius, quam virtutes.* [d] *Neque enim est vera virtus nisi quæ ad eum finem tendit vbi est bonum* C *hominis, quo melius non est. Ad hunc porro finem supernaturalem in quo summi boni Dei nempe fruitio sistitur, nulla virtus hominem nisi fide charitateque Christiana formata perducere potest.* Causa fuit quare sanctus pater alibi dixerit. [e] *Absit quod sit vera virtus nisi in homine iusto,* scilicet fide & charitate Christiana formato: Propterea eandē rationē ante D. Augustini tempora S. Cyprianus contra paganos fide Christiana carentes in eis nullam veram esse virtutem firmiter lib. de patientiæ bono circa finem his verbis asseuerauerat. *Hanc,* scilicet veram patientiæ virtutem, [f] *se sectari philosophi quoque profitentur; Sed tam illic patientia falsa est, quam & sapientia falsa est. Vnde enim vel sapiens esse vel patiens possit, qui nec sapientiam nec patientiam Dei nouit? Quam veritatem postquam pluribus illustrauisset, ita conclusit. Quare si sapientia inter Philosophos vera non est, esse non potest &* D *vera patientia,* & D. Augustinus lib. proximè citato: [g] *Constat,* inquit, *quod quicumque Philosophorum Christum, Dei virtutem & Dei sapientiam nescierunt, hi nullam virtutem,* scilicet verā & perfectam, *sicut nec veram sapientiam vllatenus habere potuerunt.* [h] Et lib. de vera Innocentia. *Nihil est bonum sine summo bono, vbi enim deest agnitio æternæ & incommutabilis veritatis falsa virtus est etiam in optimis moribus.* Nēpe qui optimi esse videntur. Similiter ipse S. Pater [i] in fine libri de continentia, illam continentiam veram esse castitatem negat à fide Christiana separatam. Multisque allatis rationibus & exemplis hanc tandem ad huius veritatis resolutionem, elicuit conclusionem. [k] *Constare debet inter omnes veraciter pios,*

2. Part.
Vero virtutes non sunt nisi fide Christiana catholicaque religione formata atque charitate.
c S. Aug. l. 19. de ciuit. c. 25.
d D. Aug. l. 5. de ciuit. c. 12.
e S. Aug. l. 4. contra Iulianum c. 3.
f S. Cypr. l. de bono patientiæ in fine.
g S. Aug. l. 4. contra Iulianum c. 3.
h S. Aug. l. de vera Innocentia.
i S. Aug. l. de continentia circa finem.
k lib. 5. de ciuit. c. 19.

A *neminem sine vera pietate id est veri Dei vero cultu veram posse habere virtutem.* Idipsum varia multiplicique ratione S. Gregorius Nazianzenus contra paganicæ superstitionis immunditiæque sapientes illustrauit, & clara demonstratione firmauit. Vt cum de Philosophis ethnici territorii loquens hæc dixit. [l] *Primum secuti rem bonam non sunt benè, magè namque mouebat gloria hos quam amor boni.* Eandemque veritatis vim clarius expandens oratione [m] 3. quæ prior est ex duabus quas in Apostatam principem conscripsit, *virtutem in Philosophis speciosum pulchrumque externa tantum consideratione fuisse nomen,* affirmauit. *Quod nisi specie tenus veram solidamque virtutis vim & energiam nulla ratione consequeretur.* Quod suo destituta fundamento nempe vera veri numinis cognitione formaque supernaturali quæ dat esse B rei, atque verè viuere, Christiana videlicet religione charitateque denudata, nullum suo cultori operæ pretium & ad sinceram in terris vitæ honestæ tranquillitatem & ad æternæ in cœlo salutis assecutionem esse posset. Quo vltimo humanarum actionum fine remoto, quis huiusmodi virtutis adumbratæ fructus dignus, cui consequendo tot sudoribus atque laboribus homines aduigilare debeant? Itaque vt virtutes moris fortunando imperio in principibus subditisq; potentes habeantur, pietate Christiana condiuntur: qua sublata nullum salutis veræque pacis in Repub. humanaque societate fundamentum roburque relinquitur. Rectissimè Aristoteles si benè verum numen diuinitatemque cognouisset, [n] *Πρῶτον δὲ τὴν περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλειαν, primum est curatio rerum diuinarum,* nempe in omni bene morata republica hominumque cœtibus iure sociatus. Et Synesius Philosophus conuersus ad fi- C dem, sic ad felicitatem societatis humanæ regnorumque terræ tutò consulebat. *Εὐσέβεια* [illegible] *pietas primū substernitor, fulcrū & crepido confirmiter insistat simulachrū hoc regni.* Et verè nullo fortiori propugnaculo atq; munimēto ab omni nutantis cadentisque prosperitatis imperia periculo libera proteguntur, quàm si hoc diuino pietatis Christianæ fundamento subnixa quæ Christi Domini sunt operentur. Quod inprimis religiosissimam Augustā Michaelis imp. valde tunc adolescentis, vel pueri potius matrem Theodoram, defuncto marito Theophilo, *Augustam cum filio puero factam vnanimi omnium consensu,* vt ait Curopalates, pro prosperis imperii rebus obseruauisse Theophanes presbyter huius temporis scriptor ita commemorat. [o] *Post-* D *quam defuncto Theophilo imperium ad eius vxorem Theodoram & filium eorum Michaelem admodum adolescentem delatum est, in pietatis studium curamque maximè incubuit: Fœmina verè Dei munere (vt nomen eius indicat) data ex omnibus præclaris & magnis facinoribus, quibus principes probari solēt nullū præstātius existimās, quo tutius sibi imperiū confirmaret, aut virilē in fœminea persona fortitudinē exerceret, quā si pietatis & religionis cultu Deū sibi propitiū redderet.* Hinc sūma oriētalis imperii felicitas tādiu floruit quādiu sāctissima mulier sic cū filio suo imperii habenas pietate magistra direxit. Cū filius Michael imperator cū ætate magis iniquitate & deprauatione vitæ crescēdo salutaria religiosissimæ matris cōcilia cōtēnere cœpit, cōculcata scelerib^9 vitæ Christianæ pietate, simul imperii fortunā

l S. Greg. Nazian. in carmine.
m S. Greg. Nazianz. orat. pr. in Iulianum.
n Arist. l. 7. polit. c. 8.
o Theophan. presby. oratione in S. Niceph. patriarcham Const. anno 842.
Non tutius firmatur imperii prosperitas quam colendo religionem Christi.

prosperitatemque miserè conculcauit. Remota A namque nefariéque relegata hac pietate, religione catholica, vereque Christiana, quid mirum si imperia mundi violentis vndique discordiarum malorumqoe tempestatibus concussa conturbentur? cum omnis pax, tranquillitas, concordia, veraque felicitas, ab illa sola tanquam ex primo fonte redundent?

CAPVT XIV.

Antitheses inter imperia mundi data malis & infidelibus, & imperia Christi data bonis & fidelibus principibus.

1. *Imperia infidelium & improborum instabilia & turbulenta.*
2. *Piorum verò atque fidelium firma atque pacata.*
3. *Christianorum principum palatium sacra domus & schola virtutis esse debet.*



ON sine caosa regna & imperia mundi in quibus non inhabitat virtus Christi eiusque religio in sacris scripturis, equorum nomine significantur: vt [a] Zachariæ 6. Vbi in quatuor quadrigis quatuor mundi imperia 1. Chaldæorum seu Assyriorum, 2. Medorum & Persarum, 3. Græcorũ atque 4. Romanorum Prophetæ, à spiritu sancto demõstrantur, [b] prout S. Hieronymus omnesque Hebræi doctores interpretantur. Sicut in [c] Apocalypsi cap. 6. imperium Romanum adhuc ethnicum, & sanctæ Christi Domini religionis inimicum per quatuor equos colorum varietate distinctos sub diuersis imperatoribns suo tempore C Christi Domini sponsam sacratissimam ecclesiã, nempe crudelissime vexãtibus S. Ioanni [d] à Deo in raptu extasiqoe illius ostensum est. Atque huius comparationis mũdi imperiorũ veri Dei nesciorum cum equis rationes multæ à doctoribus mundi adferuntur. Inter quas hæc vna de præcipuis est ab inconstantia turbulenta, statuque tumultuoso durationis breuis ac miseræ deducta. Propter quæ huiosmodi dominationes & imperia corruptioni & iniquitati subdita, & per eas exitio ruinæque procliuia rectè cursui velocissimorum eqoorum laxatis habenis frænisqoe, currentium sæpius in præcipitia ruentium, sessoresq; deturbantium periculose, comparantur. Et propter eam rationem ab eodem supra commemo- D rato Propheta [e] hæc ipsa mundi imperia per quatuor terræ ventos Cardinales torbulentosque designantur. Qnorum inter se violenta collisione luctantium excitatæ procellæ tempestatesqoe furiosæ sæpe classes integras naufragio crudeli funestoque velociter obruunt & ingurgitant. De talibus potestatibus, mundique regnis cito violenterqoe transeuntibus dicebar [f] Propheta. *Fortitudo vestra quasi fauilla stuppa, & opus vestrũ quasi scintilla,* [g] *vidi impium superexaltatum & eleuatum super cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.* [h] *Vides nouissima ipsius, & dicis tibi: ecce non est iste, qui sic tumuerat, quomodo si transires iuxta fluuium. Nam & hoc dictum est in isto psalmo superius, deficientes velut fumus deficient. Erigitur in altum fumus, & in globum tumidum pergit: quanto magis attollitur, tanto amplius intumescit: Sed cum transieris attende post te: post te enim fumus, sicut ante te Deus.* Vt hinc apertè videamus quam vana, lubrica, instabilis & misera mundi principum Christi nesciorum in tenebris infidelitatis malitiæque palpitantium potestas & gloria. Sicut eam etiam ethnicus [i] Philosophus ipso rationis prudentiæq; lumine illustratus confiteri ingenoè sic exclamãdo non erubuit. *Quid miraris? Quid stupes omnes huius mundi diuitias? Ostenduntur istæ res, non possidentur. Et dum placent transeunt. Vidistine quam inter paucas horas, ille ordo pompatiens* B *triumphantium, nempe Romæ de victis hostibus quamuis lentus dispositusque transeat?* Quam verè dictum est à S. Luca diabolum tentationibus pluribus nostrum saluatorem adortum, [k] *Ei omnia regna mundi in momento ostendisse. Bene in momento ostendit illi omnia regna mundi*, inquit Ambrosius, *non enim tam conspectus celeritas indicatur quam caduca potestatis fragilitas exprimitur.* [l] In promptu rationem reddit. *In momento enim cuncta illa prætereunt, & sæpe honor sæculi abiit antequam venerit!* Quod eleganti antithesi magnus ille suæ ætatis Cardinaliũ Corypheus Petrus Damianus, Agneti Augustæ Henrici 2. Imperatoris viduæ, improbissimi matri Henrici 3. Imp. magni qooad vixit ecclesiæ persecutoris, vt eam filii peccata lugentem Romæ in monasterio reclosam consolaretur, verbis talibus expressit. [m] *Porro qui hodie induitur purpura cras includetur sepul-* C *tura: hodie qui hominibus dominatur, cras autem vermis factus & putredo corrumpitur. Hodie regalibus infulis redimitur, cras vilibus panniculis exanime cadauer obuoluitur. Hodie splendet coronatus in regalis excellentiæ solio, cras facet marcidus in sepulchro,* [n] *Præterit enim figura huius mundi,* Cuius vita respectu consequentis æui mors potius dicenda est quam vita. Iuxta illa memoranda D. [o] Augustini *ad Celerem* monita. *Quàm certum est tibi, viuere te, tam sit certum doctrina seculari, istam vitam quæ in delitiis temporalibus agitur, in comparatione æterna, quæ nobis per Christum, atque in Christo promittitur, non vitam, sed mortem esse deputandam.* Quod si id verum de omnibus, quantò verius de principibus terræ vanitatibus & corruptionibus mundi inebriatis? Quos languidis liquefactos voluptatibus Deo per suas inuisos iniquitates, scelerata vita deturpat? At de bonis fidelibusque principibus Christiana pietate fulgentibus oon est ita. Quorum imperia regnaque persæpe longa sub- D sistunt pietatis ac fidei Christianæ beneficio: à qua omnis optata felicitas in talium principum subditos, viuos defunctosque deriuatur. Si enim bonis filiis suos piè parentes hooorantibus longa, bona, fortunataque vita in veteri lege Dei ore promittitur, Exodi 20. v. 12. *Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus super terram:* non est satis longa vita nisi sit bona & prospera, propterea septuaginta ex Hebræo verterunt; *ἵνα εὖ σοι γένηται vt bene tibi sit, καὶ ἵνα μακροχρόνιος γένῃ ἐπὶ τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς*, scilicet, *& vt longæuus sis super terram bonã.* Quid lõgæ pacis diuturnæq; felicitatis principibos bonis pia atq; religiosa Deũ

a Zachariæ c. 6.

b S Hieron. & Hebræi doctores.

c Apocaly. c. 6.

Cur mundi imperia pietate Christiana destituta equis comparantur. in scripturis quia turbulenta & instabilia.

d Ex Petro Aureolo Cardinali comment in Apocalyp.

e Zachar. c. 6 v. 6.

Imperia mundi etiam quatuor ventis turbulentis comparata.

f Esaiæ c. 1. v. 31.

g Psal. 36. v. 35. 36.

h S August. in hunc Psal. v. 35. pa 125.

Quam vana, inconstans & lubrica principum mundi ambulantium in tenebris infidelitatis & iniquitatis potestas.

i Senec. epist. 21.

k S. Luc c. 4.

l S Amb l. 4. in S Lucam. S. Ambr. ibid.

m Petri Damiani epist. 2 ad Imperatricem Agnetem.

n 1. Corinth. c. 7.

Vita hæc vmbra & fumus & respectu futuro mors potius dicenda.

o S Aug ep. 137. ad Celerem 102.

2. Pars. Bonorũ principum imperia pacata & prospera.

Patrē, Ecclesiamque matrem veneratione colētibus sperandū eſt. Quod alta diuinaque mēte præditus Theodosius imperator iunioris auus considerans & verum esse expertus agnoſcens, hæc in nouella contra Iudæos memorabilia pronuntiauit.[a] *Inter cæteras ſolicitudines quas amor publicus peruigili nobis cogitatione indixit, præcipuam imperatoriæ maiestatis curam eſſe perſpicimus veræ religionis indaginem, cuius ſi cultum tenere poterimus, iter proſperitatibus humanis aperimus inceptis.* Cuius pietatem amplexatus poſtea tempore ſuo Iuſtinianus ſenior, omnem ſui imperij proſperitatē & gloriam à beneculta Christi Domini religione præſtitaque cura & honore ſanctis Christianæ ditionis Eccleſiis profluere in Nouella de Episcopis & clericis hac breuiter oratione confeſſus eſt:[b] *Nos omni prouidentia curam Eccleſiarum gerimus, per quas & imperium noſtrum ſuſtineri, & publicas res per clementiam Dei ac gratiā muniri exiſtimamus.* Qui ſe alio in loco huius Christianæ fidei pietatiſque Catholicę virtute factū fuiſſe Dominū mundi quorundā oſtenſione ſignorū confeſſus agnouit, Suida talibus verbis huius rei teſtimonium fidele perhibente.[c] *Iuſtinianus ſtatuam ſuam equeſtrem in columna poſuit, quæ læua globum tenet cruce in eo defixa, qui ſignificaret eum ob fidem in crucem, Dominū ſcilicet, terræ Dominum eſſe factum. Globus enim is terra eſt ob rotundam eius figuram, fides autem eſt crux ob incarnatum Deum illi affixum. Dexteram porrigit verſus orientem ſeditionem Perſarum ſignificans, & extenſione ac repulſione manus clamitans, ne Romanas prouincias ingrediantur. State ne progrediamini: neque enim id vobis expedict.* Quos poſtea res imperij Romani turbare auſos, & Dei Eccleſiam religionemque Christianam opprimere aggreſſos per virtutem crucis ſub duce ſuo Belliſario debellauit: eodem miraculo quo Theodoſius ſenior de Eugenio quondam memorabilem victoriam ęthere, vētis, cæloque pro illo pugnantibus, Christo Domino vires rebus inanimatis ſufficiente retulerat, vt Procopius Belliſario Conſiliarius à Iuſtiniano datus in hac cōtra Perſas expeditione præſens ipſe in hoc bello pluribus recenſuit.[d] Huius temporalis benedictæque proſperitatis atque pacatæ dominationis fructus in ſe ſuoſque populos Carolus Magnus ab hac inuiolabili pietatis fideique Christianę obſeruantia cultoque dignitatis Eccleſiaſticæ redundantes ſæpiſſimè perſenſerat. Qui propterea ne diuinæ in ſe regnumque liberalitatis benedictioniſque manus abbreuiaretur, ita ſuæ ditionis Epiſcopos hortabatur.[e] *Placuit nobis veſtram rogare ſolertiam, vt vigili cura & admonitione populum Dei per paſcua vitæ æternæ ducere ſtudeatis, vt qui noſtro regno tantos contulit honores, ſua protectione nos noſtrumque regnum in æternum conſeruare dignetur.* Egregia ſane, vox iſta, & bene ſecundum veritatis catholicæ ſenſum intellecta, Christiano imperatore digniſſima, non in prauum peruerſumque vt quondam[f] ab Ariano principe Conſtantio fætorem mendacij detorta. *Gaudere & gloriari ex fide ſemper volumus, ſcientes magis religionibus, quam officiis, & labore corporis & ſudore, noſtram Rempub. contineri.*

a Theodoſ. imp. Nouell. de Iudæis.

b Iuſtinian. Nouella 42. de Epiſcopis & clericis.

c Suidas in verbo Iuſtinianus.

Iuſtinianus imp. per ducē Belliſarium virtute crucis ac fidei Christianæ Perſas miraculoſe vt quondā Theodoſius Eugenium debellauit.

d Procopius lib. 1. de bello Perſico.

Caroli Magni proſperitas à pietate Christiana.

e Carolus M. in præfat. Capitulorū.

Plus religione quam ciuili officio & labore Reſpublica floret.

f L. in qualibet de Epiſcopis, Eccleſiis & clericis Cod. Thed. lib. 16.

Sed hanc temporalem proſperitatem æterna ſalus animarum ab hac profecta pietatis religioniſque ſinceritate ſequitur, vt hæc Nicolai primi ad Michaelem imperatorem & Photium Pſeudopatriarcham Conſtantinopolitanæ Ciuitatis pro defenſione legitimi Patriarchę Ignatij à ſede ſua ab illis tyrannice depulſi: *Omnis vtilitas & profectus animarum catholica fide munitur, & dilectione Euangelij tuetur, quæ omnes intra ſe concluſos ſaluat, extra ſe poſitos ſuos non exiſtimat.*

Extra fidem Catholicam & Euangelicam dilectionem nulla ſalus.

Hæc vt eueniant, pietas probitaſque principis, regnantis omnino neceſſaria, cuius palatium ſchola[g] debet eſſe virtutis, ſedes fidei, religioniſque puritatis, vt Galliæ Epiſcopi, Ludouicum Germaniæ Regem ad officia Christiani regis exhortantes miſſa ad eum Epiſtola ſignificarunt. Inter alia illi hæc inculcantes. *Propterea calra ſobibete, compeſcite & ſedate* (ſcilicet mala multa quę ab illius exercitu contra Caroli Calui regnum furioſe patrabantur) *Quoniam palatium veſtrum debet eſſe ſacrum non ſacrilegum: Palatium enim regis ſacrum dicitur propter rationabiles homines inhabitantes, & non propter parietes inſenſibiles ſiue macerias: & Rex à regendo dictum eſſe vt ſe ſub Deo, & bonos cum Deo, puritate cordis, veritate oris, firmitate ſtabilitatis regat, & prauos à prauitate corrigat, & in rectitudinem dirigat, &c.* Et vt omnes regni ſubditi ab illo eiuſque domo regia virtutis pietatiſque ſumant exempla, eundem principem poſtea ſic hortantur: *Domum veſtram domeſticam ſic nutrite, regite, & diſponite: vt quando regni populus ad vos conuenerit, in vobis & in domeſticis veſtris videat, qualiter ſe atque domum cum quanta humilitate atque caſtitate, quam ſobrie, quam iuſte, quam pie nutrire, diſponere, & gubernare debeat, quia ſicut quidam ſapiens dixit, ſecundum mores Domini erit familia cuſtodita, & ideo domus regis ſchola dicitur & diſciplina. Quia non ſcholaſtici, id eſt diſciplinati & bene correcti ſunt ſicut alij, ſed potius ipſa ſchola quæ interpretatur diſciplina, id eſt correctio dicitur, quæ alios habitu, inceſſu, verbo & actu bonitatis continentia corrigat.* Verbum non amplius addam, ſimol atque his ſapientis Prophetæ verbis Christianos affatus principes regeſque concloſero:[i] *Si delectamini ſedibus & ſceptris, ô reges populi diligite ſapientiam vt in æternum regnetis.*

3. Pars. Christianorū principum palatium debet eſſe domus ſacra & ſchola virtutis.

g Ep. Epiſcoporum Regni Franciæ Caroli Calui ad Ludouicum Regem Germaniæ.

Rex à regendo dictus.

A domo regis & principis virtutum exempla peti debent.

h Epiſcopi iidem in eadem Epiſt.

i Sapient. c. 6.

CAPVT XV.

Principes Catholici Eccleſię S. matri, paſtorique œcumenico deuote pareant, ſuaſque leges ciuiles ſacris illius canonibus quoad ſpiritualia ſubmittant, vt bene ſit illis, eorumque populis in vtraque vita.

1. *Christiani principes Eccleſiæ S. eiuſque ſummo rectori atque aliis ſub illo paſtoribus Eccleſiarum ſe ſubmittere debent humiliter potius quam illis iura dare arroganter, propoſita tanta ſibi à Deo temporali felicitate & æterna in obedientia præmium.*
2. *Principes ſuas leges ſtatutaque ciuilia ſacris Eccleſiæ canonibus debent ſubdere quoad ſpiritualia.*



AGNVM prædeſtinationis futuræque ad æterna cælorum tabernacula exaltationis ſignum eſt in principe ſummo Monarchaque Christiano, cuius temporalia ſubduntur imperio

Dei Ecclesiam obedienter audire, eius rectori Monarchico pro spiritualibus iura dicenti se cum parendi desiderio effectuque submittere, monitaque aliorum Ecclesiæ pastorum sub illius Ecclesiastici spiritualisque Monarchiæ præsidio & auctoritate gregi dominico grauiter inuigilantium, suæ saluti profutura, magno amoris & affectus ardore venerari. Hoc facere est audire Christum Dominum Apostolis dicentem,[a] *Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit, & eum qui me misit.* Patrem videlicet æternum. Qui hoc obedientię erga Ecclesiæ pastores, pastorumque principem, munere defunguntur, primum Christi Domini vicarium Apostolorum principem, sanctum Petrum humiliter & obsequenter audiendo venerantur.[b] Qui sacro teste canone omnes principes terræ & cæteros homines Episcopis animarumque pastoribus obedire præcipiebat. Quod præceptum[c] sancti Petri ex eius Epistola cap. 2.[d] Burchardus,[e] Iuo,[f] Innocentius 3. secundum expositionem communiter receptam deducunt. Eamque pluribus scripturæ S testimoniis ab ipso Domini ore prolatis Epistola ad Constantinum imperatorem idem ipse Innocentius 3. illustrat.[g] Vt illo Hieremiæ primo. *Ecce constitui te super gentes & regna, vt euellas & dissipes,*[h] (scilicet vitia inquit Glossa) *& plantes scilicet virtutes.* Et post alia multa, Sic imperatorē, qui vtcumque se à Papa Innocentio increpatum fuisse querebatur, reuerēter, & grauiter affatus est. *Nobis autem in beato Petro sunt oues Christi commissa dicente Domino*[k] *pasce oues meas, non distinguens inter has oues & alias, scilicet inter principes & subditos vt alienum à suo demonstraret ouili, qui Petrum & successores ipsius magistros non recognosceret & pastores.* Cum ergo Dominus nullam inter has & illas oues, inter nempe principes & populos distinctionem constituere voluerit, quin omnes pro salute sua eius vicarij subderentur imperio, profecto nulla in terris potestas quantumuis sublimis siue Ecclesiastica siue imperatoria, Regia, aut alia quæuis distinctionem discrimenque tale constituere potest,[l] vt Canones sacri Pontificiæque leges plurimæ testantur. Postea subdit Innocentius,[m] *Vt illud tanquam notissimum omittamus, quod Dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad successores ipsius: quodcumque ligaueris super terram, &c. Nihil excipiens qui dixit quæcumque, &c.* Deinde vt imperatoris animum quodammodo sibi iratum licet sine causa placaret, eiusque molliter frangeret iram in fine Epistolę dixit ista.[n] *Vtrum autem imperatoriam excellentiam ad bonum & vtile per litteras nostras duxerimus inuitandam, vtrum tibi iusta suggesserimus, & honesta tua solicitudo discernat, cum non nisi ad vtilitatem Ecclesiæ & terræ Hierosolymitana subsidium nos te meminerimus inuitasse.* Se autem supra ad eum non increpando scripsisse testatur quamuis iustè potuisset cum ait:[o] *Nos autem & si non increpando scripserimus, potuissemus tamen rationabiliter increpare.* Quare hoc? quia cum imperator in his quæ Dei sunt Episcopis prælatisque constitutis à Deo in Ecclesia sua sub sui vicarij primatu principis Ecclesiasticorū obedire deberet, eosque honorare: ipse imperator Patriarcham Constantinopolitanæ ciuitatis suum proprium pastorem contempserat: dum eum ad suos pedes sedere fecerit, cui honorifice assurgere & humiliter procumbere deberet: vt illi Pontifex Innocentius ita

a Lucæ c. 10. v. 16
Petrus de Domini mandato omnes principes & cæteros Ecclesiæ prælatis obedire præcipit.
b Ca. omnes de maiorita. & obed.
c 1. decretal. et Petri 2.
d Burchardus l. 8. c. 104.
e Iuo part. 5. c. 224. & c. 5. eodem tit. in 1. compil.
f Innocent. 3. in ca. solitæ de maiorita. & obed. ibid.
g Hier. cap. 1.
h Glossa verbe euelles & plantes c. solitę de maiorit. &c.
i Innocent. 3. Ep. ad imperat. Constāt. scelera part. in c. solitæ de maiorit.
k S. Ioan. 21.
l Con. consul. cisti 2. q. 5. Can. quod si dormierit 3. q. 1. Con. quam Deus 31. q. 2.
m Ibi supra.
Innocent. 3 Ibid.
o Ibidem.
Imperator Constantin. ab Innocent. 3. increpatus quod Patriarcham Constāt. ad pedes suos sedere fecisset cui reuerenter assurgere imp. & principum assurgere & se inclinare debuisset.

A mansuete vt sapienter exprobrat.[p] *Hæc autem si prudenter attenderes* (scilicet superiora Dei oracula & iussa) *imperatoria celsitudo non faceret aut permitteret Constantinopolitanum Patriarcham, magnum quidē, & honorabile membrum Ecclesiæ, iuxta scabellum pedum suorum, in sinistra parte sedere: cū alij reges & principes Archiepiscopis & Episcopis suis, sicut debent reuerenter*[q] *assurgant, & eis iuxta se venerabilem sedem assignent.* Nullus siue princeps, siue subditus filij Dei & Ecclesiæ meretur habere nomen, nisi qui illius omnia statuta legesque sacras obseruantia filiali, eaque religiose custodire velit. Hoc spiritus sancti decretum est in Concilio Meldensi prolatum:[r] *Canonum statuta custodiantur ab omnibus* (siue principibus siue subditis) *& nemo in actionibus & iudiciis Ecclesiasticis suo sensu, sed eorum ducatur.* Quod confirmatur Can. *pura* 3. q. 9. & cap.[s] *ne innitaris*, de constitu-

B tionibus. Quo fideles cuiuscumque cōditionis, & sortis maxime principes aliorum vitæ directores admoniti vetantur, ne suæ innitantur prudentiæ. Quid sit autem propriæ inniti prudentiæ hæc canonis huius sequentia verba demonstrant.[t] *Prudentiæ suæ innititur, qui ea quæ sibi agenda vel dicenda videntur Patrum decretis* (scilicet constitutionibus à S. Ecclesia pro suis legibus receptis) *præponit*, conformiter sacra lex Ecclesiæ huic diuino spiritus sancti oraculo per os Salomonis prolato loquitur.[u] *Fili mi habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. Et ne sis sapiens apud temetipsum*, iuxta S. Hieronymi doctrinam in hunc locum, hæc sacra Ecclesiæ statuta legesque vt pro incolumitate paceque prospera imperij suæque salutis securitate Anastasius imperator pia obseruatione veneraretur,

C illum ita Papa Gelasius hortabatur.[x] *Duo sunt quippe imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas: in quibus tanto grauius pondus est sacerdotum: quanto etiam pro ipsis regibus* * *hominum in diuino sunt reddituri examine rationem*, his dictis & aliis hanc infert conclusionem.[y] *Nosti itaque inter hæc ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam posse redigi voluntatem*, & ibidem,[z] *nosti fili clementissime quod licet præsideas humano generi dignitate rerum terrenarum, tamen præsulibus diuinarum deuotus colla submittis.* Huius humilitatis, modestiæ, & obedientiæ in sacros animarum Patres, Episcopos & prælatos Ecclesiæ exemplo suo salutarem omnes seculi principes lectionem magnus Constantinus edocuit. *Cum in Concilium Nicænum veniens primum in medio conuentu erectus*

D *constitit, cum parua quadam sella ex auro fabricata illi esset loco posita, non consedit prius quam Episcopi ad id innuissent.*[a] Vt Eusebius,[b] Socrates,[c] Theodoretus,[d] Sozomenus, & alij scriptores Ecclesiastici posteritati in sua historia commendarunt. Sciebat videlicet imperator religiosissimus quā sublimis esset Ecclesiasticæ maiestatis honorisque vertex, respectu rerum spiritualium coram Deo: qui non minus regio & imperatorio præstat honori quam plumbo aurum, vt[e] S. Ambrosius his verbis expressit. *Honor fratres & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari, si regum fulgori compares & principum diademati, longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares, quippe cum videas regum colla & principum submitti genibus sacerdotum, & osculata eorum dextera orationibus eorum credant se com-*

p Innocent.
q Vt Canone Valentinien. dist. 63.
r Cap. 1. Canonum de constitutionibus 1. 6. decret.
s Can. pura 3. q. 9. Geo. ne innitaris de constitut.
t Cap. ne innitaris. De constitutionibus.
Quid sit inniti prudentia sua propria.
u Prouerb. c. 3.
x Can. duo sunt 96.
* Alias regiminibus.
Imperatoris maiestas Pontificia subiici debet in spiritualibus ex Gelasio 1. ad Anastasium imperat.
y Ibidem.
z Gelasij Papæ Epist. ad Anast. imp.
Magnus Constantinus M. modestia & obedientia Ecclesiæ, iussum Episcoporum vt sederet in consilio expectantis.
a L. 3. c. 10. de vita Const.
b L. 1. c. 5.
c L. 1. c. 7.
d L. 1. c. 17.
Ecclesiastica dignitas comparatione regia est velut aurum respectu plumbi.
e L. de dignitate sacerd. c. 2.

manuri. Hæc bonorum obsequiorumque Episcopis, & pastoribus animarum insignia officiaque debentur: quia Ecclesiæ S. Christi sponsæ ministri sunt, quæ reges & principes catholicos cum fidelibus populis sponso suo saluatori nostro cum multis laboribus doloribusque peperit. Cui quidquid sunt Christiani principes debent, à qua salutem animarum suarum cum imperij splendore pacifico beatoque sunt consecuti. Vt pro ea tuenda & omni honore prosequenda liceat nobis illos merito sancti Ambrosij verbis affari. [a] *Vide sic matrem tuam, & si patrem matrem, nunquam reddidisti dolores, non reddidisti cruciatus quos pro te passa est, non reddidisti obsequia quæ in te illa gestauit, non reddidisti alimenta quæ tribuit tenero pietatis affectu: immulgens labris tuis vbera, non reddidisti famem quam pro te illa tolerauit, ne quid quod tibi noxium esset, ederet, ne quid quod lacti noceret hauriret, tibi illa ieiunauit, tibi manducauit, tibi illa quem voluit, cibum non accepit, tibi quem noluit cibum sumpsit, tibi vigilauit, tibi fleuit, & tu illam egere pateris? O fili, quantum tibi fomes iudicium, si non pascas parentem? illi debes quod habes, qui debes quod es.* Hæc quidem principibus Christianis apposite dici possunt: qui inter ceteros fideles Ecclesiæ sanctæ saluatoris nostri sponsæ, eiusque pastoris œcumenici Romani Pontificis præcipui nobilioresque filij nominantur.

a S. Ambros. lib. 8. in c. 18. S. Lucæ.
Apostrophe ad principes catholicos vt matrem suam Ecclesiam pascant, venerentur & honorent.

Inter quos imperator primogeniti Ecclesiæ Pontificisque titulo ac nomine decoratus eminet: vt exemplorum enumeratione clarum apertumque constare potest. Extat Epistola Galliæ Episcoporum numero 44. inter Epistolas S. Leonis primi [b] quæ Epistolam illius 49. immediate subsequitur. In qua hæc de Martiano imperatore ad hunc SS. Patrem rescripserunt. *Optassemus ad filium vestrum gloriosissimum & christianissimumque principem Martianum super eadem causa litteras dare, quibus congratulantes fidei ipsius,* &c.

Imperator primogenitus filius Papæ & Ecclesiæ dicitur, ideo her pia parens tenetur.
b Ep. Galliæ Episcop. ad S. Leonem I.

[c] Similiter Concilium œcumenicum Chalcedonense quod erat Ecclesia collectiue sumpta, scribens ad Pulcheriam Augustam, *eam suam in Domino filiam*, appellauit, & Gelasiũ I. imperatorem Anastasium filium suum appellauit, [d] supra vidimus. Simili huius filij nominis honore eundem Augustũ Anastasios I. Papa decorauit, cum hunc Epistolæ ad eum missę titulum affixit. [e] *Gloriosissimo & clementissimo filio Anastasio Augusto Anastasius Episcopus*, &c. In cuius mortui misere atque fulmine contriti decus & tribunal succedentem optimum imperatorem Iustinum huius nominis primum [f] Hormisdas Papa filii Ecclesię suique appellatione honorificauit, sicut [g] Felix 3. Zenonem imperatorem. [h] Papa Agatho Constantinum Pogonatum huius nominis imperatorem. [i] Hadrianus I. Constantinum quintum, eiusque matrem Irenem Augustam. [k] Leo 3. Carolum Magnum, [l] Nicolaus primus Ludouicum 2. aliique plurimi Pontifices, imperatores sui temporis clarissimos filios appellare consueuerunt. Sicut post imperatores reges Franciæ illustrissimum præ aliis terræ regibus principibusque filii primogeniti Ecclesiæ Romanique Pontificis nomen hæreditasse plenius infra docebimus. Quorum imperatorum omnium, regum, ac principum Christi Domini per sacra baptismatis lauachra, sanguine regeneratorum, Ecclesia sancta longe nobilius mater est

c Ep. Chalced. concilij ad Pulcheriam Augustam.
d Ep. ad Anastasium imp.
e Ep. Anastasij 2. papæ ad Anastasium Augustum.
f Ep. ad Iustinum I.
g Ep. Felicis 3. ad Zenonem imp.
h Ep. Agathonis ad Constantinum 4. imp.
i Ad Constantinum 5. & Irenem.
k Ad Carolũ Magnum.
l Ad Ludouicum 2. &c.

A quam mater carnis, *Quia hæc*, inquit [m] Petrus Damianus, *hominem peperit, vt per eius traducem reuertatur in puluerem: at illa principem ac Regem genuit, vt Christi sine fine regnantis effectiuè coheredem.* Et quia imperator aut quiuis alius princeps Christianus Ecclesiæ patrisque sanctissimi filius est iuxta filiationis legitimæ leges his non imperare superbe, sed humiliter obtemperare tenetur. [n] *Si imperator Catholicus est*, aiebat Ioannes Octauus, *quod salua pace ipsius dixerimus, filius est non præsul Ecclesiæ: quod ad religionem competit,* [o] *discere ei conuenit, non docere, habet priuilegia suæ potestatis, quæ administrandis legibus publicis* [p] *diuinitus consequutus est, vt eius beneficiis non ingratus, contra dispositionem cælestis ordinis nil vsurpet.* B *Ad sacerdotes enim Deus voluit quæ Ecclesia disponenda sunt, pertinere, non ad seculi potestates, quas si fideles sunt Ecclesiæ suæ sacerdotibus voluit esse subiectas.* Vt pro eorum dignitate & Ecclesię cui seruiunt, protectione & fide, Dei voluntatem facientes religiosè ac strenue dimicando militent. Sicut ita Valentinianum imperatorem [q] sanctus Ambrosius hortabatur: *Cum omnes homines qui sub ditione Romana sunt vobis militent imperatoribus terrarum atque principibus, tum ipsi vos omnipotenti Deo & sacræ fidei militatis.* Quæ dum principes Christiani moliuntur, verum iudicium diligentes exercent, iuxta illud Dauidicum [r] *Honor Regis iudicium diligit.* Quia vt Patres Bizaceni concilii in Africa Constantino imperatori [s] missa ad eum Epistola suggerebant. *Dum diuina rebus humanis præponitis, & orthodoxam fidem curis secularibus præfertis, quid* C *aliud quam iudicium rectum, Dei cultus immolatis?* Petrus Damianus in ea disceptatione synodali inter regis aduocatum & defensorem Romanæ Ecclesiæ quam edidit, de optimis atque religiosissimis illis imperatoribus, Constantino Magno, Theodosio Seniore, & Honorio eius filio loquens: [t] *Romanam Ecclesiam*, inquit, *nunquam sibi studuerunt subdere, sed præferre, non præcipere sed parere: non præcellere, sed subesse.* Quod iuuenis admodum non minus moribus quam ætate imperator Valentinianus impię matris Iustinæ subuersus erroribus, facere detrectans, sed contraria moliens ita [u] à sancto Ambrosio reprehensus correptusque compescitur. *Si docendus est Episcopus à laico quid sequatur? Laicus ergo disputet & Episcopus audiat: Episcopus discat à laico. At certe si vel scripturarum diuinarum seriem, vel vetera tempora retractemus, quis est qui abnuat in causa fidei, in causa, inquam, fidei, Episcopos solere de imperato-* D *ribus christianis, non imperatores de Episcopis iudicare:* & contra Auxentium, *imperator bonus intra Ecclesiam non supra Ecclesiam est.* [x] Henricus primus Germaniæ Rex laudibus meritisque fertur in cœlum, quod prę summa modestia & reuerentia in Ecclesię præfectos in Concilio Francofordiensi. *Primus se humo prosternerit: nec se ante alleuare voluerit, quam qui Concilio præerat, Archiepiscopus Moguntinus manibus suis honorifice reuerenterque subleuauisset.* Ac sancti Ludouici Francorum Regis quis pietatem, humilitatem, obedientiamque in parendo potius quam imperando Ecclesię non mirabitur? qui deo alienus & abhorrens ab hac spiritualis po-

m In disceptat. Synodica &c.
Imperator atque quiuis Christianus princeps quia filius est Ecclesiæ obedire debet matri non imperare.
n C. an imperator dist. 66.
o C. an aduci-mus 16 q. I.
p Can. quæsitum 21. q. 4. l. 1. in principio cod. de veteri iure enucleando.
q Epist 30 ad Valent. imp.
r Psalm 98.
s Ep. Bizaceni concilij ad Constant. imperatorẽ quę extat in concil. Lateranẽ. sub Martino secret. 4.
t Petrus Damianus in disceptatione synodali &c.
u Ep. 32 ad Valentinianum iuniorem veter. edit.
x S. Ambros. contra Auxentium.
Bonus imperator intra Ecclesia.
Henricus I. Germaniæ rex, magna modestia & reuerentia Episcopis Concilij Francofordiensis subiecta.
Et Ditmarus lib. 6.

Magna S. Ludouici pietas in abstinendo cum posset indulgentia Pontificis Romani à prouisione rerum spiritualium vt Episcopatuum &c.

restatis vsurpatione (cui tam improbè & infeliciter ambitiosi principes inhiant) *vt cum eius legatus vltro Ecclesiarum Cathedralium bullam prouisionum à Romano Pontifice impetrauisset, Rex pius ab huius bullæ praxi abstinere voluerit, quin potius illam flammis tradidisse fertur, legato dicens: gratias non agimus tibi de hu qua in periculum animarum nostrarum impetrauisti, videlicet vt Ecclesiis regni nostri prouideamus.*

a Rebuff in concordat in proœmi §. quæ nobis verbo optamus.

Pars tertia.

b Psal 2.

Principes Christiani leges suas sacris Ecclesiæ canonibus submittere debent, quo ad spiritualia.

a Sed cum principes, imperatores ac reges Christiani audierint hæc à spiritu sancto. b *Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Sciant cum se ipsos potestatesque suas pro salute animarum suarum & sibi creditorum populorum Ecclesiasticæ Monarchiæ, voluntario obsequio deuotoque subiciant, simili obedientia filialique reuerentia se quoque leges suas statutaque ciuilia debere sacris huius Monarchiæ Ecclesiæque canonibus submittere, vt talibus legibus potentiorem magisque salutarem rectius ad iustitiam probitatemque populos instruendi virtutem, sua Christus Dominus princeps regum terræ vniuersique regnator benedictione largiatur. Sacri namque canones Ecclesiæ quid aliud sunt quam decreta legesque Dei. c *Qui vos audit me audit*, &c.

c S. Luc. c. 10.

Quid aliud tribunal Romanæ Ecclesiæ in terra militantis quam regnantis cum Christo in cælo triumphantis. d *Quæcumque solueritis super terram erunt soluta & in cælis, & quorum retinueritis peccata retenta erunt in cœlo.* Quid aliud forum Romani Pontificis, quam Christi Domini ad dexteram Dei Patris sedentis, & in cælis cum eo sanctoque spiritu regnantis? e *Pasce oues meas.* Hos propterea sacros Ecclesiæ canones Dei leges appellans, sanctus Ambrosius iuniori Valentiniano leges Ecclesiasticas impiæ instigatione matris alterare & opprimere molienti dicebat. f *Legem tuam nollem esse supra Dei. Lex Dei nos docet quid sequamur,* (scilicet pro salute nostra) *humanæ leges hoc docere non possunt.* Legum imperialium acies hebescat, cum sacrarum Ecclesiæ fulgor fidelium mentibus irradiat. Cessent regalia statuta cum Ecclesiæ decreta iubent. Quam obedientiæ imperatoriæ verè Christianæ regulam semper quoad vixit Martianus imperator religiosissime seruauit. Vt cum Carolo, Dorotheo, aliisque Archimandritis Eutychiana peste contaminatis, per edictum imperatorium ab eo principe semper Augusto licentiam de fidei veritate cum catholicis disputandi poscentibus respondit. *Leges suas edictaque imperatoria eo vsque non penetrare, sed Ecclesiæ decreta,* subiungens insuper ista. g *Si voluissem ego sedere inter vos & alios Monachos, & audire* (scilicet tanquam iudex) *inter vtrosque vos, non hic sanctam & vniuersalem, synodum fatigassem. Sed cum ipsi, conuenissent & nos de vobis certiores fecissent, dixi, vt vos adessetis, & ea quæ nesciatis cognosceretis, & interrogando ea quæ non nostis addisceretis ab his. Iustum igitur decreuimus*

d S. Ioan. c. 20.

e S. Ioann. 21.

f S. Ambros. Ep. 32. ad Valentinianum iuniorē quæ est Ep. 13 l. 2. t. 4.

Pulchra Martiani imp. Eutychianis hæreticis responsio suis legibus statuere depræcantis quæ ad Ecclesiam iura pertinent.

g In concil. Chalced. sessione 5.

A *vos ad Concilium abire, nam* (*vt sciatis*) *quæcumque definierit sanctum & vniuersale Concilium, ac mihi in scriptis dederit ea sequor: his contentus sum, his fidem habeo, hoc habete nec à me aliud responsum recipietis.* Quam longe à præsumptione superborum principum sollis ac legibus Ecclesiæ S. præire volentium, quid facere debeat, imperator Valentinianus senior abfuit. Qui non legibus imperare Episcoporum Ecclesiæque pastorum cætui concilioque voluit, sed potius se suasque leges sacrorum canonum, bonorumque Episcoporum monitis emendari, & ad meliorem vitæ rationem reformari desiderio sincero concupiuit. Huius rei memorabile testimonium Theodoretus protulit. h *Paucis post diebus* (scilicet ab ordinatione sancti Ambrosij) *cum sanctus Ambrosius valde libere apud imperatorem verba faceret, resque nonnullas, tanquam minus à magistratibus administratas coargueret, respondit imperator, noui iampridem tuam in loquendo libertatem, qua explorate cognita, non modo tuæ in Episcopum ordinationi non restiti, verum etiam suffragatus sum. Quare sicut diuina præscribit lex nostrorum animorum erratis medicinam facito.* Quod generosius ab imperatore tanto magisque pro anima sua imperiique prosperitate salutare dici potuit? Cum certum sit vitam salutemque principis tuto in tranquillitate prosperis opibus gloriaque firmari, qui per bonos Episcopos animarumque pastores instructus à Deo custoditur? Contra miseros nulliusque conscientiæ principum Consiliarios Machiauelistas, qui principis vitam fortunamque saluare volunt mediis iniquis, quę valde Ecclesiæ nocentia sanctæ, eiusque pastoris Monarchici dignitati non mediocriter aduersa, saluti populorum fidelium, ipsiusque persępe principis atrociter inimicantur. Contra tales perfidos malitiososque principum Christianæ ditionis non consultores sed potius deceptores, legumque Ecclesię sacrarum contemptores irrisoresque sacrilegos, Iustinianus imperator illam piam, æternæ memorię consecrari dignissimam, sanctionem edidit. i *Si leges ciuiles quarum potestatem fidei nostræ Deus concredidit, per omnia firmas ac stabiles confirmare ad subditorum securitatem studemus, quanto plus study debemus circa sacrarum regularum, & diuinarum legum obseruationem ponere, quæ pro salute animarum nostrarum definita & constituta sunt.* Vt nemini Christiano dubium esse debeat, hos à catholica puritate sinceritateque Christianę religionis decidere, qui suū sacris Ecclesię Pontificięque maiestatis canonibus honorem denegant, pondusque venerationis auferunt, ne à principibus inuiolate custodiantur: neue illis ciuilia iura salutari famulentur obsequio. Ad id comprobandum egregie sapienterque k S. Theodorus. *Studiita eum perfectum non esse orthodoxum, sed dimidiatum* (hoc est nullum) *asserebat, qui fidem quidem habere videbatur, diuinis vero Ecclesiæ canonibus non regebatur.* l Auctius cum Cassiodoro dicam tyrannicæ feritatis. *Indicium esse audire nolle constituta veterum Ecclesiæ sanctionum.*

Valentinianus senior se fassus quo sua vult à S. Ambrosio reformari pro salute animæ suæ & imperij.

h Theodoret. l. 4. c. 6 hist. Eccles.

Iustiniani imperatoris studium in obseruatione legum Ecclesiæ quibus ciuiles submisit.

i Iustiniani Nouell. 137.

Vigorem & honorem canonibus SS. Ecclesiæ denegantes catholici non sunt.

k Epist. ad Patriarcham Constantinopolitanū.

l Cassiodorus lib 8. variarū.

CAPVT XVI.

Nunquam principes Christiani de rebus Ecclesiæ spiritualibus iudicare præsumant, ne suæ salutis damna patiantur.

1. *Pietas magna Constantis imp. in religiose iussis Ecclesiæ parendo, contrà, fratris Constantij impietas in tyrannicam præcipiendi Ecclesiæ potestatem vsurpando.*
2. *Imperatores Christiani aliique principes à Deo iubentur, suæ succurrere Ecclesiæ, non imperare.*
3. *Imperatoria regiaque maiestas à Deo data in protectionem & obsequium Ecclesiæ, pro regentium subditorumque salute.*



VT igitur illi benedictione diuina fortunati perbeatique principes, reges, imperatoresque Christiani merito iudicantur, qui non quod sibi libet, sed quod sacra Pontificiæ Ecclesiasticæque maiestatis iura, pro sua populique salute tanquam obsequentissimi matris Ecclesiæ Pontificisque Romani filij, sibi sumere solent: Sic contra illi miseri qui Pontificis huius Ecclesiæque sanctæ potestatem iurisdictionemque ex alto missam despicientes, de rebus ad sanctum illius forum tribunalque pertinentibus arroganter atque fastuosè iudicare præsumunt. Quam iuuaret illos pro salute sua generosam illam admonitionem simul & correptionem Osij Cordubensis ad Constantium imperatorem, Patre Constantino Magno indignissimum filium, Arianæ factionis crudelissimum & sceleratissimum defensorem audire. [a] *Ne præcipe nobis imperator in hoc genere* (scilicet rerum Ecclesiasticarum) *sed ea potius à nobis disce: Tibi enim Deus imperium commisit, nobis autē quæ sunt Ecclesiæ concredidit.* Postea pietatem religionemque Constātis fratris ipsius impij Ariani principis laudibus efferens, prædicationisque vigore in cœlo collocans contra huius hæretica peste fœdati Constantij superbissimos aduersus Ecclesiæ constitutiones atque leges ausus. [b] *Quod tale*, inquit, *à Constante actum est? aut quis sibi Episcopus relegatus? aut quando iudicijs Ecclesiasticis interfuit? aut quis ipsius Palatinus vim adhibuit, vt contra aliquem subscriptio fieret? vt vnde volens cum suis aliquid colligar?* Oblato scilicet exemplo pietatis religionisque Constantis imperatoris in obediendo legibus Ecclesiæ, & abstinendo à præsumptione temeraria impiaque iudiciorum Ecclesiasticorum, fratri hæretico Cōstātio persuadere conatur, ne se amplius Ecclesiæ rebus negotiisque spiritualibus immisceat. Cuius Constantis imperatoris orthodoxi vltimus filiorum Constantini Magni tanta reuerentia cultusque religiosus in statuta Ecclesiastica sacrosque Pontificiæ iurisdictionis canones apparuit, vt ipse pius feliciterque catholicus hæretico fratri

a S. Athanas. Ep. ad solitariam vitam agentes.

b Ibidem.

Contra nefariam tyrannidē Constantium imperatorem Ecclesiæ iura vsurpantem & opprimentem.

Pietas Constantis imp. in obediendo Ecclesiæ legibus, contra fratris impij Constantij sacrilegam præsumptionem.

A Constantio bellum fuerit minitatus, nisi sanctum Athanasium [c] vt Socrates, atque [d] Sozomenus referunt, Ecclesiastico absolutum iudicio in propriam sedem, à qua tyrannicè Arianorum factione deturbatus fuerat, restitui pateretur. Contra nefarios eiusque principis Ariani in opprimenda Ecclesiæ Catholicæ libertate conatus & ausus generoso pectore præditus assurgens Leōtius Episcopus Tripolitanus martyrij lauro postea gloriose redimitus, hunc ita Arianum imperatorem admonendo, inquit Suidas, affabatur. [e] *Miror quomodo ad talia vocatus alijs rebus te immisceas. Militaribus enim & politicis rebus præfectus, in his quæ ad solos Episcopos pertinent præesse vis*: Pari animi generosi Constantia hunc impium imperatorem, [f] sanctus Hilarius vt ferinum huius animum molliret, superbiamque compesceret, hac oratione adortus est: *Prouideat & decernat clementia tua, vt omnes vbique* B *iudices, quibus prouinciarum administrationes sunt credita, ad quos sola cura & sollicitudo publicorum negotiorum pertinere debet, à religiosa se obseruantia abstineant, neque posthac præsumant atque vsurpent, & putent se causas cognoscere clericorum.* Sed nefarius imperator Dei viuentis blasphemus irritator, eiusque Ecclesiæ S. dignitatis & auctoritatis immanissimus oppugnator, nullis ille mouetur fletibus, nec SS. Patrum voces vllas tractabilis audit. Quin immo ex eorum mansuetis humilibusque precibus factus arrogantior & immanior, suum tyrannicum in opprimēdo iniqua condemnatione [g] S. Athanasio rescriptum pro Ecclesiastico Canone haberi iussit, atque sub grauissimi infortunij pœna mandauit. Vt hæc S. Athanasij declarant. *His ad se vocatis Episcopis* (scilicet S. C Eusebio Vercellēsi, Dionysio Mediolano, & alijs) *iussit imperator vt contra Athanasium subscriberent, & cum hæreticis communionem inirent, quibus admirantibus nouum eius studium, dicentibusque id non esse Ecclesiasticū Canonem, statim subiecit: At quod ego volo pro canone sit. Ita enim me loquentem Syriæ Episcopi sustinent, aut igitur obtemperate, aut vos quoque exules estote: id cum audissent Episcopi magnopere admirantes, & ad Deum manus tendentes multa cum libertate illi suas rationes proposuerunt, docentes regnū non ipsius esse sed Dei, à quo acceperat eumque metuendum ne illud quod dederat, de repente adimeret. Denuntiabant illi diem iudicij, suadebant ne Ecclesiastica corrumperet, neue Romanum imperium Ecclesiasticis constitutionibus immisceret, neue Arianam hæresim introduceret in Ecclesiam Dei. Verum nec ille audiit, nec eos plura dicere permisit: quin ob hoc ipsum acriter minitabundus & gladium intentans, quosdam ex eis* D *adduci iussit, sententiam suam quam ante professus erat vti Pharao reuocans.* Hæc S. Athanasius. Propter quę nefanda vsurpationis potestatis spiritualis, & oppressionis Ecclesię multis dolis & fraudibus sęuitiæ permixtis, multiplici, crimina, [h] S. Hilarius sic postea in pathetica libertate Christianaque zelo Dei domus accensus inuehitur. *Proclamo tibi Constanti, quod Neroni locutus fuissem, quod ex me Decius & Maximianus audirent: contra Deum pugnas, contra Ecclesiam sæuis, sanctos persequeris: prædicatores Christi odis, religionem tollis, tyrannus non iam hominum, sed diuinorum hæc tibi à me atque illis socia & communia sunt.*

Post hæc magis illius propria scelera perstringens ita pers sequitur: [i] *At nunc propria tua accipe, Christianum te mentiris: Christi nouus hostis es, An-*

c Socrates l. 2. c. 12.

d Sozomenus. l. 3. c. 10.

e Suidas in verbo Leontius.

f S. Hilarij ad Constantium admonitio in libellum ad eum.

Exsecrabilis Cōstātij superbia iubentis suum edictum pro Canone Ecclesiastico haberi.

g Ad solit. vitam gentes.

Salutaris admonitio Episcoporum imperatori Constantio superbienti ob regnum & potestatem temporalem.

Induratum cor Constantij vt Pharaonis.

h Lib. ad Constantium.

Execranda imperatoris Constantij scelera contra Deum eiusque Ecclesiā summatim à sancto Hilario collecta.

i S. Hilarius ibid.

tichristum præuenis, & arcanorum eius mysteria operaris, condis fidem, contra uenieus doctor profanorum es, indoctus piorum: Episcopatus tuis donas, bonos malis demutas: Sacerdotes custodiæ mandas: exercitus tuos ad terrorem Ecclesiæ disponis; synodos contrahis, & occidentalium fidem ad impietatem compellis: Coclusos vrbe vna minis terres, fame debilitas, hyeme conficis, dissimulatione deprauas. Orientales autem dissentiones artifex nutris, blandos cliris, fautores infligas, veterum turbator es, profanus es, omnia sæuissima sine inuidia gloriosarum mortium peragis, nouo inauditoque ingenij triumpho de diabolo vincis, & sine martyrio persequeris.[n] *Plus crudelitati vestræ Neroni, Decio, Maximiane debemus: diabolum enim per vos vicimus*, & infra reuertens ad tyrannum, *sceleratissime mortalium, omnia persecutionis malitia temperas, vt excludas & in peccato veniam & in confessione martyrium.* Mitto cætera breuitatis causa, diuinæ prope iustèque in tot Ecclesiæ persecutoris scelera indignantis eloquentiæ verba, tanto Christi milite doctore sanctissimo dignissima: quibus intelligitur qualiter peccatorum abyssus, grauiorum criminum in hoc superbissimo principe abyssum furiose sicut infeliciter inuocauit. Quem postea scelerum suorum tandem in fine vitæ detestabilis sentinam exhausisse comperiemus, Deo illum pro talibus ausis iustè temporalibus & æternis supplicijs viuum mortuumque mactante. Cuius memoriam in perpetua maledictione factaque sceleratæ vitæ nefanda ab illa superba præsumptione, & ausu de rebus Ecclesiasticis iudicandi tanquam à primo fonte deducta, cuncti principes verè Christiani summa semper abominatione detestari tenentur: si cum suis populis salui esse velint. Illud sibi verissimum persuadentes seculi Principes Ecclesiastica iura legesque sibi arrogantes, & Ecclesiasticorum negotiorum directionem administrationemque superbè vendicantes prædones esse. *Quos opinionem veritati præferentes tantum valere dicebat*[b] *S. Iustinus Martyr, quantum in solitarijs locis prædones.* Cum enim nulla sit facultas iusque Imperatoribus principibusque seculi de rebus ad Ecclesiæ forum spectantibus iudicandi, hoc vsurpare iniuste, robore potentiæ, quid est aliud quam apertum latrocinium committere? Indigna itaque sacris imperandi prurigo, qua vexari vulgo dici solet, inquiebat[c] S. Ambros. *quod Imperatores Sacerdotium magis optarunt, quam Imperium Sacerdotes.* Cui prurigini dominandi sine iure vt admonitione paterna mederetur Ioannes 8. Ita Imperatorem aliosque seculi Principes in Christiano territorio regnantes hortabatur:[d] *Non sibi vendicet alienum ius* (scilicet Imperator) *& ministerium quod alteri deputatum est, ne contra eum tendat abrumpi, à quo omnia constituta sunt, & contra illius beneficia pugnare videatur, à quo propriam consecutus est potestatem. Non à legibus publicis, non à potestatibus seculi, sed à Pontificibus & Sacerdotibus omnipotens Deus Christianæ religionis, Clericos & Sacerdotes voluit ordinari & discuti, recipique de errore remeantes. Imperatores Christiani subdere debent executiones suas Ecclesiasticis præsulibus non præferre.* In quam salutarem Ecclesiæ obedientiam, vt Michaelem Imp.[e] Nicolaus primus inflecteret, illum paterna dulcedine sic hortabatur. *Imperium vestrum suis publicæ rei quotidianis administrationibus debet esse contentum, non vsurpare quæ Sacerdotibus Domini conueniunt. Alioquin si vsurpat eorum officia, lepra percutietur,*[f] inquit Glossa, *vt Ozias.* Princi-

Plus profuit Neronis, Decij, Maximiani crudelitas Ecclesiæ quam fraudulenta Constantij hypocrisis.

n S. Hilarius ibidem.

b S. Iustinus Martyr Apol. ad Antoninum pium.

Principes iurium administrationemque Ecclesiæ sibi arrogantes prædones sunt, non rectores populorum legitimi.

c D. Ambros. Epist. 33. quæ est 14. l. 2. ad Marcellinam sororem.

d can. si Imperator dist. 96.

Imperator aut alius princeps alienum ius scilicet Ecclesiæ vsurpare vetatur à Deo.

Princeps Christianus sua statuta Ecclesiæ subdere debet non illius præferre canonibus.

e Nicolaus primus epist. ad Michaelē Imp. cap. Imperium 5. dist. 10. col. 32. n. 6.

f Glossa in cap. imperiū dist. 10.

A pes Christiani vt bene sibi sit, & populis hic & in æternū apud Deum suis semper animis illud infigere debent, se creatos esse factosq; necnon in illud dignitatis regiæ culmen euectos à Deo, vt fidei suæ Ecclesiæque contra omnes hostes afflictæ succurrant, non vt imperent: eius maiestati spirituali subseruiant, non vt de illius auctoritate aliquid præsumptione iudicandi detrahant. His Dei mandatis vt promptius, fideliusque ad suæ incrementum virtutis & gloriæ pareant & obsequantur: audiant hæc sancta beati Leonis Pontificis ad Pulcheriam Augustam hortamenta:[g] *Curam eius religionis qua excellitis, habeatis, ne Catholicæ fidei integritas vlla humanarum concertationum occasione violetur.* Cui Imperatrici valde bene ad obsequia Dei eiusque vicarij Pontificis Romani religiosa deuotione currenti, suauiores addens stimulos affectus charitatisque Christianæ, sanctus ipse Pater admonens, egregiam hanc illius animo sententiam reuerenter inculcat:[h] *res autem humanæ aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent, & regia & Sacerdotalis defendat auctoritas.* Inde inexpugnabilis Imperatoriæ maiestatis fortitudo & salus Imperij firmata, simul ac infidelitatis impietatisque hæreticæ destructio. Vt ad Martianum Imp. idem sanctissimus Pater his verbis scribendo comprobat.[i] *Profectus charitatis, & fidei vtrorumque armorum potentiam insuperabilem facit, vt propitiato per vnam Confessionem Deo, simul & hæretica falsitas, & barbara destruatur hostilitas.* In huius Augustę mariti Martiani optimi Imperatoris defuncti locum succedens, Leo primus Augustus, similem ab eodem sanctissimo Patre magnę pietatis, deuotionis, charitatisque imperio seculari valde profuturæ admonitionem his conceptam sermonibus audiuit:[k] *Cum clementiam tuam Deus tanta Sacramenti sui illuminatione ditauerit, debes incunctanter aduertere regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam: vt ausus nefarios comprimendo, & quæ benè sunt statuta defendas, & veram pacem his quæ sunt turbata restituas:* Depellendo scilicet peruasores iuris alieni, antiquæ fidei sedem Ecclesiæque dignitatem contra tyrannicas vsurpationes Catholica generositate protegendo. *Nec hæreticos homines, & meritò pro sua peruersitate damnatos, vti sua persuasione patiamini: cum siue impietatem eorum aspicias, siue opus perpetrati furoris attendas, non solùm ad Sacerdotij honorem admitti nequeant, sed ab ipso Christiano nomine mereantur abscindi. Nam (quod exorata pietatis vestræ venia dixerim) quodam contagio splendorem vestræ serenitatis obscurant, cum sacrilegi parricidæ id audeant petere, quod nec innocentes liceat obtinere, &c.* Sic diuina miseratione maiestas Imperatoria, regiaque ad Christianæ fidei lucem veritatemque prouecta est, vt maiestatis huius gloria fulgentes, Ecclesię sanctissimæ matris obsequiis inseruiant, non vt illius dignitatis potestatisque spiritualis indebita sibi iura vsurpando, illius splendores extinguant. Sisto meæ cursum orationis, nec vlterius ire patiar, cui metam, finemque dabit illustris admodum magna laude prędicatione que decoranda Basilij Imperatoris in plena synodo Oecumenica octaua, ad laicos admonitio: Vt se exemplo suo à spiritualium rerum regimine administrationeque penitus abstrahant, & auellant; sed potius vt omnes Christi Ecclesiæ pastoribus se cum omni humilitate deuotione, docilitateque

Principes Christiani à Deo iubente instituti vt suæ succurrant Ecclesiæ non imperent, nec vt de ea iudicent.

g S. Leo epist. 24. ad Pulcheriam Augustam.

h S. Leo ibid. can. Nos autem 13. q. 5.

i Leo epist. 40 ad Martianum Imp.

k S. Leo ad Leonem Augustum epist. 73.

Imperatoria maiestas in salutem Ecclesiæ eiusque protectionem data à Deo.

Basilius ad Laicos Basilij Imperat. in concilio 8 admonitio vt Ecclesiæ pastoribus obediant non imperent suo exemplo.

cilitateque regendos, erudiendosque submittant. Quam hoc tenore conceptam verborum Catholicus Imperator sedentibus concilij patribus, laicis astantibus, totaque corona arrectis auribus audiente publicè protulit. *De vobis autem laicis tam qui in dignitatibus, quam qui absolute conuersamini, quid amplius dicam, quàm quia nullo modo vobis licet de Ecclesiasticis causis sermonem mouere, neque penitus resistere integritati Ecclesiæ, & vniuersali synodo aduersari? Hoc enim* A *inuestigare, & quærere Patriarcharum, Pontificum, & sacerdotum est, qui regiminis officium sortiti sunt: qui sacrificandi, qui soluendi & ligandi potestatem habent, qui Ecclesiasticas, & cœlestes adepti sunt claues; non nostrum, qui pasci debemus: qui sanctificari hoc est benedici, qui ligari, vel à ligamento solui egemus, &c.* Atque in his verbis Christiano Imperatore dignissimis præsentis capitis sicut libri terminus habebit.



TERTIÆ PARTIS

LIBER SECVNDVS.

QVI EST DE REGIBVS, ET PRINCIPIBUS Christianis post Imperatorem, summum honoris potestatisque gradum circa temporalia possidentibus in orbe Christiano, deque eorum subditis, atque de mutuo regum ad subditos, & subditorum ad reges secundum Deum respectu & officio reciproco, ut utrique hic pacifice viuant Christi Domini iussa seruantes, & post hanc vitam in æternæ gloriæ fruitione felices, beatique conquiescant.

De rege Christiano, atque monarcha principe, quis, vnde, qualis, esse debeat, vt fidelis Dei seruus, atque gloriosus, & obsequens patris sanctissimi, Ecclesiæque Romanæ sanctissimæ Christi Domini sponsæ filius haberi digne possit.

1. *De nomine, & definitione regis Christiano principi competente.*
2. *De munere, & officio regis.*
3. *Regere, benefacere importat, vt regia insignia manifestant.*
4. *Quid sit propriè subditos gubernare.*



SVPERIORI libro, spiritualе de monarchia seculari Christiana ædificium aggressi, in Romano Imperatore tanquam primo mundi principe ad fidem Christi conuerso, huius operis fundamenta iecimus. Nunc illud persequentes ædificium, quod generalius supra de Christiano principe tetigimus, illud ad singularia, magisque specialia reuocantes, de regibus, atque principibus Christi vexilla sequentibus in sua ditione, terrisque merum imperium, monarchicamque potestatem à Deo sortitis, in hoc 2. partis 3. libro plurima dicere, eaque præclara fideliter instituimus. Qui à conuersione Constantini, ad sinum Ecclesiæ, portum æ- A ternæ salutis appulsi, vbique terrarum pia populis iura dantes, sub fideli salutarique Rom. Pontificis, Apostolicæque sedis obsequio, gloriose regnarũt. Atque in eũ instituti nostri scopũ ea deducere conabimur: quæ laborioso homini, ingenij licet exigui, diu per multos ãnos in literis exercitato, lõga & assidua sacrorum optimorumque librorum lectio, per Christi Saluatoris nostri gratiam, misericordiamque potuit afferre. Quam speciosa res, & illustris, quamque humano generi salutaris, & necessaria sit, rex, atque princeps aliorum ductor, rectorque, notatio Græci nominis indicat; vocatur enim βασιλεύς, quod apud Latinos firmamentum populi dicitur βάσις τοῦ λαοῦ. Vnde sapientis illud, [a] *Rex iustus regni stabilimentum.* B Cumque Latinis Rex à regendo rationem nominis accipiat, patet ex eo, quam sit regis honorifica sibi, & salutaris aliis conditio, & qualitas si secundum intelligentiam nominis operetur. Vt non sine magno rationis pondere sanctus Isiodorus hoc egregiè dixisse videatur. [b] *Reges à regendo vocati sunt, ideoque rectè faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Rectè ergo illi reges vocantur, qui tam semetipsos, quam subiectos bene regendo modificare nouerunt.* Illud ipsum solida probatione concludens, & illustrans ait alibi. [c] *Quia ergo rex à regendo dicitur, primo ei studendum est, vt semetipsum, suamque domum Christi adiuuante gratia ab operibus nequam emaculet, bonisque operibus exuberare faciat, vt ab eo cæteri subiecti bonum exemplum semper capiant. Ipse etiam salutaribus Christi præceptis fideliter, atque obedienter obsecundet, & rectè agendo sanctorum regum, qui Deo sincere seruiendo placuerunt, post hanc peregrinationem consors efficiatur.* Atque hunc regem ad nominis rationem amussimque institutionis efformatum san-

Vnde regis appellatio

Rex Græcè firmamentum populi.

a Prouerb. 29

Rex à regendo.

b Isiod. l. de summo bono

Christiani regis descriptio.

c S. Isiod. l. 3. sentent. c. 48. 49.

Qualiter rex Christianus se, suosque ad legis diuinæ cynosuram limare, ac conformare debeat.

ctus Chrysostomus non minus reip. societatisque Christianæ, quàm patronum prudentem generosum experientiaque cum tempestatibus luctandi pollentem naui in mediis fluctibus ad littora portusque tendenti, strenuumque ducem exercitui necessarium esse hac similitudine comprobauit.[a] *Sicut si gubernatorem à naui separaueris, scapham submersisti, & si ducem ab exercitu abducas, vinctos hostibus tradidisti milites; ita si princeps de ciuitatibus* (regnisque) *abstuleris, feris irrationabilibus, magis irrationabilem degemus vitam inter nos mordentes, & nos deuorantes pauperiorem potentior, mansuetiorem audacior.* In eum videlicet finem reges à Deo dati sunt, vt boni cum honore, paceque foueantur; improbi vero formidine pœnę peccare deterreantur, vt eò S. Petri mandatū spectare videtur.[b] *Subditi estote Domini vestris, siue regi, quasi præcellēti, siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictā malefactorū, laudē verò bonorū.* Quibus verbis non tā præsentes Christianos, quam posteros instruebat, nec tam de regibus sui seculi omnibus tūc infidelibus, & Christi religionis inimicis, quam de vēturis in vitæ lucem futuris Ecclesiæ Catholicæ filiis honoris Christi, & salutis populi curam habituris loquebatur. Sicut Apostolus Rom. 13. dicens.[c] *Non est potestas nisi à Deo.* Propterea sanctus Augustinus inter institutionis potestatis regiæ, legaliumque pœnarum causas huius meminisse voluit.[d] *Non frustra*, inquit, *sunt instituta potestas regis, & cognitoris ius, vngula carnificis, arma militis, disciplina dominantis, seueritas etiam boni patris. Habent omnia ista modos suos, causas, rationes, vtilitates, hæc cum timentur, & mali coercentur, & quietius inter malos viuunt boni.* Quod confirmans sanctus Hieronymus dicebat.[e] *Regum officium est proprium facere iudicium, & iustitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos, & peregrino, pupillo & viduæ, qui facilius opprimuntur à potentatibus præbere auxilium. Et vt eis tamen* (scilicet regibus Iuda) *præceptorum Dei maiorem iniiceret* (scilicet Hieremias) *intulit. Nolite contristari, & non solum non eripiatis, sed ne patiamini quidem per vestram conniuentiam ab alijs contristari, & sanguinem innocentem non effundatis in loco isto*[f] (*scilicet in Ecclesia.*) Et postea. *Si*, inquit, *hæc feceritis ô reges Iuda tenebitis pristinam potestatem,* quam S. Patris authoritatem Ecclesiastica maiestas[g] inter suos canones, legesque retulit.

a S.Chrysost. hom. 6. ad popul.

Beaus rex non minus reip. salutaris quam expers prudens que patronus naui in medio mari fluctuanti & strenuus dux exercitui.

Rex verus bonis solatio, malis terrori.

b 1. S. Petri c. 2.

c Rom. 13.

d S.Aug. epi. 54. ad Maced.

Malos comprimere & bonos subleuare regum incumbit officio & efficacia.

e S.Hieron in c. 22. Hierem.

f Gloss. v. in loco isto cāt. Reg. off. 23. q. 5.

g Can. Regū officiū 23. q. 5.

Principibus Christianis propter solicitudinem conseruandi regendique ab omni oppressione populos tributa, honores, obsequiaque debentur.

Propter quam bonos defendendi, malosque refrenandi regum fidelium solicitudinem & curam diuina & Ecclesiastica lex illis principibus, regibusque tributa, seruitia, honoresque, tribuendos esse à populis imperant:[h] *Magnum quidem est, & spirituale documentum quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subiecti, ne quis constitutionem terreni regis putet esse soluendam; si enim censum Dei filius soluit non ex debito, sed ne scandalizaret alios* ([i] inquit Glossa) & vt can. iam nunc 28. q. 1. scribitur. *Quis tu tantus es, qui non putes esse soluendum?* Plura dicit sanctus Hieronymus, æterna nempe mercede illos fraudari, qui fidem reuerentiamque Christianis regibus principibusque seruare, ac impendere deprecantur.[k] *Si apud carnales*, inquit, *Dominos in minimo fideles fuerint, incipient eis apud Deum maiora committi.* Id est (vt exponit[l] Glossa) *maiora præmia apud Deum consequentur. Ornat autem doctrinam Domini, qui ea quæ conditioni suæ apta sunt facit, & è diuerso confundit eam, qui non est subiectus in*

h S. Ambr. l. 4. c. 5. in S. Lucæ. can. Magnum 11. q. 1.

i Gloss. v. solunt, c. Magnū. 11. q. 1.

Can. iā nunc 28 q. 1.

Præmio primantur æterno, qui suis regibus obedientiam, fidelitatem, & honorem recusant exhibere.

k S. Hieron. comment. in ep. ad Titum c. 2. ad verbū Seruos Dominis suis. & apud 11 q. 3.

l Gloss. seu casus can. si apud 23 q. 5.

A *omnibus, cui conditio sua displicet, qui contradictor, atque fraudator, in nullo fidem bonam ostendit. Quomodo enim potest fidelis esse in substantia Dei, qui carnali Domino fidem exhibere non potuit?* Sed de his copiosius infra cum de tributis, seruitiis, & honoribus agetur, quæ principibus, ac regibus suis subditi fideles exhibere tenentur. Nunc considerata regis fidelis, & iusti natura, & conditione, illius diuersa officia, muneraque propter quæ creauit illum Dominus diligentius iusta sanctas ipsius, Ecclesiæque sponsæ suæ regulas examinemus. Appositè regis cum sole similitudo à veteribus excogitata philosophis, quem Theon currentem nempe nominabant, qualis esse debeat rex, atque princeps, quibusque vacare muneribus, & officiis implicari, manifestè demonstrat.

B Hac enim philosophi illi cunctis ostendere, atque significare voluerunt, regem summo imperio populorum rectorem omnia debere mente percurrere, perenni solitudine, curaque diligenti dies noctesque suis gregibus mentis altæ capacibus inuigilare, vt ab omni protecti calamitate, quæ suæ sunt salutis huius virtute principis assequantur. Cuius præcipuum esse munus pauperes, pupillos, & viduas, aliasque miserabiles personas contra violentorum oppressiones, vexationesque tueri toto fere Psalmi 71.[n] decursu regius propheta denuntiat. Propter quod iustitiæ, pietatisque regalis officium, magno honore, præconio, venerationeque regem Christi Domini sectatorem mactatum iri hoc versu prædicat.[o] *Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei.* Quare hoc?[p] *Quia liberabit pauperem*

C *à potente, pauperem cui non erat adiutor parcet pauperi, & inopi, & animas pauperum saluas faciet.* Vt autem quam bono pioque principi chara, & pretiosa subditorum salus, & vita esset futura, propheta vaticinando significaret, addidit,[q] *& honorabile nomen eorum coram illo.* Quod sanctus Hieronymus vertit,[r] *& pretiosus erit sanguis eorum*, scilicet subditorum coram illo rege, nempe bono, id est maximo in pretio vitam illorum habebit, vt eos non patietur impune viuere, qui sese cruenta innocentis illorum sanguinis effusione fœdauerint. Ex quo iustitiæ cultu firma, & diuturna throni, regnique fœlicitas: iuxta illud.[s] *Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius firmabitur in æternum.* Ægyptij optimum regem valde de suorum salute solicitum significare, & expri-

D mere volentes, anguem in orbem gyrumque collectum cauda mordicus apprehensa, regisque nomine in medio spiræ descripto efformare solebant.[t] Quo Hieroglyphico satis apertè innuebant regis veri prouidentiam, curam, studiumque in omnia summa, mediocria, minimaque negotia in principatu suo prudenter atque potenter extendi debere: quò subditi sub illius peruigili custodia, tutelaque pacifice viuendo bonis secure temporalibus vterentur.[u] *Magicum est personam in repub. tueri principis, qui non animis solum debet, sed oculis seruare ciuium*, dicebat 8. Philippica Tullius. Hanc pietatis regiæ curam, solicitudinemque de tuendo conseruandoque populo princeps quicumque despicit, tam illustri magnificaque indignus regis appellatione, quantò in terra potentior extitit, tantò à Deo cui soli peccauit,

Fidelis Deo nō est qui bono principi non obedit.

De officijs pij, atque Christiani regis.

Rex cur soli comparatus.

Populum saluare & ab omni violentorum oppressione defendere officium veri principis.

n Psal. 71.

Deus iudiciū tuum regi da.

o Psal. 71. v. 11.

p Ibid.

q Psal. 71.

r S. Hieron.

s Prou. 29. v. 14.

Cur Ægyptij bonum regem per serpentem in orbem collectum caudam mordentem describebant.

t Pierius val. 15 pag. 146. hierogl.

u Tull. 8 Philipp.

& malum coram illo fecit, potentius tormenta patietur. Notandum illud sancti Cypriani à principibus terræ, eorumque adamantina cuspide pectoribus infigendum. [a] *Sciat rex quod sicut in throno hominum primus constitutus est, sic & in pœnis si iustitiam non fecerit, primatum habiturus est. Omnes enim quoscumque peccatores sub se in præsenti habuit, supra se modo implacabili in illa pœna futura habebit.* Qui inter duodecim abusionis gradus nonum illum constituit, scilicet regem iniquum: quod sacræ regum maiestati, dignitatique commixtio sceleris, & iniquitatis veluti prodigiosa stupendaque esse videatur. [b] *Nonus*, inquit, *abusionis gradus est rex iniquus.* Quare hoc? Hanc in promptu rationem reddit. *Etenim regem non iniquum, sed correctorem iniquorum esse oportet, vnde in semetipso nominis sui dignitatem custodire debet: nomen enim regis intellectualiter hoc retinet, vt subiectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores ne iniqui sint non corrigit?* [c] *iustitia regis exaltatur solium, & veritate solidantur gubernacula populorum. Iustitia vero regis est neminem iniuste per potentiam opprimere, sine acceptione personarum, inter virum, & proximum suum iudicare: aduenis, pupilis, & viduis defensorem esse: furta cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos, & histriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas, & peierantes viuere non sinere, Ecclesias defendere, pauperes eleemosinis alere, iniustos super regni negotia non constituere, senes, & sapientes, & sobrios consiliarios habere: magorum, & ariolorum, Pythonissarumque superstitionibus non intendere, iracundiam differre, patriam, & fortiter, & iuste contra aduersarios defendere, per omnia in Deo viuere, prosperitatibus non eleuare animum, cuncta aduersa patienter ferre, fidem Catholicam in Deum habere, filios suos non sinere impie agere, certis horis orationibus insistere, ante horas congruas non gustare cibum:* [e] *Væ enim terræ cuius puer rex est, & cuius principes mane comedunt*, scilicet, *antequam Deo vota precesque fundant.* His dictis præclaram hanc sanctus Pater, & martyr, vel quicumque ille sit pius huius scriptor libelli, conclusionem producit. [d] *Hæc regni prosperitatem in præsenti faciunt, & regem ad regna cœlestia meliora perducunt.* Regere, semper benefacere, ac piè viuere, secundum naturam nominis importare debet: regere namque vulgo dici solet, quod rectum est tenere, rectumque est quod medium tenet inter obliqua, & extrema, neutramque in partem inflectione propendit: inde translatio nata, qua bonitas rectitudinis exprimitur appellatione: vnde rex bonus, ac rectus princeps appellatur, qui non ex libidine, arbitrio, cupiditateque mala, sed qui ex legum regula, dictamine rationis, voluntate Dei, principatus, reique publicæ fasces administrat, atque temperat. Hinc etiam inter paganos abijt in prouerbium, regnare eum qui bene viuit, & animum rebus honestis intendit. Iuxta hos Horatij versus.

[e] *At pueri ludentes rex eris, aiunt,*
Si rectè facies: hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.
Roscia dic sodes melior lex, an puerorum
Nænia? quæ regnum rectè facientibus offert,
Et maribus Curijs, & decantata Camillis?

a Cyp. 12. l. de abusionis gradibus c. 6. in fin.

Rex iniquus magnus abusionis gradus ab officio regis exorbitans.

b S. Cypr. l. de 12. abusionis grad. c. 6. 10. 3.

Quid nomen regis.

c Prouerb. 16.

Iniquus princeps sibi similes corrigere non curat.

Non omnia hac in quibus vera, atque Christiani regis iustitia efficiumque consistit.

e Eccles. 10.

d Cypr. ibid.

Rex, rectus princeps dici, & esse debet.

e Horat. epi. ad Mæcenatem.

Quò & illud spectat Ausonij.

[f] *Qui rectè faciet, non qui dominabitur, erit rex.*

At si cuilibet principi hæc tam bonorum operum rectitudo necessaria, vt dignus regis nomine iudicetur, quanto magis principi Christiano? cuius vitæ directio, regnandique institutio & amussis, omnis Christi saluatoris nostri, dominantium omnium regis actio esse debet? Atque quantis, qualibusque virtutibus Christianus rex ad rectè, beatéque dominandum populis ornari, vestirique teneatur, insignia, quibus dum inaugratur in magno splendore decoratur, satis ostendunt. Annulum gestat in digito, quo principis Catholica fides, [h] mutuusque in subditos amor charitasque designatur. [i] Armillis in manibus ornatur, quæ bonorum operum virtutes exprimunt, de quibus manuum ornamentis [k] Ezech. 16. de ingrata, ac perfida Hierusalem loquens, ait Dominus. *Et ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis*, sceptro quod manu gestat regis iustitia designatur. [l] Can. Constantinus dist. 96. [m] Can. regum 23. q. 5. Insuper, *accingitur gladio super femur suum potentissimè*, qui vindictam coercentem improbos, siue vindicatiuam iustitiam non ferentem impios viuere repræsentat, de quo Apostolus, [n] *non sine causa gladium portat*, scilicet Rex, aut princeps: *Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit.* Induitur purpura symbolo in Deum, proximumque charitatis ardentis, denique vt cætera prætereeam diademate, [o] coronaque prætiosis rutilante gemmis lapillisque gloriosè refulget, quæ sapientiam veram variis morum comitatam virtutibus ostendit: qua principis animus splendescere debet, vt sapientiæ æternæ filij Dei Christi Domini verus imitator, in sanctitate, & iustitia populos sibi creditos pascat, & nutriat: & post pacatam in terris traductam vitam ab omni hostium oppressione liberam, eosdem per eiusdem sapientiæ semitas ad regni cœlestis gloriam, vitæque futuræ delicias æternas felicissimè deducat. Hoc enim facere bonum principem regemque fidelem est verè populos subditosque suæ fidei, directionique commissos gubernare: dum eos ad finem suum in quem affectibus, & operum bonorum contentionibus aspirant, conuenienti via, atque ratione prouehunt. Sic enim à magnis non modo philosophis, sed etiam Theologis, vt scholasticorum principe Diuo [p] Thoma didicimus, *gubernare nihil aliud esse, quàm id quod gubernatur conuenienter ad debitum finem perducere*, quod præclarè à naui deducta similitudine sic illustrat. [q] *Sicut nauis gubernari dicitur dum per nautæ industriam recto itinere ad portum illæsa perducitur. Si igitur aliquid ad finem extra se ordinetur, vt nauis ad portum ad gubernatoris officium pertinebit, non solum, vt rem in se conseruet illæsam, sed quod vlterius ad finem perducat.* Cum autem Christiani populi Christi redempti sanguine ipsi Domino per sacros baptismi latices ab Ecclesia geniti, & regenerati, non solum virtute morali à ratione naturali profecta enutriri, sed gratia supernaturali per Christi sanguinem mortéque comparata refecti, vltimus finis non sit solum quies, & pax temporalis bonis condita transitorijs, vt aliorum populorum Christi Domini fide minimè signatorum, sed fœlicitas æterna in visione fruitioneque Dei perfecta conquiescens: fit vt fidelis

f Auson in Monosyllabis.

Insignia regis Christiani virtutes quibus ornari debet ostendunt.

Annulus fidē, & charitatem regis significat.

Can. Nostrates 30 q 5

h Gloss. ib. v 6.

i Armillæ virtutes bonorum operum.

k Ezech. c. 16. v. 11.

Sceptrum iustitiam significat.

l Can. Const. dist. 96.

m Can. regum 23 q. 5.

Gladius vindictam domalis significat.

n Rom. 13. v. 4 5.

Purpura ardorem charitatis corona: sapientiam varijs comitatam virtutibus.

o Can. duo. 23 q 1.

4. Pars.

Quid sit proprie gubernare subiectos: est eos in finem sua conuenientem natura deducere.

p S. Thom. l. 1. de regimine principum c. 14. circa princip.

q Ibid.

Duplex Christiani populi finis proximus & vltimus pax temporalis & gloria æterna, quem principis fidelis hunc debet procurare populo.

princeps, Christianæque monarcha verus, ac A legitimus Christiani populi, cui regio iure dominatur, gubernator dici non possit, nisi non modo illi pacem bonis sociatam labentibus fluentibusque, temporalium ciuilium legum præsidio procuret, sed etiam illum in viam mandatorum Dei, Ecclesiæque sanctæ decretorum, Christi Domini gratia constratam, suæ exemplo bonæ vitæ, regiæque maiestatis imperio suauiter introducat, introductumque secum per diuinorum sacramentorum ianuam, obedientiæque filialis Ecclesiæ, eiusque summo pastori Christi Domini vicario præstitæ, triumphales aditus ad æterna cœlorum taberuacula perducat. Cuius quidem vicarij, aliorumque sub illo Ecclesiæ pastorum ministerium est, illa cura spiritualis, qua ad ætetnæ fœlicitatis assecutionem Christianus cum suo principe fideli populus indiget. B Nam vt ait Doctor Angelicus. [a] *Homo Christianus, cui beatitudo illa est per Christi sanguinem acquisita, & qui pro ea assequenda Spiritus sancti arrhamaccepit, indiget alia spirituali cura, per quam dirigatur ad portum salutis æternæ. Hæc autem cura per ministros Ecclesiæ Christi fidelibus exhibetur.* Propterea dum fidelis princeps his ministris Dei tanquam ipsius Ecclesiæ rectoribus, huiusque fœlicitatis æternæ dispensatoribus, humili, deuotoque paret obsequio, suosque quibus præest exemplo suo, legumque iustarum vigore in eandem fidelis obsequij, obedientiæque sinceritatem firmiter, clementer tamen impellit, viam sibi, ac populo ad huius sanctuarium æternæ fœlicitatis expandit. Huius autẽ obedientiæ Romano præsuli, & aliis Ecclesiæ pastoribus subditis illi præstandæ in hac parte vltimum vitæ finem C consequendi, firmissima ratio hæc à summo illo angelico doctore redditur. [b] *Quia huius regni scilicet cœlestis, & æterni ministerium, vt à terrenis essent spiritualia distincta non terrenis regibus, sed sacerdotibus est commissum; & præcipue summo sacerdoti successori Petri, Christi vicario Romano Pontifici, cui omnes reges, populusque Christianus oportet esse subditos, sicut ipsi Domino Iesu Christo, sic enim ei ad quem finis vltimi cura pertinet subdi debent illi, ad quos, pertinet cura antecedentium finium, & eius imperio dirigi. &c.* Huic fit vt munus, & officium Christiani regis maximè, præcipueque circa defensionem, reuerentiam, obedientiamque Ecclesiæ sanctæ, Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ considerari, & attendi merito dicamus, vt diuina Christi Domini benedictio hunc regem pietate, iustitiaque præstantem, D eiusque subditos virtutum principis æmulos maiori bonorum temporalium æternorumque cumulo fœcundet.

Ad assecutionem fælicitatis æternæ populus Christianus eget spirituali cura quæ est in ministerio & Papa, & aliorum Christi Ecclesiæ ministrorum.

a S. Thom l. 1. de regimin. prin. c. 14.

Cur præcipuè reges, ac populi Christiani debent obedire Romano præsuli & pastoribus sub illo Dei regentibus Ecclesiam.

b D. Thom. ibid.

CAPVT II.

Christiani Regis munus & officium, præcipue circa Ecclesiæ defensionem, obedientiamque versari debet, vt ipse cum subditis hic, & in cœlo beatior euadat.

1. *Imago & figura veri principis Christiani & fructus bene ab eo custodita legis diuinæ.*

2. *Christiano principi, Dei honor, fides custodia, Ecclesiæ obedientia atque defensio suprema lex.*

3. *Christiani regis à Christo Domino omnis prosperitas, si ei per bonã vitam feliciter adhæreat.*

4. *Lex Dei in corde, & opere, regibus Christianis gloriosa corona.*



A TQVE talis optimi principis sic piè in obsequium Ecclesiæ, illius summi pastoris, aliorumque sub illo in vinea Domini sincere, ouilique religiosè laborantium pro se suorumque salute perseue- C ranter operantis exemplar, & imago viua, expressaque ex Scripturis sacris veteris testamenti deducitur. In quibus, qualis in lege noua rex fidelis esse deberet Spiritus sanctus expressit. Vt cum de conditionibus requisitis in rege venturo ad rectè dominandum populo Dei Israelitas certiores factos admonuit. [a] *Postquam sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus, leuiticæ tribus, & habebit secum legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & cæremonias eius, quæ in lege præcepta sunt: nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dextram, vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse, & filius eius super Israel.* Hæc dum regi futuro populi antiquæ legis obseruatoris perscribit agen- D da, quid annuit nisi ista diuinæ voluntatis iudicia, reges, principesque Christianos suo tempore sub lege gratiæ regnaturos multò magis quàm reges Iudæorum præstare debere? vt iure gloriari possint se vere regnare, quia per Deum eius fideliter leges obseruando regnant? A quarum fideli meditatione obseruantiaque, die ac nocte varios multiplicesque fructus hauriant, & assequantur. Nimirum Dei timorem, qui est initium sapientiæ, [b] omniumque scaturigo bonorum, 2. veræ religionis cæremoniarumque Dei, & Ecclesiæ cultũ, quarũ cultori principi maius populus obsequium, honorẽ, amorẽque exhibẽdo, profundet. 3. His tertius fructus adiungitur, humilitas nempe, affabilitas, & modestia principis in summa constituti dignitate valde grata Deo, ne se superbè super populos fratres suos efferat, attollatque nimium, illud Apostoli firmiter impri-

a Deut. 17. *Imago, & figura veri principis regisque Christiani.*

b Prouerb. 1. *Quatuor fructus legis Dei obseruatæ.* 1. *Timor Dei.* 2. *Cultus religionis, & cærimoniarum, seu mandatorum diuinorũ.* 3. *Modestia & humilitas regis.*

c S. Paul. Cor. c. 4. v. 7.

d Sapient. 8.

mens animo, sæpiusque memoria volutans. *Quid habes quod non accepisti, si autem accepe ris, quid gloriaris?* Et illud Domini per os sapientis. *Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* 4. Additur in Dei verbis & quartus fructus, ab hac diuinæ legis obseruatione redundans, diuturna fœliciter regnandi firmitas, non solùm in se ipsis, sed & in posteris filiis, nepotibusque hanc Dei legem religiosè custodituris. Quæ iubebat, vt in omnibus magni momenti negotiis consilium, iussumque summi sacerdotis audiretur, auditumque cum reuerentia effectui mandaretur. Constituto per Moysem totius populi Israël exercitus Imperatore Iosue ex mandato Dei, nihil tamen inscio, & non iubente summo sacerdote eorum quæ ad suam gloriam, salutemque populi spectarent, fieri volens Dominus, ita præscripsit inter alia. [c] *Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum ad verbum eius, egredietur, & ingredietur ipse, & omnes filii Israel cum eo, & cætera multitudo.* Quibus verbis tanquam in tabella Deus descripta esse voluit, Christianorum principum agenda pro sua, populorumque salute, vt nisi precibus prius inuocato Deo, & illius voluntate per consulta consiliaque Ecclesiæ pastorum, Dei in spiritualibus ministrorum religiose quæsita, nihil aggredi vellent, oil præ humilitate, & reuerentiapatri sanctissimo debita suscipere præsumerent. Quæ deuotio resignatæ voluntatis, & Dei legi consecratio modestiæ, & humilitatis, principes, & populos fideles de cunctis hostibus, grauibusq; facit triũphare calamitatibus. [d] *Cõfortamini, & estote solliciti* (dicebat proceribus natúque maioribus populi Israel Iosue morti proximus) *& vt custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi, & non declinetis ab eis, neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Atque sic diuinam legem religiosè custodientibus, en! quæ prospera faustaque contingent, & diuinitus exhibebuntur. [e] *Tunc auferet Dominus Deus in conspectu vestro gentes magnas, & robustissimas, & nullus vobis resistere poteris. Vnus ex vobis persequetur hostium mille viros; quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est. Hoc tantum diligentissime præcauete, vt diligatis Dominum Deum vestrum.* Hæc si tanta fausta, fortunataqoe diuinæ charitatis bonitatisque specimina, seruilibus populis filiis ancillæ non liberæ, sub occidente littera victitãtibus propter Dei mandatorũ fidelẽ custodiam, sicut promissa sic oblata sunt: quid nõ prosperitatis, ac bonorum fœcunditatis liberis popolis filiis non ancillæ, sed sponsæ legitimæ, & vnicæ filij Dei vnigeniti Saluatoris nostri, sub spiritu viuificante vigentibus, si fideliter, & immaculatè Dei, Ecclesiæque leges obseruauerint, ab ipso Deo Saluatore nostro gratiarum suarum thesaoros sine termino dilatante, atque patefaciente præstabitur? Ad hanc mandatorum Dei obseruationem, eiusque sanctæ religionis intemeratam custodiam, Dauid breui vita cessurus filium Salomonem hac proposita diuinæ magnificentiæ, misericordiæque largitate cobortatus incendit, & inflammauit. [f] *Ego*, inquit, *ingredior viam vniuersæ terræ: confortare, & esto vir: obserua, vt custodias mandata Domini Dei tui, vt ambules in viis eius, & custodias cæremonias eius, & præcepta eius & iudicia, & testimonia sicut scriptum est in lege Mosi, vt intelligas vniuersa quæ facis, & quocunque te verteris, vt confirmet Dominus sermones suos, quos locutus est de me dicens. Si custodierint filii tui vias meas, & ambulauerint coram me in veritate, & in omni corde suo, & anima sua: non auferetur tibi vir de solio Israel.* Et ipsemet Dominus Deus thronum iam patris defuncti possidenti Salomoni his breuiùs inculcauit. [g] *Si ambulaueris in viis meis, & custodieris præcepta mea sicut ambulauit pater tuus, longos faciam dies tuos.*

4. Firmitas prosperè regnandi longa.

Iubis quæ animarum saluti conspiciunt nil aggrediendum nisi inuocato precibus Deo, & summo Pontifice consulto.

c Numer. 27.

d Iosue. c. 23.

e Ib. Iosu. c. 23

Ad obseruanda mandata, legesque Dei proposita magna prosperitate pater Dauid filium Salomonem cohortatus est.

f 3. Reg. c. 2.

g 3 Reg. 3.

At inter mandata, legesque Dei, fidei, religionisque Christianæ inuiolata, sinceraque custodia, necnon ipsius sanctissimæ sponsæ, bonor, obedientia, protectio, principibus sub suaui nouæ legis, gratiæque iugo regnantibus soprema lex esse debet. Vt contra eam nefarie loctantes pœnis iustis addictos legum seueritate iustitiæque robore compescant; & innocentes ab illis oppressos vna cum Ecclesiæ defensione, honoreque tueantur. Hinc illa præclara sancti Leonis 2. ad Constantinum huius nominis quartum ad eas principis Christiani virtutes impellentis admonitio. [h] *Plus est quod in Deo defixa mente confiditis, quam quod de collato vobis diuinitus honore regnatis, illud enim vobis hoc profirit omnino subiectis, nam triumphalem paterni diadematis gloriam nascendo superna miseratione obtinetis, pietas enim vestra fructus misericordia est, potestas autem custos est disciplina. Per illam igitur regia mens Deo iungitur; per istam vero censura subditis adhibetur, illius opes inopes adiuuant, huius autem sagacitas à vero tramite deuiantes emendat, non enim minor regnantium cura est, praua corrigere, quàm de aduersis triumphare. Quia iis nimirum potestatem suam seruiendo subiiciunt, cuius profecto munere, & potestate imperare noscuntur.* Ad hoc religiosum consecrandi se obsequio, & protectioni Ecclesiæ studium, necnon iustitiæ pro salute bonorum contra peruersorum scelera vindicationem, patres concilii Aquisgranensis 2. cunctos principes Christianæ professionis Catholicæque communionis teneri, & obligari, si secundum Deum suo rite munere officioque defungi velint, illustribus illis verbis in publico consessu declararunt. *Regale ministerium specialiter est populum Dei gubernare, & regere cum æquitate, & iustitia, & vt pacem, & concordiam habeant studere; ipse enim primo defensor esse Ecclesiarum, & seruorum Dei, viduarum, orphanorum, cæterorumque pauperum, nec non & omnium indigentium. Ipsius enim terror & studium huiuscemodi in quantum possibile est, esse debet primo, vt nulla iniustitia fiat, deinde si euenerit, vt nullo modo eam subsistere permittat, nec spem delitescendi sine audaciam malè agendi cuiquam relinquat: sed sciant omnes, quoniam si ad ipsius notitiam peruenerit, quippiam mali quod admiserit, nequaquam incorrectum, aut inultum remanebit; sed iuxta facti qualitatem erit & modus iusta correctionis.* Honorem Ecclesiæ seruiendi fideliter, eique contra omnes perduelles, & hostes generosè, omni virium robore, neruisque fortitudinis opitulandi, tanti fecit Carolus magus, vt in hoc præcipue gloriari voluerit, quod deootus sanctæ Ecclesiæ defensor, necnon obediens, humilisque protector haberetur, quod ipsa in præfatione libri primi capitularium verba manifestè testificantur. [h] *Regnante Domino nostro Iesu Christo in perpetuum. Ego Carolus gratia Dei, eiusque misericordia donante Rex, & rector regni Francorum, & deuotus san-*

a Pars Principibus Christianis sincera fidei custodia & honor Dei Ecclesiæ obedientia atque defensio, suprema lex.

b Leon. 2. ep. ad Cõstãt 4. Imp.

Præcipuum regis Christiani ministerium Dei religionis seruare: inuiolata Ecclesiæ defensione, & honeri studere, atque iustitia pro bonis contra malos exercere.

Gloriari præcipue voluit Carolus M. quod fideliter obediens Ecclesiæ, & generositate Christianus opitularetur.

h In præfat. 1. capit. Caroli Magni.

ſtæ Eccleſiæ defenſor humiliſque adiutor, &c. Atque vt potenous Eccleſiæ ſanctæ contra omnes illius hoſtes patrocinium, defenſionemque ſuſciperet, obedienſque ſemper patrimoniũ honoremque magis, ac magis augeret, & propagaret innocentiæ, ſanctitatiſque vitæ cupidus, & appetens nunquam à certamine contra hoſtes inteſtinos, & inuiſibiles, dæmooes videlicet & vitia ceſſauit donec deficerent, vt eius vitæ [a] ſcriptores fideliſſimi teſtantur. Quod facere, munus eſt ſummorum principum, iudicio [b] Philonis Iudæi, *officium magnorum Imperatorum eſſe uſſerentis adificare ſapientiam, non iſtorum qui terram, & mare armis ſubigunt, ſed qui animæ potentijs varias in eu confuſaſque turbas debellant.*

Vt melius contra hoſtes Eccleſiæ feliciuſque pugnaret Carolus Magnus vitijs ſemper bellum indixit.

a Eginarth. in vita Carol. Magn.

b Philo Iudæus l. de temulentia.

B Hac vitæ mentiſque puritate præditi, & ab omni interno hoſte peccato ſcilicet, Chriſti Domini gratia liberati principes, [c] *bonum ſemper cum Apoſtolo certamen certant*, idcirco bonum, [d] quia illud perpetuo victoria ſequitur, quod hac vitæ ſanctimonia, pietateque cordis armati, Chriſti ſanctitati appropinquantes, & adhærentes ſemper per illum de hoſtibus omnibus victores euadant: dicente ſancto Paulo. [e] *Gratia Deo, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum*, vt iam bene purgato talibuſque inſtructo munitoque virtutibus principi cum regio propheta merito exclamare liceat. [f] *Mihi adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino meo ſpem meum*, vt ſe ſuoſque ſaluet: contraria facientes reges, ac principes vtroſque deſtruunt, parique calamitatis extremæ naufragio ſe cum ſiis obruunt. [g] *Quia ecce qui elongant ſe à te peribunt, perdidiſti omnes qui fornicantur, abs te.* [h] *Sicut enim paxillus niſi bene fixus alicui fortiori adhæreat, omne quod in eo pendet citò dilabitur, & ipſe ſolutus à rigore ſuæ firmitatis cum oneribus ad terram dilabitur: ſic & princeps niſi ſuo conditori redemptorique pertinaciter adhæſerit, & ipſe & omnis qui ei conſentit citò deperit.* Quamobrem, vt Chriſtiani reges, ac principes ſibi ſuiſque ſubditis in honore Dei promouendo, Eccleſiæque ſanctæ à ſe generoſa pietate defenſæ propaganda gloria fœliciter conſulant: vt de cunctis Dei Eccleſiæ, regnique perduellibus triumphatores exiſtant; vt deuictis triumphatiſque hoſtibus tranquillam bonis affluentem temporalibus in terra vitam cum dierum longitudine traducant; atque ſic viam cœlorum regno ſapienter affectantes, illius certa gloriæ, atque fœlicitatis expectatione veraque ſpe, quæ non confundit, conſolati non inaniter, ſed ſolidè vereque lætentur, & geſtiant. Dare operam debent, eamque diligentem, & accuratam, vt quoad fieri poſſit principi ſommo regi regum filio Dei redemptori noſtro conformes fiant, eum, [i] vt loquitur Apoſtolus, induant: neque ſolum veritatis imaginem appenſam collo, vt quondam Reges Ægypti geſtent, ſed ipſammet veritatem Chriſtum Dominum in corpore cordeque imitatione vitæ circumferant, Apoſtolum dicentem, monentemque audientes. [k] *Empti eſtis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.* Sed multo magis in corde, iuxta quod Propheta Samuel hortabatur. [l] *Præparate corda veſtra Domino.* Et idem Apoſtolus: [m] *Exſpoliantes veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum*, ſicut ipſe portabat

c Ad Timoth. c. 4. v. 7.

d S. Aug l. de gratia & liber. arbit c. 6.

d 1. Cor. 15. 3.

Victoria & proſperitas principis Chriſtiani à Chriſto Domino ſi per bonam vitam adhæreat illi

f Pſal 72. v. 28

g Pſal. 72. v. 27.

h S Cypr ſeu author libri de 12. abuſionũ gradibus.

C

Rex Chriſtianus, vt bene, beatéque regnet Chriſtum induere debet, & illi fieri conformis in omnibus.

D

i Rom. 13 in fin.

Didor Sicul l. 2. bib'inth.

k 1. Cor. 6.

l Lib. 1. Reg. c 7 v. 3

m Coloſ 3. v. 9.

A qui dicebat. [n] *Chriſto crucifixus cruci viuo ego, non ego, viuit vero in me Chriſtus.* Neque ſolum in capite corporis, tanquam pretioſam coronam, inſigne regij capitis ornamentum, ipſius Chriſti Domini ſacerdotis in æternum, & regis Dei, & hominis legem geſtare debent, ſed etiam in capite mentis, & cordis in ſuperiore videlicet animi parte, duas principales animæ facultates amplectente, & recipiente intellectum, & voluntatem; vt quæ Chriſti ſunt perite cognoſcant, cognitaque effectu deuoto venerentur. Sicut in veteri lege optimum regem Ioſiam feciſſe legimus, qui toto vitæ tempore legem Dei portans in corde, & opere in ea meditando die, ac nocte vt ſe

n Gal. 2.

Reges Chriſtiani legem Dei in corde & opere tanquam coronam pretioſam in capite geſtare debent.

Ioſia 4. regũ c. 22.

B ſuoſque populos ad diuinæ voluntatis amoſſim ſanctiſſimè componeret. Quod non fecit Ioas Ochoziæ filius, qui puer legem Dei dum in regem à Ioiada inaugurabatur. [o] In capite ſuo portauit, de quo ſcriptura: *produxit*, inquit, *filium regis, & poſuit ſuper eum diademu, & teſtimonium*, id eſt legem, *feceruntque eum regem, & vnxerunt.* Sed non illam ſpiritualem coronam Dei nempe legem in corde ſuo portauit, cum Zachariam prophetam immaniſſimè necauit, *non recordatus beneficiorum patris eius Ioiada*, à quo in regem ſuper Iſrael vnctus fuerat, aliaque plurima contra Dei legem ſcelera patrauit. *Inſigne regium capitis honorabile valdeque ſalutare lex Dei*, [p] ait Gloſſa interlinearis; quæ hortando iubet, & imperat, qualiter illi cum ſuis viuant & agant, ſi bene firmiterque in corde radicetur, ne in obliquos vitiorum ſinus nutando dilirent. Hoc diademate capitis regij prætioſo, hac ſpirituali legis corona diuinæ, reges (ſi modo veri ſint Catholici) gloriati debent, legis inquam gratiæ, & charitatis Chriſti, [q] *Quæ diffuſa in eorum cordibus per Spiritum ſanctum, qui datus eſt illis*, in die ſolemnitatis atque regenerationis ſuæ proſpero, eos non ſolum de carnis, & ſanguinis hoſtibus victores, ſed etiam de principibus tenebrarum harum, atque ſpiritalibus nequitiæ, eorumque miniſtris domitores ſalutari certamine facit: vt tandem aliquando eos cum Catholicis populis illorum fidei, pietatiqque commiſſis, diuinæ victoriæ lauto præcinctos glorioſus properantes ad aſtra triumphus vſque ad arcem beatitudinis æternæ comitetur. Hoc vnum erat, quo ſuæ ſemper impreſſo menti fiducialiter præſtantiſſimus Catholica fide, omnibuſque Chriſtiani principis virtutibus ſuper omnes principes terræ cumulatiſſimus, Francorum Rex atque monarcha ſanctus Ludouicus maxime lætabatur, atque in Chriſto Domino Deo, regeque ſuo vnicè perfecteque gloriando triumphabat. Qui rogatus quonam cognomine, titulóque rerum illuſtriſſimarum, à ſe præclarè, Catholiceque geſtarum decorari, & inſigniri magnopere percuperet: [r] Victoria, inquit, quæ in Eccleſia Poſſiaca contra diabolum, dum baptizarer, vt prima ita mihi clariſſima obtigit. In hac ſola glorior, & triumpho: ab hac Lodouicus Poſſiacus denominari volo. Cuius victoriæ per Chriſtum Dominum partæ memor, vt alias per eundem contra omnes

o 1. 4 Reg c. 11. 12.

l 2. Paral c. 24 v. 22.

C

p Gloſſ. interlin. in l. 4. Reg c. 11.

q Rom 5.

Gloria præcipua regum ac principum fidelium à lege gratiæ Chriſto in baptiſmo accepta bene cuſtodita, & aucta.

D

S Ludouici memorabile reſponſum.

r Ægidius Corrozetus de dictis, & factis memorabilibus.

Magna S. Ludouici in Chriſto Domino ſecundo pectam.

eius hostes plenius perfectiusque adipisceretur, ibat quotidie[a] de virtute in virtutem, &[b] sicut lux splendens, processit, & creuit vsque ad vltimom temporalis, & perfectum æternæ vitæ diem, perrexitque[c] instar fidelium patris Abraham semper vadens, & progrediens vsque ad meridiem diuinæ charitatis ardentem, vt sanctius, perfectius, beatiusque Christo Domino regi suo copularetur. O præclarissimum regiæ pietatis, & puritatis exemplum! O dignissimum quod omnes fideles terræ principes, sedis Apostolicæ, patrisque sanctissimi filii, & alumni, impressis in illis Christianissimi regis vita beneque viuendi ratione vestigiis imitentur! in illudque suas omnes vitæ rationes, actionesque directas efforment, atque perpoliant! vt cor eorum[d] sit in manu Dei Christique Domini regnantium principis, *seruetur que ab eo non armorum robore*, vt sanctus ait[e] Augustinos, *sed diuino illius adminiculo, ac ductu*, ne possint errare in via morum, via iustitiæ, via religionis, fideique Christianæ. Verũ in his omnibus rectum tenentes vitæ cursum nusquam deficiant, quin potius, [f] *Prouidentes Dominum in conspectu suo semper*, suos ad virtutem populos dirigendo, vlterius progrediantur, quousque vna cum populis cœlestia sempiternæ gloriæ cacumina pertingant.

a Psal. 83.
b Prouerb. 4
c Genes. 12.
d Prouerb. 21.
e S. Aug. in prouerb 21.
f Psal. 15. v. 8.

CAPVT III.

Reges, ac principes supremos Deus non solum pro salute temporali populorum, sed etiam æterna, suo, suæque Ecclesiæ seruitio, & honori vacantes instituit.

1. *Pro salute populorum temporali à principio creati reges, diuina prouidentia.*

2. *Reges propter populos instituti, qui si boni, prosperitates, si mali, calamitates in imperio suo causantur.*

3. *Regia maiestas principi Catholico à Christo credita, non pro pace solum temporali, sed etiam æterna.*

4. *Maiestas & dignitas regum Christianorum non est purè secularis, sed magna ex parte spiritualis & cælestis.*

Propositio totius capitis generalis omnia in eo summatim complectens.



Oc igitur constituto tanquam firmissimo discursus præsentis fundamento ex his quæ superiori capite dicta sunt, & quæ postea dicentur nimirum, [a] *diuina prouidentia mundi regna esse constituta*, regesque ac principes terræ diuinæ obsequentes voluntati à Deo fuisse non solum pro salote, paceque populorum illis seruientium temporali, verum etiam æterna stabiliter ordinatos: quæ in fideli seruitio, obedientiaque religiosa Christo Domino eiusque sponsæ sanctissimæ præstandis innixa firmatur. Constat apertissime quãta muneris, & officij reges, ac principes Christianos obligatio capiat, & astringat: vt operationibus sanctarum virtutum perfecte vacantes, Christi omnium regnorum Domini, & regnantiũ regnatoris vitam, atque mores imitentur bene viuendo, necnon dominandi leges, regendique regulas recte imperando perfectius amplectantur: quo facilius, ac citius in summa sublimique constituti dignitate, regiminis optimi fœlicitatem, diuina saluatoris nostri benedictione consequantur.

a S. Aug l. 5. de ciuit. c. 1. circa princip.

Ac primum communis vox naturæ benè, prudenterque ratiocinãtis, omniumque ratione, doctrina, atque optimarum artium studiis instructorum, reges pro liberandis à graui, qua premebantur necessitate populis, largiendoque illis pacificè, ac liberè viuendi modo, iure gentium, illucescente per illud diuinæ prouidentiæ radio creatos fuisse, & à populis electos. Paret enim, doctissimi [b] iurisconsulti testimonio ex bellorum truculento motu, gentiom diuisionem, vi magnæ necessitatis erupisse. Cum minor à maiori, debilis à potenti, pauper à diuite, nimis oppressi, atque grauati, melioris fortunæ, pacatiorisque in illorum opprimentium se contubernio cætuque desperatione, defectionem dissidiumque ab illis loci mutatione quærere cæperunt. Ideoqoe illorũ per turmas in varia loca transmigrantium naturæ benignitas, Deique prouidentia miseriis, calamitatibusque solatia dando, reges, principesque iustitiæ custodes, & æquitatis illis prospere creauerunt. Quod in societate humana sine iustitia, eiusque administratore principe, atque rectore viuere non modo maxime arduum atque difficile, sed plane impossibile esse videretur. [c] *Vt continuatio huius societatis quotidianis casibus euentibusque satis experiendo profitetur, quæ vt potentiores sic & meliores sibi semper præficiendos quæsiuit, & optauit, qui & possent, & vellent sibi subditis vbique prodesse*, qualis multa post secula Vespasianus Imperator extitit, quem propterea Plinius senior sic est allocutus:[d] *Nec quicquã in te mutauit fortunæ amplitudo, nisi vt prodesse tantundẽ posses, & velles.* Ideo prisci congregationis prophanæ scriptores, vt reges à Deo datos institutosque fuisse significarent, fictis fabulis eos à Ioue sommo deorum, & natos, & educatos esse contestabantur, hinc illud Callimachi. [e] ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες, *ex Ioue sunt Reges.* Et Homerus [f] διοτρεφέας βασιλῆας. A Ioue educatos reges asseruit. Quos audire dictamen rationis, monitaque conscientiæ debere, vt bene regerent iudicabant; vt illa Senecæ grauissimi inter ethnicos Philosophi testantur. [g] *Si vis omnia tibi subijcere, te subijce rationi, multos reges si ratio te rexerit, ab illa disces quid, & quemadmodum aggredi debeas.* Sed reges Christiani præter vocem rationis, & legis naturalis imperium, Christi Domini legem, eiusque gratiam interius principum cordibus inclamantem, quæ est vltimum rationis humanæ complementum, pro æternæ securitate salutis, quanto iustius audire debent? Non ob aliud creati principes ac reges, quam vt seruientes saluti subditorum se cum ipsis ab æterna seruitute, miseriaq; protegẽtes fructus suæ curæ ac solicitudinis regiæ maximos, perennesque coosequantur. Ideoque imperium, regnumque conuenientiùs describi non potest quàm

Pro salute populorum à principio creati reges Dei prouidentia.
b Bald. in l. ex hoc iure ff. de iustitia & iure.
Ab oppressione bellorum diuisio gentium facta.
Sine principe seu magistratu, & iustitia societas hominum nequit subsistere.
c L. 2. §. post originem ff. de iustitia & iure & in authen. vt omnes obediant in die prouin. in princip.
d Plin. in præfatione hist. naturalis.
e Callimach. in hym.
f Homerus.
g Seneca epl. 37.

a Ammianus Marcell. l. 29.
b Seneca l. de conſolatione ad Polybium cap. 26.
c S. Ambr. epiſt. 21.
a. Princeps propter remp. non reſp. propter principem, cuius probitas proſperitates, improbitas calamitates in imperio cauſantur.
d Seneca l. de clement.
e Spartian. in Adriano.
f Senec. ep. 9. Ex Plutarcho reges à labore dicti et cura opuſc. de dictis memor. antiquorum regum, &c.
f Plin. in panegyr. ad Traianum.
g Ibid.

ª CVRA SALVTIS ALIENÆ. Sciamus illud A Senecæ à veritate minime ᵇ diſcrepare, *magna ſeruitus eſt, magna fortuna.* Cui congrue & conuenienter hoc magni ᶜ antiſtitis adiungam. *Quanta in ipſo imperio ſeruitia, cum ad aliorum, non ad ſuum viuant arbitrium.* Secundum ſectam regum, principumque à Deo gentium iuris interpoſitione creationem, confiteri nos oportet principes, regeſque reip. non remp. regibus eſſe. ᵈ *Scias ô princeps*, dicebat quondam Neroni Seneca, *eamnon non ſeruitutem tibi traditam ſed tutelam; nec remp. tuam eſſe ſed te reipublicæ.* Hinc acroama illud memorabile reſponſiuumque magno, iuſtoque principe dignam Imperatoris Adriani apud ᵉ Spartianum præſtat attendere, *ita ſe remp. geſturum, vt ſciret populi rem eſſe non propriam.* Nondum ſcitis adhuc ô reges & imperiorum præfecti faſcibus, ᶠ *imperare officium eſſe non regnum?* Ad quid ſecus Græci de meliori ſtylo ſcriptores, reges ἄνακτας appellauiſſent, ἀπὸ τῶ ἀνακῶς ἔχειν, quod eſt curam gerere, & tueri, niſi cum honore, & reuerentia ſumma, non minus oneris, laboris, ac ſolicitudinis, regiæ maieſtati, ſplendorique ex officio permixtum eſſe credidiſſent? Hæc animo reuoluens Plinius iunior ᶠ Traianum ne ſpecie tenus, ac nomine fortunam imperij conſideraret, hortabatur; hoc eius animo munus eſſe ſuggerens Imperatoris, atque regis: ᵍ *Admittere in animum totius reip. curam, & populi fata ſuſcipere, & oblitum quodammodo ſui gentibus viuere, accipere innumerabiles nuncios vndique, totidem mandata dimittere, de tot vrbibus, nationibus, & prouinciis cogitare: Noctes omnes, dieſque perpeti ſolicitudine, pro ſalute omnium cogitare.* Hæc qui faciunt regis illuſtriſſimo digni nomine, populos pace, proſperitate, C alijs quamplurimis opibus boniſque locupletant: contraria præſtantes, oppoſitis malorum tempeſtatibus, procelliſque demergunt, & obruunt. Propter hoc reges principeſque populorum modo in Scripturis ſacris aurigæ vocantur; modo fluuiis terræ comparantur. ʰ Zachariæ cap. 6. Quatuor mundi imperia cur quatuor quadrigis expreſſa legantur, ſi quis quærat, illico reſponſum feret: quod videlicet reges ac moderatores imperiorum velut aurigæ principatuum, regnorumque ſic eſſe ferantur, vt eorum habenas ac retinacula modo ad ſalutem populorum, modo ad eorumdem perniciem, exitiumque moderari, tractareque ſoleant. Propter eandem rationem ſanctus ⁱ Hieronymus in hæc verba Abacuch cap. 3. *Fluuios ſcindes* D *terræ*, reges ac principes mundi huius, ad literam terræ fluuios appellari credit, vt verborum ſenſus eſſe dicatur. *Principes mundi aduerſus populum tuum præliantes, dimicanteſque diſperges, & diuides tanquam fluuios terræ.* Quia ſicut fluuij terras, quas abluunt, aut opportunis irrigationibus fæcundant, aut intempeſtiuis inundationibus euertunt; ſic reges, ac principes ſi boni ſint, populos abundantia bonorum cum alta pace locupletant: ſi vero mali, miſeriarum pondere conterunt, aduerſitatum vndique fluctibus immerſos triſtiſſime vaſtant, eorumque fortunas immaniſſimè populantur. Vtrumque proſperitatem ſcilicet à bonis principibus, miſeriam contrà populorum à malis ſacrum hoc ſancti Spiritus oraculum clariſſime comprobat. ᵏ *Væ tibi terra cuius rex puer eſt, & cuius*

Proſperitas vel calamitas populorū à regibus, et principibus fit.
Reges cur aurigæ regnorū dicti, et cur fluuiis comparati.
h Zachar. c. 6.
i S. Hieron. in c. 3. Abacuch.
k Eccleſiaſt. c. 10. v. 16.

A *principes mane comedunt*, id eſt, gulæ, & luxui vacant. At contra, *beata terra cuius rex nobilis eſt, & cuius principes veſcuntur in tempore ſuo, ad reficiendum, & non ad luxuriandum.* Vno verbo, ˡ *rex ſapiens ſtabilimentum populi eſt.* At quis ille rex ſapiens, fortunas, ſalutemque populi non in definitos annos, ſed æternos ſtabiliens niſi princeps fidelis, & Chriſtianus? Quem Deus ſuper populum credentem ſalutarique ablutum baptiſmate conſtituit, vt eum non ſolum bonorum temporalium cibo reficeret, ſed etiam ſpiritualium alimento ſatiaret, quo beatiſſimus in æternitate cœleſtis æui, poſtea cum Chriſto Domino viueret? Eò enim Chriſti Domini benedictio ſuper fideles, Catholicoſque reges extenditur, vt cum temporali pace, & B proſperitate, in rectè populos regendo, & fideliter Eccleſiæ ſanctæ matri ſeruiendo, perpetuitatem diuinæ gloriæ pro ſe ſubditiſque coniungant. Quò ſpectabat hæc pia ad Leonem Auguſtum ſancti Leonis exhortatio, cuius ante meminimus, hîc non ingratè repetenda. ᵐ *Debes incunctanter aduertere regiam poteſtatem tibi non ſolum ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam.* Et Diuus Gregorius noſtram, quam tuemur opinionem hac memorabili ſententia corroborat. ⁿ *Ad hoc poteſtas pietati Imperatorum data eſt, vt qui bona appetunt adiuuentur, & terreſtre regnum cœleſti regno famuletur.* Quam præclare ante hos patres ſanctiſſimos Eccleſiæ principes ſanctus Auguſtinus in hæc Pſalm. 2. *Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore*, dixit. ᵖ *Aliter ſeruit quia homo eſt, aliter quia iam rex eſt: quia homo eſt, ei ſeruit viuendo fideliter; quia rex eſt, ſeruit leges iuſta præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti vigore ſanciendo, &c.* His conformia ſtatuentes patres concilij Pariſienſis ſub Ludouico Rege Germaniæ & Lothario Imperatore hanc concluſionem ediderunt. ᑫ *Rex primò defenſor eſſe debet Eccleſiæ, ac ſeruorum Dei. Qui ſcilicet in ea pro fidelium ſalute laborant, &c.* Quod pietatis, iuſtitiæque ſanctæ munus, & officium ſibi competere ingenue confitentes profitenteſque principes illi, ſic ad Eugenium Pontificem, Eccleſiæque vniuerſalis paſtorem magna cum reuerentia, pietateque reſcripſerunt. ʳ *Veraciter nos debitores cognoſcimus, quibus regimen Eccleſiarum, & omnium dominicarum cura commiſſa eſt in omnibus cauſis ad diuinum cultum pertinentibus, opem & auxilium pro qualitate virium noſtrarum, & intelle-* D *ctus noſtri capacitate feramus.* Quamdiu fidelium Catholicorum genus, ac nomen extabit, extabit autem in omnem æternitatem, hæc defendendi ſemper Eccleſiam Dei, eique religioſam, piamque exhibendi obedientiam Caroli 5. Imperatoris proteſtatio, omnium literis, linguiſque prædicabitur. *Ad honorem*, inquit, *Dei omnipotentis, Romanique pontificis, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ debitam reuerentiam pro imperialis dignitatis officio debito, necnon zelo, & ſtudio, quo noſtrorum maiorum more, & ingenita etiam nobis vi, ad defenſionem Catholicæ, ſanctæque Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ honorem, tutelam, & protectionem, omnes noſtras vires, & facultates, imperium, regna, dominium, vitam demque, & animam ipſam exponere ſumus parati.* Hoc ſacrum, ferax, & gratia pingue ſupernaturali, diuinaque benedictione fœcundum ſolum, Eccleſiæ Romanæ, ſediſque Apoſtolicæ

l Sapient. c. 6. v. 26.
Regia maieſtas, atque poteſtas principis Catholici à Chriſto data pro pace nō ſolum et ſalute populi temporali, ſed etiā æterna bono fideliterque Eccleſia ſeruando, et opitulando.
m S. Leon ep. 75. ad Leonē Imp.
n S. Greg. l. 2. indict. 11. ep. 61.
p S. Aug. in pſal. 2.
q Concil. Pariſienſ. anno 847. ſub Ludou. & Lothario c. 2.
r Ludou. Rex Germaniæ & Lotharius Imperat. ep. ad Papam Eugen.
Pia Caroli 5 Imp. proteſtatio in edicto Vuorm. Honor, defenſio, ſalus et obedientia Eccleſiæ benedicta, ac ſancta terra in qua excolenda Chriſtianorū principū virtutes exercentur pro æterniato cœleſtis gloria.

defenſio, ſeruitium, obedientia, & hooor eſt: in A
quo Catholicorum principum, regumque fidelium virtutes heroïcæ, ſoblimeſque feliciter occupantur. Noo illud profanum, ſterile, & aridom, ſola vanitate fœcundum, & paganica fœdatum ſuperſtitione ventoſæ gloriæ ſolū: in quo olim ethnici territorij principum diabolica fraude deceptorum virtutes (ſi modo virtutes, ac non potius veratum virtutum laruæ, atque ſimulacra inania dicenda ſint) miſerè turpiterque mancipabantur. Quas vanæ gloriæ, ſicut Epicureæ voluptati ignominioſè ſeruientes depictas à paganis magnus ille doctorum apex Auguſtinus his merito verbis execrabatur.[a] *Sed non exiſtimo ſatis debiti decoris eſſe picturam, ſi etiam talis fingatur, vbi virtutes humanæ gloriæ ſeruiant: licet enim illa gloria delicata mulier* B
non ſit, ſicut voluptas ab Epicureis pro ſummo bono depicta, inflata tamen eſt, & multum inanitatis habet. Vnde non ei dignè ſeruit ſoliditas quædam, firmitaſque virtutum, vt nihil prouideat prudentia, nihil diſtribuat iuſtitia, nihil toleret fortitudo, nihil temperantia moderetur, niſi vnde placeatur hominibus, & ventoſæ gloriæ ſeruiatur. Propter hanc, principum Chriſtianorum, fideliumqoe regum ad pacem æternam per Eccleſiæ ſanctæ defenſionem, honoremque, directionem à Chriſto D. inſtitutam, & à myſterio illius incarnationis vigorem ſuum, originemqoe depromeotem, dignitas, atque maieſtas ipſorum longè nobilior, præſtantior, excellentiaque ſublimior, dignitate paganorum infideliumque principū, diuino munere facta eſt. Quæ non eſt merè ſecularis, vt eſt iſta paganicæ gentis, ſed magna ex parte ſpiritalis: quia ad imperium C
Chriſti ſpiritale, eorum maieſtas, dignitaſque deriuata pertinet, vt ei fideliter ſeruiant, illius legibus edictiſque deuotè pareant, nec non honori, gloriæque eiuſdem religioſè velificentur. A quo laborum, obſequiorum, ſeruitiorumque diuino huic Chriſti Domini regno coosecratorum, fructus dulces, atque ſuaues, bona nempe temporalia, ſempiternaque conſequantur. Hinc ſacræ regum Chriſtianorum vnctiones, & inaugurationes; quarum figura præceſſit in veteri lege, in qua Dei populo præfecti, principes,[b] ac reges declarati inſtar Prophetarum ſacerdotūque ſacro vncti oleo benedicebātur. Quo myſterio illi de regno Chriſti venturi in eum credendo fideliter eſſe deſignabantur. Vt illa ad honorem Dei populique ſalutē præſtarent, non quæ ſolis ſacerdotibus rite conſecratis facere ex officio conueniebat, ſed vt quæ profani principes ad finem temporalem, meréque profanum referre ſolebant, illa ad finem ſpiri- D
tualem ſacrum diuinumque reuocarent. Vnde ſimul atq; Deus Iſraëli populo ſuo opportunè importunè ſibi dari gentium inſtar aliarum, flagitaoti reges dare decreuiſſet, Samueli mandauit,[c] *vt ferret lenticulam olei, & effunderet ſuper caput Saulis electi regis à Deo, eumque deoſcularetur.* Quod vt imperauit Deus propheta perfecit, Sauli iam conſecrato, dicens: *Ecce vnxit te Deus ſuper hæreditatem ſuam in principem.* Ac ſi illi dicere voluiſſet, niſi Dominus te vngeret in regem minimè recto ordine, iuſtaque iuriſdictione populi tui regimē, directionemque pro tua eiuſque ſalute ſuſcipere poſſes. Reges autē Chriſtiani ſacra, ſpiritalique vnctione ſanctificati eò puriùs præſtātiúſq; regibus veteris teſtamenti decorantur, qoò ſanctiùs, diuiniúſqoe Chriſtiana fides, & Eccleſia Rom. legi veteri ſynagogæque Iudæorum dignitate præſtat, excellentiaque præponderat. Vt hac ſic ornati, & per benedictionē ſacerdotalē feliciter inſigniti reges Catholici, Eccleſiæ ſanctæ; à qua ſpiritualiter vncti in æterno Chriſti regno glorioſè radicantur, defenſioni ſtudeāt, præſidio pacis inuigilēt, gloriæque ipſius, & honoris amplitudini patrocinētur. Vnde inter reges ſeculi à fide, pietateq; Chriſtiana elongatos & reges vnctos, reges Chriſti D. id eſt per Chriſti benedictionem virtutemque regnātes, magnū diſcrimen patres concilij Pariſienſis anno 829. cōgregati in epiſtola ad Ludouicum Pium Imperatorem, hoc videlicet ex S. Iſidoro, & Fulgētio notauerunt.[d] *Principes fideles nonnunquam intra Eccleſiam poteſtatis adepta culmina tenent, vt per eandem poteſtatem, diſciplinam Eccleſiaſticam muniant. Cæterum intra Eccleſiam poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi vt quod non prævaleat ſacerdos efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas* (ſcilicet boni principis) *hoc imperet per diſciplinæ terrorem,* quibus contraria planè in vexationem Eccleſiæ principes infideles operantur. Poſt, his iſta ſubiungunt memoranda. *Sæpe per regnum terrenum cæleſte regnum proficit: vt qui intra Eccleſiam poſiti contra fidem, & diſciplinam Eccleſiæ agunt, rigore principum conterantur, ipſamque diſciplinam quam Eccleſia exercere non prævalet, ceruicibus ſuperborum poteſtas principalis imponat, & vt venerationem mereatur, virtutem poteſtas impertiat.* Atque vt omnes Chriſtiani principes intelligerent ſe Deo tandem ratiooem reddituros, vt ad bene viuendum in defendenda protegendaque fortiter Eccleſia, potentiori perſuaſione coocitarent, iſta pro fine ſubdiderunt.[e] *Cognoſcant princi-* C
pes ſeculi Deo debere reddere rationem, propter Eccleſiam quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt, nam ſiue augeatur pax, & diſciplina Eccleſiæ per fideles principes, ſiue ſoluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam credidit.

[a] S. Auguſt. l. 5. de ciuit. c. 20.

Virtutes gentilium principum vt Romanorū vanæ gloriæ non veri Dei ſeruiebant honori.

Maieſtas ac dignitas regū Chriſtianorū non eſt purè ſecularis, ſed magna ex parte ſpiritualis et cæleſtis, et cur.

[b] 1. Reg. c. 15.

2. Paral. c. 26.

[c] 1. Reg. 13.

Sanctior vnctio regum Chriſtianorū quā regum Iudæorum.

Princeps Chriſtianus, bonum ſua ad Eccleſiā defenſione vtitur poteſtate: impius ad illius oppreſſionem abutitur.

[d] Epiſt. ſyno. concil. Pariſ. an. 819.

[e] Ibid.

CAPVT IIII.

Chriſtiani reges pro ſalute temporali & æterna populorum, ſeruientes Eccleſiæ à Deo creati, veras Chriſtianæ religionis virtutes affectare & exercere tenentur: vt cum populis ſalui fiant imitatores Chriſti.

1. *Chriſtianus princeps ſi bonus eſt, viua Dei Chriſtique omnium regis imago.* D
2. *Quàm ſit illuſtris & beata regia maieſtas Chriſtianis ornata virtutibus, propter quas bonus princeps dicitur Deus.*
3. *Maxima Dei cura atque prouidentia de bono principe ad gloriam ſuam & ſalutem illius, populique, cui bonus ille piè dominatur.*


VAMOBREM ad tam illuſtre, nobileque munus principes Chriſtiani vocati ſunt, vt non populos modo ſibi creditos temporali proſperitate reficiant, ſed etiam eorum aoimas in æternam vitam cuſtodiaot. Et com non tam pro booo temporalis regni, qoam ſpiritalis, Eccleſiæ oimirum ſanctiſſimæ illorum outricis atque parentis, ad tam ſublimem regiæ maieſtatis

excellentiam, vt essent vicarij Christi in temporalibus illiusque vitæ imitatores ab ipso Deo vocati sint: omnes profectò corporis, animique vires extendere debent, vt sanctas, Christianasque virtutes perfectius quàm fieri possit exerceant: quibus vna cũ temporali spirituale Ecclesiæ regnũ religiosè non minus quàm generosè protegentes, Christo Domino summo omnium regi similiores efficiantur. Communi calculo reges, ac summi populorũ rectores Dei in terris imagines dici solent: *Principem dat Deus, qui erga humanum genus sua vice fungatur,* aiebat [a] Plinius in Panegyrico. Et Menander principem εἰκόνα ἔμψυχον Θεοῦ, *Imaginem Dei viuentem,* appellauit. Hoc si ita? Quantò

a Plin. in Paneg.
Princeps Christianus si bonus viuat Dei imago.

B expressius ad viuum Christiani principes Dei Christique Domini imagines appellari debent? Quæ neutiquam in eorum principum vita, & cordibus imprimi verè valebunt, à quorum mentibus, moribusque virtutes Christianæ releganturs: quæ veram Dei veri imaginem, vt matres filios in principe pariunt. [b] *Princeps est potestas publica & in terris quadam diuinæ maiestatis imago* (præclarè dicebat Ioannes Carnotensis Episcopus) *procul dubio magnum quid diuinæ virtutis declaratur inesse principibus, dum homines nutibus eorum colla submittunt, & securi plerumque feriendas præbent ceruices, & impulsu diuino quisquis timet, cui ipse timeri est.* Quam diuinam imaginem qoî maiestas regia veris vacua virtutibus repræsentare valebit? [c] Ideo ipsi pagani scriptores hanc tyrannicam Artaxerxis vocem, *licere* scilicet, *regibus quæcumque voluerint dicere, aut facere,* exsecrationi subiugarunt: quod aliis, principes virtutibus orbatos imperare, iniustissimum monstroque proximum esse iudicauerint. *Cum non debeat* [d] *fieri iudex, aut princeps, qui non valeat virtutibus suis impietates potenti robore disrumpere,* sitque Regi, ac principi ab ipso Deo munus insitum, atque pro essentiali principalis authoritatis, dignitatisque ratione, subditos ad virtutes erudire, atque iudicare. Qua iudicandi potestate sublata, virtutum regiarum defectu, quid erunt [e] regna, nisi aperta latrocinia? In quibus lites, ac dissentiones perpetuæ, [f] impunitas criminum, nulli sua tuta propria facultas, fortunaque prostrato omni iure dominabuntur? Iudicandi potestas à maiestate regnantis, sine reipublicæ regnique ruina funditus auelli non potest. Propterea congregati maiores natu Israël venientes ad Samuelem in Ramatha dixerunt. [g] *Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis, constitue nobis regem, vt iudicet nos, sicut & habent vniuersæ nationes.*

b Ioan. Carnot. epis. l. 4. c. 2. Policrat.
c Plutarch. in Artaxerxem.
Sine virtutibus non est imago Dei in principe.
d Ecclesiast. c. 7. v. 6.
e S. Aug. l. 4. de ciuit.
f Can. Quo iure defendis villas dist. 8.
g 1 Reg. c. 8. v. 4. & 5.
Iudicandi potestas, ac munus regia coniunctum maiestate.

Huic veritati consentiunt omnes etiam ethnici, in cuius rei fidem veniat illud Homeri.

Homerus Iliad. 2.

> Εἷς βασιλεὺς ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
> Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσι βουλεύῃσι.
> *Vnus rex, cui concessit Saturnia proles,*
> *Sceptrumque, & leges vt iudicet, & dominetur.*

Hoc si requiratur in omni principe, in cuius mẽte rationis solius naturalis dictamen insidet, quanto magis in rege religionis Christianæ professore, ex alto virtute per lauacrum regenerationis induto, cui ius dicenti, nẽ erret, sua gratia Deus assidet, & affulget inspirans agenda, & dicenda, propheta loquente. [h] *Diuinatio in labiis regis in iudicio non errabit os eius.* Cuius maie-

h Prouerb. 16.

A stas, & potestas Christianis tincta virtutibus dici non potest, quàm sit eximia, illustris, & excellens, quamque fœlix, & fortunata eam secundum Deum exercentibus, & populis habeatur. Quamquidem multis efferens encomiis sublimibus titulis, prædicationibusque magnificans, Theodosium iuniorem Imperatorem, ita sanctus Cyrillus Alexandrinæ sedis Episcopus affabatur. [i] *A Deo cunis est summa celsitudo, vobis clarissimi reges, humanæ claritudinis fastigium incomparabilibus, excellentijs præ omnibus alijs exurgens, & exaltatum, eximiaque, & honesta sors sunt data: Vos enim estis summarum dignitatum fontes,*

Part. 2.
Quam sit illustris, & beata regia maiestas christianis ornata virtutibus.
i S. Cyrill. Alexand. l. de recta in Deum fide ad Theodos. Imp. princip.

B *& super omnem eminentiam humanæ fœlicitatis principium, ac origo. Et vestra quidem maiestatis clementissimis nutibus quidquid regni solijs substratum est, vt vitam legitimam, & admirabilem agat, gubernatur. At qui iugum non ferunt facile à vestro robore victi cadunt.* Propter hanc dignitatis regiæ sublimitatem, diuino principibus munere datam, honestas, præclarasque virtutum sua sorte dignarum actiones operantibus, sæpe in sacris paginis reges, ac principes dij nominantur. Psal. 46. [k] *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt.* Exod. 7. Moysem principem sui populi à se constitutum Deus Pharaonis Deum appellat. [l] *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Et cap. 22. *Si latet fur Dominus, domus applicabitur ad Deos* (scilicet populi principes.) *Et iurabit quod non extenderit manum suam*

Propter excellentiam regia maiestatis virtutibus ornata reges & populorum summi rectores dij appellati.
k Psal. 46. v. 10
l Exod. 7 v. 1.
Exod. 22. v. 8.

C *ad rem proximi.* Atque hoc pretiolum Dei nomen propter virtutes populorum rectoribus honorificè deferebatur, vt hæc Fabij pictoris indicant. [m] *Principes quia in aurea ætate iusti erant, & religionibus dediti iure habiti dij & dicti, &c.* De his principibus populus virtutis regula ad bona opera flectentibus hæc Dauidis intelligenda veniunt. [n] *Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat.* Et in eodem psalmo ad eosdem iudices supremos, principesque populorum loquens Deus. [o] *Ego dixi,* inquit, *Dij estis, & filij excelsi omnes:* Dij per participationem, & communicationem potestatis diuinæ, quam exercetis in iudicando populos vobis creditos; quibus, vt subditi iubentibus parere tenentur; aliàs diuinæ ordinationi resisteret, [p] *cum omnis potestas sit à Deo.* Sic illi principes dominantes in populos, Dei vo-

m Fabius pictor de aureo seculo.
n Psal. 81. v. 1.
o Ibid. v. 6.
His similia dicta superius, sed diuersis testimoniis, & probationibus.
p Rom. 13.

D cem summi principis per obedientiam tenentur audire: vt bene audiantur à populis, suaque ab illis imperia fideliter executioni mandentur. Nam sicut, *regum timendorum in proprios greges,* sic vt ait [q] ille, *reges in ipsos imperium est,* non Iouis, sed veri Dei Christi Domini: sine cuius gratia, atque virtute subditi principes non obedienter, voluntariéque parendo subderentur. Qood sanctus Chysostomus illud Psalmi 43. *Benedictus Dominus, qui subdit populum meum sub me,* exponens his eleganter expressit. [r] *Hic superno quoque opus est auxilio, vt qui dicioni subiecti sunt, acquiescant, & ne seditionem agitent, nec insurgant: Nec solum in subiugandis inimicis, sed etiam in suis subijciendis, & in officio continendis superno auxilio opus est. Nam hoc quoque magnum est suos bene regere, nec minus est quàm suos inimicos vincere. Multi quidem sæpenumero certè trophæam bellis erexerunt; in pace autem cæsi sunt.*

q Horat.
Subditi principibus sine Dei gratia non rectè parerent.
r S. Chrys. in Psal. 43 tom. 1

Et quemadmodum à Deo procedunt de hoſtibus, ita A *etiam ſuorum obedientia.* Regem etiam propter eminentiam dignitatis dici rectè poſſe [a] Deum Platonem cognouiſſe patet, ex eo cùm dixit. *O θαυμάσιε ὡς Θεὸς ἐξ ἀνθρώπων. Rex Deus quidam humanus.* Qoem ſui imitatorem verus Deus, vnus, omnipotens, optimus, maximus ſingulari ſua prouidentia, cura, virtoreque principali protegit. [b] *Ille erit* (ſcilicet Deus) *in latere tuo*, ait rex ſapiens, *& cuſtodiet pedem tuum ne capiaris.* Hæc perſuaſio etiam in paganorum ſcriptorum animis inſederat: notum illud Theocriti.

a Plato dialog de regno

Deo magna cura ſuas boni reges.

b Prouerb 3.

Hinc proſperitates in imperio.

———— [c] Διὸς χρυσέῳ μέλονται
Αἰδοίου βασιλῆος.

c Theocrit.

Ioui cura eſt venerandi principis. Nimirum, *ſicut diuiſiones aquarum*, [d] *cor regis in manu Domini, quocumque voluerit inclinabit illud.* B Quod de bono principe intelligendum eſt, & cum corde principis omnes proſperitates, quas ſolet Deus in populos à principe pio ſanctè gubernatos, in ipſumque principem manu larga rependere; apud quos iuſtitia, pietas, religio, cæteræque virtutes cum honore reuerentiaque maxima, omnia principe, ac rege iuſto ſuauiter ſapienterque diſponente conuerſantur. Deus æterna ſapientia, infinita potentia, immenſa bonitas, qui à fine ad finem fortiter attingit, diſponens omnia ſuauiter, tam ſingulari cura prouidentiaque res hominum in eorum ſalutem directas ex alto proſpicit, vt vniuſcuiuſque hominis ſingularis, priuatique conſeruationi ſalutique ſic intendere miſericorditer appareat, vt nullius alterius rei ab illo curam, ſolicitudinemque C ſuſcipere videatur. [e] *Cum cunctis præſideas*, inquit Diuus Auguſtinus, *ſingula ſimplex totus vbique præſens, cunctorumque curam agens quæ creaſti, quia nihil odiſti eorum quæ feciſti, ſic greſſus meos, ſemitaſque meas conſideras diligenter notans, ſpeculator perpetuus, veluti ſi totius creaturæ tuæ cœli, & terræ oblitus, tantum me ſolum conſideres, & nihil tibi ſit cura de alijs.* Hæc quidem quoad Dei ſingularem de ſingulis hominibus prouidentiam. Qua maior illa eſt, quam habet de bonis, vt in probitate creſcentibus, de virtuteque in virtutem euntibus ab omni malo liberatis maiora corporis, animique bona largiatur. [f] *Semper quippe te præſentem exhibes* (ait idem ipſe ſanctus doctorum magiſter) *ſemper te paratum offers, ſi me paratum inuenis, quocumque tero tu me, Domine, non deſeris, niſi* D *prior ego te deſeram; vbicumque fuero non recedis, quoniam vbique es, vt quocumque tero inueniam te, per quem eſſe poſſim.* Hanc ſingularem magis, communique maiorem Dei, de bonis timentibus, atque colentibus eum, curam prouidentiamque multa Spiritus ſancti per os prophetarum in Scripturis ſacris oracula comprobant. [g] *Oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius, vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.* Pſal. 33. [h] *Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, vnum ex his non conteretur.* Pſal. 36. [i] *Apud Dominum greſſus hominum dirigentur, & vias eius volet: cum ceciderit non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam.* Similia per alium

3. Pars.

Dei magna prouidentia in omnes homines, vt ſalui fiant bene conuerſi, maior in bonos, maxima in principes pios & in eorum populos propter eos.

e S. Aug. Soliloqui c. 14.

Maior cura Dei de bonis hominibus, quàm de alijs.

f S. Aug ibi. Soliloq. c. 14.

g Pſal 32.

h Pſal. 33.

i Pſal. 36.

A prophetam ſpiritus Domini loquitur. [k] *Oculi Domini ſuper timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegumen ardoris, & vmbraculum meridiani, deprecatio offenſionis, & adiutorium caſus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans ſanitatem & vitam, & benedictionem.* Hæc quidem magna ſingulariſque de iuſtis à Deo ſuſcepta cura, & prouidentia, communique de reliquis hominibus habita maior: ſed profecto illa quam de pijs regibus, principibuſque Deus accipit inferior. Hanc de bonorum principum, fideliumque regum ſalute, incolumitate, & gloria, volunt ſibi ex omnibos præcipuam eſſe curam; quod ſciret eam in maius ſui honoris, & gloriæ, in maius Eccleſiæ ſuæ pacis, ſeruitij, obedientiæ, nec non proſperitatis augmentum cedere. Qood fida Catholicorum, B optimorumque regum tutela, ſalutis eorum, virtutis, potentiæque conſeruatio, vigorque vitiorum in rep. neruos elidant, virtutes altiſſimis in ea defixas radicibus corroborent, corroborataſque ſuauiori imperio regnare faciant: impios de medio populi funditùs exterminent: bonos foueant, maioribuſqoe præmiis allectos ad meliora pro Chriſti gloria, Eccleſiæ ſplendore, ſaluteque reipubl. facta, ſanctioraque opera prouocent: omnia dæmoniorum in ſeminandis hæreſeon portentis, aliiſqoe nefariis contra fidem Chriſti, Eccleſiæ ſanctitatem, illius authoritatem præſulis monarchicam, bonoſque mores machinamenta potenter euertant, funditusque demoliantur. Vt ſic aurea redire ſecula, cœlum ipſum, eiuſque pulchritudo mirabilis, nec non inenarrabiles beatorum ſpirituum deliciæ, & C opes æternæ, cooperante virtutibus principum, eiſque incrementum dante regnantis Chriſti Domini gratia, benedictioneque tot generante proſpera, in terras euocari videantur. Et quoniam omnes iſtas bonorum tantorum, variorumque ſpecies, optimi principis virtutes in regno, ſocietateque Chriſtiana tanquam Dei inſtrumenta cauſantur: propter hoc Deus illum reipubl. fidelis, Catholicæque rectorem, per quem tanta bona inter homines operari dignatur, ſpeciali, eaque maxima cura, prouidentiaque propter gloriam ſuam, Eccleſiæque proſperitatem protegere, atque tanquam in ſinu ſuo fouere, tuerique deſiderat. Hoc ipſum Conſtantinus magnus inter Chriſtianos principes maxime cognouit, & in ſe vt expertus, ita in actiones gratiarum Deo ſingulares meditando, atque nitendo D cum ſumma humilitate, deuotioneque profeſſos eſt in religioſo illo edicto, quod pro Chriſtianis contra diros eorum perſecutores ethnicos, infideleſque prophanos edidit, in quo hæc inter alia. [l] *Victor Conſtantinus maximus Auguſtus prouincialibus Paleſtinæ. Cum tam grauis impietas res humanas occuparet, ac reſpublica quaſi peſtifero quodam morbo penitus perdenda periclitaretur, vnde quodnam leuamen Deus liberationemque à malis excogitaret. Miniſterium meum voluntati ſuæ accommodum requiſiuit; qui inde à mari Britannico, & illis orbis partibus orſus potentiore quadam virtute cuncta illa, quæ orbem premebant mala repulit, vt ſimul & genus humanum ad ſanctiſſimæ legis culturam meo inſtitutum miniſterio reuocaretur, & fides beatiſſima ſub potiore ductore creſceret. Haud enim ſic ingratus eſſe velim, vt debitam gratiam opti-*

k Ezech c. 34.

Præcipua ſuper omnes Dei de bono principe cura, & cur.

Quanta felicitas imperij regnante bono principe.

l Apud Euſeb. l. 2. de vita Conſtantin.

Conſtantinus monarcha magnus & potens Dei inſtrumentum ad propagationem Eccleſia & extirpationem idololatria.

mum

mum ſcilicet miniſterium negligam, hoc mihi donum conceſſum credens, per quod etiam ad orientes vſque regiones progreſſus ſum. Et cætera quæ toto edicto declarata ſpargruntur, cuius quia longioris, commemoratione reliqua ſuperſedeo, lectorem ad fontem hiſtoriæ remitto. Quibus clariſſimè intelligitur Deum, Chriſtumque Saluatorem mundi, per Conſtantinum Magnum principem optimum (de quo multa ſuperius) tanquam per cauſam ſecundam, necnon ſuæ diuinæ inſtrumentum voluntatis, magnam ſuæ glorię manifeſtationem, Eccleſię ſuę pacis, authoritatis, & proſperitatis acceſſionem, populorumque mundi ad ſe & ad ſuę ſalutarem religionis aram portumque conuerſionem facere voluiſſe. De qua Eccleſięque per omnes mundi partes ampliſſima propagatione ſub illo imperatore multa, non ſolum in eo edicto, ſed ſcriptoribus quoque Eccleſiaſticis, vt Sozomeno hęc breuiter ſcribente commemorantur. [a] *Difficile eſt ſingula conſcribere, quamplurimæ ſiquidem, & aliæ ciuitates ad Chriſtianam religionem, tunc temporis cum fiducia acceſſerunt, vltroque Imperatore nihil eorum præcipiente templa ſua, & ſtatuas demolita ſunt, & domos oratorias ædificarunt. Cum autem hoc pacto Eccleſia per vniuerſum Imperium Romanum creuiſſet, ad barbaros etiam Eccleſia Chriſtiana peruenit, &c.* Reliqua in authore lector videat, & legat, ſimilia [b] Socrates, [c] Theodoretus, & alij ſcriptores Eccleſiaſtici referunt. Ex quibus quàm multa ad Dei gloriam, Eccleſię amplitudinem, ſalutemque populorum principis optimi virtus, pietaſque poſſit clariſſimè cognoſcimus: indeque quam ſpecioſa, quam excellenti pulchritudine ſublimis, quàm ſit illuſtris, atque beata maieſtas dignitaſque regia tanto credita principi non obſcurè, ſed in aperta luce veritatis aſpicimus.

Fidei magna ſub Conſtantino propagatio.
a Sozom. l. 1. c. 6.
b Socrat. l. 1. c. 16.
c Theodor. l. 1. c. 6.

CAPVT V.

Princeps Chriſtianus ſic à Deo inſtitutus ſui, ac populi, debet eſſe bene viuendi regula ab ipſo Deo profecta, ſpiritus vitalis, & anima regni, & populi, datus à Deo non ſibi, ſed populo: quem in lege Dei inſtruere, confirmare, & perficere debet exemplo magis, quàm edicto.

1. *Princeps populi ac regni ſpiritus vitalis, normaque bene viuendi debet eſſe.*
2. *Non ſibi ſed populo natus, & datus à Deo qualiter eum inſtruere teneatur.*
3. *Facere debet quod iubet, cum recta intentione Deo placendi, & ſeruiendi, vt bene ſit illi, ac populo, quo vt maior, & honoratior, ſic debet eſſe melior.*



CVM iuxta tritum illud philoſophorum [a] axioma rectum ſit ſui regula, & obliqui, primumque in vno quoque genere reliquorum menſura eſſe dicatur: merito dicimus regem Chriſtianum, ſi modo ſit pius, & rectus corde, ſuorum ſuæ à Deo credito-

a Axioma Philoſophorum.

A rum directioni popolorum normam, eſſe ac regulam ab ipſomet Deo conſtitutam: qua in viam mandatorum Dei rectę rationi conformati deducantur. Sed hæc regula, vt potentior ſit ad bene viuendum in populo debet vigere in principe ab illius rectitudine minimè delirante. Qui quia primus eſt in Repub. & imperio, debet reliquorum in eo viuentium eſſe menſura, qui omnes ſecum ad faciendas Dei iuſtificationes optimè, fœliciterque dirigat. Vnde quamuis in Repub. ciuili humanaque ſocietate multi principes dicantur, qui in diuerſis ordinibus primi conſtituti ſunt; tamen in monarchia ſolus Rex per excellentiam princeps appellatur, ſub quo aliorum ordinum principes, populos ad illius primi principis nutū, legeſque moderantur. A cuius authoritate, po-
B tentiaque omnis in alios regni, reipublicæque rectores iuriſdictio deriuatur. Sine quo omnis iuris, iuſtitiæque in regno authoritatis acies hebeſceret, qui propterea mens, anima, ſpirituſque vitalis imperij, merita nuncupatione vocatur. Sicut apud [b] Curtium in vita Alexandri, vniuerſus exercitus Alexandrum Magnum, *Spiritum quo ſpirabat viuebat, & de hoſte triumphabat.* Appellabat: & Gallicanus orator, [c] aut quiſquis panegyrici in magni Conſtantini prædicationem, laudemque ſcriptor, & author, hunc orbis monarcham, ac principem *Reſpubl. ſalutem, ſpemque totius generis humani nominauit*: ex cuius vita omnium fata penderent: in cuius conſeruatione ſalus omnium poſita eſſet. [d] Aſinius Gallus de Imperatore Tyberio loquens apud Tacitum, *animam illum eſſe* dicit, *cuius viuum Reſpub. corpus virtute regeretur.* In eandem ſententiam Seneca.
C [e] *Hæc immenſa*, inquit, *multitudo vnius animæ circumdata, illius*, ſcilicet principis, *ſpiritu regitur, illius ratione flectitur, preſſura ſe ac fractura virib. ſuis niſi conſilio ſuſtineretur.* Quem principē alibi vocat [f] *vinculum per quod Reſpub. cohæret, ille ſpiritus vitalis, quem tot millia trahunt, nihil ipſa per ſe futura niſi onus, & præda, ſi mens illa imperij ſubſtrahatur.* Pluribus illuſtrās hoc poſtea quod breuius dixit. [g] *Princeps animus eſt Reipub. illa corpus eſt, quæ ab hoc animo ſpirituque regio vitales haurit ſpiritus, motuſque rationales exprimit.*

[h] *Cum totiu hac anima populorum vita, ſaluſque,*
Pendeat, & tantus caput hoc ſibi fecerit orbis.

Ideo cum ſine anima corpus non viuat, ſic reſpublica, regnumque ſine principe, regeque ſaluo ſubſiſtere non poteſt.

[i] *----- Rege incolumi res omnibus vna:*
Amiſſo rupere fidem.

Vnde orare pro ſalute regis quid eſt aliud quam
D pro populi conſeruanda vita, ſalute, fortuniſque ſupplicia Deo vota fundere? [k] *Hæc quidem cum pro ſalute tua deferebamus*, ſcilicet vota, preceſque, inquit. Sanctus Ambroſius ad Imperatorem Gratianum, *pro nobis faciebamus.* Et longe ante honorati viri dignitatibus imperij, & militaribus inſignes honoribus, Conſtantino Magno reuerenter acclamabant. [l] *Veſtra ſalus, noſtra ſalus, vere dicimus, iurati dicimus.*

Quidni hoc de principe, & Imperatore Chriſtiano fideles præfecti, tribuni, & viri eminentiſſimi Romani exercitus vere dicerēt? Cum pagani de Imperatore prophano, verique neſcio Dei non minus ſuperſtitioſè, quam adulatoriè illud effutire minime dubitarint. [m] *Vt plena alta-*

Princeps debet eſſe rectè viuendi ſubditorum.
Rex regni, populorumque ſpiritus vitalis.
b Q. Curtij l. 9. de vita Alex.
c Gallicanus orator in panegyr. Conſtant.
d Tacit. l. 1. Annal.
e Senec. l. 1. de clem. c. 3.
f Senec. l. 5. de clem. c. 4.
g Senec. l. 1. de clem. c. 3.
h Lucanus l. 5.
i Virgil. 4. Georg.
Orare pro principe eſt pro ſalute populi orare.
k S. Ambroſ. epiſt. 66. ad Gratianum.
l L. 2. tit. 20. de veteranis. lib. 7. Cod. Theodoſ.
m Plin. in panegyr. ad Traianum.

E

ribus auguſta victimis cuncta: vt in vnius ſalutem collata omnium vota: cum ſibi ſe ac liberos ſuos intelligerent precari, qua pro te precarentur. Sed cum anima, ſpiritusque Chriſtiani hominis, præter quòd motus, ſenſuſque vitæ tradat, per bonas operationes à facultatibus eductas Deo viuat; ſic ſpiritus ille Reipoblicæ Chriſtianæ, fideliumque populorum vitalis, ſe priùs animare debet vita Dei, atque per bona opera ſatagere, vt bene, ſanctéque Chriſto Saluatori noſtro viuat, qui eſt vera vita, quàm ad animandos virtutibus ſuis, rectèque factis ſubditorũ animos acceleret vnde ſicuti, vt dictum ſupra, rectum eſt regula ſui, & obliqui, ita ſe ſibi ſub norma iogoque Chriſti Domini ſuaui regulam conſtituẽs, à ſeipſo boni regiminis initium debet accipere. Quemadmodũ Epiſcopi regni Francorũ Carolo Caluo regnante Ludouicum Germaniæ regem miſſa ad eum epiſtola de illius iniquis in regnum fratris Caroli Calui incurſionibus expoſtulantes verbis iſtis hortabantur. [b] *Et quia de ſtatu, & ſalute populi Chriſtiani, ſicut nobis ſcripſiſtis, vultis quærere, primo à vobis ipſis incipite, qui alios debetis corrigere. Sicut ſcriptum eſt.* [c] *Medice cura te ipſum. Et munda debet eſſe manus à ſordibus, quæ alienas ſordes curat detergere, & quæ in alijs debetis corrigere, nemo in vobis iuſte valeat reprehendere, &c.*

Rex Chriſtianus à ſeipſo bonum regimẽ incipere debet.

b *Epiſtola Epiſcoporum Franciæ de regno Caroli Calui ad Ludouicum Germaniæ regem.*
c S. Luc. 4.

Et cum ſe mentemque ſuam legitima purgatione mundauerit, virtutibuſque Chriſtianis perpoliuerit, à ſacrario puri cordis egrediens, ſuorum purgandis populorum animis viuendique moribus in ſanctitate Chriſtianæ fidei, religioniſque Catholicæ ſinceritate conſtituendis totus incumbat oportet: agnoſcens ſe non ſibi ſed populo natum, datumque à Deo, vt illud ſaluet hîc, atque piè inſtruendo in omnibus quæ Chriſti ſunt, præſenti vita cedentem ad æterna cœlorum regna deducat. Cum enim Chriſtianus princeps prophanum Ethnicumque Imperatorem ita in pleno ſenatu fuiſſe concionatum intellexerit. [d] *Dixi & nunc, & ſæpe alias P. C. bonum, & ſalutarem principem, quem vos tanta, & tam libera poteſtate inſtruxiſtis, ſenatui ſeruire debere, & vniuerſis ciuibus ſæpe, ac plerumque etiam ſingulis: Neque id dixiſſe me pœnitet.* Inſuper cum ad ſpecioſa illa alterius Imperatoris [e] animum, mentemque verba conuerterit dicentis: *ita ſe rempublicam geſturum, vt ſciret rem populi eſſe, non ſuam; talemque ſe præſtiturum Imperatorem, qualem ſibi optaſſet priuatus.* Quid ipſe facturus eſt fidelis princeps non in fæce Romuli natus, ſed in ſacra Chriſti politia genitus, & educatus? Cum enim in procuranda populi ſalute hunc fideliter erudiendo, communique Reipoblicæ bono conſeruando, & augendo ſtrenuè laborioſeque Catholicus princeps occupatur, cuiuſnam boni promotioni vacare ſe credit niſi diuini? [f] Cum Ariſtoteles *bonum gentis, bonum diuinum* nominauerit? Quod confirmans illuſtrando, D. Thomas de prima cauſa ab amore patriæ petita loquens, propter quam Deus Romanis Imperium mundi largitus eſt, dixit. [g] *Prima iam dicta virtus* (ſcilicet amor patriæ, & boni publici) *ſatis erat digna dominio, quæ participabant quandam naturam diuinam, eo quod ad communitatem ſuus fertur effectus: verſatur enim ad vniuerſales actiones populi, ſicut Deus*

2. *Part. Princeps non ſibi, ſed populo natus qualiter illum inſtruere debet.*

d *Verba Tyberij Imp. apud Tacitum & Suetonium.*

e *Adriani Imperatoris verba apud Spartianum.*

Rex Chriſtianus dum regendo populo inuigilat bonum diuinum procurat.

Bonum populi commune diuinum vocatur, & cur.

f Ariſtot. Ethic. l. 1. c. 2.

g D. Thom. l. 3. de regim. princip. c. 4. circa princip.

A B C D

eſt vniuerſalis cauſa rerum. Hæc vna cauſa de præcipuis cur Plutarchus politicam virtutem Reipublicæ adminiſtratricem, regendæ communitatis magiſtram, bonique publici conſeruatricem, alijs virtutibus excellentiorem, dignitateque priorem eſſe dixerit. [h] Τῆς πολιτικῆς ἀνθρωπος ἀρετῆς οὐ κτᾶται τελειοτέραν. *Virtute politica præſtantiorem nullam homo aſſequetur.* At quantò maior, & eminentia dignitatis altior virtus illa politica boni poblici indagatrix, malorum expultrix communium, regni populorumque in eo gubernatrix, in principe Chriſtiano? Quæ luce fidei refulgens, Catholica religione nobilitata, & Chriſtianæ incenſa charitatis ardore ſuas operationes in boni procuratione publici terrarum finibus minimè terminat? Sed eas ſuper aſtra prouehit, hiſque pro populis quos piè, iuſtèque gubernat [i] *viam*, vt ille loquitur, *affectat olympo.* Interea fortunatum illud glorioſumque cœleſtis manſionis, æternæque fœlicitatis tempus maximo cum populis bene moratis, religioſèque inſtructis deſiderio præſtolans, pièque viuendo ſuauiter expectans, quid aliud per eam virtutem facit pro bono temporali princeps religioſus, fidelibus præfectus populis in terra, quam vt loquitur tragicus poëta. [k] *Conſulere patriæ, ſuccurrere afflictis, fera cæde abſtinere, tempus atque iræ dare, Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo parere?* Quid inquam pius ille monarcha, per legem diuinam edoctus agit? Quid molitur? Quid volutat animo? Quid aliud operatur, quam huic ſalutari præcipuoque veri regis ſtudio totum penitus occupatum ſe dedere? quò multitudinem populorum ſibi ſubditam ſanctiſſimæ viuendi rationi mancipet, qua Deo placeat, Chriſto Domino conformetur, diuinæque beatitudinis æternitati viuat? [l] *Quod quidem ſtudium*, inquit doctor Angelicus, in tria diuiditur: *Vt primo quidem in ſubiecta multitudine bonam vitam inſtituat: Secundo vt inſtitutam conſeruet? Tertio vt conſeruatam ad meliora promoueat.* Ad huius vero populorum in ciuili congregatione eaque fideli ſociatorum vitæ bonæ aſſecutionem tria Sanctus doctor deſiderari ſic paulo poſt oſtendit. [m] *Ad bonam vitam multitudinis inſtituendam tria requiruntur, primum quidem vt multitudo in vnitate pacis conſtituatur. Secundum vt multitudo vinculo pacis vnita dirigatur ad bene agendum. Sicut enim homo nihil bene agere poteſt niſi præſuppoſita ſuarum partium vnitate: ita hominum multitudo pacis vnitate carens dum impugnat ſeipſam impeditur à bene agendo. Tertio vero requiritur, vt per regentis induſtriam neceſſariorum ad bene viuendum adſit ſufficiens copia. Sic igitur bona vita per regis officium in multitudine conſtituta, conſequens eſt, vt ad eius conſeruationem intendat.* His dictis, cum tribus impedimentis bonum publicum conſeruari, ac permanere non ſinentibus totidem remedia repellendis adiunxit, ſub finem capitis de tertio cui regis ſtudium incumbere debet, nẽpe de promotione multitudinis iure religioneque congregatæ ad meliora breuiter ita loquitur. [n] *Sic igitur bona multitudinis inſtitutioni tertium reſtat ad regis officium pertinens, vt ſit de promotione ſolicitus, quod fit dum in ſingulis quæ præmiſſa ſunt, ſi quid inordinatum eſt corrigere, ſi quid deeſt ſupplere, ſi quid melius fieri poteſt, ſtu-*

Cur politica vita aliis dicatur præſtantior.

h Plutarc. in Catone maiore.

Quam fructuoſa, & ſpecioſa populis politica virtus Chriſtiana fide charitateque decorata in principe Catholico.

i Virgil.

k Seneca in Octauia.

l S. Thom. l. 2. de regim. princip. c. vlt.

Pii principis ſtudium in regendo ſubditos in tria diuiditur.

m S. Thom. ibi. G.

Ad bonam vitam multitudinis tria requiruntur.

n S. Thom. ibid. in fin. c.

det perficere. Vnde & Apostolos 1. Corinth. 12. fideles monet. [a] *Vt semper æmulentur charismata meliora.* Hoc boni principis studium, non sibi sed populo propter suam ipsiusque salutem nati contendit. Huc illius omnes vigiliæ, conatus, laboresque flectuntur: huc desideria collineant; huc ardentes affectus charitate Christiana formati, eiusque zelo fœcundi magis in dies ad religiosa crescentes opera directi conspirant, necnon Christi Domini nostri saluatoris æstu honoris, & amoris inflammati conuertuntur. Sic igitur consulens populo fidelis piusque princeps, omnem à se remouet suspicionem alicuius sui commodi priuati *facit fidem*, vt loquitur [b] Tullius, *se nihil nisi populi vtilitatem, & fructum quærere.* Cum vox imperialis edicti legisque hæc apud Paulum I. C. illius monarchæ Catholici quotidiana, assiduaque cogitatione circumsonet auribus. [c] *Salutem Reipubl. tueri nulli magis conuenit quam principi.* Nec tam verbo, quam facto, nec tam sermone quam opere, nec tam voce, quam corde ingenue confitetur, quàm illa à Tullio verissimè dicta sint. [d] *Qui Republicæ præfecturi sunt duo Platonis præcepta teneant; vnum vt vtilitatem ciuium sic tueantur, vt quæ unquæ agunt ad eam referant obliti commodorum suorum: alterum vt totum corpus Reipublicæ curent, ne dum partem aliquam tuentur reliquas deserant, vt enim tutela, sic procuratio Reipublicæ, ad eorum vtilitatem, qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa est, gerenda est.* Nam vt alibi idem Romanæ princeps eloquentiæ monebat. [e] *Vt gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria, sic Reipubl. moderatori beata ciuium vita proposita est, vt ea opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, & virtute honesta sit.* Hæc si proponat agenda sibi moderator Reipublicæ prophanus, quantò iustius princeps regni Catholici Christianus? Qui tantum abest vt quæ sua sunt, non quæ populi quærere velit, quinimo pro salute illius, fœlicitateque omnia sua bona, fortunas, dignitates, otium, quietem, fortitudinis, virium, sanitatisque robur, & vigorem, vitam denique ipsam profundere paratus sit: imitando Moysem populi Dei summum rectorem pro populo mori volentem, rogantemque Deum, vt illi immanem sceleris idololatrici culpam populo remitteret, atque pro illius conseruatione salutis mortem pacisci incredibili desiderio flagrantem in has effusum preces, & gemitus. *Obsecro Domine, peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi Deos argenteos; aut dimitte ei hanc noxam, aut si non facis dele me de libro tuo quem scripsisti.* Id est eripe mihi vitam, & populo serua suam. Pari pietatis consideratione paternum Dauidis principis affectum pro populo vita cedere cupientis admirando princeps Christianus verè pius huius regis ardorem charitatis æmulatur. Qui in media suorum ab angelo pestilentię fœtido mucrone necatorum strage lachrymis, gemitibusque clamabat ad Dominum. *Ego sum qui peccaui, istæ oues quid fecerunt?* [f] *Vertatur obsecro manus tua contra me, & domum Patris mei.* Quidni hos sanctissimos, strenuissimosque populi Dei rectores antiquæ legis Rex Christiana pietate magnificus æmulabitur, vt propriæ vitæ periculo subditorum vitam for-

a 1. Cor. c. 12
Princeps pius veroque Christianus non quæ sua sunt, sed quæ Christiani populi sibi crediti quærit.
b Cicero orat. de lege Agrar.
c L. Nam salutem, ff. de officio præf. vig.
d Cicer. 1. offic.
e Cicer. 8. ad Atticum epist. 11.
Moysis pietas & pro populo mori cupientis. 1 Exod 32 v. 31. 32.
Pietas similis Dauidis.
f 2. Reg. c 24

A tunasque seruet? cum Ethnicus populorum infidelium rector, princepsque Thebanorum Pelopidas ciuium suorum sanguinem vitamque effusione proprij sanguinis conseruare voluerit? Qui ad bellum proficiscens vxori seipsum muliebriter roganti, vt suę in prælio vitę conseruandæ, salutisque curam singulariter haberet generosè respondit. [g] *Alij vt ipsum faciant monendi sunt, nam princeps, aut dux hortandus est potius vt seruet ciues.* Quam ab hac pietate in populos, patriamque prodigiosum illud Neronis votum monstri crudelitatis alienum est. [h] *Ἐμοῦ ζῶντος γαῖα μιχθήτω πυρί. Me viuente terra igni misceatur.* Atque ipsi religiosi, Christianique reges, ac principes, dum sese in hæc saluandi, seruandique populos cum sui periculo capitis desideria fortiter, atque conatus effundunt, non tantum insignes pietate reges, atque magnanimos veteris testamenti principes, sed ipsum Dominum B gloriæ generosa æmulatione sectantur. Qui fuit antonomasticus ille pastor [i] bonus, qui posuit animam suam pro ouibus suis, hominum scilicet animabus, vt eas sanguinis vitæque propriæ profusione ab æterna morte redemptas in sempiternæ vitæ gloriæque lucem, splendoresque custodiret.

Verum vt eò redeamus vnde paululum deflexímus, quò rex, atque princeps religiosus, vereque Catholicus populos ad virtutes, Christianæque pietatis actus efficacius instruat, & ad eorum meritorios effectus, operationesque potentiùs impellat, facere debet quæ ipse iubet, cum recta intentione placendi Deo, votoque seruiendi, ne si secus fecerit populo cui præest contra naturam regnantis inferior virtute, meritoque minor habeatur. In se virtutes amplectatur, quas in subditos effundere cupit, & ab enormibus abhorreat vitiis vitamque suam ab illis, tanquam animorum pestibus longè, proculque remoueat, quæ in po- C pulis suæ fidei commissis vehementer execratur. [k] *Refrænet primum libidines, iracundiam teneat, spernat voluptates, coerceat auaritiam, cæterasque animi labes repellat: tum incipiat aliis imperare cum dedecori, & turpitudini parere desierit.* Qua quæso ratione is populos subditosque sibi Rex aut Imperator continere poterit, qui seipsum non continet. [l] *Frugi hominem dici non multum laudis habet in rege, fortem, iustum, seuerum, grauem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, & mansuetum, hæ sunt regiæ laudes atque virtutes.* Præclarum Cyri dè capacitate regnantis iudicium, qui vt ait Xenophon. [m] *Οὐκ ᾤετο προσήκειν οὐδενὶ ἀρχῆς ὅστις μὴ βελτίων εἴη τῶν ἀρχομένων. Non censebat conuenire cuiquam* D *imperium, qui non melior esset iis quibus imperaret.* Sed de hoc iam quædam supra. In republica Christiana, hoc suauius audietur, & verius in qua regnantium virtutes optantur, non vt solum subditi in pace temporaliter in hoc mundo viuant, sed vt æternæ iocunditatis hæredes in cœlo regnent, sic imperium terrestre cœlesti subseruiat; Vt hæc S. Gregorij ad Imperatorem Mauritium verba significant. [n] *Ad hoc potestas dominorum meorum pietati cœlitus data est super omnes homines, vt qui bona appetunt adiuuentur, vt cœlorum via largius pateat, vt terrestre regnum cœlesti regno famuletur.* Hoc est verè, fœliciterque regnare, regnum suum diuini regni

g Plutarc. in Græcorum Apophtheg.
Crudelissimum crudelissimi Imp. Neronis votum.
h Sueton. in vita Neronis c. 38.
i 8 Ioan. c. 10
3. Part. Princeps magis populum instruere debet facto, & exemplo, quàm eloquio, & imperio, vt potentius ad bene viuendum persuadeat.
k Cicer. paradox. 5.
l Cicer. orat. pro lege Manilia.
m Xenoph. l. 8. ped. dignior imperio qui melior.
n S Greg. epist. 61.

imperiique seruitio, necnon amplitudini gloriæ consecrare, & operationibus virtutum ad earumdem studium, & amorem vehementer ciues suos, ac populos inflammare. Quibus illustrari, & in earum operibus exercitati in regno temporali, & fideli fiant postea æterni, & gloriosi cœlorum imperij ciues beati, maiestatisque diuinæ sanctuario, iure ciuitatis supernæ donati perfruantur. Sicut ex aduerso sceleratus ille princeps immitis crudelisque tyranni partes exercet: qui vt aiebat Tacitus.[a] *Ex magna fortuna licentiam tantum male faciendi vsurpat, & qui non ad curas intentus, sed stupris, & adulterijs principem agit.* Non sic pij, & sincere Catholici reges æternæ gloriæ, diuinæque visionis appetentes, & auidi. Quorum pietas, & religio omnia facinora memorabilia, B præclaraque reliquarum virtutum opera quantumuis ardua, nec sine periculo pro Christi gloria, seruitioque, aggredi non dubitant; clementia verò, humanitas, & amor eorundem in populos, ipsorum salutis prosperitatisque temporalis, & æternæ causa, in omnium bonorum actus exercitationesque nituntur, & assurgunt. Quo animo affectum fuisse Tyberium Imperatorem huius nominis secundum, Christianæ religionis, charitatisque splendoribus illustrissimum, Suidas ista referendo comprobat. *Tyberius Romanorum, Constantinop. Imperator, quem Iustinus commendat, vt virum clementissimum, & humanum hominem alienum ab auaritia, qui fœlicitatem in vno eo reponat, vt floreat populus, & omnibus rebus abundet, communem hominum fœlicitatem præclarum, & inuiolatum thesaurum existimans; quique tyrannicam insolentiam perosus, & humanitatem amplectens, & regi à suis, quam illos à se crudelius tractari, paterque à suis dici maluerit quam Dominus.* C Hęc Suidas: qua bene faciendi, operandique prædicatione, atque laude io gratiam populorum salutis Iustinianum Imperatorem magnopere Agapetus Ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconus extulit; cuius ideo[b] imperium venerandum iure prædicabat: *quod hostibus terrorem, potestatemque demonstraret, humanitatem vero subditis exhiberet, vt cum hic imperator hostes suos armorum vi vinceret, ipse à suis subditis, atque populis sibi fideliter obsequentibus inermi charitate vinceretur.* Hinc orta sapientum Christianorum ingenua, veraq; confessio, plus esse magisque gloriosum principem esse philosophum, nempe sapientiæ, charitatisque amatorem, qua bene suos instruit, ac diligit, quam bellatorem, atque militari fortitudine præstantem, qua suos vincit hostes, armisque subigit. Hoc asseruit, crediditque Athanagoras Christianus philosophus, qui[c] apologiam pro D Christianis ad Imperatorem Aurelium, & Commodum filium hac inscriptione suæ teste sententiæ opinionisque notauit. *Imperatoribus M. Aurelio Antonino, & Aurelio Commodo Armeniacis* (scilicet victoribus) *& quod maximum est philosophis &c.* Sed cum de philosophia loquor à qua principes laudabilius philosophi dicuntur, quàm bellatores, non est animus de illa vana atque

[a] Tacit. l. 4. hist.

Pietas in Christum, & amor in populos boni principis omnia bona operantur in illo.

Tyberij 2. Imper humanitas & amor in populum, eiusque causa salutis & fœlicitatis omnia faciebat.

[b] Agapetus Diac. epist. parænetica ad Iustinianum M. an. 527.

Iustiniani charitas in populos & potestas in hostes.

Plus est principem esse philosophum quā bellatorem.

[c] Apolog. Athanagoræ ad Imp. Aurelium, & Commodū.

A vetosa ethnicorum philosophorum verbo tenus sapientia, seu potius sapientiæ, philosophiæq; larua cogitare: qui barba potius, quàm vita, verbis quàm factis, disputationibus quàm virtutum actionibus philosophi esse malebant. Qui in hoc maximè gloriabantur, quod suas in schola subtilitates, argutiasque sophisticas, buccis, vt loquitur Sanctus Hieronymus, inani sono, plausuque trotinarentur inflatis. Sed de illa loquor philosophia vera quæ bene viuere docet, non verò bene loqui tantùm, quæ possessorem suum vehementer in virtutum operationibus exornat, quæ in principe non tātum bonum virum, sed etiam bonum rectorem facit, quæ illum iustitiam seruare docet, legesque tueri, quæ illum ad bona primùm opera exercet, deinde in apertam imperij sui lucem, campumque suæ dominationis educit. B Vt bene instructus, & in sapientia ciuili, & Christiana confirmatus alios populos, nempe suæ iurisdictioni, principatuique seruientes ad piè, iustéq; viuendum non tam edictis, quàm exemplis erudiat & efformet. De ista, inquam, philosophia loquor, de qua dicebat Imperator Iustinianus.[d] *Iustitiam namque colimus veram, ni fallor, philosophiam non simulatam affectantes.* Quæ philosophia in hominum saluti consulendo, eorumque mores, ad normam voluntatis diuinæ perpoliendo consistit, non tam bene loquendo, quàm bene viuendo: quod longè melius, & laudabilius est quàm antiquorum philosophorum contentionibus linguæ magis, quàm operationibus bonæ vitæ occupatorum more philosophari. Vt præclara, atque memorabilis illa Lactantij ex Ciceronis de gloria libris (quos nobis temporis iniuria furata est) deprompta sententia denuntiat, & a- C perit.[e] *Ciuiles viros, qui rempublicam gubernant, qui vrbes aut nouas constituunt, aut constitutas æquitate tuentur, qui salutem ciuium, vel bonis legibus, vel salutaribus concilijs, vel iudicijs grauibus conseruant philosophiæ doctoribus præferamus. Etenim omnis illorum disputatio quamquam vberrimos fontes virtutis, & scientiæ contineat, tamen collata cum horum actis, perfectisque rebus vereor ne tantum videatur oblectationem otij attulisse.* At principes religiosi bonis virtutum christianarum operationibus se verè Catholicos exhibentes (vt sæpius diximus) omnes suas occupationes serias, grauiaque studia non solùm in procuranda salute suorum populorum temporali collocant & impendunt, sed altiùs ea promouentes æternæ eorum fœlicitati prospiciunt, quæ in cœlorum regno sistitur, ibique immarcessibili diuinæ gloriæ lauto fulgescit. In quod dum per exercitia sanctarum virtutum, viam subditis illis ostendunt, D atque eos, vt in illud bene viuendo aditu, ianuaque patefacta tandem aliquando terris relictis ingrediantur, exemplo religiosæ suæ, sapientisque vitæ, miro affectu paternaque charitate prouocant: se & illos in hac vita magnopere consolantur: eaque ratione faciendo quæ iubent, subditis populis maiores se non minus virtute, quàm potestate demonstrant.

Quænam est illa philosophia quā principes laudabilius & nobilius philosophi quàm bellatores nominantur.

[d] l. 1. ff. de iustitia & iure.

[e] Lactantij ex Ciceronis libris de gloria pulchra sententia.

CAPVT VI.

Bonus princeps in gubernando populos, non differt à bono patre, in hoc à tyranno maximè diſcretus, & alienus.

1. *Quam dulciter, & manſuete pius, ac Chriſtianus Rex tractat ſuos ad ſalutem temporalem, & æternam eorum, & ſuam.*
2. *Inter bonum principem, & tyrannum quanta diſcrimina.*
3. *Tyrannorum & poſteritatis eorum, breuis proſperitas atque vita, quos Deus hic & in altero mundo grauibus pœnis afficiet.*

Bonus ac pius rex Dei paternum affectum, atque miſericordiam in ſuos imitari debet.

IVINVM, paternumque Dei miſericordiarum, & totius conſolationis in omnes creaturas præcipuè rationales affectum, Chriſtiani principes, atque monarchæ, cuius inter mundi regnatores, ac dominos imaginem ſingularem viuamque referunt, imitari debent.[a] *Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos.* Vt de ſubditis bene viuentes ad meliora virtutis opera beneficiis, præmiiſque promoueat, alios vero à recta viuendi ratione deprauatis actionibus exorbitantes, vel muneribus doniſque regiis à miſericordia profectis, vel ſi hæc dulcedinis via nil proficiat leuibus caſtigationibus à charitate paterna manantibus intra C probitatis lineas, honeſtæque vitæ terminos, eiuratis vitæ prioris erroribus, clementiſſimè reducat. Nec inferior principis in ſubditos, quàm patris in filios charitas, affectuſque minor eſſe debet, etiam paganorum philoſophorum, ſcriptorumque teſtimonio, atque ſuffragio, vt[b] Xenophontis, qui pium boni principis affectum in ſibi populos obſequentes, à pietate veri patris in filios nullo planè modo diſcrepare, diſſentireque manifeſta fultus demonſtratione pronuntiat. Quod ſicut pater liberis quoad fieri poteſt impellente ad id naturę bonitate, bona cũcta ad ſalutẽ neceſſaria procurare ſolet: ſic ſubditis paria in ratione ſocietatis, communitatiſque ciuilis rex ſeruantiſſimus æqui largiri contendit. Inde ortus ab antiquo titulus honoris, quo reges, atque principes hac in populos benefaciendi charitate prædити D [c] εὐεργέται οἱ ἄρχοντες appellabantur, vt non obſcurè Chriſtus Dominus[d] Lucæ 22. his verbis ſignificare dignatus eſt. *Reges gentium dominantur eorum, qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur.* Cum enim Dei proprium ſit, teſte Philone, præter diuina Sanctarum ſcripturarum oracula, quibus illæ redundant εὐεργετεῖν, ſcilicet *benefacere*: eius profectò viuam tum demũ effigiẽ, imaginemque principes in ſe repræſentant: cum populis ſibi creditis beneficia conferre, plurimum prodeſſe, atque eorum neceſſitatibus opitulari deſiderant, ac deſiderata, factis adimplere conantur. *Sunt enim*,[e] inquit ille, *principes vt verum fatear publici parentes ciuitatum, ac gentium quotquot boni ſunt, nec cedunt pietati naturalium: contra qui in ſubditorum detrimentum*

Non minor eſt boni principis in ſubditos affectus, quam patris in filios.

[a] Matth. 5. v. 45.

[b] Xenophon l. 8. de Cyri inſtit.

[c] Principes dicti benefici.

[d] Luc. 22. v. 25.

[e] Philo Iud. l. de creat. princip.

A *abutuntur potentia nequaquam principes, ſed hoſtes appellandi ſunt, cum agunt beſtiba.* At poſt hæc declarata magna principum in humana ſocietate ad nocendum, ſiue benefaciendum potentia, hanc poteſtatem diuinitùs principibus ad ædificationem, non vero ad deſtructionem his verbis collatam eſſe concludit.[f] *Hi omnes* (ſcilicet principes populorum) *& prodeſſe poſſunt, & obeſſe: debet tamen id velle quod eſt meliùs. Præſtat autem iuuare quoſcumque poſſis pro viribus: nam præceptum vulgo tritum. Deum ſequere, non aliud ſignificat; quandoquidem ille, cum vtrumque poſſit, mauult benefacere, vt liquet ex mundi creatione, atque regimine.* Ita hoc bonitati principis beneficentiam, miſericordiamque Dei ſequentis, patriſque veri ſaluandi liberos affectum induentis, ſemper inſitum eſſe ſolet magis de ſubditorum ſalute, quàm de B ſua perturbari. *Neſcimmus parcere ſanguini noſtro, dum ſeruamus alienum*; dicebat Anthemius Imperator, in reſponſione ſua ad orationem Sancti Epiphanij Ticinenſis vrbis in Liguria Epiſcopi, pro Ricimere patritio, qui contra hunc Imperatorem rebellauerat, affectu magno deprecantis. *Nemo tamen hoc credat propria cauſa factum eſſe fortitudinis: nam in tanta circumſpectione ſalutis omnium ſolùm pro nobis timere non nouimus. Bene enim apud nos compertum eſt perire Imperatori laudem ſuæ virtutis, qui pro aliorum cautela non timuit. Eſt quippe princeps pater publicus, & communis*, vt apud Caſſiodorum[g] Theodoricus Rex aſſerebat, qui ſicut pater filiorum non mortem, ſed vitam, non ruinam, ſed ſalutem impulſu naturalis pietatis affectat. Qui infortuniis populorum C non inhiat, ſed proſperitatibus inuigilat. Cui magis curæ eſt publica ſalus, quam propriorum liberorum. *Ingens gloria eſt*, aiebat Nicomachus de Imperatore Tacito apud[h] Vopiſcum, *morientis principis rempub. magis etiam amare quàm filios.* Ad hanc gloriam pietate in populorum ſalutem comparandam, Alexandrum Magnum nobilis quidam conſiliarius Philiſcus nomine, hac exhortatione compellabat.[i] *Ad gloriam incumbe, verum ea conditione ne ſis peſtis, vel magnus aliquis morbus, ſed pax, & ſanitas: affirmans per vim, & ſæuitiam expugnare ciuitates, & populos exſcindere, peſtilentiam eſſe, ſanitatis vero, ſalutiſque ſubditorum rationem eſſe pacis commodam.* Tito Veſpaſiano, quem propter ſingularem naturæ bonitatem, magnamque in imperiom pietatem, & noua ſemper D populo Romano beneficia largiendi profeſſionem, omnes ſub eius imperio[k] generis humani delicias appellare ſolebant, Plinius ſcribendo dicebat.[l] *Ex æquo tecum viuit imperium.* Hac breuitate verborum inſinuare volens, hunc principem non minùs largiter, nec cum minori dilectione, charitateque beneficia ſua popolo, ſubditiſque Romani imperij ſuæ commiſſis directioni, quàm ſua patrem bona liberis effundere. De cuius puritate, & innocentia iſtud cecinit Auſonius.

[m] *Vnum dixiſti moriens te crimen habere,*
Sed nulli de te, non tibi credidimus.

Paternus amor magnam animo parẽtum curam, ſolicitudinemque de liberorum proſperitatibus ingerit; ſed maiorem principis pietas ipſius animo benefaciendi ſeruiẽdique ardorem populis

[f] Philo ibid.

Rex bonus plus de populi ſalute, quàm de ſua ſolicitus.

Reſponſ. Anthemii Imp. ad orat. S. Epiphanii.

[g] Caſſiod. l. 4. epiſt. 42.

Princeps pater patriæ plus Remp. amat quàm proprios liberos.

[h] Vopiſcus in Tacito Imp.

[i] Ælianus l. 14. de varia hiſt.

[k] Suet. in Tito.

[l] Plin.

[m] Auſon.

accendit. Tybcrius Imp. Senatuoftendere cupiēs cutam, folicitudinemque de falute populi Imperatoriæ maieftatu à legibus impofitā dicebat.[a] *At hercle nemo refert quod Italia externa opis indiget, quod vitapopuli Romani per incertamaris, & tempeftatum quotidie voluitur, Hanc curam fuftinet princeps, hac omiffa funditus Rempub. trahet.* Quorfum vero ifta fcripturæ fanctæ? *Vidi principes ambulātes quafi feruos fuper terrā.*[b] Quod nēpe regia maieftas fit nobilis feruitus & cura falutis alienæ, vt fupra dictū eft, quæ populorū quieti fortunis, vitæque profpere feruit, famulatutque tanta cū manfuetudine, folicitudine, charitatis inftar paternæ, liberorum faluti profpicientis: vt illi firmiter in pace radica.i, atque fundati ab omni hoftium externarumque calamitatum turbine liberati, inter fe fub vnius imperio, iure, legibus, atque vera fociati religione pacificè, valdeque dulciter bonis affluentes temporalibus, totius fuæ curfum vitæ peragant. Ob eas rationes, caufafque fcripturæ facræ, reges, ac principes, ductores populi Dei, angulos, feu lapides angulates inftar omnium dominantium principis faluatoris noftri fæpius appellarunt, vt[c] Iudicum libro. *Omnes anguli populorum, & cunctæ tribus.* lib. 1. Regum[d] *Dixitq; Saul applicate huc vniuerfos angulos populi.* Sophoniæ Capite 3.[e] *Difperdidit gentes, & diffipati funt anguli earum* Scilicet principes. Pari fenfu de his populorum principibus Zacharias loquitur.[f] *Ex ipfo angulus; ex ipfo paxillus; ex ipfo arcus prælij; ex ipfo egredietur omnis exactor fimul.* Quare hoc? Quia ficut angularis lapis totius ædificij robur firmamentumque perhibetur, fulciens illud, ac fuftineos, pofitufque in angulo duos parietes folidè conftructos connectere folet. Ita reges, atque principes firmitas, atque foliditas pacis fœlicitatifque populorum, quibos præfunt, quotumque vitam, negotia, fortunafque fuftinent, appellantur: eofque vt inter fe amicè, ac pacificè viuant, facro legum inftitutorumque iuftorum vinculo coniungunt. Vnde Diuus Hieronymus.[g] *Cum angulus*, inquit, *in tota domo fortiffimus fit angulum pro regno ponunt fcriptura eò quod populos contineat.* Noo aliter quàm Chriftus Dominus lapis angularis à Propheta regio dictus eft.[h] *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic factus eft in caput anguli, quia his duobus partetibus (de his loquor,* inquit Sanctus Gregorius Nyffenus, *qui ex Iudæis, & gentibus crediderunt,) his quidem prana religioni fermentibus, illis vero legis iugum trahentibus in vnum coactis, diftantia, atque diuerfa coniunxit, & vnam ex ambobus compofuit Ecclefiam, angulum quendam imitatus duos parietes coagmentantem, & inter fe coniungentem. Vt qui per fidem vnam duos populos coniungit:*[i] ait Sanctus Cyrillus in Efaiam 28. *Semper enim in angulis ædificiorum duo concurrunt muri, & contigui in vnum coagmentantur.* Sic vtrique populi per diuinum illum angularem lapidem faluatorem mundi fuftentati, & coagmentati, modo huic lapidi facro velint effe femper innixi, ad ftructuram æternæ fœlicitatis affurgunt. Huius benedictionis actiuæ à Chrifto Domino participatæ, & acceptæ, qua fideles populi hîc, & in æternitate cœleftis gloriæ bene fortunati beantur, principes regefque Chriftiani participes effe valebunt: fi vitam fide Catholica dignam operibus, actionibufqoe piis exco-

a Suet. in Tyberio.

b Ecclefiaftis c. 10. v. 7.

Cur reges ac principes dicuntur ambulare tanquam ferui fuper terram.

Cur reges ac principes populorum inftar Chrifti anguli fiue angulares lapides appellantur.

c Iudic. c. 20. v. 2.

d 1. Reg. c. 14. v. 38.

e Sophon. c. 3. v. 6.

f Zachar. c. 10. v. 4.

g S. Hieron. in Efaiam c. 28.

h S. Greg. Nyff. aduerfus Iulianum.

i S. Cyrill. in Efai 28.

A lentes à veftigiis charitatis, benignitatis, mifericordiæqoe Chriftianæ in populos fuæ traditos cuftodiæ nunquam diftracti tecedant.

[k] *Tu curam patremque geras, tu confule cunctis.*
Non tibi nec tua te moueant fed publica damna.

Illudque in magnum decus bono, ac manfueto principi verti debet elogium apud Homerum,[l] *πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν. Mitis erat ficut pater*: qui fi quandoque fubditis propter eminentiam fummæ, potentifque maieftatis formidabilis appareat, fæpius tamen, & fere femper per fuauitatem benignitatis, amabilis patere debet. Sicut egregie Imperatorem Iuftinianum ad id fimul atque ad imperij culmen cuectus eft Agapetus diaconus hortabatur[m] *Efto fubditis, pientiffime Imperator, & formidabilis ob excellentiam poteftatis, & amabilis ob largitionem beneuolentiæ, neque formidinem contemnens propter amorem, nec item a-* B *morem negligens ob formidinem. Sed tam manfuetudinem præ te ferens haud afpernabilem, quam afpernabilem familiaritatem immiti feueritate caftigans.* Ita nonnunquam Catholicus Princeps quamuis natura mitis, & clemens, fubditis ficut pater filus formidini, fed amabili manfuetæque effe debet, ne peccent illi: & fi peccauerint boni principis, ficut manfoeti patris eft vel facti pœnitentibus ignofcere, vel leniter, leniterque corrigere, vt ad iuftitiam redeant inqoe fui debiti muneris, officiique circum meritoriè reducantur. Præclare in hanc fententiam Seneca.[n] *Parcendum eft*, inquit, *etiam improbis ciuibus, non aliter quàm membris languentibus, & fi quando miffo fanguine opus eft fuftinendum eft; nec vltra quàm neceffe fit incidas.* Sed eo præclarius adhuc Sanctus Gregorius Nazianzenus, cum populi principem fic affatur.[o] *Cum Chrifto imperium geris, cum Chrifto munus hoc adminiftras; ab illo gladium accepifti non tam vt eo vtaris, quàm vt minetis, ac terreas. Quare tibi vidēdum eft, vt illum tanquam donarium quoddam purum, & integrum ei qui* C *dedit ferues.* Quæ fanari poterunt quacomq; dulcedinis, manfuetudinifque ratione princeps fanare debet.[p] *At quæ refecanda erunt non patietur ad perniciem Reipub. manare*, aliter fibi commiffos regere non poffet, nifi eos, qui funt perditores, & perditi (vt[q] Leonis verbis vtar) zelo fidei Dominicæ, iuftitiæque Chriftianæ reuerentia perfequeretur; & à fanis mentibus oe peftis hæc latius diuolgetur, feueritate qua poteft duci tamen, clementiæ intincta irriguis abfcindat, illudqoe Pythagoræ in illius verteretur opprobrium, *οἱ μὴ κολάζοντες τοὺς κακοὺς, βούλονται ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς. Non punientes malos, volunt bonos fieri iniuftos.* Sed vbi oon eft metus maioris populorum deprauationis ab indulgentia, & manfuetudine regnantis, D tunc religiofus, clemenfq; princeps cum Athalarico Gothorum rege merito dicere poterit,[r] *At noftra vere pietas cuftoditur dum feriato gladio nafcitur metus, & peruenit fine cruore correctio. Commonemur enim placati, minamur otiofi, & clementer irafcimur, quando fola vitia damnamus. Cura, & anxietas magna videre fubditos vitiis fcatentes: fœlicitas principis habere morigeros, & amatores eorum quæ expediunt.* Sic *labor cogitatione aufertur regnanti dum fubditis fibi profutura deponunt.*[s] Vt apod[s] Caffiodorum alius Gothorum rex Theodoricos dicebat. Ex quibus aliifq; quāplurimis poftea decenti reponēdis ordine, apparet quātis bonus, piufq; princeps, ab impio in fpecie

k Claudianus poeta ad Honorium Imp.

l Homer. Odyff. 6.

m Agapeti Diaconi ad Iuftin Imp. parænetica orat.

Semper amabilis fubditis effe debet bonus princeps aliquando formidabilis, fed tamen dulciter ne peccent, & vt in officio fuo contineantur.

n Senec l. 1. de ira cap. 5.

o S Greg. Nazianz orat. 17.

p Cicero 2. Catil.

q Leo 1. epift. 2.

r Caffiodor. l. 9 Variar. epift. 15.

s Caffiodor. l. variar. epift. c. 49.

homonis immanitatem feritatemque belluæ gestante tyranno differentias, atque discriminibus interserim. Senecam ita loquentem in primis audiamus.[a] *Quid interest inter tyrannum, & regem? Species enim ipsa fortunæ ac licentia par est, nisi quod tyranni ex voluptate saeviunt, reges nonnisi ex causa, & necessitate. Quid ergo? Non reges quoque occidere solent? Sed quoties id fieri publica utilitas persuadet, tyrannis sævitia cordi est. Tyrannus autem à rege distat factis non nomine.*[b] Alio in loco hic magnus moralis philosophiæ magister regiam maiestatem armorum, legumque munitam præsidiis nullo modo noxiam, sed salutarem semper subditis, legique naturæ conformem esse debere scribit, cum ait. *Natura commenta est regem, quod & ex aliis animalibus licet cognoscere, & ex apibus, quarum regi amplissimum cubile est, medioque ac tutissimo loco.* His post multa regiæ maiestati competentia, insuper hæc adiunxit.[c] *Hoc tamen maxime distinguuntur: iracundissimæ, ac pro corporis captu pugnacissimæ sunt apes, & aculeos in vulnere relinquunt: Rex ipse sine aculeo est, noluit illum natura nec sævum esse: nec ultionem magno constaturam petere, telumque detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens, quod si ut alijs visum, suum quoque rex aculeum habet, quia tamen, ut ait*[d] *Aristoteles eunen utitur, etiam carere existimatur.* Propterea præclarissimam verissimamque hanc ipse gentilitiæ sapientiæ doctor naturali valde consentientis ahbi sententiam dictis prioribus[e] admiscuit. *Non decet regem sæva nec inexorabilis ira, non multum enim supereum eminet qui se exæquat.* Princeps pius, & tyrannus, societatis osor humanæ, populum eo plane contrario affectu quo pastor, & lanio ouē, agnumque respiciunt, [f] *ille siquidem ovem agnumque respicit ut pascat, hic ut mactet, & occidat.* O immitis populorum carnifex tyrannus! O pius eorundem pater, pastorque princeps, Rexque vere Christianus! Quanta tandem illum impium crudelemque tormenta in inferis expectant; hunc vero pium, beneficumque quanta in cœlo bona præstolantur! *Eorum alter bonum nempe princeps animo habet,* ait [g] Seneca, *quibus in munimentum pacis utitur,* alter tyrannus videlicet, *ut magno timore magna odia compescat.* Cuius, inquit [h] Tacitus, *proprium est auferre, trucidare, rapere, falsis nominibus imperium, atque ubi solitudinem fecerit pacem appellat:*[i] *apud eum nobilitas, opes, omissi, gestique honores, pro crimine, & ob virtutes certissimum exitium.* Alia mala sub quorum pondere gemit imperium regnante tyranno commemorat sanctus Gregorius, cum per epistolam Phocam imperatorem sic alloquitur.[k] *Quiescat felicissimis temporibus vestris* (quæ talia esse ex voto pronūtiat) *universa respublica probata sub tanfarum imagine prædæ pacis. Cessent testamentorum insidiæ, donationum gratiæ violenter exactæ. Redeat in cunctis in rebus propriis secura possessio, ut sine timore habere se gaudeant, quæ non sunt eis fraudibus acquisita. Reformetur in singulis sub iugo imperii vestri libertas sua, hoc namque inter reges gentium, & rempublica, (nempe Christianæ) imperatores distat, quod reges gentium* Domini servorum sunt, imperatores vero Domini liberorum &c. At sub pio principe vere catholic hæ malorum tempestates reipublicæ fines adorari non audent, nec impetu fido, principis virtute litori mori immanium fluctus mg. uere. Omnis civium oppressio supprimitur, indignaque populis Christianis servitus, captivitasque, vera, nobilisque redeunte libertate relegatur.

[l] *Fallitur egregio quisquis sub principe credit*
Servitium, nunquam libertas gratior extat
Quàm sub rege pio.

Cuius pacificæ libertatis, tranquillæque vivendi suavitatis ratio reddi potest ex his quæ recenset Aristoteles,[m] nempe subditos indigne minimè pertimescere, aliquid iniustum se perpessuros ab eo principe, quem religiosum, Deique iussa trementem, illiusque paratum servire mandatis arbitratur, minusque in eum audebunt insurgere, quem Deum sibi habere propitium pro sua pietate credent sibique persuadebunt.

Sed sciant miseri tyranni, intelligantque, humanæ societatis oppressores atque carnifices, horrendum esse incidere in manus Dei viventis, quas in vindictam scelerum suorum potenter, atque grauiter experientur, licet humanarum legum censura eos non tetigerit, & quamuis gratia fallacis prosperitatis fregerint venam. Nihilominus etiam in hac vita interiori tormento, conscientia malefactorum, ac criminum diuinæ iustitiæ carnifice æternarum præcursore pœnarum, nisi resipiscāt, dies, noctesque torquebuntur.[n] *Etenim si tyrannorum mentes recludantur possent aspici laniatus, & ictus. Quando ut corpora verberibus, ita sævitia libidine, malis consultis animus dilaceretur,*[o] *adeò facinora, & flagitia in ipsis quoque in supplicium vertuntur.* Ideoque[p] *quam vellent nunquam sceptra fulsisse superbis.* Quorum vita, posteritas, inanis gloria, & opes tot quæsitæ sanguine, & ruina populorum exiguo tempore durabunt. Iuxta illud Dei oraculum Dauidis ore promulgatum.[q] *Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos.* Et illud Senecæ.[r] *Tyrannorum exercabilis, ac breuis potestas est.*[s] *Vnde Thales interrogatus, ti διxαλov εiη vεωτεpov, Tυpavvov γέpovτα. Quid difficile vidisset? Tyrannum, inquit, senem.* Misera quoque, & egena, breuique interita superstes tyrannorum posteritas.[t] *Violentorum nepotes non saturabuntur pane.* Quod aliis verbis Esaias expressit.[u] *Tela eorum non erunt in vestimentum,* posteris videlicet,[x] *& fremens imperium peribit.* At contra iusti, atque pij principes, atque reges[y] *consenescunt, liberisque, ac nepotibus tradunt regna.* Quibus longæuum Deus semē promittit. Vox Dei est de semine Dauid,[z] *Semen eius in æternum manebit;* atque sicut ipsi Dauidi loquitur. *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc quæ docebo eos. Et filij eorum vsque in sæculum sedebunt super sedem tuam.* Qui futurorum in cœlo gaudiorum æternitatem expectantes mira consolatione, gaudio, & sancta lætitia non leuiter, aut inaniter exultant, dum se amore, obedientia, ac veneratione sinceris honorari coli, ac prosequi sentiunt.

Margin notes (left column): 1. Pars. Differentia inter bonum principem & tyrannum. [a] Seneca l. 1. de clement. c. 11. 12. [b] Seneca l. 1. de cle. c. 19. Clementiam dulcedinemque legis naturalis esse sequi debet. [c] Senec. ibid. [d] Arist. l. 5. hist. animal. c. 21. [e] Seneca l. 1. de Clement. c. 5. [f] Clem. Alex. 1. Strom. maximus Tyrius. Princeps verus ut pius & tyrannus poppanum respiciunt affectu diuerso quo ouem respiciunt pastor, & lanio. [g] Seneca l. 1. de clement. Quanta mala reip. ingruunt tyrannide dominante & comite. [h] Tacit. in agric. [i] Tacit l. 1. hist. [k] S. Greg. l. 11. epist. 36. indic. 6. c. 36. Regnante bono principe omnia mala ab imperio arcentur, quæ tyranno antea cumulabantur.

Margin notes (right column): [l] Claudian ad Honorium Imp. l. 3. contra Stilicon. [m] Arist. l. 5. polit. c. 11. 3. Pars. Tyranni populi oppressores per iniustitias & dolos quamuis humanarum legum paenas effugiant Dei vindictam manum vindicem non euitabūt. Hebr. 10. c. 10. v. 31. [n] Tacit. l. 6. annal. [o] Seneca l. 2. de Clement. [p] Silius Ital. l. 13. Gloria, vita & posteritas tyrannorum breuis, contrà bonorum principum. [q] Psal. 54. v. 24. [r] Seneca l. 1. de Clement. [s] Laertius in vita Thaletis. [t] Iob. c. 29. [u] Esaiæ c. 59. [x] Psal. 36. v. 28. [y] Seneca l. 1. de Clement. [z] Psal. 131. Psal. 88. v. 37.

CAPVT VII.

Subditus obedientiam, amorem, & honorem principi debet, ficut princeps fubdito amorem reciprocum, fubuentionem, & auxilium præftare tenentur.

1. *Amorem fuorum magni princeps facere debet, vt murum falutis fuæ inexpugnabilem.*
2. *Magna vis Chriftianæ religionis & charitatis ad placandum iratum principis animum, vt fubditorum culpis ignofcat.*
3. *Deus cum vult populum à grauibus afflictionum liberare preffuris, bonum dat illis principem, & contrà.*

Amorem fuorum princeps magni debet æftimare.

AMOR populorum in priocipes regefque fincerus quàm prætiofa res eft, quàm nobilis, quam grata, dulcis, & defiderabilis, quá diligenti ftudio, amoreqoe mutuo à principe quærenda, quæfita vero quam dulciter, teneréque conferuanda. *Mollis eft animus diligentis ad omnem fenfum doloris argutus, fi negligentius tractes, cito marcet vt rofa, fi durius teneas lucet vtlilia*, dicebat Symmachus [a] præfectus vrbi ad Aufonium Aquitanum fcribēdo. Atque vt quanti hunc populi in fe amoris affectum princeps æftimare deberet Panegyriftes C animo principis, & imperatoris Traiani imprimere his illum verbis affando conatus eft. [b] *Non eft vllus affectus tam erectus, & liber, & dominationis impatiens, nec qui magis vices exigat, quàm amor; poteft fortaffe princeps iniquè, poteft tamen odio effe nonnullis, etiam fi ipfe non oderit, amari nifi amet non poteft. Nil fine amore in principe tutum.* [c] *Fruftra quippe fe quis armis tuebitur, qui feptus charitate non fuerit: armis enim arma irritantur.* Princeps àiufto periculi metu non erit immunis, nifi fubditorum charitatis affectibus tanquam firmiffimis tuendæ vitæ, atqoe dignitatis armis ftipatus corroboratufque dominetur. Quid fanctus Cyprianus dicat attendamus. [d] *Maior regibus quam cæteris metus eft, eam ille timere cogitur, quàm timetur.* Simile ante eum Minutius Fœlix. [e] *Rex es, tam times, quam timeris; & quamuis fis multo comitatu ftipatus, ad periculum tamen folus es.* Hæc quidem D vera funt fi à principe verus populorum abfit amor. Quò ergo illa Senecæ? [f] *Errat fi quis exiftimat tutum effe ibi regem, vbi nihil à rege tutum eft, fed fecuritas fecuritate mutua pacifcenda eft.* At quæ maior fecuritas quàm amoris, veræqoe populorum in principem charitatis effe poteft? Cuius præfidio fi fe princeps, rexque muniendum, feruandumque credat, fciat vitam, faluremq; fuam ahæneum effe murum, & inexpugnabilem, contra quem quicumque rebellionis, vel cuiufque hoftilitatis armis arietabit, deftruetur illicò, confractufque concidet. Sed de hoc populorum in principem amore, ficut de obedientia, & honore, dicēdi locus opportunior infra. Breuiter folùm hic dicam, principem, regemque fidelem

a Symma. ep. 28. l. 2.

b Plin. in paneg. ad Traianum.

c Idem Plin. ibid.

Nil in principe tutum fine fubditorum charitate.

d S. Cypr. ep. 2.

e Minutius Fœlix in Octau.

f Senec l. 1. de clem. c. 19.

Salus principis amore fubditorum comitata murus ahaneus & inexpugnabilis.

A verè catholicum (de quo miffis Ethnicis, & hæreticis, alufque extra ecclefiæ finū ad falutis exitium vagantibus maximè in hac parte tertia operis intendo dicere) amore mutuo, atque reciproco fuos populos fedi Apoftolicæ, ecclefiarū principi, & fibi fideliter oblequentes, vt patrem filios amplecti debere, eos ad veram pietatem inftruere, fouere, contra omnia vitæ, fortunarumque pericula protegere. & cum eis benignè, atque clementer agere: & fi quid per infirmitatem aut errorem, aliamue paffionem deliquerint, illis male facti veniam humiliter cum cordis contriti mæftitia flagitantibus, mifericorditer ignofcere. Magna vis Chriftianæ pietatis in principe vt fubditorum delicta remittat, & proprium animum vincendo, iracundiam cohibendo, eorum peccatis, culpifque ex charitate paterna mifereatur. A
B qua fumpfit argumētum Flauianus Antiochenus epifcopus vt Theodofio magno ad parcendum Antiochenis ciuibus (qui hunc imperatorem cū Augufta vxore Placilla in eorum proftitutione imaginum indigniffimè tractauerāt) virtute multa perfuaderet: hæc illi inter multa flexanimæ perfuafionis tela fuggerens. [g] *Cogita quid nunc non de ciuitate tantùm illa tibi confultandum eft, verum de gloria tua magis, de Chriftianitate tota. Nunc & Iudæi, & Græci, & omnis terrarum orbis, & barbari, etenim, & illi hæc audierunt*, fcilicet indigniffimam Antiochenorum in principem fuum Auguftamque contumeliam, & iniuriam, *Ad te refpicimus expectantes vt videant qualem de geftis fententiam feras, nempe fi humanam protuleris, & mitem, omnes decretum laudabunt, & Deum glorificabunt, & inter fe dicent: Papa! quanta Chriftianitatis potentia! Hominem fuper terram habentem æqualem neminem: omnia delendi, & corrumpendi Dominum cohibuit, & refrænauit, & docuit philofophiam, quam nec homo priuatus exhiberet: verè magnus Chriftianorum Deus, qui ex hominibus Angelos facit, & omni neceffitate naturali fuperiores conftituit.*

Et reuera clementiffimus Imperator interno magis amore, atque charitate in populos, quàm oratione Flauiani, Antiocheni Pontificis externa perfuafus, illico omnem populis rebellibus noxā pœnāque remifit, eorum paterna, imperatoriaq; compaffione mifertus eft, atque illis bona pro malis retribuens corde & animo collachrymans pro illis fui oblitis officii mœftiffimè turbabatur. Quod his poftea verbis fāctus Chryfoftomus infinuauit. [h] *Hæc, & his plura locutus fic regem confudit, vt idem fieret quod & in Iofeph contigit olim fieri: Sicut enim ille tunc fratres confpicatus lugere quidem volebat, fed dolorem tegebat, ne fimulationem* D *interrumperet. Sic certe & rex lachrymabatur quidem mente, non demonftrabat autem propter omnes præfentes: nec tamen vfque in finem æftum cælare potuit, verum & inuitus redarguebatur. Poft hanc enim concionem fecundis non opus habuit verbis, fed vnum folum locutus eft verbum, quod ipfum diademate multo magis exornauit.* Quodnā autē hoc? *Et quidem admirabile, & magnum eft, fi iis qui nos contumeliis, & contumeliofis affecerunt iram remittamus, hominibus exiftentibus, cum & ipfi homines fimus? Cum mundi Dominus in terram defcendens, & propter nos feruus factus, & à beneficio affectis crucifixus pro crucifixoribus fuis patrem orauerit, dicens, pater ignofce illis, non enim fciunt quid faciunt? Quid igitur admirabile fi nos cōferuis ignofcamus?* Sed ne folū verba dare videretur imperator abfq; mora. Flauia-

Magna vis Chriftianæ religionis, & charitatis ad cohibendum principis iratum animum vt populorum culpis ignofcat.

Ex oratione Flauiani legatione fungentis pro remiffione pœnæ Antiochenis.

g Apud Chryfoft. hom. 16. ad populum Antiochen.

Magna pietas & charitas Theodofii corde, & animo gementis propter rebellionem, & contumeliam fuorum Antiochenorum contra fe.

h S. Chryfoft. ibid.

Digna imperatore Chriftiani Theodofii refponfio mitiffimum benefaciendi ingratis ciuibus amorem, ardoremque ad inftar Chrifti D demonftrantis.

Imper. Theodoſius non ſolum leniter non caſtigat eos laſa maieſtatis Antiochenos, ſed planè, & illico omnes abſoluit, beneficiis, & gratiis inſuper auctos a S. Chryſ. ib.

nũ ad Antiochenos remittit, feſtinare iubet ſuam citò relaturum gratiam, donumque miſericordiæ ciuibus vehementiſſimo luctu conſternatis, quos poſtea bonus imperator ſuper caput eorũ carbones coniiciendo meritis auxit, cumulauitque beneficus. *Nam*, inquit imperator clementiſſimus, *quod nunc ipſorum*, nimirum Antiochenorum, *ſunt animi perturbati, & multa ſuperſunt calamitatis reliquiæ.*[a] *Abi, conſolare; ſi gubernatorem viderint, nec præteritæ reminiſcentur tempeſtatis: verum & ipſam etiam memoriam delebunt. Vt autem inſtitit pontifex potens, vt filium ſuum ſcilicet Arcadium natu maiorem mitteret, volens ille manifeſtè demonſtrare quod omnem penitus iram mente deterſerat. Orate*, inquit, *hæc auferri obſtacula, hæc bella extingui, & ego veniam omnino.* Ad hæc ita per admirationem tantæ imperatoriæ pluſquàm paternæ pietatis ſanctus[b] Chryſoſtomus exclamat. *Quid animæ illa mitius eſſe poſſet? Confundantur de reliquo quinimo non confundantur; ſed erudiantur, & proprium omittentes errorem, ad Chriſtianitatis virtutem redeant, noſtram à rege, & Pontifice edocti philoſophiam.* Quod quidam paganorum, & hæreticorum, vt Gothorum multos feciſſe conſpecta hac tanta Theodoſii virtute ſupra notauimus; cum de Athalarico Gothorum rege ex ſancto Ambroſio loqueremur. Quàm iucundus principum huic ſimilium populis aſpectus, quàm precioſa gloria, quàm dulcis, amœna, grataque memoria! Sicut Ioſiæ optimi Iuda regis memoriam gratiſſimam, & odoris ſuauiſſimi ſancta ſcriptura fuiſſe refert. *Memoria*, inquit, *Oſiæ in compoſitione odoris facta opus pigmentarij in omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini.* Suauiſſimam fore gratiſſimamque populis venturis Ioſiæ regis omnium regum Iuda & Iſraël poſt Dauidem regem ſecũdum cor Dei, ſanctiſſimi memoriam recordationẽque vaticinabatur. Quã ſuauitatem memoriæ quo melius exprimeret illam cum his rebus cõparat, quæ dulciſſimum, atque ſuauiſſimum hominibus oblectamentum ſolent afferre: cum odorifero videlicet vnguẽto, arte, induſtriaq; pigmẽtarii bene parato, atq; cõpoſito, cuius fragrãti olfactus mirum in modum recreatione titillatur: inſuper cum dulciſſimo melle, quod guſtus ſensũ magna voluptate perfundit. Denique cum muſica harmoniaque, quæ ſuo ſuauiſſimo modulamine aurium ſenſum dulciſſimè demulcet. Tales bonorum, Chriſtianorumque principum benedicta memoria, atque recordatio venerabilis recreationum honeſtarumque voluptatum liquores fidelium populorum mentibus inſtillant, quibus in terra ſuperſtites, quam plurima ſalutis tẽporalis, & æternæ ſubſidia beneficiaque maxima cum charitate profuderunt: vt idem qui priùs rex fecit Oſias. De quo hæc ſapiens propheta ſubdidit.[c] *Ipſe eſt directus diuinitus in pœnitentia gẽtis, & tulit abominationes impietatis, & gubernauit ad Dominũ cor ipſius, & in diebus peccatorũ corroborauit pietatẽ.* Hæc quid aliud iuxta ſensũ ſpiritus ſancti ſonant, quàm hunc optimum religioſiſſimũque regem à Deo factum, efformatum, creatumque in Iudæa monarcham eſſe, vt Iudæos ſuæ ſubditos coronæ, ſceptriq; ad veram ſecundum Deũ quæ pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, triſtitiam de ſuis conceptam peccatis excitaret, & accenderet? Eoſdem in fidam ſalutis ſtationem, virtutum moralium gradus euocaret? Ea in ſan-

Magna Theodoſii clementia conſolari cupientis eos populos à quibus indigniſſimè læſus eſt.

b S. Chryſoſt. ibid.

Principum Chriſtianorũ clementia & charitas in populos infideles connotat.

Boni principis gratiſſima memoria & honorabilis populis.

Eccleſ. c. 49. v. 1. 2.

c Eccleſ. c. 49 v. 3. 4.

Bona quæ ſũdit populis boni regis pietas & amor.

A ctitate vitæ corroboratos, confirmatoſque ſuæ ſanctitatis exemplo, luceque pietatis, ad puriſſimum diuinæ maieſtatis cultum, religionemque, deſtructis dæmoniacæ impietatis excelſis, cunctiſque idololatriæ, ſuperſtitionis execrãdæ, infidelitatiſque aliorum ſcelerum contagione ſcatentis erroribus, abominationibuſque, maximo in eos charitatis inflammatus ardore perduceret? His bonis in eccleſia Dei nobiliore multò ſynagoga, fideles populi regum ſuorum, atque principum catholicorum virtute, pietate, charitateque ditantur. Qui ſubditis in tali vitæ puritate, indeque bonorum fœcunditate conſtitutis Dei benedictione,[d] gladio potenti præcinguntur, vt muniti Chriſti Domini vicarii, monarchæ ſpiritalis, eccleſiæque ipſius hoſtibus occurrant, & eos exterminandos fœliciter, vt fortiter adoriantur. Quæ conſiderans Magnus Cardinalis

d Pet. Dam. ep. ad Carol. regem an. 1050.

B Henrico Regi Germaniæ dicebat.[e] *Ad hoc, puto, pro te vniuerſalis orat eccleſia, vt & labor tuus ei quidem pariat pacem, & oratione illius gloria tibi vniuerſalis, atque triumphalis accreſcat.* Inde eſt quod ſicut Deus cum vult populos calamitatibus premere publicis, in vindictam ſcelerum nõnunquam[f] hypocritas, impioſque regnare permittit: ſic contra cũ vult exhilarare populos, eoſq; à grauioribus preſſuris, afflictionibuſque iuis liberatos iucunda rerum contrariarum viciſſitudine recreare, bonum principem, iuſtumque regẽ pietatis fideique Chriſtianæ tenacem excitat, quem illis miſericordia motus infinita largiatur. Hæc ſacrarum oracula literarum dictitant, hoc communis vſus, & experientia docet, hoc ſancti patres aſſerunt, atque pronuntiant. Vt inter eos ſanctus Gregorius imperatorem Phocam ad imperii thronum recenter euectum ſic affatus.[g] *Cũ iniuſtorum multorum peccata refrænanda ſunt vnus*

Ad quid pro Chriſtiano principe orat eccleſia.

e Pet. Dom. ep ad Henricum regem.

f Iob. 2.

Propter peccata populi Deus facit regnare hypocritam impium.

Deus cũ vult populum à grauioribus liberare preſſuris, afflictionibuſque mittit bonum principem et dominatorum & contrà.

C *erigitur, per cuius duritiam tribulationis iugo ſubiectorum colla deprimantur: quod in noſtra diutius afflictione probauimus. Aliquando vero cum miſericors Deus mærentium multorum corda ſua decreuit conſolatione refouere, vnum ad regiminis culmen prouehit, per cuius miſericordiæ viſcera in cunctorum mentibus exultationis gratiam infundit &c.* Ex quo conſtat quàm miſerum populis bono, atque pio principe carere, regeque priuari: quod malum miſerumque Deus in vindictam criminum per Eſaiam prophetam populo minabatur.[h] *Auferet Dominus fortem virum, bellatorem, & iudicem, & prophetam, & ariolum, & ſenem: principem ſuper quinquaginta honorabilem vultu, & conſiliarium, & ſapientem de architectis, & prudentem eloquii myſtici: & dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eorum.* Quem locum ſanctus Chryſoſtomus ſua interpretatione illuſtrans aiebat:

g S. Greg l. 11. ep. 36. indict. 6. c. 36.

Quàm miſerũ populo, bono principe priuari.

h Eſaiæ c. 3.

D *Nihil vſquam eſt intractabilius republica, quæ vacat principe; quemadmodum neque periculoſius eſt quicquam naui ſuo deſtituta gubernatore.* Et vt magnus ille reipublicæ bene gerendæ conſultor, monitorque pronuntiabat.[i] *Omnia ſine priore præpoſito*, ſcilicet principe prudente, atque bono, vt alibi exponit, *confuſa ſunt, & dum vnuſquiſque ſecundum voluntatem ſuam cogitat viuere, regulam cognoſcitur omittere diſciplinæ.* Hinc profundas reipublicæ Iudæorum calamitates, radiceſque malorum omnium Iudaico populo tunc exitialiter ingruentium ſpeciali deſcriptione Iudicum liber obſeruat.[k] *Quod in diebus illis non erat rex in Iſrael*, ſcilicet princeps regiè, id eſt iuſtè ac piè po-

i Caſſiodor. l. 7 variorum c 16 in formula comitiuæ inſulanæ & celſitudinis.

k Iudic c 17. v 9 & cap. fin. verſ fin.

pulum gubernans, *Sed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur hoc agebat.* Denique cum Vitaliano Papa in epiſtola ad regem Angliæ Oſuuium hæc poſtrema verba pro capitis huius concluſione fundam.[a] *Benedicta igitur gens, quæ talem ſapientiſsimum, & Dei cultorem promeruit habere principem, quia non ſolum ipſe Dei cultor exiſtit, ſed etiam omnes ſubiectos ſuos meditatur die, ac nocte ad fidem catholicam, atque Apoſtolicam pro ſua animæ redemptione conuertere.*

a Epiſt. Vitaliani ad regẽ Angliæ Oſuuium apud Bedam l. 3. c. 29. hiſt. Angl. *Fœlix natio quæpiam habet regem.*

CAPVT VIII.

Propter tot bonorum regum, ac principum virtutes, quas in obeundo ſuo munere, & officio in ſalutem temporalem, & æternam populorum exercent, tria illis à ſubditis bonorum genera debentur, fortunæ, vt ſunt tributa, corporis, & animi, de quibus ordine, ac primum in hac, & aliis capitibus de tributis dicendum.

1. *Tributa perſolui iubentur principibus diuina lege.*
2. *De neceſsitate tributorum perſolutionis.*
3. *Princeps acceptis à populo legitime tributis caueat ne eum in ſuis bonis grauet, & premat.*

CVM igitur virtutes, præmia, & remunerationes rectè facta ſequi ſoleãt, profecto credendum eſt, ac præ nobis ferendum populos fideles maximè, multa ſuis rectoribus, regibuſque piis præſtare debere: cum tot bona & emolumenta in ſui non modo corporis, ſed & animi ſalutem proſperitatemque redundantia, ab illorum virtutibus rectéque factis acceperint. Suas ab illis ſeruatas fortunas & opes agnoſcunt, nec eas ſolũ ſed bona corporis, & animæ cuſtodita ſarta, tectaque fuiſſe profitentur: cur non de iſtis bonis, triplicis naturæ conditioniſque conſeruatis, & auctis acceptabiles ipſis principibus ſui protectoribus atque defenſoribus oblationes offerant, muneraq; voluntariè profundant? Ideoque externa bona, nempe tributa ſuis regibus, principibuſque præſtare debent: nec ea ſolùm, ſed & corporis, qualia ſunt ſeruitus, labor, vigiliæ, fortitudo roburq; pugnandi, laborandi, patiendique pro ſalute principum, honore, & gloria. At ſuper hæc omnia fortunæ corporiſque bona, quæ ſunt animi pretioſa munera, & ornamenta, qualia ſunt timor filialis, obedientia fidelis, & obſequium cordis, amor, & honor ipſis regibus principibuſq; à quibus in tanta ſecuritate, atque pace defenſi reguntur, largiri, dicare, atque conſecrare tenentur. De quibus ordine dicendum nobis, ac primùm de fortunæ bonis, tributis videlicet, vectigalibuſque, quibus ſuos principes populi fideles honorare venerarique diuino præcepto meritoriè cõpelluntur. Hoc præter alios ſpiritus ſancti miniſtros ab Apoſtolo ita Chriſtianis ſui ſæculi, ætatiſque Romanis loquente didicimus & expreſſimus.[b] *Ideo enim & tributa præſtatis,* ſcilicet principibus Dei miniſtris, nec ſine cauſa gladium portantibus.[c] *Cum ſint Dei miniſtri vindices in iram ei qui malum agit.* Cuius præceptum à Domino acceptum non tantum ad principes eius temporis à fide Chriſti planè tunc alienos referebatur, ſed ad poſteros tẽpore, quo religionis Chriſtianæ cum imperio lux, & ſplendor irradiaret in orbe venturos maxime pertinebat. Si enim infidelibus ethnicis Chriſti neſciis principibus ſubditi populi propter pacem, ſalutemque temporalem obligentur tributa ſoluere, quantò magis propter æternam cum temporali Chriſtianis principibus eadem præſtare debebunt? Quam iuſtè propter temporalem pacem Romanis Imperatoribus, tametſi paganicæ ſuperſtitionis peſte contaminatis Chriſtiani ſubditi tributa perſoluerint, patet ex his quibus ſic Antoninũ cognomine Piũ Imperatorem ſanctus Iuſtinus martyr affatus eſt.[d] *Vectigalia, & collationes iis, qui à vobis ſunt ordinati exactoribus præ omnibus vbique inferre contendimus, quemadmodum ſumus ab eo inſtituti,* ſcilicet Chriſto Domino, *illo namque tempore accedentes quidam percunctati ſunt ex illo an Cæſari vectigalia pendere oporteat, qui reſpõſum hoc ab eo retulere.*[e] *Dicite,* inquit, *mihi cuius imaginem nummus habet? Qui vbi dixiſſent, Cæſaris: reddite igitur ait quæ Cæſaris ſunt Cæſari; quæ Dei Deo. Proinde nos ſolum Deum adoramus, & vobis in rebus aliis læti inſeruimus. Imperatores, ac principes hominum homines eſſe profitentes, & ſimul precantes, vt cum imperiali poteſtate ſanam quoque mentem obtinere comperiamini.* Nũquid illi pii martyris, ac Philoſophi ſententiæ illa Tertulliani non cõgruit?[f] *Sed cætera vectigalia gratias Chriſtianis agunt ex fide dependentibus debitũ, quam alienum fraudando abſtinemus? Vt ſi ineatur quantum vectigalibus pereat fraude, & mendacio veſtrarum profeſsionũ, facile ratio haberi poſsit vnius ſpeciei querela compenſata pro commodo cæterarum rationum.* Et ante hos patres ſanctus Clemens ſicut à præceptore ſuo ſancto Petro didicerat.[g] *Timebis regem,* inquit, *ſcis enim Domini eſſe electionem: magiſtratus eius honorabis, vt Dei miniſtros, ſunt enim vindices omnis iniuriæ, & ſoluite eis animo non ingrato vectigal, & tributum, omnemque penſionem.* Hoc nempe neruo regni ciuiliſque ſocietatis auulſo quod regnum ſtare, quæue reſpublica diu ſubſiſtere poſſet?[h] *Nec quies gentiũ ſine armis, nec arma ſine ſtipendiis, nec ſtipendia ſine tributis haberi queunt.*[i] *Quæ,* vt ait Romani princeps eloquii, *ornamenta pacis, & ſubſidia belli.* Addatur, & illud Taciti.[k] *Diſſolutionem imperii doce, ſi fructus quibus reſpublica ſuſtinetur deminuantur.* Tributorum autem apud Romanos non eãdem rationem fuiſſe legimus; erant enim in triplici differentia, vt alia tributa, alia vectigalia, alia capitationes appellarentur. Tributa peculiari nomine eadem quæ ſtipendia[l] Pomponio recte dicebantur à contributione, nempe, quæ militantibus pro republica ſoluebantur, vt Feſtus,[m] Vlpianuſque[n] docuerunt: ab alia notatione[o] Varro nomen tributi deriuauit dicens: *Tributum ea pecunia eſt, quæ populo imperabatur,* ſic dicta quod tributim à ſingulis pro ratione cenſus, facultatumque requirebatur.[p] Vectigal vero dicebatur illud quod in ærarium publicum fiſci, aut reipublicæ portorii nomine pendebatur, nimirum pro mercibus, quæ vel inuehebantur vel euehebantur

Tria bonorum genera ſubditi principibus præſtare debẽt.

Iure diuino populi regibus præſtare tributa tenentur.
b Rom. c. 13. v. 6.
c Ibid.
Si propter temporalem pacem ethnicis regibus tributa debentur quãtò magis Chriſtianis propter æternam.
d S. Iuſtinus Apolog. ad Antoninum Pium imp.
e Matth. c. 22. v. 21.
f Tertull. in apol. c. 42.
g S. Clem. l. 7. conſt. c. 17.
2. Pars. *Sine tributis reſp. ſtare non poteſt.*
h Tacit. l. 4. hiſt.
i Cicer. pro lege Manilia.
k Tacit. annal. l. 13.
Apud Romanos tres tributorum ſpecies.
l Pomponius.
m Feſtus l. 17.
n L. Ager. 27. ff. de verborũ & rerum ſignificat.
o Varro l. 4 de lingua latina.
p Vlpian. l. 46 § vt debitor ff. de iure fiſci.

tur; Atque huius vectigalis variæ etiam ſpecies tres ſcilicet in veteri Romanorum iure reperiuntur, prima decuma, ſeu vulgo decima dicebatur ex frumento, vino, oleo, aliiſque minutis mercibus exacta; ſecunda ſcriptura ex paſcuis perſolui ſolita: tertia portarium ex mercibus exportatis, vel importandis percepta. Capitatio, poſtrema tributi ſpecies quaſi tributum capitis quod capitatum ſoluebatur; quale illud erat [a] quod pro ſe & ſancto Petro Dominus ſoluere voluit; & illud quod [b] Cæſari reddendum eſſe reſpondit, quod etiam Cyrinus vir conſularis in Syriam miſſus proconſul ab Auguſto Iudæis Syriæ populis impoſuit, *vt cum exijt* [c] *edictum à Cæſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis*, de qua tributi ſpecie multa leguntur in codice [d] Theodoſiano, & [e] Iuſtiniano. Et apud iuris ciuilis interpretes, quorũ lucubrationes adibit, qui volet de his plura ſcire: quorum ſuperſedere diſcurſu longiore inſtituti mei ratio iubet, ne longius quã par ſit à propoſito digrediar.

Ad quod vt orationis meæ filum reducam, principes, regeſque Chriſtianos optatæ fœlicitatis venturæ memores, & auidos precibus, & orationibus in Chriſtiana charitate radicatis obteſtor, vt ab oppreſſione ſubditorum in ſuis bonis, cum quæ ſibi ab illis iure debentur acceperint, vehementer abhorreant, omninoque tyrannicũ impii principis Achab, & immane nefas execrentur. [f] qui vineam Naboth, illius innocentis cruentatam ſanguine violentà deprædatione rapuit, & abſtulit, ſed potius magno iuſtitiæ, & æquitatis affectu Dauidis factum memorabile ſuſpiciant, & imitentur. Qui cum altare Domino iuſtè grauiterque ſibi propter ſuperbam illam, nimioque faſtu tumentem, populi ſui numerationem irato C condere, & erigere concupiſceret, aream emit ab Areuna Iebuſæo: ipſo gratis offerente, rex ſeruantiſſimus æqui accipere deprecatus, pro prædicta area ſexcẽtos ſiclos auri, iuſtiſſimi ponderis Domino fundi perſoluere voluit. Dicẽtique Ornam ſeu Areuna, vt eſt in lib. 2. reg. c. 24. in fin. Ieſubæo. [g] *Tolle & fariat Dominus meus rex quodcumque ei placet, ſed & boues do in holocauſto, & tribulas in ligna, & triticum in ſacrificium: omnia libens præbebo, rex ipſe cultor iuſtitiæ reſpondit. Nequaquam ita fiet ſed argentum dabo quantum valet. Neque enim tibi auferre debeo, & ſic offerre Domino holocauſta gratuita. Dedit ergo Dauid Ornam pro loco ſiclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcentos.* Per quod, inquit D. Thomas. [h] *Habemus quod principes ſuis debent eſſe contenti ſtipendiis, nec ſubditos ſuos grauare poſſunt in bonis eorum, & rebus niſi in duobus caſibus videlicet ratione delicti, & pro bono communis ſui regiminis.* Id agnouit, & agnitum obſeruauit, & obſeruatum profeſſus eſt Conſtantius magni Conſtantini pater tunc tantummodo catechumenus, & pro conſcientia ſua ad Deum, & honore famæ ad imperatoriam maieſtatem, & pro

Vectigalis ſpecies tres.
1. Decuma.
2. Scriptura.
3 Portorium.
Tertia ſpecies tributi capitatio.
a S. Matth. c. 17. v. 27.
b S. Matth. 22. v. 21.
c S. Luc c. 2. v. 1.
d L. 2. de immunit.
e L. vnica de capit. ciuil. 11. codic.
L. vlt de annon. & trib. l. 10 eod.
L. vlt. § penul ff de muneribus & honoribus.
L. Greg Toloſ. l. 3 Syntag iuris a c. 3. & deinceps. 3. Pars.
Acceptis tributis à ſubditis caueant principes ne grauent & premant illos ne incurrant Dei indignationē.
f L. 3 Reg c. 21. v. 14. 15.
L. 2 reg. c. 24 v. 24 25.
g L. paral. c. 20. v. 21. 22. 23 &c.
h D. Tho. l. 3. de regim. princ. cap. 2. opuſc. 20. 315.
Eutrop. l. 10. c. 1.

A bono imperii ad ſalutem ſubditorum: cum palã publiceque diceret. *Meliùs opes à priuatis poſſideri, quod apud eos fructum redderent: in arcis vero principum clauſæ, ſteriles eſſent, & infructuoſæ.* Quod ſi ad inopiam vrgente imminus exactionis imperio, magnam, populus adigatur, quî poterit ab illo princeps lanam, qua veſtiatur accipere, ſubſidia & auxilia potenter ab illo depromere, quibus grauiſſimam ab imperio ſuo calamitatem neceſſitatemque depellat? Quam præclara illa Tyberii 2. Imperatoris ad Mauritium ſibi in imperio ſucceſſurum admonitio paræneticaque ſententia? [i] *Pecunia non ex oppreſſione, neque ex lachrymis ſubditorum corradantur, qui aurum adulterinum exſtimauit, quod cum ſubiectorum lachrymis fuerat collectum.* Et ſicut lex diuina, humanaque æqualiter tributorum impoſitionem fieri iubent, B cum ſit iuſtum, æquumque neminem ab his neque priuatum hominem, neque populum immunem eſſe; [k] *Cum ex æquo ad omnes vtilitas eorum in quæ inſumùntur redeat.* Ita præter legitima tributa alias exigere bonorum erogationes, eadem iura, legeſque reclamant; in cuius confirmationem exempla diuinæ contra populi oppreſſores indignationis ſatis multa nobis ſacræ paginæ ſufficiunt, & cum cumulo ſuggerunt: quibus nimias principum in populos exactiones vindicare vlciſcique Deum ſolere demõſtratur. [l] Vt cum Micheæ cap. 3. tales populorum vexatores potiùs quàm rectores ſic alloquitur obiurgandoq; grauiterque aſpera, diraque multa minitando redarguit. *Audite principes Iacob, & duces domus Iſrael: nunquid non veſtrum eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis; & carnes eorum deſuper oſſibus eorum? Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriauerunt, & oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſicut in lebete, & quaſi carnem in medio ollæ.* Pro quibus immanibus oppreſſionibus has pœnas deſolationeſque miſſurum ſe minatur quæ ſequuntur. [m] *Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem quaſi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelſo ſiluarum.* Cuius ſeueræ vindictæ, iuſtè tamen paulo ante cauſam hæc reddita eſt, [n] *Quod ædificarent Sion in ſanguinibus, & Ieruſalem in iniquitate.* At quamuis tributorum iuſtitia diuino humanoque iure fulciatur, tamen ſi ab illis abſit moderatio, ac temperantia, manſuetaque æquitate librata populis impoſitio, ea capiet iniuria, captaque fœdabit. Propter quam immoderatorum tributorum impoſitionem exactoribus tanquam aliena prædantibus, reique publicæ peculatoribus iraſcetur Dominus iuſto D iudicio oppreſſorum vindex, in illos vehementer animaduerſurus. Itaque vt tam principum quam populorum ſaluti conſulamus pauca de moderata tributorum impoſitione vt legitime ſoluantur, breui diſcurſu delibemus.

i Præclara Tiberii 2. ſentẽtia apud Theophanẽ in Miſcel.
k Dio l. 52.
Oppreſſoribus populorum principibus Deus graues minatur pœnas.
l Micheæ c. 3. v. 1. 2. & ſeqq.
m Micheæ c. 3 v. 12. infra.
n Ibi. verſ. 10.

CAPVT IX.

De moderata tributorum impositione, qua populus iuuatur, princeps honoratur, & vtriusque salus procuratur.

1. *Magna & salutaris sapientia in principe, mansuetè, & dulciter patris instar, populum regere.*
2. *Comparationes boni principis cum ouium pastore.*
3. *Princeps populi studens vtilitati, sic illius opes conseruare debet, vt his in necessitate sua, si forte contigerit, vti iustè possit.*
4. *Tributorum relaxatione ditior sit populus, principis amantior, princeps vero gloriosior, Deoque acceptior.*



MAGNA ac salutaris illa principis veréqoe regnantis sapientia, scire, ac velle sic vacare eorum, quibus virtute ex alto dominatur conditioni, sortiqoe prospicere, vt omne suom studium, curam, solicitudinemqoe ad eorum pacatum, dolcem, prosperumque bene viuendi statum coouertere dignetur & appetat, appetitumque bonis operibus eliminet. Huc orationes Salomonis, hanc sapientiam in principio sui regiminis à Deo postulantis profusæ spectabant: [a] vt pro subditorum salote, & vtilitate suum imperium ad rectam regendi regulam diuinæ legi conformem, sapienter indeque fœliciter inflecteret. [b] *Domine Deus*, dicebat paruulus tunc ætate princeps, voci per insomnium diuinæ respondens, *Tu regnare fecisti seruum tuum pro patre meo; ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum, & introitum. Et seruus tuus in media est populi quem elegisti: populi infiniti qui numerari, & supputari non potest præ multitudine. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum, & malum. Quis enim poterit iudicare populum istum, populum tuum hunc multum?* Scilicet pro illius vtilitate, ac salute (iuxta sanctorum patrum vt S. [c] Thomæ expositionem) nisi tua illi, quem clegisti, vt pasceret populum tuum, sapientia salutaris interueniat? A cuius orbita diuertenres populi rectores, regni, subdirorumque facultates, & opes immani profusione dcuorant, & immodicis populos contra Dei legem tributis, atque exactionibus opprimunt. Ex quo damnationem sibi acquirũt, hac icti maledictione; quam contra impios, ferosque populorum dominatores Deus per prophetam Ezechielem velot horribile, secum trahens exitium, tonitru fulmenqoe contorsit. [d] *Væ pastoribus Israel qui pascunt semetipsos: Nonne greges pascuntur à pastoribus? Lac comedebatis: quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod confractum non alligastis, quod abiectum non reduxistis; & quod perierat non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis illis, & cum potentia. In quibus verbis*, ait S. Thomas, [e] *Nobis sufficienter*

a S. Thom. l. 3. de regim. princip. c. 11.
b L. 3. Reg. c. 3. v. 7. 8. 9
Salomon à Deo postulauit salutarem sapientiam vt dulci directione populum regeret.
c S. Tho. ibid.
d Ezech. c. 34 v. 2. 3. 4 & seqq.
Dei maledictiones contra malos populi rectores.
e Tho. in c. 34

A *forma regiminis traditur redarguendo contrarium.* Propter qood in eodem capite multæ contra hos immires, crudelesque populi raptores magis quàm rectores, maledictiones sequuntur, quæ *velut caci in nubibus ignes, terrificant animos, nec inania murmura miscent.* Etenim sicut domus ex parietibus, corpus ex membris; sic regnum cùm ex hominibus constituitur, vt ait Aristoteles, [f] finis populi rectoris atque principis alius esse non potest, [g] *Nisi vt per rectam, iustam, suauemque hominum directionem gubernationemque status imperij regnique prosperetur.* Inde habet commune bonũ cuiuslibet principatus, participationem diuinæ bonitatis, vnde bonum diuinum dicitur à Philosopho, quod omnia appetunt, & illud diuinum bonum nominatur. *Vt sicut Deus*, inquit diuus Thomas, [h] *Qui est rex regum, & Dominus dominantium, cuius virtute principes imperant, nos regit, &* B *gubernat non propter seipsum, sed propter nostram salutem: ita & reges faciant, & alij dominatores in orbe.* Verum quia vt ait Apostolus, [i] *Nemo militat suis stipendiis*, & vnusquisque quodam iure naturæ sui laboris mercedem, fructumque reposcere possit, ac debeat; propterea principibos pro salote populorum peruigilantibus iustè deberi tributa superius ex decreto diuinæ humanæque legis ostendimus. Sed in illis à populo repetendis, accipiendisque principes moderationis cautionem, normamque sumere debent, vt accepta placeant Deo, sibi prosint ad salurem, & gloriam, populoque ooo officiant, sed hilariter offerentem lætificent, & amica honestaque iocunditate perfundant. Molta sunt oomina eaqoe præclara, quibus bonorum principum maiestas honorari, eiusque splendor, atque decus exprimi soler; sed profecto ex omnibus nullum con- C uenientius & ad clariorem huius dignitatis, maiestatisqoe regiæ significationem porentiùs quàm pastoris nomen inueniri potest. Quo nomine spiritus sanctus [k] in scripturis principes populorumque rectores sæpissimè condecorat; quem secuti sancti patres [l] eiosdem nominis hos regnatores terræ splendore frequenter illustrant; sicut inter prophanos de meliori nota [m] scriptores fecisse passim ex eorom libris monumentisque cognoscimus. Cum germanum propriumque principis regisque munus à Deo præscriptum esse nullus ignoret, creditas sibi gentes, ac populos pascere, fouere, gubernare, atque cum æquitate, mansuetudineque regere? Et sicut oues, gregesq; suos ab improba loporum ventris rabie dentibos asperis, laniatuqoe pastor vindicare omni conatu laborat; ab illis omnem scabiem, morbumque depellere, totũq; se huic labori, vigilantiæque die D noctéque præcipue mancipat, vt eos necessarijs affluentes saluos, incolumesque conseruet. Quæ omnia nobilius populorum cætibus principes, quam pecorum gregibus pastores præstare tenentur. Certe inter omnia boni pastoris munera princeps pius, & iustus in eo maximè pastorem imponendis exigendisque moderatè, & cum æquitate tributis imitatur. Sicut enim (vt aiebat [n] Tiberius Imperator) *Boni pastoris est tondere pecus non deglubere*, vt hoc tractandi dulciter pecora modo, lanam sibi decerpat, quotannisque noua tonsura veluti vsura fœnerationis, fructus, & commoda reporret, [o] vt sanctus Basilius loquitur. Quibus sane priuaretur, si pelle detracta pecus & oues exanimaret veriùs, quàm tonderet.

f Arist. l. 3. Polit.
g S. Tho. l. 1. de regim. c. 11 1. Ethic.
Cur bonum commune principatus diuinum dicitur.
h D. Th. ibid.
i 1. Cor. c. 9. v. 7.
Moderatè tributa principes à populis accipiant.
Inter multa nomina præclara competentia principi nomen pastores maximè conuenit.
k Ezech. 34.
l Hierem. 23. S. Basil. ho. 26. de S. Mamante martyre.
m S. Aug. Hiero. Greg. &c. Plato de regno. & de leg. Arist. l. 8. etic. c. 11. Dion Chrysost orat. 4. Philo libro. *Quod omnis probus sit liber.*
ποιμένα λαῶν. *Vulgo & sæpe ab Homero dictus princeps.* 2. Part.
Comparationes principis populi cum pastore ouium.
n Suet. in Tiberio c. 32
o S. Basil ho. 26. de S. Mamãte martyr.

tonderet. Eadem plane ratione boni, fideliſque regis ac populorum moderatoris incumbit officio, moderatis populos tributis adigere, eoſq; modicè in ſuis bonis abradere ac veluti tondere non excoriare, ac expilare, non eorum populari facultates & oues omnino deuorare. Quid ſibi dicat ſpiritus ſanctus, principes audiant. [a] *Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in neceſſaria domus tua, & ad victum ancillis tuis.* [b] *Rectorem te conſtituerunt noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex ipſis, curam illorum habe, & ſic conſidera, & omni cura tua explicita recumbe, vt læteris propter illos & ornamentum gratiæ accipias coronam & dignationem conſequaris congregationis.* Quis neſcit quantum ad reip. quietem, imperiuque Chriſtiani benedictionem ex alto miſſam iuuet, [c] *In eo cernere (vt cum Plinio loquar) ærarium ſilens, & quietum, non ſpoliarum excitium, cruentarumque prædarum, receptaculum.*

a Prouerb.27
b Eccleſ.32.
c Plin. 1. in panegyr.

[d] *Impia continui ceſſent augmenta tributi,*
Nec tua priuatis creſcant æraria damnis.

d Claud 4. ad Honor. imp.

Hæc pia quietaque tributorum moderatio, omnem imponendi tributa ciuibus in ſimili fortuna, atque ſorte conſtitutis inæqualitatem damnet, & expellat, ne vnum perniquus exactionis rigor atterat, alteri nimiæ fauor indulgentiæ blandiatur. Inde ira, liuor, & inuidia, ciuilem ſocietatem murmure, quereliſque turbant: [e] *Quod ſubditi pari dolore aliena commoda, ac ſuas iniurias metiantur, & contra.*

Æqualiter ſecundùm æqualitatem fortunarum tributa imponantur.
e Tacit l.1. hiſt.

[f] *Ferre quam ſortem patiuntur omnes*
Nemo recuſat.

f Senec. in Troad.

Quo moderatio hæc inuiolate cuſtodiatur, det operam princeps vt accepta tributa parcè, ſobriè, beneque diſpenſet, atque pro ſui principatus vtilitate, cum magna æquitate diſtribuat. Hanc moderationem ad ſuæ leuamen fortunæ ſortiſque fore diuturnam populi ſperabunt. *Si videant te ô princeps, continenter ſobrieque viuentem, ac nihil vane effundentem,* admirantes & cum amore filiali te magis magiſque honore mactantes, quod ſic viuendo, imperii tui res adminiſtrando te eſſe duntaxat agnoſcas, *φύλακα καὶ ταμίαν τῶν κοινῶν, ἀλλ᾽ οὐκ ἰδίων*, vt ait Ariſtoteles, ſcilicet *cuſtodem & diſpenſatorem, vt communium bonorum non vt tuorum.*[g] Denique longiora ardentioraque vota pro tua proſperitate diuturna, preceſque profundent, cum animaduertent te, [h] *Non dandis de republica ſumere vt priuatim profu. ẽ largiaris,* [i] *vt hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates expleas. Vt per delicias, ſumptuſque* [k] *pecuniæ illudas, nec ſe denique quas* [l] *honeſte habere, & vti licet, per turpitudinem abuti properes.* Quidni, Chriſtiane princeps, Alexandri Romani Imperatoris factum memorabile pro ſalute, gloriaque tua lubentius imitabere? [m] Qui, Lampridio teſte, *Aurum, & argentum rarò vnquam niſi militi* (aut alteri bene de republica merito) *demiſit. Nefas eſſe dicens vt diſpenſator publicus in delectationes ſuas, ſuorumue conuerteret id, quod prouinciales dediſſent.*

Dio. l.52.
g Ariſt. l. 5. polit. c.11.
h Tacit.l.2. hiſt.
i Idem l 1. hiſt.
k Idem l 2. hiſt
l Salluſt. in Catil.
m Lamprid. in Alex. Seuero.

O princeps Chriſti Domini benedictione, gratiaque ſignate! rerum populi ſatage, fortunas ſerua, illius paci, quietique conſule, auxilia porrige, leuamina largire, eumque paterna

3. Pars.
Populi vtilitati, & adiumento, que ſtudeat &

A pietate fouendo, vitam illi dulcem, optabilem, amœnamque compone, vt ſic tuo honori, gloriæque velificeris, tuamque, & illius animam ſaluos in vitamque ſempiternam tutò, glorioſeque cuſtodias. Horrori tibi ſint perpetuo impii, crudeleſque tyranni omnes illi populorum potius mactatores, quàm paſtores, [n] qui diuitiarum & pecuniæ non alium fructum potant, quàm profuſionem, ficubos illis ſimillimi, [o] Cratis Philoſophi iudicio: quæ in altis præruptiſque naſcuntur, ex quibus tantum corui, & milui fructum non homines accipiunt. [p] *Quibus cum omnia rapiant, & rapta retineant; vt ſi nihil rapuiſſent, nihil retinuiſſent, omnia deſunt.* Maledictione videlicet diuina iſtorum immiſſa ſceleribus, atque graſſationibus omnia in nihilum redacta deuorante. At contra fauſta omnia pinguia proſperitatibus, bonæque B vitæ fructibus fœcunda principibus frugi, ſobriis, continentibus, piis, & in populos miſericordibus adueniunt: quia diuina benedictio omnia eorum facta, dicta, labores, deſideria, conatuſque firmat, atque corroborat: vt bonorum proſperitatumque fertilitatibus oppleantur. Qui paterna dilectione populis indulgentes ſibi in cura, ac ſolicitudine minime parcentes, ſic illorum fortunas, opeſque conſeruant, vt nunquam ab illis in neceſſitatem redacti deſerantur. In quam ſententiam hæc legis Partitarum Hiſpaniæ præclare conſentiunt. [q] *Etſi rex popularium ſuorum Dominus eſt, vt illos in iuſtitia contineat, & illorum opibus, & diuitiis vtatur, ita tamen illos conſeruare debet vt eum non deſerant, cum illis indigebit.* Cui bonum illud Ariſtotelis Alexandro diſcipulo datum conſilium rectè congruit, dicentis. *Optimus regis theſaurus, & qui tardiſſimè perditur* C *eſt populus cum diligenter cuſtoditur*; Vt propterea veriſſimè dixerit Iuſtinianus imperator. [r] *Tunc regnum & imperatoris, aut regis fiſcum, & ærarium opibus affluere, cum populus ei commiſſus diuitiis abundat, telluſque fœcunda, & ferax eſt.*[ſ] Ideo Alexander magnus præceptoris memor, probatorque conſilii ſupra commemorati pernitioſo conſultori, & aſſentatori nouis tributis exactionibuſque grauamen populorum vexationemque perſuadenti reſponſum generoſo digniſſimum principe, ſubditorum amantiſſimo dedit, *καὶ κηπουρὸν μισῶ τὸν ἐκ ῥιζῶν ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα*, *Et olitorem odi qui olera ſeu herbas radicitus exſcindat.* Hæc populorum conſeruatio facultatum vt ipſis adiumento, & emolumento eſt, ſic principibus honori, & ornamento, & vtriſque ſaluti; quæ facultates, D & opes amplæ fiunt ſenſim & cum tempore in ærario principis, non multa à populo capiendo, ſed pauca expendendo, quod erat ſalutare Mæcenatis Auguſto Imperatori conſilium, tutò & iuſtè opum congregandarum datum. [t] *πλοῦτος γὰρ ἀγαθὸς οὐκ ἐκ τοῦ πολλὰ λαμβάνειν, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ μὴ πολλὰ ἀναλίσκειν ἀθροίζεται. Magnæ opes non tam multa capiendo, quàm haud multa perdendo quæruntur.* Conformiter ad Tulliũ mentem. [u] *Magnum eſſe vectigal parcimoniam,* dicentis, & [x] libro 4. de rep. *Optimam augendorum fructuum rationem eſſe inaniũ impenſarũ amputationẽ, & circũciſionẽ.* Qua neglecta tumentibus tributis, & in immẽſam molẽ excreſcentibus populus deficiẽtibus fortunis & opibus miſere tabeſcit

honori ſuo atque ſuam & populi ſalutem reſpiciat.
n Suet. in Nerone c. 30.
o Stobæus ſer. 13.
p Plin in panegyr.
Princeps ſic ſuorum opes conſeruare debet vt eum neceſſitas adueniente ab his iuuari poſſit.
q L. 14. Partitarum parte 2 tit. 5.
Ariſtotelis ad Alexandrum conſilium bonum.
r Ibid Iuſtin. Imper. ſenior.
ſ Ex Maximo Tyrio 13. ſermone Philoſophico & Plutarch. in Alexandro.
Dio l. 3. 52.
Concilium Mæcenatis Auguſto.
t Dio lib. 52.
u Cicer. in par. ad.
x Et lib. 4. de rep.
Nimia exactiones populum prope ad deſperationem compellunt.

prouinciis in agreftem folitudinem, incultofque A campos trifte fyluefcentibus miferi coloni, & incolæ huc illuc errantes prope defperati raptis exhauftifqoe vitæ commodis, opibufque per nimias immoderatas exactiones efferantur, ficut optimè his verbis Tullium defcripfiffe vidernus. [a] *Maxima expectatione in perditam, & plane euerfam in perpetuum prouinciam nos venisse fcito*, &c. Poftea, *audiuimus nihil aliud nifi imperata, ἐπικεφάλια, non poffe poffefsiones omnium venditas, ciuitatum gemitus, ploratus monftraque quædam non hominis, fed feræ nefcio cuius immanis.* Contra vero per nimiarum exactionum telaxationem læta frons populi crefcit, opes exundant, pax illiufque in imperio confolatio firmantur, & in principem affectus amoris augefcit, in diefque reuerentia latius extenfa cortoboratur. Vt tempore Nicephori Botoniatis in B oriente fafces imperii moderantis accidiffe legimus; qood non modo immenforum tributorum coactiones elumbauerit, & amputauerit, fed etiam imperatoria magnificentia, atque benignitate omne fifco fuo debitum à populis aboleuerit, nouafque edicto magnifico tabulas inftituerit. At quanta glotia & honot talia manfuetudinis, magnificentiæque in populos edentem principem facta coronant? Quanta eum merces apud Deum præmiumque manet in cœlo? Audiatur bonus ille tot monachorum pater fanctus Theodorus Studita in Irenes imperatricis propter hanc in fubditos beneficentiam tributorum moderationis, & imminutionis mirum in modom laudes effufus talibus in fine epiftolæ eam deuoto orationis ftylo verbis affando. [b] *Hac arte Deum colis*, fcilicet beneficentiæ & liberalitatis in populos C illis tributa relaxando. *Hac electos Dei Angelos lætificas, imo & illos, qui fanctè ac iuftè vitam ducunt. Irene diuinum nomen in his pietas tua elucet: in his os omne, & lingua in laudes tuas aperitur. Hæc vera eft gloria ecclefiæ, hoc figillum afferta in te paterna, & diuinitus infpirata Chriftianorum fidei orthodoxa, vindex Dei, & veritatis propugnatrix. Tanta funt virtutum tuarum incrementa: quàm magna, & præclara merces tua; quanta, & quàm excellens retributio ab vniuerforum Deo. Magnum enim & prorfus eft vel vnum feruare. Quidni enim? Cum dicat diuina fcriptura.* [c] *Qui educit dignum de indigno, eris ficut os meum. Tot animas, & populum omnem feruaffe, quomodo magnum non cenfeatur, & gloriofum, & cœlefti munificentia dignum? Tuum ergo magnum reuera, & efficax nomen, imperium cum omni bono aggreffa es. Tu eafdem iuftitiæ reliquias femper vigere finas*, &c. Hæc ipfe fanctus Archimandrita optimam principem religiofamque Imperatricem folam tunc mortuo filio Conftantino habenas orientalis imperii moderantem, propter diminota, relaxataque tributa laudibus multis honoribufque cumulans. Videat itaque princeps Chriftianus ficut egregia paternaque filium Leonem 6. Parænefi Bafilius [d] Imperator hortabatur, vt tribnta fint modica pro copia fcilicet, aut anguftia rerum, ne prouinciæ crebris ac nouis oneribus turbentur, & vt vetera fine oppreffione magiftratuum, feu miniftrorum iuftitiæ reique publicæ cum æqoitate, & charitate temperata dulciter à populo tolerentur. Vt commodis, & voluntatibus

a Cicer. l. 5 ad Atticum. c. 16.

a. *Id eft tributa per capita.*

4. *Pars. Per relaxationem tributorum populus fit ditior, lætior & principis amantior princeps verò gloriofior & in imperio tutior.*

Nicephori Botoniatis imp. magnificentia in orientales populos.

L. iutis 7. oriental ex eius inftitutione.

Tributorum relaxatio quantam gloriam apud homines & mercedē apud Deum principi paris.

b Theodori Studitæ ep. 7. ad Irenem imperatricē.

c Hiere. c. 15.

d Bafil. Imp. orat. parænetic. ad filium Leonem 6.

populorum feruiens, honori fuo bonæque famæ confulat, atque fic tam de fua quā fuorum fubditorum æterna falute folicitus, quæ Chrifti Domini funt fideliter exequatur.

CAPVT X.

Sine iufta caufa, & vrgente regni neceffitate tributa noua populo non imponenda. Quorum inuentores, & exactores execrandi pœnæ grauiffimæ fubiugandi.

1. *Quæ iufta ratio noua, imponendi tributa populo ad ea foluenda dulciter perfuafo.*
2. *Exactiones illicitæ calamitates pariunt nō fubuentionem regnis.*
3. *Quam perniciofi reip. & principibus, quamque nefarij nouarum & illicitarum exactionum inuentores peculatores publici.*
4. *In quos feuerè Deus animaduertit & eum fecuti, boni piique principes.*

EX iuftitia, atque vtriufque legis diuinæ, & humanæ præfcripto tributa regni, fubfidia principibus fummis à populo deberi, fed moderata, diximus: nunc fi noua fint excogitanda, imponen- C daque fubditis videat princeps pro fecuritate confcientiæ ne hæc exigat nifi ad id iufta eum ratio, vrgenfque regni neceffitas impellat. [d] *Debet enim ratio quæftuum, & neceffitas erogationum inter fe congruere, atque vt ea fubditi cognofcant princeps dabit operam;* [e] *vtque omnes intelligant fi falui effe velint neceffitati effe parendum.* Sic illi manfuetè, & leniter ad erogandas opes pro falute regni, regifque feruitio perfuadebuntur. [f] *Suafio autem ab eo qui iubere poteft vim neceffitatis affert.* Prudenter in hoc Themiftoclis factū maximè laudatur, qui ad Andrios pro facultatibus pecuniifque belli neruis exigendis pro neceffaria reip. defenfione miffus legatus duobus fe diis comitatum ad eos venire dixit fuada, & violentia [g] δύο ἥκειν ἔχων θεοὺς κομίζοντα πειθὼ καὶ βίαν. Sed fuada dulcedine ftipata, imperio rogante, violentiæ vrgenti præire debet; ne fi violēta prius poteftate princeps vti D vellet clamātes populos ficut Themiftocles Andrios audiat: [h] fibi quoq; duos adeffe Deos πενίαν καὶ ἀπορίαν. Paupertatem, & impotentiam.

[i] *Peragit tranquilla poteftas*
Quod violenta nequit, mandataque fortius vrget
Imperiofa quies.

Cum agnofcit populus principem, regemq; fuum pro fui defenfione, pro cuftodia fortunarum, & vitæ grauibus premi, vrgerique difficultatibus, quas fine opera & opibus fubditorū à fua, à populi, à regni capite propulfare non poteft: & tamen affabili perfuafione rogare non fummo imperio cogere. Et certe cum nullus princeps folius naturæ motus imperio, noua & præter motē veterē, confoetudinemq; tributa in fubditos iure fine graui inftante neceffitate ftatuere

d Tacit. l. 13. annal.

e Cicer. 2. offic.

f Tacit. l. 14. annal.

Dulciter populo neceffaria bonorum erogationes perfuadenda.

g Plutarch. in Themift.

Duobus diis comitatum venire fe dixit fuada & violentia.

h Plutar. ibid.

i Claud. paneg. Honor.

Quando liceat principi tributa populo extraordinaria imponere.

possit; quantò minus Christianus rex, atque monarcha exactionibus nouis, & extraordinariis onenbus fideles populos inquietare, cum iure, æquitateque valebit? Illud est quod S. Thomas ad sextam petitionem, rogationẽqoe Ducissæ Brabantiæ respondit his verbis. *Sexto quærebatis an liceat vobis exactiones facere in vestros subditos Christianos, in quo considerare debetis quod principes terrarum sunt à Deo instituti, non quidem vt propria lucra quærant, sed vt communem populi vtilitatem procurent. In reprehensione enim quorundam principum dicitur* [a] in Ezech. 22. *Principes eius in medio eius quasi lupi rapaces positi ad effundendum sanguinem, & ad quærendas animas & auaritiæ lucra sequenda.* Post nonnulla subdit? [b] *Contingit tamen aliquando quod principes non habent sufficientes reditus ad custodiam terræ, & ad alia quæ imminent rationabiliter principibus expetenda: & in tali casu iustum est vt subditi exhibeant vnde possit eorum communis vtilitas procurari,* &c. Et quibusdam interpositis addit postea. [c] *Similis ratio esse videtur si aliquis casus emergat de nouo in quo oporteat plura expendere pro vtilitate communi, vel pro honesto statu principis conseruando, ad quæ non sufficiunt reditus proprij, vel exactiones consuetæ, puta si hostes terram inuadant, vel aliquis similis casus emergat, tunc enim & præter solitas exactiones possent licitè terrarum principes à suis subditis aliqua exigere pro vtilitate communi,* &c. [d] Hæc sanctus Doctor, addens pro conclusione seqoentia. *Si vero velint exigere vltera id quod est institutum pro sola libidine habendi, aut propter inordinatas & immoderatas expensas hoc eis omnino non licet.* Quæ quidem exactiones illicitæ quia peccatis inquinantur, ideo non communem reipublicæ vtilitatem, sed ruinam, non subuentionem populi sed oppressionem, non prosperitatem regni, sed calamitatem, non denique benedictionem sed maledictionem Dei pariunt, & effundunt. Quemadmodum sanctus [e] Gregorius imperatrici Constantiæ, illam vt maritum imp. Mauritium de calamitatibus, ærumnisque Italiæ certiorem faceret hortando, grauissimè sic vt verissimè suggessit. *Scio quoniam dicturus est* (scilicet Mauritius Imperator) *quod nobis in Italia expensis transmittitur, quidquid de prædictis insulis aggregatur: sed ego suggera quod etsi minus expensæ in Italia tribuantur, à suo tamen imperio oppressorum calamitates non mitigantur. Nam idcirco fortasse tantæ expensæ in hac terra minus ad vtilitatem profitiunt, quia cum peccati aliqua admixtione colliguntur. Præcipiant ergo serenissimi Domini nihil cum peccato colligi.* Quod maledictionem frequentissimè, auersionemque diuinæ misericordiæ causantor: qua dæmones ad imperiorum ruinas, & funera crudeliter adoolare conantes, sic eriguntur, vt ærario, atque thesauro ex iniustis coacto tributis perniciosè incubare permittantur. Vidit hoc maximè pius, atque religiosus Angliæ rex sanctus Eduardus huius nominis tertius: quem dæmones sacco pecuniæ ex tributis exactionibusq; collectæ incubantes, insidentesqoe vidisse historiæ Anglicanæ referunt. Qoo viso ostentoque princeps sui amans populi, & Christianæ legis obseruantissimus, illico hanc pecuniæ summam ex illicitis cumulatam tributis intelligens, omnem vsque ad nouissimum qua-

S. Thom. opusc. 21. circa finem ibid. Sexto quærebatis.

[a] Ezech c. 22

[b] S. Tho. ibi.

[c] S. Tho. ibid.

[d] S. Tho. ibid.

2. Pars. *Exactiones illicitæ calamitatem pariunt non subuentionem regno.*

[e] S. Greg. l. 4. regis. epist. 33.

Diabolus pecuniæ ex tributis illicitis partæ incubat.

Polydor. Virgil. hist. Angliæ l. 8.

A drantem populo restitui mandauit. Factum bene, & regia Christiani principis pietate dignissimum. Quidni hoc faceret princeps veri Dei cultor & religionis Christianæ professor cum extraneus à fide rex [f] Mitridates dæmoniorum adorator impurus, post primam victoriam de Romanis reportatam, suo ærario debita vrbibus, suque imperii prouinciis tam priuata, quam publica remiserit, atque quinquennalem vacationem relaxationẽque regia magnificentia donauerit? [g] Cum rex Persarum Darius Xerxis pater mediocrium tributorum quæ voluntariè, facileque subibat populos, & amplectebatur, mediam illi partem nihilominus adimere voluerit? Necessitatẽ tributorũ hac verborũ breuitate Iustinianus cõplexus est. [h] *Sine vectigalibus impossibile est rempub. conseruari, neque enim quies gentium sine armis, nec arma sine stipendiis, nec stipendia sine tributis haberi queunt.* Quorum persolutioni, & B aliarum rerum regno necessariarum præstationi cum consueta tributa communi omnium populorum iure, religioneque vera sociatorum vsu recepta sufficiant; horror sit Christiano principi noua sine iosta ratione, vrgenteque necessitate decernere. Cũ inter prophanos reipubl. imperiique rectores. *Q. Metelli nepos prætor,* [i] inquit Dio Cassius, *ciuitatem, & reliquam Italiam quod portoria, cæteraque huiusmodi noua vectigalia offenderent, legem omnibus gratam tulerit vt ea tollerentur.* [k] *Cum M. Antonius Imperator oppidis quibus auxilia tulit tributa vel vectigalia vbi necessitas nõ cogebat, remiserit?* Atque vtinã omnes catholica corona refulgentes, diademateque Christianæ benedictionis insigniti principes hæc sancti Ludouici morientis ad filium Philippum re- C gni sui hæredem verba exhortationis dies, noctesque animo voluerent, atque reuoluerent. [l] *Fili mi ante omnia in eam curam incumbe, vt Deum cultu, & amore prosequaris; animo sis pio & humano; erga mendicos & ærumnosos homines, illisque pro viribus opem feras, iustas tui regni leges obserues. Ne subditis tuis tributa imperes, aut imponas onera nisi necessitas vrgeat, teque manifesta vtilitas regni compellat, idque non aliter sed grauí de causa facias, si secus facias non rex, sed tyrannus habeberis.*

2. Ex quo quàm iniqui, ac perniciosi sint principibus, & reipubl. rapaces illi tributorum exactores, quamque detestabiles, & inuisi sint Deo & hominibos exactionum nouarum diratumque inuentores & opifices publicani, infame, & execrabile genus hominum, sorices mundi, sanguisugæ populi, fortunarum, & sanguinis voratores, principum proditores, perditores, illusores, pestesque humanæ societatis apparet: à qoorum D quidem rapacitate, ne illa quidem immanitatis extrema absunt. [m] *Ne boues ipsos, pecora, armenta ipsamet artis instrumenta, subsidia vitæ, aliaque id genus recularum,* scilicet paruarum rerum, *pauperculorum plebium ad vitam necessaria laboribus auferant, corpora denique seruitio, pœnæue tradant.* Quorum vitio plerumque fit vt miseri populi tributa soluentes, liberi non sint ab alio raptu, vt ab impia seqoentium castra manu: quorum furoribus immanissimè ruris habitatores, & incolæ reliquis hominibus infœliciores, præter solita tribota diuexantur. Quæ quamuis grauia, & nimia. [n] *Hæc tamen patienter ferrent, & alia imperij munera impigrè obirent, si vis & ægre*

[f] Iustinus ex Trogo l. 38.

[g] Plutarch. in regum & Imperatorum Apophtegm. *Tributorum necessitas.*

[h] Iustin. nouel constit. 149.

[i] Dio Cass.

[k] Capitol. in Antonin. pio.

Pia & religiosa S. Ludouici morientis ad filium admonitio.

[l] Ex testamẽto S. Ludouici. Franciæ annales.

3. Pars. *Contra perniciosos & pestiferos resp. exactores tributorum crudeles & nouarum illicitarumque exactionum inuentores & opifices.*

[m] Tacit. l. 4. annal.

[n] Tacit. in

a Tacit. ibid.
b Tacit. annal.

A *iniuriæ abessent.*[a] *Sed has ægre tolerant.*[b] *Hinc ira & questus, & postquam non subuenitur* (plerumque proh dolor!) *remedium ex bello, & quod boni omnes execrari debent, negata principi pra malorum acerbitate reuerentia, & obsequium desperatione remotum.* Quis enim huiusmodi exactorum publicanorum nouarumque populi vexationum, grauaminumque artificum crudelitates immanesque rapacitates non horreat? Qui plerumque pro modica tributaria pecunia, principis ærario soluenda, ingentes afflictorum subditorum facultates violenter auferunt, atque miserè eos necessariis spoliãdo bonis, vexationibus opprimendo, fortunas eorum impendiis euacuando, eos persæpe carceribus, seueritate plusquam barbara coarctando sub specie iustitiæ, quæ iniquitas duplex est, impunè deprædantur; Quos propterea Deus[c] in sacris scripturis vehementer execratur.[d] *Qui deuorant plebem eius sicut escam panis.* De quorum vnguibus manibusque rapacibus suum populum liberasse in parte maximi ipsi populo collocati beneficii reposuit;[e] *Quod clamorem exactoris non audierit.* In cuius rei testimonium fidemque[f] Zachariæ 9. dicebat Dominus. *Et circumdabo domum meam ex his qui militant mihi euntes & reuertentes, & non transibat super eos vltra exactor.* Contra vero in signum summæ suæ indignationis in delicta populi, in eorumque vindictam, se eum exactoribus tradidisse profitetur.[g] *Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei, populum meum exactores sui spoliauerunt.* Et S. Luc 12.[h] *Cum vadis cum aduersario tuo, ait Dominus, ad principem in via da operam liberari ab illo ne forte tradat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.* Quanto autẽ dolo, fraude, iniquitate, furoreq; rapacitatis isti publicani, & exactores populorũ fortunis inhiant, sanguinẽ sugũt, vitæq; subsidiis insidiantur, grauiter, & eleganter multis in locis sacrarum paginarum spiritus sanctus, maxime vero per os regii prophetæ describit.[i] *Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem sicut escam panis?* Quare deuorãt? Quia inexplebilis habendi cupiditas eosmet prius scelerate deuorauit. Nam[k] *sepulchrũ patens est guttur eorum.* Quod vt expleant, impunè latrocinium tegentes,[l] *linguis suis dolose agebant*, vmbram seu potius laruam iustitiæ suis peculationibus obiicientes, cuius causa, pro principis subsidio, atque seruitio se omnia facere mentirentur. Sed attendite à fermento nequitiæ eorum,[m] *venenum aspidum sub labiis eorum*, dum proditoriè principis facilitati, candori, necnon authoritati illudentes, ipsius, & populi facultates, impunitate freti maxima peculantur. Ideo dixit postea propheta.[n] *Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Nũquid peculatores verum subditorum regis sanguinem effundere dicuntur, cùm illorum fortunas vsque ad nouissimum quadrantem potenti fraude potentiorum aulicorum innixa fauori deprædantur, agros terrasque diripiunt, atque totam vsque ad ossa substantiam mærentis gementisque populi consumunt? Qui sicut

Publicanos & exactores reip. principisque peculatores Deus execratur.
c Exod. 22. v. 25.
d Psal. 13. & 53.
e Iob. 39. v. 18.
f Zachar. 9. v. 8.
g Esaiæ. c. 3. v. 12.
h Luc. 12. v. 58
Descriptio publicanorum & exactorum peculatorum ex SS. scripturis.
i Psal. 13. v. 14.
k Ibid v. 5. & psal. 5. v 11.
l Psal. 13. v. 4.
m Ibid.
n Psal. 13. v. 3.
Quid sit populi sanguinem effundere quod faciunt publicani peculatores.

B

C

D

[o] *Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo.*

o Horat. in art.

Sic isti abominabiles regni vastatores, reip. grassatores nunquam populum in pace viuere sinunt, quousque præ inopia amplius viuere non possit: nec illius sortem miseram, tanquam cutem aridam, siccamque carne omni substantiaque consumpta relinquũt, quousque omnibus illius bonis, facultatibusque se penitus ingurgitauerint. Et quod his omnibus immanius esse videtur, populo ad extremam per eorum fraudes, peculatusque miseriam redacto crudeliter exultantes illudere certant.[p] *Exultatio eorum sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.* Propterea tales populi, reique publicæ prædones non habentes conscientiam, circa fidelitatem principi regnoque debitam naufragantes, inter sceleratissimos apud Deum, hominesque reputantur.[q] Monet nos sanctus Chrysostomus attendere diligenter quomodo,[r] *Publicanum Christus Dominus vbique in exemplum summæ vitiositatis ponit; vt si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* Et alibi.[s] *Nonne & publicani hoc faciunt.* Et rursus.[t] *publicani præcedent eos in regno Dei,* id est, qui vehementer vbique propter grauissima scelera damnantur, ac detestabili coinquinati vita reprobantur. Quo publicanorum, exactorumque peruersorum nomine minime intelligendi veniunt quæstores, thesaurarii publicarum, receptores pecuniarum, regioque fisco præfecti, qui secundum conscientiam suo munere quod legitimum ac reip. necessarium esse vtcumque videtur, bene funguntur; sed qui fraudulenter illo, ac perfidè in populi prędam regiique reditus abutuntur: item nouorum tributorum illicitorum, exactionumque sine vlla regni necessitate inuentores, & super omnes potentiores illi magnis principum, regumque fauoribus affluentes aulici denotantur. Qui prauis principis honori, ac bonæ famæ consiliis insidiantes, corruptorum, quæstorum, publicanorum, nummulariorum, aliorumque huiusmodi pecuniarum nundinatorum, magnarumque paruum, vt vocant, negotiatorum ministerio in ruinam populi, ærariique publici neglecta salute regis iniquissimè conspirant.[u] *Audiant*, inquit S. Chrysostomus, *qui iniustis semper quæstibus insident, nec vnquam interquiescunt, inexplebili cogendarum diuitiarum siti laborantes.* Proprie apud Romanos publicani dicebantur pecuniæ collectores publicæ, qui quid à fisco condocebant[x] l. 1. ff. de publicanis, qui vectigalia redimebant, atque datò pecuniæ pretio mercabantur, vnde & redemptores appellabantur.[y] L. Cæsar eodem titulo ff. Genus infame hominum olim[z] apud Iudæos auaritiæ, iniustitięque turpiter addictum, propter iniustitias, fraudes, dolosque varios quibus miseros populos in exigendis tributis opprimebant. Qui in testimonium in ea quam à Romanis acceperant Iudæi, iurisdictione nullo modo tanquam infames admittebantur. Nec solum Iudæis, sed & gentibus aliis huiusmodi reipublicæ, ciuilisque cætus, iniqui peculatores publicani erant horrori, & odio maximo, sicut scribit Cicero.[a] *Socratem execrari solitum eos qui vtilitatem à natura, & honestate seiunxissent; id enim querebatur caput esse exitiorum omnium.* His enim perniciosis exactoribus scopus propositus nullus est alius, quàm vt ærarium principis expleant, populum nimius eacorient exactionibus, seque hac vastatione bonorum priuata, & publica, per summum nefas ditissimos fortunaque luxuriantes pinguissima moliantur.[b] Apollonius Thyanæus ma-

p Habacuc. c. 13. v. 14.
q D. Chryso. in illud. sit tibi sicut ethnicus, & publicanus
r S. Math. 18.
s S Math. c 5. v. 46.
t S Math. c. 21. v. 31.
Quinam nomine iniquorum publicanorum intelliguntur.
u S. Chrysost.
Publicani qui proprie.
x L. 1. ff. de publican.
y L. Cæsar ff. eodem.
z Io Talmod. c. Goboico.
Publicani exactores infame genus hominũ Iudæis & gentibus execrabiles.
a Cicer. 3 off.
b Philostrat l. 5. de vita Apollonii Thyanæi.

giæ, necromantiæque coram Domitiano imp. inſimulatus ab Euphrate philoſopho vt illum ferendi teſtimonii incapacem per infamiã redderet dixit imperatori, hunc eſſe publicanum, magis potentiorum valuis & ianuis affixum quàm ſtudio philoſophiæ deditum, proinde pro hac infamia, turpitudineque maxima eius teſtimonium Imperatori ſuſpectum eſſe debere proclamando conteſtabatur. Quos omnes in magnas ſuorum iudiciorum maledictionumque Dominus acerbitates adducet, ſicut propheta regius orabat. [a] *Iudica illos Deus, decidant à cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos quoniam irritauerunt te Domine.* Cuius maledictionis effectum, & voti propheta cognouit, cum à ſpiritu ſancto has in eos Dei maledictiones audiuit. [b] *Contritio, & infœlicitas in vijs eorum, & viã pacis non cognouerunt.* Et quoniam Dei plebem ſicut eſcã panis in hac vita deuorarunt, ſic miſeri in æternũ, ſi nõ à rapacitate ſua reſipuerint. [c] *Cũ fuerint poſiti in inferno mors depaſcet eos.* Diuinæ legis veſtigiis inſiſtentes, humanæ leges, ciuileſq; non reprehendunt modo, ſed caſtigatione ſeuera, iuſta tamen, atque ſalutari ſeueros huiuſmodi, fraudulentoſque publicanos, & exactores immites percellunt, atque mactant. A quorum vnguibus aſperi: magnus Conſtantinus imperii ſubditos aliquid ſuo fiſco debentes, ſed præ inopia ſoluere non valentes, hac lege liberos eſſe ſanciuit. [d] *Nemo carcerem plumbatarumque verbera aut pondera, aliaque ab inſolentia iudicum reperta ſupplicia in debitorum ſolutionibus, vel à peruerſis vel ab iratis iudicibus expaueſcat: carcer pœnalium* (id eſt vt exponit gloſſa hominum pœna dignorum) *Carcer hominum noxiorum eſt, & officialium* (ſcilicet iudicum,) *non priuatorum, qui debent,* [e] vt ait gloſſa, *ſed officialium, in officio exigendi modum excedentium.* Vt his poſtea ſubiicit imperator. *Et cum denotatione* (aliàs condemnatione) *eorum iudicum. Quorum de officio certiores eſſe debebunt, qui contra hanc legem admiſerint, ſerui iuxta præſidem* (ſcilicet *qui facit exigi* ait Gloſſa) *tranſeant ſolutores*, nempe tributarii, inquit gloſſa ſic dicti, *quia ſoluere debent & ibunt ſecuri*, à metu nempe carceris liberi propter debita, principis illis indulgentia remiſſa. Infidelitatis, ſuperſtitioniſque paganicæ Romæ dum regna manebant, etiam ciuilia iura graui vexatores prouincialium populorum, oppreſſoreſque ſubditorum imperii animaduerſione mactarunt. [f] Iulius Tutor Treuir ripæ Rheni à Vitellio præfectus, damnationi ſubiugatus eſt *quod grauibus Siciliæ populos exactionibus vexaſſet.* [g] Quid Capito Conſutionis Tigillini gener, ſoceri precibus ſenatorio decoratus honore, oonne pœnis perculſus aſperis expirauit inglorius, quod populos ſuo regimini datos cõmiſſoſque pecuniarum deprædatione contriſtauiſſet? Romano ſenatui laudi maximæ datum [h] quod Q. Plemnium ſuo decreto omnibus ſpoliatum honoribus graui pœnæ, ſopplicioque ſubdiderit; quoniam Siciliam, quam adminiſtrandam à Scipione acceperat, populationibus, exactionibuſque moleſtauerat: quodque deprædata ab eo cæde perempto, populis Sicilienſibus idem ſenatus reſtituenda curauerit. O ſanguiſugæ populorum! O hirudines miſerorum ſanguinis auidæ! O peſtes ſocietatis humanæ, ac reipublicæ fæces! O ærarij regij voratores! Abite in malam crucem, ſi ad cor redire nolueritis! digni quibus

Seuere Deus in publicanos peculatores animaduertit & eum ſecuti boni piique principes.
a Pſal 15. v. 11. 12.
b Pſal. 13. v. 3.
c Pſal. 48. v. 15
d L. Nemo de exactoribus tit. 19. l. 10. cod.
Non valentes ſoluere fiſco debita Conſtantinus M. vetat ab exactoribus premi.
e Gloſſa officialium ibi.
f Tacit. l. 20. annal.
g Tacit. l. 16.
h Liuius l. 2. belli Punici.

principes Veſpaſianum Imp. ſecuti [i] tanquam ſpongiis vtantur, quos ſpongiarum inſtar exprimant, poſtquam affatim de ſanguine, ſubſtantiaque populi biberint: imo potius [k] Turini fumi Seuero Imperatore iudice ſuffocatione digniſſimi, ne grauiora dicam. [l] *Quanta enim audacia*, dicebat Vlpianus, *quanta temeritatis ſint publicanorum factiones*, id eſt, *conſpirationes in malum*, vt exponit [m] Accurſius, *nemo eſt qui neſciat: idcirco prætor ad compeſcendam eorum audaciam hoc edictum propoſuit.* Cõtra quos hoc aliud edictũ ſalutare iuſtumque Arcadius, & Honorius Imperatores pii religioſique Apollodoro reſcribentes Africæ proconſuli promulgauerunt. [n] *Quidquid vltra debitum fuerit elicitum à curialibus, vel cohortalibus, vel alijs exactoribus in duplum eruatur quod prouincialibus reſtitui protinus oportebit. Si quis autem exactorum inſuper exactoris crimine fuerit confutatus capitali periculo cupiditas eius amouenda, atque prohibenda eſt, ſi in iiſdem ſceleribus perſeueret.* Alia lex imperatoria non ſolùm pœnam dupli talibus exactoribus iniquis, ſed & quadrupli decreuit. [o] *Si quis autem vſurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere obnoxius quadrupli repetitione teneatur. Quæ ſeueritas iuſsionis ad ordinariorum iudicum officiorumque terrorem debebit excurrere, vt ſi eorum vel gratioſa conniuentia, vel ignobili diſſimulatione temeritas admiſerit curialis, eos quoque damni ſimplicis pœna caſtiget* Similem quadrupli pœnam ſopradicti Imperatores Arcadius, & Honorius [p] ad Euſebium præfectum prætorio ſua dirigentes imperia ſanciuerunt. Si rigor iſte legum imperialiũ ſalutaris in Gallia vigeret, illa, miſerum! ſub tot peculatorum, apertorumque prædonum violento crudelique iugo captiua hodie minime gemeret: neque hanc Catonis [q] quõdam ſenatoris Rom. imperii grauiſſimi querelã, tot inuoluta lachrymis gemitibuſque iactata ſæpius iterare lugendo cogeretur. *Priuatorum fures in neruo, & compedibus ætatem agunt, publici in auro & purpura viſuntur.* Hos ſui depeculatores ærarii populique ſubſtantiæ voratores bonus princeps à ſe, rerumque ſuarum adminiſtratione penitus arcebit: dabitque operam ne publica regni negotia niſi ſpectatiſſimo cuique mandentur. Vt raptores publicarum opũ ſpecie tecti, qui ſe pietatis ſimulatione, vel corruptione pecuniæ, vel potentiorum aulicorum de intimo conſilio regis fauore, negotiis reip. pecuniariis immiſcuerant, pœnæ ſupplicioque pro grauitate criminum mãcipati deleantur. Paucitati quæſtorum, & delectui ſtudeat, vt fraudibus, & captionibus impiorum publicanorum, qui præ multitudine inutilium officiariorum regis ærarii, confuſionis nube teguntur in poſterum, facile medeatur: ſicque illæſum, tutumque ſibi ſeruabit honorem, ſalutem populi tuebitur, & ſuam. Atque vt perpetuo horrore, odioque perfecto tales ſui imperii deprædatores execretur; audiat attentè, firmiterque ſuo cordi animoque figat, quæ de his S. Laurentius Mediolanenſis eccleſiæ præſul digniſſimus hac pulchra deſcriptione iudicauerit. [r] *Quid eſt publicanus? Nonne caput rapinæ, & lex violentia? Quid eſt publicanus? Prædo ſine pudore, medicus exterminij: Nonne immanior furibus eſt publicanus? Fur namque vel timens furatur; hic autem delinquit confidenter. Fur laqueos legis timet. Hic quidquid fecerit legem putat. Lex furem deterret ab*

i Suet. in Veſpaſ.
Veſpaſianus publicanis & exactoribus tanquam ſpongijs vtebatur.
k Lamprid. in Seuero imperat. & Tacito.
l Vlpianus l. quantæ audaciæ 12 tit. 4. de publicanis ff.
m Accurſius gloſſa factiones ibid.
n L. vnica de ſuper exactionibus.
o L. placet 8. tit 47 de excuſationibus munerum l. 10. cod.
p L. Peræquatores 5. tit. 57. de ſenſibus l. 11. codicis.
q Querela Catonis apud Gellium l. 11. c. vlt.
r Ex l. 6. c. 1. Policratici epiſcopi Sareſberienſis.
Publicanorum & exactorum iniquorum pulchra deſcriptio.

illicitis. Nic ad iniquum malitiæ suæ compendium A *legem trahit.*

O principes terræ Christianæ fidei gloria coronari, heroicarũq; virtutũ splendore fulgentes attendite vobis ac populis, quos rex vester Christus Dominus pretioso suo sanguine redemit, ne de cætero in vestræ ditionis, regnique possessiones hirudines istæ sanguinis auidæ, dolis assuetis insiliant: ne isti sorices mundi bona vestra, ac populi corrosori, principatuum vestrorum terras regionesque penetrent. Ne amplius posthac prædones publici, regnique peculatores, æraria vestra se expilare, pecuniarum vestrarum fontes exhaurire, vestros deglubere populos, eorumque fortunas, & opes furari, atque deuorare impune glorientur. Sed expergiscimini tandẽ, & ad dignam perditorum hominum vltionem generosè vt celeriter aduolate; eterque sempiter- B num vestræ iustitiæ, seueritatisque salutaris in perniciosos illos reip. raptores furesque monomentum. Ne vnquam postea talium latrocinia publica, peculatusque in Christiano principatu committantur: sicque nec amplius populorum fidei, dominationique vestræ creditorum, de his latronibus, raptoribusque grauiter expostulantium lachrymæ, gemitus, clamoresque lamentabiles audiantur.

CAPVT XI.

Principem opulentum, & diuitem esse præstat pro bono religionis, & reipublicæ, & qua ratione iustè talis existat.

1. *Rationes propter quas expedit principem esse locupletem.*
2. *Honor est principi pro bono reipublicæ thesaurizare, quanto magis pro religionis atque ecclesiæ salute.*
3. *Quis ærario principis digne præficiendus à rege pro ecclesiæ reique publicæ fructu.*
4. *Modum in liberalitate & magnificentia princeps adhibere debet, vt thesaurus eius tutiùs conseruetur & meliùs dispensetur.*

1. Rationes propter quas principem, regemque locupletem esse præstat. Vide D. Tho l. 2. de regim. princip. c. 7.

TRIBVTORVM, subsidiorumque, quorum erogationi subditi principibus regibusque suis seruire tenentur, iustitiam æquitatemque rationes illæ confirmant, quæ regem, principemque supremũ monarchica potestate populis, nationibusque dominantem, locupletem, & opulentum, magnis abundantem diuitiis esse debere conuincũt. Quarum prima personam principis respicit, secunda populi, tertia extraneorum, vt hostium personas, atque res, quibus imperii maiestas, & authoritas amplificatur, & crescit, considerat. In principe

1. Ratio regem respiciens.

præter virtutes, quibus dignatur imperio, splẽdor vestium pretiosarum, ornamentorum domus regiæ, fulgor magnificus, apparatus, amplitudo familiæ, multitudo seruorum, sumptibus regiis victitantium, vt ipsius maiestas, & authoritas vene- A rabilior populis, & admirabilior habeatur, maximè desiderantur. Quæ sine magnis opibus auri, argentiq; cumulo subsistere non possunt.[a] Vnde Boëtius, Postquã de omnibus partibus secularis fortunę disseruisset, subdidit, *eas magnopere sapiẽti, virtutibusque conspicuo principi prodesse. Quod sic clarius, testatiusque sapientia tractetur officium, cum in contingentes populos regentium quodammodo beatitudo transfunditur.*

a Boetius l. 4. de consol. prosa. 5.

Altera ratio, quæ populi salutaria commoda, vtilitatesque tangit, regem fœcundum opibus thesaurisque non inanẽ esse debere plana, claraque demonstratione cõprobat.[b] *Quia*, inquit Diuus Thomas, *ad hoc rex debet abũdare pecuniis vt possit sua domui prouidere in necessariis, & suorum subuenire necessitatibus subditorũ.* Subuentionis huius rationem reddidit Aristoteles, cum dixit in ethicis,[c] *sic se regem habere debere* B *ad populum sicut pastorem ad oues, & patrem ad filios.* Huius in populum charitatis Pharao specimen edidisse dicitur,[d] cum de publico ærario frumentum emit, quod ingruente fame Iosephi patriarchæ prudentia, & sagacitate in Ægyptios suo subditos imperio distribuit, ne fame inediaq; perirent, recteque ab Aristotele[e] regis ærarium stomacho comparatur, vt sicut Stomachus cibos primo recipit, quos postea in alias partes corporis ad eas nutriendas, formandasque alimento diffundat, sic ærarium, regisque thesaurus multo auro, argentoque in numismata pecuniasque cõuerso, atque figurato compactus diffluit pro necessitate rerum, atque in commoda subditorum regnique subsidia, & emolumenta, rege suorum bonorum facultatumque suis populis, sicut patre filus, copiam magnificẽ faciẽte, largiter exundat. Ideo Aristoteles Ethicorum 5. numisma, seu nũmum.[f] C *Quasi fideiussorem futura reip. ac subditorũ necessitatis dixit esse*, quod omnia externa bona, & opera, eorumque pretia contineat.

2. Ratio populi salutem considerans.

b S Tho l. 2. de regim. princip. c 7.

c Arist. l. 8. ethic.

d Genes. c. 41. v. 56.

e Arist. in Policrate.

Aerarium regis simile stomacho.

Numisma fideiussor futura necessitatis.

f Arist. l. 5. ethic. c. 5. D Tho. ibid. supra.

Hostes denique regni, & aduersus eos salutis principis, populorum conseruatio, regnique in populos regionum, vitesque crescentis amplificatio; necessitatem diuitias iustè in thesauros cogendi nummos auri, & argenti, similesque reipub. neruos in ærario regio cumulandi causantur, quod vno verbo dico pro tertia ratione, quàm longiori discursu sanctus[g] Thomas copiosius illustrat: propter quæ Tostato placuit ita concludere.[h] *Magis ergo vituperabile est in rege quod non faciat thesauros: in cæteris hominibus priuatis facere thesauros non habet speciem boni, quia videtur quodammodo ex auaritia fonte; reges autem non sunt personæ priuatæ, sed publicæ intendentes bonum politiarum, & non bonum suũ, vt ait*[i] *Aristoteles.* Vnde sicut in Aristocratico, aut Democratico regimine politicus ille ordo iustissimus esse perhibetur, cum respublica æra- D rium magna auri, argentique copia refertum de reditibus coagmentatum publicis, glomeratũq; possidet: vt bene eo ad necessitates suas, ciuiumque commoditates vtatur; contrà confusio pessima, & inuersi legitimi ordinis desolatio calamitosa iudicatur ex[k] Aristotele libro 2. politicorum in fine capitis de Laçędemoniorũ politia loquente, cùm deficiente publico thesauro, atque neglecto, respublica, eiusque Aristocratici, vel Democratici ministri, seu rectores male prouidi ciuiũ, reiq; publicæ subditorũ bona, facultatesque haurire, exprimere, necnon extorquere compelluntur. Vt ingruentibus ex improuiso rerum aduersarum tempestatibus, communitatis

3. Ratio hostes regni respiciens.

g D. Tho ibi 300. c. 2. ibi tertia autem.

h Tostat. in c. 17. Deuter. q. 9. c. 9.

2. Pars. Honor est principi pro bono reip. thesaurizare, quanto magis pro religionis ecclesiæque salute.

i Arist. l. 8. Ethic.

k Arist. l. 2. politic.

fundum publicæque salutis corpus adorientibus obuiam facti reluctari, impetuique calamitatis erumpentis sine mora propulsare possint. Ita regi supremoque principi thesaurizare, opibusque in magno numero coaceruatis, suum ærarium ex reditibus annuis à suo dominio partim acceptis, partim ab ordinariis tributis sibi iure debitis à populo profectis, magnopere locupletare, honori maximo datur: vt eo regni sui, subditorumq; necessitatibus, si quando aduenerint occurrere, simul & illorum commoditatibus inseruire valeat. Propterea sublatum laudibus in cœlum Eubolum Anaphysthenum sapientes Græci [a] apud Plutarchum magnopere prædicarunt: quod cum virtute, potentia, diuitiis, & authoritate cæteris præstaret, atque præter: nihilominus non militiæ, non moderandi imperij studio vacauerit, sed totum se ærario fiscoque Reipubl. diuitiis augendo, cumulando auri, argentique pondere dederit. Contra vero iidem sapientes, præcipuè vero Aristoteles, [b] Lacedemones improbarunt, quod pecunias publicas in ærario, thesauroque cogere noluerint: itemque Maracensium populorum Vtopię regiones, ac sedes incolentium lex à prudentibus rerumpublicarum rectoribus explosa est, [c] quæ regem die quo regni habenas susciperet moderandas, iure iurando tactis aris, sacrificiisque factis astringebat, ne vnquam pecunias supra mille auri pondo, vel argenti quantum eius auri pretium æquaret in thesauris, ærarioque suo reseruaret. [d] Simili prudentia, atque solida ratione fretus Senatus Romanus Neronis sententiam audire noluit, votumque magnæ imprudentiæ coarguere non timuit; quo primis sui imperij temporibus, thesauri publici neglector, & ærarij diuitiis opplendi, cuncta populi tributa remittere voluit: quorum respublica in dubiis vitæ fortunis subsidio, & ope conseruata tutaretur: quibus destituta cladibus obuia grauissimis per virium neruorumque imperij destructionem, penitus succumberet. Vt non immerito hanc Celsus iurisconsultus priscorum rusticorum sententiam laude multa grauiter extulerit: [e] *Quod pecuniam siue peculio seorsim esse dicerent, peculium id appellantes, quo præsidij causa seposito, necessitatis tempore vterentur.* At qui contra disputant authoritate legis diuinæ fulciuntur, magna voce per Moysem vt omnes fideles, præcipueque principes exaudirent clamantis, atque dicentis. [f] *Non habebit*, scilicet Rex, *argenti, & auri immensa pondera.* Sed facilis in promptuque responsio est ex Sanctis patribus, doctoribus, & huius veris interpretibus oraculi petita. [g] *Nempe hoc prohiberi*, inquit Abulensis, *regibus pondera immensa auri, & argenti, quæ vel inutilia exiguntur, vel quæ ad curiositatem possidentur.* [h] Et D. Thomas *nec illud*, ait, *contradicit diuino præcepto tradito à Domino in Deuteronomio per Moysem quantum ad reges, & principes populi; ibi enim lex scribitur de rege, quod non habeat auri, vel argenti immensa pondera, quod quidem intelligendum est ad ostentationem, siue fastum regalem, vt de Crœso rege Lydiorum narrant historiæ, ex qua causa ruinam passus est, quia captus* [i] *à Cyro rege Persarum nudus in alto monte patibulo est affixus: (licet tamen ibi non mortuus Cyro miserante) sed ad subuentionem regni omnino est necessarium propter causas tam dictas.* Hæc Sanctus doctor: nec solum propter fastum, & ostensionem ab arrogantia superbiaque profectam, sed etiam propter auaritiam omnemq; iniustitiæ speciem, reges principesque congerere diuitias, thesaurosq; cumulare vetantur. [k] *Quocumque enim modo thesauros congregare iniustè prohibitum est*, inquit Tostatus, *quia qui diuitias taliter congregant, non capient in eis fructum, nec lætabuntur in eis.* Testantur hæc, quæ instar oraculi sub vmbra, figuraque perdicis insipientis ænigmatica prædixit Ieremias. [l] *Fecit diuitias, & non in iudicio, & in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens.* Id est, *sicut perdix oua fouit, quæ non peperit, & clamauit quasi ouans suæ fraudis affectu.* (S. inquit Ambrosius) *Sed ludit operam, quia impenso labore alij educat*, scilicet pullos, *quos ipsa fætu sedulitatis animauerat*, sic principes diuitiis iniuste partis, & cum oppressione populorum in thesauros, ærariaque magno cumulo coactis non gaudebunt, sed sibi contristabuntur ereptis, deprædatasque ab illis alieni deuorabunt iuxta illud prophetæ. [m] *Væ qui prædaris, nonne & tu prædaberis.* Nec minus infructuosæ ad ostentationem collectæ, congregatæque facultates & opes principibus aduenient. In cuius veritatis assertionem, & fidem rex Salomon Ecclesiast. 2. clamabat. [n] *Coaceruaui mihi argentum, & aurum, & substantias regum, atque prouinciarum.* Quibus dictis hanc conclusionem potentia veritatis impulsus intulit. *Cumque me vertissem ad vniuersa quæ fecerant manus meæ, & ad labores quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole.* Sed extra has vanitatis improbitatisque causas, congestas in thesauros opes principi pro salute religionis Christianæ regnique Catholici, ipsi gloriosum, populo salutiferum, Deoque gratissimum esse scripturarum sacrarum oraculis, S. Patrum testimoniis, piorum doctorum suffragiis, Catholicorumque populorum consensu confirmati, nulla ancipiti dubitatione distracti defendimus. Quis ex omnibus Iudæorum regibus Dauide sanctior, innocentior, religiosiorque in veteri testamento regnauit? Et quis illo ditior, & locupletior extitit? Cuius vnquam tam Iudæorum, quàm gentilium regis, principis, ac imperatoris opes quantumuis maximę, illis quas moriens Dauid in thesauris suis pro religionis diuinæ gloria, futura templi superbissimi ædificatione, proque fidelium populorum vtilitate, & salute reliquit, æquari potuerunt? At illæ iustissimæ, & acceptissimæ Deo facultates, & opes erant; quarum cumulator Dauid Dei magnus seruus erat, & secundum cor eius, vt multis in locis diuinis [o] scriptura testatur. Cæterorum principum commemoratione breuitas desiderata me supersedere iubet.

Hoc igitur iacto veritatis fundamento, multa scilicet auri, argentique pondera legitime collecta, & in thesauros ad glomerata pro bono religionis, atque Reip. principibus honorifica, populoque necessaria, diuinæ placere voluntati. Princeps summus, rexque cum summo imperio regnator fidelium in Catholico orbe populorum, dabit operam, eamque diligentem & strenuam, vt opes iustè collectas, coactasque in thesauros bene diligenterque conseruet: *cum non sit minor virtus*, vt ait ille, *quam quærere parta tueri*: ærariumque suum tot opibus iustè paratis fœcundum, laudatis hominibus, integris vitæ, scelerisque puris, custodiendum curò, fideliter-

Marginal notes:

[a] Plutarc. in politicis opusc.

De instructione vacantium negotiis publicis.

Qui regem remque publ. non debere thesaurizare asserunt, improbantur.

[b] Lib. 5. polit. c. de pulsis Laced.

[c] Thomas Morus l. 2. Vtopiæ.

[d] Suetun. in Nerone.

[e] L. si chorus 79. de legib. 3. ff. tit. 1. §. his verbis.

Obiectio ex diuina lege.

[f] Deut. c. 17. v. 17.

[g] Tostatus in hunc locum Tom. 3. q. 9

[h] D. Tom. l. 2 de reg. c. 7. fin.

Obiectionis solutio.

[i] Iustin. in hist.

[k] Tostat. ibid. b.

Iniustè parta diuitia possessoribus nocet.

Ierem c. 17. v. 11

[l] D Ambros. l. 6 c. 3 Hexameron. t. 2.

[m] Esaię c. 33.

[n] Eccles. c. 2.

Dauidis thesaurus omnium regum thesauros opum multitudine superabat.

[o] Psal. 131. 1. 3. Reg. c. 3. v. 14 &c. vt 1. Reg. c. 26. v. 13. Psal. 88 v. 21. actor c. 13. v. 22.

3. Pars. De custodiendo conseruandoq; suo thesauro legitime diuitiis acquisitis conserto principis valde sollicitum esse debet.

Quos digne auro principis præficiendos.

quē confidat. *Qui sunt viri animi magni aduersus pecuniam, liberi aduersus offensas, constantis aduersus fortunâ dicam.* Vt [a] Mamertinus in panegyrico dicebat. Hoc ærario iuxta iustitiæ, pietatisque regulas ritè copiosèque coacto parcè, sobriè, ac sinceré bonus Christianusq; princeps vtatur. [b] *Quis enim, dicebat Augusto Mœcenas, cum videat te in re familiari summa parcimonia vti, in publica liberalissimum esse non vltra velit aliquid conferre, cum tuas diuitias suam securitatem, & copiam esse iudicet?* Ideo [c] *sumptibus princeps adhibeat modum ne simile exhauriat thesaurum per scelera supplere cogatur:* [d] Capitolinus Antoninum cognomento pium in cœlum magna laude, prædicationeque sustulit. [e] *Quod conseruando thesauri gratia salaria ab otiosis, & inutilibus abstulerit; nihil stolidius esse dicens, imo crudelius nihil, quàm si temp. ij arroderent, qui nihil in tam suo labore conferrent.* Vellem omnes Christianos principes in hac parte pro religiosa thesauri publici dispensatione Septimij Seueri æmularentur exemplum. Qui vt in eius vita loquitur [f] Lampridius *publicis opibus adeo pascè & moderatè vsus est, vt ciuitatem Romanam longè ditissimam, rebusque omnibus necessarijs refertam reliquerit.* Quid vero Alexander [g] Seuerus, *nonne nefas esse dixit, & censuit vt dispensator publicus in delectationes suas, suorumue conuerteret id quod prouinciales dedissent? Imperatorem Neruam, vt impendia quantum posset contraheret. Sacrificia non pauca* (scilicet paganicas superstitiones) *ludos Circenses, atque spectacula dissoluisse, atque sustulisse* [h] Dio Cassius in historia Romana commemorat. Hac sobria, sinceraque per paganos principes ærarij publici dispensatione cognita, quid non principes Christiani, quamplurimi profusè in res vanas, & noxias, inque personas plane inutiles imperio, & indignas exhaurientes ærarij loculos, fontes, & scatebras erubescant, & confundantur? Quam iusta, & opportuna suo tempore fuit illa Philippi Cōminæi querela, & lamentatio, nostro vero iustissimè renouanda, & cum non minore sensu doloris iteranda. *Magna est quorundam principum iniquitas* (de sui tēporis principibus loquebatur) *qui nulla necessitate coacti pecuniam pro sua libidine imperant, & amplum alunt satellitium, vt miseram multitudinem in metu contineant, eamque deinde pecuniam temerè, & voluptuariè profundūt nullo cum Reip. bono, & de quotidiani sumptibus nihil remittunt, & suos exhauriunt, & assentatorum stipati sunt turba. Sed est Deus qui flagitium nullum sinit esse impunitū, & crudelitatem imprimis detestatur, quis tametsi non loquitur hominibus hodierno die sicut priscis illis temporibus, tamen qua sit sua sententia, & quid à nobis fieri velit, clarè præscriptum reliquit, ita quidē vt nemo plane qui modo sit sana mentis, & qui ad iustam aliquam peruenerit ætatem excusandi, sit habiturus locum.* Quibus dictis hæc postea subiunxit. [i] *Et vt ad institutum reuertar, nemo est omnium principum qui ius habeat vel teruntium vnum exigendi à suis præter constitutum annuum censum, nisi populus assentiatur.* Hæc ille. Scio competere pulchrūque esse maiestati regnātis *in suos esse magnificum, & liberalem, principesque* [k] *qui liberalitate vtuntur, & beneficentia, suorum sibi conciliare beneuolētiam, qua non munitum imperium nullum fore tutum clarè manifesteque* [l] Æmilius asserebat.

Sed modos in liberalitate, beneficentiaque regia prudenter adhibendus est, vt partus iustè thesaurus principis tutiùs diuturniusque conseruetur, & vbi res occasioque postulabit moderatius cum benemeritis de republica dispensetur, magisque sobriè ex conscientiæ præscripto communicetur. Secus quæ gratia danti multa principi sine delectu contingent? Quis sine prudenti, sagacique consideratione donantis ex hac liberalitate fructus in commoda regni, in salutares ciuium subuentiones, vtilitatesque redundabit? [m] *Cum benefacta malè locata malefacta arbitrari debeamus: &* [n] *sine vllo delectu magis proijciamus, quam demus.* Quis enim nescit cum Valerio Maximo, [n] liberalitatis duos esse fontes, *verum iudicium, & honestam beneuolentiam?* Vbi iudicium de æquitate, pietateque conditum, si nulla personarum qualitatis, sortisque consideratione habita rationabilis ille delectus in distribuendis de thesauro ærarioque regis muneribus à principe contemnatur? Vt imprimis vtilibus regno personis, atque de republica per suarum exercitia virtutum benemeritis largius eitiusque conferantur? [p] *Cum virtutum præmia tribui merentibus cōnemat*, vt eorum exempla secuti alij proposito virtutis præmio fideliter principi, reique publicæ seruire compellantur. [q] *Nutriunt enim præmiorum exempla virtutes:* [r] *Item vt finibus plus largiatur princeps, qui sibi labore non queunt victum quærere. Denique vt maior, &* [s] *propensior sit principis liberalitas in calamitosos cum sit pauperibus vna educandi ratio, bonus princeps.* Iam vero honesta beneuolentia, qualis in liberalitate principis, largitioneque reperietur? Si immodica doner, & sine temperata moderatione nulla ratione habita redituum annuorum, ærariiq; facultates effundat? Cum plures profusa sine ratione, & consideratione largitio principis offendat, quam munera deuinciant, & oblectent. Nunquid illud Ciceronis ignotum? [t] *Benignitate benignitas tollitur.* Nam *si omnia vni largiri decreuerit princeps, pluribus indicio* [u] S. Gregorij *prodesse non poterit.* Si vero hac immensâ bonorum profusione omnibus gratificari voluerit, quis bona profundendi finis? [x] *Nunc priusquam singuli exsatientur respublica deficit? Atque sic exhaustis, expressis, & arreptisque fit atarijs aulicis atibus, & opibus, nondum tamen omnibus aula saturatis amasius alienis bonis manus afferre cogetur?* Quam iniquum est principi sua subditis bona, & diuitias auferre vt amatoribus aulicis fruges consumere natis offerat, vox ipsa naturæ est, atque ipsius authoris Dei, [y] *qui ij alys nocent vt in alios liberales sint in eadem sunt iniustitia, vt sin suam rem aliena conuertant,* Ethnicus orator hanc Dei vocem agnouit; & Christianus princeps non audiet? O nefas! iniustitiæ huic stultitia, insaniaque adiuncta est. [z] *Quid enim stultius est quàm quod libenter facias curare, vt id diutius facere non possis?* Addo & ingratam donorum istorum munerumque collationem danti nullo modo profuturam, & accipientibus non fore gratam, [a] *quoniam tum demum gratissima sunt accipientibus data, cum sciunt dari sibi quod nemini est ereptum,* Tandem quis illicitæ profusionis fructus, & largitatis immensæ in profusores principes, receptoresque redundabit? Odia multa, maledicta, inuidiæ molem conflabunt: [b] *maioraque odia consequentur eorum quibus ademerint, quam fauores eorum quibus dederint.*

[Margin notes, left column:] a Mamertin. in panegyr. ad Iulianum Imp. — b Ex Dione l. 52. — *Princeps coacto thesauro parcè ac sincerè vtatur.* — c Plin. in panegyr. — d Tacit. l. 2. Annal. — e Capitolin. in Antonino pio. — *Inutilibus, & otiosis aulicis nihil de thesauro regio dandum.* — f Lamprid. in Seuero. — g Idem in Alex. Seuero. — h Dio Cassius. — *Philippi Cominæi lamentatio & expostulatio de tributis iniustè iniustis & de ærario publico profuso, & inique consumpto.* — i Ibid. — *Nomine populi tres statim resp. ac regni comprehenduntur.* — k Cicer. l. 3. de finibus. — l Æmilius in vita Dion. 4. Part.

[Margin notes, right column:] *Modus in liberalitate, & munificentia principum adhibendus, vt thesaurus iustè conseruetur & melius dispensetur.* — m Senec. l. 1. de benef. c. 1. — n Voler. Max. l. 5. — o L. fin. Cod. de statu & imag. — *Liberalitatis fontes duo. Quomodo à largitione principis manus in anteriori indictum vonum.* — l. fin. C. de statu & imag. — p Plin. in panegyr. — q S. Ambros. l. 1. off. c. 30. — r Cicero. l. 2. off. — s Plin. in panegyr. — *Ex liberalitatis honesta beneuolentia. Quomodo honesta beneuolentia à liberalitate principis auellitur peruatiose.* — t Cicero l. 2. off. — u S. Greg. — x Tacit. l. 12. Annal. — y Cicero l. 3. off. — z Plin. in panegyr. — a Plin. ibid. — b Senec. l. 3. de benefic.

CAPVT XII.

De bonis corporis, & animi, quæ subditi præter fortunæ bona, principibus præstare tenentur.

1. *Omnia corporis bona etiam propriam vitam pro salute principis subditi profundere tenentur.*
2. *Reges in temporalibus Dei personam in terra sustinent; proinde à populis amandi valde & honorandi.*
3. *Sublata reuerentia, obedientia & amore erga principes, humana ciuilisque omnis societas interiret.*
4. *Christiana religio, non adimit populorum debitam principibus obedientiam, sed eam magis perficit.*



Ee vero solum subditi fideles suis regibus, atque principibus dignè, & ex conscientia sua officia muneraque regia secundum diuinæ præscripta legis exercentibus, bona fortunæ, quæ in tributorum persolutione consistunt, sed etiam bona corporis, & animi præstare Dei mandato tenentur. Corporis bona sunt vita, sanitas, fortitudo, pulchritudo, quorum omnium tacturam facere subditi pro seruitio principis, proque illius salute voluntarie eorum aleam periclitari parati esse debent: & vt vno dicam verbo, pro defensione illius omnia ista profundere, nec propriæ parcere vitæ: quæ corporalium bonorum optimum est. Quæ facere nullo modo trepidabunt, si cogitent se diuina lege iussos reciproca charitate sui principis, regisque charitatem, pietatem que in seipsos debere remetiri.

1. Pars. *Omnia corporis bona etiam propriam vitam pro salute principum subditi profundere tenentur.* Qui vt bonus pastor pro salute suorum subditorum vigilare, atque laborare anxiè perpetua solicitudine, sudore diurno, nocturnoque, se in omnem partem propter eos agitare non cessat: & impauidus iuxta boni pastoris officium animã pro illis ponere, vitamque cum morte commutare non dubitat: vt talium plena vita exemplorum est. Vt si claras mortes pro patria oppetitas non solùm gloriosas, sed etiam beatas antiqui prophani [a] Ciceronis testimonio iudicauerint; quantò gloriosiores beatioresque fidelium populorum mortes, pro Christianis regibus, principibusque (qui patriæ, reique publicæ non paganæ, sed Christianæ, quam sua potestate, regiaque virtute sustinent, atque sustentant, loco ponuntur) optatæ, susceptæque in via Dei iudicabuntur? Alia sunt præter illa corporis, animi bona, quibus populi principes suos honorare lege diuina tenentur, qualia sunt timor filialis, obedientia, reuerentia, & amor, de quibus multa hic recta rerum series, & legitimus materiarum ordo nos dicere compellerent: nisi longe aptior de his copiosius infra dicendi [b] locus se nobis offerret. Itaque quædam hîc solùm tanquã prælibata ad futuros de hac materia discursus breui sermone delibabimus.

a 1. Tusc. circa fin.

b Nempe l. 4 huius 3. partis c. 12. & 13.

Ponant in primis sibi ob oculos animi mentisque sui fideles populi Christianis subditi Regibus hos sibi dominantes præfectosq; Dei in terris sustinere personam, adinstar Dei iubentis super salute sua vigilantes, laborantesque; proinde se eos honoribus, amoribus, obsequiisque debere prosequi, & colere. Cum vt ait S. [c] Bernardus. *Quidquid vice Dei præcipit homo. Quod non sit tamen certum displicere Deo, haud secus accipiendum est, quam si præcipiat Deus.* Hinc illud ex [d] S. Benedicti regula: *obedientia, quæ maioribus præbetur Deo exhibetur, &c.* Sicut enim Romanus pontifex Ecclesiæ caput, & monarcha, & alij prælati sub illo præfecti clero populoq; in spiritualibus
B personam Dei; sic secularis Rex, princepsque supremus eandem in temporalibus sustinere, & obire creditur. *Nihil est enim aliud Antistes*, inquit Basilius [e] Magnus, *qui modo diligenter munus exequatur, cui præpositus est, pietatem videlicet, quam is qui personam Christi sustinet, & sequester est inter Deum & homines, eorũ qui in ipsius officio sunt, salutem sacrificans Deo.* Simili modo in diuerso, dissimilique munere, Christianus princeps vere Catholicus Dei vices personamque subire creditur. Qualiter autem principes Ecclesiarum prælati, & per similitudinem seculari iurisdictione dominãtes in populos Dei persona, viceq; fungi dicantur, sic postea doctor clarissimus exponit. [f] *Animaduertite quid in Euangelio Dominus dicat, cum de obedientia aduersus sermos suos adhibenda legem sanciret: Qui vos recipit*, inquit, *me recipit. Et item alio loco, qui vos audit, me audit;*
C *& qui vos spernit, me spernit. Quod Apostolis dixit intelligendus est in communem legem sanxisse in posteros, qui alterum futuri erant moderatores.* Qui reip. seculari Christianæ religionis addictæ legibus piè, religioseque dominantur, magna reuerentiæ, & honoris à præfectis Ecclesiæ, animarum rectoribus exhibitione coluntur, vt eorum exemplo populi fideles paria in principes illos venerationis, & amoris obsequia rependant. Secus si aberrantes à fide Catholica, salutis æternæ populorum promotioni, Ecclesiæ dignitati, sanctitati eiusque monarchiæ spiritualis amplitudini reluctētur. Quod præclaro Symeonis Seleuciæ antistitis exemplo clarissimè declaratur, qui Saporem Persarum regem primum Christianis rebus delectatum studio magno, & affectu veneratus est, quem postea hostem fidei Catholicę factum, & religionisque perduelleon cum execratione despexit. Vt his verbis apud Cassiodorũ in tripartita historia commemoratur. [g] *Symeon cum ante Sa-*
D *porem regem ad torquendum introduceretur, neque regis conspectum timuit, nec adorauit*, scilicet honore communi, *pro qua re vehementius efferatus rex, inquisiuit, cur non adoraret, quippe quod prius facere consueuerat. Ad quem Simeon. Prius quidem non vinctus adducebar, vt negarem veram Dei culturam, & nihil in hoc dubitans, quæ sunt solemnia regis implebam. Nunc autem fas non est hoc agere; venimus namque pro nostro dogmate, & pietate decertaturus.* Hęc ille apud Cassiodorum in tripartita. Quò autem princeps virtute nobilior, si de Catholica clarior, atque religione, charitateque Christiana potentior, & ardentior est, eo maiori veneratione, reuerentia, & amore dignior est. Ad quarum diuinarum virtutum fastigium,

a. Pars. *Præsidentes populo regis ac principes Dei in terris personam sustinent, proinde à populis amandi & honorandi.*

c S. Bernard. l. de dispensatione & præcepto.

d Regula S. Benedicti.

e Basil. in constitut. monastic. c. 23. *Princeps Ecclesiasticus & secularis in dissimile officio Dei personam gerunt, atque vices.*

f D. Basil. ibidem.

Pios religiososque principes populo maxime venerantur, impios despiciunt, & aspernantur. *Ecclesiæ antistites, & populo maxime venerantur,*

g l. 3. c. a. hist. tripartitæ.

quò princeps facilius, atque perfectius ascendat, populorum fidelium officio congruit assiduè pro illo precibus apud Deum purissimis, votisque contendere, vt suis virtutibus illum donisque spiritalibus illustret: quæ pro se D. Augustinus à Domino hoc supplicationis, & orationis ardore depoposcerat. [a] *Deus meus misericordia mea, oro te per dilectum filium, da mihi misericordiæ opera, pietatis studia, compati afflictis, consulere errantibus, consulere miseris, subuenire egenis, consolari mœstos, releuare oppressos, pauperes recreare, flebiles refouere, dimittere debitoribus, parcere in me peccantibus, odientes me diligere, pro malis bona reddere, neminem despicere, sed honorare, bonos imitari, malos cauere, virtutes amplecti, vitia reijcere, in aduersis patientiam, in prosperis clementiam, custodiam oris, & ostium circumstantiæ labiis meis, terrena calcare, cœlestia sitire.* Sic filiali timore, & reuerentia, populi principes suosque reges adorant, honoreq; sincero venerantur. Quorũ salus his votis à Deo data, & conseruata magnum populi fidelis, Ecclesiæque prosperitatis stabilimentum est. Propter quod ita Epiphanius Constantinopolitanus patriarcha his vocibus deprecatoris Hormisdam papam ad intercedendum pro Imperatore, & eius Augusta coniuge compellabat: *Oret Sanctitas tua pro serenissimo principe nostro, & pro Christianissima Augusta: quia eorum salus communis sanctarum vbique est Ecclesiarum futurum firmamentum.* Cuius timoris filialis reuerentiæ, honorisque S. Paulus præter tributa meminit dicens. *Reddite ergo omnibus debita*, scilicet principibus vestris. *Cui tributum* [b] *tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem.* Qui alibi discipulum Titum admonuerat, vt hanc timendi, reuerendi, honorandique principes suos populorum cordibus lectionem firmiter imprimeret. [c] *Admone illos*, inquit, *principibus, & potestatibus dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.* Quod S. Petrus vno aut altero verbo complexus est *regem honorificate*: illi scilicet fideli famulantes obsequio ipsius imperia magnis affectibus exequentes, quę contra Dei iussa, decretaque non militarent, Apostolorum ipsorum exempla secuti. Quorũ princeps D. Petrus dicebat in actibus. [d] *Si iustum est*, inquit, *in conspectu Dei vos potius audire, quàm Deum iudicate.* [e] capite 5. versu 29. *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.* Cæteris in rebus à Dei voluntate non exorbitantibus principis ipsius Dei viuæ imaginis imperia colas. Quod cunctis fidelibus voluit esse manifestum, S. Clemens ita præcipiens. [g] *Estote subditi omni regi, & potestati in his quæ Deo placent tanquam ministris Dei, & impiorum vindicibus, & vltoribus: Exhibete ijs omnem metum debitum, omne vectigal, omne tributum, omnem honorem, dationem censuum, hæc enim est Dei lex.* Non terminat hæc debita à populis obsequij, reuerentiæ, honorisque iura, ad reges, principesque sui seculi, qui omnes infideles, & hostes Dei multa contra illius leges inique facientes extabant: sed ad omnes præcipuè, qui vsque ad consummationem seculi in sanctitate, & iustitia seruientes Deo regnaturi essent. In cuius rei fidem dicebat alibi. [h] *Timebis regem, sciens Domini esse electionem: magistratus eius honorabis, vt Dei ministros. Sunt enim vindices eius iniuriæ, & soluite eis animo non ingrato vectigal, & tributum, omnemque pensionem.* His verbis, *Animo non ingrato*, præter corporis, fortunæque bona debita, etiam animi obsequia, obedientiam, amorem, reuerentiam, & cætera huiusmodi fidelitatis officia complectitur. Quã hic vsus, actusque subditorum suis principibus obediendi, & honores exhibendi, sit necessarius, & salutaris humanæ, Christianæque societati, ista S. Chrysostomi in psalmi 148. verba hæc. *Principes, & omnes iudices terræ.* Perspicuè declarant. [i] *Hic rursum loquitur de alio genere prouidentiæ, nempe de principibus: quod Paulus quoque in Epistola ad Romanos ponit, sapientissimè ostendens hoc fuisse opus Dei prouidentiæ in eos qui magistratus gerunt, & in eos qui illis parent vniuersum dimisisse.* [k] *Dei enim minister tibi est in bonum: Si autem hoc sustuleris*, scilicet vt alij imperent, alij obediant, *vniuersum interit. Si enim cumnunc sint principes, & magistratus, multique sint in eis corrupti, ac deprauati, tantus tamen rei est vsus, vt etiam cum mali sint, magna ex his capiatur vtilitas. Cogita apud te si ij quibus sunt crediti magistratus eos rectè gererent, quàm bene cum genere humano ageretur. Sed magistratus quidem constituere fuit opus Dei: quod autem improbi ad eos prouehontur, & eis non vt decet vtãtur, est hominum improbitatis.* Pergens postea S. Doctor recenset quàm iustè magnas, principes ac subditi propter hanc regnorum, principatuũque institutionem Deo gratias agere teneantur. [l] *Dicit ergo*, scilicet propheta, *oportere magnas Deo gratias agere, quod sint & reges, & iudices, certo enim ordine, & modo constituta hominum administrationis curam gerens, & ne plusquam ferino ritu multi viuerent prouidens, veluti quandam cutis regendi artem, & nauis gubernandæ scientiam magistratus, & regna largitus est. Si ergo sis princeps, aut magistratus geras, benigno & clementi Deo gratias age, quod tuæ ostendendæ curæ, & diligentiæ tanta tibi data sit occasio. Si priuatus rursus age gratias, quod habes, qui tui curam gerat, nec permittat, vt te improbi insidiis circumuentum opprimãt.* Dicamus ergo cum [m] D. Augustino *generale societatis humanæ pactum esse obedire regibus suis.* Sed adhibita hac S. Pauli cautione, & modificatione. [n] *Ad omne opus bonum. Docet enim hic Apostolus* (ait S. Hieronymus) *credentes principibus, & potestatibus debere esse subiectos: sed quia dixerat, admone illos principibus, ac potestatibus esse subditos: poterat his qui tormenta formidant occasio ad negandum dari; dum iuxta Apostoli dictum se assererent principibus, & potestatibus esse subiectos, & facere quod iuberent: propterea subiecit, obedire ad omne opus bonum, si bonum est quod præcipit Imperator, ac præses iubentis obsequere voluntati; si vero malum & contra Deum sapit responde, & illud de actibus Apostolorum. Obedire oportet Deo magis quam hominibus.*

Eruditissimè, necnon elegantissimè his conformia D. Augustinus in expositione quarundam propositionum ex Epistola ad Rom. eductarum propositione 72. pronuntiauit. Vbi cum homines fidei religionisque Christianæ, beneficio, atque priuilegio non esse à principum secularium iurisdictione, imperioque liberos, & immunes, sed magis illi huius virtute religionis addictos, vt principibus obedientia perfectiori subderẽtur, ostendisset, sequentia subiunxit. *Ex illa vero parte qua credimus Deo, & in regnum eius vocamur, non nos oportet esse subditos cuiquam homini id ipsum in nobis euertere cupienti, quod Deus ad vitam æternam*

Marginal notes, left column:

[a] S. August. meditat. c. 1. *Quæ à Deo populus pro se ac principe suo deuoto postulare debet.*

[b] S. Paul. c. 13 ad Rom.

[c] Epist. ad Tit. c. 3. v. 1.

[d] S. petri c. 2. v. 18. *Principibus obediendum vsque ad aras.*

[e] c. 4. Actorũ v. 19.

[f] c. 5 Act. v. 29.

[g] S. Clem. l. 4. constitut. c. 12. *Principibus vt Dei ministris, & eius facientibus voluntatem obediendum, debitaque tributa, & honores exhibenda.*

[h] S. Clem. l. 7. cõstitut. c. 17.

Marginal notes, right column:

Subditorum honorentia, & obedientia populorum erga principes humana conditque omnis societas interiret.

[i] Chrysost. in psal 148 Principes & omnes ptin. &c.

Vniuersitas hominum in imperantes & obedientes diuisa.

[k] Rom. 13.

Aliquando à malis rectoribus populi vtilitas magna capitur quãto maior à bonis &c.

Institutio regnorum, ac principatuum à Deo est: mala vero eorum administratio ab hominum improbitate.

[l] Ibid. S. Cyprian.

Principes, & subditi magnas Deo gratias agere obligantur ob principatuum institutionem.

[m] D. August. l. 3. confess. c. 8.

Obediendum principibus in bono, nusquã in malo.

[n] Ad Titum c. 3. S. Hieron. in c. 3. ad Titum.

4. Parc. Christiana religio nõ ademit populorum debitam principibus obedientiam, sed magis perficit.

S August. l. expositionis quarundam propositionum ex epist. ad Rom. proposit. 72. quæ est Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita, non est enim potestas nisi à Deo.

donare dignatus est. Si quis ergo putat quoniam Christianus est non sibi esse vectigal reddendum, aut tributum, aut non esse exhibendum honorem debitum eis qui hæc curant principibus, in magno errore versatur. Item si quis putat se esse subdendum, vt etiam in sua fide habere potestatem arbitretur eum qui temporalibus administrandis aliqua sublimitate præcellit, in maiorem errorem labitur. Sed modus iste seruandus est, quem Dominus ipse præscribit, [a] *vt reddamus Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt: quamquam enim ad illud regnum vocemur, vbi nulla erit potestas eiusmodi, in hoc tamen itinere dum agimus, donec perueniamus ad illud seculum, vt fit euacuatio omnis principatus & potestatis; conditionem nostram pro ipso humanarum rerum ordine toleremus, nihil simulate facientes, & in eo ipso non tam hominibus, quàm Deo qui hæc iubet obtemperantes.* Quem sacræ doctrinæ locum præclaro Catholicoque discursu ante huius illustrissimi doctoris patrisque sanctissimi tempora, Tertullianus libro de idololatria sic locutus illustrauerat. [b] *Igitur, quod attinet ad honores regum vel Imperatorum satis præscriptum habemus in omni obsequio esse nos oportere secundum Apostoli præceptum, subditos magistratibus & principibus & potestatibus, sed intra limites disciplinæ quousque ab idololatria separamur. Propterea enim & illud exemplum* [c] *trium fratrum præcucurrit: qui aliàs obsequentes erga regem Nabuchodonosor, honorem imaginis eius constantissimè respuerunt, probantes idololatriam esse, quidquid vltra humani honoris modum, adinstar diuinæ sublimitatis extollitur.* [d] *Sic & Daniel cætera Dario submissus tamdiu fuit in officio, quamdiu à periculo disciplinæ vacaret: Nam id ne subiret, non magis Leones regios timuit quam illi regios ignes.* Sed de his inferius plura prout in huius capitis initio spopondimus. Vnum corollarij instar addam. Si tot obedientiæ, reuerentiæ, honoris, obsequij, debitæque aliorum bonorum largitionis officia secularibus principibus propter temporalia bona subditi fideles præstare teneantur quantò maiora spiritualibus rectoribus Ecclesiasticisque prælatis, & super omnes prælatorum omniumque Ecclesiæ pastorum principi, Romano Pontifici Apostolicæ præfecto sedis ipsi populi salutaria Christi Domini vexilla sequentes, conscientiæ puræ prouocati stimulis, propter æterna bona singulari desiderio studioque feruentis amoris, exhibere, largiri atque profundere debebūt? Huc fidelium populorū animos & affectus, S. Basilius efficaciter adducere persuadendo nitebatur, cum sic acutè sapienterque à minori ad maius argumentabatur. [e] *Si igitur qui mundo huic præsunt, & ex lege humana illam imperandi potestatem habuerint: iis diuina lex pietatis cultores tantopere voluit esse subiectos & quod maius est, quorum vita tota tunc erat impietas: quæ tandem ei à pietatis cultore præstanda obedientia est, qui à Deo constitutus præses sit, & imperandi potestatem à Dei legibus accepit? Et quomodo defendi potest eum Dei ordinationi non resistere qui antistiti resistat suo?* Quamobrem legitimum obedientiæ submissionisque omnibus cuiuscumque conditionis & sortis ordinem per auxesim gradationemque subducendo præscribēs, ita eos omnes S. Ignatius [f] obedire Ecclesiæ præfecto & principi in spiritualibus hortabatur. [f] *Principes subditi estote Cæsari, milites principibus, Diaconi Presbyteris vt sacrorum administratoribus: Presbyteri vero & Diaconi, atque omnis clerus simul cum omni populo & militibus atque principibus, sed & Cæsares obediant Episcopo* (multo magis Episcoporum Episcopo Papæ) *Episcopus vero Christo, sicut patri Christus, & ita vnitas per omnia seruatur.* Hos subiectionis obedientiæque legitimæ gradus præscriptos à Deo destruunt, atque peruertunt quicumque summam reuerentiam, obedientiam, seruitium, honoremque supremum in spiritualibus hierarchæ Christianæ religionis summo vnicoque Catholicæ Ecclesiæ monarchæ visibili eiusdem Ecclesiæ capiti, Christi Domini vicario, patri omnium fidelium sanctissimo deberi negant, & præstare recusant. Sed de his cumulatius aliàs, ad principes sæculares pios catholicosque filum orationis nostræ reducamus.

In his quæ fidei sunt princeps secularis subditis non dominatur, vt neque si possit ab omni subditis ancillas.

a Matth. c. 22.

b Tertullian. l. de idololatria c. 15.

c Daniel. c. 3.

d Daniel c. 6.

Si principi laico obediendū lege Dei quantò magis Ecclesiastico: si regi in temporalibus quantò magis Papæ in spiritualibus?

e Basilius in constit. monasticis c. 23.

f S. Ignatius epist. 9. ad Philadelphos.

A B C D

CAPVT XIII.

De crimine adulationis ac adulatorum scelere perniciosissimè principibus blandientium & iniquissima persuadentium, vt eos cum imperio perdant.

1. *Quàm enorme & nocens Reipub. adulationis vitium.*
2. *Quàm scelerati, quamque perniciosi principibus adulatores.*
3. *Finis adulatoris est principem blandiendo fallere circa fidem & bonos mores.*
4. *Exemplum memorabile assentatoris ab impietate fraudulenta ad veram conuersi pœnitentiam, quem omnes principum adulatores perfidi debent imitari vt salui fiant.*

DE reuerentia pura, seruitio & amore sincero obsequentium populorum erga suos principes regesque nonnulla breuiter superiori capite alias plura dicturi cōmemorauimus. Quibus animi bonis & corporis execrabilis proditorum sceleratorumq; aulicorum adulatio cum sit opposita maximè, principum regnorumque exitialibus casibus inhians: ordo discursus rationisque legitimus postulat, vt in illius nefandi criminis eiusque cultorum nefariorum detestatione hoc postremum præsentis libri capitulum, prout regum principumque fidelium gloria, eorumque cum populorum prosperitate salus efflagitant; varia multiplicique probatione consumamus. Magna regnorum lues, adulatio nimium sæpe in aula principum grassando, salutem eorum, pacem Reipub. populorumque fortunas miserè depascitur. *Monstrabo tibi* [a] inquit Seneca, *cuius rei inopia laborant magna fastigia, quid omnia possidentibus desit, scilicet ille qui verum dicat, & hominem inter mentientes stupentem, ipsaque consuetudine pro rectis blanda audiendo, ad ignorantiam veri perductum, vindicet à consensu*

Adulatio principum pestis vero honori & amori quo fideles populi principibus deferunt valde contraria.

a Senec. l. 6. de benefic. c. 30.

concentuque falsorum. Non vides quemadmodum illos in præceps agat extincta libertas & fides in obsequium seruile submissa? dānemo, & animi sui sententia suadet dissuadetq; sed adulandi certamen est & vnum amicorum omnium officium, vna contentio quis blādissimè fallat. O funesta Reipub. contagio qui sine labore, & cum lucro nefando blandientium perfidè vulnus principum animis alit, & sine sensu perdit voluntariè deceptos? nunquid hoc ille sine causa dixit? ᵃ *Suadere principi quod oporteat, multi laboris, assentatio erga principem quemcumque sine affectu peragitur.* Quam illud adulationis vitium funestum & exitiosum Rebuspub. 3. contra Philippum oratione eleganter copiosèq; Demosthenes expressit.ᵇ Cum omnes ferè clades publicas calamitates, exitusque funestos ab hac pestifera adulandi peste in regna ciuilesque societates exundare monstrauit. Et hac animorum peste delectatis principibus & populis, necnon illud adulationis virus regnantium cordibus instilantibus extremas Deus calamitates, per os Esaiæ prophetæ minitatus est. Qui huius vitij veneno fœdati & intoxicati verbum veritatis audire deprecabantur. *Scribe ei*, inquit Deus Prophetæ ᶜ *super buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouissimo in testimonium in æternum. Populus enim ad iracundiam prouocans est & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei, qui dicunt videntibus nolite videre, & aspicientibus nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte à me viā, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel. Propterea hæc dicit Dominus noster sanctus Israel: pro eo quod reprobastis verbum hoc, & sperastis in calumnia & tumultu, & innixi estis super eo: Propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens & requisita in muro excelso: quoniam subita dum non speratur veniet contritio eius, &c.* Tot huic succumbere monstro principes quam miserum! Tot gentes populosque hac peste necari quam funestum! vt rectè meritoque dixerit Tullius: ᵈ *Sic habendum est, nullam in amicitia pestem esse maiorem, quam adulationem, blanditias, assentationem*, quæ ab eodem *esca & vitiorum omnium quasi nutrix appellatur.* Cuius nocumenta satis aperit S. Hieronymus, cum ad Demetriadem virginem dixit; ᵉ *Isto maximè tempore regnat vitium adulationis quod est grauissimū, quia humilitatis & beneuolentiæ loco ducitur: & ita fit, vt qui adulari nescit, aut tumidus aut superbus reputetur. Et quo nocentiùs & callidiùs vulneret, adulatio quām similis amicitia*: ᶠ aiebat Seneca, *non imitatur tantum eam sed vincit. Apertis ac propitiis auribus recipitur, & in ima præcordia descendit, eo ipso gratiosa quo lædit.*

Ex quibus aliisque quam plurimis quæ breuitatis causa reticemus, quàm scelerati & improbi quàmque principibus perniciosi atque pestiferi sunt, adulatores assentatoresque constat: ᵍ *Qui in aures eorum fictè & simulatè quæstus sui causa insusurrant.* Scelleratissimum hominum genus, ʰ *quibus huius rei causa omnia principum honesta, atque inhonesta laudare mos est.* Qui fascinandis principum animis infatuandisque per blandos mendaciorum deceptionumque sermones, solerter inuigilant, vt illorum ruina depeculationeque locupletiores euadant, qui post expressas exhaustasque principum gazas, subtili dolosaque declinatione se ab eorum aspectu aulaque substrahunt, cum nihil se amplius deprædari posse sperant, & vt ait ⁱ Horatius:

Diffugiunt cadis cum fæce siccatis amici,

Sicut Petronius arbiter illis exprobrabat:

Cum fortuna manet vultum seruatis amici,
Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.

Quorum fraudulentæ beneuolentiæ, & amori illud, quod de Parasitorum amicitia ᵏ Suidas in Zeū commemorat optimè quadrat: ζεῖ χύτρα ζῇ φιλία feruet olla viuit amicitia quod ita inuolutum euoluit, compressumque Martialis extendit & amplificat ˡ.

Hunc quem vina tibi, quem mensa parauit amicum,
Esse putas, fida pectus amicitia?
Vinum amat & cyathos, opsonia & ostrea, non te,
Sublato vino nullus amicus erit.

Quam ad maiorem assentatoris nefandi detestationem verè dixit ᵐ Dio Chrysostomus. *Illum veritatis corruptorem ad illudendum principi eo qui monetam regis adulterat esse peiorem*; Quid? quod calumniator, & prædator honoris alieni cum sit nequissimus, tamen adulatore, à D. Augostino scelere inferior esse creditor? vt hæc ipsius verba significant? ⁿ *Duo sunt genera persecutorum, scilicet* vituperantiom & adulantium, *sed plus persequitur lingua adulatoris quam lingua calumniatoris.* Vt non malè ᵒ S. Gregorius assentatoris linguā locustæ fructus deuoranti api mel in ore habenti, sed aculeo pungenti, Scorpioni denique cauda venenata ferienti & feriendo necanti comparauerit. *Blandus inimicus & latens sub tegmine fraudis adulator, sed aspero apertoque crudelior hoste* ᵖ vt S. Hieronymus ex Philosophorum veterum sententia referebat. Quis igitur sapientem illum paganæ congregationis ᵠ apud Dionem Chrysostomum veritati conformia dixisse negabit, cum peius esse *in adulatores incidere quam in coruos asseruit? Quod hi mortuos tantum homines, illi vero viuos & quidem dignitatibus atque potestatibus excelsos, dente, fraudibus acuto deuorare consuescant?* Et quis ratione præditus alteri ʳ apud eumdem Dionem sapienti, adulatorem falso teste tetriorem esse sostinenti non libere consentiet? quod in iudicio falsa dicendo iudicem tantum fallere, ille vero principem blanditiis fallacibus fascinando Rempub. vna cum principe perdere & obrutam calamitatibus ærumnisque confundere dicatur? Ne hæc igitur ˢ Q. Curtij à veritatis orbe excessisse, sed potius in ipsius circo firmiter hæsisse credamus: *Profecto regum exitus si reputauerimus plures à suis* (scilicet adulatione fallentibus) *quam ab hostibus interemptos fuisse reperiemus.* De quibus Seneca loquens. ᵗ *Horum*, inquit, *sermo multum nocet, nam etiam si non statim officit, semina in animo relinquit, sequiturque nos etiam cum ab illis discesserimus resurrecturum postea malum* cuius mali ab eodem alibi causa in promptu redditur dicente. ᵘ *Habent hoc in se naturale blanditiæ, etiam cum reiiciuntur placent: sæpe exclusè nouissimè recipiuntur.* Asperius adhuc ˣ Plato iustè tamen & verè in istos regom principumque blandos cordis homicidas, necnon famæ & honoris interemptores inuectus est; cum eos *bestias humanæ societatis pestem, & sceleris nefandi virus exhalantes spirantesque nuncupauit.* Cum eos fœtido, immundoque dæmoni similes esse dixit. Qui exceptas elusasq; hominum mentes sub mortiferæ voluptatis atq; libidinis illecebra, corporis cōtinuo for-

ᵃ Tacit. l. pr. hist.
ᵇ Demosthenes 3. philippica.
Quanta Deus mala hos adulationis vitio delectatis minitatus est.
ᶜ Esaiæ c. 30. v. 8. & seq.
ᵈ Cicero in Lælio.
Adulatio pestis animorum nutrix & esca vitiorum.
ᵉ S. Hieron. Epist ad Demet.
ᶠ Senec. epist. 45.
2. *Pars. Quam scelerati & principibus perniciosi assentatores.*
ᵍ Cicero ad Quint. fratrem.
Omnia ad perdendum principes lucri sui gratia adulatores faciunt.
ʰ Tacit. l. 3. annalium.
ⁱ Horatius. Petronius.
ᵏ Suidas in Zeū.
ˡ Martialis l. 2. Epigram.
ᵐ Dio Chrys. orat. 3. de instit. principū.
Adulator calumniatore scelerator & hoste aperto.
ⁿ D August.
ᵒ S. Greg. l. 31 moral. c. 20.
ᵖ S. Hieron. l. 1. contra pelagia.
Insidere in adulatores quā in coruos peius.
ᵠ Dio Chrys. orat. 3. de instit. princip.
ʳ Dio ibid.
Adulator falso teste perniciosior & iniquior.
Plures principes ab adulatoribus perditi quam ab hostibus.
ˢ Q. Curtius lib. 9.
ᵗ Seneca Epist. 124.
ᵘ Senec. in præfat. 4. quæst. natur.
ˣ Plato in Phædro.
Adulatores principum dæmoni immundo & præstigiatoribus similes furibus & homicidis nequiores.

nuo sordibus contagionibusque ad exitium usq; indicij rationisque coinquinat. Addit eos [a] *In Menexeno seu Epitaphio præstigiatoribus veneficisque persimiles esse*, prædatoribus hominumque trucidatoribus immaniores: qui non pecunias solum, non opes, non fortunas, non possessiones cæteras, non ipsam denique vitam corporis deprædantur & auferunt, sed etiam, quod his omnibus maius est, intellectum, rationis iudicium, conscientiæ timoratæ stimulos, cordis integritatem, ipsam denique regum ac principum quibus perfide blandiuntur animæ salutem assentatione turpissima subripiunt, atque sub specie recti negotiatione flagitiosissima furantur. Contra quos, ideo Iuo Carnotensis generosa piaque indignatione clamabat [b]: *quid infidelius quam eum* (*scilicet principem*) *cui fidem debeas circumuenire verborum blanditijs, ludibrio habitum, gestus transfiguratione, & totius vanitatis lenocinio excæcatum, in sordes vitiorum impellere & præcipitationis abyssum.* Quibus in alio capite eiusdem libri ad maiorem assentatoris abominationem ista subiunxit. [c] *Non manet fides incolumis, vbi aliud agitur, & aliud simulatur, præsertim animo & voluntate nocendi.* Quod nocumentum lucri proprij gratia finis & scopus propositus est illis qui per assentationem principum fraudulenter auribus insidiantur, deque eorum animis propter auri argentique sacram famem, simulata reuerentia & amore perniciosissime negotiantur. *Sicut enim finis oratoris est*, inquit idem bonus [d] Episcopus verè Gallus *persuasisse dictione, medici curasse medicina, sic adulatoris finis est suauiloquio decepisse.* Verum, *non est in medico semper releuetur vt æger*, & finem suum qui in altero est orator non semper assequitur, sic adolator quidem non semper decipit aut de amico quem sibi fingit dolis circumuento triumphat: fine tamen suo non destituitur, si ex contingentibus nihil omiserit. Sed ô facinus horrendum! ô ausum execrabile adulatorum! qui per earum virtutum oppugnationem, principum quos blanditijs dolosis decipiunt, euersionem salutis frequentius adoriuntur: à quibus Christiani fidelesque principes appellantur, à religione videlicet fide, charitateque diuina. Quarum contemptum odiumque ipsi malè feriati homines, fatales ad Reipub. Christianæ humanæque societatis exitium, ipsorum principum cordibus furiosissimè persuadere conantur. *Quis mente sobrius regibus dicat*, [f] aiebat magnus Augustinus: *Nolite curare in regno vestro, à quo teneatur vel oppugnetur Ecclesia Domini vestri, ad vos non pertinet quis velit esse siue religiosus, siue sacrilegus!* At id faciunt adulatores impij! quia non sobrij mente, sed ebrij furore nocendi. Quorum adeò est extrema in blandiendo nequitiæ impietas: vt non solum principum impietatibus applaudant, & malitiosa congratulatione blandiantur: sed eorum quoque hæreses erroresque contra fidē, contra Catholicæ Ecclesiæ regulas, contra sedis Apostolicæ Romanæque leges in virtute Spiritus sancti radicatas, externa professione sequantur. Quamuis contrarium consensu interiori credant atque fateantur: vt honores dignitatesque à perditis principibus noxia & impia contra sanctitatē fidei credentibus adulatoria veneratione obsequioque consequantur. In cuius rei fidem memorabile Pauli illius impij tempore Leonis 4.

a Plato in Menexeno.

b Iuo Carnotens. Episc. l. 3 policrat. c. 4

3. Pars. Finis adulatoris est principē blandiendo fallere

c Iuo Carnotēs. c. 6 l. 3. policrat.

d Idem Iuo Carnot. l. 3 c. 3. policra.

Adulatores præcipue frequenterque nituntur illis contemptum religionis persuadere.

f S. Aug. epi. 50.

4 Pars. Memorabile Pauli Constantinopol. Episc. exemplum auersiones à fide Catholica & conuersionis ad eam.

A Imperatoris Iconoclastæ prostat exemplum. Qui vt fieret patriarcha Constantinopolitanus ipsius Imperatoris fauore tyrannico, quem assentatione dolosā diuturnaque ludificabat, errores contra fidem impiaque dogmata huius hæretici principis inuita repugnanteque conscientia exterius amplexatus est, [g] vt Theophanes in Miscellaneis auctor est. Sed postea miseratione diuina factum, ô mutatio dexteræ excelsi! vt ille tandem in se reuersus suum execrabile scelus agnouerit, illudque amarè flendo magna contritus afflictione, per pœnitentiam salutarem detestando deleuerit, atque ad salutis portum, à quo illum B apostasiæ procella longè pepulerat, reuersus, in monasterio quod suæ locum pœnitentiæ constituerat, spiritum Deo reddens, feliciter expirauerit. Cuius salutaris Ecclesiæ Catholicæ conuersio, vtpotè hominis qui sapientissimus sine cōtrouersia ab omnibus habebatur, magnas ad profligandam Iconomachorū hæresim, fidelibus vires attulit. De qua hæc Theophanes. [h] *Primo die Kalendarum Septembris eiusdem septimæ indictionis, Paulus Almificus patriarcha sanctissimus infirmatus reliquit thronum, & descendens ad monasterium Flori monasticum suscepit habitum*, *Imperatrice* (scilicet Irene) *ignorante. Cum autem Imperatrix hoc didicisset venit cum filio* (scilicet Constantino) *tristis & clamans: Cur, inquit, hoc fecisti? at ille cum lamentis dixit ad eam: vtinam ne vnquam in sacerdotij throno sedissem, Ecclesia Dei tyrannidem patiente, præsertim cum scissa sit à reliquis vniuersalibus sedibus &* C *anathematizata. Quæ demū adscitos patricios & senatus primores misit ad eum audire quæ ab eo dicebantur: Quibus dixit ad illos: Nisi synodus vniuersalis fiat, & error qui est in medio vestri corrigatur, salutem nō habebitis, at illi dixerunt. Quare subscripsisti cum sceleratis Iconoclastis? at ille: idcirco lamentis afficior, & cucurri ad pœnitentiā deprecaturus Deū ne me sicut sacerdotē iudicet & eruciet, qui tacuerim vsque nunc & præ timore fauoris vestri non prædicauerim veritatē: & in his dormiuit in pace detulisto lamento multo tam pro quam impijs & religiosis viris reipub.* Et hæc Theophanes. O vtinam proditoribus Ecclesiæ Dei, eiusque religionis euersoribus Christi Domini, eiusque vicarii iussorum contemptoribus, principum regumque Catholicorum adulatoria fraude corruptoribus, talis conuersio adueniret, vt sicut industriam, studia, conatusq; mētis suæ ad decipiendum principes antea turpiter D & exitialiter occupauerant, sic eadem postea ad saluandum eos adhibeant. Hanc omnes aulici multū temporis huic misero perniciosoque adulandi solo miserè mancipati, præsertim de clero plurimi, Petri Blæsensis orationem, Deo deuotè profusam diligenter audiant, imitentur, Deo pro salute sua profundant: quod plus aulæ regiæ, quā Ecclesiæ suæ vacauerint, atque de vanitate soliciti, veritatis obliti, aulicæ pompæ contubernio delectati, gregis sui desertores magnam suæ vitæ partem indignissimè contriuerint. [i] *Dimitte quæso me adhuc, vt plangam paululum dolorem meum, ne reuertar in curiam laboriosam, & opertam mortis caligine: vbi vmbra mortis est & nullus ordo.* Posthæc concludens, Ecclesiasticos pastoresque animarum, qui summo ingenio doctrinaque singulari præcellunt, melius principum saluti seruire in suis Ecclesiis orationi instructionique ouium suarum vacando, quam vanos regii palatii splendores pompasque sectando, sic ostendit: *Licet obsequium*

g Theophan. in Miscellan. anno 780.

h Theophan. an. Dom. 784.

Vtinā quo optatius omnes principum adulatores, forent siue essent Pauli huius patriarchæ similes.

Oratio Petri Blæsensis quam facere debent aulici de clero adulatores aulæ regiæ egrediendo ad pœnitentiam.

i Petrus Blæsensis ep. 14.

& reuerentiã debeamus principibus, & maximè regi tanquã præcellenti, tamen noſtræ profeſsionis homines efficacius poſſent in Eccleſiis deſeruire principibus quã in caſtris. Simpliciores quidem & qui minus in diuina pagina sũt eruditi, ſi in obſequio regiæ maieſtatis militare proponunt, non arbitror hoc abſurdum. Porro in ſacris ordinibus conſtitutus, & in diuino eloquio pollens, qui iam tenetur fontes ſuos deriuare foras, talentumque ſibi creditum cum lucro ad domum reportare omnino inexcuſabilis eſt, ſi curialibus vinculis ſe innexerit. Sed hoc per modum paregi, ad propoſitum redeamus.

Eccleſiæ paſtores plus inſtruendo populos & orando in Eccleſiis quàm aula regia votantes & inſtruendo moliunt principum ſaluti ſeruiunt.

CAPVT XIV.

Vt funeſta principum ſors aſſentatoribus impiis applaudentium, ſic contrà, beata tales execrantium, & bonis conſiliarijs recta piaque monentibus fauentium atque credentium.

1. *Miſera principum conditio adulatoribus aures præbentium temporalis & æterna.*
2. *Adulatores ex bonis malos, ex malis peſſimos principes faciunt, vnde magna in tales principes eorumque populos aduerſitas.*
3. *In deceptos voluntariè per adulationem principes, & deceptores Deus in iudicio vehementer, animaduertet.*
4. *Felices principes qui adulatores iniquos deteſtãtur, & pios conſultores audiũt & amãt.*

PROFECTO miſeram ſemper principum ſortem conditionemque iudicaui, ad quorum captandas aures iber adulatoribus, fraudulentiſque morum regiorum corruptoribus, blanditiarum lenocinio pateret acceſſus. Quæ enim non ærumnoſa funeſtaque horum principum, mendacio verborum, titillatione falſitatis aſſentatoriæ geſtientium, poſſet eſſe conditio? quibus non niſi impij ad ſalutis interitum, miniſtri famulantur? iuxta ſapientis oraculum, [a] *princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habet impios.* Qui cum per adulatorium nefas, opes quibus inſano deſiderio toties inhiauerant, de ſanguine ac viſceribus populorum, ruinaque ſalutis & bonæ famæ principum cumulatas, aggregataſque poſſederint: illis affluenter vtendo, ipſis principibus per ſe ad inopiam magnam penuriamque redactis pleno cachinno, vel abſentibus, vel mortuis turpiter illudunt quos antea ſe præſentes aſſentatoria impietate adorare ſimulabant. Quod Epiſcopi Galliæ de regno Caroli Calui fideliter Ludouico Germaniæ regi ſua ad eum epiſtola repræſentarunt, hæc inter alia ſuggerentes. *Et quando tibi aduenerit hora exitus tui, ſicut rident nunc* (ſcilicet adulatores tui iniquiſſimi cõſultores) *quãdo per te obtinẽt, quæ volunt in hora voluntatis ſuæ, ſic ridebunt in hora exitus tui: & quærent quomodo per alium teneant, quæ per te obtinuerunt. Væ qui dicitis bonum malum & malum bonum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, &*

a Prouerb c. 29

Adulatores aulici hauſtis prædatiſque au...rij regij diuitijs principes quos feſellerãt, in magnã irriſione ludificantur.

b Epiſt. Epiſcoporũ Galliæ ad Ludouicum regem Germaniæ.

c Eſa. c. 5. v. 20 can. qui dicitis 11. q. 3.

A *dulce in amarum.* Quod facere adulatorum eſt, *ſua adulatione non ingenuè, ſed perfide cum principibus atque proceribus agentium,* vt loquitur [d] Suidas. Hinc ruina populorum & principum, temporalis & æterna, quod per os prophetæ ſui Deus his verbis indicauit. [e] *Propterea captiuus ductus eſt populus meus, eò quod non habuit ſcientiam* (ſcilicet quod audientes verba mendacij aſſentatorum, opus Domini non reſpicit, nec opera manuum eius conſiderat: *vt bene viuendo vera ſectando fideliter illi ſeruiat,* [f] vt ſupra dicebat. *Et nobiles eius interierunt fame & multitudo eius ſiti exaruit.* Hæc quidem pro temporali miſeria, pro æterna vero iſta ſubiunxit Eſaias: [g] *Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino, & deſcendent fortes eius, & populus eius & ſublimes glorioſique eius ad eũ.* [h] Gloſ-
B ſa canonis, væ qui dicitis 11. q. 3. in caſu, ait Prophetã in hoc capit. 5. oſtendere atque docere eos qui dicunt bonum malũ atq; malũ bonum, atque credẽtes, pœnam temporalem æternãque ſubituros: *Et hoc probat,* inquit, *exemplo Iſraelitici populi, qui non ſolum captiuus ductus eſt in Babylonem, ſed etiam infernus dilatauit animam ſuam, vt eos reciperet, & os ſuum abſque termino aperuit.* In quod illi miſere deſcenderunt, adulatione talium improborum principibus & populis cauſam lapſus in inferni barathrum funeſtiſſimè præbente: qua veluti faſcino dementati principes de bonis improbi, deque malis nequiores euadunt. Exemplum erit in Caligola quẽ ex bono principe qualis erat in principio, ſceleratiſſimũ adulatores effecerũt, tantorum colluuie ſcelerum inebriatum, demerſumque profundo vitiorum, vt vulgo ille prodi-
C gium monſtrumque [i] Suetonio teſte peruerſitatis nequitiæque ab omnibus appellaretur. Qui eò impietatis extremæ, horroriſque ſuperbiæ per ſceleratorum adulationes erupit & aſcendit, vt Deum ſe teneri, ſuaſque in templis erectas imagines adorari voluerit. Quod vt imperauit, ſtatim citoque fieri curauit, excepto Iudæorum templo qui ei ne ſuas in illo imagines veluti Dei collocaret fortiter vſque ad ſanguinem generoſeque reſtiterant, [k] vt Ioſephus auctor eſt. *Regum opes ſæpius aſſentatio quã hoſtis euertit,* dicebat [l] Curtius in Alexandro. Sed hoc parum, auctius dicendum, non opes ſolum, ſed animas vitaſque principum adulatores eripiunt atque prædantur: vt cum [m] Capitolino in Gordiano exclamare liceat: *O miſer Imperator apud quem vera reticentur. Qui à talibus Reipub. peſtibus pernicioſa nundinatione venditur,*
D vt in Aureliano [n] Vopiſcus aiebat. Sic ſceleratiſſimi homines principum fortunis, honori, vitæ, ſalutique crudeliter inſidiantur: vt hæc auferant, omnia dilapidẽt, exitialique funere demoliantur: qui per nefandas blanditias eorum in cordibus magna vitia profundius augent & alunt, quæ ſunt mortales animorum morbi. [o] *Quorum apud principes, vt in capite mundi acerbitates celſius dominantur,* quæ immortale populorum in principes odiũ parere, metumque grauiſſimarum calamitatum ipſorum cordibus ingenerare ſolent. [p] *Quæ duo quantum valeant ad peſtem ruinamque Reſpub. atque regentium illam, dici non poteſt.* Quid enim miſerius, quid funeſtius, triſtiuſque principi poteſt accidere, quam à ſuis odio percelli, non amari, metui non honorari? Cum nemo ſit prudentum qui neſciat, *quam malus* [q] *metus ille ſit diuturnitatis magiſter? quis vllam credit vim imperij tantam eſſe,*

d Suidas in Διοσκουρ.

Adulatio eſt non agere cum proceribus ingenuè, ſed proditoriè.

e Eſai. c. 5. v. 13.

f Eſaiæ c 5. v. 12.

g Eſaiæ ibi. v. 14.

h Gloſſ. can. væ qui dicitis 11. q 3.

Adulatores principum ac populorum ruinam temporalem & æternã cauſantur.

i Sueton. in Caligula c. 22 & 31.

o Pars.

Ex bonis malos ex malis peſſimos principes adulatores faciũt: vnde magna in princip... eorumque populos aduerſitas.

k Ioſeph. l. 15. antiquit. c. 15.

l Q. Curt l. 8.

m Capitol. in Gordiano iuniore.

n Vopiſcus in Aureliano

o Ammianus Marcellinus lib. 14.

p Cicer 2. off.

Vtita principum odium populorum & metum & metuum grauiſſimarum calamitatũ ab illis.

a Cicero philippica 2. b Off 2. c Seneca l. 1. de clementia. d Cicero l. 2. de off. e Seneca l. 1. de clementia.

qua premēte metu poſſit eſſe diuturna?[b] *eū quē metuūt oderint, & quē quiſque odit periſſe expectat.*[c] *O quāta eabies erūpit, vbi ſupra modū odia creuerint?*[d] *vt multorū odijs nullas opes poſſe reſiſtere cognoſcamus enim*[e] *tam multis periculis ille petatur, quàm multis periculū eſt.* Hac principis ab adulatoribus infatuati iniquitate ſæuiente, & in eū populorum odio, eorumque de illius ſæuitia, orto metu excreſcente, *Pax ſæpe populorum rumpitur,*[e] inquit S. Cyprianus, *& offendicula etiam de regno ſuſcitantur, terrarum quoque fructus diminuuntur, & ſæuitia populorum præpediuntur. Multi & varij dolores proſperitatem regni inficiunt: charorum & liberorum mortes triſtitiam conferunt, hoſtium incurſus prouincias vndique vaſtant, beſtiæ armentorum & pecorum greges dilacerant? tēpeſtas aeris & vis hyemis turbata terrē fœcunditate, maris miniſteria prohibent: & aliquando fulminum ictus ſegetes & arborum flores & pampinos quoſque exurunt.* Atque hæc quidem irato Deo, iuſtéque in hæc principis populorumque crimina animaduertente, calamitatum genera regnis, rebuſque publicis ingruunt & illabuntur.

Mala qua regno adueniunt ex malitia & iniquitate principis ab adulatoribus deprauati.

e Cyprian. vel alios eius nomine l. 1. de 12. abuſionibus ſeculi c. 9.

Præterquæ in mali faſcinatique adulatorum fraude principis poſteritatem ſua Deus indignationis fulmina contorquet, vt idem S. Pater continenter his verbis exponit. *Super omnia vero regis iniuſtitia non ſolum præſentis imperij faciem offuſcat, ſed etiam filios ſuos & nepotes, ne poſt ſe hæreditatem regni teneant, obſcurat.* Decepti per fraudes & adulationes cum propter ſcelera ſua iuſto Dei iudicio torquebūtur, de ſuis per fallacias adulatorias, corruptoribus, apud Deum in hoc extremo illius iudicio conquerentur, & expoſtulabunt, vindictam vltionemque de illorum perfidia fraudeq; flagitantes, vt his Hormiſdæ Papæ ad Epiſcopos omnes per varias ſparſos prouincias ſcribentis intelligitur.[f] *Verè dico quia illi ipſi quibus enim periculoſa & falſa miſericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Chriſti pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contra nos cauſa deſtituti ſunt, dicentes; quod dum aut aſperitatem linguæ eorum expauimus, aut falſa blandimenta, & periculoſas adulationes ipſorum libenter accepimus, in iiſdem permanere peccatis inutiliter*[g] *indulgemus, aut ipſa peccata augere permittimus, non recolentes illud quod in vetere teſtamento ſcriptum eſt. Quia*[h] *vno peccante, contra omnes ira Dei deſæuit.* Propter ea maledictio Dei ſupra eorum capita[i] Ezechielis cap. 13. detonuit, qui peccantium principum aliorumque crimina laudibus fraudulentis perfidiſque mactando, cumulu iniquitatis augent, & abominatione multiplicant. Propter quæ tam atrocia, animarumque ſaluti noxia, cur non aſſentatorum horrorem odiumque perfectum Celantiæ matronæ nobili S. Hieronymus his verbis merito perſuaſiſſet?[l] *Adulatorum aſſentationes, & noxia blandimenta fallacia velut quaſdam peſtes animæ fuge. Nihil eſt, quod tam facilè corrumpat mentes hominum, nihil quod tam dulci & molli vulnere animum feriat. Vnde & quidam ſapiens ait: verba adulatorum mollia, feriunt autem interiora ventris: & dominus loquitur per prophetam:*[m] *Populus meus qui beatificant vos, ſeducunt vos, & ſemitas pedum veſtrorum diſſipant.* Sic infelices ſycophantæ blāditiis fallacibus principum præter cæteros ruinæ fructificantes indebitis eos honoribus vitia virtutum loco magnificantes, magis obruūt quàm attollunt. De quibus ideò non ſine cauſa ſic apud Deum regius propheta conquerebatur:[n] *Et qui laudabant me aduerſum me iurabāt.*

1. Pars. In deceptos per adulationes & deceptores dominus in iudicio ob illorum ſcelera vehementer animaduertet, & ante extremū iudicium in hac vita.

f Hormiſdæ epiſt. ad Epiſcopos omnes per vniuerſas prouincias, can. ſi quis Diaconos 29. diſt. 5.

g Scilicet Indulſimus ex Gloſſa.

h Vt chore numeri 16 & Acham Ioſue c. 7.

i Ezech c. 13.

l S. Hieron. epiſt. 14 ad Celant. Matr. de ratione piè viuendi, &c. 10. 1.

m Eſaiæ c. 13.

n Pſal. 101.

A Quàm turpes illæ pernicioſæque laudes, quibus in ſalutis exitiū, principū maieſtatē aſſentatores perfidè mactaut! quibus tanquam puluere oculis iniecto, mentis lumen inficiunt, ne ſe ſuaſque infirmitates agnoſcant! O nefas! per fucatas adulterinaſque fictarum laudum claritates conſcientiæ lumen extinguere! fraudulenter in principibus inſidioſa prædicatione mentis oculos hebetare! Cum ſicut radij ſolares oculorum lumen, quibus immittuntur, eripiunt: ſic deceptrices fictæ laudis immiſſiones animo cordeque principum receptæ, dum fucatum malignæ fulgorem prædicationis iniiciunt, omnem conſcientiæ puræ ſenſum auferunt, ſalutaremque propriæ

B cognitionis ſplendorem inſidioſa calliditate deprædantur. Quàm bona propterea Ciceronis illa perſuaſio:[o] *Cauendum ne aſſentatoribus patefaciamus aures: & ne adulari nos ſinamus, in quo falli facilè eſt. Tales enim nos eſſe putamus, vt iure laudemur, &c.* Hoc nimium verè de omnibus, maxime vero de principibus Seneca dixit.[p] *Citò nobis placemus, ſi inuenimus, qui nos beatos viros dicat: quos prudentes, quos ſanctos, agnoſcimus. Non ſumus modica laude contenti, quidquid in nos adulatio ſine pudore congeſſit, tanquam debitum prendimus, optimos nos eſſe & ſapientiſſimos affirmantibus aſſentimur: cum ſciamus illos ſæpe multa mentiri. Adeò quoque indulgemus nobis, vt laudari velimus in id, cui contraria cum maximè faciamus.* Mala videlicet, virtutibus inimicantia, animorum inquinamenta, quæ fallaces doloſique aſſentatores, in principi-

C bus, vt ludificando perdant incautos, rectè factorum loco maximè laudant. De quibus hæc ſanctus Gregorius.[q] *Sunt nonnulli qui dum malefacta hominum laudibus efferunt, augent quæ increpare debuerūt, hinc enim per prophetā dicitur: væ qui cōſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis. Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt mollius quieſcatur. Quiſquis ergo malè agentibus adulatur, puluillum ſub capite vel cubito iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat: hinc rurſum ſcriptum eſt:*[q] *Ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum, parietis quippe nomine peccati duritia deſignatur: ædificare ergo parietem eſt contra ſe quempiā obſtacula peccati conſtruere: ſed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur: vt quod illi peruerſè agentes ædificant, ipſi adulantes, quaſi nitidum reddant. Sed ſanctus vir,*[r] *ſicut mala de bonis non æſti-*

D *mat, ita iudicare bona de malis recuſat, dicens: abſit à me, vt iuſtos vos iudicem. Donec deficiam non recedam ab innocentia mea.* Quamobrem ſapiens ille quiſquis ille fuerit, mihi videtur, ad viuum, & appoſitè, improbitatem pernicioſam, nefariamq; adulatorum perfidiam, hac effigie repræſentauiſſe: cum laruatos homines lingua extra os educta difformes, læua oculos manu claudentes, dextera verò marſupium auro tumens ſtrictiſſime prementes exhibuit. Eductio enim illa extra os linguæ, venalitatem illorum, ad fictè fraudolenterque laudandum munerum corruptione ſignificat: Oculi clauſi iſtorum perfide laudantium cæcitatem mentis exprimūt. Compreſſio vero illa marſupij aurei pleni nummis dextera manu, quid aliud quam inſatiabilem bonorum temporalium cupiditatem demonſtrat? Qua turpiter huiuſmodi ſycophantæ aſſentationis aſſueti perfidiæ, ad fallendum lenocinijs fallacibus principes, incitati rapiuntur? Qui ſpeculis res obiectas

o Cic. Cyri offic.

p Seneca epi. 60.

q S. Greg. l. 18. moral. c. 3. in cap. 27. Iob can. ſunt nonnulli 2. diſt. 46.

Maledictio criminа principū aliorumque per indulgentias & aſſentationes iniquas ſenontibus & augentibus.

q Ibid. Ezec.

r Iob ſcilicet cap. 27.

Assentatores principum similes speculis.

in se repræsentatibus similes, tantò callidius ad ruinam principibus insidiantur, quantò similius vt his illudant, se ad illorum omnes motus, gestus, passionesq́, transformant. Si principes rideãt isti delusores adulando ridere se fingunt: si plorent isti ploratum vultu simulant: si taceant, isti taciturnitatis se appetentes ostendunt: si loquãtur, isti sermones illorum buccis prædicatione dolosa inflatis exaltando magnificant: si facibus ambitionis ardeant, isti ambitionis affectum, loco generosæ mentis efferunt: si libidinibus æstuent, isti voluptates carnis, egregiè principum conditioni competere, plena voce prædicabunt. Denique vt cætera taceam, isti ad humanæ Christianæque societatis exitium fatales, in omnes principum affectus, naturam, passiones, ingeniũ, conditionẽque morum, sed in peruersum contrariumque, speculorum instar se transfigurant, (B) quæ obiecta sibi nobis ordine inuerso repræsentant. Etenim si facies nostra versus orientem posita in speculum respiciat, eam speculum occidentales intuentem oras regionesque repræsentabit. Haud secus assentatores principum facta gestaque manifestant, vt principum malefacta, benefacta prædicent: vitia pro virtutibus exaltẽt: Non vt eos vere laudent, sed vt falsa prædicatione deceptos alicuius lucri gratia, in fœtidiores grauiorum criminum sordes turpitudinesq́ue præcipitent. Sic miserè principibus illudunt! sic nefariè per prauas adulationis incantationes illos, nebulones scelestissimi ludificantur, & ludificando de perdenda illorum salute perniciosissimè negotiantur.

Felices principes qui adulatores detestãtur & pios cõsultores audiũt & amant.

O ter quaterque beati principes, populorumque rectores! (C) qui huiusmodi sceleratos vitiorum in magnatum cordibus satores, ab eisque virtutũ expulsores perfecto odio detestantur, suppliciis eos sua dignis perfidia dolisque persequuntur! quique eorum dolosas insanias, adulatoriasque fallacias, longe à se modestia, pietate vera in Deum & populos charitate tecti depellunt! Vt quondam Canutum Anglorum regem pietate, modestia, aliisque virtutibus insignem fecisse ex Anglicana historia fideliter scripta didicimus.

Canuti pij Angliæ regis modestia & generositas in execrandis & à se longè arcendis adulatoribus. Histor. Angliæ in Canuto rege.

Qui obsessus insidiosè, perfidèq; à coruis istis gazę regię adulatorio gutture fraudulenter hiantibus, dicentibusque in eum prædæ finem, omnia ipsi regi seruire, & ad nutum eius, vultumque (vt loquitur historia) cõuerti, impiã hãc turpẽq; huiusmodi perfidorũ assentationẽ hoc modo voluit exprimere & exprimẽdo cõfudere. Vidẽtibus & astãtibus illis regiũ thronũ in littore maris, (D) in quo fluxus ipsius & refluxus, vicibus quotidie ludit alternis, collocari iussit: mare postea sic affatur: *Tu mare ditionis meæ es, & terra in qua sedeo, est mea, impero tibi & denuntio, ne in terram meã ascendas, nec membra, nec vestem Domini tui madore perfundas*: Dixerat hæc; mare tamen suum fluendi & refluendi morem non amittebat, in pristinoque tenore ripas alluendo tum siccando motabatur. Hæc considerans princeps Christianæ modestiæ non ignarus à loco resiliens, vt aquæ refluenti cederet, audientibus dixit assentatoribus. *En quàm ego omnibus imperito, quin sciãt omnes qui terram incolunt, vanam & falsam esse regum potentiam: atque vnum eo nomine dignum, qui vere imperium inhibet cælo, terræ, mari*. Sic fatus insignes illos ad improbitatem, principum famæ, & honoris irrisores, salutisque perditores, tãquam sui pestes imperij ignominiis contumeliisque affectos, in perpetuum à (A) suæ consortio maiestatis, regijque palatij limine repulit. A quo limine consortioque magnorum regum, principumque repolsi, cum suas nocendi artes steriles aspiciunt, spe omni per dolos aliena rapiendi, frustrati miserè contabescunt.

Assentatores locustis similes.

Cum sint locustis similes, quarum proprium est, hyberno latere tempore, nec in locis sterilibus apparere, sed verno tempore æstiuoque cum campi fructuum abũdantia luxoriant, erumpere, atque depascendis, corrodendis, vastandisque frugibus agmine facto tripudiant. Sic huiusmodi perditi sycophantæ & nebulones, non pauperũ casas penuria sterilitateque rigentes consectantur, è quibus nihil commodi possunt eruere, sed diuitum, potentiorumque domos, regum, principumque palatia, dolosis artibus penetrare conantur. Vt fallendo principes adulatione perfida (B) diuites, ingentibus oppleti muneribus euadant. Quos ideò regalibus extrudere domibus, eosque cõtumeliis, probris, pœnisque comprimere, Deo valde gratũ, necnõ regnis, regibusque salutare: sicut fecit pius ille Angliæ rex Canutus, de quo supra & alij pleriq; reges, & Imperatores Christiani, vt Sigismundus Imperator, qui non minori iustitiæ veritatisque zelo insanas adulatorum voces, fraudesque detestando, assentatori maligno seipsum supra modum laudanti, & iniquioribus blandienti præconiis alapas, & colaphos inflixit?

Egregium Sigismundi factum adulatorem alapis percutientis.

Et illi per blandas ridiculasque adulationes illusori conquerendo dicenti. *Cur me cædis Imperator*? respondit. *Cur me mordes adulator*. Quidni hoc facerent principes Christiani? cum ethnici priscis temporibus, sicut Athenienses, huiusmodi assentatorum hominum genus capitalibus pœnis (C) mortisq; suppliciis extinxerint? vt Timagorã illũ, cuius præter cæteros erat ad blandiendum & decipiendum per fraudes nobilitata malitia.

Athenienses morti adulatores afficiebant, vt Timagorã. Plutar. in Pelopida.

Adulatori enim per blanditias animorum vitæ salutique fraudulentas insidianti, quæ posset afferri iniusta nex? *Fac ergo mi Lucili, quod facere consueuisti* (inquiebat [a] Seneca.) *A turba quantum potes te separa, nec adulatoribus latus præbeas: artifices sunt ad captandos superiores. Par illis, etiam si bene caueris, non eris. Sed mihi crede, proditioni, si capieris ipse te trades. Habent hoc in se naturale blanditiæ, etiam cum reiiciuntur placent: sæpe exclusæ nouissimè recipiuntur*, Felix qui hoc sapientis consilium praxi reueretur: [b] *Si te lactauerint peccatores ne acquiescas eis*. Assentatorum sermones, lac in gustu dulce, sed in effectu amarum atque mortiferum. Si lacte tali se potari principes permiserint, atque (D) illius dulcedine pestifera se inebriari tolerauerint, peribunt, salutisque iactura percellentur, vt alter Sisara dux exercitus Iabin regis Chanaam. Cui lac ad bibendum Iael vxor Haber propinauit, quem hausto lacte somnoque sepultum, clauo capiti infixo necauit. Vt sacra testatur historia, dicens: [c] *Tulit itaque Iael vxor Haber, clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum: & ingressa abscondite & cum silentio, posuit super tempus capitis eius clauum, percussumque malleo defixit in cerebrum vsque ad terram: qui soporem morti socians defecit, & mortuus est.*

[a] Seneca in præfat. lib. 4. quæst. natural. circa princip.

[b] Prouer. c. 1.

[c] Iudic c. 4. v. 21.

Iaeli similes assentatores.

Haud dissimiles sunt in hoc facto Iaeli fatales ad perdẽdas principũ animas assentatores, qui propinato fraudulentę adulationis lacte potatos illos inebriant, atque mortifero somno consopiunt: & ita eorũ animas veluti clauo laudis emẽtitæ assẽtationisq́, fallẽtis lenociniis, in terra trãsfigũt: hoc est cõtẽpta per fastidiũ nauseãq; virtutũ dulcedine

ſanctaque cæleſtium amænitatum cupiditate, in rerum terreſtrium libidines, vitiorumque turpitodines inſaniente deſiderio, nefariè deprimunt. Quàm propterea Proſper Aquitanicus verè dixit:[a] *Adulantium lingua alligant animas in peccatis: delectat enim ea facere, in quibus non ſolum non metuitur reprehenſor, ſed etiam laudator auditur.* An non illud quod propheta prædixerat? *Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur.* A quibus porro benedicitur iniquus turpi vitiorum negotiationi vacando, niſi à perfidis & principum ſaluti, fraudulenter inſidiantibus adulatoribus? Quio ita ſit, alios audiatur propheta:[b] *In malitia ſua lætificauerunt regem, & in mendacijs ſuis principes.* His de tanto nefandorum aſſentatorum ſcelere conſideratis, ô fortunati principes illi, ô ſalutari præditi ſapientia reges! Qui eum optimo rege propheta iſtud pernicioſum ſceleratorum hominum genus, odio perfecto deteſtātur, illudque eiuſdem prophetæ quod ſpoponderint, effectu compleuerint.[c] *Oleum peccatoris non impinguet caput meum.* Oleum peccatoris fallaces adulatorum blanditias ementitis perfidiſque dictitum, principumque ſcelera laudibus exaltantes S. Auguſtinus intelligit cum dixit,[d] *Adulatores laudem ſuam tanquam oleum vendidant ſtultis,* &c. & D. Gregorius,[e] *impinguat*, inquit, *caput oleum peccatoris, cum demulcet mentem, fauor adulantis, &c.* Vt eam hebetet, & ad ſuæ cognitionem ſalutis obtuſam ſtupidamque reddat.

a Proſper. Aquit. l. ſentēt. D. Aug. ſent. 137.

b Oſeæ c. 7. v. 3.

c Pſal. 140.

d S. Aug. epi. 280 ad Honorat.

e S. Greg. homilia 12. in Euangel.

Exempla ad id probandum plura non addam: vnum pro concluſione dicam: beatos fore ſemperque bene fortunatos principes illos regeſque Chriſtianos, cum ſuis quibus iuſtè religioſéque dominantur populis, ſi vt perfidos ac ſuæ populorumque ſaluti pernicioſos adulatores indignatione iuſtiſſima deteſtantur, ſic affectu indignationi valde huic contrario ſapientes viros iuſtitiæ religioniſque Catholicæ ſtudioſiſſimos ſanctorum ſalutariumque conſiliorum artifices colant, honoribus beneficiiſque prudenter affectos in negotiorum regni ſuæque conſcientiæ conſilia veraciter admittant, ſanctis eorum monitis Chriſtiana charitate feruentibus opere & effectu reuerenter aſſentiantur. Et ſuper omnia, ſi fidelitatem ſanctitatemque optimorum Eccleſiaſticorum, qui cæteris de clero doctrina, pietate, ſapientiaq; præſtēt, ſingulari beneuolentia, familiaritate amoreque complectantur. Si hos ſibi eſſe à ſecretioribus conſcientiæ, regnique cōſiliis magnopere deſiderent; ſi horum religioſa familiaritate, conuerſioneque ſapiēti delectentur: ſi hos, in comitatu ſuo retinere piè geſtiant, quibus recta, ſalutariaque monentibus voluntariè credant. Si hos de omnibos ſuam populique ſalutem temporalem æternamque directè reſpicientibus ſincerè, animoque bonam Dei Chriſtiquê Domini venandi gratiam, conſulant, docilitate auida conſolentes audiant, auditoſque in omnibus recte ſapienterque conſultis conſtanti religioſaque reſolutione ſequantur. Propter eas namque cauſas, *non ſolum toleranda, ſed deſideranda eſt plerumque cum principibus conuerſatio clericorum*, aiebat[a] Petrus Bleſenſis *legimus quidem Sacerdotes & Prophetas frequentiam & familiaritatem cum regibus habuiſſe. Tunc enim ſalubriter diſponitur vita regum, cum religioſorum hortamenta ſectantur, & ducuntur conſilio ſapientum. Verumtamen licet Epiſcopos & alios, qui curam in ſe gregis Dominici ſuſceperunt, regum conſilijs frequenter expediat intereſſe: ſua intereſt, ne miniſterium vigilantia paſtoralis euacuent, ſed ſint in conſpectu regum ſuæ conditionis memores, & Petri nauiculam cui præſunt, inter tempeſtuoſos fluctus curia non relinquant.* Hæc ille, ſed oe falcem laborum oostrorum quos hic liber ſecundus looga ſcribendi contentione conſumpſit, in meſſem libri proximè ſequentis, qui de religione pura principis Chriſtiani futurus eſt, immittere videamur, à longiore diſcurſu ceſſabo, atque hic pauliſper à longo labore reſpiraturus, pro fine præſentis libelli conquieſcam.

Aliquando vtilis & ſalutiferaEccleſiaſticorum, ſed ſapientiorum & religioſiorum in curia principum conuerſatio, vt eos bene religioſeque inſtruant.

a Petrus Bleſenſis ep. 150.



TERTIÆ PARTIS

LIBER TERTIVS.

QVI EST DE VERA RELIGIONE principis Christiani, atque clementia huius sancta semper comite virtutis.

CAPVT I.

Extra veram Dei religionem bona fœlixque vita subsistere nulla potest.

1. *Sine religione, nulla hominum societas benè beatéque viuere potest. Qua persuasione permoti multa pagani in honorem sua, licet falsæ & vanæ religionis fecerunt, sed frustra.*
2. *Hoc benè beateque viuendi beneficium, soli religioni veræ, scilicet Christianæ, sicut quondam illius vmbræ nempe Iudaicæ religioni debetur.*
3. *Cuius piis cultoribus omnia prospera, contemptoribus verò misera adueniunt.*



ERVI duo præcipui atque propugnacula prosperitatis & pacis veræ firmissima, regnorum rerumque publicatum Christiana signa iuraque sequentium, religio iustitiaque esse creduntur. De quibus ordine tecto disputationem atque tractatum instituentes, à nobiliori, nempe religione principis Christiani, eiusq; populorum, in hoc libro 3. primordia capiemus. Indeque seriem de hac diuina virtute omnium materiarum tractatuumque ad finem vsque extremumque fastigium, Christo Domino nobis sua potenti virtute & spiritu principali misericorditer affulgente perducemus. Atque pro fundamento futurarum quæstionum stabili, illud in capite libri firmiter astruimus, nullam gentem, nationem, Rempub. quamcunque demq; hominũ societatem sine vera Dei cultu (quem religionem appellamus) benè beateque posse viuere. Quam opinionem ipsi etiam gentiles & pagani animo menteque complexi, vt beatam prosperamque vitam in terris agerent, de futura quoque vita soliciti religionem quam veram decepti & à dæmonibus illusi credebant, magnoperè venerari curauerunt. Licet frustra! quod mendacium pro veritate, impietatem pro sancti-

Sine vero Dei cultu non benè beateque viuitur.

A tate, superstitionem sacrilegam pro vera religione, variis dæmoniorum erroribus acti coluerint. Hinc illa Papiniani Iurisconsultorum principis vox & oratio: [a] *Summa ratio est quæ pro religione facit*, & [b] Plutarchi in legum constitutione: *primum est & maximum de Dijs opinio*: hæc insuper addentis: *facilius vrbem condi sine sole quam opinione de Dijs penitus sublata constatem coire aut constare*. Eò spectat memoranda hæc D. Augustini sententia, [c] qua ostendit principes gentiũ à dæmonibus deceptos alios homines, vt sibi in Imperio seruirent obediendo pacificè, falsis etiam religionibus fefellisse: *Quod vtique non aliam ob causam factum videtur*, inquit, scilicet per falsas religiones, Deorũ sexũ & coniugia constituere, &c. *Nisi*
B *quia hominum veluti prudentium & sapientium negotium fuit, populum in religionibus fallere, & in eo ipso non solum colere, sed imitari etiam dæmones, quibus maxima est fallendi cupiditas. Sicut enim dæmones nisi eos quos fallendo deceperint, possidere non possunt, sic & homines principes non sane iusti, sed dæmonum similes ea quæ bona esse nouerant, religionis nomine populis tanquam vera suadebant, hoc modo eos ciuili societati velut arctius alligantes, quo similiter subditos possiderent; Quis autem infirmus & indoctus euaderet* (scilicet effugere & euitare posset) *simul fallaces & principes ciuitatis & dæmones. Sic Romani rerum Domini gensque togata*, vt Imperij sui splendorem, fortunamque secundam diutius in
C pace custodirent, religioni suæ quamuis erroneæ falsæque reuerentiam maximam honoremque detulerunt. *Cum enim pene omnibus dominarentur gentibus*, [d] vt S. Leonis verbis vtar, *omnium gentium erroribus seruiebant, & magnam sibi videbātur assumpsisse religionem: quia nullam respuebant falsitatem.* Vnde Marcus Tullius Romanos hac vana Deorum falsorum veneratione (quam verā malè misereque deceptus religionem esse credebat) omnibus mundi populis superiores extitisse, sic orando gloriabatur. [e] *Quam volumus licet* (P.C.) *ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec deniq; hoc ipso huius gentis ac terræ domestico natiuoque sensu Italos ipsos ac Latinos, sed pietate ac religione, atq; hac sapiētia quod Deorũ immortaliũ numine omnia regi, gubernariq; perspeximus, omnes gentes*

Pagani elusi à Diabolo spe felicitatis religionem suam sed falsam coluerunt.

a Papiniani dictum.

b Plutarchus li. Aduersus Colotem Epicureum.

c S. August. l. 4. de Ciuitate cap. 32.

Ethnici principes à Dæmonibus decepti, eos imitati populos vt sibi pacifice seruirent falsa religione fefellerunt.

d S. Leo serm. de Ss. Petro & Paulo.

e Cicero Oratione de Aruspicum responsione.

A *nationesq; superauimus*. At Valerius Maximus non his Tullianæ verbis eloquẽtiæ, in suæ honorẽ religionis tametsi vanæ minora profudit, hæc dicẽs. [a] *Omnia post religionem ponenda semper nostra ciuitas duxit, etiam in quibus summæ maiestatis conspici decus voluit. Quapropter non dubitarunt sacris imperia seruire. Ita se rerum humanarum futura regimen existimantia, si diuinæ potentiæ bene atque constanter fuissent famulata*: ante hæc docens quanto Romani pro sui Imperij incolumitate ac prosperitatis incremẽto, deorum cultum studio coluerint, dixerat. [b] *Non mirũ igitur si pro eo imperio augendo, custodiendoque pertinax Deorum indulgentia semper excubuit, quod tam scrupulosâ curâ paruula quoque momenta religionis examinare videtur: quia nunquam remotos ab exactissimo cultu cæremoniarum oculos habuisse nostra ciuitas existimanda est*. Sed dementes homines à dæmonibus immaniter illusi in hac iniquæ superstitionis operatione, tantò extitêre miseriores, quantò sibi videbantur beatiores. Cum prosperitas hæc appetita regnorum ac populorum in prosperitatem consequentis æui proroganda, nisi à vera religione, quæ vnica est à passo domino, Christianorum, (cuius vmbram antiqua Iudæorum religio exhibuerat, extra quam tunc salus non erat) proficisci deriuarique non possit. Vt solos huius Christianæ religionis (quæ sola vera est) cultores, in eaque veri Dei vnius essentia, trini personis adoratores veræ felicitatis & æternæ capaces esse posse Catholica veritate credere confiterique debeamus. Illa siquidem religio vnica & sola, verus Dei viui verique cultus esse creditur: extra quam, impia [c] superstitio *superis quæ reddita diuis*, scilicet [d] *spiritualibus nequitiæ in cælestibus, tenebrarum harum principibus*. A cuius piæ circò religionis exorbitantes, impij, sacrilegi, infideles, hæretici, schismatici, alioq; impietatis vocabulo designati iudicantur. Illa est quæ sanctiori nomine Catholica, Apostolica, & Romana religio nuncupatur, quæ semper vbique terrarum, apud omnes fideles à Christi Domini gloriosa resurrectione, pietatis, virtutis, charitatis, fidei, sanctitatisque principatu imperioque potita coruscauit. Quæ vt loquitur [e] Vincẽtius Lirinensis, aduersus profanas hæreticorum nouitates, *Tempore, loco, multitudine, antiquitate, vniuersitate & consensu, nouitati, parti, & paucorum dissentiens antestat*: quam S. Petrum Apostolorum principem, primum Christi Domini Vicarium vniuersalis Ecclesiæ monarcham, Romanis tradidisse fidei certitudine credimus. Quæ ad hæc vsque tempora, in quibus viuimus, sine vlla interruptione virtutis puritatisque perducta, vsque ad consummationem seculi perenni sanctitate firmata, flore semper integritatis immarcessibili splendescens, immaculata perdurabit. Quam Imperatores verè Catholici [f] Gratianus, Valentinianus & Theodosius senior magni pietatem Constantini secuti, in Imperio suo contra omnes hæreticorum, impiorumque cæterorum furores & insanias sanctissimè ac generosissimè, grauissimo, temerantibus eam decreto supplicio, conseruare, & per orbis vniuersi partes amplificare voluerunt. A qua omnes Christiani fideles à sancto Petro *gens sancta, regale sacerdotium, populus acquisitionis*, & [g] S. Paulo *filij lucis* [h] *& adoptionis*, [i] & sancto Ioanne *filij Dei nominantur*, vt reuera sunt, [k] *effecti diuinæ consortes naturæ*, & vt tales [l] *hæredes quidem*

[a] Valerius Maximus. l. 1. cap. 1 in exẽplo L. Fusij Bibaculi.

[b] Valerius Maximus ibidem in exemplo Marcelli & templi honoris circa principium.

2. pars. Christianæ religio quæ Catholica & Romana dicitur sola, est verus veri Dei cultus.

[c] Virg. 12. Æneid.

[d] Ephes. 6.

[e] Vincentius Lyrinensis aduersus prophanas hæreticorũ nouit.

[f] L. 1. Co. de summa Trinitate & fide Catholica.

Quanta honoris & benedictionis nomina ab hac religione veri Christiani sortiti sunt.

[g] S. Petri pr. c. 2.

[h] Rom. 13.

[i] Rom 8.

[k] S. Ioann.

Dei, cohæredes autem Christi. Qua dignitate quid altius, qua altitudine quid sublimius dici excogitariue possit, [a] D. Gregorius videre non potuit: *Omnia quippe dona excedit hoc donum*, inquit S. Leo, *vt per hanc diuinam Christianæ religionis virtutem Deus hominem vocet filium, & homo Deum nominet patrem, &c.* A qua denique Christiani, fideles religiosi, quamuis non [b] monachi aut prælati sint, appellantur, siue [c] clerici aut [d] laici tantummodo sint. Licet alij aliis respectu religionis, habita ratione graduum Ecclesiasticæ dignitatis, excellentiores habeantur: sicut probitate vitæ pro ratione dignitatis superiores esse deberent. B Vt præclare S. Hieronymus hac horum S. Pauli verborum cap. 2. ad Titum. *Nemo te condemnet*, expositione declarauit: [e] *Qualis ædificatio erit discipuli, si se intelligat magistro esse maiorem? vnde non solum Episcopi, Presbyteri, & Diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populum, cui præsident, conuersatione, sermone & scientia præcedant, verum etiam & inferior gradus, exorcistæ, lectores, æditui, acolythi, & omnes omnino qui domui domini seruiunt. Quia vehementer Ecclesiam Christi destruit, meliores laicos esse quam clericos*. O quanta gloria Principis Catholici hac diuina religionis Christianæ virtute corroborati, & illius irradiatione luminis illostrati, inter grauia Reipub. negotia, in ipsoque strepitus armorum fragore, quæ summam veri Dei adorationem cultumque respiciunt, deuotè atque sapienter C attendere. Quam ob pietatem virtutemque D. Augustinus Bonifacium Comitem, arte militari præstantem, vehementer admirando laudauit: cùm sic ad eum scribens Epistolæ 50. principium ab illis verbis arcessit. [f] *Laudo, & gratulor, & admiror fili dilectissime Bonifaci, quod inter curas bellorum & armorum vehementer desideras ea nosse quæ Dei sunt. Verè hinc te apparet etiam de ipsa virtute militari, fidei seruire, quam habes in Christo, &c.*

Hanc diuinam virtutem, qua supremo cultu venerationeque summa Deus adoratur, nemo bonus ingrato labore, ac sine fructu maximo coluit. Sicut nemo illam vita, moribus, fideque peruersus impunè despexit. Omnia illi ad nutum prospera subseruiunt, huic omnia aduersa furenter ingruunt. Quantæ variæ felicitatis, prosperitatisq; formæ, speciesque ex illo sancto religionis veræ fonte Constantino Magno, Theodo- D sio Seniori, Carolo M. aliisque veris sanctæ Catholicæ, Apostolicæ, Romanæque Ecclesiæ, filiis, protectoribusque successerunt, pluribus supra diximus, & copiosius adhuc infra commemorabimus. Nec mirum cum suæ diuinitatis Ecclesiæque cultoribus Deus ipse felicitatem maximam à suis deriuandam benedictionibus manifestè sic loquendo spoponderit: [g] *quicumque honorificauerit me, glorificabo eum, at contra qui contemnserint me erunt ignobiles*. Nugæ erant spes illæ vanæ paganorum dicentium, [h] vt Marcij apud Liuium, *fauere pietati fideique Deos per quæ populus Romanus ad tantum fastigij peruenit*. Sed verè ista ad veram Dei veri religionem non dæmoniorũ superstitionem, paucis immutatis conuertenda sunt, atque dicendum: non Deos falsos sed Deum verum, substantia vnum, persona trinum, pietati fideique Christianæ fauere: propter quæ Catholici principes ad tantum gloriæ prosperitatisque culmen Christi Domini. cos

[d] Epist. 1. c. 3. v. 1.

[a] S. Petri 1. c. 2.

[b] Rom 8

[c] D Gregor. Homil. 6 in Ezech.

S Leo serm. 6 de Natiuitate Domini.

A Christiana religione omnes fideles religiosi dicti, siue clerici, siue laici.

[d] Ex multo 9. § verum leilices situ. de voto, & voti redempt. l. 3. tit 34 decret. can. nullus 1. q. 1. can si qua vidua 28. dist.

[e] S. Hieron. comment. in epist. ad Titũ cap. 2. con. qualis enim 8. § 1.

[f] S. August. epist. ad 50: Bonifacium Comitem in princip.

3. Pars. Veram colentibus religionẽ omnia prospera: despicientibus aduersa adueniunt.

[g] 1 r. regum cap. 1. Liuius lib 8.

[h] S August l. 5 de ciuit c. 25.

Nicephor. l. 7 146.

gratia prouehente peruenerũt. Si enim D. Deus A
sacra referente scriptura cum Iosaphat rege pio miserationibus affluens illi, beneficusque propitius, tandiu permanserit. [a] *Quia ambulauit in vijs Dauid patris sui primus, & non in Baal, sed in Deo patris sui, & perrexit in præceptis illius & non iuxta peccata Israel; confirmauitque dominus regnum in manu eius, & dedit omnis Iuda munera Iosaphat: factæque sunt ei infinitæ diuitiæ & multa gloria.* Si in quẽ tot fausta, Deo largiente principi pio, antiquę cultori legis, quæ vera tunc erat, Dei religio contigerint, quid deuotis legi christianæ & gratiæ (cuius antiqua lex ac religio tantum figura erat & vmbra) principibus, regibusq; verè Catholicis felicitatis temporalis & æternæ sperandum est? Propter quę purissimo cultu, sanctissimaque religione in Dei honorem, seruitium, & gloriam B
principes populosq; fideles, se totos debere conuertere, diuinum eius numen adorando perfectissimè, Alphonsus hoc nomine decimus Hispaniæ Rex arbitrabatur hæc dicens.

a 2. Paralip. c. 17. v. 3.

Alphonsi regis Hispan. a pia admonitio.

b In prologo l. septem partitarũ, vt vocant Hispan.

Rerum omnium principium, medium & finis est Deus, sine cuius nutu nihil prorsus consisteret: cuncta namque diuina potestate facta sunt, reguntur sapientia, bonitate conseruantur. Quisquis ergo bonum aliquod opus aggressurus est, exordium sumat à cælesti numine, supplexque petat, vt eius voluntatem intelligere possit, viresque sibi subministret, quibus cœptum feliciter absoluat. At contra diuinæ religionis, cultusque veri Dei sacri temeratores, irrisoresque quantis à Deo perculsi malis expirauerint, vnus pro multis Ioran Rex Iuda filius Iosaphat optimi principis proles indigna parentis, malo suo C
exituque funesto testari cumulatè poterit. Cui Elias post raptum suum, futuras calamitates exitumque vitæ funestissimum, in vindictam scelerum grauissimorum, per literas has ex parte Dei prænuntiauit. [b] *Quoniam non ambulasti in vijs Iosaphat patris tui, & in vijs Asa Regis Iuda, sed incessisti per iter regum Israel, & fornicari fecisti Iudã, & habitatores Ierusalem, imitatus fornicationem domus Achab, insuper & fratres tuos domum patris tui, meliores te occidisti: Ecce dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo, & filijs, & vxoribus tuis, vniuersaque substantia tua. Tu autem ægrotabis pessimo languore vteri tui, donec egrediãtur vitalia tua paulatim per singulos dies, &c.* Quæ omnia ordine, vt propheta prædixerat, impleta sunt [d] vt in eodem capite describitur. De Christianis litterarum monumentis exempla hîc eruere non valde necesse; quibus hæc diuinæ vltionis in impios veræ D
& vnicæ religionis Catholicę, Apostolicæ & Romanæ contemptores, persecutores & osores veritas comprobetur. Cum hæc nimis vulgaria sint, passimque mediocriter in historiarum sacrarum Ecclesiasticarumque lectione versatis obuia fiãt: & quia latior inferius in calce nempe libri quarti partis quartę & alibi exspatiandi in illis cãpus aperietur, [e] sufficiat hic nobis pro capitis fine cum Lactantio concludere. *Ideo mala omnia rebus humanis quotidie ingrauescunt, quia Deus huius mundi effector & gubernator derelictus est: quia susceptæ sunt contra quam fas est, impiæ religiones: postremo quia ne coli quidem vel à paucis Deus sinitur.*

Contemptoribus vero religionis quanta calamitates adueniant.

Miseria Ioran propter diuino contemptã religionem.

c Paralip. c. 21. v. 12. 13. 14.

d Ibi. vsque in fin. capitis.

e Lactant. l. 5. c. 8. sac. instit.

A

CAPVT II.

Super omnes homines, reges ac principes summi, sacra nobilitati vnctione, magis ex toto corde, anima, viribus & mente, veræ atque Christianæ incumbere religioni tenentur.

1. *Cur maior purè colendi Christianam religionem obligatio tenet principes summos regesq; quã cæteros homines de sorte laica.*
2. *Religione Christiana sincerè custodita, Catholici fidelesque reges ac principes sacrificium sua seruitutis, de omnibus bonis fortuna, corporis, & animi Deo feliciter offerũt.* B
3. *Vera principis sicut aliorum fidelium religio, omnia ad honorem seruitiumque Dei tanquam ad finem vltimum reuocat.*



VM reges principesqoe in orbe Christiano summi, principatus ac regna eorumque iura, à Christo domino omnium dominantium principe, summo supremoque omnium Imperiorum monarcha, se accepisse non propriorum C
virtute meritorum, sed sola illius miseratione & gratia confiteri, & humiliter (si verè pij sunt) agnoscere debeant. Quid noo illi laboris generosi, contentionis ingenuæ, feruentisque studij cordis & corporis aggredi viriliter audebũt & optabunt: vt illum tot bonorum sibi ex magna misericordia & benignitate collatorum largitorem ex toto corde suo, anima, viribus & mente diligant, teuereantur & colãnt: eique in tantorum agnitionem bonorum, summa cum deuotione atque pietate suprema seruiant. Quæ seruitus atq; cultus diuino numini consecratus in summo adorationis diuinæ gradu constitutus, religio dicitur, prosperitatis regnorum societatumqoe humanarum verum solidomqoe fundamentum. Quàm præclarus salutarisque rectè Deum cognoscendi, vt perfectè fideliterque illi seruias, affectus & ardor? quem in Iouiano Imperatore, Iuliani Apostatæ successore S. Athanasius magnopere com- D
mendabat: hæc ad eum scribendo. *Decora & eximia tares est, in principe mens discendi auida, & rerum cælestium diuinarumque cupido. Inde enim fit vt verè cor tuum sit in manu Dei: cum igitur pietas tua cupiat à nobis cognoscere Ecclesiæ Catholicæ fidem: Deo super ea re gratiis habitis nihil nobis consultius visum est, quam vt fidem à patribus Nicænæ confessam tuo religioso animo recitaremus, &c.* Vt hæc nempe cognita vera Ecclesiæ fide Deum perfectè colas & venereris. Omnis homo vera perfectaque religione Deum summè diligere atqoe duplici præcipuè titulo creationis & redemptionis adorare tenetur; creationis, quia ab eo cum non esset nobilissima creatura factus est: redemptionis, quia perditus iræ filius, ab æterna morte vindicatus atq; redemptus est. Propter primum dicebat Moises. [b] *Diliges Dominum Deum tuum*

Eximia res in principe diuinæ fidei ac religionis mysteria discendi cupiditas, vt Deo perfectè seruiat.

Epist. S. Athanas. ex synod. Alexand. ad Iouianum Imp. apud Theodoretum l 4 c 3.

Vera vacato religione ad summè adorandum Deũ, propter beneficium creationis & redemptionis præcipuè homo debet.

ex toto corde tuo & tota anima tua & in tota fortitudine tua, in hoc volens ostendere, [a] inquit D. Thomas, *Quod totum Deo debeamus quod sumus, ipsius enim genus sumus,* vt ex Arato Poeta dicebat [b] Apostolus.

a S. Thom. l. 2. de regim. princip. c. 16. vltim.
b Actor. 17.

Propter alterum D. Augustinus maximam colendi Deum perfectè veræ religionis exercitio, suam ingenuè obligationem confitendo, sic Christum redemptorem suum deuotè in meditationibus affabatur. [c] *Scio Domine, mi quia ex hoc quod me fecisti debeo tibi me ipsum: & quia me redemisti & pro me homo factus es debere tibi plusquam me si haberem, quantò tu maior es eo pro quo dedisti te ipsum,* & propter hoc redemptionis beneficium alibi S. Pater exclamat: *ô felix culpa mea, ad quam diluendam, dum ille charitate trahitur, ipsa quoque eius charitas mihi eam desideranti & eam totis præcordijs concupiscenti aperitur. Nunquam tam bene eius dilectionem agnoscerem, nisi in tantis periculis expertus eam fuissem: ô quam feliciter cecidi qui post lapsum felicius resurrexi?* huic conformis sancti Gregorij exclamatio. [e] *O felix culpa quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem?* At præter hos titulos veram perfectè religionem amplectendi communes subditis cum regibus, alio dominationis scilicet titulo beneficioque princeps obligatur. Cum sit ab ipso Deo super homines Dominus & monarcha constitutus summam in temporalibus in eos potestatem habens, quam ab ipso Deo de[illegible]atam fuisse saltem mediatè superius [f] ex sancti Pauli doctrina, ipsumque principem hac vtendo potestate, Dei vices in terra gerere demonstrauimus. Propterquod tota principis auctoritas vigorque potestatis à Deo tanquam eius ministri dependent. *At vbi est dependentia in dominio necessaria est,* inquit sanctus [g] Thomas, *superioris reuerentia.* Propter quod in Apocalypsi, quotiescumque agitur de cœlestium spirituum ministerio, qui per seniores tanquam maturiores in actionibus, & animalia quæ potius aguntur quam agant ex vehementi irradiatione diuina & in ministerio designantur, semper de eisdem subiungitur, *quod ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum.* His titulis beneficiisque, quibus Christianus princeps Deum ex toto corde, corpore & viribus adorare debet, adiungitur aliud Dei in Christianos principes regesque beneficium, quod est sacra vnctio, qua designatur & misericorditer à Deo confertur vnctis regibus excellentia virtutis & gratiæ in coniunctione ad Deum, quibus præditos eos esse cōuenit, vt Deo Christoque domino similiores existant. In qua sancta religiosaque vnctione reges Catholici illius [h] qui est rex regum, & dominus dominantium figuram similitudinēque portantes, illum bonis moribus & operibus, quam proximè ex officio regiæ maiestatis imitari tenentur, *vt sit,* inquit [i] S. Thomas, *debita proportio figuræ ad figuratum, vmbræ ad corpus: in quo verus ac perfectus cultus diuinus includitur.* Propterquam principis diuinitus inaugurati, cum Christo domino, à Deo patre diuino lætitiæ, sapientiæ ac bonitatis æternæ oleo, præ consortibus suis vncto similitudinem, principem maximè religiosum esset decet, suisque hac diuinæ religionis Christianæque virtute, prælucere, vt eos sibi similes in hac religionis sanctitate reddat. [k] *Nam secundum iudicem populi sic & ministri eius, & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes eam.* Si enim rex ex Synesij [l] Cyrenensis Episcopi mente, nihil aliud, *Quam religionis ac pietatis formatum prouidentia diuina ordinationeque simulachrum viuum atque rationabile exemplar esse dicatur.* Quanto charitatis studio ad diuinitatis obsequium properare, Christique, cuius est non vulgaris imago, veneratione, ipsius sanctissimæ vitæ vestigia sequendo, puræ religionis itinere non modo currere, sed potius aduolare desiderio inflammato conabitur, vt quod sonat nomen & institutio regis, vita & operibus exequatur? & in veræ Christianæque sanctitatis adyta sui imitatione populos feliciter admittat? Audiant principes in summa principatus arce constituti, docili benignaque attentione, Agapiti [m] Diaconi ad Iustinianum Imperatorem magnæ salutarisque eruditionis admonitionem, eaque permoti, quæ magni principis mouit affectum, effectu complere ortatur. *Honore quolibet sublimiorem cum habeas dignitatem, ô Imperator, honora super omnes, qui hac te dignatus est, Deum: Quoniam iuxta similitudinem cælestis regni, tradidit tibi sceptrum terrenæ potestatis, vt homines edoceres iusti custodiam, & eorum qui quasi canes aduersus illam rabiunt infectaueris latratum, tum ipsius obtemperando legibus, tum subditos tibi regendo pro iure.* Religionis quippe sanctæ potissimam subire curam Christiani regis opus est: huic omnia post hanc Catholicæ Romanæque religionis puritatem ponenda semper, etiam in quibus regiæ maiestatis decus, maximè conspici solet. Vt sciant omnes, velle se sublimes imperij terreni fasces, sacris Ecclesiæ religionisque Catholicæ & Romanæ decretis à Spiritu sancto per os Romani Pontificis, aliorumque sub eo præsulum pronuntiatis definitisque submittere. [n] Numer. cap. 7. Moyses Israëlitarum principes Deo sex plaustra tecta, bouesque duodecim obtulisse scribit, qua pri[illegible] oblatione, mystica figura significabatur [illegible] principumque fidelium Christianæ pietatis vexilla sequentium, illud esse munus, religioni Christianæ deuoto famulari obsequio, Ecclesiam sanctam Catholicam, Apostolicam & Romanam, summa fidelitate reuereri, eam opibus subleuare, viribus auxiliisque defendere, eam victricem iniquitatis, hæreticæ, corruptionis, aut cuiuscumque contra Deum detestandæ prauitatis, per omnes gentes, vastasque mundi regiones, tanquam sacrum diuinumque Dei tabernaculum gloriosè cum maximo conuersionis gentium fructu portare atque deducere. Vt sint verè [o] currus Israël, currus inquam portatores Dei tabernaculum, religionem videlicet, & currus quoque falcati, sanctum domini, id est sanctam Ecclesiasticæ maiestatem monarchiæ defendentes. Ob eamque causam sapienter his principes Christiani territorij, sanctus Isidorus admonuit. [p] *Cognoscant principes Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt, &c.* Per terrenum regnum cæleste proficit, vt qui intra Ecclesiam & extra positi, contra fidei sanctitatem, piamque Ecclesiæ disciplinam agunt, huiusmodi religiosa Catholicorum regum principumque seueritate conterantur. Hac præcipuè inter alias rationes motus D. [q] Augustinus regem Soli, populum regi seruientem Lunæ similes esse dixit. *Quid euidentius,* inquit, *splendorem regni significat quam Solis excellentia? & plebem obtemperantem regno Luna splendor*

c S. August. l. meditat. c. 39. tom. 9.
d Aug. l. de diligendo Deo cap. 6.
e S. Gregor. in benedictione cerei paschal.
Præter titulum creationis & redemptionis princeps cum subditis communē rex perfectè colere Deum per veram religionem titulo dominationis obligatur.
f Rom. 13.
g S. Thom. l. 2. de regim. princip. c. vlt.
h Apocal. c. 4. v. 10. &c.
Propter sacrā vnctionem principes Christianos maximè religiosos esse oportet.
h Apocal. c. 9.
i S. Thomas ibid.
k Ecclesiast. c. 10.
l Synesius orat. de regno.
Rex viuū Dei simulachrum.
m Agapiti ad Iustinian. imp. paræne. orat.
Potissima religionis cura & conseruatio Christiano incūbit principi.
n Numer. c. 7. v. 3.
o 4. Reg. c. 2.
p S. Isidor. l. 3. de summo bono.
Rex soli, populus Lunæ comparatur.
q S. Aug. l. 1. de Genesi contra Manichæos cap. 13.

aſtendit, &c. Quoniam ſicut Sol, Lunã luce ſua illoſtrat, fulgoreque claritatis illuminat, ſic rex pius vereque Catholicus luce fidei, religionis, charitatiſque Chriſtianæ refulgens, populos ſibi ſubditos earumdem virtutum Chriſti datarum munere, irradiatione profundit, & vt Sol ſuo tenebras lumine fugat atque diſſipat, ita bonus piuſque princeps hæreſeon, iniquitatum, cunctorum errorum, corruptionum que caliginem à populorum cordibus regniique finibus, ardenti ſuæ iuſtitiæ religioniſque zelo, pietatiſque ſplendore, diſſipatum longe proculque depellit.

2. Pars. Principes Christiano prædita religione quale ſacrificiũ Deo gratum acceptumque offerre debent, vt eum perfectè venerentur & adorent.

a Deut. c. 17 v. 18.

Iam vero Catholici reges hac ſancta Chriſtianaque potenter illuſtrati religione, qualiter Deũ ex toto corde, anima, viribus, menteque ſua colant, venerentur, & adorent, quærendum eſt. Cultum formamque perfectè colendi Deum regibus populorumque rectoribus ita Moyſes inſtructus ab alto præſcripſit:[a] *Poſtquam rex ſederit in ſolio regni ſui deſcribet ſibi Deuteranomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuitæ tribus, & habebit ſecum, legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & cæremonias eius quæ in lege præcepta ſunt. Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neque declinet in partem dextram vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe & filij eius ſuper Iſrael.* Quæ verba non ad reges Iſrael ſolum, qui in populum Dei ſub veteri lege dominaturi erant, à Spiritu ſancto per os prophetę dirigebantur, licet litterę ſenſus eos primò præcipuéque tetigerit: ſed prophetice myſticeque, ſenſu vero ac ſpirituali ad omnes reges principeſque fidelium populorum ſub lege gratiæ victuros extendebantur. Vt communi conſenſu, ſancti patres, doctoreſque iudicarunt. Quibus prophetæ verbis Spiritus ſanctus omnium principum regumque de grege Chriſti auribus animiſque ſuggerit: ſi cum creditis ſibi populis ſalui hîc & in æternom beati eſſe velint, vt Deum ex toto corde ſuo, anima, viribus, menteque diligant, colant, venerentur, adorent, ſuoque exemplo, inſtructione, imperio, ſumma benignitate charitateque condito, populos in eandem ſummæ adorationis, pietatis, religioniſque exercitationem deuotiſſimo ſtudio compellãt. Vt hac ſanctiſſima Catholicæ religionis exercitatione gratiſſimum principes populique fideles vero Deo Chriſtoque ſaluatori ſacrificium de omnibus fortunæ, corporis, animæque bonis reuerenter exhibentes, diuinis affluentes benedictionibus in hac vita pacificè viuant, in conſpectu domini bonis ditati temporalibus exultent: & ita de virtute in virtutem ſemper euntes, ad fælicitatis æterna tabernacula ſanctuariũque diuinitatis lætiſſimè progrediãtur. Hoc operatur vera religio, eóq; ſummæ perẽniſq; gloriæ perducit.

Propheſia de regum recto inſtitutione ac diſciplina ad omnes Catholicos reges ſpectabat.

b Arnob. l. 7 contra gẽtes.
c Triſmegiſt.
d Rom. c. 1. v. 21. 22

Qualis Dei cognitio dicatur illa vera religio.

Quæ eſt de Deo recta mens, inquit[b] Arnobius. Quã[c] Triſmegiſtus γνῶσιν τοῦ Θεοῦ, cognitionem Dei appellauit. Non eam vero intelligimus, qua vaniſſimè priſci Gentilitatis philoſophi gloriabantur. *Qui*[d] *cum Deum cognouiſſent non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt*: Sed illam meliori ſenſu, quàm ipſe Triſmegiſtus non niſi obſcurè & imperfectè de longe, ſolius naturæ lumine exiguo valde egenoque proſpexit, potiſſimam nempe Dei veri, vnius eſſentia, trium perſonis, æternæque ſapientię filij patris altiſſimi, incarnationis, cæterorumque legis gratiæ myſteriorum, ab eius incarnati Dei fontibus hauſtorũ

A notitiam talem, qualem nos Catholica fide profitemur. Quæ ſenſu Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ vero, non paganico, non hæretico, non ſchiſmatico, erroribus ſubacto pernicioſiſſimis, cognitæ Dei Chriſtique redemptoris infinitæ, eſſentialique potentiæ, ſapientiæ, atque bonitati ſummam reuerentiam, amorem ſupremum, latriamque adorationem toto corde, mente, viribuſque rependit. Quã perfectam practicãque veri Dei cognitioné *religionem*, cum Lactantio[e] nominamus *dictam non à relegendo*, vt quondam Cicero cenſuit, *ſed à religando quòd hac conditione gignamur, & geniti poſt lapſum ab incarnato Deo redempti ſimus, vt creatori & redemptori Deo iuſta & debita obſequia præbeamus: hunc ſolum noueerimus, hunc ſequamur, & hoc vinculo pietatis obſtricti Deo* B *& religati ſimus. Vnde ipſa ſanctiſſima Dei religio nomen accepit*: Quæ non Deos,[f] vt falsò Seneca, ſed verum Deum colit, ſicut eumdem illi contraria ſuperſtitio violat; quæ omnia ad vnum, verum nempe Deum reuocat. *Ab vno incipe numerus*, (inquit D.[g] Auguſtinus) *peius ergo iſti ſequẽdi ſunt, qui vnum Deum, ſummum, ſolum, verum Deum & ſolum colendum eſſe dicunt. Si apud hos veritas non eluxerit, tunc demum migrandum eſt. Sicut enim in ipſa rerũ natura maior eſt auctoritas ad vnius vnum omnia redigentis, nec in genere humano multitudinis vlla potentia eſt, niſi conſentientis, id eſt vnũ ſentientis: ita in religione qui ad vnum vocant eorum maior & fide dignior eſſe debet auctoritas.* Hoc illud eſt quod bonus, pius, & Deo ſimilis princeps intendit facere, regni ſcilicet negotia reſq; grauiores popolorum ſaluti neceſſarias à puriſſimo Dei veri cultu adorationeque, Dauidis exẽplo ſapienter C arceſſere. Deus immortalis! diabolus Dei ſimia idololatras principes, cultores ſuos à ſui nefandi ſeruitij adorationiſque deteſtandæ functione ſub ſpecie diuinitatis ementitæ omnium ſuæ dominationis principatuſque negotiorum primordia ducere coegit! Et veri numinis adoratores religioné verã vnicãq; intra Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ limites incluſã, quâ huic ſanctiſſimo numini ſoli Deo, ſua omnia ſi[illegible] veneratione deuoueãt, aſpernabũtur? Si Ecph[illegible] philoſophus idiomate atque ſui paganiſmi ſenſu dixerit, *non debere principẽ alijs imperãtẽ, illũ*, Deũ ſcilicet, *ignorare, atque cõtemnere à quo regitur*, eritne tutũ ſaluti Chriſtiani principis, & honorificum famæ illius, ſummam veri Dei Chriſtique omniũ regnorũ largitoris adorationé ignorare, ignoratamque veræ religionis pietatiſque contemptu D deſpicere?[k] Romulus cum primum in regni ſoliom à ſuis euectus eſt, priuſquam aliarum rerum ad ſeculare Reipub. regimen ſpectantium ſatageret, de deorum ſuorum cultu, ſeruitioque cogitare voluit, & ſacra quædam, Albano ritu, alia Herculi, poſtea religione bene confirmata politicos magiſtratus inſtituere.[l] Numa vero Põpilius pręceſſore ſuo in hac parte, Romanorũ teſtimonio præſtantior, populum tunc agreſtem feriniſque moribus aſperum, religionis inſtitotione legibuſque ad deorum cultum pertinentibus in manſuetam benignamque viuendi rationem voluntaria domitum ſubiectione redoxit. Quid de rege Perſarum dicam? Quem diebus ſingulis in præſentia magorũ mille boues, aſinos, ceruos cæſos in hoſtias & oblationes, prout Cyrus ille magnus ordinauerat, immolare conſueuiſſe[m] Xenophon in Cyropędia commemorat?[n] Philoque Iudæus auctor eſt ipſis Perſis neminé, vt regé

e Lactant. l. 4. inſtitut. c. 28.

3. Pars. Vera religio omnia ad honorem ſummumque veri Dei reuocat, vt ad finem vltimum.

f Senec. l. 2. de clement.
g S. Auguſt. li. de vera religione c. 25. tom. 1.

h 2. Reg. c. v.

i Ecphantis philoſophi dictum.

k Liuius lib. 1.

l Plinius l. de viris illuſtrib. c. 2.

m Xenoph. li. 8 Cyropæd.
n Philo Iud. l. de ſpecialibus legibus. Et Cicer. l. de diuinatione.

potuiſſe dominari niſi qui diſciplinam magorum ſcientiamque religionis gentilitiæ didiciſſet. Hæc vana & impia ſub ſpecie pietatis diabolus reges principeſque, quos faſcinabat, in ſuæ ſalutis perniciem, turpiter & immaniter operari patrareque cogebat. Noſter princeps Chriſtianus melioribus natus auſpiciis à vero Deo formatus & effictus, ſacra ſupernaque ſanctificatus vnctione, genti ſanctæ, populo acquiſitionis, in ſanctitate & iuſtitia, Chriſti Dei cæli terræque monarchæ ſummi, in temporalibus gerendo vices imperaturus, ſanctæ veræque religionis quæ Chriſtianorum eſt, oblitus vel ignarus, totum ſe ſuaque omnia Chriſto regi redemptori dominoque ſupremo, in pingue virtutibus iuſtiſque operibus holocauſtum, cum latriæ honoris exhibitione conſecrare deſpiciet? Et eius vicario ſpirituali monarchæ reuerentiam ſanctiſſimo patre dignã, matrique pari ſanctitate præditam, Chriſti Domini caſtiſſimæ ſponſę Eccleſię, filiale obſequium obedientiamque, regia id eſt perfecta deuotione, quò cum populus feliciter viuat, immolare præſtareque deprecabitur?

CAPVT III.

Vera hæc principis pietas ac religio in duobus conſiſtit in bene fidei myſterijs credendo, & bonis operibus fidei conformibus Deo ſuper omnia ſeruiendo.

1. *Pulchra Dei deſcriptio ex SS. Scripturis quem eò princeps perfectiùs cognoſcet ad ſalutem, quò ardentiori charitate diliget.*

2. *Chriſtiana religio baſis & columna proſperitatis regnorum, & efficax futura felicitatis expectatio.*

3. *Contemptus vera religionis multas perniciosæ opinionis nefandaque doctrina ſectas gignit, ad imperij reique publicæ ſalutis interitum.*

4. *Principes Chriſtiani priùs Dei religionem quàm ſecularem principatum curare debent quod illam proſpera omnia ſequantur.*

a S. Cyrillo Hieroſol. Cateche 4.



Æc vero Chriſtiana pietas & religio Catholici principis in duobus maximè refulgens agnoſcitur.[a] Primo in ſacrorum piorumque dogmatum firmitate & confeſſione, nefandis omnium hæreticorum, ſchiſmaticorum, aliorumque erroneorum perditorum programmatis, & aſſertionibus veritati Catholicæ reluctantibus, ex diametro contraria: Secondo in bonis ac ſanctis operibus, ſecundum Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, atque Romanæ regulas decretaque à principe in gloriam Dei, in eius Eccleſiæ defenſionem populorumque fidelium ſalutem, contra dementium Chriſti Domini perduellium furores, & inſanias,

A exercitis, & vt ſcholæ verbis vtar, operatis. Bene ergo de Deo ſentire per fidem, rectum ſupremumque, & per opera bona exhibere cultum,[b] pietatis ac veræ religionis eſt. Qua princeps illuſtratus, perfectè verum Deum, vnum in eſſentia, trinum in perſonis agnoſcit, & agnitum, quia magnus eſt Dominus, & magnitudinis eius non eſt numerus, ſupremo colit honore, cultuque illi ſoli infinitę potentiæ virtutiſque Deo competenti veneratur. Quẽ nullus ſiue mente, ſiue facto poteſt effugere, cũ dicat ille.[c] *Quo ibo à ſpiritu tuo, aut quo à facie tua fugiam:*[d] *cui ſecretum nullum aut clauſum nihil eſſe poteſt, quem celare quidquam nemo poteſt. Qui*[e] *viget, qui ſentit, qui meminit & moderatur omnia.*[f] *Cuius opera digitorum ſunt cæli,*[g] *qui*
B *tribus digitis appẽdit cælos.*[h] *Qui verbo virtutis ſua portat omnia, & nihilo creans omnia nutu ſolo ſuſtinens & conſeruans,*[i] *cuius verbo cæli firmati ſunt.*[k] *Qui terram inertem, qui mare temperat ventoſum, & vrbes, regnaque triſtia.*

b August l. 1. de libero arbitrio.
1. Pars. Dei in diuersis pulchra deſcriptio.
c Psal 138. v. 6.
d Sene ep 84.
e Cicero in ſomnio Scip.
f Pſal. 8. v. 4.
g Eſaiæ c. 40 v 12.
h Hebr 1.
i Pſal. 32. v 6.
k Horat. l. 3. odar.

De quo regius vates admirando clamabat,[l] *Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius, & ſapientia eius non eſt numerus.* Quem alloquẽs extra ſe poſitus ineffabilem maieſtatis eius virtutiſque infinitæ ſplendorem ſuſtinere non valens.[m] *Subſtantia mea*, inquit, *tanquam nihilum ante te.* Coram quo,[n] *ecce gentes quaſi ſtilla ſitula. Qui*[o] *habet ſtatum principum regumque in manu ſua, iudex viuorum & mortuorum.*[p] *Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine,*
C *Et Homo factus eſt.* Cuius quidem ô principes regeſque terræ ſcitote eſſe.

l Pſ. 46 v 5.
m Pſal 38. v 6.
n Eſaiæ c 40.
o Dan. c. 5.
p Cant 9. Ec-

[q]*Primas ſcelerum cauſas mortalibus ægris*
Naturam neſcire Dei.

q Sillius Italicus in 4.

Sicut ex oppoſito puritas omnis animi ſalus & gloria principum eſt, ſecundum matris Eccleſiæ dictamen eruditionis verè cognoſcere Deum, per prophetam Ieremiam dicentem.[r] *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec fortis in fortitudine ſua, nec diues in diuitijs, ſed in hoc glorietur qui gloriatur ſcire & noſſe me.* At Deum perfectius cognoſcet, & ad ſalutem magis illius puræ animum ſuum intelligentiæ radiis illuminabit, qui ardentius affectuque puriori diliget. Notum quippe illud ſancti Auguſtini.[ſ] *Qui vult habere Dei notitiam amet*, quia amor Dei,[t] cognitio quædam eſt, ſed practica: In qua voluntas Domina ac magiſtra eſt non cæca, ſed clarè videns, intellectus diſcipulus & ſtudioſus bonæ voluntatis auditor: Hinc ſumma
D Deo profuſa gloria & honor, ſaluſque profundenti principi cum populo,[u] *glorificate Dominum quantum poteſtis, ſuperualebit adhuc, inquit ſapiens, & admirabilis magnificentia eius: benedicentes Dominum exaltate illum quantum poteritis: maior eſt enim omni laude.* Sed quid ex hac pia glorificandi Deum contentione fructus exorietur? en qualis: *Exaltãte ſeu replemini virtute.* Chriſtianę religionis hæc ſumma eſt. Qua ſublata & auulſa ab animo principis, dici non poteſt: Quanta in illo ſine metu Dei, quem violata religione contemnit, in populos inſolentia, quãta cupiditas intolerabilis, tyrannica iuſſa, & immites ſubditorum oppreſſiones inſideant. Propter quæ verè ſapienterque mihi iſta dixiſſe Sidonius ille magnus Epiſcopus Aruernorum viſus eſt.[x] *Sententia tali nunquam ego aſſentior, vt fortunatos putem qui Republica præcipitibus ac lubricis culminibus inſiſtunt. Nam dici nequit, quantum per bonas fert in hac vita*

r Ierem. c 4.
2. Eò perfectius Deum cognoſcet princeps quò ardentiori charitate diliget.
ſ S. Aug. li. de de diligendo Deo.
t D. Gregor.
u Eccleſiaſt. c. 43. 32.
Sublata ab animo principis vera religione in eo magna iniquitas & tyrannis in populos inſidens.
x Sidon. Apollinaris ep. 13.

miseriarum vita felicium illorum. Deum scilicet minime timentium atque venerantium, si tamen ita sunt pronuntiandi, qui sibi hoc nomen, vt Sylla præsumunt: nimirum qui hoc ipso satis miseriores, quod parum intelligunt, se inquietissimo subiacere famulatui. Nam sicut hominibus reges, ita regibus dominandi desideria dominantur. Quàm longe ab huius religionis sanctæ contemptu pij Imperatores Theodosius Iunior & Valentinianus 3. aberant, Sixtus Papa Ioãni Episcopo ciuitatis Antiochenæ talibos in epistola ad eũ significauit. *Quàm super hoc esse sobrios nos debeamus* (scilicet vt Ecclesiæ Domini macula desit & ruga verba sunt ipsius) *Clementissimorũ & Christianissimorũ regum cura testatur, aspice frater charissime, cælestis negotio quã se vigilanter impenderunt: cogitationum ferias nescierunt, nec dignate sunt terrena curare nisi cælestibus paruissent. Quoties Apostolicam sedem, quoties diuersos fratres eorum sermo commonuit, impenderunt se tuis negotia. Quis eorum vnquam negauit imperio? Sciunt se illi fænerare solicitudinem suam, qui eam cum grandi reddat vsura. De qua re nos conuenit gloriari; Quia cælestem regem videmus fæderatos reges habere terrarum. Intelligunt* (sicut[b] ait Dauid) *& eruditi sunt qui iudicant terram.* Quando (sicut dicit alibi) *ipsi & omnes populi laudant nomen Domini.*

Magna pietas & religio in obediendo Dei præceptis & sedis Apostolicæ iussis Theodosij 2. & Valentiniani 3. Impp.

a Epist. Sixti Popę ad Ioan. Episcop. Antiochen.

b Psal. 2.

c Psal. 148.

Pars 2. Christiana religio columna & basis prosperitatis regnorum & futuræ felicitatis efficax expectatio

Hanc vos ô principes populorum fidelium rectores, immaculato pectore religionem seruate, colite, defendite, ne in vestro principatu tantisper alteretur, vsque ad sangoinem propriæ periclitantes aleam vitæ resistite: ei vos totos vestraque consecrate: illius vitam vestram, vota, voluntates, desideria mentesque vestras splendoribus illuminate: diuinis corda vestra illius ardoribus amoris inflammate: ab illius inuiolabili cultura omnem imperij vestri gloriam, seculi vestri pacem, vitæ incolumitatem, animorumque salutem temporalem & æternam firmiter expectate, & non hæsitantes infallibili fiducia præstolamini, *τοὺς Θεοὺς εὐμενέσις εἶναι τοῖς μᾶλλον αὐτοὺς τιμῶσι, Deos proniores esse in eos, qui maximè eos colunt,* [c] dicebat Aristoteles, sed falso, quia dij gentium dæmonia humani generis inimica, verum ista, vt veritati coogruant, de solo Christianorum Deo intelligenda veniunt. *Cuius* [d] *religio ac timor solus est qui custodit hominum inter se societatem, sine quibus vita* [e] *hominum stultitia, scelere, immanitate complebitur*, vt non sine causa dixerit [f] Orosius, *imperia cum religione stare & cum religione,* (scilicet cadente atque pereunte) *cadere.* Nec immeritu ruinam imperij secularis ab oppressa alterataque religionis integritate patres Meldensis Concilii oon sine horrore maximo pertimescebant, cum his luctuosis vocibus in cætu suo lamentabantur: [g] *Magnopere cauendum est ne tam manifesta religionis destructio, regni huius fiat desolatio.* Iustius dicam de Christiana religione quam de Palladio quondam prophanus poeta canebat.

c Aristoteles Rhet. ad Alex.

Dij boni cultu religione fiero imperium iocu lare à neglecta perire.

d Lactãt. c 12. l. de ira Dei.

e Lactant. ibi. c 8.

f Orosius l. 7. c. 42.

g Concil Meldense.

> [h] *Æthercam seruate Deam seruabitis vrbem,*
> *Imperium secum transferet illa loes.*

h Ouidius.

Quis enim nescit quantas quamqoe varias opinionis prauæ & falsorum dogmatum sectas neglectus religionis veræ parturiat? Quæ mille contra principes ad eorum suique principatus interitum conspirationes, seditionesque turbulentas, pacis salutisque publicæ pestes excitant atque perniciosissimè moliuntur? quam verè sapienterque Mœcenas ille inter magnates Ro-

3. Pars. Contemptus vero religionis multas perniciosas opinionis sectas gignit ad interitum princip. & imperij.

manæ reipublicæ prudentissimus Augustum Cæsarem monuisset, si de vera hac Dei veri religione cuius erat ignarus, intellexisset. [i] *Deum semper & vbique cole, vt moribus patria est receptum, ad eumdemque cultum alios compelle, peregrinarum vero religionum auctores odio & supplicijs prosequere, non modo eorum gratia, quos qui contemnunt, haud dubiè nihil quoque magni faciunt: Sed propterea etiam quod qui noua numina introducunt, multos ad vtendum peregrinis legibus alliciunt: Hinc coniurationes, coitiones, & conciliabula existunt, minime principatus commoda res, &c.* Tolle religionem, omnem statum politiam funditus euertis. Quin sic ita cum Deus ruinam Iudæorum genti minaretur, velamento mysticorum allegoricorumque verborum Ieremiæ c. 5. dicebat. *Idcirco percussit eos*, scilicet optimates & populos qui confregerunt iugum legis meæ, & vincula scilicet religionis quibus eos mihi religaueram & sponsaueram mihi in sempiternum, si mecum vero cultu permanere voluissent, *Leo de sylua, lupus ad vesperam vastauit eos, pardus vigilans super ciuitates eorum, omnis qui egressus fuerit ex eis capietur, quia multiplicatæ præuaricationes eorum, confortatæ sunt auersiones eorum.* Propter quas à vera religione auersiones prauitatesque contra sui nominis honorem, cultumque diuinitatis suæ insuper altissimus huic populo dicebat Dominus. [k] *Super quo propitius tibi esse potero?* (ac si diceret me tibi opitulari nefas) *filij tui dereliquerunt me & iurant in his qui non sunt dij. Saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur, &c.* At contra basis omnis prosperitatis & honoris in principe religio vera: [l] *vna custodia pietas, Μία φυλακὴ εὐσέβεια,* dicebat Trismegistus apud Lactantium. *Pium enim virum non malus genius, non fatum ipsum detinet, Deus enim eum liberat eripitque ex omni malo,* vt ex eodem idem Lactantius infert, hunc omnia, summa hac diuinaque religionis Christianæ via atque ratione gerentem optata felicia sequuntur. Propter quæ S. Cælestinus Papa Theodosium iuniorem ita confidenter hortabatur. [m] *Maior vobis fidei causa debet esse quam regni, ampliusque pro pace Ecclesiarum clementia vestra debet esse solicita, quàm pro omnium securitate terrarum. Subsequuntur enim prospera si primitus quæ Deo sunt chariora seruentur.* Concluditque sic post dicta nonnulla: *Pro vestri enim salute imperij geritur, quidquid pro quiete Ecclesiæ vel sanctæ religionis reuerentia laboratur.* Neque enim solum Deus post hanc vitam, suam sincere colentibus religionem cœlestis gloriæ diadema largitur, sed terreni regni coronam pro centuplo confert, nec solum æterna, sed etiam temporalia beneficia misericorditer, vt magnificè illis effundit. Quod duplici exemplo illustrari potest vno veteris testamenti, altero noui. In veteri hæc Dominus ad Iosue, [n] *confortare & esto robustus valde, vt custodias & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses seruus meus. Ne declines ab ea ad dexteram, vel ad sinistram, vt intelligas cuncta quæ agis. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam, ecce præcipio tibi, confortare, & esto robustus: Noli metuere & noli timere: quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcumque*

Mæcenatis admonitio ad Augustũ Cæsarem

i Apud Dionẽ l. 52 hist. Romanæ.

Factiones hæreticorũ nostrorũ graphice sic contra principem & rempub. pacem repræsentato.

k Ierem 5. v. 7.

k Ierem. c. 4. v. 7.

Religio custodit principem & eius regnũ.

l Trismegistus apud Lactant. l. 2. c. 16 de vera relig.

4. Pars. Christianè principes prius religionem Dei quam regnum tueri debent quod illam omnia prospera sequantur.

m S. Celestini ad Theodos. iuniorem ep.

n Iosue c. 1.

A *cumque perrexeris*. Sic præsente Deo, & fulgore eius gratiæ fauorisque Iosue Iudæorum rectori semper affulgente, illum prospera omni tempore comitantia; sicut in nouo testamento, sub lege gratiæ Valentinianum seniorem, vt cæteros breuitatis causa taceam, magnopere fortunarunt. Quem pietas & generosa atque sincera Christianæ religionis obseruantia Deo ac Christo, domino suauiter, ac sapienter omnia dirigente, ad summum Imperij terrarum orbis culmen fastigiumque prouexerunt, in eoque diu gloriose regnantē piè viuendo conseruarunt. Vt Theodoretus auctor est, addens ista sub finem. [a] *Deus iustus Iudex pietatis studiosos non illa vita beata solum honore & gloria afficit, verum etiam spem de præclaris illis præclarorum laborum remunerationibus quæ in cælo expectantur conceptam, etiam donis in hac vita suppeditatis plane confirmat*. Si Numa

[a Theodoretus l.3. c.5.]

B Pompilius [b] apud Tullium cuidam dicenti, *hostes aduersum te arma parant*, ita responderit, *Et ego dijs sacrifico*: vt supra notauimus, id nimirum significans cœlesti præsidio magis quam militum robore & armis hostium copias fundi, atque vinci & Rempub. conseruari: quantò confidentius iustiusque princeps Christianus Deo vero, ac Christo redemptori dicet. [c] *Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me:* [d] *In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis:* [e] *Si consistant aduersum me castra non timebit cor meum: Si exurgat aduersum me prælium in te ego sperabo:* [f] *Quoniam abscondisti me in tabernaculo tuo: in die malorum protexisti me in abscondito tabernaculi tui. In petra exaltasti me, & nunc exaltabis caput meum super inimicos meos*.

[b Cic. l. 3. de natura Deorum.]
[*Qualiter princeps vere religiosus Christum contra hostes suos confidenter orat.*]
[c Iob c.17. v.3]
[d Psal. 43. v.6.]
[e Psal. 26. v.3. & 4]
[f Ibid. v.5 6.]

C Quid plura. [g] *Si ambulauero in medio vmbra mortis, non timebo mala quoniam tu mecum es:* Denique [h] *Exurgat Deus & dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt te à facie tua sicut deficit fumus deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic peccatores qui persequuntur nos à facie tua*. Sic confidenter, vt loquitur, pius Catholicusque princeps à Christo Deo Domino Sabaoth ista sperabit; quia veræ religionis vndique radiis illustratus se suaque omnia ipsi Deo deuotissimè sacrificat. Hoc modo regum eorumque principatuum, atque populorum de Catholica fide & sedis Apostolicæ spirituali maiestate rectè sentientium, prosperitatis, fortitudinis, & gloriæ basis est firmissima Christiana religio. Qua vita fidelium beata constat, non ea de qua [i] Plinius: cuius imperio atque virtute fideles omnes mouentur, non eius vanæ inanisque de qua [k] Tullius. Hanc religionem Catholicam vnicè veram, sapientia & timore filiali, [l] qui est initium sapientiæ, comitatam,

[g Psal. 22. v.4]
[h Psal. 67 v. 1. 2. 3. & 4.]
[i Plin. l.14. natural. hist. cap 19.]
[k Cic. orat. 5. in Verrem.]
[l Psal. 110.]

D firmissimis bonorum operum radicibus in animo defixam, boni reges diligunt, colunt, cultamque externa professione venerantur. Qua prudenter ardentique charitate Deo seruiunt, & tantisper illum offendere maximè pertimescunt: audientes à spiritu sancto, sicut quondam populus per Samuelem ista audierat. [m] *Si timueritis dominum & seruieritis ei & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os Domini, eritis & vos & rex vester sequentes Dominum Deum vestrū. Si contra non audieritis & exasperaueritis sermones eius erit manus Domini super vos & super patres vestros*. Itemque hæc sapientis auribus animisque percipientes: [n] *Fili honora Dominum & valebis*, id est victoriarum lauro coronatus de omnibus hosti-

[*Sapientia timoreque filiali religio vera principibus pijs comitata.*]
[m I. Reg. c. 12.]
[n Prouerb. 7.]

A bus gloriosè triumphabis: vt in veteri testamento [o] Iosue, Gedeon, Barac, [p] Sampson, Iephthe [q] Dauid, Ionathas, & alij legis antiquæ generosi duces, populique ductores, [r] quamdiu pietate, fiducia, Dei charitatis, veræque religionis feruore splendoreque collustrati & armati, Dei hostes, & suos viriliter aggredi properarunt: & in lege gratiæ Constantinos, Theodosij ambo, auus & nepos Martianus, Iustinus, Senior Iustinianus, Carolus Magnus, aliique simili pietate, fide, charitate, religioneque Catholica nobilitati. Qui omnes de triumphatis hostibus gloriantes diuinis affluentes benedictionibus, felicissimè regnarunt: Sanctos illos sequuti, [s] de quibus Apostolos. *Qui per fidem vicerunt regna, operati sunt institiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum*. Hi sunt veræ religionis in pijs regibus principibusque fructus, atque præmia, hæ laureæ atque trophæa, hi denique futuræ felicitatis arrhabones, atque pignora: de quibus iterum plura inferius dicenda nobis.

[o Iosue c. v.]
[p Iudic cap. v]
[q 1 Reg c.17.]
[r I. 1 Reg. cap. 17.]
[s Hebræor. cap. 11.]

CAPVT IV.

Consideratis tot bonis, prosperitatibusque monarchiæ seculari à Christianæ religionis incolumitate, obseruantiaque sincera aduenientibus, Rex princepsque Catholicus omni studio, viribusque contendere debet, vt hanc religionem in subditorum animis, firmiter ac feliciter, exemplis bonæ vitæ, legibusque ad id potentibus inserat & plantet.

1. *Religionem Christianam, tot bonorum in imperio procreatricem in animis suorum populorum plantare princeps exemplo suo conari debet.*
2. *Legibus & edictis plurimum auctoritatis apud populum propter virtutes legislatoris de salute Reipub. ac populi solicitè vehementer, habentibus.*
3. *Conseruatio veræ religionis (quæ sola Christianorum est) omnibus bonis principi pio charior est.*

CONSIDERATIS igitur animoque sagaci præponderatis, tot bonis prosperitatibusque capite superiori breuiter summatimque commemoratis, quæ à sincero religionis Christianæ cultu in regna resque publicas seculares, fidei Catholicæ nexo Christo Domino eiusque vicario, visibili ipsius Ecclesiæ capiti copulatas, diuina miseratione redundant. Totus in eo princeps incumbere debet, omni vigilātia, contentione, laboribus, viribusque conari, vt sibi crediti populi quam studiosissimi

[*Preces Ecclesiæ principibus valde salutares.*]

huius sanctæ vnicæque religionis habeantur. A Propter quem pietatis affectum, tam feliciter assiduis Ecclesiæ precibus princeps Christianus adiuuatur. Quod felicitatis regiæ imperialisque subsidium ab Ecclesia ardenter Honorius Imperator optabat: cum tam instanti Bonifacium Papam voto affectuque ita precabatur. [a] *Ideo reuerentibus venerabilibus viris gaudium nostrum sacrorum apicum attestatione signamus, ac petimus, vti quotidianis orationibus Apostolatus tuus studium ac votum suum circa salutem, atque imperium nostrum dignetur impendere.* Qui enim plura quàm populus dona princeps accepit à Deo, magis illius obligatur quàm populus honorem religionemque defendere, vt sic Catholicæ fideliter Ecclesiæ seruiendo, beneficia Dei recognoscens maioribus eiusdem diuina magnificentia, donis affluere & abundare mereatur. In quorum consortium populos bene in hac virtute religionis instructos, sua secum pia solicitudine deducat. B Quodquidem Germaniæ Regis Henrici III. animo Gregorius 7. imprimere cupiens, sic eum post victoriam de Saxonibus affabatur. [b] *Vos autem in talibus* (scilicet sumptis armis contra rebelles) *plus honorem Dei & iustitiam eius* (religionem nempe) *procurate defendere quam honori proprio prouidere. Securius enim quilibet princeps mille impios potest causa iustitiæ punire quam propria causa gloriæ quemlibet Christianum gladio sternere. Omnia enim etiam & regi qui dixit: Ego gloriam meam non quæro: saluti quippe nostræ tunc verè prouidemus, cum in cunctis nostris actibus gloriã Dei præponimus.* Sed bonus princeps Dei gloriæ eiusque promouendæ religioni prouidet, & ex hoc suæ saluti principatusque stabili prosperitari strenuè laboreque fecundo prospicere dicitur: C cum in eam religionis pietatisque sanctitatem secum imitatione sui populos impellit. Vera namque ista sunt Xenophontis. [c] Ἄρχοντα δὲ τὸν ... μόνον ἀγαθὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρχομένων ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως ὡς βέλτιστοι ἔσονται. *Principem enim decet non se bonum præstare duntaxat, verum etiam pro subditis diligentiam adhibere, vt quamoptimi sint futuri.* Quod potentiùs facit exemplo quam imperio, & operando quam iubendo, iuxta illud sapientis. [d] *Secundum iudicem populi sic & ministri eius, & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea: Rex insipiens perdet populum suum, & ciuitates inhabitabuntur per sensum potentium.* Propter quæ S. Paulus Corinthios hortabatur, *vt sui essent imitatores sicut ipse erat Christi*, in cuius oraculum consentiens Cassianus hæc aiebat: [e] *Exempla tibi sunt imitationis ac vitæ perfectæ in* D *congregatione commoranti à paucis, imò ab vno vel duobus, non à pluribus expectanda. Nam præter id quod examinata vita, atque ad purum excocta reperitur, in paucis etiam illud ex hoc vtilitatis accedit, quod ad perfectionem propositi huius, id est cœnobialis vitæ, diligentius quis vnius imbuitur ac formatur exemplo.* Sed exemplorum in principibus vis ad persuadendum in vtramque partem, quàm aliis dignitate inferioribus multo maior. *Quoniam mores ac vitam regis imitari genus obsequij iudicatur,* [f] inquit Lactantius: *Abiecerunt omnes pietatem, ne exprobrare regi scelus viderentur, si piè viuerent: sic assidua imitatione corrupti diuinum fas reliquerunt, & paulatim malè viuendi consuetudo, mos factus est.* Cui sententiæ hæc sancti Isidori dicta respondent: [g] *Reges vitam subditorum facile*

a In rescripto Honorii Imp. ad Bonifacium Papã, quod refertur dist. 97

Principes sumptis armis plus Dei religionisque honorem procurare debent quam regni sui.

b Epist. Gregorii 7 ad Henricum 3.

Diuinæ gloriæ ac religionis procuratio salus nostra est.

c Xenophon l. 2.

Principum exempla magnas vires habent ad populorum conuersionem vel destructionem.

d Eccles. c. 10 vers. 2. Corinth 1. cap. 11. vers. 1

e Cassianus l. 4 de Instit. cap. 4.

f Lactantius l. 6 c. 6. de diui. instit.

g S. Isidori l. 3. de summo bono.

A *exemplis suis, vel ædificant, vel subuertunt. Ideoque principem non decet delinquere, ne formam peccandi faciat peccati eius impunita licentia. Nam Rex qui ruit in vitiis, citò viam ostendit erroris: sicut legitur de Ieroboam, qui peccauit & peccare fecit Israel. Illi namque ascribitur, quidquid exemplo eius à subditis perpetratur. Sicut nonnulli bonorum principum Deo placita facta sequuntur, ita facilè multi praua eorum exempla sectantur.* Ergo clarum perspicuumque valde quantas vires habeant religiosa piorum regum principumque facta, & opera ad commouendos populos, vt illis principum bonis operibus insistentes huius Christianæ pietatis religionisque sanctitatem pulchritudinemque perfecta reuerentia complectantur. [h] *Etenim si probos quoque seruos*, inquit Tertulianus, *& bonæ mentis pro ingenio dominico conseruari videmus: siquidem artificium promerendi, obsequium* B *est, obsequij verò disciplina morigera subiectio est: quantò magis secundum dominum moratos inueniri oportet*, seruos scilicet Dei viui, *cuius iudicium in suos non in compede aut pileo vertitur, sed in æternitate aut pœnæ aut salutis?* Quam appositè hęc ad Iustinianum Imperatorem Agapetus diaconus exhortãdo in parænesi sua locutus est: *quæ subditis verba quasi lege præscribis: hęc tu præueniens re ipsa præstes: vt verbis quibus persuades integra quoque vita adstipuletur. Sic enim commendabile tuum efficerabis imperium, si ratiocineris nõ sine sapere, & opereris non sine ratione.* Hanc viam rationemq; populos ad virtutem pietatemq; erudiẽdi Imperator Mauritius in principio suæ ad Imperium euectionis imperata faciẽdo, secutus est, Euagrio teste atque dicente: [i] *His confectis* (scilicet C nuptiis cum filia Tyberij solemni pompa celebratis) *Mauritius deinceps non corpus modo, verum etiam animum eximia purpura & corona vestiuit: & constituens vnum se virtutũ exemplar præbere quo subditos ad se imitandum erudiret & c.* Quã vtinam erudiendi populos ad virtutem pietatẽq; Christianam semper facto & exemplo viam rationemq; tenuisset: profectò, vt credere fas est, illum tam miserè funestus vitæ exitus reclamantibus & adlatrantibus aduersus eum, auaritiæ & superbiæ in contemptum sedis Apostolicæ peccatis minime præuenisset. [k] Εἰ μέλλεις τὰ τῆς πόλεως πράξειν ὀρθῶς καὶ καλῶς, ἀρετῆς σοι μεταδοτέον τοῖς πολίταις. *Si rempublicam rectè pulchreque* (seu laudabiliter) *instituis gerere, virtus tibi cum ciuibus communicanda est.* Quo autem iustiori modo, & ad persuadendum potentiori, princeps illud quàm suo præstabit exemplo? D *Quoniam* [l] *flexibiles quamcumque in partem, ducimur à principe, atque vt ita dicam, sequaces sumus, eoque obsequij continuatione peruenimus, vt prope omnes homines vnius moribus viuamus: est enim princeps veluti anima Reipub. aut quasi corporis caput, vnde totius corporis vita, motus sensusque pendet.* Vt valde sit facile atque procliue principi virtutibus induere populos, si illarum ipse prius claritate refulgeat. Quàm fructuosè ad pacem publicam, quamq; vtiliter ad salutem regentis & subditorum, Theologo doctori animarumq; pastori principem monarchamque Catholicum admouendum sub illius pectore virtutum vitæ, religionisq; stimulos, his quibus quõdam Senecæ Neronem nondum crudelitatis impietatisque factum prodigium in primis imperij

Religiosa pij principis opera populos religionis verè studiosos efficiunt.

h Tertul. lib. de patientia.

Agapetus Diacon. in parænesi ad Iustinianum.

i Euagrius lib. 6. cap. 1.

Exemplo subditos erudire ad virtutem magnum est, vt in principio imperij fecit Mauritius. S. Gregor. hic vitã Mauritij initium miserum in genere prosequens in Epistolis ad eum Imperat.

k Plato in Alcibiade primo.

l Plinius in Panegyr.

Princeps anima Reipub. & caput velut corporis.

Seneca l. 2. de Clement. c. 8.

annis, licebit affari. *Tradetur ista animi tui mansuetudo, diffundeturque paulatim per omne imperij corpus, & cuncta in similitudinem tui formabuntur: A capite bona valetudo in omnes vegeta est atque erecta, aut languore demissa, prout animus eorum viget, aut marcescit, & erunt ciues, erunt socij digni hac bonitate, & in totum orbem recti mores reuertentur.* Hæc & plura longè virtutum ornamenta Reipubl. Christianæ populis aduenient: Si, vt loquitur [b] Euagrius, *Princeps & Imperator sibi primum imperet, suosque affectus coerceat, & imago viua virtutum subditos ab imitatione sui edendas ipsas instituat.*

b Euagrius l. 3 Ecclesiasticæ hist. in princip.

2 Part. *Legibus ac edictis magnam vim persuadendo populis propter virtutes legislatoris habentibus veram in cordibus subditorum religionem principes plantare curabit.*

Sequuntur leges ac edicta Catholicorum principum multum ponderis, & auctoritatis apud fideles populos habentia, propter imperantium legislatorum de salute Reipubl. subditorumque valde solicitorum virtutes, quibus Christiani Reges principesque summi, decorati, in populorum sibi creditorum animis diuinam hanc Christianæ fidei religionisque puritatem, sanctitatemque salutari charitatis radice, cum mansuetudine regia, plantare firmiter, & inserere conabuntur. Quas principum Catholicorum leges eò lubentiùs & ardentiùs populi seruandas amplectuntur, quò certius intelligunt prosperitatem Reipublicæ, victorias, triumphosque principum de cunctis hostibus, ab inuiolata & intemerata Christianæ religionis obseruatione, quàm leges ipsæ potenter imperant, exundare atque scaturire. [c] *Solet enim vnà cum Orthodoxa fide status Reipublicæ florere* (dicebat Martinus Papa Imperatori Constanti) *ac vestræ potestati merito hostes subiugabit Dominus à vestra serenitate rectè creditus, ad vindictam inimicorum creaturam armans: induet enim lorica iustitiæ pietatem vestram, galeaque muniet iudicio vero ac simulationis experte & clypeum præbebit inexpugnabilem religionem, ad subiiciendum pedibus eius barbaras omnes gentes, quæ bella volunt: vtque victorem efficiat, rebus contra vitia pariter & homines feros præclare gerendis, & religiosorum laborum præmium reddat, æternam cum sanctis qui à seculo sunt, fruitionem & quietem.* Summa Caroli Magni pietas ac charitas enituit, subditos suos instar Iosiæ Regis ad veræ Christianæque religionis sanctitatem, sacrarum legum editione, procurantis erudiri: Propter quod beneplacito Papę, eius Pontificia fretus indulgentia à nouis abstinens condendis legibus, veteres præsertim Ecclesiasticas restitui curauit. [d] Ex quibus librum centum sexaginta octo capitulis legum Ecclesiasticarum constantem ex sacrosanctis Conciliis summorumque pontificum decretis conflauit. Vt per ea in Ecclesia, antiquus disciplinæ sanctæ vigor renouatus inuiolabili custodia obseruaretur; atque deuotione maiori, Catholica, Apostolica, Romanaque religio in fidelium populorum animis honorata penitus insideret. Ne autem vel ex eo videri posset præscribere ipse leges Episcopis, aut eas ad disciplinam Ecclesię pertinentes sine Romani Pontificis auctoritate constituere; in procemio huic capitulorum legumque sanctarum collectioni præposito & affixo, ipsos Ecclesię patres Episcopos & pastores admonuit, quo animo, eas colligi, atque compilari mandauisset. In eoque

Religionis Christiano inuiolata custodia florentes facit Respub. & victores principes sui custodes eximios.

c Epist. Martini Papæ ad Constantem Imperat.

Caroli M. pietas in edendis legibus ad maiorem populorum in religione Cathol. instructionem.

d Liber Caroli M.

ardentem animi sui charitatem ad veram erudiendi religionem, indeque saluandi creditos sibi populos exemplo Iosię Regis iam per modestam excusationem sui magno sanctoque concitati zelo laboris ostendit. [e] *Ne aliquis quæso huius admonitionem esse præsumptuosam putet, vel iudicet, qua nos errata corrigere, superflua abscindere, recta connectere studeamus, sed vt magis beneuolo animo suscipiat. Nam legimus regnorum [f] libris, quomodo sanctus Iosias regnum sibi à Deo datum circumeundo, corrigendo, admonendo ad cultum veri Dei studuit reuocare, non vt eius sanctitati æquiparabilem me faciam, sed quod nobis sint vbique semper sanctorum exempla exequenda, & quoscumque poterimus ad studium bonæ vitæ in laudem & gloriam Domini Iesu Christi congregare necesse est. Quapropter vt ante diximus aliqua capitula notare iussimus.* Quas leges Romani Pontificis hortatu & indulgentia, necnon regni sui Episcoporum aliorumque Sacerdotum consultu se edidisse [g] profitetur. Cuius Imperatoris pietatem filius Ludouicus cognomento Pius æmulatus magnam studij atque vigilantię Imperatorię partem in piarum legum editione sub Rom. Pontificis beneplacito consumpsit. Quibus magis ac magis populorum fidelium animos ad Christianæ sanctitatem religionis incenderet, vt ex libri 2. capitulorum ipsius Imperatoris [h] capitulis pluribus apparet. Quod etiam manifestiùs ostendit Benedictus Leuita harum Ludouici Pij legum collector cum in præfatione harum collectionis hęc ait. [i] *Agnosci ante omnia hęc prędictorum principum* (scilicet Caroli M. & filij Ludouici Pij) *capitula maximè Apostolica auctoritate fuisse firmata, post ista quoque quæ sequuntur, eadem auctoritate maxima vt diximus, ex parte & omnium Francorum vtriusque ordinis virorum assensu sunt roborata.* Huius Imperatoris pietatem religionemque in reuerendo Rom. Pontificum decreta, & in eorumdem inuiolabilem obseruantiam præcipiendo ipse collector l. 6. capitul. 267. expressit. Cum tale ipsius Imperatoris decretum his conceptum verbis commemorat. [k] *Ita vnanimes diuinis & Apostolicis constitutionibus seruiatis, vt in nullo patiamini pia canonum decreta violari: vt nulli fas sit sine status sui periculo, vel diuinas constitutiones, vel Apostolicæ Sedis decreta temerare.* Ita Christianus princeps iure dat operam, vt, cum sit ipse religiosus & pius, quam optimis imperitet: in quos quia boni sunt & virtutis amatores facile ac dulce erit Imperium: qui pro talibus principum legibus veræ religionis sanctitatem custodientibus, eiusque intemeratam præcipientibus obseruantiam, omnia perdere mortemq; pacisci parati sunt. Cum hanc Christi Domini religionem quam custodiunt & coli effectu iubent, bonis omnibus fortunæ & corporis, ipsaque vita chariorem ducant; quod in ea suæ salutem animæ certamque gloriæ cœlestis expectationem sitam esse certitudine fidei credant atq; fateantur.

e Ibid supra in præfat ll. capite.

f L. 4. regum cap. 22. 23.

Leges sancte pro cultura Christiano religionis sincerioris ab Imperatore Carolo M. & Ludouico pio filio collecta & edito sub auctoritate Rom. Pontificum.

g L. 7. capitul. c. 104.

h L. 2. capitul. Ludouici pij cap. 24. 25. 26. 27. 28. 29 & 30

i Benedictus Leuita in præfat. collect. legum Ludouici pij.

k Lib. 6. capitul. c. 267.

Facile Catholicorum principum imperium in bonos vero religionis amantes.

Si enim Iudæi supplices ad Petronium à Romano Imperatore Caio illis datum præsidem venientes ab eo omnium perditionem bonorum vna cum vita & extrema quæque pati poposcerint, potius quam suæ religionis patrios ritus cernere, erectione statuæ Caij Imp. in templo Hierosolymitano, temerari: sicut pluribus hisque tragicis verbis Philo in legatione sua ad

3. Part. Conseruatio religionis vero omnibus bonis charior. Argumentum à minori à Iudæis sumptum omnia perdere desiderantibus potius quam patr. suæ læsionem religionis

Caiom lugubre deſcripſit. Vt cum ſenatum 72. ſeniorum dictum ſynedrim: ita flentem iſtaque lugendo inter alia vociferantem introduxit: [a] *Vxores & liberos familiaſque adduximus ſupplices tibi, & per te Caio aduoluimur domi relicto nemine, orantes vt aut omnes ſerues, aut omnes internecione deleatis, &c.* Et poſt alia lugubria multa ſubionxit: *Id ſi non impetremus* (ſcilicet alienationem coloſſi, ſeu ſtatuæ Imperatoris à templo) *necandos nos præbemus, ne videamus viui, quod eſt morte grauius.* Mitto lamentabilia multa, tragicis expreſſa verbis, quæ ipſe ſupremus Iodæorum ſenatus ex 72. Senioribos conflatus, omniom Iodæorum nomine cum extrema lachrymabilique deſolatione, vt ipſius præſidis emolliret animum, miſerabiliter effudit. Quibus Iudæos malle potius, ſi poſſent, millies com omni immanitate mori, neceque omnes crudeliſſima mactari, quàm ſuæ religionis violationem rituumque patriorum læſionem, per huius erectionem coloſſi tolerare patique ſignificauit. Si omnia bona perdere, maliſque grauiſſimis Iudæi ſubiogari potiùs elegerunt, quam ſuæ religionis, atque legis quæ tunc mortua erat, imo mortifera, conculcationem oppreſſionemque cernere: quid Chriſtiani pro ſanctitate ſuæ religionis, quæ vnica ſolaque io orbe toto vera eſt, tuenda ſeruandaque præſtare debebuur? quid bonorum non profundent? quid periculorum malorumque deprecabuntur? Reges vero atque principes hac Carholica religione fulgentes, pro ea ſarta tecta cuſtodienda, quid non honoris, gloriæ, pacis, cæterorumque regalium bonorum liberè, nec propriæ parcentes vitæ periclitabuntur? Com vanus Iudææ ſuperſtitionis religioniſque, tunc vanæ & iniquæ, cultor Agrippa Rex Iudæorum regno atqoe vita priuari deſiderarit potius, quam vt ſuæ religioni, ſuperſtitioniqoe labes aliqua & inioria, ab huius ſtatuæ erectione turpiter inureretur? magis ferreis iterum grauari compedibus eligeos, quam abominationem deſolationis in loco ſancto, id eſt, per erectionem ſtatuæ imperialis in templo, religionis ſuæ oppreſſionem contemptumque conſpicere? [b] Cum inter alia ſic Imperatorem Caligulam lamentabiliter affatur. *Exemiſti me ferreis vinculis, quis neſcit? Obſecro Imperator ne me aſtringas grauioribus. Illa partem premebant corporis: at hæc vereor ne totam onerent animam: impendentem mihi mortis metum depuliſti, & metu præmortuum, ſeu redituum exciaſti è funere: velis Imperator hoc beneficium eſſe perpetuum: ne tuus Agrippa vitam abrumpat; alioqui videbor ſeruatus non vt viuerem, ſed vt nouis calamitatibus inſignis morerer, &c.* Hæc & alia ipſe: poſt quæ vehementiam ſui doloris, alto corde non amplius comprimere valens, ſic pro conclusione in hos patheticos erumpit affectus: [c] *Ergo cum ſuperflua ditione me auxeris, domine, noli adimere quæ ſunt neceſſaria! noli productum in lucem clariſſimam, rurſum in tenebras altiſſimas abijcere! Libenter cedo iſti ſplendori* (ſcilicet regno) *& priſtinam fortunam deprecor, vnum peto pro cunctis cæteris, incolumitatem rituus patrij, &c.*

a Philo Iud. in legatione ad Caium.

Rex Agrippa vult potius cedere regno ac vita quam tolerare religionis ſuæ oppreſſionem, & ſcandalum per erectionem ſtatuæ Caligulam templo.

b Ex litteris Agrippæ ad Caligulam Imp. apud Philonem in legat. ad Caium.

c Ibid.

Si Rex Iudæus, cum religionis ſuæ, iam ſuo vigore meritoque deſtitutæ, patrios ritus ſuis legibus defendere non poſſet, mortem orauerit, vitamque multo cum ſanguine vnà cum Imperij ſui ruina profundere qoæſiuerit: quid faciet Rex Chriſtianus pro vera Chriſti ſui Domini religione tuenda, cum eam legum ſuarum edictorumque robore, ab omni perditorum iniuria, oppreſſioneque viodicare poſſit? Propterea Diuus Auguſtinus Theodoſium M. laudibos maximis ſuſtulit in cœlum, quod Eccleſiæ Chriſtianę, Catholicæque religioni laboranti afflictęque vehementer, recenti Imperatoris hæretici Valentis impietate, legum ſanctarum, edictorumque piorum editione publica ſubuenire curauerit: hæc quippe ſanctiſſimus doctiſſimuſque pater de eo principe ſcripſit. [d] *Inter hæc omnia hæc ipſo initio imperij ſui non quieuit, iuſtiſſimis & miſericordiſſimis legibus aduerſus impios, laboranti Eccleſiæ ſubuenire, quam Valens hæreticus fauens Arianis vehementer afflixerat: Cuius Eccleſiæ membrum eſſe magis, quam in terris regnare gaudebat.* Huius Imperatoris in defendenda religione Eccleſiaque Catholica pietatem, egregia illa verèque aurea ſanctio, anno 381. promulgata ab eo, cum eſſet Theſſalonicæ, ad populum vrbis Conſtantinopolitanæ reſcripta, ſua teſtatione clariſſimè demonſtrauit: *Cunctos populos quos clementiæ noſtra regit temperamentum, in tali volumus religione verſari, quam diuinum Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis religio, vſque nunc ab ipſo inſinuata declarat: quamque Pontificem Damaſum ſequi claret, & Petrum Alexandriæ Epiſcopum virum Apoſtolicæ ſanctitatis: hoc eſt vt ſecundum Apoſtolicam diſciplinam Euangelicamque doctrinam Patris & Filij & Spiritus ſancti vnam Deitatem ſub parili maieſtate, & ſub pia Trinitate credamus. Hanc legem ſequentes, Chriſtianorum Catholicorum nomen iubemus amplecti; reliquos vero dementes veſanoſque iudicantes hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere, nec conciliabula eorum, Eccleſiarum nomen accipere. Diuina primum vindicta, poſt etiam motus noſtri, quem ex cœleſti arbitrio ſumpſerimus, vltione plectendos.* Huius legis ſupra meminimus, ſed propter excellentiam ſuam decies repetita placebit.

Pietas Theodoſ. Magni ſirmanda augendaque Catholicæ religionis auctoritate, vehementer à crudeli Valentis Imp. impietate populo ante vexata.

d S. Auguſt. lib. 5 de ciuit. Dei, cap. 26.

Theodoſii ſenioris ſanctio pro defenſione religionis Chriſti præclara.

L. 2. de fide Cathol. cod. Theodoſ.

CAPVT V.

Princeps veram firmiter populorum animis religionem inſerit, eius amando cultores, & beneficiis afficiendo: impios vero illius temeratores execrando, pœniſque iuſtiſſimis comprimendo.

1. *Tertia eoque tuta via in populorum animis plantatione ſalutari vera religionis inſerendi puritatem à rege pio ſumitur, diligendo cultores illius amore ſingulari, eoſq; beneficiis afficiendo.*

2. *Quarta non minus tuta, dũ pius ille princeps ſua iuſtè in illius contemptores oppreſſoreſque religionis conuertit odia, pœnis in eos animaduertendo.*

3. *Principis verè Chriſtiani magna triſtitia ob iacturam ſalutis animarum, & contra lætitia ſumma, ex illarum ſanitate & conuerſione ad Deum.*



ERTIAM viam video bono tritam principi, qua puritatem Chriſtianæ religionis in ſubditorum corda & animos altius infundit: dum videlicet ſuæ beneuolentiæ, & amoris inſignia, huios ſanctæ pietatis religioniſq; cultoribus oſtendit, eoſq; ad maiorem ſincerioremque huius obſeruantiam beneficiis allectos, impellit & inflammat ardentius. *De religione Chriſtiana principes Catholicos ſolicitos eſſe decet.* Quî enim diuinæ pietatis huius, fidelis amator, illius caſtos dilectores non amabit? *Pro integritate fidei Catholicæ Chriſtianiſſimum principem conuenit eſſe ſolicitum*, (dicebat [a] S. Leo iuniori Theodoſio Imperatori:) *Et hoc indefeſſis precibus diuinam miſericordiam poſco vt cordi veſtro, id quod eſt veritatis inſpiret, neque falli vos in aliqua humanarum calamitatum æmulatione patiatur.* Vnde hanc auget in animis populorum religionis puritatem pius princeps, illius virtutis ſtudioſos ſibi ſimiles amando: nam nouas hæc virtus in cordibus ciuium, principis dilectione vires acquirit. Ideo Carolus Magnus ſui magnum amoris affectum in Chriſtianæ religionis apperentes, & auidos oſtendebat: cum ſui imperij paſtores & Epiſcopos magno diuini amoris incenſus amore hortabatur, vt ab educatione inſtitutioneqoe ſuorum ſubditorum, in hac ſancta pietate Chriſtiana, nullo vnquam tempore ceſſarent: & ita cum incremento religionis in populorum cordibus, proſperitas ſplendorque veræ gloriæ magis, in imperio cœleſtium benedictionum cumulo multiplicata creſcerent. Hæc enim ad illos inter alia. [b] *Placuit nobis veſtram rogare ſolertiam, vt vigili cura & admonitione po-*

a S. Leo I. Epiſt. 9 ad Theodoſ.

b Carolus M. in præfat. capitul.

A *pulum Dei per paſcua vitæ æternæ ducere ſtudeatis: vt quomodo regno tantos contulit honores ſua protectione nos noſtrumque regnum in æternum conſeruare dignetur.* Quod in hac mortali ſtatione felix fauſtumque, reciproca principis populique dilectione perſeueret, paceque fœcundum, à puro religionis Chriſtianæ cultu, in vtriuſque principis & populi cordibus inſidente, profectò clareſcat. Quò boni Catholicique principis mens, affectio, & operatio collineant, iuxta illud [c] Theodoſij iunioris *animi noſtri ſcopus collapſæ pacis* Eccleſiaſticæ ſcilicet *redintegratio eſt.* Hac via diligendi veros Chriſtianæ pietatis amatores [d] Conſtantinus Magnus latius regni Chriſti, religionis eius ſcilicet, per orbem terrarum fines, in populorum cordibus altiſſimis defixæ radicibus expandit: [e] ad cuius familiaritatem eò facilior, & amplior hominibus patebat aditus quò B Chriſtianæ religionis obſeruantiores habebantur. Hac [f] Theodoſius ſenior: qui Eugenio deuicto, de eoque victoria parta diuinitus, maiora ſuæ dilectionis ſigna religionis Chriſtianæ cultoribus oſtendens, & iuſtiſſimis, & miſericordiſſimis legibus, vt loquitur S. Auguſt. aduerſus impios laboranti Eccleſię ſubueniens, multa idololatrarum infideliumque vexilla impij maximi tyranni Eugeniique ſecurorum millia in Eccleſiæ ſanctę Catholicę Romanęque gyrum mirabili conuerſione deduxit. [g] Hincmarus in vita Sancti Remigij, & S. Gregorius Turonenſis [h] ſcribunt Clodoueum regem diuina virtute ad fidem Chriſti conuerſum ſacro cœleſtique oleo diuinitus in ſacro fonte baptiſmatis inauguratum ſui oſtenſione amoris in veros Chriſtianę religionis fideique profeſſores, quam plorimos in tenebris C infidelitatis miſerè vagantes ad lucem verę diuinęque pietatis clariſſimam voluntaria delectabilique propenſione compellauiſſe. Idipſum ſæpius feciſſe Carolum Magnũ poſt deiectos barbaros, Saracenos, Saxones, Longobardos, alioſque Eccleſię hoſtes, [i] Eginhartus, Teganus, Aimonius, aliique annalium Franciæ ſcriptores memorię proditum poſteritati renũtiarunt. Qui omnes aliiq; plurimi de meliori Catholicæ puritatis nota principes, quos breuitatis occaſio ſilentio prętereuolat, ſui amoris affectum in pios religionis diuinę veneratores minimè ſterilem & manem, ſed multis fœcundum beneficiis eſſe voluerunt: quibus afficientes, eos ad maius huius diuinę Chriſtianęq; pietatis incremẽtum in animis ſuis potentiori virtute prouocarũt. Quos quidem fidei ſanctęque religionis in populorum cordibus animiſque progreſſus, ſalutariaque tot D Chriſtianæ ſanctitatis incrementa, recolens animo, pia ſanctaque mater Eccleſia, atque ab hac piorum regum, principumque verè Catholicorũ beneuolentię, dilectionis atque beneficentiæ in Chriſtianę religionis ſanctitatiſque ſtudioſos adoratores propenſione deriuata conſiderans: hos principes regeſque pios tot honoribus ſingularibuſque priuilegiis decorandos atque cohoneſtandos eſſe iuſtiſſima ratione decreuit. Vt homines ad eorum beneuolentiæ familiaritatem admiſſos, eorumque regia menſa dignatos, quãuis anathematis fulmine perculſos, non amplius vitandos eſſe, ſed huius regię familiaritatis menſæqoe beneficio, ab huius cenſorę compedibus liberandos eſſe ſacra lege ſanciuerit. Suę charitati minimè conſentaneum eſſe iudicãs eos

c Ex Epiſt. Theodoſij Imp. ad Ioan. Epiſc Antiochen. inter acta concilij Epheſ. 203.

d Edit. penult.

e Euſeb. in vita Conſtãtini multis in locis.

f D. Auguſt. l. 5 de ciuit. c 25.

g Hincmarus in vita S. Remigij.

h Greg. Turon. in hiſt. Francorũ de Clodoueo.

i Eginhart. Teganus annales Franc.

Digni habiti regia piorum principum menſa excommunicati ab excommunicatione huius regia benignitatis virtute liberabantur.

vlcerius fui anathematis rigore fuaque indignatione percellere, quos religioforum principum pietas, beneuolentia & affabilitas in fuæ dilectionis amænitates, dapefque regiæ menfæ clementer admiferunt. Huius rei fidem facit canon Ecclefiafticus ab vniuerfo regni Galliæ clero editus, poftea ab Hadriano põtifice confirmatus, inter capitularia Caroli Magni redactus: quem Iuo Carnotenfis [a] duobus in locis Epiftolarum meminit & recenfuit. Hæc dicens: [b] *vnde habetur in libro Capitularium regalium auctoritate Epifcoporum conftitutorum: Si quos culpatorum regia poteftas, aut in gratiam benignitatis receperit, aut menfa fuæ participes effecerit: hos etiam Sacerdotum & populorum conuentus fufcipere Ecclefiaftica communione debebit; vt quod principalis pietas recipit, nec à facerdotibus Dei extraneum habeatur.* Quod Ecclefiæ priuilegium non folum Galliæ regibus, fed etiam aliis vt Hifpaniæ, Angliæ, & cæteris eadem religionis Chriftianæ fanctitate præditis indultum eft. Nam fimilis, vel idem potius canon iifdem ferè verbis [c] in concilio 12. Toletano c. 3. conceptus habetur, & [d] S. Anfelmus Cantuarienfis in Anglia præful, hæc in eandem fententiam, Ernulpho priori refcripfit: *Audiftis quibus ex præcepto Apoftolico communicare non poffum fine animæ meæ periculo, quorum communionem regi communicans dum ipfe eis communicat vitare non valeo.* Cuius communicationis non amplius regio beneficio & indolgentia vetitæ illuftre [e] S. Gregorius Turonum Epifcopus exemplũ, Prætextati videlicet Epifcopi Rothomagẽfis in exilium pulfi commemorat, quem anathematis ligatum cenfura, & ad pœnitentiæ peragendæ rigorem fententia à Galliæ decreta prælatis obligatum rex Guntranus, in fuæ familiaritatis amorifq; commercium admittẽs, eumque fuæ honore menfæ cohoneftans fecit, Ecclefia comprobante, vt ipfe liber à vinculis cenfuræ fine vlla alia pœnitentiæ feueritate veniaque in fui thronum Epifcopatus cathedramque rediorit.

Canon facer cleri Galliæ ab Hadriano papa cõfirmatus.

a Iuo Carnot. Epift. 124. ad Sanctionem Epifcopũ Aurelian. in fin.

b Iuo Epift. 195 ad Daimbertum Archiepifc. Senonenf. fub finem.

c Concil. Tolet. 12. c. 3.

d S. Anfelm. epift. ad Ernulphum priorem.

e S. Greg. Turon. lib. 7. ca. 16. hift. Fran.

At præter fuperiores vias rationefque quas pius verè Catholicus princeps in inferendo atque plantando religionis Chriftianæ puritatem, immittendoque illam fubditorum pectoribus amplectitur: eft etiam alia quarta ordine minimè contemnenda quæ in odio principis aduerfus impios religionis fanctæ derifores, blafphematorefque verfatur: necnon in pœnis quibus in eos iufta correctione bonus piufque princeps animaduertit: cum tot ab iftorum perditorum fceleribus in veræ contumeliam contemptumque pietatis mala, calamitates, infortuniaque proueniant, & in Chriftiana regna refque publicas impetu funefto redundent. Vt hoc iufto religiofi principis odio defpecti, & pœnis afflicti, à fua impietate fceleribufque in fanctiffimæ matris Ecclefiæ finum gremiumque bene conuerfi, religioníque veræ mancipati reuertantur; eoque modo profperitas imperij fubftracta redeat, Deique benedictiones nouis opibus donifque felicibus Chriftianas focietates cætufque reuocatæ fœcundent. Conftantius Conftantini magni pater cum ingeniofa prudentique inuentione, quinam veri religionis Chriftianæ cultores effent exploraniffet, quique nefandi fanctæ huius religionis re vera inimici & ofores extarent (licet fimulata fraudulentaque pietate

4. Pars. Princeps religionem Christianam in animis populorum plantare fermiter, odijs profequendo & pœnis officiendo huius Sanctæ religionis contemptores.

Conftantius pater Conftantini Magni veros Chriftianos explorat quos diligit, & hoftes Chriftianæ religionis quos magno odio deteftatur agitat.

A illius cultum vt imperatori placerent, exterius profiterentur, veris Chriftianis à fe magna dilectione, & honore non mediocriter affectis, impios illos qui fe Catholicos oefariè fimulabant, Chriftianæ religionis Ecclefiæque fanctæ, Apoftolicæ, & Romanæ blafphemos, & hoftes agnitos, fummo perfectoque deteftatus odio, cum extrema ignominia à fe confortioque familiaritatis Imperatoriæ, tanquam Reipublicæ peftes, atque faces multis iuftifque contumeliis pœnifque fubiugatos longiffimè proiecit. De qua prudenti fapientique exploratione hæc Eufebius: [f] *Poftquam igitur in duas partes diremptt fuerunt*, (fcilicet veri Catholici & fimulati) *alijque in hanc, alij in illam fegregati illico finguli quo animo effent & fubftitutio perfpicuè oftenderunt. Ibi tum admirabilis ille Conftantius commento quod celatum*

B *erat, ftatim poft patefacto, quorumdam timiditatem, & nimium amorem quo ipfi fe fuamque vitam complectebantur, vehementer coarguit, alios ob finceram & integram erga Deum mentem approbauit plurimum: illos denique tanquam Dei proditores Imperatoris feruitio indignos cenfuit.* Addens hæc Chriftiano Imperatore digniffima. [g] *Quomodo enim fidem erga Imperatorem fincerè poterunt inuiolatam, qui aduerfus Deum optimum maximum perfidi effe manifeftè conuincuntur? Quapropter hos procul à regali fuo domicilio ftatuit amandandos: illos vero qui veritatis teftimonio digni Deo fuere comprobati, fimiles erga Imperatorem fore affirmans, ftipatores fuos, & illius regni cuftodes conftituit inquiens id genus homines in præcipuis maximèque neceffariis amicis, & familiaribus numerandos effe, multoque pluris, quam æraria ingenti thefauro referta merito æftimandos.* Dici non poteft quantos huius pij Imperatoris in impios odium, ficut in veros religionis veræ cultores amor, in populorum cordibus huius

C Sanctæ religionis pietatifque progreffus propagationefque fecerit. Quid Conftantinus Magnus, huius Conftantij filius, quanto odij perfecti & indignationis ardore, in huius religionis hoftes exarferit, nemo nefcit qui tantillum extremis labris Ecclefiafticos Annales hiftoriafque deguftauerit: [h] Cum ne ipfi quidem Licinio propriæ fororis marito (quem antea quod Catholicus effet focium conforternque imperij fibi fæderauerat,) poftea Chriftianæ eiuratori religionis vllo modo parcere voluerit, quin eum perfecto odio perfecutus nunquam reliquerit, quoufque victum fuperatumque fuis obuolutum pedibus graui mulctauerit exilio, vbi grauiffimis confumptus morbis, vl-

D ceribus & ærumnis Deo de illius perfidia pœnas exigente vitam miferam funeftamque execrabili morte finiuit. [i] Quem tamen Conftantinus ad fuos proftratum pedes, ita ad pœnitentiam fcelerum grauiffimorum apud eundem Ioannem presbyterum huius fcriptorem temporis hortabatur. *Luge & pœnitentiam age ob ea quæ aufus es, bonifque operibus ftudens ab illis nunquam defifte: fortaffe Deus propitius & beneuolus tibi erit: qui omnis beneuolentia expers, & infidiator fuifti: fortaffe & fempiternæ pœnæ fententiam aufugies &c.* Quid Theodof. iunior nõquid ab ira, odio, indignatione; in propriam vxorem Eudoxiam abftinuit? Nũquid in eam graui obiurgationi acriq; repre-

f Eufeb lib. 1. cap. 6. de vita Conftant.

Qui Deo frãgit fidem principi non feruabit.

g Ibidem.

h Ioãnes presbyter Nicomedienfis in hift. & rebus geftis de Martyrio S. Bafilei Epifcopi Amafeni apud Surium die 26. April.

i In eadẽ hift.

Conftantinus Licinium ad pœnitentiam delictorum inuitat.

Theodofii iunioris in vxorẽ indignatio & odium.

a Nicephor. l. 14. c. 49.

hensioni pepercit? [a] Quod illa ab hæreticis decepta Catholicam Romanamque religionem, sanctosque ecclesiæ ministros in illa nefanda deprædatoriaque synodo Ephesina vehementer oppresserit atque vexauerit? Quam propterea grauibus obiurgatam correptionibus à se repulsam ad septem annorum spatia relegauit. Hoc iustum principum catholicorum odiũ iusta quoque in impios religionis Christianæ temeratores & hostes supplicia sequi solent. Quibus perculsi scelerati religionis oppressores iustam Deoque placitam persecutionem subeunt, meritoque patiuntur de qua hæc S. Augustinus: [b] *Si enim boni & sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur: cuius putant esse in psalmo vocem, vbi legitur, persequar inimicos meos & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant? Si verũ dicere vel agnoscere volumus, est persecutio iniusta, quam faciunt impij ecclesiæ Christi: ista namque beata est quæ persecutionem patitur propter iustitiam: illi vero miseri qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam: proinde ista persequitur diligendo, illi sæuiendo: ista vt corrigat, illi vt euertant: ista vt reuocet ab errore, illi vt præcipitent in errorem: denique ista persequitur inimicos, & comprehendit donec deficiant in vanitate, vt in veritate proficiant. Illi autem retribuentes mala pro bonis, quia eis consulimus ad æternam salutem etiam temporalem nobis conantur auferre.* Ita pius princeps obsequens ecclesiæ filius sanctæ matris imitator iniquos nefandosque veræ religionis hostes salutari castigatione vexat, vt à sua iniquitate scelereque reuocet. A qua si castigando non possit abducere eos iusta extremi supplicii seueritate S. matris exempla secutus exterminat. Sic enim alibi in hanc sententiã sanctus ait Augustinus. [c] *Quidquid ergo facit vera & legitima mater, etiam si asperum amarumque sentiatur, non malum pro malo reddit, sed bonum disciplinæ expellendo malum iniquitatis apponit, non odio nocendi sed dilectione sanandi: cum autem sanare non potest, persequitur inimicos & comprehendit donec deficiant.* Sed de hac vindicandi puniendique scelera, seueritate legitima, grata Deo, qua Christianus princeps & monarcha verè catholicus in scèleratos Christi Domini ecclesiæ eius sanctæ catholicæque religionis hostes, aliosque perniciosis prostitutos criminibus iustè fulminat, plura inferius. His viis ad summæ gloriæ & felicitatis arcem rex Christianus princepsque deuotè catholicus summa iustitiæ pietatisque contentione nititur: dum per eas veræ religionis quam vnicè veneratur & colit radices fructusque firmiter in suorum populorum cordibus inserere plantareque paterna charitate conatur.

Iusta in impios persecutio per bonos principes.

b S. Aug. ep. 50

No. Persecutio duplex vna bona contra impios: altera mala contra bonos.

c S. Aug. ep. 48

3. Pars. Principis verè Christiani magna tristitia ob iacturam salutis animarum, & contrà magna lætitia ob salutem animarum, exemplo Caroli Magni.

d Epist. Caroli M. ad Elipandũ Tolet. Archiepiscopum.

3. Quorum salus animarum sibi propria vita charior, perditio vero ruinaque quauis morte acerbior est. Hunc Carolo M. vt bono pastori instar Christi Domini grauissimus animi dolor de pernicie conceptus animarum & contra consolatio ex earum salute, iucundissima contigit: vt illa quæ in exhortatione ad Elipandum ecclesiæ Toletanæ Archiepiscopum, hæretica lue deprauatum, & ad alios eius perfidiæ socios vt à suo resipiscerent errore scripta testantur. [d] *In cordibus nostris fraterno vulneratis amore vestram quam patimini lachrimabili gemitu condolemus oppressionem; sed maiore multo tristitia lugemus, si aliquid diabolicæ fraudis interius oppressionis per infidelitatem vel cuiuslibet schismatici erroris patimini in cordibus. Ipse est cõtinuus dolor pectoribus nostris & pene irremediabile vulnus, nisi per eius misericordiam qui sanat contritos corde & vult omnes salnos fieri & ad agnitionem veritatis peruenire, illi nos lætificent qui tristauerunt. Vestra igitur correctio nostra est lætificatio. Desiderantes vos* [e] *socios habere in fide catholica & cooperatores in prædicatione veritatis:* [f] *vt gaudiũ quod Christus suis promisit discipulis habitet in nobis, & gaudium nostrum habitet in vobis, &c.*

A

e 1. Timoth. 2.

f S. Ioan. 8.

Religiosi quippe principis vt boni pastoris est bene erudiendo populos in virtute Dei atq; morum, eosque ab omni errore contra legem Dei ecclesiæque decreta liberando Christo saluatori pastorum omnium pastori lucrifacere. Propter quod nullum laborem refugiet, aduersa nulla deprecabitur vt Basilius imperator: qui omnia dura acerbaque pati concupiuit, vt hæreticos schismaticosque Photianos à suis liberatos impietatibus sanctius Christo Domino lucraretur. Quod ipse palam & publicè in concilio 8. œcumenico actione 6. sic illos impios paterna mansuetudine Photianos alloquendo significauit. [g] *Omnia pati promptum habeo & agere promptius, quæ vobis quidem confusionem* (scilicet resipiscere & pœnitere recusantibus) *mihi autem gloriam & maximam claritatem conferre videntur.* Post hæc solicitudinem maximam quam ad saluandos eos adhibuit, ita commemorat. [h] *Nescio quod erat satagendum & efficiendum & non feci, vel quos promouendos admonitionis & deprecationis sermones & non proposui. Vos de cætero videbitis! Innocens enim sum à perditione vestra &c.* At quę tã iusta necessariæ solicitudinis & curæ verã in populorum cordibus Christi Domini religionem conseruandi catholicum regem causa ratioque concitat & inflammat? Quia [i] vt S. Ambrosius Valentiniano imperatori dicebat, *Nihil maius est religione, nihil sublimius fide. Aliter enim salus tuta esse non poterit, nisi vnusquisque Deũ verum, hoc est Deum Christianorum à quo cuncta reguntur, veraciter colat, nam fides seruabit imperium.* Et post hæc in eadem Epistola. [k] *Quod si aliqui nomine Christiani tale aliquid decernendum putant mentem tuam, vocabula nuda non capiant, nomina cassa non fallant, quisquis hoc suadet, sacrificat* (scilicet Deo) *& quisquis hoc statuit.* Quibus doctor sanctissimus Imperatoris animo voluit inuiolabili firmitate radicitus inculcare, & imprimere salutem imperii felicitatisque principis imperantis atque subditorum in sincera Christianæ religionis obseruantia solidari & eos qui contra disputant, suadent & opposita profitentur Christi dominantium Domini regumque terræ principis ausu sacrilego imperatis aduersari. In quam sententiam S. Bernardus cum per epistolam Conrado regi Germaniæ significauisset, plus Christiani regis atque principis interesse Christi Domini religionem ecclesiamque tueri & inuiolabili custodia seruare quam proprium sceptrum coronamque defendere: hac tandem colloquium cum illo exhortationemque conclusione terminat. [l] *Si quis aliud quam locutus sum vobis* (*quod non credimus*) *suadere conabitur, is profectò aut non diligit regem aut parum intelligit, quid regiam deceat maiestatem, aut certè quæ sua sunt quærit, & non valde, quæ vel Dei vel regis sunt curare contineatur.* Ideoque S. Leo rectam cum populo pacificè viuendi viam Theodosio iuniori demonstrans rationemque imperandi feliciter aperiens, hac eum exhortatoria oratione suam ad illum epistolam

Boni principis scopus est subditos Christo lucri facere exemplo Basilij Imper.

B

g Actione 6. Concilii œcumenici 8.

h Ibidem.

Cur tam anxie bonus princeps religiosum iuxta viddere populum.

i S. Ambr. l. 5. epist. 30. ad imp. Valent.

C

k S. Ambros. ibid.

D

l S. Bernar. ep. 24 ad Conradum regẽ.

a Ex epistola Synodali S. Leonis quæ est 2 ad Theodosium in fine.

lam terminante, conueniebat.[a] *Date defendendæ fidei libertatem quam salua clementia vestra reuerentia nulla vis, nullus poterit mundanus terror auferre. Cum enim ecclesiæ causas tum regni vestri agamus & salutis vt prouinciarum vestrarum quieto iure potiamini: defendite contra hæreticos inconcussum ecclesiæ statum, vt & vestrum Christi dextera defendat imperium.* Hoc est in principe regeque pio, veram Christi Domini fidem religionemque efficaci virtute defendere: hoc ecclesiæ sanctissimæ iura inuiolata protegere: hoc sancita sacræ religionis amplecti, hoc sedis Apostolicæ libertates sacrasque leges meritoria fortitudine tueri. *Tum demum enim reges seruiunt Deo in quantum reges,*[b] aiebat S. Augustinus, *cum ea faciunt ad seruiendum Deo, quæ non possunt facere nisi reges.* Quam hæc salutaria veréque aurea horum S. Patrum documenta, his execrandis libertinorum principum B præ nimio politicæ dominationis appetitu, atque cupiditatis ardore, religionis ecclesiæque sanctitatem penitus aspernantium, atque earum omnino despicientium curam, cogitatibus sermonibusque opposita reluctantur. Quos sic impiè loquentes D. Augustinus introducit.[c] *Tantum stet, tantum floreat respublica copijs referta, victorijs gloriosa, vel quod est felicius pace secura sit: quid ad nos?* (scilicet religio Dei pertinet. Et postea, *non iubeantur dura, non prohibeantur impura,* &c. Sed ô perditi & detestabili cæcitate miserabiles! Qui non cernitis vos dum in religionis Christianæ despectum opprobriumque, stabilem dominationis vestræ prosperitatem quæritis, vtrumque funestissimè perdere! Nec præterea considerare vultis & agnoscere, omnes populorum terræ rectores Deo rationem reddituros de illius bene maléne C defensa custoditaque religione?[d] *Agnoscant principes sæculi* (inquiunt patres Concilij Parisiensis in epistola Synodali ad Lodouicum pium imp. anno 829.) *Deo debere reddere rationem propter ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax & disciplina ecclesiæ per fideles principes, siue soluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam ecclesiam credidit.* Cum igitur Christiani reges ac principes summi tot temporalia æternaque bona procurando consentur: dum exemplo, edicto, iusto in impios odio, & in bonos vereque religiosos amore, magna beneficiorum in hos, suppliciorum vero in illos comitanta caterua, in subditorum animos purissimam Christianæ religionis fideique lucem clementer sapienterque effundere conantur: quid mirum si sinceriori fidelitate, & honore puriori, à suis colantur populis; atque ex D eorum operibus, diuinam in illis virtutem agnoscentibus, ardentiori charitate reuereantur?

Reges ac principes vt pacifice beateque cū populis viuant contra omnes impios debent ecclesiam religionemque Christianam defendere

b Aug ep. 50.

c S Aug l 2. c. 20 de ciuitate Dei.

d Epi. Syno. Concilij Parisiensis ad Lodouicum pium imp. an. 829.

Conclusio.

CAPVT VI.

Principis verè catholici pietas, non solum piè regere populos exigit, sed etiā spiritualem ecclesiæ monarcham, aliosque sub illo ecclesiarum rectores honorare, deuotè in his quæ religionis sunt audire, & ab omni hostium vexatione defendere.

1. *Principis Christiani veréque catholici pietas, in vniendo feliciter populos in vnum sacræ vinculo religionis, in honorando summum Pontificem, & alios ecclesiæ prælatos admodum speciosa conspicitur.*
2. *In obediendo fideliter, ac deuotè illis, in rebus fidei, religionis, & ecclesiasticæ disciplina.*
3. *In defendendo generosè ac fortiter ecclesiæ Monarcham Romanum Pontificem & omnes prælatos, animarum saluti strenuè religioséque vacantes.*



SANCTA, vera, catholicaque religio, cùm primum in Christiani principis animo radices altius agere cœpit, eum nullo temporis momento quiescere sinit, quousque populum meliorem regnumque suum, cum ecclesiasticæ pacis incremento purius, & fortunatius quam accepit, in Dei gratia moriendo relinquat. Quod illi in summam gloriam fœlicitatemque vertetur. Ad quam patheticà Henricum 3. Germaniæ regem puerum adhuc 13. annorum Petrus Damianus exhorratione prouocans, illum præter cætera talibus affabatur. *Tu quæso gloriose rex à prauis consiliarijs tanquam à venenatis serpentium sibilis aures obtura: in virile te robur per ardorem spiritus excita, collapsa matri tuæ Romanæ ecclesiæ manum porrige, & tanquam Archangelus Raphael à Sara filia Raguel dæmonium à quo viduatur expelle. Vt sicut Octauianus Augustus in hoc gloriabatur elogio: vrbem* (inquiens) *lateritiam inueni relinquo marmoream. Sic multò gloriosius multòque nobilius dicere valeas, Romanam ecclesiam iacentem* (scilicet per crudelissimas Cadáloi pseudo Pontificis, & aliorum eius factionem D sequentium schismaticorum oppressiones, *quidem puer inueni, sed antequam puer pubescerem auctore Deo in statum pristinum reuocaui: vt de te quoque sicut de illo celebri quandoque per populum deuotione dicatur: vtinam aut non nasceretur aut non moreretur.* Potens principis ad illius populique felicitatem pietas, qua quantum Deo & ecclesiæ seruit tantum ipse & populus à Deo dexterè fortunantur.[e] *Omnibus quippe probatū est* (inquiebat Symmachus Papa Zenoni scribens imperatori) *tantum vobis diuini fauoris impensum, quantum Christianæ religioni vestra pietate est sedulitatis exhibitum.* Dum hæc vera regis Christiani pietas populos inter se sicut principi, facto religionis Catholicæ Romanæque vinculo sociatos ad purius per-

Princeps religiosus populum semper meliorem facere curat.

Petrus Damian. ep. ad Henricum 3. Germ regem.

Tobiæ c. 11.

Quantum religioni Christo seruimus bene fortunamur.

e Epist. Symmachi papæ Zenoni imp. in to. 9 epist. 1. decretal.

fectiusque seruiendum Deo eiusque se totos honori consecrandos impellit. De qua prosperitate benedictioneque cælesti, ab hac sancta per hoc sacrum perfectionis vinculum hoc est religionis, vnitate profecta loquens Iustinus senior imperator optimus Hormisdæ Papæ scribendo sic piè clamabat exultans; [a] *Quid autem gratius reperiri potest? Quid iustius? Quid illustrius? Quam quos idem regnum continet, eiusdem fidei cultus irradiat? eos non diuersa contendere, sed collectis in eodem sensibus instituta venerari, non humana mente lata sed diuini prudentia spiritus.* Quod vt perpetuo seruetur ita Pontificis Romani ad Deum intercessiones efflagitat: [b] *Oret igitur vestræ religionis sanctitas vt quod peruigili studio pro concordia ecclesiarum Catholicæ fidei procuratur diuini muneris opitulatio iugi perpetuitate seruari annuat.* Hæc bona & prospera in dirigendo populorum animos in viâ diuini honoris & sūmæ numinis ęterni adorationis, Christianæ religionis exercitia, regis catholici pietas solicitè ardentisque charitatis æstu procurat, & in ista procuratione sancta, splendorem decusque suum clarius eliminat. Sed illud maximè manifestat, in honore præstando singulari atque supremo, quo ecclesiæ pastorem supremum monarchicumque sedis Apostolicæ præsulem, commnunem omnium catholicorum principum populorumque parentem, sub Christo Domino principali omnium pastore atque rege colit, veneratur, adorat. Partemque huius honoris & reuerentiæ spiritualis, considerata ordinum graduumque ecclesiasticorum ratione, in alios ecclesiæ prælatos & pastores sub illo Christi Domini vicario summo spiritualium rerum moderatore, saluandis fidelium populorum animis inuigilātes, magna benignitatis amorisque propensione diffundit. Honorem reuerentiamque non mediocrem, quo senatum patresque conscriptos venerabatur, Tiberius imperator ostendit, sic senatū ipsosque patres affando: [c] *& nunc & sæpe alias patres conscripti bonum & salutarem principem, quem vos tanta & tam libera potestate instruxistis, senatui seruire debere & vniuersis ciuibus, sæpe & plerumque etiam singulis, nec id dixisse me pænitet, & bonos & æquos & fauentes vos habui dominos & adhuc habeo.* Si tanto honore ethnicus imperator senatum Romani imperii patresque conscriptos decorare voluit; quanto maiori, Christianus imperator, rex princepsque monarchicus, sedem Apostolicam, aram Christianæ religionis, thronum spiritualis imperii, & in eo diuinitus sedentem patrem patriæ non ethnicæ sed Christianæ, prælatorum omnium principem, visibile vniuersalis ecclesiæ caput, & alios particularium ecclesiarum pastores, reliquosque ecclesiasticarum dignitatum sacris initiatos, sub illius summi pastoris auctoritate, spiritualem iurisdictionem in fideles populos sapienter exercentes, suspicere, reuereri & deosculari legibus obstricti diuinis obligantur? De honore illo summo supremaque reuerentia, summis Christianæ ditionis principibus Romano Pontifici vniuersalis ecclesiæ sanctæq; religionis hierarchæ delato sæpius ante superioribus libris multa diximus, & sequentibus etiam libris plura nos dicenda prestolantur. Quò fit vt in hoc capite nos à longiori huius honoris maximi commemoratione temperantes abstinebimus: quædam solummodò breuiter honoris reuerentiæque specimina, in alios ecclesiæ pastores prælatosque commemoraturi, quibus Christiani reges catholicique principes suæ lucem pietatis fulgoremque religionis fidelibus populis clarissimè manifestarunt. Quanta fuerit pietas & religio Constantini magni in huius honoris reuerentiæque delatione [d] Gregorius presbyter Cæsariensis apud Metaphrastem his verbis exposuit: *Cum sancti patres non secus ac quædam apes operariæ ex floridis pratis vnusquisque ex propriis ecclesiis surgentes perueniunt Nicænam, locum qui cōponit aluearia orthodoxæ opinionis: diuinus Constantinus cum audiuisset sacram & Angelis reuerendam sanctorum patrum venisse præsentiam, statim ex vestibulo eos prosequitur honoribus.* Cuius imperatoris pietatem in variis magnisque rependendis erga prælatos ecclesiæque pastores honoribus argumento à minori ad maius ducto scribendo ad imperatorem Mauritium ita S. Gregorius extulit: [f] *In qua tamen sententia pie Domine sibi magis ex humilitate quam illis aliquid præstitit ex impensa reuerentia, ante eum* (scilicet Constantinum) *quippe pagani principes in republica fuerunt, qui verum Deū nescientes Deos ligneos & lapideos colebant, & tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum si Christianus imperator veri Dei sacerdotes dignetur honorare, dum pagani vt diximus, principes honorem impendere sacerdotibus nouerunt, qui diis ligneis & lapideis seruiebant?* Quoniam vero honores Dei ministris in ecclesia sua pastoribus & episcopis exhiberi deferrique debeant à regibus terræ Leontius Tripolis Lydiæ episcopus ab Augusta Constantii hæretici imperatoris coniuge scelesta admodum muliere accersitus & locutus significauit, vt suprà notauimus. Hos vero honores cultusque religiosos à principibus Christianis præstandos animarum suarum populiq; pastoribus & antistitibus ecclesiæ diuina persæpe miracula iudiciaque confirmarunt, vt exemplo Valentiniani senioris imp. erga S. Martinum supra similiter ostendimus.

Ad hos honores ecclesiarum pastoribus deferendos referendum illud Constantini Magni iudicium, quo à Deo sacerdotibus ecclesiæque rectoribus traditam de principibus iudicandi potestatem esse credidit: [g] *Deus* (inquit) *vos constituit sacerdotes, & potestatem dedit de nobis quoque iudicandi, & ideo nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari; propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, & vestra iurgia quæcumque sunt, ad illud diuinum reseruentur examen. Vos autem nobis dati estis dii, & conueniens non est vt homo iudicet Deos. Sed ille solus de quo scriptum est. Deus stetit in sinagoga deorum, in medio autē Deos diiudicat.* Cuius imperatoris magni iudicio conforme illud Valentiniani senioris imperatoris, ad clerum Constantinopolitanum rescribentis. [h] *Est vobis vtpotè sacris & diuinis litteris institutis exploratè cognitum, qualis debet esse is qui sit ad episcopatum gerendum delectus. Quare hominem ita instructum in fide, in gradu Episcopali iam collocate, vt & nos à quibus gubernatur imperium, ei verè ex animo capita inclinemus, & eius reprehensionem (nam cùm homines simus labi necesse est errore) velut medicinam animarum cupidè amplexemur.* Sacerdotalis excellentiæ dignitatisque culmen summo pariter honore & reuerentia suspiciens Honorius Imperator æmulus & hæres paternæ pietatis episcopis iudicandi inter laicos auctoritatem ab Apostolo collatam Con-

[a] Iusti senioris epistula ad Hormisdā quæ extat inter epist. Hormisdæ to. 1. ep. Rom. Pontificum.
[b] Ibidem.
De honore quem boni principes pietas Rom. Pontifici & aliis sub illo animarum rectoribus adhibet.
[c] Suet. in Tiberio c. 29.
Magnus honor senatui Rom. à Tiberio exhibitus.
De honore vario & reuerentia in episcopos aliosque prælatos ecclesiæ sub Rom. Pontifice animarum saluti in ecclesia seruientes à pietate principum Christianorū exhibitis.
[d] Greg. presbyter Cæsar. apud Metaphrast. die 10. Iunii.
Constantini M. pietas in hoc exhibendo honore.
[f] S. Greg. l. 4. epist. 75. ad Mauritium imp.
Quinam honores Episcopis aliisque magnis ecclesiæ ministris præstare soliti à fidelibus principibus & populis.
L. 5. c. 12. part. 2.
[g] Ruff. l. pr. c. 2. S. Gregor. l. 4. ep. 75. Nicolaus 1. epist. ad Michaelem imp.
Sacerdotes & ecclesiæ pastores Deos & iudices suos Constantinus M. appellat pro honore magno.
[h] Paul. Diacon. in additionibus l. 1 ad Eutrop. c. 11.
Honorius summum reuerentia colens ordinem sacerdotalem Episcopis iudicandi potestatem vtcumque violatam interruptamque restituit.

A

ftantini Magni legibus confirmatam nefcio qua interruptam occafione reftituit, vt hæc ipfius imperatoris ad Eutychianum præfectum prætorio refcripta teftantur.[a] *Si qui ex confenfu apud facræ legis antiftitem litigare voluerint, non vetabuntur, fed experientur illius in ciuili duntaxat negotio, more arbitri fponte refidentis iudicium. Quod his obeffe non poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen conuentos potius adfuiffe quam fponte veniffe conftiterit.* Hæc ipfe nihil ioris epifcopis tribuens, fed potius illis auctoritate Apoftolica traditum inuiolabile effe decernens: propter reuerentiam honoremque fingularem quo religione catholica refulgens ecclefiæ prælatos rectorefque venerabatur. Quam iudicandi poteftatem inter laicos non legibus Honorii fed S. Pauli decreto diuinitus tradito D. Auguftinus fibi vendicauit:[b] Cum fe nimium dirimendis Chriftianorum litibus defatigari conqueritur, hæc dicens:

B

Dominum Iefum in cuius nomine fecurus hæc ago, teftem inuoco fuper animam meam: quoniam quantum attinet ad meum commodum, multo mallem per fingulos dies certis horis, quantum in bene moratis monafteriis conftitutum eft, aliquid manibus operari, & cæteras horas habere ad legendum aut orandum, aut aliquid de diuinis litteris agendum liberas quam tumultuofiffimas perplexitates caufarum alienarum pati de negotiis fecularibus, vel iudicando dirimendis, vel interueniendo præcidendis, quibus nos moleftiis idem affixit Apoftolus non vtique fuo fed eius qui in eo loquebatur arbitrio.[c] Et in Pfalmum 118. de litium ingruentia multarum litigantiumque pertinacia fic expoftulat. *Suis vitiofis & negotiofis cupiditatibus adiuuandis vt occupemur, & eis noftra tempora impendamus efflagitant aut certè infirmos premunt vt caufas fuas ad nos deferre compellant.*

C

Quibus dicere non audemus: dic homo quis me conftituit iudicem aut diuiforem inter vos? Conftituit enim talibus caufis Ecclefiafticos Apoftolus cognitores, in foro prohibens iurgare Chriftianos.[d] Nec ab illis quidē qui non aliena rapiunt, fed fua cupide repetunt didicimus: cauete ab omni cupiditate conftituentes eos ante oculos hominem: cui dictum eft.[e] *Stulte hac nocte auferetur à te anima tua: quæ præparafti cuius erunt?*[f] *Quia & quando dicimus non recedunt, nec declinant à nobis, fed inftant, vrgent, precantur, tumultuantur, extorquent, vt ipfi potius ad ifta quæ diligunt, quam ferutandis Dei mandatis quæ diligimus occupamur.* Hæc quidem laicos iudicandi poteftas ad honorem facerdotum ecclefiafticorumque faluti animarum curandæ præfectorum, in primitiua ecclefia fpectabat: eis femper illæfa feruata quamdiu facerdotalis integritas, fanctitas paftoralis, & excellentia prælationis bonæ vitæ falutarifque doctrinæ miniftris credita eft. Qui honos poftea ruentibus Ecclefiafticorum moribus non fine Ecclefiafticæ oppreffione libertatis

D

indignè collapfus elanguit. Sed de his alias.

Ab hoc hooore ecclefiæ præfectis debito & à principibus exhibendo, obedientia obfequiumq; manat. Quibus fe illis ecclefiæ prælatis principes Chriftiani in his quæ ad fidei religionifque fanctæ myfteria facraque pertinent, tanquam paftoribus omnia fubmittere, Chrifti Domini, ecclefiæque diuinis aftricti fanctionibus obligantur.[g] *Quantacumque enim religionis & fapientiæ laicus exiftat onis vocari non definit.* Inquiebat Bafilius imperator. *Epifcopus vero donec antiftes eft, & veritatis verbum rectè prædicauerit, paftoris nominationis*

A

& dignitatis damna non patitur, fcilicet paftoris nomine & honore dignatur. *Quæ ergo nobis ratio eft* (fubdit imperator) *in ordine ouium conftitutis, paftores verborum fubtilitate difcutiendi, & ea quæ fuper nos funt, quærendi & ambiendi? Oportet nos cum timore & fide fincera hos audire & à facie eorum vereri cum fint miniftri Domini omnipotentis & eius formam poffideant, & nihil amplius quam quæ noftri ordinis funt requirere.*

Præclarum in actibus Apoftolorum de Gallione Achaiæ proconfule prouinciæ fratre Senecæ Philofophi cōmemoratur exemplum, qui in caufa S. Pauli falsò & contumeliosè à Iudæis accufati quod hæc ad Iudæorum religionem pertinere videret, iudex effe noluit: de quo hæc S. Lucas.[i] *Gallione autem proconfule Achaiæ, infurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal dicentes: quia contra legem hic*

B

perfuadet hominibus colere Deum: incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudæos. Siquidem effet iniquum aliquid aut facinus peffimum, ô viri Iudæi rectè vos fuftinerem. Si vero quæftiones funt de verbo & nominibus legis veftræ, vos ipfi videritis, iudex ego horum nolo effe. Quam quidem de rebus facris iudicandi prouinciam, diuinitus ecclefiæ prælatis à Chrifto Domino conceffam fuiffe[k] Coostantinus Magnus confiderans & agnofcens ingenue hæc patribus loquens in concilio Nicæno palam publicèqoe dicendo protulit: *Deus vos conftituit facerdotes & poteftatem vobis quoque dedit de nobis iudicandi, in his quæ fidei funt & confcientiam tangunt, & ideo nos rectè à vobis iudicamur, vos autem non poteftis ab hominibus iudicari.* Hac obediendi prælatis ecclefiæ in caufa religioois & fidei, ipfe imperator illuftratus decoratufque virtute, oblatorum libellorum à Do-

C

natiftis contra catholicos Africæ, iudex fieri recufaoit, fed litium controuerfiarumque iftarum diremptionem Epifcopis, præcipue vero Melchiadi Romano Pontifici fubditam effe decreuit vt his verbis Optatus l. 2. contra Parmenianū fignificauit.[l] *Quibus lectis* (fcilicet Donatiftarum libellis imperatori oblatis) *Conftantinus plenus liuore refpondit: petitis à me in fæculo iudicium, cum ego ipfe Chrifti iudicium expectem, & tamen dati funt iudices Maternus ex Agrippina ciuitate, Rheticius ex Auguftoduno ciuitate, Marinus Arelatenfis* (funt Epifcopi Gallicani.) Hæc Optatus: hanc obediendi præfectis ecclefiæ in caufa fidei difciplinaque ecclefiaftica virtutem Conftantini clarius expreffit Eufebius: cum damnato hærefiarcha Donato, plenèque abfoluto Cæciliano Carthaginenfis Archiepifcopo ciuitatis à Melchiade Papa, affiftentibus illi nouemdecim Epifcopis, atque ab hoc iudicio legitimo prouocantibus impiè Dooatiftis ipfum imperatorem grauiter his

D

indignatum fchifmaticis per epiftolam fic loquentem ad orthodoxos Epifcopos introduxit:[m] *Meum iudicium poftulant*, Donatiftæ, *qui ipfe iudicium Chrifti expecto: dico enim vt fe veritas habet, facerdotum iudicium ita debet haberi, ac fi ipfe Dominus refidens iudicet: nihil enim licet his aliud fentire, vel aliud iudicare, nifi quod Chrifti magifterio funt edocti. Quid igitur fentiunt maligni homines, officia diaboli, perquirunt fecularia, relinquentes cæleftia.* Quanti autem religiofiffimus imperator epifcoporum iudicium in caufis ecclefiæ & falutis animarum fecerit, teftatur idem Eufebius referendo ipfius epiftolam ad omnes ec-

[a] L. 8 Epifcopali audientia eod. l. 1. tit. 4.

[b] D. Aug. l. de opere monachorum c. 29.

D. Auguftinus de munere iudicandi inter laicos Epifcopis impofito S. Pauli authoritate, ex nimia oppreffus conqueritur.

[c] D. Aug. in pfal. 118. v. 115.

[d] 1. Cor. c. 6.

[e] S. Luc. c. 12.

[f] De hac iudicandi poteftate data ecclefiæ præfectis à S. Paulo vide S. Clementem l. 2 conftit. c. 49. S. Chryfo. hom. 16. in 1. ad Corinth. c. 6 Theodoret. 101. ad Corinth. c. 6.

2. Pars. De obedientia & obfequio quod præftare debent principes Chriftiani Papæ & prælatis ecclefiæ in his quæ fidei ac religionis funt.

[g] Bafil. imperator admonitione in Conc. 8 generali ad laicos acti vltima.

Omnes fine principes, fiue laici oues funt Epifcopi vero paftores quibus ideo debent obedire.

Gallio Achaiæ proconful pro imperatore caufam S. Pauli cognofcere noluit quod ad religionem Iudæorum fpectaret.

[i] Actor. c. 18.

[k] In Cōftāt. Magni oratione in Concilio Niceno habita.

In caufis religionis Conftantinus M. noluit iudicare fed potius iudicari ab Epifcopis & alios fub imperio fuo conftitutos.

[l] Optat. l. 2. contra Parmen.

[m] Eufeb. l. 10. c. 5. hiftor.

No.

clesias, sacrosancta Nicæna synodo feliciter ad finem perducti, sub cuius finem ista loquitur, & concludendo profert: [a] *Quæ cum ita se habeant, lubentes hoc decretum tanquam donum, & mandatum reuera cælitus demissum amplexamini. Nam quidquid in sanctis Episcoporum concilijs decernitur, id vniuersum diuinæ volũtati debet attribui*: quam quidem credendi, obediendi obsequendique Pastoribus Ecclesiæque prælatis pietatem religionemque Constantini Magni S. Ambrosius epist. 32. meminit, cum ipsa scripsit. [b] *Si conferendum est de fide, Sacerdotum debet esse ista collatio: sicut factum est sub Constantino, Augustæ memoriæ principe, qui nullas leges ante præmisit, sed liberum dedit iudicium sacerdotibus.* [c] Quod iudicium à sacerdotibus in causa sancti Athanasij ratum fieri iussit, cum in hanc formam ad ecclesiæ Alexandrinæ sacerdotes clerumque rescripsit. *Ego enim Episcopum vestrum Athanasium libenter recepi, eũque vt virum Dei allocutus sum, vestri autem est nõ mei iudicij ea de re cognoscere.* Cuius imperatoris patendi obsequendique rectoribus animarum in rebus fidei, religionisque virtutem secutus Valẽtinianus imp. senior Hypatiano Heracleę episcopo pro Episcopis Hellesponti & Bithyniæ legato per eum orantibus vt sibi de doctrina fidei rectè constituenda in vnum conueniendi potestas permitteretur, respondit. [d] *Sibi cum vnus è laicorum numero, esset non licere se huiusmodi negotijs interponere, & ideo sacerdotes & episcopi* (inquit) *quibus hæc curæ sunt, seorsum per se vbicumque ipsis licitum fuerit, in vnum conueniant, quo responso ad legationem Hypatiani dato Lampsaci concilium cogunt.* Hanc Valentiniani pietatem S. Ambrosius Valentiniano filio tunc à Iustina matre in fide deprauato, patri in hoc valde dissimili suggerit, vt à C sua contra ecclesiam Dei eiusque ministros impietate resipisceret: cum dixit: [e] *Nec quisquam contumacem me videre debet cum hoc asseram: cum augustæ memoriæ pater tuus, non solum sermone respondit; sed etiam legibus suis sanxit, in causa fidei vel Ecclesiastici alicuius ordinis, eum iudicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis.* Qui propterea immiscere se creationi Episcopi sancti scilicet Ambrosij tanquam hoc indignum munere renuit, præque magna modestia deprecatus est: *Cum enim Concilium Episcoporum ab eo contenderet*, [f] inquit Theodoretus, *vti ipse, vtpote sapientia & pietatis insignibus præclare ornatus Episcopum eligeret: respondit maior est hæc prouincia, quam quæ viribus nostris sustineri possit. Proinde vos diuina repleti gratia & illius splendore illuminati, multo melius hoc Episcopi deligendi negotium transigetis.* Hæc religiosus imperator præclara cum [g] sancto D Ambrosio sentiens ea quæ diuina sunt, quæque ecclesiæ eiusque, *Spiritualibus ministris competunt imperatoria potestati non esse subiecta.* Quæ qui vsurpare ausuque princeps sacrilego temerare voluerit, sciat se Antichristi prodigiosam effigiem impietatis induere, ipsique homini peccati conformari. Qualis fuit Constantius hæresis Arianæ peste contaminatus. De quo hæc S. Athanasius. [h] *Grauia sunt ista, & plusquam grauia: sed tamen istiusmodi quæ congruunt in eum qui Antichristi imaginem induerit: quis enim videns ipsum in decernendo principem se facere episcoporum, & præsidere iudicijs Ecclesiasticis, non meritò dicat illum eam abominationem desolationis esse quæ à Daniele prædicta est, &c.* A qua desolationis abominatione

[a] Euseb l. 4. de vita Constantini c. 27.
[b] S. Ambros. epist. 30.
[c] S. Athanas. apolog. 2.
[d] Sozomen. l. 6. c. 7.
Valentinianus senior Constantini Magni pietatem in obediendo ecclesiæ imitator.
[e] S. Ambros. epist. 32.
[f] Theodoret. l. 4. c. 5. 6.
Valentinianus se iudicans indignum eligere episcopum.
[g] S. Ambros. epist. 33. ad Marcellinam sororem.
Iura vsurpantes ecclesiæ ibi Antichristi similes vt Constantius imperator.
[h] S. Athanas. ep. ad solitariam vitam agentes.

A longè Theodosius iunior auitæ pietatis æmulator abfuit, qui ad patres Concilij Ephesini per Candidianum domesticum scribens hæc inter alia dicebat: [i] *Igitur Candidianum præclarissimum religiosissimumque domesticorum comitem ad hanc sacram vestram Synodum abire iussimus, sed ea lege & conditione, vt cum quæstionibus & controuersijs quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil quidquam commune habeat. Nefas enim est, qui sanctissimorum Episcoporum cathalogo adscriptus non est, cum Ecclesiasticis negotijs & consultationibus se immiscere.* Cuius imperatoris vt imperij, pietatis hæres Martianus. [k] *Nos* (inquit) *ad confirmandam fidem non ad ostendendam virtutem exemplo Constantini imperatoris, adesse Synodo excogitauimus.* In quorum religiosorum imperatorum pietatem cordis & operis inclinatione B propendens, post multa tempora omnes cuiusque sortis magnæ, mediocris, atque infimæ laicos Imperator [l] Basilius exemplo suo reuerenter ecclesiæ prefectis obedire oratione publicè coram Synodi octauæ patribus habita docuit, vt supra recensuimus. Hinc illa præclara Symmachi Papæ ad imperatorem Anastasium exhortatio, vt ecclesię pastoribus pastorumque pastori sibi Romano Pontifici in rebus fidei obediat, quo faciliùs subditorum obedientia copiosè reuerentiaque potiatur: [m] *Verum iusti Romanus imperator es, etiam gentium barbararum legationes debes clementer admittere, si Christianorum princeps es, qualiscumque præsulis Apostolici, debes vocem patienter audire. Nos quidem potestates humanas suo loco suscipimus, donec contra Deum suas non erigunt voluntates: Cæterum si omnis potestas à Deo est, magis ergo quæ rebus est præstituta diuinis. Defer Deo in nobis, & nos deferemus Deo in te. Cæterum si non deferas, non potes eius vti priuilegio, cuius iura contemnis &c.* Aduersus eundem imperatorem Symmachi successor Hormisda Papa clamabat, vt impiam eius in res sacras vsurpationem aliorumque principum hinc similium maiori zelo detestaretur. [n] *Generalis mandati salubritate vos moneo quidquid aduersus regulas patrum de quibuslibet commentarijs profertur, abijcite: nullus vos incongruentibus præceptis aut nouis moueat institutis. Sic enim qui mundani sunt, ecclesias tenere* (scilicet regere) *non possunt: quia eis magis conuenit discere quam docere. Nefas est enim altaribus pijs peregrina inferre libamina; quia certos religiosis disciplinis terminos Deus noster inter ipsa quoque cultus sui præscripsit initia. Inter Leuitas & populum diuisit officia: alia est potestas hominum, alia ministeria sacerdotum, incitans potius Dominum, quam pla-* D *caui, qui externum ignem diuinis adytis sacrorum temerator inuexit. In regia* [o] *Ozias cum reuerentia & administratione permansisset, si monitus tanta districtionis exemplo ac religionis institutis, sinendo potius quam assumendo, meliora tentasset. Sed dum nec prohibentibus cultoribus templi pertinax temerator assistit, intra ipsa lepra abominatione percussus altaria, & officia regni perdidit, dum ministeria sacerdotis inuadit, &c.* Quam inuasionem vsurpationemque sceleratam prorsus & impiam diuinæ legi rebellem, ipsiusque naturæ præscripto reluctantem Basilius imperator agnouit esse. Cum sic in orationę sua laicos admonere sui muneris & officii in publica Episcoporum corona persequebatur. [p] *Nunc autem* (vt videmus) *adeò multos malitia in in-*

[i] Tom. 1. c. 15 Concilii Ephesini S. Cyrilli ep. 17.
Theodosii iunioris sententia præclara laicum rebus se immiscere Ecclesiasticis nefas.
[k] Martianus imp. in oratione quam habuit ad Concilium Chalced.
[l] Concil. 8. act. 5 orat. Basil. imp.
[m] Symmachi apologetico aduersus Anastas. imper. anno D. 500.
Qui negat Papæ & aliis sub eo pastoribus obedientiam, permittat Deus eum à subditis contemni.
[n] Hormisda ep. ad presbyteros Diaconos, archimandritas secundæ Syriæ existentes.
Deus principes punit sacerdotum inuadentes officia exemplo Oziæ.
[o] L. 2. Paralyp. c. 26.
No.
Contra naturam est Dei legem vt laici imperent ecclesiasticis & non obediant.
[p] Oratio Basilii imp. in Synodo 8. anno 869.

saniam accendit vt obliniscentes proprij ordinis, & quod pedes sunt, minime cogitantes legem ponere velint oculis, non vt natura se habet, sed vt ipsi cupiunt & singuli ad accusandum maiores existunt semper promptissimi, ad corrigendum autem quid eorum, in quibus accusantur & criminantur pigerrimi. Hæc & alia multa Basilius religione catholica præstantissimus, & disciplinæ ecclesiasticæ amantissimus imperator ad laicos, vt intra sui terminos officii contineret: quo grauiorum calamitatum propter violata ecclesiasticorum à laicis principibus iura, dignitatesque factas sub triboto tyrannidis, influxus sisteretur. [a] Quod paulò ante Michael imperator & Bardas patricius immiscentes se rebus negotiisque tanquam super ea potestatem habentes ecclesiasticis, orientalē ecclesiā, imperiūq; discordiarum, seditionum, miseriarumque publicarum fluctibus obrutum pene perdidissent. B *Non est piorum regum ecclesiastica instituta conuellere.* [b] aiebat S. Damascenus: *Non paternam pietatem, sed latronum saeuitiam arguunt quæ pecunia imperantur, non autem verbis persuadentur, &c.* [c] *Mementote* (inquit sanctus Paulus) *præpositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem.* In quæ verba [d] S. Damascenus aiebat: *Verbum non sunt locuti vobis reges, sed Apostoli & prophetæ, pastores atque doctores*: Et paulo post: *Regum est ciuilis administratio; ecclesiastica vero constitutio pastorum atque doctorum, impetus iste latronum est fratres: Saul scidit pallium Samuelis, & quid ei contigit? Abscidit regnum eius Deus.* Sicut multorum regum & imperatorum sub lege gratiæ, vt Anastasij, quem quia sacrilegus & hæreticus, omniumque contra ecclesiam Dei conatuum, factorumq; sceleratorū fautor, sancta ecclesiæ C Christi Domini eiusque ministrorum in ea temerator iura violauit, imperio & vita Deus vltore fulmine percussum ictumque priuauit. Quem funestum horribilemque vitæ sceleratæ exitum minimè persensisset, si Gelasium Papam magno eius salutis ardore flagrantem hæc mouentem sapienter audire docili benignitate, patienterque voluisset. [e] *Nosti clementissime fili quod licet præsideas humano generi dignitate rerum terrenarum, tamen præsulibus diuinarum colla submittis, atque ab eis tua salutis securitatem expectas: in sumendis cælestibus sacramentis, eisque vt competit disponendis, subdi te debere cognoscis religionis ordine potius quam præesse. Nosti itaque inter hæc ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam redigi posse voluntatem.* Quod ingenuè religioséque recognoscens Valentinia- D nus senior non modo Ecclesiasticorum in rebus ad fidem & disciplinam ecclesiasticam pertinenbus imperio parere voluit, verum etiam clericos ab ecclesiastico foro ad seculare prouocantes grauissimis pœnis puta pecuniariis sanxit esse subiugandos. Contra clericos illos iurisdictionis ecclesiasticæ temeratores de sententia prælatorum prouocantes ab abusu. Huius rei præclarum exemplum in cod. Theodosiano in persona Cronopii Episcopi, qui in Synodo condemnatus ad seculare tribonal arroganter appellauerat: contra quem ideo Valentinianus imperator ad Claudium præfectum ita rescripsit. [f] *Quoniam Cronopius ex Antistite*

a Theophan. Cedrenus.

b S. Damasc. orat. 1. de imaginibus.

c Hebr. c. 13.

d S. Damasc. orat. 2. de imag. contra Leonem Isauricum &c.

Qui scindit Dei regnum quod est ecclesia Deus regnū eius scindet exemplo Saulis & Anastasii imperatoris.

Princeps terrenorum dominator spiritualium rectoribus obedire tenetur.

e Epist. Gelasii ad Anastasium imp.

Valentinianus senior clericos & ecclesiasticos ab Episcopis indicatos ad forum seculare prouocantes pœna pecuniaria mulctauit contra appellationes ab abusu.

f L. 20. c. Theodos. Tit. quorum appellationes

A *idem fuit in suo, qui fuerat in septuaginta Episcoporum ante, iudicio, eam sententiam prouocatione suspendit, à qua non oportuit prouocare: argenteam mulctam quam huiusmodi facto sanctio generalis imponit, cogatur expendere: hoc autem non fisco nostro volumus accedere, sed his qui indigent fideliter erogari. Quod in hac causa & cæteris Ecclesiasticis fiat.* Cuius legis meminit [g] sanctus Ambrosius ad Valentinianum filium senioris illius epist. 32. scribens. Sed de obedientia obsequioque deuoto, quod Christiani reges ac principes prælatis ecclesiæ præsertim prælatorum principi, ac Domino Pontifici Romano præstare solent, in quo eorum pietas atque religio maximè relucet, hæc pro multis pauca dicta sunto. Pro tertia parte huius capitis conclusionis vice functura dicendum breuissime, pietatem religionemque principum Christianorum clarissimè conspici cum Dei ecclesiam, eiusque præfectum throno Apostolico, nec non cæteros sub illo rectores animarum omni studio, laboribus, opera, viribusque defendunt; ab omni hostium, perditorum omnium impetu furoreque protegunt. Docet enim D. Augustinus [h] multis in operum suorum locis, piorum religionisque luce fulgentium principum esse ecclesiam Dei, eiusque pastores generosè tutari, impios eorum hostes compescere, pœnis coercere & exterminare, non ipsi ecclesiæ eiusque dominari ministris & imperare. Propterea magnus ille Constantinus nunquam propter suam in Deum pietatem, ecclesiamque eius satis dignè laudandus apud Eusebium ecclesiarum rectoribus prælatisque dicere solebat. [i] *Vos intra ecclesiam episcopi, ego extra ecclesiam constitutus sum à Deo.* C Quod circa ecclesiæ Dei prælatorumque eius custodiam, protectionem, auxiliumque instat Episcopi maximè vigilaret: sicque saluti fidelium, confractis perditorum Dei perduellium ecclesiæque hostium conatibus furoribusque, vigilando, laborando, certandoque prospiceret. Quod gregis dominici pastores, patres animarum nutricios, fauoribus, beneficiis, honoribusque cumularet: eorum statuta legesque ad regimen ecclesiæ directionemque salutis populorum sancitas, effectibus mandari, externo præsidio suisque curaret edictis. Quod eorum dignitates auctoritatesque, viribus imperatoriis munitas, omnibus venerandas, tremendas, & suspiciendas, honore reuerētiaq; redderet. Quod illis rebelles & contumaces, obedire renuentes pœnarum districtione, suppliciorūq; rigore vel castigatos emendaret, vel refrenatos à rebellionis, contumaciæque duritia resipiscere D deprecantes, exterminaret. Omnia denique pius imperator operaretur, per quæ castissima sponsa Christi Domini sanctissima, fidelium omnium mater ecclesia, pacis, tranquillitatis, prosperitatis optatæ, bene firmata suorum filiorum salute, valde dulciter abundantia potiretur. Ad huius Constantini Magni pietatis & religionis, in ecclesiæ eiusqoe ministrorum atque rectorum defensione protectioneque perpulchrè relucentis imitationem, Hormisda Pontifex Iustinum seniorem Augustissimum fide ac deuotione principem, ita monendo precandoque commonebat: [k] *Significastis nolentibus & recusantibus vobis imperij pondus impositum*

g S. Ambros. ep. 32. ad Valent. iuniorē.

3. Pars.

Religio bonorum principū maximè in ecclesia Romani Pontificis aliorumque ecclesiæ prælatorum defensione conspicitur.

h S. Aug. epi. 48. 50 & 165. contra Donatistas.

Constantinus M. cur se vocauit Episcopum extra ecclesiam.

i Euseb. l. 4. c. 24. de vita Constant.

k Hormisdæ Papæ ep. 22. ad Iustinum seniorem.

tum : qua ratione electos vos calesti constat esse iudicio, secundum Apostolum dicentem : Non est potestas nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo ordinata sunt. Superest vt à Deo electi, sicut & credimus, ecclesiæ quam laborare cernitis, manus vestræ solatia porrigatis. Sed in hac meritoria felicitatis æternæ defensione protectioneque amplificanda, quam Christianorum principum pietas atque religio heroica fortitudine munitæ viriliter aggrediuntur, pluribus non immorabor : cum de ea sæpius iam ex occasione nonnulla dixerimus, & inferius quoque de eadem iterum locus opportunior copiosè dicendi nobis non sit defuturus.

CAPVT VII.

Veram Principes Christiani gloriam qua meritò coluntur à populis & honorantur, in vero Dei cultu & in exequendo sibi à Christo munere credito, sitam esse præ se ferre debent & agnoscere.

1. *Quam vana, lubrica, miseraque fortuna principum & gloria, neglecto Dei cultu.*
2. *Verus Dei cultus qualiter à principe exerceatur, tribus modis videlicet in capitis discursu declarandis.*
3. *Fructus huius, etiam in hac vita diuini cultus.*

PRINCIPES regesque mundi, qui se ludibriorum fortunæ, lubricarumque mundi pomparum afflatu, contemptui tradito veri Dei cultu seruitioque beatos prædicant, vehementer errant; atque in media veritatis luce cæci palpitantes quam sit vana, fragilis, miseraque rerum mundanarum conditio atque fortuna cognoscere non valentes, funestissimè falluntur. Nam quos principes & imperatores suam gloriam felicitatemque io omni libidinum turpiumque voluptatum genere, atque in effrenata opum diuitiarumque profusione, replicantes historias collocauisse legimus, eos postea sicut sceleratissime vixerant, infelicissime expirauisse cognouimus. Quales fuisse inter prodigia luxuriæ, prodigalitatis, crudelitatisque [a] Caligulam, Neronem, [b] Caracallam, [c] Heliogabalum, & cæteros similis abominationis imperatores & principes, antiqua historiæ Romanæ monumenta commemorant. Vt intelligamus quam stultè & insanè suam in talibus illi, neglecto veri Dei cultu & honore, gloriam collocare voluerint. Si de illis aulicis, opum, honorum lubricorũ, & auctoritatis mundanæ culmine sublimibus, loqui nos oporteret,

Quam fragilis & misera mũdanorũ principum in hac vita neglecto Dei cultu prosperitas.

[a] Suet. in Caligula & Nerone.
[b] Herodian.
[c] Lampridius.

qui tanquam prosperitatis prodigia Imperatorum monarcharumque fauoribus abusi cum stupore hominibus apparentes: postea in ictu oculi variata mundanę felicitatis alea, fortunæ facti ludibria, huius vitæ vsuram exitu funestissimo perdiderunt. Dicerem quam fuerit in vita fortunatus sub Tiberio Seianus, & quantus in fine vitæ, morteque miser, qui post prosperitatem prodigiosam non minus ignominiosè quàm crudeliter imperatoris iussu mactatus & truncatus capite in Gemonias vnco tractus est. [d] Insuper tridui spatio à populi insultantis cadaueri misero sæuientisque in mortuum crudeliter insolentia, omni genere ludibrii ignominiæque denigratus & affectus in Tyberim deiectus, horribilis ex altissimo prosperitatis fortunęque secundæ fastigio, in profundissimum ærumnosissimi vitæ finis barathrum, mutationis posteris exemplum dedit, atque reliquit. Cuius tragicum exitum liberi Senatus decreto trucidati, morti q; cruētæ traditi, & ex illis filia valde formosa, singulari q; pulchritudine virgo, Claudii filio despōlata, prius antequā necaretur (ô rem dictu nedum visu stupendam & horribilem! à carnifice constuprata, catastrophe luctuosissima coronarunt.

[d] Dio Cassius lib. 58. hist. Rom.

[e] Felicitatem mundanam Eutropii sub Arcadio imperatore, postea funestissimum eius vitæ terminum minimè silerem. De cuius immensa felicitate & auctoritatis in imperio Arcadii magnitudine, ex vili humilique loco nati tanquā de stercore erecti, S. Chrysostomus ista locutus est [f] *Quis hoc homine fuit excelsior? Nonne in toto orbe diuitiis præcellebat? Nonne ad ista fastigia honorum conscendit? Nonne omnes eum formidabant ac verebantur? Sed ecce factus est & vinctis miserior, & seruis miserabilior, & mendicis fame tabescentibus indigentior; per singulos dies præ oculis habens gladios in se exacutos, & præcipitia & carnifices, & viam qua ad supplicium ducit. Ac neque memoria præteritarum voluptatum fruitur, imo ne luce quidem communi, sed meridie quoque tanquā in densissima nocte, angustiis parietum inclusus oculorum vsu priuatur. At quorsum hæc commemorare attinet? Cum quamuis adnitar nullis verbis exprimere valeam, quis illi animus per singulas horas capitis supplicium expectanti?* &c. Cuius terribilis ab alto felicitatis culmine in profundū calamitatū abyssū mutationis occasione, in eadem oratione hoc fortunæ ludibrium exaggerando pater eloquentissimus vt religiosissimus clamabat. [g] *Si vnquam antea nunc maximè licet dicere: vanitas vanitatum & omnia vanitas! vbi nunc inclytus ille consulatus splendor? Vbi illustres illi fasces? Vbi applausus illi & choreæ, epulæque, ac festi conuentus? Vbi corona & aulea? Vbi strepitus vrbis, & illæ Circensium spectatorum faustæ acclamationes & adulationes? Omnia illa præterierunt?* In quibus suam gloriam felicitatemque sitam fore diuturnam sceleratus superbusque confidebat, contempto veri Dei Christique Domini cultu & adoratione suprema: *quā ipse impius in dæmoniorum simulacbra idolaque conferebat, cùm esset anima & mente paganus,* vt scribit [h] Prosper Aquitanicus. Similia huic in antiquis & recentibus historiis multis reperiuntur exempla, quæ vt breuitati seruiam, prætereo. [i] *Quid profuit illis superbia & diuitiarum iactantia?* Quid tot honorũ & pomparum inanium culmina? Quid tot regni populique bona rapuisse profuit? Quid tot edidisse peculatus? Tot

[e] Eutropii ex prodigiosa prosperitate funestissimus vitæ exitus.

[f] S. Chrysost. orat. in Eutropium, & pro illo simul illius tecti miseriorum magnitudine.

[g] S. Chrysost. ibid.

Vanitas vanitatum & omnia in mundo hoc vanitas. Eccles. c 1.

[h] De præd. part. 3 c 38.

[i] Sap. cap. 5.

opes thesaurosque maiestatis regiæ deuorasse? A tot principes magnatesque vtriusque fori despexisse? totiesque illos contumeliarum telo vulnerasse? Quid denique insanientibus & insolentia intolerabili tumentibus præ nimia prosperitatis aura, flatuque, solo regis dempto nomine, regiam sibi potestatem impudenter arrogasse profuit? [a] *Omnia illa præterierunt* (vt cum eodem sancto patre loquar) *procella vehemens folia detexit, arborem spoliatam reddidit tam radicitus vacillantem: tantaque vis venti impacta est, vt cum neruos eius vniuersos concusserit, tum ipsam funditus prosternere minetur.* [b] *Vbi nunc fucati illi amici,* vt cum eodem sancto persequar, misertimam superborum fascinatorumque in nimia prosperitate, conditionem sortemque lamentari, simul & eorumdem scelera in sublimi fortuna detestari, *Vbi compotationes & cœnæ. Vbi parasitorum examen, & merum per totum diem exhaustum, variaque coquorum artes & potentatus cultores illi ad gratiam omnia dicere & facere assueti. Omnia illa non nisi nocturnum somnium fuerunt apparentis die euanescens: flores fuerunt vernis: vere exacto marcuerunt omnia: vmbra erant & præterierunt: fumus erant & soluta sunt, bullæ erant & disrupta sunt: aranea erant & lacerata sunt,* &c. Beati qui in hac apparentium bonorum vanitate & falsitate suam gloriam, fortunas, salutemque non collocauit, sed in veri Dei cultu & gloria: [c] qui si in hac vita gloriari oportet, in Domino gloriandum esse iudicant. Cum ille quem mundus eiusque pompæ commendant minimè probetur, *Sed quem Deus cōmendat.* Beati qui de huius mundi fragili magnitudine non cogitant, vt securius & purius cultui diuino mancipati, Christo Domino seruiant. Sicut Theodosius iunior cōfessus C est, cum Anachoretam mirabili sanctitate virum in suburbiis Constantinopolitanæ ciuitatis commorantem conuenisset, in eiusque spelunca pane & aqua se refecisset, post hanc minimè dobiam cænulam pio monacho dicens: [d] *Beati estis vos monachi, qui securam vitam habetis, & non cogitatis de hoc sæculo: veritatem dico vobis, quia licet in imperio natus sim, nunquam tamen delectatus sum sicut hodie pane & aqua. Satis enim & libenter comedi.* Verum ex aduerso magnitudo opum, & multitudo dapum sub regno mundi, edentibus fastigium parit & affluentibus nauseam. Propterea D. Chrysostomus hanc sapientis sententiam, vanitas vanitatum & omnia vanitas, vbique, in corde præsertim conscientiaque hominis scribendam esse iudicauit cum ista prioribus adiunxit. [e] *Quapropter spirituale hoc dictum occinamus indesinenter dicentes: vanitas vanitatum & omnia vanitas! Hoc enim dictum in parietibus, in vestibus, in foro, in ædibus, in vijs, in fenestris, in ianuis, sed potissimum in vniuscuiusque conscientia continenter inscriptum esse oportet, omnique tempore cogitationi obuersari,* &c. D Constantinus Magnus qui non in talibus fortunæ ludibriis & inanibus mundanæ inconstantiæ ludis maximæ calamitatum tempestati procliuibus; sed in puro perfectoque veri Dei cultu, necnon veneratione suprema, suam gloriam prosperitatemque collocabat: non in immeritos prodiga largitate sui opes imperii profundebat, sed in optime de religione & imperio meritos eas temperata iudicii rationisque mensura repen-

[a] S. Chrysost. ibi. supra.
Omnia vana mundi quæ mundani magna reputant statim euanescunt.
[b] Ibid.
Beatus ille princeps qui in Deo colendo & honorando gloriatur.
[c] 2. Cor. c. 10.
[d] Theodoret. in vitis patrū parte 2 cap 54 de humilitate.
[e] S. Chrysost. ibi supra.
In bene meritos de imperio & ecclesia suas Constantinus beneficio rependebat.

debat. Quæ charitas magnificaque pietas & apud Deum gloriam præmiumque comparabat. Vt S. [f] Epiphanius testis est loquens de quodam Iudæo nomine Iosepho, primariæ inter Iudæos auctoritatis. Quem eiuratis superstitiosæ & tunc impiæ Iudæorum religionis ritibus, ad Christianæ fidei veritatem sanctitatemque conuersum, comitatus domesticorum Imperatoris, dignitate donauit; quæ inter imperii dignitates & officia nobilissima censebantur: qua sæpe reges ab imperatoribus honorari decorarique solebant. Vt videre est [g] apud Ruffinum de rege Iberorum: quem conuersum ad Christi fidem per captiuam mulierem Constantinus Magnus comitem domesticorum creauit.

Felix princeps valdeque gloriosus Christi B benedictionibus affluens! Quem gloria & bona fama à diuino cultu profectæ magnificant. Cuius obseruatione princeps subditis sicut dignitate & potentia præstare debet, vt eos obedientiores sibi, imperiorumque obseruantiores in pace concordiaque contineat. Cum nihil tam obsequentes & morigeros regi principique populos efficiat, quàm ipsius in Deum pietas & religio, [h] Isidori Pelusiotæ testimonio, quæ vno diuini cultus vocabulo designantur: à quo verus principis honor & gloria deducta in magnam felicitatem securitatemque vitæ æternæ propagantur. *Super omnia præclara quæ regnum habes.* [i] aiebat Agapetus Diaconus Iustiniano magno, *cultus diuini corona regem exornat: diuitiæ namque abeunt & gloria transit: sed vita Deo placentis gloria immortalibus sæculis coextenditur, & trans obliuionis tenebras collocat possidentes.*

Huic autem diuino cultui salutarem felicemque princeps nauabit operam, vt hîc & in altero sæculo gloria & honore coronetur, si infinitam maiestatis diuinæ virtutem & potentiam seria meditatione considerans, illamque sæpius in die suo reuoluens & obuersans animo maiori cum deuotione conscientiæque puritate illi pro se suique populis imperii supplicare humiliter assuescat. Omnia sui imperii negotia illius honori seruitioque postponat, atque omne imperii robur, vires & opes illius religioni ecclesiæque tuendæ, augendæ, illustrandæ, consecrando profundat. Vt de primo breuiter dicam, quàm potentes sint, quantaque polleant efficacia sinceræ principum preces & orationes, comitantibus populi supplicationibus, vt à Deo postulata consequantur, D exemplum imperatoris Arcadii satis clarè manifestat. Qui ciuitatem Constantinopolim ab incendio cælitus misso, piè humiliterque precando liberauit; vt his Paulus Diaconus testatus est. [k] *Interea ingens terræ motus Constantinopoli factus est, ita vt subtus terra tremeret & desuper fusa cælitus flamma penderet, tandiuque mansit donec orationibus Arcadij principis & populi Christiani, præsentem perditionem Deus exoratus auerteret, probans se solum esse conseruatorem humilium, & punitorem malorum.* Cuius deuotionem principis & humilitatem in orando, filios æmulatus Theodosius iunior tanta deuotione & humilitate in Deo colendo & obseruando se muniebat & ornabat, vt numquam ad orandum & adorandum Deum

[f] S. Epiphan. hæres. 30.
[g] Ruffin l. 1. cap. 10.
[h] Isidor. Pelusiota lib. 1. epist. 196.
[i] Agapetus Diac. in parænet epist. ad Iustinian.
2. Pars. *Qualiter cultui diuino princeps feliciter intendet tribus modis præcipuis: primum se ipsum orando Deum humiliter & deuote.*
Sinceræ principum preces pro se populoque suo fusæ multum valent exemplo Arcadij.
[k] Paulus Diaconus lib. 13.

Magna pietas Theodosii iunioris in colendo & orando Deo ecclesiam sine armis & diademate intrantis.

a To 5 Concilii Ephesi. c. 22 edit. pcnult.

nisi positis armis & abiecto diademate ecclesiam templumque Dei ausus sit ingredi. Huius rei fidem facit memorabilis huius imperatoris constitutio, quam inter acta Ephesini concilii his conceptam verbis illustribus offendimus. [a] *Nos qui legitimi imperij armis nunquam non circundamur, quosque sine armatis stipatoribus esse non conuenit, Dei templum ingressuri, foris arma relinquimus, & ipsum etiam diadema regiæ maiestatis insigne humiliter deponimus: & ad sacra altaria munerum tantum offerendorum causa accedimus: quibus quoque oblatis ad extimum communeque atrium mox nos recipimus, nec quicquam ex propinqua diuinitate nobis arrogamus.*

Pius princeps puro seruiens Deo eius religionem omnibus imperij principatusque sui negotiis postponit ut fecit Marcianus imperator.

b Epist Marciani imp. quæ extat ante Concilium Chalced.

Verè autem sincerèque colitur Deus & exoratur à principe, cum illius cultum seruitiumque imperiali gloriæ maiestatique regiæ præfert, & illius religione ecclesiæque dignitate omnia quantumuis grauia præstantiaque imperii principatusque sui negotia posteriora ducit; vt ita postposita ad optatiorem exitum feliciorem que perducantur. Quod inter optimos Imperatores Marcianum nouum meritò Constantinum vocatum fideliter obseruauisse, illius ad patres Chalcedoni congregatos (quos Nicæa huc cōmodiùs euocauerat) litteræ significant. In quibus hæc inter alia: [b] *Dudum quidem & per alias diuinas, nostras litteras indicauimus vestræ religioni quatenus in Chalcedonensem ciuitatem veniretis: vt ea quæ de sancta & orthodoxa fide à sanctis patribus nostris sunt definita confirmaretis, ne diutius orthodoxorum multitudo diuersis modis errando seduceretur: sed vt omnes Dominum nostrum saluatorem Christum (sicut congruit, & sicut sanctissimi patres nostri decreuerunt) confiteantur.* Quibus dictis hæc veræ sinceræque suæ pietatis, iudicia subiunxit. [c] *Nos enim propter feruentissimum Dei zelum publicarum rerum necessarias vtilitates in præsenti distulimus, multum desiderantes ea quæ orthodoxa ac vera sunt fidei, tranquillitatis nostra præsentia confirmari.* Cui tuendæ, conseruandæ, & honoribus ampliandæ maioribus, perque populorum corda dilatandæ, totum se imperiique vires consecrare velle, Constantini M. pietatis deuotionisque trophæis excitatus, suis sæpe litteris rescriptisque professus est.

c Ibidem.

Modus quo à principe Christiano sincere Deo cultus exercetur.

In eo autem diuini cultus exercitio, munus officiumque Christiani regis, veréque catholici principis præcipuè consistere creditur, ex quo tantus honos gloriaque solida multis affluens prosperitatibus in ipsum principem regemque redundant, cum omne sui robur imperii vires, facultates & opes tuendæ, protegendæ & amplificandæ Dei religioni & ecclesiæ consecrat, dicat & immolat. Quod vt melius intelligatur, obseruanda est præclara D. Augustini doctrina, qua docet principes atque reges Christianos aliter Deo seruire debere, quam priuatos homines. Cum enim vnusquisque Dei cultui obsequioque vacare debeat. [d] *Secundum vocationem in qua vocatus est à Deo*, vt qui in statu clericali sacerdotalique positus est à Deo, ad illudque spirituale munus euocatus, non tantum vt homo, sed vt sacerdos Dei viui. [e] *Cuius sortes ceciderunt in præclaris*, cultui diuino supremæque Dei reuerentiæ totum se debet immolare. Sic princeps monarchicus ad fasces imperii dominatusque supremi vocatus à Deo, non vt priuatus homo, sed vt

Ex D. Augustino regem aliter Deo seruire quatenus rex est & aliter quatenus homo.

d 1 Cor. 7. Ephes. 4.

e Psal 15.

A aliorum Dominus regnatorque populorum, regia fideliter exercens officia, Deo sublimiter seruiendo colendoque latriæ cultu, perfectè mancipatus occupari debet. [f] *Aliter enim seruit* (ait magnus ille pater) *quia homo est aliter etiam, quia & rex est. Quia homo est & ei seruit viuendo fideliter: quia verò etiam rex est, seruit, leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes, conuenienti vigore sanciendo.* Sicut seruiuit Ezechias [g] lucos & templa idolorum & illa excelsa quæ contra Dei præcepta fuerant constructa destruendo. Sicut [h] seruiuit Iosias talia & ipse faciendo: Sicut seruiuit [i] rex Niniuitarũ vniuersam ciuitatem ad placandum Dominum compellendo. Sicut seruiuit [k] Darius idolum frangendo in potestatem Danieli dando, & inimicos eius leonibus ingerendo. Sicut seruiuit [l] Nabuchodonosor omnes in regno suo positos à blasphemando Deo lege

f S. Aug ep 50

g L. 4. regum c. 18.

h L. 4. reg. c. 22.

i Ionæ c. 3.

k Daniel c. 14

l Daniel. c. 3.

B terribili prohibendo: *In hoc ergo seruiunt Domino reges in quantum sunt reges, cum ea faciunt ad seruiendum illi, quæ non possunt facere nisi reges.* Sic sub lege gratiæ Constantinus Magnus, Theodosius, Marcianus, Carolus Magnus, sanctus Ludouicus, & principes alii præter cæteras virtutes, non mediocriter fidei charitatisque Christianæ splendoribus illustres, Deo Christoque saluatori nostro seruiuerunt. Quos plerumque ecclesiæ, reique publicæ Christianæ pro salute fidelium, ecclesiæque Catholicæ propaganda dignitate à Deo fuisse datos, signa, virtutes, miracula, prædictionesque diuinæ significarunt. Vt Theodosio magno contigit, cuius natalibus diuinum numen effulsit, vt futurorum bonorum prænuntium nomen obtineret, Theodosiusque nuncuparetur, vt Aurelij Victoris in eius vita testimonio his verbis concepto probatur. [m] *Hunc*

Principes pij à Deo pro stabilienda ecclesia dignitate plerumque dati fuisse cognoscuntur per prodigia & miracula.

m Aurel Victor in Theodosio seniore.

C *ferunt nomen somnio parentes monitos sacrauisse, vt latinè intelligimus à Deo datum: de hoc etiam quibusdam oraculis in Asia diuulgatum est. Cum enim Valenti diceretur successorem, cuius nomen ex litteris ΘΕΟ, atque Δ græcis initiaretur: qua cognatione principij deceptus Theodorus cum sibi imperium præsumeret scelestè cupidinis supplicium percepit.* Qui quò dignior erat imperio virtutibus formatus, à Deo & ad illam temporalis imperii celsitudinem destinatus, eò nihilominus ab imperandi cupiditate erat alienior, vt non nisi multis prouocatus & incitatus votis ac precibus, hanc gloriæ imperialis ascensionem facere voluerit.[n] De qua mirabili Theodosii modestia [o] Claudianus ista cecinit:

Theodosium fautorem pro religionis ecclesiæque amplificanda dignitate & gloria datum fuisse imperio diuinitus ostensum est.

Hæc sunt innumeris per se quæsita trophæis,
Non generis dono, non ambitione potitus,
Digna legit virtus, vltro se purpura supplex
Obtulit, & solus meruit regnare rogatus.

n Theodos.

o Claud de consulatu Honorii.

Theodosius à regnandi cupiditate alienissimus.

D Qui ad hoc imperii fastigium thronumque maiestatis augustę Dei gratia prouectus, nunquam, quo ad vixit à diuini cultus promotione, ecclesiæque catholicæ propaganda sanctitate destitit: plus moriens de ecclesiæ gloria quam de sua salute solicitus, vt S. Ambrosius his breuiter expressit: [p] *Dilexi virum qui cum iam corpore solueretur, magis de statu ecclesiarum, quam de suis periculis angebatur.*

p S. Ambros. in orat funebri Theodosii senioris.

Iam si quæratur, quis fructus huius diuini cultus & officii regii piè in honorem Dei, eius defensionem propagationemque ecclesiæ à religioso principe fideliter exerciti, in eum eiusque imperium fluxu felici deriuetur? Breuiter præter

1. Pars
Fructus huius diuini cultus à principe pio exercitis.

superiorum commemorationem cum sancto ª Ambrosio dicemus hanc pietatem deuotionemque imperium Valentiniano seniori seruauisse: Et postea illud imperium ᵇ Theodosio magno peperisse: patre eius Theodosio similiter appellato propter eamdem pietatem religionemque Christianam in Africa, dolo Valentis imperatoris extincto: cuius sanguis proditoriè & crudeliter effusus viam per virtutum gradus ad imperiale solium filio strauit & aperuit. Dicam ab imperio principatuque religiosi principis per illius virtutes in Deo purè colendo longè calamitates infortuniaque relegari. *Quia* vt Iustiniano seniori dicebat ᶜ Hormisda Papa, *Vbi Deus rectè colitur, aduersitas non habet effectum*, & improborum ecclesiæ hostium huius diuini cultus operatione refrænatur audacia & vires eneruantur. *Quia vbi Deus rectè colitur nunquam aduersariorum crescit iniquitas & effrænata potentia.* ᵈ Vt idem sanctus pater epistola Ioannis Constantinop. præsuli mandauerat: & repulsis malorum furoribus & aduersitatibus ab imperio, huius diuini cultus sanctitate vallato, firmissima in eo diuinæ virtutis fundamenta iaciuntur, è quibus prosperitates publicæ nascuntur. ᵉ *Hæc sunt validissima imperij vestri fundamenta* (scilicet pietas vestra, religio puta qua Deum Christumque Dominum rectè colitis) *O imperator Iustine.* In alia ad eum epistola dicebat idem qui prius Hormisda. *Quæ in ipso nascentis regni vestri principio diuinam vniuersis præferunt sancta dispositione culturam. Tenete igitur hanc piæ solicitudinis curam, & pro catholicorum pace sicut cœpistis insistite. Quia Deus noster qui vobis hunc tribuit animum, elegit etiam per quos præstet effectum.* Propter quod Agapetus Papa, Iustinianum Imperatorem his verbis exultans & religiosè gestiens affabatur: ᶠ *Non alius est imperij vestri beatior prouectus quam religionis augmentum. Quapropter libenti hoc & pathetica voce cantabo:* ᵍ *repletum est gaudio os nostrum & lingua nostra exultatione. Quod florentissimum principatum vestrum diuinis quotidie inspicimus benedictionibus adornari.* Hac sincera in Deum pietate; hac pura religiosaque diuini cultus obseruatione, potius quam armis bellicaque fortitudine, Theodosius iunior (de quo supra sæpius) melius summum firmauit imperium, gloriosumque Christiana religione factum, bonis fœcundum innumeris in stabili felicitate locauit. Propter quæ his illum encomiis imperiique prosperitatem honoribus & acclamationibus S. Cælestinus Papa vehementer extulit: ʰ *Verè prophetica gloriæ vestræ vox conuenit, & regnum vestrum dici potest regnum omnium sæculorum, quod defensa fides meritis propagatur, & crescente religionis obseruantia, Christianæ insertum reuerentia semper augetur gloriosissimè & tranquillissimè, Imperator Auguste. Ecce nunc domus Domini orationibus vacant, & vestrum per omnes Ecclesias Deo nostro oblatis sacrificiis commendant imperium. Nihil amoto perturbatoris* (scilicet Nestorii) *ausu scandalis licet: pestifer vlterius animas hominum, sermo non vulnerat: salutem omnibus suarum animarum, dum vniuersali ecclesiæ consulitis, reddidistis. Hæc est vera prædicandi regni clementia, per quam non terræ, non prouinciæ, sed omnium animæ sunt defensæ. Imputabitis hanc omnino victoriam, quam non bellis, non gladijs, sed sola deuotione qua Deo estis dediti, conquisiuistis. Manet hic vestræ gloriæ titulus & manebit, vt nulla illum ætas, nulla vetustas aboleat, æterna enim sunt quæ æternis regis amore præstantur.* Sed quo hic religiosus cultus & suprema seruitus & honor Deo fiat acceptior, & principi deferenti beatior; curare debet princeps atque conari, vt in regendo populos & ad veras erudiendo virtutes, ipsi Deo Christo Domino, supremo omnium dominantium in terris imperatori, quam simillimus habeatur: quod qua ratione consequatur, sequenti capite dicendum.

ª S. Ambros. ep. 30 ad Valent. iuniorē.
ᵇ Orosius l. 7. c. 33.
Cultus diuinus ab imperio mala cuncta propellit & prospera parit.
ᶜ Hormisdæ ep. ad Iustin. imp. quæ est 22. to. 1 epist. Rom. Pontificum.
ᵈ Hormisdæ ad Ioan. epis. Const. ep. 64.
ᵉ Epist. 2. Hormisdæ ad Iustinum.
Augmento diuini cultus imperij felicitas crescit & augescit.
ᶠ Ep. Agapeti Papæ ep. ad Iustinianum imperatorem quæ est 6 inter epistolas eius.
ᵍ Psal. 125.
Theodosius iunior aui Theodosii religionis æmulus melius suum firmauit imperium diuini cultus obseruatione quam armorum fortitudine.
ʰ Cælestinus ep. ad Theodosium iuniorem.
Animorum fructus quos adfert pietas principium Deum.
Æternitas gloriæ præter temporalem verò Dei cultus principem redundat.

CAPVT VIII.

Reges ac principes Christiani, à Deo fidelibus dati sunt populis, tanquam sui in terris vicarii temporales: quibus ideo, vt vera præstetur obedientia, & honor, sicut æquum est à subditis, Deū quantum in se est, imitari debent, cuius sunt in temporabilibus ministri.

1. *Principes Christiani Dei in temporalibus vicarij & ministri.*
2. *Agnoscant principes se ipsos quales sint à Deo constituti super populos, ne superbiant, vt melius colantur à subditis.*
3. *Hoc ad veram principis spectat religionem, vt Dei, cuius ministri sunt in temporalibus, veri sint imitatores & eius purius imaginem referant.*



AD principum Christianorum pietatem religionemque catholicam spectat, vt prudenter & attente cogitent recordenturque in administratione directioneque populorū temporali se Dei Christique regis regum se esse vicarios atque delegatos, hoc tanto auctos honore sublimatosque gloria ab illo: vt iustè religioséque dominantes in populos, illius, in terris vitam sanctissimam virtutesque diuinas ad imitandum purius suspiciant & reuereātur. *Nam cum nihil tam aptum esse ad ius conditionemque naturæ quam imperium*, cum Marco ⁱ Tullio quisquis sapiens morumque nitore politus arbitretur, *sine quo nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest*: Clarum est eos qui benè illud administrant imperium, id nisi per Deum atque sub ipso non posse præstare: vt verè qui rectè imperant ipsius omnium creatorum moderatoris ac principis Dei, circa temporalia, quibus præsunt vicarii legatique nominentur. Quo illud Tertulliani pertinet. ᵏ *Inde est imperator, vnde homo, antequam imperator: inde potestas illi vnde & spiritus*, itaque minimè improbādus ethnicus ille. ˡ *Qui principes imperium à Deo habere, eosque instar Dei esse* credidit. Et ᵐ ille qui *quidquid dominatur vim habere Dei*, iudicauit. Apertius adhuc ⁿ eximios inter ethnicos moralis philosophiæ doctor, *principes ministros dixit esse Dei, ad curam & salutem*

Ad principis spectat pietatem benè cogitare se Dei esse in temporalibus vicarium & c.
ⁱ Cicer. l. 3. de legibus.
Reges à Deo, cuius simul vicarii in temporalibus.
ᵏ Tertull. in Apolog.
ˡ Tacit. l. 3. annal.
ᵐ Artemid. l. 2. c. 37.
ⁿ Plutarch. de doct. princ.

hominum, vt bona quæ Deus illis largitur, partim distribuant partim seruent. Hæc si de suis principibus prophani scriptores, quid de suis regibus catholicis rectoribusque monarchicis Christiani doctores effabuntur? A quibus digna Iustiniani imperatoris confessio maximè laudatur, [a] *Deum imperium de cælo constituisse,* proclamantis. Hinc est quod [b] Glossa ad principium nouellarum in hæc verba. *In nomine Domini*, notare voluerit Imperatorem seu principem, *Dei vice fungi*, in temporalibus videlicet, rebusque secularibus: cui pax huiusque vitæ prosperitas innixa est: Proindeque sancita principis veluti delegati Dei, per ipsum Deum, cuius vicarius ac minister princeps est, censeri [c] ciuilia iura declarant. Propter quam rationem princeps Dei imago viua in terris, quandoque Deus appellatur, eiusque rescripta tanquam à Deo cæli profecta, cælestia oracula vocari posse ac debere non male nec sine causa: [d] leges imperatoriæ iudicauerunt. Hinc ab illa summa maiestate, dignitate, potestateque vicarii, qua principes illi mundi rectores & imperatores in terris, à Deo circa secularia decorantur, illustrissima summæ reuerentiæ honorisque plenissima, in ciuili iure nomina sortiti, modo [e] sanctissimi, modo [f] prouidentissimi, modo [g] nobilissimi simul & sanctissimi, modo [h] optimi & maximi (quæ soli Deo per essentiam competunt) ipsi huius in temporalibus vicariatus Dei beneficio, imperatores, summique principes appellantur. Tantumque decoris, reuerentiæ & honoris maximi, illis propter hanc vicariatus diuini sublimitatem & excellentiam concessum est, vt [i] in L. ad instructiones & ibi. Glossa Cod. de sacro-sanctis ecclesiis. *Domus illorum diuina vocetur.* Baldus Galliæ regnum propter diuina priuilegia (de quibus lib. 7. huius partis) sublimiter efferre desiderans, inter eminentes maximæ gloriæ titulos regem Franciæ, [k] *Christi Domini in suo regno vicarium in secularibus negotiis [l] legatumque nominauit.*

Sed his diuinis sublimati principes honoribus, Dei facti vicarii in temporalibus, cogitantes attentè quales sint à Deo constituti in tam eminenti præcellentis dignitatis auctoritatisque fastigio, suæ sortis conditionisque naturalis non obliuiscantur: ne typho superbiæ turgescant, ne insolentia præsumptionis inflentur: sed humilitate modestiaque tecti suis affabiles populis appareant, vt ab illis maiori cum reuerentia diligantur. Sint illi dignitatis atque potestatis excellentia, Deo similes: propter quod summæ reuerentiæ honorisque à populis exhibitione decorari merentur: sed eadem consideratione se natura, corporearumque infirmitatum conditione cæteris hominibus pares esse cognoscant, vt magis humilientur: quantóque ex mera Dei gratia aliis maiores sunt, tantò submissius modestiusque præ naturalis infirmitatis agnitione, se in aliis dominando gerant. Hanc enim similitudinem cum Deo respectu regiæ dignitatis, & cum cæteris de limo terræ productis ratione corporeæ vilitatis, vt sibi perpetua consideratione ante mentis oculos obuersaret, in parænetica Iustinianum imperatorem Agapetus Diaconus hortabatur, sicque in sublimissimo maiestatis imperatoriæ fastigio collocatus à Deo, nunquam ab humilitatis modestiæque tramite recederet. Audiant principes illi, rectoresque populorum ingenuam sapientissimi omnium regis confessionem, eiusque considerationem sibi adaptent, pectorique suo tenaci fidelique recordatione penitus inserant: ne quid suis malesuada mentibus effingat adulatio. [m] *Sum quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus, & in ventre matris figuratus sum caro. Decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine ex semine hominis & delectamento somni conueniente. Et ego natus accepi communem aerem, & in similiter factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans, in inuolumentis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium.* His dictis concludens ait: [n] *vnus ergo introitus est omnibus ad vitam & similis exitus.* Hæc cum intra se maturo princeps examine perpenderit, nonne & simili iudicio ista Domini ad reges & principes mundi dicta cogitabit. [o] *Ego dixi dii estis & filii excelsi omnes. Verumtamen*, (si superbieritis, & ad dignitatem vicariatus & delegationis Dei conniuentes officia vestra, propter quæ Dei vicarii pro populorum salute facti estis, dissimulare volueritis,) *sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.* Quantumuis quippe potentes ac opulenti principes habeantur, viribus corroborati fortibus, & immensis regionum finibus claudentes imperium, extra tamen fortunæ variantis aleam quandiu sunt in terra consistere non possunt, quin modo funestæ, modo prosperæ sorti subdantur: constantiæ patientiæque vultum si viri sint, in omnem euentum vertentes, vt diuinæ voluntati consentiant. Generosa sunt hæc magnanimo principe digna, quæ Persarum rex Darius ordinato exercitu, fixis castris extentisque ad prælia signis, contra Alexandri magni victrices sæpius acies copiasque suis dixit militibus, vt ad certamina pugnasque intrepidè atque viriliter accenderet, cùm inter alia sic eos affabatur. [p] *Præterea breues & mutabiles vices rerum sunt, & fortuna nunquam simpliciter indulget. Forsitan ita dii fata ordinarunt, vt Persarum imperium, quod secundo cursu per 230. annos ad summum fastigium euexerant, magno motu concuterent magis quam affligerent: admonerentque nos fragilitatis humanæ, cuius nimia in prosperis obliuio est: modò Græcis vltro bellum inferebamus, nunc in sedibus nostris propulsamus illatum. Iactamur inuicem varietate fortunæ.* Dicant cum [q] Seneca principes terræ, *accepimus peritura perituri*, vt [r] *sub potenti manu Dei humilientur.* [s] *Sub quo curuantur qui portant orbem.* Suamque sine gratia Dei vitream præsentis vitæ prosperitatem, quæ dum splendet frangitur, agnoscant.

[t] *Quid numerem euersas vrbes, regnumque ruinas?*
Inque rogum Crœsum? Priamumque in littore truncum?
Cui nec Troia rogus? Quid Xerxem? maius & ipso
Naufragium pelago? Quid captos agmine reges?

Hæc quidem lachrymabilia funestaque eiulatu digna theatri, ridenti fallacique fortunæ ethnicus accepta referet qui dixit.

[u] *Fortuna sæuo læta negotio,*

a Iustiniani nouell. 73. in princip. § 1. de instrum. caut. & fide.
b Glossa in verbo. in nomine Domini &c.
c L. 1. de officio eius cui mãdata est iurisd. ff. l. quod meo ff. de acquirenda possess.
d L. nullam & ibi Gloss. ad verbum cæleste cod. de sacro sanctis eccles.
e L. Titia se. to § final. de legatis 2. ff.
f L. vnum ex familia § fin. eod. tit.
g Io L. quæris ff. de natalibus restituendis.
h L. in honoribus ff. de vacationibus munerum.
i L. Ad instruct. ibid. Glossa cod. de sacros. Eccles.
Imperatorum ac principum Christianorũ in quantum Dei sunt vicarii & legati domus diuina vocatur.
Rex Franciæ in suo regno vicarius ac legatus Christi.
k Bald. in c. significantibus de officio delegati.
l In titulum de pace Constantiæ in principio in vsibus feudorum.
2. Pars.
Debent agnoscere principes quales sint à Deo super populos constituti ut humiles non superbientes ab illis honorificentius amentur.
Agapetus in epistola parænetica ad Iustinianum imperat.
m Sap. c. 7. v. 1. 2. 3. 4. 5.
n Ibid. v. 6.
Principes qui propter dignitatem suam dii appellantur si suum officium negligant misere vt homines peccatores peribunt.
o Psal. 8 v. 6.
Omnes principes quantumuis potentes vtrique obnoxii fortuna prospera vel misera.
p Quinti Curtii lib. 4.
q Senec.
r S. Petri c. 5. v. 8
s Iob c. 9. v. 13
t Manilius l. 4 Astronomic.
u Horat. l. 3. ode 29.

Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi nunc aly benigna.

Nulla aduersa & prospera in terris adueniunt sine Dei nutu.

At somnia ista sunt! & talia fingere error est. Rectius Christiani patres docent ex permissione nutuque Dei hæc euenire; vt aduersis prosperisque alternantibus homines, præsertim vero principes agnoscant, omnia quæ mundus eiusque vani cultores admirantur, fragilitati maximæ & infirmitati procliuia, potius ostendi quam possideri. Et vt quandiu sunt superstites in vita, iustè pièque regnando, bonam Dei gratiam venari conentur: qua bonis operibus valorem infiniti præmii præstante; in altera vita, sine metu perdendi parta virtutibus, æterna mutationis nescia felicitate perfruantur.

a S. Basil. in Psal. 32.

Nunquid hæc nobis S. Basilius insinuat? cum ait: [a] *Caue dicas, temere factum est hoc, & sponte hoc contigit. Nihil enim inordinatum, nihil non præfinitum, nihil accidit frustra, nihil temerè fertur, nec malum vllum euentum nec malam dixeris horam: hæc nanque ineruditorum & disciplinam Christianorum ignorantium sunt voces. Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex eis non cadit absque patris voluntate? Quot capilli capitis & vnus ex eis non est apud Deum obliuioni?* &c. Hæc contra superbos mundi dominos, qui potentia temporalis auctoritatis elati, & rerum abundantia prosperarum nimis inflati, Dei virtutem agnoscere dedignantur: eiusque obliti gloriam suæ seruientes, prospera mundi sibi nunquam defutura dementes arbitrantur. Sed non est ita?

b Psal. 36. v. 35

[b] *Vidi quippe impium superexaltatũ supra cedros Libani, & trãsiui & ecce non erat: quæsiui eũ & non est inuentus locus eius,* aiebat propheta regius. *Seruiant Deo principes in timore filiali, & exultent ei cum tremore,* suas in eius conspectu ceruices inflectant, vt mites humilesque facti, Dei religiosè imperata facientes, plus obedientiæ consequantur à populis, & plus diligantur ab illis.

Obedienti humilitate Deo principes vt sibi fideliter à subditis præstetur obsequium.

3. Pars.

Ad verum principum specttat religionem vt bene sanctèque populos regendo vere Dei imitatores euadant.

Quorum obedientiam & amorem principes cumulatè possidebunt, si dum aliis dominando, cogitant, se Dei constitutos esse vicarios, eiusque in hoc dominandi munere vices exercere: illius imitatores fieri, eiusque ad viuum diuinæ maiestatis imaginem perfectiùs quam fieri poterit in seipsis, sanctè regnando repræsentare conentur. Cum enim eorum potestas, auctoritas, virtusque dominandi sit à Deo, hoc eorum sancta religio requirit, vt à Dei nunquam obsequio recedant, sed illius diuinitati perfecta vicinius imitatione propinquent. Cum teste [c] D. Augustino, *summa religionis sit imitari quem colis,* [d] *satisque Deum coluerit quisquis imitatus est.* Estque ad hoc propositum, obseruanda grauis illa sententia, illustrissimi doctrina, pietateque viri Ioannis Carnotensis episcopi: [e] *Quod princeps potest ita à Deo est, vt potestas à Domino non recedat, sed ea vtitur per suppositam manum, in omnibus doctrinam faciens clementia & iustitia sua: Qui ergo resistit potestati, Dei ordinationi resistit, penes quem est auctoritas conferendi eam & cum vult auferendi vel minuendi eam.* Tantumque bonum, dulcedo, & amænitas in hac Dei Christique Domini redemptoris, regum regis imitatione reponitur, vt princeps Christi Domini virtutum imitator nullas in bene agendo regnandoque difficultates persentiat: sed miris perfusus gaudiis, in omnium abundantia bonorum

c S. August.
d Seneca.

e Ioannes Carn Episc. l. 4. c. Policratici.

A non inaniter gestit, imò potius veraciter exultat. Ad quam Christi Domini imitationem omnes fideles, maximè vero fidelibus præfectos, vt tot cum summa plenorum gaudiorum dulcedine bonis abundent, [f] sanctus Apostolus inuitat: cum ait; *Induimini Iesum Christum,* id est eius vitam, mores, virtutesque perfectè, quoad fieri fas est imitamini. *Qui enim Christum induit,* inquit S. [g] Chrysostomus, *omnem simul in vniuersum virtutem habet.* Habet inquam cum copia & abundantia bonorum omnium vt vis & energia nominis *Induendi* significat, quo scriptura Hebræique doctores ad abundantiam copiamque bonorum perfectius exprimendam vti solent. Vt [h] Psal. 64. *Induti sunt arietes ouium,* quod S. Hieronymus vertit, *vestientur greges agnis,* scilicet oues erunt fœtosæ, & ad huius significationis confirmationem sequitur, *Et valles abundabunt frumento,* scilicet ad verbum valles vestientur frumento: sic igitur induere Christum princeps verè catholicus verè dicetur, cum omnes Christi Domini virtutes pro sua populique salute perfectè, à quibus bonorum omnium copia redundat, sic imitatur, vt nihil aliud in eo quàm Christi Domini actio, vita, virtus moresque videantur. Quia sicut exponit S. [i] Thomas, *Homo continetur vestimento, subque illius colore conspicitur & apparet, ita in principe & quouis alio fideli Christi Domini regum terræ principis imitatore solus Christus, eiusque indumenti color, sanctitas nempe, innocentia, misericordia, cæteraque illius diuinæ virtutes perspicuè manifestantur.* Cui expositioni conformis est illa sancti Chrysostomi dicentis. [k] *Induere Christum est vndique in nobis per sanctimoniam & mansuetudinem Christum conspicuum esse: homo enim indutus & ipse videtur, quo indutus est: appareat itaque in nobis Christus.* Atque has diuinas Christi Domini virtutes, quibus per imitationem princeps religiosus, piusque se induit, facile & sine vlla difficultate, sed cum magna iucunditatis lætitiæque dulcedine, praxi executionique mandabit: & suaue ipsarum iugum onusque leue sic læta facilitate portabit. Sicut enim nullus indumentorum quibus vestitur pondere grauatur, nullaque molestia eorum premitur, Sicut ille qui illa implicata inuolutaque confusè fascis cuiusdam instar ac sarcinæ gestat humeris: ita qui Christum imitando eius virtutibus induitur, eorum nullam persentit difficultatem, sed facilitatem experiendo maximam sub illarum dulci iugo magnopere lætatur. Vnde Christianus princeps principis sui redemptorisque virtutibus tanquam regio diuinoque vestimento indutus & ornatus. *Vere* [l] *repletus consolatione, superabundans gaudio,* cum propheta exclamare iure poterit. [m] *Gaudens gaudebo in Domino. Et exultauit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis & indumento iustitiæ circumdedit me:* seu vt septuaginta verterunt. [n] *Induit me vestimentum salutis, & tunicam lætitiæ.* Id est vt plerique doctores eruditione deuota catholicaque præstantes transtulerunt: [o] *Induit me vestimentum Iesum,* scilicet induit me Iesum pro vestimento, & me Domini N. Iesu Christi virtutibus tanquam vestibus ornauit. Quo sensu dixit Apostolus. [p] *Quicumque in Christo baptisati estis, Christum induistis.* Atque hanc fuisse Esaiæ

Christi Domini imitatio virtutum, bonorum omnium in principe fons est & origo quibus cum magna exultatione sine vlla difficultate iudsque fruitur.

f Rom. 13.

Christum induere est perfectè illum imitari.

g Chrysost. in 13. ad Rom.

Nomen induendi copiam & abundantiam significat.

h Psal. 64.
S. Hieronym. in psal. 64.

i S. Thom in 13. ad Rom.

Solo Christi virtutes in illius imitatore cum iucunditate & facilitate apparent.

k S Chrysost. hom. 25. in ep. ad Rom.

Magna in imitando Christum iucunditas.

l 2. Cor. 7.

m Esaiæ c. 61. v. 10.

n Septuag.

o Alii doctores vide Viegam in 12. Apoc. comm. 1. sect. 5. n. 3.

p Ad Gal c. 3.

a S. Cyrill. Alex. l. 9. in Genes.

Prophetæ mentem constar [a] ex S. Cyrilli Alexandrini sententia dicentis, ad illum Prophetę locum S. Paulum allusisse. Vbi quærens quænam sit illa tunica lętitiæ iuxta editionem septuaginta, respondet à S. Paulo declarari illis verbis Rom. 13. *Induimini Dominum Iesum Christum*. Ita Christi Domini Dei veri de Deo vero diuinatum æmulatio virtutum, vitæque sanctissimæ, principem regemque Deum participatione similitudineque molitur, & facit iuxta illud. [b] *Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes*, sique simulachrum & imago viua ipsius Dei administrantis omnia, & post lapsum primi parentis, salutem generis humani reparantis. *Non egens Phidia statuario, neque Polycleto, neque Myrone*. [c] Vt eum Plutarcho loquar, sed ipse seipsum per virtutes, quas [d] *De fontibus sa natoris*, hausit cum gaudio ipsi Deo similem conformemque reddit, sic viuam diuina animatam gratia statuam omnium visu iucundissimam, atque magnificentissimam fabricando. In quam vitæ perfectionem hac imitationis diuinæ virtute, fideles populi, principes regesque suos cernentes euectos, atque super omnes cedros mundanæ exaltationis eleuatos, cum illis exultant, magna quod à talibus diuina præditis sapientia regantur, consolatione recreãtur, atque propterea illos diuinæ bonitatis æmulos, maiori venerantur honore, charitate feruentiori prosequuntur, fideliorique dociles illis obsequio famulantur.

b Psalm. 81.

c Plutarc. l. de doctrina principum.

d Esaiæ c. 4. *Eò maior honor, amor, & dilectio à populo exhibetur principib. quò sunt per virtutes Deo similiores.*

CAPVT IX.

Quam sit principi Christiano eiusque subditis salutare, iustis castigationibus in hostes Ecclesiæ Christi, sedisque Apostolicæ, vt conuertantur, animaduertere: si id securè sine magno Reipublicæ damno facere possit. Et contrà.

1. *Ad pietatem religionemque veram Christiani principis pertinet, in hostes Ecclesiæ, religionisque Christianæ suppliciis castigationibusque animaduertere.*
2. *Quæ neglecta iram Dei prouocant aduersus principes, & populos, iubentis damnari conuictos religionis suæ hostes, non audiri.*
3. *Quam vt effugiant, & se suosque saluent, ad extirpandam de regno suo omnem impietatem, Christiana charitate feruentes, accurrere debent.*
4. *Hoc quam sit gratum Deo, diuinæ illius in Christianæ religionis hostes vindictæ testantur.*

Nullum certamen nobilius quàm contra vitia Deique hostes pugnare.



VLLVM certamen nobilius potentiusque ad consequendas cœlestis gloriæ lauros excogitari posse videtur, quàm illud quod contra vitiorũ monstra, hæreses, aliasque impietatis furias, quæ odio infinito sanctissimum fidei religionisq; Christianæ splendorem candoremque extinguere moliuntur, à piis & bonis regibus principibusq; suscipitur. Qui præliantes prælia Domini hostes illius persequuntur, nec conuertuntur donec deficiant. Quod est, solemni bellandi ritu, contra bestias non veneno corporeo tumidas, sed spirituali diabolicoque horribiliter inflatas, scelera scilicet & abominationes errorum & impietatum contra sacratissimam Christi fidem sanctosque fidelium mores, generoso pioque certamine confligere. Qui conflictus multò laudabilior est illo, quo Persæ quotannis feras belluas, serpentes, cæteraque huiusmodi venenata animalia solemni die festuque, (*Qui mors serpentum* communiter Agathia teste nominabatur) ad interitum exitiumque persequebantur. In quo conflictu belloque, sanctissimi Reges ac Principes pro gloria Dei populorumque salute, se generosè, ac fortiter exercuerunt, vt Dauid, qui Domino dicebat: [a] *Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam, perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi.* Et Constantinus Magnus qui deuictis superatisque impetij hostibus totum se ad arma, ad acies, ad pugnas contra scelera, enormiaque vitia Rempub. Romanam suo tabo contagioneque contaminantia composuit & accinxit: Idipsum fideliter verèque [b] S. Hieronymo atque [c] Sozomeno referentibus. Sed ex omnibus Dei hostibus vitiorumque cultoribus immanibus, eò principes religionis fideique Christianæ perduelles, & inimicos vehementius sanctiusque persequuntur, quò saluti fidelium Ecclesiæ paci Deique gloriæ nocentius atque callidius insidiantur. *Qui tum maximè nocent cum proditoriè blandiuntur.* Vt de Manichæis dicebat [d] S. Cyrillus Hierosolymitanus Catechumenos erudiens. Ad quorum scelera dissimulantibus conniuentibusque principibus, vt impunitate crescant immaniùs, Deus persæpe crudelibus calamitatum miseriarumque tempestatibus regna hominumque cœtus concuti iactariq; permittit. Sicut Eusebius [e] loquens de decima illa priorum omnium atrocissima sub Diocletiano persecutione refert. Vt verè tunc, nec sine causa lugubre illud Prophetæ Christianis occinere lamentando licuerit. [f] *Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion: proiecit de cælo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui.* Gloriosior victoria piorum principum de vitiis quam de hostium armis habetur: propter quam [g] Nazarius in panegyrico miris in cœlom Constantinum Magnum laudibus extulit. Cuius quidem victoriæ lauro, vt coram Deo religiosi Regesterræ, principesque meritoriè resplenderent, scripsit [h] S. Augustinus pertinere ad eos, *non solum adulteria, vel homicidia, vel huiusmodi alia flagitia seu facinora, verum etiam sacrilegia seueritate congrua cohibere.* Extant oracula Dei [i] in sacris litteris præcipientia rectoribus ac principibus populi omnem adhibere diligentiam studiũque strenue, vt omne malum de medio populi viriliter auferrent, & veri fortitudine regnantis exterminarent. Quod contra immaculatum Dei viui cultum sanctamque religionem impio dogmate erroreque loctaretur. Quorum iussis oraculorum fideliter obedientes religiosi principes antiquæ legis [k] Dauid, [l] Iehu, [m] Ezechias, [n] Iosias, [o] Iosaphat, & alij similis pietatis, dum sce-

Festum Persarum dictum mors serpentum ex Agathia.

a Psal. 138 v. 21.

b Hieron. in c. 2. Esaiæ.

c Sozomen l. 1. c. 8 anno Domini 318. Constantini Imp. 13.

Principes pij super omnes impios, hæreticos, & alios Dei Ecclesiæ hostes, generosè persequuntur.

d S. Cyrillus Hierosolym. catechesi 6

e Euseb. l. 8. c. 1 & 2.

Grauissimæ calamitates Respublicas adoriuntur, cum vitia regnare impune sinuntur.

f Ieremię c. 2 lamentat. v 5.

g Nazarius in Panegyr. Constantini.

h S August. epist. 61. ad Dulcitium.

i Deut. c. 17. & c. 12.

Religionis sanctæ hostes persequentibus laus datur & gloria: contrà maledictio, & opprobrium negligentibus persequi eos.

k L. 2. Reg. c. 5. 8. 10 &c.

l L. 4 Reg c. 9 10.

m L. 4. Reg c. 18.

n Lib. 4 c. 22.

o Lib. 2 Paralip. ca 17,

A leratos dæmoniorum cultus, eorumque ministros iusta piaq; seueritate ad extremam ruinam interitumque persequuntur, diuinis repleti benedictionibus, honore, gloriaque maxima coruscarunt. Contrà turpitudini datum & opprobrio, hos persequi negligentibus, sicut Episcopo Pergami,[a] cui S. Ioannes sua reprehensione magnã ignominiæ turpitudinisque maculam insigniter iussit, quod nonnullos Nicolai erroribus inquinatos sua familiaritate consortioque dignaretur. Quos maximè quia circa fidem Christi Domini reprobos execrari debuerat. Idem [b] Apostolicus Propheta in Thyatiræ Angelum, id est Episcopum graui reprehensione animaduertit: quod impiam fœminam Iezabel, quæ se prophetico spiritu moueri agitarique perfidè mentiebatur, falsa contra Christi veri Dei religionem docere, atque sic Dei seruos seducere, eorumq; salutem prædari conniuendo pateretur. Iam vero quid B sancti doctores de hac pia generosaque fortitudine religiosorum principum aduersus hæreticos aliosque impios hostes Ecclesię sentiant, quantisque eam encomiis laudibusque prędicent, audiamus eos, præcipuè magnum Augustinũ sic egregiè eruditèque hæreticos sui temporis oratione compellando confundentem.[c] *Quandiu ergo vos non tenetis Ecclesiam, quam prænuntiauerunt piscatores, Apostoli plantauerunt, tandiu reges, qui eam tenent rectissimè ad suam curam iudicant pertinere, ne vos aduersus eam rebelletis impunè.* Et alibi:[d] *Mirantur autem quia commouentur aduersus detestãdos dissipatores Ecclesiæ. Non ergo mouerentur?* Id est, quare non mouerentur? *Et quomodo redderent rationem de imperio suo Deo? Intendat charitas vestra quid dicã, quia pertinet hoc ad reges seculi Christianos, vt temporibus suis pacatam velint matrem* C *suam Ecclesiam, unde spiritualiter nati sunt.* Salutaris rigor ipse piorum Regum in hæreticos aliosque rebelles Dei, Ecclesiæ eius hostes, diuini honoris nominisque blasphematores: quod hoc salutari rigore concitantur, vt in Ecclesię matris, à qua fuerunt erroribus auersi sinum, gremiumque reuertantur; sicut Agar à Domina Sara verberata est, vt Dominam suam ancilla reuereretur, & agnosceret.[e] *Quid vobis videtur fratres* (inquit S. Augustinus) *nonne intelligitis quid significatum sit? Sic ergo quando vult Deus concitare potestates aduersus hæreticos, aduersus schismaticos, aduersus dissipatores Ecclesiæ, aduersus exsufflatores Christi, aduersus blasphematores baptismi, non mirentur. Quia Deus concitat, vt à Sara verberetur Agar. Cognoscat se Agar, & ponat ceruicem: quia cum humiliata discederet à domina sua,* D *occurrit*[f] *ei Angelus, & dixit, quid est Agar ancilla Saræ? Cum conquesta esset de domina. Quid audiuit ab Angelo? reuertere in domum tuam. Ad hoc ergo affligitur, vt reuertatur. Atque vtinam reuertatur, quo proles eius, sicut filij Iacob, cum fratribus hæreditatẽ teneb*it. Ideo S. ipse pater summusque doctor aduersus libertinos illos, sine conscientia & religione, dicentes blasphemando, principes in imperio suo curare non debere, qualiter quisque bene maleuè viuat, siue opprimat Ecclesiam, siue defendat, respondens alio in loco dicebat.[g] *Quis mente sobrius regibus dicat, nolite curare in regno vestro, à quo teneatur, vel oppugnetur Ecclesia Domini vestri: non ad vos pertineat in regno vestro, quis velit pudicus esse, quis impudicus? Cur enim cum datum sit diuinitus homini*

a Apocal. c. 2.

b Ibidem Apoc. c. 2. v. 18.

Ad reges Christianos pertinet hæreticos, aliosque Ecclesiæ hostes castigare.

c D. August. l. 2 contra Epist. Gaudët. c. 27.

d S. August. tract. 11. in S. Ioan.

e S. August. tract. 11. in S. Ioan.

Principes Catholici hæreticos, & alios Ecclesiæ hostes castigant legũ suarum seueritate, vt ad eam conuersi redeant, sic Sara ancillam Agar verberauit.

f Genes. 16.

g S. August. epist. 50 l. 2. contra litt. petil. c. 92.

A *liberum arbitrium adulteria legibus puniantur, sacrilegia permittantur?* Post hæc in confusionem eorum talia sceleratè iactantium subiunxit:[h] *Nam & temporibus Prophetarum, omnes Reges qui populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt, quæ contra Dei præcepta fuerant instituta, culpantur, & qui prohibuerunt, & euerterunt, super cęterum merita laudantur.* Vt Reges principesque Catholici, has aduersus Ecclesiam fidemque Christi Domini hominum sceleratorum impietates auertant, omnesque istas perditorum extra septa religionis Catholicæ ad interitum salutis æternæ properantium machinas, virili pectore demoliantur: Audiant ista Dauidis.[i] *Seruite Domino in timore. Quomodo autem seruiunt Reges Domino in timore,*[k] inquit Diuus Augustinus, *nisi ea quæ contra iussa Domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo, atque plectendo, &c.* Nihil prodest principi bona agere, nisi facien- B tes mala contra Deum, eiusque fidem prohibeat religiosaque fortitudine compescat. *Cum bene agere, & illicita non prohibere,*[l] Ex eodem S. Patre, *sic consensus erroris?* Hæc grauis illa S. Cælestini Papæ ad Theodosium iuniorem admonitio:[m] *Maior vobis fidei causa debet esse quam regni, ampliusque pro pace Ecclesiarum clementia vestra debet esse solicita, quàm pro omnium securitate terrarum. Subsequuntur enim omnia prospera si primitus, quę Deo sunt chariora seruentur.* Quod quidem exemplis illustrans addidit,[n] *Abraham fide floruit, omnemque orbem gloria sua prosperitate impleuit. Moises populi liberator zelum Domini contra eos, si quos à Dei cultu discessisse probarat, armauit. Dauid Regem sua præcepta seruantem in regno, vt ille inimicos* C *suos subderet, Dominus custodiuit.* Qua facta illustrium exemplorum inductione, ita ad Ecclesiæ fideique Christi Dei veri, contra omnes illius hostes, defensionem, auxiliumque principem illum vehementer inflammat.[o] *His ergo exemplorum vallati præsidiis, fide, obseruatione, virtute vniuersalis Ecclesiæ in Deum nostrum, pussimum cultum, ne sibi aliquid dissensio vendicet custodite. Pro vestri enim salute imperij geritur, quicquid pro quiete Ecclesiæ, vel sanctæ religionis reuerentia laboratur:* Huic religioso labori, dum generosi Christiani principes incumbunt, magna bonos omnes spes tenet optatæ in Ecclesia tranquillitatis & pacis breui venturæ. Ita enim ad sanctum Cyrillum Alexandrinum scribens[p] idem S. Papa testatur. *Indifficultet est Ecclesiarum, & Catholica fides speranda tranquillitas, quando pro hac elaborare Christianos sic* D *videmus. Non est inefficax in diuinis maximè causis cura regalis, quæ pertinet ad Deum qui fideliter tenet corda regentium.* Ad hoc constituta præcipuè regum principumque Christianorum à Deo potestas, & imperium. Vt his verbis Leo Magnus, Leoni Imperatori persuadebat.[q] *Sic debes incunctanter aduertere regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam: vt ausus nefarios comprimendo, & quæ bene sunt statuta defendas, & veram pacem his quæ sunt turbata restituas.* Quanta autem fide, generositate, labore, affectu charitatis ad perdendos, aut comprimendos nefarios religionis oppressores, & hostes Ecclesiæ Christiani principes armari debeant, hoc

h S. August. ibid.

i Psal. 2.

k S. August. in Psalm. 2.

l S. August. Epist. 7 in appendic. ex edis caus.

m Epist. S. Cælestini ad Theodosium iuniorem.

n S. Cælest. ibid.

o Ibid.

Laborare pro pace Ecclesiæ est laborare pro salute Reipub.

p S. Cælestin. epist. ad S. Cyrill. Alexand. de erroribus Nestorij.

q S. Leo epist. 75 ad Leonem Imp.

præclaro Sanctus Augustinus argumento à minori ad maius ostendit. [a] *Tres pueri in igne laudauerunt* [b] *Dominum: miratus est Nabuchodonosor Rex, laudantes Deum pueros, & circa eos ignem non nocentem. Et cum admiratus esset, quid ait Nabuchodonosor Rex, non vel Iudæus, vel circumcisus, ille qui statuam suam erexerat, & ad eam adorandam omnes coegerat: Tamen laudibus trium puerorum commotus, vbi vidit maiestatem Dei præsentis in igne. Quid ait? Et ego proponam decretum omnibus tribubus, & linguis in omni terra. Quale decretum? Quicumque dixerint blasphemiam in Deum Sidrac, Misac & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem: Ecce quomodo sauit Rex alienigena, ne blasphemetur Deus Israel, qui potuit tres pueros de igne liberare: & nolunt* (scilicet hæretici, aliique Christianæ religionis hostes) *vt saniant Reges Christiani, quia Christus exsufflatur, à quo non tres pueri, sed orbis terrarum, cum ipsis Regibus à gehennarum igne liberatur? & cæt.* Ab Ecclesiæ Catholicæ defensione vita, ab eius oppressione mora æterna procedit. *Cognoscant propterea principes seculi* ([c] inquit sanctus Isidorus) *debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax, & disciplina Ecclesiæ, per principes fideles, siue soluatur: Ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati Ecclesiam credidit.*

a D. August. Tract. 11. in S. Ioan.
b Daniel c. 3.
Nabuchodonosor infidelis pœnam mortis instituit cõtra blasphematores Dei Israel, quanto magis Christiani principes contra hæreticos aliosque Christi eiusque Ecclesiæ blasphematores?
c Isidori l. 3. sent. cap. 93

2. Pars.
Ob neglectam Ecclesiæ hostiũ punitionem Deus solet regna & imperia grauis percutere calamitate.

Sed cum Christianorum principum incumbat officio, in impios Ecclesiæ Catholicæque religionis osores, oppressoresque vindicatiuæ gladium iustitiæ distringere. Profecto neglectum hoc Christiani principis officium, Dei non mediocriter incendit iram, indignationemque prouocat; cuius inflammatus æstu regna, imperia, eorumque ciuitates opulentissimas grauissimis calamitatibus percutere solet. Si enim sæpius in antiqua lege scriptum Dei decretum audiamus; [d] *Quia pepercisti homini digno morte erit anima tua pro anima illius*: Quid mirum si sæpius in tantum vindictæ ardorem Dei indignationes, propter neglectas Ecclesiæ suæ, atque religionis hostium pœnas ascenderint, vt tantum scelus illustrissimarum ciuitatum ruina ciuiumque multorum [e] cęde vindicare voluerit? Impietas, & perfidia Stiliconis, eiusque filij Eucherij, sub Imperatore Honorio paganæ fauentium abominationi, dominoque suo Imperatori crudelibus fraudibus insidiantium, quod sacrum Imperatorum Honorij, Theodosijque iunioris, [f] edictum de destruendis conuellendisque dæmoniorum simulachris & aris, annona ex eorum delubris auferenda, templisque fisco Imperatoris ascribendis violauerant: Romam caput mundi, dominamque gentium, prædæ prostitutioni, & immanitati barbarorum, sub Alarico duce furiosè militantium, iusta Dei vindicantre manu, subiugarunt. Romani, quia seruos Dei, vt S. Innocentium Papam, eos ad pœnitentiam detestationemq; impietatis paganicæ, prouocantes patienter audire, docilique obsequio, illis Dei voluntatem nũtiantibus obedire noluerunt, barbaros suæ in Deum rebellionis vltores experti sunt. Vt planè illis illud Domini per Ieremiã Prophetam aptari verè potuerit, quo propheta contumaces rebellesq; in nomine Dei Iudæos affabatur. [g] *Misit Dominus ad vos omnes seruos suos Prophetas consurgens diluculo, mittensque, & non audistis, nec inclinastis aures vestras, vt audiretis eum diceret: Reuertimini vnusquisque à via sua mala, & nolite ire post Deos alienos, vt seruiatis eis, & adoretis eos: Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo quod non audistis verba mea: Ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, & Nabuchodonosor Regem Aquilonis seruum meum, & adducam eos super terram istam, & cæt.* Quod si tolerata paganorum superstitio, tanta mala peperit, quantò magis hæresia perfidorumque impietas? *Qui à nobis exierunt, quia non erant ex nobis.* [h] Vt S. Ioannes loquitur: Cum ciuilis Christianorum societas, ab hac nefanda hæresi tanquam à tetra immanique bellua depasci crudeliterque deuorari soleat? Sic enim S. Basilius Epistola ad Occidentales rabiem furoremque hæreseos Arrianæ detestando, lugendoque loquitur: [i] *Hoc hæreseos malum cuncta depascitur, ac periculum est, ne vastatis nostris Ecclesiis, & ad sanam incolatus vestri partem serpat.* Quod attendens, & considerans Hormisda Pontifex optimum Imperatorem Iustinum hac orationis patheticæ voce ad impia hæreseos schismatisque dogmata extirpanda penitus, hortabatur. [k] *Quo circa continuam canis operis apparatus clementiæ vestræ intentionem requirit, facite vt nullum priesus receptaculum, ex quo rursum hostis immanissimus emergat, inueniat: cunctis cum nudate perfidiis, & si quid vsquam vestigiorum eius reliquum est, id omne elementi remedio purgate: omne nequitiæ germen funditus eruatur: aduersa Deo stirps ad viuum vsque resecetur, ne minus compressu (quod absit) iniquitatis venenata latiùs secum virgulta diffundat. Quorsum hæc? Quia superest vobis, adhuc Alexandrina, atque Antiochia, & aliarum Ecclesiarum nullo modo negligenda correctio. In quia si suam curam clementia vestra immiseris, spes est quo auctore bono cuncta credimus incipi, eodem celeriter auxiliatore compleri.* Sic extinctis eradicatisque hæreseos, omnis schismatis, aliorumque contra Christi Domini fidem sanctæque dignitatem eius Ecclesiæ, errorum abominationibus, ira Dei quiescet, & fauor misericordiaque, quibus fideles hominum Christianorum societates beatè viuunt, cum incremento felicitatis apparebunt. Quas hæreseon aliarumque impietatum, tanquam venenatarum herbarum eradicationes Deo placuisse insigni l. 2. Machabęorum miraculo ostensum est. [l] Vbi legitur prophetam Ieremiam gladium aureum de manu Dei acceptum Iudæ Machabæo porrexisse dicentem: *Accipe gladium sanctum, munus à Deo in quo deiicies aduersarios populi mei Israel.* Nec audiendæ sunt impiorum Catholicæ religionis hostium scelerata voces, execrandis scatentes blasphemiis: vt facto suo Catholici, religiosiq; patres & Episcopi docuerunt. Qui in concilio Nicæno suas præ horrore blasphemiæ, Arianæq; impietatis aures obturauerunt, ne execrabilem execrabilis hæresiarchæ hæresim in concilio legi audirent, auribusque perciperent. Vt S. testatur Athanasius, his verbis aduersos Arianorum impiam sceleratamque contumaciam, & inimicum diuinitati Christi Domini virus disputans: [m] *Ego certe, vel solum inter scribendum, cum eius impietatem recordarer, vtrumque de religione sensum retinerem, non*

d L. 1. Reg. cap. 15.
Deus potitur Romam ab hostibus barbaris ops propter idola & impietates paganorũ, nondũ destructa.
e D. Aug l. 1. de ciuit. c. 2. & c. c. 9
f L. 49 de paganis, cod. Theodos.
g Ierem c. 25.
h S. Ioann. Epist. 1. c. 2.
i S. Basil. epist. 70. ad Occidentales Episcopos.
Hæresis vt cancer omnia serpendo depascitur.
k Hormisdæ epist. 38 ad Iustinum seniorem.
Vt quiescat ira Dei ad extirpationem hæreseon aliarũque contra Catholicam fidem impietatum Hormisda Iustinum imperatorem hortatur.
Extinctiones Ecclesiæ hostium Deo placuisse ostensum miraculo.
l L. 2 Machabæorum c. 15. v 15 & 16.
Hæreticorum voces impiæ non audiendæ.
m S. Athana sius orat. prima contra Arianos.

Querela hæreticorum pio principi non audienda instar Constantini M.

a Sozomenus l. 1. c. 16.

potius hominem non execrari. Nam & in Nicæno conuentu omnes, quotquot illi aderant Episcopi aures suas ad iſta verba obturauerunt. Nec ſimiliter querelę hæreticorum bono principi, vt Deo pareat, neue in ſe populumque indignatione exaſperet, audiendæ ſunt, exemplo Conſtantini Magni, [a] qui libellos Arianorum ſibi oblatos, ignibus vſtulādos tradi mandauit. Ita Henricum I. Galliæ Regem religioſum valde, Patris Roberti Regis optimi magna omnibus ſanctitate conſpicui æmulatorem (qui in regno ſuo concilium Epiſcoporum congregandum curauerat, ad penitus extirpandam Berengarianam hæreſim) Durandus Leodienſis Epiſcopus per Epiſtolam, cum illius in Eccleſiam Catholicam pluribus pietatem laudibus encomiiſque prædicauiſſet, hortabatur: vt omnes hæreticos Berengarianæ impietatis aſſertores damnaret potius, quàm audiret. Sicut cum inter alia ſcripſit. [b] *Ergo maieſtatē tuam omnes exoratam vellemus, vt interim illorum impiam, ſacrilegam & nefariam aſſertionem audire contemneretis, donec accepta Romana ſedis audientia damnandi poteſtatem haberetis. Quamquam huiuſmodi homines nequaquam oporteat audiri: Neque tam eſt pro illis concilium aducandum, quam de illorum ſupplicio exquirendum.* Poſtea recitatis contra Brunonem Epiſcopū Andegauenſem & Berengarium. SS. Leonis Papæ, Cyrilli, Ambroſij, Auguſtini, Baſilij, Euſebij, Hilarij, & Toletani concilij ſententiis, ita perorando hunc Regem, ad horum vltionem hæreticorum Deique hoſtium religionis inflectit: [c] *Quamobrem Brunonem & Berengarium iam anathematizatos arbitramur. Quod ſi ita eſt, verè illis audientia concilij deneganda eſt, & cum veſtris cumque noſtris Epiſcopis, ſi ita vobis videtur, cum amico noſtro Imperatore, cum ipſo Papa, quæ vindicta in eos ſtatuatur deliberandum. Eſt enim iuſtum, vt quorum manus ſunt contra omnes omnium, manus etiam contra ipſos excitentur, &c.*

Hæretici damnandi non audiendi.

b Epiſt. Durandi Epiſc. Leodienſis ad Henricum 1. Gall. Reg.

Conuicti hæretici non audiendi, ſed puniendi. Bruno Andegauenſis Epiſcopus ſocius impietatis Berengarij.

c Ibid.

Multæ Catholicorum Imperatorum [d] leges extant, quę non modo hæreticis audientiam denegant, eiſque loquela, qua inficiunt alios interdicunt, ſed eos Chriſtiana ciuilique ſocietate penitus iudicantes indignos relegant, pulſoſq; Catholicorum vrbibus infami mulctant exilio: ne ſuæ peſtiferæ conuerſationis ſincera Reipublicæ Chriſtianæ membra contagione taboque veneato contaminent. Imò pij illi religionis Catholicæ vindices Imperatores ac Reges, tantū furioſas hæreticorum inſanias horrore deteſtabantur: vt [e] ſola prauitatis hæreticæ ſuſpicione homines niſi & ſe ab ea legitimè purgarent, ab omni Catholicorum commercio ciuili reiiciendos, & arcendos eſſe iudicauerint. Quis enim prudens ſapienſque neſcit experientia, libertatem licentiamque falſarum religionum, in regno Chriſtiano maximam veræ Catholicæque religioni ruinam perniciemque machinari? Hac fraude doloque diabolico Apoſtata Imperator in Chriſtianæ religionis, à cuius ſanctitate in execrabiles dæmoniorum cultus aduolauerat, oppreſſionem exitiumque ſceleratè conando tetendit. Omnibus à vera Chriſtianaq; religione, auerſis liberā ſuas falſæ religionis contra Chriſti D. fidem impietates, & errores dæmoniacos profitendi libertatem copiamque faciens: vt ruinam extremam religionis veræ, quam hac oblata libertate licentiaque premebat, atque quaſi in varios falſarum opinionum deductam riuulos ſceleratè ſecabat, perniciosè moliretur. *Eo modo* (inquit [f] Optatus Mileuitanus & [g] S. Auguſtinus) *putans Chriſtianum nomen poſſe perire de terris ſi vnitati Eccleſiæ de qua lapſus fuerat, inuideret, & ſacrilegas diſſenſiones liberas eſſe permitteret.*

d L. 9. 19 20. & 31. Cod Theodoſ de hæreticos.

e § Gazaros de ſtatu & conſuetud. in vrbibus ſeruandorum & authentica Gazaros C. de hæreticos.

Licentia falſarum religionum & hæreſeon Chriſtianæ veræ religioni maximè nocet.

f Optatus Mileuit. l. 2. contra Parm.

g D. Auguſt. 166.

Quam quidem veræ Chriſtianæ religionis oppreſſionem, ruinamque pij principes, vt auertant, ſicque iram Dei placando, ſuæ populorumque ſaluti conſulant, omnes hæreticorum, ſchiſmaticorum, aliorumque perditæ mentis conſcientiæque reproborum, contra veram ſolam vnicamque Chriſti Domini fidem Cathol. Apoſt. & Romanam machinationes, deliria, furores, immaneſque conatus omni ratione fortitudinis, ope, viribus quibus poterunt Chriſtiana charitate firmatis deſtruere, perdere, radicituſque conuellere debent. Sicut ſe facere velle, atque teneri, ex Imperatoriæ maieſtatis obligatione, Magnus ille Conſtantinus ſæpius iudicauit, atque profeſſus eſt. Vt cum ita ad Celſum Africæ Vicarium reſcripſit. [h] *Nequaquam me aliter maximum reatum effugere poſſe credo, quam vt hoc quod improbè fit, minimè exiſtimem diſſimulandum, cum nihil potius à me, inſtituto meo, ipſiuſque principis munere dignum agi oporteat, quam vt diſcuſſis erroribus omnibuſque temeritatibus amputatis, veram religionem vniuerſos concordemque ſimplicitatem, atque meritam omnipotenti Deo culturam præſentare perficiam.* Cuius Imperatoris pietatem imitatione ſectatus alius Imperator Mauritius, in ſui principio principatus magnificus Catholicæ fidei propugnator, adeò nefarios hæreticorum auſus compeſcuit, vt ne hiſcere quidem illius tempore amplius auderent, vt hęc S. Gregorij ad Anaſtaſium Antiochenæ ciuitatis Epiſcopum verba teſtantur. [i] *Omnipotenti Deo gratia ſine ceſſatione exoluenda ſunt, & pro vita piiſſimo, & Chriſtianiſſimi Imperatoris, & tranquilliſſima eius coniuge, & manſuetiſſima ſobole, ſemper orandum eſt: quorum temporibus hæreticorum ora conticeſcunt: quia & ſi eorum corda in inſania peruerſi ſenſus ebulliunt, Catholici tamen Imperatoris tempore, praua quæ ſentiunt eloqui non præſumunt.* Quæ quidem effrænatæ & audacis hæreticorum impietatis oppreſſio, vt Deo grata, Catholico populo ſalutaris, ſic eſt principis fida ſeruitio. Nam, vt [k] Lucianus Martyr Antiochenus Preſbyter militibus, qui in perſecutione fidem Chriſto, tormentorum metu turpiter eiurauerant, Cappadociæ dixerat: *Quomodo vos pro Rege caduco & terreno pericula adibitis, qui cœleſtem tam citò prodideritis.*

3 *Pars. Principes, vt effugiant iram Dei, ſuaque omnium ſalutem, ad exitium falſarum religionum hæreſumque accurrere debent.*

h Epiſt. ſeu reſcriptum Conſtantin. M. ad Celſum.

Mauritius Imperator æmulator Conſtantini M. hæreticorum ora auſuſque nefarios compreſſit

i S. Gregor. Epiſt. ad Anaſtaſium Antioch. l. 7. Epiſt. 47.

Princeps ſecularis Catholicus hæreticos fidere non debet quæ Deo fidem fregit

k Euſeb. l. 8. cap. 25 Metaphraſt. 7 Ianuar.

Quam verò hæc hæreticorum obſtinatorum maximè hæreſiarcharum vindicta, & oppreſſio principum Catholicorum decreta legibus, grata ſemper acceptaque Deo fuerit, ipſæ diuinitus ex alto miſſæ in iſtos Chriſtianæ diuinæque veritatis oſores, vltiones ſidem faciunt, ſuppliciaque de illis à Deo ſuſcepta conniuentibus, ad eorum pœnas caſtigationeſque principibus mundi teſtantur. Quamuis [l] Simon Magus primus omnium hæreticorum patriarcha, legum imperialium pœnas effugerit, non tamen Dei, qui per aëra portatus à dæmonibus, hunc Sancti Petri precibus diuina nefarium vltione perſequente in

4. *Pars pœnas hæreticorum à principibus inflictas Deo gratas eſſe, ex ipſa Dei in eos vltione, miraculis prodigiiſque facta cognoſcitur, & inductione exemplorum probatur*

l Egeſippus l. 3 c. 2 S. Maximini Taurin ſerm. de S. Petro &c.

terram præcipitatus, fractus cruribus, ac pedibus, contusus membris miserè ignominioséque, post aliquot dies expiraoit.[a] Montanus sibi diuinæ iustitiæ carnifex, dæmone interius opprimente, laqueo se suspendit. Arius quamuis in eo, *Gratia fallacis pratoris fregerit vrnam*, non tamen se à iustitiæ diuinæ laqueis eripuit,[b] cui non minus turpiter, quàm horribiliter effusa in secessu viscera prodigiosum fumos execrabilemque finem vitæ pepererunt. Nestorius S. Virginis osor,[?] & hostis illam Θεοτόκον agnoscere deprecatus, facultatibus primo, patria, & dignitate Ecclesiastica lege imperiali priuatus, postea diuina lege, tanquam à minima ad Dei thronum prouocante, miseriis in exilio perculsus vndique,[c] & in lingua præcipue, qua tot blasphemias euomuerat, à vermibus corrosa vehementer afflictus, cum ingenti dolore desperationeque vita flagitiosissima cedens, se ad maiora per manus B iustitiæ diuinæ vocari tormenta vociferabatur. Antiquorum hæresiarcharum funera prodigiosa, funestosque exitus diuina decretos vltione, iustitiaque prouocatos prætereo, nec in recentiom hæresiarcharum, execrandorum funerum commemoratione diutius immorabor: nisi quod breuiter dicam nefandissimum hæresiarcham Lutheroni vltricem diuinæ iustitiæ manum effugere non potuisse.[d] *Quin per eam postquam suas in seram noctem potationes ebrietatesque prorogauisset*, suas edormiens crapulas & ebibens, execrabilem statim animam blasphemãdo atrociter exhalaoerit.[e] De Carolstadio quid dicam, nonne si illius impietatis sectatoribus credamus, *Diabolus diuina iustitia carnifex immanissimè trucidarit*? Nũquid Caluini C oex, & interitus nimis funestus & horribilix extitit?[f] Qui propter ingentes morborum carnificinas, quibus miserabile detestabilis, & abominabilis hæresiarchæ corpus consumptum est, vermibus insuper scatens, à quibus deoorabatur, dæmonibus prios inuocatis, Deum blasphemando, execrabilem animam execrabiliter euomuit. Si de principibus supremæ dominationis, summique imperij hæretica contaminatis lue pesteque loquamur, inueniemus eos, quos humanæ leges compescere non potuerunt, in ictu oculi, iustitiæ diuinæ fulmine fuisse contritos. Testis Iulianus Apostata[g] qui victus à Persis diuinitus, siue ab Angelo lucis, siue à principe tenebrarum, stupendo vulnere trucidatus expirauit. Testis Athanasios[h] Imperator Eutychianæ hæreseos aliarumque defensor, qui cœlesti prostratus i- D ctusque tonitruo, in momento descendit ad inferos. Testis Hunericus Rex VVandalorum Arianus, qui post diras barbarasque crudelitates, quas toto regni sui tempore in Catholicos Africanos exercuit, suorum tandem scelerum fæcem bibit.[i] Cum diuina vindicta tarditatem supplicij, grauitate compensans, illom putredini vermibusque corrodendum consumendumque, non sine senso doloris grauissimi vehementissimo subiugauit. Testis denique (vt vnico finiam exemplo, missis silentio reliquis) Rex Cambriæ in Anglia, qui hæresis Pelagianæ fautor & assertor, quod S. Germanum Altissiodorensem in Angliam, ad huius destructionem hæresis venientem suscipere recosasset, occulto terribilique Dei iudicio[k] vna cum regia totaque familia in terræ absorptus viscera, vsque ad abyssos inferni penetrauit, vt ibi pœnarum æternitate miserrime cruciaretur. Ex quibus similibusque Dominicæ vltionis exemplis, clarum perspicuumque constat, Deum Optimum Maximum mundi principibus imperare, qui de suæ sunt Ecclesiæ gremio, vt impios sceleratosque suę religionis hostes in suo regno viuere minimè patiantur: sicque illius ira quiescat, ne vlterius grauiorum calamitatum tempestates in eos principes terræ, quamuis Catholicæ professionis, eorumque populos, acerbiori vulnere exitioque redundent.

[a] Eusebius l. 7. cap. 16.
[b] S. Athanas. orat. 1. cõtra Arianos. Ruff. lib. 10. hist.
[c] Euagrius l. 1. c. 7. hist.
[d] Cochlei in vita Lutheri.
[e] Carolstadii ministri Basiliẽses epist. edita de Carolstadii morte.
[f] Hieronym. Bolsecus in Caluini vita.
Indicium Dei in morte hæreticorum principum.
[g] S. Gregor. Nazienz. orat. in laudes S. Athanasii circa finem.
[h] Athanas. Imp. Euagr. Cedrenus, Ionatas, Paulus Diac. in eius vita.
[i] Hunericus VVandalorũ Rex. Victor Vticensis l. 3. de persecutione VVandali.
Rex Cambria in Anglia.
[k] *Hamfredus Lhuid. Cambro-britan. in fragmento commentarioli Britanaica descriptionis.*

CAPVT X.

De pœnis variis, quas Imperatores Principesque Christiani Catholica fide insignes, contra hæreticos, aliosque Ecclesiæ religionisque Christianæ perduelles & oppressores legibus suis decreuerunt.

1. *Piis principibus sancta in hostes religionis Catholica, Resquepublica Christiana hæreticos, aliosque illius oppressores, persecutio, & pœnarum iustarum districtio, trophæa gloria prosperitatisque pariunt.* C
2. *Varia in eos Christi, eiusque Ecclesia sancta perduelles supplicia, religiosorum Imperatorum principumque decreta legibus.*
3. *Hæreticorum conuersionem multorum, pœnalia piorum principum statuta pepererunt.*
4. *Vltimi iustitia supplicij in hæreticos, Christiana persecutores Ecclesia, oppressoresque religionis Dei, in diuina lege fundatur.*

D

TVTA certaq; ad gloriam prosperitatemq; & ad gloriosè de hostibus imperij, reiq; publicæ triũphandum, est hęreticorũ, aliorumq; inimicorũ religionis Christianæ persecutio. Quibos nunquã in sua perseuerantibus impietate Theodosius Magnus indulsit, quin semper eos pro salute sua quousque à suæ infidelitatis, & iniquitatis horrore deficerent, in brachio fortitudinis Christianæ persequeretur. Propter quod beatus gloriosusque omnium Dei imperiique perduellium triumphator semper extitit. Cuius hæc

Via ad gloriã, triumphumque de hostibus Dei, & imperij, persecutio hæreticorum exemplo Theodosii M.
Theodosii M. lex contra Arianos.

vox pręclara, tantoque digna principe aduersus Arianos hęreticos iucundissimè à piis omnibus audita est: [a] *Nullus hæreticis mysteriorum locus, nulla ad exercendam animi obstinatioris dementiam pateat occasio. Sciant omnes etiam si quid speciali quolibet rescripto per fraudem elicito, ab huiusmodi hominum genere impetratum est, non valere. Arceantur cunctorum hæreticorum, ab illicitis congregationibus turbæ. Vnius & summi Dei nomen vbique celebretur. Nicænæ fidei dudum à maioribus tradita, & diuinæ religionis testimonio, atque assertione firmata obseruantia semper mansura teneatur*, & cæt. Aliæ quamplurimæ similis pietatis charitatisque, pro causa Dei, eiusque defensione religionis contra variæ abominationis, & impietatis hęreticos leges ab hoc pio Imperatore latæ, in codices Imperatorios translatę leguntur: à quarum promulgatione & executione maximę huic principi prosperitates aduenerunt: quas non modo sancti Catholicique Doctores, vt [b] Ambrosius, [b] Augustinus, [c] Orosius, & alij probatę fidei patres, sed etiam Ethnici ipsi atque gentiles Christiani nominis osores, vt [d] Themistius admirari satis non potuerint. Gratianus Imperator intelligens, quàm Deo gratæ acceptæque essent hæreseon aliarumque contra illius fidem prauitatum extirpationes & oppressiones, pro singulari gratiarum actione Deo facta, propter Alemanos à se victos, atque triumphatos, Ecclesias restituendo Catholicis, hęreticos ab illis eiectos expulsosque generosa religiosaque persecutione compescuit. Pium hoc Gratiani Imperatoris edictum ad Hesperium prefectum pretorio in lege V. C. de hęreticis in Cod. Theodosiano scriptum est: cuius principium est. *Omnes vetitæ legibus, & diuinæ, & imperialibus hæreses perpetuò conquiescant*, & cetera. Reliqua quęrat lector in ipso Codice quibus breuitatis causa supersedeo.

[a] L. 6. de hæreticis. C. Theodos. li. 16.

Omne hæreticorum prauitatis exercitium prohibitum.

Pietas in religionem Christi Theodosio M. sicut ante Constantino maximas prosperitates peperit.

[b] S. Ambros. in orat. funebri Theodosij.

[b] S. Aug. lib de ciuit. multis in locis.

[c] Orosius lib. 7. c. 34.

[d] Themistius, orat. 6.

Gratianus pro gratiarum actione Deo ob victoriam de Alemanis edictum contra hæreticos edidit.

L. 5. de hæreticis Cod. Theodos. lib. 16. tit. 5.

Multæ leguntur decretæ pœnę edicto Theodosij Magni (quod perpetuum esse voluit) aduersus omnes cuiuscumque essent impietatis, hęreticos Arianos, Macedonianos, Montanistas, Manichæos, & ceteros quorum nomina descripta traduntur [e] in L. Ariani C. de hęreticis. Communi iure [f] Ecclesiastico, & ciuili infame genus hominum hęretici habebantur indigni, qui ad testimonium ferendum accusandumque admitterentur, omnibus priuilegiis, quibus in fauorem religionis Christianæ fideles Catholici principis beneficio gaudent, non modo priuare hęreticos, sed etiam contrariis oneribus pij Imperatores constringere ac premere voluerunt. Sic enim Constantini Magni filii Imperatores loquuntur. [g] *Priuilegia quæ contemplatione religionis indulta sunt, Catholicæ tantum legis obseruatoribus prodesse oportet: hæreticos, non solum ab his priuilegiis alienos esse volumus, sed aduersis muneribus constringi, & subiici.* Etiam in hæreticis infectas contagionibus mulieres pium legum suarum rigorem extendere volentes Catholici Imperatores, illas prærogatiua, qua mariti creditoribus præferantur, priuandas esse decreuerunt. In authentica de priuilegio dotis hæreticæ mulieris, §. quia enim dedimus colla. 8. const. 5. ita loquuntur. [h] *Item priuilegium dotis, quo mulier creditoribus anteponitur, necnon de tacitis hypothecis, & alia omnia mulieribus à lege data claudantur his quæ Catholicam non participant communionem.* Valentinianus iunior, Iustina matre hęretica defuncta, Theodosius senior, vna cum filio Arcadio Augusti hæreticos sui temporis Donatistas, Manichęos, Priscillianistas consanguineorum hæreditatibus, successionibusque priuandos esse, omnique liberalitatis doniq; remotione mulctandos esse sanciuerunt. [i] *Quid de Donatistis senseremus nuper ostendimus*, inquiunt illi religiosi Imperatores, *præcipue tamen Manichæos, vel Frygas, siue Priscillianistas meritissima seueritate persequimur. Huic itaque hominum generi, nihil ex moribus, nihil ex legibus sit commune cum cæteris, ac primum quidem volumus esse publicum crimen. Quia quod in religionem diuinam committitur in omnium fertur iniuriam. Quos bonorum etiam publicatione persequimur*, & cæt. Et paulò pòst: [k] *Ipsos quoque volumus moueri ab omni liberalitate, & successione quolibet titulo venientes. Præterea non donandi, non emendi, non vendendi, non postremo contrahendi cuique conuicto relinquimus facultatem. In mortem quoque inquisitio tendit.* Et quæ sequuntur. Quibus pœnis & aliis omnes alios hæreticos Theodosius iunior, [l] rescripto ad Florentium præfectum prætorio mulctandos esse statuit. Qui breuitate verborum omnia pœnarum genera complexus est, quibus subiugandos hæreticos imitator religiosæ iustitiæ maiorum suorum, præcipuè aui Theodosij senioris, & patris Arcadij voluit: vt hoc ad Heraclianum Africæ comitem rescripto significauit. [m] *Sciant cuncti qui ad ritus suos hæresis superstitionibus obrepserant, sacrosanctæ legis inimici, plectendos se pœna & proscriptionis & sanguinis, si vltra conuenire per publicum exercendi sceleris sui temeritate tentauerint, ne qua vera diuinaque reuerentia contagione temeretur.* [n] Et in eodem titulo L. de hæreticis, quàm sit cupidus imitandi religiosam aui, patrisq; sui in exterminandis omnium hæreticorum erroribus blasphemiisq; fortitudinem his verbis ostendit. *De hæreticis omnibus (quorum & errorem execramur & nomen) hoc est de Eunomianis, Arianis, Macedonianis, cæterisque omnibus quorum sectas pessima sanctioni tædet inserere, quibus cunctis diuersa nomina, sed vna perfidia, illa præcipimus debere seruari, quæ diuus auus & pater nostræ clementiæ constituerunt: Sciturus vniuersis, quod si in eodem furore permanserint, interminatæ pœnæ erunt obnoxij*, & cætera. Sed quid sigillatim Imperatorum Catholicorum sacras aduersus hæreticos leges enumerare opus est? cum integri tituli multis confecti refertique legibus, in Codicibus Theodosij, & Iustiniani ad extirpandas sceleratorum hæreticorum impietates, adiunctis pœnis suppliciisque grauissimis habeantur in manibus, & cuique volenti legere præbeantur?

2. Pars.

De pœnis hæreticorum citra mortem.

[e] L. Ariani. C. de hæret. l. 1. Cod. Iust. tit. 5.

[f] Can. 3. 5. omnes 4 q. 1. Conc. Carth. 7 cap. 1 & 2. can. pagani can. alienus 2. q. 7.

Constantinus Constantius scilicet nonde hæreticus & Constans.

[g] L. 1. priuilegia de hæret. tit. 5. C. lib. 1.

[h] L. item priuilegium 1. Cod. de hæreticis.

L. 1. tit. 5. de hæreticis. C. Theodos. lib. 16.

[i] L. quid de Donatistis L. 40 tit. 5 de hæret. lib. 16 C. Theodos.

No publicum crimen dicitur quo quilibet de populo accusare potest ex Glos. in L. priuilegia Cod. de hæret. l. 1 tit 4.

[k] Ibid. l. quid de Donat.

[l] L. hæreticorum 65 tit. de hæreticis lib. 16. Cod. Theodos.

[m] L. 60. sciant cuncti de hæret. Cod. Theodosi. lib. 16.

[n] L. 60. de hæreticis C. Theodosi. de hæreticis l. 16.

Tituli integri pleni legibus in Codicibus Theodosiana & Iustiniana contra hæreticos.

In Codice Iustiniani, Titulo 5. lib. pr. Cod. viginti duæ leges, in Theodosiano sexaginta sex, quibus religiosi principes ac Imperatores execranda contra fidem hæreticorum dogmata, à stirpe radiceque exterminanda persequuntur, eorum nefandos auctores, bonorum famæ vitæque exitio subiugantes, nisi resipiscant, & à gurgite suæ perfidiæ hæreseosque contagione conuersi ad Ecclesiæ S. lucẽ, Catholicæq; splendorẽ veritatis

3. Pars.

Ad conuersionem hæreticorum ab Imperatoribus promissis pœnisque in eos decreta pœna.

veritatis egrediantur. Ad hoc enim in eos à fidelibus Imperatoribus principibusque decretę pęnæ & suppliciorum rigores excogitati, quorum vis ad hæreticorum conuersionem maxima fuit S. Augustini testimonio dicentis: [a] *mea primitus sententia erat, neminem ad vnitatem Christi esse cogēdum, verbo esse agendum, disputatione pugnandū, ratione vincendum, ne fictos Catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea non contradicentium verbis, sed demonstrantium superabatur exemplis. Nam primo mihi opponebatur ciuitas mea, quæ cum tota esset in parte Donati, ad vnitatem Catholicam timore legū Imperialium conuersa est: quam nunc videmus ita huius vestræ animositatis perniciem detestari, vt in ea nunquam fuisse credatur. Ita aliæ multa quæ nominatim commemorabantur, vt ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa rectè intelligi posse quod scriptum est.* [b] *Da sapienti occasionē & sapiētior erit.* [c] Item S. pater l. 2. retract. c. 5. se mutasse sententiā de non puniendis hæreticis in oppositū sic ostendit. *Duo sunt libri mei quorum titulus est contra partem Donati. In quorum primo libro dixi, non mihi placere vllius sæcularis potestatis impetu schismaticos* (& hæreticos) *ad communionem violenter arctare, & verè tunc mihi non placebat, quia nondum expertus eram, vel quantum mali eorum auderet impunitas vel quantum eis in melius mutandis conferre posset diligentia disciplinæ.*

a S. August. epist. 48. ad Vincentium quæ refertur ex parte in can vides 5. mea primitus 23 q 6.

Magna vis severitatis legū Imperialium ad conuersionem hæreticorum vt probatur exemplis.

b Prouerb. 9.

c S. August l. 2. retract. c. 5.

4. Pars. Vltimi iustitia supplicij in hæreticos Catholicos persecutores religionis in diuina lege fundatur.

Si de pœnis mortis suppliciisque capitis extremis quibus hęretici, pręsertim vero heręsiarchę, aliique impietatis hæreticæ doctores & magistri, legibus principum affecti mulctatique sunt, agendum sit: quanto priscorum recentiumque exemplorum cumulo abundabimus, vt vtilem salutaremq; pœnarum harum iustitiam æquitatemque comprobemus? Quæ quidem pœnæ regum principumque Catholicorum decretæ legibus suæ puritatis & integritatis fundamentum, roburque à diuina lege mutuantur. Nam Deuteronomij, [d] cap. 18. Pseudopropheta falsa insanaque locutus nomine Dei, contra tamen illius doctrinam mandataque, diuina lege interfici iubetur, Itemque [e] illum qui populo dixisset, *Eamus & sequamur Deos alienos quos ignoras & seruiamus eis, &c.* Lex diuina capitali pœna exterminandū esse mandauit, dicens: [f] *Propheta autem ille aut fictor somniorū interficietur, quia locutus est, vt vos auerteret à Domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Ægypti, & redemit vos de loco seruitutis, vt errare te faceret de via, quam tibi præcepit Dominus Deus tuus, & auferes malum de medio tui.* S. Petrus [g] mendacium Ecclesiæ spirituique sancto factum Ananiæ & Saphiræ morte subita repentinoque interitu vindicauit. S. verò Paulus [h] *Elimam magum qui credituros reuocabat, cæcitate percussit.* Sic Saluator noster (cuius misericordia *super omnia opera eius*) nihilominus [i] *palmitem non ferentem fructum, abscindi, colligi, & in ignem mitti iussit,* vt arderet flāmisque torreretur. Hanc Dei iustitiam vindictamque, secuti Imperatores principesque religione super ęthera noti, mortis pœnas iustamque vltimorum suppliciorum seueritatem [k] in hæreticos, Manichæos, Arrianos, Anabaptistas rebaptisantes, & alios suarum legum robore conuerterunt, vt vita si non malitia deficerent: sicut exemplorum inductiones capite sequenti, demonstrabunt.

d Deut. c. 18.

e Deut. c. 13. v. 1 & 2. & c.

f Ibid. vers. 5.

g Actu. 5.

h Actus 13.

i S. Ioann. c 15.

k l. Arriani 15. C de hæreticis, l vltimum supplicium ff. de pœnis, l. Manichæos de hæreticis.

CAPVT XI.

Exemplorum Inductione, Imperatorum Catholicorum, piorumque Regum, verus iustitiæ zelus, secundum Deum, charitate feruens, in puniendis extremo supplicio hæreticis, veræ Christi Domini religionis oppressoribus, regnorumque fidelium perturbatoribus ostenditur.

1. *Quàm sancta, meritoriaq; felicitatis æternæ, principū religiosorū leges, in castigandis hæreticis, Ecclesiæ pacem, & castigatis occasionem se saluandi parientes.*
2. *Communior in hæreticos pœna, Ecclesiæ, regnique Christiani perturbatores, fidelium principum decreta legibus, erat ignis acerbitas, vt declaratur exemplis.*
3. *Nostri temporis hæresiarchæ Lutherus, Caluinus, Melancthon, Bucerus & Beza hæreticos, contra Christi Domini fidem impietatis disseminatores, extremo supplicio, in suum suorumque caput, mactandos esse censuerunt.*
4. *Votum ac preces Deo fusa, pro vera hæreticorum conuersione.*



T igitur assertionem nostram illustribus nobilitatū corroboremus exemplis, à Theodosio magno tot heroicis Christianisque, dum viueret, effulgente virtutibus ordiemur. Qui anno Domini 386. sui verò Imperij octauo, in Arrianorum, aliorumque turbantium pacem Ecclesiæ hæreticorum necem, extitumque hoc ad Eusignium præfectum prætorio rescriptum misit, quod vt statim executioni traderetur imperauit. [l] *His qui sibi tantummodo existimant colligendi copiam contributam, Si turbulentum quidpiam contra nostræ tranquillitatis præceptum faciendum esse tentauerint, vt seditionis auctores pacisque turbatæ Ecclesiæ maiestatis, capite ac sanguine sint supplicia luituri.* Anno Domini 1052. Henricus II. Imperator optimus deuotione atque pietate christiana clarissimus, [m] Cùm Goslariæ in Germania, sacrosanctum Dominicæ Natiuitatis festum religiosè celebraret, accepit in ea ciuitate hæreticos esse Manichæos: admiratus Imperator quod tam detestandæ impietatis diabolicæque abominationis reliquiæ adhuc extarent, illico eos omnes quotquot potuerunt inueniri patibuli suspendio necari strangularique, æstu Christianæ religionis incensus imperauit. Quorum primus parens & patriarcha [n] Manes seu Manichæus Persarum Regis edicto propter extremas eius execrandasque improbitates, viuus excoriatus à carne viua detracta cute crudeliter interiit, horrendo quidem suppli cio sed minore sceleribus. Hoc modo

1. Exemplum: Theodosius magnus contra Arrianos editum.

l L. 3. his qui sibi Tit de his qui super religione cōtendunt C. Theodos l. 16

2. Exemplum: Manichæos hæreticos inuentos, patibuli necatū suspendio edicto Henrici 2. Imperatoris.

m Ex Hermanno in chronico anno 1052.

n Arnobius aduersus gentes.

Ad quid leges principū contra hæreticos & alios improbos.

K

iusti, religiosique principes aduersus impios nefariosque religionis sanctæ perduelles, humanæ Christianæque societatis pestes, leges, edictaque promulgarunt: vt eorum metu atque formidine humana coerceantur scelera tutaque inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia & nocendi facultas, [a] vt sacri loquuntur canones. *Et quoniam vbi sana fides non est nec charitas, ibi nec potest esse iustitia,* [b] cap. vbi supra 14. q. 1. ideo Christiani principes Christiana charitate feruẽtes, hoc semper in votis & animis habuerunt, vt quacumque ratione possent, opera iustitiæ vindicatiuæ, vigoremque illius in omnes impios, præcipuè religionis Catholicæ æternæque salutis hostes pœnis suppliciisque grauissimis armarent. Vnde inter cæteras mortis pœnas, quarum acrimoniæ rigorique Christianorum principum, impios hæreticos præsertim vero doctores eorum, atque patres execrabiles hæresiarchas, leges & edicta subiugare consueuerunt, communior ignis solet esse pœna. Quod designare voluisse Christum dominum his verbis apparet. [c] *Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardebit.* Quod quidem supplicium ignis à religiosis in hæreticos eorumque patriarchas principibus ordinatum atque decretum fuisse, quantis comprobare exemplis facile est! Leginius [d] apud Lucam Siculum, qui sub Imperatore Basilio claruit, quique de Manichæis historiam græco stylo contexuit, Mortanos Manichæos Iustiniani iunioris lege, flammis, ignibusque viuos ardentibus fuisse deuoratos. Rex Galliæ Robertus (inter Christianissimos principes religiosissimus) cùm audisset in ciuitate Aurelianensi multos Manichæana peste contaminatos à sceleratissima muliere Itala diabolo plena, omnes ab illa nefandissima deceptos, viuos ignibus flammisque insanissimæ hæreseos vltricibus, lege sua tradi iussit, nisi admoniti resipiscere vellent. Vt his verbis Glaber in historia recenset. [e] *Cernens quoque rex & vniuersi qui aderant minus posse illos reuocari ab insania, iussit accendi non longe à ciuitate ignem maximum, vt vel eo forte territi à sua malignitate desinerent. Ad quem cum ducerentur rabida adacti dementia se omnimodis hoc velle proclamabant, ac se vltro ad ignem trahentibus inserebant. Quibus ad vltimũ numero tredecim igni traditis, cum iam cœpissent acrius aduri, cœperunt, qua poterant ex eodem igne clamare se pessimè deceptos arte diabolica, nuper de vniuersorum Deo ac Domino malè sensisse, & ob hãc ab iisdem illatam ei blasphemiam illos temporali atque æterna vltione torqueri. His vero plures de circumstantibus auditis, humanitatis pietate permoti accedentes vt vel semiuiuos ab igne eriperent, minime valuerunt, quoniam vindice flamma consumente illos, continuo in cinerem fuerunt redacti.* Horum hæreticorũ hæresiarcha Stephanus dicebatur, vnde Stephaniani dicti sunt, qui cum illis viuus Aureliæ combustus est. Ex eodem Glabro [f] vide Massonium lib. 3. in Roberto Rege. Cuius hæresiarchæ & sociorum impia, quibus Caluinistæ nostri consentiunt, dogmata quædam colliguntur ex epistola Ioannis monachi Floriacensis ad Oliuam Abbatem sanctæ Aosonensis Ecclesiæ, dicentis inter alia: *fecit Rex Robertus viuos ardere de melioribus clericis*, id est insignioribus ad improbitatem hæreticam & principalioribus, siue de nobilioribus clericis, *prope quatuordecim eiusdem ciuitatis, qui Deo odibiles perosique cælo & terra abnegando abnegabant sacri baptismi gratiam, dominici corporis & sanguinis consecrationem. Cùm hoc, post perpetrata scelera vitiorum, negabant posse recipi veniam peccatorum. Enimuero etiam hos assertionibus nuptiis detrahebant: à cibis etiam quos Deus creauit & adipe tãquam ab immunditiis abstinebant.* Hæc de hac hæresi Ioannes monachus Aureliæ exorta, sed statim pio religiosoque Roberti Regis studio & opera compressa. Quàm vero salutare delinquentibus, pacificum Reipub. vt supra demonstratum, sed etiam Ecclesiæ Dei eiusque religioni gloriosum sit, in sceleratos illius hostes pœnis atque suppliciis animaduertere, audiat lector quæ sequuntur. [g] *Si qui vero post modum huius peruersitatis sectatores fuerunt reperti, simili vltionis vindicta vbique fuerunt perditi: Propterea venerabilis Catholicæ fidei cultus extirpata insanientium pessimorum vesania vbique terrarum clarior emicuit.*

Maximam sibi laudem gloriamqoe peperit imperator Alexius Comnenus, quod sui temporis nefandissimum hæresiarcham noper ab inferis excitatum exortumque, Basilium nomine auctorem hæresis Bogomilorum, sua vigilantia magnoque labore detexerit tandem, detectumque flammis ardentibus, ignibusque viuum vt hostiam Deo gratissimam rapacibus immolauerit. Vt Zonaras auctor est, de cuius execrandis nefandisque dogmatibus & hæresibus [h] Euthymius, & alij scriptores Græci huius temporis scripsere. Quid Petrum Bruis à quo Petrobrusiani Albigenses hæretici, Sathanicum hominem tot blasphemiarum in Deum Christum D. Ecclesiamque eius artificem in Arelatensi prouincia, aliisqoe huic adiacẽtibus locis tot maledictorum errorumque contra Catholicam fidem disseminatorem commemorem? Nonne [i] flammis ignibusque, quos ex dominicis crucibus quas passim comburebat, accenderat, viuum, annuente & iubente principe Philippo Augusto apud S. Ægidij oppidum Volcarum, fidelium Christianorum zelus extinxit? Vuilelmus Neubrigensis discipulos nefandissimi & imperitissimi hæresiarchæ dicti, Eon, quem diabolus horribili fraude dementauerat, in Concilio Rhemẽsi anno 1148. sententia publica principis magistratuum flammis consumptos fuisse scribit. De quorum insania atque furore mira hæc planeque stupenda refert. [k] *Discipuli vero eius scilicet Eon Britonis natione, qui se dicebat esse diuinum hominem de cælo demissum, quique in Concilio Rhemensi interroganti Eugenio 3. Pontifici dicebat, se esse qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem, quos magnis insignuerat nominibus, aliũ scilicet vocans sapientiam, alium scientiam, alium iudicium, & in hunc modum cæteros, cum sanam doctrinam nulla ratione reciperet, potius obstinatissime de falsis gloriarentur vocabulis: In tantum, vt ille qui iudicium dicebatur suis detentoribus vltricem infelici fiducia comminaretur sententiam: Curia (scilicet Regis iustitiæ) & postea ignibus traditi, ardere potius quam ad vitam corrigi maluerunt:* subdit post hæc Neubrigensis [l] *Audiui à quodam venerabili viro, qui interfuit, dum hæc agerentur, quod audierit, qui Iudicium dicebatur, cum ad supplicium duceretur, crebro dicentem: Terra findere: tanquam ad oris eius imperium terra aperienda esset, &*

a cap. facta 4. distinct.

Sine fide nulla vera iustitia

b c. vbi supra 14 q. 1.

Communior pœna debita hæreticis obstinatis, maximè hæresiarchis & dogmatizantibus est ignis, quod multorum inductione exemplorum ostenditur

c Ioann c. 15. v. 6.

4. Exemplum. Montani Manichæi

d Lucas Siculus in historia Manichæorum

Manichæi hæretici iussu regis Roberti Aureliæ viui combusti.

e Glaber l. 3. cap 8

Ignis rapax animos obstinatos conuertit.

f Massonius l. 3. in Roberto Rege.

In impios hæreticos animaduersio Ecclesiæ Dei valde gloriosum

g Glaber ib. c. 9

6. Exemplum. Basilij hæresiarchæ Alexij Comneni Imp. sententia viui combusti.

h Euthymius de hæresibus Basilij hæresiarchæ.

7. Exemplum. i Petrus Cluniacensis, ep. 1 ad Archiep. Arelatensem & alios Episcopos Petrus Mauricenus epist. ad Episcopos Galliæ Narbonensis, & Massonius li. 3 Annalium, in Philippo Augusto.

8. Exemplum. Hæretici discipuli hæresiarchæ nomina viui in Concilio Rhemensi combusti anno 1148.

k Vuillelmus Neubrig. l. 1. c. 19 & Robertus in additione ad Sigebertum an 1148 narrat prodigiosam hæreticorum maniam.

l Ibidẽ Vuillelmus.

9. Exemplum. Arnaldus hæresiarcha viuus combustus Romæ.

deuoratura sicut Dathan, Core & Abiron hostes eius, &c. Arnaldum hæresiarcham qui tandiu rebellionom, dissentionum, impietatumque furoribos Ecclesiam Romanam vrbemque vexauerat, tandem post innumera flagitia, caprum ignibus viuum, flammisque vltricibus deuorandom Imperatoris Friderici primi sententia tradidit. De quo hæc Vaticanus codex in Hadriano IV.

a Codex Vaticanus in Hadriano 4.

[a] *Cum Fridericus Imperator in vrbem venisset, coegissetque Romanos captum Arnaldum tradere in manus Cardinalium, traditumque Papæ submitteret, quem dedit præfecto vrbis Petro iudicandum à quo viuus ad ignem & flammas condemnatus est. Sic miser & impius igne viuus consumitur, qui tandiu Ecclesiam & Rempublicam Romanam tanto rebellionis & hæreseos igne incenderat, &c.* Similia habet[b] Otto Frisingensis.

b Otto Frisingensis l. 2. c. 20 in Friderico.

Sed quid pietatem zelumqoe Catholicæ religioois Christianorum principum in refrænandis extit pandisqoe iusta pœnatum seueritate, hæreticorum, hæresiarchatum, aliorumque Ecclesiæ Dei petsecutorum & hostium, impietatibus & imposturis execrandis, longiori sublimatum ptædicatione teeensebo? Cum isti nostræ tempestatis nefandis inquinati hæreseon impietatumque portentis homines, tot millium animarum crudelissimi carnifices, quas suorum sacrilegorum nefandorumque dogmatum abominatione toties orco gehennæque sempiternæ præcipitarunt, hæresiatchæ cmnium perniciotissimi Lutherus, Bucetus, Melancton, Caluinus, Beza, hæreticos, sactilegos, idololatras, aliosque veritatem, sinceritatemque dioinæ religionis & honoris, falsorũ blasphemantiumque dogmatum impietati ptostituentes, nullomodo tolerandos, sed potius pœnis suppliciisque percussos penitus exterminandos esse fateantur? Qualiter magnus ac primus nouatorum Patriatcha Lutherus loquatur audiamus:

Nostri temporis hæresiarchæ impietatis, contra Christi fidem propugnatores, Lutherani & Caluinistæ hæreticos pœnis extremis opprimendos censet.

c Lutherus in postil'lo minori in Dominicam 5. post Epiphaniam.

[c] *Custodit*, inquit, *magistratus non solum secundam, verum etiam maximè primam tabulã idololatrias, blasphemias, execrationes, periuria vlciscitur. Oblatos hæreticos, vt in verum numen contumeliosos atque alios eas blasphemias docentes coercet, præfractiores atque in errore pertexendo contumaciores, vt eum certissimo plurium exitio, pro maleficis puniendos suscipit. Neque enim hoc facit zizania euellere intelligitur: quia enim suo officio in eo regno non versatur, vbi de euellendis zizanijs interdictum positũ est, &c.* Et paulò post, ita concludit. *Non igitur magistratus & huius generis vitæ corporalis officiales, cum scandalis perturbantibus tranquillitatem, seuera vindicatione obuiam eunt, zizania contra mandatum Christi euellunt, sed id præstant pro parte sua vt verum triticum in Ecclesia à zizanijs non prorsus opprimatur, & regnum Dei in terris non prorsus exolescat.* Quorsum Caluinus ad ignes & flammas in Serueti exitium, quod eum Trinitarium censoerit, Geneuenses suos sua persuasione clamoribusque prouocauit? nisi quod hæreticos vltricibus flammis exterminandos esse crediderit? Cuius sententiam comptobans Philippus Melancthon dixit.

Caluinus Seruetum igni fossit adiudicari quia Trinitarius erat.

d Melãcthon in locis communibus. Monlij cap. de Ecclesia.

[d] *Senatus Geneuensis rectè fecit quod blasphemum hominẽ Seruetum interfecit. Est enim vnum ex præcipuis officijs Magistratus, facere executionem corporalibus pœnis contra deprauatores primæ & secundæ tabulæ, quando aliquis colit idola, & diabolicum venenum in homines infundit. Tunc magistratus iustè facit si eum tollit: quia mandatum Dei est, vt textus seuerè præcipit: Ne parcas ei, debet esse Nemisis & sana diligentia.* At Marti-

A nos Bocerus quam in hac assertione elare loquitur.

e Martinus Bucerus ad cap 22. S. Matth.

[e] *Hinc, inquit, capitalia fecit non solum adulteria, homicidia, & id genus atrociora scelera, sed etiam si quis à cultu Dei docendo abduceres. Si quis sibi ipsi tantum idola, aut aliam superstitionem statueret, si ariolos consuleret, si Deo contumelium diceretur, & eiusmodi quæ propriæ ad curam attinent religionis. Iam Deus non mutatur, Quore in has eadem hodie quoque magistratum animaduertere decet. Nec enim minus apud priscos vera religio cordi fuit, atque hodie, & æque tum, atque modo opus spiritus sancti illa extitit.* Theodorus verò Beza quid post illos? eius hæc verba sunt.

f Beza l. de hæreticis à ciuili magistratu puniendis.

[f] *Sed qua pœna sit scelus hoc* (scilicet

B hæreseos) *vindicandum, quorsum attinet obsecro humanis coniecturis probare: Cum plura & aperta testimonia in verbo ipsius legantur? Sic enim ait.*[g] *Qui sacrificat dijs alienis præterquam soli Deo moriatur.*

g Deut. 13.

O detestabiles hætesiarchæ! tot hæreticorum patroni, tot perditores animarum atque dilatatotes oris inferni.[h] Sine termino! Si quæ verbis aduersus veritatis inimicos affirmauistis, Catholici principes, à principio nascentis & ab inferis erumpentis abominationis vestræ, supplicia correctionesque sicut oportuit, iusta legum suarum fortitudine ac robore, in vos vestræque zizaniæ sectatores excitauissent: Cathedram pestilentiæ, quam contra Ecclesiam Dei, immaculatam Christi D. Sponsam, thronum spiritualis Imperij, sedem Apostolicam, Cathedram S. Petri, nunc non minus flagitiosè tenetis, quam sce-

h Elaiæ c 5.

C leratè & arroganter erexistis, hodie nullam haberetis. Contra quam diuina clamant oracula:

i ad Titum, c. 3. v. 10.

[i] *Hæreticum hominem post vnam & secundam correctionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est.*

k S. Ioan ep. 2. v 10.

[k] *Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis, qui enim dicit illi aue communicat operibus eius malignis.*

S. Ioan. v. 10. epist 2.

[l] Quem ethnici principes in honorem Dei veri, in lege veteri suo necandum, morteque mulctandum iudicio sanciuerunt. *A me positum est.*

Ethnici principes Dei veri religioni rebelles necandos decreuerũt.

l l. 1. Esdræ, cap 7. v 26.

[m] *Omnis qui non fecerit legem Dei tui dicebat Artaxerxes Esdræ, & legem Regis diligenter, iudiciũ erit de eo siue in mortem, siue in exiliũ, siue in condemnationẽ substãtiæ eius, vel certè in carcerẽ.*

m Daniel 3. v. 96.

[n] *A me positũ est hoc decretũ, vt omnis populus, tribus & lingua, quæcunque locuta fuerit contra Deum Sidrach, Misach, & Abdenago disperçat, & domus eius vastetur.*

n S. Ignatius ep. ad Ephesios.

Si enim, aiebat S. Ignatius, *qui humanas domos corrumpunt morte plectuntur, quanto maiores pœnas da-*

D *bunt, qui moliuntur Christi doctrinam adulterare, pro qua crucem & mortem sustinuit Dominus Iesus Dei vnicus filius? Cuius doctrinam si quis impinguatus & dilatatus spreuerit in gehennam ibit: Similiter omnis homo qui discendi vim à Deo accepit, supplicio subijcietur si imperitum sequatur pastorem, & falsam opinionem amplectatur pro vera.*

o 2. Corinth. c. 6. v. 15.

[o] *Quæ communio luci cum tenebris? Christo cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli, aut templo Dei cum idolis?* Ego vero etiam dico, Quæ communio veritatis eum mendacio, aut Iostitiæ cum iniustitia, aut veræ opinionis cum falsa. Atque hæc quidem satis dicta sunto de pœnis aduersus hæreticos, & alios Dei Ecclesiæque eiũs tebelles & hostes, ad quas Christianorum Principum se pietas extendit, quibus illi perculsi conuertantur aut pereãt: sed vt magis conuettantut quam pereãt, piorum principum, sicut cæterorum Catholicorum his in vittute conformium, vota sunt.

Quibus iungo mea, precesque, quas pro oo-

4 Pars. Votum, precesque Deo fusa, pro vera hæreticorum conuersione.

stris nooatoribus in salute sua voluntariè perditis, deplorabili cæcitate, pertinaciaque stupenda Satanicos abominationis Lotheranæ, Caluinianæque fœtores amplexantibus, Deo Saluatori nostro de meliori sensu pietatis, ardoreque charitatis assiduè profundo: vt det illis illuminatos cordis oculos, intelligentiasque mentis, potenti suæ gratiæ virtute cōfirmatas misericorditer impertiatur.

1. Lutheri Caluinique abominationes execrentur.

Quibus horribiles nefariæ vitæ, doctrinæque pestiferæ patriarcharum suotum, Lutheri, Caluinique, à quibus misere dementantur, insanias efficaciter apprehendant, vt serio detestentur.

2. Errores suos agnoscant, vt vera pœnitentia permanè infinitam Dei in se misericordiam admirantes.

Errotes suos vitæ sceleribus immersos, tandiu contra cœlum, cœlique regnatorem blasphemias sacrilego vomitu nimis atrociter eructantes, iudicio maturo considerent, vt perhorrescant: atque propter eos execratione perfecta damnatos, maxima, quæ secundum Deum pœnitentiam, in salutem stabilem operetur, tristitia conterantur. Immensam Dei, Christique Domini misericordiam, patientiamque ineffabilem tanto tempore eos ad veram errotum, vitiorumque suorum correctionem longanimitet expectantis, fideliter agnoscaot, vt magis admirentur: & admitantes honore summo, prædicationeqoe super omnem laudem, verè pœnitentes, de suis salubri confusione vitiis, & erroribus erubescentes attollant Romanam Ecclesiam, Apostolicam, Catholicamque ab omni errotis vitijque macula liberam, solam Saluatoris nostri sponsam esse, omnium sanctissimam fidelium parentem, corde credant ad iustitiam, & ad salutem ore, opereque profiteantur: profitentesque sua meritoria in illius gremiū cōuersione consolentur, & exhilarent: quam tot à Deo criminibus auersi, tot hostilibus eam persequentes excessibus, funestissimè contristauerant.

3 In Ecclesiæ gremium redeant.

Denique singularem, misericordemque maximè, Regis nostri Christianissimi benignitatem, clementiamque in se ipsos, honore, affectuque puro suspiciant, omnique rebellione deposita reuereātur.

4. Christianissimi regis benignitate longanimi non abutantur vlterius.

Qui cùm illos pro grauitate erroneæ, hæreticæque improbitatis, iusto salutarique edictorum suorum rigore, principum pietatem maiorum sootum, zelumque diuinæ flamma charitatis ardentem, in similis perfidiæ, hæreticæque peruersitatis assertores, defensores, atque professores obstinatos, æmulando, refrænare posset; hos tamen in suarum corruptionom fidei, errorumque sordibus volotari permittit, toleratque patienter ex indulgentia regia: cupiens eos in spiritu lenitatis, atque dulcedinis, si fieri possit, à perditionis manifestæ naufragio, quo pertinaciter immerguntur, ereptos in saluationis suæ, veræque ad fidem Catholicam conuersionis portum, magno iactatos insaniarum hæreticarum turbine reducere. Videant, si sanari, saluariq; velint, ne benignitate, & lōganimitate Christianissimi principis, eos ad salutem sapere concupiscentis, in suarum perniciem animarum, Ecclesiæ Dei, regnique perturbationem diutius abutantur: & illius religiosissimę maiestati suis vlterius rebellionibus illudant.

5. Quantum nefas subditos regi suo iusto iubenti rebellando resistere.

Facinus est regi suo, pietate, & iustitia clarissimo non obedire, scelus illum contemnere, parricidium factionibus iniquis in illum seditionibusque proditoriis partes aduersas saluti publicæ, maiestatique regnantis inimicas molientibus in regno, conspirare. Quid dicam aduersus illum ad arma, ad saga, gladios, ignesque furen-

A ter aduolare? Hæc tam atrocia, nefandaque, Deo ipsi tam execrabilia, quinam moliuntur, rabieque seditiosæ factionis operantur? Nonne rebelles, obstinatiq; hæretici, Caluinianæ phalanges?

6 Nefaria hæreticorum Galliæ intra regnum eiusque regnū instar Belgicarum hæreticorum machinationes.

Qui nō modo castella, ciuitates, & oppida in hoc Christianissimo regno per summum nefas, inuito rege retinent, sed etiam alia quamplurima, tam fraudulentis insidiis, quàm apertis armorum furoribus, de manu Regis, obedientiaque fideli illi debita substrahere quotidie, rapere violenter, ad instarque Belgicorum hæreticorū deprædari moliuntur. Vt nisi Deus optimus, maximus, singularem præter cæteras curam, solicitudinem effectu salutari propitiā, prouidentiamque paternā, de Rege nostro Christianissimo, eiusque regno B suscepisset, atque ipsi salutaribus consiliis, militaribusque copiis misericorditer affulsisset; hodie profectò popularem, furiosumque hereticorum rebellium obstinatiooe perfida corroboratorum statum, execrabilemque tumultibus efferatam exitialibus ἀναρχίαν in ipsis Galliæ visceribus, nō sine horrenda regiæ prostitutione maiestatis, acerbissimo sensu tacti doloris, nos ipsi proh nefas! publicæque desolationis saucij vulnere cerneremus. Hi crucis inimici quid expectant? quid funestè moliuntur? quid aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, Christianissimum nempe principem, primogenitum Ecclesiæ machinantur vlterius? Næ illi vehementer errant, si illam principis huius pristinam lenitatem, mansoetudinem, clementiamque perpetuam sperant sibi futurā!

7 Fructus hæresis horribiles.

C 7. Tantorum causa malorum hæresis! Hi fructus præter alios pestiferæ arboris in infertio radicatæ! hærericorum blasphemiæ in Deum, persecutiones in Ecclesiam, furores io Apostolicam cathedram, spirituale Christi domini in terra solium, rebelliones in proprios reges, in sacros eorum principatus, salutemque populi machinationes! Germanum quippe, propriumque hæresis est, nunquā à rebellione in legitimos, fidelesque Christo principes, eorumque regna deficere: nūquam à conspiratione in eos, pro Catholicæ religionis interitu quiescere: nunquam ab armorum, quibus intereat populus, aut peruertatur, cessare cruote; nisi cum viribos exhausta planè languescit, nunquam tamen praua nocendi voluntare deficiens. Hanc tā immanē à regno Christianissimo furiam, Christus dominus per viscera misericordię suę, per nostras à peccatis auersiones citò cōfusam, extinctamque penitus auertere dignetur.

8 Quando hæc lugēdo scripsit auctor.

D 8. Hæc gemens, ploransque scribebam, cùm tot furiosi rebellionum, seditionumqoe æstus ab hæreticis, contra sacram Christianissimi Regis maiestatem, honorem, imperiaq; patrabantur. Et inter strepitus rebellionū istarum contra Deū, principēque suum armatarum sacrilegos, rabidosque tumultus, violata Catholicę religionis authoritas, pietas honoris, & obedientiæ principi Christianissimo debitæ vulnerata, pacis publicæ vastatio, populique fortunarum, atque salutis oppressio, hanc cū gemitu vocē orationis ad dominū mœsto de pectore meo iterādæ semper qoousq; exaudiatur, expresserūt.

Postrema votà orationisque verba, vt hæresis immortaliter exterminetur & hæretici benè conuersi saluentur.

a Exod 34. v. 6.

[a] Dominator domine, Deus misericors & clemens, patiens & multæ miserationis! pie Iesu, misericordiæ Deus infinitæ! Confundatur obsecro, hæc regnorom lues hæresis, animarum deceptarum furia, tot in regno tuo, quod est Ecclesia, fons calamitatum tot abominationum, extremorumque artifex, & causa malo-

quod est Ecclesia, fons calamitatum, tot abominationum, extremorumque artifex, & causa malorum exinaniatur. Vis omnis istius infernalium impietatum Lernæ vsque ad fundamentum in ea, de hoc Christianissimi regni quondam benedicto solo funditus à radice conuellatur, funditus extirpetur, exterminetur, ne vlla vnquã suæ maledictionis, exectationisque germina producere possit. Hæretici verò, quos illa infensatos miserè fascinauit, non confundantur, sed efficaciter ad te conuertantur! non pereant, sed verè viuant, mortui dæmonis impietati, hæreticoque furori, viui verò iustitiæ, sacræque religioni saluentur. Ab omnibus mortiferæ doctrinæ fæcibus emundati, sapientiæ salutaris, in Ecclesiæ tuæ, matris omnium fidelium sanctissimæ sinum, per viuificæ pœnitentiæ, reconciliationisque ianuam benedictionis cælestis aura reuocati fontibus abluãtur, atque saluiferis eorum liquoribus suauissime potentur. Vt postea diuinæ in cælo voluptatis torrente, beati cum sanctis omnibus inebrientur, tuaque illis apparente gloria satientur.

CAPVT XII.

De clementia, & mansuetudine, principis Christiani, valde in illo religioni diuinæ coniuncta, & consentanea.

1. *Clementia & mansuetudo principem Deo proximum facit, ac simillimum.*
2. *Quam fuerit chara & preciosa principibus ethnicis ostenditur exemplis, quanto magis debet esse Christianis amica.*
3. *Quid illa sit, & in quo maximè consistat.*

Clementia Deo principem simulem facit. Proprium Dei misereri ac bene facere.

MAGNA virtus in principe verè Christiano clementia & mansueto, eius pietati religionique maximè consentanea ac diuinitus adiũcta: quæ illũ Deo Christoque Saluatori nostro proximum, simillimumque reddit. ᵃ *Cuius cum vniuersa via sint misericordia & veritas,* ᵇ *tamè misericordia superexaltat iudicium, eademque misericordia,* ᶜ *super omnia opera eius. Cuius proprium est misereri semper & parcere,* quique, ᵈ vt sancta canit Ecclesia. ᵉ *Omnipotentiam suam parcendo & miserando maximè manifestat,* vt verè cum D. Augustino dicere debeamus.ᶠ *Sicut naturalis proprietas ignis est calefacere, solis lucere, sic Dei proprietas quæ ab essentia non discernitur,* est misereri. Quia natura Dei, nihil aliud est secundum S. Dionysium quam, ᵍ αὐτὸ ἀγαθότης, in ʰ lege Moysis per propitiatorium ex solido auro sine vllis picturis permixtioneque alterius metalli cõflatum, fideli populo repræsentata: creaturarum miseriis afflictionibusque succurrere sueta, illarum ignoscere peccatis, tarò ad iram vindictamque contra illarum iniquitates inflammata: cum in Deo irasci & assurgere ad peccantiũ vltiones,ⁱ *opus esse peregrinum propheta magnus ostenderit.* Quæ verba profundius altiorique studio meditãdo dicebat ᵏ S. Hieronymus. Contra impios & illusores, *irascetur dominus, vt faciat opus suum? Nequaquam? non est enim opus domini perdere quos creauit, sed facere opus alienum ab eo, vt puniat, qui est Saluator.* Qui propterea, *non ex corde suo,* vt loquitur ˡ Ieremias. *Humiliauit & abiecit filios homi-*

ᵃ Psal. 24. v. 11.
ᵇ S. Iacob. c. 2. v. 13.
ᶜ Psalm.
ᵈ Orat. Eccl.
ᵉ Cant. Eccl.
ᶠ D Aug. l. de diligẽdo Deo.
ᵍ Ελλάτιαboni. tatis ex D. Dionys. l. de diuinis nominibus c. 2. D. Thom. l. de sacram. altaris c. 16. circa fin.
ʰ Exod. c. 2.
ⁱ *Irasci & punire in Deo est opus peregrinũ.* Isaiæ c. 28 v. 21.
ᵏ S. Hieron. in c. 28 Esaiæ tom 4
ˡ Ierem. c. 3. Thre. v. 33.

A *num,* sed inuitus, repugnanteq; clemẽtissima natura sua, prouocatus ad iras delinquentium fine fine scelerũbus hominum, ad crimmum eorum pœnas tardè lentoque gradu dolens aduenit, dicendo sicut ante diluuium, ᵐ *tactus dolore intrinsecus delebo hominem quem creaui.* Sed cum miserẽdi, calamitatibusque vexatorum succurrendi opitulandique tempus est, ad hoc suum opus non lasso pede graditur, sed pernici celerique propetat: Nec solum ad relaxãdas afflictorum miserias accurrit, sed aduolat: & vt est in prouerbio, illius clementia, & in homines, *pedibus celeres amor addidit alas.* Qui est ipse diuinus gygas qui, ⁿ *exultauit ad currendam viam suam,* viam mansuetudinis & clementiæ, nec est qui se abscõdat à calore eius misericordiæ & charitatis. Cuius incensus ardore dicebat Exod. 3. ᵒ *vidi afflictionem populi mei in*

B *Ægypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum qui præsunt operibus, & sciens dolorem eius descendi, vt liberem eum.* Qua igitur ratione potentiori, viaque efficaciori principes regesque Christiani, ad Deũ propius approximabunt, vt illius diuinam in se maiestatem perfectius clementiusque repræsentent, quàm per clementiã mansuetudinemque hominibus miserando? cum orator tametsi profanus dixerit. ᵖ *Nulla de virtutibus admirabilior nec gratior misericor dia, nullaque re propius homines accedunt ad Deos quam salutem hominibus dando,* & Poeta superstitionis paganicæ cecinent.

ᑫ *Sola Deos æquat clementia nobis.*

C Quid nobilius, quid gloriosius, quid felicius principi pro contingere potest, quam sic clemẽtissimi Dei ac Saluatoris nostri per misericordiam mansuetudinemque imitari naturam, vt sit alter hominibus afflictis miserando Deus? Quid ʳ S. Nazianzenus dicat audiamus, *fac calamitoso sis Deus, ac, qui hoc fiet? Des misericordiam imitando: nihil etiam tam diuinum homo habet, quam de alijs bene mereri.* Post hæc. ˢ *tibi pauper relictus est, vt Deo: his enim verbis pudore te permoueb.* Hoc clementiæ mansuetudinisque nomine etiam in afflictos misericordiam comprehendo: vt dum princeps Christianus, Dei in ignoscendo miserendoque religiosus imitator pœnas peccatoribus, culpæ pertæsis iure debitas clementia relaxat, vltionis affectum mansuetudine temperat, ne tumidas in iras

D exardescat, etiam bona pro malis reddendo, afflictis reis & nocentibus opitulando misericordiæ magnitudine, beneficia Christianæ charitatis effundit. Similia potuit Imperator ethnicus recẽti ᵗ victoria gestiens & exultans, hostibus triumphatis, sola naturali moralique clementia præditus misericorditer elargiri. Quid misericordiæ Christiana clementia, mansuetudoque Catholicum principẽ in victos domitosque subditos suæ rebellionis osores præstare cõmouebũt? Quo igitur Ciceronis ad Cæsarem victorem triumphatorẽmque de hostibus ista pertinebunt? ᵘ *Verum animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam tẽperare, aduersarium nobilitate, ingenio, virtute præstantem, non modo extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem, hæc qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico.* Hoc pro vanitate paganica princeps ethnicus exhibuit: Quid Catholicus princeps, vt assimiletur Deo pro Christiana veritate præstabit? hic honos in Dei similitudine consistens, à clementia regia profectus, arte cælesti cõparatus

Deus tardè ad vindictam cito ad veniam miserando venit.
ᵐ Genes. c. 6.
ⁿ Psal. 18.
ᵒ Exod c. 3.
Nihil magis hominem Deo similem facit quam misericordia & clementia.
ᵖ Cicero pro Ligario.
ᑫ Claudianus.
ʳ S. Greg Nazianz orat de pauperum amore
ˢ S. Gregor. Naz ibid.
Quid clementia, mansuetudinem misericordiamque continens, bonis præstat afflictis & peccatoribus.
ᵗ Cæsar erga Ligar. Marc. & alios.
ᵘ Cicero pro Marcell.

est, vt S. Epiphanius Ticinensis in Liguria ciuitatis Episcopus Anthemio Imperatori pro Ricimere magistro equitum in occidentali imperio, rebelle atque conspiratore, exterius pœnitentiam conuersionemque simulante deprecans, hac oratione missus à Ricimere ad eum legatus sapienter inculcabat. [a] *Summa cælesti Domini (venerande princeps) est ordinatione dispositum, vt cui tanta republica cura mandabatur, idem per Catholica fidei dogma, Deum & auctorem pietatis agnosceret: per quem bellorum furorem pacis arma confringunt, & calcans colla superbiæ concordia superat, quod fortitudo non prævalet. Sic namque Dauid prædicabilem parcendi, magis inimico animus reddidit, quam intentio vindicandi. Sic perfecti seculorum reges & domini, supplicantibus indulgere, cælesti arte didicerũt. Supremæ nãque dominationis instar possidet, qui imperium suum pietate sublimat.* Et paulò post. *Erit enim triumphus vestris profuturus annalibus, si sine sanguine viceritis simul: nescio quæ species fortior possit esse bellorum, quam domare contra iracundiam, & ferocissimi Getæ pudorem onerare beneficijs. Grauius enim percellitur, si postulata impetret, quem puduit hactenus supplicare, &c. Clementia boni principis fert legem iugiter miserandi.* [c] Vt idem S. Epiphanius regi Theodorico missus ad eum legatus pro liberãdis Liguriæ populis à tributorũ grauitate dicebat.

a Ex actis S. Epiphan Ticinensis ab Ennodio Ticinensi Diacono.

Boni principes veram clementiam arte salesti didicerunt.

c Ex Ennodio Diacono in vita S Epiph.

2. Pars.

Clementiam charam pretiosamque principibus etiamsis probatur exemplis, quanto charior & pretiosior debet esse Christianis.

2. Semper autem in pagana gente principibus naturali bonitate præditis clementia mansuetudoque magnoperè placuit, tanquam virtus homini inter cæteras virtutes cõuenientissima, quia humanissima: quæ hominum mentes animosque à pœnis vltionibusque ad misericordiam lenitatẽque cum iudicio solet inflectere, sed præcipue regum ac principum. [d] *Quos ex cunctis mortalibus maximè decet.* [e] *Quoniam plus habet apud illos quod seruet, ac maiore in materia apparet: Omnia sceptro digna concilians amorem maximè subditorum*, iuxta illud [f] Tragici.

d Senec. l. 1. de clementia.

e Seneca ibi.

f Seneca poeta tragic.

Qui vult amari, languida regnet manu.

Cum securitatem salutemque principis, vt poëta loquitur.

[g] *Non sic excubiæ nec circumstantia tela,*
Quam tutatur amor.

g Claudianus ad Honor.

h Plin. in paneg.

[h] Hæc arx inaccessa, hoc inexpugnabili munimẽtũ est, *munimento non egere.* Hanc clementiæ misericordiæque virtutem, principum Imperatorũque maiestati adeò sociatam copulatamque Romani credebant: vt etiam ipsorum Imperatorũ statuas sæuo cædium, effusique sanguinis aspectu fœdare, nefas esse iudicarint. In huius rei testem prodext Dio Cassius [i] vltimo suæ historiæ libro scribens Imperatorem Claudium, cum quãplurimos seruos, quod dominos suos sub Tiberij Caligulæque tyrãnico principatu delatores accusauissent, in arenam gladiatoriam descendere iussisset, vt ibi se mutuis vulneribus confoderẽt: *statuam Cæsaris Augusti quæ ibi erat aliò deduci aut aliquo velo contegi mãdauisse, ne ipsa, vti credebat, statua tot interfectorum vulneratorumque cruoris aspectu, tanquam alienius immanis crudelisque flagitij cõspectu fœdaretur*: Reperti sunt inter innumeros clementes mansuetosque principes aliquot immanes crudelesque: Qui eum cædibus, cruoribus, internecionibusque non subditorum modo, sed consanguineorum, proximorum, parentumq; cruentati, vndique recenti sanguine teperent, nominibus tamen clementiæ, mansuetudinisque insigniri decorarique voluerunt. Eorum fuit vnus de Ptolemæis Ægypti regibus, qui postquam filios suos necandos trucidandosque curauisset, postquam sui regni viros doctos sapientesque cũ collegiis eorum Alexandriæ fundatis & erectis, igni flammaque deuorandos vastandosque mandauisset, voluit [k] *Euergetes*, scilicet benefactor appellari: quem ex opposito Alexandrini κακεργέτην malefactorem scilicet appellarunt. Hunc secuti sunt tres alij Ptolemæi, quorum primus [l] Philometor, scilicet matris amator: alter [m] Philadelphus, amator fratris, tertius vero [n] Philopater, amator patris vocitati sunt, nominibus plane immanium veritati factorum, quæ crudelissimè patrauerant appositis. Nam primus matri, secundus fratri, tertius patri necem immanissimè consciuerant. At vera clementiæ virtus inania vanaque nomina mendacio subdita respuit, & aspernatur, sed opera huic tam reuerendo nomini conformia requirit: efficiens eos, quorum semel generosa occupauit ingenia, non inanibus vocibus, sed solidis mansuetudinis veræ misericordiæque fructibus mirum in modum cum exultatione lætantes.

i Dio l. vltim. hist. Rom.

Principes qui nomine tenus clementiæ haberi voluerũt, cũ re ipsa crudelissimi extiterint.

k Ptolemæus Euergetes.

l Philometor.

m Philadelph.

n Philopater.

Philippi Macedonij clementiæ duo memorabilia exempla.

Inter prophanos principes Philippum Macedoniæ regem non sine magna prædicatione recordabor: qui stomachantibus & indignantibus amicis, quod Peloponesi maximis ab illo decorati muneribus, eum nihilominus maledictis calumniisq; proscinderent, ludisque Olympicis exsibilarent, rẽm totam vertens in iocum respondit. [o] *Et quid ergo facerent si læsi à nobis fuerint?* Cumque sibi persuaderent alij, vt asperius paulo, ingratos Athenienses exagitaret, vexaretq; propter iniurias acceptas ab illis. [p] *Nihil agitis (inquit) an ego qui ad gloriam omnia refero theatrum gloriæ meæ euertam?* Iulij Cæsaris in animo quàm altis hæc semper clementia radicibus insederit, multa illius dicta, elogia, factaque testantur, sufficiat nobis breuitati consulentibus, verba illius ex quadam epistola ad Oppium, & Balbum post victum traditumque funeri Pompeium, ad huius claritatem clementiæ mansuetudinisque recensere. [q] *Gaudeo me hercule vos significare literis, quàm valde probetis ea quæ apud Corfinium sunt gesta: Consilio vestro vtar libenter, & hoc libentius, quod mea sponte facere constitueram, vt quàm lenissimum me præberẽ, & Pompeium, darem operam, vt conciliarem*, scilicet defuncti memoriam populo, qui eius statuas per odium disiecerat. *Tentemus hoc modo, si possumus omnium voluntates recuperare, & diuturna victoria vti. Hæc noua sit ratio vincendi, vt misericordia & liberalitate nos muniamus.* Augustus Cæsar Iulij clementiæ, sicut imperij hæres, cum præmium decies sestertiom, nempe circiter viginti millia coronatorum, nummorumque aureorum cuilibet homini spopondisset, qui famosum quẽdam in Hispania latronem publicæ priuatæque paci perniciosissimum, viuum ad se potuisset adducere. Sed insignis ille latro spe omni fugiendi latendique frustratus, generoso constantique animo ad ipsum Augustum vltro accessit, in vtrumque paratus, seu illius Imperatoris animum irasque flectere, seu certe occumbere morti, his illum principẽ verbis affando. *Quæsitus tibi Crocotta, ecce adsum: facies quod voles huic capiti.* Fidentem animi hominem Augustus respiciens, scelerum tot illius patratorum memoriam abijciens, & iræ frena cohibens, non mo-

o Plutarch in apopht. reg. principum.

p Ibid.

Cæsaris clementia.

q Epist Cæsaris ad Oppiũ & Balbum.

August. Cæsare Sueton. in eius vita & alij.

In Crocottam insignem latronem Augusti Cæsaris clementia & beneficentia

do ſcelerato latroni ſicut alibi Cinnæ inſidiatori pepercit, ſed etiam propoſiti prœmij illum largitione locupletauit. Quanta verò primis imperij annis manſuetudo clementiaque Neronis extiterit, qui poſtea in tetram immanemque crudelitatis belluam monſtrumque deſciuit, Seneca his verbis expreſſit: ipſum imperatorem propter hanc virtutem miris cum exclamatione varia patheticaque laudibus efferens.[a] *Animaduerſurus in latrones duos Burrus præfectus tuus vir egregius & tibi principi natus exigebat à te, ſcriberes, in quos & ex qua cauſa animaduerti velles. Hoc ſæpe dilatum, vt aliquando fieret, inſtabat: inuitus inuito cum chartam protuliſſet, traderetque exclamaſti: vellem neſcire litteras.* His prolatis clementiæ ſummæ vocibus, exclamauit. *O dignam vocem, quam audirent omnes gentes, quæ Romanum imperium incolunt: Quæque iuxta iacent dubia libertatis, quæque ſe contra viribus aut animis attollunt: O vocem in concionem omnium mortalium mittendam: in cuius verba principes regeſque iuramentum faciant! ô vocem priſcæ generis humani innocentiæ dignam, cui redderetur antiquum illud ſeculum! Nunc profectò conſentire decebat ad æquum bonumque, expulſa alieni cupiditate, ex qua omne animi malum oritur, pietatem integritatemque cum fide ac modeſtia ſurgere, & vitia diuturno abuſa regno, tandem felici ac puro ſeculo dare locum.* Suetonius de clementi miſericordique Veſpaſiani animo hæc ſcripſit. *Neque cæde cuiuſquam vnquam lætatus eſt, iuſtis ſupplicijs illachrymauit etiam & ingemuit.* De filij eius Titi clementia mauſuetudineque, quanta ab eodem auctore alioque ſcripta audiuntur elogia? Qui non ſine cauſa præ manſueta clementique natura, *amor deliciæque generis humani*, nuncupatus, pontificatum maximum propterea ſe palam publicè ſuſcipere profeſſus eſt, *vt in ſupremo ſacerdotij dignitatis gradu conſtitutus haberet quo ſe à ſanguinis etiã noxij effuſione protegeret:* Quod ſicut animo concepit & magno deſiderio concupiuit, effectu ipſo præſtitit: nam, vt verbis vtar Suetonij.[d] *Nec auctor poſt hac cuiuſquam necis vel conſcius quamuis interdum vlciſcendi cauſa non deeſſet, ſed periturum ſe potius quam perditurum adiurans.* Prophana reliqua ſubticebo, ſi ſolum memorabile Adriani Imperatoris factum dictumque commemorauero. Qui occurrens nobili neſcio cui, cum quo antequam Imperator euaderet, inimicitias geſſerat, atque illi trepido & vix verba ad preces reperienti, clementer benigneque ſicut acutè: *Euaſiſti* (inquit) *Perieras enim ſi pares contendiſſemus: Nunc ſuperior omitto, & potentiam meam non niſi beneficio oſtendo.*

4. Magna Neronis in principio imperij clementia.

a Seneca l. 1 de clementia c. 1.

5. Veſpaſiani.

b Sueton. in Veſpaſiano.

c Sueton. in Tito Imp.

d Sueton. in Tito.

6. Factum magna clementia Adriani Imp. ex Spartiano in vita eius.

Hæc pauca ex innumeris paganorum exemplis. Iam ſi tam amica familiariſque principibus paganicæ ſortis clementia atque manſuetudo eſſe potuit, qua ratione à principibus Chriſtianis arceri poterit? Si tam potens in paganica ſuperſtitione partim parcendo delinquentibus, partim perculſis neceſſitate inopiaque benè faciendo extitit, quomodo ſe ab ardore charitatis Chriſtianæ, luceque Catholicæ fidei velut opacata, vanitatis, malitiæ, imperitiæque tenebris abſcondet?

3. Nunc ſi quæramus in quo hæc clementiæ virtus ſita ſit, vt Chriſtianæ religionis in principe comes eſſe mereatur, ex illius facile definitione cognoſcemus. *Quæ eſt temperantia animi in potentia vlciſcendi, vel lenitas ſuperioris aduerſus in-*

3. Pars. In quo maximè conſiſtit clementia Chriſtiana manſuetudini iuncta.

A *feriorem in conſtituendis pœnis*, at hæc definitio paganæ philoſophiæ limites non excedit! Quare hoc? quia à pagano prolata philoſopho Seneca nempe, fateor! ſed morali valde, & à Chriſtianis approbata doctoribus.[f] Nam Diuus Thomas hanc approbando citat. Cui maximè amica & ſocia ſe connectit & copulat manſuetudo, quæ, vt[g] vult Ariſtoteles, *irarum eſt moderatiua*, quod valde conducit ad mitigãdas delinquẽtium pœnas: *manſuetudo*[h] *enim*, inquit Diuus Thomas, *propriè reſpicit ipſum vindictæ appetitum quem refrenet & cohibeat, clementia verò* ipſas pœnas reſpicit, quæ exterius adhibentur ad vindictam: & tamen duę illę virtutes licet ſpecie differant, in eumdem concurrunt effectum. Quod præclaro

e Clementia quid ex Seneca l. 2 c. 3 de clement.

f D. Thomas 2. 2 q. 157 art. 1 Quia manſuetudo

g Ariſtot. l. 4. ethico. c. 5. 6.

h S. Thomas 2. 2 q. 157. art. 1. ad 1.

B hoc S. ipſe doctor illuſtrat exemplo.[i] *Sicut ad iuſtitiam propriè pertinet cohibere hominem à furto, ad quod aliquis inclinatur per inordinatum amorem vel concupiſcentiam pecuniæ, quæ moderatur per liberalitatem, & ideo liberalitas concurrit cum iuſtitia in hoc effectu, qui eſt abſtinere à furto: Sic ex paſſione iræ prouocatur aliquis ad hoc quod grauiorem inferat pœnam. Ad clementiam autem pertinet directè quod ſit diminutiua pœnarum. Quod quidem impediri poteſt per exceſſum iræ, & ideo manſuetudo in quantum refrænat impetum iræ concurrit ad eumdem effectum cum clementia.* Hæc doctor Angelicus: vnde cum de principis Chriſtiani clementia diſſerimus, lato nomine & manſuetudinem, quæ principis temperat iras, ne nimium in reos exardeſcant, & miſericordiam quæ afflictorum preſſuris calamitatibuſque ſuccurrit,

i D. Thomas 2. 2. q. 157. in corpore.

C comprehendere mens & animus eſt. Ergo ad clementiã manſuetudinẽque principis religioſi pertinet, mitius leniuſq; peccatores corrigere, vt emendentur, & ab erroribus vitiiſque ad ſaniorẽ virtutibus excultam mentem redeant. Ibi enim locũ habet hæc D. Auguſtini exclamatio.[k] *Felix neceſſitas quæ ad meliora compellit.* Hinc illa Valẽtiniani ſenioris in ſuo ad Ampelium præfectum vrbis Romæ de indulgentia Vrſicini reſcripto, vox egregia:[l] *Iure manſuetudinis noſtræ ſenſibus, vel diuinitus datum eſt, vel tranquillitate naturæ, ne cum delinquentium facinore, legum ſeueritate certemus: at ſpe emendationis futuræ mitiorem eſſe velimus correctionis iniuriam, quam prouocat meritum noſtrum.* Et in Theodoſij ſenioris animo hæ virtutes clementia, manſuetudo, & miſericordia tam amica inter ſe coniuratione fœderabantur:

Clementia manſuetudiniſque cogita eſt peccatores lenius corrigere, vt emendentur.

k S. Auguſt. in epiſt. 48.

l Reſcriptum Valent. ſenioris ex varie cod. epiſt. pontific.

D vt non ſolum viuis ignoſcere peccatoribus, ſed etiam mortuos ad vitam reducere vehementer optaret. Sicut Flauianus Antiochiæ Epiſcopus ſupplicãs Imperatori pro Antiochenis, ſua oratione refricabat, hæc dicens:[m] *Quid autem opus eſt Conſtantinum & alia exempla commemorare, cum te de proprijs & meritis tuis opus ſit exhortari? Recordare priorum, quando ſolemnitate hac*, ſcilicet Paſchali, *ſuperueniente, per totum orbem terrarum epiſtolam miſiſti iubentem carcere detentos dimitti, & ipſis ignoſci crimina, & illis humanitatem tuam demonſtrare non ſufficientibus, per litteras dicebas: vtinam mihi liceret & defunctos reuocare & reſuſcitare, & ad priorem vitam reducere &c.* Hanc principum piorum miſericordiumque clementiam, populorum quantumuis rebellium crimina vincere non poſſunt: ſed hæc omnia, *principis clementis manſuetique* miſericordia ſuperexaltat,[n] vt ſancti monachi qui Antiochiam

Theodoſij ſenioris magna in delinquentes clementia

m Ex oratio. Flauiani apud S. Chryſoſt. hom. 16 ad populum Antiochen.

n S. Chryſoſt. hom. 2 ad populum Antiochen.

venerant, pro Antiochenis patrocinaturi, iudicibus ad Antiochenorum pœnas à Theodosio seniore missis, magna loquendi libertate accensique charitate dicebant. Tantasque ad ignoscendum miserandumque victis & afflictis in ipso Imperatore clementia vires habuit, vt ipse [a] teste Synesio oratione ad Arcadium filium ipsius, *cum victor omnium esset hostium, ac magnificus imperij Ecclesiæque Christianæ perduellium persecutorumque triumphator, se tamen à clementia, mansuetudineque sua vinci superariq; voluntariè pateretur*, victúq; se hac virtute lætaretur. Hinc præclara illa in honorem prædicationemque huius imperatoris clementiæ ac mansuetudinis ethnici poetæ carmina.

a Synes. orat. ad Arcad Imper. de seruanda clementia erga supplices.

[b] *Non insultare iacenti*
Malebat: mitis precibus, pietatis abundans,
Pœnæ parcus erat: paci non intulit iram,
Post acies, odijs idem qui terminus armis
Profuit hoc vincente capi: multosque subactos,
Aspera latura commendauere catenæ,
Magnarum largitor opum, largitor honorum,
Pronus, & in melius gaudens conuertere fata.

b Claudianus in 4. Consul. Honorij Imperatoris.

Sed quàm prospera tutaque principum regumque imperia hæ virtutes, clementia, mansuetudo, misericordiaque faciant, quàmquam ab illis principes gloriosi felicesque reddantur, restat, vt pro termino huius libri, sequenti postremoque capite videamus.

CAPVT XIII.

Princeps clemens imperij fœlicitas, & contra.

1. *Clementia mansuetudoque misericos Christiani principis prosperum atque tutum reddit imperium.*
2. *Sicut seueritas crudelitasque perdit.*
3. *Et quò princeps clementior & mansuetior, eò gloriosior & beatior.*

QVAM verum illud egregiè à sapiente [a] dictum: *roboratur clementia thronus principis.* Cum experientia magistra didicerimus, [b] *firmissimũ id imperium quo obedientes gaudent:* & [c] *qui benignitate ac clementia imperium temperauere his candida & læta omnia fuisse: etiam æquiores hostes quam alijs ciues.* Sicut ex opposito.

[d] *Inuisa nemo imperia retinuit diu.*

a Prou. c. 20.
b Liuius l. 8
c Sallustius ad Cæsarem.
Clementia in tute felicitatis stat regnum imperiumque fisti.
d Seneca.

Multas easque sæpius incruentas de hostibus fortissimis Persis, Saracenis, alijsq; barbaris victorias iuniorẽ Theodosiũ, aui sui mansuetudinis æmulũ, huius clementiæ misericordiæque virtute retulisse sacri, vt [e] Theodoretus historici commemorant. Atque si recentiora opus sit exempla sciscitari, historiarum scriptores [f] obseruarunt clementiam misericordiamque Alphonsi regis Neapolitani, qua in victos hostes vsus est, vt in Antonium Caldoram Iacobi Caldoræ clarissimi quondam ducis, regi inimicissimi filium patris in hoc odio sectatorem, ipsi regi valde profuisse, vt Neapolitano regno prosperè tutóque potiretur. Notanda illa S. Seuerini morti proximi, sicut significauerat illi dominus, ad regem Thebam Rugo-

e Theodoret. lib 1 c. 36
f Pandulphus Collenutius lib 6. histor Neapolitanæ cap 8
g Seuerinus ad clementiam mansuetudinemque regem Rugorum reginamque, vt eorum prosperetur dominatio regnumque, hortatur & inflammat,

A rum, reginámque Gisam nomine vxorem eius exhortatio quam recitat Eugipius cap. 40. in vita S. Seuerini, vt à seueritate ad clementiam mansuetudinẽq; erga populos inflecterentur, ex qua multis prosperitatibus bonisque cumulari florerent, sicut ex illa multas ærumnas calamitatesque sibi populisque suis agglomerarent. *Errat enim*, inquiebat [h] Seneca, *si quis existimat tutum ibi esse regem, vbi nihil à rege tutum est.* [i] *Securitas securitate mutua paciscenda est: Non opus est construere in altum editas arces, nec in ascensum arduos colles emunire, nec latera montium abscindere, multiplicibus se muris turribusque sepire saluum regem in aperto clementia præstabit.* [k] *Qui & amorem apud populos, metum apud hostes quærit:* [l] *Qui non dominationes & B seruos, sed rectorem & ciues cogitat, qui clementiam iustitiamque capessit:* Pro quo subditi [m] idcirco *non illum timeant.* Cui iure illud [n] Homeri competat, *πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν, mitis erat, patris instar.* Qualis erat Alphonsus, rex de quo supra. Qui interrogatus. *Cur erga omnes etiam malos ita lenis esset?* Respondit. [o] *Quia bonos iustitia conciliat, malos clementia.* Sic boni, malique mansuetudine regia conuersi coniectis ab ea super caput eorum carbonibus, in vnum scopum metamque coeunt, vt quam fidelissimè, tãto principi seruiatur, prosperumque cum firmitate durationis imperium illius efficiatur. Propter quod ministros sui palatij. [p] Ipse princeps de nimia sua erga delinquentes mansuetudine lenitateque expostulantes dicentesque hanc benignitatem affabilitatemque C minimè decere, principẽ procul à se repulit eis cũ increpatione respondens. *Quid ergo? vultis vrsos ac Leones regnare? Nam hominum clementia, belluarum feritas est propria.* Si sit de hostibus Dei reipublicæque Christianæ pro salute prosperitateque imperij optata quærenda victoria: ad eam via per scalam clementiæ misericordiæque in læsæ maiestatis humanæ reos aptissima est. Theodosius magnus, de quo supra sæpius & infra sermo nobis, expeditionem molemque Romani Christianique exercitus disponens ac præparans, aduersus capitalem imperij religionisque hostem Eugenium, vt diuinum numen Christique redemptoris auxilium sibi conciliaret, misericordiæ mansuetudinisque plenas, in veniam indulgentiamque reorum læsæ maiestatis Imperatoriæ leges in sago militari verè Christianéque philosophando editas factasque publicauit. Qualis est hæc lex vnica. Titulo, si quis Impera-D tori maledixerit in Cod. Theodosiano quam ad Ruffinum præfectum prætorio his conceptam verbis anni 393. mense Augusto rescripsit: *Si quis modestiæ nescius & pudoris ignarus improbo petulantique maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporum fuerit: eum pœnæ nolumus subiugari, neque durum aliquid nec asperum sustinere: Quoniam si ex lenitate processerit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum: si ab iniuria remittendum.* Talis mansuetudo, clementiaque principis magnas pro salute imperij ad peccatorum conuersionem vires habet attestante illo Senecæ dicto memorabili: [q] *Verecundiam peccati facit ipsa clementia regentis: & grauior multò pœna videtur quæ à miti constituitur.* Quis nescit experientia benè informatus, facilitatem clementiæq; dulcedinem ad bene feliciterque regnandum seueritati præstare? & mansuetudinem suadendi

g Eugipius c. 40. de vita S. Seuerini.
h Senec l 1. de clemẽtia c 19.
i Senec. l. 1. de clemẽtia c. 19.
k Tacit l 12. annalium
l Tacit. l 12. annalium.
m Biantis dictum.
n Homerus odyss. 6.
o Alphonsi regis pulcherrimum elogium.
p Factum dictũque aliud egregium Alphonsi regis.
Opus Imperatoria regiaque clementia ad vincendos Dei Reipublicæque hostes pro salute imperij valde propitium.
Præclara Theodosij M. lex.
Ad peccatorum iniquorum conuersionem multum potest principis clementia & lenitas
q Sen. l. 1. c 24. de clementia.
Ad stabilitatem felicitatemque regni clementia quam seueritas longe aptior.

rogandique, imperio summo, coactionique præire? Quod ipse sanctus Paulus exemplo suo cõprobauit: qui ad Philemonem pro Onesimo scribens, [b] *Propter quod*, inquit, *multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro cum sim talis, vt Paulus senex, nunc autem & vinctus Iesu Christi obsecro te, pro meo filio, quem genui in vinculis Onesimo*: vt ipsius Apostoli testimonio illud esse verum cognoscatur quod postea profanus poëta cecinit.

b Epist. ad Philemonem.

> [c] *Peragit tranquilla potestas,*
> *Quod violenta nequit, mandataque fortius vrget Imperiosa quies.*

c Claudianus in paneg. Mallij.

[d] *Et remissiùs*, scilicet leniùs, dulciusque *imperanti meliùs paretur*. Quis nescit clementiam ex hostibus, amicos seruosque fidelissimos efficere? vnum pro multis ex ethnicorum schola ac republica prodeat exemplum! Imperator Augustus audiens L. Cinnam illustri cetum sanguine, antiquaque inter ciues Romanos nobilitate coruscantem, sibi struere molirique insidias: licet illi prius Pompeianis innixo partibus hostiles actus indulsisset, ad se vocato dixit: [e] *Vitam tibi Cinna iterum do, prius hosti, nunc insidiatori, ac parricidæ. Ex hodierno die inter nos amicitia incipiat. Contendamus vtrum ego meliori fide vitam tibi dederim, an tu mihi debeas.* Hac humanitate clementi, & mansuetudine misericordi, conuictus Cinna, quo ad vixit Augusto fidelissimè seruiuit: hinc amplificata clementis principis imperij felicitas, ex hac hostibus impertita misericordia potentiùs diuturniúsque corroboratur.

d Seneca l. 1. de clementia.

e Seneca l. 1 c. & Dion l. 55.

At crudelitati seueritatique nemo nisi inuitus paret, cumque metu, crudelium principum vitæ insidiari solito, feralia suscipiuntur à subditis imperia, quousque excutere valeant. [f] *Quem metuunt oderunt, quem quisque odit perijsse expetit.* Huius rei fidele nimium, seueritas rigorque iubendi proteruus Roboami Salomone nati, testimoniũ prębuit. Ad quē patre mortuo Israëlitę accedentes, rogantesque vti remitteret aliquid è tributis, leuiusque sibi iugum à patre impositum efficeret, atque mitigaret, indignissimè ab eo pessimum iuuenum secuto consilium tractati sunt, humillimę eorum supplicationi hoc superbũ crudeleque reddēte responsum. [g] *Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego autem addã iugo vestro, pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus.* Hoc immani duroque responso tot aspera minanti facto, quid secutum est? *Videns itaque populus* (inquit scriptura) *quod noluisset eos audire rex, respondit ei dicens: quæ nobis pars in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Isai?* Et sic recedentes ab eo decem tribus iugum omne dominationis Roboami eius perterritæ minis excusserunt. Cognouitque magno suo damno Roboam huius paternæ veritatem sententiæ. [h] *Responsio mollis frangit iram, sermo vero durus suscitat furorem.* In quem efferati Israëlitę propter durum Roboami sermonem, adeo ira, odio & indignatione aduersus illum exarserunt, vt Adoramum, qui regiis tributis præerat, quem rex ad placandos concitatæ multitudinis animos miserat, ne auditum quidem lapidibus obruendo necauerunt, [i] teste Iosepho post scripturam dicentem: [k] *Misit ergo Rex Roboam Aduramum, qui erat super tributa: & lapidauit eum omnis Israel, & mortuus est.* Et ipse rex audita hac Adurami lapidatione, veritus populi exulcerati

2. Pars. Seueritas crudelitasque clementia mansuetudinique contraria regna perdit, ac dissipat eorum prosperitatem.

f Offic. 2. Cic.

Roboam dura locutus populo decepit iuuenum consilio decem regni partes perdidit

g l. 3 Regum c. 12. v. 14. 15

h Prouerb. 15.

i Iosephus.

k l. 3 Reg. c. 12 v. 18.

A furores. [k] *Festinus ascendit currũ, & fugit in Ierusalem, recessitque Israel à domo Dauid, propter regia responsionis acerbitatem, vsque in præsentem diem.* Itaque *Roboam desertus à populo ac destitutus*, inquit S. Ambrosius, *vix duarum tribuum propter Dauid meritum habere potuit societatem.* Felix ter quaterque Roboam, si iuuenum insanientium, pessimũ detestando consilium, prudentum, modestorumque senum lenia consilia, salutariaque monita docilis & clemens audiuisset! Dauidis aut regna in illius domo posterisque diutissimè permãsissent. Dixerant enim illi senes sapientes qui assistebant coram Salomone patre eius dum adhuc viueret, ab eo iussi dicere sententiam: [l] *Si hodie obedieris populo huic & seruieris, & petitioni eorum cesseris, locutusque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi serui cũ-* B *ctis diebus, sed miser* [m] *dereliquit consilium senum quod dederant ei, & adhibuit adolescentes qui nutriti fuerant cum illo & assistebant illi.* Quorum persuasione consilioque dementatus, *non acquieuit populo* (supplicanti.) *Quoniam auersatus fuerat eum Dominus, vt suscitaret verbum suum quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ ad Ieroboam filium Nabath.* Verbum autem domini illud erat: [n] *Ecce ego scindam regnũ de manu Salomonis* (scilicet propter execrabiles eius idololatrias meo honore cultuq; contēpto) *à mulieribus alienis pessimis & idolo Moabitarum & Sidoniorum mancipati*, vt loquitur Tertullianus, *& dabo tibi decem tribus. Porro vna tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid, & Ierusalem ciuitatem quam elegi, ex omnibus tribubus Israel: eo quod dereliquerit, & adorauerit Astharten Deum Sidoniorum, & Chamos Deum Moab, & Moloch Deum filiorum Ammõ, & non ambulauerit in* C *vijs meis, vt faceret iustitiam coram me, & præcepta mea & iudicia sicut Dauid eius pater.* Vnde dura & aspera responsa Roboam, quibus patris regnum perdidit, effectus erant maledictionis, quã Deus in Salomonem patrem propter scelera illius multa fulminauit: quæ eò grauiora erant quò maioribus à Deo cumulatus beneficiis in summo imperij vertice collocatus cæteris eminebat. [o] *Peccata quippe quæ incipientibus leuia sunt perfectis viris grauia reputantur. Tantò enim maius cognoscitur esse peccatum, quantò maior qui peccat habetur. Crescit enim delicti cumulus iuxta ordinem, & sæpe quod minoribus ignoscitur, maioribus imputatur.* Sed vt eò redeamus vnde leui digressione deflexímus. [p] Sicut clementi principi, apud quem vt Seneca loquitur, *Parsimonia est etiam vilissimi sanguinis*, auctoritas regnãdi firma, gloriosa prosperaque est. D Sic cõtra seuero & diris assueto passionibus turpis & misera: [q] *Cui assiduitate subditos vexandi, auctoritatem seueritas amittit, degeneres animos cruor arguit*, sicut generosos clementia & feruor amoris in populos: nam

> [r] *Corpora magnanimo satis est prostrasse Leoni,*
> *Pugna suum finem cum iacet hostis, habet.*
> *Sed lupus, & turpes instant morientibus vrsi,*
> *Et quæcumque minor nobilitate, fera est.*

Has ferinas belluas non illud animal generosum imitantibus omnia in imperio per seueritatis & exactionis asperitatem facientibus principibus misera ac male fida potestas. Cum testimonio [s] Curtij? *Non sit diuturna possessio in quam gladio ac telo semita inducimur.* Crescentibus hac immiti via inimicis, indeque insidijs, ac viribus, ad sæuitiam crudelitatemque regnantis. *Quoniam vt arbores quædam recisæ pullulant,*

k Ib. v. 18. 19.

S. Ambr. l. 1 off. c. 28.

l 3. Reg. c. 12. v. 7.

m Ibid. v. 8.

n l. 3 c. 11. v. 31 32. 33.

Tertull. l. 2. contra Marcionem.

Salomonis cur grauissima peccata reputata

o Isidorus l. 2 c. 10 de summo bono.

p Seneca l. 1. de clem.

Misera & malefida est principis potestas.

q Senec. l. de clem.

r Poeta Ouid.

s Q. Curtij l. 8.

a Senec l. 1 de Clementia.
b Seneco l. 1. c. 24 de Clement.
c Ibid. Senec.

ista regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo.[b] *Ferina ista rabies est sanguine gaudere ac vulneribus: & abiecto homine, in sylvestre animal transire.*[c] *Non minus principi turpia sunt multa supplicia quam medico multa funera.* O verba aurea cælo digna? Quamuis pagani senatoris, sed Romani & valde in morali philosophia versati: quæ merito princeps Christianus in corde firmiùs profundiúsque quam stylo ferreo & adamantina cuspide imprimere ac insculpere debeat![d] *Equidem ego cuncta imperia crudelia, magis acerba quam diuturna arbitror: Neque quemquam à multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat, bellum æternum & anceps gerere. Quoniam neque aduersus neque à tergo aut lateribus tutus sis, semper in metu aut periculo agites.* At secura contra, tranquilla, pacifica, beataque mansueti clementisque principis auctoritas atque principatus, quem tot millia fidelium subditorum amicorumque vallo charitatis obedientiæque voluntariæ firmissimo circũstant & ambiunt. Cuius iussa imperiaque omnes tam prompto lætoque libentes animo sequuntur. Quoniam[e] Seneca teste. *Natura contumax est humanus animus in contrarium atque arduum nitens, sequiturque faciliùs quam ducatur: & ut generosi & nobiles equi meliùs facili fræno reguntur: ita clementiã voluntaria innocentia impetu suo sequitur, & dignam putat ciuitas quam seruet sibi.* Plus itaque, vt cum[f] eodem philosopho moralis doctrinæ concludam, *hac via lenitatis ad felicitatem potius, quàm seueritatis asperitatisque proficitur.* Vt inferamus inde pro vltima huius capitis librique parte, Principem quò clementior mansuetiorque in populos extiterit eò gloriosiorem beatioremque futurum. Quanto dedecori detur principem esse crudelem & immitem, quantoque honori clementem esse vertatur, ipsa animalia bruta, volatilia cæli, plantæque suo instinctu proprietateque naturali testantur. Inter aues solus vespertilio, vile sordidum, & abiectum animalculum ad nocendum dentibus armatur. Inter insecta solus culex vilissima bestiola acritudine victitat.[h] At vero rex apum aculeo caret. Sic principes maximè verò Christiani omni seueritatis crudelitatisque felle carere debent. Cum Christi Domini totius vniuersi Regis & Imperatoris, qui ipsamet bonitas & misericordia est, vicibus in terra fungantur. Nec propterea mirum pro hoc misericordiæ clementiæque regiæ documento, si arbores circa litus maris rubri plantatæ steriles sint, fructibusque bonis & optatis perpetuo destituantur: solam dulcedinem amænitatemque tam in floribus quam in foliis lilia redolent. Quid Catholici principes sequentes agnum Dei, regem regum: *Quocumque ierit, qui pascitur inter* virtutũ omnium *lilia*? Ad hanc gloriam & honoris pulchritudinem ex remissis & indultis subditorum peccatis contumeliisque Theodosium magnum Flauianus Antiochiæ Episcopus oratione pro Antiochenis sic precando cõpellabat. *Sed si velis à humanissime & sapientissime & multa pietate plene, diademate isto clariorem & maiorem tibi coronam hac afferet.* Contumelia (scilicet remissa & impunè ex magna misericordia mansuetudineque perpessa) *hoi nempe diadema est & virtutis insigne, & Dei liberalitatis. Sed corona ex hac humanitate contexta tuum solius erit & sapientiæ tuæ meritum. Nec te tantum omnes admirabuntur propter*

d Salust. ad Cæsarem.
Nulla crudelia imperia diuturna & vita crudelis principis misera.
Contra mansueti tuta ac beata.

e Seneca l. 1. de Clement. c. 24.
f Seneca ibid. c. 24 l. 1. de Clementia.
3. Pars. Princeps eò gloriosior & beatior quo clementior.
g Simil. ex Plinio in hist. naturali & aliis.
h Virg. 4. Georg.
Cant. 6.
Ex oratione Flauiani apud S. Chrysost. hom. 3. ad populum Antioch.
Magna gloria principi paritur à clementia iniurias remittente à populis ipsi principi inflictas.

istos lapides pretiosos, quantum propter victoriam de indignatione superata reportatam laudabunt. Destruxerunt statuas tuas! sed illas clariores restituere tibi licet. Si enim iniuria auctoribus crimina remittas, & nullam ipsis inferas pœnam: Non æreas istas in fora erigent, nec aureas, nec lapillis coagmentatas, sed omni materia pretiosiorem stolam induêris, humanitatem scilicet & misericordiam. Talem in mente quisque sua te ædificabunt & tot statuas habebis, quot orbem habitant homines & habitabunt.

Sed quantis mactatus laudibus & honoribus apud Deum & homines in memoria seculorum omnium Constantinus magnus ob celeberrimum clementiæ misericordiæque Imperatoriæ factum viguerit, floresceretque seclis innumerabilibus gloria mansuetudinis eius, Idem qui supra Flauianus Theodosio huic magno Imperatori proposuit, vt ad maiorem misericordiæ mansuetudinisque in nocentes Antiochenos propensionem inflecteret. Cum superioribus ista subiunxit.[i] *Fertur beatus Constantinus effigie sua quandoque lapidata multis ipsum instigantibus ad supplicium de auctoribus contumelia sumendum, & dicentibus quod omnem ipsius faciem saxis conuulnerassent, manu faciem palpans, & leniter ridens dixisse: ego vero nusquam vulnus in fronte factum video, sed sanum quidem caput, sana vero & facies tota. Illi vero reueriti & confusi ab hoc iniquo consilio destitêre. Et hoc verbum hactenus canunt omnes; nec tantum temporis labefecit, aut huius sapientiæ memoriam extinxit. Quot non sit trophæis hoc splendidius? multas vrbes ille condidit, & multos barbaros ille superauit, sed meminimus illorum nihil: hoc autem verbum vsque ad præsentem diem canitur, & posteri nostri & eorum posteri omnes idipsum audient, nec solum hoc est admirandum quod audient: verum etiam quod laudibus & faustis verbis prosequentur, dicentesque laudabunt, & audientes gratè suscipient: Nec vllus est qui hæc audiens silere possit, quin pariter exclamet, & talia dicentem laudet: & innumera ipsi vel defuncto bona precetur. Quod si propter illud verbum, apud homines tanta potitus est gloria, quot apud benignum Deum coronas assequetur?* Quis enim nisi mentis inops & sine sensu iudicij & conscientiæ sibi non persuadeat humiliato, superato, & ad pedes abiecto hosti parcere & misereri, magnum esse honoris meritique principi triumphum? sicut Ecclesiæ sanctæ, suæ clementiæ charitatisque sinum peccatoribus pœnitentiæ fructus & opera meditantibus aperire? vt exponit S. Chrysostomus Eutropij casum ex felicissimo statu miserrimum lugens: cum hæc inter alia dixit, vt populi animos ad miserationis, compassionisque in calamitosissimum Eutropij ex beato miserrimi, statum, inclinationem, propensionemque flecteret. *Hoc quouis tropæo splendidius, quauis victoria illustrius. Hoc ethnicos, hoc Iudæos pudefecit: Hoc placiditatem vultus eius ostentat: quod hosti captiuo pareat (scilicet Ecclesia) & ab omnibus desertum ac contemptum, vt amantissima mater suis velamentis occultet: regis simul ira intolerabili populi furori ac odio se opponens: hoc ipsum est eximium altaris sacramentum.* Quantum autem fuerit cordi Constantino magno peccantibus clementia misereri & parcere, sicut reipublicæ imperioque, magnificentia benefacere, ex quo sibi magnam laudẽ decusque parauit,[l] Clycas ostẽdit cũ ait, illũ *vetera ædificia ciuitatis Cõstãtinopolitanæ & aliarũ de nobilioribus angustiora in õmbus effecisse*

Maximam gloriam apud Deum & homines factum clementia memorabile Constantino magno peperit.
i Ex eadem Flauiani oratione.
Humiliato, victo prostratoque parcere magnus principis Christiani triumphus sicut Ecclesiæ matri.
S. Chrysost. orat. pro & contra simul Eutropium.
Specimen magnum beneficentiæ Constantini M.
l Clycas l. 4.

nouaque longe ampliora præstantioraque extruxisse: carcerem vero vt se habebat humilem atque depressum paucorum hominum capacem nullo additamento reliquisse. Quem ooc posteri Imperatores ausi sunt immutare & ampliare, vsque ad Phocam crudelissimum imperij vsurpatorem, qui illum laxiorem ampliotemque reddidit, sicut illius crudelitas sæuitiaque deposcebant. Huius occasione beneficentiæ clementis & clementiæ beneficæ in principe tanto, quis non verissimum illud Senecæ credet. [a] *Clementia non tantum honestiores sed tutiores præstat, ornamentumque imperiorum est simul, & certissima salus.* Gratissima clementię virtus, quæ tutam principis salutem, gloriosam vitam, famamq; celeberrimam omnium linguis sermonibusque prędicandam, etiam apud eos qui foris in hoc seculo facit. [b] Cuius virtutis, laudisque ad ea, conscius Pericles moriens vitæque abeuntis extinctioni proximus, assidentibus sibi amicis instantem eius interitum lugentibus, atque illum aliis ob sapientiam, aliis ob eloquentiam, aliis ob peritiam regendæ Reipub. aliis ob artem militarem, indeque victorias, aliis deniq; ob alias diuersas virtutes laudantibus paulisper è ceruicali lenteque languidum caput erigens, *Et quid hoc est*, inquit, *aut parua aut fortuita laudatis: at illud maximum omittitis, quod nemo mea opera pullam vestem sumpserit.* Quanta hæc ipsi visa gloria à clementia misericordiaque profecta, quam omnibus aliarum virtutum recteque factorum trophæis anteponendam esse iudicauit? At quantò Christianorum principum fuit eminentior clementiæ, propter verum Deum Christum dominum altissimi filium, mansuetudinisq; producto quàm illa paganorum, sic gloria honorque maior & amplior extitit, vt inter cæteros Theodosij senioris. De cuius clementiæ misericordięque erga victos hostes, eorumque propinquos mirandis effectibus, multi multa scriptores egregij locuti sunt, inter quos ista Pacatus in panegyrico. [c] *Dum duobus aut tribus furiosi gladiatoris lanistis in belli piaculũ cæsis, reliquos omnes venia complexa velut quodam materno sinu clausit. Nullius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius præterita dignitas imminuta: nemo affectus, nemo nota, nemo conuicio aut denique castigatione perstrictus, culpam sapitis, aurium saltem molestia lusit. Cunctis domibus suis, cunctis coniugijs ac liberis,*

a Senec. lib. 1. de Clementia.

b Plutarchus in Pericle.

Periclis magna gloria ex clementia.

Theodosij M in victos hostes eorumque proximos clementia maxima & ex ea magna inde eum gloria.

c Pacatus in panegyric. Theodosii.

A *cunctis denique innocentia* (quod est dulcius) *restituti sunt.* His dictis quam gloriosum postea fuerit Imperatori, tam clementer hostibus Maximi tyranni, vsurpatoris Imperij signa secutis, non modo pepercisse, sed & benefecisse, beneficiaque pœnarum loco rependisse, ita per apostrophen Theodosium alloquens indicat. [d] *Vide Imperator quid hac clementia consecutus sis: fecisti vt nemo sibi victus te victore videatur.* Quanta hæc victori gloria! pro lachrimis, lamentationibus, gemitibusque exultationes in gutture domitorum, superatorumque, tantæ clementiæ beneficio largiri? At quam beneficus misericordiæ dono fuerit Theodosius in proximos parentesque Maximi tyranni, S. Ambrosius ad eum epi-
B stola testatur. [e] *Inimici tui filias reuocasti, nutriendas apud affinem dedisti: matri hostis tui misisti de ærario tuo sumptus.* De hac mãsuetudine, clementia, misericordia, magnæ adiuncta munificentiæ in hostes domitos, sed non ethnicorum Romanorum more triumphatos, huius Imperatoris, præclara hæc D. Augustinus, [f] *inimicorum suorum filios, quos non ipsius iussus sed belli abstulerat impetus, etiam nondum Christianos, ad Ecclesiam confugientes, Christianos hac occasione fieri voluit, & Christiana charitate dilexit, nec priuauit rebus sed auxit honoribus: in neminem post victoriam priuatas inimicitias valere permisit.* Fuit hic Imperator, sicut ante eum Constantinus magnus, multa in hoc seculo gloria, multaque laude coronatus, quia
C magna clementia magnaque misericordia, in omnes præsertim domitos hostes, in vita sua cumulatus. Fuerunt & cæteri Christiani principes horum duorum Imperatorum in talibus virtutibus æmuli præcipuè Carolus magnus. De cuius singulari religiosaque mansuetudine, clementia, misericordiaque in omnes hostes & amicos, extraneos & proximos, seruos & liberos, exempla elogiaque quamplurima commemorare postularet occasio, si capitis ac libri moderata breuitas minime reclamaret. Sed hanc gloriam & honorem in hac vita, candorem que nominis ac bonæ famæ apud homines, felix fortunataque gloria apud Deum in altera sequitur: vt princeps Christianus tantò felicior sit in cælo, quantò in hoc mundo propter Christum Dominum clementior, misericordiæque donis affluentior euaserit.

d Idem Pacatus.

e S. Ambros. epist. 19 ad Theodosium

f S August. lib. 1 de Ciuitate c. 26 pa. 64 c. 2 6.

Secundum mensurã clementiæ in hac vita est modus felicitatis in altera.



TERTIÆ PARTIS

LIBER QVARTVS.

DE ALTERO REGNI, CHRISTIANÆQVE monarchiæ neruo ſeu propugnaculo, iuſtitia nempe principis erga ſuos ſubditos, religioni Chriſtianæ veroq; Dei cultui ſubdita. Quam, qualiter, & in quos, princeps Chriſtianus, quibus miniſtris, ac legibus, rectè ad ſuam, ſubditorumque ſalutem exerceat, hoc 4. libro demonſtratur.

CAPVT I.

1. *Pulchra deſcriptione natura iuſtitiæ, eiuſq; præſtantia exponitur.*
2. *Eius quæritur perfectio, quâ ſublatâ regna, ſunt latrocinia.*
3. *Cuius cultus multa bona, & contemptus contrà multa mala parit.*



MVLTA eaque magnifica, & præclara variarum virtutum decora, inſigniaque compoſitionem Chriſtianę perfectæque iuſtitiæ, quæ cultorem ſuum principem eiuſque populos ſaluet, ingrediūtur. Ex quibus quis ille verè iuſtus, ſecundum Deum, & homines dicendus ſit princeps, apertè dignoſcitur. Sic enim myſtica, elegātique deſcriptione, cum piis deuotiſque myſteriorum religionis Chriſtianæ ſpeculatoribus, & cum veneratione practica admiratoribus, in claram ipſius virtutis excellentiarum lucem facilè perueniemus, [a] ſi cum illis, huius ſanctæ Chriſtianæque iuſtitiæ frontem auctoritatem eſſe, oculos prudentiam, naſum ſuauem gratumq; ſpirantem odorem, probitatem, genas verecundiam & pudorem, os & linguam, non inanem, vanamque verborum ſuperfluentiam, ſed doctam ſolidamque eloquentiam copioſeque loquentem ſapientiam, mammas vtriuſque miſericordiæ ſpiritualis & corporalis opera, cor, charitatem, manus fortitudinem, & zelum domus Dei, ad omnes confringendas iniquitates, reddēdumque omnibus quod ſuum eſt: Pedes ſedulitatem ad ſubueniendum oppreſſis, vitam, pacem, cibum, ſalutem populi & honorem Dei: denique conſiliatricem eius ſapientiam eſſe fateamur. Cuius vox eſt in prouerbiis. [b] *Ego ſapientia habito in conſiliis, & eruditis interſum cogitationibus.* A qua præclara iuſtitię deſcriptione non valde diſcrepabat illa qua depictam fuiſſe iuſtitiam priſcis tēporibus [c] Chryſippus Philoſophus paganæ gentis aſſerebat, *forma* videlicet *filoq; virginali, aſpectu vehementi & formidabili, luminibus oculorum acribus occulta penetrantibus, non humilis, nō atrocis ſed reuerenda cuiuſdam triſtitiæ dignitate vigentem.* Qua iuſtitiæ imagine ſignificabatur principem iuſtitiæ antiſtitem (à cuius auctoritate tanquam à primo fonte in alios Iudices magiſtratuſque ſub illo, æqui iuſtique flumina deriuantur) debere eſſe caſtum, modeſtum, grauem, ſanctum, ſeuerum, incorruptum, nullis obnoxium adulationibus, fauoris & acceptionis perſonarum in iure dicēdo neſcium, pro ſalute bonorum contra nocentium fraudes & dolos immiſericordem, contra improbos alienorum deprædatores inexorabilem, erectum, arduum, iuſtitiæ vigore, & æquitatis maieſtate terrificum, & inexpugnabilem veritatis, innocentiæque protectorem, quod eſt in ſcripturis ſacris *facere iudicium & iuſtitiam*, id eſt ſuum cuique tribuere, ſontes & improbos condemnando, innocentes & bonos ab omni oppreſſione vindicando. Solent enim ad hoc iuſtitiæ opus exprimendum illa duo iudicium & iuſtitia in ſcriptura coniungi, [d] vt Geneſeos cap. 18. *Scio enim* (inquit Deus) *quod præcepturus ſit filiis ſuis & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini & faciant iudicium & iuſtitiam: vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus eſt ad eum*, de Dauide [f] l. 2. Reg. 8. dicitur. *Faciebat Dauid iudicium & iuſtitiam omni populo*, & ad filium, l. 3. Regum, cap. 10. dicitur. *Conſtituit te Regem* (ſcilicet Deus) *vt facias iudicium & iuſtitiam.* Atque hæc quidem princeps Chriſtianus, vt perfectè colat iuſtitiam, præſtare debet, pro Dei gloria & amore: vt ei per hæc iuſtitiæ officia fideliter & ex charitate ſeruiat. *Quem enim regnare delectat* (inquit S. Auguſtinus)

a Pulchra iuſtitiæ deſcriptio ex variis virtutum ornamentis.

b Prou. c. 8.

c Chryſippus.

Qualis debet eſſe princeps Chriſtianus iuſtitiæ.

Antiſtes cognoſcitur ex hac iuſtitiæ deſcriptione.

Quid ſit in ſcriptura facere iudicium & iuſtitiam;

d Geneſ. cap. 18. v. 18.

e l. 2. Regum, cap 8

f l. 3. Regum, cap. 10.

g D. Auguſt. l. de vera religione c. 8.

Perfecta iustitia quid.

Augustinus) *vni omnium regnatori Deo subditus hæreat, plus eum diligendo quam seipsum. Et hæc est perfecta iustitia, qua potius potiora, & minus minora diligimus.* Qua iustitia ab hominum cœtibus separata, quid illi erunt, quam iactationes animorum, seditionibus, rapinis, cœdibus, agitatorum turbulentæ? Quid societates, quam commotiones hominum contentionibus iniquis inter se distractorum sine pace, serinæ. Quid regna nisi aperta latrocinia? Vt magni doctrina fert Augustini dicentis. [a] *Remota itaque iustitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia? Quia & ipsa latrocinia, quid sunt nisi parua regna? Manus etenim ipsa hominum est, cum imperio principis regitur, pacto societatis astringitur; placiti lege præda diuiditur. Hoc malum si in tantum perditorum hominum accessibus crescit, vt & loca teneat, sedes constituat, ciuitates occupet, populos subiuget, euidentius regni nomen assumit, quod ei iam in manifesto confert, non adempta cupiditas & addita impunitas:* Quo spectant ista quæ longè ante ad Donatum scribens sanctus Cyprianus elegantissimè dixerat. [b] *Madet orbis mutuo sanguine, & homicidium cum admittunt singuli, crimen est: virtus vocatur cum publice geritur, impunitatem sceleribus acquirit, non innocentia ratio, sed sæuitia magnitudo.* Vnde laudatur, & à [c] Cicerone, & ab ipso [d] D. Augustino latronis cuiusdam Magno Alexandro dictum. *Cum enim Alexander hominem piratam interrogasset, quid ei videretur, vt mare haberet infestum? ille libera contumacia, quid tibi* (inquit) *vt orbem terrarum? sed quia id ego exiguo nauigio facio, latro vocor: quia tu magna classe, Imperator.* Ideoque S. Pater paulò antè dixerat de improbis iniustè regnantibus; [e] *Malorum regnum magis regnantibus nocet, qui suos animos vastant scelerum maiore licentia: his autem qui eis seruiendo subduntur non nocet nisi iniquitas propria.* Hanc qui iustitiam veram perfectamque de principis corde sustulerit, ab eodem veram pietatem religionemque eum necesse est auellere. Sunt enim duæ sorores filiæ altissimi, sed pietas maior natu, & dignior, tanto inter se dilectionis fœdere sociatæ, vt à se distrahi sine vtriusque ruina non possint. Si enim vt est apud [f] Nicephorum Gregoram. Duæ sorores à barbaris captæ in illa generali vastatione totius Asiæ, atque diuersis Dominis venditæ, ita vt ab inuicem separatæ locorum interuallo viuere cogerentur, pro illo quo se mutuo complectebantur amore, tanta sunt ob hanc separationem animi tristitia doloreque perculsæ, vt præ illius magnitudine, in terram deficientes spiritu mortuæ deplorabili gemitu ceciderint. Non putemus minorem inter has spirituales sorores pietatem & iustitiam intercedere beneuolentiam, vt iustitia ex animo principis exulante, pietas remanere posse credatur. Neque vigor Ecclesiasticæ disciplinæ, neque dignitas Apostolicæ sedis, neque pacata secularis regni potestas, hoc spreto iustitiæ candore subsistere potest, vt sua Petrus Damianus ad Alexandrum II. Papam, admonitione testabatur quam his octo clausit versibus.

a D. August. l. 4. de ciuit. c. 4.

Absque iustitia regna latrociniis similia vt illa magna latrocinia hæc parua regna dicantur.

b S. Cyprian. epist. ad Donatum.

c Cicero l. 3. de Repub. apud Nonium Marcellum.

d S. August. l. 4. ciuit. c. 4.

e D. August. l. 4. de ciuit. ca. 3.

Sine iustitia pietas non potest subsistere in animo principis.

f Nicephorus Gregoras. *pulchra historia*

Vigor Ecclesiæ regnique sine iustitia subsistere non potest.

Ex admonitione Petri Damiani ad Alexandrum Papam huius nominis II.

Sedis Apostolica qui vult retinere vigorem,
Æqua libret rigidè pondera iustitia.
Iuris enim pariles nescit suspendere lances,
Quem fauor inflectit, spes vel auara trahit.
Muneribus plena qui laxat ora crumena,
Iustitiæ vacuam perdit inops animam.
Cœli Roma seras tenet, & regit orbis habenas.
His si plura velit, Tartara sola petit.

3. Part. Bona multa ex cultu iustitiæ tot mala a neglectu.

Hæc Magnus Cardinalis pro defensione iustitiæ seriò loquens: At quanta bona ex puro iustitiæ cultu, quantaque mala ex contemptu scaturiant, quis narrando sufficiat enumerare? Iustitiam à principe benè custoditam etiam inter profanos, magna securitate & prosperitate, abundantia pacis, & opum Romanum repleuisse Imperium in Hadriano compertum habemus, qui anno sui Imperij III. *Cum Res Vrbanas composuisset, atque firmasset, peregrinationem per Romani orbis prouincias instituit: & vt habet Spartianus in Adriano, primo in Galliam atque Germaniam transijt, inde in Britanniam transmissurus ita circumiens prouincias vniuscuiusque prospiciebat securitati atque vtilitati.* Quamobrem cusus est nummus cum hac inscriptione: [g] *Locupletati orbis terrarum*, scilicet iustitia Imperatoris: *In ea item peregrinatione* [h] (inquit Spartianus) *procuratores & præsides earum pro factis supplicio affecit ita seuerè, vt accusatores per se crederetur immittere.* Et paulò pòst: [i] *De iudicibus omnibus semper cuncta scrutando tandiu requisiuit, quandiu verum inueniret.* Sed & superius. *Cum iudicaret in concilio habuit non amicos suos aut comites solum, sed Iurisconsultos, & præcipuè Iulium Celsum, Saluiũ Iulianum, Neratium Priscum, aliosque quos tamen Senatus omnis probasset.* Atque propter illius successoris, Antonini cognomento pij æquitatem & iustitiam, plurimas gentes exteras depositis armis se illius subiecisse imperio, [k] Aurelius Victor in eius vita testatur: *Qualiter fuerunt Bactri, Hircani, Indi.* Eadem Iulius Capitolinus, [l] & alij qui res ab eo præclarè gestas fusiùs persecuti, virtutes illius præsertim iustitiam magnis laudibus extulerunt. Si tanti fecit Deus cultum iustitiæ, inter paganos, vt illius cultores immunes à præmio temporali esse non sciuerit, quid mirum si principes Christianos veræ iustitiæ vindices & adoratores, eorumque populos & filios tantis in terra donis beneficiisque cumulauerit, præter æternam coronam quæ eos manet vltima cœlo? Quorum semen longæuom, *& nacinatorum, & qui nascentur ab illis* benedictionibus in hac vita replebuntur, iuxta illud sapientis: [m] *Iustus qui ambulat in simplicitate sua*, id est, in iustitiæ rectitudine, *coram Deo beatos post se filios derelinquet*, & de homine iusto tremente mandata Dei, ait huius pater sapientis. [n] *Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur.* Quid hoc felicius iusto principe? Cuius posteritas cum diues, & prosperitatibus in terra fœcunda regnat, ipse in cœlo à Christo Domino gloria, & honore coronatur æterno? Sicut Dauid alibi prædixerat. [o] *Anima eius in bonis demorabitur*, id est, *in cœlo*, vt Chaldæa phrasis exponit: *& semen eius hæreditabit terram*, scilicet prosperabitur in terra, Fidelius seruiens ibi Deo, dum ipse in cœlum anima translatus Dei gloriam possidet, eiusque vita beata potitur, vt in alio Psalmo Dauid exponit. [p] *Anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi.* Deque principe iusto cum Sapiente dicere possumus: [q] *mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit*

Adrianus Imperator securitatem, & opes Rom. attulit imperio ecclia iustitio administratione.

g Spartianus in Adriano.

h Adolphus libro numismatum.

i Spartianus ibid.

Plurimæ gentes Antonino Pio depositis armis propter illius pietatem & iustitiam, se submiserunt.

k Aurelius Victor in Antonino Pio.

l Capitolinus in Antonino Pio.

Iusti principis benedictione in prosperis proter sibi datas prosperitates temporales.

m Prouerb. 20

n Psalm. 112

o Psalm. 24.

p Psalm. 21.

q Eccles. c. 30

Regnum datũ à Christo per iustitiam firmum & stabile: contrà per iniustitiam debile & instabile.

post se. Sic regnum à Deo datum in iustitia fundatum, & per eam ritè administratum, tutum, prosperumque, sicut ex opposito iniustitia pollutum, infaustum, instabile, debile, multisque obnoxium calamitatibus, Fulco Rhemensis Archiepiscopus Carolo simplici Regi Francorum dum eum à fœdere ineundo cum Northmannis, tunc infidelibus exhortatione deterret, in fine admonitionis his verbis insinuauit: [a] *Pro fidelitate, quam vobis seruo, hæc gemebundus scribo, quoniam cupio vos secundum Deum, & secundum seculum semper esse honoratos, & non Satanæ, sed Christi adiutorio ad debitum vobis conscendere Regni fastigium. Regnum enim quod Deus dat, firmum habet fundamentum. Quod vero per iniustitiam & rapinas acquiritur, caducum est, & citò deciduum, nec diu poterit permanere. Vbi non est pudor,* [b] inquiebat Tragicus Seneca.

a Ex exhortatione Fulconis ad Regem apud Flodoardum lib. 4. c. 5.

b Seneca in Thyest. act. 2.

Nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides,
Instabile regnum est.

Et cum oraculum Spiritus sancti dixerit. [c] *Iustitiâ firmatur solium.* Quî pro veritate valde consentanea illa Tullij, non probabitur sententia? Videlicet: [d] *Sine summa iustitia rempubl. regi non posse?* Quam alias [e] *fundamentum perpetuæ commendationis, & famæ* nominauerat, *sine qua nihil potest esse laudabile, per quam* [f] *magna in pace floreque prosperitatis imperia retinentur,* dictam propterea [g] à Platone ἔρεισμα πόλεων, *fulcrum ciuitatum,* quæ concordiæ pacisque mater vt loquitur [h] Homerus:

c Prouerb. c. 16.

d Cicero ex Fragm lib. 2. de Rep.

e Ibid. 3. off.

f Cicero lib. 3 de Rep.

g Plato lib. 2. de legibus.

h Homerus.

Τοὶ ἀνθρώπους ἀγείρει ὁ αὐτὸς λύει, ὁ δὲ συνάζει.
Hos cætus hominum soluit, iungitque vicissim.

Cuius effectus enumerantur inter cæteros à [i] Platone ὁμόνοια καὶ φιλία concordia & amicitia, sicut iniustitiæ, odia, discordiæ, pugnæ, crudelitates, interneciones hominum, & aliæ huiusmodi faces & incendia ciuilium societatum: dicente eodẽ philosophorum principe: ἡ ἀδικία ἐν ἀλλήλοις περιέχει στάσεις καὶ μίση καὶ μάχας, *& iniustitia mutuo efficit seditiones & odia & pugnas, &c.* Quem præceptorem secutus Demosthenes, iniustitiam, πηγὴν τῶν στάσεων *fontem discordiarum* dixit esse.

i Plato lib. 1. de legibus

Effectus iustitiæ amicitia & concordia, sicut iniustitiæ, odia, seditiones, &c.

Plato l. 2. de legibus.

Demosthenes in orat.

Sine puro iustitiæ cultu pacem concordiamq; sperare dementia est: [k] *cum pax sit opus iustitiæ,* ipsiusmet Dei iudicio, qui vera iustitia est. Quod etiam vana paganicæ superstitionis oracula dissimulare non potuerunt. Sciscitantibus enim ex Apollinis oraculo Græcis maximè bellorum inter se ipsos diuturnitatis pertæsis, qua ratione, extinctis discordijs litibusque sedatis, pacificè tandem viuere possent, oraculum dæmonis captiosi fraudulentique ex adyto respondit, eos nunquam firma pace potituros nisi rectè fideliterque omne studium suum in Geometria collocarent, id est, vt ex illis peritiores interpretati sunt, nisi bonarum studio litterarum iustitiæque distributiuæ secundum cuiusque merita, ac demerita, pœnas & præmia operoso salutarique exercitio se penitus totosque traderent. Hæc dicens dæmon, quamuis spiritus mendax, veritati suffragabatur: licet præter intentionem, & inuitus illum ita cogente supremo numine Deo: qui per Esaiam hæc ad populum rebellem suis imperiis parere renuentem verba fundebat: [l] *Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset quasi flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris.* Vbi obseruatione dignissimum videmus pacem flumini, iustitiam vero maris comparari gurgitibus. Apposita planè similitudine, qua intelligimus, sicut flumina ex maris gurgitibus scaturiunt & exundant, sic pacem ex iustitia deriuari. Quam quidem rectè regendi populos iustitiam, quoniam Sedechias iniquus impiusque contempsit, pacem perdidit, & regno cuius abusus est potestate, spoliatus, in exilio vitam miserè finiuit: sicut per Prophetam Ezechielem minitatus fuerat Dominus, sic de illius iniquitate nequitiæque principis expostulando. [m] *Tu autem prophane, impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita. Hæc dicit Dominus Deus. Aufer Cidarim, tolle coronam,* ac si apertè diceret Deus, depone hanc quam indignè gestas, propter dolos, iniquitates, & iniustitias tuas. Quia ego te regno principatuque priuabo. Quare hoc? Ecce diuinæ contra eum eiusq; coronam, quam iniustè tractando portauit, indignationis causa, & ratio sequẽtibus expressa verbis: [n] *Nonne hæc est quæ humilem subleuauit, & sublimem humiliauit.* Quorum verborum hic sensus: hæc est illa impij regis potestas, per coronã repræsentata, tam iniustè impièque ab illo nefario principe pertractata, qua eos scilicet nocentes & improbos, quos abijcere non modo propter scelera multa, sed etiam grauissimè castigare debuerat, per honorum gradus & opes extulit, illos vero quos propter virtutes eorumque rectè facta multis affectos præmijs, ad summa dignitatum beneficiorumque culmina sublimare ex conscientia tenebatur, per varios oppressionum persecutionumque casus, in summæ abiectionis contumeliæque barathra, indignissimè sicut iniustissimè depressit. Propter quas iniustitias & iniquitates, à fundamentis Sedechiæ Regnum, vna cum vita se destructurũ his verbis minabatur Deus: [o] *Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem, ponam eam.* Scilicet coronam Sedechię vt sit sensus: deponam regiam coronam de capite Sedechiæ, funditusq; eius euertam imperium propter triplicem eius iniquitatem & iniustitiam vnam, scilicet aduersum me, alteram contra populum, tertiam contra Regem Babyloniorum, cui fœdus iureiurando firmatum magna perfidia temerauit, illumque per iniustitiam data fide, sed non seruata fefellit. Ideo ter dixit iniquitatem. Hebraicè [p] עַוָּה significat iniquitatem & subuersionem, seu euersionem, quod scilicet hæc Sedechiæ iniquitas triplex, sit illi futura triplex euersio, seu calamitas, & extrema ruina, nempe bonorum vt regni, corporis vt vitæ temporalis, & animæ scilicet salutis æternæ. Propterea [q] Pagninus iuxta linguæ Hebraicæ proprietatem transtulit. *Subuersionem, subuersionem, subuersionem, ponam illam.* Cæteros similis perfidiæ & improbitatis principes, sacras Themidis aras, sua iniquitate polluentes, sacrataque iustitiæ iura, tributo corruptionis suæ subiugantes, pari odio itaque Deus execratur: nec minora illis supplicia in suæ indignationis ardore minitatur. Audiant omnes principes, & populi, quanto sancti furoris æstu, iustitiæ temeratoribus Regibus, principibusque suas per Esaiam Prophetam Deus impietates exprobrat, in eosque venturarum pœnarum tela fulminat. [r] *Principes tui omnes infideles socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant:*

k Esaiæ ca. 32

Oraculi responsum Græcis de pace soluenda.

Plutarch. Opusc. de spiritu familiari Socratis.

l Esaiæ c. 48. v. 19.

Pax à iustitia procedit sicut flumen à mari.

Sedechias iustitiæ contemptor pacem perdidit & regnum.

m Ezechielis cap. 21.

n Ibid.

o Ezech c. 21. v. 72.

Iniustitia & iniquitas est ruina & pœna sibi.

p עַוָּה Iniquitatem simul & euersionem significat.

q Santes Pagninus.

Principibus omnibus iustitia violantibus ira vlciscitur Dominus, æternamque illis minitatur exitium.

r Esaiæ cap. 1 v. 23.

& causa vidua non ingreditur ad illos. Propter hoc ait Dominus, Deus exercituum, Deus fortis Israel. Heu ego consolabor super hostibus meis: & conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum, & restituam iudices, vt fuerunt prius & consiliarios, sicut antiquitus. Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis, & cætera. Quis regnatorum terræ ista sapientis intrepidus audire poterit? [a] *Audite Reges, & intelligite, discite iudices finium terræ*, & cætera. *Data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: Quoniam cum essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, nec secundum voluntatem Dei ambulastis*. Et quid propterea vobis eueniet, audite cætera. [b] *Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt fiet. Exiguo enim, vt populo aliisque de plebe priuatis, conceditur misericordia. Potentes autem potenter tormenta patientur.* Et paulò pòst: [c] *Fortioribus fortior instat cruciatio*, & cætera. Sed contra Deus immortalis, quot prospera iusto principi populoque sibi credito, ex intemerato iustitiæ cultu proueniunt. Scire vultis? Loquentem Cyprianum, vel eum quicumque ille sit, de duodecim abusionum gradibus libelli scriptorem antiquissimum, religiosissimum, eruditissimumque Doctorem audite: [d] *Propter iustitiam Dauid Regis* [e] *lucerna de semine eius semper in Hierusalem reliquit* (scilicet Deus) *sicut* (vt paulo ante dixit) [f] *Propter piaculum Salomonis, Regnum domus Israel, Dominus de manibus filiorum eius dispersit: Ecce quantum iustitia Regis seculo valet, intuentibus perspicuè patet. Est enim pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aëris, serenitas maris, terræ fœcunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & sibimetipsi spes futuræ beatitudinis*. Sed vertat folium princeps, & sequentibus aures præbeat, vt intelligat quæ supplicia iniusto principi iustitiæ insidiatori, sanctisque illius iuribus bella gerenti præparentur: [g] *Attamen sciat Rex sicut in throno hominum primus constitutus est, sic & in pœnis si iustitiam non fecerit, primatum habiturus est: omnes namque quoscumque peccatores, sub se in præsenti habuit, supra se modo implacabili in illa pœna futura habebit*. Hæc cogitent diligenter, & intelligant, dum adhuc viuunt principes, vt iustè pièque regnando pro æui consequentis perpetuitate sapiant.

[a] Sapient. c. 6. vers. 1.
[b] Sapient. 6. vers. 6.
[c] Ibid. v. 9.
Quanta bona principes iustitia adfert regno.
[d] S. Cyprian. vel auctor libelli de 12. abusionum seculi gradibus cap. 9 in fin. to 3. operum
[e] S. Cypr. c. a
[f] 3. Reg. c. 11
Quæ mala oppressori iustitiæ principi præparantur.
[g] Ibid. in fin. cap. 9.

CAPUT II.

Beati principes Christiani, iustitiam in omni tempore facientes.

1. *Christiani principes ab exercitio iustitiæ nunquam cessare debent.*
2. *Hinc illis magna laus & prosperitas.*
3. *Quod vt purius præstent Deum semper supremum, omnium regum principumque iudicem in conspectu suo ponant.*



Vi pius est in Deum princeps, in homines iustus est, nemoque sibi charam Dei religionē amplectitur, qui curam iustitiæ despicit. Opus regiæ maiestatis est administratio iustitiæ: hunc in scopum omnes optimorum principum vigiliæ laboresque flectuntur: in hanc administrandæ iustitiæ metam omnia eorum, si boni sint, studia sincerè collineant. Eum etiam ipse profanus Senator [a] Latinæ parens eloquentiæ, *iustitiæ fruendæ causa apud omnes gentes Romanas, Græcas, & Barbaras*, olim bene moratos Reges constitutos fuisse dixerit. Et longe vetustior illo [b] Hesiodus.

Hac vna Reges olim sunt fine creati,
Dicere ius populis, iniustaque tollere facta.

Non sine causa Valentinianus Imperator senior, [c] illud sæpius in ore gestabat: *A principe imprimis curam iustitiæ flagitari*. Puduit quondam & quidem merito, [d] Philippum Macedoniæ Regem, sicut postea Imperatorem Adrianum, sibi à mulieribus improperari quod ius reddere tandiu tardarent, dicentibus illis. [e] *Si vobis graue subditis nobis & aliis de sorte dominationis vestræ facere iustitiam, vt quid in regio solio sedentes diutius otiosi moramini?* Propterea diuina ad regnatores mundi sapientia clamat. [f] *Diligite iustitiam, qui iudicatis, vt in æternum regnetis*. Quasi diceret: ad hoc vos elegit Deus, interueniente hominum consensu, vt perpetuò iustitiæ administrationi vacare debeatis. A qua si vos aliquando quiescere contingat, non mediocres reprehensionis iustæ maculas splendori Regiæ maiestatis inuretis. Cum ideo regnatis, vt iustitiam exerceatis. Sicut faciebat Iob qui in lege naturæ Rex erat, *vir simplex & rectus & timens Deum, & recedens à malo*. Qui de suæ rectitudine iustitiæ glorificans Deum, eique gratias agens alibi dicebat. [g] *Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento, & diademate iustitiæ iudicio meo.* [h] *Quo ornatus procedebam* (inquit) *ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi*, ad faciendum nempe iudicium, & iustitiam. Quod assiduè in lege scripta Dauid, vt secundum cor Dei Rex verus operabatur. De quo ista l. 2. Regum c. 8. scribuntur: *faciebat quoq; Dauid iudiciū & iustitiā omni populo*. Propter quod regni sui perpetuā durationem in Christo Domino meruit, in quē per succedentes generationes peruenit. [i] *Qui regnat in æternum*

Administratio iustitiæ principum opus, in omni tempore.
[a] Cicero l. 2. offic.
[b] Hesiodus.
[c] Zonaras l. 3
[d] Plutarch. in Apophth.
[e] Spartian. & alij.
[f] Sapient. c. 1.
Iob cap. 1.
[g] Iob ca. 29 vers. 14.
[h] Iob cap 29. vers. 7.
[i] 2. Reg. c. 8.
[i] S. Matth. 1.

in domo Iacob, & regni eius non erit finis. Propter quod dixerat Dominus. [a] *In æternum seruabo illi misericordiam meam:* & alibi. [b] *Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit.* De vero Rege, omni tempore iustitiæ sacra tractante, patre populorum, viro Reipublicæ fidelis, illud sapientis vsurpare licet: [c] *Nobilis in portis vir eius, cum sederit cum Senatoribus terræ.* [d] *Non confundetur,* vt Regij Prophetæ verbis vtar, *cum loquetur inimicis suis in porta.* In qua iustitiæ iura redduntur, quæ ideo alibi. [e] *Porta Domini nominatur, iusti intrabunt in eam.* Principes videlicet, & sub illis constituti iudices, ad dandam iustitiam populis: *principum enim erat officium* (inquit Sanctus Hieronymus) *sedere in porta domus Domini,* scilicet templi, *& ibi negotij, & seditionis cognoscere veritatem.* Iuxta illud quod per Ieremiam Prophetam scriptum est. [f] *Congregatus est omnis populus aduersus Ieremiam in domo Domini, & audierunt principes Iuda verba hæc, & ascenderunt de domo regis in domum Domini* (scilicet in templum) *& sederunt in introitu portæ Domini nouæ.* Homerus Reges à iustitia δικασπόλους, id est, circa ius occupatos versantesque nuncupauit. Quorum dicentium iura iustitiamque facientium solium Græcis Latinisque כסא Hebræis כסא (cisse) dicitur, scilicet honorabilior quædam sella sedesque cæteris eminentior, vulgo Gallicè dicta *le lict de Iustice.* Quasi in quo quiescat, residéatque iustitia, principis opera cum maiestate sedentis in eo, ius suum cuique distribuens: Huius throni vsum finemq; regina Saba expressit, cum Salomonem salutatum veniens eum, sic est allocuta: [g] *Sit Dominus tuus benedictus cui complacuisti, & posuit te super thronum Israel. Eo quod dilexerit Dominus in sempiternum, & constituit te regem vt faceres iudicium, & iustitiam.* Similiter Ieremias Regem Iuda in throno Dauid sedentem alloquens: [h] *Audi verbum Domini Rex Iuda qui sedes super solium Dauid, tu & serui tui & populus tuus qui ingredimini per portas istas, hæc dicit Dominus: facite iudicium & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris.* Et Prouerbiorum cap. 20. [i] Sapiens Rex non dissimulauit quæ partes principi essent sedentis in throno iustitiæ, cum dixit. *Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo.* Huic iustitiæ iudiciique piæ functioni Iob se religiosè mancipabat, & ita seruiebat Deo fideliter, & populo in afflictionibus opitulabatur. [k] *Auris audiens beatificat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi: eo quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum.* Hoc germanum familiareque populorum rectoribus, legem naturæ, tanquam optimam ducem sequentibus erat: cui persuasioni opinionique veraci, hæc Taciti fidem astruunt. [l] *Vetustissimi mortalium, nulla mala libidine, sine probro scelere agebant. Et vbi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabatur. At postquam exui æqualitas, & pro modestia & pudore ambitio, & vis incedebat, prouenere dominationes, compositæ leges, finis æqui iuris.* Legitimam vero hanc mitemque cum honore reuerentiaque iustitiæ administrationem viguisse in aurea ætate, poetæ fictis fabulis memoriæ prodiderunt: Vt Ouidius cum Ianum ita loquentem inducit.

a Psal. 88.
b Psal. 131.
c Prouerb. 31.
d Psal. 126. v. 3
e Psal. 117. v. 20.
Principes sedere in porta est iudicare.
S. Hieron. in cap. 26. Ieremiæ
f Ierem. c. 26
Ab Homero cur Reges dicti δικασπόλοι.
Solium regis de quo iura dicit Græcis, Latinis, Hebræis & Gallis, qualiter nominatur.
Vsus & finis throni regij constitutus.
g L. 3. Reg. c. 10.
h Ierem. c. 22
i Prouerb. 20 vers. 8.
k Iob 30.
Iustitiam exercere proprium erat principibus sub lege naturæ existentibus.
l Tacitus l. 3. annal.

A

[m] *Tunc ego regnabam, patiens cùm terra Deorum*
Esset, & humanis numina mixta locis,
Nondum iustitiam facinus mortale fugarat.
Vltima de superis illa reliquit humum.
Proque metu populum sine vi pudor ipse regebat,
Nullus erat iustis reddere iura labor.
Nil mihi cum bello, postes pacemque tenebar,
Et clauem ostendens, hæc ait, arma gero.

m Ouidius l. 2. fast.

Hunc incorrupti seculi morem, sequentes principes, virtutis amatores, & æquitatis auidi, huic iustitiæ administrandæ studio, pro regendis saluandisque populis, in lege veteri & noua, tamq; inter Christianos quam Paganos, totis neruis ac viribus incubuerunt. Vnde laus illis magna multaque prosperitas, vt Philippo Herodis Antipæ fratri qui 30. annorum spatio in regionibus illis

B

Trachonitidis, Gaulonitidis, Batananeæ regnauit, in sua semper ditione principatuq; moratus. [n] Quem domo egredientem, iterque cum paucis selectis comitibus facientem, sella semper subsequebatur, in qua ius populo dicere iustitiæque iussa mandare solebat. Vt si quis ex occursu ipsius auxilium principis efflagitaret, sine mora, protinus, ibi posita sella residens, lites audiret, causaque cognita nocentem noxiumque condemnaret, innoxium vero, iustæque causæ fidentem, ab omni iniuriæ vulnere suo iudicio vindicaret. Quam gloriosum tutumque ad prosperam vitam fuit Augusto Cæsari. *Ius assiduè dicere,* & vt ait Suetonius *in noctem nonnunquam?* [o] *Qui si quando aduersa cum valetudo infirmaret, lectica pro tribunali posita, in eaque recumbens ius dabat, vel si eum grauior morbus domus egressu prohiberet, in ea iustitiam poscentis largie-*

C

batur. Eius hæres & in Imperio successor Tyberius. *Magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium,* ([p] inquit Suetonius) *assidebatque mixtim, vel ex aduerso in parte primori, & si quem reorum elabi gratia, rumor esset, subitus aderat, iudicesque aut è plano, aut è quæstoris tribunali, legum & religionis, & noxæ de qua cognoscerent, admonebat, atque etiam si qua publicis moribus desidia, aut mala consuetudine labarent, corrigenda suscepit.* Alexander Seueros [q] *negotia & causas prius à scriniorum principibus & doctissimis Iurisconsultis, & sibi fidelibus, quorum primus tunc Vlpianus fuit tractari ordinarique, atque ita ad se referri præcepit.* Sed quorsum pluribus Imperatorum Romanorum commemorandis exemplis mea longius excurret oratio? Cum illis semper proprium (sicut veri principis munus exigit) fuisse dicat Panegyrista Plinius. [r] *Per iustitiam reconciliare æmulas ciuitates, tumentesque populos, non imperio magis quam ratione*

D

compescere: intercedere iniquitatibus magistratuum, infectumque reddere quidquid fieri non oportuit. Postremo velocissimi sideris more omnia inuisere, omnia audire, & vndecumque inuocatum statim velut numen adesse, & adsistere. At quam præclarius, atque magnificentius ista fecisse Christianos Imperatores Constantinum M. eius filios Constantinum & Constantem Catholicos principes, Valentinianum, Gratianum, Theodosios, Iustinos, Iustinianos, aliosque sincerè de Christianæ religionis veritate sanctitateq; sentientes, scriptores sacri, profanique commemorant: qui vt religionis sanctissimæ, sic & iustitiæ immaculatæ, cunctis terræ Regibus

Exempla breuiter eorum recitantur qui digne iustitiam exercuerunt.
n Iosephus l. 18 antiq. c. 6
o Sueton. in August.
p Sueton. in Tyberio c. 33.
q Lampridius in Alexandro Seuero.
r Plin. in panegyric. ad Traianum.
Principes Christiani plures iustitia insignes, quam Pagani fuerunt.

Agapet. epist. paraenet. ad Iustinianũ Magnum.

principibusque lampada prætulerunt. Quos si illustrare exemplis nporteret, longè facilius esset principium, quam exitum inuenire. Hinc illa præclara Agapeti Diaconi ad Iustinianum Imperatorem exhortatio: qua eum exemplo prædecessorum Imperatorum Catholica fide, iustitiæque puritate illustrissimorum obtestabatur, vt sectando iustitiæ sacra omnibus præcipuè indigentibus, & potentiorum tyrannide oppressis aditum ad se patefaceret, iisque misericordes mansuetasque aures expanderet: qui ab inopiæ egestatisque obsidebantur oppressionibus: vt sic ad diuinæ misericordiæ sanctuariom, viam sibi aditumque præmuniret. De iustitia regum Francorom, sicut de religione hic pauca recenseo sequentibus libris, scil. septimo, & octauo huius partis ex professo institutoque quãplurima dicturus, hoc solum pro magna iustitiæ illorum claritate, Agathiæ Græci scriptoris commemorare suffic:et: *Apud illos* (scilicet Gallos) *subditi sunt iustitia, & patria studiosi. Principes vero vti opus est placidi & obsecundantes. Idcirco vtique, & firmam degunt habentes potentiam, iisdem legibus victitet, sua tuentes, nihilque amittentes, quamplurima verò acquirentes. Iustitia enim & amicitia, vbi vigent, beatam firmamque efficiunt Rempublicam, nequaquam hostibus expugnabilem.* Franci itaque, scilicet principes, hoc modo optimè, vitam suam instituentes, & sibi ipsis & finitimis imperant. Carolum magnum, quo inter cæteros Galliæ Reges & Imperatores, (vt poëtæ verbis vtar)

Agathio Græci de Gallorũ principum populorumque iustitia testimonium.

B

Iustior alter,
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis.

Carolus M. per se ipsum iustitiam subditis administrare voluit.

Per se ipsum iura populis dare voluisse. Hæc illius constitutio testarur: [a] *Hoc missi nostri notum faciant, comitibus & populo, quod nos in omni hebdomada vnum diem ad causas audiendas sedere volumus: populo autem dicatur, vt caueat de alys causis ad nos reclamare. Nisi de quibus, aut missi nostri, aut comites, eis iustitiam facere noluerint.* [b] Eius vero filius Ludouicus Pius Imperator (vt vetustus ille scriptor historiæ Theganus air) [c] *tribus diebus per singulas hebdomadas res iudiciaria intererat.* Quod magnopere pater approbans Imperator de hoc iuuene filio lætus gaudensque dicebar. *Victos nos gratulemur ab huius iuuenis senili sagacitate.* De quo iuuene principe hæc idem priscus author. *Eodem tempore supradictus misit legatos suos, supra omnia sua inquirere, & inuestigare si alicui aliqua iniustitia perpetrata esset.* Et alibi. [d] *Per vniuersas regni partes, fideles à latere suo misit, qui æqui iuris tenaces existentes peruersa corrigerent, omnibusque, ius congruum æquo libramine penderent.* De S. Ludouici iustitia clarior notiorque res est, quam vt pluribus exemplis factisq; debeat illustrari. Cæteros Galliæ Reges prætereo. Cum sim de illis, vt spopondi modo, aliâs plura dicturus. Tanta fuit apud eos iustitiæ fructus cupiditas, vt cum per suos magistratus eam administrauerint, illis semper iniunxerint suis minimè parere mandatis & imperiis, si tantillum iustitiæ regulas egrederentur. In hoc Imperatorem Traianum secuti, qui gladium potestatis Imperatoriæ præfecto prætorio cum illis verbis tradidit: [e] *Accipe hunc gladium, & siquidem rectè & è republica imperauero, pro me, sin secus contra me vtere.* [f] Principes Ægyptios suis magistra-

a Constitutio Caroli M. in capitul.

b Ludouici Pij Imp. institutio.

c Theganus.

C

d Idem Theganus.

D

Galliæ Reges nolunt sibi contra iustitiam iubentibus obediri.

Imperatores principesque iustitia amantissimos imitati.

e Zonor. in 3 in Traiano

f Plutarch. in Apophth.

A

tibus, vt iurarent se eorum mandata nunquam facturos, si tantisper ab amussi iustitiæ delirarẽt, imperauisse legimus. Inter Galliæ Reges Philippus Pulcher S. Ludouici aui sui virtutem in reddendo cuiq; suum sectatus, tale iuramentum suos iudices magistratusque, quibus iustitiæ credebat administrationem, facere voluit. Pari iustitiæ zelo [g] Alphonsus Rex Neapolitanus affectus, suis iustitiæ ministris similia præscripsit & imperauit.

g Alphonsus Rex Neapol. panorm. l. 2. hist. regis Alphonsi.

Ex illo iustitiæ cultu magna laos, firma salus, & prosperitas principibus adueniunt. Secundum promissa Dei de iustitiæ præceptis ac regulis, necnon de prosperitatibus quæ fluunt ex illis ista dicentis: [h] *Scribes ea super postes, & ianuas domus tuæ, vt multiplicentur dies tui & filiorum tuorum in terra, quam iurauit Dominus patribus tuis.* De qua prosperitatis salutisque firmitate, & honore à sincero iustitiæ cultu profectis, hæc sapiens: [i] *Domus iusti plurima fortitudo, in fructibus impy conturbatio, in abundanti iustitia virtus maxima est.* Contra de iniustitia impiorum loquens: [k] *Quia illæ gentes* (inquit) *egerunt impiè, deletæ sunt*, sioe vt habet versio communis, *domus impiorum delebitur*: de iusto autem non sic: testante eodem Propheta. *Tabernacula iustorum germinabunt*: Vnde [l] Dauid, *iustus, vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Dei.* Quem bonis se repleturum omnibus promisir Deus. [m] *Longitudine dierum replebo eum & ostendam illi salutare meum.* Alibi. [n] *Gloria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæculum sæculi*: experimento etiam magis apparet (inquit D. [o] Thomas) *quod Reges per iustitiam magis adipiscuntur diuitias, quam per rapinam tyranni. Quia enim Dominium tyrannorum subditis multitudini displicet, ideo opus habent tyranni multos habere satellites, per quos contra subditos tuti reddantur: in quibus necesse est plura expendere, quam à subditis rapiant. Regum autem dominium, quod subditis placet, omnes subditos pro satellitibus ad custodiam habet, in quibus expendere opus non est: sed interdum in necessitatibus, plura regibus sponte donant, quam tyranni diripere possint. Et sic impletur, quod Salomon dixit: aly scilicet, Reges diuidunt propria benefaciendo subditis, & ditiores fiunt: aly, scilicet tyranni rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.* Hæc S. Thomas. Tanta namque iustitiæ vis est testimonio [p] Ciceronis, *vt nec y quidem qui scelere & maleficio pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere? Quæ pietati iuncta conformes Deo principes efficit*, [q] Augustus Cęsar suo paganico more loquẽdi apud Senecã dicere solebat, *pietate & iustitia principes fieri Deos*, sed rectius nobis Christiana loquendi formula dicere licet, per iostitiam veramque religionem principes Catholicos, [r] *diuinæ fieri naturæ consortes, res nullius egentes*, studiosi quippe iustitiæ principes eius administratione delectati, diuitiis à Deo plurimis opibusque cumulantur: sicut Salomon, *qui dum sapientiam quæsiuit, ad faciendum iudicium promissionẽ de abũdantia diuitiarum accepit*, cũ magna imperij prosperitate stabiliq; gloria. Cuius rei certiorẽ fidẽ hoc spiritus S. oraculũ dedit, quod illi sapienti principi dictauerat. [s] *Rex qui iudicat in iustitia pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.*

2 Post. Laus, firma salus & prosperitas principibus sincero iustitiam administrantibus per se, aut per alios à se constitutos.

h Deut c 17.

B

i Prouerb. c. 15 vers. 6.

k Prouerb. c. 14. vers. 11.

l Psal. 91. v. 13.

m Psal. 90. v. 16.

n Psal. 28.

Boni principes per iustitiam ditescunt tyranni contra, per iniustitiam & rapinas depauperantur.

C

o D Tho l 1. de regimin. princip c. 10.

Prouerb. c. 11

p Cicero l. 2. off.

q Seneca in Ludo.

D

r 2 S. Petri. c. 1. v.

S Thom l. 1. de regim ca. 10 circa fin.

s Prouerb. c. 29.

Verum vt omnes iustitiæ functiones partesque perfectiùs princeps expleat, & operetur, debet sibi sẽper iudicanti veriq; principis officia

3. Para.

venerant, pro Antiochenis patrocinaturi, iudicibus ad Antiochenorum pœnas à Theodosio seniore missis, magna loquendi libertate accensique charitate dicebant. Tantasque ad ignoscendum miserandumque victis & afflictis in ipso Imperatore clementia vires habuit, vt ipse [a] teste Synesio oratione ad Arcadium filium ipsius, *cum victor omnium esset hostium, ac magnificus imperij Ecclesiaque Christiana perduellium persecutorumque triumphator, se tamen à clementia, mansuetudineque sua vinci superarique voluntariè pateretur*, victûq; se hac virtute lætaretur. Hinc præclara illa in honorem prædicationemque huius imperatoris clementiæ ac mansuetudinis ethnici poetæ carmina.

a Synes. orat. ad Arcad. Imper. de seruanda clementia erga supplices.

[b] Non insultare iacenti
Malebat: mitis precibus, pietatis abundans,
Pœnæ parcus erat: paci non intulit iram,
Post acies, odijs idem qui terminus armis
Profuit hoc vincente capi: multosque subactos,
Aspera latura commendauere catena,
Magnarum largitor opum, largitor honorum,
Pronus, & in melius gaudens conuertere fata.

b Claudiani in 4. Consul. Honorij Imperatoris.

Sed quàm prospera tutaque principum regumque imperia hæ virtutes, clementia, mansuetudo, misericordiaque faciant, quàmquam ab illis principes gloriosi felicesque reddantur, restat, vt pro termino huius libri, sequenti postremoque capite videamus.

CAPVT XIII.

Princeps clemens imperij fœlicitas, & contra.

1. *Clementia mansuetudoque misericas Christiani principes prosperum atque tutum reddit imperium.*
2. *Sicut seueritas crudelitasque perdit.*
3. *Et quò princeps clementior & mansuetior, eò gloriosior & beatior.*

QVAM verum illud egregiè à sapiente [a] dictum: *roboratur clementia thronus principis.* Cum experientia magistra didicerimus, [b] *firmissimum id imperium quo obedientes gaudent:* & [c] *qui benignitate ac clementia imperium temperauere hic candida & læta omnia fuisse: etiam æquiores hostes quam alijs ciues.* Sicut ex opposito.

[d] Inuisa nemo imperia retinuit diu.

a Prou. c. 20.
b Liuius l. 8.
c Sallustius ad Cæsarem.
Clementia in tuto felicitatis statu regnum imperiumque sistit.
d Seneca.

Multas easque sæpius incruentas de hostibus fortissimis Persis, Saracenis, alijsq. barbaris victorias iuniorē Theodosiū, aui sui mansuetudinis æmulū, huius clementiæ misericordiæque virtute retulisse sacri, vt [e] Theodoretus historici commemorant. Atque si recentiora opus sit exempla sciscitari, historiarum scriptores [f] obseruarunt clementiam misericordiamque Alphonsi regis Neapolitani, qua in victos hostes vsus est, vt in Antonium Caldoram Iacobi Caldoræ clarissimi quondam ducis, regi inimicissimi filium patris in hoc odio sectatorem, ipsi regi valde profuisse, vt Neapolitano regno prosperè tutóque potiretur. Notanda illa S. Seuerini morti proximi, sicut significauerat illi dominus, ad regem Thebam Rugo-

e Theodoret. lib. 1. c. 36.
f Pandulphus Collenutius lib. 4. histor. Neapolitanæ cap. 8.
S. Seuerinus ad clementiam mansuetudinemque regem Rugorum reginamque, vt eorum prosperetur dominatio regnumque, hortatur & inflammat.

A rum, reginâque Gisam nomine vxorem eius exhortatio quam recitat Eugipius cap. 40. in vita S. Seuerini, vt à seueritate ad clementiam mansuetudineq; erga populos inflecterentur, ex qua multis prosperitatibus bonisque cumulati florerent, sicut ex illa multas ærumnas calamitatesque sibi populisque suis agglomerarent. *Errat enim*, inquiebat [h] Seneca, *si quis existimat tutum ibi esse regem, vbi nihil à rege tutum est.* [i] *Securitas securitate mutua paciscenda est: Non opus est construere in altum editas arces, nec in ascensum arduos colles emunire, nec latera montium abscindere, multiplicibus se muris turribusque sepire saluum regem in aperto clementia præstabit.* [k] *Qui & amorem apud populos, metum apud hostes quærit:* [l] *Qui non dominationes & seruos, sed rectorem & ciues cogitat, qui clementiam* B *iustitiamque capessit:* Pro quo subditi [m] *idcirco non illum timeant.* Cui iure illud [n] Homeri competat, πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν, *mitis erat, patris instar.* Qualis erat Alphonsus, rex de quo supra. Qui interrogatus. *Cur erga omnes etiam malos ita lenis esset?* Respondit. [o] *Quia bonos iustitia conciliat, malos clementia.* Sic boni, malique mansuetudine regia conuersi coniectis ab ea super caput eorum carbonibus, in vnum scopum metamque coeunt, vt quam fidelissimè, tāto principi seruiatur, prosperumque cum firmitate durationis imperium illius efficiatur. Propter quod ministros sui palatij. [p] Ipse princeps de nimia sua erga delinquentes mansuetudine lenitateque expostulantes dicentesque hanc benignitatem affabilitatemque C minimè decere, principē procul à se repulit eis cū increpatione respondens. *Quid ergo? vultis vrsos ac Leones regnare? Nam hominum clementia, belluarum feritas est propria.* Si sit de hostibus Dei reipublicæque Christianæ pro salute prosperitateque imperij optata quærenda victoria: ad eam via per scalam clementiæ misericordiæque in læsæ maiestatis humanæ reos aptissima est. Theodosius magnus, de quo supra sæpius & infra sermo nobis, expeditionem molemque Romani Christianique exercitus disponens ac præparans, aduersus capitalem imperij religionisque hostem Eugenium, vt diuinum numen Christique redemptoris ausilium sibi conciliaret, misericordiæ mansuetudinisque plenas, in veniam indulgentiamque reorum læsæ maiestatis Imperatoriæ leges in sago militari verè Christianéque philosophando editas factasque publicauit. Qualis est hæc lex vnica. Titulo, si quis Impera- D toti maledixerit in Cod. Theodosiano quam ad Ruffinum præfectum prætorio his conceptam verbis anni 393. mense Augusto rescripsit: *Si quis modestiæ nescius & pudoris ignarus improbo petulantique maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporum fuerit: eum pœnæ nolumus subiugari, neque durum aliquid nec asperum sustinere: Quoniam si ex leuitate processerit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum: si ab iniuria remittendum.* Talis mansuetudo, clementiaque principis magnas pro salute imperij ad peccatorum conuersionem vires haber attestante illo Senecæ dicto memorabili: [q] *Verecundiam peccati facit ipsa clementia regentis: & grauior multò pœna videtur quæ à miti constituitur.* Quis nescit experientia benè informatus, facilitatem clementiæq, dulcedinem ad bene feliciterque regnandum seueritati præstare? & mansuetudinem suadendi

g Eugipius c. 40. de vita S. Seuerini.
h Senec. l. 1. de clementia c. 19.
i Senec. l. 1. de clementia c. 19.
o Tacit. l. 12. annalium.
l Tacit. l. 12. annalium.
m Biantis dictum.
n Homerus odyss. 6.
o Alphonsi regis pulcherrimum elogium.
p Factum dictûque aliud egregium Alphonsi regis.
Opus Imperatoria exigraque clementia ad vincendos Dei Republicæ que hostes pro salute imperij valde propitium.
Præclara Theodosij M. lex.
Ad peccatorum iniquorum conuersionem multum potest principis clementia & lenitas.
q Sen. l. 1. c. 24. de clementia.
Ad stabilitatem felicitatemque regni clementia quam seueritas longe aptior.

rogandique, imperio summo, coactionique præ:te? Quod ipse sanctus Paulus exemplo suo cõprubauit: qui ad Philemonem pro Onesimo scribens, [b] *Propter quod*, inquit, *multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro cum sim talis, vt Paulus senex, nunc autem & vinctus Iesu Christi obsecro te, pro meo filio, quem genui in vinculis Onesimo*: vt ipsius Apostoli testimonio illud esse verum cognoscatur quod postea profanus poëta cecinit.

b Epist. ad philemonem.

> [c] *Peragit tranquilla potestas,*
> *Quod violenta nequit, mandataque fortius vrget Imperiosa quies.*

c Claudianus in paneg. Mallij.

[d] *Et remissiùs*, scilicet leniùs, dulciusque *imperanti meliùs paretur*. Quis nescit clementiam ex hostibus, amicos seruosque fidelissimos efficere? vnum pro multis ex ethnicorum schola ac republica prodeat exemplum! Imperator Augustus audiens L. Cinnam illustri cretum sanguine, antiquaque inter ciues Romanos nobilitate coruscantem, sibi struere molirique insidias: licet illi prius Pompeianis innixo partibus hostiles actus indulsisset, ad se vocato dixit: [e] *Vitam tibi Cinna iterum do, prius hosti, nunc insidiatori, ac parricidæ. Ex hodierno die inter nos amicitia incipiat. Contendamus vtrum ego meliori fide vitam tibi dederim, an tu mihi debeas.* Hac humanitate clemenq, & mansuetudine misericordi, conuictus Cinna, quo ad vixit Augusto fidelissimè seruiuit: hinc amplificata clementis principis imperij felicitas, ex hac hostibus impertita misericordia potentiùs diuturniùsque corroboratur.

d Seneca l. 1. de clementia.
e Seneca l. 1 c. & Dion l. 55.

At crudelitati seueritatique nemo nisi inuitus paret, cumque metu, crudelium principum vitæ insidiari solito, feralia suscipiuntur à subditis imperia, quousque excutere valeant. [f] *Quem metuunt oderunt, quem quisque odit periisse expetit.* Huius rei fidelè nimium, seueritas rigorque iubendi proteruus Roboami Salomone nati, testimoniũ prębuit. Ad quẽ patre mortuo Israëlitę accedentes, rogantesque vti remitteret aliquid è tributis, leuiusque sibi iugum à patre impositum efficeret, atque mitigaret, indignissimè ab eo pessimum iuuenum secuto consilium tractati sunt, humillimę eorum supplicationi hoc superbũ crudeleque reddẽte responsum. [g] *Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego autem addã iugo vestro, pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus.* Hoc immani duroque responso tot aspera minanti facto, quid secutum est? *Videns itaque populus* (inquit scriptura) *quod noluisset eos audire rex, respondit ei dicens: quæ nobis pars in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Isai?* Et sic recedentes ab eo decem tribus iugum omne dominationis Roboami eius perterritæ minis excusserunt. Cognouitque magno suo damno Roboam huius paternæ veritatem sententiæ. [h] *Responsio mollis frangit iram, sermo vero durus suscitat furorem.* In quem efferaò Israëlitę propter durum Roboami sermonem, adeo ira, odio & indignatione aduersus illum exarserunt, vt Aduramum, qui regiis tributis præerat, quem rex ad placandos concitatæ multitudinis animos miserat, ne auditum quidem lapidibus obruendo necauerunt, [i] teste Iosepho post scripturam dicentem: [k] *Misit ergo Rex Roboam Aduramum, qui erat super tributa: & lapidauit eum omnis Israel, & mortuus est.* Et ipse rex audita hac Adurami lapidatione, veritus populi exulcerati furores. [l] *Festinus ascendit currũ, & fugit in Ierusalem, recessitque Israel à domo Dauid, propter regiæ responsionis acerbitatem, vsque in præsentem diem. Itaque Roboam desertus à populo ac destitutus*, inquit S. Ambrosius, *vix duarum tribuum propter Dauid meritum habere potuit societatem.* Felix ter quaterque Roboam, si iuuenum insanientium, pessimũ detestando consilium, prudentum, modestorumque senum lenia consilia, salutariaque monita docilis & clemens audiuisset! Dauidis aui regna in illius domo posterisque diutissimè permãsissent. Dixerant enim illi senes sapientes qui assistebant coram Salomone patre eius dum adhuc viueret, ab eo iussi dicere sententiam: [l] *Si hodie obedieris populo huic & seruieris, & petitioné eorum cesseris, locutusque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi serui cũctis diebus, sed miser* [m] *dereliquit consilium senum quod dederant ei, & adhibuit adolescentes qui nutriti fuerant cum illo & assistebant illi.* Quorum persuasione consilioque dementatus, *non acquieuit populo* (supplicanti.) *Quoniam auersatus fuerat eum Dominus, vt suscitaret verbum suum quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ ad Ieroboam filium Nabath.* Verbum autem domini illud erat: [n] *Ecce ego scindam regnũ de manu Salomonis* (scilicet propter execrabiles eius idololatrias meo honore cultuqꝫ contẽpto) *à mulieribus alienis possessi & idolo Moabitarum & Sidoniorum mancipati*, vt loquitur Tertullianus, *& dabo tibi decem tribus. Porro vna tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid, & Ierusalem ciuitatem quam elegi, ex omnibus tribubus Israel: eo quod dereliquerit, & adorauerit Astharten Deum Sidoniorum, & Chamos Deum Moab, & Moloch Deum filiorum Ammõ, & non ambulauerit in vijs meis, vt faceret iustitiam coram me, & præcepta mea & iudicia sicut Dauid eius pater.* Vnde dura & aspera responsa Roboam, quibus patris regnum perdidit, effectus erant maledictionis, quã Deus in Salomonem patrem propter scelera illius multa fulminauit: quæ eò grauiora erant quò maioribus à Deo cumulatus beneficiis in summo imperij vertice collocatus cæteris eminebat. [o] *Peccata quippe quæ incipientibus leuia sunt perfectis viris grauia reputantur. Tantò enim maius cognoscitur esse peccatum, quantò maior qui peccat habetur. Crescit enim delicti cumulus iuxta ordinem, & sæpe quod minoribus ignoscitur, maioribus imputatur.* Sed vt eò redeamus vnde leui disgressione deflexímus. [p] Sicut clementi principi, apud quem vt Seneca loquitur, *Parsimonia est etiam vilissimi sanguinis*, auctoritas regnãdi firma, gloriosa prosperaque est. Sic cõtra seuero & duris assueto passionibus turpis & misera: [q] *Cui assiduitate subditos vexandi, auctoritatem seueritas amittit, degeneres animos cruor arguit*, sicut generosos clementia & feruor amoris in populos: nam

a. Pars. Seueritas crudelitasque clementia mansuetudinique contraria regna perdit, ac dissipat eorum prosperitatem.
f Offic. 2. Cic.
Roboam dura locutus populo deceptus iuuenum consilio decem regni partes perdidit.
g l. 3 Regum c. 12. v. 14. 15.
h prouerb. 15.
i Iosephus.
k 3 Reg c 12 v. 18.
a Ib. v 18. 19.
S Ambs. l. 1. off c. 18.
l 3 Reg. c. 12. v. 7.
m Ibid. v. 8.
n l. 3 c. 11. v. 35 30. 33.
Tertull l. 5. contra Marcionem.
Salomonis tam grauissima peccata reputata.
o Isidorus l. 2 c 10 de summo bono.
p Seneca l. 1. de clem.
Misera & male fida saeui principis potestas
q Senec. l. de clem.

> [r] *Corpora magnanimo satis est prostrasse Leoni,*
> *Pugna suum finem cum iacet hostis, habet.*
> *Sed lupus, & turpes instant morientibus vrsi.*
> *Et quæcumque minor nobilitate, fera est.*

r Poeta Ouid.

Has ferinas belluas non illud animal generosum imitantibus omnia in imperio per seueritatis & exactionis asperitatem facientibus principibus misera ac male fida potestas. Cum testimonio [s] Curtij? *Non sit diuturna possessio in quam gladio ac telo semita inducitur.* Crescentibus hac immiti via inimicis, indeque insidijs, ac viribus, ad sæuitiam crudelitatemque regnantis. *Quoniam vt arbores quædam recisæ pullulant,*

s Q. Curtij l. 8.

a Senec l. 1. de Clementia.
b Seneca l. 1. c. 24 de Clement.
c Ibid. Senec.

ita regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo.[b] *Ferina ista rabies est sanguine gaudere ac vulneribus: & abiecto homine, in syluestre animal transire.*[c] *Non minus principi turpia sunt multa supplicia quam medico multa funera.* O verba aurea cælo digna? Quamuis pagani senatoris, sed Romani & valde in morali philosophia versati: quæ merito princeps Christianus in corde firmiùs profundiúsque quam stylo ferreo & adamantina cuspide imprimere ac insculpere debeat![d] *Equidem ego cuncta imperia crudelia, magis acerba quam diuturna arbitror: Neque quemquam à multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat, bellum æternum & anceps gerere. Quoniam neque aduersus neque à tergo aut lateribus tutus sis, semper in metu aut periculo agites.* At secura contra, tranquilla, pacifica, beataque mansueti clementisque principis auctoritas atque principatus, quem tot millia fidelium subditorum amicorumque vallo charitatis obedientiæque voluntariæ firmissimo circũstant & ambiunt. Cuius iussa imperiaque omnes tam prompto lætoque libentes animo sequuntur. Quoniam[e] Seneca teste. *Natura contumax est humanus animus in contrarium atque arduum nitens, sequiturque faciliùs quam ducatur: & vt generosi & nobiles equi meliùs facili fræno reguntur: ita clementiã voluntaria innocentia impetu suo sequitur, & dignam putat ciuitas quam seruet sibi.* Plus itaque, vt cum[f] eodem philosopho moralis doctrinæ concludam, *hac via lenitatis ad salubritatem potius, quàm seueritatis asperitatisque prosiritur.* Vt inferamos inde pro vltima huius capitis librique parte, Principem quò clementior mansuetiorque in populos extiterit eò gloriosiorem beatioremque futurum. Quanto dedecori detur principem esse crudelem & immitem, quantoque honori clementem esse vertatur, ipsa animalia bruta, volatilia cæli, plantæque suo instinctu proprietateque naturali testantur. Inter aues solus vespertilio, vile sordidum, & abiectum animaleulum ad nocendum dentibus armatur. Inter insecta solus culex vilissima bestiola acritudine victitat.[h] At vero rex apum aculeo caret. Sic principes maximè verò Christiani omni seueritatis crudelitatisque felle carere debent. Cum Christi Domini totius vniuersi Regis & Imperatoris, qui ipsamet bonitas & misericordia est, vicibus in terra fungantur. Nec propterea mirum pro hoc misericordiæ clementiæque regiæ documento, si arbores circa litus maris rubri plantatæ steriles sint, fructibusque bonis & optatis perpetuo destituantur: solam dulcedinem amænitatemque tam in floribus quam in foliis lilia redolent. Quid Catholici principes sequentes agnum Dei, regem regum: *Quocumque ierit, qui pascitur inter* virtutũ omnium *lilia*? Ad hanc gloriam & honoris pulchritudinem ex remissis & indultis subditorum peccatis contumeliisque Theodosium magnum Flauianus Antiochiæ Episcopus oratione pro Antiochenis sic precando cõpellabat. *Sed si velis ô humanissime & sapientissime & multa pietate plene, diademate isto clariorem & maiorem tibi coronam hæc afferet.* Contumelia (scilicet remissa & impunè ex magna misericordia mansuetudineque perpessa) *hæc nempe diadema est & virtutis insigne, & Dei liberalitatis. Sed corona ex hac humanitate contexta tuum solius erit & sapientia tua meritum. Nec te tantum omnes admirabuntur propter*

d Salust. ad Cæsarem
Nulla crudelia imperia diuturna & vita crudelis principis misera.
Contra mansuetudinis ac beata.
e Seneca l. 1. de Clement. c. 24.
f Seneca ibid. c. 24 l. 1. de Clementia.
3. Pars. Princeps eò gloriosior & beatior quo clementior.
g Simil. ex Plinio in hist. naturali & aliis.
h Virg. 4. Georg.
Cant. 2.
Ex oratione Flauiani apud S. Chrysost. hom. 3. ad populum Antioch.
Magna gloria principi paritur à clementia iniuriasi remittendo à populis ipsi principi inflictas.

istos lapides pretiosos, quantum propter victoriam de indignatione superata reportatam laudabunt. Destruxerunt statuas tuas! sed illis clariores restituere tibi licet. Si enim iniuriæ auctoribus crimina remittas, & nullam ipsis inferas pœnam: Non æreas istas in foro erigent, nec aureas, nec lapillis coagmentatas, sed omni materia pretiosiorem stolam indueris, humanitatem scilicet & misericordiam. Talem in mente quisque sua te ædificabunt & tot statuas habebis, quot orbem habitant homines & habitabunt.

Sed quantis mactatus laudibus & honoribus apud Deum & homines in memoria seculorum omnium Constantinus magnus ob celeberrimum clementiæ misericordiæque Imperatoriæ factum viguerit, florescetque seclis innumerabilibus gloria mansuetudinis eius, Idem qui supra Flauianus Theodosio huic magno Imperatori proposuit, vt ad maiorem misericordiæ mansuetudinisque in nocentes Antiochenos propensionem inflecteret. Cum superioribus ista subiunxit.[i] *Fertur beatus Constantinus effigie sua quandoque lapidata multis ipsum instigantibus ad supplicium de auctoribus contumeliæ sumendum, & dicentibus quod omnem ipsius faciem saxis conuulnerassent, manu faciem palpans, & leniter ridens dixisse: ego vero nusquam vulnus in fronte factum video, sed sanum quidem caput, sana vero & facies tota. Illi vero reueriti & confusi ab hoc iniquo consilio destitêre. Et hoc verbum hactenus canunt omnes; nec tantum temporis labefecit, aut huius sapientiæ memoriam extinxit. Quot non sit trophæis hoc splendidius? multas vrbes ille condidit, & multos barbaros ille superauit, sed meminimus illorum nihil: hoc autem verbum vsque ad præsentem diem canitur, & posteri nostri & eorum posteri omnes idipsum audient, nec solum hoc est admirandum quod audient: verum etiam quod laudibus & sanctis verbis prosequentur, dicentesque laudabunt, & audientes gratè suscipient: Nec vllus est qui hæc audiens silere possit, quin pariter exclamet, & talia dicentem laudet: & innumera ipsi vel defuncto bona precetur. Quod si propter illud verbum, apud homines tanta potitus est gloria, quot apud benignum Deum coronas assequetur?* Quis enim nisi mentis inops & sine sensu iudicij & conscientiæ sibi non persuadeat humiliato, superato, & ad pedes abiecto hosti parcere & misereri, magnum esse honoris meritique principi triomphum? sicut Ecclesiæ sanctæ, suæ clementiæ charitatisque sinum peccatoribus pœnitentiæ fructus & opera meditantibus aperire? vt exponit S. Chrysostomus Eutropij casum ex felicissimo statu miserrimum lugens: cum hæc inter alia dixit, vt populi animos ad miserationis, compassionisque in calamitosissimum Eutropij ex beato miserrimi, statum, inclinationem, propensionemque flecteret. *Hoc quouis tropæo splendidius, quauis victoria illustrius. Hoc ethnicos, hoc Iudæos pudefecit: Hoc placiditatem vultus eius ostentat: quod hosti capto parcat (scilicet Ecclesia) & ab omnibus desertum ac contemptum, vt amantissima mater suis velamentis occultet: regis simul ira intolerabili populi furori ac odio se opponens: hoc ipsum est eximium altaris sacramentum.* Quantum autem fuerit cordi Constantino magno peccantibus clementia misereri & parcere, sicut reipublicæ imperioque, magnificentia benefacere, ex quo sibi magnam laudẽ decusque parauit,[l] Clycas ostẽdit cũ ait, illũ *vetera ædificia ciuitatis Cõstãtinopolitanæ & aliarũ de nobilioribus angustiora in õmibus efferisse*

Maximam gloriam apud Deum & homines factum clementia memorabile Constantino magno peperit.
i Ex eadem Flauiani oratione.
Humiliato, victo prostratoque parcere magnus principis Christiani triumphus sicut Ecclesiæ matris.
S. Chrysost. orat. pro & contra simul Eutropium.
Specimen magnum beneficentiæ Constantini M.
l Clycas l. 4.

nouaque longe ampliora præstantioraque extruxisse: carcerem vero vt se habebat humilem atque depressum paucorum hominum capacem nullo additamento reliquisse. Quem ooc posteri Imperatores aosi sunt immutare & ampliare, vsque ad Phocam crudelissimum imperij vsurpatorem, qui illum laxiorem ampliotemque reddidit, sicut illius crudelitas sæuitiaque deposcebant. Huius occasione beneficentiæ clementis & clementiæ beneficæ in principe tanto, quis non verissimum illud Senecæ credet. [a] *Clementia non tantum honestiores sed tutiores præstat, ornamentumque imperiorum est simul, & tertissima salus.* Gratissima clementię virtus, quæ tutam principis salutem, gloriosam vitam, famamq; celeberrimam omnium linguis sermonibusque prędicandam, etiam apud eos qui foris in hoc seculo facit. [b] Cuius virtutis, laudisque ad ea, conscius Pericles moriens vitæque abeuntis extinctioni proximus, assidentibus sibi amicis instantem eius interitum lugentibus, atque illum aliis ob sapientiam, alus ob eloquentiam, aliis ob peritiam regendæ Reipub. aliis ob artem militarem, indeque victorias, alus deniq; ob alias dioersas virtutes laudantibus paolisper è ceruicali lenteque languidum caput erigens, *Et quid hoc est*, inquit, *aut parua aut fortuita laudatis: at illud maximum omittitis, quod nemo mea opera pullam vestem sumpserit.* Quanta hæc ipsi visa gloria à clementia misericordiaque profecta, quam omnibus aliarum virtutum tecteque factorum trophæis anteponendam esse iudicaoit? At quantò Christianorum principum fuit eminentior clementiæ, propter verum Deum Christum dominum altissimi filium, mansuetudinisq; productio quàm illa paganorum, sic gloria honorque maior & amplior extitit, vt inter cæteros Theodosij senioris. De cuius clementiæ misericordięque erga victos hostes, eorumque propinquos mirandis effectibus, multi multa scriptores egregij locuti sunt, inter quos ista Pacatus in panegyrico. [c] *Dum duobus aut tribus furiosi gladiatoris lanistis in belli piaculū cæsis, reliquos omnes venia complexa velut quodam materno sinu clausit. Nullius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius præterita dignitas imminuta: nemo affectus, nemo nota, nemo conuicio aut denique castigatione perstrictus, culpam capite, aurium saltem molestia luit. Cunctis domibus suis, cuncti coniugijs ac liberis,*

a Senec. lib. 1. de Clementia.

b Plutarchus in Pericle.

Periclis magna gloria ex clementia.

Theodosij M. in victos hostes eorumque proximos clementia maxima & ex ea magna in eum gloria.

c Pacatus in panegyric. Theodosii.

A *cuncti denique innocentiæ* (quod est dulcius) *restituti sunt.* His dictis quam gloriosum postea fuerit Imperatori, tam clementer hostibus Maximi tyranni, vsurpatoris Imperij signa secutis, non modo pepercisse, sed & benefecisse, beneficiaque pœnarum loco rependisse, ita per apostrophen Theodosium alloquens indicat. [d] *Vide Imperator quid hac clementia consecutus sis: fecisti vt nemo sibi victus te victore videatur.* Quanta hæc victori gloria! pro lachrimis, lamentationibus, gemitibusque exultationes in gutture domitorum, superatorumque, tantæ clementiæ beneficio largiri? At quam beneficus misericordiæ dono fuerit Theodosius in proximos parentesque Maximi tyranni, S. Ambrosius ad eum epi-
B stola testatur. [e] *Inimici tui filias reuocasti, nutriendas apud affinem dedisti: matri hostis tui misisti de ærario tuo sumptus.* De hac mā suetudine, clementia, misericordia, magnæ adiuncta munificentiæ in hostes domitos, sed non ethnicorum Romanorum more triumphatos, huius Imperatoris, præclara hæc D. Augustinus, [f] *inimicorum suorum filios, quos non ipsius iussus sed belli abstulerat impetus, etiam nondum Christianos, ad Ecclesiam confugientes, Christianos hac occasione fieri voluit, & Christiana charitate dilexit, nec priuauit rebus sed auxit honoribus: in neminem post victoriam priuatas inimicitias valere permisit.* Fuit hic Imperator, sicut ante eum Constantinus magnus, multa in hoc seculo gloria, multaque laude coronatus, quia
C magna clementia magnaque misericordia, in omnes præsertim domitos hostes, in vita sua cumulatus. Fuerunt & cæteri Christiani principes horum duorum Imperatorum in talibus virtutibus æmuli præcipuè Carolus magnus. De cuius singulari religiosaque mansuetudine, clementia, misericordiaque in omnes hostes & amicos, extraneos & proximos, seruos & liberos, exempla elogiaque quamplurima commemorare postularet occasio, si capitis ac libri moderata breuitas minime reclamaret. Sed hanc gloriam & honorem in hac vita, candoremque nominis ac bonæ famæ apud homines, felix fortunataque gloria apud Deum in altera sequitur: vt princeps Christianus tantò felicior sit in cælo, quantò in hoc mundo propter Christum Dominum clementior, misericordiæque donis affluentior euaserit.

d Idem Pacatus.

e S Ambros. epist 19 ad Theodosium

f S August. lib 1 de Ciuitate c 26. pa. 64 c 2 6.

Secundum mensurā clementia in hac vita est modus felicitatis in altera.



TERTIÆ PARTIS

LIBER QVARTVS.

DE ALTERO REGNI, CHRISTIANÆQVE monarchiæ neruo seu propugnaculo, iustitia nempe principis erga suos subditos, religioni Christianæ veroq; Dei cultui subdita. Quam, qualiter, & in quos, princeps Christianus, quibus ministris, ac legibus, rectè ad suam, subditorumque salutem exerceat, hoc 4. libro demonstratur.

CAPVT I.

1. *Pulchra descriptione natura iustitiæ, eiusq; præstantia exponitur.*
2. *Eius quæritur perfectio, quâ sublatâ regna, sunt latrocinia.*
3. *Cuius cultus multa bona, & contemptus contrà multa mala parit.*



VLTA eaque magnifica, & præclara variarum virtutum decora, insigniaque compositionem Christianę perfectæque iustitiæ, quæ cultorem suum principem eiusque populos saluet, ingrediūtur. Ex quibus quis ille verè iustus, secundum Deum, & homines dicendus sit princeps, apertè dignoscitur. Sic enim mystica, elegātique descriptione, cum piis deuotisque mysteriorum religionis Christianæ speculatoribus, & cum veneratione practica admiratoribus, in claram ipsius virtutis excellentiarum lucem facilè perueniemus, [a] si cum illis, huius sanctæ Christianæque iustitiæ frontem auctoritatem esse, oculos prudentiam, nasum suauem gratumq; spirantem odorem, probitatem, genas verecundiam & pudorem, os & linguam, non inanem, vanamque verborum superfluentiam, sed doctam solidamque eloquentiam copioseque loquentem sapientiam, mammas vtriusque misericordiæ spiritualis & corporalis opera, cor, charitatem, manos fortitudinem, & zelum domus Dei, ad omnes confringendas iniquitates, reddēdumque omnibus quod suum est: Pedes sedulitatem ad suboeniendum oppressis, vitam, pacem, cibum, salutem populi & honorem Dei: denique consiliatricem eius sapientiam esse fateamur. Cuius vox est in prouer-

a Pulchra iustitiæ descriptio ex varijs virtutum ornamentis.

A biis. [b] *Ego sapientia habito in consilijs, & eruditis intersum cogitationibus.* A qua præclara iustitię descriptione non valde discrepabat illa qua depictam fuisse iustitiam priscis tēporibus [c] Chrysippus Philosophus paganæ gentis asserebat, *forma videlicet filoq; virginali, aspectu vehementi & formidabili, luminibus oculorum acribus occulta penetrantibus, non humilis, nō atrocis sed reuerenda cuiusdam tristitiæ dignitate vigentem.* Qua iustitiæ imagine significabatur principem iustitiæ antistitem (à cuius auctoritate tanquam à primo fonte in alios Iudices magistratusque sub illo, æqui iustique flumina deriuantur) debere esse castum, modestum, grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, nullis obnoxium adulationibus, fauoris &

B acceptionis personarum in iure dicēdo nescium, pro salute bonorum contra nocentium fraudes & dolos immisericordem, contra improbos alienorum deprædatores inexorabilem, erectum, arduum, iustitiæ vigore, & æquitatis maiestate terrificum, & inexpugnabilem veritatis, innocentiæque protectorem, quod est in scripturis sacris *facere iudicium & iustitiam*, id est suum cuique tribuere, sontes & improbos condemnando, innocentes & bonos ab omni oppressione vindicando. Solent enim ad hoc iustitiæ opus exprimendum illa duo iudicium & iustitia in scriptura coniungi, [d] vt Geneseos cap. 18. *Scio enim* (io-

C quit Deus) *quod præcepturus sit filijs suis & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini & faciant iudicium & iustitiam: vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus est ad eum*, de Dauide [f] l. 2. Reg. 8. dicitur. *Faciebat Dauid iudicium & iustitiam omni populo*, & ad filium, l. 3. Regum, cap. 10. dicitur. *Constituit te Regem* (scilicet Deus) *vt facias iudicium & iustitiam.* Atque hæc quidem princeps Christianus, vt perfectè colat iustitiam, præstare debet, pro Dei gloria & amore: vt ei per hæc iustitiæ officia fideliter & ex charitate seruiat. *Quem enim regnare delectat* (inquit S. Augustinus)

b Prou. c. 8.

c Chrysippus.

Qualis debet esse princeps Christianus iustitiæ.

Antistes cognoscitur et hac iustitiæ descriptione.

Quid sit in scriptura facere iudicium & iustitiam.

d Genes. cap. 18. v. 18.

e l. 2. Regum, cap. 8.

f l. 3. Regum, cap. 10.

g D. August. l. de vera religione c. 8.

Perfecta iustitia quid.

Augustinus) *vni omnium regnatori Deo subditus hæreat, plus eum diligendo quam seipsum. Et hæc est perfecta iustitia, qua potius potiora, & minus minora diligimus.* Qua iustitia ab hominum cœtibus separata, quid illi erunt, quam iactationes animorum, seditionibus, rapinis, cœdibus, agitatorum turbulentæ? Quid societates, quam commotiones hominum contentionibus iniquis inter se distractorum sine pace, ferinæ. Quid regna nisi aperta latrocinia? Vt magni doctrina fert Augustini dicentis. [a] *Remota itaque iustitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia? Quia & ipsa latrocinia, quid sunt nisi parua regna? Manus etenim ipsa hominum est, cum imperio principis regitur, pacto societatis astringitur; placiti lege præda diuiditur. Hoc malum si in tantum perditorum hominum accessibus crescit, vt & loca teneat, sedes constituat, ciuitates occupet, populos subiuget, euidentius regni nomen assumit, quod ei iam in manifesto confert, non adempta cupiditas & addita impunitas:* Quo spectant ista quæ longè ante ad Donatum scribens sanctus Cyprianus elegantissimè dixerat. [b] *Madet orbis mutuo sanguine, & homicidium cum admittunt singuli, crimen est: virtus vocatur cum publice geritur, impunitatem sceleribus acquirit, non innocentia ratio, sed sæuitiæ magnitudo.* Vnde laudatur, & à [c] Cicerone, & ab ipso [d] D. Augustino latronis cuiusdam Magno Alexandro dictum. *Cum enim Alexander hominem piratam interrogasset, quid ei videretur, vt mare haberet infestum? ille libera contumacia, quid tibi* (inquit) *vt orbem terrarum? sed quia id ergo exiguo nauigio facio, latro vocor: quia tu magna classe, Imperator.* Ideoque S. Pater paulò antè dixerat de improbis iniustè regnantibus; [e] *Malorum regnum magis regnantibus nocet, qui suos animos vastant scelerum maiore licentia: his autem qui eis seruiendo subduntur non nocet nisi iniquitas propria.* Hanc qui iustitiam veram perfectamque de principis corde sustulerit, ab eodem veram pietatem religionemque eum necesse est auellere. Sunt enim duæ sorores filiæ altissimi, sed pietas maior natu, & dignior, tanto inter se dilectionis fœdere sociatæ, vt à se distrahi sine vtriusque ruina non possint. Si enim vt est apud [f] Nicephorum Gregoram. Duæ sorores à barbaris captæ in illa generali vastatione totius Asiæ, atque diuersis Dominis venditæ, ita vt ab inuicem separatæ locorum interuallo viuere cogerentur, pro illo quo se mutuo complectebantur amore, tanta sunt ob hanc separationem animi tristitia doloreque perculsæ, vt præ illius magnitudine, in terram deficientes spiritu mortuæ deplorabili gemitu ceciderint. Non putemus minorem inter has spirituales sorores pietatem & iustitiam intercedere beneuolentiam, vt iustitia ex animo principis exulante, pietas remanere posse credatur. Neque vigor Ecclesiasticæ disciplinæ, neque dignitas Apostolicæ sedis, neque pacata secularis regni potestas, hoc spreto iustitiæ candore subsistere potest, vt sua Petrus Damianus ad Alexandrum II. Papam, admonitione testabatur quam his octo clausit versibus.

a D. August. l. 4. de ciuit. c. 4.
Absq. iustitia regna latrocinijs similia vt illa magna latrocinia hæc parua regna dicantur.
b S. Cyprian. epist. ad Donatum.
c Cicero l. 3. de Repub. apud Nonium Marcellum.
d S. August. l. 4. ciuit. c. 4.
e D. August. l. 4. de ciuit. cap. 3.
Sine iustitia pietas non potest subsistere in animo principis.
f Nicephorus Gregoras. pulchra historia.
Vigor Ecclesiæ regnique sine iustitia subsistere non potest.
Ex admonitione Petri Damiani ad Alexandrum papam huius nominis II.

Sedis Apostolicæ qui vult retinere vigorem,
Æqua libret rigidè pondera iustitiæ.
Iuris enim partes nescit suspendere lances,
Quem fauor inflectit, spes vel auara trahit.
Muneribus plena qui laxat ora crumenæ,
Iustitiæ vacuam perdit inops animam.
Cœli Roma sitas tenet, & regit orbis habenas.
His si plura velit, Tartara sola petit.

Hæc Magnus Cardinalis pro defensione iustitiæ seriò loquens: At quanta bona ex puro iustitiæ cultu, quantaque mala ex contemptu scaturiant, quis narrando sufficiat enumerare? Iustitiam à principe benè custoditam etiam inter profanos, magna securitate & prosperitate, abundantia pacis, & opum Romanum repleuisse Imperium in Hadriano compertum habemus, qui anno sui Imperij III. *Cum Res Vrbanas composuisset, atque firmasset, peregrinationem per Romani orbis prouincias instituit: & vt habet Spartianus in Adriano, primo in Galliam atque Germaniam transijt, inde in Britanniam transmissurus ita circumiens prouincias vniuscuiusque prospiciebat securitati atque vtilitati.* Quamobrem eiusus est nummus cum hac inscriptione: [g] *Locupletati orbis terrarum*, scilicet iustitia Imperatoris: *In ea item peregrinatione* [h] (inquit Spartianus) *procuratores & præsides earum pro factis supplicio affecit ita seuerè, vt accusatores per se crederetur immittere.* Et paulò pòst: [i] *De iudicibus omnibus semper cuncta scrutando tandiu requisiuit, quandiu verum inueniret.* Sed & superius. *Cum iudicaret in concilio habuit non amicos suos aut comites solum, sed Iurisconsultos, & præcipuè Iulium Celsum, Saluiũ Iulianum, Neratium Priscum, aliosque quos tamen Senatus omnis probasset.* Atque propter illius successoris, Antonini cognomento pij æquitatem & iustitiam, plurimas gentes exteras depositis armis se illius subiecisse imperio, [k] Aurelius Victor in eius vita testatur: *Qualiter fuerunt Bactri, Hircani, Indi.* Eadem Iulius Capitolinus, [l] & alij qui res ab eo præclarè gestas fusiùs persecuti, virtutes illius præsertim iustitiam magnis laudibus extulerunt. Si tanti fecit Deus cultum iustitiæ, inter paganos, vt illius cultores immunes à præmio temporali esse non sciuerit, quid mirum si principes Christianos veræ iustitiæ vindices & adoratores, eorumque populos & filios tantis in terra donis beneficijsque cumulauerit, præter æternam coronam quæ eos manet vltima cœlo? Quorum semen longæuum, *& nati natorum, & qui nascentur ab illis* benedictionibus in hac vita replebuntur, iuxta illud sapientis: [m] *Iustus qui ambulat in simplicitate sua*, id est, in iustitiæ rectitudine, *coram Deo beatos post se filios derelinquet*, & de homine iusto tremente mandata Dei, ait huius pater sapientis. [n] *Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur.* Quid hoc felicius iusto principe? Cuius posteritas cum diues, & prosperitatibus in terra fœcunda regnat, ipse in cœlo à Christo Domino gloria, & honore coronatur æterno? Sicut Dauid alibi prædixerat. [o] *Anima eius in bonis demorabitur*, id est, *in cœlo*, vt Chaldæa phrasis exponit: *& semen eius hæreditabit terram*, scilicet prosperabitur in terra, Fidelius seruiens ibi Deo, dum ipse in cœlum anima translatus Dei gloriam possidet, eiusque vita beata potitur, vt in alio Psalmo Dauid exponit. [p] *Anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi.* Deque principe iusto cum Sapiente dicere possumus: [q] *mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit*

3. Part. Bona multa ex cultu iustitiæ tot mala in neglectu.
Adrianus Imperator securitatem, & opes Rom. attulit imperio recta iustitiæ administratione.
g Spartianus in Adriano.
h Adolphus libro numismatum.
i Spartianus ibid.
Plurimæ gentes Antonino Pio depositis armis propter illius pietatem & iustitiam se submiserunt.
k Aurelius Victor in Antonino Pio.
l Capitolinus in Antonino Pio.
Iustus princeps benedicetur in prosperis præter sibi datas prosperitates temporales.
m Prouerb. 20
n Psalm. 111.
o Psalm. 24.
p Psalm. 21.
q Eccles. c. 30

Regnum datû à Christo per iustitiam firmum & stabile: contrà per iniustitiam debile & instabile.

A post se. Sic regnum à Deo datum in iustitia fundatum, & per eam ritè administratum, tutum, prosperumque, sicut ex opposito iniustitia pollutum, infaustum, instabile, debile, multisque obnoxium calamitatibus, Fulco Rhemensis Archiepiscopus Carolo simplici Regi Fraocorum dum eum à fœdere incundo cum Northmannis, tunc infidelibus exhortatione deterret, in fine admonitionis his verbis insiouauit: [a] *Pro fidelitate, quam vobis seruo, hæc gemebundus scribo, quoniam cupio vos secundum Deum, & secundum seculum semper esse honoratos, & non Satanæ, sed Christi adiutorio ad debitum vobis conscendere Regni fastigium. Regnum enim quod Deus dat, firmum habet fundamentum. Quod vero per iniustitiam & rapinas acquiritur, caducum est, & citò deciduum, nec diu poterit permanere. Vbi non est pudor*, [b] inquiebat Tragicus Seneca.

a Ex exhortatione Fulconis ad Regem apud Flodoardum lib. 4. c. 5.

b Seneca in Thyest. act. 2

Nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides,
Instabile regnum est.

B Et cum oraculum Spiritus sancti dixerit. [c] *Iustitiâ firmatur solium.* Quî pro veritate valde consentanea illa Tullij, non probabitor sententia? Videlicet: [d] *Sine summa iustitia rempubl. regi non posse?* Quam alias [e] *fundamentum perpetuæ commendationis, & famæ* nominauerat, *sine qua nihil potest esse laudabile, per quam* [f] *magna in pace floreque prosperitatis imperia retinentur*, dictam propterea [g] à Platone ἔρεισμα πόλεων, *fulcrum ciuitatum*, quæ concordiæ pacisque mater vt loquitur [h] Homerus:

c Prouerb. c. 16.

d Cicero ex Fragm lib. 2. de Rep.

e Ibid. 3. off.

f Cicero lib. 3 de Rep.

g Plato lib. 2. de legibus.

h Homerus.

Τοὺς αὐθ᾽ ἕνα λύει [illegible]
Hos enim hominum soluit, iungitque vicissim.

C Cuius effectus enumerantur inter cæteros à [i] Platone ὁμόνοια καὶ φιλία concordia & amicitia, sicut iniustitiæ, odia, discordiæ, pugnæ, crudelitates, interneciones hominum, & aliæ huiusmodi faces & incendia ciuilium societatum: dicente eodē philosophorum principe: ἀδικία [illegible] *& iniustitia inimicè efficit seditiones & odia & pugnas, &c.* Quem præceptorem secutus Demosthenes, iniustitiam, [illegible] *fontem discordiarum* dixit esse.

i Plato lib 2. de legibus

Effectus iustitiæ amicitia & concordia, sicut iniustitiæ, odia, seditiones, &c.

Plato l. 2. de legibus.

Demosthenes in orat

Sine iustitia pax et concordia non est speranda

Sine puro iustitiæ cultu pacem concordiamq; sperare dementia est: [k] *cum pax sit opus iustitiæ*, ipsiusmet Dei iudicio, qui vera iustitia est. Quod etiam vana paganicæ superstitionis oracula dissimulare noo potuerunt. Sciscitantibus enim ex Apollinis oraculo Græcis maximè bellorum inter se ipsos diuturnitatis pertæsis, qua ratione, extinctis discordijs litibusque sedatis, pacificè tandem viuere possent, oraculum dæmonis captiosi fraudulentique ex adyto respon-

k Esaiæ ca. 32

Oraculi responsum Græcis de pace sobrietis.

Plutarch Opusc. de spiritu familiari Socratis.

D dit, eos nunquam firma pace potituros nisi rectè fideliterque omne studium suum in Geometria collocarent, id est, vt ex illis peritiores interpretati sunt, nisi bonarum studio litterarum iustitiæque distributiuæ secundum cuiusque merita, ac demerita, pœnas & præmia operoso salutarique exercitio se penitus totosque traderent. Hæc dicens dæmon, quamuis spiritus mendax, veritati suffragabatur: licet præter intentionem, & inuitus illum ita cogente supremo numine Deo: qui per Esaiam hæc ad populum rebellem suis imperiis parere renuentem verba fundebat: [l] *Vtinam attendisses mandata mea, factus fuisset quasi flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris.* Vbi obseruatione dignissimum videmus pacem flumini, iustitiam vero maris comparari gurgitibus. Apposita planè similitudine, qua intelligimus, sicut flumina ex maris gurgitibus scaturiunt & exundant, sic pacem ex iustitia deriuari. Quam quidem rectè regendi populos iustitiam, quoniam Sedechias iniquus impiusque contempsit, pacem perdidit, & regno cuius abusus est potestate, spoliatus, in exilio vitam miserè finiuit: sicut per Prophetam Ezechielem minitatus fuerat Dominus, sic de illius iniquitate nequitiæqoe principis expostulando. [m] *Tu autem prophane, impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita. Hæc dicit Dominus Deus. Aufer Cidarim, tolle coronam*, ac si apertè diceret Deus, depone hanc quam indignè gestas, propter dolos, iniquitates, & iniustitias tuas. Quia ego te regno principatuque priuabo. Quare hoc? Ecce diuinæ contra eum eiusq; coronam, quam iniostè tractando portauit, indignationis causa, & ratio sequētibus expressa verbis: [n] *Nonne hæc est quæ humilem subleuauit, & sublimem humiliauit.* Quorum verborum hic sensus: hæc est illa impij regis potestas, per coronā repræsentata, tam iniustè impièque ab illo nefario principe pertractata, qua eos scilicet nocentes & improbos, quos abiicere non modo propter scelera multa, sed etiam grauissimè castigare debuerat, per honorum gradus & opes extulit, illos vero quos propter virtutes eorumque rectè facta multis affectos præmiis, ad summa dignitatum beneficiorumque colmina sublimare ex conscientia tenebatur, per varios oppressionum persecutionumque casus, in summæ abiectionis contumeliæque barathra, indignissimè sicut iniostissimè depressit. Propter quas iniustitias & iniquitates, à fundamentis Sedechiæ Regnum, vna cum vita se destructurū his verbis minabatur Deus: [o] *Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem, ponam eam.* Scilicet coronam Sedechiæ vt sit sensus: deponam regiam corooam de capite Sedechiæ, funditusq; eius euertam imperium propter triplicem eius iniquitatem & iniustitiam vnam, scilicet aduersum me, alteram contra populum, tertiam contra Regem Babyloniorum, cui fœdus iureiurando firmatum magna perfidia temerauit, illumque per iniustitiam data fide, sed non seruata fefellit. Ideo ter dixit iniquitatem. Hebraicè [p] עוה significat iniquitatem & subuersiooem, seu euersionem, quod scilicet hæc Sedechiæ iniquitas triplex, sit illi futura triplex euersio, seu calamitas, & extrema ruina, nempe bonorum vt regni, corporis vt vitæ temporalis, & animæ scilicet salutis æternæ. Propterea [q] Pagninus iuxta linguæ Hebraicæ proprietatem transtulit. *Subuersionem, subuersionem, subuersionem, pœnam illam.* Cæteros similis perfidiæ & improbitatis principes, sacras Themidis aras, sua iniquitate polluentes, sacrataque iustitiæ iura, tributo corruptionis suæ subiugantes, pari odio itaque Deus execratur: nec minora illis supplicia in suæ indignationis ardore minitatur. Audiant omnes principes, & populi, quanto sancti furoris æstu, iustitiæ temeratoribus Regibus, principibusque suas per Esaiam Prophetam Deus impietates exprobrat, in eosque venturarum pœoarum tela fulminat. [r] *Principes tui omnes infideles socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant:*

l Esaiæ c. 48. v. 19.

Pax à iustitia procedit sicut flumen à mari.

Sedechias iustitiæ contemptor pacem perdidit & regnum.

m Ezechielis cap. 21.

n Ibid.

o Ezech. c. 21. v. 72.

Iniustitia & iniquitatem [illegible] ostendit & pœna sibi.

p עוה Iniquitatem simul & euersionem significat.

q Santes Pagninus.

Principibus omnibus iustitia violantibus iura tractetur Dom., æternumque illis minitatur exitium.

r Esaiæ cap 1 v. 23.

A *& causa vidua non ingreditur ad illos. Propter hoc ait Dominus, Deus exercituum, Deus fortis Israel. Heu ego consolabor super hostibus meis: & conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum, & restituam iudices, vt fuerunt prius & consiliarios, sicut antiquitus. Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis*, & cætera. Quis regnatorum terræ ista sapientis intrepidus audire poterit? [a] *Audite Reges, & intelligite, discite iudices finium terræ*, & cætera. *Data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: Quoniam cum essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, nec secundum voluntatem Dei ambulastis*. Et quid propterea vobis eueniet, audite cætera. [b] *Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt fiet. Exiguo enim*, vt populo aliisque de plebe priuatis, *conceditur misericordia. Potentes autem potenter tormenta patientur*. Et paulò pòst: [c] *Fortioribus fortior instat cruciatio*, & cætera. Sed contra Deus immortalis, quot prospera iusto principi populoque sibi credito, ex intemerato iustitiæ cultu proueniunt. Scire vultis? Loquentem Cyprianum, vel eum quicomque ille sit, de duodecim abusionum gradibus libelli scriptorem antiquissimum, religiosissimum, eruditissimumque Doctorem audite: [d] *Propter iustitiam Dauid Regis* [e] *lucerna de semine eius semper in Hierusalem reliquit* (scilicet Deus) *sicut* (vt paulo ante dixit) [f] *Propter piaculum Salomonis, Regnum domus Israel, Dominus de manibus filiorum eius dispersit: Ecce quantum iustitia Regis seculo valet, intuentibus perspicuè patet. Est enim pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aëris, serenitas maris, terræ fœcunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & sibimetipsi spes futuræ beatitudinis*. Sed vertat folium princeps, & sequentibus aures præbeat, vt intelligat quæ supplicia iniusto principi iustitiæ insidiatori, sanctisque illius iuribus bella gerenti præparentur: [g] *Attamen sciat Rex sicut in throno hominum primus constitutus est, sic & in pœnis si iustitiam non fecerit, primatum habiturus est: omnes namque quoscumque peccatores, sub se in præsenti habuit, supra se modo implacabili in illa pœna futura habebit*. Hæc cogitent diligenter, & intelligant, dum adhuc viuunt principes, vt iustè pièque regnando pro æui consequentis perpetuitate sapiant.

a Sapient. c. 6. vers. 1.
b Sapient. 6. vers. 6.
c Ibid. v. 9
Quanta bona principis iustitia adfert regno.
d S. Cyprian. vel auctor libelli de 12. abusionum sæculi gradibus cap. 9 in fine to. 3 operum
e S. Cypr. c. 2
f 3. Reg. c. 12
Quæ mala oppressori iustitiæ principi præparantur.
g Ibid. in fin. cap. 9.

CAPVT II.

Beati principes Christiani, iustitiam in omni temporefacientes.

1. *Christiani principes ab exercitio iustitiæ nunquam cessare debent.*
2. *Hinc illis magna laus & prosperitas.*
3. *Quod vt potius præstent Deum semper supremum, omnium regum principumque iudicem in conspectu suo ponant.*

B QVI pius est in Deum princeps, in homines iustus est, nemoque sibi charam Dei religionē amplectitur, qui curam iustitiæ despicit. Opus regiæ maiestatis est administratio iustitiæ: hunc in scopum omnes optimorum principum vigiliæ laboresque flectuntur: in hanc administrandæ iustitiæ metam omnia eorum, si boni sunt, studia sincerè collineant. Eum etiam ipse profanus Senator [a] Latinæ parens eloquentiæ, *iustitiæ fruendæ causa apud omnes gentes Romanas, Græcas, & Barbaras*, olim bene moratos Reges constitutos fuisse dixerit. Et longe vetustior illo [b] Hesiodus.

Hac vna Reges olim sunt fine creati,
Dicere ius populis, iniustaque tollere facta.

Non sine causa Valentinianus Imperator senior, C illud sæpius in ore gestabat: [c] *A principe imprimis curam iustitiæ flagitari*. Puduit quondam & quidem merito, [d] Philippum Macedoniæ Regem, sicut postea Imperatorem Adrianum, sibi à mulieribus improperari quod ius reddere tandiu tardarent, dicentibus illis: [e] *Si vobis graue subditis vobis & aliis de sorte dominationis vestræ facere iustitiam, vt quid in regio solio sedentes diutius otiosi moramini?* Propterea diuina ad regnatores mundi sapientia clamat. [f] *Diligite iustitiam, qui iudicatis, vt in æternum regnetis*. Quasi diceret: ad hoc vos elegit Deus, interueniente hominum consensu, vt perpetuò iustitiæ administrationi vacare debeatis. A qua si vos aliquando quiescere contingat, non mediocres reprehensionis iustæ maculas splendori Regiæ maiestatis inuretis. Cum ideo regnatis, vt iustitiam exerceatis. Sicut facie- D bat Iob qui in lege naturæ Rex erat, *vir simplex & rectus & timens Deum, & recedens à malo*. Qui de suæ rectitudine iustitię glorificans Deum, eique gratias agens alibi dicebat. [g] *Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento, & diademate iustitia iudicio meo.* [h] *Quo ornatus procedebam* (inquit) *ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi*, ad faciendum nempe iudicium, & iustitiam. Quod assiduè in lege scripta Dauid, vt secundum cor Dei Rex verus optabatur. De quo ista l. 2. Regum c. 8. scribuntur: *faciebat quoq; Dauid iudiciū & iustitiā omni populo.* Propter quod regni sui perpetuā durationem in Christo Domino meruit, in quē per succedentes generationes peruenit. [i] *Qui regnat in æternum*

Administratio iustitiæ principum opus, in omni tempore.
a Cicero l. 2. offic.
b Hesiodus.
c Zonaras l. 3
d Plutarch in Apopbth.
e Spartian. & alij.
f Sapient. c. 1.
Iob cap. 1.
g Iob ca. 29 vers. 14.
h Iob cap 29. vers. 7.
l 2. Reg. c. 8.
i S. Matth. 1.

L ij

in domo Iacob, & regni eius non erit finis. Propter quod dixerat Dominus. [a] *In æternum seruabo illi misericordiam meam:* & alibi. [b] *Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit.* De vero Rege, omni tempore iustitiæ sacra tractante, patre populorum, viro Reipublicæ fidelis, illud sapientis vsurpare licet: [c] *Nobilis in portis vir eius, cum sederit cum Senatoribus terræ.* [d] *Non confundetur*, vt Regij Prophetæ verbis vtar, *cum loquetur inimicis suis in porta.* In qua iustitiæ iura redduntur, quæ ideo alibi. [e] *Porta Domini nominatur, iusti intrabunt in eam.* Principes videlicet, & sub illis constituti iudices, ad dandam iustitiam populis: *principum enim erat officium* (inquit Sanctus Hieronymus) *sedere in porta domus Domini, scilicet templi, & ibi negotia, & seditionis cognoscere veritatem.* Iuxta illud quod per Ieremiam Prophetam scriptum est. [f] *Congregatus est omnis populus aduersus Ieremiam in domo Domini, & audierunt principes Iuda verba hæc, & ascenderunt de domo regis in domum Domini* (scilicet in templum) *& sederunt in introitu portæ Domini noua.* Homerus Reges à iustitia δικασπόλους, id est, circa ius occupatos versantesque nuncupauit. Quorum dicentium iura iustitiamque facientium solium Græcis Latinisque θρόνος Hebræis כסא (cisse) dicitur, scilicet honorabilior quædam sella sedesque cæteris eminentior, vulgo Gallicè dicta *le lict de Iustice.* Quasi in quo quiescat, resideatque iustitia, principis opera cum maiestate sedentis in eo, ius suum cuique distribuens: Huius throni vsum finemq; regina Saba expressit, cum Salomonem salutatum veniens eum, sic est allocuta: [g] *Sit Dominus tuus benedictus cui complacuisti, & posuit te super thronum Israel. Eo quod dilexerit Dominus in sempiternum, & constituit te regem vt faceres iudicium, & iustitiam.* Similiter Ieremias Regem Iuda in throno Dauid sedentem alloquens: [h] *Audi verbum Domini Rex Iuda qui sedes super solium Dauid, tu & serui sui & populus tuus qui ingredimini per portas istas, hæc dicit Dominus: facite iudicium & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris.* Et Prouerbiorum cap. 20. [i] Sapiens Rex non dissimulauit quæ partes principi essent sedentis in throno iustitiæ, cum dixit. *Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo.* Huic iustitiæ iudiciique piæ functioni Iob se religiosè mancipabat, & ita seruiebat Deo fideliter, & populo in afflictionibus opitulabatur. [k] *Auris audiens beatificat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi: eo quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum.* Hoc germanum familiareque populorum rectoribus, legem naturæ, tanquam optimam ducem sequentibus erat: cui persuasioni opinionique veraci, hæc Taciti fidem astruunt. [l] *Vetustissimi mortalium, nulla mala libidine, sine probro scelere agebant. Et vbi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabatur. At postquam exui æqualitas, & pro modestia & pudore ambitio, & vis incedebat, prouenere dominationes, composita leges, finis æqui iuris.* Legitimam vero hanc mitemque cum honore reuerentiaque iustitiæ administrationem viguisse in aurea ætate, poetæ fictis fabulis memoriæ prodiderunt: Vt Ouidius cum Ianum ita loquentem inducit.

a Psal. 88.
b Psal. 131.
c Prouerb. 31.
d Psal. 126 v. 5
e Psal 117. v. 20.
Principes sedere in porta est iudicare.
S Hieron. in cap. 26. Ieremiæ.
f Ierem. c. 26
Ab Homero cur Reges dicti δικασπόλοι.
Solium regis de quo iura dicit Græcis, Latinis, Hebræis & Gallis, qualiter nominatur.
Vsus & finis throni regij constitutis.
g L. 3. Reg. c. 10.
h Ierem. c. 22
i Prouerb. 20 vers. 8.
K Iob 30.
Iustitiam exercere proprium erat principibus sub lege naturæ viuentibus.
l Tacitus l. 1. annal.

A [m] *Tunc ego regnabam, patiens cùm terra Deorum*
Esset, & humanis numina mixta locis,
Nondum iustitiam facinus mortale fugarat.
Vltima de superis illa reliquit humum.
Proque metu populum sine vi pudor ipse regebat,
Nullus erat iustis reddere, iura labor.
Nil mihi cum bello, postes pacemque tuebar,
Et clauem ostendens, hæc ait, arma gero.

Hunc incorrupti seculi morem, sequentes principes, virtutis amatores, & æquitatis auidi, huic iustitiæ administrandæ studio, pro regendis saluandisque populis, in lege veteri & noua, tamq; inter Christianos quam Paganos, totis neruis ac viribus incubuerunt. Vnde laus illis magna multaque prosperitas, vt Philippo Herodis Antipæ fratri qui 30. annorum spatio in regionibus illis
B Trachonitidis, Gaulonitidis, Batananeæ regnauit, in sua semper ditione principatuq; moratus. [n] Quem domo egredientem, iterque cum paucis selectis comitibus facientem, sella semper subsequebatur, in qua ius populo dicere iustitiæque iussa mandare solebat. Vt si quis ex occursu ipsius auxilium principis efflagitaret, sine mora, protinus, ibi posita sella residens, lites audiret, causaque cognita nocentem noxiumque condemnaret, innoxium vero, iustæque causæ fidentem, ab omni iniuriæ vulnere suo iudicio vindicaret. Quam gloriosum tutumque ad prosperam vitam fuit Augusto Cæsari. *Ius assiduè dicere*, & vt ait Suetonius *in noctem nonnunquam?* [o] *Qui si quando aduersa eum valetudo infirmaret, lectica pro tribunali posita, in eaque recumbens ius dabat, vel si eum grauior morbus domus egressu prohiberet, in ea iustitiam petentis largie-*
C *batur.* Eius hæres & in Imperio successor Tyberius. *Magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium,* ([p] inquit Suetonius) *assidebatque mixtim, vel ex aduerso in parte primori, & si quem reorum elabi gratia, rumor esset, subitus aderat, iudicesque aut è plano, aut è quæstoris tribunali, legum & religionis, & noxæ de qua cognoscerent, admonebat, atque etiam si qua publicis moribus desidia, aut mala consuetudine labarent, corrigenda suscepit.* Alexander Seuerus [q] *negotia & causas prius à scriniorum principibus & doctissimis Iurisconsultis, & sibi fidelibus, quorum primus tunc Vlpianus fuit tractari ordinarique, atque ita ad se referri præcepit.* Sed quorsum pluribus Imperatorum Romanorum commemorandis exemplis mea longius excurret oratio? Cum illis semper proprium (sicut veri principis munus exigit) fuisse dicat Panegyrista Plinius. [r] *Per iustitiam reconciliare æmulas ciuitates, tumentesque*
D *que populos, non imperio magis quam ratione compescere: intercedere iniquitatibus magistratuum, infectumque reddere quidquid fieri non oportuit. Postremo velocissimi sideris more omnia inuisere, omnia audire, & vndecumque inuocatum statim velut numen adesse, & adsistere.* At quam præclarius, atque magnificentius ista fecisse Christianos Imperatores Constantinum M. eius filios Constantinum & Constantem Catholicos principes, Valentinianum, Gratianum, Theodosios, Iustinos, Iustinianos, aliosque sincerè de Christianæ religionis veritate sanctitateq; sentientes, scriptores sacri, profanique commemorant: qui vt religionis sanctissimæ, sic & iustitiæ immaculatæ, cunctis terræ Regibus

m Ouidius l. 2 fast.
Exempla breuiter eorum recitantur qui digni iustitiam exercuerunt.
n Iosephus l. 15 antiq. c. 6
o Sueton. in August.
p Sueton. in Tyberio c. 33.
q Lampridius in Alexandro Seuero.
r Plin. in panegyric. ad Traianum.
Principes Christiani pulcrius iustitiam monstrarunt quam Pagani fuerunt.

Agapet. e-pist. parænet. ad Iustinianũ Magnum.

principibusque lampada prætulerunt. Quos si illustrare exemplis oporteret, longè facilius esset principium, quam exitum inuenire. Huic illa præclara Agapeti Diaconi ad Iustinianum Imperatorem exhortatio: qua eum exemplo prædecessorum Imperatorum Catholica fide, iustitiæque puritate illustrissimorum obtestabatur, vt sectando iustitiæ sacra omnibus præcipuè indigentibus, & potentiorum tyrannide oppressis aditum ad se patefaceret, iisque misericordes mansuetasque aures expanderet: qui ab inopiæ egestatisque obsidebantur oppressionibus: vt sic ad diuinæ misericordiæ sanctuarium, viam sibi aditumque præmuniret. De iustitia regum Francorum, sicut de religione hic pauca recenseo sequentibus libris, scil. septimo, & octauo huius partis ex professo instituroque quàm plurima dicturus, hoc solum pro magna iustitiæ illorum claritate, Agathiæ Græci scriptoris commemorare sufficiet: *Apud illos* (scilicet Gallos) *subditi sunt iustitia, & patria studijs. Principes vero vti opus est placidi & obsecundantes. Idcirco vtique, & firmam degunt habentes potentiam, iisdem legibus viuentes, sua tuentes, nihilque amittentes, quamplurima verò acquirentes. Iustitia enim & amicitia, vbi vigent, beatam firmamque efficiunt Rempublicam, nequaquam hostibus expugnabilem.* Franci itaque, scilicet principes, hoc modo optimè, vitam suam instituentes, & sibi ipsis & finitimis imperant. Carolum magnum, quo inter cæteros Galliæ Reges & Imperatores, (vt poëtæ verbis vtar)

Agathio Græcis de Gallorũ principum populorumque iustitia testimonium.

Iustior alter,
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis.

Carolus M. per se ipsum iustitiam subditis administrare voluit.
a Constitutio Caroli M. in capitul.

Per se ipsum iura populis dare voluisse. Hæc illius constitutio testatur: [a] *Hoc missi nostri notum faciant, comitibus & populo, quod nos in omni hebdomada vnum diem ad causas audiendas sedere volumus: populo autem dicatur, vt caueat de alijs causis ad nos reclamare. Nisi de quibus, aut missi nostri, aut comites, eis iustitiam facere noluerint.* [b] Eius vero filius Ludouicus Pius Imperator (vt vetustus ille scriptor historiæ Theganus ait) [c] *tribus diebus per singulas hebdomadas res iudiciorum intererat.* Quod magnopere pater approbans Imperator de hoc iuuene filio lætus gaudensque dicebat. *Victos nos gratulemur ob huius iuuenis senili sagacitate.* De quo iuuene principe hæc idem priscus author. *Eodem tempore supradictus misit legatos suos, supra omnia sua inquirere, & inuestigare si alicui aliqua iniustitia perpetrata esset.* Et alibi. [d] *Per vniuersas regni partes, fideles à latere suo misit, qui æqui iuris tenaces existentes peruersa corrigerent, omnibusque, ius congruum æquo libramine penderent.* De S. Ludouici iustitia clarior notiorque res est, quam vt pluribus exemplis factisque debeat illustrari. Cæteros Galliæ Reges prætereo. Cum sim de illis, vt spopondi modo, aliâs plura dicturus. Tanta fuit apud eos iustitiæ fruendæ cupiditas, vt cum per suos magistratus eam administrauerint, illis semper iniunxerint suis minimè parere mandatis & imperiis, si tantillum iustitiæ regulas egrederentur. In hoc Imperatorem Traianum secuti, qui gladium potestatis Imperatoriæ præfecto prætorio cum illis verbis tradidit: [e] *Accipe hunc gladium, & siquidem rectè & è republica imperauero, pro me, sin secus contra me vtere.* [f] Principes Ægyptios suis magistra-

b Ludouici Pij Imp. iustitia.
c Theganus.
d Idem Theganus.

Galliæ Reges nolunt sibi contra iustitiam iubentibus obediri.
Imperatores principesque iustitiæ amantissimos imitati
e Zonar. tom. 2 in Traiano.
f Plutarch. in Apophth.

tibus, vt iurarent se eorum mandata nunquam facturos, si rantisper ab amussi iustitiæ delirarẽt, imperauisse legimus. Inter Galliæ Reges Philippus Pulcher S. Ludouici aui sui virtutem in reddendo cuique suum sectatus, tale iuramentum suos iudices magistratusque, quibus iustitiæ credebat administrationem, facere voluit. Pari iustitiæ zelo [g] Alphonsus Rex Neapolitanus affectus, suis iustitiæ ministris similia præscripsit & imperauit.

g Alphonsus Rex Neapol. Panorm. l. 2. hist. regio Alphonsi.

Ex illo iustitiæ cultu magna laus, firma salus, & prosperitas principibus adueniunt. Secundum promissa Dei de iustitiæ præceptis ac regulis, necnon de prosperitatibus quæ fluunt ex illis ista dicentis: [h] *Scribes ea super postes, & ianuas domus tuæ, vt multiplicentur dies tui & filiorum tuorum in terra, quam iurauit Dominus patribus tuis.* De qua prosperitatis salutisque firmitate, & honore à sincero iustitiæ cultu profectis, hæc sapiens: [i] *Domus iusti plurima fortitudo, in fructibus impij conturbatio, in abundanti iustitia virtus maxima est.* Contra de iniustitia impiorum loquens: [k] *Quæ illæ gentes* (inquit) *egerunt impiè, deleta sunt*, siue vt habet versio communis, *domus impiorum delebitur*: de iusto autem non sic: restante eodem Propheta. *Tabernacula iustorum germinabunt*: Vnde [l] Dauid, *iustus, vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Dei.* Quem bonis se repleturum omnibus promisit Deus. [m] *Longitudine dierum replebo eum & ostendiam illi salutare meum.* Alibi. [n] *Gloria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæculum sæculi*: experimento etiam magis apparet (loquit D. [o] Thomas) *quod Reges per iustitiam magis adipiscuntur diuitias, quam per rapinam tyranni. Quia enim Dominium tyrannorum subditæ multitudini displicet, ideo opus habent tyranni multos habere satellites, per quos contra subditos tuti reddantur: in quibus necesse est plura expendere, quam à subditis rapiant. Regum autem dominium, quod subditis placet, omnes subditos pro satellitibus ad custodiam habet, in quibus expendere opus non est: sed interdum in necessitatibus, plura regibus sponte donant, quam tyranni diripere possint. Et sic impletur, quod Salomon dixit: alij scilicet, Reges diuidunt propria benefaciendo subditis, & ditiores fiunt: alij, scilicet tyranni rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.* Hæc S. Thomas. Tanta namque iustitiæ vis est testimonio [p] Ciceronis, *vt nec ij quidem qui scelere & maleficio pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere? Quæ pietati iuncta conformes Deo principes efficit,* [q] Augustus Cæsar suo paganico more loquẽdi apud Senecã dicere solebat, *pietate & iustitia principes fieri Deos*, sed rectius nobis Christiana loquendi formula dicere licet, per iustitiam veramque religionem principes Catholicos, [r] *diuinæ fieri naturæ consortes, eos nullius egentes*, studiosi quippe iustitiæ principes eius administratione delectati, diuitiis à Deo plurimis opibusque cumulantur: sicut Salomon, *qui dum sapientiam quæsiuit, ad faciendum iudicium promissionẽ de abũdantia diuitiarum accepit*, cũ magna imperij prosperitate stabilique gloria. Cuius rei certiorẽ fidẽ hoc spiritus S. oraculũ dedit, quod illi sapienti principi dictauerat. [s] *Rex qui iudicat in iustitia pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.*

2. Pars.
Laus, firma salus & prosperitas principibus sincero iustitiam administrantibus per se, aut per alios à se constitutos.
h Deut. c. 17.
i Prouerb. c. 15 vers. 6.
k Prouerb c. 14. vers. 11.
l Psal. 91. v. 13.
m Psal. 90. v. 16.
n Psal. 88.
Boni principes per iustitiam ditescunt tyranni contra, per iniustitiam & rapinas depauperantur.
o D Tho l 1. de regimin. princip c. 10.
Prouerb. c. 11
p Cicero l. 2. off.
q Seneca in Ludo.
r 2 S. Petri. c. 1. v.
S Thom. l. c. de regim. ca. 10 circa fin.
s Prouerb. c. 29.

Verum vt omnes iustitiæ functiones partesque perfectiùs princeps expleat, & operetur, debet sibi sẽper iudicanti veríque principis officia

3. Pars.

Vt perfectum iustitiæ princeps Christianus possit administrare Deum in conspectu suo principum omnium iudicem ponat, quem timeat veneretur & imitetur.

a Psal. 15 v. 8.
b Hieronym. in Psal. 14.

peragere molienti, Deum omnium mondi regum principumque supremum iudicem in conspectu suo proponere & prouidere, quē timeat, honoret cultu supremo, & imitetur. Vt faciebat Daoid qui dixit. a *Prouidebam Dominum in conspectu meo, semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Propter hoc latatum est cor meum:* scilicet proponendo mihi semper iustissimum iudicem Deum quem imitarer, cui me componere, atque ad imaginem puritatis sanctitatisque suæ meam limarem animam vitamque perpolirem. b D. Hieronimus in Psal. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Iustitia,* ioquit, *non nouit patrem, non nouit fratrem, veritatem nouit, personam non accipit, Deum solum imitatur.* Non potest vlla principi iustitiæ cupido potior, & imitatio fieri, quam Dei iustissimi nusquam iniurij omnia videntis, omnia æqua iustitiæ æquitatisque lance trutinãtis: sentētia Platonis est in Theæteto, c Θεὸς οὐδαμῆ, οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ' ὡς οἷόν τε δικαιότατος. *Deus nusquam & nunquam iniurius, sed quantum potest, iustissimus.* Qui omnis iustitiæ æquitatisque regula est: extra quam euagantes exorbitantesque principes iniustissimi nominantur. Princeps Christianus euagationem istam detestando, à conspectu Dei, eiusque diuinæ iustitiæ, suos nunquam oculos auertet, sancto eius timore nō modo carnes suas, sed etiam cor mentemque configens. Qui in eo iustitiam Dei conseruabit, salutis struet fundamentum firmiter, Christianarum virtutum basis. *Difficile quippe* d Beda teste, *iustitia sine timore Dei custoditur: quo iustus Deum quantò ardentius diligit, tantò solertius offendere cauet,* & cætera. Sanctus vero Augustinus hunc Dei timorem iustitiæ virtutisque basim in principe, alioqoe quouis pietatis Christianæ studioso his verbis dixit esse. e *Basis quædam verbi Dei est timor sanctus: Sicut enim simulacrum aliquod in basi statuitur, & tunc maiorem habet gratiam, cum in basi statua fuerit collocata, standique accipit firmitatem: ita verbum Dei* (scilicet iustitias loquentis) *in timore sancto melius statuitur, fortius radicatur, id est in pectore timentis Deum.* Addit præterea ante hos Sanctiss. patres f Tertullianus) *Dei timorem esse salutis fundamentum, sicut initium sapientiæ timorem Dei* g David appellauit. Sic enim ille loquitur. *Qui præsumit, minus veretur, minus præcauet, plus periclitatur. Timor salutis fundamentum est, præsumptio impedimentum timoris, qui securus agit, non est solicitus, non possidet tutam, & firmam securitatem. Atqui solicitus est, is verè poterit esse securus.* Ad honc Dei timorem cunctos suo exemplo reges principesq; hac parænesi Daoid hortabatur.

Princeps in iudicando ab nunquam Dei timorem auellat, qui est conseruator iustitiæ, salutis fundamentum, & virtutum christianarũ basis.

c Plato in Theæteto.
d Beda in c. 15. Lucæ.
e D. August. in Psal. 118.
f Tertullian. de cultu fœminarum n. 2.
g Psal. 110.
h Psal. 2.

h *Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram,*
Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Non male i Ægyptij veteres iustitiam cœlo contiguam depingebant, capite intra sidera condito: quo hieroglyphico designabant iustitię ministros principes pręfectosque populorum, in administranda iustitia sibi, semper Deum ob oculos debere proponere, ab illius aspectu præsentiaq; inuisibili, nunquam considerationē mentis aoellere. k Tiberius Imperator huius nominis secundus, fide Christianaque charitate præstãtissimus, successorem Imperij Mauritium nunquam à cō-

i Iustitiæ caput inter sydera depictũ.
k Niceph. lib 18 c 6 Armoinus l. 3. de gestis Francorum cap. 35.

A spectu Dei recedere suadendo pathetica valde oratione per os Ioannis rhetoris prolata moriēs obtestabatur: vt religiosè sincerèq; iustitiæ iura, populis administrãdo bona imperij, fortuna cum subditis in hac vita frueretur. l Carolus M. filiũ Ludouicum Pium Imperij sui successorem constituens, positam super altari coronam, priusquã illius capiti imponeret, in oppido Aquisgrani, cum longa illum instructione Imperatoriæ obligationis admonuisset: semper seriò meditatione que religiosa, in iura dando populis, de Deo tanquam sibi præsente cogitare iubebat. Similē exhortationem filio suo natu maiori Philippo m S. Ludouicos morti proximus insculpsit, vehementique deuotione suggessit. Hunc æternum omnium principum, regumq; terræ monarcham Deum, in moderãdis imperij habenis iustitiæq; regulis, sibi sēper tanquã verè pręsentē omnium inspectorē suarũ operationum ac vindicem Ferdinandus Imperator obiiciens, in ore frequēter habere solebat. n *Fiat iustitia, aut pereat mundus.* Hæc consideratio Dei præsentiæ magnum profecto ad benè regnandum iudicandomque principibos calcar afferre solet. Dies noctesque illam S. Pauli Dominis admonitionem animo voluentibus: o *Domini quod iustum est, & æquum seruis præstate, scientes quod & vos Dominum habetis in cælis.* Cuius æterno decreto p *Qua mensura mensi fuerint creditos sibi populos, remetietur illis.* B

l Apud Theganum hist. Franciæ.
m Annales Franc. l In D. Lud.
Dictum Ferdinandi Imperatoris.
n Lansene. Poccst. in Symb. Imp.
o ad Coloss. cap 3
p S Matth. c 7. v 2. S Marc. c 4. v. 24 S. Luc. c. 6. v. 38.

CAPVT III.

De iustitia principis in omnes tam bonos quam malos, hos pœnis, illos præmiis afficiendo, prius de actu vindicatiuæ iustitiæ principis in malos, hoc & sequenti capite dicendum.

C

1. *Castigare malos, quàm gloriosum principi, quàmque salutare sibi & populo.*
2. *Princeps vt in populo efficacius beatiusque vitia domet prius in se vincat, suique priùs victor existat quàm hostium.*
3. *Non punire nocentes & improbos, quàm turpe principi, & perniciosum populo sicut ipsi.*
4. *Contemptus iustitiæ punientis improbos, imperia perdit & exercitus.*



D Erè & secundum Deum regnantis principis iustitia, cum ad omnes pro functiooe illa Dei, quam in terris exercet, se debeat extendere, non solum bonos optimè de religione, ac republica meritos præmiis, honoribosque cohonestare tenetur, sed etiam malos & nefarios, Christiano non solum inotiles orbi, sed etiam valde perniciosos, pœnis, suppliciisque comprimere, vt sic Rex pius & generosus, q *sedens in solio iudicij dissipet omne malum,* de vtrisque ordine dicendum: ac primo de pœnis improborum, qoas infligere boni principis incumbit officio: r quod dum facit iustitiæ patrocinium suscipiens, nulla personarum acceptione habita, vere ad suam populorumque

q Prouerb. 20
r Ex Greg. Naz. epist ad Themistium Philosophũ tunc sub Valente Ariano Imp Catholicis fauentē.

Magna gloria principis in omnes peccatores animaduertere nulla personarum habita ratione Constantini Magni preclarum factum.

ſalutem, pius ille princeps regnando philoſophatur. Quæ res dici non poteſt quantum illi gloriam meritumque apud Deum hominesque mereatur: vt exemplo admodum illuſtri & memorabili Conſtantini Magni conſtat. Qui muneribus & officiis imperatoriis inuigilans, reſcripta edictaque aduerſus omnes delinquentes præſertim perſonas illuſtriſſimas, improbata omni perſonarum acceptione conſtituens maximam populi beneuolentiam, bonamque Dei gratiam cumulatè promeruit. Huius reſcripti contra clariſſimos imperii ſuæ dignitatis oblitos in ſuis fætentes iniquitatibus ad Octauianum Hiſpaniarum comitem verba ſunt.[a] *Quicumque clariſſimæ dignitatis virginem rapuerit, vel fines aliquos inuaſerit, vel in aliqua culpa ſeu crimine fuerit deprehenſus, ſtatim intra prouinciam in qua facinus perpetrauit, publicis legibus ſubiugetur. Neque ſuper eius nomine ad ſcientiam noſtram referatur, nec fori præſcriptione vtatur. Omnem enim honorem reatus excludit, cùm criminalis cauſa & non ciuilis res vel pecuniaria moueatur.* Præclara vero religioſi principis ſanctio & Chriſtiano digna imperatore qua ſummi principis imitator Dei eſſe voluit: qui in veteri teſtamento Moyſi imperando dixerat:[b] *Tolle cunctos principes populi & ſuſpende illos contra ſolem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Iſrael.* Simili iuſtitiæ zelo Valentinianus pater incenſus, violentas potentiorum iniuſtitias in pauperes oppreſſiones, criminaque compeſcuit. De quo memoria æterna laudeque dignum Suidas factum his verbis commemorat.[c] *Salluſtius præfectus prætorio Valentinianum deſignauit imperatorem: qui cùm imperium ſuſcepiſſet, edicto propoſuit, vt ſi quis affectus eſſet iniuria, imperatorem adiret: verum nemo queſtus eſt. Hic Valentinianus præpoſito Eunuchorum Rhodano, qui Berenicem viduam iniuriis affecerat, & mulieri de illo conqueſtæ iudicem dedit Salluſtium. A quo condemnatus præpoſitus, cum iudicium illius nihil faceret: ab imperatore in Hyppico crematus eſt omnibus Archieunuchi bonis viduæ aſſignatis. Quo exemplo territi mortales omni iniuria abſtinuerunt.* Hæc Suidas. Sic ante canes Leones à veris iuſtitiæ defenſoribus regibus, principibuſque caſtigantur, vt citius iniquitates iniuriæque de medio Reipub. Chriſtianique orbis auferantur, incipiatque inde Chriſtiana ſocietas quæ in regno eſt extinctis vitiorum fibris radicibuſque vberiores virtutum fructus producere, quos dominantibus peccatis ſceleribuſque nequiret. *Homo enim exterior*, vt [d] Iſichius in Leuiticum myſticè philoſophatur, *terra eſt benè fructificans ſi cælum eius non ſit ferreum in ſua obſtinatus iniquitate, nec non vetuſtate, conſuetudineque peccandi corroboratus.* Ac proinde cum talis peccatoris animus manſuetudine & lenitate correptionis flecti non valeat & emolliri, principis eum iuſtitia atque lex inflectere debet, aut conterere ſi flecti clementi principis animaduerſione non poſſit. *Nec ideo ſane*, inquit[e] D. Auguſtinus, *fruſtra inſtitutę ſunt poteſtates regis, ius gladij cognitoris, vngulæ carnificis, arma militis, diſciplina dominantis, ſeueritas etiam boni patris. Habent iſta omnia modos ſuos, cauſas, rationes, vtilitates. Hæc cum timentur, & coercentur mali, & quietius inter malos viuunt boni: non quia boni pronuntiandi ſunt, qui talia metuendo non peccant, verumtamen non inutiliter etiam metu legum humana coercetur audacia.* Propterea non malè[f] Ariſtoteles pœnas principum legibus inſtitu-

a L. 1. de accuſat. C. Theodoſ.

b L. numeri cap. 25.

Simile Conſtantini facto exemplum Valentiniani ſenioris iuſtitiæ vindicatiuæ in illuſtres peccantes.

c Suidas in verbo Salluſtius.

d Iſichius l. 7. c. 26 n. 29. in Leuiticum.

e S. Aug. epi. 54. ad Macedonium.

Vtiliter pro bono Reip. & ſalute populorum pœna ad uerſus improbos principum legibus inſtituta ſunt.

f Ariſt. l. 5. Ethic. pœnæ ſunt quædam peccatorum medicinæ.

A tas aduerſus impios quaſdam peccatorum medicinas eſſe dixit. Propter quod clamat S. ſcriptura.[g] *Rex qui ſedet in ſolio iudicij diſſipat omne malum intuitu ſuo.* Cui diuinitatis oraculo, tanquam firmiſſimo veritatis fundamento, S. Thomas innixus, hanc diſcurſus de Monarchici præ aliis regiminis excellentia prioris concluſionem deduxit:[h] *Virga ergo diſciplinæ quam quilibet timet & rigor iuſtitię ſunt neceſſaria in gubernatione mundi. Quia per ea populus & indocta multitudo melius regitur.* Vnde Apoſtolus de terræ principibus regnatoribuſque mundi loquens ait.[i] *Non ſine cauſa gladium portat* (ſcilicet populi rector) *vindex in iram Dei & qui malè agit.* Et S.[k] Petrus de principe populi, *miſſus* (inquit) *ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum*, vt ſcilicet, *princeps Dei miniſter & eius in terris vices exercens, gladio feriat & vlciſcatur impios, vel pacem publicam turbantes*, B *vel honeſtatem vitæ communis ciuiliſque lædentes. Ad hæc enim duo poteſtas ſecularis principis inſtituta eſt à Deo.* Vt reipublicæ ciuiliſque ſocietatis pacem, & vitæ humanæ decus, pudorem, honeſtatemque ab omni perditorum violentia furoreſque tueatur. Sed quò potentius, vtilius & melius Chriſtianus princeps ſubditorum ſcelera domet, debet prius ſuarum paſſionũ eſſe victor: qui ſenſus animoſque noſtros captiuitate premunt immunda, ſeruituteque peccati plerumq; tanquam laqueo mortis æternæ ſuffocant. Vt de his triumphator magnificus vt alter Abraham pater fidelium, victoriæ fructus, hoſtium ſpolia maximo ſacerdoti in æternum ſecundum ordinẽ Melchiſedech Chriſto Domino, regi regum & Domino dominantium cum puritate cordis offerat, ſicque ab eodem Domino ſicut Abraham à Melchiſedece ſacerdote Dei viui benedictione C repleatur. Meminit ſacer Geneſeos textus cap. 14. memorandæ victoriæ quam Abraham, Deo cum illo pugnante, de quatuor regibus, quinque aliorum Pẽtapolitanorum, ſcilicet, prius victoribus glorioſe retulit:[l] Myſticè dicam cum[m] Ruperto quatuor reges de quinque regibus victorium reportantes quatuor eſſe animi paſſiones, quinque ſenſus corporis captiuantes, gaudium, dolorem, ſpem, timorem: quos vno hoc verſu latinus poëta complexus eſt.[n] *Hinc metuunt cupiuntque, dolent, gaudentque.* At vbi fides in principe Chriſtiano,[o] quæ per dilectionem operatur, has animi paſſiones ſuperauerit, & interiorem hominem, quaſi Loth à captiuitate liberauerit, planè exemplo patris Abrahæ ipſe princeps laudabiliter triumphabit. Tunc magnus ſacerdos Melchiſedech, id eſt Chriſtus Dominus occurret illi, cum ſacrificio ſalutari, dignum vtique illum iudicans, qui debeat cæleſtium ſuorum ſacramentorum particeps fieri. Magna namque vi- D ctoria eſt, nec gaudere proſperis huius mundi, nec aduerſis dolere, non ſperare læta, vana & inania, nec triſtia formidare, pro gloria nempe Dei, pro defenſione virtutis, pro ſalute populorum. Hæc vera principis victoria de ſuis prius paſſionibus quam de aliorum peccatis, iuſtitiæ robore triumphantis: Quam victoriam prædicans[p] Boëtius ita veram philoſophiam ſuæ pulchritudinis auidos mouendo loquentem canentemque facit. *Gaudia pelle: pelle timorẽ, ſpẽque fugato: nec dolor adſit: Nubila mens eſt: hæc vbi regnant*: Quiſquis igitur princeps ſic victor fuerit (vt in eadem allegoria Ruperti permaneam) contemnat à re-

g Prouerb. 20.

h S. Thomas l. 2 de regimine c. 9.

i Rom. 13 v. 4.

k S. Petri 2. c. 2 v. 4.

Propter duo data ſecularis à Deo regibus principibuſque poteſtas.

a. Pare. Princeps vt efficacius & beatius in populis domet vitia prius in ſe vincere paſſiones viſcerum ſemitis debet.

Meditationem pulchram ex doctrina Ruperti hauſtam.

l Geneſ c. 14. v 5 6 7 &c.

m Ruperti Abbatis 10 c. 14 Geneſeos.

Pulchra myſtica expoſitio victoria Abrahami de quatuor regibus.

n Æneid 6.

o Ad Galat. c. 2.

p Boetius l 1. de Philoſophica conſolatione ſub finem.

ge Sodomorum quicquam accipere ne dicatur ei; quod ille eum dixauerit: id est vt ipse Abbas exponit, *Caueat facere coram hominibus iustitiam suam non Christi Domini vt videatur ab illis*, & illam incurrat sententiam, qua Christus dominus aduersus hypocritas & fraudulentos iustitiæ veræ simulatores sacro detonat ore.[a] *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Hac componendæ vitæ ad rationis regulam, suas frænandi passiones via, princeps Christianus tutus certusque de victoria, vitiorum arcem populi sui peruadet, & adorietur: eamque facilè iustitiæ suæ legumque sanctarum arietibus expugnabit: vt super ruinas tumulosque criminum, piarum sacrarumque virtutum trophæa in subditorum animis feliciter exstruat & erigat. Sic gloriosum, magis & ad æternam felicitatem potentius est passiones animi quam extraneos hostes vincere: sic principem Christianum prius victorem esse decet vitiorum quam hostium, sicut Ottonem huius nominis primum Germaniæ regem fecisse[b] Voitichindus & [c] Luitprandus Germanici scriptores in eius vita memoriæ prodiderunt. Qui domitis animi passionibus, vitæ propriæ sicut aquilæ renouatione munitus, magna in Deo fiducia in aduersis armatus, iustitiæ tectus clypeo, prius animi sui passionibus subditorumque vitiis superatis, mirabilem insperatamque de potentissimo hostium (fratris scilicet proprii ingentibus Burgundiæ Lotaringiæque ducum comitati viribus, exercitu, victoriam Deo illi vires, animique robur ad prælia sufficiente, in summo vitæ discrimine positus, & à suis magna ex parte perfidè derelictus gloriosissimè reportauit. Quod ex his patet quæ Luitprandus ad Liberitanum Episcopum (cui hanc dicauit historiam) scripsit, inter quæ: *vnum*, inquit, *pater egregie, velim diligenter attendas, quod cum audieris prius Ottonem animi passiones quam hostem vicisse miraberis. Huiusmodi vincere aduersarios permittente Deo, non vnquam & peccatores possunt; inconcussam animi tenere virtutem, prosperis scilicet non extolli, & aduersis non frangi, perfectorum solummodo est, audi igitur in tanta hac fluctuante procella* (cùm scilicet deseretur à suis) *quo fidei supra petram quæ Christus est, sit ardore fundatus &c.*

a S. Matth. 16
Principem sui prius decet esse victorem quã subditorum vitio praua prius vitiorum quam hostiũ. Memorabile factum Ottonis ad hoc probandum
b Vuitichind. in Ottone primo.
c Luitprand. l. 4. c. 15. 16.

Post edomitas animi sui exilientes ad vana carnaliaque passiones qualiter ab animis subditorum præcipue potentiorum vitia, sua virtute pepulerit, hoc inter alia præclaro exemplo idem qui supra scriptor expressit.[d] *Comes quidem tunc prædives, cum eo erat* (scilicet Ottone rege) *cuius multitudo militum regis aciem condecorabat. Hic itaque videns quamplurimos, ex regis acie desertores & transfugas fieri, non interiorem sed exteriorem considerans hominem, taciens hæc secum loqui cæpit: quidquid à rege in hac perturbatione constituto, petiero, sine dubio impetrabo: præsertim cum & acre bellum imminueat, ac ne se deseram, timeat. Nuntiis itaque directis regi supplicat vt Abbatiam quamdam Laureshim dictam prædiis ditissima sibi concedat cum suis possessionibus, vt quod suis deerat, militibus ministrare praualeat. Rex autem columbina non solum sed vt erat serpentina calliditate suffarcinatus, non hoc quid portenderet minime aduertere potuit, vnde & his nuntiis apologeticum dedit, dicens: illi quid super hac re sentiam verbis potius explicabo quam nuntiis. Quod qui illos direxerat* (scilicet comes) *audiens immensa est affectus animi*

d Luitprand ib. l. 4. c. 16.
Otto rex licet in maximas vitæ angustias & pericula coniectus noluit tamen beneficia ecclesiastica laicis nobilibus dare, quamuis illi à se desertionem minarentur, nisi ea daret.
Ita hac ad barones à rege in difficillimis suis regni negotiis ac periculis posito inique postulantes vt fecerunt sub Henrico 4. Magno.

lætitia, sperans quod poposcerat, impetrasse: vnde & moræ impatiens regem adiit, eumque sententiam super hac re promere postulauit: cui rex populo circumstante; [e] *Obedire* (inquit) *Deo magis oportet quam hominibus: quis enim sanum sapiens ignorat te hæc non humilitate petitionis sed comminationis auctoritate dixisse? Scriptum est enim:* [f] *Nolite sanctum dare canibus, quod quamuis de doctoribus spiritualiter intelligendum esse prædicatur, ego tamen satis me dare canibus sanctum censeo, si monasteriorum prædia quæ à religiosis viris Deo militantibus tradita sunt abstulero, & sæculo militantibus dedero. Tibi vero tam procaciter iniusta petenti sub testimonio totius populi nec hoc, nec aliud vnquam te à me accepturum testificor: Si cordi tibi est cum cæteris infidelibus auolare, quantò citius tantò melius: his auditis quia facies speculum est mentis, cordis verecundiam vultus rubore inundans, concitusque ad pedes regis corruens se peccasse, se grauiter deliquisse confessus est.* Longa hæc historia longioribus fortasse verbis producta, sed sanè præ magnitudine pietatis ac iustitiæ sinceræ regis quam euoluit, debet videri breuissima, in angustum verborum compendio conclusa. Hoc sit exemplum instar omnium ne plura referre compellar. Factum est postea volente Deo, & affulgente tantæ iustitiæ tantæque regis pietatis amori, vt ipse rex plenaria per duos fideles duces exercitus sui, Vdonem videlicet & Conradum, de cunctis hostibus victoria potiretur, extinctis præcipuis hostibus, & aduersariis Euerardo Burgundiæ & Gisleberto Lotaringiæ ducibus, illo, mucronis ictu, hoc, Rheni naufragio fluminis, vt longiori idem qui supra Luitprandus narratione commemorat.

e Actor. c. 5.
f S. Matth. c. 7.
Responsio regis comiti postulanti sibi dari Abbatiam religiosissimam, hanc vtinam principes omnes Christiani concorde omnibus similia sacrilegia postulantibus facerent &c.
Comes sacrilegus à suo sacrilegio regis responsione ad pœnitentiam conuersitur.

Iam verò si tantum bonum, tam gloriosum principi, nec non eidem populisque salutare, iustitiæ regiæ virga subditorum scelera compescere, effrenatosque peccantium cohibere motus: quæ consequentia de contrario ferenda? quanto probro principi est hisdem commaculari sceleribus quibus populus inficitur? Non quia hæc ipse per se patrauerit, sed quia patrata à populo dissimulans impunita reliquerit? Nunquid ea mens Agapeti Diaconi quam his Iustiniano magno verbis imprimere curauit?[g] *Peccare & non cohibere peccãtes iuxta æstima: si quis enim in ciuitate vitam quidem ipse traducat iustè, toleret autem viuentes iniquè, socius malorum apud Deum iudicatur? Quod si velis bifariam approbari, vt pulcherrima quæque gerentes honora, ita teterrima patrantibus succense* Nunquid illud turpe principi & infame in subditorum sceleribus sordescere, quia sciens illa patitur perpetrari? Sed nunquid & miserum magis, propter hæc in populis admissa, supplicio non castigata, eadem potentet à Deo in principe vindicari? Hoc si non ita: quò ergo ista Petri Damiani ad Nicolaum 2.[h] *Incomposita pietas meretur iram Dei; dum non promulgat in reos sub districtis iuris æquitate censuram* (vt probat de [i] Achab rege qui pepercit Benadab Syriorum regi morte digno) *meritoque debet superni iudicis subire vindictam, qui neglexit in subditos exercere disciplinam. Illique Leoni qui circuit quærens quem deuoret, merito traditur, qui ab infligendo pœnitentiæ vulnere per torporis desidiam cohibetur.* Vt quamuis princeps à subditorum criminibus sit innocens, luet tamen pænas à Deo, pro illis non à se commissis sed patratis à populo toleratis impunè. Hoc enim illa Samuelis ad populum Iudaicum verba testan-

3. Pars.
Quam turpe principi & noxium illi sicut populo peccantium crimina nõ compescere.
g Agapeti parænet. ora. ad Iustinianum magnum.
h Epist. Petri Damiani ad Nicolaum 2.
i L. 3. reg. c. 20

a L. 1. regum cap. 12.
b Num. c. 25. v. 4.

tur.[a] *Si perseueraueritis in malitia & vos & rex vester pariter peribitis.* Deus Moysi imperauit, vt ante solem principes populi furcæ mandaret,[b] quod idololatriæ populi furoribus non obstitissent; quamuis ipsi illam horridi criminis abominationem in se minimè admisissent. Quantum hoc dorum funestumque, quamuis iustum principes pro suorum delictis torqueri pupulorum? [c] *Sufficit ergo*, inquiebat, *mihi pro peccatis meis rationem reddere. Pro alijs autem nolo suspendi.* Quid funesthius miseriusque dici fingiue potest, quam propter corruptos populi mores impunè relictos, vitamque perditotum per omne nefas, sine vllo supplicij fræno vagari permissam, ecclesiam Dei persecutionibus atteritam, sub tributo tyrannicę potentiæ fieri, vehementiusque calamitatum acerbitate perculsam tristissimè gemere? Scribit hoc Eusebius de persecutione decima sub Diocletiano omnium ferocissima immanissimaque loquens, cum ait.[d] *Verum cum nos præ nimia quadam licentia in mollitiem delicatam & dissolutam segnitiem essemus prolapsi: cumque alij alios inuidere, maledictis insectari, & prope nos ipsi inter nos petulantibus linguis tanquam mutuis armis oppugnare: & præsides ecclesiarum alter alterius vires infringere, & populus in populum seditionem concitare inciperent: cumque ficta, & adumbrata sanctitatis species, quæ oratione nequit exprimi, & simulatio fronte occultata ad immensam quandam prauitatem serpsisset: diuina vltio dum permagna adhuc Christianorum vbique versabatur frequentia, parcius, aliquando remissius & moderatius vt solet, primo persecutione ex fratribus qui militiam exercebant inchoatam capit in nos animaduertere. Sed vbi veluti sensibus orbati & præscripti mente, nulla cura aut cogitatione incubuimus, vt diuinum numen in nos incensum, beneuolum & placatum efficeremus, sed tanquam impij nostras res à Deo nec curari nec animaduerti arbitrati, alia vitia alijs aceruatim adiecimus, & pastores nostri repulsa repudiataque pietatis regula dissidio & contentione inter se exarserunt; quin etiam nullas alias res, præterquam discordias, minas, æmulationem, inimicitias & odium inter ipsos mutuò adaugere studuerunt; & animis ambitionis æstu incensis, tyrannorum more principatum obtinere laborarunt. Tunc demum iuxta illam Ieremiæ sententiam: Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion, proiecit de cælo in terram inclytum Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui &c.*

c Origenes hom. 20. in numeros.
Permisit Deus suam ecclesiam propter scelera Christianorū impune grassantia vehementius à tyrannis torqueri vt à Diocletiano.
d Euseb. l. 8. cap. 1. & 2.
Iere. Thren. cap. 2. v. 1.

4. Pars. *Contemptus iustitiæ in improbos perdidit imperia & exercitus magnos & contra.*
f Carolus Sigon. l. 19. de occident. imperio Totilæ factum.
g Idem Sigo. *Theodoti impietas iustitia oppressoris Dei iram accendit in illum.*
h Procop. de bello Gothic.

Contemptum iustitiæ neglectumque castigationis improborum, imperia perdere, & magnos exercitus destruere, exemplo duplici testimonioque Sigonius hæc dicens illustrat.[f] *Totilas Gothorum rex rogatus, vt parceret cuidam virginis constupratori, respondit ingenij esse delicto se obstringere, & delictorum supplicia impedire. Omnino autem aut hunc pœnas dare, aut Gothorum Rempublicam interire necesse esse.* Cui exemplo sententiam illustranti illud adiungit[g] *Theodatus, postquam æquitatem diuitijs post habuerit, Deum Gothis minus propitium esse factum.* Addens hoc quod certe verum est:[h] *Præstantius esse iustitiam custodire, quam negligendo inuidiam concitare.* Hunc infaustum funestumque euentū à neglecta violataque iustitia prospiciens Narses, exercitus Iustiniani in Italia contra Gothos ductor, ordinatis legionibus copiisque sui exercitus ad certamen contra hostes paratis instructisque, signum pugnæ suis dare veritus est, quousque scelus aliquod in exercitu suo patratum, nocentis qui illud commiserat, supplicio expiauisset. Quo facto sperans Dei fauorem in certamine sibi non defuturum magno animo iacta in Dominum fiducia, cum hostibus prosperè signa contulit, eosque gloriosè victos superatosque subiugauit.[i] *Sic immedicabile peccatorum vulnus ense iustitiæ rescindendum est, ne pars reipublicæ sincera trahatur, & scindendæ putridæ carnes*, inquit S. Hieronymus, *& scabiosum animal à caulis ouium repellendum: sicut parua scintilla citò restinguenda, & corruptum fermentum à massa farinæ remouendum, ne tota domus, massa, corpus & pecora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereant*, & ita sub principe iusto, Christianorum omnis societas vltoe iustitiæ mucrone salua fiet.

Narsetis factū memorabile suum hoste nolentis sensi gerequin nocentem & impium prius supplicio affecisset.
i Ouid. pri. Metamorph.
S. Hieron. ad Pāmachium.

CAPVT IV.

Propter tria iniuriæ sceleraque peccatorum publica regiaque auctoritate punienda sunt.

1. *Vt castigati conuertantur.*
2. *Vt hoc peccatorum supplicio cæteri meliores fiant.*
3. *Vt refrænatis rigore iustitia peccatoribus sublatisque, securius cum pace boni in republica viuant.*

TRIA hæc in quæ caput præsens distribuimus, illa Senecę, breuis quidem verbis sed rationibus fœcunda, plena sensibus, doctrinæque neruis sententia complexa est.[k] *In iniurijs vindicandis hæc tria lex secuta est quæ principes quoque sequi debent, aut vt eum quem puniunt, emendent, aut vt pœna eius cæteros meliores reddant, aut vt sublatis malis securiores cæteri viuant.* De quibus animaduertendi causis in delinquentes multa digna legi[l] Agellius. Atque vt de primo breuiter dicam. Homo per iustitiam originalem in principio fuit virgæ[m] Moysis rectæ persimilis, sed per peccatū conuersus fuit in serpentem, scilicet corruptum deprauatumque vitæ statum, veneno peruersæ voluntatis infectum, obliquaque à Dei lege, regulaque rationis auersione fœdatum. Quem Christus D. veniens in mundum in priorem rectitudinem, sed nobiliori modo reduxit, iuxta quod dixit apud S. Ioannem.[n] *Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.* In qua rectitudine, post lauacrum regenerationis, si hominem exhortationis dulcedo, correctionisque fraternæ mansuetudo continere non possit, expedit, vt ipse peccator pro salute sua & tranquillitate reipublicæ, temporalibus fœcundata bonis, in ea vitæ rectitudine regiæ iustitiæ potentia retineatur: aut si iam ab ea exorbitauerit, in eam eiusdem iustitiæ seueritate redire compellatur. *Nunquam enim de conuersione peccatorum desperandum est.*[o] *Duodecim sunt horæ diei*, inquit Dominus. Vt quem

k Senec. l. 1. de clement. cap. 2.
l Agellii lib. 6 cap. 14.
Punitur peccator seueritate iustitiæ vt emendetur, & in meliorem statum commutatur.
m Exod. 1. c. 4
n S. Ioan cap. 10. v. 10.
De conuersione peccatorum nunquam desperandum.
o S. Ioan. c. 11 v. 9.

A nunc exhortatio aut aliud emendationis motiuũ conuertere non possit, statim aliò flectetur, & in meliorem frugem rationemque vitæ redibit. Si licet in hoc confirmando exemplis grandibus, vti, Manassis regis Iuda conuersionem in mediũ producere licebit, de grege ac numero grauissimorum peccatorum, qui vnquam aduersus Deũ in mundum prodierunt. Quem immensa scelerum multitudo, grauitas, varietas, immanitas adeo dedecorauit & oppressit: [a] vt se peccasse super numerum maris confessus sit. Et tamen in hoc immenso atrocissimorum peccatorum gurgite demersus, ad se grauitate flagellorum afflictionumque reuersus per pænitentię salutaris itinera, recurrit ad Deum: & sæuissima calamitatum miseriarumque tempestate iactatus, ad illius misericordiæ portum confugere maturauit. A quo & scelerum remissionem & captiuitatis durissimæ redemptionem accipere meruit. B Quocirca sanctus Augustinus serm. 11. de verbis Domini, de blasphemia in spiritum S. loquens, hãc duritiam cordis impænitentis definit, hæc ait: [b] *De nullo desperandum est quamdiu ad pænitentiam patientia Dei adducit. Paganus est hodie, Iudæus est hodie: hæreticus est hodie, schismaticus est hodie: quid si cras amplectatur Catholicam fidem, & sequatur catholicam veritatem? Quid si isti quos tanquam desperatissimos damnas, antequam finiant istam vitam, agant pænitentiam, & inueniant veram requiem & vitam in futuro?* Quamobrem opus summæ misericordiæ est in principe Christiano peruersos & peccatores non sinere impunè viuere, vt flagellis legum iustarum castigati resipiscant: cum motus conuersionis ad Deum & auersionis à scelerata vitæ via ab illorum voluntatis arbitrio non elidantur: vnde illa D. Augustini vox supra commemorata. C [c] *Felix necessitas quæ ad meliora compellit.* Quod multorum potest exemplo illustrari, vt Cyri pagani vrbis Constantinopolitanæ præfecti, quem vexatio afflictioque fecit esse Christianum. Quod Theodosii iunioris decreto, dignitate sua, opibus, & honoribus orbatus, quod Græcæ superstitionis paganicique erroris cultor esset: *Despondens animum ad ecclesiam confugit*, [d] inquit Nicephorus, *& in sacrum sacerdotum ordinem allectus,* (scilicet post conuersionem) *Smyrnæorum præfuit vrbi. Smyrnæi vbi illum audiuere Græcorũ sacra coluisse, communionem eius sunt auersati. Cyrus autem ad eos talia verba fecit: viri amici, natiuitatem Dei & saluatoris nostri Iesu Christi silentio colamus, quoniam auditu etiam solo in virgine sancta conceptum est Dei verbum, ei gloria sit in sæcula, Amen. Ac deinde gratus omnibus fuit, & ecclesiam piè gubernauit.* Hæc Nicephorus. Et Hormisda Papa Iustinum seniorem imp. religiosissimum hortabatur, vt peccatores errantesque D quos admonitionis affabilitate non posset, imperiũ potestate & edictorum rigore ad conuersionem quamuis inuitos reluctantesque pro eorum salute compelleret. [e] *An non est æquum* (inquit) *vt religiosi principis subdantur imperio, qui non mouentur exemplo? Non omnis æger remediis salubribus acquiescit, & medendi studium sæpe ipsis quibus adhibetur ingratum est: & tamen grata est pro salute necessitas, nec ipsi post respirationem non sunt beneficiis obnoxii qui curantur inuiti.* In eam sententiam egregia est Materni Episcopi Mediolani ad Augustos fratres Constantinum iuniorem & Constantem magni Constantini filios exhortatio: quæ

Exemplum Manassis.

[a] L. 2. paralipom. cap. 33.

[b] S. Aug. ser. 11. de verbis Domini.

De nullius salute licet peccatoris grauissimi desperandum.

[c] D. August. epist. 48.

Exemplum Cyri præfecti vrbis Constant. per afflictionem sententia Theodosii imp. bonis honoribusque spoliati ex pagano facti Christiani.

[d] Nicephor. l. 14. c. 46.

Peccatores seueritate legum etiam inuiti ad conuersionem compelli debent.

[e] Hormisdæ ep. 75. ad Iustinum imp.

Materni Mediolanensis Episcopi lib. de mysteriis &c.

A eos obtestabatur vt per sua edicta radicitus paganorum impietatis euellentes idololatras à suis erroribus dæmoniorumque cultibus ad veri Dei Christique saluatoris religionem adorationemque compellerent: sicque illis nolentibus salutem animarum, æternitatemque cælestis gloriæ procurarent. Vbi hæc inter alia: *Amputanda sunt hæc, sacratissimi imperatores, penitus & delenda, & seuerissimis edictorum vestrorum legibus corrigenda: ne diutius Romanum orbem præsumptionis istius error funestus commaculet, ne pestifera consuetudinis conualescat improbitas: quidquid hominem Dei conatur perdere, ne diutius in terra dominetur. Nolunt quidem & repugnant* (scilicet pagani peccatores) *& exitum suum pro sua cupiditate desiderant, sed subuenite miseris liberate pereuntes: ad hoc vobis Deus summũ commisit imperium, vt per vos vulneris istius plaga curetur: facinoris eorum periculum* B *scimus: errores nota sunt pænę. Sed melius est vt liberetis inuitos, quam vt volentibus concedatis exitium. Ægrotantes contraria delectant, & cum corpus hominis aduersa valetudo possederit, contra salutem suam à laborantibus peruersa poscuntur. Capta mens languores vitio morborum semper augmenta desiderat, & medullas artificum aspernata contemnit: respuit remedium medicinæ, & in exitium suum pro animositate festinat.* Nec dum isti peccatores ciuilibus bellorum edictis ad vitiorum extirpationem grauiter vrgentur, ab ecclesiæ precibus deseruntur, vt salui fiant. *Quæ ideo pro eis orat,* [f] inquit S. Augustinus, *quos in genere humano habet inimicos: quia nunc tempus est pænitentiæ fructuosa. Namquid maximè pro eis orat, nisi vt det illis Deus sicut dixit Apostolus pænitentiam, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur secundum ipsius voluntatem? Orat itaque pro omnibus in hoc corpore* C *constitutis, nec tamen pro omnibus exauditur: si qui enim vsque ad mortem habebunt cor impœnitens, nec ex inimicis conuertuntur in filios, numquid pro istis iam mortuis orat ecclesia? Cur ita? nisi quia in parte diaboli computantur qui dum essent in corpore non sunt translati ad Christum.* Sed in castigatione peccatorum, vt sanentur ad æternam vitam, moderatio mansuetudoq; principi catholico minimè cõtemnenda, *cum melius sit sanare vitiosas carnes quam exsecare*, vt ad amicum Atticum [g] scribebat Tullius: qui in hac vindicatiuæ iustitiæ in improbos operatione, Dei misericordiã vt minister eius imitari debet percutientis, punientisque peccatores, vt sanet & saluet. Hinc illæ Deo gratiarum actiones, quas fecit pius ille Benedictus Portensis Episcopus (qui fuit Pontifex Romanus) pro conuerso ad pœnitentiam ex inflictis à Deo pœnis sacrilego iudice, chlamydis preciosissimæ Ottonis 3. imperatoris, monasterio SS. Bonifacii & Alexii datæ raptore. [h] *Gloria tibi Christe, gloria tibi Domine, qui irasceris, vt placeris, flagellas* D *vt indulgeas, percutis vt sanes &c.* Ipse est omnipotens & misericors Deus saluator mundi cunctis miserendi puniendique regula principibus: qui non ad exterminium, sed potius ad sanationem, morumque turpissimo lapsu corruptorum reformationes, non solum singulos homines, sed & vrbes, prouincias, & regna variis acerbitatum angustiis, velut quibusdam amaris poculis, ad prosperam valetudinem more periti medici reducere solet, iuxta sapientis illud. [i] *Sanabiles fecit nationes orbis terrarum, & non est in illis medicamentum exterminii.*

toribus prosanorum religionum ad imperat. Constantinum & Constantem fratres apud Biblioth. patrum to. 5. c 12.

Etiam nolentibus procuranda salus.

[f] S. Aug l. 21. de ciuitate Dei cap. 24.

Pro his peccatoribus ecclesia preces fundit contra quos principes edicta sanciunt vt conuertantur.

[g] Cicer. l. 12. epist. 2. ad Atticum.

Index sacrilegus ex afflictione à Deo missa conuersus ad pœnitentiam.

[h] Ex Codice Cassinate ab authore huius temporis scilicet anno 1001. scripto.

[i] Sapient c. 1. v. 14.

2. Pars.
Leges principum in peccatores animaduertunt vt cæteri fiant meliores.
a Tertul. l. 4. aduersus Marcionem.
b Prouerb. c. 19 v. 25.
c Prouerb. 21. v. 11.

Sed nec tantum vt conuertantur iniqui, eos
principum edicta castigant, verũ etiã vt ex illorũ
supplicio vindictaque reliqui ab impietate, sibi
metuentes meliores euadant. *Disciplinæ interest*
(a inquit Tertullianus) *iniuriam vindicari. Metu*
enim vltionis omnis iniquitas refrænatur, & vt est in
prouerbiis. b *Pestilente flagellato stultus sapientior erit.*
Atque eiusdem oraculo sapientis. c *Mulctato sa-*
piente sapientior erit paruulus: Quam pulchrè &
apposite his sacris diuinisque testimoniis egre-
gium profani ethnicique principis Cotys scilicet
Thracum regis admisceri conueniet? Qui incre-
panti criminantique eius seueritatem, atque di-

d Stobei de recognoscimone.
Egregia Cotis regis Thracum responsio
e Cic 2 off.
f Cicer. orat. pro Cluent.
g Varro in fragm.
h Can. nouos 3 q 5.

centi, d Μανία ἐστ᾽ οὐ βασιλεία, *furor hic est*
non regnum. Egregiè respondit: Ἀλλ᾽ ἡ ἐμὴ μανία
τοὺς ἀρχομένους σώφρονας ποιεῖ, *At meus hic furor sub-*
ditos sanos reddit, vnde rectè Tullius. e *Adhiben-*
da est reipub. causa seueritas sine qua administrari ci-
uitas non potest. Ita tamen vt f *pœna ad paucos, me-*
tus ad omnes perueniat. Quis enim nescit g *digitum*
præcidi oportere, si ob eam rem gangræna non sit ad
brachium ventura? Vt in fragmentis Varro dice-
bat. h *Salutaris hic rigor vincit inanem speciem cle-*
mentiæ. Sed qua ratione hunc salutarem castigan-
di malos rigorem bonus princeps assumet? *Inni-*

i Senec l. 1 de clementia.

tus & magno tuum tormento, i inquit Seneca. Sed
quid facias? Puniendum certe nihilominus! vt
putridis reipublicæ membris ferro iustitiæ cle-
menter abscissis, reliqua sana seruentur, & ab
omni iniquitatis putrefactione vindicentur. Ensis
quippe regiæ potestatis & auctoritatis malos iu-

k Senec l. pr. de ira
Insontes ad peccandum inuitat peccatores non puniens
l Epi. Philippi Epist Bellou ad Cælestinũ Papam.

stè vulnerat. k *Non iam vt illi pereant, quàm vt*
alios pereundo à sua prauitate deterreant. Alias prin-
ceps insontes ad peccandum prouocare censere-
tur, si à noxiorum peccantiumque castigatione in
eorum conniuendo sceleribus abstineret. Verum C
quippe illud Philippi Episcopi Bellouacensis ad
Cælestinum 3. Papam: l *Insontes inuitat ad culpam*
qui sontes præterit impunitos.

3. Pars.
Animaduertunt in malos principes vt sub se omnes securè ac pacifico viuentes contineant & regant.
m Cicer. 2. off.
n Cicer. Philipp. 8.
o S. August.

Superest tertia ratio propterquam verus ca-
tholicusque princeps ex officio regiæ maiestatis
per Dei gratiã sibi collatæ, noxiis, peccatoribus-
que pœnas infligere teneatur: vt videlicet extin-
ctis aut conuersis per iustas principum legibus
illatas pœnas impiis, cæteri subditi in regno se-
curè atque pacificè viuant. Propter quam ratio-
nem dixit prudens Reipub. consultor & orator.
m *Omnem animaduersionem debere non ad eum qui*
punit sed ad reipublicæ vtilitatem referri, videlicet
vt omnes in ea ciues sub principe iusto, pacata,
fortunataque vita securè potiantur. *Pro qua*, n
vre, seca, vt membrorum potius aliquid quam to-
tum corpus intereat. o *Melius est enim vt pereat vnus*
quàm vt pereat vnitas, id est Respub. aut ciuitas D
quæ est ciuium vnitas. p *Puniantur à te mali ô prin-*

p S. Cyprian. l. de vtilitate pœnitentiæ.
q Apud. Salust. in coniurat. Catil.

ceps, sibi tuisque noxij subditis, ne tu pro illis puniaris.
Ad quorum pœnas sicut ad scelera, si conniuen-
do dissimiles, dicam tibi Catonis illud. q *Misera-*
mini censeo, ne ista vobis mansuetudo & misericor-
dia, si illi arma ceperint, in miseriam vertatur. In
puniendo corrigendoque per supplicia delinquẽ-
tes, præcipuus semper finis bono principi pro-
ponitur, præter nocentium conuersionem, vni-
uersa populi salus. *Quẽadmodum quædam hastilia*
detorta vt corrigamus, adurimus & adactis cuneis non
vt frãgamus, sed vt explicemus, elidimus: sic ingenia

r Senec. l. pr. de ira cap. 5.

vitio praua dolore corporis animique corrigimus, r
inquit Seneca, *vt eorum destructa malitia in aliorum*
perniciem, corruptionemque latius serpere non possit.

A Hinc s illud S. Augustini ad Bonifacium comi-
tem: *& magis prodiss*, (iniquis nempe reip. Dei-
q; ecclesiæ valde perniciosis) *leges istæ, quæ illis vi-*
dentur aduersæ: quoniam multi per illas correcti sunt,
sic per emendationẽ improborum reip. societatis-
que Christianæ cassatio cessat: addit idem S. Pa-
ter in eadem. t *Molestus est medicus furenti freneti-*
co, & pater indisciplinato filio, ille ligãdo, hic cædendo,
sed ambo diligendo. Si autem illos negligant & perire
permittant: ista potius mansuetudo falsa, crudelitas
est. Sed eò crudelior mansuetudo, seu potius in-
dulgentia principum, quò neglecta peccantium
atque per substractionem pœnarum, peiora red-
dita crimina, in totum reipublicæ corpus, ad per-
niciem reliquorum membrorum ciuium effræ-
natius funestiusque redundant. *Si miraris hoc pro*
aliquo esse, u inquit Seneca, *miraberis quosdam fer-*
B *ro & igne curari, nec minus fame & siti. Sed si cogita-*
ueris tecum remedij causâ quibusdam & cædi ossa &
legi, & extrahi venas & quædam amputari membra,
quæ sine pernicie totius corporis hærere non poterant:
hoc vtique patieris tibi probari, quædam incommoda
pro his esse, quibus accidunt. Vt scilicet acrimonia
pœnarum, crapulam iniquitatis peccatores ex-
halent, ne plus sibi & aliis funesti sint. Sed gradus
in puniendo principis iustitia seruare debet, vt
leuia prius tentet quàm aspera, extremaque re-
media apprehendat. Ita legum x *præsidem, ciuita-*
tisque rectorem decet, quandiu potest verbis & his
mollibus ingenia curare. Transeat deinde ad tristio-
rem orationem, quæ moneat adhuc & exprobet: noui-
ssimè ad pœnas & has adhuc leues & reuocabiles re-
currat, vltima supplicia sceleribus vltimis ponat. Vt
nemo pereat, nisi quem perire, pereuntis etiam intersit.
Tunc apparebit, sicut prædixit y sapiens ecclesia-
C sticus. *In manu Dei potestas terræ cum vtilem recto-*
rem in tempore ra'em principemque suscitauerit super
illam. Qui nempe recta iustitiæ trutina, æquitatis-
que lance facta suorum subditorum impia iusta-
que fideliter atque clementer examinando, dis-
persa congreget, perdita requirat, abiecta redu-
cat, fracta consolidet, prostrata releuet, infirma
roboret, vtilia foueat, noxia repellat: z *Qui pro-*
phetica exhortatione innouet sibi nouale, & non serat
super spinas ne simul exortæ spinæ, iuxta a euangeli-
cam parabolam, *semen suum suffocent*: b qui secun-
dum verba Hieremiæ: c *Euellat & destruat, disper-*
dat & dissipet, ædificet & plantet, d *qui denique ma-*
los malè perdat, & vineam suam locet alijs agricolis.
Qui reddant fructum temporibus suis. Neque enim
possunt (inquit saluator noster) *aut de spinis vua*
colligi, aut de tribulis ficus. Ex his hactenus toto
hoc capite dictis apparet, quam sit grata Deo vi-
D ctima misericors Christiani principis in pernicio-
sos reipublicæ peccatores animaduersio: à qua
reorum nocentiumque conuersio, maior virtu-
tum in aliis profectus, atque secura pacataque in
ciuili societate viuentium salus & vita, veluti fru-
ctus suauissimi nascuntur.

s S Aug epist. ad Bonifacium comitem.
t S Aug epi. ad Bonifaciũ comitem.
Crudelitas magna peccatis impunitis in perniciem reipub. relinquere.
u Senec. l de prouid. cap. 3.
Gradus in corrigendo princeps obseruare debet.
x Senec. l pri. de ira cap. 5.
y Ecclesiast. c. 10 v. 4.
No.
Potestas terræ dicitur in manu Dei esse cũ pius iustus que princeps populis terræ dominatur.
z Ex ep Nicolai de Clemangis ad ducem Burgundiæ ante librum de lapsu iustitiæ.
a S Lucæ c 8
b Ierem c 1.
c S Math. c. 21.
d S Math. cap. 7.

CAPVT V.

De altera parte iustitiæ principis, quæ ad bonos de ecclesia atꝫ Rep. bene meritos se extendit, quorum virtutes princeps debet honorare & præmijs afficere.

1. *Princeps supremus Rexque Christianus, à quo tanquam à capite in omnes regnicolas, dignitates, honoresque diffunduntur; illos bene propter virtutem distribuendo maxime commendatur.*
2. *Secundum mensuram virtutum, sit honorum & præmiorum modus.*
3. *Indignos, contemptis virtute & sapientia claris, ad honores publicos euehere maximum malum principibus euehentibus, totique Reipublicæ valde funestum & perniciosum.*
4. *Indignis vitioque fœdatis nimios, non merito sed fauore principum ab his deceptorum honores accepisse funestum.*



VALIS est Papa in ecclesia, talis videtur esse rex Christianus in repub. Vt sicut ab illo vicario suo quod ad spiritualia in terris Dominus noster Iesus-Christus generis humani saluator [a] quasi quodã capite, dona sua in totum suæ corpus ecclesiæ diffundere voluit: Ita in seculari eaque fideli monarchia à rege principeque catholico, quem sua gratia regno præfecit, tanquam à primo capite potestatisque secularis fonte, omnes honores, dona, dignitates, præmia in omnes propter virtutes de repub. principe, religioneque bene meritos, seruato distributiuæ iustitiæ ordine legitimo, deriuare, quotidieque rependere dignatur. Quem ordinem quãdiu princeps Christianus in distribuendis honoribus, præmiisque largiendis immaculato intentionis rectæ calle tenebit, tandiu diuinæ illius gratiæ augmentum, indeque magnæ felicitatis incrementum, cumulumque merebitur. Nunquam vox bonorum consentiens, locus, tempusque principis prædicandæ magnificæ iustitiæ deerit: quandio sibi fideliter seruientes virtutibus illustres honoribus beneficiisque prosequetur. Quò maiora dabit virtutum intuitu, eò sui maioribus eum laudibus populi mactabunt, sicut Nicocli oratione [b] Isocrates insinuauerat. Beneficia cum hoc delectu data, bene locata princeps arbitretur. *Sine quo beneficia magis proijcimus quam damus* [c] aiebat Seneca. Ne vultum potentis, ne antiquæ splendorem nobilitatis tantum consideret, sed virtutum fulgore ad largiendum beneficia honoresq; moueatur. Absit omnis ab eius corde personarum acceptio, sed meritorum pondus, & valor illi benefacere persuadeant: cum [d] inquit S. Hieronymus. *Nesciat religio nostra personas accipere nec conditiones sed animos inspiciat singulorum, seruum & nobilem de moribus pronuntiet, sitque sola*

a S. Leo 1. ep. 78. ad episcopos Viennenses can. ita Dominus dist. 19.

Princeps recte virtutibus claros afficiens premiis gratia Christi meretur augmentũ & magis à populo diligi & honorari.

b Isocrates orat. 2.

c Senec. l. pr. de benef. c. 1.

d S. Hieron. epist. ad Celantiam.

A *apud Deum libertas non seruire peccatis, summaque nobilitas clarum esse virtutibus.*

Hanc sibi princeps regulam in suis subditis beneficia largiendo proponat, vt ad mensuram virtutum, subditorum animis irradiãtium suas largitiones, liberalitatesque moderetur: vt qui melior & sapientior apud se sit, honoribus dignitatibusque sublimior & auctior existat: qui aliis sub illius auctoritate in republica præsit & imperet. [e] *Natura est enim deteriora potioribus submittere. Ideoque summa felicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior esse, nisi melior: tantum enim quantum vult potest, qui se nisi quod debet non putat posse: illo ergo sæculo, quod aureum perhibetur, penes sapientes fuit regnum* Quò spectant illa [f] Aristotelis, *reges olim eligebantur ex viris bonis.* Propter excellentiam virtutis aut rerum ex virtute gestarum. Vnde Christianus princeps talis electus à Deo, qui vt dignitate sic & virtute superare subditos contendere debet, omnino ex principatus officio curare, soliciteque prouidere tenetur: vt pro rectoribus populi sub suæ maiestatis auctoritate, dignis affectos honoribus beneficiisque suis, quam optimos atque maxima eruditione, sapientiaque præditos eligat, [g] *Ὃς γὰρ σύμπαντα τὴν ἐπὶ βίον ἐπιστήμην κέκτηται, τί ἄλλο τοῦτον εἶναι δεῖ, ἢ τὸν δεσπότην, qui enim in vniuersum vitæ degendæ scientiam est consecutus, quid aliud eum esse oportet nisi rectorem & Dominum?* Cui enim aptior aliorum directio credi potest, quam cuius in animo virtus sic altis defixa radicibus insidet, vt ex omni parte radiis illius coruscantibus, omnes vitiorum imperitiæque tenebræ dissipentur, ne ad eum possint accedere? *Quam vnicam* [h] Phocio Atheniensium dux *potentem, reliqua omnia nugas esse dicebat.* Cuius magnitudine, regum, principumque terræ apud [i] Herodotum Socrates excellentiam, felicitatem, potentiamque metiebatur. Sciscitanti namque Gorgiæ an potentissimũ Persarum regem magnum felicemque iudicaret. *Nescio*, inquit, *quantum virtutis & disciplinæ habeat.* Sicut antea simile respondens Agesilaus Lacedæmoniorum rex cùm audiret Persarum regem magnum appellari, dixit: [k] *Quare maior me est nisi iustior & temperãtior?* Hanc virtutem iustitiamque principes Christiani qui verè catholici extiterunt, sibi semper in honoribus distribuẽdis beneficiisque conferendis proposuerunt, vt illa clarioribus maiora præmia, dignitates beneficiaque largiretur. Hoc fecit Constantinus Magnus, [l] qui totum imperium in quatuor prætorias generali partitione distribuit viris virtute, fortitudine, belli, pietatis, religionisq; nobilitate præstantioribus conferendas. Hoc [m] Valentinianus senior, qui creato S. Ambrosio ex præfecto iustitiæ rectoreque prouinciarum imperii in Episcopum, patremque animarum Deo gratias egit, quod tales magistratus præfectosque populis eligeret, tot politos tinctosque virtutibus, vt postea qui rectores essent ecclesiarum Dei, digni censerentur. Hoc [n] Theodosius maior, qui ex omnibus imperii sui regionibus locisque sanctiores sapientioresque disquirere, sciscitarique solebat, quos maioribus imperii sui dignitatibus præficiendos cum magna pietatis æquitatisque sinceritate curaret. Hoc [o] Carolus M. hoc sanctus Ludouicus, hoc alii plurimi reges principesque verè Christiani, quorum plena vita exemplorum est, Ideo rectè quidem Magnus, ille Aragoniæ, Neapo-

2 Pars. Secundum mensura virtutum sit honorum præmiorũque modus.

Iustior & sapientior in republica sub principe aliis præesse debet.

e Senec epist. 90.

f Arist l. 5. polit. cap. 10.

g Arrian l. 3. dissert. c. vlt.

h Stobæi ser. 1. de prudentia.

i Herodotus.

Princeps eò maior & felicior quò melior.

k Plutarch in Apophth. Laconic.

Omnes vere catholici principes semper viris clarioribus virtutum splendore maiores honores contulerunt.

l Zosim lib. 2. Cõstantinus.

m Valentinian. senior.

n Theodos.

o Carolus M. S. Ludouicus.

Neapolitaniq; regni [a] Alphonſus rex dicere ſolebat eos demum principes maximis præconus honoribuſque cumulandos, qui ſuper omnia virtutem colerent, eius eultoribus dona ſua diſtribuerent, honoreſque principatus ſui communicarent. *Quis enim virtutes amplecteretur præmia ſi tollas? Quamuis fortes & ſapientes viri non tam præmia ſequi ſoleant rectè factorum quam ipſa rectè facta. Sed tamen ex omnibus præmiis virtutum ſi eſſet habenda ratio præmiorum, ampliſſimum eſſe præmium gloriam* apud Ciceronē [b] Milo dicebat *eſſe hanc vnam quæ breuitatem vitæ proſperitatis memoria conſolaretur: quæ efficeret vt abſentes adeſſemus, mortui viueremus, hanc denique eſſe cuius gradibus etiam homines in cælum videantur aſcendere.* [c] Alexander magnus petentibus à ſe regem Sidonus, qui pacatam ſecuramque eorum rempub. efficeret, effectamque ſeruaret: inopem & egenum nullis maiorum ſtemmatis commendatum, ſed magnis ornatum virtutibus dedit, reſpondens petentibus cur hoc fecerit: *Ne quis*, inquit, *exiſtimet me non virtuti, ſed generi regnum potentiamque tribuiſſe.* Imperator profanus, ambitioſus, tot regnorum nationumque domitor, regnum tamen dominatumque in alios, virtuti, non ambitioni, animi fortitudini, non generis nobilitati dare voluit. Et princeps Chriſtianus veri Dei cultor & charitatis amator, officia magiſtratus atque dignitates, virtute ſapientiaque præſtantibus in ditione ſua largiri recuſabit? Apud Romanos in honoris templum, per illud virtutis via, ingreſſuſque pandebatur: quia apud illos nullum honor & gloria decorabat, quem prius inclita virtus non exornauiſſet. [d] Idne in Chriſtiano ſtatu imperioque principes diuina ex alto induti gratia minimè præſtabunt? *Non facit nobilem atrium plenum fumoſis imaginibus.* [e] Inquit Seneca, *nemo in noſtram gloriam vixit, nec quod ante fuit, noſtrum eſt. Animus facit nobilem, cui & in quacumque conditione ſupra fortunam licet ſurgere.* Et alibi. [f] *Quidam*, inquit, *auitas paternaſque flagitijs abſcenerunt imagines, quidam ignobiles nati fecere poſteris: in illis non ſeruare quod acceperant maximum dedecus, in his quod nemo dederat, feciſſe laudabile. Si poſſent homines ſibi ſortem facere naſcendi, nemo eſſet humilis, nemo egenus; vnuſquiſque felicem domum inuaderet. Sed quandiu non ſumus, natura non regit, & in quemcunque vult caſum nos mittit: hinc ſumus æſtimandi, cum ſumus noſtri.* Non perſonarum dignitate non maiorum nobilitate, ſed fide catholica virtuteque Chriſtianos inſigniri & honorari S. [g] Baſilius Poori præfecto reſpondit. Quos ſic ornatos & à ſe beneficiis & virtutum præmiis auctos ſibi principes aſſiduè proximos habere debent. Quibus in benè pieque regendo principatu ſapienter vtantur, vt feliciter ſibi populiſque cuncta ſuccedant: magnumque iuſtitiæ ſpecimen edunt, dum illis per virtutum ſuarum operationes ſibi ſalutari miniſterio ſeruientibus munera beneficiaque regiæ magnificentiæ profundunt. *Cum virtutum præmia tribui merentibus* [h] *lex Imperatoria præcipiat, &* [i] *virtutis ipſas præmiorum exempla nutriant.*

Sed in hac honorum præmiorumque diſtributione caueat princeps, ne quid contra æquitatem iuſtitiamque committat: caueat ne conſcientiam obliquitatis iniuſtitiæque vulnere lædat. Quod faceret non ſine magna reipublicæ pernicie; ſi neglectis contemptiſque viris ſapientia, virtute, religione, longa in ſeruiendo principi ac regno fideliter, experientia præſtantibus, & propter ſuarum in publica commoda virtutum operationes, beneficia multa merentibus, acciperet viles, abiectos, vita, moribuſque deprauatos, virtutis omnis conſiliique ſalutaris inopes, in nullam partem regi & populo vtiles: quos ambitione ſola, ſuperbia, inſolentia turpiter elatos ad ſui principatus honores, officia, dignitateſque ſine vlla conſideratione, iuſtaque ratione proueheret. Quod quàm graue ſit malum, quam funeſtum reipublicæ, quam pernicioſum principi, quam denique ipſis tandem indignè promotis exitiale, dici non poteſt. Ad illud Cato apud Saluſtium in Catilinario reſpicere videbatur, cum ſui ſæculi corruptionem, virtutis antiquæ vaſtationem, veteriſque gloriæ Romanæ felicitatiſque lapſum deplorans, expoſtulando dicebat. [k] *Nolite exiſtimare maiores noſtros armis rempublicam ex parua magnam feciſſe, quippe amplior nobis quam ipſis armorum eſt copia: Sed quia in eis fuit domi induſtria, foris iuſtum imperium, in conſulendo animus liber, neque delicto, neque libidini obnoxius: pro his nos habemus luxuriam atque auaritiam, publicè egeſtatem, priuatim opulentiam, laudamus diuitias, ſequimur inertiam, inter bonos & malos nullum diſcrimen, omnia virtutis præmia ambitio poſſidet.* Hæc iniuſta ad honores indignorum prouectio, & ab illis illuſtrium virtute, nobilitate, capacitateque deiectio, quantum inferat regnis principibuſque mali infortuniique veteres hiſtoriæ recenteſque teſtantur. Antiochi regis Syriæ nutauit imperium, [l] quod medicum ſuum ſuo præſidem principemque conſilio ſecretiori præfeciſſet. Vehemens bellorum, ſeditionum, ruinarum, calamitatumque procella Germaniæ regnum, regnante Henrico 4. vaſtauit, quod ipſe nimia iniuſti fauoris atque beneuolentiæ in homines natalibus viles, abiectos vita, prima ſorte contemptibiles, virtute doctrinaque carentes inclinatione propenderet. Calamitatem ſummamque perniciem Petri regis Caſtellæ, dicti vulgo *Seueri crudelis* [m] ex illo iniuſtitiæ fonte multi deducunt: quod in negotiorum regni ſui conſilium abiectæ ſortis homines, natalium obſcuritate viliſſimos, incapaces, nulla virtute capacitateque probatos induxiſſet. Quid de regibus noſtris? Nonne [n] Carolus ſimplex apud Sueſſionem, anno nongenteſimo decimo nono, à proceribus regni derelictus eſt, propter Haganonem Laudunenſem, hominem neſcio quem, ignobilem, incapacem, regia indignum familiaritate? Quem tamen rex ſolum omnium conſiliorum participem adeò fecerat, vt ſine illo nil quidquam arduum alicuiuſue momenti geri fieriue pateretur? Hic indignus amor cæcuſque fauor in obſcurum, ignauumque hominem, magnum ipſi regi exitium attulit; proceribus illuſtribuſque regni magnatibus moleſtè grauiterque ferentibus, vnum omnibus, imperitum doctis, obſcurum genere, clariſſimis ortu, vita corruptum, virtute ſapientiaque præſtantibus anteponi. Et niſi protinus hominis indigni, remotione, Heruęus Archiepiſcopus Rhemenſis, principes proceresque regni, ſua ſapientia regi reconciliauiſſet, valde profecto

Marginal notes:

a Dictum Alphonſi regis. Panorm. l. 1. de eius geſtis.

b Cicer. orat. pro Milone.

c Quintus Curtius l. 4.

Per templum virtutis ad honoris templum via vnica apud Romanos.

d Valerii maxim. l. 1.

Quiſque ſuæ fortunæ bonæ gloriæ & nobilitatis, per virtutes ſuas artifex efficitur.

e Senec. ep. 44.

f Seneca.

g S. Gregor. Nazianz. in orat. funebri ſancti Baſilii.

h L. final. C. de ſtatu & imag.

i Plinius in panegy.

3. Pars.

Immeritos & indignos ad honores euehere neglectis bonis & virtutis potentibus.

Maximum malum regno & regi indignis promotis.

K Saluſtius in Catil.

Exempla probantia regibus regniſque nocuiſſe viles & indignos ad honores precipuos ſui regni euexiſſe.

l Polyb. l. 5. r. Antiochi regis Syriæ.

Hiſtoria Palentina, 1. Henricus 4.

m Suris. l. 10. ca. 5 annal. 3. regis Caſtellæ Petri dicti crudelis.

n Annales Franciæ Maſſonii l. 2 in Carolo ſimplici.

Caroli ſimplicis anno 919.

a Maſſonius ibid.

rex ipſe ſuæ ſalutis aleam regnique periclitabatur. a Sed poſtea rex in familiare conſortium Haganonem ſuum feruentiori dilectione recipiens, eique monaſterium Calam ablatum Hugoni Roberti filio, licet à rege tunc valde dilecto, iniuſtè tradens, noua eaque tam graui ſeditionis procella iactatus eſt, vt in Lotaringiam cum Haganone ſuo coactus fuerit, magna celeritate profugere. Omnem in legitimum principem ſubditorum ſeditionem rebellionemque deteſtamur; (quis enim habentium conſcientiam catholicorum probaret?) Sed tamen Deus propter peccata regis, ac populi permittit ea plerumque fieri, quæ non licent: quæque poſtea niſi prius pœnitentia deleantur, grauiſſima vltione caſtigabit. Alii annalium Galliæ ſcriptores commemorant.

b Iacobus Meierus l. 12. S. Philippi Pulchri.

b Philippum Pulchrum Galliæ regem S. Ludouici nepotem, B Nongaretum ſeu Longaretum, atque Mariniacum, viles natalibus vitaque turpes adeò dilexiſſe, vt eos ad magnos regni ſui honores euehere, eoſque cunctis nobilitate rerumque præclarè geſtarum magnitudine ſublimibus, anteponere voluerit. Hinc multos motuum diuiſionumqoe fluctus regem in regno ſubiiſſe, calamitoſoſque labores anxium valde tolerauiſſe ſcriptores memoriæ prodideruut. Quibus ſeditionum rebellionumque Galliæ regnum flammis arſerit, Ludouico vndecimo regnante, quis Gallorum neſcit? Niſi qui in patriæ hiſtoriis peregrinus hoſpeſque verſatur? c Quod ipſe rex non adeo virtutis & nobilitatis amator, ſutori ſuo fæcialis & internuntii, tonſori legati medico magni conſiliarii honores dignitateſque detulerit. d Malè profectò tunc nobiſcum res agitur, cùm id quod virtute effici debet, id non modo pecunia, ſed & fauore cæcaque dominantis C paſſione tẽtatur. Quo morbo laborare principes iniuſtũ, turpe exitioſumque ſemper extitit. *Nam qui indignos diligit, ſtudioſos virtutis odiſſe videtur, eſtque mera captiuitas, ſeruituſque regnantis indigna, impotens amor indignorum.* Si liceat præclariſſimã cæterarũ quæ in principis animo regnant affectionem qualitatemque, amorem ſcilicet, in alios conuertere, vt certe licet: in bonos, in ſapientes, in virtutibus rectéque factis aſſuetos pro ſeruitio principis, pro ſalute patriæ, Chriſtianæque religionis conuertatur. Qui prudentia in agendo, conſilio in prouidendo, fidelitate in ſeruiendo, modeſtia & affabilitate in negotia cum aliis tractando, pietate in principem venerando, charitate in aliis opitulando valent.

c Philippus Commiocus in Ludouic. 11. Bodinus l. 6. de repub.

d Cic. off. 2.

Princeps amorem ſuum in bonos conuertere debet non in malos inutiles orbi.

e Æneid. 6.

e *Quique ſui memores alios fecere merendo.*

Nec audiantur in aula principis hæ querulæ voces, virtutum exilia, vitiorumque trophæa triſtè D lamentantes.

At peruerſi reſidens celſo
f *Mores ſolio, ſanctaque calcant*
Iniuſta vice colla nocentes.
Latet obſcuris condita virtus
Clara tenebris, iuſtuſque tulit
Crimen iniqui.

f Boetii l. 1. de conſolat. Philoſophiæ metro 5.

Quam funeſtè contigit indignis vitioque fœdatis nemini non merito ſed fauore principum ab his deceptorũ honores accepiſſe.

Sed in ſummam honorum proſperitatum ridentiſque perfidè fortunæ verticem, per varios corruptionis, iniuſtitiæque gradus, non minus iniuſtè quam turpiter euecti, aulici miſeri dum principum aures doloſè palpant, dum eorum animis fraudulenter inſidiantur, audiant & attentè conſiderent, quò ſit ſibi tandem indigna prouectio calamitatis exitura. Niſi ſapiant, A reſipiſcant, & in ſublimi honore citra merita, imo contra demerita collocati, ad ſe reuerſi, humilitati modeſtiæque vacantes, funeſtas longe à ſe futuras, horribileſque calamitates, ſalutari veraque ſecundum Deum pœnitentia tecti repellant. Atque funeſtos tragicoſque eorum, quorum proſperitates eiuſdem cum illis ſæculi homines admirabuntur, exitus perhorreſcant: ne tales ſibi miſerè contingant, dum inſolenter de ſimili illorum proſperitate gloriantur. Hæreant illis in mente memoriaque perpetuò tragici horribileſque g Haman ſub Aſſuero, h Seiani ſub Tiberio imperatore, i Turrini ſub Seuero, k Eutropii ſub Arcadio, aliorumque plurimorum perditè arrogantetque, principum fauoribus abutentium, fortunæ variabilis conditioniſque viuendi termini. Quorum B vita à felicibus exorta principiis in aula principum, & incrementis propagata felicioribus, extremo ſtupendoque calamitatis maximæ gurgite abſorpta finiuit. Sed vt res noſtra ſine aliquo ad id quod dicimus exemplo appoſito non prætereamus: qualis fuit, quantaque proſperitate & auctoritate vixit ad tempus in aula regis Philippi 3. maximi natorum S. Ludouici ſceleſtus ille flagitioſuſque Petrus Broccia? Qui ex chirurgo à Philippo rege palatii regii cubicularius factus eſt. Tantumque gratiæ, fauoris, familiaritatiſque principis conſecutus eſt, vt nihil eo inconſulto, in regio conſilio rex Philippus decerni vellet. Sed tanta beneuolentiæ adeptione ſuperbior inſolentiorque factus, inuidiam nobilium procerumq; quos ſuperbè arroganterque faſtidiebat non mediocrem merito ſibi contraxit. Quorum iudi- C cio prius crimine læſæ maieſtatis accuſatus conuictuſque, mortem ſubiuit ignominioſam, extra Lutetiam furca publica ſtrangulatus anno 1278. Spectantibus infelicis ac ſuperbiſſimi hominis ſupplicio turpiſſimo ſubiugati, eritium Burgundiæ ac Brabantiæ ducibus, Roberto Attrebatenſi comite, regni nobilium populique innumerabili multitudine. Vt in vita Philippi regis 3. l Nangius fuſiori diſcurſu recenſet, m quam verũ Senecæ, in morte ſuperbiſſimi hominis illud apparuit: *Sæpe inter fortunam ſummam & vltimam nihil intereſſe.* Quam iuſtè ſuæ arrogantiæ pœnas vt alter Seianos dedit: n *Quem quo die ſenatus deduxerat illum populus in fruſta diuiſit: in quem quidquid congeri poterat dii homineſque contulerant: ex eo nihil ſuperfuit, quod carnifex traheret.* Hos Seiani & ſimilium tragicos exitus aulici omnes, attentè conſiderent, vt in D ſublime proſperitatis faſtigium benigna diligentis fauentiſque principis aura ſubleuati, modeſtè humiliterque ſe gerant, nouiſſima ſemper memorantes, primis proſperitatibus non ſemper conformia, ſed ſæpius valde contraria. *Seiani caſus*, inquit o Dio Caſſius, *humanam imbecillitatem egregiè ob oculos ponit, monetque nuſquam inflate ſe gerere. Quem enim vt præſtantiorem ſe vniuerſi ad curiam comitati fuere, tunc quaſi minimè ſe meliorem in carcerem rapuerunt: quem coronis ante dignati fuerant, ei tunc vincula induxerunt: quem tanquam Dominum ſtipauerant, eum fugitiui inſtar cuſtodierunt, tegmenque obuelantis ſe detraxerunt, alapis ingeſtis, quem ante prætexta purpura veſte decorauerant: Cui genua flexerant, ac vt Dio ſacrificante-*

g Eſther. c. 7.
h Dion. l. 58.
i Lampsid in Seuero.
k S. Chryſoſt. orat. in Eutropium, & pro Eutropio ſimul.

Petri Broccia qui in delicüs Philippo regi 3. maximè fuit ignominioſus exitus.

l Nangius in vita Philippi 3. Maſſonius l. 3. annalium Franciæ in rege Philippo 3.
m Seneca l. 6. de beneficiis.
n Senec. l. de tranquillitate c. 11.

Admonitio ad aulicos vt fauore principis non abutentes in proſperitate humiliter ſe gerant.

o Dio Caſſ. l. 58.

Seiani funeſtiſſimus ex feliciſſima fortuna exitus.

rant, eum tunc ad noctem vsque ignominiose duxerunt &c. Itaque (vt supra notatum) *capite mulctatus in Gemonias proiectus est, eumque totum triduum populus ludibrio habitum in Tyberim misit, liberi etiam eius ex senatusconsulto necati, & filia quam pactus erat Claudij filio (horribile dictu) constuprata prius à carnifice, quasi impium esset, virginem in carcere perire.* Hos & similes funestos tragicosque variantis & aduersæ fortunæ flatus vitæque superborum aulicorum alios insolenter despicientium, nimiumque in principis fauore quo arroganter abutuntur, confidentium exitiales exitus, cæteri typho superbiæ tumentes aulici regiæ beneuolentiæ aura afflati prospera, prudenter attendant, sollicitè cogitent, assidueque meditentur: vt alieno malo sapiant, aduersus minores humanitatem, aduersus maiores reuerentiam vbique seruantes. Et ne in isto fauoris regij culmine constituti populos opprimant, nobiles sanguine, illustresque virtute despiciant, maturè considerent, istorum superborum horribili fato & funere, [a] *Esse prærupta quæ videntur excelsa: minusque eutum hærentibus* [b] *plerisque in fastigio suo, ex quo non possunt, nisi cadendo descendere.* Quo casu lapsuque funesto, illis sua facilè modestia, affabilitas, agnitio sui, & honorata fauore principis humilitas interdicet. [c] *Sic fortunam suam quam maximè poterunt in planum deferant, & sua se non principis fortuna metiantur.* Illudque semper in auribus & cordibus insonet.

Fortunam reuerenter habe, quicumque repente
Diues ab exili progrediere loco.

[a] Senec l. 4. naturalium quæst.
[b] Idem de tranquillit.
[c] Ibidem.

CAPVT VI.

De prudentia Christiana in principe catholico cum iustitia fœderanda ad iustè secundum Deum regnandum, & suum cuique subditorum distribuendum.

1. *Laus & necessitas prudentiæ Christianæ in principe pio ad rectè iustitiæ iura populis fidelibus administranda.*

2. *In quo consistat hæc principis Christiani prudentia, cuius modum ab ecclesia, decretoque spiritus sancti princeps fidelis sumere debet.*

3. *Hæc prudentia Christiana principem facere docet, illius conseruans imperium, & ab eius animo omnem errorem in agendo repellens.*


VNGO in principe pio Christianam cum iustitia prudentiam, sine qua etiam quæ iusta sunt iniustè fieri dicerentur. Neque enim fieri vllo pacto potest, vt quis rectè & secundum Deum iustitiam administret, qui prudens non sit. Vnde cum cæteræ aliorum virtutes, nisi prudentia tan- A quam sale condiantur, vtiles atque salutares operantibus, & aliis pro quibus exercentur, esse non possunt, minus valebunt, iustitiæ principis opera, prudentiæ sapore destituta. Nec sine grandi mysterio Leuitici 2. aliquod Deo Opt. [d] Max. sacrificiũ sine sale præsentari vetabatur. Quo satis apertè monstrabatur, omnes virtutum actiones quas in gloriam Dei salutemque populi fidelis exercemus, non plus Deo sine prudentia placere, quàm sacrificia sine sale. Propterea præclarè [e] S. Ambrosius: *Primus officij fons prudentia.* Sanctusque pater [f] Augustinus vanas & inanes aliarum virtutum actiones sine prudentia, solidis rationibus affirmat, hæc postea subijciens: *Huius excubiæ atque diligentissima vigilantia est, ne subrepente paulatim mala suasione fallamur.* D. vero [g] Gregorius solidum mentis nostræ ædificium, *quatuor virtutibus Cardinalibus* B *sustineri* docet, inter quas primum locum prudentiæ attribuit, sine cuius adminiculo præsidioque Cardinales ipsæ virtutes in bonum priuatum publicumque subsistere non possent. *Hæc,* [h] inquit Cassianus, *Inter omnes virtutes arcem & primatum tenet,* scilicet ratione directionis. Illa est, [i] *Quæ oculus & lucerna in Euangelio nuncupatur, secundum illam Saluatoris sententiam,* [k] *lucerna corporis tui est oculus tuus. Eo quod ipsas cogitationes actusque discernens cuncta quæ agenda sunt peruideas atque perlustres.* Sicut enim ad operandum lux necessaria iuxta illud [l] Saluatoris, *operamini dum dies est:* Sic prudentia ad agendum: quæ cunctis virtutibus actione præire debeat vt ad bonum finem earum opera rectè dirigantur. Hinc illa Philonis de prudentia confessio, [m] *φρόνησις τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἀρχή. Prudentia virtutum aliarum principium est.* Propter quod C dixit [n] Tullius. *Sine prudentia ne intelligi quidem virtus potest.* Alibi [o] *prudentia nihil dulcius, quam vt cætera auferat, affert certè senectus.* Iuxta [p] Platonis sententiam in Timæo. *Seniores prudentiores.* Quæ cum omnibus in societate viuentibus valde sit vtilis, & salutaris, tum principibus, & his qui hominum cœtibus conciliisque præsunt maximè necessaria, vt iustè prospereque res pro se aliorumque salute negotientur & agant. Cum [q] *sine prudentia nullum efficax bonumque possit iniri consilium.* [r] *sitque agendi virtus prudentia: vt nullum numen abesse* [s] Satyricos dicat, *si sit prudentia;* quam propterea sapiens, *Thesaurum* [t] *desiderabilem appellat, & oleum in habitaculo iusti.* Vt ostenderet prudentiam à principe iusto non separari, quæ illi multas eiusque imperio diuitias cum magna vitæ dulcedine iustè congregaret. Laus, meritum, & prosperitas principis in regendo populos, hisque iustitiam ministrando, non tam est D in opere quam in modo operandi, qui à prudentia proficiscitur, consistere dicitur. In cuius rei fidem dicebat dominus. [u] *Iustè* (scilicet adhibito prudentiæ modo) *quod iustum est persequeris, vt viuas & possideas terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi.* Et S. Petrus in Scala illa, virtutum gradibus compacta, quam struxit, pro ascensionibus in cælum, prudentiam bonorum operum iustitiæ coniunxit cùm dixit. [x] *Vos autem curam omnem super inferentes* (scilicet vt efficiamini diuinæ consortes naturæ) *ministrate in fide vestra virtutem in virtute scientiam,* scilicet *prudentiam discretionemque operis directiuam*

Sine permixtione prudentiæ omnes actiones virtutum inutiles minimeque Deo placentes.

[d] Leuit c. 2.
[e] S. Ambr. l. 1. off c. 27.
[f] D. Aug l. 1. de moribus c. 24.
[g] S. Greg l. 2. moral c 36.
[h] Cassian. collat. 1. c. 23.
[i] Cassian. col. 2. cap. 2.
[k] S. Matth. 6.
[l] S. Ioan. c. 12. vers. 35.
[m] Philo Iudæus apud Stobæum serm. 35.
[n] Cicero 2. Tuscul.
[o] Cic. pe. Tuscul.
[p] Plato in Timæo.
Prudentia omnibus salutaris & vtilis sed præcipue principibus necessaria.
[q] Seneca ep. 65.
[r] Plutarchus de virtutibus morum.
[s] Iuuenal.
[t] Prouerb. 21. v. 20.
[u] Deut. c. 16. v. 20.
[x] S. Petri 2. c. 1.

a Glossa Lyrani. b S. Tho 1.2. q 47 a 3. c S. Tho 12 q 17. art. pt. d S. Tho 1.2. q 17. art. 3.

inquit a Lyranus. *Quæ nihil aliud est quam b facultas quadam intellectus practici ad rectè statuendum per actum imperij, quid agendum sit in quolibet casu particulari*, per quem imperii actum cum c S. Thoma, *actum practicæ rationis intelligimus à iudicio distinctum. Quiquidem rationis actus, actum voluntatis electionem* Nempe, d ex eiusdem doctoris euangelici sententia *præsupponit* imperio illo rationis practicæ priorē, cū ab illo præsupponatur. Et rectè quidem quia hoc imperio rationis, vsu voluntatis interueniente, electione videlicet, princeps in administratione publica, quod in priuatis suis negotiis singuli facerent, iustitiæ sicut aliarum virtutum opus in externas operationes emittit & eliminat. Hoc modo sumpta prudentia ab Aristotele definita est. e *Habitus intellectus vera cum ratione activus circa quæ bona & mala homini sunt.* Bona vt amplectatur, mala vt hoc rationis imperio reiiciat & arceat. Vnde cū prudentia sit illa virtus, quæ practicæ rationis imperio, actui iuncto voluntatis, rectè statuit quid agendum & non agendum sit, in quolibet casu factoque particulari: manifestum est principem in administranda iustitia, decipi, errare, labi, si rationis huius luce imperioque destituatur. Quid enim dicit S. Ioannes, scimus: f *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint.* Quo porro lapide Lydio, quàm prudentiæ Christianæ, spiritus illi probabuntur: quæ est in medio virtutum ad eas dirigendum & illuminandum sicut Cherub, Id est magister in medio lapidum ignitorum, quem Dominus apud Ezechielem sic alloquitur. g *Tu Cherub extendens & protegens, & posui te in monte sancto Dei, in medio ignitorum lapidum ambulasti.* Ad temperandum scilicet & moderandum eorum ardorem. Cherub enim Hebraicè magister sciens & doctor dicitur, quo mysterio didicimus, inter virtutes in animo principis insidentes, vt iustitiam, charitatem, fortitudinem, temperantiam cæterasque, prudentiæ permisceri debere, vt tanquam sciens doctaque magistra earū actiones sua luce clarificet, cōsilio cōfirmet, suaq; ad optimū finē directione perducat.

e prudentia quid secundū Arist lib 6. ethicor. c 5.

Princeps errat fallit, & fallitur in administranda iustitia prudentia luce non illustratus.

f S. Ioan. 1. c. 4. vers. 1.

g Ezech. c 28. v. 14.

Quid sit Cherub in medio lapidum ignitorum.

Verum in quo hæc principis ad faciendum iustitiam dandaque iura populis, prudentia consistat præcipuè quærendum est: ego autem hæc in tribus maximè collocata esse iudico, scilicet in memoria præteritorum, in ordinatione præsentium, & in cautione futurorum. Hæc fuit h Tullii prudentis eloquentisque politici mens, hæc i Senecæ dicentis: *Si prudens sit tuus animus, præterita recordare, præsentia ordina, futura prouide.* Hæc tria Moyses in populis eorumque rectoribus optabat, vt in omnibus obedientes Deo iustè, piè beatéque viuerent, k hæc per commiserationem lamentationemque pronuntians: *Gens sine consilio & sine prudentia vtinam saperent*, nempe præterita, *& intelligerent*, præsentia, *& nouissima*, ventura scilicet, *prouiderent*. Sic canis ille triceps Cerberus, edax rerum, tempus videlicet, vincitur & superatur; qui præteritum raptim cum instanti, per quoddam veluti momentum præsens circumspicit, atque collustrat, noua veluti tertio vultu consideratione respiciens. *Æuum quippe vnum est his tribus solummodo distinctum faucibus seu faciebus.* l Censorini testimonio; quod obseruans propheta clamabat. m *In antiquis est sapientia, & in multo tempore est prudentia.* Rusticis propter antiquitatem prudentiam deferentes n iuris veri-

2. Pars. *In quibus principis præcipuè prudentia consistat in tribus scilicet.*

h Cicer. l 2. rethoricorū.

i Senec l de 4. virtutibus ep. final. l. vlt.

k Deut. 32.

l Censor de die natali c. 5.

m Iob. c. 12.

n L. si choris §. 1. de legat. 3.

A usque consulti, peritique doctores, eorum opinionis sententiæque vestigiis insistere minime detrectarunt, dicentes cum Baldo; o *Plus valere vmbram antiquorum quam arma iuuenum.* p *Siquidē in corde prudentis requiescit sapientia*, ex consideratione scilicet præteritorum. *Et q qui sapiens est corde appellabitur prudens.* Ex antecedentibus scilicet præsentia disponens, & futuris prospiciens, nam canente poeta.

o Bald ad ca. pr de seuunt. 1.

p Prouerb 14

q prouerb. 16.

> r *Per varios vsus artem experientia fecit*
> *Exemplo monstrante viam.*

r Manil l 1.

Tertia pars prudentiæ quæ in Christiano principe ad rectè iudicandum requiritur, futura venturaque respiciens, eò maximè reuocatur, vt rerum gestarum exitus tam in pace quam in bello consideret & attendat: ne per eos maioribus detrimentis obnoxia respublica succumbat, quàm commoda fructusque consequatur. f *Istud enim* B *sapere est*, inquit comicus, *non quod ante pedes modo est videre: sed illa quæ futura sunt prospicere.* Prudentiam principi, vita sapientum principum, gestarumque rerum & quidem memorabilium historiæ confirmabunt. Ad cuius assiduam lectionem, filium suum Leonem sui hæredem imperii, in eum finem, Basilius imperator vehementer hortabatur: vt cum inter alia hunc in illa præclara parænesi & institutione ad illum sic affatur. *Per historias veteres ire ne recusa: ibi enim reperies sine labore, quæ alij cum labore collegerunt, atque illinc haures, & bonorum virtutes & improborum vitia: vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ea conuersiones: mundi huius instabilitatem & imperiorum præcipites casus: & vt vno verbo complectar malorum facinorum pœnas & bonorum præmia. Quorum illa fugies ne in diuina iustitia manus incidas: hæc amplectens, vt præmijs quæ ea comitantur potiaris.*

Quid sit sapere.

f Terent. in Adelphis.

Quantum ad prudentiam prosit historia rerum memorabilium.

Libellus Basilii imp monitorius ad filium Leonem quem Κεφάλαια παραινετικά inscripsit.

C Sed audiat princeps quid in se loquatur Dominus, vt s *suæ prudentiæ modum*, ex decreto spiritus sancti ponere possit, suæ non innitendo prudentiæ, sed ab illius gratia sensum, largitionemque sapientiæ, prudentiæque salutaris expectādo; qua illuminatus vt filius diuinæ lucis prudentior huius sæculi tenebrarumque filiis existat, in his quæ ad honorem Dei, ecclesiæ defensionem, ad suam populique salutem pertinent, rectaque dirigantur. Solet enim Deus summis viris principibusque se ipsum ex toto corde quærentibus sublimi prudentia, sui nempe dono spiritus affulgere: qua fraudes & dolos improborū id est filiorum huius sæculi detectos cōuictosq; pro salute publica superent: *Licet prudentiores filii lucis esse dicantur*, sed non re ipsa & simpliciter, sed vt ait Dominus in generatione sua, id est in genere suo scilicet ad malum & iniquitates contra Deum iustitiamque eius patrandas; in quibus tota posita est corrupta D istorum improborum natura & generatio. Sed licet ista prudentia filiorū huius sæculi, quæ cōtra Deū est, quādoq; prudētia filiorum Dei maior in generatione sua, id est callidior & astutior appareat semper tamē illis fraudulēter sapiētibus, reiq; publicæ, maximo, si illi credatur exitio futura est huius rei memorabile in persona S. Ambr. filii lucis & nominis filii huius sæculi afferri potest exēplū. Sanctus ille episcopus vir Dei, legatione fungens missus à Valentiniano iuniore ad Maximum tyrannum, Treuiris tunc temporis morantem, Gratiani optimi imperatoris, cædis, necisq; patratorē vtroque spiritus sancti dono, fortitudine & prudentia munitus, terruit illum, & à communionis

s Prouerb. 3.

Deus principibus piis prudentiam humanā sublimiorem dono suo S. spiritus dare solet qua calliditatis impiorum superant.

s Lucæ c. 16.

a Paulinus in vita S. Ambrosij.

In negotiorum resp. functionibus, prudentia bonorum lucis filiorum, quàm mundanorum sæculi filiorum huius, fidelius & felicius agit.

Exemplo S. Ambrosij filij lucis & Domitiani filij huius sæculi.

sacræ consortio segregauit, vt [a] paulinus in eius vita scribit, hunc territando tyrannum, admonens vt effusi sanguinis Domini sui, Gratiani scilicet imperatoris, & (quod grauius) Innocẽtis, agere pœnitentiã si sibi apud Deũ vellet esse consultũ: sin secus horribiles irati Dei minatur vltiones extremasque pœnas intentat: quibus illum Deus viuum mortuumque mactabit. Quibus auditis tyrannus adeò territus obstupuit: adeò illi arrectæ horrore comæ, & vox faucibus hæsit: vt iam defectionem ab vsurpato imperio cogitaret, reditumque in gratiam cum Valentiniano Imperatore composita pace pactoque fœdere, permetuens sibi vehementer, optaret. At post S. Ambrosium rebus ab eo feliciter sapienterque peractis, alium legatum Domninum videlicet, corruptum aulicum, tenebrarum filium, Valentinianus Imperator ad tyrannum Maximum misit. Qui tyranno indignis imperatoris legato sermonibus blandiendo, fallacibusque discursus confabulationisque, grauitati correptionis & admonitionis Ambrosianæ magnopere contrariæ, lenocinus adulando, corruptus, & ipse à tyranno muneribus fraudeque verborum, ingentes adeò superbiæ confidentiæque huic tyranno animos ingenerauit: vt iam sibi nil amplius metuens abiectoque tremore ex S. Ambrosij reprehensione contracto, illico acer in arma furens, Alpibus superatis cum magno ferocique exercitu, Italiam pulso [b] Valentiniano, omnia ferro flammaque vastaturus nemine repugnante penetrauerit. Hi mortiferi fructus prudentiæ filiorum huius sæculi tenebrarum! Hi neglecti bonorum lucis Christique Domini filiorum consilij tristes exitus! Atque spretæ Dei prudentiæ per spiritum sanctum in bonorum principumque Catholicorum diffusæ cordibus acerbæ calamitates!

b Paulinus in vita S. Ambrosij.
S. Ambros. oratione funebri Valentiniani iunioris.
Zosim. lib. 4.

3. Pars. prudentia Christiani principis bene facere docet pro bono imperij, omnis errore ab illius animo sublato.

Docilitas in principe pars prudentiæ.

c Arist. lib. 3. eth c 3.
d S Tho. 2a. q 49 art 3. in corpore.

Quæ quidem prudentia salutatis, qua Deus corda principum ad rectè iudicandum, regnandumque illuminando dirigit, facere docet, conseruans feliciter imperium, omnemque ab animo principis errorem in agendo repellens, eaque blanda & amatrice disciplinæ, consiliique, principis animum docilitate confirmat: vt per se non modo sibi ex officio præstanda sapienter operetur, sed insuper vt ab aliis in directione sui principatus auxilia consiliaque sciscitetur & quærat. Quam propterea docilitatẽ Philosophiæ Theologiæque doctores [c] Aristoteles, diuus [d] Thomas, & alij partem esse prudentiæ tradiderunt. Cum enim prudentia, *circa particularia operabilia consistat*, vt in alio loco scribit ipse sanctus: *In quibus cum sint quasi infinitæ diuersitates, non possunt ab vno homine sufficienter omnia considerari, nec per modicum tempus, sed per temporis diuturnitatem. Vnde in his quæ ad prudentiam pertinent, maximè indiget homo ab alio erudiri, præcipuè ex senibus qui sanum intellectum adepti sunt circa fines operabilium.* Hæc S. doctor inde sic concludens: [e] *Hoc autem pertinet ad docilitatem vt aliquis sit benè disciplinæ susceptiuus: & ideo conuenienter docilitas ponitur, pars prudentiæ.* Hanc qui regulam contemneret princeps sibi malè consuleret, sibique nimium placens, confidensque in opinione sua, infortunium dignitati suæ populoque causaretur: nec Deo iubenti pareret, dum ab illo oblata subsidia consiliaque negligeret. Cui propterea ne in has labascat obliquitates, & errores spiritus sanctus ita loquitur. [f] *Ne innitaris prudentiæ tuæ.* [g] *Nec sis*

Audire sapientum seniorũ que consilia prudentia est principis.

e S. Tho. ibi.
f Prouerb. 3.
g Prouerb. 3.

sapiens apud temetipsum: [h] *qui autem sapiens est audit consilia:* alibi: [i] *Fili sine consilio nihil facias.* Præsertim seniorum, magnaque experientia sapientum. Ideo idem spiritus Dei. [k] *In multitudine presbyterorum*, scilicet seniorum prudentum *sta, & sapiẽtiæ ex corde coniungere.* Vnde [l] Aristoteles expertorum seniorum & prudentum enuntiationibus indemonstrabilibus opinionibusque nõ minus quam demonstrationibus standum esse docuit. In promptu ratio redditur ab eo, *Quia propter experientiam vident principia.* His non credere sed sibi soli sapere magna intellectus imbecillitas & nota superbiæ. *Cum omnia illi desint qui nihil sibi deesse putat*, inquit [m] S. Bernardus: magnum illud perpetuaque dignum memoria D. Augustini pronuntiatum: [n] *Homo dum sibi sufficere deligit, ab illo qui vere ei sufficit, deficit.* Ex his siquidem Apostoli verbis de Deo loquentis. *Quis consiliarius eius fuit.* S. Chrysostomus collegit, *Deo soli competere nullius consilio & admonitione opus habere.* Cæteros homines præcipue principes aliorum rectores, quorumque potestati subditorum vita morsque subiecta est, maxime illis egere. Hæc autem prudentia principum iustorũ à spiritu sancto, [o] *scientia sanctorum* appellatur, quæ non in studendo sed in agendo, non in contemplando sed in operando præcipue consistit. *Sicut omnis laus virtutis in actione posita est.* Qua scientia præditi sancti vita Dei viuentes, illum ex toto corde, anima, viribus, menteque diligentes, diuinas illius virtutes religiosis operationibus imitantur. Quam scientiam sanctorum, virtutum recteque factorum operatiuam, seruo suo Dauid, principi populi sui pollicebatur Deus, dicens illi: [p] *Intellectum tibi dabo & instruam te in via qua gradieris: firmabo super te oculos meos.* Id est, dabo tibi gratiam cognoscendi voluntatem meam, & virtutem operandi eam effectibusque mandandi. A qua si semel recesserit princeps, omnis illius potestas roburque imperij inualidum, ad salutem subditis procurandam suoque pondere labat. Notum illud poëtæ.

h Prouerb. 24.
i Eccles 32.
k Eccles. c 6.
l Arist l 6. ethic. c. 8.
D Tho. ibi supra 2. 2. q. 49 art. 3 in corpore.
m S Bern. l. 2. de considerat.
n S Aug l 14. de ciuitate c. 13.
S. Chrysost. in S Pauli verba hæc. Quis enim sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit.
o Prouerb 5.

Prudentia principis appellatur scientia sanctorum & cur.

Sine hac prudentia vis omnis inualida & periculosa & contra.

[q] *Vis consilij expers mole ruit sua*: sed contra, *vim temperatã dij quoque prouehunt.* Ego paganicum in fidele Christianumque dogma vertens, dico vim temperatam Deus quoque prouehit. Temperamentum vero huius vis & potestatis à prudentiæ mixtura consurgit, qua posita fortitudo imperij salutaris adest, & potestas principi populique proficua, *quæ sublata in proprium furit interitum*, vt dicebat [r] apud Isocratem Mellitus orator. Rectè propterea clamauit sapiens: [s] *Ciuitates habitabuntur*, scilicet prosperè, *per sensum prudentiũ*: & Salomon in dignitate constitutum sic hortatur hanc post multa conclusionem eliciens: [t] *Posside igitur sapiẽtiam, quia auro melior, & acquire prudentiam quia preciosior est argento*: scilicet rebus omnibus quæ in mundo ab hominibus preciosissima reputantur, à quibus pax, securitas salusque viuẽtium in societate ciuili firmata subsistunt: verumque illud [u] Taciti experientia docet. *Plura in summa fortuna auspiciis & consiliis, quam telis & manibus geri*, vt non male Euripides.

q Horat. 3. ode.
r Isocrat. ad Demonicũ.
s Eccles. c. 10.
t Prouerb 10.
u Tacit l annal. 13.
x Euripid.

[x] Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας νικᾷ, *Mens vna sapiens, plurium vincit manus.* Horum bonorum cõmodorũq; à principis in omnes profectorũ prudẽtia, animũ cõsideratione pulsũs Aristoteles hoc acroama pronũtiare nõ dubitauit.

Ἡ φρόνησις ἄρχοντος ἴδιος ἀρετὴ μόνη.

a Arist. l. 3. polit.

[a] *Prudentia imperantis propria & vnica virtus.* A Quæ vt benè feliciterque confirmetur in principe, vsum exercitationemque rerum agendarum tractandarumque desiderat: quibus si cognoscendis tantum & non in vsum praximque reuocandis princeps intentus esset, meritò probum quemque cum Anaxippo indignantem audiret.

b Athen. l. 13.

[b] *Vah nunquid fingi potest, portentosius illo*
Qui sophos intestinis inflato mugit ab ore
Rebus at in mediis stupet, ac velut infixus hæret.

Prudentia vera omnem ab animo principis in agendo errorem depellit.

Nec in consultando & vbi consulerit maturè facta & opera peragendo, princeps huius virtutis luce illuminatus errabit, nec post malè facta deceptus illam indignam populorum recto. e vocem, *non putabam*, pronuntiare cogetur, vocem inter prudentes stultissimam, & inter aliorum directores pessimam, iuxta illud Iphicratis, [c] *χείριστη φωνὴ στρατηγοῦ, οὐκ ἂν προσεδόκησα, pessima est vox Imperatoris (non putabam.)* Quoniam hæc virtus B quæ circa agenda praximque versatur, non modo intellectum rectè sed etiam voluntatem principis afficit: Quod constat ex eo quod ait [d] Aristoteles. *Non posse quempiam esse prudentem nisi vir bonus sit: quod illa virtus circa ea, inquit, est quæ iusta & honesta & bona sunt, ea autem esse eiusmodi, quæ facere viri boni est.* Notanda hæc ad prætentis rei propositum illustris valdeque sentiu suo nobilis sancti [e] Basilii sententia, *Ἡ γὰρ ἀληθὴς φρόνησις, διάγνωσις τῶν τε ποιητέων, καὶ οὐ ποιητέων ἣν ὁ ἐπακολουθῶν οὐδέποτε τῷ ἐλέγχῳ τῆς κακίας περιπεσεῖται). Vera autem prudentia discretio est rerum agendarum & non agendarum: Quam qui sequitur, nunquam interitu malitiæ afficietur.* Sed de prudentia principis iustitiæ permiscenda ad bene iusteque regnandum dicta satis.

c Iphicratis dictum apud Plutarche.

d Arist. l. 6 ethic. cap. 13.

e Basil. apud Stobæum ser. 25. de prudentia.

C

CAPVT VII.

Quales eligere princeps debet magistratus, officiarios coronæ, & consiliarios, tanquam iustitiæ administratorios, sub sua auctoritate regia & imperio, quibusque præcipuè illos virtutibus tinctos ac præditos esse conuenit.

1. *Probitas in ministris iustitia ac magistratibus, vnde illis nomen, Optimi, datum.*
2. *In eligendo magistratu sibi à consiliis, in administranda populo iustitia, princeps præcipuam virtutis habere debet rationem.*
3. *In quo maximè relucere debet iustitia, sub summo principe, populum regentis.*
4. *Iustitiam veri magistratus à consiliis principi summo, quænam virtutes comitari debent.*

Auctoritatem potestatemque virtus ac probitas meretur acripere,



ERE cum potestas & auctoritas in imperio, vt prosperetur circa virtutes esse debeat; meritò Christianus princeps, cui prosperitas regni, maximæ curæ, desiderioque est, viros suæ dominationis administrationi quærere tenetur, similes illis, quos Iethro Moysi, qui populum in iustitia & æquitate regerent, eligere suadebat. [f] *Prouide*, inquit, *viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas & qui oderint auaritiam*, potentes dixit non corporis fortitudine, non opibus, non nobilitate generis, sed probitate atque virtute. Cui apud bonum principem potestas & auctoritas in societate ciuili traditur: iuxta illud poëtæ.

f Exod. c. 18.

[g] *Emitur sola virtute potestas.*

g Claudian.

Quæ virtus probitasque adeò principis consiliariu, ministro iustitiæ, rectorique sub principe summo, populorum, necessaria est, vt sine hac, sublimitas doctrinæ, vt iurisprudentiæ, visque summi ingenii, pro iuuanda republica, salutarique famulatu seruiendo principi, nihil B habeantur. Testantur hęc quibus Seru. Sulpitium oratione pro Muræna ab illo in ius vocato, criminisque insimulato Tullius affatur: [h] *Et quoniam mihi videris istam scientiam iuris tanquam filiolam osculari tuam, non patiar te in tanto errore versari, vt istud nescio quid, quod tantopere didicisti præclarum aliquid esse arbitrere. Aliis ego te virtutibus, continentia, grauitatis, iustitia, fidei cæteris omnibus consulatu, & omni honore semper dignissimum iudicaui. Quod quidem ius ciuile didicisti, non dicam operam perdidisti: sed illud dicam nullam esse in illa disciplina munitam ad consulatum viam, &c.* Hinc tanta probitas, vitæque sinceritas antiquitus in iudice, magistratu, præfectoque prouinciarum, apud Iudæos Romanosque desiderabatur, vt non nisi optimi vitaque innocentissimi ad honores, directiones populorum, digni- C tatesque iustitiæ promouerentur. Vnde nomen *κράτιστος*, scilicet *optimus* præfectis prouinciarum iustitiæque ministris communi vulgarique nuncupatione tribuebatur, teste Oecumenio dicente, Theophilum, cui dicauit Apostolorum acta. S. Lucas fuisse illustrem quemdam Christianum præfectum iustitiæ, quem propterea S. [i] Lucas, *Optimi* nomine nuncupauit. Sic [k] Act. 24. felicem præsidem, *Optimum* Tertullus orator appellauit. *Semper* [l], inquit, *& vbique suscipimus Optime felix*, Et S. Paulus act. 26. præsidem Felicem alloquens ait. *Non insanio Optime feste.* Sic & Lysias in epistola act. 23. Claudius Lysias. *Optimo præsidi felici salutem.* Quibus in locis Græca dictio *κράτιστος* scripta legitur: quod iudices litium iudiciorumque inter populos moderatores principumque consultores toti puri vita, moribus incorrupti, rectique corde, oculis, pedibus, manibus esse deberent. Chara omnibus talium vi- D rorum vita, salutaria consilia, admonitiones fructuosæ, directiones prudẽtiæ probitatisq; plenæ ad regendos populos, & in principis obsequio continendos, seruitioque mancipandos imperii perbeatæ. Vt non sine causa dixerit. [m] *Ille in cuiuscumque animo virtus insit, ei plurimum esse tribuendum.* Recteque illud scriptum apud Lampridium in Alexandro Seuero legatur. [n] *Meliorem esse rempub. & prope tutiorem in qua princeps malus sit ea in qua mali principis ministri.* Qui quamuis eloquentes ac eruditi, improbandum nihilominus eorum

Sine probitate doctrina in magistratu consiliarioque principis plus nocet quam prodest.

h Cicero pro Muræna

Non datur iusta doctrina ad honorem via sine probitate.

Præsides prouinciarum & magistratus communiter optimi nuncupatione decorabantur.

i Oecumen. in cap. 1. actorum

k S. Lucas c. 23. v. 3.

l Act. 24.

Act. 26.

Act. 23.

m Velleius l. 1.

n Lamprid. in Alex. Seu.

Improbanda consilia improborum quamuis eloquentiâ ac eruditorũ.
a Æschines cõtra Timarchum. plutarchus in Laconicis. Agellius l. 18 cap. 3. Noctium Attic.

consilium, quamuis bonum, sed eorum vitæ sceleribus malaque intentione fœdatum. Quò illud Æschinis [a] contra Timarchum referẽdum est, Lacedæmonios, cum de summa suæ Reipub. ancipiti inter se contentione distracti deliberarent, consilium optimum audire noluisse; quod ab improbissimo Demosthene dicto latum esset: quo vsque illud vir optimus, tanquam à se profectum Senatus imperio decretoque protulisset. Dicente palam publiceque in media ciuium corona cum stomacho & indignatione exclamante Ephoro. *Et quænam Lacedæmonij ratio, & quæ tandem spes erit, vrbem hanc, & hanc Rempubl. saluam inexpugnabilem esse diutius posse, si huiusmodi ante acta vita scilicet improba hominibus consiliarijs vtamur?*

2. Pars. In electione magistratuum ministrorumque iustitiæ super omnia princeps virtutem attendere debet.
b Tacit. in agric.
c Plinius in panegyr.
d Ibid.

Quî enim fieri potest, vt vitiorum sordibus fætens, sceleribus non blandiatur, ne illa iudicando seipsum condemnare videatur? Aut qua ratione virtutes in consultando sincere suis criminibus obsistentes honorabit? Hos viros, in quibus hæ virtutes irradiant, princeps, [b] *non priuatis studijs, nec ex commendatione, aut precibus paucorum, sed testimonio plurium*, sibi à consilijs iustitiæque ministerio prudenter eligat. [c] *Singuli enim decipere & decipi possunt: nemo omnes, neminem omnes fefellerunt.* Nec illud nisi raro, solet esse falsum Imperatori Traiano dictum ab eodem Plinio consilium. [d] *Tales nos crede, qualis fama cuiusque est.* Si virtuti generis, nobilitas adsit, tantò melius. Cæteris enim paribus nobiles illustresque sanguine præferendos esse prudentum doctorumque nemo dubitabit.

e Horat.

[e] *Fortes enim creantur fortibus, &c.*
Qui viret in folijs venit à radicibus humor,
Et patrum in natos abeunt cum semine mores:

f Aristot. l. 5. polit.

Pulchrumque illud Aristotelis & benè dictum. [f] Εἰκὸς βελτίους εἶναι τοὺς ἐκ βελτιόνων. *Par est meliores esse eos ex melioribus.* Viles vero & abiectæ sortis atque generis homines, à consilio principis arcendi, & à grauioribus regni negotiis repellendi sunt, qui notam nomini principis turpiter inurunt. [g] *Præcipuum namque iudicium non magni principis, Magni liberti.* Nisi sit in illis sublimior virtus, quæ obscuritatem natalium, luce sua dissipet. Tunc enim cum Velleio Paterculo licebit asserere. [h] *Optimum quemque esse nobilissimum.* Maioriano recens Imperatori creato laudi datum est maximæ, quod sartam tectam iustitiæ puritatem seruaturum se, per Epistolam Senatui iurauerit, seque in largiendis honoribus dignitatibusque, virtutis habiturum rationem iureiurando spoponderit. Vt illius hæc Epistolæ ad Senatum cùm esset Rauennæ verba significant: [i] *Fauete nunc principi quem fecistis ad tractandarum rerum curam participatẽ nobiscum: vt imperiũ quod mihi vobis admittentibus datum est, studiis omnibus augeatur. Præsumite iustitiam nostris vigere temporibus, & sub innocentia merito proficere posse virtutes, &c.* His virtutibus omnia sub iusto principe ad honores, officia, dignitatesque peruia non auaritiæ, non ambitioni, & vt de tali principe loquens [k] dicebat Tacitus. *Nihil in penatibus eius venale sit, aut ambitioni peruium.* Hoc honestum, hoc salutare, & gloriosum est. [l] *Ad ornatum quippe palatij credimus pertinere, aptas dignitatibus personas eligere, quia de claritate seruientium crescit fama dominorum.*

g Plinius in panegyr.
h Velleius l. 2
i Epist. Maioriani Imp. ad senatum seu Nouella Maioriani tit. 3.
k Tacit. l. 13. annal.
l Pulchra Cassiodori sententia l. 4. epist. 3.

3. Pars.

Præter cæteras virtutes, quibus maximè debent populorum rectores ministratoresque iustitiæ fulgere, iustitia est, propter cuius sinceram in populis dispensationem, Respubl. dignitatibus honoribusque cumulantur. *Quæ honestè in societate ciuili viuere docet, neminem lædere, ius suum vnicuique tribuere.* [m] Quã qui fideliter secundum Deũ puràq; boni principis intentionẽ, qui elegit eos administrant, *fulgebunt sicut sidera in cælo splendendo in perpetuas æternitates*, altissimi filij futuri: quod in iuridicundo pupillis, viduis, alijsque iustitiæ iura reclamantibus patres misericordes extiterint. Iuxta hoc sapientis hortamentum: [n] *In iudicando esto pupillis misericors, vt pater & pro viro matri illorum: & eris tu velut filius altissimi obediens, & miserebitur tui magis quam mater.* In quo præstando mærentibus egẽtibusque iudicio, potentis vultum minimè reformidare debent: habent enim in promptu Dei vocem monentis & imperantis, vt se iustitię magistratu abdicent, [o] nolintque *velle fieri iudices, nisi valeant virtute irrumpere iniquitates.* Fugiantque tanquam perniciosum iniustitiæ scopulum, peruersam in principem indulgentiam, qua illi causam bonam non habenti contra æquitatem subditorum causæ gratificari minime vereantur. Quod ne facerent religiosus Rex Hispaniæ Ferdinandus nomine quintus, suis consiliarijs administrisque iustitiæ districtè mandabat. Quæ res Imperatorum iustorum legibus maximè congruebat; nota illa Modestini Iurisconsulti plena æquitatis sententia. [p] *Non puto delinquere eum qui in dubijs quæstionibus contra fiscum iudicauerit.* Hanc æquitatem, Traianum Imperatorem, quod sequi voluerit contra fiscum suum, pro populo iudicans, Plinius in Panegyrico magnopere laudibus extulit dicens: [q] *Quæ præcipua gloria tua est, sæpius vincitur fiscus: cuius mala causa nunquam est, nisi sub bono principe.* Similiter Antoninus Imperator cognomento Philosophus, à Capitolino valde laudatur. *Quod in causis [r] compendij & quæstus nunquam fauere voluerit.* Hæc virtus in iudice omnem personarum acceptionem longe, atque procul à iudicio repellit. Nam (inquit Petrus Chrysologus, *qui in iudicio personam amici nouit, iusti iudicis exuit, & habet stateram dolosam, contra legem Dei præcipientis*, [s] *vt statera iusta sit & æqua cùm ait: Non consideres personam pauperis, neque honores vultum potentis: iuste iudica proximo tuo.* Et Deuteron. cap. 1. [t] *quod iustum est iudicate, siue ciuis ille sit, siue peregrinus: nulla erit distantia personarum: ita paruum audietis vt magnum: nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est.*

De iustitia præsidis ac rectoris populorum.
m Daniel ca. 12. v. 3.
n Ecclesiast. c. 4. vers. 10.
o Ecclesiast. cap. 7 v. 6.
Consuentia boni iudicis dictat non indulgere.
Principi contra subditum litiganti malam causam habenti, vel dubia fides.
p L. Non puto, ff. de iure fisci.
q Plinius in panegyric. Capitolin. in M. Aurelio.
r Vide Couarruuiá l. 1. variarum resolut. cap. 16.
s Leuit. 19.
t Deut. c. 1.

4. Pars. Iustitiam boni magistratus atque consiliarij Regij virtutes comitantes quæ.
Virtus Constantia discretione temperata iudicis.
u Salust. ad Cæsarem.

Quæ iustitiæ virtus in bono magistratu fidelique principis summi consiliario, suis nunquam consortibus, comitibusque constantia, fide, libertate, modestia, misericordia, charitate, pietate, religione, alijsque virtutibus orbatur, atque priuatur. Zelus iustitiæ in populi rectore, non minus constantiam in seruando iure, & resistendo iniquitati, quam prudentiam fidelitatemque requirit. Indigni siquidem functione iustitiæ penitus illi, & Reipublicæ desertores perniciosi iudicantur: [u] *Qui ex aliena libidine huc illuc fluctuantes agitantur, interdum alia, deinde alia decernunt, vti eorum qui dominantur simultas, atque arrogantia fert, ita bonum, malumue publicum existimant.* Sed constantiam hanc in iudice consiliarioque principis sic temperatam esse conuenit,

vt semper Senecæ sententiæ locus sit, asserentis [a] *mentem sapientis esse tum re mutare consilium*, & [b] Ciceronis illud approbetur inconstanté illū minimè iudicantis, *qui sententiā suam tanquā aliquod nauigium è Reipub. tempestate moderatur, semper ad eundem portum publicæ vtilitatis aspirans, non eundem licet semper cursum teneat*. Non tam se mutans, quam sui industriam ingenij prudentiamque, principis ac Reipubl. vtilitatibus accommodans. Cui constantiæ dum loquendi discreta libertas adiungitur, bene feliciterque cū principe agitur, & republica, sic liberè respectu adhibito veritatem loqui; *vt non cum ipsa fortuna principes*, sed vt loquitur [c] Tacitus, *cum ipso principe loqui videatur*: Nullo modo duos illos domesticos lictores intestinosque tortores, amorem scilicet proprium, & timorem permetuens. Qui solent aulicorum animis obuersari, eosque ne liberè principi loquantur, sinceruṁque consilium ipsi largiantur excruciare, *ille desiderio consequendi quod amant, hic amittendi metu*. Quibus subiugatos tortoribus consiliarios principū veritatem illis dissimulantes, aut attenuantes, aut alterantes in Deum, Rempub. ipsumque principem grauissime peccare sanctissimi patres [d] doctoresque Theologi iudicarunt. A quibus malis iniquisque consultoribus ad omnes timoris, amoris, aliarumque passionum ventos consilia sua variantibus sibi cauendum esse principem his verbis Spiritus sanctus admonuit. [e] *A consiliario serua animam tuam. Prius scito quæ sit illius necessitas*: id est, quid ipse in corde suo cogitabit: *Ipse enim animo suo cogitabit, ne forte mittat sudem in terram, & dicat tibi, bona est via tua: & stet è contrario videre quid tibi eueniat*. Quam sit improbandus, & à principe reuciendus ille consultor timidus, sincera loquendi libertate carens, ne salotaria principi consulat, declarat S. Ambrosius de Episcopo principi bene consulere, in his quæ ad salutem animæ religionemque spectant, obligato, loquens, Theodosium Magnum sic iostruens: [f] *Clementiæ tuæ displicere debet sacerdotis silentium, libertas placere: nam silentij mei periculo inuolueris libertatis beno iuuaris*. Theopompus, apud Plutarchum [g] interrogatus quomodo firmam imperij prosperitatem princeps seruare posset, feliciterque bona fortuna sque populi defendere, respondit: *Si in stam dicendi libertatem amicis consiliariisque permittat, & subditorum quantum fieri possit, vindicet iniurias*. Ea vero libertas vera loquendi, ne modestia, animique placidi humiliantis se coram principe temperamento destituatur, prudens, sapiensque consiliarius dabit operam, ne in consilio dando principi potius imperare superbè quam fideliter seruire velle, humiliterque famulari videatur. *Quæ placent illi* [h] *qui specie obsequij regant, ad omniaq; quæ agenda sunt, quieta tum industria adsint*. Quam contra illi exosi, & digni principis ira, & odio, qui ad magnos honores diuitiasque principis e uecti beneficio, suos tamen labores seruitiaque promouendis regni principisque rebus exhibet, nimium sæpe, ad nauseam vsque, quasi ea exprobrantes principi commemorant: de beneficiis vero ac præmiis longe horum seruitia superantibus à principe acceptis mitum apud eos silentium. Magnum hoc sanè superbi attogantisque hominis, ingratitudinis labe polluti testimonium. Quo superbiæ tumore Gainas tyrannus inflatus arroganter se maxima Imperatori Arcadio præstitisse seruitia multaque bellica certamina pro Imperio Rom. confecisse iactabat. Propter quæ sacrilegus homo nefariaq; hæreseos Arianæ peste contaminatus sibi suæque sectæ execrabilis hominibus Catholicorum templum ab Imperatore, proterue insolenterq; flagitabat. Cuius proteruiam superbiam insolentiamque nefandam his ista S. Chrysostomus retudit atque compescuit: [i] *At præmia ista, præterea tributa, labores tuos longè superant. Nam dux es & honore consulatus dignatus. Quin etiam debes tecum considerare, quis fueris olim, & quis iam sis, qua etiam prætetrita ina inopia, & in qua iam abundantia vitam degas: quibus quoque vestimentis indutus esses cum Istrum traiceres, & quibus iam opertus. Complectere igitur animo quam pauci sint labores tui, & quam ampla præmia* (scilicet ab Imperatore tibi largita) *atque noli erga eos qui tibi honorem hunc detulerunt, ingratus esse*. Hac oratione habita, inquit Theodoretus, *Ioannes celebris totius orbis doctor, os obturauit Gainæ, atque adeò obmutescere coegit*. Talibus superbisque in principem aulicis suæ insolentiæ superbiæque turpiter ingratæ minimè pœnitentibus, funestus solet exitus ingruere, cōtra quos dicebat [k] D. Augustinus. *Per pericula peruenitur ad grandius periculum*. De quorū fraude [l] poëta tragicus. *Fraus sublimi regnat in aula*: scilicet principū, in qua tales sortices mundi suos iniquitatis, malitiæque fœtores exhalant, & in qua veluti fraudium sede illis, [m] *ad reprehendenda aliena dicta, & facta ardet animus, vixque satis apertum os, aut lingua prompta videtur. Qui* [n] *ferentis criminationibus infamem ignarum, & quo incautior, ab illis decipiatur palam laudantum*. Propter quos prudens quisque bonæ famæ & pacis amator illud tragici magno sibi cantat affectu.

[o] *Stet quicunque volet potens*
Aulæ culmine lubrico,
Me dulcis saturet quies,
Obscuro positus loco,
Leni perfruar otio.

Sed vt de modestia placidaque humilitate prædictis principis & aulæ consiliariis, loqui pergamos, vno verbo finituri, illi sunt qui accepta omnia principi referunt: qui suorum rectè factorum in illius laudem, meritumque refundunt: sibi nihil plaoe præter bonam voluntatem & obsequij votum humiliter adscribunt, perpetua illud Taciti memoria retinentes: [p] *Ad famam tuam ne gestis exultos, sed ad auctorem & ducem* (scilicet principem) *vt minister fortunam referas*. [q] Sibique semper laudabilem, in prosperè gestis maximi exercitus Dauid ductoris Ioas modestiam ob oculos imitandam proponentes. Qui semper captarum vrbium à se domitorumque hostium honorem & gloriam, in Dauidem suum principem, humiliter de se sentiendo transferebat dicendo. *Dominus meus has tapit vrbes, hos domuit hostes, has retulit sua virtute gloria laures*. Quam prosperè ceder tanti ducis æmulatori, [r] *cum sit hæc conditio regum, vt casus tantum aduersos hominibus tribuant, secundos fortunæ suæ*.

Sed huic modestiæ magistratus, iustitiæq; ministri insit beneuolētia, charitas & amor in principē subditosq; eios, quos ipse princeps illius directioni crediderit. Nam ex tribus quibus præsertim consiliarium principis rectorem que populi

[a] Senec. epist.
[b] Cicero orat. pro Balbo.
Libertas cum respectu loquendi veritatem principi.
[c] Tacitus l. 1. hist.
Duo principis consiliariorum tortores nobis veritatis dictis, scilicet amor & timor.
[d] S. Thomas 2.2 q. 61 art. 7. & q. 71. art. 3.
[e] Eccles. 37. vers. 9.
[f] S. Ambros. lib. 5. epist. 29
[g] Plutarch in Apophtheg.
Modestia & humilitas in consulendo & agnoscendo beneficia principis.
[h] Tacitus l. 3. hist.
Contra superbos & insolentes aulicos suum quammis nimium & inutilia seruitia exprobrantes, beneficia vero principis silentes.
Vide homil. S. Chrysostomi. Gaina tyranno respondens.
[i] Theodoret l. 5 c. 32.
Ingratis in principem, & superbis aulicis funestus esse solet exitus.
[k] D. August. l. 8 confess. cap. 6.
[l] Senec. in Hippolyt.
Fraus & minimis imperium aulicorum ad fallendum, & calumniandū.
[m] Salust. ad Cæsarem.
[n] Tacit. lib. 1 hist.
[o] Seneca in Thyeste.
[p] Tacit. in Agrico.
[q] 2. Reg. ca. 13 & 20.
Magna Ioas ducis modestia in se, & honor in Dominum suum Dauid.
[r] Æmilius Probus in Datame.
Beneuolentia, & amor magistratus & boni consiliarij erga subditos principis quos regit.

ſub illo ornari, ſanctus Gregorius Nazianzenus A debere credidit amorem charitatemque recenſet, cum ait: [a] *Nam tria cum ſint, vt vetus ſenſit cohors, quibus pollere debet optimus monitor, rerum vſus, ingens charitas, os liberum: in me requires prorſus ex tribus nihil.* Et S. Gregorius Magnus, [b] quam ſit vtilis principi conſiliarius, hac virtute tinctus his verbis oſtendit: *Nullus tibi fidelior eſſe ad conſilium poteſt, quam qui non ſua, ſed te diligit.* Huic charitati & amori, ne in incertũ cœco motu vagetur, [c] addatur cognoſcendorum agendorumque fida ſcientia, longo rerum vſu & experientia, iuſto populi rectori ſincero principis regiſque conſiliario comparata, quæ non niſi cum tempore poteſt adipiſci. Propterea conſiliarij ætate grandes meliores eſſe ſolent. [d] *Quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum ſit*: Huic prouerbium vetus apud Plutarchum. [e] *Conſilia ſenum haſtas iuuenum eſſe*, nemo melius Reipublicæ regnoque bene conſulendo ſeruit, quam qui longo rerum vſu, illius naturam moreſque cognouerit, iuxta illud [f] Ciceronis *ad conſilium de republica dandum caput eſt noſſe Rempublicam.* [g] *Et vnuſquiſque in arte ſua* (quam longa didicit experientia) *ſapiens eſt*; Cui propterea perito credendum, nullus namque ſic ſapiens eſt, qui alio audito atque noua per vſum experientiamque cognitione parta, prudentior, ſapientiorque non euadat, Spiritu ſancto hanc veritatem ita confirmante. [h] *Da occaſionem ſapienti & addetur ei ſapientia.* Et alibi: [i] *audiens ſapiens ſapientior erit.* Hoc religiosè Romani in ſua republica ſemper obſeruarunt, vt non niſi peritis per experientiam vſumque longum, necnon virtute eruditioneque prudenti probatis, honores & onera Reipub. tam ciuilia quam militaria traderentur, vt ex his Polybij perſpici poteſt. [k] *Declaratis conſulibus tribuni militum conſtituuntur, quatuordecim quidem ex his quibus quinque annua ſtipendia facta ſint. Decem autem alij præter hos ex his quis decem reliqua fuerint. Equites ſane qui decem: pedites vero ex his qui ſextum & quadrageſimum ætatis annum attigerint, quos in neceſſitate tantum Reipub. ſtipendia facere eſt opus, illis exceptis quorũ cenſus quadringẽtas dragmas non excedit, &c. Vrbanum autem magiſtratum inire licet nemini priuſquam annua decem ſtipendia perfecerit.* Huius rei præclaram legem Imperatores Theodoſius, Valentinianuſque condidere, ita Florentino præfecto prætorio reſcribentes. [l] *Sãcimus eiuſmodi viros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris inſignia non ambitione vel pretio, ſed probata vita & amplitudinis tuæ ſolent teſtimonio promoueri,* ſcilicet *qui ſuo ingenio & virtute augeant dignitatem,* vt ait Gloſſ. iuxta legem *Obſeruandam* de officio præſidis ff. *Ita ſane vt quibus hi honores per ſedis tuæ vel per noſtram fuerint electionem commiſſi iurati inter geſta depromant, pro adminiſtrationibus ſortiendis neque dediſſe quippiam, neque daturos vſquã ſe poſtmodum fore ſiue per ſe ſiue per interpoſitam perſonam &c.* Similia ante Conſtantinus M. [m] Imperator, & poſt [n] Iuſtinianus ſenior magna cum iuſtitiæ reuerentia honoreque perceperant.

a S. Gregor. Nazianzen. in carm.
b S. Greg. M. l. 5. epiſt. 33.
c Scientia agendorum fida ex longo rerum vſu.
d Salluſt. in Catilin.
e Plutarchus
f Cicer. l. 3 de orat. & l. 2. Tuſcul. quæſt.
g Eccleſiaſt. cap 38.
h Prouerb. 9.
i Prouerb. 1.
k Polybius l. 6 in Epitome. *Non niſi per experientiam peritis & virtute non pretio, ambitione, aliove fauore dande reipub dignitates & munera.*
l L. Sancimus C. ad leg. Iuliam. repetũdarum.
m L. 1. Co. de offic. magiſt. officiorum l. 1
n Iuſtiniani Imp Nouella 8. § nos autem.

CAPVT VIII.

Aliæ virtutes boni magiſtratus, Regis conſiliarij, populique in ſæculari politia directoris, præter ſuperiores capite commemoratas ſuperiori deſcribuntur.

1. *Pietas, veritas, & fides in tali magiſtratu quæ?*
2. *Oſor auaritiæ, contemptor opum terreſtrium, quas ſi habet in principis obſequium, reique publicæ ſalutem, profundere debet.* B
3. *Inter Chriſtianos iuſtitiæ miniſtros, populique ſub Rege rectores quò quis voluntariè pauperior, eò iuſtior, & coram Deo locupletior.*
4. *Veræ diuitiæ durationis æternæ, in virtutum operibus contentæ: quibus temporales in bono magiſtratu ſalutari nexu iunguntur.*



C T ſine pietate Catholica veraque religione in conſultore principum, cætera vana & inutilia quantumuis à purioribus virtutum moralium fontibus hauſta Verum iuxta illud S. Cypriani oraculum: *Conſiliorum gubernaculum lex diuina ſit.* Si enim Diabolus Dei ſimia atque ſacrilegus virtutum diuinarum, in peruerſum quandoque ſimulator, vt fallat, gentilibus ſua fraude dementatis perſuadere potuit: [o] *Nihil rite nihilque prouidenter homines, ſine Deorum immortalium ope, conſilio, honore auſpicari.* Quantò iuſtius & verius iſta in veri Dei cultum, pietatem, religionemque à Chriſtianis, Catholicisque transferenda ſunt? Hanc veri Dei pietatem religionemque Iethro loquens Moyſi de veris iudicibus populi conſiliariiſque hac voce. [p] *Timentes Deum*, intelligebat. De qua plura non dicam: cum quæ ſupra de religione, pietateque principis optimi, Catholicique Regis, in lucem produximus, ea maxima ex parte præſides prouinciarum, populi re- D ctores ſub monarcha principe, magiſtratus iudices veri, vtileſque Regis conſiliarij, ſibi pro ſalute ſua, ac fœlicitatis æternæ conſecutione ſumere debeant. Cui pietati ſemper adiuncta fides, & veritas: de qua Iethro his verbis: *In quibus ſit veritas.* Quæ duplex eſt: Alia eſt diuina, quæ in credendo, & omnibus Chriſtianæ religionis myſteriis Eccleſiæ à Deo reuelatis aſſentiendo; altera humana, quæ in dictis, & factis, pactis conuentiſque conſiſtit: quæ etiam à ſcriptoribus prophanis [q] *fundamentum iuſtitiæ* nominatur. Hæc in omni Chriſtiano præcipuè vero magiſtratu, & principis Catholici conſiliario, aliorum ſub illius authoritate, rectore, diuinæ fidei, veritatique copulata ſemper, vt me-

Pietas & religio magiſtratus, & conſiliarij ſine qua in illo cætera vana.
S. Cyprian: in epiſt.
o Plinius in Panegyr.
p Exod. 18. *Timere Deum quid.*
Veritas, & fides duplex. Exod. ibid.
Fidelis & verax idem.
q Cicero 1. offic.

Veritas in Christiano populi moderatore triplex, cordis, oris, & operis.
Tres linguæ oris, cordis, operis.

A ritoria sit, esse debet. Eaque triplex agnoscitur, veritas nempe cordis, oris, & operis. De prima Dauid. Psalm. 14. *Qui loquitur veritatem in corde suo.* De secunda. *Qui non egit dolum in lingua sua* De tertia. *Nec fecit proximo suo malum.* Lyptote scilicet, qui non modo malum proximo nullum fecit, sed multum boni contulit. Quæ veritates à Theologis mysticis tres linguæ dicuntur, sic in viro pio, ac Catholico fœderatæ, vt vnum veritatis sonum concentumque efficiant. Quod bonus populi moderator, principisque consiliarius lingua oris profert, id corde tenet, id opere, effectuque complectitur. Maior harum est lingua seu veritas operis, vt sapientis testimonio comprobatur dicentis. [a] *Tertia lingua multos commouit*, scilicet lingua bonæ vitæ, & operis. Huc commodè reuocari potest illud Menandri: [b] τρόπος ἐσθ᾽ ὁ πείθων τοῦ λέγοντος οὐ λόγος. Scilicet, *ratio, seu vita, aut animus benè indelis persuadet dicentis non sermo.*

a Ecclef. 1.28
b Menander.
Veritas, seu lingua operis omnibus ad persuadendum potentior.

B Quæ enim vis persuasionis ad rectè viuendum aliorum animis illabi potest, & potenter insigi ab eo profecta, qui cum multa vera, bonaque ore profundat pessimè viuat? *Cum enim vita* [c] *despicitur, restet vt eius oratio contemnatur*, [d] *nemoque instruatur, vnde destruitur, nemo ab eo illuminatur, à quo obtenebratur?* Atque, vt non ingratè repetam supra ex limpidissimis Ambrosianæ doctrinæ fontibus haustum: [e] *Quis è turbida aqua potum petat? Quis in cœno fontem requirat? Quis vtilem alicui causæ iudicet, quem videt inutilem vitæ suæ? quonam modo potes eum iudicare superiorem consilio, quem vides inferiorem moribus?* Has omnes virtutes omni studio, affectuque, administratorios iustitiæ consiliarios principis amplecti omnino necesse est, si piè, fideliterque seruientes principi, eius saluti populorum, iusto regimine consulere velint; vitia vero his contraria

c S. Greg. hom. 12.
d Tertul de præscript.
e S. Ambros. l. 2 offic. c. 8. & 12.

C virtutibus execrari, præsertim auaritiam, vt Iethron otauit his verbis. [f] *Et qui oderunt auaritiam*, [g] *omnium malorum radicem.*

f Exod. 18.
g S Paul. 1 ad Timot. c. 16 v. 10.

2. Pars. *Omnia vitia, præsertim auaritiam iustitiæ ministri consiliariique principis debent odisse.*

Non sine causa [h] Plato in sua Repub. magistratus sese fœdare, atque polluere ἀ... auro corruptibili, & sordido vetabat, *cum essent ipsi (vt loquebatur) aurum selectum & diuinum.* Lex Imperatoria paupertatē à magistratibus arcebat [i] quam vilitatem appellabat: modicas & mediocres opes in illis optabat, vt nec abondarent superfluis, nec carerent necessariis, mediocribus contenti facultatibus, maioribus per auaritiam non inhiarent, & ab oppressione paupertatis eximerentur. [k] *Quæ maledicto, probroque est contempta diuitibus, inuisa pauperibus.* Hanc facultatum mediocritatem, vt ab auaritia immonem,

h Plato in rep.
i L. 2. c. quando & a quibus.

D sic ab inopia liberam. [l] Solon vt in magistratibus retineret eos ex censu creare voluit, sicut postea Senatores Romæ legebantur. [m] *Senatorium*, inquit Seneca, *gradum census ascendit: census equitem Romanum à plebe discernit: census in castris ordinem promouet: census iudex in foro legitur.* Et rectè hoc quidem quod plerumque paupertas ad turpia cogat, inopemque opprobrio confundat. Hinc illud Lyrici poëtæ. [n] *Magnum pauperies opprobrium, iubet quiduis facere, & pati, virtutisque viam deserit ardua.* Sed aurea mediocritas inter vtraque volat extrema, cuius auidus iustitiæ minister cum Salomone Deum orabit. [o] *Neque diuitias, scilicet nimias, neque paupertatem dederis mihi, sed tantum victus meo tribue necessaria.*

Magistratum non conuenit esse pauperem, sed mediocribus contentum opibus ab auaritia cupiditate liberū.
k Senec. Epist. 115.
l Arist. l. 2. Politic. c. 12.
m Senec. l. 2. controuers. 1
n Horat. l. 3. Ode 24.
o l. 3. Reg. c. 3.

A Quod amplius est à maligno est, nec possunt nimiæ opes in domo iudicis sine salutis, famæque periculo conuersari. Quis non vtiliter huic viro aliorum rectori cum S. Hieronymo dicet. [p] *Proyce sarcinam seculi*, scilicet auri, argentique inexplebilem cupiditatem, *ne quæras diuitias*, nimias nempe, *nudus & leuis in cœlum euola; ne alis virtutum tuarum auri deprimant pondera. Talis honesta paupertas necessaria vitæ possidens* [q] *bonæ mentis soror est*, aiebat Saluianus. Nota sunt exempla præstantium virtute virorum longo vsu, experientia, labore, studio, industria laudabili regendæ Reip. peritissimorum; qui contemptu diuitiarum nobilitati, paupertate delectati in vita sua inopes mori voluerunt, vt Rempub. locupletarent, eamque præter perituras opes securitate mutua inter ciues charitate, virtute, gloria diuitem, fœcundamque copiosè relinquerent.

p S Hieron. ad Exuperantium l. 2. Epist 29.
q Saluianus.
Exempla præstantium virorū qui pauperes mori voluerunt, vt rempubl. ditarent.

B Qualis fuit inter Romanos Publius Publicola cognominatus, *qui omnium consensu princeps belli, pacisque artibus* [r] (inquit Liuius) *moritur gloria ingenti, copiis familiaribus adeo exiguis, vt funeri sumptus deesset, de publico est elatus.* Qualis fuit Menenius Agrippa, [s] *qui inter patres, ac plebem publicæ gratiæ sequester fuit, ære collato funeratus est. Et*, vt loquitur Liuius, [t] *extulit eum plebe sextantibus collatis in capita.* Qualis fuit inter Græcos Epaminondas Thebanorum dux. [u] *Cuius consiliis laus est attonsa Lacenum;* [x] *qui quecum vitam vna cum sanguine effluere sentiret, non ingemuit quod imperantem patriam Lacedæmonijs relinqueret, quam seruientem acceperat.* [y] Huic magnanimo duci pecunia ad funeris impensam ex priuatis copiis, & re familiari defuit. Qualis fuit [z] Scipio ille magnus Africanæ superbiæ, perfidiæque domitor, *cuius filiabus valde fuit honorificum ex ærario dotem accipere, quod*

r Liuius l. 2.
s Senec. in consolat. ad Heluiam.
t Liuius l. 2.
u Cic. 1 Tusc.
x Idem 2. Tusc.
y Plutarc in vita Fabii.
z Senec. in consolat. ad Heluiam.

C *nihil illis pater, non minus de opibus, quàm de hostibus triumphator magnificus, rei familiaris inopia reliquisset.*

3. Pars. *Inter Christianos iustitiæ administros qui voluntariò pauperior, eò ditior, & coram Deo ditior.*

Inter Christianos ingens fuit semper illustribus iustitiæ ministris, magistratibusque in modicarum facultatum penu, reque angusta domi, nominis, atque famæ celebritas, & æterna illis quod Remp. sub Catholico rege secundū Christi Domini leges, in exiguis opibus iustè, religioséque rexissent post funera merces, & gloria. Qui si diuitias, opesque temporales affluenter habeant, audientes vocem Spiritus sancti dicentis. [a] *Diuitiæ si affluant nolite cor apponere:* eas non tam sibi, quàm aliis per liberalitatis Christianæ misericordiæque opera possidere desiderant, vt in magnis opibus voluntariè pauperes, eas inopibus, & egenis per misericordiæ ianuam

a Psal. 61.
Viri Catholicique principis consiliarij, iustitiæ administratores habentes opes, cor non apponunt, sed eas ad liberalitatis misericordiæque opera conferunt.

D liberalissimè largiantur; sanctos veteris testamenti patres Abraham, Iob, Dauidem, aliosque secuti. De quibus S. Hieronymus. [b] *Nec mihi Abraham, & cæteros quos in veteri testamento diuites legimus in exemplum proponas, qui diuites ingressi sunt regnum cœlorum, cum ipsis diuitiis ad bona vtentes opera diuites esse desierint, imo cùm non sibi, sed aliis diuites fuerint, & dispensatores magis Dei, quàm diuites appellandi.* Dicentes cum Saluiano. [c] *Nos vsum tantùm earum rerum accepimus, quas tenemus. Commodatis enim à Deo facultatibus vtimur, & quasi precarij possessores sumus, &c. Tenemus quoad licuit; tenuimus quoad permisit ille qui præstitit. Quid rectius? Quid honestius? quàm vt vbi res ab eo discedit, qui vsum habuit*

b S. Hieron. l. 1 aduersus pelagian.
c Saluianus l. 1 ad Eccles. Cathol.
Contra mundanos iustitiæ ministros populique rectores.

veneratur ad eum possessio qui vtendam concessit? A Hi sunt quales eligi pro directione populi Dei in sanctitate, & iustitia Iethro socer à Moyse poscebat, osores auaritiæ detestantes eos, qui hac cupiditatis habendi peste coinquinati, quasi pauperes in cumulo diuitiarum multarum, vt alter Tantalus in medio aquarum, sibi pauperibusque crudeles misere vixerunt. *Vt diuites* ([a] sicut loquitur S. Hieronymus) *plenis facculis morerentur, paupertatem Christi verba prædicantes*, vt dicebat [b] Arnulphus Episcopus Lexouiensis: *sed minus exhibentes exemplo*, qui insatiabili habendi cupiditate, sitique inexplebili laborantes, opibus fallacibus inhiant, *mandantes*, vt [c] Saluiani verbis vtar, *terræ thesauros luctuosos, hæredibus breue gaudium, auctoribus longum mærorem*. Hoc iniquum & infame auarorum genus nefaria rapacitate, & auiditate diuitiarum insatiabili, magistratus suos insignesque iustitiæ di- B gnitates fædantium, atque turpiter adulterantium, vt perfecto odio detestaretur Henricum tertium Germaniæ Regem his verbis inter alia Gregorius septimus hortabatur. [d] *Moneo autem te, fili excellentissime, & sincera charitate exhortor, vt in his rebus tales tibi consiliarios adhibeas, qui non tua, sed te diligant, & saluti tua, non lucro sua consulant. Quibus si obtemperaueris Dominum Deū, cuius causam tibi suggerunt, protectorem, propitiumque habebis.* Hi sunt verè coram Deo diuites, qui execrantes auaritiam, voluntariè pauperes sicut egentes, *multos autem locupletātes*, [e] *quasi nihil habentes proprietate, omnia possidens charitate*: induētes affectum locupletandi se cum principis animo, (cui fideliter seruiunt) spiritualibus opibus, eiusque regnum prosperitatibus, dum temporales, propriasque sibi diuitias aspernantur. Il- C los vero coram Deo ditissimos esse, licet secundum opinionem vulgi pauperes habeantur, quia virtutum studiosos, ab omni fœda lucri cupiditate penitus auersos, patet ex præclara ratione [f] ab Hugone Cardinali prodocta in expositione horum Apocalypseos 2. Verborum. *Scio tribulationem tuam, sed diues es.* Quod scilicet illi propter Deum fideliter regi, populoque seruientes iusti, peregrini sunt in terra, instarque peregrinorum vitam inopem, pauperemque traducant. At in patria cœlesti, quò bonorum operum profectibus aduolando contendunt, ingentibus opibus (quas [g] *neque ærugo, neque tinea demolitur*, à furibus liberas) illic repositis abundant. Quis enim mercatorem illum maximas in patria diuitias possidentem, licet illis extra patriam hospes, & peregrinus non vtatur, inopem, pauperemque dixerit? Propter quam rationem [h] D. Augusti- D nus. *Sancti*, inquit, *amiserunt omnia quæ habebāt, nunquid fidem? Nunquid pietatem? Nunquid interioris hominis bona, qui est ante Deum diues? Hæ sunt opes Christianorum.* Ex quibus ante collegerat Clemens Alexandrinus Christianum hominem vita, moribusque fidei Catholicæ quam profitebatur, conformi refulgentem, solùm ex omnibus mortalibus verè diuitem esse, hæc inter alia dicens. [i] *Non satis animaduertimus quis sit is solus diues, qui quæ sunt longè pretiosissima possidet: magni autem pretij, non gemma, non argentum, non vestis, non corporis pulchritudo, sed virtus.* Has veras hominis Christiani diuitias hac nota designabat Apostolus. [k] *Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia.* Cuius mentem secutus

a D. Hieron. ad Rusticum l. 2 epist. 13.
b Arnulph. episc. Lexouien. in serm. habito in concilio Turonensi.
c Saluianus.
Gregorius 7. hortabatur Henricum 3. Regem Germaniæ, vt consiliarios eligeret sui non bonorum suorum amatores, auaritiam detestantes.
d Greg. 7. l. 2. epist. 30.
e 2. Cor. c. 6. v. 10.
Boni magistratus, regisque consiliarij osores auaritiæ virtute prediti quamuis pauperes voluntarij, sunt coram Deo ditissimi.
f Huius rei pulchra ratio Hugonis cardinalis in Apoc. 2.
Christi ad Angelum Smyrnæ.
g S. Matth. c. 6. v. 19.
h D. August. l. 1. de ciuit. c. 10.
i Clem Alex. l. 3. pedag. c 6
k 1. ad Timot. c. 6. v 6.

A Beatus Hilarius hunc Dauidis Prophetæ locum. [l] *Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam.* Non de terræ elemento, sed de humano corde, animoque Spiritu sancto dictante interpretari voluit, cum ipsa terra, quam pedibus calcamus non locupletetur, sed ipsa homines sui incolas fructuum suorum copia, & vbertate locupletet. *Visitauit ergo*, inquit, *Deus terram*, id est, *humanum genus, eaque terra adeo, visitata multiplicans gratiarum muneribus ditescit*, iuxta illud Apostoli 1. ad Corinth. 1. [m] *In omnibus diuites facti estis in illo.* In eandem sententiam idem sanctus dixit Apostolus. [n] *Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum, quia secundum virtutem (testimonium illis reddo) & supra virtutem voluntarij fuerunt.* Altissimam dixit, id est profundissimam, seu exhaustissimam, Græci [o] ἡ κατὰ βάθους πτωχεία. De B Macedonibus loquens. Quorum paupertas cum esset profundissima, seu exhaustissima, illi nihilominus supra vires, & facultates familiares eleemosynas pauperibus Hierosolymorum incolis Christianis profusè magna tacti misericordia largiebantur. Quæ tanta fuit in eis, vt quamuis ad extremam redacti essent inopiam, tamen sic ad largiendū, & iterandum suæ opera misericordiæ, fratribus afflictis alacres erant, atq; prompti, vt quidquid sibi restaret bonorum ad victum in arcis, & scriniis, illud magna incensi charitate profunderent.

Ex qua misericordia contigit, vt quò magis inopes effecti sunt, eò locupletiores coram Deo fierent simplicitate, animi candore, aliarumque virtutum operibus, in quibus veræ opes diuitiæque continentur. Quæ verarum diuitiarum con- C sideratio, in mente S. Ambrosij altiùs insidens, hæc illum præclara tanto digna doctore eloquia sancto ore veraciter effundere compulit. [p] *Verè diues est, qui in conspectu Dei potest diues videri, in cuius conspectu terra exigua, mundus ipse angustus est: itaque solum illum Deus diuitem nouit, qui sit diues æternitatis, qui non opum, sed virtutum fructus recondat. Nemo est diues, qui quod habet secum hinc auferre non potest. Quod enim hic relinquitur non nostrum, sed alienum est. Diues Enoch fuit*, [q] *qui quod habuit secum transtulit.* [r] *Diues Elias, qui virtutum suarum thesauros curru igneo sublimis sedibus æthereis inuexit, & tamen iste non mediocres diuitias hæredi reliquit, quas ipse non amitteret.* Sed præter has spiritales opes in bonis magistratibus, fidelibusque principis Christiani consiliariis, seculares, temporalesque diuitiæ cum securitate salutis stare possunt, non auaritiæ com- D mixtæ, sed illi animorum contagioni penitus aduersæ ad bonos piosque vsus reuocatæ. [s] *Non enim ipsæ diuitiæ per se noxiæ, sed mentes male vtentium ærumnosæ*, inquiebat Saluianus. Ratio in promptu à S. Hieronymo traditur dicente. [t] *Vnusquisque non hominum, sed rerum pondere iudicandus est. Nec diuiti obsunt opes, si ijs bene vtatur*, sicut è contrario: [u] *Nec pauperem egestas commendabiliorem facit, si inter sordes, & inopiam peccata non caueat.* Quibus post adiungit ista: [x] *Nihil prodest vile palliolum, fulua tunica, corporis illuuies, & simulata paupertas, si nominis dignitatem operibus destruat.* Hinc sincera Christi Domini verborum illorum, *Nolite solliciti esse in crastinum*, à Diuo [y] Augustino interpretatio dicente *præcepisse quidem Saluatorem nostrum, non esse cogitandum de*

l S. Hilarius in Psalm. 64.
m 1. Cor. c 1.
n 2. Cor. c 8 v. 2.
o Græcè quid sit altissima paupertas.
4. Pars. Veræ opes in operibus virtutum contentæ, quibus temporales in bono magistratu salutari nexu iunguntur.
p S. Ambros. epist 10. ad Simplicianū.
q Genes. c 5.
r l. 4. Reg c. 2
Bonis magistratibus atque pijs principis Christiani consiliariis opes ab auaritiæ contagione libera ipsis seruiunt & principi ad salutem simul atque regno.
s Saluianus l. 1. ad Eccles. cathol.
t S. Hieron. 9 epist ad Saluinam.
u S. Matth. 6 v. 34
x D. Hieron. ibid.
Verba Christi nolite cogitare in crastinum exposita.
y S. August. lib. de mendacio c. 15.

A *crastino, sed non ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniarum viri iusti, atque pij sibi ad necessitatem, vitæque commoda reseruarent, sed ne Deo propter has opes, pecuniasq; seruiretur, & propter earum defectum, paupertatisque timorem iustitia desereretur.* Propter quod dixit Liuius: [a] *priuata res semper offecère, officientque publicis concilijs.* Nam vt alter [b] prophanus ait, *pessimum veri affectus* (addam & iustitiæ) *venenum sua cuique vtilitas, & auaritia,* [c] *quæ omnia venalia habere edocet,* [d] *quæ fidem, & probitatem euertit; duo iustitiæ regnique securitatis fortissima propugnacula.* [e] *Cum nullum sit officium tam sanctum, atque solemne, quod non auaritia comminuere, atque violare soleat;* & si mihi liceat auctius, com Pindaro dicam. [f] Κέρδει καὶ σοφία δέδεται. Scilicet, *Lucro etiam sapientia capitur, & irretitur.* Propterea Episcopi Galliæ de regno B Caroli Calui Ludouicum Germaniæ Regem, vt pro sui fœlicitate regni bonos piosque iustitiæ, palatiique sui ministros veros Dei cultores, huiusqoe detestandæ persecutores auaritiæ seligeret, sic hortabantur. [g] *Constituite ministros Palatij, qui Deum cognoscant, ament, & metuant, qui maximam curam gerant, quatenus quicumque mæstuosi Palatium adierint, & per quos peierexerint, patrem, & consolatores merantes gaudendo vos videre occurrãt, non qualiter dicere volumus, gemendo, & maledicendo refugiant. Constituite ministros, & comites resp. qui non diligant munera, qui odiant* (scilicet odio habeant) *auaritiam, qui detestentur superbiam, qui non opprimant, neque dehonestent Pagenses,* [h] *qui messes, & vineas, & prata, & sylnas eorum nequaquam denastent, &c.* Sed quàm sit execranda corrupta magistratuum, præfectorum iustioę, populorumque directioni vita, plurimis auaritia, C ambitione, fraode, imperitia, aliisque sordidata vitiis, quàmque seuerè in illos Christiani principes animaduertere debeant, vt iram, indignationemque Dei à suo, populique capite repellant, calamitatibusq; ex impunita illorum iniquitate in regna, resque publicas erumpentibus aditum viamque præcludant: rectus ordo, seriesque sermonis postulat, vt nonnulla capite sequenti dicamus.

[a] Liuius l. 22.
[b] Tacit. l. 1. hist.
[c] Salust. in Catil.
[d] Salust. ibid.
[e] Cicero orat. pro Quintio.
[f] Pindarus.
[g] Epistola Episcoporum Galliç ad Ludouicum regem Germaniæ.
[h] paganos intelligit.

CAPVT IX.

Quàm scelerata corruptorum magistratuum, regisque consiliariorum vita, iustis subiuganda supplicijs: quæ neglecta maximas illis, regno, principique D miserias inuehunt.

1. *Excellentes in vero magistratu qualitates requisita, improbitatem corruptorum magistratuum magis infamem detestabilemque demonstrant.*
2. *Magistratuum, iustitia officiorum venalitas & corruptio per munera, iustitia ministrorum Reipublica regnoque perniciosissima.*
3. *De pœnis in corruptos iustitiæ ministros principum lege decretis.*

A PLATO suam bene disponens Rempubl. & instruens, eiusque partes, atque membra præcipua varijs virtutibus tanquam corporis publici neruis stabiliens, atque corroborans, cum ad iudices, iustitiæque dispensatores suæ rectores politiæ componendos, conformandosque peruenit: eorum breuiter ita munus, officium, qualitatesque complexus est. [i] *Signum malè se habentis ciuitatis præcipuum, si diligenti medicorum, iudicumque indigeat opera. Iudex autem, aut medicus eligendus est ingenio prudens, senex, multos homines, & bonos, & malos expertus, publici boni amator, atque in hoc per experientiam comprobatus.* Omni carere vitio B magistratum aliorumq; directorem in societate ciuili, contrarijsq; fulgere virtutibus, 12. tabularũ lex imperabat. [k] *Senatorius ordo,* inqoit, *vitio careat, cæteris specimen sit: nec veniat quidẽ in eum ordinem quisquã vitij particeps.* Hæc cõfirmabant ista Tullij primo de legibus verba. [l] *Est ei cui respubl. commissa est necessaria oratio, & sapientia, qua regat populos, qua stabiliat leges, qua castiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros viros, qua præcepta laudis, & salutis aptè ad persuadendum edat suis ciuibus, qua hortari ad decus, reuocare à flagitio, consolari possit afflictos, factaque, & consulta fortium, & sapientium cum improborum ignominia, sempiternis monimentis prodere.* Bonique idem pater eloquentiæ [m] magistratus esse putat, *non solum videre quid agatur, verum etiam prouidere quid futurum sit.* Propter quas virtutes quibus illustrari magistratuum animos o- C portet, eos magistros Reip. iurisconsulti veteres appellarunt: vnde *magistratum à magistris dictum fuisse*: Paulus Iurisconsultus [n] in L. quibus ff. de verborum, & rerum significatione commemorat. [o] Et Cicero: *Legum ministri,* inquit, *Magistratus: legum interpretes iudices, idcirco omnes legum serui sumus, vt liberi esse possimus.* Sed ministerium hoc legum imperium est, quod prudenti applicatione, & æquitate has leges moderetur, & regat. Propterea Plato [p] *magistratus, iustitiæque dispensatores sceleris puros, integros vita, prudentia claros, plerumque ipsis legibus præferendos esse iudicauit*, quod leges sine illorum ministerio, & auctoritate, euanidæ inutilesqoe esse videantor: at sine legibus boni magistratus subsistere, populumque in officio continere posse credantur. Vt magistratum non malè legem viuam, & loquentem Marcianus [q] Ciceroque [r] dixerint. Quem propterea à recta ratione, virtuteqoe deflectere, atque delirare contra na- D turam sui muneris est. Vnde præclarè Iamblicus propterea dixit: Τὸν σωτῆρα καὶ φύλακα τῶν νόμων ἀδιάφθορον εἶναι, ὡς οἷόν τε ἀνθρώπινον. *Seruatorem, & custodem legum, tam incorruptum oportet esse, quàm summè fieri potest in humana natura.* Qoem generosum, fortique animo ad subeunda, superandaque quantumuis grauia pericula, pro defensione iustitiæ sapiens desiderat, secus vt iodicandi monus euiter, his verbis admonet. [s] *Noli quærere fieri iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitates, ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua.* Ex quibus considerata iudicis, atqoe magistratus excellentia, (sine quorum prudentia, ac diligentia ciuitas esse non potest,

& quorum

[i] Plato l. 3. de Rep.
Qualitates magistratus, & iudicis.
[k] Cicero l. 3. de legibus.
[l] Cicero ibid.
[m] Cicero pro Milon.
Magistratus vnde dictus.
[n] L. 57 quibus ff de verb. & rerum signif.
[o] Cicer. orat. pro Cluetio.
[p] L. 3. de legibus. Plato bonos magistratus prætulit legibus.
Magistratus lex loquens.
[q] Marcian. in l. nam & ipsũ ff de iustitia, & iure tit. 1.
[r] Cicero l. 3. de legib.
Sententia pulchra Iamblici.
[s] Eccl. 7 v. 6.
Ex præstantia muneris iudicis, & magistratus cognoscitur magna corruptorum iudicum improbitas.

A & quorum discretione, virtuteque omnis reipubl. moderatio continetur) euidenter apparet, quàm execrabiles sint inuisi Deo, & hominibus improbi, corruptique iustitiæ administrandæ præfecti: quos ideo ad honores sic inquinatos sceleribus euehere sanctus Chrysostomus[a] opus diabolicum, hominumque improbitatis esse iudicauit, cum dixit. *Magistratus quidem constituere fuit Dei opus, quòd autem improbi ad eos prouehantur, & eis non vt decet vtantur, est hominum improbitatis*, quę scilicet à diabolo est.[b] Diuitiæ magnæ per nimios auaritiæ insatiabilis æstus oppetitæ, & acquisitæ obstant philosophantibus, vt ad Lucilium Seneca scribebat; quanto magis iudicantibus, publicæque politiæ rectoribus?[c] *Quàm malè nobiscum agitur*, aiebat Tullius, *cum id quod virtute effici debet, id tentatur pecunia*, quæ maior

a S. Chrysost. in opi. ad Ro. c. 13.

b Senec. ad Lucil.

c Cicer. 2. off.

Magnum & perniciosum vulnus perdendæ reip. venalitas officiorũ, præsertim eorũ quæ iudicando præfigũtur.

B virtus pro salute reipubl. regnique gloria desideratur, quàm ad faciendum iudicium, & iustitiæ iura cunctis fideliter administranda? Quibus cum indigni propter opes, effusionemq; diuitiarum reiectis sapientibus virtute, doctrina, experientiaque agendorum valde capacibus corruptione, auaritiaque monstrante viam, præficiuntur: quis fons scelerum, & iniquitatum scaturigines in priuatæ, publicæque salutis interitum furiosè non exundant? Quas propterea detestabiles corruptiones publicarum calamitatum gurgites meritò Iustinianus[d] Imperator execratus est, & execrando minime eas furere passus est impunè. Sicut ante eum Augustus Cæsar,[e] cùm nondum venalitatis turpitudine officia iustitiæ sorderent, eum qui largitionibus factis magistratum aliquem ambijsset hac pœna, castigationeque mulctauit, vt notatus infamia, magistratuum, iustitiæque dignitatum in posterum, aditu prohiberetur.[f] Vopiscus in Aureliano labentis, ruentisque imperij signa manifesta notauit; quod sub illo Imperatore venalitatis turpitudini, auaritiæque tyrannidi iustitiæ dignitates, honoresque magistratuum cæperint indignissimè subiugari. Notæ sunt Cassiodori[g] religiosissimi senatoris aduersus venalia iustitiæ munera, turpissimasque officiorum reip. nundinationes, querelæ, lamenta, & imprecationes: quod hæ reipub. dignitates, iustitiæque munera non hominibus, sed diuitiis, non merentibus, sed indignis, immeritisque auri, argentique largitione depravata donarentur. Sed heu! quàm funestum væ, infortuniumque tanquam fulmen è nubibus indignationis, & iræ diuinæ fulminatum est, super hoc Galliæ regnum ab interitu[h] Ludouici 12. Regis Franciæ, patriæ patris vulgo cognominati? Quod fœdissima hæc officiorum iustitię venalitas in miseros Gallos regni huius incolas, ingenti cum pacis, religionisque Christianæ dispendio, magno maledictionis, iniquitatisque turbine contorsit? Hac grassante auri, argenti corruptione.[i] *Nullum crimen non impunè furit, nulla innocentia ab oppressione libera.* Hinc illę in sacris literis aduersus corruptos muneribus iudices, Dei maledictiones effusæ.[k] *Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis. Et dicet omnis populus: Amen.* Et Esaiæ cap. 5.[l] *Væ qui iudicatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc sicut deuorat stipulã & lingua ignis, & calor flammæ exurit: sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum, vt puluis ascendet.* Has auarorum, corruptorumque iudicum maledictiones, vtcumque

Pœna per corruptas largitiones ambientibus magistratibus.

d Iustinian. Imp. Nouell. 8.

e Dio Cass. l. 54.

f Vopiscus in Aurel.

g Cassiod. l. 9. epist. 9.

C

D

h Legantur annales Francię anni 1499

Per corruptionem munerum nullum crimẽ nõ impunitum nulla innocẽtia ab oppressione libera.

k S. Isidor. l. 3. de summo bono.

l Deuter. c. 16.

c Esaiæ c. 5.

Maledictiones Dei in corruptos auro iudices, & alios.

A etiam prophani scriptores agnouerunt, cum lubricarum, & iniquitate partarum diuitiarum exitum miserum, funestumque commemorant,[m] *Quæ sunt diuitia, quas non egestas, fames, & mendicitas à tergo sequatur?* Quis versatiles, infidosque fortunæ motus miseris auaris, ambitiosisque crudeliter illudentes mortalibus, *nunc ab illa*,[n] vt ait Ammianus, *in sydera euectis, nunc ad Cocyti profunda mersis* ignorat?[o] *Omnis instabilis, & incerta fœlicitas est. Quis crederet supra crepidinem Marium aut fuisse consulem, aut futurum? Quid non timendum fœlicibus putas; quid desperandum infœlicibus?* Quæ tam misera iustitiæ ministris populoque dicentibus iura cæcitas, propter opes corruptionem in se, suasque dignitates admittere? sacrumque iustitiæ, æquitatisque ministerium ardore di-

m Seneca lib. de tranquill. c. 11.

n Ammianus Marcell. l. 14. in fin.

o Seneca l. 1. controuers. 1.

B uitias per fas, nefasque cumulandi, cauponari?[p] *Cùm diuitiarum sicut forma gloria tam fluxa, & fragilis sit.*[q] *Cùm tot diuitum subita paupertas in oculos incidat, & nobis nunquam in mentem veniat, nostras quoque opes æquè in lubrico positas. Cum ille Crassus* (inquit idem Seneca) *inter reges opulentissimus ad tormenta post tergum vinctis manibus ductus sit? Miseri qui hac insatiabili diuitiarum cupiditate cæcati, corruptique, cernere non possunt nec agnoscere*[r] *mutari vices fœlicitatis humana! & de suis fortunam muneribus ludere! & quæ dedit auferre!*[s] *diues quondam dominus, & ditior pater subito orbus, & nudus est*, inquit sanctus Hieronymus. Hæc furia cupiditatis auaræ, & ardoris habendi, Saluiani tempore magistratuum Romani imperij, præsidumque prouinciarum sub imperatoribus adeò mentes, animosque peruaserat: vt ab illis crude-

p Salust. in Catil.

q Seneca de consolat. ad Marciam c. 9.

Seneca l. 5. controuers. 1.

r Senec. ibid.

s Hieron l. 2. ad Iulian. ep. 21.

C liter oppressi populi, Galliarum præsertim, mallent seruire barbaris, quàm Romanis, nimioque corruptorum iudicum furoris æstu grauati, atque perculsi, discusso Imperatoris Romani iugo, ad dominationem barbarorum, vt à suis miseriis, calamitatibusque leuarentur, confugere cogerentur. Audiamus magnum illum Episcoporum sui temporis magistrum, quid de tanta corruptorum auaritia magistratuum crudelitate, & de oppressorum ab illis populorum calamitate dicat.[t] *Interea*, inquit, *vastantur pauperes, viduæ gemunt, orphani proculcantur in tantum, vt multi eorum, & non obscuris natalibus orti, & liberaliter instituti ad hostes fugiant, ne persecutionis publicæ afflictione moriantur: quærentes scilicet apud barbaros Romanam humanitatem, qui apud Romanos barbaram*

t Saluian. l. 5. de diui. iudic. & prouid. Dei

Contra corruptos immunesque prouinciarum rectores magistratus & iudices populorum oppressores.

D *immanitatem ferre non possunt*. Et in eodem libro hostes barbaros Gothos scilicet Gallis fuisse benigniores, quàm magistratus Romanos sic ostendit hæc de talibus immanitate, auaritiaque fœdatis efferens.[u] *Qui in similitudinem immanium bestiarum non rexerunt traditos sibi, sed deuorarunt, nec spolijs tantum hominum* (vt plerique latrones solent) *sed laceratione etiam, & vt ita dicam, sanguine pascebantur. Ac sic actum est, vt latrocinijs iudicum strangulati homines, & necati inciperent esse quasi barbari, quia non permittebantur esse Romani. Acquieuerunt enim esse, quod non erant, quia non permittantur esse quod fuerunt: coactique sunt saltem vitam defendere, quia iam libertatem videbantur penitus perdidisse.* Et post aliqua.[x] *Sed quid possunt aliud fieri miseri, qui assiduum imò continuum exactionis publicæ patiuntur excidium? Quibus imminet semper grauis, & indefensa proscriptio: Domos suas deserunt, ne in ipsis domibus torqueantur: exilia petunt ne supplicia sustineant: Leatores*

u Salu. ibi.

Immanitas rectorum barbaros reddit, & fecerunt.

x Ibid.

bus hostes, quàm exactores sunt, & res ipsa hoc indicat, &c.

5. Pars. De pœnis in corruptos depravatosque iustitiæ ministros principū lege decretis.

Quàm igitur iusta principum Catholicorum in reip. Ecclesiæque pestes in tam perniciosos humanæ societati non ministros iustitiæ, sed oppressores, non iniquitatis vltores, sed fautores animaduersio, vindictaque, considerata patratorum ab illis scelerum grauitate, pernicieque statuetur! Quàm verum, pulchrumque illud in eam sententiam Agapiti Diaconi in sua Parænesi cum Iustiniano magno habitum sapienter eloquium.[a] *Terrarū orbis à Deo cùm concreditum sit tibi regnum, caue ne aliquo vtaris ex prauis ad rerum administrationem: quæ enim perperam fecerint, eorum rationem reddes Deo, qui peccandi facultatem illis indulseris. Æquale reor esse malum peccare, & non cohibere peccantes.* Quam his conforme illud S. Isidori?[b] *Ad delictum pertinet principum, qui prauos iudices contra Dei voluntatem populis fidelibus præficiunt. Nam sicut populi delictum est, quando principes mali sunt: sic principis est peccatum, quando iudices iniqui existunt.* Quos crudelissimis latronibusque rapacissimis reipubl. ac populo nocentiores in eodem capite post quædam, verbis istis aperit.[c] *Grauius lacerantur pauperes à prauis iudicibus, quàm à cruentis hostibus: nullus enim prædo tam cupidus in alienis, quàm iudex iniquus in suis. Latrones inaccessis fancitus ac latebrosis latentes insidias ponunt. Isti palam rapacitatis auaritia sæuiunt: Hostes in alienorum tantum sanguinem intendunt, iudices quasi crudelissimi carnifices ciuium, oppressione sua subiectam vitam extinguūt. Qui enim destruant multi sunt, rari sunt autem qui populos legum moderatione regant.* C Et quisnam bonorum principum tales furentes insania, & auaritia seuerissimè non castigabit? Sicut optimi regis est, atque monarchæ Catholici bonos iudices creare, & ad præmia, dignitatesque propter eorum virtutes prouehere, sic contra improbos deprimere, & ad supplicia, infamiamque propter suas iniurias, dolos, & scelera detrudere.[d] *Vos estis*, aiebat Theodosio iuniori sanctus Cyrillus, *& omnium supremarum dignitatum fontes, & supra omnem eminentiam, humanæque fœlicitatis principium, & origo.* Vt scilicet qui boni sunt magistratus à vestra dignitate profecti, vestræ liberalitatis imperatoriæ fructus benignè percipiant, qui secus fecerint, potentiæ vestræ seueritatem iustissimè depositi sentiant. Cincia lex Romanæ democratiæ dum iura manebant, donationes immodicas prohibere, effrænatæque D munerum licentiæ modum imponere voluit, vt auarano senatorum, iudicumque opes congregandi cupiditatem, iustitiæ fræno prohiberet: qui donorū, largitionumque ministerio omnem plebis, clientumque substantiam fraudulenta rerum vendicatione furabantur. Hinc Marci Catonis apud Liuium exclamatio.[e] *Quid legem Ginciam de donis, & muneribus excitauit? nisi quia vectigalis iam, & stipendiaria plebs esse senatui caperat?* Memorabile hoc Constantini magni contra improbos magistratus malè se in iustitiæ ministerio gerentes vilia corruptionis mancipia, dignum quod hic inseratur edictum.[f] *Si quis est cuiusque loci, ordinis, dignitatis, qui se in quemcunque iudicum, comitū, amicorum, vel palatinorum meorum aliquid veraciter, & manifestè probare posse confidit, quod non integrè, atque iustè gessisse videatur, intrepidus, & securus accedat interpelletque, ipse audiam omnia, ipse cognoscam, & si fuerit comprobatum, ipse me vindicabo.*

a Agapiti in Paræn. ad Iustinian. M.

b S. Isidor. l. 3. sētēt. c. 53. in princip.

c S. Isid. ibid.

Iudices corrupti hostibus latronibusque immanissimis populo nocentiores.

d S. Cyrill. l. de recta in Christum fide ad Theodos. iuniorem.

Cincia lex cōtra corruptos magistratus, & iudices.

e Tit. Liu. l. 34.

Pulchrum Cōstantini magni contra corruptos magistratus, & iudices edictum

f Sigon. l. 3. de occid. imper.

A *Dicat securus, & bene sibi conscius dicat. Si probauerit, vt dixi, ipse me vindicabo de eo, qui me vsque ad hoc tempus simulata integritate deceperit. Illū autem qui hoc prodiderit, & comprobauerit, & dignitatibus, & rebus augebo. Ita mihi semper diuinitas summa propitia sit, & me incolumem præstet, vt ipso fælicissima efflorente repub. &c.* Hæc cum esset Nicomediæ Constantinus magnus. Arcadium Imperatorem corruptos magistratus, hæreticos occultè, exteriùs per hypocrisim Catholicorū speciem præ se ferentes, non modo honoris loco motos, dignitatibusque priuatos reiecisse, sed etiā graui pecunia mulctatos in exilium pepulisse[g] Marcus diaconus in actibus S. Porphyrij Gazensis Episcopi commemorat.

B Marcianus Imp. simul atque[g] ab exercitu Imperator proclamatus est, à cohibenda refrænandaque magistratuum auaritia initium reformandi imperij exorsus est: edicto celebri omnem per pecunias ad honores reiq; publicæ dignitates aditū, viamque vetās, & prohibens. Quid hoc minus facerēt Christiani reges, ac imperatores? cū ethnicus Imperator Alexāder Seuerus emptiones venditionesque iustitiæ munerū, eisque auaritia sordidos inhiantes magnopere fuerit execratus? hæc sæpius iterans.[h] *Et ego non patiar mercatores potestatum, quos si patiar damnare nō possum. Erubesco enim punire eum hominem, qui emit, & vendit.* Hanc iustam seueritatem in corruptos palatij præfectos, pecuniaque iustitiæ cauponantes honores, principi persuadebat magnum illud magistratuum Catholicorum decus, & ornamentum,[l] Cassio- C dorus, cum diceret. *A domesticis velis inchoare disciplinam, vt reliquos pudeat errare, quando tuis agnosceris excedendi licentiā non præbere.* Iudex nāque, aut quiuis magistratus corruptione pecuniæ deformatus in iustitiæ iura, legesque peccans, maiori dignus est supplicio, quàm falsarius monetæ regiæ, pecuniæque nefarius adulter. Quod illius, quàm huius grauius scelus esse perhibeatur, iuxta illud Demosthenis[m] ...... *maius esse flagitium corrumpere leges, quàm argentum.* Dicti sui hanc rationem subiunxit: Multas quondam ciuitates saluas, incolumesque substitisse, quamuis non puro, sed plumbo, ærique mixto argento vterentur: at nullam remp. in flore pacis, splendoreque salutis diu permansisse memoratur, quæ vel leges iniquas amplecteretur, vel suas rationi conformes D auaritiæ, aut alterius vitij corruptione turpiter adulterari pateretur. Ideo idem ipse Græcorum princeps[n] eloquentiæ alibi eos omnes, qui iustitiæ iura violant graui castigari supplicio debere scribit. Sed longe grauiori illos aliquo iustitiæ ministerio honoreque magistratus publici cohonestati, qui splendorē illius, pulchritudinemque, cuiusque corruptionis turpitudine fœdant, & cōtamināt. Quod si lex[o] imperatoria eū iudicē qui solum in reddendo iure negligens extitit, ignominiosa magistratus eiuratione plectere censuerit: quantò magis oppressorem iustitiæ, qui ad violandas illius leges, vastandasque scelere turpissimæ corruptionis accessit, pœnis suppliciisq; diuina, humanaq; iura mactabunt? Qui considerata qualitate dignitatis suæ plus exemplo, quàm peccandi licentia grauiùs alios, remque publicam proprij temerator officij vulnerat. Quoniam.

[p] *Omne animi vitium tanto conspectius in se*
Crimen habet, quantò qui peccat maior habetur.

Præmium promissū Constantinus magnus accusatoribus malorum magistratuum.

g Marc. Diac. in actibus S. Porphyrij.

h Theod. lec̄. collectaneorum ex tom. 2. bibliothec. sanctæ.

h Lamprid. in vita Alex. Seueri.

l Cassiod. l. 10. variarū ep. 5.

m Demost. in orat. contr. Dimocrat.

Peius est leges, iustitiæque iura adulterare, quàm monetā principis corrumpere.

n Demost: in prin orat. 2. contra Aristogit.

o l. Si quis Co. de offic. præfect. prætor. l. 3. Cod de spons. l. D. in f. ff. de officio præsidis.

Corruptus iudex plus exemplo, quàm flagitio nocet.

p Iuuenal. Satyr. 8.

a Saluian. l. 4. de guberu. Dei.

Et vt præclare Saluianus, [a] *criminosior culpa est vbi honestior, si honoratior persona peccantis, peccati quoque maior inuidia. Furtum in omni quidem est homine malum facinus, sed damnabilius absque dubio si senator furatur. Certè cùm malorum condemnatio laus bonorum sit*, ait [b] sanctus Hieronymos, *& pœna quæ alios à peccato deterret* à Platone, [c] *παράδειγμα, exemplar videlicet, documentumue nominetur*: quis non videt quàm iustum sit, quàmque reip. profuturum, iudicis, magistratusue in officio suo principis coronæ, salutique populi necessario, atque salutari indignissimè delinquentis, iniquitates, & scelera imponita non relinquere? vt iusta in rectores populi, iustitiæque ministros animaduersione cæteri peccare, seque sceleribus inquinare vereantur? [d] *Cum omnis pœna non tam ad delictum, quàm ad exemplum pertineat? Plectuntur quidam*, inquit [e] sanctus Cyprianus, *quo cæteri corrigantur, exempla sunt omnium tormenta paucorum.* Veréque illud sicut egregiè dictum à Seneca: [f] *vt fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu, sic animaduersiones magnarum potestatum terrent latiùs quàm nocent.*

b Hier epi 2. ad Nepotia. tom 1

c Apud Gellium l 6 noct Attic. c. 14.

d Quintil declamat 274.

e S. Cypr ser. 5. de lapsis.

f Seneca l. 1. de clement.

CAPVT X.

De magnis miserijs quas impunita corruptorum iudicum scelera producunt.

1. *Funesti principum exitus & Romani vastationes imperij per corruptos perfidosque prouinciarum præsides, infidos Imperatorum consiliarios.*
2. *Quam miserum est in Christiano imperio, illud pecunia aliaue corruptione tentari, quod virtute effici debet.*
3. *Iudices corrupti auarique magistratus, non erunt immunes à calamitate, quam imperio improbitate corruptioneq; sua pepererũt.*

SI nefariorum magistratuom populis sub summi principis auctoritate iura perfidè dicentiũ, tam nefandę suę corruptioni, iustitię sanctitatẽ, puritatemque prostituentium, meritæ pœnæ, debitaque supplicia contemnantur: dici non potest quantæ miseriæ, calamitatesque iusto Dei iudicio, regnis, principibus, populis ingruant, illapsæque sæuiant. A quarum tonitruo, scelerati iustitiæ corruptores, per quos in rep. regnoque Christiano tot mala debacchantur, immunes minimè remanebunt. Constans Imp. valde Catholicus Constantini magni filius, magno suo malo, & funesto vitæ exitu expertus testari potuit, quàm miserum sit ad imperij dignitates, indignos, incapacesque, nõ virtute, sed pretio, non ratione, & iudicio, sed passione, & ardore priuatę dilectionis euehere, eisq; in officio suo delinquẽtib. indulgere. qui ab his proditione execrabili, proh sceleris horror! crudeliter interẽptus est. Quos nẽpe Chrestum, Marcellinũ, Magnentiũ, corruptos vita, religione, moribus ad præfecturas imperij, dignitatesq; iustitiæ non merito, sed fauore, non virtute, sed priuata dilectione prouexerat, in quorum magnis sceleribus diu nimiumque dissimulauerat.

Aurelius Victor in epitome hist in Annibaliano, iuniore & Cõstante fratrib.

A

Quantum vero scelus, & nefas corruptorum iustitiæ ministrorum, prouinciarumque præfectorum impunè toleratum, reip. perniciem, calamitatemque causetur, funesta, ignominiosaque Romanorum clades funeraque crudelia testãtur. Quos barbari, ferinique Gothi iusto Dei iudicio in Gallia superarunt, propter iniustitias, dolos crudelitatis varietate distinctos, corruptiones, auaritiæ, aliaque scelera, quibus magistratus, prouinciarumque præsides coinquinati miseros Gallos immanissimè diuexabant. De quibus hæc post multa expostulando Saluianus. [e] *Vbi enim, & in quibus nisi in Romanis tantum hæc mala? Quorum iniustitia tanta, nisi nostra? Franci enim hoc scelus nesciunt: Hunni à sceleribus immunes sunt: nihil horum est apud Vuandalos: nihil horum apud Gothos: tam longè enim est, vt hæc inter Gothos*

Romani victi à Gothis in Gallia propter iniustitiam, immanitatem, auaritiamque iniustitia ministrorum, atque præsidum prouinciarum.

e Saluianus l. 5. de vero Dei iudicio.

B

barbari tolerent, vt ne Romani quidem, qui inter eos viuunt, ista patiantur. Itaque illic Romanorum omnium votum est, ne vnquam eos necesse sit transire Romanorum: vna & consentiens illic Romanæ plebis oratio, vt liceat eis vitam quam agunt agere cum barbaris. Et miramur, si non vincãtur à nostris partibus Gothi, cùm malint apud eos esse, quàm apud nos Romani. Itaque non solùm transfugere ab eis ad nos fratres nostri omnino nolunt, sed etiam vt ad eos confugiant, nos relinquunt. Et quidem mirari satis non possumus, quod hoc non omnes omnino faciant tributarij pauperes, & egestuosi: nisi quòd vna causa tãtum est, quà non faciunt, quia transferre illuc reculas. scilicet res paruolas, diminutiuum rei, *atque habitatiunculas suas, familiasque non possunt &c.* Post hæc ostendẽs quomodo occasione corruptorum iudicum, nefariorumque iustitiæ præfectorum, pauperes,

C

& infirmi, vt coloni, agricolæ, alijque Galliæ populi à potentioribus miserrimè vexarentur, & oppressione tyrannica percellerentur, conniuentibus, ad istorum potentiorum scelera corruptis, deprauatisque magistratibus, concludit, nemini mirum esse debere, quòd Romani non minùs turpiter, quã ferociter à barbaris pugnãte pro his cõtra illos vltione diuina vincerẽtur. Cũ post moltas querelas, & gemitus exclamat. [f] *Et miramur si nos barbari capiunt! cùm fratres nostros nos faciamus esse captiuos! Nihil ergo mirum est, quod vastationes fiunt, atque excidia ciuitatum. Diu id plurimorum oppressione elaborauimus, vt captiuando alios etiam ipsi inciperemus esse captiui &c.*

Conniuentibus corruptis iudicibus pauperes oppressi à potentioribus victoriam barbaris contra Romanos pepererunt Deo contra hos pugnante pro illis.

f Saluian. ibi.

Sacræ testantur historiæ temporibus Zenonis Imperatoris maximas calamitates, publicasque miserias Imperatori huic eiusque imperio pro-

D

pter malitiam, extremamque magistratuum imperij, iustitięque ministrorum corruptionem violenter erupisse: & indignos non nisi auro, argentoque, capacitate virtutis eiurata, ad augustas palatij dignitates, imperijque venerandos honores, accessus, intrusis, exitium, extremũque funus casu terribili procreauisse. Audiantur ex omnibus sacris Scriptoribus Ecclesiæ Suidæ relationes his conceptæ verbis. [g] *Bonam gubernationem Romani sensissent nisi Sebastianus tum in aula potentissimus illum* (scilicet Zenonem Imperatorem) *quouis suo arbitratu impulisset, velut in foro componens omnia, nec sine pretio quicquam in regia fieri confici. Nã & magistratus vendebat omnes pretio tum sibi reseruato, tum Imperatori communicato: quod si quis accessisset, qui paululum quicquam adijceret, is præferebatur. In toto denique palatio nihil erat rerum omnium quod venale non esset. Quod si Zeno magistratum ali-*

Regnante Zenone Imp magna imperiũ, & ipsum calamitates aduersa sunt, propter immanem officialium iniustitiam sub illo corruptionem.

g Suidæ hist. in Zenone verb.

Sebastiani aulici in aula Zenonis Imper. iniustitia quãta mala imperio imperatorique pepererũt.

quem suis familiaribus contulisset; ipse mancipiis instar enim ab illis redemptum pluris vendebat alij, Zenoni farta præbens. Hæc Suidas. Ex illo corruptionis nequitiæque fonte, manu Dei viuentis in palatium Imperatoris oppressoris iustitiæ fulminãte, vnici Zenonis Imper.[a] filij ingurgitati voluptatibus, admodum iuuenis interitus, violenta[b] Zenonis ab imperio per tyrannum Basiliscum extrusio, tandemque eiusdem funestissimus, vitæ[c] sepulti suas aspernantis iniustitias, & dolos contra religionem Catholicam, remque publicam excitatos, tumulus, interitusque promanarunt.

a Suidas ibid. Mors filij zenonis.
b Marcellinus in chron. an. 476.
c Euagr. l. 3. c. 29. hist.

2. Pars. *Quàm miserũ in imperio Christiano pecunia, & corruptione tenetur quod virtute effici debet.*

Heu quàm miserum, principibus indignos, incapaces, & impios ad honores, & officia reip. præcipua, dignitatesque corruptione auri, & argenti, vel alterius aulici fauoris assumere! Pudeat Christianos audire prophanos expostulantes, querentesque.[d] *Iam pudori, probitati, virtuti, rectis studijs, bonis artibus nihil esse loci relictum?* [e] *Quòd omnia virtutis præmia ambitio possideat,* [f] *quòd suspecta, neglectaque virtus sit; inertia autem, imo & malitia fraudulenta habeatur in pretio.* Vobis ô principes scientibus, at saltem conniuentibus, imperiti religionis dubiæ, corruptioni mancipati, dignitates principatus vestri nundinantur, iustitiæ cauponãtur officia: vt postea de sanguine, & visceribus ciuiũ, regisque subditorũ pecunias, quas emendis iustitiæ officiis impenderũt, corradẽtes, auidius eorum fortunas helluentur.[g] *Væ illis qui diligunt munera, sequuntur retributiones,* [h] *in quorum manibus iniquitates sunt, & quorum dextera repleta est muneribus.* [i] *Quibus fides, decus, pietas, postremò honesta, atque inhonesta omnia quæstui sunt.* Tales iniquitatis sectatores, indicentesque perpetuò iustitiæ bellũ corruptione sua, vos, ô Christiani principes, à conspectu vestro repellite, auertite, detestamini. Ne hæc Dei maledictio vobis intonet.[k] *Iudicium durissimum fiet his, qui præsunt.* Et illa[l] *Potentes potenter tormenta patientur.* Mementote nouissimorum: vt terribile illud extremi iudicii fulgur tonitruumque diuina inflammatum ira securè declinare valeatis.[m] *Qui enim considerat qualis erit in morte,* inquit S. Gregorius, *semper timidus fiet in operatione.* Talibus enim iustitiæ vestræ præfectis imperitia, malitiaque deformibus vestræ maiestati non tam seruientibus quàm insidiantibus vestri pax terreni regni, splẽdorque nutando periclitatur: Insuper spes, & expectatio regni cœlestis non mediocriter alteratur. Vt egregius ille doctrina, pietateque Rhemẽsis Archiepiscopus, Fulco, tales iustitiæ ministros, regisque consiliarios corruptione varia fœdatos execrando, Regem Franciæ Carolum cognomento simplicem his verbis admonebat, & ad eos sua indignatione insectandos hortabatur. *Reuera qui tale vobis dant consiliũ* (scilicet fœdus ineundi Northmannis adhuc tunc tẽporis infidelibus largitionibus corrupti) *non fideles sed per omnia infideles esse comprobantur: quos si audire volueritis, terrenum simul, & cæleste regnum amittetis. Deprecor itaque vos per Dominũ, vt tale deseratis consilium, neque velitis vos in æternum præcipitare interitum, & mihi cæterisque, qui secundùm Deum vobis fideles sunt, æterni doloris afferre dispendiũ.* Post hæc concludens ait. *Hæc gemebundus scribo, quoniam cupio vos secundùm Deum, & seculum esse honoratos, & non Satanæ, sed Christi adiutorio ad dignum vobis conscendere regni fastigium. Regnum enim quod Deus dat firmum habet fundamentum: quod verò per iniustitiam, & rapinas acquiritur, caducum est, & citò deciduum, nec diu poterit permanere.*

Væ mercatoribus iustitiæ officiorum

g Esaiæ c. 5.
h Psal 25.
i Salust. in Iugurt.
k Sapient. c. 6
l Ibid.
m Eccles c. 38
S. Greg l. 28

Fulconis Archiep. ad Carolum Simplicem regem Galliæ Masso. ni l. 2. annal. Franciæ. Cum infidelibus fœdus non ineundum.

d Cicer l. 5. epist.
e Salust. in Catil.
f Plin. epist 8.

Ibid. Fulco. *Boni subditi suo principi optant gloriam temporalem, & æternam.*

At qui tot mala causantur corrupti, iustitiæ nundinatores, insidiique principum consiliarij, ab eorum fragore salui, immunesque non effugient: sed tandem nisi salutaris obstet pœnitentia, eorũ inundationibus absorbebuntur. Ne glorientur in diuitiis suis per oppressionẽ iustitiæ malè partis: festinata quippe earum diuitiarom copia arguit eos improbitatis, vt Lucio Syllæ suas iactanti facultates, & opes appositè quidam respondit.[n] *Quomodo tu vir bonus esse potes, qui tantas possideas opes, cùm à patre tuo nihil tibi sit relictum?* Verumque sit illud Menandri.[o] *Nunquam vir iustus diues euo sit citò,* illo confirmatum testimonio sapientis.[p] *Qui festinat ditescere, non erit innocens,* & improbitatẽ, corroptionẽque miseria sequitur, cùm sapiens dixerit:[q] *festinata substantia minuetur.* Nec abs re monebat ethnicus poeta.

[r] *Ne festina ditescere, ne citò pauper fias.*

3. Pars. *Corrupti iudices, & auari magistratus à calamitate non erunt immunes tantorum ob corruptionẽ suam malorum causa.*

n Plutarch. in Sylla
o Menander.
p Prouerb. c. 28.
q Prouerb. 13.
r Menander.

Sed pecunia per fraudes, & oppressiones iustitiæ citò comparata non modo mouetur, sed auaris illis, iustitiæque corruptoribus, sicut Simoni Mago erit in perditionem. Vt contigit duobus legatis sedis Apostolicæ ab Eugenio tertio in Germaniam missis, Bernardo scilicet presbytero, & Gregorio Diacono cardinalibus: quòd auro argentoque corrupti per summam iniquitatẽ Henricum Archiepiscopum Moguntinum falso multis insimulatum criminibus à sede sua deiecissent. Qui quidem Henricus iniuste condemnatus, vt scribit Conradus Episcopus in chronico Moguntensi. *Appello,* inquit, *ad Dominum Iesum Christum tanquam iudicem iustissimum, vos citò ad eius tribunal, ibi vobis coram summo iudice me responsurum exhibeo. Non enim iustè, nec secundum Deum, sed mercede corrupti, sicut placuit, iudicastis. At illi,* inquit Cõradus, *cùm tu præcesseris nos sequemur. Hæc autem im, udentes dixerunt. Sed Deus non irridetur, qui in cælis irridebit eos.* Quia mortuo ipso Henrico Archiepiscopo, ecce transit tempus, & breue, & ambo vno die moriuntur. De quorum morte funesta hæc pergendo Conrados ait.[t] *Vnus sedens in sede naturæ, vt purgaret ventrẽ, omnia intestina sua in cloacam eiecit, & animam miserabiliter exhalauit. Alius manuum suarum digitos articulatim admordẽs (vt furiosus) & de ore expuens, deformatis manibus, quasi se ipsum deuorans expirauit.*

Actor. 8.
S. Paul.
s. Psal. 2.
t Coorad. ib.

Hæc horribilia de iusta diuini numinis in oppressores iustitiæ & innocẽtiæ, auri, argentiq; corroptione fœdatos vindicta cõsiderantibus, licebit cum eodem Conrado exclamare.[u] *O Deus vltionum, Dominus iustus, exercens iudicium, quàm terribilis super huiusmodi peccatores, tam atroces innocentia, purorum sceleris oppressores,* necnon iustitiæ, tuæque diuinæ legis adulteros! & cum rege propheta[a] imperatoreque Mauritio, *iustus es domine, & rectum iudicium tuum!*

u Ib. Conrad.
a Psal. 118.
Cedrenus in Compendio ex tom 5.

CAPVT XI.

Sapientum consilium principi, & regno eius quàm salutare, quibus credere perbeatum, non credere & contrà consultoribus impiis assentiri, miserum.

1. *Quàm necessarium sapientum consilium principi, & regno eius; quibus effectu credere salutare.*
2. *Bonis principibus consiliarij sapientes, reuerenter cum conscientia & prudentia consulentes, pretiosi esse solent.*
3. *Quàm perniciosum principi in suis illos consilijs contemnere, & impiorum contrà consortio, consilioque delectari.*

Sine probitate nihil vtilitatis in consiliario principis, multo doctrino fœcundas adfert.

ADEÒ necessaria est publico buno in principis, monarchęque Christiani consiliariis probitas, atque prudentia, vt ea sublata doctrinæ sublimitas, vt iurisperitiæ vtriusque, aliarumque magistrarū scientiarum com, leta possessio, nihil sit salutaris principi, & populis vtilitatis allatura. Cùm fundamētum omnis doctrinæ salutaris, in vitæ sanctitate, probitateque cōscientiæ, durationis firmitatisq; suæ radices agat: quod mysteriosa hęc sponsi cœlestis in Cāticis spōsę charissimę promissio declarat. [a] *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Argēto quippe doctrinæ, virtutes omnes Christianæ, de charitatis radice, fonteq; prodeūtes, pro Catholicarum animarum splendore vermiculentur, & perpoliantur: itaut omne illud doctrinæ, prudentiæque humanæ argentum euanesceret, haud secus quàm accidens sine subiecto, nisi charitatis, sanctitatisque fundamento niteretur. Impiam illam plane vocem Sallustij illius ex sorore nepotis, in quem M. Tullius inuectus est, iudicaui semper, qua Liuiam Tiberij Imperatoris matrem cohortando concitabat, vti filio persuaderet, *ne ipse*, vt loquitur [b] Tacitus, *vim principatus resolueret, cuncta ad senatum vocando, eam conditionem esse imperandi: vt non aliter ratio constet, quàm si vni reddatur.* Quod nimis perniciosum esset imperio, si in illo moderando princeps sibi soli, non sapientibus aulæ, regnique sui officia, oneraque subeuntibus fidere, & credere statueret: quorum solido, fidoque consilio vitiorum pestes aulas inficientes principum, & regum penitus extirpare posset. Quales sunt [c] vana honesti opinio, inanis gloriæ ambitio, error, adulatio, fraus, dolus, dissimulatio, perfidia, aliaque id genus fatalia regnorum portenta, quæ in principum palatiis omnis pudorem honestatis adulterant, omnesque neruos virtutis elidunt. Quàm vero sit salotare multorum prudentum consiliū euidenter demonstrat Aristoteles, [d] cùm ait. *Etsi plures sint quorum vnusquisque non sit adeo studiosus, tamen fieri potest, vt in vnum conuenientes omnes meliores sint, quam illi, non vt singuli, sed vt omnes; quemadmodum cœna, in qua plures conferunt, quàm ea quæ ex vnius erogatione sit melior est. Nam*

[a] Cant. c. 1.

[b] Tacit. l. 5. annal.

[c] Clem Alex. l. 2. pædagog.

Consiliū multorum bonum, valde salutare.

[d] Arist l. 3 polit c. 7.

Multi simul iuncti melius consulunt quàm si singuli essent

A *cùm plures sint, vnusquisque partem habet virtutis, ac prudentiæ, ac fiunt in vnum collati quasi homo vnus, qui multos pedes habeat, multasque manus, multosque sensus, & eodem modo circa mores & intelligentiam.* Inde concludit magnus ille cæteris præstans philosophus. *Quapropter meliùs iudicant multi, & in musica, & in poetarum operibus, alij enim aliud, cuncti cuncta discernunt.* At salutare illud principis consilium senum potiùs, caniciecque veneranda speciosorum hominum, quàm iuuenum esse solet. [e] Ait enim sapiens, *speciosum caniciei iudicium.* Estque prophanorum etiam philosophorum sentētia, vt Aristotelis; [f] *Iuuenes non esse idoneos, atque capaces, qui ad ea in quibus prudentia desideratur admittantur, verū ad ea solū quæ robur corporis animique fortitudinem, generositatemque requirunt.* B Hos, dum illis contemptis [g] Roboam eligere voluit, stulto, & pernicioso eorum iuuenum consilio, ruinæ imperij sui, exitijque molem, & pondus in se sensit irrumpere. At de illorum conciliis salutaribus ingenio, ætate, rerum experientia maturorum dicebat Plato. [h] Ἱερὸν δὴ ... ἡ συμβουλία. *Quiddam sacrum profectò consultatio est.* Qua imperia, principatusque stabilita conseruantur, & in pleniorem prosperitatis gloriæque lucem splendidius emicant: qua sublata destruuntur, & pereunt. [i] Hoc patet ex his quæ in fragmentis Sallustio de rep. ordinanda, attributis, scripta leguntur. *Omnia regna, ciuitates, nationes vsque eo prosperum imperium habuerunt, dum apud ea consilia valuere: vbicumque autem gratia, timor, voluptas ea corrupêre, post paulo imminutæ opes, deinde ademptum imperium, postremò seruitus imposita est.* Nonquid in C huius rei confirmationem, hæc facto sapientis ore Spiritus sanctus diuinitùs effudit. [k] *Dissipantur cogitationes vbi non est consilium, vbi vero sunt plures consiliarij, confirmantur.* Et alibi. [l] *Salus autem vbi multa sunt consilia.* Quò fit vt optimi consiliarij, magistratusque mors adeò reipubl. regnoque funesta propter defectus bonorum consiliorum, quibus viuus principi, reique publicæ salutari famulabatur obsequio, ab omnibus bonis merito lugeatur, ciusqoe defuncti in repub. Catholica sapientiores desiderio contabescant. Sicut religiosissimi imperij magistratus, atque consiliarij Arintheis Romani quondam consulis obitum, sanctus Basilius graui perculsus animi dolore defleuit, vt hæc ex eius literis ad coniugem defuncti testantur: [m] *Me vero præcipua quædam tristitia replenis recogitantem, quo me vir ille sit honore prosecutus, tum quæ sit Ecclesijs adempta guber-* D *natio.* Quòd videlicet in quorumdam Arianorum sub Valente Imperatore sua virtute, & authoritate, qua valebat plurimùm, pulsorum, officia, Catholicos viros magna sublimes pietate subrogauerat. De cuius magnis virtutibus, quibus vtiliter imperio seruiebat, ista pro consolatione vxoris, tanto mariti mortis vulnere vehementer afflictæ subiunxit. [n] *Erat quidem ille honestus, magnus, celebris, & animi virtutem robore corporis adæquabat: quod & ipse fateor, & vtroque nomine excellebat, attamen homo [illegible], & mortuus est sicut Adam, sicut Abel, sicut No[illegible] sicut Abraham, sicut Moyses, & si quem alium eiusdem naturæ consortem nominaueris.* Qui suis consilus, & heroica virtute, Romanum imperium ab ingentibus Persarum viribus, & copiis inualidum, tunc graui accepta clade nutansque valde vindicauerat,

[e] Eccles 25.

[f] Arist. l. 3. topic. c. 2.

[g] 3 Reg c. 6.

[h] Plato;

[i] Salust in fragment de republ.

[k] Prou. 15.

[l] Prou. 11.

Boni consiliarij, atque magistratus mors valde lugenda

[m] Basil. ep 5. ad vxorem Arinthei cōsulasis viri in addit.

[n] Basil. ibid.

[a] Ammianus Marcell l. 27 in fin.

vt his Ammianus verbis inter alia significauit. A [a] *Hac clade late diffusa Armenia omnis perijsset, nisi propugnatoris Arinthei aduentu territi Persæ eam incursare denuo distulissent.*

2. Pars. *Quàm bonis principibus sapientes consiliarij pretiosi, omni conscientia reuerenter prudenterque consulentes.*

Quanò verò faciendi sint tales virtutis pietatisque fulgore micantes magistratus, quàm chari preciosique principibus esse debeant, demonstrauit princeps Polonus Lescus Albus defuncti regis Miecislai ex Casimiro fratre nepos, qui sibi Polonis regnum patrui ea conditione præsentantibus, modo Gouoritium Rauitum Palatinum Sendomiriensem à suo consortio, palatioque repelleret, omnino recusauit publicè protestatus, [b] *malle se Poloniæ regno carere, quàm fidissimi prudentissimique Gouerity consilio, monitisque priuari.* Sapientet intelligens princeps B optimus fideles virtutis pietatisque nitore fulgentes consiliarios, magistratusque prudentes, esse velut fidissimos canes, principibus, magno præsidio aduersus rapaces curiæ, regnique lupos, sceleratos scilicet reipubl. peculatores, regumque proditores. Quibus abactis, expulsisque reges, principesque multorum perfidorum, impiorumque fallaciis, dolis, fraudibus, proditionibus, aliisque similis perfidiæ deceptionibus exposiò, cum salutis proprio dispendio miserè vagarentur. At vbi in concilio principum, practici intellectus de dubiis, incertisque rebus agendis inquisitio, consultatioque inter plures fideles, prudentesque viros, maturè solerterque exagitata producitur, procul dubio: [c] *Sapientia inhabitat, talium que consiliariorum eruditis interest cogitationibus.* Quis C verò nescit omnia fœliciori successu peragi cùm eis sapientiæ lumen inclarescit? Salomonis doctrina est, vel potius Spiritus sancti per os eius. [d] *Qui omnia agunt cum consilio reguntur sapientia.* [e] *Astutus*, scilicet prudens, *omnia agit cum consilio.* Quid ex eo boni, prosperique consurget? Audi eundem sapientem. [f] *Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit, consilium custodiet te, & prudentia seruabit te, vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruersa loquitur,* [g] *via stulti recta in oculis eius, qui autem sapiens est audit consilia.* Fructus salutares, & eximios consiliorum fidelium, à prudentibus conscientiæ puritate conspicuis datorum principibus, & regibus, expertus est Theodosius iunior in persona [h] Anthemij consulis sibi à consiliis fidelissimi: cuius pietate, prudentia, fortitudine, consilio suum adolescentulus admodum, vel puer potiùs mortuo patre Arcadio in paruula ætate conseruauit imperium, eius prosperitatem, suæque splendorem dignitatis imperatoriæ vehementer auxit, & amplificauit. Eosdem prosperos salutaresque fructus in regnum Catholicum, Ecclesiamque Dei fœliciter emergentes ex bonorum, sapientumque virorum, præcipuè Episcoporum consortio, atque fideli consilio Petrus Blæsensis minimè tacuit, cùm hæc in epistola 84. de Episcopis memorabilia protulit. *Non est nouum quod regum consiliis intersint Episcopi. Sicut enim honestate, & sapientia cæteros antecedunt, sic expeditiores, & efficaciores in resp. administratione censentur.* Quibus adiūgēs sequētia, sic postea persequitur. *Nisi familiares, & cōsiliarij regis essent Episcopi, supra dorsū Ecclesiæ fabricarēt hodie peccatores, & immaniter & intolerabiliter opprimeret clerū præsūptio laicalis. Nūc autē si quid in Ecclesia attētatur iniuriā,*

b Cromerus l. 7 hist. Poloniæ.

Sapientum consilio omnia in regno humanaque societate feliciter reguntur.

c Prou. 8.

d Prou. 13. v. 10.

e Prou. 13. v. 16

f Prou. 2. v. 11. 12.

g Prouerb. 12.

Anthemij consulis fidelitas & pietas sapiens in conseruando iuniori Theodosio imperio.

h Socrat. l. 7. cap 1.

Petr. Blæs. ep. 84.

Petr. Blæs. ib.

A *authoritate pōtificali corripitur. Aut si ad hoc Ecclesiastica cēsura nō sufficit, spiritualis gladij defectus ciuili suppletur, & ad eorum arbitriū principalis animaduersio exercetur. Si quandoque vt fieri solet aduersus insontes regis indignatio vehementius excandescit, Episcoporum precibus temperatur. Istis mediantibus mansuescit circa simplices iudicarius rigor, admittitur clamor pauperum, Ecclesiarum dignitas erigitur, releuatur pauperum indigētia, firmatur in clero libertas, pax in populis.* Epistola verò 150. de clericis loquēs hæc ait. [i] *Scio quod si qui in regia familiaritatis sacrarium admittuntur, multa facere possunt, & dicere, quibus necessitas subleuetur, foueatur religio, fiat æquitas, Ecclesia dilatetur.* Quinam meliores his fructibus in republ. Christiana, magisque salutares optari possent? Atque his salutaribus bonorum Episcoporum, aliorumque non minori pietate, quàm prudentia spectatorum consiliis semper moderatio, reuerentia, mansuetudoque cōmixta esse solent; sicque consilium persuasioque principum potentiùs fluunt in animos: vt si propter admissa quædam delicta ipsi corripiendi veniant, priùs de virtutibus, rebusque à se præclarè gestis honorificè laudentur. Sicut sanctum Bonifacium Moguntinæ cathedræ Archiepiscopum fecisse legimus; qui antequam regem Merciorum in Anglia Ethebaldum nomine de sacrilega libidine in sanctimoniales, sacratasque Deo virgines, qua se turpissimè fœdauerat, coargueret, atque magno de illius salute inflammatus charitatis æstu criminaretur: prius in illius laudes à nonnullis eius virtutibus edoctas oratione voluit C excurrere. [k] *Confitemur coram Deo, & sanctis Angelis, quia quamcumque prosperitatem vestram video, & opes a bona coram Deo, & hominibus per nuntios fideles audiuimus: quod inter gaudentes, & pro vobis orantes læti gratias agimus Deo, postulantes & obsecrantes Saluatorem mundi, vt vos sospites, & in fide stabiles, & in operibus coram Deo rectos in principatu Christiani populi longo tempore custodias, &c.* Sic blanda suauique correptione laudibus aspersa, principes faciliùs ad agnitionem culpæ, quàm irata reprehensione, asperaque mordacitate cōuertuntur. [m] *Blandiri decet principibus, non adulari: vt enim adulationi fœdum crimen seruitutis, ita malignitati falsa species libertatis inest.* Nec malè Seneca. [n] *Regibus quæ prosunt, ita tamen, vt delectent, suadenda sunt.* In fronte intentionis suæ illud in primis insculptum habet prudens, fidelis D principis, regisque consultor. [o] *Blandiri oportet, non detrahere potestati.* Et illud in concilio dando principi. [p] *Opus est exhortatione potius, quàm increpatione; consilio, quàm præcepto; doctrina, quàm virga.* Et Petrus Blæsensis bene consulendi, rectaque persuadendi principi hanc in epistola ad Episcopum Aurelianensem regulam, normamque constituit. [q] *Si regis Franciæ faciem videris, adhibe tibi de coepiscopis tuis, qui Spiritu Dei aguntur. Et cantares moderatione vtaris, vt si fortis est sermo, nihilominus sit suauis.* Coi, persuasus pro salute sua bonus princeps voluntariè, & gloriosè succumbit veritatis amator, & eorū, qui suis consiliis, admonitionibusque sincerè eā, fideliterque sibi suggerūt, & omni simulationis abiecta larua nudè detegunt. Talium consiliariorum veracium, atque in dictis, factisque fidelium appetitor, [r] Rex Aragoniæ Alphonsus inter reges Christianos sapientissimus, *interrogatus quinam essent optimi consiliarij? mortui*, respondit: libros videli-

i Petr. Blæs. epist. 150.

Cum reuerentia principes delinquentes à bonis consiliarijs vtrumque fore corripiendi, & prius de virtutibus laudandi.

k Epist. 19. S. Bonifac. ad Ethebald. regem Merciorum.

m Tacit. L. 1. hist.

n Seneca. pates 1. suasoria.

o Hildebert. Cenomanens. Episc. ep. 55.

p Idē Hildeb. epist. 73.

q Petr. Blæs. epist 113. ad episc. Aurel.

Quinam optimi consiliarij principum testimonio Alphonsi regis Aragoniæ.

licet, similiaque veritatis monimenta intelligens, qui nihil blandientes, nihil celantes, veram meramque veritatem legenti cuique propinant. Quibus similes sunt illi prudentes veritatis, fidelitatisque professores, ab omni vanitatis, simulationis, ambitionisque fuco liberi non mortui, aut muti, sed viui, loquentesque principum consiliarij.

3. Pars. Pios, sapientesque consiliarios contemnere, & impios assentores perniciosum principibus, & populis.

Quos sicut efficaciter audire, magnique facere maximè beatum, & salutare, sic contra contemnere, & aspernari perniciosum est illis, atque miserum. Cuius veritati propositionis, illa ad Cæsarem Salustij in fragmentis verba, quorum supra in eodem capite meminimus, magnoperè suffragantur. Quis enim principem magnis armatum viribus, potentia, terrarumque amplitudine munitum, salutaria prudentum, sapientumque consilia despicientem, odioque ab illis auersum, non cum scriptoribus antiquitatis appositè excæcato Cyclopo comparabit? Qui in tam sublimi potentiæ, principatusque culmine magnis imperitiæ, errorumque tenebris circumfusus, misera facilitate, fraudeque deluditur; iniustitiæ telis armatus vbique Andebatarum more furit, cæcaque agitatus amentia se, suosque funditus euertit? Hinc extrema Iuliano Apostatæ fundi, id est salutis, imperiique calamitas, quod sceleratissimos quosque ad magistratus, & dignitates admissis imperij, in suarum rerum consilia compellando, fidas sapientum Catholicorum magnis illustrium virtutibus admonitiones, consiliaque salutaria detestaretur; vt scribit S. Gregorius[a] Nazianzenus oratione 2. in Iulianũ. Impij, nefarijque homines pessimis suis principes, præcipuè iuuenes corrumpentes, consilijs, fraudibusque decipientes, quantorum sunt in imperio causa malorum, Ruffini sceleratissimi hominis vita, gestaque manifestant. Qui iuueni Imperatori, Arcadio, nefandissimis consilijs illudendo, fraudibusque crudelissimis insidiando, immanissimus Romani imperii sub Theodosio patre, florentissimi, proditor, incensor, atque vastator extitit: ex quo hæ Claudiani lamentationes, querelæque prodiere.

a S. Greg. Naz. orat. 2. in Iulian.

b Claudian. l. 2. in Ruff.

[b] Heu quàm breuibus pereunt ingentia causis
Imperium tanto quæsitum sanguine, tanto
Seruatum? quod mille ducum peperere labores,
Quod tantis Romana manus contexuit annis:
Proditor vnus iners, angusto tempore vertit!

c Pulcheria Augusta se ob imperio abdicante, & sceleratissimo consiliario Chrysaphio eo imperij administrante omnia in peius ruerūt sub Theodosio iuniore.

Si quis maiorem malorum, calamitatumque extremarum, quæ in regna, resque publicas, ex pessimis consiliarijs eruperunt, probationem quærere, atque sciscitari velit, sacras, profanasque replicet historias; à quibus turpissimæ, & funestissimæ malorum, miseriarumque publicarum irruptiones commemorantur, quæ in imperium orientale regnante Theodosio iuniori, exitiabili plaga sese miserabiliter effuderunt: ex eo tempore, quo ab illius imperii clauo regendo cum fratre, sapientissima, religiosissimaque soror Pulcheria recessit, & omne regimen sceleratissimo Eunucho Chrysaphio sacri cubiculi præfecto creditum est imperij. Quod præter domesticas, ciuiles, intestinasque desolationes, à pessimis sceleratissimi Chrysaphii, eiusque satellitum nefariorum consilijs, proditionibusque profectas, immanissimæ, turpissimæque tyrannidi grassatoris mundi, barbari Attilæ, flagelli Dei depressum atrociter ingemuit. Cui proh nefas! Theodosius Imperator, vt se ab illius immanibus incursionibus eximeret, Marcellino teste tributa quotannis persoluere coactus est. Quæ mala, funestasque barbarorum sub truculento duce irruptiones propter peccata, quæ sanctissimæ, prudentissimæque virginis Pulcheriæ Augustæ absentia in imperio germinarant, aduenisse in epistola ad Salustianũ Theodoretus hac flebili narratione recenset.[d] *Sacer dies nobis quidem consueta spiritualia attulit dona: tamen amari peccati fructus illos frui cũ lætitia non permiserunt. Hæc enim illorum germina, & abintro tribulos, spinas, & sudores, & labores, & dolores germinaerunt. Nunc verò etiam & terrã ipsam aduersus nos concutit per terræ motus, & barbarorum turmas vndique aduersus concitat. Nos vero lugemus, quoniam dum Deus bona nobis largiri cupit, contraria facere illum cogimus, & pœnas infligere. Consolamur nihilominus dum eius misericordiæ abyssum in memoriam reuocamus, & credimus, quoniam non abijciet Dominus populum suum, & hæreditatem suam non derelinquet.* Propterea non sine causa Agapetus Diaconus Iustiniano magno recèns Imperatori creato huiusmodi nefariorum consiliariorũ, pestiferorumque sycophantarum curiæ imperatoriæ pestium detestationem his verbis persuadere nitebatur.[e] *Auersare adulatorum pellaces sermones, vt coruorũ rapaces mores. Illi namque corporis effodiũt oculos; isti autẽ animæ hebetãt cogitatus; cùm non permittant perspicere rerũ veritatẽ. Vel enim cõmendant nonnunquã quæ reprehẽsione digna sunt, vel reprehendũt plerũque, quæ omni laude sunt maiora. Vt de duobus alterum ab ipsis committatur, vel prauorum laus, vel contumeliosus bonorum contemptus.* Si quis plura commemorare vellet exempla miseriarum, calamitatũque publicarũ, quarũ aceruos sancta consilia, monitaque salutaria neglecta, repudiataque cumularunt, quæ sancti patres pontifices, & Episcopi principibus Catholicis, regibusque dederant: accipiet ex Aimonio, diras funestasque acies, quæ totam Galliam cædibus, internecionibusque cruentarunt, quas reges Francorum Theodebertus, & Theodoricus fratres aduersus Clotarium filium regis Chilperici crudeliter excitarunt.[f] *In quibus*, inquit Aimonius, *Angelus Domini astans euaginatum visus est tenuisse gladium. Quæ terribilis, stupendaque visio, non solùm quod fieret, sed quod futurum est non dubijs obscurisque signis aperuit, siquidem ira Dei effusa super reges Francorum effecit, vt se inuicem ciuili bello consumerent.* Deo eorum de bonis consilijs sanctorum Gregorij Papæ, & Columbani illis sæpius oblatis vlciscente contemptum. Alio funesto, & lamentabi exemplo illustrari, confirmarique potest, quàm perniciosum regibus; principibusque sanctis, sacerdotibus, præsulibusq; pia salutariaq; monentibus non obedire: Beda[g] venerabilis in historia Anglicana memoriæ prodidit regem Saxonum orientalium in Anglia nomine Sigberecthum quamuis pium, & religiosum, recens ad fidem conuersum, morte cruenta per sceleratam proditionem permittente, Deo non approbante, immaniter expirauisse. Quod Episcopo suo, Saxonumque Finano iusta, & salutaria præcipienti parere recusauisset: quã rebellionis culpã, pœnãq; ex ea secutam Beda Venerabilis ita describit. *Habuerat vnus ex his, qui eum occiderant, vt statim declarabitur, comitibus illicitum coniugium, quod cum Episcopus prohibere, & corrigere non posset, excommunicauit eum, atque omnibus, qui se audire vellet, præ-*

Marcell. comes in chron. an. D. 446.

Propter scelerũ ministerio proditorum imperij consiliarioru barbari Hunni imperium orientale irruptione vastarunt, & infirmarunt.

d Theodoret. ep. 41. ad Salustianum.

e Agapetus in ep Parænet. ad Iustin Magnum.

f Aimonius l. 3 c. 87.

Quàm miserum, & perniciosum principibus salutaria sanctorum Episcoporum monita, consiliaque contemnere.

g Beda l. 3 c. 22 hist. Angliæ.

Veritas in Chriſtiano populi moderatore triplex, cordis, oris, operis.
Tres linguæ oris, cordis, operis.

ritoria ſit, eſſe debet. Eaque triplex agnoſci- A tur, veritas nempe cordis, oris, & operis. De prima Dauid. Pſalm. 14. *Qui loquitur veritatem in corde ſuo.* De ſecunda. *Qui non egit dolum in lingua ſua.* De tertia. *Nec fecit proximo ſuo malum.* Lyptote ſcilicet, qui non modo malum proximo nullum fecit, ſed multum boni contulit. Quæ veritates à Theologis myſticis tres linguæ dicuntur, ſic in viro pio, ac Catholico fœderatæ, vt vnum veritatis ſonum concentumque efficiant. Quod bonus populi moderator, principiſque conſiliarius lingua oris profert, id corde tenet, id opere, effectuque complectitur. Maior harum eſt lingua ſeu veritas operis, vt ſapientis teſtimonio comprobatur dicentis. [a] *Tertia lingua multos commouit*, ſcilicet lingua bonæ vitæ, & operis. Huc commodè reuocari poteſt illud Menandri:[b] τρόπος ἔσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος. Scilicet, *ratio, ſeu vita, aut animus bonæ indolis perſuadet dicentis non ſermo.* B Quæ enim vis perſuaſionis ad rectè viuendum aliorum animis illabi poteſt, & potenter infigi ab eo profecta, qui cum multa vera, bonaque ore profundat peſſimè viuat? *Cum cuius vita* [c] *deſpicitur, reſtat vt eius oratio contemnatur*, [d] *nemoque inſtruatur, vnde deſtruitur, nemo ab eo illuminetur, à quo obtenebratur?* Atque, vt non ingratè repetam ſupra ex limpidiſſimis Ambroſianæ doctrinæ fontibus hauſtum: [e] *Quis è turbida aqua potum petat? Quis in cœno fontem requirat? Quis vtilem aliena cauſa iudicet, quem videt inutilem vita ſua? quonam modo potes eum iudicare ſuperiorem conſilio, quem vides inferiorem moribus?* Has omnes virtutes omni ſtudio, affectuque, adminiſtratorios iuſtitiæ conſiliarios principis amplecti omnino neceſſe eſt, ſi piè, fideliterque ſeruientes principi, eius ſaluti populorum, iuſto regimine conſulere velint; vitia vero his contraria C virtutibus execrari, præſertim auaritiam, vt Iethro notauit his verbis.[f] *Et qui oderunt auaritiam*, [g] *omnium malorum radicem.*

a Eccleſ. 1. 28
b Menander.
Veritas, ſeu lingua operis omnibus ad perſuadendum potentior.
c S. Greg. hom. 12.
d Tertul. de præſcript.
e S. Ambroſ. l. 2 offic. c. 3. & 12.
f Exod. 18.
g S. Paul. 1 ad Timot. c. 6 v. 10.

2. Pars. Omnia vitia, præſertim auaritiam iuſtitiæ miniſtros conſiliariosque principis debent execrari.

Non ſine cauſa [h] Plato in ſua Repub. magiſtratus ſeſe fœdare, atque polluere ὀ μιαίνειν auro corruptibili, & ſordido vetabat, *cum eſſent ipſi* (vt loquebatur) *aurum ſelectum & diuinum.* Lex Imperatoria paupertatē à magiſtratibus arcebat [i] quam vilitatem appellabat: modicas & mediocres opes in illis optabat, vt nec abundarent ſuperfluis, nec carerent neceſſariis, mediocribus contenti facultatibus, maioribus per auaritiam non inhiarent, & ab oppreſſione paupertatis eximerentur. [k] *Quæ maledicto, probroque eſt contempta diuitibus, inuiſa pauperibus.* Hanc facultatum mediocritatem, vt ab auaritia immunem, D ſic ab inopia liberam. [l] Solon vt in magiſtratibus retineret eos ex cenſu creare voluit, ſicut poſtea Senatores Romæ legebantur. [m] *Senatorium*, inquit Seneca, *gradum cenſus aſcendit: cenſus equitem Romanum à plebe diſcernit: cenſus in caſtris ordinem promouet: cenſu iudex in foro legitur.* Et rectè hoc quidem quod plerumque paupertas ad turpia cogat, inopemque opprobrio confundat. Hinc illud Lyrici poëtæ. [n] *Magnum pauperies opprobrium, iubet quiduis facere, & pati, virtutiſque viam deſerit arduæ.* Sed aurea mediocritas inter vtraque volat extrema, cuius auidus iuſtitiæ miniſter cum Salomone Deum orabit. [o] *Neque diuitias, ſcilicet nimias, neque paupertatem dederis mihi, ſed tantum victui meo tribue ne-*

h Plato in rep.
i L. 2. c. quando & à quibus.
Magiſtratum non conuenit eſſe pauperem, ſed mediocribus contentum opibus ab auaritia ſuppeditato liberū.
k Senec. Epiſt 115.
l Ariſt. l. 2. Politic. c. 12.
m Senec. l. 2. controuerſ. 1.
n Horat. l. 3. Ode 24.
o l. 3. Reg c. 3.

A *ceſſaria.* Quod amplius eſt à maligno eſt, nec poſſunt nimiæ opes in animo iudicis ſine ſalutis, famæque periculo conuerſari. Quis non vtiliter huic viro aliorum rectori cum S. Hieronymo dicet. [p] *Proijce ſarcinam ſeculi*, ſcilicet auri, argentique inexplebilem cupiditatem, *ne quæras diuitias*, nimias nempe, *nudus & leuis in cœlum euola; ne alas virtutum tuarum auri deprimant pondera. Talis honeſta paupertas neceſſaria vita poſſidens* [q] *bonæ mentis ſoror eſt*, aiebat Saluianus. Nota ſunt exempla præſtantium virtute virorum longo vſu, experientia, labore, ſtudio, induſtria laudabili regendæ Reip. peritiſſimorum; qui contemptu diuitiarum nobilitati, paupertate delectati in vita ſua inopes mori voluerunt, vt Rempub. locupletarent, eamque præter perituras opes ſecuritate mutua inter ciues charitate, virtute, gloria diuitem, fœcundamque copioſè B relinquerent. Qualis fuit inter Romanos Publius Publicola cognominatus, *qui omnium conſenſu princeps belli, paciſque artibus* [r] (inquit Liuius) *moritur gloria ingenti, copijs familiaribus adeo exiguis, vt funeri ſumptus deeſſet, de publico eſt elatus.* Qualis fuit Menenius Agrippa, [ſ] *qui inter patres, ac plebem publicæ gratiæ ſequeſter fuit, ære collato funeratus eſt. Et*, vt loquitur Liuius, [t] *extulit eum plebs ſextantibus collatis in capita.* Qualis fuit inter Græcos Epaminondas Thebanorum dux. [u] *Cuius conſilijs laus eſt attonſa Lacænum;* [x] *quique cum vitam vna cum ſanguine effluere ſentiret, non ingemuit quod imperantem patriam Lacedæmonijs relinqueret, quam ſeruientem acceperat.* [y] Huic magnanimo duci pecunia ad funeris impenſam ex priuatis copiis, & re familiari defuit. Qualis fuit [z] Scipio ille magnus Africauæ ſuperbiæ, perfidiæque domitor, *cuius filiabus valde fuit honorificum ex ærario dotem accipere, quod C nihil illis pater, non minus de opibus, quàm de hoſtibus triumphator magnificus, rei familiaris inopia reliquiſſet.*

p S. Hieron. ad Exuperantium l. 2. Epiſt 29.
q Saluianus.
Exempla præſtantium virorū qui pauperes mori voluerunt, vt rempubl. ditarent.
r Liuius l. 2.
ſ Senec. in conſolat. ad Heluiam.
t Liuius l. 2.
u Cic. 1 Tuſc.
x Idem 2. Tuſc.
y Plutarc. in vita Fabii.
z Senec. in conſolat. ad Heluiam.

3. Pars. Inter Chriſtianos iuſtitiæ adminiſtros quò quis voluntariè pauperior, eò iuſtior, & coram Deo ditior.

Inter Chriſtianos ingens fuit ſemper illuſtribus iuſtitiæ miniſtris, magiſtratibuſque in modicarum facultatum penu, reque anguſta domi, nominis, atque famæ celebritas, & æterna illis quod Remp. ſub Catholico rege ſecundū Chriſti Domini leges, in exiguis opibus iuſtè, religioséque rexiſſent poſt funera merces, & gloria. Qui ſi diuitias, opeſque temporales affluenter habeant, audientes vocem Spiritus ſancti dicentis. [a] *Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere:* eas non tam ſibi, quàm aliis per liberalitatis Chriſtianæ miſericordiæque opera poſſidere deſiderant, vt in magnis opibus voluntariè pauperes, eas inopibus, & egenis per miſericordiæ ianuam D liberaliſſimè largiantur; ſanctos veteris teſtamenti patres Abraham, Iob, Dauidem, alioſque ſecuti. De quibus S. Hieronymus.[b] *Nec mihi Abraham, & cæteros quos in veteri teſtamento diuites legimus in exemplum proponas, qui diuites ingreſſi ſunt regnum cœlorum, cum ipſis diuitiis ad bona vtentes opera diuites eſſe deſierint, imo ſūm non ſibi, ſed aliis diuites fuerint, & diſpenſatores magis Dei, quàm diuites appellandi.* Dicentes cum Saluiano. [c] *Nos vſum tantum earum rerum accepimus, quas tenemus. Commodatis enim à Deo facultatibus vtimur, & quaſi precarij poſſeſſores ſumus, &c. Tenemus quoad licet; tenemus quoad permiſit ille qui præſtitit. Quid rectius? Quid honeſtius? quàm vt vbi res ab eo diſcedit, qui vſum habuit*

a Pſal. 62.
Veri Catholicique principis conſiliarij, iuſtitiæ adminiſtratores habentes opes, cor non apponunt, ſed eas ad liberalitatem miſericordiæque opera conferunt.
b S. Hieron. l. 1 aduerſus pelagian.
c Saluianus l. 1 ad Eccleſ. Cathol.
Contra amatores iuſtitiæ miniſtrum populique rectores.

reuertatur ad eum possessio qui vtendam concessit? Hi sunt quales eligi pro directione populi Dei in sanctitate, & iustitia Iethro socer à Moyse poscebat, osores auaritiæ detestantes eos, qui hac cupiditatis habendi peste coinquinati, quasi pauperes in cumulo diuitiarum multarum, vt alter Tantalus in medio aquarum, sibi pauperibusque crudeles misere vixerunt. *Vt diuites* ([a] sicut loquitur S. Hieronymus) *plenis saccellis moreceentur, paupertatem Christi verbo prædicantes*, vt dicebat [b] Arnulphus Episcopus Lexouiensis: *sed minus exhibentes exemplo*, qui insatiabili habendi cupiditate, sitique inexplebili laborantes, opibus fallacibus inhiant, *mandantes*, vt [c] Saluiani verbis vtar, *terræ thesauros luctuosos, hæredibus breue gaudium, auctoribus longum mærorem.* Hoc iniquum & infame auarorum genus nefaria rapacitate, & auiditate diuitiarum insatiabili, magistratus suos insignesque iustitiæ dignitates fœdantium, atque turpiter adulterantium, vt perfecto odio detestaretur Henricum tertium Germaniæ Regem his verbis inter alia Gregorius septimus hortabatur. [d] *Moneo autem te, fili excellentissime, & sincera charitate exhortor, vt in his rebus tales tibi consiliarios adhibeas, qui non tua, sed te diligant, & saluti tuæ, non lucro suo consulant. Quibus si obtemperaueris Dominum Deũ, cuius causam tibi suggerunt, protectorem, propitiumque habebis.* Hi sunt verè coram Deo diuites, qui execrantes auaritiam, voluntariè pauperes sicut egentes, *multos autem locupletãtes*, [e] *quasi nihil habentes proprietate, omnia possidens charitate*: induẽtes affectum locupletandi se cum principis animo, (cui fideliter seruiunt) spiritualibus opibus, eiusque regnum prosperitatibus, dum temporales, propriasque sibi diuitias aspernantur. C Illos vero coram Deo ditissimos esse, licet secundum opinionem vulgi pauperes habeantur, quia virtutum studiosos, ab omni fœda lucri cupiditate penitus auersos, patet ex præclara ratione [f] ab Hugone Cardinali producta in expositione horum Apocalypseos 2. Verborum. *Scio tribulationem tuam, sed diues es.* Quod scilicet illi propter Deum fideliter regi, populoque seruientes iusti, peregrini sunt in terra, instarque peregrinorum vitam inopem, pauperemque traducant. At in patria cœlesti, quo bonorum operum profectibus aduolando contendunt, ingentibus opibus (quas [g] *neque ærugo, neque tinea demolitur*, à furibus liberas) illic repositis abundant. Quis enim mercatorem illum maximas in patria diuitias possidentem, licet illis extra patriam hospes, & peregrinus non vtatur, inopem, pauperemque D dixerit? Propter quam rationem [h] D. Augustinus. *Sancti*, inquit, *amiserunt omnia quæ habebãt, nunquid fidem? Nunquid pietatem? Nunquid interioris hominis bona, qui est ante Deum diues? Hæ sunt opes Christianorum.* Ex quibus ante collegerat Clemens Alexandrinus Christianum hominem vita, moribusque fidei Catholicæ quam profitebatur, conformi refulgentem, solùm ex omnibus mortalibus verè diuitem esse, hæc inter alia dicens. [i] *Non satis animaduertimus quis sit is solus diues, qui quæ sunt longè pretiosissima possidet: magni autem pretij, non gemma, non argentum, non vestis, non corporis pulchritudo, sed virtus.* Has veras hominis Christiani diuitias hac nota designabat Apostolus. [k] *Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia.* Cuius mentem secutus

a D Hieron. ad Rusticum l.2 epist. 13.

b Arnulph. episc. Lexouien. in serm. habito in concilio Turonensi.

c Saluianus.

Gregorius 7. hortabatur Henricum 3. regem Germaniæ, vt consiliarios eligeret sui non bonorum suorum amatores auaritiam detestantes.

d Greg. 7. l. 2. epist. 30.

e 2. Cor. c. 6. v 10.

Boni magistratus, regisque consiliarij osores auaritiæ virtute prædit quamuis pauperes voluntarie, sunt coram Deo ditissimi.

f Huius rei pulchra ratio Hugonis cardinalis in Apoc. 2. *Christi ad Angelum Smyrnæ.*

g S. Matth. c. 6. v. 29.

h D. August. l. 1. de ciuit. c. 10.

i Clem. Alex. l. 3. pedag. c. 6.

k 1. ad Timor. c. 6. v 6.

A Beatus Hilarius hunc Dauidis Prophetæ locum. [l] *Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam.* Non de terræ elemento, sed de humano corde, animoque Spiritu sancto dictante interpretari voluit, cum ipsa terra, quam pedibus calcamus non locupletetur, sed ipsa homines sui incolas fructuum suorum copia, & vbertate locupletet. *Visitauit ergo*, inquit, *Deus terram*, id est, *humanum genus, eaque terra adeo, visitata multiplicatis gratiarum muneribus ditescit*, iuxta illud Apostoli 1. ad Corinth. 1. [m] *In omnibus diuites facti estis in illo.* In eandem sententiam idem sanctus dixit Apostolus. [n] *Altissima paupertas eorum abundauit in diuitiae simplicitatis eorum, quia secundum virtutem (testimonium illis reddo) & supra virtutem voluntarij fuerunt.* Altissimam dixit, id est profundissimam, seu exhaustissimam, Græci [o] ἡ κατὰ βάθους πτωχεία. De B Macedonibus loquens. Quorum paupertas cum esset profundissima, seu exhaustissima, illi nihilominus supra vires, & facultates familiares eleemosynas pauperibus Hierosolymorum incolis Christianis profusè magna tacti misericordia largiebantur. Quæ tanta fuit in eis, vt quamuis ad extremam redacti essent inopiam, tamen sic ad largiendũ, & iterandum suæ opera misericordiæ, fratribus afflictis alacres erant, atque prompti, vt quidquid sibi restaret bonorum ad victum in arcis, & scriniis, illud magna incensi charitate profunderent.

Ex qua misericordia contigit, vt quò magis inopes effecti sunt, eò locupletiores coram Deo fierent simplicitate, animi candore, aliarumque virtutum operibus, in quibus veræ opes diuitięque continentur. Quæ verarum diuitiarum con- C sideratio, in mente S. Ambrosij altiùs insidens, hæc illum præclara tanto digna doctore eloquia sancto ore veraciter effundere compulit. [p] *Verè diues est, qui in conspectu Dei potest diues videri, in cuius conspectu terra exigua, mundus ipse angustus est: itaque solum illum Deus diuitem nouit, qui fit diues æternitati, qui non opum, sed virtutum fructus recondat. Nemo est diues, qui quod habet secum hinc auferre non potest. Quod enim hic relinquitur non nostrum, sed alienum est. Diues Enoch fuit*, [q] *qui quod habuit secum transtulit.* [r] *Diues Elias, qui virtutum suarum thesauros curru igneo sublimis sedibus æthereis inuexit, & tamen iste non mediocres diuitias hæredi reliquit, quas ipse non amitteret.* Sed præter has spiritales opes in bonis magistratibus, fidelibusque principis Christiani consiliariis, seculares, temporalesque diuitiæ cum securitate salutis stare possunt, non auaritiæ com- D mixtæ, sed illi animorum contagioni penitus aduersæ ad bonos piosque vsus reuocatæ. [s] *Non enim ipsa diuitiæ per se noxiæ, sed mentes malè vtentium criminosæ*, inquiebat Saluianus. Ratio in promptu à S. Hieronymo traditur dicente. [t] *Vnusquisque non hominum, sed rerum pondere iudicandus est. Nec diuitis obsunt opes, si ijs bene vtatur*, sicut è contrario: [u] *Nec pauperem egestas commendabiliorem facit, si inter sordes, & inopiam peccata non caueat.* Quibus post adiungit ista: [x] *Nihil prodest vile palliolum, fulua tunica, corporis illuuies, & simulata paupertas, si nomen suis dignitatem operibus destruat.* Hinc sincera Christi Domini verborum illorum, *Nolite solliciti esse in crastinum*, à Diuo [y] Augustino interpretatio dicente *præcepisse quidem Saluatorem nostrum, non esse cogitandum de*

l S Hilarius in Psalm. 64.

m 1. Cor. c 1.

n 2. Cor. c 8 v. 2.

o Græcè quid sit altissima paupertas.

4. Part. *Vera opes in operibus virtutum contenta, quibus temporales in bonis magistratu salutari nexu iunguntur.*

p S Ambros. epist 10. ad Simplicianũ.

q Genes c 5.

r l. 4. Reg c. 2

Bonis magistratibus atque piis principis Christiani consiliariis opes ab auaritia contagione libera ipsis seruiunt & principi ad salutem simul atque regno.

s Saluianus l. 1. ad Eccles. cathol.

t S. Hieron. 9 epist ad Saluinam.

u S. Matth. 6 v. 34

x D. Hieron. ibid.

Verba Christi nolite cogitare in crastinum exposita.

y S August. lib. de mendacio c. 15.

craſtino, ſed non ad hoc fuiſſe præceptum, vt nihil [A] *pecuniarum viri iuſti, atque pij ſibi ad neceſsitatem, vitæque commoda reſeruarent, ſed ut Deo propter has opes, pecuniaſq; ſeruiretur, & propter earum defectum, paupertatiſque timorem iuſtitia deſereretur.* Propter quod dixit Liuius: [a] *priuata res ſemper offecère, officietque publicis concilijs.* Nam vt alter [b] prophanus ait, *peſsimum veri affectus* (addam & iuſtitiæ) *venenum ſua cuique vtilitas, & auaritia,* [c] *quæ omnia venalia habere edocet,* [d] *quæ fidem, & probitatem euertit; duo iuſtitia regnique ſecuritatis fortiſsima propugnacula.* [e] *Cum nullum ſit officium tam ſanctum, atque ſolemne, quod non auaritia comminuere, atque violare ſoleat;* & ſi mihi liceat auctius, cum Pindaro dicam. [f] [illegible] Scilicet, *Lucro etiam ſapientia capitur, & irretitur.* Propterea Epiſcopi Galliæ de regno [B] Caroli Calui Ludouicum Germaniæ Regem, vt pro ſui fœlicitate regni bonos pioſque iuſtitiæ, palatijque ſui miniſtros veros Dei cultores, huiuſque deteſtandæ perſecutores auaritiæ eligeret, ſic hortabantur. [g] *Conſtituite miniſtros Palatij, qui Deum cognoſcant, ament, & metuant, qui maximam curam gerant, quatenus quicumque mœſtuoſi Palatium adierint, & per quos perrexerint, patrem, & conſolatores mirantes gaudendo vos videri occurrãt, non qualiter dicere volumus, gemendo, & maledicendo refugiant. Conſtituite miniſtros, & comites reip. qui non diligant munera, qui odiant* (ſcilicet odio habeant) *auaritiam, qui deteſtentur ſuperbiam, qui non opprimant, neque deboneſtent Pagenſes,* [h] *qui meſſes, & vineas, & prata, & ſyluas eorum nequaquam deuaſtent, &c.* Sed quàm ſit execranda corrupta magiſtratuum, præfectorum iuſtitię, populorumque directioni vita, plurimis auaritia, [C] ambitione, fraude, imperitia, aliiſque ſordidata vitiis, quàmque ſeuerè in illos Chriſtiani principes animaduertere debeant, vt iram, indignationemque Dei à ſuo, populique capite repellant, calamitatibuſq; ex impunita illorum iniquitate in regna, reſque publicas erumpentibus aditum viamque præcludant: rectus ordo, ſerieſque ſermonis poſtulat, vt nonnulla capite ſequenti dicamus.

a Liuius l. 22.
b Tacit. l. 1. hiſt.
c Saluſt. in Cat. l.
d Saluſt. ibid.
e Cicero orat. pro Quintio.
f Pindarus.
g Epiſtola Epiſcoporum Galliæ ad Ludouicum regem Germaniæ.
h Paganos intelligit.

CAPVT IX.

Quàm ſcelerata corruptorum magiſtratuum, regiſque conſiliariorum vita, iuſtis ſubiuganda ſupplicijs: quæ neglecta maximas illis, regno, principique [D] miſerias inuehunt.

1. *Excellentes in vero magiſtratu qualitates requiſita, improbitatem corruptorum magiſtratuum magis infamem deteſtabilemque demonſtrant.*
2. *Magiſtratuum, iuſtitia officiorum venalitas & corruptio per munera, iuſtitia miniſtrorum Reipublicæ regnoque pernicioſiſsima.*
3. *De pœnis in corruptos iuſtitia miniſtros principum lege decretis.*

[A] PLATO ſuam bene diſponens Rempubl. & inſtruens, eiuſque partes, atque membra præcipua varijs virtutibus tanquam corporis publici neruis ſtabiliens, atque corroborans, cum ad iudices, iuſtitiæque diſpenſatores ſuæ rectores politiæ componendos, conformandoſque peruenit: eorum breuiter ita munus, officium, qualitateſque complexus eſt. [i] *Signum malè ſe habentis ciuitatis præcipuum, ſi diligenti medicorum, iudicumque indigeat opera. Iudex autem, aut medicus eligendus eſt ingenio prudens, ſenex, multos homines, & bonos, & malos expertus, publici boni amator, atque in hoc per experientiam comprobatus.* Omni carere vitio [B] magiſtratum aliorumq; directorem in ſocietate ciuili, contrarijſq; fulgere virtutibus, 12. tabularũ lex imperabat. [k] *Senatorius ordo,* inquit, *vitio careat, cæteris ſpecimen ſit: nec veniat quidẽ in eum ordinem quiſquã vitij particeps.* Hæc cõfirmabant iſta Tullij primo de legibus verba. [l] *Eſt ei cui reſpubl. commiſſa eſt neceſſaria oratio, & ſapientia, qua regat populos, qua ſtabiliat leges, qua caſtiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros viros, qua præcepta laudis, & ſalutis aptè ad perſuadendum edat ſuis ciuibus, qua hortari ad decus, reuocare à flagitio, conſolari poſsit afflictos, factaque, & conſulta fortium, & ſapientium cum improborum ignominia ſempiternis monimentis prodere.* Bonique idem pater eloquentiæ [m] magiſtratus eſſe putat, *non ſolum videre quid agatur, verum etiam prouidere quid futurum ſit.* Propter quas virtutes quibus illuſtrari magiſtratuum animos o- [C] portet, eos magiſtros Reip. iuriſconſulti veteres appellarunt: vnde *magiſtratum à magiſtris dictum fuiſſe:* Paulus Iuriſconſultus [n] in L. quibus ff. de verborum, & rerum ſignificatione commemorat. [o] Et Cicero: *Legum miniſtri,* inquit, *Magiſtratus: legum interpretes iudices, idcirco omnes legum ſerui ſumus, vt liberi eſſe poſsimus.* Sed miniſterium hoc legum imperium eſt, quod prudenti applicatione, & æquitate has leges moderetur, & regat. Propterea Plato [p] *magiſtratus, iuſtitiaque diſpenſatores ſcelerũ puros, integros vita, prudentia claros, plerumque ipſis legibus præferendos eſſe iudicauit,* quod leges ſine illorum miniſterio, & auctoritate, euanidæ inutileſque eſſe videantur: at ſine legibus boni magiſtratus ſubſiſtere, populumque in officio continere poſſe credantur. Vt magiſtratum non malè legem viuam, & loquentem Marcianus [q] Ciceroque [r] dixerint. Quem propterea à recta ratione, virtuteque deflectere, atque delirare contra naturam ſui muneris eſt. Vnde præclarè Iamblicus propterea dixit: [illegible] *Seruatorem, & cuſtodem legum, tam incorruptum oportet eſſe, quàm ſummè fieri poteſt in humana natura.* Quem generoſum, fortique animo ad ſubeunda, ſuperandaque quantumuis grauia pericula, pro defenſione iuſtitiæ ſapiens deſiderat, ſecus vt iudicandi munus euitet, his verbis admonet. [s] *Noli quærere fieri iudex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.* Ex quibus conſiderata iudicis, atque magiſtratus excellentia, (ſine quorum prudentia, ac diligentia ciuitas eſſe non poteſt, & quorum

i Plato l. 3. de Rep.
Qualitates magiſtratus, & iudicis.
k Cicero l. 3. de legibus.
l Cicero ibid.
m Cicero pro Milon.
Magiſtratus vnde dictus.
n L. 57. quibus ff de verb. & rerum ſignif.
o Cicer. orat. pro Cluentio.
p L. 3. de legibus. Plato bonos magiſtratus prætulit legibus.
Magiſtratus lex loquens.
q Marcian in l. nam & ipſo ff de iuſtitia, & iure tit. 1.
r Cicero l. 3. de legib
Sententia pulchra Iamblici.
s Eccl 7 v. 6.
Ex præſtantia muneris iudicis, & magiſtratus cognoſcitur magna corruptorum iudicum improbitas.

A & quorum diſcretione, virtuteqoe omnis reipubl. moderatio continetur) euidenter apparet, quàm execrabiles ſint inuiſi Deo, & hominibus improbi, corruptique iuſtitiæ adminiſtrandæ præfecti: quos ideo ad honores ſic inquinatos ſceleribus euehere ſanctus Chryſoſtomus[a] opus diabolicum, hominumque improbitatis eſſe iudicauit, cum dixit. *Magiſtratus quidem conſtitneref nit Dei opus, quòd autem improbi ad eos prouehantur, & iis non vt decet vtantur, eſt hominum improbitatis,* quę ſcilicet à diabolo eſt.[b] Diuitiæ magnæ per nimios auaritiæ inſatiabilis æſtus oppetitæ, & acquiſitæ obſtant philoſophantibus, vt ad Lucilium Seneca ſcribebat; quanto magis iudicantibus, publicæque politiæ rectoribus?[c] *Quàm malè nobiſcum agitur*, aiebat Tullius, *cum id quod virtute effici debet, id centatur pecunia*, quæ maior B virtus pro ſalute reipubl. regnique gloria deſideratur, quàm ad faciendum iudicium, & iuſtitiæ iura cunctis fideliter adminiſtranda? Quibos cum indigni propter opes, effuſionemq; diuitiarum reiectis ſapientibus virtute, doctrina, experientiaque agendorum valde capacibus corruptione, auaritiaque monſtrante viam, præficiuntur: quis fons ſcelerum, & iniquitatum ſcaturigines in priuatæ, publicæque ſalutis interitum furioſè oon exundant? Quas propterea deteſtabiles corruptiones publicarum calamitatum gurgites meritò Iuſtinianus[d] Imperator execratus eſt, & execrando minime eas furere paſſus eſt impunè. Sicot ante eum Auguſtus Cæſar,[e] cùm nondum venalitatis turpitudine officia iuſtitiæ ſorderent, eum qui largitionibos factis ma- C giſtratum aliquem ambiiſſet hac pœna, caſtigationeque mulctauit, vt notatus infamia, magiſtratuum, iuſtitiæque dignitatum in poſterum, aditu prohiberetur.[f] Vopiſcus in Aureliano labentis, ruentiſque imperij ſigna manifeſta notauit; quod ſub illo Imperatore venalitatis turpitudini, auaritiæque tyrannidi iuſtitiæ dignitates, honoreſque magiſtratuom cæperint indigniſſimè ſubiugari. Notæ ſunt Caſſiodori[g] religioſiſſimi ſenatoris aduerſus venalia iuſtitiæ munera, turpiſſimaſque officiorum reip. nundinationes, querelæ, lamenta, & imprecationes: quod hæ reipub. dignitates, iuſtitiæque munera non hominibus, ſed diuitiis, oon merentibus, ſed indignis, immeritiſque auri, argentiqoe largitione deprauata donarentur. Sed heu! quàm funeſtum væ, infortu- D niumque tanquam fulmen è nubibus indignationis, & iræ diuinæ fulminatum eſt, ſuper hoc Galliæ regnum ab interitu[h] Ludouici 12. Regis Franciæ, patriæ patris vulgo cognominati? Quod fœdiſſima hæc officiorum iuſtitię venalitas in miſeros Gallos regni huios incolas, ingenti cum pacis, religioniſque Chriſtianæ diſpendio, magno maledictionis, iniquitatiſque turbine contorſit? Hac graſſante auri, argenti corruptione.[i] *Nullum crimen non impunè fuit, nulla innocentia ab oppreſſione libera.* Hinc illę in ſacris literis aduerſus corruptos muneribus iudices, Dei maledictiones effuſæ.[k] *Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam ſanguinis innocentis. Et dicet omnis populus: Amen.* Et Eſaiæ cap. 5.[l] *Væ qui iudicatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Propter hoc ſicut deuorat ſtipulā & ligna ignis, & calor flamma exurit: ſic radix eorum quaſi fauilla erit, & germen eorum, vt puluis aſcendet.* Has auarorum, corruptorumque iudicum maledictiones, vtcumque

a S. Chryſoſt. in epi. ad Ro. c. 13.

b Senec. ad Lucil.

c Cicer 2. off

Magnum & pernicioſum vulnus perdenda reip venalitas officiorū, præſertim verò qua iuridicūdo praſigātur.

pœna per corruptam largitionem ambientibus magiſtratibus.

d Iuſtinian. Imp Nouell. 8.

e Dio Caſſ l. 54.

f Vopiſcus in Aurel.

g Caſſiod. l 9. epiſt. 9.

h Legantur annales Franciæ anni 1499

Per corruptionem munerum nullum crimē nō impunitum nulla innocentia ab oppreſſione libera.

i S. Iſidor. l 3. de ſummo bono.

l Deuter. c. 16.

c Eſaiæ c 5.

Maledictiones Dei in corruptos auro iudices, & alios.

etiam prophani ſcriptores agnouerunt, cum lubricarum, & iniquitate partarum diuitiarum exitum miſerum, funeſtumque commemorant,[m] *Quæ ſunt diuitiæ, quas non egeſtas, fames, & mendicitas à tergo ſequatur?* Quis verſatiles, inſidoſque fortunæ motus miſeris auaris, ambitioſiſque crudeliter illodentes mortalibus, *nunc ab illa*,[n] vt ait Ammianus, *in ſydera euectis, nunc ad Cocyti profunda merſis* ignorat?[o] *Omnis inſtabilis, & incerta fœlicitas eſt. Quis crederet ſupra crepidinem Marium aut fuiſſe conſulem, aut futurum? Quid non timendum fœlicibus putas; quid deſperandum infœlicibus?* Quæ tam miſera ioſtitiæ miniſtris populoque dicentibus iora cæcitas, propter opes corruptionem in ſe, ſuaſque dignitates admittere? ſacrumque iuſtitiæ, æquitatiſque miniſterium ardore di- B uitias per fas, nefaſque cumulandi, cauponari?[p] *Cùm diuitiarum ſicut formæ gloria tam fluxa, & fragilis ſit.*[q] *Cùm tot diuitum ſubita paupertas in oculos incidat, & nobis nunquam in mentem veniat, noſtras quoque opes æquè in lubrico poſitas. Cum ille Craſſus* (inquit idem Seneca) *inter reges opulentiſſimus ad tormenta poſt tergum vinctis manibus ductus ſit? Miſeri qui hac inſatiabili diuitiarum cupiditate cæcati, corruptique, cernere non poſſunt nec agnoſcere[r] mutari vices fœlicitatis humanæ! & de ſuis fortunam muneribus ludere! & quæ dedit auferre![s] diues quondam dominus, & ditior pater ſubito orbus, & nudus eſt*, inquit ſanctus Hieronymus. Hæc furia cupiditatis auaræ, & ardoris habendi, Saluiani tempore magiſtratuum Romani imperij, præſidumque prouinciarum ſub imperatoribus adeò C mentes, animoſque peroaſerat: vt ab illis crudeliter oppreſſi populi, Galliarum præſertim, mallent ſeruire barbaris, quàm Romanis, nimioque corruprorum iudicum furoris ęſtu grauati, atqoe perculſi, diſcoſſo Imperatoris Romani iugo, ad dominationem barbarorum, vt à ſuis miſeriis, calamitatibuſque leuarentur, coufugere cogerentur. Audiamus magnom illum Epiſcoporum ſui temporis magiſtrum, quid de tanta corruptorum auaritia magiſtratuum crudelitate, & de oppreſſorum ab illis populorum calamitate dicat.[t] *Interea*, inquit, *vaſtantur pauperes, viduæ gemunt, orphani proculcantur in tantum, vt multi eorum, & non obſcuris natalibus orti, & liberaliter inſtituti ad hoſtes fugiant, ne perſecutionis publicæ afflictione moriantur: quærentes ſcilicet apud barbaros Romanam humanitatem, quia apud Romanos barbaram* D *immanitatem ferre non poſſunt.* Et in eodem libro hoſtes barbaros Gothos ſcilicet Gallis fuiſſe benigniores, quàm magiſtratus Romanos ſic oſtendit hæc de talibus immanitate, auaritiaque fœdatis efferens.[u] *Qui in ſimilitudinem immanium beſtiarum non rexerunt traditos ſibi, ſed deuorarunt, nec ſpolijs tantum hominum* (vt plerique latrones ſolent) *ſed laceratione etiam, & vt ita dicam, ſanguine paſcebantur. Ac ſic actum eſt, vt latrocinijs iudicum ſtrangulati homines, & necati inciperent eſſe quaſi barbari, quia non permittebantur eſſe Romani. Acquieuerunt enim eſſe, quod non erant, quia non permittantur eſſe quod fuerunt: coactique ſunt ſaltem vitam defendere, quia iam libertatem videbantur penitus perdidiſſe.* Et poſt aliqua.[x] *Sed quid poſſunt aliud fieri miſeri, qui aſsiduum imò continuum exactionis publicæ patiuntur excidium? Quibus imminet ſemper grauis, & indefenſa proſcriptio: Domos ſuas deſerunt, ne in ipſis domibus torqueantur: exilia petunt ne ſupplicia ſuſtineant: Leuiores*

m Seneca lib. de tranquill. c. 11.

n Ammianus Marcell. l. 14. in fin.

o Seneca l. 1. controuerſ. 1.

p Saluſt. in Catil.

q Seneca de conſolat. ad Martiam c 9.

Seneca l. 5. controuerſ. 2.

r Senec. ibid.

ſ Hieron l. 2. ad Iulian. ep. 21.

ſ Saluian. l. 5. de diu. iudic. & prouid. Dei

Contra corruptos immaniſque proconſulum rectoris magiſtratus & iudices populorum oppreſſores.

o Salu. ibi.

Immanitas rectorum barbaros reddit, & ferinos.

x Ibid.

bis hostes, quàm exactores sunt, & res ipsa hoc indicat, &c.

g. Poss. De pœnis in corruptos depravatosque iustitiæ ministros principum lege decretis.

Quàm igitur iusta principum Catholicorum in reip. Ecclesiæque pestes in tam perniciosos humanæ societati non ministros iustitiæ, sed oppressores, non iniquitatis vltores, sed fautores animaduersio, vindictaque, considerata patratorum ab illis scelerum grauitate, perniciegue statuetur! Quàm verum, pulchrumque illud in eam sententiam Agapiti Diaconi in sua Parænesi cum Iustiniano magno habitum sapienter eloquium.[a] *Terrarū orbis à Deo cùm concreditum sit tibi regnum, caue ne aliquo vtaris ex prauis ad rerum administrationem: quæ enim perperam fecerint, eorum rationem reddet Deo, qui peccandi facultatem illis indulserit. Æquale reor esse malum peccare, & non cohibere peccantes.* Quam his conforme illud S. Isidori?[b] *Ad delictum pertinet principum, qui prauos iudices contra Dei voluntatem populis fidelibus præficiunt. Nam sicut populi delictum est, quando principes mali sunt: sic principis est peccatum, quando iudices iniqui existunt.* Quos crudelissimis latronibusque rapacissimis reipubl. ac populo nocentiores in eodem capite post quædam, verbis istis aperit.[c] *Grauius lacerantur pauperes à prauis iudicibus, quàm à cruentis hostibus: nullus enim prædo tam cupidus in alienis, quàm iudex iniquus in suis. Latrones inaccessis fauciibus ac latebrosis latentes insidias ponunt. Isti palam rapacitatis auaritia sæuiunt: Hostes in alienorum tantum sanguinem intendunt, iudices quasi crudelissimi carnifices ciuium, oppressione sua subiectam vitam extinguūt. Qui enim destruant multi sunt, rari sunt autem qui populos legum moderatione regant.*

a Agapiti in Paræn. ad Iustinian. M.

b S. Isidor. l. 3. sentēt. c. 52. in princip.

c S. Isid ibid.

Iudices corrupti hostibus latronibusque immanissimis populo nocentiores.

C Et quisnam bonorum principum tales furentes insania, & auaritia seuerissimè non castigabit? Sicut optimi regis est, atque monarchæ Catholici bonos iudices creare, & ad præmia, dignitatesque propter eorum virtutes prouehere, sic contra improbos deprimere, & ad supplicia, infamiamque propter suas iniurias, dolos, & scelera detrudere.[d] *Vos estis*, aiebat Theodosio iuniori sanctus Cyrillus, *& omnium supremarum dignitatum fontes, & supra omnem eminentiam, humanaque fœlicitatis principium, & origo.* Vt scilicet qui boni sunt magistratus à vestra dignitate profecti, vestræ liberalitatis imperatoriæ fructus benignè percipiant, qui secus fecerint, potentiæ vestræ seueritatem iustissimè depositi sentiant. Cincia lex Romanæ democratiæ dum iura manebant, donationes immodicas prohibere, effrænatæque munerum licentiæ modum imponere voluit, vt auaram senatorum, iudicumque opes congregandi cupiditatem, iustitiæ fræno prohiberet: qui donorū, largitionumque ministerio omnem plebis, clientumque substantiam fraudulenta rerum vendicatione furabantur. Hinc Marci Catonis apud Liuium exclamatio.[e] *Quid legem Cinciam de donis, & muneribus excitauit? nisi quia vectigalis iam, & stipendiaria plebs esse senatui caperat?* Memorabile hoc Constantini magni contra improbos magistratus malè se in iustitiæ ministerio gerentes vilia corruptionis mancipia, dignum quod hic inseratur edictum.[f] *Si quis est cuiusque loci, ordinis, dignitatis, qui se in quemcunque iudicum, comitū, amicorum, vel palatinorum meorum aliquid veraciter, & manifestè probare posse confidit, quod non integrè, atque iustè gessisse videatur, intrepidus, & securus accedat interpelletque, ipse audiam omnia, ipse cognoscam, & si fuerit comprobatum, ipse me vindicabo.*

d S. Cyrill. l. de recta in Christum fide ad Theodos. iuniorem.

Cincia lex contra corruptos magistratus, & iudices.

e Tit. Liu. l. 34.

Pulchrum Constantini magni contra corruptos magistratus, & iudices edictum.

f Sigon. l. 5. de occid. imper.

A *Dicat securus, & bene sibi conscius dicat. Si probauerit, vt dixi, ipse me vindicabo de eo, qui me vsque ad hoc tempus simulata integritate deceperit. Illū autem qui hoc prodiderit, & comprobauerit, & dignitatibus, & rebus augebo. Ita mihi semper diuinitas summa propitia sit, & me incolumem præstet, vt cupio, fœlicissima efflorente repub. &c.* Hæc cum esset Nicomediæ Constantinus magnus. Arcadium Imperatorem corruptos magistratus, hæreticos occultè, exteriùs per hypocrisim Catholicorū speciem præ se ferentes, non modo honoris loco motos, dignitatibusque priuatos reiecisse, sed etiā graui pecunia mulctatos in exilium pepulisse[g] Marcus diaconus in actibus S. Porphyrij Gazansis Episcopi commemorat.

Præmium promissum Constantinus magnus accusatoribus malorum magistratuum.

g Marc. Diac. in actibus S. Porphyrij.

B Marcianus Imp. simul atque[h] ab exercitu Imperator proclamatus est, à cohibenda refrænandaque magistratuum auaritia initium reformandi imperij exorsus est: edicto celebri omnem per pecunias ad honores reiq; publicæ dignitates aditū, viamque vetās, & prohibens. Quid hoc minus facerēt Christiani reges, ac imperatores? cū ethnicus Imperator Alexāder Seuerus emptiones venditionesque iustitiæ munerū, eisque auaritia sordidos inhiantes magnopere fuerit execratus? hæc sæpius iterans.[k] *Et ego non patiar mercatores potestatum, quos si patiar damnare nō possum. Erubesco enim punire eum hominem, qui emit, & vendit.* Hanc iustam seueritatem in corruptos palatij præfectos, pecuniaque iustitiæ cauponantes honores, principi persuadebat magnum illud magistratuum Catholicorum decus, & ornamentum,[l] Cassiodorus, eum diceret. *A domesticis velis inchoare disciplinam, vt reliquos pudeat errare, quando suis agnosceris excedendi licentiā non præbere.* Iudex nāque, aut quiuis magistratus corruptione pecuniæ deformatus in iustitię iura, legesque peccans, maiori dignus est supplicio, quàm falsarius monetæ regiæ, pecuniæque nefarius adulter. Quod illius, quàm huius grauius scelus esse perhibeatur, iuxta illud Demosthenis[m] *καὶ μεῖζον εἶναι τὸ ἀδίκημα τὸ τοὺς νόμους διαφθείρειν, ἢ τὸ ἀργύριον, maius esse flagitium corrumpere leges, quàm argentum.* Dicti sui hanc rationem subiunxit: Multas quondam ciuitates saluas, incolumesque substitisse, quamuis non puro, sed plumbo, ærique mixto argento vterentur: at nullam remp. in flore pacis, splendoreque salutis diu permansisse memoratur, quæ vel leges iniquas amplecteretur, vel suas rationi conformes

h Theod. lector. l. 1 collectaneorum ex tom 2 bibliothec. sanctæ.

k Lamprid. in vita Alex Seueri.

l Cassiod. l. 10. variarū ep. 5.

m Demost. in orat. contr. Dimocrat.

Peius est leges, iustitiaque iura adulterare, quàm monetā principis corrumpere.

D auaritiæ, aut alterius vitij corruptione turpiter adulterari pateretur. Ideo idem ipse Græcorum princeps[n] eloquentiæ alibi eos omnes, qui iustitiæ iura violant graui castigari supplicio debere scribit. Sed longe grauiori illos aliquo iustitiæ ministerio honoreque magistratus publici cohonestati, qui splendorē illius, pulchritudinemque, cuiusque corruptionis turpitudine fœdant, & cōtaminānt. Quod si lex[o] imperatoria eū iudicē qui solum in reddendo iure negligens extitit, ignominiosa magistratus eiuratione plectere censuerit: quantò magis oppressorem iustitiæ, qui ad violandas illius leges, vastandasque scelere turpissimæ corruptionis accessit, pœnis suppliciisq; diuina, humanaq; iura mactabunt? Qui considerata qualitate dignitatis suæ plus exemplo, quàm peccandi licentia grauiùs alios, remque publicam proprij temerator officij vulnerat. Quoniam.

[p] *Omne animi vitium tanto conspectius in se*
Crimen habet, quantò qui peccat maior habetur.

n Demost: in prin orat. 2. contra Aristogit.

o l. Si quis Co. de offic. præfect. prætor. l. 2 Cod de sport. l. D. in f. ff de officio præsidis.

Corruptus iudex plus exempla, quàm facta nocet.

p Iuuenal Satyr. 8.

[a] Saluian. l. 4. de gubern. Dei.

Et vt præclare Saluianus,[a] *criminosior culpa est vbi honestior, si honoratior persona peccantis, peccati quoque maior inuidia. Furtum in omni quidem est homine malum facinus, sed damnabilius absque dubio si senator furatur. Certè cùm malorum condemnatio laus bonorum fit*, ait[b] sanctus Hieronymus, *& pœna quæ alios à peccato deterret à Platone,*[c] *πα-ρα-δε-ι-γμα, exemplar videlicet, documentumue nominetur:* quis non videt quàm iustum sit, quàmque reip. profuturum, iudicis, magistratusue in officio suo principis coronæ, salutique populi necessariu, atque salutati indignissimè delinquentis, iniquitates, & scelera impunita non relinquere? vt iusta in rectores populi, iustitiæque ministros animaduersione cæteri peccare, seque sceleribus inquinare vereantur?[d] *Cum omnis pœna non tam ad delictum, quàm ad exemplum pertineat? Plectuntur quidam*, inquit[e] sanctus Cyprianus, *quo cæteri corrigantur, exempla sunt omnium tormenta paucorum.* Veréque illud sicut egregiè dictum à Seneca:[f] *vt fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu, sic animaduersiones magnarum potestatum terrent latiùs quàm nocent.*

[b] Hier. epi. 2. ad Nepotia. tom. 1.
[c] Apud Gellium l. 6 noct. Attic. c. 14.
[d] Quintil. declamat. 274.
[e] Cypr. ser. 50. de lapsis.
[f] Seneca l. 1. de clement.

CAPVT X.

De magnis miserijs quas impunita corruptorum iudicum scelera producunt.

1. *Funesti principum exitus & Romani vastationes imperij per corruptos perfidosque prouinciarum præsides, infidos Imperatorum consiliarios.*
2. *Quam miserum est in Christiano imperio, illud pecunia aliaue corruptione tentare, quod virtute effici debet.*
3. *Iudices corrupti auarique magistratus, non erunt immunes à calamitate, quam imperio improbitate corruptioneq; sua pepererũt.*

SI nefariorum magistratuum populis sub summi principis auctoritate iura perfidè dicentiũ, tam nefandę suę corruptioni, iustitię sanctitatẽ, puritatemque prostituentium, meritæ pœnæ, debitaque supplicia contemnantur: dici non potest quantæ miseriæ, calamitatesque iusto Dei iudicio, regnis, principibus, populis ingruant, illapsæque sæuiant. A quarum tonitruo, scelerati iustitiæ corruptores, per quos in rep. regnoque Christiano tot mala debacchantur, immunes minimè remanebunt. Constans Imp. valde Catholicus Constantini magni filius, magno suo malo, & funesto vitæ exitu expertus testari potuit, quàm miserum sit ad imperij dignitates, indignos, incapacesque, nõ virtute, sed pretio, non ratione, & iudicio, sed passione, & ardore priuatę dilectionis euehere, eisq; in officio suo delinquẽtib. indulgere. Qui ab his proditione execrabili, proh sceleris horror! crudeliter interẽptus est. Quos nẽpe Chrestum, Marcellinũ, Magnentiũ, corruptus vita, religione, moribus ad præfecturas imperij, dignitatesq; iustitiæ non merito, sed fauore, non virtute, sed priuata dilectione prouexerat, in quorum magnis sceleribus diu nimiumque dissimulauerat.

Aurelius Victor in epitome hist. in Annibaliano, iuniore & Cõstante fratrib.

Quantum vero scelus, & nefas corruptorum iustitiæ ministrorum, prouinciarumque præfectorum impunè toleratum, reip. perniciem, calamitatemque causetur, funesta, ignominiosaque Romanorum clades funeraque crudelia testatur. Quos barbari, ferinique Gothi iusto Dei iudicio in Gallia superarunt, propter iniustitias, dolos crudelitatis varietate distinctos, corruptiones, auaritiæ, aliaque scelera, quibus magistratus, prouinciarumque præsides coinquinati miseros Gallos immanissimè diuexabant. De quibus hæc post multa expostulando Saluianus.[e] *Vbi enim, & in quibus nisi in Romanis tantum hæc mala? Quorum iniustitia tanta, nisi nostra? Franci enim hoc scelus nesciunt: Hunni à sceleribus immunes sunt: nihil horum est apud Vuandalos: nihil horum apud Gothos: tam longè enim est, vt hæc inter Gothos barbari tolerent, vt ne Romani quidem, qui inter eos viuunt, ista patiantur. Itaque illic Romanorum omnium votum est, ne vnquam eos necesse sit ius transire Romanorum: vna & consentiens illic Romana plebis oratio, vt liceat eis vitam quam agunt agere cum barbaris. Et miramur, si non vincãtur à nostris partibus Gothi, cùm malint apud eos esse, quàm apud nos Romani. Itaque non solùm transfugere ab eis ad nos fratres nostri omnino nolunt, sed etiam vt ad eos confugiant, nos relinquunt. Et quidem mirari satis non possumus, quod hoc non omnes omnino faciant tributarij pauperes, & egestuosi: nisi quòd vna causa tãtum est, quã non faciunt, quia transferre illuc resculas,* scilicet res paruulas, diminutiuum rei, *atque habitantiunculas suas, familiasque non possunt &c.* Post hæc ostendẽs quomodo occasione corruptorum iudicum, nefariorumque iustitiæ præfectorum, pauperes, & infirmi, vt coloni, agricolæ, alijque Galliæ populi à potentioribus miserrimè vexarentur, & oppressione tyrannica percellerentur, conniuentibus, ad istorum potentiorum scelera corruptis, deprauatisque magistratibus, concludit, nemini mirum esse debere, quòd Romani non minùs turpiter, quã ferociter à barbaris pugnãte pro his cõtra illos vltione diuina vincerẽtur. Cũ post multas querelas, & gemitus exclamat.[f] *Et miramur si nos barbari capiunt! cùm fratres nostros nos faciamus esse captiuos! Nihil ergo mirum est, quod vastationes fiunt, atque excidia ciuitatum. Diu id plurimorum oppressione elaborauimus, vt captiuando alios etiam ipsi inciperemus esse captiui &c.*

Romani victi à Gothis in Gallia propter iniustitiam, immanitatem, auaritiamque iustitiæ ministrorum, atque præsidum prouinciarum.

[e] Saluianus l. 5. de vero Dei iudicio.

Conniuentibus corruptis iudicibus pauperes oppressi à potentioribus victoriam barbaris contra Romanos pepererunt Deo contra hos pugnante pro illis.

[f] Saluian. ibi.

Sacræ testantur historiæ temporibus Zenonis Imperatoris maximas calamitates, publicasque miserias Imperatori huic eiusque imperio propter malitiam, extremamque magistratuum imperij, iustitięque ministrorum corruptionem violenter erupisse: & indignos non nisi auro, argentoque, capacitate virtutis eiurata, ad augustas palatij dignitates, imperijque venerandos honores, accessus, intrusis, exitium, extremũque funus casu terribili procreauisse. Audiantur ex omnibus sacris Scriptoribus Ecclesiæ Suidæ relationes his conceptæ verbis.[g] *Bonam gubernationem Romani sensissent nisi Sebastianus tum in aula potentissimus illum* (scilicet Zenonem Imperatorem) *quouis suo arbitratu impulisset, velut in foro componens omnia, nec sine pretio quicquam in regia fineris confici. Nã & magistratus vendebat omnes pretio tum sibi reseruato, tum Imperatori communicato: quod si quis accessisset, qui paululum quicquam adijceret, is præferebatur. In toto denique palatio nihil erat rerum omnium quod venale non esset. Quod si Zeno magistratum ali-*

Regnante Zenone Imp. magna imperiũ, & ipsum calamitates aduersa sunt, propter immanem officialium iniustitiam sub illa corruptionem.

[g] Suidæ hist. in Zenone verb.

Sebastiani auctoritas in aula Zenonis Imper. iniustitia quãta malo imperio imperatorique pepererũt.

quem suis familiaribus contulisset; ipse mancipij instar cum ab illis redemptum pluris vendebat alijs, Zenoni farta præbens. Hæc Suidas. Ex illo corruptionis nequitiæque fonte, manu Dei viuentis in palatium Imperatoris oppressoris iustitiæ fulminante, vnici Zenonis Imper.[a] filij ingurgitati voluptatibus, admodum iuuenis interitus, violenta[b] Zenonis ab imperio per tyrannum Basiliscum extrusio, tandemque eiusdem funestissimus, viui[c] sepulti suas aspernantis iniustitias, & dolos contra religionem Catholicam, remque publicam excitatos, tumulus, interitusque promanarunt.

a Suidas ibid. Mors filij Zenonis.
b Marcellinus in chron. an. 476.
c Euagr. l. 3. c. 29. hist.

Heu quàm miserum, principibus indignos, incapaces, & impios ad honores, & officia reip. præcipua, dignitatesque corruptione auri, & argenti, vel alterius aolici fauoris assumere! Pudeat Christianos audire prophanos expostulantes, querentesque.[d] *Iam pudori, probitati, virtuti, rectis studiis, bonis artibus nihil esse loci relictum?*[e] *Quòd omnia virtutis præmia ambitio possideat*,[f] *quòd suspecta, neglectaque virtus sit; inertia autem, imo & malitia fraudulenta habeatur in pretio.* Vobis ô principes scientibus, at saltem conniuentibus, imperiti religionis dubiæ, corruptioni mancipati, dignitates principatus vestri nundinantur, iustitiæ cauponantur officia: vt postea de sanguine, & visceribus ciuiũ, regisque subditorũ pecunias, quas emendis iustitiæ officiis impenderũt, corradẽtes, auidius eorum fortunas helluentur.[g] *Væ illis qui diligunt munera, sequuntur retributiones*,[h] *in quorum manibus iniquitates sunt, & quorum dextera repleta est muneribus.*[i] *Quibus fides, decus, pietas, postremò honesta, atque inhonesta omnia quæstui sunt.* Tales iniquitatis sectatores, indicentesque perpetuò iustitiæ bellũ corruptione sua, vos, ô Christiani principes, à conspectu vestro repellite, auertite, detestamini. Ne hæc Dei maledictio vobis intonet.[k] *Iudicium durissimum fiet his, qui præsunt.* Et illa[l] *Potentes potenter tormenta patientur.* Mementote nouissimorum: vt terribile illud extremi iudicii fulgur tonitruumque diuina inflammatum ira securè declinare valeatis.[m] *Qui enim considerat qualis erit in morte*, inquit S. Gregorius, *semper timidus fiet in operatione.* Talibus enim iustitiæ vestræ præfectis imperitia, malitiaque deformibus vestræ maiestati non tam seruientibos quàm insidiantibus vestri pax terreni regni, splẽdorque nutando periclitatur: Insuper spes, & expectatio regni cœlestis non mediocriter alteratur. Vt egregius ille doctrina, pietateque Rhemẽsis Archiepiscopus, Fulco, tales iustitiæ ministros, regisque consiliarios corruptione varia fœdatos execrando, Regem Franciæ Carolum cognomento simplicem his verbis admonebat, & ad eos sua indignatione insectandos hortabatur. *Reuera qui tale vobis dant consiliũ* (scilicet fœdus ineundi Northmannis adhuc tunc tẽporis infidelibus largitionibos corrupti) *non fideles sed per omnia infideles esse comprobantur: quos si audire volueritis, terrenum simul, & cæleste regnum amittetis. Deprecor itaque vos per Dominũ, vt tale deseratis consilium, neque velitis vos in æternum præcipitare interitum, & mihi cæterisque, qui secundùm Deum vobis fideles sunt, æterni doloris afferre dispendiũ.* Post hæc concludens ait. *Hæc gemebundus scribo, quoniam cupio vos secundùm Deum, & seculum esse honoratos, & non Satana, sed Christi adiutorio ad debitum vobis conscendere regni fastigium. Regnum enim quod Deus dat firmum habet fundamentum: quod verò per iniustitiam, & rapinas acquiritur, caducum est, & citò deciduum, nec diu poterit permanere.*

2. Pars. Quàm miserũ in imperio Christiano pecunia, & corruptione tentari quod virtute offici debet.
d Cicer. l. 5. epist
e Salust. in Catil.
f Plin. epist. 8.
Væ mercatoribus iustitiæ officiorum.
g Esaiæ c. 5.
h Psal. 25.
i Salust. in Iugurt.
k Sapient. c. 6
l Ibid.
m Eccles. c. 38
S. Greg. l. 28
Fulconis Archiep. ad Carolum Simplicem regem Galliæ Masso. ni l. 2. annal. Franciæ. Cum infidelibus fœdus non ineundum.
Ibid. Fulco. Bonis subditis sue principi optant gloriam temporalem, & æternam.

At qui tot mala causantur corrupti, iustitiæ nundinatores, infidique principum consiliarij, ab eorum fragore salui, immunesque non effugient: sed tandem nisi salutaris obstet pœnitentia, eorũ inundationibus absorbebuntur. Ne glorientur in diuitiis suis per oppressionẽ iustitiæ malè partis: festinata quippe earum diuitiarum copia arguit eos improbitatis, vt Lucio Syllæ suas iactanti facultates, & opes appositè quidam respondit.[n] *Quomodo tu vir bonus esse potes, qui tantas possideas opes, cùm à patre tuo nihil tibi sit relictum?* Verumque sit illud Menandri.[o] *Nunquam vir iustus diues euasit citò*, illo confirmatum testimonio sapientis.[p] *Qui festinat ditescere, non erit innocens*, & improbitatẽ, corroptionẽque miseria sequitur, cùm sapiens dixerit:[q] *festinata substantia minuetur.* Nec abs re monebat ethnicus poeta.

[r] *Ne festina ditescere, ne citò pauper fias.*

3. Pars. Corrupti iudices, & auari magistratus à calamitate non erunt immunes tanquam ab corruptionẽ suam malorũ causa.
n Plutarch. in Sylla
o Menander.
p Prouerb. c. 28.
q Prouerb. 13.
r Menander.

Sed pecunia per fraodes, & oppressiones iustitiæ citò comparata non modo minuetur, sed auaris illis, iustitiæque corruptoribus, sicut Simoni Mago erit in perditionem. Vt contigit duobus legatis sedis Apostolicæ ab Eugenio tertio in Germaniam missis, Bernardo scilicet presbytero, & Gregorio Diacono cardinalibus: quòd auro argentoque corrupti per summam iniquitatẽ Henricum Archiepiscopum Moguntinum falsò multis insimulatum criminibus à sede sua deiecissent. Qui quidem Henricus iniustè condemnatus, vt scribit Conradus Episcopus in chronico Moguntensi. *Appello*, inquit, *ad Dominum Iesum Christum tanquam iudicem iustissimum, vos citu ad eius tribunal, ibi vobis coram summo iudice me responsurum exhibeo. Non enim iustè, nec secundum Deum, sed mercede corrupti, sicut placuit, iudicastis.* *At illi*, inquit Cõradus, *cùm tu præcesseris nos sequemur. Hæc autem impudentes dixerunt. Sed Deus non irridetur, qui in cælis irridebit eos.* Quia mortuo ipso Henrico Archiepiscopo, ecce transit tempus, & breue, & ambo vno die moriontur. De quorum morte funesta hæc pergendo Conrados ait.[t] *Vnus sedens in sede naturæ, vt purgaret ventrẽ, omnia intestina sua in cloacam eiecit, & animam miserabiliter exhalauit. Alius manuum suarum digitos articulatim admordẽs (vt furiosus) & de ore expuens, deformatis manibus, quasi se ipsum deuorans expirauit.*

Actor. 8.
S. Paul.
1. Psal. 2.
t Conrad. ib.

Hæc horribilia de iusta diuini numinis in oppressores iostitiæ & innocẽtiæ, auri, argentiq; corruptione fœdatos vindicta cõsiderantibus, licebit cum eodem Conrado exclamare.[u] *O Deus vltionum, Dominus iustus, exercens iudicium, quàm terribilis super huiusmodi peccatores, tam atroces innocentiæ, purorum sceleris oppressores*, necnon iustitiæ, tuæque diuinæ legis adulteros! & cum rege propheta[x] imperatoreque Mauritio, *iustus es domine, & rectum iudicium tuum!*

u Ib. Conrad.
x Psal. 118.
Cedrenus in Compendio ex tom. 5.

CAPVT XI.

Sapientum consilium principi, & regno eius quàm salutare, quibus credere perbeatum, non credere & contrà consultoribus impiis assentiri, miserum.

1. *Quàm necessarium sapientum consilium principi, & regno eius; quibus effectu credere salutare.*
2. *Bonis principibus consiliarij sapientes, reuerenter cum conscientia & prudentia consulentes, pretiosi esse solent.*
3. *Quàm perniciosum principi in suis illos consilijs contemnere, & impiorum contrà consortio, consilioque delectari.*

Sine probitate nihil vtilitatis in consiliario principis, multa doctrina fecundos adfore.



Deò necessaria est publico bono in principis, monarchęque Christiani consiliarius probitas, atque prudentia, vt ea sublata doctrinæ sublimitas, vt iurisperitiæ vtriusque, aliarumque magistrarũ scientiarum com, leta possessio, nihil sit salutaris principi, & populis vtilitatis allatura. Cùm fundamẽtum omnis doctrinæ salutaris, in vitæ sanctitate, probitateque cõscientiæ, durationis firmitatisq; suæ radices agat: quod mysteriosa hęc sponsi cœlestis in Cãticis spõsę charissimę promissio declarat. [a] *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Argẽto quippe doctrinæ, virtutes omnes Christianæ, de charitatis radice, fonteq; prodeũtes, pro Catholicarum animarum splendore vermiculentur, & perpoliantur: itaut omne illud doctrinæ, prudentiæque humanæ argentum euanesceret, haud secus quàm accidens sine subiecto, nisi charitatis, sanctitatisque fundamento niteretur. Impiam illam plane vocem Sallustij illius ex sorore nepotis, in quem M. Tullius inuectus est, iudicaui semper, qua Liuiam Tiberij Imperatoris matrem cohortando concitabat, vti filio persuaderet, *ne ipse*, vt loquitur [b] Tacitus, *vim principatus resolueret, cuncta ad senatum vocando, eam conditionem esse imperandi: vt non aliter ratio constet, quàm si vni reddatur.* Quod nimis perniciosum esset imperio, si in illo moderando princeps sibi soli, non sapientibus aulæ, regnique sui officia, oneraque subeuntibus fidere, & credere statueret: quorum solido, fidoque consilio vitiorum pestes aulas inficientes principum, & regum penitus extirpare posset. Quales sunt [c] vana honesti opinio, inanis gloriæ ambitio, error, adulatio, fraus, dolus, dissimulatio, perfidia, aliaque id genus fatalia regnorum portenta, quæ in principum palatiis omnis pudorem honestatis adulterant, omnesque neruos virtutis elidunt. Quàm vero sit salutare multorum prudentum consiliũ euidenter demonstrat Aristoteles, [d] cùm ait. *Etsi plures sint quorum vnusquisque non sit adeo studiosus, tamen fieri potest, vt in vnum conuenientes omnes meliores sint, quam illi, non vt singuli, sed vt omnes; quemadmodum cœna, in qua plures conferunt, quàm ea quæ ex vnius erogatione fit melior est. Nam*

a Cant. c. 1.

b Tacit. l. 1. annal.

c Clem Alex. l. 2. pædagog.

Consiliũ multorum bonum, valde salutare.

d Arist l. 3 polit. c. 7.

Multi simul iuncti melius consulunt quã si singuli essent

Tom. II.

A *cùm plures sint, vnusquisque partem habet virtutis, ac prudentiæ, ac fiunt in vnum collati quasi homo vnus, qui multos pedes habeat, multasque manus, multosque sensus, & eodem modo circa mores & intelligentiam.* Inde concludit magnus ille cæteris præstans philosophos. *Quapropter meliùs iudicant multi, & in musica, & in poetarum operibus, alij enim aliud, cuncti cuncta discernunt.* At salutare illud principis consilium senum potiùs, canicieque veneranda speciosorum hominum, quàm iuuenum esse solet. [e] Ait enim sapiens, *Speciosum caniciei iudicium.* Estque prophanorum etiam philosophorum sentẽtia, vt Aristotelis; [f] *Iuuenes non esse idoneos, atque capaces, qui ad ea in quibus prudentia desideratur admittantur, verũ ad ea solũ quæ robur corporis animique fortitudinem, generositatemque requirunt.* B Hos, dum illis contemptis [g] Roboam eligere voluit, stulto, & pernicioso eorum iuuenum consilio, ruinæ imperij sui, exitijque molem, & pondus in se sensit irrumpere. At de illorum conciliis salutaribus ingenio, ætate, rerum experientia maturorum dicebat Plato. [h] Ἱερὸν ἀγαθὸν ἐστὶν ἡ συμβουλία. *Quiddam sacrum profecto consultatio est.* Qua imperia, principatusque stabilita conseruantur, & in pleniorem prosperitatis gloriæque lucem splendidius emicant: qua sublata destruuntur, & pereunt. [i] Hoc patet ex his quæ in fragmentis Sallustio de rep. ordinanda, attributis, scripta leguntur. *Omnia regna, ciuitates, nationes vsque eo prosperum imperium habuerunt, dum apud ea consilia valuere: vbicumque autem gratia, timor, voluptas ea corrupêre, post paulo imminuta opes, deinde ademptum imperium, postremò seruitus imposita est.* Nunquid in C huius rei confirmationem, hæc sacro sapientis ore Spiritus sanctus diuinitùs effudit. [k] *Dissipantur cogitationes vbi non est consilium, vbi vero sunt plures consiliarij, confirmantur.* Et alibi. [l] *Salus autem vbi multa sunt consilia.* Quò fit vt optimi consiliarij, magistratusque mors adeò reipubl. regnoque funesta propter defectus bonorum consiliorum, quibus viuus principi, reique publicæ salutari famulabatur obsequio, ab omnibus bonis merito lugeatur, eiusque defuncti in repub. Catholica sapientiores desiderio contabescant. Sicut religiosissimi imperij magistratus, atque consiliarij Arintheis Romani quondam consulis obitum, sanctus Basilius graui perculsus animi dolore defleuit, vt hæc ex eius literis ad coniugem defuncti restantur: [m] *Me vero præcipua quadam tristitia repleuit recogitantem, quo me vir ille sit bo-* D *nore prosequutus, tum quæ sit Ecclesijs adempta gubernatio.* Quòd videlicet in quorumdam Arianorum sub Valente Imperatore sua virtute, & authoritate, qua valebat plurimùm, pulsorum, officia, Catholicos viros magna sublimes pietate subrogauerat. De cuius magnis virtutibus, quibus vtiliter imperio seruiebat, ista pro consolatione vxoris, tanto mariti mortis vulnere vehementer afflictæ subiunxit. [n] *Erat quidem ille honestus, magnus, celebris, & animi virentem robore corporis adæquabat: quod & ipse fateor, & vtroque nomine excellebat, attamen homo erat, & mortuus est sicut Adam, sicut Abel, sicut Noe, sicut Abraham, sicut Moyses, & si quem alium eiusdem naturæ consortem nominaueris.* Qui suis consilijs, & heroica virtute, Romanum imperium ab ingentibus Persarum viribus, & copijs inualidum, tunc graui accepta clade nutansque valde vindicauerat,

e Eccles 25.

f Arist. l. 3. topic. c. 2.

g 3. Reg c. 6.

h Plato.

i Salust in fragment: de republ.

k Prou. 15.

l Prou. 15.

Boni consiliarij, atque magistratus mors valde lugenda

m Basil. ep 5. ad vxorem Arinthei cõsularis viri in additis.

n Basil. ibid.

N iij

vt his Ammianus verbis inter alia significauit. A

a Ammianus Marcell. l. 27. in fin. a *Hac clade late diffusa Armenia omnis perisset, nisi propugnatorit Atsuthei aduentu territi Persæ eam incursare denuo distulissent.*

b Pars. Quàm bonū principibus sapientes consiliarij protrosi eum consilio atq. veneratione prudentiaq. consulentes.

Quanti verò faciendi sint tales virtutis pietatisque fulgore micantes magistratus, quàm charis pretiosique principibus esse debeant, demonstrauit princeps Polonus Lescus Albos defuncti regis Miecislai ex Casimiro fratre nepos, qui sibi Polonis regnum patrui ea conditione præsentantibus, modo Gouoritium Rauitum Palatinum Sendomiriensem à suo consortio, palatioque repelleret, omnino recusauit publicè

b Cromerus l. 7. hist. Polon. protestatus, b *malle se Polonia regno carere, quàm fidissimi & prudentissimique Gouority consilio, monitisque priuari.* Sapienter intelligens princeps optimus fideles virtutis pietatisque nitore fulgentes consiliarios, magistratusque prudentes, esse velut fidissimos canes, principibus, magno præsidio aduersus rapaces coriæ, regnique lupos, sceleratos scilicet reipubl. peculatores, tegumque proditores. Quibus abactis, expulsisque reges, principesque multorum perfidorum, impiorumque fallaciis, dolis, fraudibus, proditionibus, aliisque similis perfidiæ deceptionibus expositi, cum salutis proprio dispendio miserè vagarentur. At vbi in concilio principum, practici intellectus de dubiis, incertisque rebus agendis inquisitio, consultatioque inter plures fideles, prudentesque viros, maturè solerterque exagitata producitur, procul dubio: c *Sapientia inhabitat, taliumque consiliariorum eruditis interest cogitationibus.* Quis verò nescit omnia fœliciori successu peragi cùm eis sapientiæ lumen inclarescit? Salomonis doctrina est, vel potius Spiritus sancti per os eius. d *Qui omnia agunt cum consilio reguntur sapientia.* e *Astutus*, scilicet prudens, *omnia agit cum consilio.* Quid ex eo boni, prosperique consurget? Audi eundem sapientem. f *Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit, consilium custodiet te, & prudentia seruabit te, vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruersa loquitur*, g *via stulti recta in oculis eius, qui autem sapiens est audit consilia.* Fructus salutares, & eximios consiliorum fidelium, à prudentibus conscientiæ puritate conspicuis clarorum principibus, & regibus, expertus est Theodosius iunior in persona h Anthemij consolis sibi à consilius fidelissimi: cuius pietate, prudentia, fortitudine, consilio suum adolescentulus admodum, vel puer potiùs mortuo patre Arcadio in paruula ætate conseruauit imperium, eius prosperitatem, suæque splendorem dignitatis imperatoriæ vehementer auxit, & amplificauit. Eosdem prosperos salutaresque fructus in regnum Catholicum, Ecclesiamque Dei fœliciter emergentes ex bonorum, sapientumque virorum, præcipuè Episcoporum consortio, atque fideli consilio Petrus Blæsensis minimè tacuit, cùm hæc in epistola 84. de Episcopis memorabilia protulit. *Non est nouum quod regum consiliis intersint Episcopi. Sicut enim honestate, & sapientia cæteros antecedunt, sic expeditiores, & efficaciores in reip. administratione censentur.* Quibus adiūges sequētia, sic postea persequitur. *Nisi familiares, & cōsiliarij regis essent Episcopi, supra dorsū Ecclesiæ fabricarēt hodie peccatores, & immaniter & intolerabiliter opprimeret clerū præsumptio laicalis. Nūc autē si quid in Ecclesia attētatur iniuriā,*

Sapientum consilio omnia in regno humanaque societate feliciter reguntur.

c Prou. 8.

d Prou. 13. v. 10.

e Prou. 13. v. 16

f Prou. 2. v. 10. 12.

g Prouerb. 12.

Anthemij consulis fidelitas & pietas sapiens in conseruando imperio Theodosio imperio.

h Socrat. l. 7. cap. 1.

Petr. Blæs. ep. 84.

Petr. Blæs. ib.

autoritate pōtificali corripitur. Aut si ad hoc Ecclesiastica cēsura nō sufficit spiritualis gladij defectus ciuili suppletur, & ad eorum arbitriū principalis animaduersio exercetur. Si quandoque vt fieri solet aduersus insontes regis indignatio vehementius excandescit, Episcoporum precibus temperatur. Istis mediantibus mansuescit circa simplices iudicantis rigor, admittitur clamor pauperum, Ecclesiarum dignitas erigitur, releuatur pauperum indigētia, fit maior in clero libertas, pax in populis. Epistola vero 150. de clericis loquēs hæc ait. i *Scio quod si qui in regiæ familiaritatis sacrarium admittuntur, multa facere possunt, & dicere, quibus necessitas subleuetur, foueatur religio, fiat æquitas, Ecclesia dilatetur.* Quinam meliores his B fructibus in republ. Christiana, magisque salutares optari possent? Atque his salutaribus bonorum Episcoporum, aliorumque non minori pietate, quàm prudentia spectatorum consiliis semper moderatio, reuerentia, mansuetudoque cōmixta esse solent; sicque consilium persuasioque principum potentiùs fluunt in animos: vt si propter admissa quædam delicta ipsi corripiendi veniant, priùs de virtutibus, rebusque à se præclarè gestis honorificè laudentur. Sicut sanctum Bonifacium Moguntinæ cathedræ Archiepiscopum fecisse legimus; qui antequam regem Merciorum in Anglia Ethebaldum nomine de sacrilega libidine in sanctimoniales, sacratasque Deo virgines, qua se turpissimè fœdauerat, coargueret, atque magno de illius salute inflammatus charitatis æstu criminaretur: prius in illius laudes à nonnullis eius virtutibus edoctas oratione voluit C excurrere. k *Confitemur coram Deo, & sanctis Angelis, quia quamcumque prosperitatem vestram vidimus, & opera bona coram Deo, & hominibus per nuntios fideles audiuimus: quod inter gaudentes, & pro vobis orantes laus gratias agimus Deo, postulantes & obsecrantes Saluatorem mundi, vt vos sospites, & in fide stabiles, & in operibus coram Deo rectis in principatu Christiani populi longo tempore custodiat, &c.* Sic blanda suauique correptione laudibus aspersa, principes faciliùs ad agnitionem culpæ, quàm irata reprehensione, asperaque mordacitate cōuertuntur. m *Blandiri decet principibus, non adulari: ve enim adulationi fœdum crimen seruitutis, ita malignitati falsa species libertatis inest.* Nec malè Seneca. n *Regibus quæ prosunt, ita tamen, vt delectent, suadenda sunt.* Io fronte intentionis suæ illud in primis insculptum haber prudens, fidelis D principis, regisque consultor. o *Blandiri oportet, non deerahere potestati.* Et illud in concilio dando principi. p *Opus est exhortatione potius, quàm increpatione; consilio, quàm præcepto; doctrina, quàm virga.* Et Petrus Blæsensis bene consulendi, rectaque persuadendi principi hanc in epistola ad Episcopum Aurelianensem regulam, normamque constituit. q *Si regis Franciæ faciem reuereris, adhibe tibi de coepiscopis tuis, qui Spiritu Dei aguntur. Et tantæ res moderatione vearis, vt si fortis est sermo, nihilominus sit suauis.* Cui, persuasus pro salute sua bonus princeps voluntatē, & gloriosè succumbit veritatis amator, & eorū, qui suis consiliis, admonitionibusque sincerè et, fideliterque sibi suggetūr, & omni simulationis abiecta larua nudè detegunt. Talium consiliariorum veracium, atque in dictis, factisque fidelium appetitor, r Rex Aragoniæ Alphonsus inter reges Christianos sapientissimus, interrogatus quinam essent optimi consiliarij? mortui, respondit: libros videlicet.

i Petr. Blæs. epist. 150.

Cum reuerentia principes delinquentes à bonis consiliarijs vtriusque fori corripiendi, & prius de virtutibus laudandi.

k Epist. 19. S. Bonifac. ad Ethebald. regem Merciorum.

m Tacit. l. 1. hist.

n Seneca. pater s. suasoria.

o Hildebert. Cenomanēs. Episc. ep. 15.

p Idē Hildeb. epist. 73.

q Petr. Blæs. epist. 113. ad episc. Aurel.

Qui nam optimi consiliarij principum testimonio Alphonsi reg. Aragonio.

licet, ſimiliaque veritatis monimenta intelligens, qui nihil blandientes, nihil celantes, veram meramque veritatem legenti cuique propinant. Quibus ſimiles ſunt illi prudentes veritatis, fidelitatiſque profeſſores, ab omni vanitatis, ſimulationis, ambitioniſque fuco liberi non mortui, aut muti, ſed viui, loquenteſque principum conſiliarij.

3. Pars. Pios, ſapienteſque conſiliarios contemnere, & impiis aſſentiri perniciosum principibus, & populis.

Quos ſicut efficaciter audire, magnique facere maximè beatum, & ſalutare, ſic contra contemnere, & aſpernari perniciosum eſt illis, atque miſerum. Cuius veritati propoſitionis, illa ad Cæſarem Saluſtij in fragmentis verba, quorum ſupra in eodem capite meminimus, magnoperè ſuffragantur. Quis enim principem magnis armatum viribus, potentia, terrarumque amplitudine munitum, ſalutaria prudentum, ſapientumque conſilia deſpicientem, odioque ab illis auerſum, non cum ſcriptoribus antiquitatis appoſitè excæcato Cyclopo comparabit? Qui in tam ſublimi potentiæ, principatuſque culmine magnis imperitiæ, errorumque tenebris circumfuſus, miſera facilitate, fraudeque deluditur; iniuſtitiæ telis armatus vbique Andebatatum more furit, cæcaque agitatus amentia ſe, ſuoſque funditus euertit? Hinc extrema Iuliano Apoſtatæ fundi, id eſt ſalutis, imperiique calamitas, quod ſceleratiſſimos quoſque ad magiſtratus, & dignitates admiſſos imperij, in ſuarum rerum conſilia compellando, fidas ſapientum Catholicorum magnis illuſtrium virtutibus admonitiones, conſiliaque ſalutaria deteſtaretur; vt ſcribit S. Gregorius[a] Nazianzenus oratione 2. in Iulianū. Impij, nefarijque homines peſſimis ſuis principes, præcipuè iuuenes corrumpentes, conſiliis, fraudibuſque decipientes, quantorum ſunt in imperio cauſa malorum, Ruffini ſceleratiſſimi hominis vita, geſtaque manifeſtant. Qui iuueni Imperatori, Arcadio, nefandiſſimis conſiliis illudendo, fraudibuſque crudeliſſimis inſidiando, immaniſſimus Romani imperij ſub Theodoſio patre, florentiſſimi, proditor, incenſor, atque vaſtator extitit: ex quo hæ Claudiani lamentationes, querelæque prodiere.

a S. Greg. Naz. orat. 2. in Iulian.

b Claudian. l. 2. in Ruff.

[b] *Heu quàm breuibus pereunt ingentia cauſis*
Imperium tanto quæſitum ſanguine, tanto
Seruatum? quod mille ducum peperere labores,
Quod tantis Romana manus contexuit annis:
Proditor vnus iners, anguſto tempore vertit!

c Pulcheria Auguſta ſe ab imperio abdicante, & ſceleratiſſimo conſiliario Chryſaphio res imperij adminiſtrante omnium impiorum morbi ſub Theodoſio iuniore.

Si quis maiorem malorum, calamitatumque extremarum, quæ in regna, reſque publicas, ex peſſimis conſiliariis eruperunt, probationem quærere, atque ſciſcitari velit, ſacras, profanaſque replicet hiſtorias; à quibus turpiſſimæ, & funeſtiſſimæ malorum, miſeriarumque publicarum irruptiones commemorantur, quæ in imperium orientale regnante Theodoſio iuniori, exitiabili plaga ſeſe miſerabiliter effuderunt: ex eo tempore, quo ab illius imperij clauo regendo cum fratre, ſapientiſſima, religioſiſſimaque ſoror Pulcheria receſſit, & omne regimen ſceleratiſſimo Eunucho Chryſaphio ſacri cubiculi præfecto creditum eſt imperij. Quod præter domeſticas, ciuiles, inteſtinaſque deſolationes, à peſſimis ſceleratiſſimi Chryſaphii, eiuſque ſatellitum nefariorum conſiliis, proditionibuſque profectas, immaniſſimæ, turpiſſimæque tyrannidi graſſatoris mundi, barbari Atilæ, flagelli Dei depreſſum atrociter ingemuit. Cui proh nefas! Theodoſius

A Imperator, vt ſe ab illius immanibus incurſionibus eximeret, Marcellino teſte tributa quotannis perſoluere coactus eſt. Quæ mala, funeſtaſque barbarorum ſub truculento duce irruptiones propter peccata, quæ ſanctiſſimæ, prudentiſſimæque virginis Pulcheriæ Auguſtæ abſentia in imperio germinarant, aduenisse in epiſtola ad Saluſtianū Theodoretus hac flebili narratione recenſet.[d] *Sacer dies nobis quidem conſueta ſpiritualia attulit dona: tamen amari peccati fructus illis frui cū lætitia non permiſerunt. Hæc enim illorum germina, & ab initio tribulos, ſpinas, & ſudores, & labores, & dolores germinarunt. Nunc verò etiam & terrā ipſam aduerſus nos concutit per terræ motus, & barbarorum turmas vndique aduerſus concitat. Nos verò lugemus, quoniam dum Deus bona nobis largiri cœpit, contraria facere illum cogimus, & pœnas infligere. Conſolamur nihilominus dum eius miſericordia abyſſum in memoriam reuocamus, & credimus, quoniam non abijciet Dominus populum ſuum, & hæreditatem ſuam non derelinquet.*

Marcell. comes in chron. an. D. 446.

Propter ſcelerū miniſterio proditorum imperio conſilia barbari Hunni imperium orientale irruptione vaſtarunt, & infiāmarunt.

d Theodoret. ep. 41. ad Saluſtianum.

B Propterea non ſine cauſa Agapetus Diaconus Iuſtiniano magno recèns Imperatori creato huiuſmodi nefariorum conſiliariorū, peſtiferorumque ſycophantarum curiæ imperatoriæ peſtium deteſtationem his verbis perſuadere nitebatur.[e] *Auerſare adulatorum pellaces ſermones, vt coruorū rapaces mores. Illi namque corporis effodiūt oculos; iſti autē animæ hebetāt cogitatus; cùm non permittant perſpicere rerū veritatē. Vel enim cōmendant nonnunquā quæ reprehēſione digna ſunt, vel reprehendūt plerūque, quæ omni laude ſunt maiora. Vt de duobus alterum ab ipſis committatur, vel prauorum laus, vel contumelioſus bonorum contemptus.*

e Agapetus in ep. Parænet. ad Iuſtin. Magnum.

C Si quis plura commemorare vellet exempla miſeriarum, calamitatūque publicarū, quarū aceruos ſancta conſilia, monitaque ſalutaria neglecta, repudiataque cumularunt, quæ ſancti patres pontifices, & Epiſcopi principibus Catholicis, regibuſque dederant: accipiet ex Aimonio, diras funeſtaſque acies, quæ totam Galliam cædibus, internecionibuſque cruentarunt, quas reges Francorum Theodebertus, & Theodoricus fratres aduerſus Clotarium filium regis Chilperici crudeliter excitarunt.[f] *In quibus*, inquit Aimonius, *Angelus Domini aſtans euaginatum viſus eſt tenuiſſe gladium. Quæ terribilis, ſtupendaque viſio, non ſolùm quod fieret, ſed quod futurum eſt non dubijs obſcuriſque ſignis aperuit, ſiquidem ira Dei effuſa ſuper reges Francorum effecit, vt ſe inuicem ciuili bello conſumerent.* Deo eorum de bonis conſiliis ſanctorum Gregorij Papæ, & Columbani illis ſæpius

f Aimonius l. 3. c. 87.

Quàm miſerum, & perniciosum principibus ſalutarium ſanctorum Epiſcoporum monita, conſiliaque contemnere.

D oblatis vlciſcente contemptum. Alio funeſto, & lamentabi exemplo illuſtrari, confirmarique poteſt, quàm perniciosum regibus; principibuſque ſanctis, ſacerdotibus, præſulibuſq; pia ſalutariaq; monentibus non obedire: Beda[g] venerabilis in hiſtoria Anglicana memoriæ prodidit regem Saxonum orientalium in Anglia nomine Sigberectum quamuis pium, & religioſum, recens ad fidem conuerſum, morte cruenta per ſceleratam proditionem permittente, Deo non approbante, immaniter expirauiſſe. Quod Epiſcopo ſuo, Saxonumque Finano iuſta, & ſalutaria præcipienti parere recuſauiſſet: quā rebellionis culpā, pœnāq; ex ea ſecutam Beda Venerabilis ita deſcribit. *Habuerat vnus ex his, qui eum occiderant, vt ſtatim declarabitur, comitibus illicitum coniugium, quod cum Epiſcopus prohibere, & corrigere non poſſet, excommunicauit eum, atque omnibus, qui ſe audire vellet, præ-*

g Beda l. 3. c. 22. hiſt. Anglic.

vt his Ammianus verbis inter alia significauit. A [a] *Hac clade late diffusa Armenia omnis periisset, nisi propugnatoris Arinthei aduentu territi Persæ eam incursare denuo distulissent.*

a Ammianus Marcell. l. 27. in fin.

Quanti verò faciendi sint tales virtutis pietatisque fulgore micantes magistratus, quàm chari preciosique principibus esse debeant, demonstrauit princeps Polonus Lescus Albus defuncti regis Miecislai ex Casimiro fratre nepos, qui sibi Poloniis regnum patrui ea conditione præsentantibus, modo Gouoritium Raoitum Palatinum Sendomiriensem à suo consortio, palatioque repelleret, omnino recusauit publicè protestatus, [b] *malle se Polonia regno carere, quàm fidissimi prudentissimique Gouoritij consilio, ministerioque priuari.* Sapienter intelligens princeps optimus fideles virtutis pietatisque nitore fulgentes consiliarios, magistratusque prudentes, esse velut fidissimos canes, principibus, magno præsidio aduersus rapaces curiæ, regnique lupos, sceleratos scilicet reipubl. peculatores, regumque proditores. Quibus abactis, expulsisque reges, principesque multorum perfidorum, impiorumque fallaciis, dolis, fraudibus, proditionibus, aliisque similis perfidiæ deceptionibus expositi, cum salutis proprio dispendio miserè vagarentur. At vbi in concilio principum, practici intellectus de dubiis, incertisque rebus agendis inquisitio, consultatioque inter plures fideles, prudentesque viros, maturè solerterque exagitata producitur, procul dubio: [c] *Sapientia inhabitat, talium que consiliariorum eruditis interest cogitationibus.* Quis verò nescit omnia fœliciori successo peragi cùm eis sapientiæ lumen inclarescit? Salomonis doctrina est, vel potius Spiritus sancti per os eius. [d] *Qui omnia agunt cum consilio reguntur sapientia.* [e] *Astutus*, scilicet prudens, *omnia agit cum consilio.* Quid ex eo boni, prosperique consurget? Audi eundem sapientem. [f] *Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit, consilium custodiet te, & prudentia seruabit te, vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruersa loquitur.* [g] *via stulti recta in oculis eius, qui autem sapiens est audit consilia.* Fructus salutares, & eximios consiliorum fidelium, à prudentibus conscientiæ puritate conspicuis datorum principibus, & regibus, expertus est Theodosius iunior in persona [h] Anthemij consulis sibi à consiliis fidelissimi: cuius pietate, prudentia, fortitudine, consilio suum adolescentulus admodum, vel puer potiùs mortuo patre Arcadio in paruula ætate conseruauit imperium, eius prosperitatem, suæque splendorem dignitatis imperatoriæ vehementer auxit, & amplificauit. Eosdem prosperos salutaresque fructus in regnum Catholicum, Ecclesiamque Dei fœliciter emergentes ex bonorum, sapientumque virorum, præcipuè Episcoporum consortio, atque fideli consilio Petrus Blæsensis minimè tacuit, cùm hæc in epistola 84. de Episcopis memorabilia protulit. *Non est nouum quod regum consiliis intersint Episcopi. Sicut enim honestate, & sapientia cæteros antecedũt, sic expeditiores, & efficaciores in resp. administratione censentur.* Quibus adiũgẽs sequẽtia, sic postea persequitur. *Nisi familiares, & cõsiliarij regis essent Episcopi, supra dorsũ Ecclesiæ fabricarẽt hodie peccatores, & immaniter & intolerabiliter opprimeret clerũ præsũptio laicalis. Nũc autẽ si quid in Ecclesia attẽtatur iniuriũ,*

b Cromerus l. 7 hist. Poloniæ.

Quàm bonis principibus sapientes consiliarij pretiosi cum conscientia reuerenter prudentiaque consulentes.

Sapientum consilio omnia in regno humanaque societate feliciter reguntur.

c Prou. 8.

d Prou. 13. v. 10.

e Prou. 13. v. 16.

f Prou. 2. v. 11. 12.

g Prouerb. 12.

Anthemij consulis fidelitate & pietate sapienti in conseruando iuniori Theodosio imperio.

h Socrat. l. 7. cap. 1.

Petr. Blæs. ep. 84.

Petr. Blæs. ib.

authoritate põtificali corripitur. Aut si ad hoc Ecclesiastica cẽsura nõ sufficit, spirituali gladij defectus ciuili suppletur, & ad eorum arbitriũ principalis animaduersio exercetur. Si quandoque vt fieri solet aduersus insontes regis indignatio vehementius excandescit, Episcoporum precibus temperatur. Istis mediantibus mansuescit circa simplices iudicarius rigor, admittitur clamor pauperum, Ecclesiarum dignitas erigitur, releuatur pauperum indigẽtia, firmatur in clero libertas, pax in populis. Epistola vero 150. de clericis loquẽs hæc ait. [i] *Scio quod si qui in regiæ familiaritatis sacrarium admittuntur, multa facere possunt, & dicere, quibus necessitas subleuetur, foueatur religio, fiat æquitas, Ecclesia dilatetur.* Quinam meliores his fructibus in republ. Christiana, magisque salutares optari possent? B Atque his salutaribus bonorum Episcoporum, aliorumque non minori pietate, quàm prudentia spectatorum consiliis semper moderatio, reuerentia, mansuetudoque cõmixta esse solent; sicque consilium persuasioque principum potentiùs fluunt in animos: vt si propter admissa quædam delicta ipsi corripiendi veniant, priùs de virtutibus, rebusque à se præclarè gestis honorificè laudentur. Sicut sanctum Bonifacium Moguntinæ cathedræ Archiepiscopum fecisse legimus; qui antequam regem Merciorum in Anglia Ethebaldum nomine de sacrilega libidine in sanctimoniales, sacratasque Deo virgines, quas se turpissimè fœdauerat, coargueret, atque magno de illius salute inflammatus charitatis æstu criminaretur: prius in illius laudes à nonnullis eius virtutibus eductas oratione voluit C excurrere. [k] *Confitemur coram Deo, & sanctis Angelis, quia quamcumque prosperitatem vestram video, & opera bona coram Deo, & hominibus per nuntios fideles audiuimus: quod inter gaudentes, & pro vobis orantes læti gratias agimus Deo, postulantes & obsecrantes Saluatorem mundi, vt vos sospites, & in fide stabiles, & in operibus coram Deo rectos in principatu Christiani populi longo tempore custodiat, &c.* Sic blanda suauique correptione laudibus aspersa, principes faciliùs ad agnitionem culpæ, quàm irata reprehensione, asperaque mordacitate cõuertuntur. [m] *Blandiri decet principibus, non adulari: vt enim adulationi fœdum crimen seruitutis, ita malignitati falsa species libertatis inest.* Nec malè Seneca. [n] *Regibus quæ prosunt, ita tamen, vt delectent, suadenda sunt.* In fronte intentionis suæ illud in primis insculptum habet prudens, fidelis D principis, regisque consultor. [o] *Blandiri oportet, non detrahere potestati.* Et illud in concilio dando principi. [p] *Opus est exhortatione potius, quàm increpatione; consilio, quàm præcepto; doctrina, quàm virga.* Et Petrus Blæsensis bene consulendi, rectaque persuadendi principi hanc in epistola ad Episcopum Aurelianensem regulam, normamque constituit. [q] *Si regis Franciæ faciem vereneris, adhibe tibi de coeptis opus tuis, quæ Spiritu Dei aguntur. Et tanta res moderatione vtaris, vt si fortis est sermo, nihilominus sit suauis.* Cui, persuasus pro salute sua bonus princeps voluntariè, & gloriosè succumbit veritatis amaror, & eorũ, qui suis consiliis, admonitionibusque sincerè eũ, fideliterque sibi suggerũt, & omni simulationis abiecta larua nudè detegunt. Talium consiliariorum veracium, atque in dictis, factisque fidelium appetitor, [r] Rex Aragoniæ Alphonsus inter reges Christianos sapientissimus, *interrogatus quinam essent optimi consiliarij? mortui,* respondit: libros videli-

i Petr. Blæs. epist. 150.

Cum reuerentia principes delinquentes à bonis consiliarijs vtriusque fore corripiendi, & priùs de virtutibus laudandi.

k Epist. 19. S. Bonifac. ad Ethebald. regem Merciorum.

m Tacit. l. 1. hist.

n Seneca. pater 1. suasoria.

o Hildebert. Cenonamẽs. Episc. ep. 35.

p Idẽ Hildeb. epist. 73.

q Petr. Blæs. epist. 113. ad episc. Aurel.

Quinam optimi consiliarij principum testimonio Alphonsi regis Aragoniæ.

A licet, ſimiliaque veritatis monimenta intelligens, qui nihil blandientes, nihil celantes, veram meramque veritatem legenti cuique propinant. Quibus ſimiles ſunt illi prudentes veritatis, fidelitatiſque profeſſores, ab omni vanitatis, ſimulationis, ambitioniſque fuco liberi non mortui, aut muti, ſed viui, loquenteſque principum conſiliarij.

3. Pars. Pios, ſapienteſque conſiliarios contemnere, & impiis aſſentatoribus perniciosum principibus, & populo.

Quos ſicut efficaciter audire, magnique facere maximè beatum, & ſalutare, ſic contra contemnere, & aſpernari perniciosum eſt illis, atque miſerum. Cuius veritati propoſitionis, illa ad Cæſarem Saluſtij in fragmentis verba, quorum ſupra in eodem capite meminimus, magnoperè ſuffragantur. Quis enim principem magnis armatum viribus, potentia, terrarumque amplitudine munitum, ſalutaria prudentum, ſapientumque conſilia deſpicientem, odioque ab illis auerſum, non cum ſcriptoribus antiquitatis appoſitè excæcato Cyclopo comparabit? Qui in tam ſublimi potentiæ, principatuſque culmine magnis imperitiæ, errorumque tenebris circumfuſus, miſera facilitate, fraudeque deluditur; iniuſtitiæ telis armatus vbique Andebatarum more furit, cæcaque agitatus amentia ſe, ſuoſque funditus euertit? Hinc extrema Iuliano Apoſtatæ fundi, id eſt ſalutis, imperijque calamitas, quod ſceleratiſſimos quoſque ad magiſtratus, & dignitates admiſſos imperij, in ſuarum rerum conſilia compellando, fidas ſapientum Catholicorum magnis illuſtrium virtutibus admonitiones, conſiliaque ſalutaria deteſtaretur; vt ſcribit S. Gregorius[a] Nazianzenus oratione 2. in Iulianũ. Impij, nefarijque homines peſſimis ſuis principes, præcipuè iuuenes corrumpentes, conſiliis, fraudibuſque decipientes, quantorum ſunt in imperio cauſa malorum, Ruffini ſceleratiſſimi hominis vita, geſtaque manifeſtant. Qui iuueni Imperatori, Arcadio, nefandiſſimis conſiliis illudendo, fraudibuſque crudeliſſimis inſidiando, immaniſſimus Romani imperij ſub Theodoſio patre, florentiſſimi, proditor, incenſor, atque vaſtator extitit: ex quo hæ Claudiani lamentationes, querelæque prodiere.

a S. Greg. Naz. orat. 2. in Iulian.

C

[b] Heu quàm breuibus pereunt ingentia cauſis
Imperium tanto quæſitum ſanguine, tanto
Seruatum? quod mille ducum peperere labores,
Quod tantis Romana manus contexuit annis:
Proditor vnus iners, anguſto tempore vertit!

b Claudian. l. 2. in Ruff.

Si quis maiorem malorum, calamitatumque externarum, quæ in regna, reſque publicas, ex peſſimis conſiliariis eruperunt, probationem quærere, atque ſciſcitari velit, ſacras, profanaſque replicet hiſtorias; à quibus turpiſſimæ, & funeſtiſſimæ malorum, miſeriarumque publicarum irruptiones commemorantur, quæ in imperium orientale regnante Theodoſio iuniori, exitiabili plaga ſeſe miſerabiliter effuderunt: ex eo tempore, quo ab illius imperij clauo regendo cum fratre, ſapientiſſima, religioſiſſimaque ſoror Pulcheria receſſit, & omne regimen ſceleratiſſimo Eunucho Chryſaphio ſacri cubiculi præfecto creditum eſt imperij. Quod præter domeſticas, ciuiles, inteſtinaſque deſolationes, à peſſimis ſceleratiſſimi Chryſaphii, eiuſque ſatellitum nefariorum conſiliis, proditionibuſque profectas, immaniſſimæ, turpiſſimæque tyrannidi graſſatoris mundi, barbari Atillæ, flagelli Dei depreſſum atrociter ingemuit. Cui proh nefas! Theodoſius

S Pulcheria Auguſta ſe ab imperio abdicante, & ſceleratiſſimo conſiliario Chryſaphio eo imperij adminiſtrante omnia in peius ruerũt ſub Theodoſio iuniore.

D

A Imperator, vt ſe ab illius immanibus incurſionibus eximeret, Marcellino teſte tributa quotannis perſoluere coactus eſt. Quæ mala, funeſtaſque barbarorum ſub truculento duce irruptiones propter peccata, quæ ſanctiſſimæ, prudentiſſimæque virginis Pulcheriæ Auguſtæ abſentia in imperio germinarant, aduenisse in epiſtola ad Saluſtianũ Theodoretus hac flebili narratione recenſet.[d] *Sacer dies nobis quidem conſueta ſpiritualia attulit dona: tamen amari peccati fructus illos frui cũ lætitia non permiſerunt. Hæc enim illorum germina, & ab initio tribulos, ſpinas, & ſudores, & labores, & dolores germinarunt. Nunc verò etiam & terrã ipſam aduerſus nos concutit per terræ motus, & barbarorum turmas vndique aduerſus concitat. Nos vero lugemus, quoniam dum Deus bona nobis largiri cupit, contraria facere illum cogimus, & pœnas infligere. Con ſolamur nihilominus dum eius miſericordiæ abyſſum in memoriam reuocamus, & credimus, quoniam non abijciet Dominus populum ſuum, & hæreditatem ſuam non derelinquet.* Propterea non ſine cauſa Agapetus Diaconus Iuſtiniano magno recèns Imperatori creato huiuſmodi nefariorum conſiliariorũ, peſtiferorumque ſycophantarum curiæ imperatoriæ peſtium deteſtationem his verbis perſuadere nitebatur.[e] *Auerſare adulatorum pellaces ſermones, vt coruorũ rapaces mores. Illi namque corporis effodiũt oculos; iſti autẽ animæ hebetãt cogitatus; cùm non permittant perſpicere rerũ veritatẽ. Vel enim cõmendant nonnunquã quæ reprehẽſione digna ſunt, vel reprehendũt plerũque, quæ omni laude ſunt maiora. Vt de duobus alterum ab ipſis committatur, vel prauorum laus, vel contumelioſus bonorum contemptus.* Si quis plura commemorare vellet exempla miſeriarum, calamitatũque publicarũ, quarũ aceruos ſancta conſilia, monitaque ſalutaria neglecta, repudiataque cumularunt, quæ ſancti patres pontifices, & Epiſcopi principibus Catholicis, regibuſque dederant: accipiet ex Aimonio, diras funeſtaſque acies, quæ totam Galliam cædibus, internecionibuſque cruentarunt, quas reges Francorum Theodebertus, & Theodoricus fratres aduerſus Clotarium filium regis Chilperici crudeliter excitarunt.[f] *In quibus*, inquit Aimonius, *Angelus Domini aſtans euaginatum viſus eſt tenuiſſe gladium. Quæ terribilis, ſtupendaque viſio, non ſolùm quod fieret, ſed quod futurum eſt non dubijs obſcuriſque ſignis aperuit, ſiquidem ira Dei effuſa ſuper reges Francorum effecit, vt ſe inuicem ciuili bello conſumerent.* Deo eorum de bonis conſiliis ſanctorum Gregorij Papæ, & Columbani illis ſæpius oblatis vlciſcente contemptum. Alio funeſto, & lamentabi exemplo illuſtrari, confirmarique poteſt, quàm perniciosum regibus; principibuſque ſanctis, ſacerdotibus, præſulibuſq; pia ſalutariaq; monentibus non obedire: Beda[g] venerabilis in hiſtoria Anglicana memoriæ prodidit regem Saxonum orientalium in Anglia nomine Sigberectum quamuis pium, & religioſum, recens ad fidem conuerſum, morte cruenta per ſceleratam proditionem permittente, Deo non approbante, immaniter expiraſſe. Quod Epiſcopo ſuo, Saxonumque Finano iuſta, & ſalutaria præcipienti parere recuſauiſſet: quã rebellionis culpã, pœnãq; ex ea ſecutam Beda Venerabilis ita deſcribit. *Habuerat vnus ex his, qui eum acciderant, vt ſtatim declarabitur, comitibus illicitum coniugium, quod cùm Epiſcopus prohibere, & corrigere non poſſet, excommunicauit eum, atque omnibus, qui ſe audire vellet, præ-*

Marcell. comes in chron. an. D. 446.

Propter ſcelerũ miniſterio proditorum imperij conſ ata barbari Hunni imperium orientale irruptione vaſtarunt, & infamarunt.

d Theodoret. epi 41. ad Saluſtianum.

e Agapetus in ep Parænet. ad Iuſtin Magnum.

B

C

f Aimonius l. 3 c 87.

Quàm miſerum, & perniciosum principibus ſalutaria ſanctorum Epiſcoporum monita, conſiliaque contemnere.

D

g Beda l. 3 c. 22 hiſt. Anglic.

cepit, ne domum eius intrarent, neque de cibis illius A *acciperent: contempsit hoc rex præceptum: & rogatus à comite intrauit epulaturus domum eius. Qui cum abisset obuiauit ei antistes. At rex intuens eum mox tremefactus desiliuit de equo, ceciditque ante pedes eius, veniam reatus sui postulans. Nam & Episcopus pariter desiliuit: sederat enim & ipse in equo. Iratus autem tetigit regem iacentem virga, quam tenebat manu, & pontificali authoritate protestans. Dico tibi*, inquit, *quia noluisti te continere à domo perditi, & damnati illius, quod tu in ipsa domo mori habes. Sed credendum est* (subiungit Beda[a]) *quia talis mors viri religiosi, non solum talem culpā diluerit, sed etiam meritum eius auxerit, quia nimirum ob causam pietatis propter obseruantiam mandatorum Christi contigit.* Hæc Beda. Factum planè simile regis optimi Iosiæ[b] occisi in bello, quod non paruerit prohetæ, B [c] *sic sanguine suo culpam inobedientia in hoc mundo purgauit* (inquit sanctus Iustinus martyr) *vt in altero expiatione criminis opus non haberet, purgatusque in sinum Abrahæ, cælo nondum beatis iustorum animis aperto commigraret*: sic pius rex non obediens Episcopo suo viro Dei, non tam per contemptum, quàm per leuitatem, aut etiam infirmitatem, non putans tantum esse nefas non obtemperare sacerdoti, perire proditione cruēta permissus est, immanissimo tamen se parricidio polluentibus homicidis, vt hac violenta cæde purgatus in hac vita, potius euolaret in cœlum. Qualiter autem illius regis mors, & qua de causa, sic in eodem loco Beda declarat.[d] *Cùmque tempore non pauco in præfata prouincia gaudente rege, gaudente vniuerso populo, vita cælestis institutio quotidianum sumeret augmentū, contigit ipsum regem instigante omnium bonorum inimico, propin-* C *quorum suorum manu interfici. Erant autem duo germani fratres, qui hoc facinus perpetrarunt, qui cùm interrogarentur cur hoc facerent, nihil aliud respondere potuerunt, nisi ob hoc se iratos fuisse, & inimicos regi, quod ille nimium parcere soleret inimicis, & factas ab eis iniurias mox obsecrantibus illis placida mente dimitteret. Talis erat culpa regis, pro qua occideretur, quòd Euangelica præcepta deuoto corde seruaret. In qua tamen morte eius innoxia, iuxta prædictum viri Dei* (scilicet Finani Episcopi orientalium Saxonum) *vera est eius culpa punita.* Hæc Beda. Sic consilium sapientum piorumque bonum despicienti principi perniciosissimum: vt nonnunquam principes etiam religiosi, huius bonorum consilij contemptum non impune ferant; quin grauissimis vltore Deo pœnis in hac vita concutiantur. Tantæne in vindictam spreti sapientum, sanctorumque consilij principibus aduersitates ingruunt!

a Beda ibid.

b l. 2. Paral. c. 35.

c Iustin martyr. in resp. 79. ad gent.

d Beda l. 3. c. 22. tom. 3. p. *Rex Saxonum orientalium versus conuersus ad Deum impiis, proditoribusque occiditur.*

CAPVT XII.

Sapientia principis in eo maximè fulget, quod recta monentibus bene credat, respuatque contraria facientes.

1. *Sicut consilio malo nihil nocentius, sic contrà bono nil melius & vtilius; quod reprobato malo colit princeps fidelis, finem sui regiminis æternam vitam sibi constituens, & Christum regum regis vitam, sancta imitatione respiciens.*
2. *Sapientis principis est magistratuū suorum consilia examinare, & si recta sint, amplecti, prout Deus imperat.* B
3. *Quæ statuunt principes, aut concedunt per petentium importunitates, sui decreto senatus confirmari iubent, secus irrita volunt.*

PRÆCLARA Iustini iunioris admonitio ad Tiberium, quem sui successorem imperij fecerat, iusta laude prædicationeque fertur in cælum: qua eum hortabatur, vt meliùs quàm ipse fecerat, imperium administraret, sibique in primis caueret à fraudulento, dolosoque impiorum senatorum, & magistratuum consilio, suæ architectorū ruinæ, imperiique desolationis. Sic enim illum tunica induens Imperatoria, & læua circumuestiens, C alloquebatur inter cætera.[a] *Ne te in errorem inducat vestis splendor, neque illustris ornatus istarum rerum, quæ sub aspectum cadunt, decipiat, quibus ipse in fraudem impulsus, imprudens meipsum grauissimis supplicijs obnoxium reddidi. Itaque tu in rep. summa cum mansuetudine, & animi lenitate regenda, vitia mea præstato*, id est corrigito mea peccata, & restituto in integrum tua virtute, quæ mea culpa prope perdidit. *Atque digito magistratus demōstrās. Nō oportet, inquit, horum consilijs morem gerere. Nam hi me ad ipsas, quas cernis miserias deduxerūt.* En fructus consiliorum nequissimorum principibus regibusque datorum, ab improbis honoris principum, salutisque populi prostitutoribus! Ex quibus apparet quam verè dictum illud à Sophocle.

[b] Βουλῆς γὰρ οὐδὲν ἐστὶν ἔχθιον κακῆς.

Nulla res enim malo consilio nocentior.

a Euagrius l. 5. c. 15. *Iustini iunioris exhortatio ad Tiberium imp. vt perfidos & improbos consultores auersetur.*

Malo consilio nihil nocentius.

b Sophocles in Electra.

D Eóque nocentius, & perniciosius illud, quò quoque maioribus fraudibus dolisque ad perdendā remp. crudelioribus intumescunt, ea per malum hoc nefariumque consilium, principi Catholico sub specie boni, tanquam valde religioni Christianæ, regnoque profutura malitiosè persuadeantur. Signa hęc venturi Israeliticæ monarchiæ exitij præter alia data sunt à Deo.[c] *Transibunt autem multi dies in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote, & absque doctore, & absque lege.* Quæ misera acerbaque nimium saluti populorum, & principum, regnis illapsa bacchantur: cùm illusi, deceptique principes à malis, perfidisque consiliariis, salutares sapientum, piorumque consultationes aspernantur; impiorum verò stultorum, maléque in religionem regnumque affectorum suggestionibus prauis consilijsque delectantur.

c l. 2. Paral. c. 15. v. 3.

Certe Catholicus, piusq; princeps suā quā suos

debet præire populis sapientiam clarissimè manifestat, cùm bonorum consiliorum largitores amplectitur, contrariorum suasores execratur. Cùm enim in principe duplex prudentiæ genus, politiceq; disciplinæ professores obseruare soleant, à se & ab aliis: cumque impossibile plane videatur, vt princeps à se solo sapiat, quis inficias ire posset, principem alieno sapientum ad regimen imperij consilio non egere? Vtriusque prudentiæ genus his duobus visus est Hesiodus versibus breuiter, perspicuéque comprehendisse.

a Hesiod. opes. 1.

[a] Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει:
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Laudatissimus est, ipsus qui cuncta videbit:
Sed laudandus & is qui paret recta monenti.

b Cicero pro Cluentio.

Quibus conformia hæc Tullij.[b] *Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit ipsi veniat in mentem: proximè accedere illum, qui alterius bene inuentis obtemperet.* Recteque post illum dixit Liuius.

c Liuius l. 22.

[c] *Sæpe audiui eum primum esse virum, qui ipse consulat quod in rem sit: secundum eum qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi esse ingenij.* Sed qui princeps de sua sententia omnia gerere instituit, hunc eximius ipse Romanæ scriptor historiæ

d Liuius l. 44.

[d] superbum magis, quàm sapientem esse iudicauit. Quid princeps Christianus cùm non tam de sua, quàm aliorum sententia, atque iudicio fidelibus populis salutarem vitæ directionem propinare teneatur: nunquid meliorum quos sciet consiliatiorum sententias, iudiciaque consectabitur? Cum pro fine regiminis optimi vitam æternam sibi subditisque proponere debeat? Nota hæc ex Theologorum fontibus hausta doctrina, vt Angelici doctoris dicentis:

Princeps Christianus pro fine regiminis vitam æternã sibi proponere debet.

e S. Tho. l. 3. c. 3. de regim. princip.

[e] *Finis ad quem principaliter rex intendere debet in se ipso & subditis, est æterna beatitudo, quæ in visione Dei consistit; Et quia ista visio est perfectissimum bonum, maxime debet mouere regem, & quemcumque Dominum, vt hunc finem subditi consequantur: quia tunc optimè reget, si talis in ipso sit finis intentus, tali autem modo suos regebat & gubernabat rex ille, & sacerdos Christus Iesus, qui dicebat in Ioanne 10. cap. Ego vitam æternam do eis.* Hac ratione princeps Catholicus, principis regum terræ Saluatoris nostri verus imitator euadet, qui in hunc finem suos in terra regebat, & gubernabat: qui dicebat.

f S. Ioan. 10.

[f] *Ego sum pastor bonus, & agnosco oues meas, & cognoscunt me meæ, & sequuntur me*: & propter hoc, *vitam æternam do eis.* Qui professus est se in mundum venisse, vt homines, qui scelerum suorum immanitate animæ vitam perdiderant,

g S. Ioan. 10.

[g] *non modò recuperatam eam haberent, sed etiam abundantiùs haberent.* Hanc Christi Domini actionem pro sua institutione, populique salute princeps religiosus imitatione prospera sectabitur, si vt potentia, sic & sapientia, virtuteque suis subditis præstare conetur. Eò enim hæc Agapeti Diaconi ad Iustinianum magnum salutaris admonitio collimabat.

h Paræn. Agapeti ad Iustinian. Imp.

[h] *Quantum potestate cæteris antecellis, tantum factis etiam enitere ante alios enitere. Persuasissimum enim habe eam abs te postulari honestorum operationem, quæ magnitudini virium proportione respondeat. Vt igitur à Deo quasi per præconem victor declareris, corona inuicti imperij tuo capiti imposita coronam etiam*

A

ex promerendis pauperibus acquirito. Ad hunc sapientiæ regiæ verticem, bona, illum sapientum, fidelium magistratuum aliorumque conscientia pura præditorum consilia iuuabunt.

i Pars. *Sapientis principis est suorum examinare consilia, si vtilia sint, amplecti, praua improbare.*

k Senec. l. de 4. virtutibus.

l Idem ibid.

Quæ examinare prudentis principis est, *ne subito facili credulitate*, vt Seneca[k] loquitur, *ad falsa prolabatur.*[l] *Cogitationes vagas, & somno similes non recipere, quibus si animus tuus se oblectauerit, tùm omnia disposuerit, tristis remanebit.* Et si non examinando prudenter, periculosa nefariorum consilia, cordis sui penetralia patiatur ingredi, nefarius ipse in similis vitæ deprauationem funestiori lapsu corruet; vt infeliciter Imperatori Valenti contigit. Qui execrandis domesticorum Arianorum consiliis aures arrigens, Arianismi furore statim miser ipse

Valens Imp. aures præbens Arianis domesticis Arianus factus est.

B

conuulsus est. Cuius lue mentem minimè suam perniciosissimè commaculasset, si vel saltem philosophum Themistium post victoriam de Procopio, vere tunc philosophantem patienter audire voluisset, ista inter alia eius auribus sapienter instillantem.

l Sancta decet proferre eos qui cũ principibus conuersantur. Themistius orat. 9.

[l] *Non enim tibi tantum, ô rex, sancta conuenit sapere, sed etiam eos qui tecum versantur sancta decet proferre: ac si vnum quodque verbum eorum, quæ in tuas aures incidunt, illorum esset, quæ pura manu inferebantur.* Sancta vero salutares redolentia virtutes sapere non possunt, vt aliis ingerant, nisi qui sancti atque boni sunt. Vnde planè Dei voluntas hoc à regibus, imperatoribus, aliisque principibus fidelibus exigit, vt dociles semper talibus viris voluntariæ subiectionis inclinatione propendeant: à quorum sinceris consiliis sapienter, fœliciterque regantur: à quibus nec obstinatus, obduratusque Pharao, nec sceleratus Herodes omnino recesserunt. De illo namque dixerat Moysi Dominus.

C

m Exod. c. 7.

n Marc c. 16.

[m] *Factam te Deum Pharaonis*, de hoc vero dixit Euangelista.[n] *Metuebat autem Herodes Ioannem, & audito eo multa faciebat.* Hinc Ottonis 3. Imperatoris, testimonio Petri Damiani[o] non mediocriter sapientia pietasque creuit; & ex vtraque virtute Romani fœlicitas imperij magnis aucta incrementis de publicis calamitatibus, infortuniisque triumphauit: quod numquam ipse religiosus imperator pro sua, imperiique salute, à salutaribus, piisque sanctissimi viri Romualdi Classensis Abbatis capiendis consiliis recedere voluerit.

o Petr. Dami. in S. Romualdi vita.

Imperatores de meliori nota nihil inconsulto senatu memorabile, ac magnum facere voluerunt.

D

Quos inter Imperatores Romanos meliores, prudentiores, & vtiliores imperio iudicauit antiquitas, illi nil ritè, faustéque pro bono reipubl. quod non senatus, patrumque consilio, decretoque comprobatum esset, fieri posse iudicauerunt.[p] Neruam Imperatorem quòd facere nihil voluerit inconsulto senatu laudibus scriptores antiqui mactarunt:[q] Similibus Adrianum illi laudibus extulerunt, quod rerum ad imperii salutem, gloriamque spectantium non priuato consilio solùm, sed maxime publico satagere voluerit.[r] Probo Imperatori nullas placuit leges edere, quas censura, consiliumque senatus non approbauisset. Quid verò de Honorio Imper. Claudianus.

p Zonar. tom. 2.

q Dio. Cass. in Adrian & Zonaras.

r Flauius Vopiscus in Probo Imp.

[f] *Gestarum patribus causas ex ordine rerum*
Euentusque refert, veterumque exempla secutus
Digerit imperij, sub principe facta senatu.

f Claudian. in 4 consulatu Honorij.

Quid eius Honorij nepos Theodosius iunior? Quid illius successor in imperio Valentinianus 3.

Nunquid imperiali reſcripto ſanciuerunt, vt omnis lex à ſua promanans auctoritate irrita manẽs, hebeſceret, langueretque, quouſque à principalioribus aulæ, palatijque imperatorij conſiliariis, totiuſque decreto ſenatus approbaretur? [a] *Volumus prius*, inquiunt religioſi imperatores, *id ab omnibus tam proceribus noſtri palatij, quàm glorioſiſſimo cœtu veſtro, patres conſcripti, tractari, vt vniuerſorum conſenſus noſtræ ſerenitatis authoritate firmetur.* Sed vnde tanta reſolutionis Imperatorum illorum in audiendis, ſeruandiſque ſapientum palatij, totiuſque ſenatus conſilüs, decretiſque firmatas, niſi ab exemplo, Theodoſij magni illius? Quem in ſublimiſſimo, & fortiſſimo imperij tutius orbis vertice conſtitutum tanta docilitas, patienſque humilitas, in audiendo ſanctum Ambroſium contra ſe loqoentem publicè cœpit, dum ei in Eccleſia Imperatori inter concionandum obſtitit ſanctiſſimus Epiſcopus, ne incenſa Iudæorum ſynagoga iuſſu ſuo denuo reædificaretur? Cui diuinitus ſancto Epiſcopo concionanti paruit imperator, verbis Saluatoris noſtri perteritus, quem mirabilis Epiſcopus ita loquentem repræſentabat? [b] *Ego te ex vltimo Imperatorem feci: Ego tibi exercitum* [c] *inimici tui tradidi: Ego tibi copias, quas ille aduerſum te exercitui ſuo parauerat, dedi. Ego inimicum tuum in poteſtatem tuam redegi: Ego de ſemine tuo ſupra ſolium regni conſtitui:* (ſcilicet Arcadium.) *Ego te triumphare ſine labore feci; & tu de me inimicis meis donas triumphos?* Quibus auditis omnia ſe facturum ſpopondit Imperator quæ ipſe ſanctus Epiſcopus præceperat. Sed hæc pietatis, humilitatiſqoe exempla tanti principis exigua ſunt præ his quæ exhibuit reconciliatus Eccleſiæ poſt cædem Theſſalonicam à Theodoreto ſic expreſſa. [d] *Itaque Imperator fideliſſimus in ſanctum templum ingreſſus* (ſcilicet poſt ſoluta vincula excommunicationis à ſancto Ambroſio) *non ſtans Dominum precatus eſt, neque genibus flexis, ſed pronus humi abiectus, verſum illum David recitans.* Pſal. 118. *Adhæſit pauimento anima: Viuifica me ſecundùm verbum tuum: atque capillum manibus lacerans, frontem ferire, lachrymarum guttis ſolum rigare, veniamque ſupplex petere cœpit. Vbi autem tempus poſtulans, vt dona ſacræ menſæ offerret, ſurgit, atque non minorem lachrymarum vim, quàm antea effundens, in ſanctuarium ingreſſus eſt.* Et cætera qoç pluribus Theodoretus. Propter has pietatis, humilitatis, obedientiæ, aliaſque ſimiles ſanctitatis virtutes imperatore Chriſtiano digniſſimas Theodoſius Imperator exemplar, ſpeculumque optimorum principum à ſanctis Patribus habitus eſt, qui magis arguentes ſe, quàm blandientes ſibi probauit, & ſincero charitatis affectu dilexit; vt his verbis poſt eius religioſiſſimi, & ſapientiſſimi Imperatoris obitum ſanctus Ambroſius expreſſit. [e] *Dilexi virum, qui magis arguentem, quàm adulantem probaret. Strauit omne quo vtebatur inſigne regium. Defleuit in Eccleſia publicè peccatum ſuum, quod ei aliorum fraude obrepſerat: Gemitu, & lachrymis orauit veniam. Quod priuati erubeſcunt, non erubuit imperator, publicè agere pœnitentiam: neque vllus poſtea dies fuit, quo non illum doleret errorem.* Et Diuus Auguſtinus has huius omnium, qui vnquam regnarunt in orbe, Imperatoris maximi, in obediendo ſancto Epiſcopo, eiuſque pro agenda pœnitentia conſilium ſectando virtutes admirans, hæc de illis per exclamationem dixit. [f] *Quid autem fuit huius religioſa humilitate mirabilius? Quando in Theſſalonicenſium grauiſſimum ſcelus, cui iam Epiſcopis intercedentibus promiſerat indulgentiã, tumultu quorundã, qui cohærebant vindicare compulſus eſt: & Eccleſiaſtica coërcitus diſciplina ſic egit pœnitentiam, vt imperatoriam celſitudinem pro illo populus orans magis fleret videndo proſtratam, quàm peccando timeret iratam.* Quanta ſapientia! quàmque ſalutaris in ipſo patuit imperatore! qua dum conſilium ſanctiſſimi Epiſcopi in rebus vehementer arduis tecta ſalutariaque conſulentis amplectitur, & fortunatiſſimo mundi totius imperio innumeris fulgente trophæis glorioſè, pacificéque potitur, & æterno cœlorum regno viam, aditumque ſibi in terra patefecit. Cuius ſapientiam, pietatem, æquitatemque ſecuti principes de meliori nota, nihil quicquam aut concedere, aut ſtatuere voluerunt, niſi hoc ſapientum conſilio, ſupræmæque curiæ ſenatuſconſulto comprobaretur. Non enim ſemper arbitrari debemus, omnia principum reſcripta regiæ imperatoriæq; voluntatis ſignificationem referre, *multa ſiquidem*, inquiunt principes apud [g] Senecam, *à nobis extorquentur quæ nolumus ſcribere.* Vnde ſicut, *non omnia quæ fiunt*, teſte Tertulliano, [h] *Deo volente, & imperante, ſed tantùm quæ iuſta ſunt fieri dicuntur*: ita etiam ſi quæ reſcripta, ſtatutaque per ſubreptionem minimè iuſta de principum manibus extorqueantur, ſenatus decreto abſcindi improbarique merentur. Vnde præclarum illud Imperatorum Arcadij, & Honorij Macrobio, & Præliano vicarius reſcriptum. [i] *Sicut ſacrificia templorum*, ſcilicet Paganorum, *prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamenta ſeruari: at ne ſibi aliqua authoritate blandiantur, qui ea conantur euertere, ſi quod reſcriptum, ſi qua lex fortè prætenditur, abreptæ huiuſmodi chartæ ex eorum manibus, ad noſtram ſcientiam referantur.* Quod à patre ſuo Theodoſio magno didicerant, qui cum Gratiano, & Valentiniano iuniore iſta Eutropio præfecto prætorio reſcripſerat. [k] *Quoniam plerumque ita à nonnullis cauſis inuerecunda petentium* (ſeu potentium) *inhiatione conſtringimur, vt etiam non concedenda tribuamus: ne reſcripto quidem noſtro aduerſus formam latæ legis loci aliquid relinquatur.* Principum, Regumqoe ſi verè Catholici ſunt non aliam eſſe mentem, voluntatemque arbitrandum eſt, quàm vt ſuæ leges, edictaque ſancta, æternæ conformia legi, ſumma iuſtitiæ, æquitatiſque rectitudine fulciantur. *Et ſicut* (vt aiebat Seneca [l]) *non externa cogunt Deos, ſed ſua illos in legem æternam voluntas eſt, ſic principibus bonis non alia quam iuſta in decernendo poteſt eſſe voluntas.* Appoſiteque in hanc ſententiam apud Tacitum C. Ceſtius ſenator aſſerebat, [m] *principes inſtar Deorum* (nos Dei) *eſſe, ſed neque à dijs niſi ſupplicum preces audiri.* Quibus vt apertas ſuæ miſericordiæ benignitatiſque aures principes boni, iuſtique præbeant, ſolida, iudicio, pietate, & fidelitate ſapientum, religioſorumque iuſtitiæ miniſtrorum, rectorumque populi conſilia, illos fideliter inſtigant. A quibus ſuam corroboratam, firmatãque

[a] l. Humanũ C. de legib.

Theodoſii M. obedientia, & ſtudiũ ſequẽdi recta, ſalutariaque monentem S. Ambroſium.

[b] Paulin. in vita S. Ambr.

[c] Scilicet Maximi tyranni.

[d] Theod. l. 5. hiſt. Eccl. c. 17.

Theodoſius Imperator magis arguentes ſe, quàm ſibi blãdientes, vt S. Ambroſium diligebat.

[e] S. Ambr. orat. funebri de obitu Imper. Theodoſij.

In rebus aſperrimis ſecũdum conditionem principũ Theodoſius M. S. obediuit Ambroſio.

[f] D. Aug. l. 5. de ciuit. c. 26.

3. Pars. *Quæ ſtatuunt, aut per importunitatem petentium concedunt boni principes ſenatuſcõſulto, aut ſui ſanctioris conſilij decreto volunt confirmari, ſeu irritum.*

[g] Senec. l. 4. controu. 3.

[h] Tertull. l. de exhort. ad caſtit.

[i] l. 3 ſicut ſacrificia co. de Paga. l. 1. cod. tit. 11.

[k] l. 1 Quiſquis c. de petitionibus bonorum ſublatis l. 10. cod.

[l] Seneca l. 6. de Benef. c. 23.

[m] Tacit. l. 3. annal.

ſapientiam Chriſti Domini innixam gratiæ, atque miſericordiæ, in illius honorem, gloriamque rependunt: fructuſque illius ſapientiæ fœcundos & vberes in omnium ſibi creditorum ab ipſo domino populorum ſalutem, pacem, proſperitatem, æternam denique gloriam illis, & ſibi ab ipſo redemptore noſtro dominantium domino, bene viuentibus promiſſam, copioſè, cumulatéque transfundunt. Iuxta illud S. Spiritus oraculum, [a] *Multitudo ſapientia ſanitas eſt orbis terrarum*, id eſt habitantium ſuper terram fide, atque morum ſanctitate, diuinę voluntati conformium. Quæ ſanitas illorum præcipuè eſt animæ, qua cõfirmati, poſt hanc vitam pio ductore principe, ipſios, ſuarumque virtutum gradibus, ſuper omnes cœlos aſcendentes, tandem aliquando beatiſſima, quam hic bene viuendo ardentiſſimè concupierunt, ſanctiſſimæ trinitatis viſione fruitioneque potiantur.

a Sapiẽt. c. 6.

CAPVT XIII.

De bonis legibus, quas Catholicus princeps pro recta, proſperaque populorum directione aut condere, aut conditas cuſtodire debet.

1. *De ciuilium legum præſtanti natura, origine & qualitatibus.*
2. *De neceßitate, & fructibus earum bene cuſtoditarum.*
3. *De reip. miſerijs ab earum contemptu.*

PATET igitur ex præcedentibus, quãta faciẽda ſit principi Chriſtiano, Catholica religione fideliter inſtructo iuſtitia, quantiſque ſtudijs eam clementer, atque ſapiẽter exercere debeat. Quæ eſt velut cœleſtis ſpiritualiſque zodiacus in terris, intra quem Sol ille reip. viſibilis princeps perpetuo rectitudinis æquitatiſque motu circumactus, ſi bonus eſt, voluitur. Cuius opus, munuſque eſt ius ſuum vnicuique reddere, honeſte viuendo, & neminem lædẽdo, quod fit per prudentem, piamque ſanctarum legum inſtitutionem. Quas dum in virtute iuridicæ, monarchicæque poteſtatis, pro ſalutari ſubditorum regimine condit, veram, ſaluificamque philoſophiam, quæ Chriſtianorum eſt, non adumbratam, fucatãq; [b] Iuſtiniani magni teſtimonio profitetur. Ea quippe iuriſdictionis monarchicæ poteſtas & virtus ipſi data deſuper, iuris gentium interuentu, hoc ſecum officiũ, munuſque principi defert: vt poſſit, ac debeat leges publicæ ſaluti proficuas ſancire, ac dicere: ſicut communis philoſophorũ, doctorum vtriuſque iuris, Theologorumque cõſenſus affirmat. Ariſtotelis enim hæc fuit opinio, atque ſententia dicentis. [c] *Patris præceptio vires non habet*, ſcilicet ferendi leges, *neque neceßitatem, neque vllius omnino vnius viri, niſi ſit rex, vel aliquis talis: lex autem vim habet cogentem.* Et ante eũ præceptor Plato [d] dixerat; *legum lationem ad dignitatem regiam pertinere.* Quos ſecutus ſui ſeculi phi- A loſophorũ coryphæus [e] Plutarchus, propterea *legem eſſe principis opus aſſeruit.* Et qui his maius veritatis lumen aſſecutus eſt, quia de grege antiqui populi Dei [f] Philo Iudæus, ſicut agnouit teſtatus eſt, *regis officiũ eſſe iubere quæ oportet fieri, & vetare à quibus abſtinere decet. Cæterum iußio faciendorum*, inquit, *& interdictio cauendorum propriè ad legem pertinet.* Clariùs adhuc, & potentiùs hanc veritatem rationibus, demonſtrationibuſque firmatam ioris doctores vtriuſque, proclamarunt, vt [g] Bartolus in l. omnes populi, ff. de iuſtitia, & iure. Et in [h] leg. imperium ff. de iuriſdict. omnium iudicum, aſſeuerando virtutem leges cõdendi ad meri imperij iuriſdictionẽ reuocari. Cuius aſſertioni ſuo ſuffragio [i] Baldus acquieuit; à qua doctrina [k] Ca- B noniſtarum nulli recedunt. His annuunt diuinæ ſapiẽtiæ profeſſores, eorumque omnium ſententias ſuo conſenſu, decretoque comprobant. Pater princepſque ſcholæ ſcholaſticæ, ſpeculatiuæque theologię D. [l] Thomas, [m] Silueſter, [n] Soto, aliique caſuum conſcientiæ diſquiſitores, quos D. ſcripturarum oracula, ſanctorumque Patrum reſpõſa in ſuis reſolutionibus corroborarũt. Vt illud ſapientiæ [o] diuinæ. *Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernũt*, huic Scripturæ ſacræ oraculo S. Patres ſuo conſenſu ſubſcribunt. S. Baſilius. [p] *Si regnum*, inquit, *eſt legitima poteſtas, manifeſtũ eſt quod ex rege, aliòqui hoc nomine digno exiſtentes vitæ præceptiones multũ apud omnes momenti habeant, ad conſiderandam, & conſequendam in communi bono vtilitatem.* Propter quod Clemens [q] C Alexandrinus, *legum ferendarum ſapientiam imperatoriam vocat, & maximè regiam.* Qui poſtea in huius veritatis confirmationem iſta ſubiunxit. *Quemadmodum paſtoralem artem ouium curam; ita etiam legum ferendarum artem dicemus, virtutem hominum comparare, humanum bonum pro viribus excitantem, vt quæ gregis hominum curam gerat, & prouidentiam.* Hæc legum ſanciendarum pro ſalute reip. cum pura intentione, ſinceraque conſcientia prouinciã princeps ſuſcipere debet, vt plus præmij, & gloriæ apud Deum in hac, & altera vita reportare mereatur. Dabitque operam, vt leges, quas ſuis dabit populis, honeſtæ, & iuſtæ ſint, id eſt bonæ ſecundùm materiam, & formam fiant; honeſtas ad materiam, cum quod præcepit princeps bonũ eſt, & iuſtitia ad formã referũtur, cùm non ſolum res bona iubetur fieri, ſed etiam bene, ac iuſtè. *Iuſtè quod bonum eſt perſequeris, vt viuas*, dicebat Dominus, ſic quod iuſtum, & bonum eſt, D iuſtè, ac bene à principe latore legis præcipi, & imperari debet, & quidem cũ dulcedine, & manſuetudine: vt non tã cum ſubditis dominus, quàm pater cum filus, rex princepſque tractare videatur. In cuius rei ſignum apud Græcos hymni, ſeu cantilenæ, & leges vno, eodemque nomine νόμοι vocabãtur: νόμος quippe vtrumque cantilenã ſcilicet, legẽque ſignificat: quod videlicet vt in problematis obſeruauit [q] Ariſtoteles ſicut hymni, cãtuſq; harmonici cordibus hominũ dulciter inſinuãtur, ſic leges à principe populorum cordibus blandè, leniterq; cuſtodiendæ præbeãtur. Qui ad hoc princeps, dominatorque aliorũ cõſtitutus eſt à Deo, vt illis ſalutẽ bene regẽdo procuret, ob eãque cauſã reges, ac principes reip. miniſtri ſicut & Dei nũcupãtur. Ita de principibus ſapiẽs propheta loquitur. [r] *Cũ eſſẽt miniſtri regni illius, &c.* Quod in bonũ reip. populorũque cõmune, ſuæ cõuertere vſum poteſtatis debeant, propter quos eã à Deo

Princeps Chriſtianus nunquam iuſtitiæ metas debet egredi.

b l. 1. ff. de iuſtit. & iure.

Legiſlatio in iuriſdictione principis poteſtate includitur.

c Ariſt. l. 10. eth. c. 8. vlt.

d Plato dialo. de regno.

e Plutarc. opuſcul. quod in princip. doctrina requiratur.

f Phil. Iud. l. 2. de vita Moſis in princip.

g Bartol. in l. omnes ff. de iuſt. & iure.

h In l. imper. ff. de iuriſd. omni iudicũ n. 8.

i Bald. in l. 1 ff. de iuſt. & iure.

k Canoniſtæ in c. cùm acceſſiſſet. & c. cùm in Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſt. & in c. Eccleſiarum, & ca. Solitæ de Maiorit. & obed. c. Duo ſunt c. bene quidem 96. diſt.

l Thom. 1. 2. q. 90 art. 3 q. 69 art. 3. 2. 2. q. 67 art. 15.

m Silueſter in verb. lex.

n Soto l. 1. de iuſt. & iure q. 1 art. 3.

o Prou. 8 v. 15.

p S. Baſilius hom. in ca. 2. prou. 10 init. prouerb.

q Clement. Alex. l. 2. ſtr. c. 14.

Cum bona intentione vera prouinciam condendarum legum in hunc finem ſuſcipere debet, vt coram Deo multùm mereatur.

Honeſtas materia legis, iuſtitia forma.

p Deut. c. 16.

Princeps cum manſuetudine leges iuſtas, & iuſtè condere debet.

q Ariſtot. Problem.

Principes cur reip. miniſtri ſicut Dei nominantur.

r Rom. 13.

ſ Rom. 13. Sapien. 6.

misericorditer acceperunt. Propterea hoc rectè A inter regem, & tyrannum discrimen S. Basilius constituit;[a] quòd ille communem vtilitatem, hic verò propriam in suo regimine, principatuque quærat; quod longè ante illum Aristoteles[b] obseruauerat; quibus S. Thomæ[c] suffragatur mens, & opinio. Harum legum constitutione suos princeps subditos ad virtutis, pietatisque studia vehementiùs inflammabit, & à vitiis, sceleribusque potentiùs deterrebit per eas pœnæ formidine deterrebit. Bonæ quippe leges vitiis posteriores, cùm ex illorum occasione nascantur. *Vsu enim probatum est*, aiebat apud Tacitum[d] Pætus Thrasea, *leges egregias, exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum gigni. Sic oratorum licentia Cinciam rogationem, candidatorum ambitus Iulias leges, magistratuum auaritia Calphurnia scita pepererunt. Nam culpa, quàm pœna tempore prior, emendari quam peccare posteriùs est.* Et quamuis, vt ait B Apostolus,[e] *lex iusto facta non sit*, quoad coactionem videlicet, omnes tamen quoad directionem principes, & populos authoritate sua tanquam omnium regina constringit: iuxta illud Pindari referente Plutarcho,[f] *ὁ νόμος πάντων βασιλεὺς θνητῶν καὶ ἀθανάτων ὥς φησι Πίνδαρος. Lex regina hominum, & immortalium, vt ait Pindarus.* Cui conformia sunt hæc Marciani Iurisconsulti.[g] *Lex est omnium diuinarum, & humanarum rerum regina, oportet enim eam esse præsidem & bonis, & malis, & principem, & ducem, & secundùm hoc regulam esse iustorum, & iniustorum, & eorum animantium, quæ natura ciuilia sunt, præceptricem quidem faciendorum, prohibitricem vero non faciendorum.* Et Demosthenes præcipuam referēs rationem propter quam omnes principes, ac populi legi pa- C rere teneantur, ait[g] *ᾧ τί ἐστιν ὁ νόμος ᾧ πάντας ἀνθρώπους προσήκει πείθεσθαι. διὰ πολλὰ καὶ μάλιστα, ὅτι πᾶς ἐστι νόμος εὕρημα καὶ δῶρον Θεοῦ. Lex est cui omnes homines parere conuenit, tum ob alia multa, tum vel maximè eo quod omnis lex inuentum, ac munus Dei est.* Eam vero legem principibus imperantem[h] Plutarchus vocat non liberis populis extrinsecus scriptam, aut in tabulis exaratam, sed animatam intus in ipsorum corde rationem, cum ipsis perpetuo conuersantem, ipsorumque obseruatricem, quæ eorum animas nunquam sine tutela sua, directioneque viuere permittit, atque hæc summa ratio illa est, quæ à iurisconsultis, *anima legis appellatur.* A qua vis, energia, virtusque manat omnium legum, quæ à princi- D pum legitima potestate, in omnium populorum ciuili iure, conuersationeque sociatorum directionem, regimenque deriuatur. Hinc illa legis definitio in genere sumpta à Theologis[i] tradita, scilicet: *Lex est quadam rationis ordinatio: & præceptio in commune bonum ab eo qui curam reip. gerit promulgata.* De qua hæc sanctus Augustinus.[k] *Quid illa lex, quæ summa ratio nominatur, cui semper obtemperandum est, & per quam denique illa, quam temporalem vocandam diximus, rectè fertur, rectéque mutatur, potestne cuipiam intelligenti non incommutabilis, æternaque videri? An potest aliquando iniustum esse, vt mali miseri, boni autem beati fiant? Aut vt modestus, & grauis populus ipse sibi magistratus creet? Dissolutus verò, & nequam ista licentia careat?* Ab hac ratione summa leges imperatoriæ, regiæque profectæ in omni regno,[l] reque publica bene constituta oculorum vice funguntur Leonis Imperatoris iudicio.[l] *Sicut enim oculus firmus, & perspicax non vacillans, titubansue animalium corporibus valde salutaris, atque necessarius est; ita hominum cœtibus societatibusque ciuilibus legum bonarum recta, stabilisque constitutio ad pacem, vitaque probitatem maxime facit.*[m] *Per legem cognitio peccati*, inquit Apostolus, id est iuxta tenorem expositionis à Clemente[n] Alexandrino traditæ. *Lex peccatum non fecit, sed ostendit, cùm ea quæ sunt facienda iussit, reprehenditque contraria prohibendo.* Illud propterea in principis animo fixum, immotumque super omnia manebit, vt pias, sanctasque leges ferat, quæ omnes à populorum mentibus, corporibusque lapsus, obliquitates, erroresque repellant, eosque contrariis virtutibus in spiritu lenitatis imperantes exorient, per quas illis secum pax temporalis, æternaque pariatur. Quæ bona dubio procul principum Catholicorum leges populis fidelibus prospere comparabunt, si secundùm[o] sanctorum Patrum doctrinam in diuinis fundatam literis, ratione constiterint, religioni Christianæ congruant, disciplinæ conueniant, saluti proficiant, si sint honestæ, si iustæ, si possibiles secundùm naturam, secundùm consuetudinem patriæ, tempori, locoq; conuenientes, aliasque legitimæ legis, Deoque gratæ conditiones qualitatesque sortiantur. Has conditiones ex[p] sancto Isidoro, in sacrum reductas[q] canonem clarè, breuiterque à Glossa huius canonis expositas, seruabit princeps in legibus suis, si ad cynosuram legis æternæ semper intentionis, mentisque suæ reflectat oculos.[r] *Conditor enim legum temporalium*, inquit sanctus Augustinus, *si vir bonus est, & sapiens legem consulit æternam, vt secundùm eius incommutabiles regulas quid sit pro tempore vitandum iubendumque discernat.* Et ideo sicut lex æterna non nisi iusta, rectaque præcipere potest, quia est ipsa iustitia per essentiam; ita humana lex temporalium principum auctoritate sancita, huius legis æternæ participatio esse debet, sicque non nisi iusta, honestaque præcipere, iubereque ritè, ac valide potest, cùm in virtute Dei debeat imperare iuxta illud Prouerbiorum 8.[s] *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.*

His consideratis, & attentis legum ciuilium conditionibus, qualitatibusque, tantam earum necessitatem, vtilitatemque bene custoditarum confiteri, & agnoscere debemus, vt sine his nulla hominum societas, nulla natio, ciuitas, respublicaque salua incolumesque subsistere possint. Quod quidem minimè Platonem ignorasse constat, cùm dixerit. *Necesse esse leges hominibus ponere, vt secundùm leges viuant: Nam si absque his vixerint, nihil à feris atrocissimis discrepauerint.* Quibus hæc Aristotelis discipuli conformia sunt.[t] *Vt perfectione suscepta optimum omnium animalium est homo, ita si alienus fiat à lege, & à iudiciis, pessimum est omnium animalium.* Quia, inquit sanctus Cyrillus, *minimè dubium est quin leges dirigant ad bonum, & à deterioribus recedere cogant; vnde nemo,*

[a] S. Basil. ho. 12. in prin. prouerb.
[b] Arist. l. 8. ethic. c. 10. & l. 3 polit. c. 5.
[c] S. Thom. 2. 2. q. 42. art. 2. & l. 3 de regi. princ. c. 11.
[d] Tacit. l. 15. annal.
Leges ex vitiis nata.
[e] Rom. c. 1.
[f] Plutarch. de regno.
[g] Marciani Iurisconsult. l. 2 ff. de legib.
[g] Demost. contra Arist.
Quæ sit lex principum dominatrix, summa ratio, quæ legum dicitur anima.
[h] Plutarch. l. de regno.
Omnes bonæ leges à ratione profectæ.
[i] S. Thom. 1. 2. q. 9. art. 4. Soto. 1. c. 1. de iustit. & iure.
Lex quid.
[k] S. Aug. l. 1. de libero arb. c. 6. tom. 1.
[l] Leon. Imp. Nouell. constitut. 19.
Leges reip. oculus.
Per legem cognitio peccati.
[m] Ro. 3 v. 20.
[n] Clement. Alex. l. 2. stro.
Quales debent leges condere principes, quo se suosque populos saluent.
[o] S. Isidor. l. 5. ethimol. c. 2. D. Tho. 2. 2. q. 95 ar. 3 &c.
Conditiones legis legitimæ, atque bonæ.
[p] l. 5. ethimol. c. 21. & l. 2. c. 10.
[q] Cap. erit autē lex dist. 4.
[r] S. Aug. l. de vera relig. c. 31.
[s] Prouerb. 8.
2. Pars. De necessitate, & fructibus legum politicarum à principe editarum.
Plato. l. 9 de legib. sub fin.
[t] Arist. l. 1 polit. c. 2.
Sine lege homo omnium animalium ferocissimũ, & immanissimum.
S. Cyrill. l. 3 contra Iulianum sub init.

nemo, qui mente præditus est, redarguerit vel leges, vel legislatores. Æquitas mansueta Romanorum in legum victis populis impositione illorum auxit imperium, *vt cùm Paulus Æmilius*, ait Liuius, [a] *leges Macedoniæ dedit, eum cauta cura, vt non hostibus victis, sed socijs bene meritis dare videretur, & quas ne vsus quidem longo tempore, qui vnus est legum corrector corripiendo argueret.* Verumque illud Symmachi: [b] *leges in commune bonum procedentes nunquam occasum passuras, sicut nec Regna, nec Respublicas, quibus fomenta virtutum, rectèque viuendi normam sua authoritate subministrant, in interitum lapsuras tantis innixas propugnaculis.* Exemplorum inductione cuiuis mente, iudicioque prædito persuadere, atque illi breui quidem, sed præclaro Aristotelis [c] eloquio assentiri facile est: ἐν τοῖς νόμοις ἐστὶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως, *in legibus salus ciuitatis sita.* Eius B præceptor Plato [d] ante dixerat: *in qua ciuitate lex domina est principum, & principes serui sunt legis, ibi video salutem, & omnia bona, quæ dij bene moratis ciuitatibus dare solent.* [e] Et Cicero: *Constat profectò*, inquit, *ad salutem ciuium, ciuitatumque incolumitatem, vitamque hominum quietam, & beatam conditas esse leges*, &c.

a Liuius l. 45. Ornarum legū editione splendor regni, fiunt ... crescit.
b Symmachi l. 10 epist.
c Arist. l. 1. Rhetor. c. 3.
d Plato l. 4 de legib.
e Cicero 2. de legib.

Lacedæmoniorum fortitudinem, imperiique indomiti robur, inuiolabili legum custodiæ, & obseruationi, Demaratus accepta referebat, qui Xerxi Persarum Regi sententiam de Græcis dicere iubenti respondit. [f] *Lacedæmonij singulorum virorum sunt in bello excellentissimi. Nam licet sint liberi, non tamen sunt vsquequaque liberi, quippe quibus præest domina lex, quam multo magis metuunt, quàm tui te*, & cætera. Vnde vtilitates, fructusque legis bene prudenterque conditæ in totius Reipub. bonum salo- C temque conuersos, exprimentes iuris ciuilis interpretes in Lege 1. ff. de legibus, legem *commune præceptum*, id est: *pro communi vtilitate statutum* appellant: vt ibi Glossa [g] interpretatur; quam Bartolus, [h] Iason, & alij Iurisconsulti sequuntur. Clariùs hoc bonum commune à lege profectum exponit Canon sacer. [i] Erit autem dist. 4. ex libro 5. ethymologiarum S. Isidori cap. 21. deriuatus, & haustus. Verba sunt S. Isidori in Ecclesiasticum Canonem relata. [k] *Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum patriæ consuetudinem, loco, temporique conueniens, necessaria, vtilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta.* Omnium istarum bonæ legis in vtilitatem publicam editæ qualitatum, hisdem planè verbis [l] supra meminerat. Hoc commune bonum fructusque D publicos legum legitimarum à principibus populorum conditarum, gentilitiæ sortis, societatisque sapientes non ignorarunt, vt præstans cæteris [m] Plato, cùm dixit. *Conditur, mea quidem sententia, vtilitatis publicæ gratia lex, & vt maximum ciuitati bonum legem concedunt, legeque sublata legitimè in ciuitate viuere non possumus.* Ex cuius mente, doctrinaque eximius, mellifluusque ipsius interpres Marcilios Ficinus, hanc legis humanæ, politicæque descriptionem fideli disquisitione, obseruationeque collegit. *Lex est vera gubernandi ratio, quæ finem optimum, per commoda media, gubernata dirigit.* Platonis discipulus, præceptoris gloria Aristoteles, magistri doctrinæ suo consensu suffragando. [n] *De virtute*, inquit, *& vitio publicè cogitant, quicumque curam habent bene instituendi ciuitatem, vtique per leges.* [o] Hinc alibi leges ad Remp. esse accommodatas, non Remp. ad leges asseruit, ex quarum beneficio dum Respublicæ, regna, ciuitatesque commoda, fructusque percipiunt amœnissimos, illis priuatæ domus, familiæque minimè destituuntur. Vt præclare D. Augustinus [p] ex debito ordine partis ad totum, & totius ad partes illustraint; qui cùm ad Reipub. pacem, familiarium concordiam referri demonstrauisset, reciproco beneficio, auxilioque subiunxit. *Ita fit vt ex lege ciuitatis præcepta sumere patrem-familias oporteat, quibus domum suam sic regat, vt sit paci accommodata ciuitatis.* Ex omnibus commodis, fructibusque quos secum bona lex asportat, duo præcipuè videntur esse, primus, quòd pacem, tranquillitatem, charitatem inter ciues publicam, pœnæ formidine nocentes à malefactis, iniurijsque deterrendo conseruet: alter quòd ad studia virtutum ciues in Repub. præmiorum constitutione vehementius inflammet. Primum his verbis S. Isidorus breuissimè complexus est. [q] *Factæ sunt leges, vt earum metu humana coerceretur audacia, tutaque esset inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrænaretur nocendi facultas.* Habentque ista duo omnes bene constitutæ leges, vt præmiis ad rectè facta homines impellant, & suppliciorum interminatione eosdem à vitijs arceant, ad quæ quatuor legis virtutes spectant, atque referuntur. De quibus Modestinus Iurisconsultus. *Legis virtus est*, inquit, [r] *imperare, vetare, permittere, punire.* Totidem agnoscit S. Isidoros, [s] & post eos [t] D. Thomas; non quòd quælibet lex ista quatuor semper præstare debeat, sed quòd aliquod istorum, vel aliqua semper exequi soleat, vt vel imperet bona fieri, vel mala vetet, aut quædam indifferenter fieri permittat (quod legi propriè dictæ non competit, sed solùm impropriè, & per analogiam quandam ad leges propriè dictas) aut denique malefacta puniat, mactetq; suppliciis. Hinc duo legis effectus præcipuè colliguntur, primus obligatio, qua illi quibus lex imponitur, vt faciant bona, & recedant à malis astringuntur, vel sub peccato in foro conscientiæ, vel sub aliqua pœna temporali in foro externo. Alter legis effectus est homines bonos facere quantum in ipsa est, vt grauissimi Philosophi, & Theologi Aristoteles, [u] D. Thomas [x] cum aliis obseruarunt. Quò referenda sunt illa Ciceronis, [y] *legem oportere esse vitiorum emendatricem, commendatricemq; virtutum.* Scilicet præscribendo ea, quæ secundum se bona sunt; quamuis euenire posset, vt aliquis legem adimplendo peccaret quoad circumstantias, sicque à recto virtutis tramite deflecteretur, & exorbitaret. Sed talis error præter legis intentionem censetur esse, imo contra, à sola malitia operantis efformatus: qui non tam rectitudinem legis imperātis attendere, quàm suo vitio, prauæque cupiditati satisfacere desiderat, dum quæ bona lex iubet malè facit.

f Herodot. l. 7.
A lege commune bonum.
g Gloss. l. 1. ff. de legib.
h Bartolus Iason.
i Can. erit igitur dist. 4
k S. Isidor. l. 5 ethym. c. 21
Qualis debeat esse lex.
l Idem l. 2. c. 10
m Plato dialogo Hippias, seu de pulchro circa finem.
Marcil. Ficinus argumento dialogi Minos, & in lib. de legib. & Rep.
n Arist. l. 5. ethic. c. 6.
o Arist. l. 4. ethic. c. 1.
p S. Aug. l. 19. c. 16. de ciuit.
Bona publica à pace profecta in priuatos ciues redundant.
Duo præcipua ex omnibus legis bonæ vtilitates, atque fructus.
q S. Isid. l. 5. c. 10. ethym. seu orig.
Quatuor legis virtutes.
r Modestinus L. 7. ff. de legib. & senatusc.
s S. Isidorus l. 5. originum c. 19.
t D. Tho. 1. 2. q. 92. art. 2.
Effectus legis duplex præcipuè: 1. obligare 2. Facere homines bonos.
u Arist. l. 2. ethic. c. 14.
x D. Tho. 1. 2. q. 92. art. 1.
y Cicero l. 1. de legib.

Hiis attente consideratis ex legum cultu fructibus, & emolumentis, de miseriis ab earū contemptu profectis dubitari nullo modo potest: *interitum parari illi ciuitati video*, [z] aiebat Plato, *in qua non lex magistratibus, sed legi magistratus*

3 Pars.
Quàm sit miserum Reip. illius legis contemnere.
z Plato l. 4 de legib.

O

præsunt, miserum, molestumque illius Reip. factum alibi proclamans, qui dulce, & salutare legis iugum excuteret: [a] *ἄνομος μοναρχία χαλεπὴ καὶ βαρυτάτη ξυνοικῆσαι. Illex principatus, molestus, & cui non facile subsis.* Hinc illa Plinij iunioris ad Traianum admonitio, [b] *ne legibus bonis fundata ciuitas, contrarijs euertatur.* Hinc illud Catonis senioris votum, [c] *vt forum muricibus sterneretur*, quod vel neglecta sinceritate legum, vel ex malitiosa earum interpretatione forum litibus perstrepere videret: vnde fūdi Reip. calamitas. Non sine causa principes, & Imperatores publicæ pacis, & fœlicitatis amatores, iudices, & magistratus, quos administrandæ iustitiæ præfecerunt auersos à conscientia, legum suarum violatores grauissimè castigarunt, sicut prȩter cȩteros paganicæ sortis Adrianus, vt cæterorum principum Cābysis, & aliorū exempla nimis nota subiiceā, *qui Asiam peragrando prouinciarum præsides, & procuratores earum, qui leges cōtemnendo in administratione iustitiæ deliquissent, seuerè pro factis supplicio affecit*, vt [d] Spartianus author est. Et merito quidem ne tēpestates malorum, atque tonitrua aduersitatum, calamitatumque publicarum gemente iustitia sub pondere iniquitatis, societatibus hominum qui sunt in regno, crudelius ingruant, & irrumpant. Inde publicæ disciplinæ [e] vigor, maleficia, factaque scelerate puniri postulat. *Leges quippe*, inquit [f] Tertullianus, *malos erui iubent, non abscondi, confessos damnari præscribunt, non absolui. Hoc senatusconsulta, Hoc principum mandata definiunt.* Quo quid iustius? vt extincta iniquitate de medio populi ab eo ruinæ, miseriæ, calamitatesque repellantur? Cùm *regnum à gente in gentem transferatur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos*, dicatque alius Propheta. [g] *Ecce oculi Domini super regnum peccans, & conteram illud à facie terræ.*

[a] Plato in polit. seu lib. de regn.
[b] Plin. in Panegyr.
[c] Plutarc. in Catone Maiori.
[d] Spartianus in Adriano.
[e] L. locatio §. quod illicite ff. de publicanis.
[f] Tertul. in Apolo. aduersus gētes.
Ecclesi. c. 10. v. 8.
[g] Amos c. 9. v. 8.

CAPVT XIV.

Quàm salutares hȩ bonorum principum leges Ecclesiæ, & Reip.

1. *Leges Regiæ, & Imperatoriæ ad litium extinctionem debent esse breues & paucæ.*
2. *Boni principes virtute modicarum legum breuium, & obseruatu facilium nimias lites decurtarunt, forensesque strepitus compresserunt.*
3. *Harum legum promulgatio Ecclesiæ Dei, sicut ciuili Reipublicæ, plurimum prodest.*

CHRISTIANVS princeps bonis, iustisque legibus, cùm sibi semper pacem, concordiamque inter sui subditos imperij, cum vitæ probitate proponere debeat, vt dignus sit qui vicarius Dei in temporalibus habeatur: curare similiter harum legum ministerio imprimis debet, vt fomenta diuisionum, odiorumque inter ciues, lites videlicet, atque controuersiæ in foro decurtentur, & abbreuiētur. Quarum prolongatione ciues reip. regnique subditi, mutuo se destruunt, substantiasque reciproca litigatione deuorant. Ideo lites, & contentiones in angustum tempusq; breue coarctabit, & legum quoad fieri poterit multiplicationem, multitudinemque submouebit. Cùm Plato dixerit: [h] *Ὅτι παρ' οἷς πλεῖστοι νόμοι καὶ δίκαι παρὰ τούτοις καὶ βίοι μοχθηροί. Quod vbi plurimæ leges ibi, & lites, ibiq; mores improbi.* Quod à Strabone [i] confirmatur egregiè scribente: *Zaleucum illum Thurijs olim paucas, ac simplices leges dedisse, sed sectos, scilicet enim, alias per subtilitatem, & nimiam curam addidisse, ex quo factum sit, vt celebres magis, quàm boni redderentur.* Hæc postea prioribus adiungens contra rabulas forenses, litiumq; nimis auidos memoratu dignissima: [k] *Bonos enim vti legibus*, scilicet dicuntur, *non qui omnes his sycophantias, aut calumnias cauent, & excludunt, sed qui simpliciter latis firmiter inhærent.* Egregiè sanè dictum illud, bonos mores, bonumque ius fieri, non à multis legibus, sed à paucis fideliter seruatis. Quantæ iniustitiæ, & improbitates ex hoc misero multiplicandarum litium, controuersiarumque semine, fundoque, cum publicæ, priuatæque dispendio salutis exundant! Quot odia, discordiæ, ruinæ, iniuriæ familiarum, facultatum dissipationes, cædesque ex hac causidicina miserè redundant? Huc illud Taciti, [l] *Corruptissima Republica plurimæ leges, quàm luctuosum hoc, vt antea [m] flagitijs, sic nunc legibus nimijs, longioribusque laborari?* Malum hoc quis non videt? Quis non execrabitur Platone iudice dicente: [n] *Οὐκ ἄν εἶεν ποτε πολῖται φίλοι ὅπου πολλαὶ μὲν δίκαι ἐν ἀλλήλοις εἶεν, ἀλλ᾽ ὡς ὅτι σμικρόταται καὶ ὀλίγισται, non fuerunt concordes vnquam, aut inter amantes ciues, vbi mutuæ multæ lites iudiciales sunt, sed vbi hæ breuissimæ, & paucissimæ.* Non modo paucas, sed & breues lites, hic sapientiæ prophanæ coryphæus pro pace Reip. saluteque, modicarum legum, breuiumque virtute desiderabat. Dolebat suo tempore Tacitus, [o] *quod publicæ mercis nihil tam venale esset, quàm aduocatorum perfidia, & quod quemadmodum vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam aduocatis adferret.* Sed cui nationi hic luctus iustiùs, quàm Galliæ competere potest, sub tot litium, dissentionum, iurgiorumque persæpe pro re nihili pondere laboranti? Quam tot litigiorum cumulo rabulæ premunt, tot fraudulentarum controuersiarum, causarum iniustarū plaustris oneratam, oppressamque violenter interimunt. Quibus auide litigātibus peruicacia, sæpe impostura, semper improbitas adhȩret, *quorum*, vt cum Celso [p] dicam, *non bona conscientia, sed victoria forensis litigij præmium est.* Hæc pestis publica in hoc regno vt latissimè, sic funestissimè grassata serpens *Caninum studium, atque proh dolor*, vt loquitur [q] Columella, *concessum latrocinium est.* Quàm generoso, bonoq; opus principe, qui hanc immensam litium molem comprimat, multitudinē decurtet, immortalitatem iurgiorū forensium, modicarū, breuiumq; legum summa pietate, & ȩquitate conditarū mucrone rescindat, cursumq; nimiū properantis in foro istorū rabularum cupiditatis auarȩ virtute potenti retardet.

Vt fecit olim Theodosius iunior, post Iusti-

1. Pars. Leges ad circumscidendas lites debent esse paucæ, & breues.
[h] Plato de legibus 5.
[i] Strabo l. 6.
[k] Ib. Strabo.
Ex multis legibus litigia multa, inde improbitates multæ, ac ruina communis Reip.
[l] Tacit. l. 4. annal.
[m] Tacit. ibid.
[n] Plato l. 5. de legibus.
[o] Tacit. l. 2. annal.
Contra rabulas forenses institutionis legum quo sanctione perniciosissimos.
[p] Celsus Iurisc.
[q] Columella lib. 1.

2. Pars. *Boni principes vt Theodosius, Iustinianus, Carolus M. & aly, qui lites decurtarunt modis, breuibusque legibus.*

nianus senior, post illos Carolus Magnus, quem Fridericus Imperator æmulatus est, & inter Christianos Reges præter cæteros Sanctus Ludouicus, & Hispaniæ Rex Alphonsus prouidentes omnes illi Catholica pietate præstantes supremi principes, ne sicut vitis imputata manens infructuosa latissimè spargitur, sic ius antiquum corruptione, & auiditate insanabili litigantium infuscatum, litium iniustarum prostitutione corruptum, labruscas iniuriæ pro salutaribus æquitatis vuis perniciosè produceret, ne sic legibus sua fundata imperia, ac regna, legibus euerterentur. Quod malum imperio, non sine magna populi suæque nationis oppressione Lotharius Imperator [a] influxit: tricas spinasque litigiorum forensium populorum pectoribus inserit, multas leges ciuiles iamdudum in desuetudinem actas, silentesque reuocando. Ante Imperatores illos principesque Christianos Iulius Cæsar *destinabat*, [b] inquit Suetonius, *ius ciuile ad certum modum redigere, atque ex immensa, diffusaque legum copia optima quæque & necessaria in paucissimos conferre libros.* Quod statim effectu præstitisset, nisi coniuratorum manus illius sanguine, cædeque Senatus subsellia cruentauissent. Quid Vespasianus? *Nonne post bella cùm litium series vbique maiorem in modum excreuissent*, vt idem loquitur Suetonius, [c] *ipse forte elegit qui iudicia, quibus peragendis vix suffectura litigatorum ætas videbatur, extra ordinem diiudicarent, redigerentque ad breuissimum numerum.* Sic boni principes hac via salutari leges condendo breues, paucas & iustas, litium, iurgiorumque forensium immensitatem, auidamque litigandi maliuiam coercent, & exterminant, exterminando suos valde populos subleuant: subleuando, rerum ad publicam salutem spectantium mira prouidentia, charitateque satagunt: & simplices regni sui ab omni potentiorum violentia, oppressioneque ipsarum legum vigore vindicant illos protegendo, hos puniendo, ne sub iusto talium principum imperio illud Satyrici audiatur.

Lotharius Imp. populum legum multitudine oppressit.

a Sigon. de regno Italiæ

b Sueton. in Iulio Cæsare

c Sueton. in Vespasiano.

[d] *Dat veniam coruis, vexat censura columbas.*

d Iuuenal.

Quod vnius Imperatoris Iustini iunioris illustrari, causa breuitatis, exemplo sufficiet. Qui cùm vni ex magistratibus, iustitiæque præfecto plenariam in potentiores imperij, pauperum, simpliciumque oppressores potestatem tribuisset; vt eos pauperibus insultantes incuruata, propeque contracta iustitiæ regula seuerè potenterque mulctaret; accidit vt vnus ex potentioribus, illustrioribusque Senator, oppressionis viduæ accusatus, vocatusque in ius sistere nolens, cùm in aulam imperatoriam confugisset, eum insecutus præfectus præsente Imperatore, potestatis sibi ab Imperatore concessæ vigore suis satellitibus iussit apprehendi, his prius principem verbis affando. [e] *O Imperator, iuridicendo præfecturam à te habeo, & ab ipso te auxilium, & præsidium merito sperabam! Nunquid vides his oculis homines palam iniurios, & legum non fractores solùm, sed spretores, aut illusores in tua domo, gratiâ, mensâ esse: Itaque insignia hæc tibi habe iusta potestatis: Ego abdico.* Quibus cum admiratione commotus Imperator huic generoso iustitiæ præfecto respondit: *Tu vero, quod es, esto. & ius tuum, vel in me, quidni meos? exerce. Duc, si peccant, sequor: duc si quis hic alius, & sequetur, aut trahetur.* His ab Imperatore prolatis præfectus iam erectior animo, Senatorē illum qui oppressione viduam læserat per suos appariores apprehendit, apprehensumque renitentem, reluctantemque trahit, in iudicio conuictum damnat, damnatum verberibus primùm seuerè iustèque vulnerat, postea magna pecuniæ summa fisco, viduæque tradenda mulctat. Quo iustitiæ facto multus potentiorum, illustriorumque territis inter paucos dies iustitia vigorem, spiritum, viresque recuperauit.

Exemplum memorabile iustitiæ Iustini in potentem viduæ oppressorem.

e Theophan. Miscell. Curopalates Cedrenus, & alii.

Atque has leges sic bene à se conditas, institutasque princeps Catholicus non modo Reip. imperijque sui saluti deuouet, sed etiam in Ecclesiæ sanctæ seruitium, pacem, gloriamque conuertit: hinc est quod grauiores Iurisconsulti ciuilem sapientiam exaltantes ad diuinum cultum referre soleant. Et quamuis Christiani principes nullum ius, authoritatemque in res spiritales, & Ecclesiasticas, cum sint ipsi Ecclesiæ sponsæ Saluatoris nostri filij, habere dicantur: leges tamen ciuiles eos pro earum conseruatione, iureque retinendo constituisse videmus. Hinc tot tantaque rescripta pia, sacræque leges à Christianissimis Imperatoribus Constantino Magno, Valentiniano, Gratiano, Theodosiis, Arcadio, Iustino, Iustiniano, aliisque passim per libros codicis sparsæ leguntur, quibus contra omnes sacrilegorum, impiorumque furores, Ecclesiæ bona, fortunas, pacem, salutem, gloriamque sarta tecta ipsi religiosi principes esse voluerunt. Si quæ vero leges, constitutiones Imperatoriæ, aliæue pragmaticæ Sanctiones minimè sacris Ecclesiæ Canonibus conformes scriptæ reperientur, quæ cum libertate Ecclesiastica pugnare viderentur, eas suo robore, vigoreque carere decreuerunt. Præclare extat de hoc Imperatorum Valentiniani, [f] Marcianique ad Palladium præfectum prætorio rescriptum: cui conforme longa post tempora [g] Fridericus Imperator, ad perpetuam rei memoriam post suum in gratiam cum Apostolica sede reditum magno Christianæ charitatis inflammatus æstu promulgauit. Hinc optimorum principum, Imperatorumque prosperitates immensæ, vt Theodosij Magni, qui ante congressum, conflictumque cum Eugenio ductore dæmoniorum, paganorumque exercitus, pias, sanctasque leges pro salute Ecclesiæ, Christianæque religionis defensione, & honore retinendo, & augendo contra perditorum hæreticorum, & paganorum amentiam religiosè sanciuit: ex quibus memorabilem, mirabilemque simul de cūctis Ecclesiæ Christianæ perduellibus, hostibusque victoriā gloriose reportauit. Notæ sunt prosperitates, & victoriæ Leonis primi de hostibus infidelibus, & proditoribus Aspare nēpe, & filiis eius ipsi imperatori à Deo collatæ, propter sanctas leges, quas ad diuinū eius cultum, Ecclesiæ sanctæ splendorem, & pacem spectantes anno præcedente victorias, triūphosq; de hostibus edidit. De quorū perfidorū proditorūq; interitu, hæc breuiter, summauimq; Marcellinus comes in chronico. [h] *Hoc anno Aspar primus patriciorū cum Ardabure, & Patriciolo filiis, illo quidem olim patricio, hoc autem Cæsare, generoque Leonis appellato Arianus cum Ariana plebe Spadonum ensibus in palatio vulneratus interijt.* Ista plu-

3. Pars. *Hæ leges sic bene à principe promulgata Ecclesiæ Dei valde seruiūt*

Piorum, imperatorum leges pro salute, ac defensione Ecclesiæ.

f Tit. de sacros. Eccles. l. 12. codic.

g Sigon l. 12. de Imper. Occid.

Prosperitas principum ob editionem bonarum legum pro defensione Ecclesiæ.

Leonis primi victoria de infidelibus, & proditoribus ob pias leges pro salute Ecclesia editas.

Scilicet an. 469 l. vlt. C. de fetiis l. 32. C. de Episc. & Clericis.

h Marcellinus in chron.

a Cassiod. in chron.

b Euagr. l. 2. c. 15.

ribus [a] Cassiodorus. Quæ cum aliis prosperitatibus huic Imperatori propter bonas leges Ecclesiæ Catholicæ proficuas, largitis à Deo, Priscum Rhetorem longo copiosè loquentis sapientiæ discorsu cummemorasse refert [b] Euagrius.

CAPVT XV.

Omnes Principes & subditi, ad obseruationem legum obligantur cum distinctione tamen, respectu principum.

1. *Rationes principem à suarum Regum obligatione eximentes, quæ.*
2. *Principem quandoque ad legum suarum obseruationem obligari, aliquando vero illarum decreto minime teneri, duplici distinctione demonstratur.*
3. *Salus Regni ab immaculata legum custodia, tam ex parte principis, quàm populi, & contra.*

Quomodo dicatur princeps esse supra leges suas.

c Rom. 13.

CIVILES iustasque leges, sic sanctæ Dei Ecclesiæ, reique publicę salutares ab omnibus coli reuerenter debere tam principibus, quàm subditis, summaque venerari obseruantia diuina humanaque iura Præscribunt, & imperando protestantur. Dei quippe illud oraculum est à S. Paulo prolatum. [c] *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Nemo autem alicuius potestati subiici dicendus est, qui simili obedientiæ nexu, potestatis ipsius legibus non astringatur. Veruntamē vulgo dici solet principem suis non teneri legibus: quæ propositio grauissimos suæ defensionis assertores habet, magnoque in doctrina Iorisconsultorum, theologorumque fundamento fulcitur. Passim ciuiles, & Imperatoriæ constitutiones, & iura clamant [d] à sui obseruatione principes rationabiliter excludi, cùm earum condendarum, & abrogandarum ius in principem, iustaque potestas ordinatione diuina deriuetur, atque recidat. Hoc innuere volebat Alexander Seuerus dicens. [e] *Quod lex Imperij solemnibus iuris Imperatorem soluerit.* Atque ipsa imperij lex suo indulgens principi, eiusque libertati suffragans, firmissimis, quibus se tueatur, rationibus, minimè destituitur. Nam principi pro Reip. bono leges quas condidit abrogandi, variandi, corrigendi potestas inest, quod facere tenetur, cùm è re sui videt esse imperij, vt mutatis moribus, variatisque populorum qualitatibus, & conditionibus obseruata semper, atq; retenta locorum, temporum, personarum aliarumq; necessitatum opportunitate, latas à se leges accommodet, quod maximæ prudentiæ est, cùm re, leges, atque statuta mutare, magno principi necessariæ, [f] non secus quam perito medico

d L. 1. ff de constit. principum §. sed & quod principi placuit. Lege de iure naturali de confectio. ff l. 1. & fin. c de legibus.

e L. ex imperfecto Cod. de testam.

Rationes eximentes principem ab obligatione legum suarum.

f Can erit autem lex dist. 4

A varietate morborum incremento, decremento, mutationeque symptomatum pharmaca variare atque sanandis corporibus accommodare. Quæ facere nunquid princeps prohibebitur, si suarum legum obligationi semper tāquam clauo affixus adhæreat? Addo legislatorum, principumque leges edentium intentionem non esse, vt se suarū legum vinculis astringant, & ideo [g] cùm non operatur actus vltra intentionem agentis, quia [h] vt aliæ leges, Canonesque sacri loquuntur, voluntas, & propositum limitant, atque distinguūt actiones ex parte agentis: fit vt à vinculo à se legis editæ princeps teneri nullo pacto possit. Et cùm non leue [i] inter dantem, & accipientem discrimen constitutum esse dicatur: ita profecto inter eum qui imperat, & eum qui paret, vt inter agentem, & patientem; inter Dominum, & B seruum differentiam non mediocrem constituere necesse est; vt qui alios suæ constitutionis vinculo ligat, se ipsum non liget; si enim [k] Episcopus obligatione sui decreti, constitutioneq; qua gregem dirigit minimè teneatur, certe nec sua lege princeps. Sed si sua lege princeps obligetur, hoc vtique debet esse, vel quia seipsum princeps huius à se editæ legis obligationi mancipat, vel quia ab alio mancipatur. Primum dici nō potest, quia nullos potest sibi ipsi præcipere obligationem inducendo. Quamuis enim per promissionem, vel votum se ipsum quis obligare valeat, non tamen per præceptum, quod sibi imponat: hoc enim [l] ciuilia iura dictant: & huius rei in promptu ratio manifesta, quod præceptum, iurisdictionem, dominiumue requirat, includatque secum. Quis autem doctorum nescit neminem in se iurisdictionem habere posse, sibique ipsi esse subditum? Si vero dicatur, alterū nempe C principem ab alio obligationem accipere vt suis pareat legibus, illud omnino defendi non potest; quia legislator quatenus talis subditus esse nequit. Vel enim est princeps superiorem supra se non agnoscens, sicque obligari non potest ab alio, vel si alias ipse inferior dicatur, nihilominus vt legislator alterius imperium subire nō potest, sed suum ipse potius imperium extendit in alios, atque quatenus talis, obligationis alterius hominis imposita potestate iugoque coarctari, cogiue nulla ratione valebit. Iam vero quis dicet artificem ab opere suo pendere, non opus ab artifice? Certum est autem principis opus esse legē, qui est imago Dei, ad exhibitionem iustitię, quod finis est legis expressa. Quam ob rem princeps suis solutus legibus, [m] *in solio iustitia sedet ex officio dissipaturus omne malum.*

g L. nō omnis numeratio ff. de reb. cred. lit.

h L. iniuriæ, & l. verum de furt ff c. cum voluntate de sententia excommunicationis.

i D. cap. fin. de instit. c. debitum de baptismo c. per vestras de iure patronatus 24. q. 1 & l. 1 ff. de authoritate tutorum, &c.

k Bald. ad auth. Quicumque de sacros. Eccl. Andræas ad cap 1. constit. in sexto.

l L. penul. ff. de recept. arbit.

m Prouerb. c. 20 v 8.

Verumtamen quod rex non suis teneatur legi- D bus, non est simpliciter, & omnino verum: Et ad huius quæstionis disquirendam veritatem cautio distinctione mediante firmanda est. Atque hæc distinctio duplex erit; prima circa virtutem legis duplicem, directiuam nempe, & coactiuam. Quoad illam posteriorem constat apud omnes Iurisconsultos, Canonistas, & Theologos principem suis minime legibus obligari: quoniam coactio eiusdem ad se ipsum esse non potest, quî enim fiat, vt quis sibi vim inferat, seque sua sic lege cogat? Propterea Deo Dauid Regio diademate refulgens sua recognoscens peccata dixerat. [n] *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci.* Hac cōfessione solum Deum se superiorem agnoscens, à quo

2. Pars. Explicatur quando princeps suis obligetur legibus, & quando non.

Legis vis duplex, directiua, & coactiua.

Princeps quoad vim coactiuam suis non obligatur legibus.

n Psal 50.

caſtigaretur in hoc ſeculo, ſicut in alio. Ac ſi dixiſſet, in terris nullum habeo, cui delictorum meorum rationem reddere, & à quo erratorum pœnas pauidus ac tremens expectare debeam præter te. Eò referenda ſunt illa ſapientis verba? [a] *Sicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu Dei.* Non eo modo, quo ſunt ſubditorum corda, quæ ſic ſunt in manu Dei vt tamen ipſe Dominus per ſuos in terra iuſtitiæ miniſtros ita gubernet, & cogat. At vero cor regis in ſolius Dei manibus ita poſitum eſt, vt ſicut ipſe ſolus poſſet ingentem amnem, rapidumque fluuium ſupra naturam aliorſum diuertere, quàm ducat alueus, ſic Dominus dominantium regem, principemque ſupremum aliò flectere quo volet, illumque ſuæ mancipatum voluntati, vel ab agendo remorari vel in meliorem vertere mentem ſolus ipſe valeat, ſi ſemel à rectitudine virtutis exorbitarit. Quantum vero ſpectat ad vim directiuam legis, ſicut vniuerſi ſubditi iuſti, & iniuſti huius obligatione conſtringuntur, ſic & reges, ac principes populorum domini ſuis parere legibus tenentur; ſed non ſemper. Atque vt quando teneantur agnoſcamus: altera diſtinctio conſtituenda eſt eiuſmodi. Vel materia legis, quã princeps edidit communis eſt, eiuſdemq; rationis in ipſo principe, & in ſubditis, vel alia, & diuerſa. Si diuerſa, manifeſtum eſt principem non teneri: vt verbi cauſa ſi Rex princepsue legem tulerit, ne quis nocte armatus incedat, hac lege ſua minimè princeps obligatur, cùm talis lex maieſtatem principis minime deceat, nec eius dignitati Regiæ conueniat, ſicut ſi altera lege ſuos aureis, ſericiſque veſtibus indui vetaret, hac lege ſe non obligaret, quia cauſa, ob quam talem legem cæterorum occaſione fecerit, in ſe ipſo locum non haberet, proindeque ex intentione principis, & quaſi ex natura legis huius ſubditis imponitur à Rege ipſo, principeque diſtinctis. Si verò ſit eadem ratio legis communiſque materia in vtriſque principe, & ſubditis: ne ſibi de hac lege, quia ſua, blandiatur princeps, vt ſibi plus, quàm ſubditis indulgeat. In magnum quippe errorem, indignumque facinus impingeret iuſtitiæ præuaricator, ſi ad eius legis executionem ſubditos compellans, ab illius ſe obligatione vellet exuere. Vt ſi verbi cauſa rebus veluti vino, frumento, & ſimilibus pretia cùm per editionem nouæ legis impoſuiſſet, quæ in vendendis frugibus ſub confiſcationis pœna ſubditi non excederent, ipſe nihilominus princeps vellet merces, quas de reditibus ſuis collegiſſet alijs maiori pretio vendere; grauiter contra editam legem Deo peccaret. In qua reſolutione doctores Iuriſconſulti, Canoniſtæ, atque Theologi in ſe vnanimi conſenſu conueniunt; eamque doctrinam ſacrarum ſcripturarum teſtimoniis fulciunt, atque roborant. [b] Vt D. Thomas ex illo S. Matthæi 23. [c] *Alligant onera, & digito ſuo nolunt ea mouere.* Quibus verbis carpit Dominus, & coarguit in Phariſæorum perſona, illos principes populorum, atque prælatos multa iubentes alijs, & nihil eorum facientes, eorum iniuſtitiam non ſolùm ex deceptione, & fallacia, ſed etiam ex iniquitate condemnando. Quod fecerat Deus in veteri lege teſte Propheta dicente. [d] *Pondus,*

a Prouerb. 21.

Altera diſtinctio qua intelligitur quando princeps ſuis alligatur legibus quoad vim directiuam vel non.

Si materia legis, & ratio ſit communis in principe cum ſubditis obligatur princeps, ſecus ſi non ſit communis.

Communis doctorum conſenſus principem obligari ſuis legibus, cùm eorum ratio ſit eadem & materia communis ipſi cum ſubditis.

b D. Tho. 1a 2æ q. 96. art. 9. ad 3. l. 3. polit. lect. 9.

c S. Matth. 23.

d Prouerb. 20.

Tom. II.

A *& pondus, menſura, & menſura abominabile eſt Domino.* Et cum indignatione per Michæam Prophetam dicebat Dominus. [e] *Nunquid iuſtificabo ſtateram impij?* Sacri Canones, reſponſa prudentum, edictaque principum huic veritati ſuffragantur. Etenim vt à ſacris Canonibus, pontificumque decretis ordiar, Eccleſiaſtica lex, ca. [f] Cùm omnes de conſtitut. Hanc Catonis ſententiam vehementer approbat. *Patere legem, quam ipſe tuleris.* Et ipſe ſummus pontifex ſe velle legis ipſius, [g] quàm tulit alius, obligationem ſubire profitetur. Qui dixit in ca. ſ. de reſcriptis in ſexto, *quod licere nobis non patimur, noſtris ſubditis iudicamus.* Et Eccleſia caſtiſſima fidelium mater in ſua decreta relatam hanc S. [h] Iſidori ſententiam æternitati conſecrauit. *Iuſtum eſt principem legibus obtemperare ſuis.* Et illam [i]. *Princeps ſuis tenetur,* ſcilicet legibus *obedere.* Egregia eſt, atque ſalutaris hæc S. Ambroſij ad B Valentinianum Imperatorem de quadam ipſius lege loquentis admonitio. [k] *Quod cùm præſcripſiſti alijs, præſcripſiſti etiam tibi, leges enim Imperator fert, quas primus ipſe cuſtodiat.* Ex prudentum reſponſis illud prætoris edictum omnibus notum. [l] *Quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, ipſe eodem iure vtatur.* Quod Vlpianus ibi in lege 1. ait, *ſummam habere æquitatem,* ſubiungens hæc. *Quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici, quod ipſe alijs dixerit?* Cui iuri, & æquitati ſubiicere ſe religioſi Imperatores Theodoſius ſenior, & alij minimè deprecando reclamarunt. Hinc illa lex egregia. [m] *Digna vox maieſtate regnantis legibus alligatum ſe principem profiteri.* Cui conformia ſunt alia Imperatorum reſcripta in [n] L. imperfecto. C. de teſtamentis, & [o] §. vltimo inſtitu- C tionum Imperatoriarum, tit. Quibus modis teſtamenta infirmentur. Quod conſiderans [p] Traianus Imperator moribus, publicoque regimine bonos, quamuis à veri Dei cultu in erroneas dæmoniorum ſuperſtitiones aberrans, ſic omnia facta geſtaq; vitæ ſuæ ad legis tenorem, regulamque limabat, atque componebat, ac ſi omnium ſuarum vitæ actionum, tanquam priuatus ſubditusque rationem pro tribunali reddere debuiſſet: quam honoratam modeſtiam, manſuetamque humilitatem in Imperatore tanto maximis Plinius iunior in Panegyrico laudibus extulit, his Imperatorem verbis affando. [q] *In roſtris ſimili te religione ipſe te legibus ſubiecisti, Cæſar, quas nemo principi ſcripſit, ſed tu nihil amplius vis tibi licere, quàm nobis.* [r] Tacitus de iure ciuili diſputans ſcripſit Seruium Romanorum Regem multas ligno, ærique inciſas edidiſſe leges, qui- D bus maieſtatem Regiam, ſubditam eſſe decreuit.

Diodorus [s] Siculus Reges Ægyptiorum patriæ legum iuſſa ſine diſpenſatione ſecutos fuiſſe memorat, credentes, ſibique perſuadentes fœlicem Reipubl. conditionem, proſperitatemque populi in intemerata legum cuſtodia ſitam eſſe. Quò mens, & intentio Ciceronis ſpectabat, cùm in honorem, prædicationemque legum publicarum hæc memoranda in oratione pro Cluentio de torrente ſuauis, copioſèq; loquentis ſapientiæ grauiter effudit. [t] *Hoc vinculum eſt huius dignitatis, qua fruimur in Republ. hoc fundamentum eſt libertatis, hic fons æquitatis, mens, & animus, & conſilium, & ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus: vt corpora noſtra*

e Michæ. c. 6.

Sacri Canones.

f Cap. cum omnes de conſtitut.

g Can. non liceat papæ 12. q. 2.

h Iſidor li. 3. ſent. ca. 51. can. iuſtum eſt diſtinct. 9.

i Ibid. infra.

k S. Ambroſ. l. 1. Epiſt. 13. alias epiſt. 32.

Reſponſa prudentum.

l Vlpian. in l. 1. ff. de pacto. tis edictn.

Reſcripta principum.

m Digna vox Cod. de legibus.

n Lex imperfecto c. de teſtamentis.

o §. vlt. inſtit. tit. quibus m. teſt. infirm.

p Plin. in Panegyr.

q Plin. in Panegyr.

r Tacit. l. 3. Annal.

3. Part.

Salus regni, et reip. à cuſtodia legum, & contra.

s Diod. Sic. l. 2. c. 1.

t Cicero pro Cluentio.

fine mente, fic ciuitas, fine lege, fuis partibus vt A *netuis, ac fanguine, & membris vti non poteft: legum miniftri magiftratus, legum interpretes, iudices, legum denique omnes ferui fumus, vt liberi effe poffimus.* Quid mirum fi fub vexillo Chrifti militantes, Imperatores optimi tanto ftudio, ac religione fuis, ac imperij legibus obedire voluerint, in fincera earum obferuatione, fuam gloriam, cum fubditorum falute, imperijque profperitate firmiter inclufam effe cognofcentes? Vide ergo ifta Auguftiffimorum Theodofij, & Valentiniani Imperatorum confeffio? [b] *Adeo de authoritate iuris noftra dependet authoritas, & reuera maius eft imperio fubmittere legibus principatum.*

b L. digna vox cod. de legibus.

O beata, & falutaris principibus Agapeti ad Iuftinianum Imperatorem vox & oratio, fi bene, docilique manfuetudine ab illis audiatur! [c] *Non eft Princeps fupra leges, fed leges fupra principem; optimique principis nota illa ex legum bonarum prafcripto velle viuere.* Quas fi negligat, & afpernetur, caueat ne à fuis iufto Dei iudicio contemnatur, imperandique fibi curfus abbreuietur. Sic enim Domitianom aufus eft affari [d] apud Philoftratum Apollonius ille Tyanęus, quamuis execrabilis, magicæque doctrinæ fœditate turpiffimus. *Hac mihi dicta fint de legibus: quas fi tibi imperare non putaueris, ipfe non imperabis.* Qood fuo tempore Plato his verbis innuere videbatur: [e] *Probabile eft Regum maxime hunc morbum effe, qui fuperbè propter delitias viuunt, quod plufquam leges contenderent, poffe voluerunt, nec in eo concorditer permanferunt, quod verbis, & iureiurando laudauerant, vnde feditiones ortæ funt.* Propterea tyrannus nefandiffimus diuinarum, humanarumque legum contemptor, & ofor Phalaris, diris, ac iuftæ fubiugandus eft execrationi, qui Clezneti, & Theano fcribens aiebat. [f] *Ονομα μοι δι' οὐδὲν ἔτερον τῶν ἀνιαρῶν, ὅτι νόμοις οὐ πείθομαι, νόμος δ' εἰμὶ τοῖς ἐπαγαγοῦσι. Neque alia de caufa eft nomen meum graue, quàm quod non obtempero legibus, ego enim fum lex fubditis.* Quàm huic tyranno diffimilis [g] Antigonus tertios, qui legum feruantiffimus, fui regni ciuitatum incolas, atque præfectos admonebat, vt fi quid per literas iuberet ipfe, legibus oppofitum, tanquam eo infcio, imperatum facere contemnerent. Simile fuo tempore Gratianus, [i] & Theodofius fenior magiftratibus, iudicibufque prouinciarum imperij mandauerunt: ne fuorum refcriptorum, contra legum præfcripta, impetratorum rationem haberent, huius mandati rationem Imperatorij fubijcientes: quod fæpe in nonnullis caufis inuerecunda petentium inhiatione principes conftringuntur, vt etiam non concedenda tribuant. Qood fi tanta religione, pietate, cura, ftudio omnes principes, qui fe faluos cum populis effe peroptant, in legum fuarum obferuatione conari, atque contendere debeant: planum eft, quod fubditos pro earum religiofa, & inuiolata cuftodia facere conueniat: vt fuis obedientes principibus, leges eorum religiosè pro Reipubl. Ecclefiæque bono fancitas, cum capitis periculo caftiffimè cuftodiendo tueantur. [k] Quod fi Heraclitus Ephefinus cioes pro legibus non minùs quàm pro mœnibus pugnare debere refponderit; quod ciuitas abfque mœnibus ftare poffet incolumis, at non fine legibus. Quantò iuftiùs Chriftiani populi pro Sanctis Catholicorum Regum, principumque legibus generosè contendere debebunt, à quarum perfecta cuftodia, pax Reipub. fplendor Ecclefiæ, falus Catholici gregis cuftoditur, cuftoditaque crefcit vfque ad fines æui, gloriæque confequentis.

c Agapet. ad Iuftin.

Quis contemnit leges princeps contemnetur à populo quod miferum eft Reip.

d Philoftrat. l. 8. de vita Apollon.

e Plato. dialog. 3. de legibus.

Phalaridis tyranni in contemnendis, violandifque legibus improbitas.

f Phalaris epift. 62.

g Plutarch. in apop. Græc.

i L. 1. de petitis bonoru fublatis l. 10. cod. tit. 12.

Quanto ftudio fubditi obedientes principibus eorum leges obferuare teneantur.

k Diog. Laert. in vitis Philofoph.

[l] *Quid enim terrifque, poloque*
Parendi fine lege manet? Vice cuncta geruntur.
Alternifque premit proprius fub regibus omnes
Terra, premit fœlix regum diademata Roma.
Hanc ducibus frenare datum, mox crefcit in illis,
Imperium fuperis.

l Statius l. 3. Syluarum.

B

CAPVT XVI.

Exhortatio ad fideles populos, vt piè, ac fincerè bonis principum fuorum Catholicorum legibus obediant, ad quarum obligationem in confcientia tenentur.

1. *Quid fit in confcientia leges obligare, quidque forum internum & externum, in quo Deus iubet fubditos parere principibus.*
2. *Inftæ principum leges, populos in foro confcientiæ obligant.*
3. *Quomodo dignofci pofsit leges principum obligare fubditos, vel fub mortali, vel veniali peccato.* C



ONSIDERATIS attentè, prudenterque his quæ tribus fuperioribus dicta funt capitibus, de fublimi data principibus à Deo legum condendarum, promulgandarumque poteftate, & quæ etiam legum rectè fancitarum neceffitate, ad Reip. falutem, vtilitate, fructibufque, quos illæ in fui cultores, obferuatorefq; diffundunt. Audiant populi fideles, ad quos mea dirigitur oratio, attendantque diligenter, quanto D obligationis diuinæ nexu, officiique vinculo, illarum fe imperio fubmittere teneantur: ne fuis fœdas peccati maculas animis turpiter afpergant, confcientiamque atrocis culpæ, atque fceleris à Deo vindicandi telo confodiant. Cùm hanc ciuiles, ficut Ecclefiafticæ leges virtutem iuftè legitimaque principum authoritate conftitutæ defuper acceperint, vt fubditos principum illorum ad fui cuftodiam iuridicè in confcientia compellant, & ita conftringant, vt fi peccata vitare, & fœlicitatis æternæ coronam tandem aliquando confequi defiderent, illis neceffario parere, eafque pura obferuatione venerari debeant. Diuina namq; difciplina, theofophiaque facro-fancta docet iuftas legitimorum

Quid fit leges obligare in confcientia.

Lex ciuilis, & principum fecularium fanctum ex fuo genere obligant fub mortali peccato.

principum leges subditos ex genere suo ad obediendum sibi sub reatu peccati mortalis obligare. Quoniam vt Theologi loquuntur, si materia præscripta legibus huius sit peccati capax, principisque leges ferentis non refragetur intentio, sed planè voluntas interueniat: ex illarum parte legum potestas, efficaxque ad obligandum virtus sẽper adest. Hanc veritatis Theologicæ doctrinam præ se ferunt grauissimi diuinæ sapientiæ professores, atque sequuntur D. [a] Thomas, [b] Panormitanus, [c] Siluester, [d] Sotus, [e] Driedo, [f] Nauarrus, [g] Couarruuias, [h] Maior, [i] à Castro, [k] Medina, [l] Bellarminus, [m] Suares, & alii de eruditiori nota recentiores. Quorum omnium assensum præclara illa veridicaque S. Augustini sententia magnopere comprobauit. [n] *Quicumque legibus imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur obtemperare non vult, acquirit grande supplicium.* Grande, inquam, supplicium non apud homines solùm sed apud ipsum omnium iudicem Deum, vt sequentia verba patris sanctissimi designant. Dato enim, quod infra demonstrabitur, principum nempe leges conscientiam subditorum, quò sibi pareant, astringere, sequitur eos lethalis peccati vinculis innodari, qui eas obseruare deprecantur: cum iudicio præstantiorum Theologorum obligatio in conscientiæ foro simpliciter dicta ex genere suo obligationem sub lethali peccato contineat in se, & complectatur. Quod vt elariùs intelligatur sciendum est forum conscientiæ dici internum iudicium, quod in mente hominis, in qua conscientia residet exercetur, distinctum à foro externo, in quo quæ foris fiunt ab homine iudice discutiuntur, vt bonis præmia, malis supplicia ab eodem decernantur. Vnde tale conscientiæ forum valde ab externo discretum D. Augustinus [o] forum poli, seu Dei nuncupauit, sumpta metaphora à foro, loco scilicet in quo iudicia exercebantur, vt ait [p] S. Isidorus, sicut in capite forus de verborum significatione refertur. Qui locus Romæ alio nomine prorostra vocabatur, ab eo quod ex bello Punico captis nauibus Carthaginensium rostra ablata sunt, & in foro Romano præfixa, vt essent huius insigne victoriæ. Hæc [q] S. Isidorus, inde nominis fori translatio deducta ad ipsius significationem iudicii, quod fit exteriùs, & interius, vnde nata vtriusque fori externi, & interni seu conscientiæ distinctio. Et in hoc postremo foro seu iudicio, qui principis, effectu venerari leges aspernatur, iudicatur à Deo, atque factus criminis peccatique reus, si non pœnitentia conscientiæ maculas abstergat, pœnis, suppliciisque subiugatur. Vnde assertionem hanc iustas nempe leges principum in conscientia ligare, de fide esse, vel saltem fidei proximum testimonia multa sacrarum scripturarum, SS. patrum, rationesque facile persuadere possunt. Quis enim huic veritati non annuat, cùm sic loquentem Apostolum audiat? [r] *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt sibi ipsis damnationem acquirunt: damnationem dico, non apud homines*, de his quæ foris sunt solummodo iudicantes, sed apud Deum, *qui intuetur cor, & hominis interiora scrutatur.* Vt S. exponit Chrysostomus; [s] & ad corroborandam assertionem nostram observandam da sequentia Apostoli verba. [t] *Dei enim minister est*, ex quo sequitur per illationem optimam firma ratione roboratam, huic principi siue regi Dei ministro parendum esse necessariò. *Non tantum propter iram sed etiam propter conscientiam.* Id est vt sancti doctores interpretantur, non solùm propter pœnarum suppliciorumque temporalium formidines, verum etiam ad euitanda scelera, quibus subditi principum legibus, imperiisque reluctantes inquinantur. Hunc enim duo hæc verba *Propter conscientiam*, sensum iuxta sanctorum doctorũ [x] Ambrosii, Anselmi, Theodoreti, Thomæ, aliorumque mentem veraciter exprimunt. Cuius sensus veritatem S. Petri ad dispersionis filios exhortatio consolidat. [y] *Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum* (Grecè propter Dominum, scilicet Iesum Christum, siue regi, *βασιλεῖ*, consueto loquendi more Græcorum, regi scilicet eius Domini dominantium, vices in legitima potestate gerenti, siue ducibus tanquam ab eo missis. Ducibus Græcè *ἡγεμόσι*, quos [z] interpres in actibus Apostolorum præsides exponit, sequitur, *ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.* Hanc autem obedientiam regibus, principibusque præstandam diuino iuberi mandato sequentia hæc verba testantur. *Quia sic est voluntas Dei, vt benefacientes*, scilicet obediendo principibus vestris, *Obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam, quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei.* Quasi diceret Apostolus. Ne sitis imitatores rebellium illorum [a] Iudæorum, qui cùm essent Dei peculiares populi, sic se inaniter, & superbè liberos esse iactabant, vt vllis sæculi principum, sicuti Romanorum Imperatorum legibus teneri deprecarentur: sed humiliter subditi principum, Regumque legibus fideles vos Dei seruos ostendite. Quia in hoc quod principibus honorem, obedientiamque præstatis Deo seruitis, qui tale dedit seruis suis mandatum, vt principibus obedirent, *Reddende* [b] *Casari quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei Deo.* Quæ qui facere detrectant, Deum spernunt, & iniuriosè præceptis illius inimicantur. Ita dicebat Deus Samueli de populi Iudaici rebellione vehementer expostulanti [c] *Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Quia per* [d] *me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* Et Dominus in euangelio Apostolis futuris in ecclesia principibus. [e] *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit.* Et alibi loquens ad turbas, & ad discipulos suos dicebat. [f] *Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & pharisæi, omnia ergo quæcumque dixerint vobis, seruate, & facite*, &c. Et Apostolus Thessalonicenses ad seruanda mandata sua potenter inducens, hæc se illis dedisse diuina Christi Domini authoritate protestatur. [g] *Nonne scitis*, inquit, *quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum.* Quasi diceret, seruate ea, quæ non tam mea, quàm Domini sunt. Et ideo diffugientes principibus iusta præcipientibus obedire, quia æternam, naturalem, diuinamque malitiosè leges adulterant, & impie violant, pœnæ grauissimæ maneat, vt testatur S. Petrus [h] dicens, quosdam dominationem, scilicet potestatem iuridicam principum tam secularium, quàm ecclesiasticorum contemnentes, eorum decreta, atque leges aspernando, reseruatos fuisse in iudicium cruciandos, ad instar præuaricatorum angelorum, quorum superbam sunt rebellionem secuti.

Certè cùm virtutem illam imperandi, obligando in conscientiæ foro subditos, in rebus in-

Marginal notes (left): Thom. q. 104. art. 1. & 47. art. 3. ... Panorm. in ... Siluester ... Sotus li. 1. de iust. & iure. ... Driedo l. 2. de libert. christian. c. ... Nauarrus in ... Couarru. in ... Maior in 4. ... Castro l. 1. de lege pœn. c. 4. & 5. ... Medina c de restit. ... Bellarm. ... Suares lib. 3. de leg. ... Aug. epist. 50. ... *ad forum conscientiæ*. ... Aug. ser. ... vite clericorum ... 7. q. 4. in ... Isid. l. 18. ... c. 15. forus de verborum signif. l. 5. de ... Isid. ibid. ... *dicitur in foro a fana ...* ... *di leges ipsum ligare in conscientia de fide ...* ... Rom. c. 13. ... Chrysost. ... in Rom. ... Rom. 13.

Marginal notes (right): x SS. Ambr. Anselmi, Theodoreti, Thomæ. y 1. Pet. 2. v. 13. z Interpretes actuum Apost. a De quibus Clem. Alex. l. 1 Strom. & Hieron. comment. ad Titum. b S. Math. 22. *Qui superiorũ iussis iubentiũ mandata spernit, Deum spernit.* c 1. Reg. c. 8. d Prouerb. 8. e S. Luc. 10. f S. Math. c. 23. g 1. Thess. c. 4. h 2 Petri c. 2. v. 4. & 10.

A B C D

2. Pars. Leges principum in conſcientia obligare argumento à minori ad maius oſtenditur.

ferioribus, minuſque perfectis neceſſariam penitus eſſe videamus, quis de hac neceſſitate imperandi virtutis, ſeruaro hoc in conſcientia obligationis vinculo, in rebos maioribus, puta regnis, rebuſpub. principatibuſq; politicis iure dubitare poterit. Poteſtas patrum in filios, dominorum in ſeruos, maritorum in vxores reſpectu poteſtatis, dominationiſque publicæ principum in populos iure ciuili inter ſe, communioneque politica ſociatos minor & inferior habetur. Et tamen certum eſt citra cootrouerſiam, omnemque ancipitem hominis ratione pollentis hæſitationem liberos parentum, ſeroos dominorum, vxores maritorum iuſſis, imperiiſque in conſcientia obſequi debere. Cùm talia parentum, dominorum maritorumque imperia in ſacris literis diuina lege iobeantur. Nunquid obſequium liberorum in parentes, in veteri teſtamento ſub ſupplicii B capitalis interminatione præcepit Dominus per Moyſem prophetam ita loquens.[a] *Si genuerit homo filium contumacem, & proteruum, qui non audierit patris, & matris imperium, & coercitus obedire contempſerit, lapidibus eum obruet omnis populus, & morietur vt auferatis malum de medio veſtri.* Et S. [b] Paulus ſic hortatur filios; *Filij obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum eſt in Domino.* Mulieribus legem obediendi maritis Apoſtolus authoritate Dei præſcripſit. [c] *Mulieres ſubditæ eſtote viris, ſicut oportet in Domino.* Et alibi. [d] *Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino.* Cur id debeant mulieres, ratiouem in promptu reddit. *Quoniam vir eſt caput mulieris.* Obedientia vero in dominos, ſic idem Apoſtolus ex Chriſti Domini, Deique præſcripto ſeruorum pectoribus inculcauit, & infixit. [e] *Serui obedite per omnia Dominis carnalibus non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placen-* C *tes, ſed in ſimplicitate cordis timentes Deum. Quodcunque facitis ex animo operamini ſicut Domino, & non hominibus ſcientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis.* Et S. Petrus. [f] *Serui ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantùm bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis, hæc eſt enim gratia ſi propter Dei conſcientiam* (ſcilicet puram, & acceptam Deo) *ſuſtinet quis triſtitias patiens iniuſtè.* Atqui ſi filii parentum, ſi mulieres maritorum, ſi ſerui dominorum imperiis in conſcientia parere teneantur: quantò magis popolis ſub dominatu legitimo viuentibus principum ſoorum leges in conſcientia fideliter obſeruandi neceſſitas incumbet? Cùm princeps maior ſit in republica, quàm pater, maritus ac Dominus in familia?

a Deut. 21.
b Paul. col. 3. v. 20.
c Coloſ. c. 3.
d Epheſ. c. 5. v. 23.
e Coloſ. 3. v. 22.
f Petri 1. c. 2.

Tanti facienda eſt lex principis iuſtè regnantis, quanti lex Dei.

Et cùm reges, ac principes huius ſæculi rectè populis, ſecundum iuſtitiæ, æquitatiſque ſacra D dominantes, per Deum regnare,[g] ſincerique legum conditores iuſta per eundem Dominum dominantium decernere dicantur, vt ex multis ſacræ ſcripturæ locis ſupra oſtenſum eſt; profectò cùm leges Dei ſui ab omnibus obſeruationem in conſcientia requirant, ſi ſalui eſſe velint, leges quoque, præſcriptaque bonorom principum à ſummo illo vniuerſi principe Deo deriuatæ ſimilem ſibi à ſubditis in conſcientiæ foro parendi, obediendique virtutem iore optimo flagitabunt. Quum illa quæ intra iuſtitiæ concluſa limites imperant, oon tam ſua, quàm Dei per quem regnant, mandata eſſe videantur. Haud ſecus quã proreges, ac prouinciis regni præfecti, qui dũ populis dant iura non tam ſua, quàm regis, à cuius ſuprema maieſtate vim iuridicæ poteſta-

g Prouerb. 8. Rom. 13. h 1. S. Petri 2.

Similis inter regem & proregem, quàm inter Deum, atque regem ſupremũ in terris per Deum regnantem.

A tis accipiunt, imperata fundere dicuntur. Quod ſupradictis ſacræ paginæ teſtimoniis, & oraculis euidentiſſimè verum eſſe comprobatur, & authoritate D. Auguſtini[i] dicentis. *Vbi hoc iubet pater, quod contra Dominum non ſit, ſic audiendus eſt quemodo Deus quia obedire patri iuſſit Deus.* Quantò iuſtius audiendus eſt princeps, ſi ſimile iubeat, quod pater, cùm longe maior regis, ac ſummi principis in populos eiuſdem teſtimonio ſancti[k] patris, quàm patris in filios auctoritas emineat? *Maior ſit patria* (cuius locum ſubit princeps, atque Rex) *& ipſis parentibus tuis, vt quidquid iuſſerint parentes contra patriam* (& contra principem, qui patriæ pater eſt) *non audiantur.* An non illud eſt? quod verè, religioſeq; S. Bernardus uiclamabat.[l] *Siue Deus, ſiue homo vicarius Dei mandatum quodcumque tradiderit, pari profectò ob-* B *ſequendum eſt iura, pari reuerentia deferendum: vbi tamen Deo contraria non præcipit homo.* Et cùm notum ſit omnibus, principes delinquentibus pœnas infligere iure poſſe, ergo illos legum ſuarum vigore ſubditorum conſcientias culparum vinculis obſtringere poſſe, quis non bona conſequentia, demonſtrarioneque concludet? Cùm culpa, & pœna relatiua ſint, & pœna, ſi iuſta ſit, infligi oon poſſit ſine culpa, & culpam lege iuſtitiæ ſemper pœna ſeqoi debeat. Dicente magno Auguſtino (in qoo par doctrina probitati reſplenduit.) [m] *Omnis pœna ſi iuſta eſt, pœna peccati eſt.* Qui[n] alio in loco aſſerere non dubitauit Deũ non fore iuſtum, ſi innocentem, integrum vitæ, ſceleriſque purum, ſuppliciorum aſperitate mactaret. Qua igitor iuſtitiæ, æquitatiſque lege princeps ſuorum edictorum decretorumque tranſgreſſores mortis aculeo torquebit, ſi illi eo- C rum iuſſa, legeſque præuaricando peccatorum ſordibus ſe non inquinaoerint? Si eas tranſgrediendo conſcientiam nullios culpæ fœditate deturpauerint? Nec eſt qood quis contradicendo propoſitæ aſſertioni obiiciat, in multis ſacris religioſorum, monachorumque familiis regulas pleraſque ad pœnam ſolùm, & non culpam monaſticæ, regulariſque vitæ profeſſores aſtringere. Nam reſponſio in promptu eſt: huiuſmodi regulas non per modum legis, ſed conuentionis, & pacti tranſgreſſores obligare, atque tales regulas propriè leges non eſſe nuncupandas, ſed pactiones conuentioneſque monaſticas, & caſtigationes, ad quas illarum tranſgreſſio compellit, non tam pœnas proprie ſumptas, quàm afflictiones ſuſceptas in auxilium ſpiritus appellandas eſſe.

i D. Aug in pſal. 70 concion 1 p 300.
k S. Aug ſer. 6. de verb. Domini tom. 10.
l S. Bernard. tract. de præcept. & diſcept.

Princeps obligare poteſt ad pœnam ergo ad culpam cũ hæc duo relatione ſe ponãt.

m D. Aug. l. 1. retractationũ cap. 9.
n Epiſt. 105.

Regulæ monaſteriorum ad pœnam ſolùm non ad culpam obligantes propriè leges non ſunt dicendæ.

Dignoſcere autem quando principum leges o- D bligant in conſcientia ſubditos ſub pœna mortalis, vel venialis peccati, hac breui, facilique nota monſtrante viam non erit ardoum. Nimirum ſicut in lege naturali, & diuina illud æſtimatur mortale, qood honorem Dei labefactat, contraque charitatem proximi militat, quale eſt odium Dei, blaſphemia, homicidium, adulterium, & cætera id genus; veniale verò illud tantùm cenſetur eſſe peccatum, quod rationi, legique ſolummodo difforme eſt, nec bene congruum, minimè tamen Dei gloriæ, & charitati proximi reluctans; quale eſt verbum otioſum, mendacium iocoſum & ſimiles animorum næui, tenueſque maculæ, quibus charitatis feruor tepeſcit quidem, ſed nõ penitus extinguitur. Ita in humanis legibos ſimile iudicium eſt. Etenim ſi principum, regumque

3. Pars. Quomodo dignoſci poteſt principum leges obligare in conſcientia ſub mortali, vel ſub veniali peccato.

leges illod ſtatuant, quod magnopere ſubditorum paci, ſalutique proſpiciat, morum pocuret integritatem, honeſtatis incrementa foueat, boni publici amplitudinem iuuet, regni proſperitatem gloriamque promoueat: tum dubitandi locus non erit, quin actio his obſiſtens legibus tantum boni cauſantibus mortale crimen habeatur. Si verò ab illis ſancitum, decretumque legibus adeò regni, reique publicæ non ſit tam fœlicitati neceſſarium, ſed tantum leue quoddam commodum valoris exigui, quod huic oppoſitum contrariumque à ſubditis admitteretur; non mortalis, ſed venialis tantùm criminis labe notabitur. Ad id illuſtrandum, exempla quàm plurima paſſim cuilibet veritatem exquirenti rei huius, obuia fiunt. Vt ſi quis legem iubentem legitima ſolui principi tributa bono publico, & conſeruandę reip. neceſſaria, contrariis actionibus violare contenderet, lethalis peccati contagione ſe macularet; ſi quis vero ſericis contra legis id vetantis præſcriptum veſtibus quandoque, & diebus feſtis indueretur, quia non eſt rei tantæ, quæ in magnum reipublicæ detrimentum verteretur, venialis culpæ tantum ſordes animo ſuo leuiter aſpergeret. Item, ſi nullam Deus per ſe, immediataque ſuæ diuinæ virtutis aothoritate legem tradidiſſet, atque ſciuiſſet, omnemque condendi leges in principes, homiounique rectores poteſtatem, facultatemque tranſtuliſſet, haſque illi leges, vt ciuiles, *Non adulterabis, non occides, non officioſè mentieris, non verbum otioſum proferes*, edidiſſent. Duæ priores leges in conſcientia ſub mortali peccato, poſteriores duæ ſub veniali tantùm ſubditos obligarent. Vnde caſus nonnulli incidere ſolent, in quibus legum ciuilium tranſgreſſores mortalium peccatorum ſordibus ſemper inquinantur; alii etiam quandoque adueniũt, in quibus earum legum imminuta tranſgreſſione poteſtas, culpæ ſolommodo venialis labes maculaſqoe violatoribus inurit.

Caſus in quibus leges ſub mortali & alij in quibus ſolum ſub veniali obligant.

Caſus in quibus tranſgreſſio legis ciuilis mortale eſt peccatum.

Prioris generis quatuor inter alios caſus præcipuè poſſunt obſeruari, primus ſi ſubditus legem ex contemptu violet, quaſi nihili faciens legiſlatoris authoritatem, eiuſqoe ſancita deſpiciens, qoo illud Chriſti Domini.[a] *Qui vos ſpernit me ſpernit.* Et illud Dei ad Samuelis expoſtulationes de populi faſtu ſuperbiaque rebelli.[b] *Non te ſpreuerunt, ſed me.*

a S. Luc 10.
b 1. Reg. 8.

Secundus ſi lex magnum in populo ſcandalum violata peperit, contra qood dixit Dominus.[c] *Væ homini illi per quem ſcandalum venit.* Tertius ſi quis legem ea mente, & intentione tranſgrediatur, vt finem legis ſi poſſit impediat: verbi cauſa, ſi quis legem eo fine à principe factam, vt ciues inter ſe amicè, ac pacificè viuerent, labefactare rebellione ſua conaretur, ne hoc pacis amicæ bòno ciues inter ſe potirentur, grauiſſimo ſane ſcelere ſe ille rebellis obſtringeret, vt S.[d] Thomas, &[e] Caietanus eius interpres oſtendũt. His caſibus quartus adiungitur, cùm quis legem principis contra externam religionis Chriſtianæ profeſſionem arroganter adulterat, vt ſi quis citra neceſſitatem carnibus tempore quadrageſimæ veſci non erubeſceret; cùm abſtinentia carnis eo pœnitentiæ tempore vera ſit pietatis catholicæ teſſera, qua veri Chriſtiani legitimi Catholicæ, Apoſtolicæ, atque Romanæ eccleſiæ filii ab hæreticis, aliiſque extraneis à Catholica fide peccatoribus diſcreti cognoſcuntur. In quibus caſibus nunqnam ciuilis legis ſecularium que principum tranigreſſio à peccatorum mortalium ſordibus illæſa manet, & immunis. Poſterioris generis nonnulli ſimiliter caſus inueniuntur, in quibus ſolùm legis tranſgreſſio venialis culpæ maculas impingit. Primus erit ſi in tranſgreſſione earum legum, actus imperfectio vel materiæ paruitas, aut alia quæuis exigua cauſa à peccatis lethalibus in materia naturalium præceptorum operatores eximens, interueniſſe conſpiciantur. Secundus erit, cùm videlicet aliquis principis legem bona fide tranſgreditur, illiuſque obſeruationis fines, metaſque tranſilit, exiſtimãs ſibi in aliquo caſu particulari, ſaltem citra lethalis culpæ turpitudinem, licere huiuſmodi legis ſecularis actione contraria terminos egredi. In quo caſu doctores S. Thomæ[f] eruditionis Angelicæ veſtigia ſecuti[g] Silueſter,[h] Caietanus,[i] Nauarrus, aliique notæ melioris aſſeueranter affirmant tranſgreſſores humanæ legis ciuilis, aut eccleſiaſticæ lethali culpa vacare,[k] quæ aſſertio firmo doctrinæ, rationiſque fundamento minimè caret: nempe circumſtantiam ignorantiæ etiam culpabilis (modo non ſit craſſa, ſupina, & affectata) & quamcunque bonam fidem conſiderata legis poſitiuæ natura, quæ tam ſtricta, & coarctata ad rigoris nodos, ſũmiſque niris eſſe nõ debet, culpæ grauitatem vſqoe ad non mortale minuere. Et hoc eſt quod vulgo in ſchola dicitur huiuſmodi bonam fidem, & ignorantiam nun craſſam, in materia præceptorum humanorum, legumque tam ciuilium, quàm eccleſiaſticarũ à tanto, licet non à toto, à mortali videlicet, licet non à veniali præuaricatores excuſare.

d D. Tho. 22. q 3 ad 2
e Caiet. in ſumma verbo præceptum.

Caſus in quibus legis tranſgreſſio ſolum venialia cenſetur peccata

f D. Tho. 12 q 96 art. 4.
g Silueſter verbo inobedientia a. 1.
h Caietan. in ſumma verbo præceptum ſub finem.
i Nauarrus c. 23. o. 59. manua.
k Not. fundamentum huius doctrinæ.

CAPVT XVII.

Leges principum poſſunt aliquando ſubditos ad ſui obſeruationem cum periculo vitæ obligare, licet illud non communiter fiat.

1. *Quo caſu pro principis obſeruanda lege ſubditi ſe periculo mortis exponere teneantur.*
2. *De via ordinaria atque communi, principum leges cum vitæ perdendæ periculo non obligant.*
3. *Piè humiliterque principes hortantur, vt ſicut à ſubditis, in ſuarum legum obſeruatione, diligi & honorari deſiderant, ſic illi Deum in eius cuſtodia legum, pro ſua populorumque ſalute perfectè reuereantur & ament.*


ED ne ſubditi regum, atque principum catholicorum nimiom de ſalute corporis, vitæque temporalis ſibi blandiantur. Intelligant, & audiant illod verius omnibus ex adyto, & tripode reſpoofis, incidere, nimirum quandoque tempora, in quibus ſuorum principum legibus in conſcientia, quamuis vitæ pericu-

lum, capitisque oboriatur, & instet obsecundare A teneantur. Communis est hæc assertio Theologorum S.[a] Thomæ, [b] Caietani, [c] Hadriani, [d] Henrici, [e] Soti, [f] Ledesmæ, [g] Couatruuiæ, & aliorum. Huius assertionis fundamentum non exile, quia ex ante dictis constat, legibus principum iustis obsistere peccatum, & crimen esse non leue, ac proinde pro vitanda morte vitæque periculo commissum nulla ratio patietur, nulla excusatio tolerabit, dicente D. [h] Augustino. *Potiùs qualibet mala toleranda, quàm malo consentire.* Pro huius confirmatione sententiæ rationes solidæ non desunt. Quis enim in rep. cuiusque societate potestatem suæ conseruandæ saluti, bonoque publico necessariã esse negabit? Ad quod præstandum necessarium est, morali præsumptione mandatum, atque lex politica; quæ subditos cogat, & obliget ad nonnulla ardua, periculosaque pro reip. salute, regnique defensione B aggredienda, quamuis in illis audendis, suscipiendisque ipsi vitæ propriæ aleam, salutisque priuatæ periclitentur. Quoniam vt ait ille, [i] *Nullum facinus magnum, & memorabile sine periculo.* Igitur clarum est ad tale periculum vitæ, subditos pro salute publica principum leges posse compellere. Quis enim ire posset inficias, instare calamitosa persæpe tempora, in quibus legum præscripto, periculosa bella suscipere subditis incumbit, vt reip. principisque salutem propriæ vitæ consecratione, suique sanguinis effusione tueantur? Quod ad id suscipiendum legis imperio iustè compellantur, ratione manifesta conspicitur. Quoniam publicum bonum priuato præferendum esse, hominemque teneri, pro reip. salute vitam mortis periculis exponere non scripta sed nata lex exclamat: quam non didicimus, legimus, accepimus, verùm ab ipsa natura arripuimus, hausimus, expressimus. At pro hoc communi publicoque bono, regnique salute lex humana principis authoritate statuitur, quam propterea subditi, quamuis periculum mortis instet, vitæque interitus ingruat obseruare tenentur. C Quod ista instantis pericula mortis vitæque metus amittendæ ab imperio præscriptoque legum ciuilium ecclesiasticarumque subditos recedere minimè patiantur inductione probare facile est. Quis dicet homini propter timorem mortis cũ consanguinea in gradu per leges humanas prohibito matrimoniũ licere contrahere. Quis dicet sacerdoti vt vitam mortis periculis eruat, augustissimum, sanctissimumque missæ sacrificium sine sacris indumentis licere celebrare? Licet id humana ecclesiastica solùm lege prohibeatur? Quis denique dicet, vt cætera taceam, dari cuipiam facultatem vitæ seruandæ causa, cum excommunicato nominatim in sacris communicandi? Quamuis hanc communionem solùm lex D ecclesiæ positiua vetuerit? Qui casus expressè ponitur in cap. [k] sacris tit. De his quæ vi metusue causa fiunt. Quam communionem, participationemque cum excommunicato, vt tanto cum vitæ periculo, discriminieque vetetur, exponenda esse de ea cum [l] Syluestro censeo, quæ grande sibi scandalum habet adiunctum, vel quæ est in crimine criminoso, vt summistæ loquuntur, legi diuinæ, naturalique reluctante, quod anathematis grauissimi fulmine percurere solet ecclesia, sicut celebrationem diuini, vnicique Christianorum sacrificii fieri, magno scandalo, contemptuque Christianæ religionis interueniente, non obstante vitæ periculo, mortisque timore strictissimè vetatur, [m] vt ex Nauarro Caietani seueram opinionem improbante manifestum esse potest. His similibusque aliis occurrentibus casibus, in quibus vel salus reip. aut principis gloria, & imperii protectio, aut Christianæ religionis agitur cultus, & defensio, legibus principum vtriusque fori subditi fideles, si ipsi salui esse velint, quamuis præseorem intentent pericula mortem, nullatenus obedire deprecabuntur, ideò dixit Augustinus: *Satius fame mori quam idolotytis vesci*, nempe cum scandalo & Christianæ religionis iniuria.

a S. Tho. 1a 2æ q. 96.
b Caiet. in 1a 2æ q. 90. art. 4.
c Hadrian. in 4. q. 6. de clauibus.
d Henricus tractat de Synod. episcop. post 3. part. art. 1. q. 71. tom. 23.
e Sotus l. 1 de iust. & iure q. 6. art. 4. in fine & in 4 dist. 22 q. 1 art. 4.
f Ledesm. 2 part. q. 10 art. 5 & q. 19 art. 3.
g Couarru. in ca. Alma mater part. §. 3. n. 9.
h S. Aug. l. 1. de ciuit. c. 15. can. itane 32. q. 5.
i Cicero.
Inductione exemplorum ostenditur non licere transgredi leges humanas propter metum ac periculum mortis.
k Cap. Sacris tit. de his quæ vi, metusue &c.
l Syluestr. verbo metus.
m Nauarr. c. 25 n. 84 manuel.
D. August. de bono coniugali c. 16.

Sed tamen cùm tales, similesque casus non adueniunt, humanæ leges ciuilis, & ecclesiastica, nec solent, nec volunt subditos cum tanto discrimine damnoque, non fortunarum modo, B sed etiam propriæ vitæ ad sui obseruationem in conscientia compellere. Estque verior doctorũ mens, atque sententia, humanas leges per se, id est regulariter, vt exponunt doctores, non obligare in eo casu, quo sine vitæ discrimine obseruari non possunt. Quam sententiam Syluester, [n] Sotus, & [o] alii mordicus non mediocribus rationibus fulti defendunt. Propter hoc dixit D. [p] Thomas *in his, quæ ad conseruationem corporis spectant, hominem non teneri homini obedire*, ex multis rationibus, quæ passim in medium ad huius assertionis comprobationem à doctoribus proponi solent, hæc est solida valde, atque potens: qua dicimus, & credimus longè minorem esse ad obligandum virtutem legis humanæ, quã naturalis, atque diuinæ: strictiorique obligationis nodo legem naturalem, & diuinam, quàm C humanam constringere. Atqui certum est multas leges naturales, & diuinas sub lethali culpa subditos obligantes, cum tanto vitæ discrimine eos nihilominus non astringere: quod inductione exemplorum clariùs illustrari potest, quàm vt amplius de eo dubitetur. Quis enim nescit satisfactionem debitorum, & depositiorum redditionem legis naturalis terminis includi? At vrgente graui necessitate, qua quis violentæ mortis vulnere vita caderet, nemo creditori, vt suæ vitæ consulat, satisfacere tenetur: sicut furioso depositum ensem reddere, quo illum ad necem furiosius insequeretur. [q] Lege diuina laici panes cõsecratos propositionis edere prohibebãtur, & tamen sine peccato Dauid graui famis, & inediæ necessitate perculsus, in fuga comedere non dubitauit: quod factum Dauidis Christi Domini in euangelio defensionem, approbationemque meruit, [r] sicut & factum discipulorum, spicas die Sabbathi ad cibum, vt necessitati succurrerent inediæ colligentium, vt S. [s] Thomas exposuit. Si- D militer Machabæi, vt à præsentis interitus periculo se vindicarent, contra legem Dei in Sabbatho manus consereve cum hostibus, prælioque eos adoriri non dubitarunt: quod facinus memorabile SS. patres appellant præmio dignũ, non pœna: ex eoque famam, gloriamque sibi pepererunt. Iam vero in pœnitentiæ sacramento integram, non dimidiatam peccatorum confessionem facere peccatores lex diuina iubet, sed non cum periculo vitæ, grauiq; discrimine: quod interdum ab illius executione plenaria, vt pœnitentis corporis salus in tuto ponatur, excusat. In ecclesiasticis similiter legibus, præceptisque mul-

o. part. De lege communi & ordinaria leges principum ad sui obseruationem cum vitæ periculo non obligant per se.
n Sot. l. 1. de iustitia q. 6. art. 4.
o S. Tho. 3 q. 40. art. 4 ad 3 2a 2æ q. 100. art. 5 Gabriel in 4 d. 15. q. 3. Ocha. in suo dialog. 1. part. l. 7 c. 57. Maior in 4 dist. 15. q. 4. Nauarr. in summa c. 23 n. 45 Felinus in C. 1. de const. n. 49.
p Tho. 2a 2æ q. 104 art.
Optima sententiæ ratio. *Lex naturalis & diuina non semper obligant cum vitæ periculo, ergo nec humana probatur inductione exemplorum.*
q L. 1. Reg. c. 21.
r S. Matth. 12.
s S. Tho. 3. q. 40. art. 4 ad 3.
D. Tho. 2a 2æ q. 100 art. 8. *A confessione peccatorum in sacramento periculum vitæ excusat.*

A tæ propter mortis, aliorumque grauissimorum malorum pericula exemptiones ab earum obligatione reperiuntur. Nam salotis periculum [a] ab obseruatione ieiunii liberat, & ab audienda missa diebus festis: ita vrgens inediæ necessitas cum excommunicato contra leges ecclesiasticas, cōmunicare permittit. *Vt et in summam redacto paupertatem misericorditer bonorum suorum largitate succurrat.* [b] Sic loquitur Papa Can. Quoniam multos in fine 11. q. 3. *Si quis excommunicatis non in sustentationē superbiæ, sed humanitatis dare aliquid voluerit, non prohibemus.* Quoniam eleemosyna nulli est denegãda. [c] Can. Pasce, distinctione 86. iuxta illud S. Ambrosii translatum in canonem illum 21. *Pasce fame morientem, quisquis enim pascendo hominem seruare poteras, si non pauisti occidisti.* Vnde [d] lex ciuilis misericordiæ in omnes penuria vexatos exercendæ causa, *vult tempore necessitatis cibaria omnia esse communia.* Ratio autem quare talis necessitas, & huic similes, vitæque discrimina, de quibus ante, aliaque his conformia de legis obseruatione dispensant, vel potiùs hac obseruatione subditis interdicant, in prōptu est: quod tali necessitate, viteq; periculis positis, vera deducatur illatio, certitudoque moralis, legislatoris in tam duris, acerbisque vitæ casibus, voluntatem subditos obligandi non fuisse: cum legislatoris ac principis præsertim Christiani misericordia, atque clementia instar mundi redemptoris comes esse debeat; aut eidem potestatem id præcipiendi defuisse, ac proinde in his casibus legis obligationem in conscientia cessasse. Cùm principis, atque legislatoris in commune bonum, salutemque reip. potestatem transfundere, Deo sic ordinante, sapienter oporteat, quod fieri nulla ratione posset, si tanto cum detrimento, vitæque pernicie legibus suis subditos obtemperare mandaret. Talibus legibus piè iustéque sancitis, ac promulgatis, boni Christianique principes, vtramque sibi, & populis salutem Christo Domino miserante, timentes eum honorificantesque pariunt: quod vt faciliùs perfectiùsque consequantur, illud Petri Damiani dum hic adhuc terrena mole grauãtur studiosè eos meminisse, mentisque oculis assidue obuersare percuperem. [e] *Subditus quoque timent regem, rex necesse est metuat conditorem:* Et aliud scripturæ nullo vnquam tempore obliuiscãtur. [f] *Cui plus committitur plus exigetur ab eo, sciantque* [g] *in hoc*

a Cap. consilium de obseruatione ieiunii.
Vrgens necessitas inediæ cum excommunicato participare permittit.
b Can. Quoniam multos 11. q. 3 in fin.
c Can pasce dist. 86.
d L. 2 § idem etiam ff. ad legem Rhodiam de iactu.

B

3. pars
Exhortatio ad principes vt si sunt volunt à populis amari ac honorari in obseruatione legum suarum, sic ille pro vtrinsque bono conscientiæ Deum timeant & venerantur illius religiosè mandata seruantes.

C

e Petri Damiani ep. cōminatoria ad Henricum

A *expedire regem propensius formidare, quod illi quem cordis occulta non fallunt cogitur rationem reddere de pluribus:* his dictis egregiè cum vera Theologia concludit. *Cum igitur rex in iudicio distinuat hominem, Deus regem, dignumne est, vt puluis timeat puluerem, & idem puluis in rege diuinam despiciat maiestatem?* Sollicite humiliterque considerent principes Christi mondati sanguine non solùm quantum sibi à Christo commissum, sed etiam quantum permissum sit. [h] Nam & istud sapientes prophani suæ superstitionis principibus persuadendo proponebant. Et agnoscant eò suã non extendi potentiam, vbi sceleris contagio dominatur, iuxta illud poëtæ sapiẽtis.

[i] *Οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεών.*
Nefas potentes posse fieri quod nefas.

Contra atrox illud nefariumque illius Euphemi B dogma apud Thucydidem, [k] *Ἀνδρὶ τυράννῳ, ἢ πόλει ἀρχὴν ἐχούσῃ, οὐδὲν ἄλογον, ὅ τι ξυμφέρον, Tyranno viro aut vrbi principi nihil iniustum, quod fructuosum.* Procul ò procul este principes ab hac scelerata voce, qua naturæ patricidium patratur, & omnium hominum iure ac religione sociatorum iura suffocantur: ne in medio publicarum calamitatum oppressione tyrannica ferociter erumpentium suspirare ac ingemiscere possint. [l] *Non enim omne quod licet, honestum est, cum sit aliquid quod non oporteat, etiam si liceat,* [m] (inquit Tullius) his ita ritè ordine, rationeque bene firmata constitutis in regno catholico [n] misericordia, & veritas obuiabunt sibi atque iustitia, & pax reciproca seipsas charitate deosculabuntur; sicque principibus iustas leges pro gloria Dei, & salute regni religiosè promulgando & populis Christianis fideliter eas obseruando gratia diuina, be- C nedictioque maiores aduenient: quibus pacifice prosperèque viuant in terra, beatiores postea cum Christo in perpetuitate cœlestis gloriæ victuri. Quę sunt vera virtutis pręmia talibus principibus populisque debita; apud quos ipsa Christiana virtus prole bonorum operum multiplici fæcundata residens, longè veriùs, amœniusque, quàm egena meritis, paganorum fucata virtus apud eos ista modulatur.

Mecum honor, & laudes, & læto gloria vultu,
Et decus, & niueis victoria concolor alis,
Me cinctam lauro perducit ad astra triumphus:
Casta mihi domus, & celso stant colle penates.

Germaniæ regem adhuc puerum 13. annorum.
f S. Luc 12.
g Petr. Dam. ibid.
h Cicer. oratione pro Robisio.
Principis non eo potestas extenditur vbi crimen regnat.
i Euripides.
k Thucidides lib 6.
Dogma impium nihil iniustum quod fructuosum.
l L. non omne ff. de Regulis iuris.
L. semper in coniunctionibus eodem titulo
m Cicero orat pro Balbo.
n Psal. 84 v. 16.



TERTIÆ PARTIS

LIBER QVINTVS.

IN QVO AGITVR BREVITER DE aliis virtutibus, principi Christiano omninò necessariis, vt verè filius sponsæ Christi Domini ecclesiæ sanctæ, nominetur, & sit; quæ iustitiam pietatemque principis Catholici semper comitari debent.

CAPVT I.

Moderatio animi in vitiis dulciter corripiendis, & temperantia in principe, quæ & quales virtutes.

1. *De moderatione principis in puniendo misericorditer.*
2. *De temperantia in vita ab omni illicita voluptate conseruanda. Eiusque salutaribus effectibus plena laude cumulatis.*
3. *A libidine quanta in principes populosque mala: quam duo castissimi formosissimique adolescentes alter paganus, alter Christianus martyr generosissimè domuerunt.*
4. *Præsidia armaque ad domandas libidines principi populisque suggeruntur.*
5. *Princeps subditis exemplum castitatis, & honestatis, Epicureas turpissimasque detestando libidines, esse debet.*



REVEM disputationem instituturus, de aliis principis Christiani virtutibus iustitiæ regiæ, pietatisque comitibus, à virtute moderationis mitis, clementisque in castigando delinquentes ordiar; quæ quàm principi rectorique populi sit necessaria, quámque castigatis peccatoribus vtilis, & salutaris, facile ex his quæ habet S. Gregorius in Ezechielis explanatione prophetæ cognoscimus: cùm post plurima ad hanc accommodata virtutem sequentia subiunxit.[a] *Tanta debet esse discretio* (rectoris nempe atque pastoris) *vt nec disciplina nimia, nec ipsa quoque misericordia sit remissa. Ne si inordinatè culpa dimittitur, is qui est culpabilis in reatu grauiùs astringatur. Et rursus si culpa immo-*

Discreta moderatio in castigando principi, rectorique populi salutaris & vtilis valde

a S. Greg. ho. 22. in Ezech.

A *deratè retinetur, tantò qui corrigitur fiat deterior, quantò erga se nihil ex benignitatis gratia agi considerat. Exhibenda itaque prauis est asperitas in ostensione: Charitas in mente: vt & dura ostensio delinquentem coerceat: & charitatis custodia mercedem mansuetudinis non amittat.* Et post multa cùm ostendisset hanc Iosepho patriarchæ à fratribus immanissimè vendito, Ægypti facto à rege præfecto virtutem illuxisse, hoc præclaro fine conclusit.[b] *Sic vir sanctus facinus fratrum suorum, & dimisit, & vindicauit: sic in rigore clementiam tenuit vt delinquentibus fratribus non sine vltione pius existeret; nec sine pietate districtus. Ecce hoc est ministerium disciplinæ: vt culpis & discretè nouerit parcere, &*
B *eas piè resecare. Qui autem discretionem spiritus non habent, aut sic dimittunt peccata, vt non corrigant, aut sic quasi corrigendo feriunt, vt non dimittant.* Hæc eleganter, & egregiè sanctissimus doctor. Hac moderatione animi discreta princeps affectus iræ nimiæ temperat æstus, fugitque prudenter miti declinatione vltionis appetitum, ad misericordiam conuersus, nec sine aliqua sceleris expiatione temperata.[c] *Hæc est celeberrima virtus* (in principe) *hæc animi suspiciendi moderatio vincere iram, & inter simultates quoque vincere animum.* In qua sui victoria ab hac moderatione prudenti parta magnanimus principis animus inclarescit. Iuxta illud Aristotelis, Κίνησις βραδεῖα τοῦ μεγαλο-
C ψύχου.[d] *Motus tardus magnanimi viri.* Cui illud est proprium sicut subditis optimum.[e] *Ad primum mali sensum mederi sibi, tum verbis quoque suis minimum libertatis dare, & inhibere impetū.* Quod quidem[f] *etsi non est perfectæ sapientiæ, tamen est non mediocris ingenij, imo*[g] *non inferioris, quàm omninò non commoueri.* Veréque dictum à Seneca censeo.[h] *Nihil quicquam magnum esse, nisi quod simul, & placidum.* Nec enim tam irascendo, quàm miserando rector populi sanat peccatores, eorumque vulneribus pœnas mitigando medetur, absit ab ira principis animus, & vltionis ardore in correctione

b Ibid. S. Greg.

Iram frænare moderatione castigationis magna virtus.

c Quintil. declam. 9.

d Arist. l. 3. ethic. c. 8.

e Senec. l. 3. de ira, c. 10.

f Cicer. ad Quintum fratrem.

g D. Ambros. 1. de officiis.

h Senec. l. 1. de ira.

a Seneca l. 1. de ira.

Moderationem puniendo discretam rectè dici potest clemens iustitia.

b Senec. ibid.

c Claudian.

correctione delinquentis. [a] *Nunquam irasci desinet, si semel cœperit, & omnis illi per iracundiam, mœrorem que vita transibit.* Hanc discretam in temperatè castigando noxios tegis principisque mansueti moderationem, clementem iustitiá appositè veréque dicere possumus, cuius maximè familiare. [b] *Paruis peccatis veniam, magnis seueritatē commodare: nec pœna semper, sed sæpius pœnitētia hac bene princeps animatus contentus esse solet.* Cui sēper

[c] *Ignoscere pulchrum*
Iam misero, pœnaque genus vidisse precantem.

d Cicer. ad Brutū epist. 15.

Et quos mansuetudine corrigere possit, parcēdo misereri, sua verò patientia, atque lenitate detrectantes emendari, sed potiùs in audaciam peccādi crescentes pro salute reip. destruere, & quia spes emendationis abest, penitus abscindere. [d] *Neque tam vlciscendi causa, quàm vt & in præsens sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterreat, & in posterum documentum statuat, ne quis talem amentiam velit imitari.* De qua virtute hic plura nō dicam, cùm de clementia misericordiaque (cui hæc virtus maximè conformis est) supra sub finē libri tertii huius partis copiose satis diximus.

2. Pars.

De temperantia principis.

Temperantia vis magna ad libidines cohibendas.

e Cicer. 5. Tusc.

Libido miseros homines facit in medio voluptatum.

f Cicer. ibid.

Transeo ad temperantiā principis, virtutē huic discretæ animi moderationi cognatam, & amica coniuratione pulchre fœderatā. Qua motus turbulenti, iactationesque animorum à carnis illecebris incitatæ, & impetu lasciuo elatæ, rationem omnem repellentes, tanquam tempestates maris violētissimæ dissipatæ, fractæque quatiūtur. Quæ nullam partem vitæ beatæ, sed omnem miseræ asperæque in mediis voluptatibus tristitiæ relinquunt: iudicio philosophorū à vera veritatis luce longè distantiū, vt Ciceronis ista dicentis. [e] *Quid verò illum quem libidinibus inflammatum, & furentem videmus, omnia rabidè appetentem, cum inexplebili cupiditate, quòque affluentiùs voluptates vndique hauriat, eò grauiùs, ardentiusque sitientem, nonne rectè miserrimum dixeris?* Quod in eodē libro exemplo Xerxis Persarū Regis talibus verbis illustrauit. [f] *Xerxes refertus omnibus præmijs, donisque fortunæ non equitatu, non pedestribus copiis, non nauium multitudine, non infinito auri pondere, contentus, præmium proposuit, qui inuenisset nouam voluptatem, qua ipse tamen ita non fuit contentus.* Sic sēper quærens, & languens, semper hauriens, & sitiens, auiditate libidinis insatiabili torquebatur.

g Cicer. 5. Tusc

h Messalina vxor Claudii Iuuenal Satyra 6.

i Eucher. epi. paræn ad Valerianum.

Libidines sunt feruor lasciuiæ.

k Seneca l. de beata vita c. 2.

l Periclis dictum memorabile plutarch in eius vita. Cicer. 1. off Valer. Max l 4 c 3.

m Liuius l. 26 Aulus Gell l 6. c. 8 Valer. Max l. 4. c. 3.

Nec mirum. Quia [g] *Nec vnquā finē inueniet libido.* Quia flagrans, & æstuās turpissima imperatrix.

[h] *Lassata viris nunquam satiata recessit.*

Quoniam insaniens hæc, *voluptas corporis misera* [i] *est egestas, quæ defatigationē, non satietatem suo totis igne, sua dementatis insania continuò parit, & ingenerat,* quos suę habet mancipia tyrannidis, [k] *neque enim quis voluptates sibi emit, sed se illis vendit.* Cuius mala considerans [l] Pericles Atheniensium princeps, Græciæque fulmen eloquentiæ Sophocli suo quondam in prætura collegæ, *principem, Rectoremque populi habenas reipub. moderantem, non modo manus ab auro, argentoque liberas, sed etiam oculos ab intuitu lasciuo continere debere* dicebat. Cuius libidinis per temperantiæ, castitatisque virtutem Scipio [m] Africanus domitor multis sapientū eruditorūque scriptorū præconiis meruit efferri. Qui in ætate iuuenili viginti annorū non egrediē te spatia, huic valde carnali lasciuiæ lubrica, cùm victor ex Africanis captiuis egregiæ pulchritudinis virginē ętatis adultę nobilissimo inter Celtiberos sanguine cretā, iamque illustribus nato pa-

Scipionis Africani insigne temperantiæ exemplum.

A rentibus desponsatam viro, recepisset, illam omni honore, reuerentia, & honestate affectā parentibus vocatis, sponsoq; futuro intactam, inuiolatāque honorificè benigneq; restituit. pretiūque redēptionis oblatū pro ea reddens, dotem virginis auxit, incrementum pecuniæ pro ea liberali traditione donauit. Quo facto memorabili Celtiberorum animos mirū in modū sibi, Romanisque deuinxit atq; deuicit. In re tā clara, & vulgari exēplorū multitudine discursus producere fines minime necesse est.

Non minores Constantino Magno laudes castitas, quam bellica virtus peperit.

n Gallicanus in panegy. Constant. Magni.

Non minoribus Constantinum Magnū castitas in refrenādis carnalis libidinis insultibus, quàm bellica in domandis hostibus fortitudo laudibus extulit. *Qui quò magis continentiā patris æquare posset,* vt loquitur [n] Gallicanus Panegyristes, *ab ipso fine pueritię illico se matrimonij*
B *legibus tradidit, vt primo ingressu adolescentia formaret animū maritalē: nihil de vagis cupiditatibus, nihil de concessis ætati voluptatibus in hoc sacrum pectus admitteret. Nouum iam tum miraculum iuuenis vxorius, sed vt res est, mente præsaga omnibus se verecundiæ obseruationibus imbuebat, talem postea ducturus vxorem. Nam simul atque ex ephebis excessit, vxorem duxit Mineruinam, ex qua natus est Chrispus natorum Constantini maximus, ne coniunctione aliqua carnis alieni illegitima fœdaretur.*

Continentiam principum sub persona Vlyssis laudauit Homerus, & libidinem lasciuorum in persona sociorū Vlyssis dedecorauit.

Homer. Odyss. 4.

o Plutarch. in Grillo.

Profectò ingeniosus ille fabulatum inuentor Homerus, graphicè, & ad viuum castitatem, temperantiam que regūm, ac populis dominantiū expressam fictionū suarū inuolucris, magnis in persona Vlyssis honoribus sublimauit. Quem nullo veneficio ab animo suo rationis capace, nec à propria hominis forma, externaq; figura Circe sortilega in ferinas, brutalesq; porcorū, asinorū, grillorū, aliorūque animaliū formas, naturasque, sicut antea socios fecerat, conuertere potuit.
C Cuius fabulæ inuolutā mythologica expositione intelligētiā Plutarchus [o] euoluens, scribit homines libidinibus carnis æstuātes, sic amore meretricio dementari, & corporeis lasciuiis, tāquā veneficis poculis infatuari, vt naturā hominis penitus exuisse, brutorūq; species, atq; formas induisse videātur. Vnde veritatis historicæ sectatores memoriæ prodiderunt, Circem illam fuisse turpissimam, callidissimamque meretricem, quæ suis venereis blandimentis, atque fraudibus tāquam veneficiis, Vlyssis socios ratione priuatos, deceptosque turpiter effœminauerat. Cuius dolos, artesque fallaces lenociniis luxuriæ sordidas Vlysses magna prudentia sagacitateque detegens, omnes, suæ continentiæ castitatisque robore confregit, delusamque meretricem generosè contempsit, & irrisit, vt abundè Palladas Poëta [p] exposuit, ad quę Poë-
D ta [q] Lyricus alludens hæc ait.

p Palladas l. 1 anthologiæ epigram.

q Horat l. 1. epistol.

Sirenum voces, & Circæ pocula nosti:
Quæ si cùm socijs stultus, cupidusque bibisset
Sub domina meretrice fuisset turpiter excors,
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

3. Pars.

A libidine quanta in principes populosque mala quam duo castissimi formosissimiq; adolescentes, alter paganus, alter Christianus martyr generosissimè domuerunt.

r Cicer in 6. de rep. frag. Terent in Hea.

Quanta ab hoc pestifero libidinis lasciuiæque fonte mala, quanta scelera, calamitatesque in principes eorumque populos intonant, perniciosoque fulmine simul ac atrato fulgure decidunt, quis nisi demens ignorat? [r] *Graues enim dominæ cogitationum libidines, infinita quadam cogunt, atque imperant, quæ quia expleri, atque satiari nullo modo possunt, ad omne facinus impellunt eos, qui illecebris suis incenduntur.* Hoc quantū creditu facile! *Cum vbi animus se cupiditate deuinxit mal, necesse est cōsilia consequi cōsimilia.* Addo & illud Xenophontis

nimis verè dictum, τῷ δὲ σώματι θηλυνομένῳ καὶ αἱ ψυχαὶ πολὺ ἀρρωστότεραι γίγνονται. *Corporibus effœminatis animi multo languidiores effi ciuntur, & infirmiores.* Hinc fortiſſimorum ducum, heroumque principum turpes effœminationes, languidus animus, deliria, & infortunia; vt Hannibalis, qui generoſo ſtipatus exercitu, tribus cruentatis multa cæde Romanorum certaminibus Romanum imperium ad extremam pene vaſtitatem, exitiumque reduxerat: Capuanis eneruatus liquefactuſque voluptatibus vno cum exercitu libidinis incæſtato contagione priſtinas vires, & robur amiſit. Vt his Liuius breuiter, & abunde monſtrauit. [a] *Iamtunc minimè ſalubris militaris diſciplinæ Capua inſtrumentum omnium voluptatum delinitos militum animos auertit à memoria patriæ.* Sed clarius illo Valerius Maximus hoc de Hannibale languidis poſt tot victorias, triũphoſque voluptatibus liquefacto confirmat. Qui poſt illius laſciuias, libidineſque commemoratas hæc exclamando ſubiunxit. *Quid his ergo vitiis fœdius? Quid etiam damnoſius? Quibus virtus atteritur, victoria languescunt, quæſita gloria in infamiã cõuertitur animique pariter vires expugnantur: adeo vt neſcias ab hoſtibus an ab illis capi perniciosius ſit.* Eadẽ libidinis furioſæ tempeſtas Romani imperii ducibus incubans, vim barbaris ad illius exitium hoſtibus aperuit, quò poëtæ expoſtulatio ferebatur.

Libidine fortiſſimi duces effœminati, emolles miſerique redduntur vt Hannibal.

a Tit. Liuius l. 23.

[b] *Sæuior armis*
Luxuria incubuit, victumque vlciſcitur orbem.

Non ſine cauſa vt ab hac luxuriæ furia principis animũ Nicoclis auerteret, eũ ita Iſocrates hortabatur. [c] *Non poſtules vt alij modeſtè viuant, cegibus petulanter viuere liceas, ſed tuã tẽperantiã alijs exẽpli vice proponito, nec enim ignores totius ciuitatis mores ad exẽplũ magiſtratuũ conformari.* Et poſt hæc paucis interiectis. *Impera tibi ipſi, non minùs quàm cæteris: idque maximè regiũ putato, ſi nulli voluptati ſeruias; ſi cupiditates magis in poteſtate habeas, quàm ciues tuos.* Quàm admirabile deteſtandæ libidinis præ caſtitatis amore inter prophanos exẽplũ, factumque generosè nulla intermoriturum ſæculorum memoria de Spurina Romano nobili ſingularis, eximiæque pulchritudinis adoleſcente à Valerio maximo memoratur. [d] *Qui cum eximia ſpecie,* inquit ille, *complurium fœminarum illuſtrium ſollicitaret oculos, ideo viris, ac parentibus earũ ſe ſuſpectum ſentiret, oris decorem vulneribus confudit, deformitatemque ſanctitatis ſuæ fidem, quàm formam irritamentum alienæ libidinis eſſe maluit.* O mirum caſtitatis exemplum! O factum omnium linguis, vocibuſque prædicandum! Et quod cùm adoleſcentis Chriſtiani facti martyris caſtiſſimi, vltoris meretriciæ libidinis facto comparetur digniſſimũ. Quem cũ turpibus geſtibus, tactibuſq; emollire ad libidinem, & effœminare turpiſſima meretrix conaretur, eũque in molli culcitra ſparſis floribus, vt ſcribit [e] S. Hieronymus dulciter ligatum titillationibus oſculationibuſque impuris, multiſque aliis tactibus obſcœniſſimis corrũpere tentaret: ipſe cùm aliter ſic ligatus turpiſſimos meretricis impudentiſſimæ contactus impedire non poſſet, execratus horribiles, & maximè infames illius libidines, vt illæſam pudicitiã in medio flãmantiũ, æſtuantiumque inſania, atque furore voluptatũ, tuto in hac captiuitate conſeruaret, cũ aliunde vires ſibi non ſuppeterent, quibus execrabilem meretricem à ſe fortiter arceret; propriam linguam dentibus attritam, comminutamque in

b Iuuenal.
Princeps debet eſſe populis exemplum continentiæ
c Iſocrat. orat. 2 ad Nicoc.
Ibid.

C

d Valer. Maxim l. 4. c. 5
Exemplum fugiendæ libidinis, & ſeruandæ caſtitatis.

D

e S. Hierony. In vita S. Pauli Eremitæ in princip. to. 1
Mirabile factũ adoleſcentis Chriſtiani, & martyris linguam expuentis in os meretricis eius pudicitiam ſollicitantis.

A os nefandiſſimæ mulieris expuit. Ad principes catholicos recurro, quos pro ſeruãda caſtitate Deo gratiſſima, & libidinum extirpandis inſaniis, furoribuſque carnalibus mea cõpellat oratio: contra quos illis fortiter, & generoſe luctandum, vt de illis per Dei gratiam victores, triũphos, ſpoliaque reportent. Senecã cum affectu effectuque audiãt, & ſequantur. *Nobis,* inquit, *militandum eſt, & quidem genere militiæ, quo nunquam quies nunquã otiũ datur, debellandæ in primis ſunt voluptates, quæ vt vides, ſæua quoque ad ſe ingenia rapuerunt.*

Ponere primùm Deum in conſpectu ſuo, magnũ principi præſidiũ, ad domandas carnis illecebras, illicitaſque libidines: vires ad eas confodiendas, ſuperandaſque, ſufficiet pia de Dei præſentia in cõſpectu ſuo meditatio, vt nõ inquinentur hoc Dei conſpectu viæ principis, in omni tẽpore, hæcque magni illius doctorum parẽtis Auguſtini ſuo
B ſemper in corde figat. [f] *Deus timendus eſt in publico, ipſe in ſecreto: procedis, videris: intras, videris: lucerna extincta eſt, videt te: lucerna ardet, videt te: in cubile intras videt te: in corde verſaris videt te: ipſum ergo time. Illum cui curæ eſt, vt videas, timendo, caſtus eſto.* Huic flammæ, atque cœco libidinis igni, vel incendio potius, ne plus ardeat, pernicioſa ligna remoue, quæ multa ſunt.

[g] *Otia, ſegnities, ſomnus, caro, fœmina, vinum,*
Proſperitas, ludus, carmina, forma, puer.

Ne catholici principes illud ſapientis vnquam à memoria ſua exire patiantur. [h] *Propter ſpeciem, & colloquiũ mulieris multi perierunt.* Ex hoc enim cõcupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. *Itaque in medio mulierum noli commorari.* [i] *Vt enim de veſtimentis procedit tinea, ſic à muliere iniquitas.* Qui voluptate languida liquefactus hebetatur.

Vulnus alit venis, & cœco capitur igni.

C Verè ignis libidinoſa voluptas. *Etenim,* inquit S. Gregorius, *more ignis libido ſuccenditur, adiacens ſtipula velociter inflammatur.* Quæ flamma, igniſque corpora, animoſque cõſumens nunquã extinguetur, niſi ſuis princeps ſanctitate, vitæque caſtitate præluceat: quod perſentiens, & agnoſcens ſapientiſſimus imperator Baſilius ſic filium ſuum dictũ poſtea propter eximias virtutes philoſophũ magno paternæ affectu charitatis hortabatur. [k] *Siquidẽ niſi ipſe pudicitiã ſeruaueris, qua fronte eos qui tuæ dominationi ſubiecti ſunt ad eã ſeruandam cohortaberis? Nã quæ facientẽ te viderint, eadẽ quoq; permitti ſibi facere interpretabũtur; ſolẽt. n. ad exẽplũ principis mutari ſubiecti.* Qualiter frænos impotẽti, libidinoſæque aulicorum naturæ, ſuæ continentiæ, & caſtitatis exemplo dederit Valentinianus imperator, his verbis [l] S. Ambroſius expreſſit. *Omni pudicitiæ cultu, domi caſtus, & foris, nullo contagio cõſciẽtiæ violatus obſcœna, nihil inceſtũ: hancque ob cauſã tanquã retinaculis petulantiã frænatat aula regalis, quod cuſtodire facile potuit:*
D Illius videlicet exẽplo ad caſtitatis, pudicitiæq; ſplendores, pulchritudineſq; mõſtrãte viã. Hac via rationeq; potẽti, & ſalutari boni principes, regeſque catholici eccleſiæ Chriſti D. nutricii, & alũni vt loquitur [m] propheta, voluptatis vetitæ, grãde ſuperciliũ detrahũt, eius vites libidinoſas, turpeſque deſtruũt, proſtitutionis iniqua fana diruũt, atque de illa proſtrata, domitaque virtutes honeſtatis pudicitiæ, caſtitatiſque triũphare faciunt. Longè diuerſi ab illis proſtibuli venerei miniſtris philoſophis ventris, & luxuriæ Epicureis, qui ſuis inſanis, crapulatotiſq; dogmatis factiſq; virtutes volup-

4. Pars. Præſidia ad domandas libidines ſuggerit.

f S. Aug ſer. 46 de verbis Domini in S. Ioan.

Aliud præſidiũ domandæ libidinis & contrarium remedium.

g Eccleſ. c. 9.

h Eccleſ. c. 42.

Libido perniciosus ignis.

5 Pars. Princeps ſubditis exemplũ caſtitatis & honeſtatis Epicureos turpiſſimaſque exterendo libidines eſſe debet.

k Pulchra Baſilii imp. ad filium Leonem exhortatio c. 9. Monol.

l S. Ambroſ. in funeb. oratione Valentinia imp.

m Eſaiæ c. 49 v. 23.
Turpiſſimo philoſopho Epicureos virtutes voluptati tanquam reginæ ancillas ſubiiciebant.

tati libidiniq; venereæ famulari cõpellebant illas propter hanc appetendas asserendo, Profitentes, tabulã quandã verbis depingentes, *vbi*,[a] inquit D. Augustinus, *voluptas in sella regali, quasi delicata quædam regina considat: eique virtutes famula subiiciantur: obseruantes eius nutum, vt faciant quod illa imperauerit. Quæ prudentiæ iubeat, vt vigilanter inquirat, quomodo voluptas regnet, & salua sit. Iustitiæ iubeat vt præstet beneficia, quæ potest ad comparandas amicitias corporalibus commodis necessarias, nulli faciat iniuriam, ne offensis legibus voluptas viuere secura non possit. Fortitudini iubeat, vt si dolor corpori acciderit, qui non compellat in mortem, teneat dominam suam, id est voluptatem fortiter in animi cogitatione, vt per pristinarum deliciarum suarum recordationem mitiget præsentis doloris aculeos. Temperantiæ iubeat, vt tantum capiat alimentorũ: & si qua delectant, ne per immoderationem noxium aliquid valetudinem turbet, & voluptas, quã etiã in corporis sanitate Epicurei maximã ponũt, grauiter offendatur, ita virtutes cum tota sua gloriæ dignitate tanquam imperiosæ cuidam, & inhonestæ mulierculæ seruient voluptati.* Hæc S. Augustinus contra carnales, sui nosq; philosophos Epicureos, castis, pudicisq; principibus inimicãtes: pergamus ad alia.

a S. Aug. l. 5. de ciuit. c. 20.

CAPVT II.

De prudenti principis in dando largiendoque dona, & opes populis, & benemeritis, munificentia, & liberalitate.

1. *Benedictio, & gloria principis in gratificando, rectè facultatibus vtentis.*
2. *Qualis debet esse hæc munificentia, vt reipublica prosit.*
3. *Quàm opposita profusioni principum malorum perniciosa, dum moderatè & prudenter exercetur.*

PLACENT valde mihi hæc in frõte huius capitis apposite collocanda eloquentiæ Romanæ principis verba plena sententiis.[b] *Nihil tam parui, fractique animi quàm amare diuitias, nihil tam regium, & magnificum, quam si habeas ad liberalitatem conferre.* Regium igitur est aliis benefacere, & de omnibus liberaliter opes erogando bene mereri: cùm sit fœlicitatis insigne, subditorum inopiam donis, muneribusque subleuare, teste illo Paccati Drepanii Panegyristis ad Theodosiũ imperatorem.[c] *Nullam maiorem esse principum felicitatem, quàm fecisse felicem, & intercessisse inopia, & fortunam vicisse, & dedisse hominis nouum fatum.* Ratione, & regula conferendis beneficiis adhibita sapienter: cùm Plinius dicat in panegyrico.[d] *Præcipuum esse indicium non magni principis magnos libertos.* Quamuis non sit omnino hæc Terentii equitis Romani, se de Seiani miserè necati, tractique ad Gemonias amicitia familiaritateque apud Tiberium imperatorem purgare volentis improbãda sententia.[e] *Non est nostrum æstimare quem supra cæteros, & quibus de causis extollas, tibi summum rerũ iudicium dij dedere, nobis obsequij gloria relicta est.* Nec ingrata principi pio facta populis munificentia, qui liberali manu largiendo, reciproca populi beneuolentia profusaq; charitatis oblatione

b Cicero 1. off.

Aliis benefacere principis felicitas.

c Pacati Drepanii panegy ad Theod imperatorẽ.

d Plin. in Panegy.

Populis non est congruum do principis si clamet ad honores corp vilislore maior, modo virtus nobilitatem suppleat

e Tacit. l. 5. annal.

A recipit.[f] *Vt ille qui cuncta ambit Oceanus, quas suggerit aquas terris, recipit in terris: ita quidquid in ciues manat à principe redundat in princ... & famæ consulit munificus imperator, lucratur eam gloriã cũ dat pecuniã reuersurã.* Hæc Panegyristes ad Theodosiũ imperatorẽ omniũ optimũ, ad effundenda populis beneficia natũ. Qui cũ hac arte industriaq; benefaciendi, bene fœliciterq; in orbis totius imperio vixisset, vt melius adhuc eundo de virtute in virtutẽ fœliciusq; moreretur: paulo ante vitæ suæ, lucisque præsentis occasũ, & tẽpla gentiliũ non ita pridẽ ab Eugenio tyrãno in odiũ Christi reserata claudere, dæmoniorũq; nefanda sacrificia destruere, simulque tributa populo relaxare lege indulgentiæ suo testamento condita voluit. De primo religiosè facto S. Ambrosius loquens optimũ imperatorẽ in eius oratione funebri cũ patriarcha Iacob ita cõparauit.[g] *Imitatus*

B *est, inquit, Iacob, supplantauit perfidiã tyrannorũ, qui abscondit simulachra gentiũ: omnes enim cultus idolorũ, fides eius abscondit, omnes ceremonias obliterauit.* Simili pietate, ardoreq; charitatis ipsum imperatorẽ religiosissimũ annuaria tributa, scripta eius testamento, indulgentiæ lege relaxauisse, idem S. Ambrosius his verbis testatus est.[h] *Præcepit dare legẽ indulgentiæ, quã scriptã reliquit: quid dignius, quã vt testamentum imperatoris lex sit?* Propter quam principis in subditos munificentiã, vt illorũ necessitates ab eis ex misericordia repellat non male Cyrus Rex Persarũ apud[i] Xenophontem regem rectorẽque populi cũ ouium pastore comparare solebat. *Sicut enim ad pastorem pertinet curare, & prouidere, vt lætas oues, pingues, succulentaque pecora possideat, sic regem, principemque maxime decet populos sibi subditos reddere felices, & facultatibus abundantes, non grauibus, quotidianisque pauperes, ac*

C *miseros exactionibus afficere.* Fuitque semper maximæ datũ laudi regibus, nouis suos locupletare diuitiis, non antiquis propriisque spoliare fortunis. Hæc liberalitas, munificentiaque principum, quantũ illis ad prosperitatẽ, gloriãque valeat imperatori Iustiniano, hac præclara Agapetus sententia significauit.[k] *Solus beneficentiæ thesaurus stabilis est possidentibus eum: nam dando accipimus, & spargendo colligimus, & bonarum actionum meritum ad authores retorquetur.*

Sed qualis hæc esse debeat munificẽtia principis, vt sibi, reiq; publicæ salutaris existat, tres cõditiones legitimæ declarabũt, quas seruare debẽt principes in dando, vt bene prospereque largiãtur. *Quid, cui, & quomodo donent.* Quid donẽt, ne benigna largitio, munificentiaque ipsorũ facultates exeedant: cui conferãt, erogentque beneficia, iustis scilicet, & bonis propter multas virtutũ o-

D perationes, de regno optimè meritis. Insuper iustã, legitimãque dandi rationẽ principes obseruabũt, ne ab aliis auferãt, quod in alios cõferant: ne ab vno iniustè extorqueãt, quod alteri profusè, & sine causa largiãtur. Admodũ grata, salutarisque principis est in benementos collatio beneficiorũ qui non importunè principũ aures obtundunt, sicut solent immeriti, vt aliquid in se regalis munificentiæ profundatur. Placet responsũ Archelai Macedonũ regis: qui cũ blãda, eaque importuna prece, ab aulico nullios frugi, & meriti in cœna vrgeretur, vt sibi aureũ vas donaretur, vni suorũ ministrorum mandauit illud Euripi dono concedere, importuno respondens. *Tu quidem dignus es qui poscas, nec accipias: hic vero dignus est, qui*

f Pacati Drepanii Panegy ad Theod. principi liberaliter dando populis, recipit ab eis.

Theod Imp. vt feliciter moreretur idolorum templa omnia, rerumque sacrificia nefanda destruere & tributa relaxare voluit.

g S. Ambros. orat funeb. Theodos.

h S. Ambros. ibid.

i Xenophon in Cyroped.

Regis populo cum gregis pastore comparatio.

Magna gloria, & prosperitas principis donare suis subditis.

k Agapeti ad Iustinian. paraenes.

2. Pars. Qualis debet esse principis munificentia in dando bene tres conditiones.

Plutarch. ... vis ... verecundiam.

Archelai factum memorabile.

etiam non postulans accipiat. His prudenter indicans, in vsu liberalitatis habendam esse virtutis, modestiæ, meritique rationem, contempta immeritorum importunitate petendi. Dictum & actoama C. Cottæ apud Ciceronē memorabile silentio negligere non placet dicentis.[a] *Beneficiū quidem suum, & operam solere se omnibus promittere, sed illis elargiri, apud quos optimè collocari arbitraretur.* Sentiens videlicet benignitatis esse comiter polliceri, sed quia hoc suum beneficium omnibus pati, æquaque distributione concedere non posset, eligendos esse censuit, quibus ritè largiretur. Hac via reges, ac principes veros sibi parant amicos, qui sibi fideliter seruiant, & ad suæ gloriæ, imperii, roburque fœlicitatis, liberali, salutarique obsequantur obsequio.[b] *Οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον τὸ τὴν βασιλείαν διασῶζόν ἐστιν, ἀλλ' οἱ πολλοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον*, dicebat Cyrus apud Xenophontem. *Non aureum istud sceptrum est, quod regnum custodit, sed multi amici, regibus sceptrum verissimum, tutissimumque sunt.* Hoc sun confirmauit eloquio, testimonioque ille Numidiæ rex Micipsa apud Salustium:[c] *Non exercitus, neque thesauri præsidia regni sunt, verū amici.* Non sine causa Plinius Traiano dicebat.[d] *Præcipuum principis opus esse amicos parare.* Huius rei rationem reddens subiunxit.[e] *Quia nullum maius boni imperij instrumentum, quā boni amici, hoc modo*[f] *meliùs beneficijs*, scilicet in virtute sua merētes, *imperium custoditur, quàm armis.* Nam vt ante eum dixerat Romanus orator.[g] *Liberalitate qui vtuntur beneuolentiam sibi conciliant, & quod aptissimum est ad quietè viuendum* (siue regnandum) *charitatem.* Quis enim cū Seneca non libere fateatur.[h] *Accipere omnium esse dulcissimum?* Hac bene consulta, ordinataque largitate, *imperium tuto sibi conseruauit, & auxit*, scilicet Cæsar Augustus,[i] *Dum militem strenuum donis, populum annona, cunctos dulcedine otij pellexit.* Dici vix potest quanta Ptolemæus Lagi filius lætitia, iucunditateque perfusus exultauerit, cùm amicos non fallaci fictos adulatione, sed virtute veros, beneque ob pia seruitia de rep. meritos à se muneribus, honoribusque cumulatos esse cōspiceret, & intelligeret: sæpius hoc ore replicans, iteransque crebrò, *τοῦ πλουτεῖν τὸ πλουτίζειν βασιλικώτερον*, *Magis regium esse, locupletare* scilicet alios, *quam diuitem esse, seu quàm diuitias possidere.* Nec propterea malè Aureliano recens ad imperii culmen euecto, qua ratione rectè, prosperèque posset imperare quærenti vnus è primatibus imperii respondit.[k] *Si remp. rectè administrare volueris, auro & ferro te munitū esse oportet, at ferro quidem contra hostes vti, tui vero obseruantes auro remunerare.*

a Cicer. ad Quintum frat. de petitione consulatus.
Pulchrè dictum C. Cottæ.
Benemeritis dando sibi parat principes veros amicos, robur imperij.
b Xenophon l 8. Cyrop.
c Salust. in Iugurt.
d Plin. in panegy.
e Idem ibid.
f Seneca l. de breuitate vitæ.
g Cicer. l. 2. de finibus.
h Seneca de beneficiis l. 1.
i Tacit. 1. annal.
Plutarch. in apoph. Ælianus l. 1 de varia hist c. 13.
Magis regium est alios ditare quam diuitem esse.
k Zonaras in Aureliano.

Sed hæc bonorum principum liberalitas, atque munificentia, quam virtutis, honestatis, meritique regula moderatur, quantum ab illa perniciosa reip. & imperio improborum principum profusione distet, & elongetur, quis sapientum bene de veritate sentientiū ignorabit? Cuius fores eū hac moderatione reserantur, vt nullis nisi bonis dignisq; pateāt, secus non beneficentia, sed maleficentia potiùs hæc liberalitas principū lōge perniciosior, quā vtilior dicenda veniret. Quis enim arborē liberalē, munificāq; vocabit, cuius fructus omnes ventorū procellæ immaturè raptos dispergūt, dispersosque putredini relictos in terra perdūt? Quis similiter principē munificū, liberalemq; iure dicet, cui thesauros, omnesq; facultates vanitas, & libido profusionis iniquæ penitus exhauriunt atq; deprædantur? Quā profusionis insanæ perniciem Democritus apud Ælianū abominando in hominē prodigū, malè liberalem, suaque temere profundentē inuectus exclamabat. *Male pereas, quia gratias virgines, meretrices effecisti?* Quis Caligulæ Neronisq; nefandissimorū tyrannorū extremæ monstrorū crudelitatis prodigiosā bonorū imperii effusionē, & prodigalitatem in solertissimos suæ libidinis immanis atrocitatisque tyrannicæ ministros non perhorrescet? Quorū hic[l] quinquaginta[m] ducatorū, seu coronatorū milliones; ille longè ampliùs, videlicet septuaginta quinque milliones primo sui principatus anno immaniū largitionū libidine cōsumpserunt, atque deuorarunt. Vnde postea in eā Caligula redactus est inopiā, *vt coactus sit*, inquit Suetonis, *ad rapinas conuertere animum vario & exquisitissimo calūniarū, & auctionū, & vectigaliū genere.* Hūc alter prodigiosæ crudelitatis professor, humanæque societatis osor Nero secutus est in opes immodicas pro sua libidine profundendo, & postea iniustissima tyrannide facultates alienas sine vlla cōmiseratione rapiendo;[o] *Qui diuitiarū*, inquit Suetonius, *& pecuniæ fructū non aliū putabat, quā profusionē, sordidos, ac deparcos esse, quibus ratio impensarū constaret, prælautos, verèque magnanimos, qui abuterentur, ac perderent.* Quantū mali miseriæque sicut sceleris, ex hac Charybdi profusionis in caput tyrāni sceleratissimi creuerit, dicere Suetonius postea persequitur, scribens[p] eū sic exhaustū, & egentem ad rapinas, deprædationes, concussiones, exactionesque crudeles animum truculenta seueritate conuertisse, nulli parcentem nec hominū, nec deorū, nec furo, nec fano, nec ciuiū domibus, nec deorū templis.[q] *Etenim*, inquit, *tēplis cōpluribus dona detraxit, simulacbraque ex auro, vel argento fabricata cōflauit. Propter quā exsecrabilē rapiendi, furandique libidinē postea patriæ hostes à senatu iudicatus est.* Et vt tantæ impietatis ratio postulabat, destitutus ab omnibus furore simul, atque desperatione correptus.[r] *Matricida Nero proprij vim pertulit ensis.* Hos alter orbis malleus, imperiique fax, & incendiarius sæuissimus Christianorū persecutor, trucidatorque Domitianus secutus est,[s] *Qui varijs operū, & munerū impensis exhaustus nihil pensi habuit quin prædaretur omni modo bona viuorū & mortuorū vsquequaque quolibet & accusatore, & crimine corripiebantur. Satis erat obijci qualecumque factum, dictūque aduersus maiestatē principis.* Quæ à talibus impietatis, prodigalitatis, crudelitatisque mōstris facta quid mirū? Cum vera sit illa Timothei apud Ælianū in Aristophontē sententia.[t] *Cui nihil satis est, eidē etiā nihil turpe.* Addā etiā nihil crudele, & immane. Effusionem quippe, latrocinia, rapinæque, hæc verò extrema crudelissimaq; tyrānis sequi solent.[u] *Cum enim dando egere cœperint alienis bonis manū inferre coguntur: nec tanta studia assequuntur eorum, quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt.* At ab immani, tam turpi, tamque exectabili profusione bonorū animus verè regnātis principis alienissimus esse debet: cui par est esse cordi diuitiarū largitatē omnibus proficuā, bonis noxiā nullis: cùm barbarum hæreticūque regē de legitima magnificētia solicitū sic fuisse locutum audierit.[x] *Munificentiā nostram nulli volumus extare damnosam, ne quod alic-*

3. Pars.
Moderata & cum ratione regulaque exercenda munificentia valde profusioni malorum principum iniquæ, contraria.
Ælian. de varia hist.
l Suet. in Neron.
m Suet in Calig. 1 scilicet vicies millies talentorum.
n. Tricies millies talentorū.
Caligula, & Neronis summa ex profusione prodiga necessitas.
o Suet c. 30. in Neron.
p Suet. ibid.
q Suet. ibid.
r Ausonius.
s Suet. in Domitiano c. 12.
Domitiani immensa prodigalitas.
t Ælia. l 14. c. 3. de varia hist.
u Cicer 2. offic.
x Theodorici regis dictum apud Cassiodorum l 7. variarum ep. 17.

ritribuitur, alterius dispendijs applicetur. Modus igitur in hac largitate bonorum à principe quærendus est. [a] *Ne simplicitas ac liberalitas in exitium vertantur, nene dum immeritis beneficia procurare cogitat,* [c] *meritarum virtutis obliuiscatur, & respublica deficiat.* Ideo S. [d] Ludouicus calamitatum cumulum apud se cogitans, quas luxus, & immoderata illa bonorum immeritis, incapacibusque largitio, effrænaque profusio in principum populorumque caput congerebat, filium natu maiorem sua statim vita cessurus paterno hortabatur imperio, vt suscepto regni sui clauo impensarum domesticarum curam seriò diligenterque susciperet, quas rationis norma, æquitatisque regula temperaret, ac moderaretur. Ad haoc discretam munificentiam, iustamque liberalitatem in bonos, fidelesque regni palatijque sui seruos omnes Catholicos principes, Regesque quinta Synodus Toletana his verbis admonendo, deprecandoque compellabat. [e] *Pro seruis Regum fidelibus nostra datur sententia. Quisquis superstes Principum extiterit, iustè in rebus profligatis aut largitate Principis acquisitis nullam habere debeas iacturam. Nam si licenter, & iniustè perturbentur fidelium mentes, nemo optabit promptum, ac fidele præbere obsequium, dum cuncta nutant in incertum, & in futura discriminis formidant causam, sed saluti, & rebus eorum Principalis pietas debet præbere suffragia. Exemplis enim cæteri prouocantur ad fidem, cùm fideles non fraudantur mercede.* Quod decretum quia reip. Christianæ valde salutare, sancti Patres in sequenti Toletana Synodo renouarunt dicentes. [f] *Præmio fraudare fideles non solùm inhumanum, sed etiam existit iniustum. Ideoque cùm fidei meritum tam in rebus diuinis, quàm in humanis non habeatur ingratum, dignum videtur vt Sacerdotali sententia consulamus fidelibus Regis.* Atque hæc quidem breuiter de discreta, benignaque Principis Catholici, in populos fideles, & benemeritos Imperij seruos munificentia, atque liberalitate, seruata æquitatis moderatione dicta sunto. Nunc ad eiusdem Catholici, religiosique Principis, in afflictos pauperes, locaque Deo consecrata charitatem, munificentiamque transeamus.

a Tacit l. 3. hist.
c Tacit. l. 2. ann.
Pin S. Ludouici morientis ad filium Philippum admonitio.
d Ex Gaguino l. 7. hist.
e Concil. Tolet. 5 can. 6.
f Tolet. 4. Synod. c. 14.

CAPVT III.

Pietas munifica principum, in pauperes, personas ecclesiasticas, tẽplaque Deo consecrata.

1. *De religiosa piaque Christianorum principum erga pauperes, & loca Deo sacra, munificentia, & charitate.*
2. *De prosperitate in eos principes ab hac virtute profecta.*
3. *Et contra de miseria, & aduersitate immites, crudelesque principes, huius contemptores virtutis, insequentibus.*



Vàm verum sit illud Latinæ Principis eloquẽtiæ dictum, [g] *Maior & propensior esse debet liberalitas in calamitosos,* Ipsa naturæ vox, humana ratio, & experientia clamant. Et

g Cic. l. 2. offi.

A qood horum afflictorum, calamitas maximo bene natos, educatosque principis affectu tangere soleat in corde, testatur Panegyristes Plinius, eum boni imperatoris animo per literas inclamet. [g] *Pauperibus vnn educandi ratio bonus principes,* maiorique pressis egestate eiùs maiori misericordia, succurrendum esse docet S. Ambrosius dicens. [h] *Senibus plus largiendum, qui sibi labore non queunt vitam quærere.* O egregia Christianisque imperatoribus dignissima vox Valentiniani 3. & Martiani Augustorum! qua serenissimè, & clementissimè profitebantur. [i] *Sua esse humanitatis egenis prospicere, & dare operam vt pauperibus alimenta non desint.* Memorabile omni honore prædicandom, hoius misericordiæ, munificæque charitatis in Constantino M. apud Eusebium prostat exemplum: qood illis verbis eleganter expressic. [k] B *Exteris præterea, qui illum adibant, benignum & liberalem se præbere, miseris etiam, & abiectis, qui in foro, & plateis palam mendicabant, non pecunias solum, & res ad victum necessarias, sed etiam corporis decentem vestitum subministrandum curare solebat. Illis quoque, qui prima ætatis tẽpora fœliciter traduxissent, & prospere, post tamen graui vitæ facta mutatione in res asperas afflictasque incidissent, lautiora vberioraque vitæ subsidia impartire, & beneficia magnifica, animoque verè regio digna conferre. Quorum nonnullis agrorum donare possessiones, alios varijs dignitatis ornamentis cohonestare. Quos autem orbitas misere afflictauit, eos patris curare loco, viduas mulieres omni ope destitutas recreare, propriaque, ac de sua prouisione illis sedulo prospicere: eodem modo etiam puellas parentibus orbas, & ab eorum auxilio desertas iam viris sibi notis,* C *& locupletibus matrimonium vinculo iungere, itaque præstare eas res largè, & liberaliter nuptiis suppeditando, quæ illæ cum viris in nuptiis contrahendis essent necessario conferenda.* Quibus charitate, & misericordia imperatoris ita expressis, ipsum imperatorem sic eleganter Soli oculo mundi comparat. [l] *Quemadmodum sol supra terram oriens omnibus claros sui luminis radios affatim profundit: sic Constantinus simul cum solis ortu in regijs adibus apparens, & tanquam cum luminari illo cœlesti pariter illucescens, omnibus, qui in ipsius aspectum prodibant eximium singularis suæ probitatis splendorem, & claritatem exhibuit. Neque quisquam certè ad eum adueniat, qui non aliquo bono potitus sit, neque eos spes bona frustrata est, qui ab eo aliquid expectarent auxilij.* Hæc Eusebius, non tam oratoriè, quàm verè de munificentia misericordi in pauperes tanti principis, magnam suæ salutis, prosperitatisque fiduciam in talibus misericor- D diæ operibus collocantis: sicut alios principes ipsius imitatores, religiososq; ecclesiæ præsules fecisse legimus, vt S. Ambrosiũ de pauperũ præsidio eleemosynis suis refectorũ aduersus Arianos confidenter ita gloriantẽ. [m] *Sed inuidiam faciunt, scilicet Ariani, quia aurum erogatur, nec ego hanc inuidiam perhorresca; habeo aratros: aratrij mei pauperes Christi sunt: hunc noui congregare thesaurum. Vtinam hoc mihi semper crimen adscribant: quia aurum pauperibus erogatur. Quod si obijciunt, quod defensionem ab ijs requiram, non nego, sed etiam ambio. Habeo defensionem, sed in orationibus pauperum. Caci illi, at debiles, & claudi, & senes robustis bel-*

g Plin in Panegy.
h S. Ambros. l. 1 offi c. 30.
i L. priuilegia 12. Cod. de sacro-sanct. ecclesiis.
k Euseb l. 1. de vita Constant c 36.
Magna Constantini M. in pauperes præsertim in eos qui ex diuitibus in magnã penuriam redacti fuerant & in pupillos & viduas puellasque parentibus orbatas maritandas propriis, imperialibusque bonis in eleemosynas conuersis charitas.
l Euseb. ibid.
Magna S. Ambrosii fiducia in pauperum eleemosynis.
m Ambros. orat. in Euxentium.
Pauperes instorum principum, episcoporum, & aliorum salutaris arx.

latoribus fortiores sunt: denique munera pauperum A *Deum obligant, quo scriptum est.* [a] *Qui largitur, Deo fænerat, prælia bellatorum diuinam sæpe gratiam non merentur.* Fuit etiam maximus huius munificentiæ religiosæ, charitatis magnificæ bonorum, catholicorumque imperatorum, & principum vsus erga loca Deo sacrata, ecclesias, templa, monasteria, xenodochia construenda, ornanda, locupletanda, vt ipsius Constantini Magni, Theodosii, Iustiniani Senioris, Caroli Magni, & aliorum regum, principumque catholica religione præstantium: de quibus sigillatim dicere longiùs esset, quàm ratio vnius libri, nedum capitis postularet. S. Stephani Vngariæ regis, defuncto vnico filio Emerico propter diuinas, Christianasque virtutes apotheosi Christiana donato, mirabiles in pauperes, sacrasque Deo familias templa, ecclesiasque charitatem, piamque munificentiam [b] Cartuitus scriptor B Germanos in eius vita recenset his verbis: *Sciens scilicet Rex religiosissimus, scriptũ esse, non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Et illud in canonibus. Nemo propter charorum obitum nimium debet contristari, posito animi mœrore totum se contulit ad largam Dei misericordiam promerendam. Cœnobiorum enim, & ecclesiarum ministris, monachis, & clericis multa largitus est, multam ea beneuolentia consolationem accepit. Quidquid vero ei superfuit peregrinis, viduis, & orphanis erogauit. Exterarum quoque prouinciarum monasteriis regiæ munificentiæ dona innumera per nuntios suos crebrò misit.* Ex cuius charitatis, religiosæque munificentiæ in pauperes, egenosque pios templa spiritus sancti vi\-lla, & in loca Deo dicata, resque sacras, scaturigine, magnæ prosperitates in principes illos, eorumque populos redundasse comperiuntur. De C Constantino Magno propter hanc aliasque virtutes supra diximus D. Augustini aliorumque ecclesiasticorum scriptorum testimonio, tot atque tanta ipsi Deum bona temporalia dedisse, quanta optare nullus auderet: similia de Theodosio seniore; Iustiniano aliisque notauimus. De Placillæ Theodosii Magni coniugis Augustæ misericordia, & charitate in pauperes, domosque Dei (quæ maritum imperatorem ad illud misericordiæ charitatisque studium in agnitionem beneficii imperialis à Deo misericorditer oblati magis, ac magis semper inflammabat) Theodoretus mira refert, vt hæc præter alia. *Cùm Theodosius egregias virtutes eidem sanctæ coniugi Placillæ acceptas ferat, coniux eius* (nempe Placilla) *nũquam destitit diuinas leges eidem Theodosio in memoriam redigere, seque primum eisdem accuratè ipsa erudiebat. Siquidem ea non imperatorio principatu se insolenter extulit, sed diuinum quo flagrabat desiderium augere studuit, quippe beneficii magnitudo amorem erga Dominum multò reddidit ardentiorem. Itaque ad eos subleuandos, qui mutilata corpora, membraque omnia labefactata haberent, nihil non diligentiæ, & curæ adhibuit: atque ad eam rem non seruorum, seu stipatorum opera vsa est; sed illa ipsa fungi hoc ministerio, adire eorum hospitia, & singulis necessaria suppeditare voluit. Simili quoque ratione ecclesiarum hospitia visere, agrotis in lecto decumbentibus curationem adhibere, tractare ollas, iusculum gustare, patinas iis deferre, frangere panem, offas porrigere, eluere pocula, omnia denique alia munera obire,* A *quæ serui, & ancillæ exequi solent, atque eis qui eam ab hoc genere ministerii reuocare studebant respondit: Aurum distribuere decere imperatorem, se autem pro ipso imperio ei qui id ipsum dederat, illam operam offerre debere.* His dictis subiungit Theodoretus præclaram huius imperatricis ad Theodosium maritum, vt Dei semper beneficia recoleret exhortationem, cùm sic persequitur. *Quin etiam crebrò solebat marito dicere. Semper te mi vir, oportet cogitare, qui fueris olim, & qui iã sis, ista assiduo animo cõplectẽs non te ingratũ ostẽdes erga patrẽ* (Deum scilicet) *sed imperium quod suscepisti ab eo iustè, & legitimè gubernabis, atque eo ritu administrando, eum qui ipsum donauerit augustè, sanctèque coles: eiusmodi sermonibus semper cum viro habitis femina virtutum animo eius mandata præclarissimè, commodissimèque rigauit.* Hæc Theodoretus. Charitas, & religiosa munificentia in pauperes, ec\-B clesias, templa, clerumque illis seruientem, locupletiorem multò, prosperitatibusque temporalibus fœcundiorem Tiberium 2. imperatorem effecit: quò enim plura pauperibus, ecclesiisque sacris bona profundebat, eò maiorum, nouorũque thesaurorum Deus sua diuina prouidentia repertorum fontes, ei relaxabat, quæ quidem immensa Dei beneficia, ingentesque diuitias ex repertis thesauris sæpius bonus, ac misericors imperator expertus, vxori Sophiæ, viduæ Iustiniani iunioris conquerenti, quod ipse omnes prioris mariti defuncti thesauros in pauperes, captiuos, monasteria, ac Dei ecclesias effunderet, dicere solebat. [d] *De quo Deus dedit congregemus per pauperes in cœlo. Largientes ex charitate pauperibus, necessitates, penuriamque ne pertimescamus. Nihil deerit fisco nostro, tantum pauperes eleemosynam accipiant, & pauperes redimantur.* Imo [e] *multiplicabit semen vestrum*, ait Apostolus, scilicet sub\-C stantiam vestram, opes, fortunas, facultatesque tẽporales. Vnde illud Fortunati ad nobilissimum illum Gallum Turonensem Crodinum, misericordem bonorum suorũ in pauperes profusorẽ.

[f] *Vt habeant alij nulli tua bona recensas,*
Tu tibi plus augis, quas bene fundis opes.

Romanum orientis imperatorem, soliumque imperiale Constantinopoli tenentem, à charitate misericordiæ operibus fœcunda, munificentiaque in pauperes, in ecclesias, ecclesiæque ministros imperii administrationem ordiri voluisse, his verbis Curopalata testatus est. *Hoc anno sui imperij primo Romanus imperator optimis exordijs, & laudabilibus progressionibus benignè sibi subiectos tractauit, à pietate prius exorsus benefacere. Cùm enim nosset non idoneum esse annuum redi\-tum magni templi, quippe cuius fuisset superiori tempore œconomus, & aliorum quibus ab eius\-D dem clero mos fuisset ministrari: octoginta auri libras excudendas curauit, quæ adderentur ad ea, quæ quotannis suppeditari consueuisset.* Postque aliorum multam laudem merentium factorum commemorationem addidit ista. [g] *Tribuit item pecunias infinitas pro salute animæ soceri sui.* Scilicet Constantini.

Inter Christianissimus Franciæ reges, Robertum Hugonis Capeti filium maximæ, & religiosissimæ in pauperes, egenosque largitiones maximis honoribus, singularibusque in cœlũ vsq, laudibus extulerunt. De quibus ista Helgaldus memorãda recenset. [h] *Quis autẽ ei mos fuerat dandæ eleemosynæ in suis regiis sedibus non prætermittemus.*

a Prouerb. 19.

Circa loca Deo sacra maximè potuit bonorum, catholicorumque principũ munificentia & charitas

Legendi sunt Eusebius de vita Constant. & alij vt Procop. de ædificiis Iustiniani.

b Cartuit. in vita S. Steph.

2. Pars. De prosperitate principum catholicorum propter eorum in pauperes membra Dei, resque sacras charitatem munificam.

Placillæ Augustæ propter egregias virtutes magna valde humilitas, & charitas erga pauperes. Theodoret. l. 5. c. 18. hist. eccles.

Exergio, valdeque pia Placilla pauperũ inseruiuit ministerio & officio. Generosa, atque religiosa Placilla ad maritũ Theodosium exhortatio vt semper bene viuendo, & imperando Dei recolat beneficia.

Thesauri Tyberio 2. imp. propter eius in pauperes charitatem accreuerunt.

d S. Greg. Turon. l. 5. c. 19. hist.

e 2. Cor. c. 9.

f Fortunat. li. 9 carminum & S. Gregor. Turon. l. 6. c. 20 hist.

Romanus imperator Constan. ab charitate misericordiæ operibus sui imperij duxit initium, vt bene prosperarit. Curopolata in Rom imperatore an. 1030.

g Curopal. ibid.

Roberti regis Galliæ maxima in pauperes charitas, & ab eo similia profecta.

h Helga'dus in vita Roberti regis.

In Parisiis ciuitate, Siluanectis, Aurelianis, Diuione, Antissiodoro, Analone, Meleduno, Stampis in vnaquaque harum sede tricentis, vel (quod est verius) *mille pauperibus dabatur panis, & vini abundantia: & hoc specialius ij, sequead Deum transijt anno, qui est incarnationis Dominicæ millesimus tricesimus tertius, præter hæc quæ ibat quotidie in sancta quadragesima centum, aut ducenta iubebat pauperibus dari panis, & pisci um, & vini cibaria. In die autem cœna Domini non videntibus incredibile, videntibus verò, & seruientibus in tali negotio satis admirabile, cum non minus, quàm trecentis ipsa die sua prouidentia congregari, de eius sancta manu flexo poplite in terram vnusquisque legumen, piscem, panem, denarium, vinum sumebat in manibus, & hac hora diei tertia, hora item sexta, eidem centum clericis pauperibus prabendam panis, piscis, & vini concedebat, duodecim vnumquemque eorum honorans denarijs, corde, & ore Dauidicos semper decantans Psalmos.* Sed qua sui exinanitione, ac humilitate, qua mansuetudine hæc charitatis, misericordiæque exerceret opera, idem ipse scriptor in vita eius obliuisci, aut voluntariò prætetire silentio nefas esse iudicauit.

Admirabilis humilitas Roberti regis in dando pauperibus.

[a] *Dabat*, inquit, *eleemosynas manu propria, ore proprio figens eorum manibus oscula: medebatur illis, dum manu tangens eorum vulnera, signansque signo crucis omnium ab illis auferebat dolorem infirmitatis,* ex quo charitatis, misericordiæque fonte maximè in eum principem, eiusque posteros benedictiones diuinitùs missæ, prosperitatesque redundarunt.[b] Quibus in virtutibus Regiã Galliæ coronam Rex Christianissimus, & in egenos munificentissimus fundatam, & radicatam sibi posterisque suis virtute multa, benedictionibusque fœcundatam cœlestibus ad hunc vsq; diem religiosissimè firmauit: quæ in eius stirpe virtutibus illis semper affulgentibus, & regnantibus in corde postetorum regum, per singularem Christi Domini gratiam, virescet seclis innumerabilibus. Longe ante eius Christianissimi, & munificentissimi in pauperes regis tempora Ludouicum regem Germaniæ periculosè, sine vlla spe restaurandæ sanitatis ægrotantem opera misericordiæ, & charitatis à grauissimo morbo mortem præsentem, & instantem intentante liberarunt, de quo hæc annales antiqui. [c] *Dum hac in diuersis locis gerebantur, Ludouicus Rex apud Ratisbonam Bosoariæ ciuitatem graui detinebatur infirmitate, itaut medici illum sanitatem posse recuperare desperarent. Quapropter omne aurum, & argentum quod in thesauris illius inuenitur potuit in diuersa monasteriorum loca distribuit, & pauperibus erogauit. Vnde & à cœlesti medico, cui se suaque commendauit, curari promeruit.* Vnicum adhuc summæ misericordiæ charitatisque pro reliquis exemplum, Sancti nempe Ludouici proferam. Qui sanctis misericordiæ operibus assuetus, diuinarum, humanarumque rerum tractandarum collegia viginti octo regijs domesticisque facultatibus extruxit, quotidiana centum & viginti pauperum, quos suo, regioque cibo pascebat, familiaritate gaudens: quorum numerum quadragesimali tempore duplicabat; adeoque his pietatis, misericordiæque exercitus intentus, animo erectus in cœlum religiose occupabatur, vt ab illis desistere, ne vno quidem die pati posset. Hinc tot diuinæ in illum Christianissimum principem cumulatæ benedictiones, à quibus

a Idē Helg. ibid.

prosperitas regia stirpi nobis Roberti Regis virtutibus, misericordia, & charitate in pauperes.

b Vide Bodinum l. 6. de rep. c. 2.

Eleemosyna in pauperes, & loca sancta Ludouici Germania Regis illum à lethifera ægritudine liberarunt.

c Ex annal. antiquis an. 869.

S. Ludouici misericordia, & charitas in pauperes, & loca sancta, & inde illius prosperitas.

tot prosperitates, fortunæque Deo gratissimæ prodiere: quarum passim [d] annales Franciæ pia doctorum, sapientumque religionis Christianæ volumina recordantur.

d Annales Frãciæ Gyuillæus.

Sed si verso folio cogitationes nostras ad impios charitatis huius osores, operumque misericordiæ contẽptores conuertere velimus, quos talium funestos exitus, miserosque reperiemus? Sæpe Deus immanibus istis, crudelibusque misericordiæ in pauperes viuos, & mortuos, charitatisque persecutoribus indignatus, & iratus, eos à sui principatus arce deturbari iusto iudicio patitur. In cuius rei confirmationem Arbunus [e] Mediolanensis scriptor historiæ stupendam, & admirandam simul historiam de ablato è manibus Ludouici Sforciæ Mediolanensi ducatu, propter neglecta, ab ipso pro anima fratris Galeatij Sforciæ defuncti misericordiæ opera commemorat. Scribẽs duos mercatores alicuius nominis iter agentes in Galliã per Taurinos mõtes, hominẽ cõmunibus ampliorem, maiorisque humana magnitudinis reperisse, à quo ista referenda audiuere. *Ludouicum Sforciam fratrem meum alloquimini, hasque ei literas nomine meo date: obstupescentibus illis, simulque sciscitantibus quisnam esset, Galeatium Sforciam ducem Mediolanum sese esse respondit, statimque his dictis disparuit. Illi tanto a tomis visu Mediolanum properantes, indeque Viglenanum. Dum has præsentant literas ab aulicis, vt eorum mos est, risu, ludibrioque excipiuntur. Sed nihilominus reserata tandem est charta in modum breuis pontificij complicata, in qua hæc scripta verba ad ducem defuncti fratrem reperta sunt. O O O Ludouice, caue tibi, quoniam Veneti, Gallique tuam in perniciem coniuti sunt, tuamque a stirpe rem auersuri, verùm si mihi tria aureorum millia dederis* (scilicet in pauperes eroganda pro salute animæ) *dabo operam vt conciliatis spiritibus sinistra fata euertantur: idque consecuturum spero si mihi non auersus animueris. Vale.* Harum literarum talis titulus, atque subscriptio. GALEATII FRATRIS TVI SPIRITVS. Hæc breuiter anima defuncti Galeatij, ad fratrem Ludouicum, pro salute defuncti ipsius pauperibus elemosynas erogare contemnentem. Quas fratris mortui literas irridens, quod ab his misericordiæ, commiserationisque pro anima fratris operibus abstinuerit: permittente Deo, eiusque iusto iudicio tam immite, crudeleque nefas in eo vindicante, non post multùm temporis prædictionem fraternarum literarũ nimium sibi verã agnouit. Etenim Ludouici XII. Galliæ Regis victus armis succobuit, spoliatusque ducatu Mediolanensi captiuus triumphatosque in Galliam delatus calamitatis infortuniique sui spectaculum omnibus lachrymabile præbuit: simul & documentum non asperoandæ in pauperes membra Christi Domini charitatis exhibuit. Huic stupendæ historiæ factum planè horribile, plenumque diuinæ indignationis, & vltionis adiungam, à Cedreno relatum de potenti quodam diuite enormiter auaro. Qui in grauissimum, maximéque lethalem lapsus morbum, vt à mortis instantis faucibus eriperetur, pecunias se in opera misericordiæ pro pauperibus impendendas spopondit: postea præter expectationem pauperum orationibus priori sanitati restitutus spo-

3. Pars. De miseria charitatis in pauperes sacraque loca contemptorum.

e Arbunus in historia Mediolanensi sect. 1.

Ludouicus Sforcia perdidit ducatum propter neglecta charitatis opera in fratrẽ defunctum Galeatium ducem

Mirabilis visio animo ducis Mediolani defuncti.

Periuri, & violatoris votiuae largitionis pauperibus eleemosynæ erogandæ, & subitanea.

pondisse doluit, & de temerando violando- (A) que voto diuinæ facto maiestati, crudelis ingratusque cogitauit: hinc misera, subitaque mors nefandi hominis, quam sic cum tota rei historia Cedrenus expressit. [a] *Eo tempore Constantinopoli diues quidam cùm ægrotaret, mortemque timeret triginta libras argenti in pauperes erogauit. Restitutus autem præter spem suam bonæ valetudini fraude diaboli eò inductus, vt facti ipsum pœniteret, hocque fideli cuidam amico suo aperiret. Monet ille hominem, ne huic malæ assentiatur cogitationi, Deumque irritet, qui propter ipsam largitatem miseratus sanitatem donarit: alioqui fore, vt subita morte, nondum mutato facto pereat. Cùm non moueretur ille, sed magis, magisque irritaretur: amicus quando,* inquit, *salutare consilium non admittis, aliud tibi subiiciam. Poscentis hoc verè misericors ille. Agedum,* ait, *ad templum vade, & non te, sed* (B) *me in pauperes elargitum pecuniam istam dicito. Ipse statim triginta libras reddam. Consentiens infœlix ille ad templum abijt, auroque accepto, ita vt alter præceperat, locutus est. Inde egrediens ad ipsam templi portam mortuus concidit. Clericis de rei nouitate stupentibus, omnibusque alijs, qui forte aderant iubentibus, alterum pecuniam recipere suam, ille non obtemperauit, sed inter egenos omnem diuisit, quòd diceret Deum non pati sannas. Promissa enim Deo non tantum pecuniam, vel verba, voluntatemque obligant, & quidquid homo Deo pollicitus fuerit, id præstare opus habet, virgo virginitatem, continens continentiam,* & cætera. Hæc Cedrenus. Anastasium monasterij sancti Gregorij œconomum misera funestaque morte expirasse, quòd tempore famis legatam pauperibus eleemosynam (C) substraxerit, [b] Ioannes Diaconos in vita sancti Gregorij commemorat. Proh quanta hæc in pauperes, egenosque, indignatione Deum, iræque feroore hominum peruersorum crudelitas exasperat! At contrà, quanta misericordiæ, benignitatis, & benedictionis diuinæ propensione, illa misericors bonorum largitio, munificaque in egestatibus oppressos, in religiosas, sacrasque Deo famulas, facultatum regiarum domesticarumque charitas, in principes, aliosque potentes populorum rectores, ad maiorem ipsorum fœlicitatem, gloriamque, Deum ipsum omnipotentem ingentibus affluentem miserationibus opulenter inflectit! Siquidem pauperum exercitu comitatus Rex, princeps, aliusque misericors opulentus incedit: (vt de S. Pammachio loquitur [c] S. Hieronymus) qui omnes suas defuncta coniuge (D) Paulina in pauperes facultates effuderat. *In his Christum confouet, horum sordibus dealbatur munerarius pauperum, & egentium candidatus, sic festinat ad cœlum.*

[a] Cedrenus anno 551.

[b] Ioan. Diaconus l. 4. de vita Gregorij c. 86.

[c] S. Hieron. epist. 26.

CAPVT IV.

De maiestate principis, affabilitate, modestia, benignitateque condita.

1. *De affabilitate, & modestia principis.*
2. *De eius venerabili maiestate illis non imminuta virtutibus, sed aucta, gratiorque multò, & honorabilior populis reddita.*
3. *Hæc regia maiestas ab extremis recedere debet vitiis, abiectione nempe nimia, vnde contemptus, & seuera superbia; vnde odium populorum in principem deriuantur.* (B)
4. *Ad quam principis maiestatem talibus comitatam virtutibus faciles subditis, & amici referuntur accessus.*

EX omnibus virtutibus, quæ summi principis dignitatem, maiestatemque populis acceptiorem, augustiorem, gratioremque reddunt, affabilitas dulcis, beneuolaque modestia ad dulciter vincendos populos, voluntarieque subiicienda sibi subditorum corda, animosque plurimum possunt. (C) Has virtutes propter singularem inter se cognationem, fœderaque conformitatis in principe confundimus, atque pro vna latiorique virtute sumimus: quæ ciuilis beneuolentia, humanitatisque dulcedo à veteribus Philosophis politicæ disciplinæ cultoribus, sicut post [d] à Theologis appellata est. Per quam subiugarunt Romani mundum, orbisque dominium habere meruerunt. Quia vt scripsit Valerius Maximus. [e] *Humanitatis dulcedo barbarorum ingenia penetrat.* Quæ postea dulci modestoque prælio subiugata, principis affabilis, mansuetique liberaliter imperio cum gaudio, & exultatione mancipat. Si hæc virtus victos hostes voluntariè deuincit, quanto magis subditos, populosque naturales paterna, id est, regia lenitate tractatos, sui legitimi principis obsequio, mansuetæque directioni magna cum animi alacritate, lætitiaque sub- (D) iugabit? Cùm ex Sapiente in Prouerb. [f] *Verbum dulce multiplicet amicos, & mitiget inimicos. Et responsio mollis frangat iram.* [g] Sicut ex aduerso *sermo durus suscitat furorem.* Cuius rei ratio ab animi generositate deducitur. [h] *Qui magis ducitur, quàm trahitur. Habet enim mens quoddam sublime, & altum, & impatiens superioris, sed delectatione cuiusdam subijcitur reuerentia, seu lenitatis, per quam suspicatur ad paria posse conscendere, & à suo gradu non resilire.* Merito Tullius: [i] *persona principis non solum animis, sed etiam oculis seruire debet ciuium.* Ad hanc virtutem affabilitatis, & modestiæ impellitur princeps, [k] *cùm non minus hominem se, quàm hominibus præesse cogitat;* [l] *cum censet cuncta mortalium incerta, quantòque magis adeptus sit, tantò se magis in lubrico versari;* cùmque

Vis affabilitatis, & modestia in principe.

[d] S. Tho. l. 3. c. 6. de regi. princip. in princip.

[e] Valer. Max. l. 5. c. v.

[f] Prouer. c. 6.

[g] Ibid.

[h] Seneca.

[i] Cicero philipp. 8.

[k] Plin. in panegyr.

[l] Tacit. l. 1. annal

illud Curtij recordatur. [a] *Fortunam tuam, ô princeps, pressis manibus tene, lubrica est, nec inuita teneri potest, impone fœlicitati tuæ frenos, facilius illam reges.* Quàm potens motiuum illud ad huius modestiæ & affabilitatis amplexus, consideratio nempe periculorum, variorumque casuum, quibus in summa fortuna principes obnoxij mancipantur. [b] *Nulli fortunæ minus bene quàm optimè creditur, alia fœlicitate ad hanc fœlicitatem opus est.* Propterea hæc Archidami Spartanorum Regis Philippo Macedoni recenti victoria Cheronensi (qua Græciæ libertas victa, & oppressa sub graui iugo seruitutis ingemuit) nimis insolenter exultanti responsio digna laude. [c] *Metire umbram tuam, nihilo reperies auctiorem.* Quod videlicet hostes domiti, subiugatæ prouinciæ victoriis, trophæisque dilatati imperij, regnique limites non prosperitates, pacemque pariunt, sed curas metusque maiores principibus victoribus accumulent. Cuius moniti salutaris, non immemor ipse Rex vestigium corporis in arena, in quam luctando ceciderat, respiciens [d] *Papæ*, inquit, *quàm paruam terræ partem fortiti orbem appetimus!* Victoriis saturatum Septimium Seuerum, atque in amplissimo finibus, opibus, & armis imperio minimè pacatum nouis semper regnis inhiantem ad modestiam, benignitatemque recordatio mortis inflexit; cũ cineres in vrna contrectando, vrnæque loquendo exclamauit; [e] *Tu virum capies, quem orbis terræ non capit?* O digna sui agnitio! verumque de vilitate, paruitateque corporis per mortem in principe iudicium: [f] *Quæ sola fatetur quantula sint hominum corpuscula.* Sed quanto modestior Theodosius Magnus illis principibus maior, [g] qui parta mirabili de Eugenio victoria ad pedes sanctissimi præsulis Ambrosij prouolutus, Deo, prius immensis habitis gratiarum actionibus, deinde ipsi præsuli, victoriam tantis prædicabilem miraculis, in qua totius religionis Christianæ salus agebatur, non tam fortitudine militum, & armiorum robore, quàm ipsius S. præsulis orationibus, & precibus se fuisse consecutum palam, publicèque confessus est. Et ab eo summæ fœlicitatis tempore modestiæ, affabilitatisque suæ, considerata humanæ conditionis infirmitate, vires acuens, semper mortis meditatione lætabatur; sicut eum ante salutari admonitione sanctus Ambrosius instruxerat. Ad hanc modestiæ, affabilitatis, atque philantropiæ arcem, iisdem quibus ipse Christianissimus Imperator, gradibus, Maximilianus Augustus, qui primus Imperium in Austriacam familiam, prolapiamque vitæ meritis deduxit, ascẽdere conatus est. Qui longo ante obitum tempore, mortis effigiem conspectui suo voluit esse familiarem, illa sæpius iterando verba. *Cogita mori.* Hoc se velle dicere insinuans. Ad quid tam extensis imperij finibus inhias? Ad quid tot honorũ, præconiorum, triumphorumque desiderio tabescis? Ad quid tot congregandis thesauris, cumulandisque diuitiis tineæ, & erugini obnoxiis insudas, animumque laboriosè conteris? cùm tandem te, quem tot regna prouinciæque non capiunt, tumulus iste mortis receptator imaginis includet? Hac modestia, & benignitate obsequij matre, *quæ mitigantur imperia*, vt dicebat Alexander Magnus [h], maior populi in principem reuerentia, & amor assurgit. Sed sicut princeps, monarchaque Catholicus modestiam, affabilitatemque in animo coram Deo gestat; sic vt appareat hominibus debet eam in vultu, gestu, externoque opere circumferre. *Ex visu cognoscitur vir*, ait [i] Sapiens, *& ab occursu faciei cognoscitur sensatus.* Quid huic oraculo, tam conforme, quàm illud sancti Ambrosij. [k] *Est in ipso motu, gestu, incessu tenenda verecundia, habitus enim mentis in corporis statu cognoscitur.* [l] Vt non male dixerit Tacitus de principe loquens, *illum ore, externoque opere compositum esse debere.* [m] *Sit grauitas in sensu, in sermone pondus, atque in verbis modus. Quibus modestia subnixa maximè refulget.* [o] *Cùm sit prudentis principis, vita modestia magis, quàm potentia delectari.* [p] *Cùm spreta in tempore gloria interdum cumulatior redit.* Ad quam virtutem Tullius Quintum fratrem exteriùs, sicut interiùs excitãs. [q] *Sit*, inquit, *lictor mansuetus, & tuæ lenitatis apparitor, maiorque præferant fasces illi, ac secures dignitatis insignia, quàm potestatis.* Hac virtute Traianus Imperator insignitus, sic eam exteriùs populo manifestabat, [r] vt teste Plinio, *domo egredientem nullus apparatus arrogantiæ principalis, nullus præcursorum tumultus detineret, nemo perturbabatur, nemo submonebatur* (scilicet à lictoribus) *tanta viatoribus quies, tantus pudor fascibus, vt plerumque aliena turba* (scilicet alicuius magistratus, aut alicuius opulenti senatoris) *subsistere principem cogeret.* Præclarum profectò modestiæ benignitatisque illud in principe specimen, *cum qui cunctis terræ principibus antecit*, vt de Pompeio dicebat Tullius, [s] *par infimis facilitate esse videatur.* Ex qua populorum in principes ardescit amor.

[t] *Cùm moribus æquis*
Inclinat populo regale modestia culmen.

Huic modestiæ, benignitatique venustas, decorque corporis maximè conuenit, qui qualis esse debeat ita sanctus Ambrosius. [u] *Non sit affectatus decor corporis, sed naturalis, simplex, neglectus magis, quàm expetitus, non pretiosis adiutus vestimentis, sed communibus, vt honestati, & necessitati nihil desit, nihil accedat nitori.* Quàm principis aspectus sit populo desiderabilis, quis ignorat.

[x] *Non sic virginibus floret, non frugibus imbres,*
Prospera non fessis optantur flumina nautis,
Vt tuus aspectus populo.

Omnia pulchra, quæ patent in principe populi mirantur.

[y] *Diuini signa decoris*
Ardentesque notate oculos: qui spiritus illi,
Qui vultus, vocisque sonus, vel gressus eunti.

In qua principis exteriori venustate, decoreque modesto, quamuis sit, quid leue præ interna animi pulchritudine, tamen regiæ maiestatis sunt non leuiter impressa vestigia. Hinc illud [z] *facies digna imperio*, & illud.

[a] *Gratior est virtus veniens de corpore pulchro.*

Quæ quidem principis, summique Monarchæ maiestas tantum abest, vt his modestiæ, benignitatisque virtutibus minuatur, quin potius augescat magis, honoris amplitudine venerabilior à populis amata: Quæ ex admiratione, propter authoritatis eminentiam, exque metu, propter potestatis magnitudinem nata, reuerens quædam opinio dicitur in subditorum mente, vel extraneorum populorum, de principis amplitudine concepta, seu honoranda, ac veneran-

a Curtius l. 7
b Senec. l. de vita breuit. c. 17.
c Plut. in Philippo, & in apopth.
d Philippi Maced. pulchrum dictũ Plut. ibidem
e Lamprid. in Seuero.
f Iuuenal.
g Theodosij M. modestia. Paulin. in vita S. Ambros.
Auctor vitæ Maximiliani. Maximiliani primi Austriæ Imperatoris præclara mortis cõsideratio, vnde magna eius modestia, & benignitas.
h Alex. Mag. orat. contra cõiurat. Hermolaum apud Curt. l. 8.
Modestia in vultu, gestuque sicut in animo in principe colluceat.
i Eccles. c. 19.
k S. Ambros. 1. off. c. 18.
l Tacit. l. 11. annal.
m S. Ambros. l. 1. off. c. 9 in fin.
o Isocrat. in panegyr.
p Liu. l. 5.
q Cicer. epist. ad Quintum fratrem.
r Plin. in Panegyr.
s Pro lege Manil.
t Claudian in Honor. 6. consul.
Decor corporis egregius modestiæ comes.
u S. Ambros. l. 1. off. c. 19.
x Claudian. in Stilicone.
y Virgil. de Dardanio Ænea l. 5. Æneid.
z Arist. ethic. 1.
a Horat. 2. Part.
De principis, regisque maiestate, modestia, benignitateque venustè temperata, vt ipsi sit salutaris, & populo.

da quædam grauitas, & amplitudo ob meritum virtutis, & gradum dignitatis eminentem. Quam grauitatem honoris, & dignitatis bonus princeps ita temperare debet, vt tristitiam, & arrogantiam exuat. Vnde Tacitus Agricolæ. [a] *Nec tibi*, inquit, *quod est rarissimum, aut facilitas authoritatem, nec seueritas amorem diminuit.* Qualis mirificè laudatus est ab eo Germanicus ille, [b] *quod visu & auditu iuxtà venerabilis cùm grauitatem, & magnitudinem summæ fortunæ retineret, inuidiam, & arrogantiam effugerit.*

a Tacit. in Agric.
b Tacit. l. 11. annal.

Huic maiestatis monarchicæ, regiæque descriptioni conformis est illa quorundam recentiorum iuris ciuilis peritorum definitio. [c] *Summa in ciues, ac subditos, legibusque soluta potestas.* Eamque maiestatem solis illis principibus competere dicunt, qui Deo excepto neminem supra se in terra superiorem in temporalibus agnoscunt. Quæ maiestas Deo soli simpliciter, & absolutè competens, regibus, summisque principibus per participationem, analogiamque tribuitur, vt viuis Dei simulachris, & imaginibus: in quibus diuinæ potestatis, dignitatisque in populorum directione vestigia, notæque conspiciuntur. Propter quæ reges suos populi bene instructi semper adorare, id est summa veneratione ciuili, propter summam in illis ciuilis dignitatis excellentiam colere consueuerunt. Vt Persæ dicentes, *ide reo regibus suis adorationem iure conuenire, quod Dei essent imagines*; [d] sicut Artabanus Themistocli detrectanti more Persico adorationem regi deferre, respondit; Hæc in principe summo maiestas est veluti anima regni, qua tot hominum millia in rep. pacificè, iusteque viuunt. [e] *Hisque omnibus intra imperio sociatis vnus Rex, princepsque prosperè dominatur, & præficit: huius virtute maiestatis, siue senex, siue iuuenis, siue natura debilis, & inualidus corpore conseruantur.* [f] *Quia vires imperij in consensu obedientium sunt*; quæ propterea maiestas reuerenda, & singularis dignitatis amplitudo, quam semper comitatur authoritas, personis principum diuinitus impressa, Deique illis munere concessa creditur, [g] *cùm eam præstare à seipso nemo possit. Est enim salus, & custodia principatus.* Cuius rei fidem, fideleque testimonium perhibere poterit Saülis in regem vncti vitæ, spiritusque mutatio. [h] *Cui cor Deus immutauit*, faciemque exterius speciosam reddidit, vt redeuntem illum ad patrem, populi contemplantes, hanc impressam vultui à Deo maiestatis regiæ venustatem, grauitatemque conspexerint, illumque propter hoc honoribus, muneribusque prosequi cœperint. Præter communium populorum vota, honores, munera, *cuneus Prophetarum ad eum honoraturus aduenit, & statim in ipsum vnctione regia, diuinaque decoratum,* [i] *Domini Spiritus insiluit.* Vnde [k] Amonitis Iabes obsidentibus, hæc maiestas vultui Saülis ex spiritu Domini irradians effecit, vt omnes statim de regno Israël, sine contradictione ad bellum fortiter accurrerent. Nunquid postea reprobato illo, [l] Dauid vnctus in regem ea diuinitus maiestate claruit? Vt spiritu Domini intenus illum mouente, omnes ad sibi seruiendum, obediendumque cum grauitate, modestia, & authoritate, benignitatis dulcedine temperata, compellauerit? Vires etiam regiæ maiestatis in Salomone patuerunt [m] quòd illo inaugurato in principem populi Dei, eius maiestate factio Adoniæ perterrita protinus debilitata dissipataque corruerit.

c Bodin l. 1 c. 8 de rep.
Maiestas soli Deo essentialiter competit principibus terræ per participationem & cæt.
d Dio. l. 57. & Xiphil in Adriano & Plut. in Themist.
Maiestas in principe est anima regni & salus à Deo per eum impressa principum
e Seneca l. 1. de clement.
f Liuius l. 3.
g Cic. orat pro L. Manil.
h 1. Reg. 10
i Ibid.
k 1. Reg. c 11
l 1. Reg c 16
m 3. Reg. c. 1.

A

B

C

D

Sic multò magis principibus regibusque Catholicis sacra vnctione delibutis, & diademate benedicto sanctificatis, virtutem maiestatis augustioris Christum Dominum, cuius illi vices in temporalibus agunt, imprimere credendum est: quo in sanctitate, & iustitia dominantes populis, consolationi iustis, terrori improbis existunt. Quia enim potestas regum, potestas Dei est, hanc Deus vult defendere, atque conseruare, quam donauit. Vnde sicut in principio renouati mundi, post diluuium, in omnia animalia terræ dans Deus hominibus potestatem dixit. [n] *Terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cœli*, & cæt. Sic principibus Christianis per se dominantibus in populos eam authoritatem, virtutemque regendi præstat, per quam terrori sunt peccantibus, consolationi verò bonis, & fidelibus populis. Qui per eandem à Deo datam principibus Catholicis authoritatem, virtutemque bene, iustèque directi, illis fideli famulatur obsequio, necnon honorem summum simul & fœderatum dilectioni, amorique largiuntur.

Christianis principibus sacra vnctione sanctificatis Deus virtutem maiestatis imprimit.
n Genes 9.

Sed hæc regia maiestas, quamuis auctoritatis grauitate socianda semper, à modestia, & in subditos affabilitate nunquam semoueri debet, vt illius imperia in subditorum animos potentiùs influant, lapsuque benigniori descendant: modo contemptus absit, qui à nimia demissione, & abiectione nasci solet, si minus remissè, aut cum nimia indulgentia princeps imperet, & regat. Hoc enim modo vnicuique subditorum via latè patescit ad facienda quæcumque libuerit. Extrema duo hæc Reip. valde perniciosa mala nempe, *principem habere sub quo nihil liceat, & malum quidem, sed peius illud habere principem sub quo omnia omnibus liceant.* [o] *Obseruandum est*, inquit Calistratus Iurisconsultus, *ius reddenti, vt in adeundo quidem facilem se præbeat, sed contemni se non patiatur: vnde mandatis adiicitur ne præsides prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant. Nam ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur.* Vnde scribitur [p] in lege prima Cod. de postulando, *prætorem debere dignitatem, quam sustinet defendere, atque tueri.* Scilicet non minùs se abiiciendo litigantibus, nimiumque se clientibus communicando. Contra seueritas, superbiaque coniunctæ in principe, illius valde maiestati detrahunt, & officiunt. Nihil enim tam populos prouocat, & impellit ad principes suos odio, & contemptu prosequendos, quàm cùm se ab illis propter eorum arrogantiam, seueritatemque despici, maléque tractari sentiunt. Quod confirmare potest [q] illa Domitij Senatoris ad Cæsarem responsio. *Cur ego te habeam vt principem, cùm tu me non habeas, vt Senatorem?* Verè à prophano Poëta dictum.

Principis est virtus maxima, nosse suos.

Et in eandem rem S. Hieronymus ita Ecclesiæ prælatos hortabatur. [r] *Episcopi, Sacerdotes se esse nouerint, non dominos: honorent clericos, vt clerici, vt & ipsis à clericis quasi Episcopis honor deferatur.* Hæc austera Persarum regum maiestas, vt nimis seuera, superbaque ab omnibus peritis rerum publicarum rectoribus improbatur. Qui vt honoratiores, augustioresque à populis habe-

3. Pars. Maiestas principis ab extremis recedere debet, scil. ab abiectione nimia, ex qua contemptus, & à seueritate nimia, vnde odiũ populorum.
Dio. Cass. in Nerua.
o Calistratus in l. obseruandum 19. ff. de offic præsid.
p L. 1. c de postul. l. 3. tit. 1.
Populus principem solet despicere despectum ab eo.
q Domitij pulchra ad Cæsarem responsio.
Martial. l. 8. epigr.
r S. Hieron. ad Nepotian. ep. 2 c ello subiectus dist. 95.
Austera, seuera, superbaque nimis regum Persarum maiestas improbatur.

a Xenophon in laudatione Agesilai A. nisi l. de mundo.

rentur, [a] à conspectu subditorum se subducebant, eisque rarissimè faciem suam, vultumque manifestabant, ne regius eorum maiestatis splendor, familiaritate, atque frequentia vultus ostensi vilesceret. Neque sine mortis supplicio, atque piaculo cuiquam Persarum populorum ad regem non vocato introire licebat, vt diuina scriptura testatur: in qua Esther [b], regina Mardochæum patruum sic alloquebatur. *Omnes serui regis, & cuncta, quæ sub ditione eius sunt, prouinciæ norunt, quod siue vir, siue mulier non vocatus, si interius atrium regis intrauerit, absque vlla cunctatione statim interficiatur: nisi forsan ad eum rex auream virgam intenderit; Pro signo clementiæ, atque ita possit viuere.* Apage tam seuera superbaque regnantis auctoritas: [c] *Cùm nihil sit tam difforme, quam ad summum imperium etiam acerbitatem naturæ adiungere.* Et contra, Cassiodorus asseuerit cum omnibus prudenter rectèque de vera principis auctoritate maiestateque sentientibus: [d] *In principibus modestiam, ac humilitatem esse gloriosam, vt in mediocribus odiosam esse iactantiam.* Et verè gloriosa magnificaque modestia, hæc principis est. Quoniam [e] Seneca teste, *maximum argumentum est animi ab altiori venientis sede, si hæc in quibus versatur humilia iudicat, & angusta.* Hoc illud S. Chrysostomi comprobat. [f] *Sublimium maxima gloria est, quàm maximè se submittere.* Sed gloria hæc maiestatis regiæ, his comitata virtutibus, non vana, non lubrica, sed firma, secura, laòi nescia: quia vt ait ille, [g] *violenta nemo imperia continuit diu, moderata durant.*

b Esther c. 4. v. 11.

c Cicero ep. 1 ad Quintū fratrem.

d Cassiodor. var. 1. epist. 44.

e Senec epist. 121

f S Chrysost. hom 3. in 1. Matth.

g Senec. in Troad. act. 2.

A

B

Sed sicut seueram superbiam princeps omni cura, vt à se arceat, contendere, sic non minori studio, aduersum huic vitio, alterum virtutis, modestiæ & affabilitatis extremum, nimiam scilicet sui abiectionem, obnoxiam contemptui, vt breuiter supra notauimus, à se longè repellere debet. Nec Numidiæ reges propterea cum [h] Valerio Maximo vituperandos censeo, *quod more gentis suæ, nulli mortalium osculum fiebant.* In promptu ratio datur ab illo scriptore: *Quidquid enim in extremo fastigio positum est, humili & trita consuetudine, quo sit venerabilius, vacuum esse conuenit.* Certum quippe est humilitatem nimiam, vel suæ excellentiæ dignitatisque contemptum, non principi modo ac populis, sed & ipsi regiæ maiestati magnopere nocere. [i] *Cum enim nimia seruatur humilitas regendi frangatur auctoritas.* Prudenterque cum securitate dignitatis facturum se princeps intelligat, si Vlpiani consilium secutus fuerit, ita pro conseruatione publicæ auctoritatis erga aduocatos præsidibus respondentis. [k] *Circa aduocatos patientem esse proconsulem oportet, sed cum ingenio ne contemptibilis videatur; nec adeo dissimulare, si quos causarum concinnatores, vel redemptores deprehendat: eosque solos pati postulare, quibus per edictum eius postulare permittitur.* Nunquid hunc dignitatis & officij Ecclesiastici contemptum à discipulo suo Tito sanctus Paulus repelli arcerique curauit, cum ita discipulum monuit. [l] *Nemo adolescentiam tuā contemnat, sed exemplū esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate:* Et paulò pòst. [m] *Hæc loquere, exhortare, argue cum imperio, nemo te contemnat.* Quanto studio animique magnitudine Iulius Cæsar Imperatoris auctoritatem maiestatemque in exercitu suo retinere, illæsamque conseruare curauerit, testatur ista quæ militibus ad seditionem rebellionemque irritatis, tumultuque turbatis pro concione locutus est. [n] *Ego sane neque aliâs rectum esse arbitror, vt qui principatum gerit subditis, sit inferior: neque salutare quicquam agi posse censeo, vt vobis, quibus iniunctum est, vt dicto sint audientes, imperare ipsi velint. Intelligitis enim quàm probe sit futura ornata illa domus, in qua natu minoribus ætate grandiores, despectui sint: aut ludus litterarius, vbi discipuli magistros contemnunt. Quæ spes sanitatis ægrotis, si non per omnia medicis obtemperent? quàm tuta nauigatio si nautæ gubernatoris iussis non pareant. Ita natura duas necessarias res, easque salutares comparauit in humano genere, vt alij cum imperio essent, alij subijcerentur: nihilque est quod absque his sit, vel minimo quidem spatio perdurare queat.* Hæc Cæsar ad milites tumultibus, atque seditionibus efferatos. Quidni eam regnandi iubendique maiestatem, auctoritatisque virtutem in principe ab extremis abiectione & superbia, indulgentia nimia, & seueritate contemptu, & odio discretam spiritus sanctus retineri mandauerit, cum præfecto populorum ista iubens mandata dederit. [o] *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint, in domo aliena.* Hunc maiestatis dignitatisque principalis à subditis, seruis, populisque contemptum à maximo errore vitioque detinatum esse sapiens his verbis iudicare videtur: [p] *Est malum quod vidi sub cælo quasi per errorem egrediens à facie principis, positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum, vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos.* Felix princeps qui in via virtutis incedens ab his recedit extremis. *Vnica virtutis stat via multa malis:* quique in summa dignitate constitutus nulla obliquitate à recto modestiæ benignitatisque tramite delirat. Cum ex iudicio Romani oratoris: [r] *In bonis fortunæ summa laus sit, non extulisse se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia, non se prætulisse alijs propter abundantiam fortunæ: vt opes & copiæ non superbiæ, ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem ac materiam dedisse videantur.*

Vtrumque extremum abiectionem sui nimiam, & superbam seueritatem à se princeps arcere debet, & inter vtrumque volare.

h Valer. Max. l. 2 c. 5 & vlt.

i S. August. serm. 5. de vita clericorū. lo cap. 4. quando necessitas distinctione 86

k Vlpian l 9 nec quicquā § circa aduocatus l 1. Tit. 16 ff. de officio proconsulis & legati.

l Ad Titum epist. c 4 v. 12

m Ibid. v. 15.

C

D

n Dio Cassius lib. 41.

Oratio Iulij Cæsaris ad milites suos seditionibus tumultuātes.

Omnia, in quolibet genere directionis pessumeūt, nisi superiores imperent, inferiores obediant.

o Prou. 5. v. 9.

p Ecclesiast. cap. 10. v. 5 & seq.

r Cicero 2. de orat.

Speciosa igitur bonorum principum modestia affabilitateque venerabilium maiestas, ab omni abiectione improbata, seueritateque superba remota, familiaritatis amatrix, faciles subditis populisque ad principes illos accessus ex magna benignitate pandit & reserat. De qua facilitate benignitateque Plinius Traianum sommopere prędicat, sic loquens ad eum: [s] *Facilis adiri, è proximo accipis vota hominum tuorum, vt quisque ille consultor est, etiamsi meruerit, quod est rarum, repulsam, ferat tamen visi numinis conscientiam.* Ab hac facilitate copiam hominibus dandi ad conspectus suos multas laudes prædicationesque benignis Catholicisque Imperatoribus [t] Constantino Magno, [u] Gratiano, [x] Theodosio, [y] Carolo Magno, aliisque similis affabilitatis modestiæque principibus scriptores magni nominis exhibuerunt. Quia reuera maxime laudabile est. [a] *Imperatorem interpellātibus faciles præbere aditus, nec de occupatione causari. Tunc confirmas adhuc cūctantes, etiam querimonias explicatis, ne quid adhuc sileatur, interrogas,* dicebat Gratiano Imp. Auson. Ante hunc Imp. Constantinus M. familiaritatis conuersationisque suæ pro iustitia cunctis iure poscentibus exhibenda, facilitatem designa-

4. Pars. Modestia & affabilitas principis summis ab extremis liberati vitijs faciles ad maiestatem principis omnibus pandunt aditus.

s Plin. in Panegyr.

t Nazarius in panegyr.

u Ausonius in panegyr. ad Gratianum.

x Pacatus.

y Eginhertus in vita Caroli M

z Ausonius in panegyr. Gratiani.

uit. Cum cunctis sub imperio suo præsidibus iudicibusque faciles, & liberos ad se, omni turpi lucro sublato, scelereque corruptionis, omnibus iura petentibus aditus pandere, atque reserare suis rescriptis, atque legibus imperauerit.

a Lex Constantini tit. 7. de offic. rectoris prouinciæ. Cod. Theodosius leg oo. 1. l. 1. tit. 6.

Qualis est [a] illa quæ in Cod. Theodosiano, titulo de officio rectoris prouinciæ habetur. Qua Imperator magnificus, & affabilis districtè prohibuit. *Ne esset venale iudicis velum, ne ingressus redempti, ne infame licitationibus secretarium, ne visio ipsa præsidis cum pretio æquè aures iudicantis, ac ditioribus referentur, pauperrimus.* Si ad sui præsides imperij iudicesque aditus faciles, & incorruptos omninò esse voluit: quantò magis accessus ad se tales esse mandauit? Indignantur populi subditique, difficiles sibi ad suos principes aditus fieri, detestariq; solent eos, per quorum dolos, & artes iniquas vix sibi ad aures conspectumque principum suorum nequitet occluduntur. Propterquam iniuriam Euphratum Perdiccæ regis familiarem & amicum [b] Athenæus necatum fuisse commemorat: quod adeò raram & solitariam principis illius familiaritatem reddidisset, vt conuiuio seu conspectu familiari regis omnes indigni iudicarentur, nisi prius Philosophiæ, Geometriæque studiis inuigilassent. Ideoque hunc Perdicca defuncto, & Philippo ad regni illius morte perempti, culmen euecto Parmenio, in Oreo violenta morte peremit. Quam suaue & iucundum est populis, tam benigno modestoque frui principe, [c] *apud quem nulla in audiendo difficultas, nulla in respondendo mora: audiuntur subditi statim, dimittuntur statim.* Cuius maiestati & splendori dignitatis eminenti, beneuolentia modestiaque promiscua sit adeò atque permixta, vt [d] *nulla habita personarum distantia, paruum æque audiat atque magnum.* Atque hanc vtinam semper Nero improbissimorum tyrannorum immanissimus, præceptoris sui sententiam parænericam serio coluisset. [e] *Esto sermone affabilis, accessuque facilis, vultu qui maximè populos demeretur, amabilis, æquis desideriis propensus, nec iniquis acerbus.* Profectò minimè postea in teterrimam, immanem, belluinamque naturam factis, & moribus execrabilis crudelitatis artifex, transformatus euasisset. Præclaram hanc pro se sumant, quasi sibi factam principes Christiani, instructionem, eloquentiæ parentis ad Quintum fratrem, eamq; vt praxi factoque possideant, dies noctesque suo sub pectore cordeque reuoluant. [f] *Cura facillimos esse aditus ad te, patere aures tuas querelis omnium: nullius inopiam ac solicitudinem, non modo illo populari accessu ac tribunali, sed ne domo quidem tua, & cubiculo exclusam tuo: toto denique in imperio, nihil acerbum esse, nihil crudele, atque omnia plena clementiæ, mansuetudinis, humanitatis.* Hac facilitate ad principē accēdendi, comitate, suauitateque morum, [g] princeps omnes facillimè adamantinis sibi vinculis obligabit: hac benignitate & facilitate copiam suis ad se præbendi Cæsar Augustus adeò delectabatur: [h] *vt promiscuis salutationibus admitteret & plebem, tanta comitate adeuntium desideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem.* Quantis princeps Catholicus verèque Christianus laudibus honoribusque mactari merebitur! quem talibus quibus quondam Traianum Plinius verbis iure li-

b Athenæus l. 12. cap. 23.

c Plin. in Panegyr.

d Deut. c. 1.

e Senec l. 1. de Clement.

f Cicer. ad Quintum fratrem epist. *Digna pro affabilitate modestiaque seruanda exhortatio ad princepes.*

g Gregoras lib 6.

h Sueton c. 53 in Augusto.

cebit affari? [i] *Liberum est ingrediente per publicum principe, subsistere, occurrere, comitari, præterire. Ambulas inter nos, non quasi contingas: & copiam tui non vt imputes facis. Hæret lateri tuo quisquis accessit, finemque sermonis suus cuique pudor, non tua superbia facit.* Ad has virtutes Christiano principe dignissimas, eique maximè salutares Agapetus Iustinianum perfectiùs efformare potentiùsque sublimare hac sua exhortatione conabatur. [k] *Facilis auditu sis indigentibus, ob vim supernæ illius potestatis: atque aperias aures his qui à paupertate obsidentur, vt inuenias Dei auditum adapertū. Quales enim erga nostros fuerimus conseruos, talem circa nos reperiemus dominum.* Hæ sunt modestiæ, benignitatis, affabilitatis, facilitatisque virtutes, quæ Deo principes simillimos efficiunt, eosque ad illius gloriam regnaque cœlestia immortaliter euehunt.

i Plin. in Panegyr.

principi aures suas indigentibus aperienti suas Deus apertas ad miserandum.

k Agapeti in parænes. ad Iustinianum.

CAPVT V.

De fidelitate principum, in suis pactis promissisque seruandis, vt sancta & beata illorum monarchia existat.

1. *Fides, seu fidelitas in promissis pactisque seruādis, quàm excellens virtus, quamque necessaria Reipublicæ, vt in ea bene pacificèque viuatur.*
2. *Quanto studio, & solicitudine princeps Christianus conari debet Dei omnium regum terræ principis imitator sincerus, vt hanc virtutem inuiolabili obseruantia custodiat.*
3. *Exemplis, Imperatorū, regumque Christianorum in suis promissis seruandis fidelitas ostenditur.*
4. *Fideles principes Deum in suis promissis seruandis imitari debent.*

QVANTA sit vis fidei in promissis, pactisqoe seruandis ad bene beateque viuendum, humanæ perfidiæ damna demonstrant; cuius iniquitas fecit, vt non nisi externis iustitiæ instrumentis crederetur. Quò iustus ille luctus & querela Senecæ. [l] *Vtinam nulla stipulatio emptorem venditori obligaret, nec pacta conuentaque impressis signis custodirentur: fides potius illa seruaret, & æquum colens animus.* Continenter hæc memorabilia iungit. *Sed necessaria optimis prætulerunt, & cogere fidem quàm spectare malunt, adhibentur ab vtraque parte testes. Ille per tabulas plurium nomina interpositis parariis facit: Ille non est interrogatione contentus, nisi rem* (aliâs reum) *manu sua tenuit.* Post quæ indignanter exclamat. *O turpem humani generis fraudis ac nequitiæ publicæ confessionem, annulis nostris plusquam animis creditur, quia fidelitas verborum sua fide cecidit. Quam*

perfidia humana fecit, vt non nisi instrumentis crederetur non simplicibus verbis eorumque fidei.

l Senec. l. 3. de benefic. c. 15. in principio.

Fides in promissis pactisq; magnum bonum animæ.

sanctissimum

sanctissimum pectoris bonum. [a] Idem qui supra philosophus appellabat. *Inde venerabile fidei numen* [b] ex Valerio Maximo, *quæ dexteram suam certissimum salutis humanæ pignus ostentat.* Quam tanti fecere Ægyptij, vt probationes fide testium atque iureiurando firmatas omnibus securitatibus præferre voluerint. Quo fit, [c] *vt fides sicut famæ damna maiora sint quã quæ æstimari possunt.* Quod ipsa fides [d] *suprema rerum humanarum vinculum sit, sacra laus fides inter hostes, sacra inter piratas: magnæ etiam apud malos authoritatis.* Vt sapienter veréque mihi Tullius dixisse videatur, [f] *fidem qui violat, oppugnat commune omnium præsidium, & quantum in ipso est, disturbat vitæ societatem.* Mira de hac virtute profani loquuntur, apud quos ipsius veneratio non alias securiores solemnitates desiderabat, quàm vt pacta conuenta solemni & sacrosancta iurisiurandi religione firmarentur. [g] Hinc regnante Numa Pompilio, *fides ac iusiurandum rempublicam expulso legum pœnarumque metu moderabatur. Omnibus quidem,* inquit [h] Gellius, *virtutũ generibus exercendis colendisque populus Romanus è parua origine ad tantæ amplitudinis instar emicuit: sed omnium maxime ac præcipue fidem coluit sanctãque habuit, tã priuatim quã publicè,* hinc Romana salus ac secura diu in terra prosperitas vigẽte fide ac res Romanorum tutante perdurarunt: quam idcirco poëta Italicus sic alloquebatur.

> [i] *Ante Iouem generata, decus diuumque hominumque,*
> *Qua sine non tellus pacem non æquora norunt,*
> *Iustitiæ consors, tacitumque in pectore numen.*

Tutrix humanæ societatis fides, [k] nec vlla res vehementius rempublicam continet quam illa. Rectéque Euripides.

> [l] Καλόν τοι γλῶσσα ὅτῳ πίστις παρῇ.
> *Res pulchra lingua cui fiet fides.*

Quam Cicero nunc [m] vocat, *commune præsidium,* [n] nunc *reipublicæ conseruationem,* suum Platonem secutus [o] qui illam, *firmitatem veram, puram sinceritatem clarissimamque philosophiam nominabat.* Cuius simul descriptionem & notationem his ille huius imitator philosophi verbis breuiter cõplexus est. [p] *Fundamentum iustitiæ est fides, id est dictorum conuentorumque constantia, & veritas, ex quo (quamquam hoc videtur fortasse cuipiam durius) tamen vt videamur imitari Stoicos, qui studiosè exquirunt, vnde verba sint ducta, credamus quòd fiat, quod dictum est, appellatam fidem.* Cui tantum reuerentiæ Romanos Cẽsorius Cato detulisse commemorat, vt prope Iouis simulachrum illius imaginem collocare voluerint. *In cuius obseruatione pactorum conuentorumque praxi naturalem versari æquitatem* [q] *Vlpianus asseruit. Cum nihil tam congruat fidei humanæ quã ea quæ inter eos placuerint, seruare. Graueque nimium esse & non ferendum,* [r] alibi subijciens, *fidem fallere. Cuius temeratores execrandos, nusquamque illos audiendos esse qui vellent fidem frangere.* [s] Papinianus Iurisconsultorum peritissimus illustrissimusque respondit. Sed huius fidei religio maxime in fœderibus ineundis splendescere debet. Cum sit impium valde & ab omni humanitate alienum fœderatos iniustè decipere fallereque in fidei datæ verba iurantes: qua neglecta, quæ ratio fœderum modusque legitimos excogitabitur? cum præcipue omnium confœderationum fundamentum fides esse censeatur? hinc Romani [t] inituri fœdera cum hostibus, aliisque extraneis à gente sua, hæc feriendo

a Seneca epi 49. vis fidei humanæ
b Valerius maximus l. 6 c. 6.
c Diodor. Siculus l. 2. heros fidei violatos quantorũ causa malorum.
d Tit. Liu. l. 3.
e Quintil. declam. 343.
f Cicer. orat. pro Roscio.
Fides supremũ vinculum rerum humanarum.
g Liuius l. 1.
h Aulus Gell. l. 20 c. 1.
i Silius Itali. ad fidem.
Fides commendatio.
k Cic. 3. offic.
l Euripides.
m Cicer. orat. pro Roscio.
n Idẽ pr. offic.
o l. 0 de diuinatione.
p Cicer primo offic.
Quid & vnde fides.
Cato Censor
In seruanda pactorum promissorumque fide naturalis æquitas versatur
q Vlpian. l. ff de pactis l. 2. cit. 14.
r Vlpian. l. 1. ff de constit. pecu. l. 13. tit. 5
s Papin. l. illud 205 illud 25 § 1. ff eodẽ
In fœderibus fides maxime seruanda.
t Gellius in noct. At.

A fœdè porcam per sacrificium cruenta morte mactabant, eam de saxo durissimo contundentes tali adhibita imprecatione, vt sic miserè fœdè atrociterque trucidarentur illi qui à data promissaque fide turpiter exhorbitantes pacta fœdera violarent & rumperent, vnde Maronis illud.

> [a] *Et cæsa iungebant fœdera porca.*

Paretque ex eo vis virtusque fidei promissorum & fœderum [b] quod libertas quæ erat paciscendi ineundique fœdera in principio, data fide & accepta in fœderibus pactisque, necessitatis imperio subdatur, vt eam sublata omni exceptione, effectibus perfici & adimpleri penitus oporteat.

Sed cum omnibus hominibus in humana societate constitutis illud in primis religiosum & sanctum esse debeat, suis stare pactis & promissis, eorumque fidem inuiolabili obseruatione tutari, B maximè hoc principibus ac regibus quorum vita subditis bene viuendi instar regulæ debet esse, ex officio facere diuina humanaque iura præscribunt. Estque verissimum illud generosi ducis Brasidæ à Thucydide decantatum: [c] *Qui in dignitate sunt constituti turpius esse fraude circumuenire & fallere violata fide quam vi aperta lædere.* Quàm turpe est principem mentiri & fallere, quàm peruersum & reip. noxium datæ fidei religionem periurio polluere? cum in sacra sapiens scriptura clamet. *Non decet principem labium mentiens.* Si enim improbi hominis esse mendacio fallere [e] Tertullianus asseruerit: *Quod ædificare mẽdacium, sine demolitione veritatis nemo queat.* Quale illum antiquum doctorem tunc cum hæc aduersus Marcionem effundebat, Catholicum, de C periuro principe alios violata fide fallente, iudicium tulisse credimus? sitque verum illud [f] Lactantij: *mendacium semper aut fallere aut nocere.* Et eò turpius fœdiusque mentitur & fallit princeps ruptor fidei: quò magis, regiæ illius dignitati, maiestatique [g] ethnici principis iudicio non astutia, sed bonitatis excellentia conueniat. Vnde [g] cum Deus omnem auersetur iniustitiã, maximè principum, quibus suæ credidit iustitiæ custodiam, quorum propterea in mente nonquam venire debet, *omne vt loquitur* [i] *sapiens mentiri mendacium.* Etiam [k] vt cum magno loquar Augustino, *Pro laude Dei,* Sed illa potius pia naturalis æquitatis & iuris elogia. [l] *Inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione.* Nec æquales suos qui sunt in regno, aut inferiores sibi subditos cuiuscumque consideratione D vtilitatis, datæ fidei eiuratione circumuenire. Cũ nec illi aliquid vtile sibi, quod iniustũ sit aliis iudicare debeant: Quod [m] *qui non didicerit bonus vir esse non poterit.* Nec sibi blandiatur princeps de nõ seruanda fide improbo infideliq; data: quod eius fidei beneficio seruatæ, illi qui sæpe circa illam, vt infideles periurique naufragantur, priuari debere iudicentur. Istud credere maximus error, estque [n] latebram periurio quærere: Nec inter strepitus armorum ista veritatis vox S. Ambrosii ore prolata silere debet, sed magno audiri sonitu. [p] *Fides etiam perfidis præstanda est.* Ita est etiam in bello. [q] Optimus ille.

> *Militiæ cui postremum est primumque tueri*
> *Inter bella fidem.*

Prostant in sacris litteris plurimorum exempla sanctorum, heroicorumque principum, qui improbis infidisque datam fidem inuiolatè seruauere, vt Iosue Dei ductor exercitus [r] Rahah meretrici & Gabaonitis ipsi Iosue mendacio illudenti-

a l. in commodatu 17 §. sicut autẽ ff. commodati vel contra l. 15 tit. 6 & l. sicut Cod. de actionib.
2. Pars.
Quanto studio super alios homines, principes hominum sectores, & super omnes reges principesque Christiani principes fidem datam seruare debent
b Thucydid. l. 4 Brasidæ dictum memorabile.
c Prou. c. 17.
e Tertull. l. 2. aduersus Marcionem.
f Lactan l. 2. c. 6. institut.
g Agesilai præclare dictum apud Xenophontẽ.
g Deut. 25.
i Ecclesiast. c. 7. v. 14.
k S. Aug epl. 8 & can. omne 9 q. 2.
l Cicer. 3. off.
m Cicer. l. 3. offic.
n Cic. ibid.
p S. Amb. l. 2. offic.
q Silius Ital. l. 14.
r Iosue c. 9.

bus eiusque auribus & oculis fraude fictionis insidiantihus: Et Dauid omnium regum Iuda sanctissimus[a] Semei seditioso homini maledictisque in principem suum dominumque furenti, fidem oblatam minime violari frangique permiserunt. Recẽs historia est de fidelitate promissorum[b] Caroli 5. Imperatoris Luthero super omnes apostatas sceleratissimo hæresiarchæ factorum, & inuiolabili fide seruatorum. Qui Ludouico Palatino Rheni, cur tam execrabili apostatæ fidem seruaret petenti respoudit. *Fidem rerum promissarum & si toto mundo exulet, tamen apud Imperatorẽ inuiolabili obseruãtia subsistere oportere.* Nec obstat, quod improbi sint hostes[c] *cũ hosti data fides seruari debeat*

a l.2. Reg c.19

b Zenocharus l. 1. de Caroli Quinti gestis

c l.5. de const. pecunia ff.

Alexandro magno maximæ laudi datum quod Parmenioni aliquid contra fidem & honestatem persuadenti responderit:[d] *Facerem id quidem si Parmenio essem, verùm Alexandro neutiquam licet.* Nec minori laude prædicandum, tollendumque Sextum Pompeium Magni filium scriptores ethnici iudicarunt. Quod exceptis prætoria naui Octauio & M. Antonio Romani possessoribus imperij, illisque ibi data fide, in signum pacis & amicitiæ conuiuio exceptis, Menæ familiari suo in aures insusurranti dicenóque illum posse orbis vniuersi Dominum fieri si vellet, extinctis illis duobus principibus imperij, quos in sua tunc potestate teneret, sincere responderit: *Facere Mena oportebat me non præmonito: nunc præsentibus acquiescamus: Neque enim meum peierare, fidemque meam imperio postponere.* Christiani Imperatores tantum huic promissorum pactorumque fidei, honoris, venerationisque detulerunt, vt quamuis facta sub tyrannis improbauerint, actaque publica resciderint, tamen quæ priuati, ac data fide sub tyrannica illorum publicæ salutis inimicorũ dominatione fecissent, valorem atque pondus habere voluerunt. Qua de re tale Constantini magni ad vniuersos prouinciales rescriptum extat,[e] *Tyranni, scilicet Licinij, & iudicum eius gestis infirmatis, nemo per calumniam, vel id quod ipse sponte fecit euertere, nec quod legitimè gestum est,* scilicet præsumat. Cui rescripto postea à duobus Augustis Arcadio & Honorio fratribus,[f] lex sancita suffragatur. Hi nimirũ Imperatores paternæ fidelitatis atq; pietatis æmuli à patre Theodosio Imperat. maximo, promisso tum fidem effectibus honorare didicerant. Cuius tam securam certamque beneficiorum promissionẽ fuisse scriptores enunciant, qui res illius præclarè heroiceque gestas litterarũ monumentis illustrarunt: *vt iam accepta videretur cum spoponderet; quia vota hominum quod plerique factitant, non fallebat, aut fatigabat, nec muneribus adhibebat* (vt loquitur[g] Panegyristes) *artem difficultatis,*[h] Aspar Leonem pr. recenter ad imperij culmen eleuatũ crebris assiduisque vrgebat agitabatque importunitatibus: vt sicut paolo ante spoponderat, vnum de filijs suis Cæsarem renunciaret: cumque paulisper assentiri postulatis Imperator tardaret, apprehensa eius purpura. *Imperator,* inquit, *hac veste indutum mentiri nefas est.* Cui respondit Imperator, *etiam cogi instar mancipij est, verum cum tandem resistere non posset filium eius ficut ante promiserat, Cæsarem fecit.* Factum memorabile plenumque reuerentiæ in seruanda promissorum fide Imperatoris Sigismundi[i] Æneas Syluius cum laude prædicationeque recẽset. Qui cum veterano milio promissa sibi facta exigenti respondisset: *Immoderata fuit petitio tua, & vero milesillito replicauisset: Poteras negare cùm peterem, nunc sine turpitudine quod promissum est rescindere nõ poteris*: quibus auditis Sigismundus subiunxit. *Si ex duobus alterũ me facere oportet facilius reuum, quã famæ iacturam subibo.* Ferdinandus secundus Aragoniæ rex exegit honoris monimentũ ære perẽnius, cum palam publicéque professus est, *se malle mori,*[m] *quam periurio fœdari, & alios fide violata fallere.* Quem æmulatus[n] Alphonsus Hispaniarum rex sapientissimus affectu tanto, tantaque veneratione fidei promissorum religionem puritatemque coluit, *vt tantum fides simplicibus regum principumque verbis, quantum priuatorum iuramentis deferendũ esse diceret.* Quod elogiũ & acroama Nicocles ab Isocrate didicerat, in tenebris licet paganismi & infidelitatis ambulante, & ita Nicoclẽ suum admonente.[o] *Perpetuo tantum studium & reuerentiã præ te fer, vt tuis verbis maior sit fides quam aliorum iuramentis.* Vox illa Dei![p] quam boni principes frequenter in ore suo mutuantur sinceréq; proferunt.[p] *Quæ procedunt de labiis meis non faciã irrita.* Sic illi Deum ipsum regem regũ in subeundo promissorum fidem, firmatorũ effectu sapienter fideliterque sequuntur. Qui cum suis antiquæ legis seruis pacta fecit & fœdera iuxit per semetipsum iurando, quæ irrita fieri non est passus, sed promissa effectibus mandata compleuit.[q] *Ecce ego statuam pactum meum vobiscum & cum semine vestro post vos,* dicit Dominus, & quæ sequuntur, & post multa promissa concludit: *Et recordabor fœderis mei quod pepigi vobiscum & cum omni anima viuente quæ carnem vegetat, & non erũt vltra aquæ diluuij ad delendam vniuersam carnem, &c.* Postea[r] Abrahamo multa spopondit: quæ tempore suo desideratos effectus sortiri voluit. Et labentibus multis annis etiam cum vniuerso populo multa promisit pepigitque, neutiquã suo effectu frustrata, nisi prius populus ab his quæ Deo promiserat indignissimè recessisset.[s] *Si ergo* (inquit Deus) *audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meũ eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra & vos eritis mihi in regnum sacerdotale & gens sancta. Respondit autem omnis populus, simul cuncta quæ locutus est Dominus faciemus.* Ita Dei pacta, eius iussu alia fecit Iosue, nusquam effectibus caritura, dum modo suis Deo factis populus promissis stare voluerit. *Si dimiseritis dominum & seruieritis dijs alienis, conuertet se, & affliget vos, atque subuertet postquam vobis præstiterit bona. Dixitque populus ad Iosue, Domino nostro seruiemus & obedientes erimus præceptis eius. Percussitque Iosue in die illo fœdus & proposuit populo præcepta atque iudicia.* Alia multa his similia sacræ nobis inter Deum hominesque pacta conuentaque scripturæ proponunt, quorum se semper fidelem executorem Deus exhibuit: quamdiu suis populus promissis stare voluit. Ad ipsius principis, regnatorum terræ Dei imitationem, reges mundi rectoresque summi populorum, cuius sunt viuæ in virtute dominandi eminẽtiaque dignitatis imagines, promissiones suas verborum fide firmatas, factis perficere effectisq; coronare debẽt. Quod vt melius rectiusque præstare valcant, caueãt illi populorum Domini, ne quid malè temereque promittant, ne fidem malè datam rescindere in conscientia teneantur, contra quem malè promittendi scopulum, ne Christiani principes infeliciter illidant, fidos præcautionis ignes illis capite sequenti monstrabimus.

d Plutarch. in Alexand.

Dio l. 48.

Sexti Pompeij egregium responsum Menæ.

3. Pars. *Exempla ostẽditur Impp. Christianorũ aliorũq; regum in suis promissis fidelitas.*

e l. Tyranni C. Theodos. l.15. tit. 14.

f L. valeat 9. eodem tit. *Theodosij M. magna virtus in obseruanda promissorum fide.*

g Pacatus in Panegyric.

h Zonaras l. 3. Annalium.

i Æneas Syluius l. 2. de rebus gest. Alphõsi regis. *Pulchra Sigismundi imperatoris responsio.*

Ferdinandi 2. regis Aragonij & Alphonsi regis Hisp. fides & constantia in promissis seruandis.

m Æneas Syluius l. 2. de rebus gestis Alphonsi.

n Anton. Panormit. l. 1. de gestis & factis Alphonsi Apophthegmate 58.

o Isocr. orat. 2. ad Nicoclẽ.

p Psal. 88. v. 35.

4. Pars. *Fideles principes Deum in promissis seruandis imitari debent.*

q Genes. c. 9. v. 9 & seq.

r Genes. c. 15. v. 17. & seq.

s Exod. 19. v. 5. & seq.

Deuter. c. 5. Iosue c. 8.

CAPVT VI.

Principibus ficut populis, malè & temerè promittere, malè promiſſa ſeruare, datamque fidem benè iuratam violare, quàm iniquum & miſerum.

1. *Princeps nunquam contra fas poſtulantibus aliquid, acquieſcere debet, ne fidem malè promiſſam reſcindere iure cogatur.*

2. *Iuramentum contra veritatem, iuſtitiam & iudicium per vim factum non ſeruandum contra impias perfidorum aſſertiones.*

3. *Quanta mala ſocietati humanæ fides rectè data violata parit.*

4. *Diuina humanaque leges periuros execrantur ſeueréque puniunt.*

Principes ne malè temerèque promittant, ne fidem reſcindere iure cogantur nunquam poſtulantibus iſtra fas acquieſcendum.

LAVDATA ſemper prudentia prouidētiaque principum ore omnium peritorum rectè de virtute iudicantiū, vocibuſque perſonuit: qui nunquam munera contra fas iuſque poſtulantibus acquieſcere voluerunt.

a Dictum Ageſilai Plutar. in eius vita, & in Laconic.

[a] Ageſilaus importunè rogantibus reſpondere ſolebat, *neminem debere quicquam incongruum iniuſtuè à rege poſtulare.* Rogantique patri vti litem diſſoluere, atque ſuo contra ius dirimere iudicio dignaretur, reſpondit. *Tu me à prima ætate leges, iuraque reipublicæ venerari docuiſti, quod nunc tuo documento peritior & melior obſeruare deſidero, nihil contra eas audendo.* Simili reſponſo Alexander M. matris ſuæ ↄs iniqua flagitantis obſtruxit hoc addendo, *illam nimiam remunerationem poſcere pro illo, nouem menſium ſpatio, quo ſua ſe aluo concluſum viuentemque portauerat.*

b Alexandr. M. reſpōſum matri ſuæ Plutarch. in Alexand.

Imperator Fredericus aulicis imperii dominia ſibi dari iniuſtè aduerſus imperialium præſcripta legum nimis effrænatè flagitantibus reſpondit: [b] *Malle ſe ab illis parum liberalem quam periurum iudicari.* Simile quid ſcriptum de Sigiſmundo Imperatore legimus. Optandum eſſet & certè affectu plurimo deſiderandum, hac animi conſtantia & robore conſcientiæ ſic Chriſtianos Catholicoſque principes temerarias impudenteſque corruptorum aulicorum petitiones diuinis humaniſque legibus inimicas extrudere, ne regiæ maieſtatis in caſtris religionis Chriſtianæ militantis paganis, hæreticiſque ridentibus qui foris ſunt, acies turpiter hebeſceret. Quod ſi princeps miſerè ab improbis importuniſque rogatoribus exceptus, quid contra conſcientiam legēque Dei promiſerit, quis eū ſe non graui ſcelere contaminaſſe promittendo negabit? ſed grauiori, promiſſa effectu complendo? Cum hoc modo ſit *contra officium* ([d] teſte D. Ambroſio) *fidem ſeruare:* Quam veritatem ſuo tempore, licet infidelitatis tenebris obſito, magnopere Tullius approbauerat. Oraculum

b Imp. Frederici reſponſum aulicis importunis & corruptis.
c Æneas Syluius.

Malum eſt iniuſta promiſiſſe, ſed peius promiſſis ſtare.

d S. Ambr. l. 1. offic.
e Cicer. l. 3. offic.

A lum illud eſt Spiritus ſancti in Eccleſiaſticos Canones relatum, ore prius S. Iſidori profuſum. [f] *In malis promiſſis reſcinde fidem: in turpi voto muta decretum, quod incaute voviſti: impia eſt promiſſio quæ ſcelere adimpletur.* Iurauerat Dauid iratos iuſtè licet, ſe Nabal ui ebrietate contumelioſe miſſis à ſe inſultando reſpondentem, necaturum, iurando temere malefecit, peius facturus ſi iuramētum illud effectu compleuiſſet. Ideo ait lex pontificia. [g] *Quod Dauid iuramentum per ſanguinis effuſionem non impleuit, maior pietas fuit.* Et D. Auguſtinus: [h] *video Dauid pium hominem & ſanctum in temerariam iurationem cecidiſſe, & maluiſſe non facere quod iurauerat, quam iurationem fuſo hominis ſanguine implere.* In quem locum Gloſſa ait. [i] *Iura-*

f Can in malis 22 q. 4. & S. Iſidor. 2 Synonimor.
g Can 3 quod Dauid 22 q 4
h S. Aug ſer. 21. de ſanctis.

B *mentum temerarium & inconſultò calore iracundiæ factum non eſſe obſeruandum.* Itaque [k] *iurauit Dauid temerè: ſed non impleuit iurationem, maiori pietate,* inquit S. Auguſtinus. *Duo mala ſunt iurare temere,* & ſic malè iuratum effectui mandare, primum leuius, alterum grauius, vnde, *non complere iuramentum temerè maleque factum pietas eſt potius quā perfidia.* Vt in eodem loco his verbis S. Auguſtinus oſtendit: [l] *Ecce ſanctus Dauid non quidem iratus ſanguinem hominis fudit, ſed eum fa'ſum, iuraſſe, negare quis poterit? De duobus peccatis elegit* [m] *minus,* id eſt quæ videntur peccata, cum alterum nō eſt peccatū, inquit Gloſſa, ſcilicet non adimplere quod falſo & temerè iuratum eſt: *ſed minus illud fuit in comparatione maioris. Nam per ſe ipſum appenſum, magnum malum eſt falſa iuratio.* Quam doctrinam alibi confirmans S. pater Seuero Mileui-

i Gloſſ temerariam can. quod Dauid 22 q 4.
k Can. iurauit 22 q 4.
Ex D. Aug. ibid. ſupra.
l D. Aug. ibi.
m Can. iurauit 22 q. 4.
x Pars.

Per vim metumque malè factum iuramentum non ſeruandum præclaro docetur exemplo.

C tano præſuli conſulenti, de quodam Hubaldo, à conſanguineis cuiuſdam pellicis (qui huiuſ cum illa turpiter concumbere repererant) iurare coacto ſe illam in vxorem ducturum, & præterea matrem ſuam fratreſque domo eiecturum, ipſiſque neceſſaria ad vitam negaturum, ita prius conſulto S. Ambroſio reſpondit: *Inter cætera vt rogaueras à patre noſtro Ambroſio, quæſiui quid tibi clariſſime agendum ſit, de Hubaldo parochiano tuo qui captus & timore necis impulſus ſua concubinæ iuramento firmauit, ipſam in coniugem ſuſcipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimoniæ vnquam impendere. Quia vero quam prius concubinam habuerat non eſt peccatum in coniugē ſuſcipere, matrimonium ſit in Deo firmum & ſtabile. Porro iuramentum non ob hoc fuiſſe inſtitutum inuenitur, vt eſſet vinculum iniquitatis, vel fratricidij, ſeu cuiuſcunque criminis. Nec credo ſacramētum ad hoc* D *debere fieri, vt iniuſta iuratio ſuorum bonorum ſit iniuſtè iurantibus expoliatio, & accipientis æterna damnatio. Periurij namque percutitur pœna, & velut homicida in extremo examine à iuſto iudice, degradabitur,* [*] *per quem ſacroſanctum Euangelium ad iniuſtū & illicitum, & Deo minimè amabile, quaſi teſtimoniū iuſtæ & humanæ petitionis adducitur.* His dictis: Sic priora totamque conſultationem concluſit: *Foueat itaque Hubaldus matrem & fratres, & lugeat, ſi coactione & timore iuramenti aliquid deſiit matri; qui vero eum iurare coegerunt quod non debuit, reatu periurij implicati teneantur. Iniuria quippe iniuſtè irrogata, eius eſt infamia qui facit. Nec enim vllo modo ad opprobrium coacta voluntatis trahitur, quod illicita conditio neceſſitatis extorſit.* Hactenus ſanctiſſimus doctor. Hæc enim & ſimilia de rebus illicitis facta iuramenta nō tam iuramenta quam periuria ſunt [n] cum tribus virtutibus legitimi iuramenti comitibus, *veritate, iudicio, & iuſtitia,* de-

n D. Aug. ep. ad Seuerum Epiſc. Mileu.
* Aliàs condemnabitur.
n S. Hieron. ſuper Hieremiam c. 4.
2 *Tres iuramenti tres comites veritas, iudicium, iuſtitia.*

stituantur, sine quibus vera Deoque grata iuramenta nulla creduntur. His enim virtutibus iuramentum tanquam comitibus fidis comitatum Deus in Scriptura sacra verum legitimumque probauit.[a] *Iurabis viuit Dominus in veritate, in iustitia & iudicio.* Hoc docet naturæ lumen. Inter paganos oratores & philosophos Isocrates admonebat,[b] *vt in malis fides rescinderetur, in bonis verò seruaretur.* Hoc etiam summo cultu obseruantiaque Romanos in suo paganismo coluisse, dum apud eos iustitiæ regna manebant, illorum scriptores memoriæ mandarunt: qoos semper aut fraode, aut periurio, aot aliquo doli mali artificio hostes vincere puduit: *Vt qui virtutis certamen susceperant,*[c] inquit D. Ambrosius, *nollent fraude vincere, non enim in victoria honestatem ponebant, sed ipsam nisi honestate quæsitam, victoriam turpem pronuntiabant.* B Extra hos casus de quibus modo compendiosè dictom, principes aliique sub illorum imperio negotiationibus vacantes, religiosos admodum in præstandis data fide siue verbo simplici, siue iuramẽto addito, promissis esse conuenit. Nec vlla vtilitatis priuatæ publicæue consideratione hæc promissorum fides, sine summo scelere violari potest. Cuius temeratores, vltiones diuinæ tormentis æternis viuos mortuosque mactabunt. Estque summus inter Christianos pudor & dedecus omnem vtilitatem priuatam publicamque honestate non metiri, cum illi sapientes ethnici vtilitatem semper cum honestate coniunxerint. Propterea Athenienses lapidatione contriuerunt eum qui consilium dederat illis, vt se de Persarũ rege potentissimo tãquã viribus impares, illiq; resistere minime valẽtes, dolo vindicarẽt, quod minus vtile hoc repugnãte honestate iudicarent. C Iidẽ iustitiæ cultores Athenienses Themistoclis de incendenda Lacedæmoniorum classe consilium repudiarunt.[d] *Quod cum honestum non esset, id ne vtile quidem putauerunt.* Quantis illa diris execrationibus deuoueri merentur nefanda perfidorum hominum cõmonihus trita vocibus eloquia, vt illod Darij apud Herodotũ:[e] *Cũ expedit mendaciũ dici, dicatur.* Et Chariclea apud[f] Stobæum: *Bonum mendacium cũ iuuat mentientes nec lædit audientes.* Sed abominandum penitus hoc Lysandri apud Plutarchum in Laconicis.[g] *Pueros tesseris, viros iuramentis oportere circumuenire, maxime vbi hoc suadet vtilitas.* Eiusdem perfidiæ fraudisque in eiuratione promissorum fuisse liuore rabieque furentem Clearchum Lacedæmonium hæc Xenophontis verba D designant:[h] *Ad ea qua semel concupisceret compendiosa admodum via se peruenturum putabat, si mentiretur, si peieraret, si denique quauis ratione falleret: animi porro simplicitatem ac lenitatem quasi leuitudinem quandam & ignauiam esse existimabat.* Cuius perfidiæ & fraudis immanis amator Euphemus apud Thucydidem dicebat. *Principi nihil esse iniustum quod fructuosum.*

Sed hæc & similia perfidiæ monstra & periurij prodigia detestando mittamus, non minoris enormitatis assertiones audituri principum illorum (si illorum vitas factaque replicare vellemus) qui ore tenus Christiani in nefandissimi illius athei Machiauelli castris militare voluerunt. Atque vt discursus dicendique circa hæc, vela cõtrahamus, ad indignationem Dei contra huiusmodi periuros, perfidiæque fabricatores & ad diuinam illius vltionem in huiusmodi datæ fidei

a Ierem. c. 4.
b Isocr. orat. 1.
c S. Ambr. l. 3. offic. c. 14.
Nũquam violanda promissorum fides suadente publica aliqua aut priuata vtilitate.
d Cicero l. 3.
e Herodotus l. 3. impia perfidorum trita vocibus eloquium.
f Stobæi ser. de periurio.
g Plutarch in Laconicis.
h Xenoph.
Thucyd.

A violatores irrisoresque promissorum iureiurando firmatorum, pro parte capitis quarta veniamus.

Quæ profectò iure meritoque grauis esse perhibetur, attenta grauitate malorum & calamitatũ quæ hæc inimica veritati violata promissorũ fides hominum generi societatique humanæ ciuili sacroq; iure sociatæ profundit. Execrabile nefariũque vehementer promissorum fidem data dextera violare:[i] Cum *qui fidem violat oppugnet commune præsidium.* Iureque Appius ille Cæcus apud[k] Liuium dixerit, *omnem humanam tolli societatem, si fides abrogaretur.* Quis in hæc Valerij Maximi verba consentire iure deprecabitur?[l] *Occultum & insidiosum malum perfidia, quæ tantum incommodi humano generi adfert, quãtum salutis bona fides præstat:* B *habeat igitur* (scilicet perfidia) *non minus reprehensionis, quam illa laudis consequitur,* nẽpe fides,[m] *quæ nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio.* Meritoque Aristoteles perfidiæ mala considerans infirmatis pactis promissisque violatis inter homines commerciorum vsum funditus euerti credidit, cum dixit.[n] *Καὶ ἀκύρων γιγνομένων τῶν συνθηκῶν ἀναιρεῖται ἡ τῶν ἀνθρώπων ὁμιλία, infirmatis violatisque pactis tollitur inter homines commerciorum vsus,* & cum hanc pactorum promissorũque fidem, *certissimum humanæ salutis pignus portumque,*[o] Valerius Maximus appellauerit, sine qua, teste[p] sancto Cypriano, *nulla inter homines negotiatio, nullum commercium, nulla communicatio vtilitatum esse potest.* Quis cum ratione de immenso calamitatum cumulo, ab illius prostitutione dubitabit! Apagetè hæc deliria nequitiæ, ô pij Catholicique principes, exitiosasque reipub. C & Ecclesiæ Dei propositiones nefandas à vestro cœtu consilioque, tanquam dominationis vestræ pestes perfidiæ suffragantes promissorum pactorumqoe fidelitati oequiter insultantes longe lateque propellite.

[q] *Non intret vnquam regium limen fides.*

Voto hoc quid immanius?

[r] *Vbicunque tantũ honesta dominanti licent,*
Precario regnatur.

Quid hoc à veritate alienius?

[s] *Nunc qui fœdera rumpit,*
Ditatur, qui seruat eget.

Quam turpi enormiqoe hæc mendacio fœdari rerum euenta docent, clamantque, *non perutilesum,*[t] cum Liuio, *sed perbeatum esse,* com[u] D. Aogustino: *In tot humanis erroribus sola innocentia viuere,* & magna voce contendunt, vt omnes exaudiant, D [x] *rationem fidemque bono consilio à Deo immortali datam nunquam in fraudem malitiamque conuertere licere.* Vt iam consideratis tot malis à perfidia adulterioque promissorum ritè factorum scaturientibus, nemini mirum esse debeat, si omnia diuina humanaque iura in perfidos periurijque negotiatores, tam seueris iustisque vltionibus armata ab omni semper æuo proruperint. Inter leges 12. tabularum vna erat seuera admodum qua debitores quos res fidesque defecerat, *laniari dilacerarique iubebantur.* Huius inductæ seueritatis causam fuisse refert[y] Gellius, vt *promissorum tormentorumque fides solidius inuiolabili firmitate muniretur.* Quoniam teste rescribenteque Gothorum rege Theodorico ad Faustũ præfectum prætorio,[z] *Solus metus retinet, quos fides promissa non retinet.* Vnde illa exhortatio Silij Italici ad omnes, principes maximè, ne periurio contemptuque promis-

i Cicero pro Roscio Amer.
k Liuius l. 6. Sublata fide verborum omnis tollitur humana societas.
l Valer. Max. l. 9. c. 6. in princip.
m Senec. ep. 88.
n Aristoteles l. 1. Rhet. ad Theodect. c. 15.
o Valerius Max. l. 6. c. 6.
p S. Cypr. in symbolu.
q Ægistus apud Senec. in Agamem.
r Senec. in Thyeste.
s Claudian.
t Liu. l. 2.
u D. Aug. in Psal. 83. In has verba: Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia.
x Cicero l. 3. de natura deorum.
3. Grauibus pœnis humana & diuina lege decreuit perfidis subduntur.
y A. Gellius l. 20. cap. 1. Cur debitores qui non erant soluendo laniari iubebantur.
z Cassiodor. l. 2. Variarum epist. 5.

sorum effectus, fidem pactorum conuentorumque sub grauissimarum pœnarum interminatione polluant & adulterent.

Silius Italicus lib. 13.

Vos occulta subit passim diffusa per auras,
Fœdera mortales sæuo ne rumpite ferro:
Sed castam seruate fidem: fulgentibus ostro
Hæc potior regnis dubio: qui frangere rerum
Gaudebit pacta, at tenues spes linquet amici:
Non illi domus aut coniux; aut vita manebit:
Nunquam expers luctus lachrymæque: aget æquore semper,
Ac tellure premens, aget agrum nocte dieque,
Despecta at violata fides.

4. Paos. *Deus homines que periuros execrantur seuereque puniunt.*

Periuros fideique datæ temeratores Deus & homines abominantur, quos impunè diu viuere non sinunt.

a Tibull.

[a] *Quis primo periuria celat,*
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Vindictæ in perfidos ab human legib. *Pœna apud gentiles in periuros.*

b Ioann. Boemus l. 1. morum gentium cap. 8
c Ibid. l. 1. c. 3.
d Liuius
e Polybius l. 6
f Gellius l. 7. c. 18.
g Liuius l. 1.
h Gellius ibi.

Si in pœnarum legibus humanis contra perfidos decretarum commemorationem orationis filum paulo latius deducere liceret, facilius esset exemplorum multitudine chartas opplere quā modū in dicendo statuere, sed ne vos diutius ista morētur, sufficiat ex immensa exemplorū sylua pauca colligere.[b] Periuros Indi pedibus, manibusq; mutilatos vltione seuera iustaque detruncabant,[c] Ægyptij capitis abscisione mulctabant: Romani[d] de saxo Tarpeio, vel præcipitabant, vel [e] hostibus quos rupta violataque fide fefellerant, digno comprimendos supplicio tradebant,[f] aut mēbratim equis in contraria nitentibus decerptos diuisosque necabant, vt[g] Metio Suffetio magistro equitum Albanorum sub Tullo Hostilio, iure contigit,[h] aut virga saltem censoria omnium notarum damnis & ignominiis afficiebant. In capitularibus Caroli Magni lex contra periuros habetur illustris, qua religiosissimus Imperator cauit, sanciuitque, [i] *vt periurus nulla redemptione immunis sit, quin manum perdat.* Sacræ Ecclesiasticæque leges à perfidorum fideique datæ violatorum supplicio minime se debere temperare iudicarunt.[k] Quæ inter notoria iustaque principis vtriusque fori siue præsulis, siue ducis secularis impedimenta, ne videlicet eligatur electusque remaneat, excommunicationem publicam, diuulgatam persecutionem, manifestumque periurium collocare voluerunt. Atque omnes peierantores, fideique datæ adulteros, infames, beneficiis Ecclesiasticis indignos, proindeque si quæ antea cuiuscumque dignitatis etiam Episcopalis abbatiæque possederint, illis omnibus eos priuādos destituendosque esse decreuerunt. At etiam ciuiles Imperatoriæque leges, talibus improbis tanquam infamibus [m] dignitatum & honorum portas aditusque patere prohibuerunt, aliisque pœnis in huiusmodi fidei pactorumque profanatores animaduertere voluerunt. Sed quanto iræ vltionisque iustæ fragore diuinæ leges in pestiferos illos fidei promissorumque iuramento roboratorum prostitutores intonent, plurima sacrarum Scripturarum oracula testantur, vt non sine causa lex imperatoria dixerit.[n] *Periuros suæ perfidiæ Deum satis habere vltorem.* Propterquod Zacharias in nomine Domini clamabat ad populū: [o] *Vnusquisque malum contra amicum suum ne cogitet in cordibus vestris, & iuramentum mendax ne diligatis: Omnia hæc sunt quæ odi, dicit dominus.* Sed coruscationes Dei minarum, solent ex infinita eius misericordia, diuinæ vltionis fulmina præce-

i In capitularibus Caroli Magni c. 10. *Lex Ecclesiastica contra periuros.*
k Cap. venerabilem de electi potestate
l Can. infames 6 q. 1. C. querelam de iureiurando. *Leges ciuiles contra periuros.*
m l. 2 C. de dignitat.
§. *Diuina leges in periuros. Deus vltor periurorum.*
n l. 2. C. de rebus creditis & iureiur.
o Zachar. c. 8. *Mina diuina pœnas & vltiones præcedunt.*

A dere, vt periuri pœnitendo à ventura ira fugiant. Ideo sapiens ex adyto Spiritus Dei promebat ista: *Qui frustrauerit fratrem, delictum illius super ipsum erit, & si dissimulauerit, delinquet dupliciter, & si in vacuum iurauerit, non iustificabitur, replebitur enim retributione domus illius.* Cumque præuaricatores fidei ad has minarum coruscationes fulguraque conniuendo dissimulauerint, hos diuinæ vltionis indignationisque fulmina contriuerunt, sicut sæpe minando monuerat Deus. Vt cum ita per Prophetam iratus in indignatione sua loquebatur: [q] *Viuo ego (dicit Dominus) quoniam iuramentum quod spreuit, & fœdus quod præuaricatus est, ponam in caput eius, & indicabo eum in præuaricatione qua despexit me?* Quid expe-
B ctat impius à Deo?[r] *qui iurauit in dolo proximo suo? &c.* Qui pacificè loquebatur quidē, sed lingua nō mente, & in iracundia terræ *loquens dolos cogitauit; venenum aspidum sub labiis portans cuius os maledictione plenum, veloces pedes ad effundendum sanguinem.* Propter hæc, en Dei indignantis fulmen in manu.[s] *Contritio & infœlicitas in domo eius, & viam pacis non cognoscet.* En[t] *Volumen volens vnde periuria & delicta perfidiæ patebunt,* & quę latebāt in occulto fraudes & illusiones promissorū, pactorumque fidei vastatrices isto volumine reuelabuntur, vt tandem illusores fidei seuere puniantur. Ideo[u] *Educam illud (inquit dominus Deus exercituum) vt veniat in domum furis, & in domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & consumet eam, & ligna*
C *eius & lapides eius.* Huius seueritatis diuinæque vltionis exempla multa leguntur in persona Saülis, Sedechiæ & aliorum, quod fidem quamuis hostibus datam pactamque temerauerant. Perfidiæ Saülis in Gabaonitas licet infideles vltio diuina [x] pt. Regum c. 21. recensetur: qui contempta fide & iuramento quo se [a] Iosue posterosque Israël erga Gabaonitas obstrinxerat, hos profanos Ethnicosque populos vrbibus suis opibusque spoliauit, eorum plurimos internecione perdendo. Qua perfidia ad iram prouocatus Deus in illius vindictam, terram Israel fame sæuissima trium annorum spatio vehementer oppressit, multosque inediæ & famis atrocitate consumpsit: quo vsque Dauid Saulis successor admonitus à Deo in vltionē periurij tanti septem de stirpe Saulis, vt Gabaonitis pro illata iniuria satisfaceret, suspendi affigique patibulis imperauisset: & hac iustitia dira fames grassari vlterius in popu-
D lo Dei, eumque sua diutius acerbitate vexare torqueteque cessauit. De vltione diuina in Sedechiam regem Iuda propter illius periurium quo Nabuchodonosor regem Babyloniæ fefellerat, violando fœdus cum illo iureiurando confirmatum, ita propheta prædixit Ezechiel: [b] *Tu autem prophane impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita, hæc dicit Dominus Deus, aufer cidarim, tolle coronam. Nonne hæc est quæ humilem subleuauit & sublimem humiliauit.* Scilicet corona impij superbique regis, quæ sublimauit impios, & virtute sapientiaque potentes fraude periurioque depressit, huius perfidi nefandique regis extremam miseriam breui præsagiens addidit: *Iniquitatem, Iniquitatē, Iniquitatem ponam eam.* Scilicet, Sedechiæ coronam: quasi diceret Dominus, subtraham regiam coronam de capite Sedechiæ illū regali dignitate priuabo, propter triplicem eius iniquitatem: primam, aduersum me per

p Eccl 23. v. 13 14 15.
q Ezech. c 17.
r Psal. 14.
Psal. 34.
Psal. 13.
s Psal. 13. v. 9.
t Zachar c. 5.
u Ib. Zach. v. 4.
Vltio diuina in Saul & domum eius & in regnum Israel propter illius regis perfidiam in Gabaonitas.
x 1 Reg. c. 21
a Iosue c. 9.
Vltio diuina in Sedechiam periurum hosti suo Nabuchodonosor.
b Ezech. c. 21

contemptum religionis, secundam contra populum per tyrannidis immanitatem, tertiam contra regem Babyloniorum per fœderum pactorumque cum illo, iuramento firmatorum violationē. Propter quas iniquitates ego illum populumque eius penitus euertam. Nam propter periurium aliaque scelera Sedechias victus superatusqoe à rege Babyloniæ iusto Dei iudicio, dum orbatus imperio sicut oculis in carcere miserè necatur, etiam salutis naufragium fecit, per impœnitentiā animam exhalando: & cum eius calamitate corruit populus consors eius perfidiæ & sectatot iniquitatis, & tanta cum cæde, gladio, direptione, seruitute, exitio, alusq; miseriis deuoratus interiit: vt duobus & quinquaginta annis,[a] *Nullus per Iudæam, nisi vt per desertum transierit.* Huius diuinæ in perfidos vltionis Christianorum scriptorum libri pleni sunt exemplis, quæ propter prolixitatem immensumque numerum velle commemorare permagni laboris esset, quem merito fugimus, & hominis intemperanter abotentis otio & litteris: cum quo plura commemorando recensuerit, eò semper plura reticere cogeretur, vt satius sit de his tacere quam pauca dicere. Quamobrem hac prece apud vos ô principes Christiani regesque Catholici finio.

a Rabi Ioseph apud Genebrardum in chronologia.

b Silius l. 2.

[b] *Neu rumpite fœdera pacis,*
Nec regnis postferte fidem.

n Psal. 75 v. 12

[n] *Venite & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera. Terribili & ei qui aufert spiritum principum. Terribili apud reges terræ.*

CAPVT VII.

De fortitudine principis nunquam à iustitia clementiaque semouenda.

1. *Quid sit fortitudo, quàm necessaria principi ad defensionem reliquarum virtutum pro honore Dei, & salute populorum.*
2. *Eius munera duo, functiones in quibus occupatur tres.*
3. *Quæ commixta semper iustitiæ & clementiæ esse debet.*
4. *A Deo postulanda, vt ex ea princeps feliciorem de hostibus Dei victoriam reportet, & gloriam sibi acquirat & populus.*



PRINCIPEM Christianum omnibus virtutibus decoratum esse oporret, vt maiorem Deo honorem & seruitium conferat, eius Ecclesiæ defensionem & securiorem populo salutem sicut & sibi, prosperitatemque procuret. Sed tamen ex omnibus virtutibus homini Christiano ad vitam æternam requisitis fortitudinem peculiari quadam ratione, & propè iure suo princeps tanquam firmamentum & robur populi sibi vendicare videtur. Quoniam reges ac principes summi ad hoc, diuina ordinatione creati institutique maximè fuisse creduntur: vt populum iudicarent ac regerent, eumque ab omni hostium oppressione tutareotur. Quod satis apertè Israëlitas significasse constat: cum Samueli

Fortitudo ex omnibus virtutibus principi Christiano germana, & propria.

A dicerēt.[a] *Constitue nobis regem, vt iudicet nos, &c.* Post: *Et iudicabit rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.* Et cap. 10. viso Saule creato rege, per Samuelem iussu Dei, ijdem populi huic prophetę dicebant:[b] *Num saluare nos poterit ipse.* Quod hac nisi virtute munitus, iustitiam comitante princeps præstare non potest. Quàm ideo Seneca:[c] *Propugnaculum & inexpugnabile humanæ imbecillitatis munimentum rectè* appellauerat. Quámque iuxta Aristotelis, sanctorum patrum Augustini, D. Thomæ, aliorumque Theologorum doctrinam, idonea ad illius concipiendam naturam descriptione dicere possumus, *moralem virtutem qua animus principis vel alterius hominis erga ea quæ sunt acerba & terribilia, ita componitur rectéque disponitur, vt neque pravè* B *timendo, neque temerè audendo desciscat, propter illa ab officio rationi rectè consentaneo, sed in eo illis superatis se contineat.* Sine qua modicæ admodum aliarum virtutum vires essent ad resistendum diabolo & ministris eius, vt à parte hominum virtutibus corroboratorum gloriosior victoria sisteretur. Nec malè in eius rei confirmationem dictum Antisthenis[d] apud Plutarchum produci potest. *Optandum nempe suis inimicis omnia mundi bona, magnanimitate atque fortitudine excepta.* Hoc enim modo bona hæc quæ ab ignauis & fortitudinis expertibus possidentur, non tam possidentium, quam eorum qui illos superabunt, esse iudicabuntur. Hæc virtus in principe Christiano pro Deo pugnat, pro sancta eius fide, religione,[e] aliisque virtutibus ita dimicat, vt semper gratia Dei, vires ministrante, vincat ac C superet. Hæc enim hominis fortis obfirmat animum ad bona certamina, quæ semper victoriæ de hostibus trophæaque consequuntur. Propterquam rationem dixit sanctus Ambrosius,[f] *Fortitudinem esse virtutem nunquam incomitatam.* A qua veritate Tollius minimè recessit, cum dixit probè à Stoicis:[g] *Fortitudinem definiri, esse virtutem propugnantem pro æquitate:* Quam præclarè Theodoretus huius virtutis necessariam cum aliis virtutibus coniunctionem, vt eis opitularetur, expressit, talibus inter alia Vranium Emensæ Episcopum ad animi fortitudinem contra Eutychianos exhortando:[h] *Aiunt virtutem non solum temperantiam, iustitiam, prudentiam, sed etiam fortitudinem esse, & per hanc illas etiam dirigi. Iustitia enim in bello aduersus iniustitiam in-* D *diget fortitudine: & temperantia auxilium fortitudinis cum vtitur vincit intemperantiam: hac igitur de causa, omnium rerum Deus propheta dixit: Iustus antē meus ex fide viuit, & si subterfugiat, non gaudebit anima mea in ipso. Subterfugere autem pusillanimitatem appellauit. Tuere autem ô charum caput Apostolica dogmata,* (scilicet Christiana fortitudine) *veniet enim iam qui venturus est, & non tardabit, & reddet vnicuique iuxta opera sua, transit enim figura mundi & apparebit veritas rerum.* Et vt indicaret Spiritus sanctus quàm necessaria esset fortitudinis cum aliis virtutibus vnio ad exercendos potenter actus earum, sæpe fortitudinem communi virtutis appellatione solet exprimere. Sapientiæ c. 8.[i] *Sobrietatem & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem, quibus nihil est in vita vtilius hominibus.* Alibi idem Spiritus Dei iudices rectoresque populotum ita monet:[k] *Noli quærere fieri index, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates.* Sicut etiam apud prophanos hac

a 1. Reg. c. 8.

b 1. Reg. c. 10.

Quid fortitudo.

c Senec.

d Arist. l. 2. Ethic c. 7. & l. 3. eth cap 6 & seq

e D Aug. l 83. quæst q 31.

f S Thom 22. q 123 ar 1. & 2

In Christianorum animis sine fortitudine inualida alia virtutes ad defensionem.

d Plutarch. Opusc. de fortitudine Alexand.

Fortitudo semper pro omnibus pugnat virtutibus.

e S. Thom. 2. 2 q. 123 art. 1.

f S. Amb. l. 1. off c. c 35.

g Cicer. l. 1. off.

h Theod ep. 122 ad Vranium Emensæ Episcopū.

Fortitudo sæpe in Scriptura sacra communi nomine virtus appellatur.

i Sapient. c 8.

k Eccl c. 7.

generali nuncupatione vsurpatam fortitudinem fuisse legimus.

a Æneid. 2.

[a] *Dolus an virtus, quisquis in hoste requirat.*

b Cicero 2. Tusculan.

Et Cicero: [b] *appellata est à viro virtus: viri autem propria maximè est fortitudo.* Nimirum propter illam quæ viros maximè decet animi firmitatem atque constantiam, in obsistendo rebus acerbis arduisque reluctando, in quo laus fortitudinis maximè consistit. Illa autem firmitas animi atque constans generositas, nacta potentis regis ac principis animum, mirabiles effectus excitat, arduorum repressiones, in periculorum multorum magnorumque tanquam monstrorum suffocatione & extirpatione exultando triomphans. Officium autem huius fortitudinis in principe præsertim, generaliter vsurpatum in duobus consistere videtur, in omnem videlicet dolorem contemnendo atque ipsammet mortem nihil faciendo dum modo honor Dei virtutisque puritas illæsa conseruetur. Vtrumque munus [c] Cicero his verbis breuissimè complexus est: *Fortitudinis munera duo sunt maxima, mortis dolorisque contemptio.* Paucissimis his omnia ardua, difficilia, terribiliaque designãs, quæ sunt fortitudinis materia, vt [d] S. Ambrosius obseruauit. Secundum quæ variæ fortitudinis exurgunt nascunturque functiones, quæ generali reductione ad tres reuocari possunt. Quarum [e] prima est. Moderatè timere, & cauere pericula, ne ab his temere principes oppressi ab officio suo in quo Deus eos cõstituit, recedãt, vt [f] Aristoteles in genere notauit. Secũda audere & aggredi per moderatã passionẽ audaciæ opus arduũ, vt quod terribile appareat, ipsi propter gloriam Dei salutemque populi sua generositate destruant & exterminent. Tertia sustinere malum iam vrgens, illudque magna generositate constantiaque patiendo destruere. In quo præcipuum fortitudinis officiũ [g] ex Aristotele, [h] & D. Thoma consistit. Eo quod in sustinendo & perferendo mala per repressionem timoris magis ei resistitur, quod est in fortitudine præcipuum. Et quamuis timere & audere in genere naturæ sint motus genere diuersi, tamen in genere moris, vt vterque motus ad resistendum malis præsentibus & periculis ordinatur, ne principem cæterosque ab officio dimoueat, actus eiusdem virtutis, fortitudinis videlicet esse dicuntur: [i] Aristotelis mens est in Ethicis fortitudinẽ in duobus maximè conspici, *nimirum in periculorum susceptione, & in laborum perpessione*: Et Tullius de hac virtute disserẽs, ait: [k] *Omnino fortis animus & magnus duabus rebus maximè cernitur: quarum vna in rerum externarum despicientia ponitur, cum persuasum sit nihil hominem nisi quod honestum decorumque sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere, nullique neque homini, neque perturbationi animi, nec fortunæ succumbere: altera est res, vt, cùm ita sis affectus animo, vt supra dixi, res geras, magnas illas quidem, & maximè vtiles, sed vehementer arduas, plenasque laborum & periculorum, tum causa vitæ, tum multarum aliarum rerum quæ ad vitam pertinent: harũ rerum duarum splendor omnis & amplitudo, addo etiam vtilitatẽ in posteriore, causa autem & ratio efficiens magnos viros est in priore. In eo enim est illud, quod excellentes animos & humana contemnentes facit, id autem ipsum cernitur in duobus, & si solũ id quod honestum sit, bonum iudices, & ab omni animi perturbatione liber sis.* Quam ob rem verè forti & magnanimo iuxta vtriusque philosophi iudicium menteque tria inesse debẽt. Nempe rerum externarum omnium cõtemptio:

1 Part. Fortitudinis duo munera dolorẽ & mortẽ pro Dei virtutis gloria contemnere.

c Cicer. l. 2. Tusculan.

d S. Amb. l. 1. off. c. 39.

Fortitudinis functiones tres.

e 1.

f Aristoteles l. 3. ethicorũ.

2.

3.

g Arist. l. 3. ethic. c. 9.

h D. Thom. 2. 2 q. 123. art. 6.

i Arist. l. 3. ethic.

k Cicer. 1. off.

Tria viro verè forti inesse oportet.

A secundum laborum pro virtute perpessio, tertiũ periculorum arduarumque rerum generosa susceptio. Hac septus corroboratusque virtute princeps verè pius & Catholicus, stat in armis vsque ad mortẽ pro defensione Dei Ecclesiæ, & pro salute sibi crediti populi, & quò grauiores hostiũ impetus maioraque persecutionum animos fidelium tonitrua terrificant, eò fortiùs generosiùsq; princeps fidelis assurgit. Sed hæc principis Catholici fortitudo quò præstãtior, Deoque ad maius meritum præmiumque gratior existat, à iustitia, clementiaque nunquam separari debet. Pro societate iustitiæ cum illa dicebat Cicero. [l] *Ea animi elatio quæ cernitur in periculis & laboribus, si iustitia vacat, pugnatque non pro salute communi, sed pro suis commodis in vitio est. Itaque probè definitur à*

B *Stoicis fortitudo, cum eã virtutem esse dicunt, propugnatricem pro æquitate.* Quibus postea testimoniũ Platonis annectens ita persequitur. *Præclarum igitur* [m] *Platonis illud: Non solum* (inquit) *scientia quæ est remota à iustitia, calliditas potius quam sapientia est appellanda, verum etiam animus paratus ad periculum si sua cupiditate non vtilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habet, quam fortitudinis*: Idem fuit [n] Aristotelis iudicium, cui sancti [o] patres doctoresque suffragãtur. Vnde scelerati gladiatores, aliique audacissimi impiorum exercituũ ductores, qui contra iustitiam, pietatem, aliasque virtutes crudelissimè dimicarunt, non generosi, non magnanimi, non fortes strenuique duces, sed furiosi audaci rabie æstuantes, insaniaque frementes iudicati sunt. Quales fuerunt illi gladiatores immanissimi, [p] Spartacus, Viriatus qui toties Romanos exercitus collatis signis furiosè supera-

C runt. Qualis fuit ipse Sextus Põpeius, Magni filius, factus piratarum princeps, quos spatio trium mensium antea pater tam gloriosè vtiliterque pro rep. Rom. superauerat. De quo Lucanus ita.

[q] *Sextus erat magno proles indigna parente,*
Qui mox Scyllæis exul grassatus in vndis,
Polluit æquoreos Siculus pyrata triumphos.

Sed nec ipsa principis Christiani fortitudo, clementia, mansuetudineque separari vlla ratione potest, hac enim sublata princeps nõ fortis atque generosus, sed potius crudelis immanisque vocabitur. Debet quippe Catholicus princeps, Dei, cuius viuam circumfert imaginẽ geritque vices, clementiam semper æmulari, qui, [r] *cum irascitur perpetuo misericordiæ recordatur.* Cuius fortitudinis benè clementia sociatæ, vis est præcipua atque laus, si seipsum princeps aliorũ victorem vincat,

D parcendo victis atque miserando. Hæc enim nobilissima & gloriosissima victoria iudicio sapientis habetur: [s] *Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo, expugnatore vrbium.* Cui veritati subscribens [t] vnus de septuaginta sacrorum veteris testamenti librorum interpretibus roganti sciscitãtique regi Ptolemæo, quid esset in regibus difficillimũ respondit: *seipsum vincere.* Cuius veritatis insistens vestigiis [u] Plato dicebat, *primam & optimam esse victoriam, vt seipsum quis vincat.* Quã victoriam in Iulio Cæsare miris Cicero laudibus extulit: vt cum dixit post multa huius præconia victoriæ: [x] *Et cæteros quidem omnes victores bellorum ciuilium iam ante æquitate & misericordia viceras, hodierno vero die te ipsum vicisti.* Et paulò pòst: [y] *Ipsam victoriam vicisse videris, cum ea ipsa quæ illa erat adepta, victis remisisti; Nam cum ipsius victoriæ conditione iure omnes victi occidissemus, tuæ clementiæ iudicio conseruati sumus.*

3 Part. Fortitudo principis Christiani semper iustitia clementiaque socianda.

l Cicer. l. 1. off.

m Plato in Menone.

n Arist. l. 3. ethic. c. 6. 7. 8. & 9.

o D. Thom. 2. 2 q. 123. art. 6.

p Plutarch. in vita Crassi. Appianus. Sabell. l. 9. Ennead. 5.

q Lucanus.

Principis fortitudo cum clementia debet coniungi.

r Habac. c. 3. Fortitudinis vis præcipua seipsum vincere, aliis victis miserando.

s Prouerb. 16.

t Aristeas de 72. interpret.

u Plato l. 4. de legibus.

x Cicer. orat. pro Marco Marcello.

y Ibid.

a Plutarch in Alexand.

b S. Isidor. in Soliloq.

Huius victoriæ qua se ipsum princeps aliis parcendo vincit præconia prosequendo[a] Plutarchus in Alexandro sublimauit, cum illius militari virtuti humanitatem & fortitudini clementiã mansuetudinemque coniunctam fuisse dixit. *Quanta enim hæc tua virtus* (vt cum S.[b] Isidoro loquar) *O princeps si non lædas à quo læsus es? Quanta fortitudo, si læsus remittas? quanta gloria, si cui potuisti nocere, parcas?* Quanta denique victoria (vt de meo aliquid addam) si tu victor cum sis triumphatorque magnificus victorum calamitati compatiens, tuæ clementiæ armis voluntarie succumbas?

4. Pars.

Hæc fortitudo duabus illis comitata virtutibus, virtute supernaturali & gratia Spiritus sancti corroborata à Deo qui solus dat postulãda.

c Psal. 23.

Descriptio diuinæ fortitudinis à quo omnium principũ virtus & fortitudo deriuatur.

d Iob c. 9. e Iob 12. f Iob. 9.

At illa principum regumque Catholicorum fortitudo talibus comitata virtutibus, vt pottentius beatiúsque diaboli eiusque ministrorum arma conterat, B spiritualiumque nequitiarum vires elidat, non simplicibus naturæ arbitrijque liberi telis munienda est, sed supernaturalibus diuinæ potentiæ gratiæque propugnaculis subsidiisque corroboranda. Quã nullus princeps, nullus Imperator, rex, atque monarcha nisi à solo Deo patre luminum gratiarumque naturæ terminos superantium cõsequi possunt, qui est[c] Solus, *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio*, à cuius immẽsissimo vastissimoque virtutis infinitæ omnisque fortitudinis oceano, vniuersa principum fortium regumque vis, robur & armatura profluens, omnibus scelerũ phalangibus dæmoniorumque copiis terrorem exitiumque profundit. Qui est ipse Dominus Sabaoth.[d] *Sapiens corde, & fortis robore, apud quem est sapiẽtia & fortitudo, cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem.* C De cuius immensa fortitudine & omnipotenti virtute regius propheta mira dicens, maiora meditans, maxima stupendo miratus:[g] *Omnia*, inquit, *quæcumque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis*: Quem sic loquentem Ieremias introduxit:[h] *Ego feci terram, & homines & iumenta, quæ sunt super faciem terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento: & dedi eam ei, qui placuit in oculis meis.* Ad vos loquitur, principes mundi, diuina hęc æternaque fortitudo omnipotentię munita præsidiis, ne *confidatis in homine*, humanis nempe viribus, *neue ponatis carnẽ brachiũ vestrum* scilicet fortitudinem vestram in robore carnei corporis,[i] *Ne dicas in corde tuo: fortitudo mea & robur manus meæ hæc mihi omnia præstiterunt, sed recorderis Domini Dei tui, quod ipse vires tibi præbuerit, vt impleret pactum suum.* D Quod pepigit vobiscum si iudicia eius seruaueritis, & mandata eius custodieritis, vt illius virtute, vestra sic fortitudo imperiique vestri corroborata subsistat. Per quam omnes impiorum exercitus ad nihilum breui dimicatione redigatis, victoresque tandem cum Dauide ipsi Domino forti & omnipotenti Deo immensas gratiarum actiones ore, corde & opere immortaliter agatis.[k] *Deus qui præcinxit me virtute, & posuit immaculatam viam meam: qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuens: qui docet manus meas ad prælium, & posuit vt arcum æreum brachia mea.* Quid amplius ad victoriam princeps Catholicus optabit? nisi vt in se prophetæ sapientissimum votum desideriumque compleatur?[l] *Pone me iuxta te & cuiusuis manus pugnet contra me.* Hac Dei fortitudine dono Spiritus sancti princeps Christianus armatus non inaniter temereque gestiens, sed in Christo for-

g Psal. 134.

h Ierem. c. 27

i Deuter. c. 8.

Exhortatio ad principes terræ, vt à Deo fortitudinẽ petant, & per ea data ipsi Deo gratiarum actiones agant.

k Psal. 17.

l Iob. c. 17.

A titudine iustorum veraciter exultans, confidẽter cum regio propheta clamabit.[m] *Persequar inimicos meos & non conuertar donec deficiant.* Audite principis fidelis in Deo suo confidentiam: *confringam illos nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos.* Quam victoriam sola Dei sui gratia princeps expectat, pro qua alibi sic orat:[n] *Iudica Domine nocentes me, expugna expugnantes me, apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi.* Per hanc siquidem fortitudinem Dei & gratiam ea potestate[o] præditus est homo (aiebat Nicetas Choniates:) multoque magis si rex sit ac princeps cuius cor in manu Dei, eiusque virtute principali confirmatur; *Vt dæmonibus eorumque ministris insultare, seque ex illorum laqueis expedire possit*, si modo B Dei præceptis obsequi pergat, eiusque mandatis obtemperet. Quem ideo diabolus eiusque ministri non audent præstolari, sed ad eius aspectum, illis terribilem, fremunt & expauescunt: vt in exhortatione sua ad martyrium Arcadio viro Hispano illustrissimo, in quem Genserici tyranni Africanam Ecclesiam oppressione crudelissima deuastantis, atrocitas persecutionis immanissimę desæuiebat[p] Antoninus Constanciensis in Africa Episcopus insinuabat. Quia timet diabolus eiusq; satellites nequitiæ, non vires à solo libero profectas arbitrio, quas humana natura largitur, sed supernaturalia gratiæ diuinæ subsidia, quæ his arbitrij viribus adiuncta principis pij animum inexpugnabilem efficiunt, eumque victorem de tenebrarum harum scelerumque principibus generosè fabricantur, vt his verbis contra Pelagianos C D. Augustinus verissimè comprobauit:[q] *Fateatur* (Pelagianus scilicet) *quando contra tentationes concupiscentiasque illicitas dimicamus, quamuis illic propriam habeamus voluntatem, non tamen ex illa, sed ex adiutorio Dei nostram prouenire victoriã*, sic enim Apostolus,[r] *Omnia se posse gloriabatur in eo qui illum confortabat*, causa fuit cur ita S. Innocentius pp. ad patres Concilij Carthaginẽsis scribendum sibi esse iudicauit:[s] *Nisi magnis precibus gratia Dei in nos implorata descendat, ne quicquam terrenæ labis & terreni corporis vincere conamur errores, cum pares nos ad resistendum non liberum arbitrium, sed Dei solum possit facere auxilium.* Qui principibus bonis contra hostes suos generosè certãtibus aspectu gratiæ & misericordiæ suæ affulgens, nouas vires auxiliaque ad vincendos hostes noua sufficit, vt illis maiora post victorias præmia largiatur. In hunc finem, D *Spectat Deus agones suorum qui magnorum est retributor munerum*, aiebat[t] Hormisda, Papa sanctissimus. *Nam quis non frangeretur malis nisi eum ex aduersis præmia consolarentur: Spes illa est quæ non sinit in desperationem deficere: siquidem excludit amaritudinem passionum, dulci sapore virtutum. Quis magnifaciat præsentia, sciens æstimare ventura? quis dispendia vitæ renuat, si quæ sunt recipienda considerat?* Quæ pios fortesque principes manent in terra & in cœlo, quod diuina armati fortitudine contra bestias infernales, dæmones scilicet, monstra vitiorum, quibus diaboli tenebrarum principis exercitus conflatus, strenuè dimicantes pro muro Dei, de illis gloriosam victoriam triumphumque retulerint. Quam gloriam majorisque coronam meriti propter hanc de se partam victoriam, principibus generositate Christiana præstantibus, eorumque populis

m Psal. 17.

n Psal 34.

o Nicetas Chon. lib. 4. thesauri fidei orthodoxæ contra hæresim 136

Prouerb.

Ad aspectum principis, Dei fortitudine armati, diabolus & eius ministri fremunt ac trepidant.

p Epist. Antonini ad Arcadium virum illustriss. Hispanum.

q S. Aug. epi. 106.

r Philipp. 4.

s Epist. S. Innocent. 9. ad Concilium Carthag.

t Hormisdæ epist. ad Episcopos, Diacon. & Archimandritas secundæ Syriæ.

duces ſuos ad certamina contra hoſtes Dei ſecutis exhibere diuina miſericordia diabolus iraſcitur vehementer, dentibus ſuis fremit & tabeſcit: vt propterea ſæpius à tentationum ſuarum contra principes illos ac populos rabie furoreque feriari velit, ne ſit illis maioris præmij gloriæque leges, vt his præclarè S. [a]Chryſoſtomus expreſſit: [illegible Greek] *Diabolus enim animaduerterit ſe nihil proficere* (nempe tentando) *in poſterum deſiſtit: metuens ne maiorum nobis author ſit coronarum.* Scribit Plinius in capite Draconis qui naſcitur circa partes Babylonis & Indiæ, lapidem precioſum Draconitidem nomine procreari, qui nunquam in fulgorem rutilum micantemque dureſcit, niſi de capite Draconis viuentis adhuc extrahatur, vt Rhenanus hūc Plinij locum in expoſitione Tertuliani de habitu muliebri citans obſeruauit. Idcirco huius precioſi lapilli in hac flammea fulgētique pulcritudine venatores, indagatoreſque appetētes & auidi, dormientis ſomnoque ſepulti Draconis caput amputare conantur. Hoc vt aſſequantur antiquus author [d] Sotachus apud Plinium loco citato memoriæ prodidit, eos vehi bigis qui eum quærunt, viſoque dracone ſpargere ſoporifera medicamenta, quibus inebriato ſoporiſque capto vehementia draconi caput præcidere. Hunc draconem furioſum quis diabolum eſſe neſcit, ſpiritalis Babylonis habitatorem, confuſionis nempe & perturbationis corruptarum animarum, vitiorum confectarum turpitudine? Qui proprerea Babylonis rex [e] à ſancto Gregorio nominatur hunc Ieremiæ locum exponente. [f] *Occidit rex Babylonis filios Sedechia in oculis eius & omnes nobiles Iuda, &c.* Sæpiuſque videmus in Scripturis ſacris diabolum hoc vocabulo Draconis appellari, vt Pſal. 90. [g] *Conculcabis Leonem & Draconem*, & Pſal. 103. [h] *Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei, &c.* Quēdū contra eius exercitus & copias, vitia ſcilicet, iniquitates & ſcelera religioſe fortiterque pugnando vincunt principes Chriſtiani cum ſuis populis, huius diuinæ robore viribuſque fortitudinis amputantes ei caput crucis dominicæ verbique diuini, per obſeruationem mandatorum Dei euaginato gladio, hunc proculdubio precioſiſſimum fulgentiſſimumque gloriæ diuinæ lapidem Deo miſerante largienteque conſequentur. Quem merito de capite Draconis huius infernalis extrahere dicuntur; quod victo illo eiuſque capite, quod eſt dira vitiorum ſcelerumque facies & exercitus, amputato, talis gloriæ ſempiternæ lapillus precioſiſſimus, cæleſtium gaudiorum radiis coruſcans his diaboli eiuſque copiarum victoribus triumphatoribuſque comparetur. En vertex gloriæ, quò vos ô Chriſtiani principes, cum populis veſtris piè religioſeque à vobis informatis, veſtræ fortitudinis diuinis adiutæ & illuſtratæ chariſmatis, merita perducunt.

a S. Chryſoſt apud Stobæū ſeu Antoniū ſerm. 104. de de neglectib. & inertibus
b Plin l. 37. c. 10.
Draconitides lapis precioſus.
c Rhenan. in Tertull. l. de habitu muliebri c. 6.
d Sotachus
Diabolus Draco Babylonicus
e S. Greg l. 7 Moral c. 16
f Ierem. 39. v. 6
g Pſal. 90.
h Pſal. 103

CAPVT VIII.

Commendatur virtus & ars militaris principis Chriſtiani in bello iuſtè gerendo, & non ſine iuſta cauſa ſuſcipiendo.

1. *Ars militaris & virtus principis Chriſtiani quam ſit in illo neceſſaria.*

2. *Bellum, res funeſta ac miſera, calamitates innumeras ærumnaſque cauſatur niſi piè iuſtéque geratur.*

3. *Quam nefarij illi principes & infelices, iniuſtum bellum ſuſcipere audentes.*



Cvm imperatoriam maieſtatem, vt egregiè Iuſtinianus Magnus [a] omnibus notum fieri voluit, *armis decoratam & legibus oportent eſſe munitam: vt vtrumque tempus & bellorum & pacis rectè poſſit ab ea gubernari.* Ita profectò ſe res habet ſupremi virturem principis non minus belli quam pacis tempore deſiderari, vt ſicut per legitimos tramites calumniantiū iniquitates expellit, ita in hoſtilibus præliis, pro pietate iuſtitiaq; ſuſceptis victor exiſtat. Qua virtute corroboratus, *nec acie vinci in bello, nec pecunia corrumpi poteſt in pace* (vt Marcus [c] Curius Samnitum legatis, auri argentique copias offerentibus ſibi, reſponderat.) [d] *Fietque hoc modo tam iuris religioſiſſimus, quam victis hoſtibus triumphator magnificus.* Cuius laus ſemper ab arte militari bene adminiſtrata, vtpotè religioni publicæ ſeculari ſalutari vehementer, maxima fuit. In cuius artis laudibus excurrens, impetu ſuauiter fluentis eloquentiæ Tullius aiebat: [e] *Rei militaris virtus præſtat cæteris omnibus: hæc nomen populo Romano, hæc huic vrbi æternam gloriam peperit: hæc orbem terrarum parere huic imperio coegit: omnes vrbanæ res, omnia hæc præclara noſtra ſtudia, & hæc forenſis laus, & induſtria, latent in tutela ac præſidio bellicæ virtutis: ſimulatque increpuit ſuſpicio, tumultus, artes illico noſtræ conticeſcunt. Quod ſi ita eſt: cedet opinor forum caſtris, otium militia, ſtylus gladio, vmbra ſoli: ſit denique in ciuitate ea prima res, propter quam ipſa eſt ciuitas omnium princeps.* Sed nec ſolum ethnici ſcriptores, rerumque politicarum directores, præcipuis virturem militarem honoribus affecerunt. Sed & ſanctiſſimi doctores Chriſtianæ religionis, atque etiam ſapientiſſimi ſacrarū paginarum ſcriptores, per quos locutus eſt Deus, Prophetæ, Apoſtoli, Euangeliſtæ eloquiorum diuinorum prædicatione decorarunt. Quam vero principes pij hac virtute militari præſtantes Dei populo Eccleſiæque neceſſarij ſint, apparet ex minis illis quas Deus populo ſuo ingrato, ſuorum nimium beneficiorum oblito, facit: [f] *Auferam fortem & virum bellatorem, iudicem & prophetam:* quorū loco *effœminati dominabūtur eis, & corruet populus, &c.* Duæ ſunt artes quibus optimè reſpublica vtroq; tēpore belli paciſq; regitur, quibus inſigni-

a Proœmio inſtit
Principis virtus in bello ſicut in pace valde neceſſaria.
b Ibid.
c Valer. Max. lib 4. cap.
d Ibid. ſupra in proœm. inſtitut.
Artis militaris laus & vtilitas à principe bene tractata.
e Cice. orat. pro Murœna.
Princeps religioſus fortis & bellator quàm populo Dei ſit neceſſarius.
f Eſaiæ c. 3.
Duæ artes reip. omni tempore rectè moderantur.

tus princeps, cæteris præstare debet. De quibus Theon Sophista, Δύο (inquit) χρόνοι πάντα διαιροῦσι τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, λέγω δὲ πόλεμον καὶ εἰρήνην. [a] *Duo tempora continent omnia hominum negotia, dico sanè bellum & pacem.* Cui sententiæ conformis hæc Isocratis: πόλεμος καὶ εἰρήνη μεγίστην ἔχει δύναμιν ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων, *Bellum & pax maximam vim habent in vita hominum.* De quibus artibus omni tempore rempublicam imperiumque rectè administrantibus, Latinus Poeta loquebatur, cùm ita cum filio Ænea Anchisem sermocinantem repræsentabat.

a Theon Sophista in suis progymnasmatibus.
b Isocrates.
c Æneid. 6.

> [c] *Tu regere imperio populos Romane memento,*
> *Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,*
> *Parcere subiectis & debellare superbos.*

His artibus principem instructissimum esse oportet, vt vtroque tempore pacis & belli creditos sibi populos sapienter fortiterque gubernare possit.

Difficilis inuentu princeps in vtroque tempore belli & pacis æque excellens.
d Plin. in paneg.

At quam arduum & difficile sit talem inuenire principem, qui par sit in vtroque genere virtutis, vtrumque tempus prudenter ac generosè moderantis, Plinius his verbis aperuit. [d] *Enituit aliquis in bello, sed obsolevit in pace: alium toga, sed non & arma honestarunt, reuerentiam ille terrore, alius amorem humanitate captauit. Postremo nemo vnquam extitit, cuius virtutes non aliquo vitiorum confinio læderentur. At duci nostro* (de Traiano loquens) *quanta concordia, quantusque concentus omnium laudum, omnisq; gloria cõtigit, vt nihil seueritati eius hilaritate, nihil grauitati simplicitate, nihil dignitati humanitate detraheretur.* Talis dux & princeps opus est populis quos omni tẽpore bene regendo suauiterque consoletur. De quo dici verè meritoque possit illud Ciceronis ad Quintum fratrem. [e] *Non itineribus suis perterreri homines, non sumptu exhauriri, non aduentu commoueri: esse quocumque venerit, & publicè & priuatim maximam lætitiam: cum vrbs custodem non tyrannum: domus hospitem non expilatorem recepisse videatur.* Pro quo, si talem Deus dederit, populus fidelis antiquorum instar Christianorum precibus à Christo Domino charitate feruidis sine fine contendere debebit, [f] *Vitam prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, populum probum, prouinciam quietam.* Hunc igitur principem sibi à Deo dari pro salute regni & Ecclesiæ pace Christiani populi postulabunt qui sit non modo νομοθέτης, qui leges salutares sciat condere, atque tueri, sed etiam πολεμικὸς bellator ac belligerator in sanctitate & iustitia, qualem optabat principem, [f] Iulius Pollux quem instituit. Rectè quidem in sanctitate & iustitia, vt semper cum extraneis iustè dimicando, propriarum sit passionum domitor, ne in bellum nunquam à maximis calamitatibos publicis priuatisque liberum, temerè ac effrænatè prorumpat.

e Cicero ad Quintũ fratrem.
Votum populi fidelis pro rege suo pio & forti.
f Tertull. in Apologet.
f Iullius Pollux in instit.

Etenim cum ex [g] Philonis sententia, *triplex belli sit genus, vnum externum quod infert obscuritas, ignobilitas, & quod est simile, & quod ab hominibus inuicem largitur: cuius effectus & finis est bonorum spoliatio, & cædes hominum: alterum est bellum internum: sed corporale, quod à morbis, læsionibus, mutilationibus, aliisque pestibus innumeris quibus humanum corpus oppugnatur. Tertium bellum est item internum, sed animæ quæ à prauis affectibus, ab erroribus, à stultitia, iniustitia, similiumque tyrannorum insultibus grauissimè impetitur, atque vexatur.*

2. Pars. *Honesta res & lamentabilis belligerare sine causa iusta atque pia.*
g Philo in lib. *Quis rerum diuinarum sit hæres.*
Triplex belli genus.

Ex quibus primum est illud de quo præcipue hic agitur, nunquam à tertio semotum, quod scelera vitæque deprauationes, bellum illud ciuile dissidiumque inter homines miserè causentur, propterea bellum illud Dei flagellum non siue ratione vocatur. Siue enim eos qui aliis bellorum furore miserias intentant, siue eos quos vexari à potentioribus permittit Deus, consideremus, vna omnium iniquitas causari bella videbitur. Quis alius ad bella motus principes communiter, quam auaritiæ, quam iræ aut vindictæ cupiditatis, quam denique ambitionis incendit? potentes improbi alienorum aperta grassatione raptores. [h] *Arma in omnes habent, acerrima tamen in eos quibus victis spolia maxima sunt.* Quam vere [i] Tacitus, *illis maximum discrimen penes quos aurum & opes,* hæcq; præcipuas bellorum causas dixit esse! quoties ipso facto verum illud agnouimus.

Primum bellũ communiter à tertio proficiscitur.
Omnia bella a diuino & passiuè propter vitia.
Auaritia, vindicta, cupiditas & ambitio iniquorum bellorum matres.
h Sallust. in fragm. auaritia.
i Tacit. l. 4. hist.

> [k] *Rupere fœdus, impius lucri furor & ira præceps.*

k Seneca in Hyppolit.

Rectè ita: & vindictæ cupiditas? Hoc enim confirmant illa præclara sancti [l] Augustini contra Faustum Manichæum theoremata: *Nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, implacatus & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi; & si qua sunt similia, hæc sunt quæ in bellis iure culpantur.* Iam vero ambitio quantus fomes ad iniqua bella! quis enim doctorum & sapientum lectione & experientia non didicit, principibus regibusque seculi huius quamplurimis. [m] *Vnam & eam veterem causam bellandi fuisse, profundam cupidinem imperij, sicut diuitiarum?* loquatur ethnicus senator: [n] *Libidinem dominandi, causam belli habent, & maximam gloriam, in maximo imperio putant, nec mirum:* [o] *Idenim in magnis animis ingeniisque plerumque contingit.* Qui sibi licere putant: [p] *Ex omni occasione quærere triumphum.* Quibus

l D. Aug l. 22. contra Faustum c. 74. tu. 7.
Can. quid culpatur 23. q. 1.
m Sallust. in fragm.
n Sallust. in Catil.
o Cicero l. 1. offic.
p Plin. in paneg.
Iuuenal. Satyr. 10.

> *Bellorum exuuia truncis affixa trophæis*
> *Lorica, & fracta de casside buccula pendens*
> *Humanis maiora bonis creduntur.*

Heu quantas in populo humanaque societate libido, vanæ fumosæque gloriæ per bella parturit iniquitates, calamitatesque generat!

Propter funestissimas scilicet tragedias extremasque desolationes, quæ bella præsertim iniqua sequuntur.

Ex quibus apparet quam iniqui sint reges principesque, & quam infelices qui sine conscientia & ratione iniusta bella suscipere non perhorrescunt. Nihili facientes cædes, cruores, internecio nes hominum, vastationes vrbium, depopulationes agrorum, sacrorum omnium profanationes, dum modo illud, ad quod insana prouocat ambitio passionisque furor, assequantur. Immanium illud Gothorum delirium approbantes, *bellicam nempe fortitudinem non posse cum virtute doctrinaque subsistere.* Qui propterea murmurando tumultuandoque Amalesunthæ reginæ Theodorici regis viduæ insultabant irati, quod pupillum regem suum Athalaricum Theodorici filium, regni hæredem, senibus doctrina, sapientia, virtuteque celebribus erudiendum traderet. Optãtes illum imperitum, bonisq; destitutum moribus, vt more barbarico ferocius

3. Pars. *Quam iniqui & miseri principes iniustum bellum aggredientes.*

audaciúsq; regnaret: hoc sibi falsitatis deliriũ animis affingentes, vt de educatione regis pupilli Athalarici scribit[a] Procopius, litteras, doctrinam, virtutem, rectas seniorum instructiones, longo interuallo à fortitudine & magnanimitate abesse, ex iisque illum regem puerum nondum ex ephebis egressum effœminari potius & ad timiditatem traduci, quam ad generositatem patris Theodorici litterarum bonæque instructionis penitus ignari prouocari. Qui tamen in sua ferina barbaraque corruptione tot triumphos de hostibus retulerit: tot vrbes regionesque sibi armorum impetu subiugauerit. Hanc iniquam crudelemque bellandi præliandique insanorum principum cupiditatem[b] Homerus execrando dicebat.

a Procopius l. 1. de bello Gothico.

b Homeri Iliad. 8.

Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος
Ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος.
Inhumanus, impius, & ferus est ille
Qui bellum cupit in populo detestabile.

Vt nefandi sic miseri monstrorũ bellorũ susceptores cadere pugna merito solent.

Et quia tales impij crudeles atque nefandi iudicandi sunt, sic quoque miseri, diuina eos vbique maledictione persequente & conatus omnes impios ferinosque vindicando peruertente. Vt enim magna ad victoriam via est iustitia belli, sic contra ad ruinam, interitum, funestosque bellantium exitus iniustitia. Quod ipsi scriptores ethnici sola rationis humanæ luce fulgentes non ignorarunt: [c] *Euentus belli velut æquus iudex, vnde ius stabat, ei victoriam dedit.*

c Liuius l. 21.

[d] *Οὐδεὶς στρατεύσας ἄδικα σῶς ἦλθεν πάλιν*
Ius ista gerens bella, saluus non redit.

d Euripid. Erecht.

Rectè[e] Propertius.

e Propertius l. 4. eleg. 6.

Frangit & attollit vires in milite causa:
Quæ nisi iusta subest, excutit arma pudor.

Spes victoriæ iustis causis adhæret iuxta illud Lucani.

[f] *Causa iubet superos melior sperare secundos.*

f Lucanus l. 7.

g Ibid.

Sicut contra:[g] *Hæc acies victum factura nocentem est*: Quod euenit sæpissimè Deo misericorditer pro iustitia pugnante. Quam miserum funestumque sub talibus populorum rectoribus iniquis viuere! qui cum sibi creditos subditos suis iniustitiis, iniquè susceptis prælijs, bellisque, bonis, libertate, tranquillitate, vita denique spoliatos omni humanitatis abiecto sensu cruentauerint, suæ tandem impietatis crudelitatisque fecem bibunt: qua ad extremam miseriã innumeris comitatam malis inebriantur. Hoc nimium verè dictum.[h] *Boni malique in republica nihil est, quod in aduersum traduci nequeat moribus præsidentium.*[i] *Tot rei, tot damnati ab illis cũ iniqui sunt, tãta sublatis legibus iudicijsque expilatio, direptioque sociorum, vt imbecillitate aliorum nõ virtute nostra valeamus.* O miseri quia nimis iniqui![k] *Qui in similitudinem immanium bestiarum, non rexerunt traditos sibi, sed deuorarunt, nec spolijs tantum hominum, sed laceratione & sanguine pascebantur.* Vt sui seculi magnus ille Episcoporum magister Saluianus de impiis populi rectoribus, à quibus tot in imperium Romanum mala redundarunt, expostulando lamentabatur. Multa proferuntur à profanis, vt[l] Plutarcho, scriptoribus exempla funestissimorum belli exituum, iniquitate ipsorum ducum, qui iniqua, contempto iustitiæ cultu, inire bella nefario ausu voluerunt.[m] *Cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur.* Sicut apud[n] *veros Dei cultores, etiã illa bella peccata non sunt, quæ non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, vt mali*

h Aurel. Vict. in Traiano.
i Cicer l. 3. offic.
k Saluil. 5. de gubern. Dei.
l Plutarch in Nicia 531. D. 530 seth.
m S Aug. ep. 5
n S. Aug. l. de verbis Dom.

A *arceantur, & boni subleuentur.* Quo iustitiæ æquitatisque studio feruentibus, ad bella principibus, maximæ sæpenumero Deus felicitatis exitus indulget: sic contra miseros in eorum principum vitam fortunasque, casus, euentusque lugubres contorquet. Quibus iniusta cupiditas ambitionis auaritiæ, vindictæ, alteriusque corruptionis ad impia bella animos incendit. Cuius rei fidem Franci afflictionibus attriti fecere.[o] Cum Recaredum Gothorum regem in Hispania recens in Ecclesiæ S. Apostolicæ, Catholicæ & Romanæ sinum gremiumque conuersum iniusto bello irritantes, sceleribusque pluribus se contaminantes, huic principi victoriæ ansam contra se porrexere, victique ab eo patua mi-

o Isidor in chronico Gothorum agẽs de Recaredo.

B litum manu stipato in maximas angustias ærumnasque corruêre: victoria parta de illis in Gallia Narbonensi ab illis Gothis Catholica fide recenter illustratis. Qua accepta clade Guntheranus lugens & mærens coram suis, exercitus sui, sexaginta ferè armatorum millibus coonflati ruinam, iniquitati causæ, sacrilegus aliusque militum flagitiis acceptam referens, in conspectu Episcoporum quator & magnatum regni, in has voces lamentationis & luctus erupit.[p] *Qualiter nos hoc tempore victoriam obtinere possumus, qui ea quæ patres nostri consecuti sunt, non custodimus? illi enim Ecclesias ædificantes, in Deum spem omnem ponentes, martyres honorantes, sacerdotes venerantes, victorias obtinuerunt, gentesque aduersas, diuino opitulante adiutorio, in ense & palma sæpius subC diderunt, nos vero non solum Deum non metuimus, verum etiam sacra eius vastamus. Non enim potest obtineri victoria vbi talia perpetrantur. Ideo manus nostræ sunt inualidæ, ensis hebescit, nec clypeus nos (vt erat solitus) defendit ac protegit.* Horum Francorum patres propter similem iniustitiæ causam pro Arianis Gothis contra Romanos in Italia pugnantes victos superatosque fuisse,[q] Agathias Græcus historicus auctor est. Eodem tempore Romanus exercitus quinquaginta hominum millibus constans in Perside à tribus Persarum millibus fugatus, victus ac trucidatus est: pruriente Romanorum iniquitate bellandi, atque vlciscente Deo, vt ab omnibus iactabatur,[r] inquit Agathias, innocentem sanguinem regis Gothorũ Christiani maxime pij per Romani duces exercitus fraude necati. Qui alienis non abstinet proprias facultates amittet, & qui per iniusta bella grassationesque apertas alienis inhiat posses-

Res bellica infelicem sortiũtur exitũ propter iniustitiã & sacrilegia exemplo Francorum.

p S. Greg. Turon. l. 8. c. 30. hist accom. ad nostros.

Franci victi à Gothis ad fidẽ conuersis propter eorum corruptionem & iniustitiã belli

Franci cõtra iniustam pugnãtes in Italia victi à Romanis.

q Agathias l. 2. hist. an. 553.

r Agath. ibid.

D sionibus, propriarum vastatione mulctabitur, vt Adrianus 2. Carolo Caluo dicebat qui per vetitum nefas, regnum Lotharij fratris defuncti, tyrannica vsurpatione nequiter inuaserat, fratremque Ludouicum Germaniæ regem in regni partem fratris asciuerat, hunc ita inter cætera exhortando:[s] *noli iustissimis competentibusque tibi rebus iniuste captas tyrannicè sociare, ne & iustè possessas amittas, & iniustè peruasas iusto Dei iudicio te ambiisse pœniteat*: Audiant reges ac principes mundi hanc ad Theodoricum & Theodobertũ Francorũ reges S. Gregorij exhortationẽ.[t] *Summum in regibus bonum est iustitiam colere, ac sua cuique iura seruare; ergo summum malum iustitiæ limites trãsgredi, & quod iure non licet, tyrãnicè vendicare.* Addaor & ipsi aliam hanc S. doctoris ad Brunichildem reginã admonitionem:[u] *Si vultis nihil iniustè perdere summopere studete de iniustitia nihil habere*, rationem paulo pòst adiungens:[x] *Cum scriptum sit*

Qui alienis nõ abstinet proprias facultates amittet.

s Epi. Adrian. 2. ad Carolum Caluum.

t S Grego l. 4 epist. 100.

u S Greg l 9. epist 50.
x Prou. c. 14. v. 34.

a Virgil. pr. Georg.

a Non vllus aratro
Dignus honos, squallent abductis arua colonis.

Et ab occidendo sic verè dicitur: quid enim frequentius in bello quam cædes, quam cruor, quam hominum trucidatio?

b Lucanus lib. 2.

b Stat cruor in templis, multaque rubentia cæde, Lubrica saxa madent: nulli sua profuit ætas.

Quam sanguinis effusionem ardoremque trucidandi in bello alius poëta his breuiter expressit.

c Silius Italicus li. 1.

c Notum quid cæde calentibus armis Quantamtera liceat, motusque quid audeat ensis.

Denique à damno dictum Martem verè Græci iudicarût, hoc generali damni nomine, tanquam ltio circo, omnia calamitatum vitiorumque genera concludentes.

d Senec. in Hippol.

d Tum scelera, dempto fine, per cunctas domos Iere: nullum caruit exemplo nefas.

Tanta mala sine causa maxima planeque necessaria, periclitari, & ex occasione causari, quantum nefas? Quam illud miserum sic *e aureo hamo piscari: f tot simul parta, & sperata decora, vnius horæ fortuna euertere?* Et in timidi venatione leporis generosum sonipedemque equum in dubiis vitæ periculis valde domino necessariû perdere? quibus diligenter inspectis consideratisque iustissimè, g S. Augustinos bellum etiam detestâdum esse clamauit, præsertim Catholico religiosoque principi, qui suis insonante auribus lege Dei intelligit, *h se alieno sanguini tanquam suo debere parcere, scitque homini non esse hom ne prodigè vtendum.* Vnde laudem maximam Augustum sibi peperisse i Suetonius in eius vita scripsit: *Quod nulli genti sine iustis & necessarys causis bellum intulerit.* Atque vtinam omnes Christianæ sanctitatis ditionisque principes hunc æquitatis mansuetudinisque affectum induerent, *k vt sine cupiditate, sine impotentia quieti pacificique, l nec temere bella prouocarent, nec tum iusta ratione timerent.* Quod illis longe beatius sit futurum: *m Quam suas alienasque fortunas spe metuque versare.* Petusque omnia tentanda, vt in pace viuatur, quàm ad bellum quamuis iustum se necessario compellant & accingant: *n In quo aut perire necesse sit, aut quod æque apud bonos miserum est alios occidere.* Quo affectu pietatis & humanitatis incensus, Philippus, cognomento propter victorias de suis hostibus reportatas, Augustus, Francorum Rex, facinus admodum memorabile & heroicum, immortali dignum laude peregit: cum coronam sceptrumque regni sui cedere alijs se digniori-bus paratus optauit, vt bellum si hac ratione posset vitaretur, paxque pro regni gloria, Gallicæque gentis honore firmata splendesceret, tale factum sic annales Franciæ commemorant: *Dum hæc apud hostes geruntur* (scilicet Imperatorem Othonem & comitem Flandriæ Ferdinandum) *Rex qui ex suis proceribus quosdam suspectos haberet, lignearm sublimem aram inspectante exercitu excitari iussit, detractamque capite suo auream coronam aræ illi imposuit, & conuersus ad proceres: Date* (inquit) *hoc regium insigne ei si quis adest, quem Philippo digniorem existimare potestis. Lubens enim illi parebo, dum modo Francici nominis dignitatem hodie tueamur. Quibus auditis conclamant omnes: viuat Philippus & æternum viuat: nos illi fidem fortemque in prælio operam pollicemur.* Inde memorabilis victoria de imperatore & comite Flandriæ reportata, illius principis inclinantis se

e Sueton. in Augusto c. 25.
f Liuius l. 30.
g S. August. li. 19 de ciuit. Dei.
h Senec. Epist. 89.
i Sueton. in August. c. 20.
k Tacitus de moribus Germanorum.
l Plin. in Panegyr.
m Tacitus de moribus Germanorum.
n Tacitus l. 1. histor.
Philippi Augusti factum egregium pro vitando bello & pace componenda.
Messonii annal. l. 3. in Philippo Augusto ex Ricordano historico qui Ludouico 9 & Philippo 3. regibus vixit, qui hoc in rescribens annalibus retulit.

A ad pacem, & non nisi vrgente necessitate ad prælium properantis affectum secuta est.

At cùm est bellum iustum & necessario pro causa iusta subeundum, Deus principibus bene in conscientia compositis, & cum virtute militari prudentia, iustitiaq; pugnantibus misericorditer affulget, eorumq, sic pugnando meritis præmia trophæaque magnificè largitur. Istorum enim principum in Deo suo confidentium *o cogitationes roborantur consilys, & gubernaculis tractantur bella.* Inde victoriæ: teste illa eiusdem Salomonis in prouerbiis sententia, *p vir sapiens fortis: & vir doctus robustus & validus. Quia cum dispositione initur bellum, & erit salus vbi multa consilia sunt.* Quod per vmbrâ moralis prudentiæ Cyrus Persarum rex agnoscens, dicebat apud Xenophon-

B tem: *q Prælia multo magis decernuntur animi quam corporis viribus.* A quo acroamate illud minimè Euripidis alienum: *r Prudentem virum bene gubernare domos, bene regere ciuitates, in bello quoque plurimum valere: sapiens enim consilium multas vincit manus vincit.* Sed neque arma fotis, neque consilium domi, satis virium habent ad victoriam, nisi maximi principis animo fiducia, in Dei misericordia auxilioque firmiter adhæreat. Qua eum Propheta regio confidenter exclamet: *s Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo? Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo?* quanta constantiæ, magnanimitatisque firmitas. *Si consistant aduersum me castra non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium in hoc ego sperabo.* A quo corroboratur ad bellum, vt inde victoria nascatur. Pro quo Dauid gratias Deo singulares egit: *t Benedictus* (inquit) *Deus meus, qui docet*

C *manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum: u posuit tanquam arcum æreum brachia mea. x Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me:* & paulò post: *& præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me subtus me, & inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdidisti.* Hac in Dei misericordia fixa confirmatus & animatus fiducia, egregius strenuusque bellator Bonifacius Africæ comes vicit hostes Mauortium & Gallionem, contra eum cum exercitu missos iniustè, iussu Imperatoris Valentiniani 3. perfidè y à Felice magistro equitum, & ab z Ætio duce decepti mendacio, fraudeque circumuenti, detestabili calumnia ipsi principi suggerentibus, hunc Bonifacium optimum ac religiosissimum ducem, rebellionem contra Imperium meditari ac satagere, vt totam Lybiam ab Imperio Romano subductam suæ dominationi subiugaret. In has igitur angustias Bonifacius vitæque discrimina, quò se magis

D coniectum esse videret, cò maiori confidentia in Dei auxilio sublimatus, ad vota precesque Deo fundendas accorrens D. Augustinom Episcopum familiaremque suum sic, vt pro se Deum oraret, per has litteras obtestabatur. *a Graue nobis est bellum, inimici muro nostra pectora pulsat. Deo funde preces vt soles: tua sit nobis comes oratio: Rauca buccina, terrifica tuba, puto quod & sydera terreant. Hostium clamor immanis adest, sed his non terremur. Nonimus enim ista non hodie: Ergo venerande Christi Sacerdos, pete Deum, vt iacula in hostes dirigat nostra, ac seipsi trucident mutua cæde.* Quibus lectis eius generosi ducis constantiam, fiduciamq; in Dei misericordia miratus, S. Augustinus eum ad eandem fiou-

o Pars. Deus affulget iuste prudenter & fortiter pugnantibus in se sperantibus.
o Prouerb. 20.
p Prouerb. 24.
q Xenoph. l. 1 Cyrop.
r Euripid.
Fiducia principum in Deo magna vis ad victoriam.
s Psal. 26.
t Psalm. 17 v. 141.
u Psal. 17 v. 35.
x Ibid Psal. 17. v. 40.
Fiducia in Deo Bonifacij comitis Africæ vicit hostes.
y Prosper in chron. anno. 470.
z In miscella hist. Paulo Diacono attributa l. 14.
a Apud D. August. in app. pend. c Past. 12.

ciam pietatemque in Deum ardentiori charitatis zelo prouocauit his verbis: [a] *Grani de pugna conquerie, dubites nolo, vtile tibi tuisque dabo consiliũ: arripe arma: oratio aures pulset auctoris: quia quando pugnatur, Deus apertis calis prospectat: & parti quam aspiris iustam, dat palmã.* Quod fuisse verum cõprobauit euentus. Nam ducibus Mauortio & Galbione qui aduersus eum in Africam cũ exercitu venerant, proditione Sinocis extinctis, potitus victoria, Deo hanc acceptam referens, iterum ad D. Augustinum ita rescripsit. [b] *Manus superba Deo iuuante cecidit: quæ ante paululum audax gladium crecta portabat, multi ex aduersis ceciderunt, de nostris Christo iuuante nullus est vulneratus, ora igitur venerabilis Papa, vt talis de inimicis vltio semper præcedat.* Cui victoriæ congratulando D. Augustinus in lecto decumbens morbo grauiter afflictus, rursus eum per has litteras monet, vt semper suum iactet cogitatum in Domino, inque eius auxilio misericordiaque omnem suam spem fiduciamq; nihil de proprijs viribus præsumens, toto vitæ tempore collocet. [c] *Lecto me vacare nobilitatem tuam latere non credo, vltimumque diem mihi excepto venire. Gaudeo tua victoriæ. Ciuitatem, quæso, serua Romanam: tuos vt bonus reges comes. Nihil de viribus proprijs præsumas. De auctore gloriare virtutum, & nullum curabis penitus inimicum, vale.* Hac in Dei misericordia auxilioque collocata fiducia cõfirmatus Iustinianus senior, omnia fausta prosperaque quocumque tempore belli pacisue gesta, ab ipsius adiutorio gratiaque in se imperiumque Romanum deriuata profluxisse profitebatur: *Deo auctore nostrum gubernante imperium, quod nobis à cælesti maiestate traditum est, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & statum Reipub. sustentamus, & ita nostros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium, vt neq; armis confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio, sed omnem spem ad solam referamus summæ prouidentiam Trinitatis.* Et quoniam felix belli iusti exitus in manu Dei, illum per Sacerdotes eius, quorum consilia in bellis agendis sequebantur semper principes, in veteri testamento consulere solebant. In cuius rei signum erant olim [d] belli tubæ in Sacerdotum manibus, quibus significabatur absque eorum consilio, Deoque per eos consulto, bella non esse mouenda & arma sumẽda. Illod erat videlicet, quod admonebat [e] Ieremias Propheta, *bellum esse sanctificandum*, id est legitimè decernendum, auspicandum, feliciterque adiutore Deo prosequendum.

a S. Aug. ep. 13. in appendice.

Deus iusta causa dat victoriam.

b Inter epist. D. August in appendice epist. 14.

c S. August. epist. 15 in appendice.

Iustiniani ad Tribonianum de conceptione digestorum rescriptum, & professio de Dei adiutorio à quo omnia imperij prospera.

Olim in vetere lege bellum iustum, non nisi sacerdotum consilio mouebatur.

d Numer. c. 10 Hierem. c. 6.

e Ierem. c. 6. vers. 4 *Sanctificate super eam* (scil. Sion) *bellum.*

Bellum autem tria iustum efficiunt, summi nempe principis auctoritas, iusta causa, & recta intentio; quorum si quod desit in bello, iniustum esse necesse est. Primum nempe supremi principis auctoritatem, omnino necessarium esse docet S. Augustinus dicens: [f] *Ordo naturalis mortalium paci accommodatus, hoc poscit, vt suscipiendi belli auctoritas atque consilium, penes principem sit: non enim pertinet ad personam priuatam bellum mouere* [g] (inquit D. Thomas) *quia potest ius suum in iudicio superioris prosequi. Nec ad eamdem priuatam personam pertinet conuocare, & in cuneos turmasque populorum multitudinem cogere, quod in bellis fieri necesse est, sed ad supremum regem aut principem, qui persona publica est, cui conseruanda Reipub. salus incumbit.* Quam sicut legitimè materiali gladio cõtra interiores quidẽ perturbatores defendit, dum in delinquentes nocentesq; legũ seueritate, pœnisq; à lege decretis animaduertit: [h] *Propter quod non sine causa princeps gladium portat, minister enim Dei est vindex in iram ei qui male agit.* Ita eiam ait D. Tho. ibi, *gladio bellico ad eos principes nempe pertinet Rempubl. tueri ab exterioribus*, quibus ideo Deus per Prophetam regium imperando clamat. [i] *Eripite pauperem & egenum, de manu peccatoris liberate.* Quæ facere priuato sine auctoritate publica à principe in omnes magistratus iustitiæque ministros deriuata, omnino non licet: Hinc illa Platonis lex. [k] *Ἐὰν δέ τις ἰδίᾳ πρός τινας εἰρήνην ἢ πόλεμον ἄνευ τοῦ κοινοῦ ποιῆται, ἔστω ζημία. Si quis priuatim sine publico scito, pacem bellumue fecerit, capitalis esto.* Secundo ad iustum bellum causa iusta desideratur, vt scilicet, *illi qui impugnantur*, (ait [l] D. Thomas) *propter aliquam culpam, impugnationem mereãtur.* Propter quod dixit [m] D. Augustinus: *Iusta bella solent definiri, quæ vlciscuntur iniurias, si gens vel ciuitas plectenda est, quæ vel vindicare neglexerit, quod à suis improbè factum est: vel reddere quod per iniuriã ablatum est.* Tertium quod iusti belli confectionem ingreditur, [n] *est recta bellantis intentio, qua princeps intendit maximè, vel vt bonũ promoueatur, vel vt malũ vitetur. Propterea* (inquit [o] August.) *apud veros Dei cultores etiam illa bella peccata non sunt, quæ non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, vt mali coerceantur, & boni subleuentur.* Cui illud Tullij maximè conforme: [p] *Ita bellum suscipiatur, vt nihil aliud quam pax quæsita videatur.* Cui & aliud Sallustij adiungi rectè potest: [q] *Sapientes pacis causa bellum gerunt, & laborem spe otij sustentant.* Quod si quis obiciat bellum iustũ dari non posse; eo quod, omne bellum paci contrarium sit, quæ virtus est, & virtuti aliquid opponere quod sit iustũ, omnino rationi repugnet: huic obiectioni duplici respõsione satisfaciemus: prima, dicẽdo pacem non esse propriè virtutem; sed potius virtutis omnium reginæ charitatis opus: vt docet [r] D. Thomas, iuxta regij vatis illud: [s] *pax multa diligentibus legem tuam.* Secunda asserendo, bonam pacem malo & iniusto bello esse contrariam; non bono & iusto, sed huius belli pacem esse scopum & finem, cum hoc iustũ bellum suscipiatur, vt pace bona fruamur: *Non enim pax quæritur* (inquit [t] S. August.) *vt bellum exerceatur: sed bellum gerimus vt pax acquiratur.* Qui propterea Bonifaciũ comitem monendo ita concludit: *Esto ergo etiam bellando pacificus: vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas.*

3. Puct. Tria ad iustũ bellum requiruntur.

1. Auctoritas summi principis.

f D. Aug. l. 22 contra Faust c. 74.

g D Tho 2. 2 q. 40 art. 1 in corp.

h Rom. cap. 13

i Psal. 34. v. 10

k Plato l. 12. de legibus.

2. Iusta causa requiritur ad bellum iustum

l D Tho loco supra citato.

m D Aug. l. 83. q. 10. to. 4.

3 Ad iustum bellum necessarium recta bellantis intentio.

n D. Tho. ibi supra.

o S. Aug. l. de verbis D. serm 19 can apud veros. 23. qu. 1.

p Cic. 1. offic.

q Sallust ad Cæsarem.

Obiectio non dari iustum bellum.

Responsio obiectionis duplex.

1. Pax propriè non est virtus sed regina virtutum charitatis opus.

r S. Tho. 2. 2 q. 29. art. 3.

s Psalm 118

t S. Aug. ep. 207 ad Bonifacium comitem Africæ.

2. Responsio. Ibid. S. Aug. & can. noli 23. q. 1.

CAPVT X.

Quæ causæ iusti belli, ad duo genera reuocatæ, defensionem & aggressionem.

1. *Defensio propria & aliena salutis licet priuata, bellum susceptum iustificat.*
2. *Defensio publica regni seu patriæ & religionis vera iusta belli causa.*
3. *Iusta bellandi causa ex parte inuasionis, & aggressionis, quæ.*

SED sciendum est multa ad iustitiam causæ bellandi concurrere, quæ generali conceptu ad duo reuocari possunt, defensionem scilicet, & aggressionem seu inuasionem in hostes. Pro legitima defensione licet opprimentes nos, nostros, alienosque vexatos iniustè via belli cum alia non succurrat, adoriri; sic vt hæc defensio iusta, sit propria & aliena: Propria sui ipsius, aliena, priuata, vel publica, & publica quidem, vel est ciuilis pro salute patriæ, vel sacra pro defensione religionis & Ecclesiæ. Ac propriæ quidem personæ quo ad bona salutemque corporis, & animæ defensionem, ipsa natura docet: *A qua* [a] *enim animantium generi tributum est vt se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea quæ sibi nocitura videantur.* [b] *Est enim hæc non scripta, sed nata est, quam non didicimus, legimus, accepimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. Vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela, aut latronum, aut inimicorum incidisset: omnis honesta ratio esset expediendæ salutis: silent enim leges inter arma, nec se expectari iubent, cum ei qui expectare velit, ante iniusta pœna luenda sit, quam iusta repetenda.* Hac sui defensione tam iusta bellum suscipere prælioque cum hoste contendere quis iniustum esse dicet? [c] *Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus & feris natura ipsa præscripsit, vt omnem semper vim quacunque ope possent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent.*

Defensio duplex, sua & aliena, hæc multiplex.

propriam sui defensionem natura docet.

a 1. offic. Cicero.

b Cicero pro Milone.

c Ibid pro Milone.

At iusta alienæ salutis defensio, siue priuata, siue publica belli causam iustificat, priuata est pro parentibus & amicis, aliisq; iniustè à nocentibus ac violenter oppressis: [d] *Cum parentes nostros armis tegimus.* Nec pati licet amicos & socios, sicut affines & cognatos iniquorum iniuriis telisque torqueri. [e] *Oportet inimicum possis, pro se ipsis arma capere, siue pro cognatis & beneficiis, item que socijs iniuria affectis auxiliari.* Iisque non succurrere cum possis ò princeps! non te à graui iniustitiæ labe vindicares. [f] *Qui enim non defendit, nec obsistit, si potest iniuriæ, tam est in vitio, quam si parentes, aut patriam, aut socios deserat.* Sed defensio publica tantò iustior, ac potior priuata, quantò præstāt publica priuatis. [g] vt S. Ambros. de obitu fratris Satyri scripsit. Quæ autem ciuilis est, aut sacra; de ciuili primum dico, quæ pro patriæ; regni, reique publicæ salute suscipitur. Quam tantæ iustitiæ & æquitatis, tantæ pietatis ac meriti etiam prophani rerum publicarum rectores fuisse iudicarunt. [h] *Vt omnibus, qui patriam conseruarint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cœlo ac definitum locum crediderint, vbi beati æuo sempiterno fruantur.* Addētes hęc quę certè vera sunt; *nihil esse illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terra fiat acceptius, quàm concilia cœtusque hominum iure sociatos, quæ ciuitates appellantur: quarum rectores & conseruatores hinc profecti, huc, id est in cœlum reuertuntur.* Quod quidem sibi pro vero persuadens Tullius dixit alibi: [i] *claræ vero mortes pro patria appetita non solum gloriosa, sed etiam beata visa sunt.*

Causa iusta alienæ salutis defensio duplex.

d Salust in Catil.

e Aust rhetor. ad Alex.

f Cicero pr. off.

2. Pars Defensio publica duplex, ciuilis, & sacra.

g S. Ambros. de obitu fratris orat.

h Cicero in somno Scipionis in fragm.

i Primo Tuscul.

Hanc magnitudinem fortitudinemque quam princeps exercet in liberanda republica, ab inimicorum oppressionibus, illiusque hostes belli certaminibus arcendo & refrænando S. Ambrosius maximè laudat & exaltat: [k] *Fortitudo* (inquit) *quæ per bella tuetur à barbaris patriam, vel defendit infirmos, vel à latronibus socios plena iustitiæ est.* Aliam iustam constituo defensionem publicam à ciuili secretam, distinctamque, quam ratione materiæ circa quam versatur, sacram appello: quod circa res sacras, diuinas & Ecclesiasticas, vtpote fidem, religionem, Ecclesiamq; Catholicam, Apostolicam & Romanam protegendas, ab omni hostium furore vindicandas occupatur. Vnde religionis S. Catholicæ fideiq; Christianæ defensionem, & hæresum aliarumq; cōtra Dei Ecclesiam sanctissimam, impietatum extirpationem, iustas bellandi causas efficere, à purissima Christi sponsa matre nostra, monstrante spiritu S. docemur & erudimur. Vt qui pro defensione religionis Catholicæ Ecclesiæque sanctæ contra impios Dei hostes dimicando fortiter in acie vita ceciderint, eos non dubitanter beatos esse credamus. Sic enim spiritu S. gratia principali, sanctorum patrum cœtui præsidente in concilio Lateranensi Alexander 3. locutus est. [l] *Nos de misericordia Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi, fidelibus Christianis, qui contra hæreticos arma susceperint, & ad Episcoporū, seu aliorum prælatorum consilium ad eos decertando expugnandos properauerint, biennium de pœnitentia iniuncta relaxamus, aut si longiorem ibi moram habuerint, episcoporum discretioni, quibus huius rei causa fuerit iniuncta committimus: vt ad eorum arbitrium, secundum modum laboris, maior eis indulgentia tribuatur.* [m] *Qui autem in vera pœnitentia ibi discesserint, & peccatorum indulgentiam, & fructum mercedis æternæ se non dubitent percepturos.*

k S. Ambros. l. 1. offic.

Sacra defensio pro fide, religione Christiana, & Ecclesia Cathol. Apost. & Romana.

l Concil Lateran 3 sub Alexandro 3. part. 1 cap 27

Mortui in bello pro Ecclesiæ defensione beati sunt in æternùm.

m Can ab illo 14 q 4.

[n] Carolus M. iustā belli causam suscepisse laudatur contra Auares seu Hunnos & Saxones iterum rebellantes, & in Catholica fide præuaricantes, vt eos ad fidē verè conuerteret, quod per Dei gratiā victis illis barbaris feliciter obegit. Et pro defensione Ecclesię Dei grauiter in Oriente à Sarracenis diuexatæ, [o] Vrbanus II. in concilio Claromontano expeditionem bellumque sacrum in terram sanctam contra hos detestabiles Christiani nominis inimicos, Deo interius mouente, monenteque decreuit & indixit. Cuius belli ob religionis defensionem suscepti, causa non potuit non iustissima videri: cum illam Christo Domino gratissimā & accep-

n Caroli M. iusta belli causa pro religione Cathol contra Hunnos & Saxones.

o Vrbanus 2. bellum sacrū indixit in cōcilio Claromontano anno 1095.

Petrus Eremita per visum à Christo admonetur, vt contra infideles religionis hostes Christiani ad bellum proficiscantur.

a Guillelmus Tyrius de bello sacro lib. 1. c. 11. 12.

b S. Aug. l. 22. contra Faustum cap. 75.

tissimam fuisse, visio manifesta & miraculosa A Petro Eremitæ Ambianensi facta significauerit. Qua per visum Christus Dominus saluator mūdi hunc Petrum eremi cultorem, in sacrosancto resurrectionis templo Hierosolymis orantem, suæ diuinæ voluntatis admonuit, vt Christiani contra impios Sarracenos Turcasque nefandos Christianæ religionis hostes armarētur, sicut fusè copiosèque [a] Goillelmus Tyrius Archiepiscopus libro primo de bello sacro descripsit. Hoc bellum quod monente iubenteque Christo pro causa tam legitima sanctaque suscipitor, quis iniquum esse dicet? talia dicente & asseueranter affirmante D. Augustino. [b] *Bellum quod gerendum Deo auctore suscipitur, rectè suscipi dubitari fas non est, vel ad terrendam, vel ad coercendam, vel ad subiugandam mortalium superbiam: quando ne illud* B *quidem quod humana cupiditate geritur, non solum incorruptibili Deo, sed nec sanctis eius obesse aliquid potest. Quibus potius ad exercendam patientiam, & ad humiliandam animam ferendamque paternam disciplinam etiam prodesse inuenitur.* Neque habet in eos quisquam vllam potestatem, nisi cui data fuerit desuper, &c. Erroremq; maximum S. doctor esse docet, hanc animis persuasionem affingere, nullum hominum castris & armis assuetum, gratum esse Deo. Sic enim ad Bonifacium Africę comitem insignem pietate virū, & armorum virture præstantem scribebat. [c] *Noli existimare neminem Deo placere posse, qui armis bellicis militat: in his erat sanctus Dauid, cui Dominus tam magnum testimonium perhibuit: in his etiam plurimi huius temporis iusti erant: in his erat, & ille centurio, qui domino dixit: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, &c.*

c D August. epist. 205 ad Bonifacium comitem Africæ.

C

Veritas hæc de iosta bellandi causa, pro rerum sacrarum religionisque diuinæ protectione tuitioneq;, innumeris ferè sacrę paginæ testimoniis corroborata clarescit. Plenæ namque sanctæ litteræ fortium illustriumque virtute bellica ducū, & principum historiis, qui contra paganos infideles, aliosque perditos diuinæ religionis perduelles, pro muro Dei, pro Ecclesia, pro lege, eiusque diuino cultu, victricia, gloriosaque prælia præliantes, iustissimi atque religiosissimi iudicati sunt. Illorum bella iustissima, [d] Philo Iodæus oominando prædicauit: Coi suffragando similia dixit [e] Origenes, & vtriosque probauit sententiam doctor melior [f] S. Ambrosius, iustissimam belli causam Moysis, Iosue, Gedeonis, & aliorū probatę fidei ducum ac principum contra pertinaces infidelium populorum insanias describens, simol & illorum bona certamina victoriis nobilitata, commemorans. Hæc breuiter de iusta bellandi causa respectu defensionis propriæ & alienæ, alienæ inquam priuatæ & publicæ, & publicæ quidem ciuilis & sacræ dicta sunto.

d Philo Iud. in fine li. 1. de vita Moysis.

e Orig. Homil. 26. in Iosue cap. 11.

f S. Ambros. l. 1. off. cap 19

5. Pars. *Iustitia causa belli respectu inuasionis.*

Est pręterea iusta causa bellandi ex parte legitimæ inuasionis aggressionisque iustæ, vt nempe iustitia stimulante & prouocante, ad pugnas & saga fortiter eos, ex conscientia prælus princeps A adoriaris, qui raptis retentisque alienis, legum dulcedini, iustitiæque ponderi voluntariè succumbere deprecantur. Hæc enim spiritus sancti vox & sententia per os Nicolai primi Romani Pontificis in epistola ad Galliæ Episcopos edita. [g] *Præfato fratri nostro filiisque Treuirensis Ecclesiæ, illiusque defensoribus, hæc in mandatis damus, vt spiritualis simul & materiali gladio, tandiu malignos illos fautores insequantur, quousque eum integritate possessiones, vel quæcunque res Ecclesiastica, hoc facto, vel quocumque pacto distracta seu direpta sunt, reuocentur.* Et cum puritate conscientiæ, & intentionis, ab impiis sublata deprędataq; Ecclesiæ bona bello repetentes, si moriantur in armis, in æternum felices cœlesti gloria potituros, idem summus Pontifex scripturæ sacræ fultus oraculis, hæc constanter asserendo coofirmat. [h] *Omnium vestrum nosse volumus charitatem, quoniam quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc bello certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi cælestia minimè negabuntur.* Atque vt omnes intelligant iustitiam necessitatemque causæ bellandi pro Ecclesiæ religionisqoe defensione, restituendisque bonis illi violenter ablatis, idem sanctissimus pater, omni tempore bellandum esse declarat, nulla habita sanctorum dierum festorumq; ratione, si res vrgeat. Vt Ecclesiæ sanctæ bona restaurentur, eius dignitas salusque Christiani populi conseruetur, religionisq; splendor augeatur. Sic enim io epistola responsiua ad Bulgarorum consulta pontifex ait: [i] *Si nulla vrget necessitas, non solum quadragesimali tempore; sed etiam omni tempore est prælijs abstinendum. Si autem ineuitabilis vrget importunitas, nec quadragesimali tempore, pro defensione tam sua, quam patriæ, seu legum* C *paternarum, est bellorum præparationi procul dubio parendum: ne videlicet Deum videatur homo tentare, si habet quod faciat, & sua ac aliorum saluti consulere non procurat, & sancta religionis detrimenta non præcauet:* Hæ belligerandi causæ pro ablatorum repetitione, quam iustæ sunt, ipsa paganorum facta declarāt. [k] Nam apud Q. Curtium Alexander M. hanc iustam contra Persas caosam bellandi prætexuit: quod grauissimas ab illis illatas inflictasque Græcis iniurias vlcisci, atque legitima vindicta vellet ęxpiare, suam sic ad Persarom legatos orationem concludens: *repello igitur bellum non infero.* Hæ pręcipue bellandi iustæ causæ, quæ quamuis Deo gratæ, multum ponderis habeant ad victoriam; tamē nisi adsit sincera militantis principis intentio, & puritas disciplinæ militaris, qua compescantur inordinata, & militum vitia refręnentur, omnia pessum ibunt, & irato Deo quæ profutura sperabantur, omnia D ruinæ interituique funesto permiscebunt. Vt iam principi Christiano atque religioso quo talibus medeatur ærumnis, de placando Deo, belli tempore, salutarem disciplinæ militaris obseruantiam virtutemqoe fideliter amplectendo cogitandom sit, nobisque merito de ea breuissimè clarissiméque dicendum esse videatur.

g Nicolaus I. Epist ad Galliæ Episc can. quin etiam 23 qu 6.

h Nicolaus I. epist ad exercitum Francorum can. omnium scis 23. qu. 5. *Morientes in bello iusto pro religione in æternum beantur.*

i Can. nulla 23 q 8. *Omni tempore bellandum vbi vrget necessitas defendendo religionis Dei & reip. secularis Christiano.*

k Curtius l. 4. de vita Alexandri.

Conclusio. Bona bellantis intentio, & disciplina militaris bene seruata, omnino necessaria, vt bellum iustum, Deo placens felicem exitum habeat.

CAPVT XI.

Cum propter peccata principum & populorum bella immittantur à Deo, piis eum principes placare operibus & precibus conabuntur, vt sanctè fœliciterque, cum Dei hostibus, Ecclesiæ, regnique pugnent.

1. *Omnia vitia, à quorum putrefactione bella nascuntur, ad quinque generalia reuocantur.*
2. *Contra quæ quibus virtutum armis se munire debent principes, vt de miseriis publicis & priuatis, sicut de hostibus iniquis Deo sibi bene propitio triumphent.*
3. *Laus magna principis inter armorum strepitus ea quæ Dei sunt curare, vnde victoria plena.*

Omnia bella in peccatorum publicorum vltionem excitata à Deo.



FLAGELLA Dei quibus publicas hominum societates cętusque Deus contetere solet, qualia sunt pestis, fames, bella, generalesque alij morbi grassantes in populo non nisi à peccatis principum populorumque communibus atque publicis exundare sæpius supra notauimus. Vt nunc dubitare minime debeamus, propter vitia flagitiaque in medio populorum impunè bacchantia, respublicas, regnaque vltore Deo bellorum atrocitati subiugari. Quæ diutius societates humanas cætusque populorum iusto Dei iudicio torquebũt, si vitia eorum furere perseuerẽt: diuina verò miseratione citius extinguentur, si homines tam principes quam populi peccare desinant. Vtrumque promissis, minisque Dei verum esse constat: [a] multa quippe bona, benedictiones, altamq; pacem Iudæis Deus se daturum copiosa largitate spopondit: *si in præceptis suis ambulare voluerint. At contra* (inquit) *si ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque contra vos aduersus incedam, & percutiam vos septies propter peccata vestra, inducamque super vos gladium vltorem fœderis mei.* Quibus populis sic auersis à Deo, sic Dei mancipatis indignationi, quid debilius, quid indignius, quid calamitosius? Cum enim verum illud: *Si Deus pro nobis quis contra nos?* Profectò, & illud ex aduerso: *Si Deus contra nos quis pro nobis?* Sic tunc non modo orbis terrarum: sed & cœlum manesque profundi, contra insensatos à Deo relictos, ipsique factos hostes seuerissimè pugnabunt. Vt non sine iustissima ratione reconciliati Deo ne semper miserè lugeamus, cum vitiis sceleribusq; generosè fortiterque pugnare debeamus. Quæ si Prophetæ Amos oraculis animum diligenter [b] intendamus, ad quinque capitalia generaliaque flagitia reuocari posse cognoscemus. Quorum primum est nimia securitas, & negligentia no-

a Leuit. c. 26.

Populo à Deo reprobato nihil miserius.

Omnia vitia quæ bella de ventre suo excitant, ad quinque generalia reuocantur.

b Ex Amos Propheta c. 6

1. Negligentia salutis, & nimia securitas

Tom. II.

A stra, qua non in Deo nostro, sed in propriis viribus, multitudine armorum, magno equitatu, pedestribus copiis, fortibus præsidiis, munitionibusque confidimus. Sed hac nos securitate miseri, primo tentationis flatu fluctuque congressus hostilis obruendi! Quid ad hæc Propheta? [c] *Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum, ingredientes pompaticè domum Israel.* Libido carnis, animam deuorans, luxusque superbus & effrenis regna, resque publicas destruens, locum inter hæc vitia secundum occupat, qui in conuiuiorum magnificorum superborumque immẽsis apparatorum sumptibus in exquisito vestimentorum splendore atque valore, in immanium ædificiorum extructione, & in fœda omnium carnalium voluptatum colluuie consistit. [d] *Qui dormitis in lectis eburneis & lasciuitis in stratis vestris, &c.* & cap. 5. maledictio oppressionem pauperum huic iunctã

in propriis viribus.

c Amos cap 6

2. Vitiũ libido carnis infamis luxusq; superbus effrenus, & immoderatus.

d Amos cap. 6

B lasciuiæ luxuiq; superbo sequitur: [e] *Idcirco, quod diripiebatis & prædam electam tollebatis ab eo: domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum: Quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra, hostes iusti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta: Ecce enim suscitabo super vos domus Israel, dicit Dominus Deus exercituum, gentem & conterent vos ab introitu Emath vsque ad torrentem deserti.* Tertio loco Propheta iniustitiam, auaritia crudelitateque horridam fœdatamque notat: [f] *Quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructus iustitiæ in absinthium, qui lætamini in nihilo &c.* Et cap. 5. [g] *Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abominati sunt &c.* Hinc nocendi proximo

e Amos cap 5

3. Iniustitia auaritia crudelitateque fœdata.

f Amos cap 6

g Amos cap. 5

C cupiditas & ardor, vlciscendi crudelitas, implacabilitas animi, rebellandi feritas, dominandi libido, & insatiabilis imperij diuitiarumque sitis cupidoque nascuntur.

Post hęc scelera venit ordine quartum vitium summa, affectus immitis durities, & immisericordia, cuius callo peccator obductus in corde nulla miserorum afflictorumque commiseratione tangitur, atque haud secus quàm dura silex aut marpesia cautes in animo mouetur. Contra quos omni humanitatis misericordięque sensu destitutos Propheta clamat: [h] *Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur super contritionem Ioseph. Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium, & auferetur factio lasciuientium.* Et quoniã in vitiis sceleribusq; abyssus iniquitatis, abyssum maioris improbitatis inuocare solet, & vt S. Hieronymus ait: [i] *Pro ordine*

4. Immanitas & immisericordia.

h Amos cap. 6

D *membrorum est ordo vitiorũ, & venter æstuans mero citò despumat in libidinem.* Post quatuor recensita scelerum enormium secum multa alia trahentiũ genera, quinto loco reliquorum atrocissimum nefandissimũq; peccatum impietatem in Deum scil. diuini cultus horrorem, odiumque sanctissimæ religionis propheta commemorat. Propter quod horribile detestandumque scelus: [k] *Iurauit Dominus Deus in anima sua, dixitque Dominus exercituum. Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus. Quod si reliqui fuerint decem viri in domo vna, & ipsi morientur, & tollet eum propinquus suus & comburet eum, vt efferat ossa de domo, & dicet ei qui in penetralibus domus est. Nũquid adhuc penes te est, & respondebit, finis est. Et dicet ei, tace, & non re-*

i D. Hieron. epist. ad Oceanum.

5. Impietas in Deum & diuini cultus odium.

k Amos cap. 6

R iij

corderis nominis Domini. Hęc sunt scelera propter quæ Deus indignatus conterit terras, vastat vrbes, populatur agros, regiones euertit, Respublicas exterminat, regna confundit, cæteraque humanæ societatis subsidia, bellorum incendio flagrantia consumit, & à radicibus euellit.

2. Pars. *Contra hæc vitia quibus virtutū armis se munire debent principes, vt de miseria publicis, & priuatis, sicut de hostibus Deo sibi bene propitio triumphent.*

Quæ malorum extrema principes à salute sua, à populi vita, à sui capite principatus auertere minimè valebunt, nisi cum populis clamantes ad Dominum, per recta pœnitentiæ salutaris itinera, in sanctissimæ matris Ecclesiæ sinum bonarum actionum merito reuertantur. Quod enim misericorditer in veteri testamento fecit Deus, maiori cum misericordia abundantiùs in nouo facturus est. Iudæis pœnitentibus Propheta Regius misericordiam Dei talibus verbis affulsisse commemorat: [a] *Vidit cum tribularentur, & exaudiuit orationem eorum, & memor fuit testamenti sui: & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ: & dedit eos in misericordias, in conspectu omnium qui ceperant eos.* Psalm. 106. [b] *Clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos: & eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula eorum disrupit.* Nunquid post mortem Gedeonis in terra promissa Iudæis Philistæorum, Ammonitarumque armato furore vehementer afflictis, & in sua afflictione Domino supplicantibus respondit Deus? [c] *Toties clamastis ad me, & erui vos de manibus inimicorum, tamen vos reliquistis me, & coluistis Deos alienos. Idcirco non liberabo vos amplius: ite, & inuocate Deos quos elegistis, ipsi vos liberent in tempore angustiæ.* Nihilominus præ multitudine misericordiæ suæ non fecit illis mala quæ minatus est: quia minas Dei sicut promissa semper conditiones iustæ comitantur, sed pœnitentibus auxilia salutaria præbuit, eorum calamitatibus compatiendo, eosque strenua [d] Iephte ducis fortitudine magnificè liberando. Itaque dum causa bellandi instat necessaria, vt omne malum, quod secum bella trahunt, à se suisque Catholicis subditis in hostes Dei regnique sui, cum quibus iustè bello luctantur, transferre valeant, rectis se ad hæc necessaria bella operibus præparare tenentur, vt sibi fausta cedat victoria, hostibus exitium.

a Psalm. 105. vers. 44.

b Psalm. 106. vers. 13.

c Iudicũ c. 10.

d Iudicum cap. 11. 2.

Theodosius bellaturus cōtra Maximum tyrannum, vt bellis exitum feliciorem succedere contra hæreticos rescripsis.

Nunquid illa fuit salutaris sicut gloriosa Theodosij Magni ad bellum iustum contra tyrannum Maximum Gratiani Imperatoris optimi parricidam, & Valentiniani iunioris defuncti fratris ab imperio extrusorem, præparatio, cum antequam sago se indueret, hæreticorum rabiem, edicto Catholico repressit? sic Cynegio præfecto prætorio rescribens: [e] *Apollinarios cæterosque diuersarum hæresum sectatores ab omnibus locis iubemus inhiberi, à mœnibus vrbium, à congressu honestorum, à communione sanctorum, instituendorum clericorum non habeant potestatem, colligendarum congregationum, vel in publicis, vel in priuatis Ecclesiis careant facultate, nulla iis Episcoporum faciendorum præbeatur auctoritas, ipsi quoque Episcopi nomine destituti appellationem huius dignitatis amittant: adeant loca, quæ hos potissimum quasi vallata quodammodo ab humana communione secludant; his etiam illud nectimus, vt supra memoratis omnibus adeundi atque interpellandi serenitatem nostram aditus denegetur.* Hæc Theodosius Thessalonicæ, cum contra Maximum expeditionem pararet. Quod bellum tam formidolosum, cum Maximo illo tyranno [f] tanta celeritate huius Imperatoris singulari pietate, & religione confectum est, vt manifestissimè miraculosa Dei virtus omnipotentis, in hoc prælio pro religiosissimo Imperatore, dimicasse videatur. Idem Christianissimus postea contra Eugenium idololatram perfidum, bello certaturus eamdem bonæ præparationis viam ingressus est, dum [g] Ethnicos & [h] hæreticos, grauibus religiosisque rescriptis vehementer exagitauit. De cuius deuotione & pietate in huius belli apparatu, ista Ruffinus: [i] *Igitur præparatur ad bellum* (nempe Theodosius) *non tam armorum telorumque, quam ieiuniorum orationumque subsidiis: Nec tam excubiarum, quam obsecrationum pernoctatione munitus, circuibat cum Sacerdotibus, & populo omnia orationum loca, ante Martyrum, & Apostolorum thecas iacebat, cilicio prostratus, & auxilium sibi fida Sanctorum intercessione poscebat.* Illud autem maiori in hoc Imperatoris apparatu dignum erat admiratione; quod cum alii principes tempore belli augere tributa soleant, ea ipse pius Imperator suis relaxare voluit. Cuius Imperatoriæ munificentiæ excellens extat rescriptum his verbis ad Ruffinum præfectum prætorio conceptum: [k] *Æraria præstationis adiectio, quam circa priscam consuetudinem prouincialium humeris Tatianus imposuit, à cunctis penitus salubri moderatione remouenda est.* Cui magnificentiæ nouam adiunxit: cum damnatorum bona in fiscum relata tempore Tatiani præfecturæ, ex magna misericordia clementiaque, vel ipsis reis, vel ipsorum sanguine iunctis hæredibusque restituit: vt hoc ad Ruffinum de quo supra rescriptum sua testificatione demonstrat. [l] *Omnia proscriptorum bona quæ fisco intulerat Tatianus addicta: vel ipsis qui propriam nuditatem, vel illis qui suorum mortem, in extrema positi egestate lugent, sine dubitationis obstaculo reddi præcipimus.* Quod rescriptum simili lege rescriptoque alio L. 13. eodem [m] Tit. Cod. Theodosiani confirmauit. Atque in hoc toto tantoque belli gerendi contra impios Imperij religionisque hostes apparatus solummodo religiosissimus Imperator Dei facere voluntatem eiusque procurare gloriam nitebatur, vt suæ populique saluti consuleret.

e L. 4 de hæreticis Cod Theodos. l. 16 anno 388.

f Zozim l. 4. S. Ambros. epist. 29 ad Theodosium

g L. 11 de paganis Cod. Theod.

h L. 21 de hæret eodem.

i Ruffinus l. 2 c. 32.

Pius ac religiosus Theodosii M. ad bellum contra Eugenium apparatus.

Theodosius imp. præparās se ad bellum contra Eugenium tributa populo relaxat.

k L. 13 de annuis tributis C. Theod.

l L. 12. de bonis proscriptorum Cod. Theodos.

Theodosius proscriptorum bona addicta fisco suo restituit.

m L. 13. de bonis proscriptis Cod. Theodos.

3. Pars. *Laus magna principis inter armorum strepitum curare ea quæ Dei sūt vnde victoria plena*

Pietas atque religio quātas in bello ad vincendum vires habet exemplo 40. Northmannorum ostenditur.

n S. August. epist. 48 ad Bonifacium comitem. c. 2

In quo maxima laus enituit Imperatoris, quod maximè Diuus Augustinus in Bonifacio Africæ comite prædicauit, cum in principio Epistolæ ad eum, hæc ait: [n] *Laudo & gratulor, & admiror (fili dilectissime Bonifaci) quod inter curas bellorum, & armorum vehementer nosse desideras quæ Dei sunt, verè hinc te apparet, etiam de ipsa virtute militari, fidei seruire quam habes in Christo.* Quid vero possit sanctæ fidei & pietatis ardor, ad vincēdum in prælio, 40. viri nobiles Northmanni facto suo monstrarūt. Qui signo crucis ac Dei virtute muniti, ingentem Sarracenorum multitudinem Salernū obsidione prementium debellarunt, vicerunt, victosq; prostrauerūt, prostratosq; neci demiserunt. Cuius memorandi facinoris, Leo Ostiensis ita me-

a Leo Ostien. sis l. 2. c. 38.

minit. [a] *Ante annos fermè sexdecim* (scilicet anno Domini 1002. quia hic scribebat tunc res gestas anni redemptoris 1018.) *Northmanni quadraginta numero, peregrino habitu, quippe qui ab Hierosolymis, quò orationis causa perrexerant, redeuntes Salernum applicuerunt, viri & statura proceri, & specie venusti, & armis præcipui. Quam ciuitatem cum à Sarracenis obsessam reperissent, accensis vnitu Dei animis à Guaimario maiore, qui tunc princeps erat, equos armaque poscentes, subitò in eos irruerunt, plurimisque peremptis, & reliquis in fugam versis, mirabili victoria Deo largiente potiti sunt. Efferuntur miris omnium laudibus, magnisque à principe illustrati muneribus, vt manerēt secum multis precibus inuitantur. Illi amore tantum Dei, & Christianæ fidei assertione, hoc se fecisse asserentes, & dona respuunt, & manere sibi posse denegant &c.* Huic mirabili victoriæ à pietate fideque Christiana partæ,

Henricus pr. impr. S. Dominici corporis communione cum exercitu suo munitus Græcos Rom. ecclesiæ oppressores memorabili victoria superauit.

B aliam memorabilem coniūgam: quam Henricus pri. imperator de Græcis ecclesiæ S. Romanæ oppressoribus, eiusque possessionum & vrbium prædatoribus, fide & singulari in sedem Apostolicam, charitate & obedientia munitus, & sacratissimæ Eucharistiæ susceptione vna cum militibus sui exercitus armatus, gloriosè reportauit, vt [b] Leo Ostiensis, [c] Bonfinius, & alii scriptores huius sæculi retulerunt. Pari fidei religionisque virtute corroboratus Catacalus præfectus Siciliæ, sub imperatore orientis Michaele, post audita sacrosancta missæ solemnia, digna dominici corporis participatione, cum suis armatus atque firmatus, Sarracenos ex Africa egressos, vniuersam Siciliæ insulam, excepta Messāna, armorum viribus occupantes, recentibus victoriis elatos superbientesque repente, Deo eius pietatem approbante & remunerante, ferro flammaque destruxit, vt Curopalata sui scriptor temporis [d] in

b Leo Ostiē. sis l. 2. c. 40.
c Bonfinius in historia Vngariæ l. pe. decad. 2.

d Curopalata anno 1040.

C historia recensuit. Ex quibus aliisque similibus victoriis diuina partis misericordia, facto ipso cōprobatur, quam verè sincerèque ad Gratianum imp. sanctus Ambrosius ista scripserit: [e] *Petis à me fidei libellum, sancte imperator, profecturus ad prælium; nosti enim fide magis imperatoris, quàm virtute militum quæri solere victoriam.*

e S. Ambros. in prolog. l. de fide ad Gratianum.

CAPVT XII.

De precibus quas principes ante pugnam bellumque pro se suisque Deo deuotè fundere debent, tam per se ipsos, quàm per sanctos viros, vt prosperè vincant.

1. *Ad preces piorum principum, miraculosa Deus auxilia per Angelos, sanctosque de cælo mittit.*
2. *Magna virtus bonorum principum ante belli pugnas, orationis Deo religiosè profusæ piis operibus sociatæ, mirabiles beatosque belli successus gignentis, multorum exemplorum inductione demonstratur.*
3. *Diuinæ misericordiæ consideratio, spem veram fiduciamque vincendi, principum cordibus efficaciter ingerit.*
4. *Malos & improbos à se boni principes arcere, bonos vero ac sanctos ad se vocare debent: si pro sua populique salute, tempore belli, Deum salutari sibi prece propitiare atque demereri velint.*

HIs piis veræque Christianæ religionis operibus, deuota principum catholicorum ad Deum ante certamina succedere debet oratio, qua flectentes diuinam misericordiam, cunctorum hostium gloriosè feliciterque victores euadant. Hac Deum orandi via princeps Iosaphat, ad victorias triumphosque de hostibus, in veteri testamento tetendit, qui sic in maximas cum populo cōiectus angustias multitudine innumerabili hostium crudelissimorum vndique circumseptus, Dominum cæli & terræ deprecabatur. [f] *Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis gentium: in manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquam potest tibi resistere. Nonne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius, coram populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui, in sempiternum &c.* Et infra: interpositis quibusdam sic ad vltionem, vindictamque barbarorum hostium, Deus precibus gemitibusque compellit: *Nunc igitur ecce filij Ammon & Moab, & mons Seir per quos nos concessisti filiis Israel, vt transirent, quando egrediebantur de Aegypto, sed declinauerunt ab eis, & non interfecerunt illos, è contrario agunt & nituntur eiicere nos de possessione, quam tradidisti nobis Deus noster. Ergo non iudicabis eos? In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos: sed cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* Qua oratione principis Deo deuotè profusa, quid factum sit à Deo regis huius oratione, ad iuuandum suos permoto audiamus. [g] *Et cùm omnis populus* (inquit sacer textus) *vxores & liberi clamarent, factus est spiritus Domini, super Iahaziel in medio turbæ, & ait: Attendite omnis Iuda, & qui habitatis in Hierusalem, & tu rex Iosaphat. Hæc dicit Dominus vobis.* Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem. [h] *Non enim est nostra pugna, sed Dei, non eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, & videbitis auxilium Domini super vos, ô Iuda & Hierusalem: Nolite timere, nec paueatis, cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum.* Quod

Iosaphat regis Iuda ad Deum oratio magnæ virtutis.

f Lib. 2. paralip. c. 20.

No: Efficacia orationis Iosaphat.

g Ibid.

h Pugna Catholicorum contra hostes ecclesiæ est Pugna Dei.

D rei euentus exitusque comprobauit. Similes Dei misericordiæ in sacris litteris inueniuntur effectos, qui principum fidelium populorumque precibus inuitatus, sæpe speciali mirabilique auxilio illis affulget, quo potentissimorum hostium ceruices collaque pedibus illorum conculcanda submittat. Vt à victoribus principibus magna pietate & fide præstantibus, hostes illi victi, iura vel funera, obsequium vel interitum, piarum legum iugum vel tumulum accipiant. Quem in finem sæpe misit Angelos suos aliosque sancta vita functos suppetias laturos ad principes illos certamini proximos, vt illis vires vincendi subministrent. Sic Iosue in agro vrbis Hiericho Angelum Dei ad se venientem vidit, cum dixisset:

Deus piis principum Catholicorum precibus excitatus, ad eorum accurrit auxilia vt vincant.

a Iosue c. 5. Angeli & sanctis vita functi missi à Deo in auxilium principum fidelium.
b Iosue c. 10.
c L. 2. Machabæorum c. 15.

[a] *Noster es, an aduersariorum? Respondet Angelus: nequaquam, sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio* (scilicet pro te) *contra hostes Dei*: Huic victoriæ Iosue Deo adscriptæ in S. scriptura prædicantur: quia, [b] *Dominus Deus Israel pugnauit pro eo.* [c] In libris Machabæorum Iudæ Machabæo hostium ferocissimorum vehementer oppresso copiis extrema multa subeunti, Ieremiam vita functum in somnis apparuisse legimus, atque dixisse: *Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel.* Et in lege noua nunquid in aëre militiam cæli armatasque acies, legiones nempe Angelorum ad suum auxilium, contra Maxētii copias, multitudine innumerabiles, fortitudine formidabiles, furore crudelitateque terribiles aduolantes Constantinus Magnus inspexit? Audiuitque dicentes: *Constantinum petimus, Constantino imus auxilio.* Theodosio [d] vero seniori in medio exercitus ad prælium cōtra Eugenii Phalanges legionesque parati, nunquid apparuerunt duo Apostoli SS. Ioannes & Philippus, tanquam exercitus Theodosii antesignani, qui in capite exercitus cæteris præeuntes ad pugnam, in equis albis, armis micantibus induti à Christo Domino missi, ipsi imperatori miraculosam victoriam triomphumque de hoste sacrilego dæmoniorumque cultore pepererunt? Sicut antea nocte præcedente ipsi [e] in somnis principi quiescenti spoponderant? Vt verè eum Debora pusillis principibus Deo de victoria gratias agentibus occinere liceat: *De cælo dimicatum est contra eos* (scilicet hostes Dei) *stellæ manentes in ordine, & cursu suo aduersus Sisaram* (scilicet omnes inimicos crucis Christique Domini blasphematores, *pugnauerunt*. Has vero mirabiles victorias pij religiosique principes summis à Deo precibus votisque deuotè fusis efflagitare consueuerunt, vt Constantinus Magnus qui hanc orandi Deum sibi suisque militibus formulam, ante prælia præscripserat. [f] *Vnum te Deum esse nouimus, vnum te regem intelligimus, appellamus adiutorem, nobis absq; te victoria cecidit: ex te aduersariumfudimus.* Huic illa pia Agapeti Diaconi ad Iustinianum Imperatorem admonitio, vt ad Deū semper in omni fortuna, & tempore pacis, & belli confugeret, votis precibusque humilibus & deuotis ab eo salutaria postulaturus auxilia: [g] *Recurre* (inquit) *ad supremum auxilium: cum homo quiuis debet salutem expetere: tum ante omnes imperator, vtpotè qui pro omnibus solicitus est. Cum enim à Deo custodiatur, tatu hostes generosa manu debellat, quam suos sedulo communit.* Et S. Gregorius Mauritio imperatori, salutari instructione suggerebat. [h] *Tunc magis dominorum exercitus contra hostes crescit fortitudo, quando Dei exercitus ad orationem erexerit.* Propterea Magnus ille Theodosius imperatnt nunquam dignè satis à scriptore catholico laudandos, profecturus ad bellum cōtra tyrannum Maximum, sanctæ religionis armis diuinam misericordiam numenque sibi demereri conatus, suis bonis operibus orationibusque potentes apud Deum efficacesque sanctissimorū virorum, puta monachorum, Anachoretarum, virturibus ad miracula fulgentium, preces adiunxit. Vt ipse prosperè pugnaturus merito ipsorum sanctitatis & intercessione iustè veréque posset cum Psalte regio dicere: [i] *In Domino faciemus virtutem, & ipse ad nihilum reducet inimicos nostros.* Itaque hoc tam terribile, periculosumque bellum cum tanto hoste, tot munito armorum præsidiis auspicaturus, legatos in Ægyptum ad sanctos ibi solitariè Deo viuentes, Angelorum vitam in humanis corporibus, veluti vasis fragilibus imitantes, honorifico apparatu direxit; quos pro se imperioque certantes precibus, bonorumque operum munitionibus habere voluit præliatores & propugnatores. Inter alios sanctissimom Anachoretam nomine Ioannem, cuius virtutes plurima variaque prædicatione [k] S. Hieronymus extollit: per quorum preces intercessionesque Deum de incerto dubioque belli exitu consulere maximè concupiuit, & cum omni deuotione propitium sibi in tam formidabili bello quæsiuit. Vt his verbis S. Augustinus ostendit: [l] *Cum Maximum terribilem faceret ille successus* (scilicet proditoria trucidatio Gratiani imperatoris cum fuga Valentiniani) *hic* scilicet Theodosius, *in angustijs curarum suarum, non est lapsus ad curiositates sacrilegas atque illicitas, sed ad Ioannem in Ægypti eremo constitutum, quem Dei seruum prophetandi spiritu præditum, fama crebrescente didicerat, misit: atque ab eo nuntium victoriæ certissimum accepit.* Similia [m] Ruffinus & [n] Euagrios. Eundem Anachoretam prophetiæ præditum spiritu, aduersus alterum tyrannum Maximo, scelere, impietate, crudelitate superiorem, bella gesturus religiosissimus Imperator; de futuro belli exitu consuluit: quem in superiori bello contra Maximum tyrannum, vatem veridicum sibi feliciter fuerat expertus: vt talibus Ruffinus commemorat: [o] *Theodosius nihilo segnius inflammatus ad vltionem, arma contra Eugenium, qui in locum defuncti,* (scilicet Valentiniani Iunioris) *substitutus est, corripit: primo, Dei voluntatē per Ioannem Monachum, de quo supra memorauimus sciscitatus. Tum ille qui primam de Maximo ei victoriam prædixerat, incruentam etiam hanc licet non absque plurima vtriusque sanguinis inundatione promittit.* Illis vero sanctorum Anachoretarum Monachorumque precibus ad Deum suas Ipse religiosè Theodosius admiscuit, quarum virtute feliciùs quàm armorum fortitudine pugnaret, vt probauit euentus, teste D. Augustino dicente: [p] *Aliū tyrannum Eugenium, qui in illius Imperatoris locum, non legitimè fuerat subrogatus, accepto rursus prophetico responso, fide certus oppressit, contra cuius robustissimum exercitum, magis orando, quam feriendo pugnauit.* Quod Ruffinus ita subdens loco citato confirmat: [q] *Igitur præparatur ad bellum, non tam armorum, telorumque, quam ieiuniorum, orationumque subsidijs, nec tam excubiarum vigilijs, quam obsecrationum pernoctatione munitus, circuibat cum Sacerdotibus ac populo omnia orationum loca, ante martyrum & apostolorum thecas iacebat, cilicio prostratus, & auxilium sibi fida sanctorum intercessione poscebat.* Deus immortalis quomodo talibus pietatis, fidei, charitatisque munitus armis hostes Dei Imperiique tantus Imperator non vicisset? hunc Imperatorem secutus nepos Theodosius Iunior, *Si quando bellum concitabatur,* [r] (inquit Socrates) *Dauidis exemplo, ad Deum confugit, pro certo persuasus eum bellorum administratorem esse, precumque subsidio adiutus, ea prospere & feliciter gessit.* Orationis virtutem Deo fusæ ante pugnā ab exercitus principe, ad pariendos de hostibus, parta victoria, triumphos, [f] Saluianus in persona Theodorici Regis Gothorum, fidentis tunc atque credentis in Dei virtute, in eiusque manu

Nazarius in panegy. Cōstantini.
d Theodor. l. 5. c. 24. &c.
e Theodoret.
Iudicum c. 5.
Constantini M. oratio ad Deum ante prælia.
f Eusebius l. 4. de vita Constantini c. 20.
g Agapeti Diaconi parænes. ad Iustinianum.
h S. Gregor. l. 2 epist. 62. Indict. 11.
a. Pars. Theodosius M. in expeditione aduersus Maximum tyrannum diuinum implorat auxilium per sanctissimos viros vt Anachoretas & Monachos.
i Psal. 43.
k S. Hieron. ep. ad Ctesiphontem.
l D. Aug. l. 5. de ciuitate c. 26.
m Ruffinus l. 2. c. 32.
n Euagrius in vitis SS. Patrum cap. 1.
o Ruffinus l. 2. c. 32.
Theodosius orationes suas, ieiunia, aliorumque bona precibus sanctorum pro se Deum rogantium permiscuit.
p D. Aug. l. 5. c. 26. de ciuitate.
q Ruffinus.
Iunioris Theodosii pietas in orando tempore belli.
r Socrat. l. 7.
Magna vis orationis ante pugnam ad victoriam.
f Saluian. l. 7. de prouidentia & iudicio Dei.

a

esse victoriam aduersus corruptissimum Romanorum exercitum, duce Littorio homine superbissimo, pugnantis expressit, cum ait, inter alia. *Denique ipse rex hostium, (scilicet Theodoricus) quantum res prodidit ac probauit, vsque ad diem pugnæ stratus cilicio, preces fudit; ante bellum in oratione iacuit, ad bellum de oratione surrexit: priusquam pugnam manu capesseret, supplicatione pugnauit: & ideo fidens processit ad pugnam, quia meruerat iam in oratione victoriam.* Piam felicemque expeditionem præuiis orationibus ad Deum religiosissimos Æthiopum rex Elesbaam contra Dunaam sceleratissimum Homeritarum regem, Dei blasphematorem, ex Christiano ad vomitum Iudaicæ superstitionis impietatisque reuersum, crudelissimumque Christianorum in Nagra ciuitate alijsque persecutorem trucidatoremque suscepit. De eoque his pietatis præsidijs & armis miraculosa victoria triũphoque potitus, ipsum Dunaã regẽ sceleratissimũ inuentũ, captum, aurea ligatum catena cum cæteris Iudaicæ superstitionis & abominationis in odium Christi cultoribus, per suos iusta seueritate peremit. Quæ omnia plurihus Theophanes seu auctor [a] Miscellæ lib. 15. [b] Metaphrastes, & [c] Surius ex illis. Heraclius imperator precibus ad Deum, certamini pugnæque præuiis, generosè Persas feliciterque superauit. Qui vt in annalibus Cedrenus est auctor, magnum templum ingressus, atratus calceos, Deũ, antequam ciuitate Constantinopolitana egrederetur ad bellum, ita pronus procumbendo, precatus est: [d] *Domine Deus & Iesu Christe, ne nos propter peccata hostibus tuis irridendos prabeas, sed intuere in nos, ac miserere nostri, & victoriam de hostibus tuis concede, ne glorientur scelerati, & tua insultent hæreditati.* Hunc ita animo demisso orantem videns Georgius Pisidensis omine fausto allocutus est.

Orationis virtute Elesbaam rex Æthiopũ catholicus, Dunaam impium Homeritarum siue Sabæorum regem bello vicit.

a Author Miscellæ. 15.
b Metaphrastes.
c Surius. anno 523.
d Cedrenus in annalibus anno Domini 62.
Oratio Heraclii ad Deum.

[e] *Nigrum Imperator, nunc indute calceum*
Rubefacies tinctum cruore Persico.

e Georgius Pisidensis.

Ita Carolus Magnus in omnibus suis, aduersus religionis Christianæ hostes expeditionibus, semper ante omnia Dei auxilium gratiamque bona certamina certandi, quæ victoria sequeretur optata, deuotis precibus orationibusque flagitabat. [f] Vt cum anno Domini 791. contra feroces barbarosque hostes, deuios à fide & æquitate Hunnos bellum mouere pararet per triduum, Deo supplicationem fieri mandauit.

Caroli Magni pietas in orando Deum ante bella suscipienda.
Æginarthus.
f In annalibus Pipini, Caroli M. & Ludouici pii anno 791.

Ottonem regem Germaniæ innumerabilem, propeque infinitam Vngarorum barbarorum multitudinem, quæ in Germaniam crudeliter, tanquam horribiles elationes maris exundauerat; magis precibus quam armis destruxisse, penitusque eos persequendo deleuisse, [g] Frodoardus, [h] Crantiusque testantur. Sicut sanctus Vdalricus Deo reuelante prædixerat: hæc enim ibi Frodoardus post multa recenset: *Rex igitur cum tantum exercitum Vngarorum perspexisset, æstimauit non posse ab hominibus superari, nisi Deus omnipotens eos occidere dignaretur: in cuius adiutorium confidens, suorumque principum consolationibus roboratus, bellum viriliter cum eis agere cœpit, & cum mutua cæde vtrobique cecidissent, & his interfectis, qui ad occisionem à Deo prædestinati erant, gloriosa victoria Ottoni regi à Deo, cui impossibile nihil est, data est, ita vt exercitus Vngarorum in fugam versus, virtutem vltra præliandi non haberet.* Post hæc describit author, quomodo Otto rex hostes il-

Ottonis victoria mirabilis de innumerabili Vngarorum multitudine magis precibus, quam armis.
g Frodoardus in Chron. anno 955.
h Crant. l. 4. c. 617. hist. Saxon.

A los persequens omnes ad vnum vsque necauerit. Tanta princeps religione, catholica fide, pietateque perillustris victoria potitus est, pia virtute precum, sacraque dignè Eucharistiæ communione præmunitus: intercedentibus pro illo sanctis in cælo, vt super omnes sanctissima Deipara virgine. Propterea principem pium, tanta potitum victoria, iugentes S. virgini sanctisque omnibus gratiarum actiones egisse, multaque vota præstitisse [i] Crantius commemorat. Hæc pauca ex innumeris quæ passim sacras replicantibus historias occurrunt in medium, exempla producere placuit: vt viuentes adhuc Christiani principes, quique futuri sunt, magis ac magis in rebus arduis, dubijsque bellorum congressibus ad pia Deo fundenda vota precesque, maiori charitate feruentes animarentur. Quibus, reddito sibi
B omnipotenti propitio numine, ad maiorem certioremque victoriæ gloriosæ spem confidentes exarderent; credentes non abbreuiatam esse manum Dei, nec illius sinum misericordiæ restrictum, vt minus auxilii, gratiæque ad victoriam gloriamque sibi largiri vellet, quàm prioris sæculi principibus, catholica religione sanctitateque Christiana præstantibus, ex suæ misericordiæ atque benignitatis abundantia præstiterit. Si modo istorum principum gloriosa vita functorum, virtutis & pietatis catholicæ esse vellent æmulatores, sicut prosperitatis amatores, gloriæque participes esse desiderarent. Sic [k] bonitatẽ facientes, sperent in Domino dicentes, cum strenuo bellatore prælia Domini præliante: propheta regio, in dubiis vitæ periculis: [l] *Ad me ipsum cõturbata est anima mea, propterea memor ero tui.* Scilicet miserantis & misericordis, sperantes in te
C magnificientis: in qua diuinæ miserationis benignitatisque recordatione & cogitatu, clament cũ eodem propheta: [m] *In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.* [n] *Dominus ipse virtutum, Deus exercituum, Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.* Atque vt languentes in aduersitatibus animos magis ad generositatem fortitudinemque commoueant, hos diuinarum promissionum irriguo perfundant: dictique à Christo Domino fuisse reminiscantur. [o] *Confidite, ego vici mundum.* Cuius vincendi subiugandique mundum fortitudinis persuasionem ne ab animis vnquam suis auellant, sæpius voluãt animo, atque reuoluant, post resurrectionem dicta discipulis ab eodem Domino: [p] *Data est mihi potestas in cælo, & in terra.* Cuius participatione virtutis & potestatis, ab ipso regum rege cõmunicatæ: [q] *Iusti per fidem vicerunt regna, fortes*
D *facti sunt in bello, & castra verterunt exterorum.* Et profitentes [r] cum Ionatha filio Saulis, & [s] Asa rege Iuda; *Non esse Domino difficile saluare, vel in multis, vel in paucis.* Nunquam animum instantibus vitæ periculis deiiciant, nec ingenti hostiũ multitudine terreantur: sed iacta in Domino fiducia eius, spe diuini auxilii, animi viribus augeantur, corroborentur & crescant. Cum ille hac elatus fiducia in Deo suo, vnico milite, armigero nempe suo comitatus, magnas Philistinorum copias, victas superatasque fugauerit. Hic vero decies centena Æthiopum millia, falcatis curribus septa cum multò minori bellantium numero destruxit, prius confidenter sic ad Dominum clamando, eumque hac oratione flectendo: [t] *Domine non est apud te vlla distantia,*

i Crantius l. 4. c. 6. 7. hist. Saxon.
3. Part. Consideratio diuinæ misericordiæ spes non fallaces, sed veras victoriarum inimicos principum piorum animis ingenuerat.
k Psal. 36. v. 3.
l Psal. 41.
m Psal. 59.
n Psal. 23.
o S. Ioan. c. 16.
p S. Math. 28.
q Hebr. c. 11.
r L. 1. reg. c. 14.
s 2. Paralip. c. 14. v. 11. 12.
Ionatha victoria de Philisthæis solo stipato armigero.
Et Asa regis Iuda de Æthiopibus.
t L. 2. Paralip. c. 14. v. 11.

a Virgil. pr. Georg.

[a] *Non vllus aratro*
Dignus honos, squallent abductis arua colonis.

Et ab occidendo sic verè dicitur: quid enim frequentius in bello quam cædes, quam cruor, quam hominum trucidatio?

b Lucanus lib. 2.

[b] *Stat cruor in templis, multaque rubentia cæde,*
Lubrica saxa madent: nulli sua profuit ætas.

Quam sanguinis effusionem ardoremque trucidandi in bello alius poëta his breuiter expressit.

c Silius Italicus li. 1.

[c] *Notum quid cæde calentibus armis*
Quantum ira liceat, motusque quid audeat ensis.

Denique à damno dictum Martem verè Græci iudicarũt, hoc generali damni nomine, tanquam lato circo, omnia calamitatum vitiorumque genera concludentes.

d Seneca in Hippol.

[d] *Tum scelera, dempto fine, per cunctas domos*
Iêre: nullum caruit exemplo nefas.

e Sueton. in Augusto c. 25
f Liuius l. 30.
g S. August. li. 19 de ciuit. Dei.
h Senecæ Epist. 89.
i Sueton. in August. c. 20.

Tanta mala sine causa maxima planeque necessaria, periclitari, & ex occasione causari, quantum nefas? Quam illud miserum sic [e] *aureo hamo piscari*: [f] *tot simul parta, & sperata decora, vnius horæ fortuna euertere*? Et in timidi venatione leporis generosum sonipedemque equum in dubus vitæ periculis valde domino necessariũ perdere? quibus diligenter inspectis consideratisque iustissimè, [g] S. Augustinus bellum etiam detestãdum esse clamauit, præsertim Catholico religiosoque principi, qui suis insonante auribus lege Dei intelligit, [h] *se alieno sanguini tanquam suo debere parcere, sciatque homini non esse hom ne prodigè vtendum*. Vnde laudem maximam Augustum sibi peperisse [i] Suetonius in eius vita scripsit: *Quod nulli genti sine iustis & necessarijs causis bellum intulerit*. Atque vtinam omnes Christianæ sanctitatis ditionisque principes hunc æquitatis mansuetudinisque affectum induerent, [k] *vt sine cupiditate, sine impotentia quieto pacificque*, [l] *nec temere bella prouocarent, nec cum iusta ratione timerent*. Quod illis longe beatius sit futurum: [m] *Quam suas alienasque fortunas spe metuque versare*. Priusque omnia tentanda, vt in pace viuatur, quàm ad bellum quamuis iustum se necessario compellant & accingant: [n] *In quo aut perire necesse sit, aut quod æque apud bonos miserum est alios occidere*. Quo affectu pietatis & humanitatis incensus, Philippus, cognomento propter victorias de suis hostibus reportatas, Augustus, Francorum Rex, facinus admodum memorabile & heroicum, immortali dignum laude peregit: cum coronam sceptrumque regni sui cedere alijs se dignioribus paratus optauit, vt bellum si hac ratione posset vitaretur, paxque pro regni gloria, Gallicæque gentis honore firmata splendesceret, tale factum sic annales Franciæ commemorant: *Dum hæc apud hostes geruntur* (scilicet Imperatorem Othonem & comitem Flandriæ Ferdinandum) *Rex qui ex suis proceribus quosdam suspectos haberet, ligneam sublimem aram inspectante exercitu excitari iussit, detractamque capiti suo auream coronam aræ illi imposuit, & conuersus ad proceres: Date* (inquit) *hoc regium insigne ei si quis adest, quem Philippo digniorem existimare potestis. Lubens enim illi parebo, dum modo Francici nominis dignitatem hodie tueamur. Quibus auditis conclamant omnes: viuat Philippus & æternum viuat: nos illi fidem fortemque in prælio operam pollicemur*. Inde memorabilis victoria de imperatore & comite Flandriæ reportata, illius principis inclinantis se

k Tacitus de moribus Germanorum.
l Plin. in Panegyr.
m Tacitus de moribus Germanorum.
n Tacitus l. 2. histor.
Philippi Augusti factum egregium pro vitando bello & pace componenda.
Massonii annal. l. 3. 10 Philippo Augusto ex Rigordano historico qui Ludouico 9. & Philippo 3. regibus vixit, qui hoc in vetustis annalibus retulit.

A ad pacem, & non nisi vrgente necessitate ad prælium properantis affectum secuta est.

2. Pars. *Deus affulget iustè prudenter & fortiter pugnantibus in se sperantibus.*

At cùm est bellum iustum & necessario pro causa iusta subeundum, Deus principibus bene in conscientia compositis, & cum virtute militari prudentia, iustitiaq; pugnantibus misericorditer affulget, eorumq; sic pugnando meritis præmia trophæaque magnificè largitur. Istorum enim principum in Deo suo confidentium [o] *cogitationes roborantur consilijs, & gubernaculis tractantur bella*. Inde victoriæ: teste illa eiusdem Salomonis in prouerbus sententia, [p] *vir sapiens fortis: & vir doctus robustus & validus. Quia cum dispositione initur bellum, & erit salus vbi multa consilia sunt*. Quod per vmbrã moralis prudentiæ Cyrus Persarum rex agnoscens, dicebat apud Xenophontem: [q] *Prælia multo magis decernuntur animi quam corporis viribus*. A quo acroamate illud minimè Euripidis alienum: [r] *Prudentem virum bene gubernare domos, bene reges e ciuitates, in bello quoque plurimum valere: sapiens enim consilium multas & validas manus vincit*. Sed neque arma foris, neque consilium domi, [s] satis virium habent ad victoriam, nisi maximi principis animo fiducia, in Dei misericordia auxilioque firmiter adhæreat. Qua cum Propheta regio confidenter exclamet: [t] *Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo? Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo?* quanta constantiæ, magnanimitatisque firmitas. *Si consistant aduersum me castra non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium in hoc ego sperabo*. A quo corroboratur ad bellum, vt inde victoria nascatur. Pro quo Dauid gratias Deo singulares egit: [t] *Benedictus* (inquit) *Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum*: [u] *posuit tanquam arcum æreum brachia mea*. [x] *Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me*: & paulò pòst: *& præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me subtus me, & inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdidisti*. Hac in Dei misericordia fixa confirmatus & animatus fiducia, egregius strenuusque bellator Bonifacius Africæ comes vicit hostes Mauortium & Gallionem, contra eum cum exercitu missos iniustè, iussu Imperatoris Valentiniani 3. perfidè [y] à Felice magistro equitum, & ab [z] Ætio duce decepti mendacio, fraudeque circumuenti, detestabili calumnia ipsi principi suggerentibus, hunc Bonifacium optimum ac religiosissimum ducem, rebellionem contra Imperium meditari ac satagere, vt totam Lybiam ab Imperio Romano subductam suæ dominationi subiugaret. In has igitur angustias Bonifacius vitæque discrimina, quò se magis coniectum esse videret, eò maiori confidentia in Dei auxilio sublimatus, ad vota precesque Deo fundendas accurrens D. Augustinum Episcopum familiaremque suum sic, vt pro se Deum oraret, per has litteras obtestabatur. [a] *Graue nobis est bellum, inimici mucro nostra pectora pulsat. Deo funde preces vt soles: tua sit nobis comes oratio: Rauca buccina, terrifica tuba, puto quod & sydera terreant. Hostium clamor immanis adest, sed his non terremur. Nouimus enim ista non hodie: Ergo venerande Christi Sacerdos, pete Deum, vt iacula in hostes dirigat nostra, at seipsi trucident mutua cæde*. Quibus lectis eius generosi ducis constantiam, fiduciamq; in Dei misericordia miratus, S. Augustinus eum ad eandem fidu-

o Prouerb. 20
p Prouerb. 24
q Xenoph. l. 3 Cyrop.
r Euripid.
Fiducia principis in Deo magna vis ad victoriam.
s Psal. 26.
t Psalm. 17. v. 141.
u Psal. 17 v. 33
x Ibid Psal. 17. v. 40.
Fiducia in Deo Bonifacij comitis Africæ vicit hostes.
y Prosper in chron. anno 472.
z In miscella hist. Paulo Diacono attributa li. 14.
a Apud D. August. in append epist. 12.

ciam pietatemque in Deum ardentiori charitatis zelo prouocauit his verbis: [a] *Grani de pugna conquerit, dubites nolo, vtile tibi tuisque dabo consiliū: arripe arma: oratio aures pulset auctoris: quia quando pugnatur, Deus apertis calis prospectat: & parti quam aspicit iustam, dat palmã.* Quod fuisse verum cõprobauit euentus. Nam ducibus Mauritio & Galbione qui aduersus eum in Africam cũ exercitu venerant, proditione Sinucis extinctis, potitus victoria, Deo hanc acceptam referens, iterum ad D. Augustinum ita rescripsit. [b] *Manus superba Deo iuuante cecidit: qua ante paululum audax gladium erecta portabat, multi ex aduersis ceciderunt, de nostris Christo iuuante nullus est vulneratus, ora igitur venerabilis Papa, vt talis de inimicis vltio sæpe pracedat.* Cui victoriæ congratulando D. Augustinus in lecto decumbens morbo grauiter afflictus, rursus eum per has litteras monet, vt semper suum iactet cogitatum in Domino, inque eius auxilio misericordiaque omnem suam spem fiduciamq; nihil de proprijs viribus præsumens, toto vitæ tempore collocet. [c] *Lecto me vacare nobilitatem tuam latere non credo, vltimumque diem mihi expecto venire. Gaudeo tua victoria. Ciuitatem, quaso, serua Romanam: tuos vt bonus reges comes. Nihil de viribus proprijs prasumas. De auctore glorians virtutum, & nullum curabis penitus inimicum, vale.* Hac in Dei misericordia auxilioque collocata fiducia cõfirmatus Iustinianus senior, omnia fausta prosperaque quocumque tempore belli pacisue gesta, ab ipsius adiutorio gratiaque in se imperiumque Romanum deriuata profluxisse profitebatur: *Deo auctore nostrum gubernante imperium, quod nobis à cælesti maiestate traditum est, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & statum Respub. sustentamus, & ita nostros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium, vt neq; armis confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio, sed omnem spem ad solam referamus summa prouidentiam Trinitatis.* Et quoniam felix belli iusti exitus in manu Dei, illum per Sacerdotes eius, quorum consilia in bellis agendis sequebantur semper principes, in veteri testamento consulere solebant. In cuius rei signum erant olim [d] belli tubę in Sacerdorum manibus, quibus significabatur absque eorum consilio, Denique per eos consulto, bella non esse mouenda & arma sumẽda. Illod erat videlicet, quod admonebat [e] Ieremias Propheta, *bellum esse sanctificandum*, id est legitimè decernendum, auspicandum, feliciterque adiutore Deo prosequendum.

Bellum autem tria iustum efficiunt, summi nempe principis auctoritas, iusta causa, & recta intentio; quorum si quod desit in bello, iniustum esse necesse est. Primum nempe supremi principis auctoritatem, omnino necessarium esse docet S. Augustinus dicens: [f] *Ordo naturalis mortalium paci accommodatus, hoc poscit, vt suscipiendi belli auctoritas atque consilium, penes principes sit: non enim pertinet ad personam priuatam bellum mouere* [g] (inquit D. Thomas) *quia potest ius suum in iudicio superioris prosequi. Nec ad eamdem priuatam personam pertinet conuocare, & in cuneos turmasque populorum multitudinem cogere, quod in bellis fieri necesse est, sed ad supremum regem aut principem, qui persona publica est, cui conseruanda Reipub. salus incumbit.* Quam sicut legitimè materiali gladio cõtra interiores quidẽ perturbatores defendit, dum in delinquentes nocentesq; legũ seueritate, pœnisq; à lege decretis animaduertit: [h] *Propter quod non sine causa princeps gladium portat, minister enim Dei est vindex in iram ei qui male agit.* Ita etiam ait D. Tho. ibi, *gladio bellico ad eos principes nempe pertinet Rempubl. tueri ab exterioribus*, quibus ideo Deus per Prophetam regium imperando clamat. [i] *Eripite pauperem & egenum, de manu peccatoris liberate.* Quæ facere priuato sine auctoritate publica à principe in omnes magistratus iustitiæque ministros deriuata, omnino non licet: Hinc illa Platonis lex. [k] *Ἐὰν δέ τις ἰδιωτεύων πρός τινας εἰρήνην ὁ πόλεμον ἄνευ τοῦ κοινοῦ ποιῆται, ἔστω ζημία. Si quis priuatim sine publico scito, pacem bellumue fecerit, capitalis esto.* Secundo ad iustum bellum causa iusta desideratur, vt scilicet, *illi qui impugnantur,* (ait [l] D. Thomas) *propter aliquam culpam, impugnationem mereãtur.* Propter quod dixit [m] D. Augustinus: *Iusta bella solent definiri, qua vlciscuntur iniurias, si gens vel ciuitas plectenda est, qua vel vindicare neglexerit, quod à suis improbè factum est: vel reddere quod per iniuriã ablatum est.* Tertium quod iusti belli confectionem ingreditur, [n] *est recta bellantis intentio, qua princeps intendit maximè, vel vt bonũ promoueatur, vel vt malũ vitetur. Propterea* (inquit [o] August.) *apud veros Dei cultores etiam illa bella peccata non sunt, qua non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, vt mali coerceantur, & boni subleuentur.* Cui illud Tullij maximè conforme: [p] *Ita bellum suscipiatur, vt nihil aliud quam pax quasita videatur.* Cui & aliud Sallustij adiungi rectè potest: [q] *Sapientes pacis causa bellum gerunt, & laborem spe otij sustentant.* Quod si quis obiiciat bellum iustũ dari non posse; eo quod, omne bellum paci contrarium sit, quæ virtus est, & virtuti aliquid opponere quod sit iustũ, omnino rationi repugnet: huic obiectioni duplici respõsione satisfaciemus: prima, dicẽdo pacem non esse propriè virtutem; sed potius virtutis omnium reginæ charitatis opus: vt docet [r] D. Thomas, iuxta regij vatis illud: [s] *pax multa diligentibus legem tuam.* Secunda asserendo, bonam pacem malo & iniusto bello esse contrariam; non bono & iusto, sed huius belli pacem esse scopum & finem, cum hoc iustũ bellum suscipiatur, vt pace bona fruamur: *Non enim pax quaritur* (inquit [t] S. August.) *vt bellum excitetur: sed bellum gerimus vt pax acquiratur.* Qui propterea Bonifaciũ comitem monendo ita concludit: *Esto ergo etiam bellando pacificus: vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas.*

a S. Aug. ep. 15. in appendice.
Deus iusta causa dat victoriam.
b Inter epist. D. August. in appendice epist. 14.
c S. August. epist. 15 in appendice.
Iustiniani ad Tribonianum de conceptione digestorum rescriptum, & professio de Dei adiutorio à quo omnia imperij prospera.
Olim in veteri lege bellum iniustum, non nisi sacerdotum consilio mouebatur.
d Numer. c. 10. Hierem. c. 6.
e Ierem. c. 6. vers. 4 *Sanctificate super eam (scil. Sion) bellum.*
3. Pars.
Tria ad iustũ bellum requiruntur.
1. Auctoritas summi principis.
f D. Aug. l. 22 contra Faust. c. 74.
g D. Tho. 2. 2 q. 40 art. 1 in corp.
h Rom. cap. 13
i Psal. 34. v. 10
k Plato l. 12. de legibus.
2. Iusta causa requiritur ad bellum iustum
l D. Tho. loco supra citato.
m D. Aug. l. 83. q. q. 10. 4.
3. Ad iustum bellum necessaria recta bellantis intentio.
n D. Tho. ibi supra.
o S. Aug. l. de verbis D. serm. 19 can. apud veros. 23. qu. 1.
p Cic. 1. offic.
q Sallust. ad Cæsarem.
Obiectio non dari iustum bellum.
Responsio obiectioni duplex.
1. Pax propriè non est virtus sed reginæ virtutum charitatis opus.
r S. Tho. 2. 2 q. 29. art. 3.
s Psalm. 118
t S. Aug. ep. 207 ad Bonifacium comitem Africæ.
2. Responsio. Ibid. S. Aug. & can. noli 23. q. 1.

CAPVT X.

Quæ causæ iusti belli, ad duo genera reuocatæ, defensionem & aggressionem.

1. *Defensio propria & aliena salutis licet priuata, bellum susceptum iustificat.*
2. *Defensio publica regni seu patriæ & religionis vera iusta belli causa.*
3. *Iusta bellandi causa ex parte inuasionis, & aggressionis, quæ.*



ED sciendum est multa ad iustitiam causæ bellandi concurrere, quæ generali conceptu ad duo reuocari possunt, defensionem scilicet, & aggressionem seu inuasionem in hostes. Pro legitima defensione licet opprimentes nos, nostros, alienosque vexatos iniustè vi belli cum alia non succurrat, adoriri; sic vt hæc defensio iusta, sit propria & aliena: Propria sui ipsius, aliena, priuata, vel publica, & publica quidem, vel est ciuilis pro salute patriæ, vel sacra pro defensione religionis & Ecclesiæ. Ac propriæ quidem personæ quo ad bona salutemque corporis, & animæ defensionem, ipsa natura docet: *A qua* [a] *omni animantium generi tributum est vt se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea quæ sibi nocitura videantur.* [b] *Est enim hæc non scripta, sed nata est, quam non didicimus, legimus, accepimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. Vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela, aut latronum, aut inimicorum incidisset: omnis honesta ratio esset expediendæ salutis: silent enim leges inter arma, nec se expectari iubent, cum ei qui expectare velit, ante iniusta pœna luenda sit, quam iusta repetenda.* Hac sui defensione tam iusta bellum suscipere prœlioque cum hoste contendere quis iniustum esse dicet? [c] *Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus & feris natura ipsa præscripsit, vt omnem semper vim quacumque ope possent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent.*

Defensio duplex, sua & aliena, hæc multiplex.

propriam sui defensionem natura docet.

a 1 offic. Cicero.

b Cicero pro Milone.

c Ibid pro Milone.

At iusta alienæ salutis defensio, siue priuata, siue publica belli causam iustificat, priuata est pro parentibus & amicis, aliisq; iniustè à nocentibus ac violenter oppressis: [d] *Cum parentes nostros armis tegimus.* Nec pati licet amicos & socios, sicut affines & cognatos iniquorum iniuriis relisque torqueri. [e] *Oportet iniuriam passos, pro se ipsis arma capere, siue pro cognatis & beneficiis, atemque sociis iniuria affectis auxiliari.* Iisque non succurrere cum possis ô princeps! non te à graui iniustitiæ labe vindicares. [f] *Qui enim non defendit, nec obsistit, si potest iniuriæ, tam est in vitio, quam si parentes, aut patriam, aut socios deserat.* Sed defensio publica tantò iustior, ac potior priuata, quantò præstat publica priuatis. [g] vt S. Ambros. de obitu fratris Satyri scripsit. Quæ aut ciuilis est, aut sacra; de ciuili primum dico, quæ pro patriæ, regni, reique publicæ salute suscipitur. Quam tantæ iustitiæ & æquitatis, tantæ pietatis ac meriti etiam prophani rerum publicarum rectores fuisse iudicarunt. [h] *Vt omnibus, qui patriam conseruarint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cælo ac definitum locum crediderint, vbi beati æuo sempiterno fruantur.* Addētes hęc quoq; certè vera sunt, *nihil esse illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terra fiat acceptius, quàm concilia cœtusque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur: quarum rectores & conseruatores hinc profecti, huc, id est in cælum reuertuntur.* Quod quidem sibi pro vero persuadens Tullius dixit alibi: [i] *claræ vero mortes pro patria oppetitæ non solum gloriosæ, sed etiam beatæ visæ sunt.*

Causa iusta alienæ salutis defensio duplex.

d Salust. in Catil.

e Arist. rhetor. ad Alex.

f Cicero pr. off.

Pars. Defensio publica duplex, ciuilis, & sacra.

g S. Ambros. de obitu fratris orat.

h Cicero in somnio Scipionis in fragm.

i Primo Tuscul.

Hanc magnitudinem fortitudinemque quam princeps exercet in liberanda republica, ab inimicorum oppressionibus, illinsque hostes belli certaminibus arcendo & refrænando S. Ambrosius maximè laudat & exaltat: [k] *Fortitudo* (inquit) *quæ per bella tuetur à barbaris patriam, vel defendit infirmos, vel à latronibus socios plena iustitia est.* Aliam iustam constituo defensionem publicam à ciuili secretam, distinctamque, quam ratione materiæ circa quam versatur, sacram appello: quod circa res sacras, diuinas & Ecclesiasticas, vtpote fidem, religionem, Ecclesiamq; Catholicam, Apostolicam & Romanam protegendas, ab omni hostium furore vindicandas occupatur. Vnde religionis S. Catholicæ fideiq; Christianæ defensionem, & hæresum aliarumq; cōtra Dei Ecclesiam sanctissimam, impietatum extirpationem, iustas bellandi causas efficere, à purissima Christi sponsa matre nostra, monstrante spiritu S. docemur & erudimur. Vt qui pro defensione religionis Catholicæ Ecclesiæque sanctæ contra impios Dei hostes dimicando fortiter in acie vita ceciderint, eos non dubitanter beatos esse credamus. Sic enim spiritu S. gratia principali, sanctorum patrum cœtui præsidente in concilio Lateranensi Alexander 3. locutus est. [l] *Nos de misericordia Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi, fidelibus Christianis, qui contra hæreticos arma susceperint, & ad Episcoporū, seu aliorum prælatorum consilium ad eos decertando expugnandos properauerint, biennium de pœnitentia iniuncta relaxamus, aut si longiorem ibi moram habuerint, episcoporum discretioni, quibus huius rei cura fuerit iniuncta committimus: vt ad eorum arbitrium, secundum modum laboris, maior eis indulgentia tribuatur.* [m] *Qui autem in vera pœnitentia ibi discesserint, & peccatorum indulgentiam, & fructum mercedis æternæ se non dubitent percepturos.*

k S. Ambros. l. 1. offic.

Sacra defensio pro fide, religione Christiana, & Ecclesia Cathol. Apost. & Romana.

l Concil. Lateran. sub Alexandro 3. part. 1 cap. 27

Mortui in bello pro Ecclesia defensione beati sunt in æternum.

m Con. ob illo 14 q 4.

[n] Carolus M. iustā belli causam suscepisse laudatur contra Auares seu Hunnos & Saxones iterum rebellantes, & in Catholica fide præuaricantes, vt eos ad fidē verè converteret, quod per Dei gratiā victis illis barbaris feliciter obtigit. Et pro defensione Ecclesię Dei grauiter in Oriente à Sarracenis diuexatæ, [o] Vrbanus II. in concilio Claromontano expeditionem bellumque sacrum in terram sanctam contra hos detestabiles Christiani nominis inimicos, Deo interius mouente, monenteque decreuit & indixit. Cuius belli ob religionis defensionem suscepti, causa non potuit non iustissima videri: cum illam Christo Domino gratissimā & accep-

n Caroli M. iusta belli causa pro religione Cathol. contra Hunnos & Saxones.

o Vrbanus 2. bellum sacrū indixit in cōcilio Claromontano anno 1095.

Petrus Eremita per visum à Christo admonetur, vt contra infideles religionis hostes Christiani ad bellum proficiscantur.

a Guillelmus Tyrius de bello sacro lib. 1. c. 11. 12.

tissimam fuisse, visio manifesta & miraculosa Petro Eremitæ Ambianensi facta significauerit. Qua per visum Christus Dominus saluator mūdi hunc Petrum eremi cultorem, in sacrosancto resurrectionis templo Hierosolymis orantem, suæ diuinæ voluntatis admonuit, vt Christiani contra impios Sarracenos Turcasque nefandos Christianæ religionis hostes armarētur, sicut fusè copioseque [a] Guillelmus Tyrius Archiepiscopus libro primo de bello sacro descripsit. Hoc bellum quod monente iubenteque Christo pro causa tam legitima sanctaque suscipitur, quis iniquum esse dicet? talia dicente & asseueranter affirmante D. Augustino. [b] *Bellum quod gerendum Deo auctore suscipitur, rectè suscipi dubitari fas non est, vel ad terrendam, vel ad coercendam, vel ad subiugandam mortalium superbiam: quando ne illud quidem quod humana cupiditate geritur, non solum incorruptibili Deo, sed nec sanctis eius obesse aliquid potest. Quibus potius ad exercendam patientiam, & ad humiliandam animam ferendamque paternam disciplinam etiam prodesse inuenitur.* Neque habet in eos quisquam vllam potestatem, nisi cui data fuerit desuper, &c. Erroremq; maximum S. doctor esse docet, hanc animis persuasionem affingere, nullum hominum castris & armis assuetum, gratum esse Deo. Sic enim ad Bonifacium Africę comitem insignem pietate virū, & armorum virture præstantem scribebat. [c] *Noli existimare neminem Deo placere posse, qui armis bellicis militat: in his erat sanctus Dauid, cui Dominus tam magnum testimonium perhibuit: in his etiam plurimi huius temporis iusti erant: in his erat, & ille centurio, qui domino dixit: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, &c.*

b S. Aug. l. 22. contra Faustum cap. 75.

c D August. epist. 205 ad Bonifacium comitem Africæ.

Veritas hæc de iusta bellandi causa, pro rerum sacrarum religionisque diuinæ protectione tuitioneq;, innumeris ferè sacrę paginæ testimoniis corroborata clarescit. Plenæ namque sanctæ litteræ fortium illustriumque virtute bellica ducū, & principum historiis, qui contra paganos infideles, aliosque perditos diuinæ religionis perduelles, pro muro Dei, pro Ecclesia, pro lege, eiusque diuino cultu, victricia, gloriosaque prælia præliantes, iustissimi atque religiosissimi iudicati sunt. Illorum bella iustissima, [d] Philo Iudæus nominando prædicauit: Cui suffragando similia dixit [e] Origenes, & vtriusqoe probauit sententiam doctor melior [f] S. Ambrosius, iustissimam belli causam Moysis, Iosue, Gedeonis, & aliorū probatę fidei ducum ac principum contra pertinaces infidelium populorum insanias describens, simul & illorum bona certamina victoriis nobilitata, commemorans. Hæc breuiter de iusta bellandi causa respectu defensionis propriæ & alienæ, alienæ inquam priuatæ & publicæ, & publicæ quidem ciuilis & sacræ dicta sunto.

d Philo Iud. in fine li. 1. de vita Moysis.

e Orig. Homil. 26. in Iosue cap. 31.

f S. Ambros. l. 1. off. cap 19

5. Pars. *Iustitia causa belli respectu inuasionis.*

Est pręterea iusta causa bellandi ex parte legitimæ inuasionis aggressionisque iustæ, vt nempe iustitia stimulante & prouocante, ad pugnas & saga fortiter eos, ex conscientia præliis princeps adoriaris, qui raptis retentisque alienis, legum dulcedini, iustitiæque ponderi voluntariè succumbere deprecantur. Hæc enim spiritus sancti vox & sententia per os Nicolai primi Romani Pontificis in epistola ad Galliæ Episcopos edita. [g] *Præfato fratri nostro filiisque Treuirensis Ecclesiæ, illiusque defensoribus, hac in mandatis damus, vt spirituali simul & materiali gladio, tandem malignos illos fautores insequantur, quousque eum integritate possessiones, vel quæcunque res Ecclesiastica, hoc facto, vel quocumque pacto distracta seu direpta sunt, reuocentur.* Et cum puritate conscientiæ, & intentionis, ab impiis sublata deprędataq; Ecclesiæ bona bello repetentes, si moriantur in armis, in æternum felices cœlesti gloria potituros, idem summus Pontifex scripturæ sacræ fultus oraculis, hæc constanter asserendo confirmat. [h] *Omnium vestrum nosse volumus charitatem, quoniam quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc bello certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi cælestia minimè negabuntur* Atque vt omnes intelligant iustitiam necessitatemque causæ bellandi pro Ecclesiæ religionisque defensione, restituendisque bonis illi violenter ablatis, idem sanctissimus pater, omni tempore bellandum esse declarat, nulla habita sanctorum dierum festorumq; ratione, si res vrgeat. Vt Ecclesiæ sanctæ bona restaurentur, eius dignitas salusque Christiani populi conseruetur, religionisq; splendor augeatur. Sic enim in epistola responsiua ad Bulgarorum consulta pontifex ait: [i] *Si nulla vrget necessitas, non solum quadragesimali tempore; sed etiam omni tempore est præliis abstinendum. Si autem ineuitabilis vrget importunitas, nec quadragesimali tempore, pro defensione tam sua, quam patria, seu legum paternarum, est bellorum præparationi procul dubio parcendum: ne videlicet Deum videatur homo tentare, si habet quod faciat, & suæ ac aliorum saluti consulere non procurat, & sancta religionis detrimenta non præcauet:* Hæ belligerandi causæ pro ablatorum repetitione, quam iustæ sunt, ipsa paganorum facta declarāt. [k] Nam apud Q. Curtium Alexander M. hanc iustam contra Persas causam bellandi prætexuit: quod grauissimas ab illis illatas inflictasque Græcis iniurias vlcisci, atque legitima vindicta vellet ęxpiare, suam sic ad Persarum legatos orationem concludens: *repello igitur bellum non infero.* Hæ pręcipue bellandi iustæ causæ, quæ quamuis Deo gratæ, multum ponderis habeant ad victoriam; tamē nisi adsit sincera militantis principis intentio, & puritas disciplinæ militaris, qua compescantur inordinata, & militum vitia refręnentur, omnia pessum ibunt, & irato Deo quæ profutura sperabantur, omnia ruinæ interituique funesto permiscebunt. Vt iam principi Christiano atque religioso quo talibus medeatur ærumnis, de placando Deo, belli tempore, salutarem disciplinæ militaris obseruantiam virtutemque fideliter amplectendo cogitandum sit, nobisque merito de ea breuissimè clarissiméque dicendum esse videatur.

g Nicolaus I. Epist. ad Galliæ Episc. can. quia etiam 23 q. 6.

h Nicolaus I. epist. ad exercitum Francorum can. omnium 23. qu. 5

Morientes in bello iusto pro religione in æternum beantur.

i Can. nulla 23 q. 8.

Omni tempore bellandum vbi vrget necessitas defendendo religionis Deo & reipub. saecularis Christianæ.

k Curtius la. de vita Alexandri.

Conclusio. Bona bellantis intentio, & disciplina militaris bene seruata, omnino necessaria, vt bellum iustum, Deo placens felicem exitum habeat.

CAPVT XI.

Cum propter peccata principum & populorum bella immittantur à Deo, piis eum principes placare operibus & precibus conabuntur, vt sanctè fœliciterque, cum Dei hostibus, Ecclesiæ, regnique pugnent.

1. *Omnia vitia, à quorum putrefactione bella nascuntur, ad quinque generalia reuocantur.*
2. *Contra quæ quibus virtutum armis se munire debent principes, vt de miseriis publicis & priuatis, sicut de hostibus iniquis Deo sibi bene propitio triumphent.*
3. *Laus magna principis inter armorum strepitus ea quæ Dei sunt curare, vnde victoria plena.*

Omnia bella in peccatorum publicorum vltionem excitata à Deo.



LAGELLA Dei quibus publicas hominum societates cœtusque Deus conterere solet, qualia sunt pestis, fames, bella, generalesque alij morbi grassantes in populo non nisi à peccatis principum populorumque communibus atque publicis exundare sæpius supra notauimus. Vt nunc dubitare minime debeamus, propter vitia flagitiaque in medio populorum impunè bacchantia, respublicas, regnaque vltore Deo bellorum atrocitati C subiugari. Quæ diutius societates humanas cætusque populorum iusto Dei iudicio torquebũt, si vitia eorum furere perseuerẽt: diuina verò miseratione citius extinguentur, si homines tam principes quam populi peccare desinant. Vtrumque promissis, minisque Dei verum esse constat: [a] multa quippe bona, benedictiones, altamq; pacem Iudæis Deus se daturum copiosa largitate spopondit: *si in præceptis suis ambulare voluerint. At contra* (inquit) *si ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque contra vos aduersus incedam, & percutiam vos septies propter peccata vestra, inducamque super vos gladium vltorem fœderis mei.* Quibus populis sic auersis à Deo, sic Dei mancipatis indignationi, quid debilius, quid indignius, quid calamitosius? Cum enim verum illud: *Si Deus pro nobis quis contra nos?* Profectò, & illud ex aduerso: *Si Deus contra nos quis pro nobis?* Sic tunc non modo orbis terrarum: sed & cœlum mansque profundi, contra insensatos à Deo relictos, ipsique factos hostes seuerissimè pugnabunt. Vt non sine iustissima ratione reconciliati Deo ne semper miserè lugeamus, cum vitiis sceleribusq; generosè fortiterque pugnare debeamus. Quæ si Prophetæ Amos oraculis animum diligenter [b] intendamus, ad quinque capitalia generaliaque flagitia reuocari posse cognoscemus. Quorum primum est nimia securitas, & negligentia no-

a Leuit. c. 26.

Populo à Deo reprobato nihil miserius.

Omnia vitia quæ bella de vastrosque excitant, ad quinque genera reuocantur.

b Ex Amos Propheta c. 6

1. Negligentia salutis, & nimia securitas

A stra, qua non in Deo nostro, sed in propriis viribus, multitudine armorum, magno equitatu, pedestribus copiis, fortibus præsidiis, munitionibusque confidimos. Sed hac nos securitate miseri, primo tentationis flatu fluctuque congressus hostilis obruendi! Quid ad hæc Propheta? [c] *Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum, ingredientes pompaticè domum Israel.* Libido carnis, animam deuorans, luxusque superbus & effrenis regna, resque publicas destruens, locum inter hæc vitia secundum occupat, qui in conuiuiorum magnificorum superborumque immẽsis apparatorum sumptibus in exquisito vestimentorum splendore atque valore, in immanium ædificiorum extructione, & in fœda omnium carnalium voluptatum colluuie consistit. [d] *Qui dormitis in lectis eburneis & lasciuitis in stratis vestris, &c.* & cap. 5. maledictio oppressionem pauperum huic iunctã B lasciuiæ luxuiq; superbo sequitur: [e] *Idcirco, quod diripiebatis & prædam electam tollebatis ab eo: domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum: Quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra, hostes iusti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta: Ecce enim suscitabo super vos domus Israel, dicit Dominus Deus exercituum, gentem & conterent vos ab introitu Emath vsque ad torrentem deserti.* Tertio loco Propheta iniustitiam, auaritia crudelitateque horridam fœdatamque notat: [f] *Quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructus iustitiæ in absinthium, qui lætamini in nihilo &c.* Et cap. 5. [g] *Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abominati sunt &c.* Hinc nocendi proximo C cupiditas & ardor, vlciscendi crudelitas, implacabilitas animi, rebellandi feritas, dominandi libido, & insatiabilis imperij diuitiarumque sitis cupidoque nascuntur.

Post hęc scelera venit ordine quartum vitium summa, affectus immitis durities, & immisericordia, cuius callo peccator obductus in corde nulla miserorum afflictorumque commiseratione tangitur, atque haud secus quàm dura silex aut marpesia cautes in animo mouetur. Contra quos omni humanitatis misericordięque sensu destitutos Propheta clamat: [h] *Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur super contritionem Ioseph. Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium, & auferetur factio lasciuientium.* Et quoniã in vitiis sceleribusq; abyssus iniquitatis, abyssum maioris improbitatis inuocare solet, & vt S. Hieronymus ait: [i] *Pro ordine D membrorum est ordo vitiorũ, & venter æstuans merò citò despumat in libidinem.* Post quatuor recensita scelerum enormium secum multa alia trahentiũ genera, quinto loco reliquorum atrocissimum nefandissimũq; peccatum impietatem in Deum scil. diuini cultus horrorem, odiumque sanctissimæ religionis propheta commemorat. Propter quod horribile detestandumque scelus: [k] *Iurauit Dominus Deus in anima sua, dicitque Dominus exercituum. Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus. Quod si reliqui fuerint decem viri in domo vna, & ipsi morientur, & tollet eum propinquus suus & comburet eum, vt efferat ossa de domo, & dicet ei qui in penetralibus domus est. Nũquid adhuc penes te est, & respondebit, finis est. Et dicet ei, tace, & non re-*

in propriis viribus.

c Amos cap. 6

2. Vitiũ libidinis carnis infamis luxusq; superbus effrenatus, & immoderatus.

d Amos cap. 6

e Amos cap. 5

3. Iniustitia auaritia crudelitateque fœdata.

f Amos cap. 6

g Amos cap. 5

4. Immanitas & immisericordia.

h Amos cap. 6

i D. Hieron. epist. ad Oceanum.

5. Impietas in Deum & diuinus cultus odium.

k Amos cap. 6

corderis nominis Domini. Hęc sunt scelera propter A quæ Deus indignatus conterit terras, vastat vrbes, populatur agros, regiones euertit, Respublicas exterminat, regna confundit, cæteraque humanæ societatis subsidia, bellorum incendio flagrantia consumit, & à radicibus euellit.

2 Post. Contra hec vitia quibus virtutū armis se munire debent principes, vt de miseriis publicis, & priuatis, sicut de hostibus Deo sibi bene propitio triumphent.

Quæ malorum extrema principes à salute sua, à populi vita, à sui capite principatus auertere minimè valebunt, nisi cum populis clamantes ad Dominum, per recta pœnitentiæ salutaris itinera, in sanctissimæ matris Ecclesiæ sinum bonarum actionum merito reuertantur. Quod enim misericorditer in veteri testamento fecit Deus, maiori cum misericordia abundantiùs in nouo facturus est. Iudæis pœnitentibus Propheta Regius misericordiam Dei talibus verbis affulsisse commemorat: [a] *Vidit cum tribularentur, & exaudiuit orationem eorum, & memor fuit testamenti sui: & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ: & dedit eos in misericordias, in conspectu omnium qui ceperant eos.* Psalm. 106. [b] *Clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos: & eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula eorum disrupit.* Nunquid post mortem Gedeonis in terra promissa Iudæis Philistæorum, Ammonitarumique armato furore vehementer afflictis, & in sua afflictione Domino supplicantibus respondit Deus? [c] *Toties clamastis ad me, & erui vos de manibus inimicorum, tamen vos reliquistis me, & coluistis Deos alienos. Idcirco non liberabo vos amplius: ite, & inuocate Deos quos elegistis, ipsi vos liberent in tempore angustiæ.* Nihilominus præ multitudine misericordiæ suæ non fecit illis mala quæ minatus est: quia minas Dei sicut promissa semper conditiones iustæ co- C mitantur, sed pœnitentibus auxilia salutaria præbuit, eorum calamitatibus compatiendo, eosque strenua [d] Iephte ducis fortitudine magnificè liberando. Itaque dum causa bellandi instat necessaria, vt omne malum, quod secum bella trahunt, à se suisque Catholicis subditis in hostes Dei regnique sui, cum quibus iustè bello luctantur, transferre valeant, rectis se ad hæc necessaria bella operibus præparare tenentur, vt sibi fausta cedat victoria, hostibus exitium.

a Psalm. 105. vers. 44.

b Psalm. 106. vers. 13.

c Iudicū c. 10.

d Iudicum cap. 11. 2.

Theodosius bellaturus contra Maximum tyrannum, vt belli exitus felicior succederet contra hæreticos rescripsit.

e L. 4 de hæreticis Cod Theodos. l. 16 annum 388.

Nunquid illa fuit salutaris sicut gloriosa Theodosij Magni ad bellum iustum contra tyrannum Maximum Gratiani Imperatoris optimi parricidam, & Valentiniani iunioris defuncti fratris ab imperio extrusorem, præpa- D ratio, cum antequam sago se indueret, hæreticorum rabiem, edicto Catholico repressit? sic Cynegio præfecto prætorio rescribens: [e] *Apollinarios cæterosque diuersarum hæresum sectatores ab omnibus locis iubemus inhiberi, à mœnibus vrbium, à congressu honestorum, à communione sanctorum, instituendorum clericorum non habeant potestatem, colligendarum congregationum, vel in publicis, vel in priuatis Ecclesiis careant facultate, nulla ijs Episcoporum faciendorum præbeatur auctoritas, ipsi quoque Episcopi nomine destituti appellationem huius dignitatis amittant. adeant loca, quæ hos potissimum quasi vallum quodammodo ab humana communione secludant; his etiam illud nectimus, vt supra*

A *memoratis omnibus adeundi atque interpellandi serenitatem nostram aditus denegetur.* Hæc Theodosius Thessalonicæ, cum contra Maximum expeditionem pararet. Quod bellum tam formidolosum, cum Maximo illo tyranno [f] tanta celeritate huius Imperatoris singulari pietate, & religione confectum est, vt manifestissimè miraculosa Dei virtus omnipotentis, in hoc prælio pro religiosissimo Imperatore, dimicasse videatur. Idem Christianissimus postea contra Eugenium idololatram perfidum, bello certaturus eamdem bonæ præparationis viam ingressus est, dum [g] Ethnicos & [h] hæreticos, grauibus religiosisque rescriptis vehementer exagitauit. De cuius deuotione & pietate in huius belli apparatu, ista Ruffinus: [i] *Igitur præparatur ad bellum* (nempe Theodosius) *non tam armorum telorumque, quam ieiu- B niorum orationumque subsidiis: Nec tam excubiarum, quam obsecrationum pernoctatione munitus, circuibat cum Sacerdotibus, & populo omnia orationum loca, ante Martyrum, & Apostolorum thecas iacebat, cilicio prostratus, & auxilium sibi fida Sanctorum intercessione poscebat.* Illud autem maiori in hoc Imperatoris apparatu dignum erat admiratione; quod cum alij principes tempore belli augere tributa soleant, ea ipse pius Imperator suis relaxare voluit. Cuius Imperatoriæ munificentiæ excellens extat rescriptum his verbis ad Rossinum præfectum prætorio conceptum: [k] *Æraria præstationis adiectio, quam circa priscam consuetudinem prouincialium humeris Tatianus imposuit, à cunctis penitus salubri moderatione remouenda est.* Cui magnificentiæ nouam adiunxit: cum damnatorum bona in fiscum relata tempore Tatiani præfecturæ, ex ma- C gna misericordia clementiaque, vel ipsis reis, vel ipsorum sanguine iunctis hæredibusque restituit: vt hoc ad Ruffinum de quo supra rescriptum sua testificatione demonstrat. [l] *Omnia proscriptorum bona quæ fisco insciat Tatianus adnectis: vel ipsis qui propriam nuditatem, vel illis qui suorum mortem, in extrema positi egestate lugent, sine dubitationis obstaculo reddi præcipimus.* Quod rescriptum simili lege rescriptoque alio L. 13. eodem [m] Tit. Cod. Theodosiani confirmauit. Atque in hoc toto tantoque belli gerendi contra impios Imperij religionisque hostes apparatus solummodo religiosissimus Imperator Dei facere voluntatem eiusque procurare gloriam nitebatur, vt suæ populique saluti consuleret.

D In quo maxima laus enituit Imperatoris, quod maximè Diuus Augustinus in Bonifacio Africæ comite prædicauit, cum in principio Epistolæ ad eum, hæc ait: [n] *Laudo & gratulor, & admiror (fili dilectissime Bonifati) quod inter curas bellorum, & armorum vehementer nosse desideras quæ Dei sunt, verè hinc te apparet, etiam de ipsa virtute militari, fidem seruire quam habes in Christo.* Quid vero possit sanctæ fidei & pietatis ardor, ad vincēdum in prælio, 40. viri nobiles Northmanni facto suo monstrarūt. Qui signo crucis ac Dei virtute muniti, ingentem Sarracenorum multitudinem Salernū obsidione prementium debellarunt, vicerunt, victosq; prostrauerūt, prostratosq; neci demiserunt. Cuius memorandi facinoris, Leo Ostiensis ita me-

f Zozim l. 4. S. Ambros. epist. 29 ad Theodosium

g L. 12 de paganis Cod. Theod.

h L. 21 de hæret eodem.

i Ruffinus l. 2 c. 32.

Pius ac religiosus Theodosius M. ad bellum contra Eugenium apparatus.

Theodosius Imp. preparando se ad bellum contra Eugenium tributa populo relaxat.

k L. 13 de annonis tributis C. Theod.

l L. 12. de bonis proscriptorum Cod. Theodos.

Theodosius proscriptorum bona addicta fisco suo restituit.

m L. 13. de bonis proscriptis Cod. Theodos.

3 Post. Lam magna principis inter armorum strepitum cura esse qua Dei sūt unde victoria plena

pietas atque religio quātas in bello ad vincendum vires habet exemplo 40. Northmannorum ostenditur.

n S. August. epist. 45 ad Bonifacium comitem. c. 1

a Leo Ostien. sis l.2. c. 38.

A minit. [a] *Ante annos fermesexdecim* (scilicet anno Domini 1002. quia hic scribebat tunc res gestas anni redemptoris 1018.) *Northmanni quadraginta numero, peregrino habitu, quippe qui ab Hierosolymis, quò orationis causa perrexerant, redeuntes Salernum applicuerunt, viri & statura proceri, & specie venusti, & armis præcipui. Quam ciuitatem cum à Sarracenis obsessam reperissent, accensis nutu Dei animis à Guaimario maiore, qui tunc princeps erat, equos armaque poscentes, subito in eos irruerunt, plurimisque peremptis, & reliquis in fugam versis, mirabili victoria Deo largiente potiti sunt. Efferuntur miris omnium laudibus, magnisque à principe illustrati muneribus, vt manerēt secum multis precibus inuitantur. Illi amore tantum Dei, & Christianæ fidei assertione, hoc se fecisse asserentes, & dona respuunt, & manere sibi posse denegant &c.* Huic mirabili victoriæ à pietate fideque Christiana partæ,

Henricus pr. impr. S. Dominici corporis communione suum exercitum suo munitus Græcos Rom. ecclesiæ oppressores memorabili victoria superauit.

B aliam memorabilem coniugam: quam Henricus pri. imperator de Græcis ecclesiæ S. Romanæ oppressoribus, eiusque possessionum & vrbium prædatoribus, fide & singulari in sedem Apostolicam, charitate & obedientia munitus, & sacratissimæ Eucharistiæ susceptione vna cum militibus sui exercitus armatus, gloriosè reportauit, vt [b] Leo Ostiensis, [c] Bonfinius, & alii scriptores huius sæculi retulerunt. Pari fidei religionisque virtute corroboratus Catacalus præfectus Siciliæ, sub imperatore orientis Michaele, post audita sacrosancta missæ solemnia, digna dominici corporis participatione, cum suis armatus atque firmatus, Sarracenos ex Africa egressos, vniuersam Siciliæ insulam, excepta Messana, armorum viribus occupantes, recentibus victoriis elatos superbientesque repente, Deo eius pietatem approbante & remunerante, ferro flammaque destruxit, vt Curopalata sui scriptor temporis [d] in historia recensuit. Ex quibus aliisque similibus victoriis diuinæ partis misericordia, facto ipso comprobatur, quam verè sincerèque ad Gratianum imp. sanctus Ambrosius ista scripserit: [e] *Petis à me fidei libellum, sancte imperator, profecturus ad prælium; nosti enim fide magis imperatoris, quàm virtute militum quæri solere victoriam.*

b Leo Ostiē. sis l.2. c 40.
c Bonfinius in historia Vngarica l.pr. decad. 2.
d Curopalata anno 1040.
e S. Ambros. prolog. l. de fide ad Gratianum.

C

CAPVT XII.

De precibus quas principes ante pugnam bellumque pro se suisque Deo deuotè fundere debent, tam per se ipsos, quàm per sanctos viros, vt prosperè vincant.

1. *Ad preces piorum principum, miraculosa Deus auxilia per Angelos, sanctosque de cælo mittit.*
2. *Magna virtus bonorum principum ante belli pugnas, orationis Deo religiosè profusa piis operibus sociata, mirabiles beatosque belli successus gignentis, multorum exemplorum inductione demonstratur.*
3. *Diuinæ misericordiæ consideratio, spem veram fiduciamque vincendi, principum cordibus efficaciter ingerit.*

A 4. *Malos & improbos à se boni principes arcere, bonos vero ac sanctos ad se vocare debent: si pro sua populique salute, tempore belli, Deum salutari sibi prece propitiare atque demereri velint.*

HIs piis veræque Christianæ religionis operibus, deuota principum catholicorum ad Deum ante certamina succedere debet oratio, qua flectentes diuinam misericordiam, cunctorum hostium gloriose feliciterque victores euadant. Hac Deum orandi via princeps Iosaphat, ad victorias triumphosque de hostibus, in veteri testamento tetendit, qui sic in maximas cum populo coniectus angustias multitudine innumerabili hostium crudelissimorum vndique circumseptus, Dominum cæli & terræ deprecabatur. [f] *Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis gentium: in manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquam potest tibi resistere. Nonne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius, coram populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui, in sempiternum &c.* Et infra: interpositis quibusdam sic ad vltionem, vindictamque barbarorum hostium, Deus precibus gemitibusque compellit: *Nunc igitur ecce filii Ammon & Moab, & mons Seir per quos non concessisti filiis Israel, vt transirent, quando egrediebantur de Aegypto, sed declinauerunt ab eis, & non interfecerunt illos, è contrario agunt & nituntur eiicere nos de possessione, quam tradidisti nobis Deus noster. Ergo non iudicabis eos? In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos: sed cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* Qua oratione principis Deo deuotè profusa, quid factum sit à Deo regis huius oratione, ad iuuandum suos permoto audiamus. [g] *Et cùm omnis populus* (inquit sacer textus) *vxores & liberi clamarent, factus est spiritus Domini, super Iahaziel in medio turbæ, & ait: Attendite omnis Iuda, & qui habitatis in Hierusalem, & tu rex Iosaphat. Hæc dicit Dominus vobis.* Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem. [h] *Non enim est vestra pugna, sed Dei, non eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, & videbitis auxilium Domini super vos, ô Iuda & Hierusalem: Nolite timere, nec paueatis, cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum.* Quod rei euentus exitusque comprobauit. Similes Dei misericordiæ in sacris litteris inueniuntur effectus, qui principum fidelium populorumque precibus inuitatus, sæpe speciali mirabilique auxilio illis affulget, quo potentissimorum hostium ceruices collaque pedibus illorum conculcanda submittat. Vt à victoribus principibus magna pietate & fide præstantibus, hostes illi victi, iura vel funera, obsequium vel interitum, piarum legum iugum vel tumulum accipiant. Quem in finem sæpe misit Angelos suos aliosque sancta vita functos suppetias laturos ad principes illos certamini proximos, vt illis vires vincendi subministrent. Sic Iosue in agro vrbis Hiericho Angelum Dei ad se venientem vidit, cum dixisset:

Iosaphat regis Iuda ad Deum oratio, magnæ virtutis.
f 2. paralip. c. 20.
No. Efficacia orationis Iosaphat.
g Ibid.
h Pugna Catholicorum contra hostes ecclesiæ est pugna Dei.
Deus piis principum Catholicorum precibus excitatus, ad eorum occurrit auxilia vt vincant.

a Iosue c. 5. Angeli & ſancti vita functi miſſi à Deo in auxilium principum fidelium.

b Iosue c. 10.

c L. 2. Machabæorum c. 15.

Nazarius in panegy Cõſtantio i.

d Theodor. l. 5. c. 24. &c.

e Theodoret.

Iudicum c. 5.

Conſtantini M. oratio ad Deum ante prælia.

f Euſebius L. 4. de vita Conſtantini c. 20.

g Agapeti Diaconi paranæſ. ad Iuſtinianum.

h S. Gregor. l. 2 epiſt 62. Indict. 11.

2. Pars. Theodoſius M. in expeditione aduerſus Maximum tyrannum diuinum implorat auxilium per ſanctiſſimos viros vt Anachoretas & Monachos.

i Pſal. 43.

[a] *Noſter es, an aduerſariorum? Reſpondit Angelus: nequaquam, ſed ſum princeps exercitus Domini, & nunc venio* (ſcilicet pro te) *contra hoſtes Dei*: Huic victoriæ Ioſue Deo adſcriptæ in S. ſcriptura prædicantur: quia, [b] *Dominus Deus Iſrael pugnauit pro eo.* [c] In libris Machabæorum Iudæ Machabæo hoſtium ferociſſimorum vehementer oppreſſo copiis extrema multa ſubeunti, Ieremiam vita functum in ſomnis apparuiſſe legimus, atque dixiſſe: *Accipe ſanctum gladium munus à Deo, in quo deiicies aduerſarios populi mei Iſrael.* Et in lege noua nunquid in aëre militiam cæli armataſque acies, legiones nempe Angelorum ad ſuum auxilium, contra Maxẽtii copias, multitudine innumerabiles, fortitudine formidabiles, furore crudelitateque terribiles aduolantes Conſtantinus Magnus inſpexit? Audiuitque dicentes: *Conſtantinum petimus, Conſtantino imus auxilio.* Theodoſio [d] vero ſeniori in medio exercitus ad prælium cõtra Eugenii Phalanges legioneſque parati, nonquid apparuerunt duo Apoſtoli SS. Ioannes & Philippus, tanquam exercitus Theodoſii anteſignani, qui in capite exercitus cæteris præeuntes ad pugnam, in equis albis, armis micantibus induti à Chriſto Domino miſſi, ipſi imperatori miraculoſam victoriam triumphumque de hoſte ſacrilego dæmoniorumque cultore pepererunt? Sicut antea nocte præcedente ipſi [e] in ſomnis principi quieſcenti ſpoponderant? Vt verè cum Debora piis illis principibus Deo de victoria gratias agentibus occinere liceat: *De cælo dimicatum eſt contra eos* (ſcilicet hoſtes Dei) *ſtellæ manentes in ordine, & curſu ſuo aduerſus Siſaram* (ſcilicet omnes inimicos crucis Chriſtique Domini blaſphematores, *pugnauerunt.* Has vero mirabiles victorias pij religioſique principes ſummis à Deo precibus votiſque deuotè fuſis efflagitare conſueuerunt, vt Conſtantinos Magnus qui hanc orandi Deum ſibi ſuiſque militibus formulam, ante prælia præſcripſerat. [f] *Vnum te Deum eſſe nouimus, vnum te regem intelligimus, appellamus adiutorem, nobis abſq; te victoria cecidit: ex te aduerſarium fudimus.* Hinc illa pia Agapeti Diaconi ad Iuſtinianum Imperatorem admonitio, vt ad Deũ ſemper in omni fortuna, & tempore pacis, & belli confugeret, votis precibuſque humilibus & deuotis ab eo ſalutaria poſtulaturus auxilia: [g] *Recurre* (inquit) *ad ſupremum auxilium: cum homo quiuis debet ſalutem expetere: tum ante omnes imperator, vt potè qui pro omnibus ſolicitus eſt. Cum enim à Deo cuſtodiatur, tam hoſtes generoſa manu debellat, quam ſuos ſedulo communit.* Et S. Gregorios Mauritio imperatori, ſalutari inſtructione ſuggerebat. [h] *Tunc magis dominorum exercitus contra hoſtes creſcet fortitudo, quando Dei exercitus ad orationem creuerit.* Propterea Magnus ille Theodoſius imperator nunquam dignè ſatis à ſcriptore catholico laudandus, profecturus ad bellum cõtra tyrannum Maximum, ſanctæ religionis armis diuinam miſericordiam numenque ſibi demereri conatus, ſuis bonis operibus orationibuſque potentes apud Deum efficaceſque ſanctiſſimorũ virorum, puta monachorum, Anachoretarum, virtutibus ad miracula fulgentium, preces adiunxit. Vt ipſe proſperè pugnaturus merito ipſorum ſanctitatis & interceſſione iuſtè veréque poſſet cum Pſalte regio dicere: [i] *In Domino faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum reduces inimicos noſtros.* Itaque hoc tam terribile, periculoſumque bellum cum tanto hoſte, tot munito armorum præſidiis auſpicaturus, legatos in Ægyptum ad ſanctos ibi ſolitariè Deo viuentes, Angelorum vitam in humanis corporibus, veluti vaſis fragilibus imitantes, honorifico apparatu direxit; quos pro ſe imperioque certantes precibus, bonorumque operum munitionibus habere voluit præliatores & propugnatores. Inter alios ſanctiſſimum Anachoretam nomine Ioannem, cuius virtutes plurima variaque prædicatione [k] S. Hieronymos extollit: per quorum preces interceſſioneſque Deum de incerto dubioque belli exitu conſulere maximè concupiuit, & cum omni deuotione propitium ſibi in tam formidabili bello quæſiuit. Vt his verbis S. Auguſtinus oſtendit: [l] *Cum Maximum terribilem faceret ille ſucceſſus* (ſcilicet proditoria trucidatio Gratiani imperatoris cum fuga Valentiniani) *hic* ſcilicet Theodoſius, *in anguſtijs curarum ſuarum, non eſt lapſus ad curioſitates ſacrilegas atque illicitas, ſed ad Ioannem in Ægypti eremo conſtitutum, quem Dei ſeruum prophetandi ſpiritu præditum, fama crebreſcente didicerat, miſit: atque ab eo nuntium victoriæ certiſſimum accepit.* Similia [m] Ruffinus & [n] Euagrios. Eundem Anachoretam prophetiæ præditum ſpiritu, aduerſus alterum tyrannum Maximo, ſcelere, impietate, crudelitate ſuperiorem, bella geſturus religioſiſſimus Imperator; de futuro belli exitu conſuluit: quem in ſuperiori bello contra Maximum tyrannum, vatem veridicum ſibi feliciter fuerat expertus: vt talibus Ruffinus commemorat: [o] *Theodoſius nihilo ſegnius inflammatus ad vltionem, arma contra Eugenium, qui in locum defuncti,* (ſcilicet Valentiniani Iunioris) *ſubſtitutus eſt, corripit: primo, Dei voluntatẽ per Ioannem Monachum, de quo ſupra memorauimus ſciſcitatus. Tum ille qui primam de Maximo ei victoriam prædixerat, incruentam etiam hanc licet non abſque plurima vtriuſque ſanguinis inundatione promittit.* Illis vero ſanctorum Anachoretarum Monachorumque precibus ad Deum ſuas ipſe religioſè Theodoſius admiſcuit, quarum virtute feliciùs quàm armorum fortitudine pugnaret, vt probauit euentus, teſte D. Auguſtino dicente: [p] *Aliũ tyrannum Eugenium, qui in illius Imperatoris locum, non legitimè fuerat ſubrogatus, accepto rurſus prophetico reſponſo, fide certus oppreſſit, contra cuius robuſtiſſimum exercitum, magis orando, quam feriendo pugnauit.* Quod Ruffinus ita ſubdens loco citato confirmat: [q] *Igitur præparatur ad bellum, non tam armorum, telorumque, quam ieiuniorum, orationumque ſubſidijs, nec tam excubiarum vigilijs, quam obſecrationum pernoctatione munitus, circuibat cum Sacerdotibus ac populo omnia orationum loca, ante martyrum & apoſtolorum thecas iacebat, cilicio proſtratus, & auxilium ſibi fida ſanctorum interceſſione poſcebat.* Deus immortalis quomodo talibus pietatis, fidei, charitatiſque munitus armis hoſtes Dei Imperiique tantus Imperator non viciſſet? hunc Imperatorem ſecutus nepos Theodoſius Iunior, *Si quando bellum concitabatur,* [r] (inquit Socrates) *Dauidis exemplo, ad Deum confugit, pro certo perſuaſus eum bellorum adminiſtratorem eſſe, precumque ſubſidio adiutus, ea proſpere & feliciter geſſit.* Orationis virtutem Deo fuſæ ante pugnã ab exercitus principe, ad pariendos de hoſtibus, parta victoria, triumphos, [s] Saluianus in perſona Theodorici Regis Gothorum, fidentis tunc atque credentis in Dei virtute, in eiuſque manu

k S. Hieron. ep ad Cteſiphontem.

l D. Aug l. 5. de ciuitate c. 26.

m Ruffinus l. 2 c. 32.

n Euagrius in vitis SS. Patrum cap 1.

o Ruffinus. l. 2. c. 32.

Theodoſius orationes ſuas, ieiunia, aliaque bona precibus ſanctorũ pro ſe Deum rogantium permiſcuit.

p D. Aug. l. 5. c. 26. de ciuitate.

q Ruffinus.

Iunioris Theodoſii pietas in orando tempore belli.

r Socrat. l. 7. Magna vis orationis ante pugnam ad victoriam.

s Saluian l. 7. de prouidentia & iudicio Dei.

esse victoriam aduersus corruptissimum Romanorum exercitum, duce Littorio homine superbissimo, pugnantis expressit, cum ait, inter alia. *Denique ipse rex hostium*, (scilicet Theodoricus) *quantum res prodidit ac probaui*, *vsque ad diem pugna stratus cilicio, preces fudit; ante bellum in oratione iacuit, ad bellum de oratione surrexit: priusquam pugnam manu capesseret, supplicatione pugnauit: & ideo fidens processit ad pugnam, quia meruerat iam in oratione victoriam.* Piam felicemque expeditionem præuiis orationibus ad Deum religiosissimus Æthiopum rex Elesbaam contra Dunaam sceleratissimum Homeritarum regem, Dei blasphematorem, ex Christiano ad vomitum Iudaicæ superstitionis impietatisque reuersum, crudelissimumque Christianorum in Nagra ciuitate aliisque persecutorem trucidatoremque suscepit.

Orationis virtute Elesbaam rex Æthiopū catholicus, Dunaam impium Homeritarum seu Sabæorum regem bello vicit.

B De eoque his pietatis præsidiis & armis miraculosa victoria triūphoque potitus, ipsum Dunaā regē sceleratissimū inuentū, captum, aurea ligatum catena cum cæteris Iudaicæ superstitionis & abominationis in odium Christi cultoribus, per suos iusta seueritate peremit. Quæ omnia plurihus Theophanes seu auctor [a] Miscellæ lib. 15. [b] Metaphrastes, & [c] Surius ex illis. Heraclius imperator precibus ad Deum, certamini pugnæque præuiis, generosè Persas feliciterque superauit. Qui vt in annalibus Cedrenus est auctor, magnum templum ingressus, atratus calceos, Deū, antequam ciuitate Constantinopolitana egrederetur ad bellum, ita pronus procumbendo, precatus est: [d] *Domine Deus & Iesu Christe, ne nos propter peccata hostibus tuis irridendos prabeas, sed intuere in nos, ac miserere nostri, & victoriam de hostibus tuis concede, ne glorientur scelerati, & tua insultent hæreditati.* C Hunc ita animo demisso orantem videns Georgius Pisidensis omine fausto allocutus est.

[a] Author Miscellæ. 15.
[b] Metaphrastes.
[c] Surius. anno 523.
[d] Cedrenus in annalibus anno Domini 62.
Oratio Heraclii ad Deum.

[e] *Nigrum Imperator, nunc indute calceum*
Rubefacies tinctum cruore Persico.

[e] Georgius Pisidensis.

Ita Carolus Magnus in omnibus suis, aduersus religionis Christianæ hostes expeditionibus, semper ante omnia Dei auxilium gratiamque bona certamina certandi, quæ victoria sequeretur optata, deuotis precibus orationibusque flagitabat. [f] Vt cum anno Domini 791. contra feroces barbarosque hostes, deuios à fide & æquitate Hunnos bellum mouere pararet per triduum, Deo supplicationem fieri mandauit.

Caroli Magni pietas in orando Deum ante bella suscipienda.
Æginarthus.
[f] In aonalibus Pipini, Caroli M. & Ludouici pii anno 791

Ottonem regem Germaniæ innumerabilem, propeque infinitam Vngarorum barbarorum multitudinem, quæ in Germaniam crudeliter, tanquam horribiles elationes maris exundauerat; D magis precibus quam armis destruxisse, penitusque eos persequendo deleuisse, [g] Frodoardus, [h] Crantiusque testantur. Sicut sanctus Vdalricus Deo reuelante prædixerat: hæc enim ibi Frodoardus post multa recenset: *Rex igitur cum tantum exercitum Vngarorum perspexisset, æstimauit non posse ab hominibus superari, nisi Deus omnipotens eos occidere dignaretur: in cuius adiutorium confidens, suorumque principum consolationibus roboratus, bellum viriliter cum eis agere capit, & cum mutua cade vtrobique cecidissent, & his interfectis, qui ad occisionem à Deo pradestinati erant, gloriosa victoria Ottoni regi à Deo, cui impossibile nihil est, data est, ita vt exercitus Vngarorum in fugam versus, virtutem vltra praliandi non haberet.* Post hæc describit author, quomodo Otto rex hostes il-

Ottonis victoria mirabilis de innumerabili Vngarorum multitudine magis precibus, quam armis
[g] Frodoardus in Chron. anno 955.
[h] Crant. l. 4. c. 617. hist. Saxon.

A los persequens omnes ad vnum vsque necauerit. Tanta princeps religione, catholica fide, pietateque perillustris victoria potitus est, pia virtute precum, sacraque dignè Eucharistiæ communione præmunitus: intercedentibus pro illo sanctis in cælo, vt super omnes sanctissima Deipara virgine. Propterea principem pium, tanta potitum victoria, ingentes S. virgini sanctisque omnibus gratiarum actiones egisse, multaque vota præstitisse [i] Crantius commemorat. Hæc pauca ex innumeris quæ passim sacras replicantibus historias occurrunt in medium, exempla producere placuit: vt viuentes adhuc Christiani principes, quique futuri sunt, magis ac magis in rebus arduis, dubiisque bellorum congressibus ad pia Deo fundenda vota precesque, maiori charitate feruentes animarentur. Quibus, reddito sibi B omnipotenti propitio numine, ad maiorem certioremque victoriæ gloriosæ spem confidenter exarderent; credentes non abbreuiatam esse manum Dei, nec illius sinum misericordiæ restrictum, vt minus auxilii, gratiæque ad victoriam gloriamque sibi largiri vellet, quàm prioris sæculi principibus, catholica religione sanctitateque Christiana præstantibus, ex suæ misericordiæ atque benignitatis abundantia præstiterit. Si modo istorum principum gloriosa vita functorum, virtutis & pietatis catholicæ esse vellent æmulatores, sicut prosperitatis amatores, gloriæque participes esse desiderarent. Sic [k] bonitatē facientes, sperent in Domino dicentes, cum strenuo bellatore prælia Domini præliante: propheta regio, in dubiis vitæ periculis: [l] *Ad me ipsum conturbata est anima mea, propterea memor ero tui.* Scilicet miserantis & misericordis, sperantes in te C magnificientis: in qua diuinæ miserationis benignitatisque recordatione & cogitatu, clament cū eodem propheta: [m] *In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.* [n] *Dominus ipse virtutum, Deus exercituum, Dominus fortis & potens, Dominus potens in pralio.* Atque vt languentes in aduersitatibus animos magis ad generositatem fortitudinemque commoueant, hos diuinarum promissionum irriguo perfundant: dictūque à Christo Domino fuisse reminiscantur. [o] *Confidite, ego vici mundum.* Cuius vincendi subiugandique mundum fortitudinis persuasionem ne ab animis vnquam suis auellant, sæpius voluāt animo, atque reuoluant, post resurrectionem dicta discipulis ab eodem Domino: [p] *Data est mihi potestas in cælo, & in terra.* Cuius participatione virtutis & potestatis, ab ipso regum rege cōmunicatæ: [q] *Iusti per fidem vicerunt regna, fortes* D *facti sunt in bello, & castra verterunt exterorum.* Et profitentes [r] cum Ionatha filio Saulis, & [s] Asa rege Iuda; *Non esse Domino difficile saluare, vel in multis, vel in paucis.* Nunquam animum instantibus vitæ periculis deiiciant, nec ingenti hostiū multitudine terreantur: sed iacta in Domino fiducia eius, spe diuini auxilii, animi viribus augeantur, corroborentur & crescant. Cum ille hac elatus fiducia in Deo suo, vnico milite, armigero nempe suo comitatus, magnas Philistinorum copias, victas superatasque fugauerit. Hic vero decies centena Æthiopum millia, falcatis curribus septa cum multò minori bellantium numero destruxit, prius confidenter sic ad Dominum clamando, eumque hac oratione flectendo: [t] *Domine non est apud te vlla distantia,*

[i] Crantius l. 4. c. 6.7 hist. Saxon.
3. Pars. *Consideratio diuina misericordia spes non fallaces, sed veras vincendi inimicos principum piorum animis ingenuerat.*
[k] Psal. 36 v. 3.
[l] Psal. 41.
[m] Psal. 59.
[n] Psal. 23.
[o] S. Ioan. c. 16
[p] S. Math. 28.
[q] Hebr c. 11.
[r] L. 1. reg. 14.
[s] 2. Paralip. c. 14. v. 11. 12.
Ionatha victoria de Philisthæis solo stipati armigero.
Et Asa regis Iuda de Æthiopibus.
[t] L. 2. Paralip. c. 14. v. 11.

legis aduersarius sperat in Deo! qui in ipso belli procinctu, in illius misericordia auxilioque confidit! qui sanctorum iustorumque preces & vota pro sua populique salute fusa, vehementer appetit & amplectitur! qui in arduis grauioribusque regni negotiis bellique periculis, illorum consortio & consilio salutari delectatur, eoque in directione suæ conscientiæ, regendoque iustè populos, & ab omni inimicorum impetu protegendo magnopere proficere desiderat! qui voluntate & effectu infideles & impios, à se suoque conspectu repellit! qui fœdere iniquo cum hostibus Dei sociari detestatur, qui ab illorum viribus carnalibus potentiaque auxilium petere, sicut suum illis ad impietates suas, porrigere deprecatur! Has audiens cum filiali timore & tremore horribiles Dei minas principibus decem tribuum Israel, populisque illorum dolo perfidiaque deceptis factas his contraria facientibus: B [a] *Væ qui descendunt in Ægyptum, ad auxilium in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitibus quia prævalidi nimis, & non sunt confisi super sanctum Israel, & Dominum non requisierunt.* (A quo videlicet vno salus principis & populi sperari poterat) nam & ipsi Israelitæ Domino Deo discedentes diffidentesque sceleratè ab Ægyptio rege, cui suni frustra impièque confisi, decepti sunt, his non ferente auxilium quod spoponderat. Vt sequentis prophetiæ verba designant. [b] *Ipse autem sapiens*, nempe Ægyptius rex, qui sibi videbatur sapiens, *adduxit malum & verba sua non abstulit. Et consurget contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem* Scilicet Deus qui sapiens verè, est inflixit plagam quam minatus fuerat: neque suis verbis pondus abesse voluit. Propterea contra impiorum familiam cætusque malignos C consurget, qui infidelibus Ægyptiis potius quam sibi salutem suam credere maluerunt. Ipsorum vero idololatrarum multorum, criminum contagione fætentium auxilium, cui peruersa opinione dementati Israëlitæ crediderant, tanquam vanum, futile & inane penitus destruet atque confundet. Atque vt amentiam miseram eorum qui in fragilibus iniquorum viribus, non in Dei virtute confidunt ostenderet propheta, subiunxit: [c] *Ægyptius homo, & non Deus: & equi eorum, caro, & non spiritus. Et Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxilium, simulque omnes consumentur.* Tam illi qui dolosè promittunt auxilium, quam qui illud stultè sperant, miseraque confidentia præstolantur. [d] *Viriliter agite & confortetur cor vestrum*, ô insignes catholica pietate principes, *omnes qui speratis in Domino*. Certam sic benè sperando de cunctis hostibus Dei, vestræ salutis & imperii victoriam, cum pia exultatione præstolamini. Scitote D Deum saluatorem nostrum, si sic benè viuendo, regnandoque in illo speretis, omnes improbos contra vos iniquo marte præliantes, plagis vndique mortalibus, vsque ad inferni nouissima percussurum. Quibus viuentibus adhoc in terra, si non à suis impietatibus auertantur, non [e] locusta, non tinea, non brucus, non ærugo deerit fient amentes & cæci ad grauioris abyssum miseriæ. [f] *Nec eorum via dirigentur sed eos vt iniustos mala capient in interitu, mentietur eis opus oliuæ, & arua non afferent cibum* [g] *Abscindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus eorum.* [h] Denique A *veniet mors super illos, & descendent in infernum viuentes*. Vobis vero, ô principes religiosi, filii excelsi omnes pro Christo D. pro eius fide, religione, ecclesia sanctissima, catholica, & Romana, vnica illius sponsa castissima strenuè generoséque pugnantibus, rex ipse regum & Dominus dominantium largam copiosamque bonis omnibus temporalibus & æternis benedictionem misericorditer effundet.

Bonum principi quàm maximè confidere in Deo, & sanctorum precibus & consiliis delectari, & impios eorumque fœdera detestari.

Sic ex opposito mala eis contraria faciunt ... malè illud Iere. cap. 17. maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum.

a Esaiæ c. 31. v. 1. 2. 3.

Maledicti qui confidunt in homine & non in Deo.

b Ibid. v. 2.

c Esai. c. 31. v. 3

d Psal. 26. v. 14

Exhortatio ad principes catholicos, vt benè confidentes in Deo Christo saluatore nostro iustè de hostibus victoriam sperent & præstolentur.

e Psal. 77. v. 46.

f Psal. 119. v. 12.

g Habacuc c. 1 v. 17.

h Id.

Psal. 54 v. 16.

CAPVT XIII.

Princeps Christianus veréque Catholicus in bello quàm studiosus obseruator disciplinæ militaris esse debet, vt omnes sui exercitus milites in officio continens, per mortem temporalem cui exponunt vitam propriam, det illis occasionem lucrandi vitam æternam.

1. *Magna laus meritumque Christiani principis apud Deum & homines sincerè atque religiosè disciplinam rei militaris exercentis, quæ est à Deo, atque milites suos verbo & exemplo, ad prælia Dei feliciter obeunda prouocantis.*
2. *De virtutibus quas præter pietatem, iustitiã & fortitudinem disciplina militaris in castra sequentibus requirit, nempe modestia & abstinentia.*
3. *De aliis duabus præter superiores, virtutibus in bello valde necessariis, continentia & obedientia.*



V ò res excellentia quadam prædita, magis ardua factuque difficilior, eò præfectus illi, cum eam rectè perficit, laudabilior & honoratior habetur. Ars militaris res quædam excellens, & quia sæpius exigentibus hominum peccatis necessario bellandum est, admodum humano generi salutaris, sed ardua res & valde factu difficilis: propterea principi atque duci strenuo, benè sinceréque illam administranti laus magna, honorque singularis ascribi debent, quæ in opere maximi meriti coram Deo hominibusque radicantur. Disciplina porro hæc militaris, in continendo milites D in officio præcipuè consistit qui principes suos illam docentes præcipientesque audire parendo, & obediendo venerari in conscientia tenentur. Sicut ipsi duces exercitus militibus aliisque dignitate aliqua in exercitu fulgentibus; non modo imperio dominari, sed etiam exemplo præire, iuxta Dei hominumque leges obligantur. Si huius disciplinæ militaris amatores adeò pagani duces extiterint: quid circa hanc militiæ disciplinam Christianos principes præstare conuenit. Quid paganus imperator militibus suis eorumque præfectis in bello præscripsit agendum, iuxta regulas militaris artis audiamus:

Magna principis laus rectè militarem disciplinam administrantis.

Aurelianus imp., rigidus exactor disciplinæ militaris

ciam pietatemque in Deum ardentiori charitatis zelo prouocauit his verbis: [a] *Grani de pugnu conqueris, dubites nolo, vtile tibi tuisque dabo consiliū: arripe arma: oratio aures pulset auctoris: quia quando pugnatur, Deus apertis calis prospectat: & parti quam aspicit iustam, dat palmā.* Quod fuisse verum cōprobauit euentus. Nam ducibus Mauortio & Galbione qui aduersus eum in Africam cū exercitu venerant, proditione Sinocis extinctis, potitus victoria, Deo hanc acceptam referens, iterum ad D. Augustinum ita rescripsit. [b] *Manus superba Deo iuuante cecidit: quæ ante paululum audax gladium erecta portabat, multi ex aduersis ceciderunt, de nostris Christo iuuante nullus est vulneratus, ora igitur venerabilis Papa, vt talis de inimicis vltio semper præcedat.* Cui victoriæ congratulando D. Augustinus in lecto decumbens morbo grauiter afflictus, rursus eum per has litteras monet, vt semper suum iactet cogitatum in Domino, inque eius auxilio misericordiaque omnem suam spem fiduciamq; nihil de propriis viribus præsumens, toto vitæ tempore collocet. [c] *Lecto me vacare nobilitatem tuam latere non credo, vltimumque diem mihi expecto venire. Gaudeo tua victoria. Ciuitatem, quæso, serua Romanam: suos vt bonus reges comes. Nihil de viribus propriis præsumas. De auctore gloriæ virtutum, & nullum curabis penitus inimicum, vale.* Hac in Dei misericordia auxilioque collocata fiducia cōfirmatus Iustinianus senior, omnia fausta prosperaque quocumque tempore belli pacisue gesta, ab ipsius adiutorio gratiaque in se imperiumque Romanum deriuata profluxisse profitebatur: *Deo auctore nostrum gubernante imperium, quod nobis à cælesti maiestate traditum est, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & statum Reipub. sustentamus, & ita nostros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium, vt neq; armis confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio, sed omnem spem ad solam referamus summæ prouidentiam Trinitatis.* Et quoniam felix belli iusti exitus in manu Dei, illum per Sacerdotes eius, quorum consilia in bellis agendis sequebantur semper principes, in veteri testamento consulere solebant. In cuius rei signum erant olim [d] belli tubæ in Sacerdotum manibus, quibus significabatur absque eorum consilio, Deoque per eos consulto, bella non esse mouenda & arma sumēda. Illud erat videlicet, quod admonebat [e] Ieremias Propheta, *bellum esse sanctificandum*, id est legitimè decernendum, auspicandum, feliciterque adiutore Deo prosequendum.

[a] S. Aug. ep. 13. in appendice.

Deus iusta causa dat victoriam.

[b] Inter epist. D. August. in appendice epist. 14.

[c] S. August. epist. 15 in appendice.

Iustiniani ad Tribonianum de conceptione digestorum conscriptum, & professio de Dei adiutorio à quo omnia imperii prospera.

Olim in veteri lege bellum iniustum, non nisi sacerdotum consilio mouebatur.

[d] Numer. c. 10. Hierem. c. 6.

[e] Ierem. c. 6. vers. 4. *Sanctificate super eam (scil. Sion) bellum.*

Bellum autem tria iustum efficiunt, summi nempe principis auctoritas, iusta causa, & recta intentio; quorum si quod desit in bello, iniustum esse necesse est. Primum nempe supremi principis auctoritatem, omnino necessarium esse docet S. Augustinus dicens: [f] *Ordo naturalis mortalium paci accommodatus, hoc poscit, vt suscipiendi belli auctoritas atque consilium, penes principes sit: non enim pertinet ad personam priuatam bellum mouere* [g] (inquit D. Thomas) *quia potest ius suum in iudicio superioris prosequi. Nec ad eamdem priuatam personam pertinet conuocare, & in cuneos turmasque populorum multitudinem cogere, quod in bellis fieri necesse est, sed ad supremum regem aut principem, qui persona publica est, cui conseruandæ Respub. salus incumbit.* Quam sicut legitimè materiali gladio cōtra interiores quidē perturbatores defendit, dum in delinquentes nocentesq; legū seueritate, pœnisq; à lege decretis animaduertit: [h] *Propter quod non sine causa princeps gladium portat, minister enim Dei est vindex in iram ei qui male agit.* Ita etiam ait D. Tho. ibi, *gladio bellico ad eos principes nempe pertinet Rempubl. tueri ab exterioribus*, quibus ideo Deus per Prophetam regium imperando clamat. [i] *Eripite pauperem & egenum, de manu peccatoris liberate.* Quæ facere priuato sine auctoritate publica à principe in omnes magistratus iustitiæque ministros deriuata, omnino non licet: Hinc illa Platonis lex. [k] Ἐὰν τὶς ἰδίᾳ ποιῆται πρός τινας εἰρήνην ἢ πόλεμον ἄνευ τοῦ κοινοῦ, θάνατος ἔστω ζημία. *Si quis priuatim sine publico scito, pacem bellumue fecerit, capitalis esto.* Secundo ad iustum bellum causa iusta desideratur, vt scilicet, *illi qui impugnantur,* (ait [l] D. Thomas) *propter aliquam culpam, impugnationem mereātur.* Propter quod dixit [m] D. Augustinus: *Iusta bella solent definiri, quæ vlciscuntur iniurias, si gens vel ciuitas plectenda est, quæ vel vindicare neglexerit, quod à suis improbè factum est: vel reddere quod per iniuriā ablatum est.* Tertium quod iusti belli confectionem ingreditur, [n] *est recta bellantis intentio, qua princeps intendit maximè, vel vt bonū promoueatur, vel vt malū vitetur. Propterea* (inquit [o] August.) *apud veros Dei cultores etiam illa bella peccata non sunt, quæ non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, vt mali coerceantur, & boni subleuentur.* Cui illud Tullij maximè conforme: [p] *Ita bellum suscipiatur, vt nihil aliud quam pax quæsita videatur.* Cui & aliud Sallustij adiungi rectè potest: [q] *Sapientes pacis causa bellum gerunt, & laborem spe otij sustentant.* Quod si quis obiiciat bellum iustū dari non posse; eo quod, omne bellum paci contrarium sit, quæ virtus est, & virtuti aliquid opponere quod sit iustū, omnino rationi repugnet: huic obiectioni duplici respōsione satisfaciemus: prima, dicēdo pacem non esse propriè virtutem; sed potius virtutis omnium reginæ charitatis opus: vt docet [r] D. Thomas, iuxta regij vatis illud: [s] *pax multa diligentibus legem tuam.* Secunda asserendo, bonam pacem malo & iniusto bello esse contrariam; non bono & iusto, sed huius belli pacem esse scopum & finem, cum hoc iustū bellum suscipiatur, vt pace bona fruamur: *Non enim pax quæritur* (inquit [t] S. August.) *vt bellum excitetur: sed bellum gerimus vt pax acquiratur.* Qui propterea Bonifaciū comitem monendo ita concludit: *Esto ergo etiam bellando pacificus: vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas.*

3. Pars. Tria ad iustū bellum requiruntur.

1. Auctoritas summi principis.

[f] D. Aug. l. 22 contra Faust. c. 74.

[g] D. Tho. 2. 2 q. 40. art. 1 in corp.

[h] Rom. cap. 13

[i] Psal. 81. v. 4

[k] Plato l. 12. de legibus.

2. Iusta causa requiritur ad bellum iustum

[l] D. Tho. loco supra citato.

[m] D. Aug. l. 83. q. in octo. 4.

3. Ad iustum bellum necessarium recta bellantis intentio.

[n] D. Tho. ibi supra.

[o] S. Aug. l. de verbis D. serm. 19 can. apud veros. 23. qu. 1.

[p] Cic. 1. offic.

[q] Sallust. ad Cæsarem.

Obiectio non dari iustum bellum.

Responsio obiectioni duplex.

1. Pax propriè non est virtus sed reginæ virtutum charitatis opus.

[r] S. Tho. 2. 2 q. 29. art. 3.

[s] Psalm. 118.

[t] S. Aug. ep. 207 ad Bonifacium comitem Africæ.

2. Responsio. Ibid. S. Aug. & can. noli 23. q. 1.

CAPVT X.

Quæ causæ iusti belli, ad duo genera reuocatæ, defensionem & aggressionem.

1. *Defensio propria & aliena salutis licet priuata, bellum susceptum iustificat.*
2. *Defensio publica regni seu patriæ & religionis vera iusta belli causa.*
3. *Iusta bellandi causa ex parte inuasionis, & aggressionis, quæ.*



E o sciendum est multa ad iustitiam causæ bellandi concurrere, quæ generali conceptu ad duo reuocari possunt, defensionem scilicet, & aggressionem seu inuasionem in hostes. Pro legitima defensione licet opprimentes nos, nostros, alienosque vexatos iniustè via belli cum alia non succurrat, adoriri; sic vt hæc defensio iusta, sit propria & aliena: Propria sui ipsius, aliena, priuata, vel publica, & publica quidem, vel est ciuilis pro salute patriæ, vel sacra pro defensione religionis & Ecclesiæ. Ac propriæ quidem personæ quo ad bona salutemque corporis, & animæ defensionem, ipsa natura docet: *A qua* [a] *omni animantium generi tributum est vt se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea quæ sibi nocitura videantur.* [b] *Est enim hæc non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, legimus, accepimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. Vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela, aut latronum, aut inimicorum incidisset: omnis honesta ratio esset expediendæ salutis: silent enim leges inter arma, nec se expectari iubent, cum ei qui expectare velit, ante iniusta pœna luenda sit, quam iusta repetenda.* Hac sui defensione tam iusta bellum suscipere prœlioque cum hoste contendere quis iniustum esse dicet? [c] *Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus & feris natura ipsa præscripsit, vt omnem semper vim quacumque ope possent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent.*

Defensio duplex, sua & aliena, hoc multiplex.

Propriam sui defensionem natura docet.

a 1 offic. Cicero.
b Cicero pro Milone.
c Ibid pro Milone.

At iusta alienæ salutis defensio, siue priuata, siue publica belli causam iustificat, priuata est pro parentibus & amicis, aliisq; iniustè à nocentibus ac violenter oppressis: [d] *Cum parentes nostros armis tegimus.* Nec pati licet amicos & socios, sicut affines & cognatos iniquorum iniuriis telisque torqueri. [e] *Oportet iniuriam passos, pro se ipsis arma capere, siue pro cognatis & beneficiis, sicemque sociis iniuria affectis auxiliari.* Iisque non succurrere cum possis ô princeps! non te à graui iniustitiæ labe vindicares. [f] *Qui enim non defendit, nec obsistit, si potest iniuriæ, tam est in vitio, quam si parentes, aut patriam, aut socios deserat.* Sed defensio publica tantò iustior, ac potior priuata, quantò præstat publica priuatis. [g] vt S. Ambros.

Causa iusta alienæ salutis defensio duplex.
d Salost in Catil.
e Arist rhetor. ad Alex.
f Cicero pr. off.
x *Pars Defensio publica duplex, ciuilis, & sacra.*
g S Ambros. de obitu fratris orat.

A de obitu fratris Satyri scripsit. Quæ autem ciuilis est, aut sacra; de ciuili primum dico, quæ pro patriæ, regni, reique publicæ salute suscipitur. Quam tantæ iustitiæ & æquitatis, tantæ pietatis ac meriti etiam prophani rerum publicarum rectores fuisse iudicarunt. [h] *Vt omnibus, qui patriam conseruarint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cælo ac definitum locum crediderint, vbi beati æuo sempiterno fruantur.* Addētes hęc quę certè vera sunt, *nihil esse illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terra fiat acceptius, quàm concilia cœtusque hominum iure sociatos, quæ ciuitates appellantur: quarum rectores & conseruatores hinc profecti, huc, id est in cœlum reuertuntur.* Quod quidem sibi pro vero persuadens Tullius dixit alibi [i] *claræ vero mortes pro patria oppetita non solum gloriosa, sed etiam beata visa sunt.*

h Cicero in somno Scipionis in fragm.
i Prima Tuscul.

Hanc magnitudinem fortitudinemque quam
B princeps exercet in liberanda republica, ab inimicorum oppressionibus, illiusque hostes belli certaminibus arcendo & refręnando S. Ambrosius maximè laudat & exaltat: [k] *Fortitudo* (inquit) *quæ per bella tuetur à barbaris patriam, vel defendit infirmos, vel à latronibus socios plena iustitia est.* Aliam iustam constituo defensionem publicam à ciuili secretam, distinctamque, quam ratione materiæ circa quam versatur, sacram appello: quod circa res sacras, diuinas & Ecclesiasticas, vtpote fidem, religionem, Ecclesiamq; Catholicam, Apostolicam & Romanam protegendas, ab omni hostium furore vindicandas occupatur. Vnde religionis S. Catholicæ fideiq; Christianæ defensionem, & hæresum aliarumq; cōtra Dei Ecclesiam sanctissimam, impietatum extirpationem, iustas bellandi causas efficere, à purissima Christi sponsa matre nostra, monstrante spiritu S. docemur & erudimur. Vt qui pro defen-
C sione religionis Catholicæ Ecclesiæque sanctæ contra impios Dei hostes dimicando fortiter in acie vita ceciderint, eos non dubitanter beatos esse credamus. Sic enim spiritu S. gratia principali, sanctorum patrum cætui præsidente in concilio Lateranensi Alexander 3. locutus est. [l] *Nos de misericordia Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi, fidelibus Christianis, qui contra hæreticos arma susceperint, & ad Episcoporū, seu aliorum prælatorum consilium ad eos decertando expugnandos properauerint, biennium de pœnitentia iniuncta relaxamus, aut si longiorem ibi moram habuerint, episcoporum discretioni, quibus huius rei causa fuerit iniuncta committimus: vt ad eorum arbitrium, secundum modum laboris, maior eis indulgentia tribuatur.* [m] *Qui autem in vera pœnitentia ibi discesserint, & peccatorum indulgentiam, & fructum mercedis æternæ se non dubitent percepturos.*

k S. Ambros. l. 1. offic.
Sacra defensio pro fide, religione Christiana, & Ecclesia Cathol. Apost. & Romana.
l Concil Lateran 3 sub Alexandro 3. part. 1 cap 27
Mortui in bello pro Ecclesiæ defensione beati sunt in æternum.
m Can ab illo 14. q 4.

[n] Carolus M. iustā belli causam suscepisse lau-
D datur contra Auares seu Hunnos & Saxones iterum rebellantes, & in Catholica fide præuaricantes, vt eos ad fidē verè conuerteret, quod per Dei gratiā victis illis barbaris feliciter obtigit. Et pro defensione Ecclesię Dei grauiter in Oriente à Sarracenis diuexatæ, [o] Vrbanus II. in concilio Claromontano expeditionem bellumque sacrum in terram sanctam contra hos detestabiles Christiani nominis inimicos, Deo interius mouente, monenteque decreuit & indixit. Cuius belli ob religionis defensionem suscepti, causa non potuit non iustissima videri: cum illam Christo Domino gratissimā & accep-

n Caroli M. iusta belli causa pro religione Cathol contra Hunnos & Saxones.
o Vrbanus 2. bellum sacrū indixit in cōcilio Claromontano anno 1095.

Petrus Eremita per visum à Christo admonetur, vt contra infideles religionis hostes Christianos ad bellum prouocaret.

a Guillelmus Tyrius de bello sacro lib. 1. c. 11. 12.

b S. Aug. l. 22. contra Faustum cap. 75.

c D August. epist. 205 ad Bonifacium comitem Africæ.

d Philo Iud. in fine li. 1. de vita Moysis.

e Orig. Homil. 56. in Iosue cap. 35.

f S. Ambros. l. 1. off. cap 29

cissimam fuisse, visio manifesta & miraculosa A Petro Eremitæ Ambianensi facta significauerit. Qua per visum Christus Dominus saluator mũdi hunc Petrum eremi cultorem, in sacrosancto resurrectionis templo Hierosolymis orantem, suæ diuinæ voluntatis admonuit, vt Christiani contra impios Sarracenos Turcasque nefandos Christianæ religionis hostes armarẽtur, sicut fusè copiosèque [a] Guillelmus Tyrius Archiepiscopus libro primo de bello sacro descripsit. Hoc bellum quod monente iobenteque Christo pro causa tam legitima sanctaque suscipitur, quis iniquum esse dicet? talia dicente & asseueranter affirmante D. Augustino. [b] *Bellum quod gerendum Deo auctore suscipitur, rectè suscipi dubitari fas non est, vel ad terrendam, vel ad coercendam, vel ad subiugandam mortalium superbiam: quando ne illud quidem quod humana cupiditate geritur, non solum incorruptibili Deo, sed nec sanctis eius obesse aliquid potest. Quibus potius ad exercendam patientiam, & ad humiliandam animam ferendamque paternam disciplinam etiam prodesse inuenitur.* B Neque habet in eos quisquam vllam potestatem, nisi cui data fuerit desuper, &c. Erroremq; maximum S. doctor esse docet, hanc animis persuasionem affingere, nullum hominum castris & armis assuetum, gratum esse Deo. Sic enim ad Bonifacium Africę comitem insignem pietate virũ, & armorum virtute præstantem scribebat. [c] *Noli existimare neminem Deo placere posse, qui armis bellicis militat: in his erat sanctus Dauid, cui Dominus tam magnum testimonium perhibuit; in his etiam plurimi huius temporis iusti erant: in his erat, & ille centurio, qui domino dixit: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, &c.*

C Veritas hæc de iusta bellandi causa, pro rerum sacrarum religionisque diuinæ protectione tuitioneq;, innumeris ferè sacrę paginæ testimoniis corroborata clarescit. Plenæ namque sanctæ literæ fortium illustriumque virtute bellica docũ, & principum historiis, qui contra paganos infideles, aliosque perditos diuinæ religionis perduelles, pro nomine Dei, pro Ecclesia, pro lege, eiusque diuino cultu, victricia, gloriosaque prælia præliantes, iustissimi atque religiosissimi iudicati sunt. Illorum bella iustissima, [d] Philo Iudæus nominando prædicauit: Cui suffragando similia dixit [e] Origenes, & vtriusque probauit sententiam doctor melior [f] S. Ambrosius, iustissimam belli causam Moysis, Iosue, Gedeonis, & aliorũ probarę fidei ducum ac principum contra pertinaces infidelium populorum insanias describens, simul & illorum bona certamina victoriis nobilitata, commemorans. Hæc breuiter de iusta bellandi causa respectu defensionis propriæ & alienæ, alienæ inquam priuatæ & publicæ, & publicæ quidem ciuilis & sacræ dicta sunto. D

3. Pars. Iustitia causa belli ex parte inuasionis.

Est prętetea iusta causa bellandi ex parte legitimæ inuasionis aggressionisque iustæ, vt nempe iustitia stimulante & prouocante, ad pugnas & saga fortiter eos, ex conscientia præliis princeps adoriaris, qui raptis retentisque alienis, legum dulcedini, iustitiæque ponderi voluntariè succumbere deprecantur. Hæc enim spiritus sancti vox & sententia per os Nicolai primi Romani Pontificis in epistola ad Galliæ Episcopos edita. [g] *Præfato fratri nostro filijsque Treuirensis Ecclesiæ, illiusque defensoribus, hæc in mandatis damus, vt spirituali simul & materiali gladio, tandiu malignos illos fautores insequantur, quousque cum integritate possessiones, vel quæcunque res Ecclesiastica, hoc facto, vel quocumque pacto distractæ siue direptæ sunt, reuocentur.* Et cum puritate conscientiæ, & intentionis, ab impiis sublata deprędataq; Ecclesiæ bona bello repetentes, si moriantur in armis, in æternum felices cœlesti gloria potituros, idem summus Pontifex scripturæ sacræ fultus oraculis, hæc constanter asserendo confirmat. [h] *Omnium vestrum nosse volumus charitatem, quoniam quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi cælestia minimè negabuntur* Atque vt omnes intelligant iustitiam necessitatemqoe causæ bellandi pro Ecclesiæ religionisque defensione, restituendisque bonis illi violenter ablatis, idem sanctissimus pater, omni tempore bellandum esse declarat, nulla habita sanctorum dierum festorumq; ratione, si res vrgeat. Vt Ecclesiæ sanctæ bona restaurentur, eius dignitas salusque Christiani populi conseruetur, religionisq; splendor augeatur. Sic enim in epistola responsiua ad Bulgarorum consulta pontifex ait: [i] *Si nulla vrget necessitas, non solum quadragesimali tempore; sed etiam omni tempore est prælijs abstinendum. Si autem ineuitabilis vrget importunitas, nec quadragesimali tempore, pro defensione tam sua, quam patriæ, seu legum paternarum, est bellorum præparationi procul dubio parendum: ne videlicet Deum videatur homo tentare, si habet quod faciat, & sua ac aliorum saluti consulere non procurat, & sanctæ religionis detrimenta non præcauet:* Hæ belligerandi causæ pro ablatorum repetitione, quam iustæ sunt, ipsa paganorum facta declarãt. [k] Nam apud Q. Curtium Alexander M. hanc iustam contra Persas causam bellandi prætexuit: quod grauissimas ab illis illatas inflictasque Græcis iniurias vlcisci, atque legitima vindicta vellet expiare, suam sic ad Persarum legatos orationem concludens: *repello igitur bellum non infero.* Hæ pręcipue bellandi iustæ causæ, quæ quamuis Deo gratæ, multum ponderis habeant ad victoriam; tamẽ nisi adsit sincera militantis principis intentio, & puritas disciplinæ militaris, qua compescantur inordinata, & militum vitia refręnentur, omnia pessum ibunt, & irato Deo quæ profutura sperabantur, omnia ruinæ interituque funesto permiscebunt. Vt iam principi Christiano atque religioso quo talibus medeatur ærumnis, de placando Deo, belli tempore, salutarem disciplinæ militaris obseruantiam virtutemqoe fideliter amplectendo cogitandum sit., nobisque merito de ea breuissimè clarissiméque dicendum esse videatur.

g Nicolaus I. Epist ad Galliæ Episc can. quin etiam 23 qu 6.

h Nicolaus I. epist ad exercitum Francorum can. omnium 23. qu. 5.

Morientes in bello iusto pro religione in æternum beantur.

i Can. nulla 23 q 8.

Omni tempore bellandum vbi vrget necessitas defendendæ religionis Dei & reipub. secularis Christianæ.

k Curtius lib. 4 de vita Alexandri.

Conclusio. Bona bellandi intentio, & disciplina militaris bene seruata, omnino necessaria, vt bellum iustum, Deo placens felicem exitum habeat.

CAPVT XI.

Cum propter peccata principum & populorum bella immittantur à Deo, piis eum principes placare operibus & precibus conabuntur, vt sanctè fœliciterque, cum Dei hostibus, Ecclesiæ, regnique pugnent.

1. *Omnia vitia, à quorum putrefactione bella nascuntur, ad quinque generalia reuocantur.*
2. *Contra quæ quibus virtutum armis se munire debent principes, vt de miseriis publicis & priuatis, sicut de hostibus iniquis Deo sibi bene propitio triumphent.*
3. *Laus magna principis inter armorum strepitus ea quæ Dei sunt curare, vnde victoria plena.*

Omnia bella in peccatorum publicorum vltionem concitata à Deo.



FLAGELLA Dei quibus publicas hominum societates cœtusque Deus conterere solet, qualia sunt pestis, fames, bella, generalesque alij morbi grassantes in populo non nisi à peccatis principum populorumque communibus atque publicis exundare sæpius supra notauimus. Vt nunc dubitare minime debeamus, propter vitia flagitiaque in medio populorum impunè bacchantia, respublicas, regnaque vltore Deo bellorum atrocitati subiugari. Quæ diutius societates humanas cætusque populorum iusto Dei iudicio torquebũt, si vitia eorum futere perseuerẽt: diuina verò miseratione citius extinguentur, si homines tam principes quam populi peccare desinant. Vtrumque promissis, minisque Dei verum esse constat: [a] multa quippe bona, benedictiones, altamq; pacem Iudæis Deus se daturum copiosa largitate spopondit: *si in præceptis suis ambulare voluerint. At contra* (inquit) *si ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque contra vos aduersus incedam, & percutiam vos septies propter peccata vestra, inducamque super vos gladium vltorem fœderis mei.* Quibus populis sic auersis à Deo, sic Dei mancipatia indignationi, quid debilius, quid indignius, quid calamitosius? Cum enim verum illud: *Si Deus pro nobis quis contra nos?* Profecto, & illud ex aduerso: *Si Deus contra nos quis pro nobis?* Sic tunc non modo orbis terrarum: sed & cœlum manesque profundi, contra insensatos à Deo relictos, ipsique factos hostes seuctissimè pugnabunt. Vt non sine iustissima ratione reconciliati Deo ne semper miserè lugeamus, cum vitiis sceleribusq; generosè fortiterque pugnare debeamus. Quæ si Prophetæ Amos oraculis animum diligenter [b] intendamus, ad quinque capitalia generaliaque flagitia reuocari posse cognoscemus. Quorum primum est nimia securitas, & negligentia no-

a Leuit. c. 26.

Populo à Deo reprobato nihil miserius.

Omnia vitia quæ bella de venero suo excitant, ad quinque genus talia reuocantur.

b Ex Amos Propheta c. 6

1. Negligentia salutis, & nimia securitas

A stra, qua non in Deo nostro, sed in propriis viribus, multitudine armorum, magno equitatu, pedestribus copiis, fortibus præsidiis, munitionibusque confidimus. Sed hac nos securitaté miseri, primo tentationis flatu fluctuque congressus hostilis obruendi! Quid ad hæc Propheta? [c] *Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum, ingredientes pompatice domum Israel.* Libido carnis, animam deuorans, luxusque superbus & effrenis regna, resque publicas destruens, locum inter hæc vitia secundum occupat, qui in conuiuiorum magnificorum superborumque immẽsis apparatorum sumptibus in exquisito vestimentorum splendore atque valore, in immanium ædificiorum extructione, & in fœda omnium carnalium voluptatum colluuie consistit. [d] *Qui dormitis in lectis eburneis & lasciuitis in stratis vestris, &c.* & cap. 5. maledictio oppressionem pauperum huic iunctã

in propriis viribus.

c Amos cap. 6

2. Vitia libido carnis infamis luxusq; superbus effrænis, & immoderatus.

d Amos cap. 6

B lasciuiæ lusuiq; superbo sequitur: [e] *Idcirco, quod diripiebatis & prædam electam tollebatis ab eo: domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum: Quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra, hostes iusti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta: Ecce enim suscitabo super vos domus Israel, dicit Dominus Deus exercituum, gentem & conteret vos ab introitu Emath vsque ad torrentem deserti.* Tertio loco Propheta iniustitiam, auaritia crudelitateque horridam fœdatamque notat: [f] *Quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructus iustitiæ in absinthium, qui lætamini in nihilo &c.* Et cap. 5. [g] *Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abominati sunt &c.* Hinc nocendi proximo

e Amos cap 5

3. Iniustitia auaritia crudelitateque sociata.

f Amos cap 6

g Amos cap. 5

C cupiditas & ardor, vlciscendi crudelitas, implacabilitas animi, rebellandi feritas, dominandi libido, & insatiabilis imperij diuitiarumque sitis cupidoque nascuntur.

Post hęc scelera venit ordine quartum vitium summa, affectus immitis durities, & immisericordia, cuius callo peccator obductus in corde nulla miserorum afflictorumque commiseratione tangitur, atque haud secus quàm dura silex aut marpesia cautes in animo mouetur. Contra quos omni humanitatis misericordięque sensu destitutos Propheta clamat: [h] *Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur super contritionem Ioseph. Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium, & auferetur factio lasciuientium.* Et quoniã in vitiis sceleribusq; abyssus iniquitatis, abyssum maioris improbitatis inuocare solet, & vt S. Hieronymus ait: [i] *Pro ordine*

4. Immanitas & immisericordia.

h Amos cap. 6

i D Hieron. epist. ad Oceanum.

D *membrorum est ordo vitiorũ, & venter æstuans mero citò despumat in libidinem.* Post quatuor recensita scelerum enormium secum multa alia trahentiũ genera, quinto loco reliquorum atrocissimum nefandissimũq; peccatum impietatem in Deum scil. diuini cultus horrorem, odiumque sanctissimæ religionis propheta commemorat. Propter quod horribile detestandumque scelus: [k] *Iurauit Dominus Deus in anima sua, dicitque Dominus exercituum. Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus. Quod si reliqui fuerint decem viri in domo vna, & ipsi morientur, & tollet eum propinquus suus & comburet eum, vt efferat ossa de domo, & dicet ei qui in penetralibus domus est. Nũquid adhuc penes te est, & respondebit, finis est. Et dicet ei, tace, & non re-*

5. Impietas in Deum & diuini cultus odium.

k Amos cap. 6

sorderis nominis Domini. Hęc sunt scelera propter quæ Deus indignatus conterit terras, vastat vrbes, populatur agros, regiones euertit, Respublicas exterminat, regna confundit, cæteraque humanæ societatis subsidia, bellorum incendio flagrantia consumit, & à radicibus euellit.

2 Pars. *Contra has vitia quibus virtute armisq; muniri debent principes, vt de miseriis publicis, & priuatis, sicut de hostibus Deo sibi bene propitio triumphent.*

Quæ malorum extrema principes à salute sua, à populi vita, à sui capite principatus auertere minimè valebunt, nisi cum populis clamantes ad Dominum, per recta pœnitentiæ salutaris itinera, in sanctissimæ matris Ecclesiæ sinum bonarum actionum merito reuertantur. Quod enim misericorditer in veteri testamento fecit Deus, maiori cum misericordia abundantiùs in nouo facturus est. Iudæis pœnitentibus Propheta Regius misericordiam Dei talibus verbis affulsisse commemorat: [a] *Vidit cum tribularentur, & exaudiuit orationem eorum, & memor fuit testamenti sui: & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ: & dedit eos in misericordias, in conspectu omnium qui ceperant eos.* Psalm. 106. [b] *Clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos: & eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula eorum disrupit.* Nunquid post mortem Gedeonis in terra promissa Iudæis Philistæorum, Ammonitarumque armato furore vehementer afflictis, & in sua afflictione Domino supplicantibus respondit Deus? [c] *Toties clamastis ad me, & erui vos de manibus inimicorum, tamen vos reliquistis me, & coluistis Deos alienos. Idcirco non liberabo vos amplius: ite, & inuocate Deos quos elegistis, ipsi vos liberent in tempore angustiæ.* Nihilominus præ multitudine misericordiæ suæ non fecit illis mala quæ minatus est: quia minas Dei sicut promissa semper conditiones iustæ comitantur, sed pœnitentibus auxilia salutaria præbuit, eorum calamitatibus compatiendo, eosque strenua [d] Iephte ducis fortitudine magnificè liberando. Itaque dum causa bellandi instat necessaria, vt omne malum, quod secum bella trahunt, à se suisque Catholicis subditis in hostes Dei regnique sui, cum quibus iustè bello luctantur, transferre valeant, rectis se ad hæc necessaria bella operibus præparare tenentur, vt sibi fausta cedat victoria, hostibus exitium.

a Psalm. 105. vers. 44.

b Psalm. 106. vers. 13.

c Iudicū c. 10.

d Iudicum cap. 11, 2.

Theodosius bellaturus cōtra Maximum tyrannum, vt bellū exitum feliciter succederet contra hæreticos rescripsit.

Nunquid illa fuit salutaris sicut gloriosa Theodosij Magni ad bellum iustum contra tyrannum Maximum Gratiani Imperatoris optimi parricidam, & Valentiniani iunioris defuncti fratris ab imperio extrusorem, præparatio, cum antequam sago se indueret, hæreticorum rabiem, edicto Catholico repressit? sic Cynegio præfecto prætorio rescribens: [e] *Apollinarios cæterosque diuersarum hæresum sectatores ab omnibus locis iubemus inhiberi, à mœnibus vrbium, à congressu honestorum, à communione sanctorum, instituendorum clericorum non habeant potestatem, colligendarum congregationum, vel in publicis, vel in priuatis Ecclesiis careant facultate, nulla iis Episcoporum faciendorum præbeatur auctoritas, ipsi quoque Episcopi nomine destituti appellationem huius dignitatis amittant. adeant loca, quæ hos potissimum quasi vallo quodammodo ab humana communione secludant; his etiam illud nectimus, vt supra memoratis omnibus adeundi atque interpellandi serenitatem nostram aditus denegetur.* Hæc Theodosius Thessalonicæ, cum contra Maximum expeditionem pararet. Quod bellum tam formidolosum, cum Maximo illo tyranno [f] tanta celeritate huius Imperatoris singulari pietate, & religione confectum est, vt manifestissimè miraculosa Dei virtus omnipotentis, in hoc prælio pro religiosissimo Imperatore, dimicasse videatur. Idem Christianissimus postea contra Eugenium idololatram perfidum, bello certaturus eamdem bonæ præparationis viam ingressus est, dum [g] Ethnicos & [h] hæreticos, grauibus religiosisque rescriptis vehementer exagitauit. De cuius deuotione & pietate in huius belli apparatu, ista Ruffinus: [i] *Igitur præparatur ad bellum* (nempe Theodosius) *non tam armorum telorumque, quam ieiuniorum orationumque subsidiis: Nec tam excubiarum, quam obsecrationum pernoctatione munitus, circuibat cum Sacerdotibus, & populo omnia orationum loca, ante Martyrum, & Apostolorum thecas iacebat, cilicio prostratus, & auxilium sibi fida Sanctorum intercessione poscebat.* Illud autem maiori in hoc Imperatoris apparatu dignum erat admiratione; quod cum alii principes tempore belli augere tributa soleant, ea ipse pius Imperator suis relaxare voluit. Cuius Imperatoriæ munificentiæ excellens extat rescriptum his verbis ad Ruffinum præfectum prætorio conceptum: [k] *Æratiæ præstationis adiectio, quam citra priscam consuetudinem prouincialium humeris Tatianus imposuit, à cunctis penitus salubri moderatione remouenda est.* Cui magnificentiæ nouam adiunxit: cum damnatorum bona in fiscum relata tempore Tatiani præfecturæ, ex magna misericordia clementiaque, vel ipsis reis, vel ipsorum sanguine iunctis hæredibusque restituit: vt hoc ad Ruffinum de quo supra rescriptum sua testificatione demonstrat. [l] *Omnia proscriptorum bona quæ fisco cusserat Tatianus adnecti: vel ipsis qui propriam nuditatem, vel illis qui suorum mortem, in extrema positi egestate lugent, sine dubitationis obstaculo reddi præcipimus.* Quod rescriptum simili lege rescriptoque alio L. 13. eodem [m] Tit. Cod. Theodosiani confirmauit. Atque in hoc toto tantoque belli gerendi contra impios Imperij religionisque hostes apparatus solummodo religiosissimus Imperator Dei facere voluntatem eiusque procurare gloriam nitebatur, vt suæ populique saluti consuleret.

e L. 4 de hæreticis Cod. Theodos. l. 16 anno 388.

f Zozim. l. 4. S. Ambros. epist. 29 ad Theodosium

g L. 12 de paganis Cod. Theod.

h L. 21 de hæret. eodem.

i Ruffinus l. 2 c. 32.

Pius ac religiosus Theodosii M. ad bellum contra Eugenium apparatus.

Theodosius Imp. præparans se ad bellum contra Eugenium tributa populo relaxat.

k L. 13 de annonis tributis C. Theod.

l L. 12. de bonis proscriptorum Cod. Theodos.

Theodosius proscriptorum bona addicta fisco suo restituit.

m L. 13. de bonis proscriptis Cod. Theodos.

3 Pars. *Laus magna principis inter armorum strepitum curare ea quæ Dei sūt vnde victoria plena*

In quo maxima laus enituit Imperatoris, quod maximè Diuus Augustinus in Bonifacio Africæ comite prædicauit, cum in principio Epistolæ ad eum, hæc ait: [n] *Laudo & gratulor, & admiror (fili dilectissime Bonifaci) quod inter curas bellorum, & armorum vehementer nosse desideras quæ Dei sunt, verè hinc te apparet, etiam de ipsa virtute militari, fidei seruire quam habes in Christo.* Quid vero possit sanctæ fidei & pietatis ardor, ad vincēdum in prælio, 40. viri nobiles Northmanni facto suo monstrarūt. Qui signo crucis ac Dei virtute muniti, ingentem Sarracenorum multitudinem Salernū obsidione prementium debellarunt, vicerunt, victosq; prostraoerūt, prostratosq; neci demiserunt. Cuius memorandi facinoris, Leo Ostiensis ita me-

Pietas atque religio quātas in bello ad vincendum vires habet exemplo 40. Northmannorum ostenditur

n S. August. epist. 48 ad Bonifacium comitem, c. 2

a Leo Ostiensis l. 2. c. 38.

minit. [a] *Ante annos ferme sexdecim* (scilicet anno Domini 1002. quia hic scribebat tunc res gestas anni redemptoris 1018.) *Northmanni quadraginta numero, peregrino habitu, quippe qui ab Hierosolymis, quò orationis causa perrexerant, redeuntes Salernum applicuerunt, viri & statura proceri, & specie venusti, & armis præcipui. Quam ciuitatem cum à Sarracenis obsessam reperissent, accensi nutu Dei animos à Guaimario maiore, qui tunc princeps erat, equos armaque poscentes, subito in eos irruerunt, plurimisque peremptis, & reliquis in fugam versis, mirabili victoria Deo largiente potiti sunt. Efferuntur miris omnium laudibus, magnisque à principe illustrati muneribus, vt manerent secum multis precibus inuitantur. Illi amore tantum Dei, & Christianæ fidei assertione, hæc se fecisse asserentes, & dona respuunt, & manere sibi posse denegant &c.* Huic mirabili victoriæ à pietate fideque Christiana partæ, B aliam memorabilem coniungam: quam Henricus pri. imperator de Græcis ecclesiæ S. Romanæ oppressoribus, eiusque possessionum & vrbium prædatoribus, fide & singulari in sedem Apostolicam, charitate & obedientia munitus, & sacratissimæ Eucharistiæ susceptione vna cum militibus sui exercitus armatus, gloriosè reportauit, vt [b] Leo Ostiensis, [c] Bonfinius, & alii scriptores huius sæculi retulerunt. Pari fidei religionisque virtute corroboratus Catacalus præfectus Siciliæ, sub imperatore orientis Michaele, post audita sacrosancta missæ solemnia, digna dominici corporis participatione, cum suis armatus atque firmatus, Sarracenos ex Africa egressus, vniuersam Siciliæ insulam, excepta Messana, armorum viribus occupantes, recentibus victoriis elatos superbientesque repente, Deo eius pietatem approbante & remunerante, ferro flammaque destruxit, vt Curopalata sui scriptor temporis [d] in historia recensuit. Ex quibus aliisque similibus C victoriis diuina partis misericordia, facto ipso comprobatur, quam verè sincerèque ad Gratianum imp. sanctus Ambrosius ista scripserit: [e] *Petis à me fidei libellum, sancte imperator, profecturus ad prælium; nosti enim fide magis imperatoris, quàm virtute militum quæri solere victoriam.*

Henricus pr. impr. S. Dominici corporis communione cum exercitu suo munitus Græcos Rom ecclesiæ oppressores memorabili victoria superauit

b Leo Ostiensis l. 2. c. 40.

c Bonfinius in historia Vngariæ l. pr. decad. 2.

d Curopalata anno 1040.

e S. Ambros. in prolog. l. de fide ad Gratianum.

CAPVT XII.

De precibus quas principes ante pugnam bellumque pro se suisque Deo deuotè fundere debent, tam per se ipsos, quàm per sanctos viros, vt prosperè vincant.

1. *Ad preces piorum principum, miraculosa Deus auxilia per Angelos, sanctosque de cælo mittit.*
2. *Magna virtus bonorum principum ante belli pugnas, orationis Deo religiosè profusa piis operibus sociatæ, mirabiles beatosque belli successus gignentis, multorum exemplorum inductione demonstratur.*
3. *Diuinæ misericordiæ consideratio, spem veram fiduciamque vincendi, principum cordibus efficaciter ingerit.*
4. *Malos & improbos à se boni principes arcere, bonos vero ac sanctos ad se vocare debent: si pro sua populique salute, tempore belli, Deum salutari sibi prece propitiare atque demereri velint.*



HIs piis vtræque Christianæ religionis operibus, deuota principum catholicorum ad Deum ante certamina succedere debet oratio, qua flectentes diuinam misericordiam, cunctorum hostium gloriose feliciterque victores euadant. Hac Deum orandi via princeps Iosaphat, ad victorias triumphosque de hostibus, in veteri testamento tetendit, qui sic in maximas cum populo coniectus angustias multitudine innumerabili hostium crudelissimorum vndique circumseptus, Dominum cæli & terræ deprecabatur. [f] *Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis gentium: in manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquam potest tibi resistere. Nonne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius, coram populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui, in sempiternum &c.* Et infra: interpositis quibusdam sic ad vltionem, vindictamque barbarorum hostium, Deus precibus gemitibusque compellit: *Nunc igitur ecce filij Ammon & Moab, & mons Seir per quos non concessisti filiis Israel, vt transirent, quando egrediebantur de Aegypto, sed declinauerunt ab eis, & non interfecerunt illos, è contrario agunt & nituntur eiicere nos de possessione, quam tradidisti nobis Deus noster. Ergo non iudica-* C *bis eos? In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos: sed cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* Qua oratione principis Deo deuotè profusa, quid factum sit à Deo regis huius oratione, ad iuuandum suos permoto audiamus. [g] *Et cùm omnis populus* (inquit sacer textus) *vxores & liberi clamarent, factus est spiritus Domini, super Iahaziel in medio turbæ, & ait: Attendite omnis Iuda, & qui habitatis in Hierusalem, & tu rex Iosaphat. Hæc dicit Dominus vobis.* Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem. [h] *Non enim est nostra pugna, sed Dei, non eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, & videbitis auxilium Domini super vos, ô Iuda & Hierusalem: Nolite timere, nec paueatis, cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum.* Quod D rei euentus exitusque comprobauit. Similes Dei misericordiæ in sacris litteris inueniuntur effectus, qui principum fidelium populorumque precibus inuitatus, sæpe speciali mirabilique auxilio illis affulget, quo potentissimorum hostium ceruices collaque pedibus illorum conculcanda submittat. Vt à victoribus principibus magna pietate & fide præstantibus, hostes illi victi, iura vel funera, obsequium vel interitum, piarum legum iugum vel tumulum accipiant. Quem in finem sæpe misit Angelos suos aliosque sancta vita functos suppetias laturos ad principes illos certamini proximos, vt illis vires vincendi subministrent. Sic Iosue in agro vrbis Hiericho Angelum Dei ad se venientem vidit, cum dixisset:

Iosaphat regis Iuda ad Deum oratio, magnæ virtutis.

f L. 2. paralip. c. 20.

No. Efficacia orationis Iosaphat.

g Ibid.

h Pugna Catholicorum contra hostes ecclesiæ est pugna Dei.

Deus piis principum Catholicorum precibus excitatus, ad eorum accurrit auxilia vt vincant.

a Iosue 5. Angeli & sancti vita functi missi à Deo in auxilium principum fidelium.
b Iosue 10.
c L. 2. Machabæorum c. 15.

A [a] *Noster es, an aduersariorum? Respondit Angelus: nequaquam, sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio* (scilicet pro te) *contra hostes Dei*: Huic victoriæ Iosue Deo adscriptæ in S. scriptura prædicantur: quia, [b] *Dominus Deus Israel pugnauit pro eo.* [c] In libris Machabæorum Iudæ Machabæo hostium ferocissimorum vehementer oppresso copiis extrema multa subeunti, Ieremiam vita functum in somnis apparuisse legimus, atque dixisse: *Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel.* Et in lege noua nunquid in aëre militiam cæli armatasque acies, legiones nempe Angelorum ad suum auxilium, contra Maxētii copias, multitudine innumerabiles, fortitudine formidabiles, furore crudelitateque terribiles aduolantes Constantinus Magnus inspexit? Audiuitque dicentes: *Constantinum petimus, Constantino imus auxilio.* Theodosio

Nazarius in panegy Cōstantini.

d Theodoret. l. 5 c. 24. &c.

B [d] vero seniori in medio exercitus ad prælium cōtra Eugenii Phalanges legionesque parati, nunquid apparuerunt duo Apostoli SS. Ioannes & Philippus, tanquam exercitus Theodosii antesignani, qui in capite exercitus cæteris præeuntes ad pugnam, in equis albis, armis micantibus induti à Christo Domino missi, ipsi imperatori miraculosam victoriam triumphumque de hoste sacrilego dæmoniorumque cultore pepererunt? Sicut antea nocte præcedente ipsi [e] in somnis principi quiescenti spoponderant? Vt verè cum Debora piis illis principibus Deo de victoria gratias agentibus occinere liceat: *De cælo dimicatum est contra eos* (scilicet hostes Dei) *stellæ manentes in ordine, & cursu suo aduersus Sisaram* (scilicet omnes inimicos crucis Christique Domini blasphematores, *pugnauerunt.* Has vero mirabiles victorias pii religiosique principes summis à Deo precibus votisque deuotè fusis efflagitare con-

e Theodoret.

Iudicum c. 5.

C sueuerunt, vt Constantinus Magnus qui hanc orandi Deum sibi suisque militibus formulam, ante prælia præscripserat. [f] *Vnum te Deum esse nouimus, vnum te regem intelligimus, appellamus adiutorem, nobis absq; te victoria cecidit: ex te aduersariorum fudimus.* Hinc illa pia Agapeti Diaconi ad Iustinianum Imperatorem admonitio, vt ad Deū semper in omni fortuna, & tempore pacis, & belli confugeret, votis precibusque humilibus & deuotis ab eo salutaria postolaturus auxilia: [g] *Recurre* (inquit) *ad supremum auxilium: cum homo quiuis debet salutem expetere: tum ante omnes imperator, vt potè qui pro omnibus solicitus est. Cum enim à Deo custodiatur, tam hostes generosa manu debellat, quam suos sedulo communit.* Et S. Gregorius Mauritio imperatori, salutari instructione suggerebat. [h] *Tunc magis dominorum exercitus contra hostes crescit fortitudo, quando Dei exercitus ad orationem creuerit.* Propterea Magnus ille Theodo-

Constantini M. oratio ad Deum ante prælia.

f Eusebius L. 4. de vita Constantini c. 20.

g Agapeti Diaconi parænes. ad Iustinianum.

h S. Gregor. l. 2 epist 62. Indict. 11.

D sius imperator nunquam dignè satis à scriptore catholico laudandos, profecturus ad bellum cōtra tyrannum Maximum, sanctæ religionis armis diuinam misericordiam numenque sibi demereri conatus, suis bonis operibus orationibusque potentes apud Deum efficacesque sanctissimorū virorum, puta monachorum, Anachoretarum, virtutibus ad miracula fulgentium, preces adiunxit. Vt ipse prosperè pugnaturus merito ipsorum sanctitatis & intercessione iustè veréque posset cum Psalte regio dicere: [i] *In Domino faciemus virtutem, & ipse ad nihilum reducet inimicos nostros.* Itaque hoc tam terribile, periculosum-

2. Pars. Theodosius M. in expeditione aduersus Maximum tyrannum diuinum implorat auxilium per sanctissimos viros vt Anachoretas & Monachos.
i Psal. 43.

A que bellum cum tanto hoste, tot munito armorum præsidiis auspicaturus, legatos in Ægyptum ad sanctos sibi solitariè Deo viuentes, Angelorum vitam in humanis corporibus, veluti vasis fragilibus imitantes, honorifico apparatu direxit; quos pro se imperioque certantes precibus, bonorumque operum munitionibus habere voluit præliatores & propugnatores. Inter alios sanctissimum Anachoretam nomine Ioannem, cuius virtutes plurima variaque prædicatione [k] S. Hieronymus extollit: per quorum preces intercessionesque Deum de incerto dubioque belli exitu consulere maximè concupiuit, & cum omni deuotione propitium sibi in tam formidabili bello quæsiuit. Vt his verbis S. Augustinus ostendit: [l] *Cum Maximum terribilem faceret ille successus* (scilicet proditoria trucidatio Gratiani imperatoris cum fuga Valentiniani) *hic* scilicet

k S. Hieron. ep ad Ctesiphontem.

l D. Aug l. 5. de ciuitate c. 26.

B Theodosius, *in angustiis curarum suarum, non est lapsus ad curiositates sacrilegas atque illicitas, sed ad Ioannem in Ægypti eremo constitutum, quem Dei seruum prophetandi spiritu præditum, fama crebrescente didicerat, misit: atque ab eo nuntium victoriæ certissimum accepit.* Similia [m] Ruffinus & [n] Euagrius. Eundem Anachoretam prophetiæ præditum spiritu, aduersus alterum tyrannum Maximo, scelere, impietate, crudelitate superiorem, bella gesturus religiosissimus Imperator; de futuro belli exitu consuluit: quem in superiori bello contra Maximum tyrannum, vatem veridicum sibi feliciter fuerat expertus: vt talibus Ruffinus commemorat: [o] *Theodosius nihilo segnius inflammatus ad vltionem, arma contra Eugenium, qui in locum defuncti,* (scilicet Valentiniani Iunioris) *substitutus est, corripit: primo, Dei voluntatē per Ioannem Monachum, de quo supra memorauimus sciscitatus.*

m Ruffinus l. 2 c. 32.
n Euagrius in vitis SS. Patrum cap 1.

o Ruffinus. L. 2. c. 32.

C *Tum ille qui primam de Maximo ei victoriam prædixerat, incruentam etiam hanc licet non absque plurima vtriusque sanguinis inundatione promittit.* Illis vero sanctorum Anachoretarum Monachorumque precibus ad Deum suas ipse religiosè Theodosius admiscuit, quarum virtute feliciùs quàm armorum fortitudine pugnaret, vt probauit euentus, teste D. Augustino dicente: [p] *Aliū tyrannum Eugenium, qui in illius Imperatoris locum, non legitimè fuerat subrogatus, accepto rursus prophetico responso, fide certus oppressit, contra cuius robustissimum exercitum, magis orando, quam feriendo pugnauit.* Quod Ruffinus ita subdens loco citato confirmat: [q] *Igitur præparatur ad bellum, non tam armorum, telorumque, quam ieiuniorum, orationumque subsidiis, nec tam excubiarum vigiliis, quam obsecrationum peruectatione munitus, circuibat cum Sacerdotibus ac populo omnia orationum loca, ante martyrum & apostolorum thecas iacebat, cilicio prostratus, & auxilium sibi fida sanctorum intercessione*

Theodosius orationes suas, ieiunia, aliaque bona precibus sanctorū pro se Deum rogantium permiscuit.

p D. Aug. l. 5. c. 26. de ciuitate.

q Ruffinus.

D *poscebat.* Deus immortalis quomodo talibus pietatis, fidei, charitatisque munitus armis hostes Dei Imperiique tantus Imperator non vicisset? hunc Imperatorem secutus nepos Theodosius Iunior, *Si quando bellum concitabatur,* [r] (inquit Socrates) *Dauidis exemplo, ad Deum confugit, pro certo persuasus eum bellorum administratorem esse, precumque subsidio adiutus, ea prospere & feliciter gessit.* Orationis virtutem Deo fusæ ante pugnā ab exercitus principe, ad pariendos de hostibus, parta victoria, triumphos, [s] Saluianus in persona Theodorici Regis Gothorum, fidentis tunc atque credentis in Dei virtute, in eiusque manu

Iunioris Theodosii pietas in orando tempore belli.

r Socrat. l. 7. Magna vis orationis ante pugnam ad victoriam.

s Saluian l. 7. de prouidentia & iudicio Dei.

a

esse victoriam aduersus corruptissimum Romanorum exercitum, duce Littorio homine superbissimo, pugnantis expressit, cum ait, inter alia. *Denique ipse rex hostium*, (scilicet Theodoricus) *quantum res prodidit ac probante, vsque ad diem pugna stratus cilicio, preces fudit; ante bellum in oratione vacauit, ad bellum de oratione surrexit: priusquam pugnam manu capesseret, supplicatione pugnauit: & ideo fidens processit ad pugnam, quia meruerat iam in oratione victoriam.* Piam felicemque expeditionem præuiis orationibus ad Deum religiosissimus Æthiopum rex Elesbaam contra Dunaam sceleratissimum Homeritarum regem, Dei blasphematorem, ex Christiano ad vomitum Iudaicæ superstitionis impietatisque reuersum, crudelissimumque Christianorum in Nagra ciuitate aliisque persecutorem trucidatoremque suscepit. De eoque his pietatis præsidiis & armis miraculosa victoria triũphoque potitus, ipsum Dunaã regẽ sceleratissimũ inuentũ, captum, aurea ligatum catena cum cæteris Iudaicæ superstitionis & abominationis in odium Christi cultoribus, per suos iusta seueritate peremit. Quæ omnia pluribus Theophanes seu auctor [a] Miscellæ lib. 15. [b] Metaphrastes, & [c] Surius ex illis. Heraclius imperator precibus ad Deum, certamini pugnæque præuiis, generosè Persas feliciterque superauit. Qui vt in annalibus Cedrenus est auctor, magnum templum ingressus, atratus calceos, Deũ, antequam ciuitate Constantinopolitana egrederetur ad bellum, ita pronus procumbendo, precatus est: [d] *Domine Deus & Iesu Christe, ne nos propter peccata hostibus tuis irridendos prabeas, sed intuere in nos, ac miserere nostri, & victoriam de hostibus tuis concede, ne glorientur scelerati, & tua insultent hæreditati.* Hunc ita animo demisso orantem videns Georgius Pisidensis omine fausto allocutus est.

Orationis virtute Elesbaam rex Æthiopũ catholicus, Dunaam impium Homeritarum seu Sabæorum regem bello vicit.

a Author Miscellæ. 15.
b Metaphrastes.
c Surius. anno 523.

d Cedrenus in annalibus anno Domini 62.
Oratio Heraclii ad Deum.

e Georgius Pisidensis.

[e] *Nigrum Imperator, nunc indute calceum*
Rubefacies tinctum cruore Persico.

Ita Carolus Magnus in omnibus suis, aduersus religionis Christianæ hostes expeditionibus, semper ante omnia Dei auxiliom gratiamque bona certamina certandi, quæ victoria sequeretur optata, deuotis precibus orationibusque flagitabat. [f] Vt cum anno Domini 791. contra feroces barbarosque hostes, deuios à fide & æquitate Hunnos bellum mouere pararet per triduum, Deo supplicationem fieri mandauit.

Caroli Magni pietas in orando Deum ante bella suscipienda.
Æginarthus.
f In annalibus Pipini, Caroli M. & Ludouici pii anno 791

Ottonem regem Germaniæ innumerabilem, propeque infinitam Vngarorum barbarorum multitudinem, quæ in Germaniam crudeliter, tanquam horribiles elationes maris exundanerat; magis precibus quam armis destruxisse, penitusque eos persequendo deleuisse, [g] Frodoardus, [h] Crantiusque testantur. Sicut sanctus Vdalricus Deo reuelante prædixerat: hæc enim ibi Frodoardus post multa recenset: *Rex igitur cum tantum exercitum Vngarorum perspexisset, æstimauit non posse ab hominibus superari, nisi Deus omnipotens eos occidere dignaretur: In cuius adiutorium confidens, suorumque principum consolationibus roboratus, bellum viriliter cum eis agere cœpit, & cum mutua cæde vtrobique cecidissent, & hi interfecti, qui ad occisionem à Deo prædestinati erant, gloriosa victoria Ottoni regi à Deo, cui impossibile nihil est, data est, ita vt exercitus Vngarorum in fugam versus, virtutem vltra præliandi non haberet.* Post hæc describit author, quomodo Otto rex hostes illos persequens omnes ad vnum vsque necauerit. Tanta princeps religione, catholica fide, pietateque perillustris victoria potitus est, pia virtute precum, sacraque dignè Eucharistiæ communione præmunitus: intercedentibus pro illo sanctis in cælo, vt super omnes sanctissima Deipara virgine. Propterea principem pium, tanta potitum victoria, ingentes S. virgini sanctisque omnibus gratiarum actiones egisse, multaque vota præstitisse [i] Crantius commemorat. Hæc pauca ex innumeris quæ passim sacras replicantibus historias occurrunt in medium, exempla producere placuit: vt viuentes adhuc Christiani principes, quique futuri sunt, magis ac magis in rebus arduis, dubiisque bellorum congressibus ad pia Deo fundenda vota precesque, maiori charitate feruentes animarentur. Quibus, reddito sibi omnipotenti propitio numine, ad maiorem certioremque victoriæ gloriosæ spem confidenter exardescerent; credentes non abbreuiatam esse manum Dei, nec illius sinum misericordiæ restrictum, vt minus auxilii, gratiæque ad victoriam gloriamque sibi largiri vellet, quàm prioris sæculi principibus, catholica religione sanctitateque Christiana præstantibus, ex suæ misericordiæ atque benignitatis abundantia præstiterit. Si modo istorum principum gloriosa vita functorum, virtutis & pietatis catholicæ esse vellent æmulatores, sicut prosperitatis amatores, gloriæque participes esse desiderarent. Sic [k] bonitatẽ facientes, sperent in Domino dicentes, cum strenuo bellatore prælia Domini præliante: propheta regio, in dubiis vitæ periculis: [l] *Ad me ipsum conturbata est anima mea, propterea memor ero tui.* Scilicet miserantis & misericordis, sperantes in te magnificentis: in qua diuinæ miserationis benignitatisque recordatione & cogitatu, clament cũ eodem propheta: [m] *In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.* [n] *Dominus ipse virtutum, Deus exercituum, Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.* Atque vt languentes in aduersitatibus animos magis ad generositatem fortitudinemque commoueant, hos diuinarum promissionum irriguo perfundant: dictũque à Christo Domino fuisse reminiscantur. [o] *Confidite, ego vici mundum.* Cuius vincendi subiugandique mundum fortitudinis persuasionem ne ab animis vnquam suis auellant, sæpius voluãt animo, atque reuoluant, post resurrectionem dicta discipulis ab eodem Domino: [p] *Data est mihi potestas in cælo, & in terra.* Cuius participatione virtutis & potestatis, ab ipso regum rege cõmunicatæ: [q] *Iusti per fidem vicerunt regna, fortes facti sunt in bello, & castra verterunt exterorum.* Et profitentes [r] cum Ionatha filio Saulis, & [s] Asa rege Iuda; *Non esse Domino difficile saluare, vel in multis, vel in paucis.* Nunquam animum instantibus vitæ periculis deiiciant, nec ingenti hostiũ multitudine terreantur: sed iacta in Domino fiducia eius, spe diuini auxilii, animi viribus augeantur, corroborentur & crescant. Cum ille hac elatus fiducia in Deo suo, vnico milite, armigero nempe suo comitatus, magnas Philisthinorum copias, victas superatasque fugauerit. Hic vero decies centena Æthiopum millia, falcatis curribus septa cum multò minori bellantium numero destruxit, prius confidenter sic ad Dominum clamando, eumque hac oratione flectendo: [t] *Domine non est apud te vlla distantia,*

Ottonis victoria mirabilis de innumerabili Vngarorum multitudine magis precibus, quam armis

g Frodoardus in Chron. anno 955.
h Crant. l. 4. c. 617. hist. Saxon.

i Crantius l. 4. c. 67. hist. Saxon.

3. Pars. Consideratio diuinæ misericordiæ spes non fallaces, sed veras vincendi inimicos principum piorum animis ingenuerat.

k Psal. 36. v. 3.
l Psal. 41.
m Psal. 59.
n Psal. 23.
o S. Ioan. c. 16
p S. Math. c. 28.
q Hebr. c. 11.
r L. 1. reg. 14.
s 2. paralip. c. 14. v. 11. 12.

Ionatha victoria de Philisthæis solo stipatus armigero.

Et Asa regis Iuda de Æthiopibus.

t L. 2. Paralip. c. 14. v. 11.

Beatus princeps qui tempore belli confidit in Deo, & sanctorum precibus & consiliis delectatur, & impios eorumque fœdera detestatur.

legis aduersarios sperat in Deo! qui in ipso belli A procinctu, in illius misericordia auxilioque confidit! qui sanctorum iustorumque preces & vota pro sua populique salute fusa, vehementer appetit & amplectitur! qui in arduis grauioribusque regni negotiis bellique periculis, illorum consortio & consilio salutari delectatur, eoque in directione suæ conscientiæ, regendoque iustè populos, & ab omni inimicorum impetu protegendo magnopere proficere desiderat! qui voluntate & effectu infideles & impios, à se suoque conspectu repellit! qui fœdere iniquo cum hostibus Dei sociari detestatur, qui ab illorum viribus carnalibus potentiaque auxilium petere, sicut suum illis ad impietates suas, porrigere deprecatur! Has audiens cum filiali timore & tremore horribiles Dei minas principibus decem tribuum Israel, populisque illorum dolo perfidiaque deceptis factas his contraria facientibus: B [a] *Væ qui descendunt in Ægyptum, ad auxilium in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitibus quia prævalidi nimis, & non sunt confisi super sanctum Israel, & Dominum non requisierunt.* (A quo videlicet vno salus principis & populi sperari poterat) nam & ipsi Israelitæ Domino Deo discedentes diffidentesque sceleratè ab Ægyptio rege, cui sunt frustra impièque confisi, decepti sunt, his non ferente auxilium quod spoponderat. Vt sequentis prophetiæ verba designant. [b] *Ipse autem sapiens*, nempe Ægyptius rex, qui sibi videbatur sapiens, *adduxit malum & verba sua non abstulit. Et consurget contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem.* Scilicet Deus qui sapiens verè, est inflixit plagam quam minatus fuerat: neque suis verbis pondus abesse voluit. Propterea contra impiorum familiam cætusque malignos C consurget, qui infidelibus Ægyptiis potius quam sibi salutem suam credere maluerunt. Ipsorum vero idololatrarum multorum, criminum contagione fœtentium auxilium, cui peruersa opinione dementati Israëlitæ crediderant, tanquam vanum, futile & inane penitus destruet atque confundet. Atque vt amentiam miseram eorum qui in fragilibus iniquorum viribus, non in Dei virtute confidunt ostenderet propheta, subiunxit: [c] *Ægyptus homo, & non Deus: & equi eorum, caro, & non spiritus. Et Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxilium, simulque omnes consumentur.* Tam illi qui dolosè promittunt auxilium, quam qui illud stultè sperant, miseraque confidentia præstolantur. [d] *Viriliter agite & confortetur cor vestrum*, ô insignes catholica pietate principes, *omnes qui speratis in Domino.* Certam sic benè sperando de cunctis hostibus Dei, vestræ salutis & imperii victoriam, cum pia exultatione præstolamini. Scitote D Deum saluatorem nostrum, si sic benè viuendo, regnandoque in illo speretis, omnes improbos contra vos iniquo marte præliantes, plagis vndique mortalibus, vsque ad inferni nouissima percussurum. Quibus viuentibus adhuc in terra, si non à suis impietatibus auertantur, non [e] locusta, non tinea, non brucus, non ærugo deerit fient amentes & cæci ad grauioris abyssum miseriæ. [f] *Nec eorum via dirigentur sed eos vt iniustos mala capient in interitu, mentietur eis opus oliuæ, & arua non afferent cibum* [g] *Abscindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus eorum,* [h] *Denique*

Sic ex opposito miseri hi contraria agentes iuxta illud Ieremiæ cap 17. maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum.

[a] Esaiæ c. 31. v. 1. 2. 3.

Maledicti qui confidunt in homine & non in Deo.

[b] Ibid. v. 2.

[c] Esai c. 31. v. 3

[d] Psal. 26. v. 14

Exhortatio ad principes catholicos, vt bene confidentes in Deo Christo saluatore nostro iusti de hostibus victoriam sperent & præstolentur.

[e] Psal. 77. v. 46.

[f] Ps. 119. v. 12.

[g] Habacuc c. 3. v 17.

[h] Ibid.

Psal 54 v. 16.

A *veniet mors super illos, & descendent in infernum viuentes.* Vobis vero, ô principes religiosi, filii excellentissimi omnes pro Christo D. pro eius fide, religione, ecclesia sanctissima, catholica, & Romana, vnica illius sponsa castissima strenuè generoséque pugnantibus, re ipse regum & Dominus dominantium largam copiosamque bonis omnibus temporalibus & æternis benedictionem misericorditer effundet.

CAPVT XIII.

Princeps Christianus veréque Catholicus in bello quàm studiosus obseruator disciplinæ militaris esse debet, vt B omnes sui exercitus milites in officio continens, per mortem temporalem cui exponunt vitam propriam, det illis occasionem lucrandi vitam æternam.

1. *Magna laus meritumque Christiani principis apud Deum & homines sincerè atque religiosè disciplinam rei militaris exercentis, quæ est à Deo, atque milites suos verbo & exemplo, ad prælia Dei feliciter obeunda prouocantis.*
2. *De virtutibus quas præter pietatem, institiā & fortitudinem disciplina militaris in castra sequentibus requirit, nempe modestia & abstinentia.* C
3. *De aliis duabus præter superiores, virtutibus in bello valde necessariis, continentia & obedientia.*

QVò res excellentia quadam prædita, magis ardua factuque difficilior, eò præfectus illi, cum eam rectè perficit, laudabilior & honoratior habetur. Ars militaris res quædam excellens, & quia sæpius exigentibus hominum peccatis necessario bellandum est, admodum humano generi salutaris, sed ardua res & valde factu difficilis: propterea principi atque duci strenuo, benè sinceréque illam administranti laus magna, honorque singularis ascribi debent, quæ in opere maximi meriti coram Deo hominibusque radicantur. Disciplina porro hæc militaris, in continendo milites D in officio præcipuè consistit qui principes suos illam docentes præcipientesque audire parendo, & obediendo venerari in conscientia tenentur. Sicut ipsi duces exercitus militibus aliisque dignitate aliqua in exercitu fulgentibus; non modo imperio dominari, sed etiam exemplo præire, iuxta Dei hominumque leges obligantur. Si huius disciplinæ militaris amatores adeò pagani duces extiterint: quid circa hanc militiæ disciplinam Christianos principes præstare conuenit. Quid paganus imperator militibus suis eorumque præfectis in bello præscripsit agendum, iuxta regulas militaris artis audiamus:

Magna principi laus rectè militarem disciplinam administrantis.

Aurelianus imp. rigidus exactor disciplinæ militaris

a Vopiscus in Aureliano.

A [a] *Si vis (inquit ad vicarium suum rescribens) tribunus esse, imo si vis viuere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, ouem nemo contingat, vuam nullus auferat, segetem nemo detrahat; oleum, sal, lignum nemo exigat: annona sua contentus sit. De præda hostis non de lachrymis prouincialium habeat: arma tersa sint, ferramenta samiata, calceamenta fortia, vestis noua, veterem excludat: stipendium in balteo, non in popina habeat: torquem brachialem & annulum apponat: equum saginarium suum defricet: captum animal non vendat, nullum centuriatum commoueri curet: alter alteri quasi seruus obsequatur: à medicis gratis curetur: aruspicibus nihil det: in hospitijs castè se agat: qui litem fecerit, vapulet.* O Christianorum ductores exercituum, qui tamdiu in militum vestrorum sceleribus dissimulatis, ad eorumque corruptiones immanissimas conniuetis, quanto rubore confundimini, dum B istas veteres paganorum historias reuoluendo legistis? Hæc quid aliud sonant, quàm quod militibus venientibus ad se, de sua salute solicitis præcursor Domini præscripserat. [b] *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris?*

b Luc. c. 3.

Quanta laudum prædicatione benedictioneque sanctioribus multiplicata votis omnium catholicorum fideliumque populorum reges principesque Christiani cumulabuntur: qui sic pura piaque hanc artis militaris belli tempore disciplinam obseruatione venerabuntur! quæ milites verè fortes non ignauos efficiat. Quæ alienorum defensores, conseruatoresque bonorum, non prædones & grassatores, Dei, non Diaboli ministros, patriæ defensores, non oppressores, catholicorum custodes, non perniciosos destructores, templorum Dei sacrarumque rerum vindices, non raptores sacrilegos C ecclesiæ possessionum, agrorum, domorum Deo dicatarum, monasteriorum, aliorumque ipsius catholicæ matris ecclesiæ dominiorum tutores, non vastatores, protectores non faces diaboli funestas ardentesque, quarum illa omnia sancta Christo Domino dicata exitialiter incendio torreantur: agricolarum rusticanorumque pauperum propugnatores, non carnifices immanissimos, tortoresque moliatur. Suæ praxim disciplinæ militaris à diuino cultu, & ab omnipotenti implorato numine princeps catholicus auspicetur, Magnum Constantinum orbis victorem terrarum, non tam armorum fortitudine quam Christiana pietate secutus.

praxim disciplinæ militaris à diuino cultu princeps ordiri debet.

Qui hanc omnibus suis in bello militibus militumque ducibus formulam Deum precandi præscripsit: [c] *Te solum Deum agnoscimus, te regem profitemur: te adiutorem inuocamus: per te victorias conse-* D *cuti sumus: per te hostes superauimus: abs te & præsentem felicitatem nos consecutos fatemur: & futuram adepturos speramus: tui omnes supplices sumus. Abs te petimus & Constantinum imperatorem nostrum, vna cum pijs eius liberis quàm diutissimè nobis saluum & victorem conserues, &c.*

c Eusebius l. 4. c. 18. de vita Constant.

Formula Deū precandi data à Constantino à militibus suis.

Heraclius in Persica expeditione milites suos post diuinum cultum, ad iustitiam innocentiamque hortabatur, ad prælia eos contra Persas tot sceleribus criminibusque contaminatos, his apud [d] Theophanem verbis animando. *Videte fratres & filij quot inimici Dei conculcauerint regionem nostram, & vrbes exterminauerint, & altaria concremauerint, & mensas incruentorum sacrificiorum sanguinibus homicidiorum replenerint, & ecclesias quæ flagitio non admittunt, flagitiosissimis repleuerint voluptatibus. His adiecit* (inquit idem [e] Theophanes) *præcepta quibus omnes commonuit sectari iustitiam, ac pietatem, & à peccatis penitus abstinere.*

d Theophanes in Miscella anno 621.

Ad iustitiam & pietatem Heraclius imp. in Persica expeditione milites hortabatur.

e Theophan. ibid.

Post Persiam imperator ingressus, eosdem sui exercitus milites, eorumque ductores & præfectos pathetica concione hortatus est, vt contra barbaros infidelesque Persas certamine apertoque Marte colluctaturi, se ipsos vt victores triumphatoresque de illis euaderent, charitate Dei iustitia & fortitudine Christiana potenter armarent, eos talibus affando: [f] *Veri fratres Dei amorem in mente sumamus, iniuriam eius requirere satagamus: resistamus igitur fortiter aduersus inimicos, qui multa dira in Christianos operati sunt, reuereamur Romanum Imperium,* B *quod eiusdem ipsius est Domini, & non alterius: & stemus aduersus hostes impijs telis armatos, induamus fidem, nec timeamus interemptionem, nec interemptricem gentem &c. Vindicemus corruptiones virginum, recisa commilitonum membra nostrorum videntes, corde doleamus. Non sunt hæc nullam mercedem habentia, sed vitæ perennis præmia. Stemus vigilanter, & Dominus nobis cooperabitur, & perdet inimicos nostros.*

f Theophan. in annal. anno 612. & imperij Heraclij 13.

Heraclij imp. ad milites concio vt se contra barbaros Dei amore, fortitudine, fideque munirent Christiana.

Hæc Heraclius ad suos: quibus auditis, vnus pro omnibus imperatori respondit. [g] *Dilatasti angustias cordis nostri Domine, et tuum in admonitione dilatans. Acuerunt sermones tui gladios nostros & animos, qui vinci nequeunt, effecerunt, expeditos nos tuis verbis exhibuisti: erubescimus in pugnis te aspicientes non procedere, & iussiones tuas in omnibus sequimur. Hæc nomine omnium dicta.*

g Ex eodem Theoph.

Quantum possit imperatoris ad excitandas corroborandasque militum vires oratio.

Leo imperator cognomento Philosophus ad has virtutes iustitiam, pietatem, C fidem, fortitudinemque omnes exercitus milites non solum verbo & edicto, sed etiam facto & exemplo instruere satagebat, vt patet [h] ex illo commentario, quem de rebus bellicis edidit. Vt eum inter alia, postquam iustitiæ iura in bello custodienda commemorauit, de pietate seruanda circa res sacras disserens, præcepit, vt dux exercitus pridie huius diei quo prælium & certamen sit cum hostibus ineundum, curet per sacerdotes vniuersum exercitum ad preces, sacraque vota excitari: aqua benedicta lustralique omnes in exercitu certaturos expiari, quod Græci dicere solent, [*] ἁγιάζειν. Ἁγίασμα enim apud Græcos ecclesiastico more aqua benedicta dici solet.

Res bellicas cum iustitia & pietate pertractari impensè curauit Leo imperator 6.

h Comment. de re militari ipsius.

* *Ad verbum sanctificare.*

Præterea in eodem commentario, Imperator quotidie, mane, & vespere, ab vniuerso exer- D citu Trisagium hymnum deuotè dici mandauit. Præter has virtutes sublimioris excellentiæ ad meritum & præmium, aliæ sunt illarum comites & sociæ, ad quarum amorem & exercitium in bello Catholicus Monarcha suos præcepto, edicto, facto & exemplo debet incendere: sine quibus militaris disciplina subsistere non potest. Quales sunt modestia, abstinentia, continentia, obedientia & cæteræ id genus. Modestia potissimum in tribus apparet & agnoscitur, in verbis, in indumentis, & factis. Verba rara, humilia, demissa, sobria, militum modestiam designant; sicut multa, inania, vana, iactabunda & turgida impudentiam atque vtplurimum, in ipso armorum conflictu, ignauiam turpissimè repræsentant.

2. Pars. De alijs virtutibus modestia, abstinentia, continentia, obedientia, quas militaris disciplina in castra sequentibus requirit.

Modestia in quibus consistit verbis, vestibus, factis, modestia in verbis.

Loquaces igna- ui esse solent, fortis factis & lingua modesti.

a Liuius l. 3.

b Tacit. l. 1. hist.

c Liuius l. 9.

d Tacit. l. 1. hist.

e Arist. in Ethic. ad Nicom. l. 4.

A repræsentant. Tales enim militiæ professores, superba hæc iactabunda & nimia buccis verba trunantes inflatis illi sunt, *qui in conuiuiis & circulis cum de hostibus mentio incidit, vix manibus temperant*, vt [a] loquitur Liuius. At cum hostes sunt adoriendi, vix eorum conspecto vultu, deficientes animo, concidunt. Vt illud Taciti dubiæ fidei & à veritate nō credatur alienū. [b] *Ignauissimus quisque, & in periculo minimū ausurus*, nimiū verbis, lingua ferox: generositas contrà bellatorū taciturnitate & silentio condiri & ad tempus tegi solet; vt potentior cū in prælia prodibunt, erumpat. Vt [c] *viros natos militiæ, factis magnos, ad verborum linguæque certamina rudes esse cognoscamus*. Hoc habet visus frequens, [d] *vt fortissimus in ipso discrimine exercitus appareat, qui erat ante certamen discrimenque modestissimus*. Iuxta illud Aristotelis. [e] Οἱ δ' ἀνδρεῖοι ἐν τοῖς ἔργοις ὀξεῖς, πρότερον δ' ἡσυχοι,

B *Viri fortes, in opere acres, ante id placidi*, qui ea prælia certaminaque sine voce & murmure, faciendo non loquendo, fortiter aggrediuntur, quæ ignaui verborum sono iactabundi vociferantur: sic est germanum generosū bellatori pectus animorum iræque tacitæ plenum gestanti, per modestam taciturnitatem omnem ferociam, vt loquitur [f] Liuius in discrimen ipsum certaminis differre, factoque ipsū illud Homeri, verum ostendere.

f Liuius l. 7.

g Homerus Iliad. l. 3.

[g] Ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ.
Dextram certamine valet, lingua in consilio.

Modestia in vestibus & indumentis.

Liuius l. 9.

Insuper indumenta vestesque militum, modestiam designant, si itiuis comptæ, decoræ, ac pretiosæ non sint, sicut nec nimis sordidæ, modus in hoc maximè regnet, ablato omni superbo vestitu, sicut & sordido nimiúque indecoro. Strenui

C generosique castrorum rectores ducesque militantium horridum militem, non cælatum auro argentoque, sed ferro & armis fretum in castris ad victoriam idoneum semper habere maluerūt, talemque militaribus edictis esse sanciuerunt. Illa nimis luxu superba, auro, argentoque vermiculata, & onusta militantium indumenta, [h] prædam veriùs esse, quàm arma, nitentia ante rem, deformia inter sanguinem, & vulnera iudicantes. Quantò vtilius est in bello bene armari milites, quàm ornari? [i] *Vanus quippe aspectus auri, argentique fulgor in veste militari, non terret, quia nec tegit, nec vulnerat*. Contra verò bene armatus miles, sine luxu hostibus terrori est, [k] *Acrioremque dimicandi sumit audaciam, dum bene munito capite, & pectore armato non timet vulnera*. Non sic illi quibus, *grauis lorica videtur, & galea*. Qui propterea, *in ipso congressu belli, conflictuque non tam de pugna, quàm de fuga cogitare soleant, quod in acie nudi exponantur ad vulnera*. At multò clarior mo-

h Liuius l. 9.

i Tacit. in Agricol.

k Vegetius de re militari l. 1. c. 20.

Veget. ibid.

Modestia in factis.

D destiæ venustas, & candor in gestis, & factis, quā in verbis, & vestibus apparet: dum per obsequium, obedientiamque milites intenti ad imperatoris, & ducis non signum modò, sed nutum præclarè armorum gesta subeunt, aliique pro patria, religioneque, *pulchrum mori succurrit in armis*. Sed de hoc fusius infra, cū de obedientiæ virtute ad quam princeps suos debet erudire, sermocinabimur.

Abstinentia in militibus, & castra sequentibus.

Is verò quanto studio, vigilantia, & solicitudine princeps conari debeat, abstinentiæ virtutem in suorum militum animis penitus infigere, patet ex necessitate virtutis huius, quam mala illa grauissima demonstrant, quibus omnia in bello pessum eunt: quæ ab illa virtute resecantur. Illa quippe

A virtus est, quæ omni latrocinio, violentia, concussione, rapina bonorū alienorū, militibus interdicit quæ puras militū manus esse iubet, quæ [l] *non permittit milites esse possessoribus insolentes, qua facit vt* [m] *illi viuant cum prouincialibus iure ciuili, nec insolescat animus eorum qui se sentiunt armatos, quia clypeus ille exercitus Christiani principis, verèque mansueti, & religiosi quietem debet præstare paganis*. Ea est virtus quæ omnibus principibus, Christianis præsertim hanc, sicut quondam Aureliano imperatori, legem dictat, vt curent hæc pro suo regiæ maiestatis officio effectibus mandari. [n] *Nemo pullum alienum rapiat, ouem nemo contingat, vuam nullus auferat, segetem nemo deterat, oleum, sal, lignum nemo exigat, annona sua contentus sit*. Et cætera in principio huius capitis inscripta. O pia! O sancta! O maximè salutaris ecclesiæ, regnisq; catholico-

l Cassiod. l. 6. variar. ep. 23.

m Idem l. 7. epist. 6.

n Vopiscus in Aureliano.

B rū, Christianis principibus dignissima lex! Quanto luctu tuam omnes ab hoc Galliæ regno relegationem abstinentiæ violato iure gemunt, & lamentantur! quæ vbi regnat adeò militiæ obnoxios mancipatosque dirigit, ac moderatur, *vt per prouincias ambulando, transeundoque, eorum* [o] *non modo manus, sed ne vestigium quidem vnquam pacato nocuisse dicatur*. Vigebat tunc illa in veterū Romanorum exercitu virtus abstinentiæ, in quo memoriæ tradidit Scaurus apud Frontinum. [p] *Pomiferam arborem, quam in pede castrorum fuerat complexa metatio, postero die abeunte exercitu intactis frugibus fuisse relictam*. At quanta turpitudine sordescunt in castris omnia, quanto fœtore libidinū militantiū animi polluuntur, & enecantur dominante, vel potiùs furente luxuria, gulæ ingluuieque ventris, per absentiam, perque neglectam authoritatem castitatis, atque continentiæ? Cuius

o Cicero pro lege Manil.

p Frontin. l. 4. stratag. c. 3.

3. Pars. Continentia & castitas in bello, quam contempta ad omnia nefas itur.

C dum pura retinacula militantium non frænant animos, & cohibent, ad omne impuritatis furenter irruunt, hinc fundi, exercituum, regnorūque calamitas. Hinc [q] *somniis, ventri partique corporis turpissimæ castra sequentes effusè deditis*, [r] *à robore, virtuteque militari voluptatum assiduitate degenerant*: Hinc si [s] *quid ardoris & ferociæ habuerint, popinis, & comessationibus deteritur*: Hinc [t] *vnum Annibalem hiberna soluerunt, & indomitum illum niuibus, atque Alpibus, eneruarunt fomenta Campaniæ: armis vicit; vitiis victus est*. O principes terræ, qui signum Christi portare profitemini, si qua est vobis pietas, & si quis honestatis amor, & ardor gloriæ; si qua denique sancta, cœlestis regni cupido de inserenda firmiter animis vestrorum militum castitate, continentiaque seriò cogitate! Quæ virtus adeo familiaris, germanaque militiæ sectatoribus esse debet, vt eorum exercitus, con-

q Sallust. in Iugurt.

r Tacit. l. 2. hist.

s Tacit. ibid.

t Senec. ep. 51.

D gregationesque militares, si sancto credamus Isidoro, [u] *Castra à castitate dicta esse videantur, eo quod ibi libido castrari debeat; omnes quippe delicias à castris cum hostium pugnæ incumberet, instaretque certamen, subtractas fuisse*, [x] Vegetius memoriæ prodidit. Cuius absentia virtutis filiorū Israël [y] castra sub rege Balaac Moabitæ subuertetūt, victosque populos Israël ignominiosè, crudeliterq; iugularūt, quòd fornicātes cū eorū infidelium filiabus se turpissimè polluerāt. Ideo [z] in Deuteronomio legimus Dominum Deū in medio castrorū populi Israël ambulauisse, vt essent castra eorum sancta, nihilque in eis fœditatis appareret. *Dominus Deus tuus ambulat in medio castrorum, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos, & sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelin-*

Castitas quàm sit bellantibus necessaria. Castra à castitate dicta.

u S. Isidor.

x Vegetius.

y Numer. c. 25.

z Deut. c. 23. v. 14.

Effœminati, & delicati, quales sunt luxuriosi armis inepti.
a S. Hieron. ep. 1 ad Heliod.

quatte. Delicati, molles, effœminati sunt armis inepti: & vt ait S.[a] Hieronymus. *Corpus assuetum tunicis loricæ onus non fert, caput opertum linteo galeam recusat, mollem otio manum durus exasperat capulus.* Castos continentesque decet milites vt fortes sint, vt generosè militent, vt prospere vincant; quod illi præstare nullo modo possunt, nisi libidines, lasciuientesque luxuriæ funditus extinctæ à castrorum finibus longè, latèque repellantur. Propter hoc Scipio[b] Africanus, Carthagine à se destructa, cùm in Hispaniam contra Numantinos nimiùm recentibus audaces superbientesque victoriis à se reportatis expeditè parato exercitu maturaret, à castris suis eiecto magno scortorum numero, radicibusque luxuriæ penitus auulsis, quæ Romanos antea milites effœminauerant, effœminatosque hostibus victos ignominiosè subiugauerant, illico Numantiam euertit, Romanumque exercitum de victo victorem, triumphatoremque de his Hispaniæ populis feliciter effecit. Hac continentiæ, castitatisque virtute quasi postliminio reuersa, Romano dominante exercitui,[c] Quintus Metellus victis hostibus Iugurthinum bellum breui confecit. Atque vt hac regnante virtute, disciplina militaris apud Romanos inuiolatè retenta magis splendesceret, solidiusque per eam Romani fortunarentur; semper apud eos pœnæ, suppliciaque seuera contra fornicarios, adulteros, castitatis osores, pudicitiæque matronalis, & maritalis oppressores decreta sunt. Vnum pro multis exemplum singulare seueræ, iustæque in adulterum militem animaduersionis, iudicio imperatoris Aureliani factæ producamus. Cuius ita Vopiscus[d] meminit. *Militem, qui adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita puniuit, vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret, easdemque subito demitteret, vt scissus ille vtrinque penderet.* Hæc Vopiscus. Dura nimis hæc fortassis animaduersio, sed corruptio sæculi, & exercitus, vt redeat ad sensum officiumque, hanc quandoque requirit. Armati quippe seuerè plectendi, dum peccant, ne impunè peccantes alios armis opprimant. Quàm verè, iustèque Valerius Maximus![e] *Aspero castigationis genere militaris disciplina indiget. Quia vires armis constant: quæ vbi à recto tenore desciuerunt oppressuræ sunt nisi opprimantur.* Eaque iusta seueritas, & animaduersio salutaris eos ipsos delectant, qui sunt in armis.

b Valer. l. 2. c. 7.
c Valer. ibid.
Grauis in adulterum militem animaduersio.
d Vopiscus in Aureliano.
e Valer. Max. l. 2. c. 7.

[f] *Tam diri fœderis ictu*
Parta quies, pœnâque redit placata iuuentus.

f Lucan. l. 5.

Has omnes virtutes in militum partas animis sapientiâ, & vigilantiâ principis, militaris obedientia custodit, sine qua nihil reliquarum virtutum in bello rite perficitur. Rectè Tacitus.[g] *Diuisa inter duces milites que munia: his arma, & animus sint, illis consilium, & virtutis suæ regimen relinquant.* Egregium, pulchrumque strenui ducis[h] Brasidæ ad suos acroama simul, & admonitio parænetica. *Hæc tria esse bonæ militiæ subsidia scitote, animisque vestris figite, velle, vereri, obedire.* Quoniam[i] parendo potius, quàm imperia ducum sciscitando res militaris continetur.

Obedientiam princeps militibus inculcet.
g Tacit. l. 5. hist.
h Thucyd. l. 5.
i Tacit. l. 1. hist.

Has omnes virtutes in ore, in corde, in opere militum radicitùs infigere solius est strenui, sapientis, & optimi principis, *Sine quo militaris turba corpus est sine spiritu:*[k] Et vt supra dictum non importunè iterem, repetitoque ludam.[l] *Est ille* (in exercitu) *spiritus vitalis, quem tot hominum millia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus & præda si mens illa imperij, exercitusque subtrahatur.* Qui propterea bonus, strenuus, sapiensq; princeps tantorum causa bonorum dici non potest quantis in hac vita laudibus, honoribusque cumulari, in altera merito immarcessibiles gloriæ sempiternæ lauros expectando mereatur.

Sine strenuo duce exercitus corpus languidum sine spiritu.
k Curt. l. 2.
l Seneca.

CAPVT XIV.

Quanta bona ex immaculata disciplinæ militaris obseruantia nascuntur. Et contrà, quanta mala ex illius oppressa puritate.

1. *Disciplina militaris rectè custodita, belli finem feliciter accelerat, datque victorias, hinc princeps, huius custos disciplinæ, Dei ecclesiæ, regnoque maximè salutaris.*
2. *Generosi heroicis decorati virtutibus principes, verbo & exemplo milites suos sibi similes efficiunt, Angelorũ propter suas virtutes consortio dignati. Ideo vtrisque de salute perpetua, iustè religioseque dimicando data securitas.*
3. *Quanta turpitudo & improbitas principem militaris disciplinæ violatorem dedecorant: & quanta illum eiusque milites ærumnæ casusque funesti sequuntur.*

QVONIAM ex immaculata disciplinæ militaris tot refertæ supra dictis, & ornatæ virtutibus obseruantia, quam princeps ille bonus religiosusq; causatur, maxima bona in ecclesiasticam, secularemque monarchiam deriuata proficiscuntur, & emanãt. Tunc non in armatorũ multitudine, sed in virtute Dei taliter munito exercitui misericorditer affulgentis prospere pugnatur; vt agnoscatur huius oraculi veritas.[m] *Non saluabitur rex per multam virtutem suam, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. Sed ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius, vt eruant à morte animas eorum.* Hęc disciplina militaris tot condita virtutibus ritè custodita finem belli accelerat, pacem videlicet secundum Deum, fugamque discordiæ. Quę exorta inter populos, eiusdem imperii valde angit, cruciatque religiosos principes: vt Constantinum magnũ, seditiones, tumultusq; nefarios ab Ario in imperio, ecclesiaque excitatos execrantẽ. Ad quorũ extirpationẽ, ruinãque, Alexandrũ ecclesiæ Alexãdrinæ patriarchã cũ aliis orthodoxæ fidei præsulibus ipse pius imperator in fine suę ad eũ epistolæ sic hortabatur.[n] *Date igitur mihi dies tranquillos, & noctes curæ, ac molestiarum expertes, vt voluptas, quæ tum ex sincera concordia luce, tum ex vita quieta capi soles mihi integra inposterum conseruetur. Quod quidem si minus contingat, necesse est ingemiscere lachrymis, & mœrore omnino confici, nec fieri potest, vt vitæ cursum de reliquo tranquillè, & sedatè transigam. Nam quandiu Dei populus (eum dico qui communis mecum erga Deũ obsequio fungitur)*

Regnanti religiosa disciplina militari virtus Dei affulget ad victoriam
m Psal. 32.
Accelerat finẽ belli disciplina militaris ritè custodita.
Discordia populi valde angit principem pium.
n Euseb. l. 2. c. 63.

tam iniqua perniciosaque contentione à se mutuo dissidet, quomodo fieri potest, vt ipso animo tranquillo consistam. Sincera disciplinæ militaris obseruantia, quæ sine iustitiæ vigore subsistere non potest, in manu principis, ductorisque exercitus sistit victorias, atque triumphos, vt in exhortatione ad suos milites Belisarius apud [a] Procopium in expeditione Vuandalica dicebat. Quarum cupidus, & appetens pro gloria Dei, eiusque in Gallia salote religionis accepta à S. Remigio benedictione Clodouæus primus, Regum Francorum Christianus, bella contra Gothos hæreticos gesturos, vt eos Deo bene propitio statim vinceret, prouidit vt sincerè, religioseque militaris disciplina custodiretur. In qua iustitia, pietasque Christiana [b] maximè clarescerent, cauitque præcipuè ne quid in ipso bello, Christi Domini ecclesia, resque ad eam spectantes detrimenti caperent. Neque enim fas est principum catholicorum arma nocere ecclesiæ, quę proeius defensione, seruitioque suscipiuntur: sunt enim catholici illi principes potentibus armati copiis tanquam muri ecclesiæ firmissimi hostium incursionibus obiecti. Quorum fortitudine, arietantes contra ecclesiam ciuitatem Dei, catholicamque societatem hostium vires, furoresque confringuntur: vt sic in posterom ipsius ecclesiæ sanctæ pastores gregem dominicū optata tranquillitate tegere, ad pascua spiritalia ducere, atque reducere, pastu diuinitatis alere nutrireque catholicæ veritatis cibo sine impedimento valeant. Qui de militibus talium principum, catholica puritate intentium, disciplina militari ritè compositis, & instructis cum laude, & veneratione prædicabunt, quæ pastores ouium de Dauidis egregiis, fortibusque militibus affirmauere. [c] *Homines isti boni satis fuerunt nobis, & non molesti, nec quicquam aliquando periyt omni tempore, quo fuimus conuersati cum eis in deserto pro muro erant nobis tam in nocte, quàm in die omnibus diebus, quibus pauimus apud eos greges.* Quorum principū talibus stipatorum, munitorumque militibus pro religione, iustitiaque legitimè certantium virtus adeò ecclesiæ, ac reip. Christianæ salutaris est, vt persæpe sit vtilius vtrique, principes optimos in bello pugnantes habere, quàm monachos in claustro meditantes. Hinc est quod Gregorius septimus Papa scribens ad Hugonem Cluniacensem abbatem querebatur, ægroque ferebat animo, quòd ipse calamitoso, turbidoque ecclesiæ tempore, ducem quendam valde probum, fide integrum multis sua generositate salutarem, strenuūque pro ecclesia Dei bellatorem inter monachos Cluniacenses recepisset, quem ad plurimorum salutem in sęculo commorari præstabat. Cum hæc inter alia scribit. [d] *Tulisti, & recepisti ducem in Cluniacensem quietem, & fecisti vt centum millia Christianorum careant custode.* Et in epistolæ fine. [e] *Confido de misericordia Dei, quòd charitas Christi, quæ in te soles habitare me vindicando cor tuum transfodiet, & quantus mihi dolor esse debeat de bono principe ablato matri sua* (scilicet Romanæ ecclesiæ) *ostendet.* Bonifacius comes simul atque in Africam venit, D. Augustini familiaritatem quæsiuit, à quo disceret in armis animæ tueri salutem, & populos sibi creditos pacificè seruare, & ab hostium vindicare furoribus, quos prospera benedictorum armorum fortitudine bene viuendo, militesque suos ritè gubernando cōfunderet. Quem D. Augustinus de agendis, secundùm Deum in bello

Iusta disciplinæ militaris obseruantia parit victorias.

[a] Procop de bello Vuandal l. 1.

[b] Hincmarus in vita S. Remigii.

[c] 1. Reg. c. 25.

Principes strenuos, ac religiosos melius est, & vtilius ecclesia Dei persæpe in bello pugnantes habere, quàm monachos in claustro meditantes.

[d] S Greg 7. l. 6 epist 17.

[e] Ibid.

Bonifacius comes viam salutis, & victoriam in armis quærit à S. Augustino.

A refrænandis vitiis, & castigandis ab officio, disciplinaque militari per nefas exorbitantibus militibus admonuit: vt cùm de raptore sacræ virginis expostulando, ita rescripsit. [f] *Ornet mores tuos pudicitia coniugalis, ornet sobrietas, & frugalitas. Bene enim agere, & illicita non prohibere consensus erroris est. Quædam ex ecclesia egreditur Christi virgo sacrata, ebrium Gothi Herpe mentem, & corpus incurrit. Habeat quæso miles, sub comite positus disciplinam. Graue est enim, vt quem non vincit homo, vincat libido, aut voluetur vino, qui nec vincitur ferro.* At generosus comes, simul & probus acceptis his, auditisque à D. Augustino destructæ disciplinæ militaris, raptu virginis excessibus, ne sibi ad ruinam exercitus irascatur Dominus, tanti sceleris vltionem vindice gladio his verbis sancto præsuli spopondit. [g] *Tuæ sanctitatis epistolam admonitum me terrificante suscepi. Etenim, venerabilis*
B *Papa, si thorus ille legitimus pandit habet accessus, quo debet puniri supplicio diuinas qui temerat rationes? Arguetur ergo profectò qui diuina, atque humana neglexit, & quem libido præuenit gladius vltor absumet; cumque quem insobrium in tantis angustiis fama veridica publicauit, carceris perennam quocumque supplicio custodia retinebit.* Hoc vindice, vltoreque sceleris gladio restituta rei militari iustitia, gladiorum, armorumque rectores, ac dominos in bello custodit, eosque Deo adiuuante corroboratos nobilitati victoriæ lauro coronat. Vt rex Gothicus apud [h] Cassiodorum ad ducem sui exercitus Ibam rescribens iudicabat. Et [i] Heraclio imperatori ad bellum contra Persas pro recoperanda Christi Domini cruce, magna fiducia, deuotioneque properanti, eadem inuiolata victoriam iustitia promittebat, quam postea cùm illa religio Deo ministrante largita
C est. Quod antea ex vetustis historiis, & legibus magnum Theodosium fecisse didicimus, qui vt dignis militibus bellum iustum contra Eugenium aggrederetur, aggressumque parta victoria fœliciter absolueret, militantium refrænando, coercendoque licentiam illos in officio, iustoque militaris disciplinæ circo iusta sanctione non vna, sed varia, multiplicique continere voluit. [k] *Disciplina maiorum remp. tenet, quæ si dilabatur, & nomen Romanum, & imperium amittemus.* Dicebat apud Lampridium Alexander Seuerus: quid non fœlicitatis in Christiano imperio sperandum, si hæc disciplina Christianis condita virtutibus bene sarta tecta custodiatur? [l] Ex cuius sinu in hoc Romanorum quamuis ethnicorum adhuc imperium omnes triumphi manarunt. Illa est quæ [m] acriter retenta, *principatum terrarum Romano imperio peperit.* O
D turpitudo sæculi nostri! in quo inter Christianos principes hanc rei militaris disciplinam non modo languescere, sed omnino periisse lugemus! Nec malam, corruptamque solùm, sed nullam planè dolentes aspicimus! In quo stipendia militibus ad victum, vestitumque necessaria subtrahuntur, vt liberiùs impunè grassentur, colonorum populentur agros, aperta eos rapina, latrocinioque cædibus cruentato deprædentur; omnia denique quæcumque eorum rabies peruaserit ferro, flammaque deuastent. Quid mirum? [n] *Cùm ferè mendicitas ad omnem desperationem vocet armatos?* [o] *Cùm disciplinam non possit seruare ieiunus exercitus?* [p] *Cùm miles non timeat nisi vestitus,*

[f] S Aug ep. 1. in appendic tom 2.

Quàm libido, & ebrietas milites dedecorant.

[g] Apud D. Aug. to. 6 in appendic. epi. 5.

Iustitia religioque seruatā in bello victoriam pariunt.

[h] Cassiod l 4. epist 17.

[i] Theophan. in miscell. & alii.

L 3. & 4 tit. de Salgamo hospitibus non præbendo C. Theod. l. 7. tit. 2. de erogatione militaris annonæ l. 7. c. Theodos. tit. 5. l. 4 de memoriis eod. cod l 7 tit 6.

[k] Lamprid. in Alex. Seueru.

[l] Valer. Max. l. 2 c. 7.

[m] Valer. l. 2. c 8.

Magna, tremendaque iniquitas stipendia militibus subtrahere quod nullo parit abominationes.

[n] Lamprid. in Alex Seuer.

[o] Cassiod. l. 4. variar ep. 13.

[p] Lamprid. ibid.

A *armatus, calceatus, & sator, & habens aliquid in Zonula?* Proh quot, & quantas militarium stipendiorum, rege decepto, proditoque deprædatores, sic militarem disciplinam omni furori prostituentes miserias in orbe Christiano, calamitatesque caosantur! Cogitet laboriosè semper, solicitèque princeps de bene alendis vestiendisque ad sobrietatem, necessitatemque stipendio regio militibus, sicut ritè instruendis, & in officio continendis, eisque sic bene tractatis, & disciplina militari compositus, exemplo suo vires, animosqoe strenuè, generoséque bellandi pro salute patriæ, religionisque largiatur. Qui velit

a Part. Magnas dat vires militibus ad generosè pugnandum ducis, a principis exemplū, ac spectata virtus.

a Silius ital. l. 1.

[a] Primus sumpsisse labores,
Primus iter carpsisse pedes.

Et qui non minus verè, quàm audacter, & liberè dicat. [b] *Facta non dicta mea vos milites sequi volo:* B *nec disciplinam modò, sed exemplum etiam à me petere.* Qualis erat Cato Vticensis de quo Lucanus.

b Liuius l. 7.

Non solum fortiter, sed prudenter aggredi prælio suos doceat princeps nihil temere, cùm in bello non liceat bis peccare

c Lucan. l. 9

[c] Ipse manu sua pila gerens præcedit anheli
Militis ora, pedes monstrat tolerare labores,
Non iubet.

Doceatque suos exemplo non modò fortiter, & iustè prælia aggredi, sed & prudenter, non temerè, nihilque agat in bello nisi conscientia, prouidentiaque dictante, *Vt nullo loco, nisi quantum necessitas cogat se [d] fortunæ committat.* Cùm nihil minus Cæsaris Augusti iudicio; [e] *In perfecto duce, quàm festinatio, temeritasque conueniat.* [f] *Quæ præterquam quod stulta est, etiam exitu ipso infœlix apparet.* Notum illud Scipionis Africani. [g] *Sciebam est in re militari dicere non putabam.* [h] Negabatque Lamachus Lacedęmoniorum dux illum militiæ præfectum qui ex imprudentia, temeritateque C in bello peccauerat, venia, indulgentiaqoe dignum esse. [i] *Quod præliorum delicta emendationem non recipiant.* Et vt apud Plutarchum dicebat ille. Οὐκ ἔστιν ἐν πολέμῳ δὶς ἁμαρτεῖν. *Non licet in bello bis peccare.* Hanc prudentiæ prouidentiæque virtutem, ac sagacitatem principis, sicut cæteras virtutes, quarum supra mentio facta est, disciplina militaris bene ordinata complectitur, quę tuto in principis manu sistunt, victorias, triūphosque firmant. At quî posset tali exercitui hac salutari disciplina munito, atque omnibus militum sceleribus per principis religiosi virtutem purgato non aduenire victoria? Quem propterea per sæpe Angeli frequentant: vt cum militibus bene reformatis aduersus impios religionis, imperiique hostes mirabili fortitudine & plusquàm humana prælientur, nec ancipiti marte contendant! Illud admirabile in exercitu Bembæ D religiosissimi Hispaniarum regis aduersus tyrannos, qui Galliam Narbonensem & alia loca sui regni perfidia, proditioneque subegerant, arma mouentis contigisse Tudensis in suo chronico anni 674. commemorat: quod ipse rex insignis probitate, & fide catholica suum exercitum omnibus fornicationis, adulterii, aliorumque scelerum fœtoribus, disciplinæ militaris bene compositæ vigore purgauerit, & emendauerit. Hoc se scriptor Tudensis ita describit. [k] *Ad hos debellandos tyrannos* (scilicet Ildericum, & Paulum natione Græcum) *expeditionem parans rex maximè pius, primum omnium studuit exercitum communire iustitia. Quam ob rem in ipso procinctu, quos fecerit milites adulte-*

d Liuius l. 22.
e Suet. in August c. 25.
f Liuius l. 22.
g Valer. Max.
h Plut in Lacon. apopht.
i Cato apud Veget. l. 1. c. 13
Plutarch in apophteg.

Rex ac princeps pius ac religiosus in suo exercitu bene reformato commilitones habet Angelos qui pro se pugnant

k Tudensis in chron. an. 674.

A *ria perpetrasse iussit amputari virilibus, hanc tanto principe dignam sententiam premens. Ecce iam indicium imminet belli, & licet fornicari vt Deus ad iracundiam prouocetur?* Post quæ hanc memorabilem adiunxit sententiam. *Frustra pergit ad bellum, quem iniquitates comitantur exemplum &c.* In cuius postea principis sic exercitu purgato apparuisse Angelos tanquam militantium commilitones, & socios, idem author ita recensere persequitur. [l] *Manifestè diuina protectio adfuit, quod cœlestibus indiciis patuit euidenter; visus est enim Angelorum excubiis protectus noster exercitus, & ipsos Angelos supra castra corusca velificatione protectionis suæ signa protendere.* Hæc ipse, quibus diuinitus principi religioso opitulantibus, & auxiliantibus difficillimum, maximeque periculosum B bellum aduersus duos potentissimos tyrannos Vasconum, Francorum corroboratos armis fortissimis, munitissimisque tutatos vrbibus, breuissimo temporis spatio summa fœlicitate confectum est. Atque hæc quidem prospera valde fortunataque sunt, quæ temporalis fœlicitatis fines non excedunt, sed quæ tamen futuræ, æternæque prosperitates in cœlo sequuntur: quoniam egregios milites, & duces pia hac disciplinæ militaris obseruatione confirmatos viriliter pro religione catholica, patriaque pugnantes, æterna, gloriosáque vita immortaliter cum Christo victuros excipiet, diuinæqoe fœlicitatis lauro coronabit. Sic enim Leo 4. summus pontifex, Francorum exercitum vt strenuè, generoséque aduersus Sarracenos pugnaret, hortabatur. [m] *Omni timore, ac tremore deposito contra inimicos sanctæ* C *fidei, & aduersarios omnium religionum agere viriliter studete, nouit enim omnipotens si quilibet vestrum morietur, quod pro veritate fidei, & saluatione patriæ, & saluatione Christianorum mortuus est, & ideo ab eo præmium cœleste consequetur.* Et Nicolaus Papa hoc proposito æternæ gloriæ præmio Francos ad similem pugnandi contra infideles fortitudinem his verbis animabat, & excitabat. [n] *Omnium vestrum nosse volumus charitatem, quoniam quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine mortuus fuerit, regna illi cœlestia minimè negabuntur.* Quod quidem verum esse ex reuelatione constitit facta cuidam Abbati Cassæmarii tempore S. Bernardi, vt [o] ex eius epistola patet, quæ inter eiusdem S. Patris epistolas relata legitur.

l Idem Tud.

Angeli visi in exercitu Bembæ propter custodiam iustitiæ & pietatis.

pugnantibus sincerè contra infideles vita æterna promittitur.

m Can. omni 9. 23 q. 8.

n Can omniū 23. q. 5.

o Cassæmarii abbatis epist.

Si tanta gloria, laus, & merces principi pio D pro rectè conseruata hac militari disciplina debeatur ob tanta bona, quæ talis disciplina tot comitata virtutibus regno Christiano, societatiqoe catholicæ parit, & acquirit; quanta contrà turpitudo, atque dedecus nomini, famæque principis inoritur, militaris disciplinæ contemptoris, & euersoris? quantaque eum pœna manet apud Deum propter miserias, maledictiones, quas hæc ab illo violata disciplina militaris asportat, secumque trahit? Maxentios sæuissimos Christianorum tyrannus, omnem peccandi licentiam suis tribuens militibus, eisque ad omne nefas relaxans habenas, magnam imperii Romani partem ruinis, vastationibus, turpitudinibusque non modo perdendo deturpauit, sed etiam cædibus multis ciuium

3. Pars. Quanta turpitudo, & dedecus principis disciplinam militarem violantis inoritur nomini, & famæ, & quanta illum miseriæ sequantur.

Omnem bacchandi licentiâ Maxentius militibus tribuebat hinc miſeria innumera.

cuiuſque conditionis, internecionibuſque cruentauit, quorum malorum maledictionibus oppletus à Conſtantino Magno victus, ſuperatuſque in Tyberim prolapſus morti miſerrimæ fluctibus obrutus occumbere meruit. De cuius impietate fræna ad omne ſcelus laxante militibus [a] Panegyriſtes multa narrat. Qui quoties milites in concionem vocabat, ſe ſolùm cum illis imperatorem, alios per limites pro ſe militare iactabat. *Fruimini*, aiebat, *diſſipate*, *prodigite*.

a Nazar in panegy. a. de laudib. Conſtant.

Totilas Gothorum rex, conſiderans Gothos maiores ſuos, in maxima armatorum multitudine, fortitudine & copia, propter violatam militiæ diſciplinam, oppreſſionemque iuſtitiæ, & æquitatis, imperium Italiæ ſimul cum vita iuſto Dei iudicio perdidiſſe, ſuos ad ſinceram diſciplinæ militaris obſeruationem, iuſtitiæque cultum, ne inſtar maiorum à Romano vincantur exercitu, parænetica oratione concitabat; in qua hæc inter alia. [b] *Fuere quondam & Gothis militum millia centum bellicoſiſſimorum in vnum tunc coeuntium, qui vtique maximum in modum ad gloriam opibus vtebantur, & equorum armorumque ſumma his copia ſuppetebat: veteranorum præterea, & prudentiſſimorum vis ingens, qui ſanè ipſis in certaminibus conſtituti, noſtris rebus conducere plurimum videbantur; & alioqui à Græcorum militum millibus ſeptem, hi omnes deuicti imperio primò fuere, deinde, & cæteris rebus priuati. Nunc verò nos qui reliqui ſumus, & tanta præſertim paucitate, nudi quidem, & planè calamitoſi, & ignauiſſimi omnium hoſtium vltra viginti millia vicimus, & ſummatim vt dicam quæ geſta fuere eiuſmodi ſunt, vt credo vix poſſint. Cauſa verò cur hæc ita nobis contigerint ſtatim aperiam. Gothi tunc primùm præ cæteris omnibus æquitate poſthabita vt inter ſe inuicem, ita & in Romanos tunc ſubditos indigna quædam patrabant, quibus vt par erat permotus, & ira ſuccenſus Deus pro hoſtibus, & contra nos depugnabat, quo factum vt etſi multitudine, ac virtute, cæteroque belli apparatu hoſtibus eſſemus magno interuallo ſuperiores, vt tamen quadam occultiore, & quaſi diuina deuicti nos ſumus. Veſtra itaque intereſſe iam reor, quæ rectiora vt ſeruetis, id eſt vt æquitatem de cætero tueamini. Nam hanc peruertentibus vobis, vel diuina quidem ſubſidia infeſtiora mox erunt. Non enim Deus ſine vllo delectu, vel temerè humano generi, vel priuata cuiquam rationi ferre præſidium conſueuit: ſed his quàm maximè fauet, apud quos æquitatis ratio habeatur, & illi quidem, haud quaquam difficile eſt, ad alios bona transferre, vt qui rerum omnium habeat poteſtatem. Illud itaque vobis per neceſſarium fore aſſeuerauerim, iuſtitiam vt inuicem, & in ſubditos quoſque ſeruetis, hoc eſt vt perpetuam vobis adipiſcamini fœlicitatem.*

Gothi ex neglecta militari diſciplina æquitateque contempta Italiæ imperium perdiderunt, & vitam.
b Procop. de bello Gothico l. 3.
Totila oratio ad ſuos.

Gothorum ruina cauſa … tempus iuſtitia & militaris, & nunc a contrario proſpera duce Totila.

Ant. ad noſtros omnis diſciplina bona militum vaſtatores.
Deus iuſtitiâ militia ſeruantibus fauet & contra.

Hæc ipſe ad ſuos Gothicus princeps. Lex à Carolo Magno ad refrænandam militum inſolentiam, libidinem, & ebrietatem lata, ſic eorum crapulas, vinolentiaſque compeſcuit. [b] *In hoſte* (ſcilicet [c] exercitu) *nemo parem ſuum vel quemlibet alterum hominem bibere roget, & quicumque in exercitu ebrius inuentus fuerit, excommunicetur, vt in bibendo ſola aqua vtatur, quouſque ſe malè feciſſe cognoſcat.* Reliquas militantium corruptiones, delictaque, aliis ſuis legibus in exercitu ſuo repreſſit, quorum licentia omnia in imperio exercituque confunduntur, & labefactata concidunt. Concluſio mea hæc, nullum tam immane facinus, nullum tam atrox ſcelus, nulla tam crudelis impietas, nulla adeò ferina barbaries poteſt effingi, per quæ effrænata militum rabies diſciplinæ militaris ſoluta legibus non effrænatè concurrat, & furibundæ omnes humanitatis tranſgreſſura terminos aduolet, vt omnia diuina humanaque iura funditùs euertantur.

b Caroli M. lex contra ebrios et crapulatores milites l. 3. capitul. c. 72.
c Vnde Gallice oſt. ſeu l'oſt pro exercitu.

CAPVT XV.

De cura, & ſolicitudine, quam ex iuſtitia, & charitate princeps Chriſtianus ſumere debet in protegendis, & conſeruandis agricolis tempore belli, eoſque ab immani, & pluſquam barbara militum effrænatorum, impiorumque inſolentia vindicandis, propter ingentes artis agriculturæ vtilitates generi collatas humano.

1. *Quàm ſit agricultura humanæ ſocietati ſalutaris, & neceſſaria, vt illius cultores, colonos, & ruſticos in ſuis laboribus vexare, magna ſit crudelitas, & magna reip. illata iniuria.*
2. *Querela de oppreſſione crudeli, quam corrupti, & exleges militiæ ſectatores, contra colonos, & agricolas immaniſſimè, nullis territi ſuppliciorum minis, exercent.*
3. *De improbitate, & peruerſitate caſtra ſequentium huius temporis, & de pœnis quarum ſeueritate eorum immitem retundere, & compeſcere inſolentiam principes catholici ex officio ſuo tenentur.*

AGRICVLTVRÆ ſuauitas, & honeſta voluptas, cùm humano generi tam ſit ſalutaris, vt ſine ea reſp. ac vita hominis ſtare non poſſet: magni faciendi ſunt illius artis opifices, & benignè tractandi, vt à grauioribus laboribus, quos pro conſeruatione humanæ ſocietatis impendunt, recreati conſolentur: ſic ſuauior, & fortior illis redeat agricolis, vt loquitur [d] poëta, *labor actus in orbem.* Quo carebant in ſtatu innocentiæ primi parentes in paradiſo, caruiſſentque eorum poſteri, ſi non peccauiſſent, ſed fuiſſet ſine labore terras fructifera colendi voluptas. *Quidquid enim deliciarum habet agricultura* [e] (inquit D. Auguſtinus) *tunc vtique longè amplius erat, quando nihil accidebat aduerſi vel terra, vel cœlo. Non enim erat laboris afflictio, ſed exhilaratio voluntatis, cùm ea quæ Deus creauerat humanis operis lætius feraciuſque prouenirent, unde*

d Virg. 1. Georg.
Nunc vtilitas laborioſa colendi terras ob peccatum quæ in paradiſo erat ſine labore delectabilis.
e D. Aug. l. 8. de geneſ. ad literam c. 8.

creator ipse vberius laudaretur. Qui animæ in corpore animali constituta rationem dedisset operandi, ac facultatem, quantum animo volenti satis esset, non quantum inuitum indigentia corporis cogeret. A tempore autem parentum primorum lapsus agricultura fuit in pœnam peccati laboriosa sudoribus, anxietatibusque plena, sed tamen ita necessaria, vt omnino sine illa hominum vita stare non posset: Ideoque à principibus magni faciendi sunt illius cultores, terræq; propter eam magnis assueti laboribus aratores. Si enim maximæ curæ populorum rectoribus annona publica esse debet: Quid erit illis agriculturæ professio, sine qua annona hæc omnino periret. Huius curam annonæ, quàm solicite princeps accipere teneatur, constat illo Geneseos cap. 41. [a] *Nunc ergo prouideat rex virum sapientem, & industrium, & præficiat eum terræ Ægypti, qui constituat præpositos per cunctas regiones &c.* Præfecti annonæ apud Romanos dignitas magna erat, summæque potestatis, nunquam nisi præcipuis reip. proceribus magnatibusque credita. Qui primus huic annonæ publicæ præfectus est, fuit, teste [b] Liuio, L. Minutius, eo tempore, quo vniuersam ciuitatem Romanam tanta cum violentia fames mediaque summa perculit, oppressitque: vt multi de populo impatientia famis, tantum inediæ cruciatum vltra tolerare non valentes, obuolutis sese capitibus in Tyberim præcipites dederint. Quantum præfectura hæc annonæ Pompeio, postquàm de tribus mundi partibus triumphasset, honoris gloriæque contulerit, patet ex his quæ scripsit in Panegyrico Plinius. [c] *Instat ego perpetui congiarij reor affluentiam annonæ. Huius aliquando cura Pompeio non minùs addidit gloriæ, quàm pulsus ambitus campo, exactus hostis mari, oriens triumphis, occidensque lustratus.* Huius annonæ cumulos, & aceruos quis nisi agricolarum, colonorumque labor, sudorque præstat? Quorum necessitas humanæ societati in conspicuo est, [d] *Cùm in omni hominum cœtu consortioque, primum alimentum vitæ necessariò desideratur.* Quod pastores ouium, agricolæque suis partum laboribus, sudoribusque subministrant, vt reip. maximè intersit ab opere rustico agricolas non distrahere, [e] cui solerter, nec oscitanter pro bono communi debent adhærere.

[a] Genes. c. 41. v. 33.

Annona publica maxima cura principi esse debet.

[b] Liuius l. 4. decad. 1.

[c] Plin. in Paneg.

[d] Arist. l. 7. polit. c. 8.

[e] Plat. 2. de rep. Calistr. in l. 2. de nundinis ff. l. 1. vt rusticani ad nullum obsequium deuocentur C. L. Nunquã saltationibus de agricolis & censit C. L. 1. de colon de fundis patrimõ. l. 11. C.

> [f] *Fertilis assiduo si non renouetur aratro,*
> *Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.*

[f] Ouid. de trist. eleg. 12.

Nunquam audita bene morata resp. nunquam disciplinæ militaris legibus astrictus visus exercitus, in quo terræ cultoribus, aratoribus, ouium, armentariorum, aliorumque gregium pastoribus, speciosa tutela conseruatioque bonorum indulta non fuerit. Nabuzardam crudelis licet, & barbarus Babyloniæ regis ductor exercitus, regem Iuda subactum crudeliter, ignominiosèque in captiuitatem cum victo populo trahendo, vinitores, & agricolas in Iudæa araturos, culturosque terras possessionesque reliquit. Etiam alii barbari in tenebris infidelitatis ambulantes à vera Dei veri cognitione elongati, [g] Indi, inter seueritates hostiles agricolas tutò, & à perditione bonorum non solùm, sed etiam ab amittendi metu liberos esse voluerunt. Quid mirum [h] si in concilio Lateranensi Alexander 3. sancta constitutione sanciuerit, vt agricolæ, vinitores, pastores, aliique rustici euntes, redeuntes, & in agricultura existentes, intactis animalibus suis arantibus, & semina portantibus stabili securitate lætarentur. Proh pudor, & nefas, quàm aliena sunt ista ab atrocitate militantium Gallorum! quibus nullus acceptior ludus est, quàm populatio agrorum, quàm vastatio rusticarum domorum, quàm impudica mulierum, puellarumque honoris oppressio, quàm cædes, quàm cruor, quàm trucidatio colonorum? Qua oppressione ipsi crudeles, & barbari, licet natura non sint, necessitate tales esse coguntur. De commendatione rusticorum simplicitatis, innocentiæ, deuotionisque S. Hieronymus [i] ad Marcellinam nomine S. Paulæ, & Eustochii de Bethleemiticis loquens agricolis ita conscripsit. *In Christi villula tota rusticitas, & extra psalmos silentium est. Quocumque te verteris arator stiuam tenens Alleluya decantat: sudans messor psalmis se auocat, & curua attollens vitem falce vinitor aliquid Dauidicum canit. Hæc sunt in hac prouincia carmina: hæ vt vulgò dicuntur amatoria cantiones, hic pastorum sibilus, hæc arma culturæ. Hinc dicta [k] sancta rusticitas, non solùm quia illi rustici sunt inuiolabiles (quod [l] sanctum antiqui idem quòd inuiolabile dixerint) sed etiam quod quieti patientes alieni à conuitijs, discordijs, rixis recedentes ab omni [m] irrisione, dolo & fraude.* Omnia namque iuxta [n] Accursium palam habet sancta rusticitas.

Semper in bene ordinata rep. & exercitu pro bono publico agricolis indultum, terræque cultoribus.

Ierem. c. 52. v. 16.

[g] Arrian. l. 5. de gestis Alex. Diod. Sicul. l. 2. c. 10.

[h] Cap. 2. de Treuga & pace l. 1. decretal. tit. 34.

[i] S. Hiero. ep. ad Marcel. sub nomine S. Paulæ, & filiæ.

Agricolarum antiqua simplicitas, & deuotio.

[k] Can. sancta quippe rusticitas q. 7.

[l] L. sanctum 8. de rerum diuisione ff.

[m] Albert. ad l. vtili de defensione de defensorib. omnium ciuitatum ff.

[n] Ad § item Senatusconsultum, de actionib.

Quæ igitur crudelitas hæc! quæ barbaries immanis! quæ tetra rabies his tam reip. salutaribus, & vtilibus agricolis tot aspera detrimenta, totque diras asperitates immittere, tantisque eos torquere vexationibus? Vt abiecta omni spe melioris vitę, omnibus spoliati facultatibus, ad antra deserti, ad syluarum agrestium latibula, hominum pertæsi consortii confugere cogantur? Ferarumque vagabundi habitacula quærant, vel aliquod à quotidianis miseriis leuamen, in istarum ferarum conuersatione nanciscantur? Quoniam illis vlterius sine acerba morte cum hominibus (si modò homines dicendi sint, ac non potiùs tygres, rabidique Leones) viuere non licet! Quibus languentibus alimenta misera.

2. Pars. *Querela de vexatione crudeli colonorum ab immanibus militibus.*

> *Bacchas, lapidosaque corna*
> *Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herba.*

Quibus alimentis si vesci stomachus perhorresceret, his necessario fame sit atrocissima pereundum.

> [o] *Non vllus aratro,*
> *Dignus honos, squallent abductis arua colonis,*
> *Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.*

[o] Virg. georg. l. 1.

Quosnam Deus immortalis! calamitatum innumerarum fluctibus absorptos colonos, meliùs, quàm Galliæ, patientiæ speculum [p] Iob descripsisse creditis? Cùm dixit. *Egestate, & fame steriles, & calamitate, ac miseria squallentes rodebant in solitudine, & mandebant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperarum erat cibus illorum. In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel super glaream.* O iniquitas sæculi? O prodigium immanitatis! O horror iniustitiæ! Laborantem agricolam oportere primum de fructibus percipere [q] monet Apostolus. At nostra miserrima, & corruptissima tempestate, qua afflicti vitam in tenebris, luctuque trahimus, nihil, proh scelus! aratores de quotidianis

[p] Iob. c. 30.

[q] 2 Timoth. c. 2.

laboribus, assiduisque sudoribus infortunati agricolæ, neque primi, neque vltimi fructus, alimoniamque percipiunt! Hoccine est [a] *in sudore vultus sui vesci pane suo*? Hoccine est Christianos Catholicosque profiteri? Sic miserè Christianorum omnium pro suorum præmio laborum nutricios affligere? Hoccine simplicissimos, & omnium innocentissimos agricolas post tot susceptos labores, sudoresque calamitatibus innumeris opprimere? Per quos extrema, vt ait Poëta.

a Genes. 3.

Iustitia excedens terris vestigia fecit.

Hoccine tolerabilior barbarorum, infideliumque hostium gladius erit, quàm militum principis Christianissimi rapina, furor, & rabies? O te modo Galliam in tuos infœliciter immitem, & crudelem, & frustra quondam mansuetam, quod amplius non es, existimatam! Quanta nunc, proh nefas! in militibus propter impunitatem, iustitiæ disciplinæque militaris interitu scelera regnant!

Paganos vexant, & agricolas, [b] *qui nec in procinctu, nec in castris habentur, sed per omnia municipia desides, hospitibus tantum metuendi ignaui, simul, & crudeles*, vt horum vitiorum ignauiæ, & crudelitatis familiaris in militibus societas esse solet, qui [c] *se effundunt in luxum & epulas, & nocturnos cœtus*, ibique [d] *circumferri merum largiùs iubent, debellauere super mensâ Alexandrum*. At ô propudium, & turpitudo militiæ! Postquam diu in gula, & crapula temulenti miseros hospites excruciauerint, eminus venientes ad arma hoste viso *turpissimi galeati lepores*, vt de suis Cornificius militibus dicebat, animo, viribusque labascunt. [e] *Quibus vt ad populandos finitimorum agros, tectaque vrenda, & capienda pecora aliqua vis sit; statim acie, at signis collatis nulla est* [f] *qui purgamenta vrbium suarum*, [g] *assueti latrociniis, bellorum insolentes*, modò habeant quod rapiant, quod auferant, quod cum crudelitate furentur, nihil sibi defuturum arbitrantur. [h] Quibus solùm non vt olim *virtutis, modestiaque, sed procacitatis, petulantia, impietatis* certamen est, atque *ob* [i] *egestatem, & flagitia maxima peccandi necessitudo*: [k] quorum *lingua vana, manus capacissima, gula immensa, pedes fugaces, quæ honestè nominari non possunt inhonestissima*. Quàm iustè seuera pro talibus grassatoribus, non bellatoribus, prædonibus, non auxiliatoribus populorum supplicia decernentur. Quàm iusta talium pestium incendiariorum, & exitialiter armatorum supremo principis iudicio nex, & interitus reip. profutura sunt. Vbi Carolus 7. Francorum Rex,

b Tacit. l. 3. hist.
Pars Deimprobitate, verecundia, & ignauia militantium huius tempo-ris.
c Tacit. hist. l. 4.
d Curt. l. 7.
e Liu. l. 28.
f Curt. l. 9.
g Egesip. l. 4. c. 4.
h Tacit. l. 3. hist.
i Tacit. l. 3. annal.
k Pseudo Sal-lust. in Cic.
Iusta, & salutaris imperatorum militantium nex.

impiorum flagellum militum, [l] qui leges tulit plurimas, easque salutares admodum, quibus disciplinam militarem tam exactè restituit, vt miles agricolæ formidabilis in posterum esse nō posset. Audiant ignaui, crudelesque ad miserorum colonorum funera nati, sibi ignominiosè loquentem principem, vt alterum Cæsarem.


l Massonius l. 4. annal. in Carolo 7.

[m] *Iam certè mihi bella geram, discedite castris,*
Tradite nostra viris ignaui signa Quirites.

m Lucal. 5. Phars.

Ignaui non simpliciter, sed crudeliter, quibus vt terrori est aspectus hostium, sic voluptati maximæ cruciatus, laniatusque colonorum. Quæ tam prodigiosa cæcitas, vel potius voluntaria frenesis militiam sequentium, qui quotidianis mortis periculis expositi, scelestiùs tamen viuunt, grauioribus oppleti criminibus, in quibus immanissime delectantur? Cum tale periculum, si saperēt, eos ad vitæ turpissimæ detestationem, eiurationemque, serui facti iustitiæ prouocare deberet: ne violenta morte pereuntes, nihil minùs quàm de salute sua cogitantes, in ictu oculi ad æternorum suppliciorum baratra præcipitati detrudantur, & vt loquitur [n] Propheta, *in puncto ad inferna descendant*. Talium interitum plerumque dæmonibus accelerantibus: qui nonnunquam contra impios feroces, sceleratosque castra sequentes in bello dimicare Deo volente permittuntur, vt miserè in acie pro sceleribus suis cruētati corruant, & extinguantur. Sicut exercitui Ludouici Germaniæ regis aduersus Boemos pugnanti cōtigit, qui sceleribus militum exigentibus sensit se non hominum solùm, sed dæmoniorum telis obrui, obrutum percelli, perculsumque superari. De qua hominum improbè viuentium, sceleratæque militantium nece, strageque per dæmones, virgam Dei furoris aduersus impios hęc breuiter Sigebertus. [o] *Franci à Boemanis graui prælio vincuntur: cui bello Spiritus malignus se præfuisse per os Arreptitij publicè protestatus est, & per se, & per socios, spiritus scilicet superbia & discordia egisse vt Franci terga verterent*. Sicque miserè perierent. Hoc modo dum in nefandis militum suorum criminibus principes dissimulant, eaque, seueritate legum suarum vindicare deprecantur: Deus ipse Dominus exercituum talia, tamque nefanda crimina, ad terrorem omnium ac conuersionem, per spiritus immundos, spiritalia nequitiæ, tenebrarumque principes, vlciscendo, tantorum scelerum patratores, Angelis, beatisq; sanctorum mentibus vindictam poscentibus, exterminare compellitur. [p] Tantæne animis cœlestibus iræ?

Extrema cæcitas, & frenesis militantium, quæ magis singulis horis de vita periclitantur ob scelestius viuere.
n Iob c. 21. v. 13.
Dæmones contra impios milites Deo permittente in bello pugnant.
o Sigebertus in chron. an. 850.
p 1. Æneid.



TERTIÆ PARTIS

LIBER SEXTVS.

In quo agitur de alijs Christianorum principum virtutibus, de amore, honore, & vera obedientia propter eas populorum fidelium erga illos: de præmijs quæ pios manent principes his ornatos virtutibus, & contra, de supplicijs, tormentisque impios oppositis vitiis fœdatos principes persequentibus.

CAPVT I.

De cura, & solicitudine, quam ex iustitia, & charitate Christianus princeps, post religionem, & iustitiam sumere debet, ad vigorem scientiarum, ac bonarum literarum excitandum erigendo eas, & si ceciderint, restaurando, pro bono religionis, & reip.

1. *Fundare & instituere academias, bonarũ emporia litterarum maximum summis principibus decus adferentium, ad Romanum Pontificem principesque supremos pertinet.*
2. *De bonis Catholicisque Regibus, Imperatoribus, summisque principibus academiarum fundatoribus, & vbi collapsæ fuerint restauratoribus.*
3. *Bonæ litteræ, liberalesque scientiæ religioni Christianæ, Ecclesiæque multum prosunt, si fideliter, & ex conscientia exerceantur.*



VCVNDITATES, & ornamenta Reipub. quæ illius faciunt læta sub tutela pacis, & honorata tempora, bonæ sunt litteræ, & scientiæ liberales, tam humanæ, quàm diuinæ. Quarum professio pura maximè ad regni, Ecclesiæque Catholicæ famulatum, profectumque condocit. Vt si princeps Christianus admodum intentus, & occupatus animo, & corpore belli tempore disciplinæ militaris administrationi pro salute regni sui, & religionis honore esse debeat: profectò in prosequendis magna veneratione, amore, beneficioque liberalibus, sacrisque disciplinis, & artibus omni tempore, præcipuè verò pacis valde solicitus, & auidus debet apparere: ex quo magnam sibi laudem, gloriam, decusque comparabit. Sic enim imperatoria, regiaque maiestas, non solùm armis decorata, sed etiam legibus, scientiisque ingenuo homine dignis armata tranquillè, munitaque honorificè conspicietur. Quarum post religionem, iustitiæqoe administrationem, generosos, religiososque principes maxima cura, desiderium, cupiditasque solent afficere. Estque vigor litterarum, artiumque illustrium, & earum si ceciderint contemptæ restauratio, verè summi principis opus tam secularis, quàm Ecclesiastici. Vnde D.[a] Thomas academiarum erectiones, & institutiones solùm ad summum Pontificem, & ad Reges, supremosque principes pertinere, sanctioq;[b] pragmatica docent. Cùm ad eos solùm qui pro sua summa dignitate Reip. præsunt, iureque dominantur, ordinare, atque statuere, de alendis puræ doctrinæ cibo iouenibus pertinere, spectareque credatur. In quam sententiam consensisse Aristotelem illius testimonia[c] declarant. Ac propterea ad institotionem scholarum, in quibus sacræ, humanæque litteræ discerentur principes pios, ac summos, vt imperatorem, regemque Galliæ Ludouicum pium patres concilij Tullensis in Gallia exhortando, precandoque concitarunt, vt patet ex illo canone his concepto verbis:[d] *Vt scholæ sanctarum scripturarum, & humanæ quoque litteræ, vnde annis præcedentibus per religiosorum imperatorum studium magna illuminatio Ecclesiæ, & eruditionis vtilitas processit, deprecandi sunt pij omnes principes nostri,*

Marginal letters: A (beside "riam, decusque comparabit"); B (beside "de alendis puræ doctrinæ").

Fundare, & instituere academias ad Papam, & principes supremos spectat.

a Tractatu contra impugnantes religionem.

b Gloss. ad §. item quoad dictas duas partes aduersum vniuersitates decollat. in pragmat. sanct.

c Arist. l. 10. Ethic. & in polit.

d Can concil. Tullens.

De instituendis scholis in Gallia tam in sacris, quam humanis disciplinis exhortatio Tullens. concilij ad Imperat. & Reges.

& omnes fratres, & Coepiscopi nostri instantissimè commonendi, vt vbicumque omnipotens Deus idoneos ad docendum, id est fideliter, & veraciter intelligentes donare dignatur, constituantur vbiq; scholæ publicæ, vt vtriusque eruditionis, & diuinæ scilicet, & humanæ in Ecclesia Dei fructus valeat accrescere. Quia quod nimis dolendum est, & perniciosum maximè diuina scriptura verax, & fidelis intelligentia ita iam dilabitur, vt vix iam eius extrema vestigia reperiantur. Et idcirco ingenti cura, & summo studio remedium procurandum est. Hæc SS. patres in isto canone. Magnum magni principis ornamentum bonas scire litteras, humanioribus, grauioribusque studiis inter suos cum vitæ probitate splendescere. Vt magis ea foueret in aliis, & abiectis imperitiæ tenebris, rerum imperij sui consultiùs sapientiùsque satageret: optandumque vehementer, vt omnes Christianæ ditionis reges, ac principes hoc bonarum artium, sacrarumque litterarum fulgore coruscarent. Quibus animum in iuuentute sua non intendisse, seque propterea litterarum ingenuarum ignarum remansisse Ludouicus Caroli simplicis filius ingemuit. Anno enim regni sui nono cùm in Tusonensem ciuitatem venisset, ibique Fulconem comitem Andegauorum inter Sacerdotes permixtum choro, cantantemque vidisset, à risu abstinere non potuit. Qua re cognita Fulco breues postea ad eum litteras misit, quarum summa erat.[a] *Inter asinum coronarum redimitum, & regem indoctum nihil interesse.* Vt scribit antiquus scriptor Pactius Locensis in vita Fulconis, addens insuper, *regem Ludouicum his Fulconis sermonibus minime offensum condoluisse, quod litteras non didicisset.* Magna fuit gloria, mercesque bonarum litterarum in Gallia sub Roberto rege, quod illæ regem sapientissimum, ac Christianæ religionis obseruantissimum, sui cultorem amantissimum, vt qui esset doctrina, atque optimarum scientiarum studiis eruditus, inuenerint. Quem propterea synodi Lemouicensis patres *doctissimum regem* magna cum laude, prædicationeque publicarunt.

Magni principis magnum ornamentum bonarum cognitio litterarum

a Pactius Locensis in vita Fulconis & Masson. l. 2 annal. in Ludouico 4.

Robertus rex doctissimus sui temporis à concilio Lemouicensi appellatus ex Masson. annalibus l. 3. in vita Roberti in f.

Antiquissima academiarum in quibus bonæ docerentur litteræ à bonis fundatarum principibus, qui verum Deum norunt, institutio est.

2 pars. Antiquissima academiarum à bonis principibus erectio.

Esdram Hierosolymis academiam omni bonarum artium, doctrinarumque, tum diuinarum, tum humanarum genere fœcondam, ornatamque ex Hebræorum antiquitatibus in sua chronologia Genebrardus obseruauit. Ex qua quamplurimi scientiis illustres viri scribæ, legisque periti prodierunt. Scribit insuper eundem Esdram prophetam, virosque magna Synagogæ seu synodi magnæ quæ tunc celebrata est diuino afflatos spiritu scripturas sacras in *Pesucom*, idest versus, distinxisse. Vnde & codices Iudæorum per sententias, membra & versus diuisi, & interuallis quibusdam distincti fuere, qui antea veluti vnus erant versus.

Academia Hierosolymis ab Esdra instituta Genebr. chronol. 183 & alibi.

Defundat oribus, & resonatoribus academiarum in orbe Christiano.

Constantinus Magnus cùm extremum vrbi Constantinopolitanæ fastigium imposuisset, ne quid florentissimæ ciuitati perfectionis deesse videretur; curauit illam illustrissimo musarum emporio, omniumque disciplinarum scholis abundanti vniuersitate, academiaque nobilitare. Quam miris extulit præconiis[b] S. Gregorius Nazianzenus, ob copiam præstantissimorum oratorum, Philosophorum, sapientissimorum facultatis sacratissimæ professorum, sub quibus S. Basilium suarum tyrociniũ studiorum peregisse scribit. Vnde profectus Athenas magnus illico sapientiæ copiosè loquẽtis, philosophiæque professor euasit. Ad maiorem celerioremque profectum, litterarum, studiorumque bibliothecam ingenti librorum cumulo compositam in eadem Constantinopolitana academia publico studiosorum commodo extruere voluit; quæ ab aliis postea principibus aucta in tanto librorũ numero creuit, vt numerum centum viginti milliũ librorum expleuisse[c] Zonaras aliorum narratione commemoret: quos omnes dira imperante Basilisco incendia consumpsisse refert. Carolus Magnus non minus in Palladis, quàm Martis castris exercitatus, magno in vita sua honoris, prædicationisque splendore refulsit; contra eum Rhetorem[d] qui per historiæ inscitiam illud Poëtæ de Romulo malè ad ipsum principem applicatum, accommodatumque retulit.

Constantinus M. academiã illustrissimam Constantinopoli cõstruxit.

b S. Greg. Naz orat de laudib. S Basilii.

c Zonaras r 3

d Ramus orat. pro philosophica Paris. acad. disciplina in fin.

Quippe magis Martem quàm Pallada Carole noras,
Curaque finitimos vincere maior erat.

Ipse plures in orbe Christiano academias, euocatis ex omni parte mundi doctissimis ad bonarum illustriumque professionem scientiarum, proposito magnorum stipendiorum honorario construxit, qui litteras ingenuas illustresque scientias ante sua tempora hominum socordia relegatas, licet grauissimis, maximeque periculosis, & arduis pro religione Catholica bellis occupatus postliminio reducere, easque florentissimas efficere, barbariem verò, & imperitiam valde profundam à suo imperio, seculoque extrudere procurauit. Quæ tanta erat, tamque latè patentes illios termini, vt si quis nobilioris ingenij humanioribus studiis animum vellet intendere, magistrum, doctoremque à quo disceret, inuenire non posset. At Imperator generosissimus, religiosissimus, scientiarumque amantissimus dedit operam, vt studia litterarum in profundo barbariei, imperitiæque demersa, tantisque ignorantiæ tenebris obruta, nobilissima, & florentissima surgerent; vt suæ veritatis, intelligentiæque lumen, vbique cum honore imperij, Ecclesiæque seruitio diffunderent. De quo alia præclara multa ad æternam illius laudis, gloriæque prædicationem, propter studium, & amorem bonarum, sacrarumque litterarum, ex claris scriptoribus Lupo Abbate, Iona Aurelianensi Episcopo, Ansegiso, aliisque notæ celebrioris[e] infra commemorabimus: Is erat optimus princeps adeo clarus armis, vt vere de eo enunciari possit illud:

Diuersas in orbe Christiano fundauit academias Carolus M.

Bonas litteras collapsas Carolus M. restituit, imperitiamque à suo imperio, seculoque fugauit.

e Nempe l. 8. c. 5. huius partis.

Qui prælia musis.
Temperat, & Geticum moderatur Apolline Martem.

Quantis præter pias heroicasque virtutes bonarum, sublimiumque scientiarum splendoribus Carolus Magnus ornaretur, Alcuinus Magnus illius præceptor non assentationis fuco, sed candore veritatis his ad eum versibus expressit.

Caroli M. doctrina singularis, & sublimis.

f Alcuini ex carmine 193.

[f] *O mihi dulcis amor, Dauid per secla valeto!*
Quem te præsentem semper habere velim.
Pierio vt tecum liceat mihi ludere versu,
Scandere vel summi sydera celsa poli.
Vel pulchras tecum numerorum discere formas,
Irrepere aut veterum dicta stupenda patrum.

A

Aut tractare sacra æterna præcepta salutis,
Quæ via te mecum peruehat astra super.

Vnde notandum magnum illum regem ab Alcuino præceptore Dauidem oominari propter eruditionem non medioerem, virtutes bellicas, & pietatem Christianam, quibus omnes sui temporis principes, & populos supereminebat. Quod clariùs alibi præceptor ille magnus his dictis ostendit.[a] *Dauid olim præcedentis populi Rex à Deo electus, vt Deo dilectus, & egregius Psalmista Israëli victrici gladio vndique gentes subiiciens, legisque Dei eximius prædicator in populo extitit. Cuius eximia filiorum nobilitate in salute mundi de virga flos campi, & conuallium floruit, Christus, qui istis modo temporibus, ac eiusdem nominis virtutis, & fidei Dauid regem populo concessit rectorem, & doctorem. Sub cuius vmbra quietè populus requiescit Christianus, & terribilis vndique gentibus extat paganis.* Doctrinarum bonarum, sacrarumque adeo appetens, & aoidus erat princeps religiosissimus, vt eas in palatio suo profiteri, docerique Alcuino mandauerit. Vnde illa ad Carolum Magnum Alcoini verba[b] *Ego ignarus nesciens Ægyptiacam scholam in palatio Dauidica versari gloria. Ego abiens Latinos ibi dimisi, nescio quis subintroduxit Ægyptios.* Hunc tanti fecit Carolus magnus, vt eum à consilus suis in omnibus sui imperii negotiis maioris momenti, conscientiæque suæ abscondita cernentibus habere voluerit, vt auctor[c] vitæ S. Aldrici Senonensis Archiepiscopi memoriæ prodidit, cùm inter alia dixit. *Omnia imperialis aulæ, & maiora negotia illius discretionis arbitrio regem definiuisse.* De hnc principe tanto musarum cultore, atque promotore, deque eius posteris alia plura sempiternis mactanda laudibus[d] inferius. Hunc Imperator secutus, & imitatus filius Ludouicus pius academias à patre erectas conseruauit, fouit, amplificauit. Quem quidem exemplo paternæ pietatis, & in bonas, sanctasque litteras amoris, reuerendissimi concilij Parisiensis patres ad hunc litterarum bonarum affectum sic exhortantes deprecando vehementiùs inflammabant.[e] *Similiter etiam obnixè, & suppliciter vestræ celsitudini suggerimus, vt morem paternum sequentes, saltem in tribus congruentissimis imperij vestri locis schola publica ex vestra authoritate fiant, vt labor patris vestri, & vester per incuriam quod absit labefactando non depereat, quoniam ex hoc facto, & magna vtilitas, & honor sanctæ Dei Ecclesiæ, & vobis magnum mercedis emolumentum, & memoria sempiterna accrescet.* Quorum patrum exhortationi gratenter acquiescens pius ille, ac religiosus Imperator erectas à patre Carolo Magno Parisiensem, Patauinam, & Ticinensem academias[f] protexit, conseruauit, amplificauit. Horum principum maiorum suorum aui, patrisque vestigiis insistens Carolus Caluus optimè de litteris meritus in earum fauorem multa facere voluit. Vt libro huius partis octauo memorabili Henrici monachi testatione demonstrabimus. S. Ludouicus academiam Parisiensem, quæ propter ciuium in scholasticos seditiones, & cædes dilabebatur, quamque Henricus rex Anglus ad Oxoniensem scholam occultis nuntiis ad se pellicere studebat, restituendo, restaurandoq; pristinæ famæ, splendorique reddidit. Huius S. regis nepos Philippus cognomento Pulcher, magno litterarum incensus amore præter Parisiensem[g] academiam, Aurelianensem iam inde à

a Alcuin. epist. 47.

b Epist. 9.

c Scriptor S. Aldrici.

d L. 8. c. 5. huius partis.

Ludouici pij erga bonas litteras studium patrem æmulantis.

e Concil. Paris. l. 2. c. 12.

Tres illæ academiæ quas erexit, vel potius à patre erectas fouit, & amplificauit fuerunt academia Parisiensis, Patauina, Ticinensis.

f Masson l. 2. in Ludouic. pio Caroli M. filio.

S. Ludouicus academiam Parisiensem collabentem restituit.

Philippus pulcher Aurelian. academiam multis auxit priuilegiis.

g Ex Masson. annal. l. 3 in Philippo pulchro in fin.

Sancti Ludouici tempore florentem multis ornauit, decorauitque priuilegiis. Qoanto studio, & amore Carolus V. cognomento sapiens, bonas litteras, liberaliaque studia prosecutus fuerit, academiæ multæ regni Francorum,[h] præcipuè Andegauensis multis ab eo priuilegiis auctæ testantur: peculiari Andegauensem academiam beneuolentia dilexit. Cui fratris Ludouici hortatu, & rogatu eadem quæ Aurelianensi priuilegia concessit, præclarumque hoc de illa academia, & ciuitate profudit elogium, quod legitur in tabulis priuilegiorum huius academiæ Parisus anno 1364. scriptis.[i] *Inter regiones alias regni nostri ciuitas Andegauensis veluti fons scientiarum irriguus viros alis consilij solet ab antiquo, propagatiue quasi naturali producere.* Huius sapientis principis nepos[k] Carolus VII. amorem litterarum inter strepitus armorum non deseruit, qui semper academias regni à maioribus suis erectas fundatasque quoad potuit nouis semper beneficiis, priuilegiisque cohonestare conatus est. Cuius rei testes sunt Pictauiensis, & Andegauensis academiæ, quas præter vtriusque iuris canonici, & ciuilis scholas, quibus antea decorabantur, voluit insuper Theologiæ, Medicinæ, Philosophiæque professoribus insignire. Mitto exteros causa breuitatis, Christianissimos Franciæ reges, fundatores, erectores, restauratores, magnificosque academiarum benefactores: in quibus affectum suum amoremque singularem in humanas, sacrasqoe litteras benefaciendo demonstrarunt. Quos omnes secutus in hoc affectus ardore Franciscus[l] primus hoc meruit honoris reuerentiæque præconium, vt passim ab omnibus musarum cultoribus LITTERARVM PARENS appellaretur. Taceo extraneos à gente nostra, sed non à fide Catholica eiusdem breuitatis occasione, vt[m] Alphonsum IX. Hispaniarum Regem: qui ex Gallia, Italiaque doctoribus euocatis in bonarum scientiarum intelligentia versatissimis Valentiæ academiam ad communem regni sui vtilitatem, salutemque populorum magnorum stipendiorum oblatione litterarum professoribus oblata fundauit. Nec vlterius in commemoranda scholarum, academiarumque à paganis, hisque ætate Christianos principes præcedentibus erectarum fundatione morabor:[n] quippe quæ omnibus medioctiter in prophanorum, Ethnicorumque historia versatis passim ab eruditis commemorata scriptoribus occurrit.

At quantùm appetentes, & auidi bonarum exercitij litterarum principes Christiani in principatu suo esse debeant, constat ex magna illa vtilitate, emolumentis, atque seruitiis, quæ ex casta, fidelique ingenuarum disciplinarum professione Christiana religio, Ecclesiaque sancta, Catholica, & Romana in se deriuari sentiunt. Has docti si secus artes, scientiasque profiteantur, magno sibi, & discentibus detrimento, nulloque Ecclesiæ sanctissimæ matri futuri sunt ornamento, & adiutorio. Vnde S.[o] Bernardus. *Sunt qui scire volunt, vt sciantur ipsi, & turpis vanitas est.* Qui verò scientiarum habitibus, tui tanquam intellectus præstantibus imaginibos, simulachris, aoreisque sapientiæ picturis ornati humiliter, fideliterque docent, scribunt, concionantur, Ecclesiæ sanctissimæ matri salutari famulantur obsequio. De quibus idem pius, mel-

Carol. V. Andegauensem academiam multis affecit priuilegiis.

h Ex Masson. in Carol. V.

i Præclarum elogium de ciuitat. Andegauensi ex eodem Masson. ibid.

k Carol. VII. ex annal. Masson inf. eius vitæ.

l Annal. Fräc. & Masson. in Francisco 1. l. 4.

m Roderic. Toletan. l. 7. rerum Hisp. c. 34.

n Legatur Iacobus Middendorpius qui ex professo de academiis tractauit Gregor. Tholosa. l. 15. de rep. c. 6.

2. Pars.

Bonæ litteræ fideliter & ex conscientia maximè Ecclesiæ, religionique Christianæ prosunt.

o S. Bernard. serm. 36. cantic.

a S. Bernard. ibid.

A lifluusque patet. [a] *Sunt*, inquit, *qui scire volunt, vt ædificent, & charitas est*. Hos omnes qui bonas artes, disciplinasque ingenuo dignas homine profitentur, si suæ saluti, Ecclesięque honori seruire velint, imitari debent: vt sua doctrina, eruditione, sapientia, tanquam preciosis peristromatis aulæisque sacrum Dei templum, hoc est Ecclesiam, religionemque Christianam pro viribus illustrare conentur. Qualiter fecerunt sanctissima illa orbis Christiani lumina, atque in Ecclesiastico cœlo splendentia sydera Athanasius, Augustinus, Chrysostomus, Hieronymus, Ambrosius, Gregorij, aliique sapientissimi Ecclesiæ sanctæ doctores; qui fideliter, & ex conscientia, sincera professione humanas, diuinasque litteras ventilantes, euoluentes, atque docentes dici non potest, quantos studiorum laborumque suorum in Ecclesiæ matris sinum, Christianæque religionis augmentum fructus salutares, diuinosque contulerint. B Quid dicat in huius rei confirmationem suis fidelibus gregibus, ouibusque D. Augustinus audiamus. [b] *Me putate matrem vestrarum animarum esse, & ita vos velle componere, vt in vobis, nec macula, nec ruga possit ante tribunal æterni iudicis apparere. Animabus autem vestris non solùm ornamenta, sed etiam medicamenta prouidere desiderans, studeo dissuta consuere, conscissa sarcire, vulnerata curare, abluere sordida, reparare perdita, & ea quæ sunt integra spiritualibus margaritis ornare*. O beatam felicemque tanti patris, doctorisque scientiam! quæ non vt auro, argentoque arcæ fulgerent, sed vt cœlestibus, diuinisque virtutum splendoribus discentium animi rutilarent enixa prouidit! O salutarem tanti spiritualis mercatoris negotiationem! C Qui in vita sua bonas Paradisi margaritas sudando, laborando, vigilandoque quæsiuit! Quas non cum vitreo populi applausu, sed cum sempiterna fœlicitate, gloriaque commutaret? *Nos* (inquit sapientissimus non minùs salutis alienæ quam propriæ negotiator) *margaritas vobis de Paradisi patria prouidentes, nullam aliam in hoc seculo mercedem optamus accipere, nisi vt vos patienter, & libenter quæ vobis insinuantur videamus audire, & cum Dei adiutorio secundùm vires vestras operibus adimplere?* En quò profundissima, altissimaque omnium bonarum disciplinarum, scientiarumque sacrarum, tanti doctoris cognitio, professioque confluxerunt. Sciant, & addiscant doctrinarum scientiarumque liberalium, ingenuarumque professores si salui esse velint, ex tanto doctorum patre, qua ratione suas sublimes intelligentias in bonum Christianæ religionis, charitatisque conuertant; quod fiet, [c] *si adhibeatur scientia, tanquam machina quadam, per quam structura charitatis assurgat, quæ maneat in æternum, etiam cùm scientia destruetur, quæ ad finem charitatis adhibita multùm est vtilis: per se autem ipsam sine tali fine non modò superflua, sed etiam perniciosa probata est*. D Hoc enim modo scientia nō inflabit, sed charitati iuncta ædificabit, & ita possessorem suum saluabit, qui cum magno illo [d] patre sentiet: *quamuis de Ægypto diues exierit*, scilicet de schola philosophorum, oratorum, aliorumque professorum doctrinarum humanarum doctus euaserit, *tamen nisi pascha egerit saluum se esse non posse*: [e] *pascha autem nostrum immolatus est Christus*. Nihilque magis immolatio Christi nos docet, quàm illud quod ipse clamat,

b S. Aug homil 26. l. 50.

Aug. ibid.

c S. Aug ep. 119 in fin.

Scientia inferuit tanquam machina structuræ charitatis.

d D. Aug l 2. de Christiana doctrina c 41

e 1 Corint. 5.

A tanquam ad eos, quos in Ægypto sub Pharaone videt laborare. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*. Laborant quippe miserè, & sine fructu, sudando in litterarum humanarum exercitio docti seculi, qui ad finem charitatis, *qui amor & honor Dei est*, eas non reuocant, vnde illud Iob. [f] *Qui addit scientiam* (nempe sine charitate) *addit & laborem*. Quem vt auertat à nobis Dominus, clamat ad nos. [g] *Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris: iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Quibus, clamando loquitur Dominus, nisi mitibus, & humilibus corde*, inquit sanctus [h] Augustinus, *quos non inflat scientia, sed charitas ædificat?* Scientia illa bona, vtilis, & salutaris Reip. & Ecclesiæ Dei, quæ dum charitati subseruit, illius ardore incensa purgatur, purgata temperatur, temperata in Christi amore ra- B dicatur, & radicata ad salutem animarum sempiternam, gloriamque Dei perficitur. [i] *Habet enim & scientia modum suum bonum*, inquit pater doctissimus, doctorque sanctissimus, *Si quod in ea inflare assolet, æternorum charitate vincatur, quæ non inflat, sed vt scimus ædificat. Sine scientia quippe hac nec virtutes ipsæ, quibus rectè viuitur, possūt haberi, per quas hac vita misera sic gubernetur, vt ad illam, quæ verè beata est, perueniatur æternam*. Ideo concludit alibi S. Pater scientiam sine charitate nihil valere, at cum illa plurimum prodesse. Proinde sic dictum est, inquit. [k] *Caro non prodest quicquam, quomodo dictum est scientia inflat? Iam ergo debemus odisse scientiam? Absit. Et quid est scientia inflat? Sola, sine charitate. Ideo adiunxit: Charitas verò ædificat, adde ergo scientiæ charitatem, & vtilis erit scientia non per se, sed per charitatem*. C *Sic etiam nunc caro non prodest quicquam, sed sola caro. Accedat Spiritus ad carnem quomodo accedit charitas ad scientiam, & prodest plurimum*. Dixeratque ante huius magni doctorum magistri tempora Lactantius, [l] scientiam litterarum non modo nihil nocere religioni, atque iustitiæ, sed etiam prodesse plurimum: *Si is qui eas didicerit, sit virtutibus instructior, & veritate sapientior*. Quod considerans Imperator apostata Christianæ religionis osor, & eiurator execrabilis *legem sancit*, inquit Socrates, [m] *ne Christiani humanioribus litteris instituerentur; nam cùm sint*, aiebat iste sceleratus apostata, scilicet Christiani, *lingua ad dicendum exercitata, facilè dialecticorum qui sunt apud gentiles argutijs occurrere poterunt*. Similia Theodoretus [n] de hoc nefando Ecclesiæ persecutore refert dicere solito: *Nostris pennis, atque* D *telis, vt est in prouerbio ab illis percellimur, siquidem nostrorum scriptorum præsidijs muniti contra nos bellum suscipiunt*. [o] Sozomenus in eandem sententiam affirmat istum apostatam hanc feralem, nefariamque legem contra Christianos, propter inuidiam, odiumque in Apollinarem, SS. Gregorium Nazianzenum, Basilium, aliosque Christianos eo tempore florentes viros doctissimos, omnibus politioribus, illustrioribusq; disciplinis, quas pagani magnificabant instructissimos, edixisse. Sozomeni verba sunt. *Porrò vetuit ne Christianorum liberi poetas, oratores, philosophos, & alias scriptores gentiles perdiscerent, nec eorum doctores adirent, nam non mediocriter eius animum offendebat non solùm Apollinaris Syrus, vir omni doctrinæ genere, & orationis formis instructus*,

f Eccles ca 1. v 18

g S. Matth. c. 11. v 28.

h August. ibi.

i S. Aug tom 3. l. 12 de Trinit. c. 14. in 1.

Scientia cum charitate multum prodest, sine charitate nihil.

k S. Aug. to 9 tract. 27. in S. Ioan. c. 1.

l Lactant.

m Socrat. l. 3 c 10.

Iulianus Apostata vetuit Christianos instrui humanioribus, & philosophicis litteris.

n Theodoret. tu a l. 3 c 8.

o Sozom. l. 5. c. 27.

A *verum Gregorius, & Basilius Capadoces qui omnibus illius ætatis rhetoribus laudem præripiebant, atque alij eodem tempore quamplurimi diserti viri. Hinc igitur, quoniam magnam ad persuadendum facultatem posse parari censebant veteres, ne Christiani gentilium disciplinis instruerentur.*[a] Sic neglectum Sancti[b] Cypriani stylum magna eloquentia doctrinaque perfectum omnes tam Latini, quàm Græci scriptores admirabantur: sicut suo tempore Libanius Iuliani Apostatæ præceptor Sancti[c] Basilij eloquentiam stupendo magnis efferebat encomiis. Qualiter bonarum intelligentia litterarum, vsusque Ecclesiæ, religioque Christianæ sobseruire debeat S. Clemens in sois constitutionibos ita docet.[d] *Cùm ex diuinis scripturis, quis firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit si aliquid ex eruditione communi, ac liberalibus studijs, quæ fortè in pueritia ad assertionem*
B *veritatis dogmatis conferat.* Quantum Ecclesiæ, religionique seruitij, & emolumenti bonarum litterarum, castè, sincerè, ac fideliter exercitarum professio sit allatora patet, quod ad hæreseon extirpationem valde cooducat: idque colligitur ex pactionibus quas fecit S. Ludouicus cum Raimondo Tholosano comite post conuersionem ab hæretica perfidia: inter quas hanc sic commemorat[e] Massonius in suis annalibus. *Connenit vt Raimundus omni studio, & diligentia Albigensem sectam extirparet.* Quod vt leniùs, & sapientiùs fieret subiungit. *Denique vt Theologis quatuor, Iurisconsultis duobus sex artium liberalium professoribus, & grammaticis duobus Tholosæ docentibus annuum stipẽdium numerares.* Ex quibus omnibus antedictis patet bonarum studia scientiarum humaniorum, philosophiæ, aliarumque magna es-
C se ad sacrarum intelligentiam salutarem litterarum subsidia, & media ad sanctioris, puriorisq; vitæ cumulum: vnde maiùs honoris, atque venerationis incrementum Ecclesiæ sanctæ, religionique Catholicæ cum maiori animarum salutis profectu succedat.

[a] Lactant. l. 1. c. 1.
[b] S. Greg. Nazianz orat. in laud. S. Cypriani.
[c] Epist. Libanij ad S. Basilium inter S. Basilij epist. 145.
[d] S. Clem. in fin. constit.
[e] Masson l. 3. annal. in S. Ludouico.

CAPVT II.

Principis Christiani virtutibus incumbit litterarum bonarum, non solùm doctos, sed & pios professores sui academiis imperij prouidere.

1. *Artes liberales humanioresque disciplinæ ad cognitionem sapiẽtia Christianæ, viam facilem salutaremque sternunt, quod vt bene fiat, sepsem in bono earum professore ex Imperatore Theodosio iuniore requiruntur.*
2. *Cura quærendi bonos scientiarum professores principum animis insident, sicut antiquissima, sic & consueta fuit.*
3. *Profanæ Ethnicorum scientia, & artes philosophicæ, bene purgatæ, atque sincerè tractatæ, Ecclesiæ, reique publicæ Christianæ, valde salutares.*
4. *Sicut virtus, & probitas præter doctrinam professorum bonarum artium, religioni, regnoque Christiano magnopere seruiunt, sic contra improbitas eorum, vitaque corruptio, quamuis satis eruditorum maximè nocent.*



HIs igitur fructibus, & emolumentis spiritualibus consideratis, quæ Ecclesiæ sanctæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ (extra quam nulla salus) artes liberales, humanioresque litteræ sacris, diuinisque subseruientes fideliter, pièque tractatæ pariunt: indeque honore, & præmio, quibos pij principes ad hunc finem scholas, academiasque in præcipuis soæ ditionis vrbibus instituentes afficiuntur: maximis curis, studiisque illi Principes ac Reges animum debent intendere, vt quam eruditos harum scientiarum, piosque professores solicitè quærant, quæsitosque nanciscantur. Theodosius iunior, aui studiosus in omnibus æmulator, cupiens prælia musis ad salutem populorum, religionisque splendorem Christianæ temperare, hac se voluntariè, cupideque, solicitudine, diligentiaque exercuit: vt sinceræ, ingenuæ, artesque bonæ ad salutem studiosorum sincera conscientia tractarentur. Leges de hac re sanciuit, inter quas vna est, quæ habetur titul. de studiis liberalibus, in Cod. Theodosiano, quæ est huius tituli numero tertio, in qua sic Imperator affatur.[f] *Habeat adiutorium spetialiter nostrum, in his primum quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendas, oratores tres numero, decem verò Grammaticos in his etiam qui facundia Græcitatis pollere noscuntur, quinque numero sint Sophistæ, & Grammatici æquè decem. Et quoniam non his artibus tantum adolescentiam generosam optamus institui, profundioris quoque scientiæ, atque doctrinæ memoratis magistris sociamus authores. Vnum igitur adiungi cæteris volumus, qui philosophiæ arcana rimetur, duos quoque qui iuris, ac legum formulas pandat, itaut vnicuique loca specialiter deputata assignari faciat tua sublimitas, ne discipuli sibi inuicem possint obstrepere, vel magistri: neue linguarum confusio permixta, vel vocum, aures quorundam, vel mentis à studio litterarum auertat.* Has autem artes, & scientias homini litterato bonis exculto moribus ad amplexum, cognitionemque salutarem veritatis
D Christianæ planom iter, facileqoe sternere Clemens Alexandrinus pulchra similitudine demonstrauit, hæc dicens.[g] *Nonnulli qui se putant ingeniosos esse, neque philosophiam attingere volunt, neque dialecticam, sed nec contemplationem discere naturalem, sed solùm nudam fidem requirunt. Perinde ac si cùm nullam vitis curam gesserint, velint ab initio statim botros accipere. Dicitur autem Dominus vitis*[h] *allegoricè, à quo cum diligentia, & agricolandi arte, quæ sit ratione, & sermone fructus est vindemiandus: putare oportet, fodere, & ligare, & reliqua facere, falce vt sentio, & ligone, & aliis rusticis instrumentis ad vitis curam opus est, vt nobis fructum producat esculentum. Quemadmodum autem in agricultura, ita in medicina ille vtiliter,*

didicit

A Theodosio iuniore erecta bonarum litterarum schola.

[f] L. 3. tit. de studiis liberal. vrbis Romæ, & Constantinop. tit 8. l. 14.

Aliæ artes liberales sternũt viam ad cognitionem Christianæ sapientiæ.

[g] Clem Alex. lib. 1. strom.
[h] S. Ioan. 15.

didicit, qui varias attigit diſciplinas, vt poſsit meliùs colere, & curare; ita etiam bene, & vtiliter eruditũ exiſtimo, qui omnia refert ad veritatem. Cùm ergo bona iuuentutis inſtitutio non ſolùm in doctrina, ſed præcipuè in moribus, tam bono reip. religioniſque deſideretur: dabit operam princeps, eumque ſtrenuum, & diligentem, vt profeſſores ſtudiorum, doctrinarumque bonarum, quàm doctiſſimos, & optimos inueniat, & iuuentus ordinet, qui academiarum ſcholis, ſtudiiſque præficiantur. Hos ſcholis ſuis, & iuuẽtuti ſtudioſæ prouideat: in quibus doctrina pura, morũ ſinceritas, ac prudens diligentia conſpiciantur. Quibus illuſtrati ſtudioſis auditoribus, diſcipuliſque cum ſucco ſanæ elegantiſque doctrinæ, morum ſanctitatem non oſcitanter, aut perfunctoriè, ſed ſpectata, laudabilique diligentia transfundant. Sunt illi bonarum profeſſores literarum, ingeniorumque magiſtri ſuis auditoribus inſtar ſpeculorum, in quibus nulla ſit vitæ, doctrinæue ruga, & macula, ad quorum claritatem ſua iuuenes auditores ingenia doctrinæ puræ ornamento perpoliant, & vitam morum, virtutumque ſplendoribus illuſtrẽt. Ob eãque cauſam Imperatorũ Theodoſij iunioris, & Valentiniani 3.[a] cõſtitutio ſatis dignè laudari non poteſt in qua ſeptẽ qualitatibus illuſtribus profeſſores literarum, magiſtroſq. ſtudioſæ iuuẽtutis perpolitos eſſe voluerunt. Quarum prima eſt vitæ integritas bonis ornata moribus; ſecunda docendi peritia, tertia dicendi facundia; quarta interpretandi ſcientias, & artes facilitas; quinta diſſerendi copia; ſexta bona fama, rectumque de eorum virtutibus iudicium, quod à viris rectè de veritate ſentiẽtibus cœtu ampliſſimo digni declarantur: id eſt digni comitiua, ſeu comitis dignitate, qua funguntur vicarij principis, ſi videlicet per 20. annos ſcientiam in Conſtantinopolitana ciuitate docuerint, inquit[b] Bartolus in hanc legem. Septima ſedulitas in docẽdo laborioſa, & in aſſiduis ſtudiis, lectionibuſque ſuis diligens rerum doctarum, atque prudens obſeruatio. Huius legis verba ſunt. *Grammaticos tã Græcos, quàm Latinos* (ſcilicet, qui Grammaticam, Rhetoricam, poëticam, aliaſque humaniores literas docent, ſic enim antiquitus Grammaticorum nomine omnes humaniorum ſcientiarum profeſſores continebantur; qualis erat Creſconius apud S.[c] Auguſtinum) *ſophiſtas* (ſcilicet Dialecticos, & philoſophos, qui Dialecticam docent, ex[d] Gloſſa ibi, aliaſque partes philoſophiæ) *& iuriſconſultos in hac regia vrbe* (ſcilicet Conſtantinopoli) *profeſsionem ſuam exercentes, & inter ſtatutos connumeratos, ſi laudabilem in ſe probis moribus vitam eſſe monſtrauerint, ſi docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi ſubtilitatem, copiamque diſſerendi ſe habere patefecerint, & cœtu ampliſsimo iudicante* (ſcilicet ſenatu) *digni fuerint æſtimati: cùm ad viginti annos obſeruatione iugi, ac ſedulo docendi labore peruenerint, placuit honorari, & his qui ſunt ex vicaria dignitate connumerari.* Hæc Imperatores Theodoſius iunior, & Valentinianus 3. ad Theophilum præfectũ vrbis. Cæterum hæc vicariatus dignitas dignitati ducis, & comitis æquiparabatur, vt ait Gloſſa ibi. Similes his profeſſores princeps Chriſtianus ſuis vniuerſitatibus inuenire, atque nanciſci procuret, vt bene ſit illi, atque ſubditis, ſtetque eorum talibus doctrinæ, virtutiſque ſeminariis reſpubl. præclara, & ſalus tuta ciuium. Tales doctrinæ profeſſores cathedræ literariæ, in academiis, ſcholiſque publicis præficere regum mu-

Tria in bono profeſſore literarum deſiderata, doctrina, mores, diligentia.

Præceptores ac bonarum profeſſores literarum auditoribus inſtar ſpeculi eſſe debent.

Septem in bono præceptore requiſita ex Imper. Theodoſio & Valentinian 3.

a in l. vnica. tit 15 de profeſſoribus qui in vrbe Conſtantinop. docentes ex lege meruerunt comitiuam l. 16. C. eod

Quid ſit profeſſorem bonarum literarum comitiua dignum eſſe.

b Bartol. in l. vnicam Cod. de profeſſoribus l. 12. G.

c D Aug. contra Creſconiũ Grámaticum.

d Gloſſa in legem vnicã Gramaticos.

A nus eſt, & opus ſummæ maieſtatis, à qua aliorum in republ. magiſtratuum manat auctoritas diſponendi ſub regia poteſtate de ſcholarum magiſtris, de quibus Cæſarea[e] lex extat prohibẽs, *ne quis repente aut temere proſiliat ad hoc docendi munus: ſed vel à principe probari debet, vel quia princeps ſingulis ciuitatibus adeſſe non poteſt ex eius iuſſu, iudicio ordinis* (ſcilicet decurionum, inquit Gloſſa, ad quod l. 1. ff. de cred. ab ord. fa. *Probari debet, & decretum curialium mereri debet optimorum conſpirante conſenſu.*

Cura hæc, ſolicitudoque dandi piis, doctiſque viris docendi copiam, animis inſita principum virtutibus illuſtrium antiquiſſima eſt. Nam de ea fuit anxius, & ſolicitus Dauid, qui in regendo, mode- B randoque ſui populos imperij, dum officia muneraque regni ſui diſpertiretur non eſt oblitus rerum ad doctrinæ, ſcientiæque profeſſionem ſpectantium diligenter, ſapienterque ſatagere [f] *Cùm propterea Chonentam, & filios eius ſelegit ad opera forinſecus ſuper Iſrael, ad docendum, & iudicandum eos.* Quem poſtea ſecutus Ioſaphat rex Iuda, vt regnum ſuum ſecundùm mandata Dei repararet, atque ad Lydium diuinæ voluntatis lapidem, amuſſimque reſtauraret, quod à patre ſuo Aſa corruptiſſimum acceperat.[g] *Cùm ſumpſiſſet cor eius audaciam propter vias Domini,* (vt loquitur ſcriptura) *in quibus gradiebatur, poſt ablata excelſa, & lucos de Iuda tertio anno regni ſui miſit de principibus ſuis Benhail, & Obdiam, & Zachariam, & Nathanael, & Micheam, vt docerent in ciuitatibus Iuda* C *& cum eis Leuitas, & ſacerdotes &c.* Quod rectè docendi munus, quia reipub. ſocietatique Chriſtianæ valde ſalutare, & Eccleſiæ honorificum, vt inuiolatè cuſtodiretur, Carolus magnus illam prouidendi diuerſis regni, imperiique ciuitatibus ſcholas doctoribus, ac magiſtris virtutis, doctrinæque ſingulari tinctura præſtantibus ornatas, decoratasque prouinciam religioſis Epiſcopis, prælatiſque commiſit: vt videre eſt in illa exhortatione, qua ſic monendo grauiter illos affatur.[h] *Scholæ ſanè ad filios, & miniſtros inſtruendos, vel edocendos, ſicut nobis præterito tempore ad Attiniacum promiſiſtis, & vobis iniunximus, in congruis locis, vbi necdum perfectum ad multorum vtilitatem, & profectum à vobis ordinari non negligantur.* Quæ facere quàm ſit orbi Chriſtiano neceſſarium, & ſalutare quis negabit aſſerere? Cùm ſalus reip. à hinc informata in virtute, fide, boniſque diſciplinis iuuẽtute procedere videatur; ſicut eleganter, ſapien- D terque Gregorius 7. regibus Borealis orbis Danorum, & Noruegorum recenter ad fidem conuerſis per epiſtolam ad eos inſinuauit. Certoque debent tenere, ac credere principes, regeſque Catholici, malè ſecum, ſuoque imperio res agi, cùm in illo illud[i] Ammiani. Marcellini verificatur. *Pauca domus ſtudiorum ſerijs cultibus celebrantur, ludibrijs ignauiæ torrentis exundant.* Miſerumque ſeculum illud, in quo tanta penitus barbaries in hominum mentibus inſedit, vt neque muſarum ſcopulos quiſquam ſuperauit, nec dicti ſapientis, pulchrique eloquij ſtudioſus eſt. In quo quampluri mis tanto ſunt bonæ literæ faſtidio, totque regni incolas, quorum maximè intereſt eſſe doctos, ſcireque literas, animum illis intendere pudet, & tædet,[k] *vt in actionibus eorum fax quoque quotidiani ſermonis, fœda, ac pudenda vitia deprehendantur: vt ignorent leges, non teneant ſenatuſconſulta: ius ciuitatis vltro derideant, ſapientiæ ſtudium, &*

e l Magiſtros 7 tit 52. de profeſsoribus l. 10. C.

a Paral.

Cura inſidens principum bonorum animis de bonis inueniendis literarum profeſſoribus antiquiſſima.

f l. 1. Paralip. c. 26. v. 29.

Munus erigendi ſcholas & quærendi doctos, ac pios profeſſores Carolus M. Epiſcopis commiſit.

h l 2 Capitul. c 5. Car. mag.

Greg. 7 l 6. epiſt. 16.

i Ammianus Marcell

Quàm miſerũ eſt imperio Chriſtiano bonas contemnere literas.

k Auctor libelli de cauſis co. iuptæ eloquentiæ.

prudentium præcepta penitus reformident. in paucissimos sensus, & angustas sententias detrudant eloquentiam.

3 Pars. *Prophana ethnicorum doctrina non aspernanda à Christiano professore modo bene fuerint purgata.*

Christiano doctori, atque bonarum professori disciplinarum, humanæ gentilium ethnicæque scientiæ non veniunt omnino contemnendæ, & aspernandæ modo bene purgentur, atque veluti præputio vanitatis falsitatisque sordidatæ circumcidantur. Exemplo filij Moysis ex gentili orti muliere, & à patre circumcisi, vt præclarè admodum S. Gregorius [a] Nyssenus obseruauit. Moses enim connubio mulieri iunctus alienigenæ, & extraneæ fidei, doctoris Christiani humanioribus philosophiæque studiis insigniti figuram typumque gessit. Filius eius incircumcisus, propter quē statim pater Moyses interfectus ab Angelo perusset, nisi protinus ad lapideum circumcisionis gla- B dium, quo præputium filij amputaret, cōfugisset, Philosophiæ profanæ dogmata, homaniorumque scientiarum studia, præputium erroris habentia significabat. Quod statim amputandum est circumcisionis gladio, errores videlicet veritati permixti, qui nisi sine mora gladium circumcisionis senriāt, doctori Christiano, eiusque discipulis exitiales futuri sunt. Vt exempli causa hæc veritas in schola plurimorum philosophorum Deum esse vnum creatorem rectoremque mundi mordicus asserta defenditur: sed maximi erroris inficitur præputio, dum illi non liberè hunc, sed ex naturæ necessitate operari blasphemant. Itaque doctor Christianus in hanc de Dei vnitate prouidentiaque asserendo veritatem, fœdum illud erroris præputiū ab illa veritate fidei gladio resecabit. Et C ita de cæteris. Tūc artes illæ humaniores, philosophiaque gentilium in domo Dei sanctificatæ, in Ecclesia nempe Christi D. sic ab omni præputio erroris abscissæ per sinceram, castamque earum professionem, quàm sint salutares Ecclesiæ, societatique Christianorum proficuæ constat ex eo, quod hæreses in regno, in quo vigent illæ, radices agere non patiantur. Cuius rei fidele testimonium in vita Caroli magni legitur, qui per bonas artes, ac literas, quas per bonos doctosque professores in Gallia Germaniaque plātauerat, hæresim fœdam, horribilemque Nestorii ab vtroque regno relegatam potenter extinxit. De qua mirabili triumphantique de tam horrendo hæresis Nestorianæ monstro victoria, vigore, atque virtute bonarum scientiarum fideliter à piis eruditisque professoribus tractatarum, operante interiùs cœlestis gratiæ D fortitudine, reportata, hæc Ionas Aurelianensis Episcopus, qui Ludouici Pij, & Caroli Calui Imperatorum tempore florebat libro primo de imaginum cultu recensuit. [c] *Emersit ex Hispania tempore sanctæ memoriæ Caroli Pijssimi, atque inuictissimi Augusti Felix Vrgelitanensis Episcopus, qui iuncto suo sceleratissimo errori Eliphanto, Toletanæ vrbis Episcopo, secundùm humanitatem non esse proprium filiū Dei, sed adoptiuum prædicare ausus est. Et hac virulenta doctrina vterque Hispaniam magna ex parte infecit. Fœlix deinde cum multis apud Septimaniam eundem haustum pestiferum propinarit errorem, cū tamen Galliæ, Germaniæque, quātum in illo fuit propinare voluit: sed diuina gratia adminiculante, nullum apud Galliam, Germaniamque eius error locum inuenire quiuit. Quoniam non solùm apud Germaniam studium literarum, & amor sanctarū scripturarū, floruit, verùm etiā apud eandem Galliam eius cum memorabilis viri* (scilicet Caroli M.) *solertissimo studio, & florentissimo desi-*

Bonæ artes ac philosophica ratio, sincerèque tractata hæreses in regno in quo vigent plantare radices non sinunt.

a S. Greg Nyssen. in 4 Exod. N conceptionem & allegoriam sulchram.

Exod. 4.

c Ionas Episc. Aure. l. 1 de cultu imagin.

A *derio actum est, vt Domino opem ferente in sibi commissa Ecclesia filius, & liberalium artium apprimè disciplina, & diuinarum scripturarum perfecta polleret* (id est vigeret) *intelligentia. Quibus milites Christi, vtpote inuictissimis armis muniti eius vesaniam doctrinam propulsarunt. Eiusdem nempe principis iussu in vnum coacti, adhibita etiam sancta Romana Ecclesia authoritate eundem Felicem damnarunt, imo cum authore sui erroris Nestorio, quem imitatus est perpetuo anathemati mancip. runt.* Magna igitur vigilantia, bonique desiderij ardore omnes quotquot vigēt in orbe Christiano principes, Catholica fide, moralique virtute præstantes eniti debent, atq; contendere, vt suos, subditorumque liberos præceptoribus vtraque luce doctrinæ, virtutisque fulgentibus erudiendos, & componendos scientia B munda morūque probitate tradant. Cùm iuuentutis animi citò siluescant, ac corrumpantur, nisi piè, ac eruditè à bonis, doctisque magistris excolantur, hacque in parte agro natura feraci maximè similes, qui vt [d] ait ille.

Fertilis assiduo si non renouetur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.

[e] *Quamuis enim virtus impetus quosdam à natura sumat, tamē perficiēda doctrina est* inquit ille, cui Laërtii similitudo consentit. [f] *Sicut aspectus à circumfuso aere lumen accipit, sic animus à disciplinis liberalibus,* [g] *Omnibus*, teste Seneca, *natura fundamenta dedit, semenque virtutum: Omnes ad omnia ista nati sumus: cum irritator accessit, tunc illa animi bona velut sopita excitantur.* Irritatorem alium ab hoc philosopho non intelligi, quam eruditum, prudentem, probumque magistrum ex aliis C illius alibi loquendi formulis in conspicuo est: qui *excolendi cultu, doctrinæ, probitatisque pulchritudine naturam laudabilem*, vt Cassiodori verbis vtar, *reddit ornatam. Ibi prudens inuenit, vnde sapientior fiat: ibi bellator reperit, vnde animus virtute roboretur: vnde princeps accipit, quemadmodum subditos cùm tempus aduenerit sub æqualitate disponat.*

At virtus, & probitas præter eruditionē in doctore magistroque ad docendū omnino necessaria, qua neglecta omnia à professore in discentem funesta redundant. [h] *Cùm nulla res discipulo tam perniciosa, quàm vita magistri contumeliosa.* [i] *Inquirendi itaque filijs præceptores, quorum vita nullis obnoxia criminibus, irreprehensi mores, & optimum experimentum.* Tunc præceptoris eruditi vitæ puritas, famæque candor, discipulos ad studia doctrinæ, probi- D tatisque vehementiùs inflammabit. Iuxta illud S. Ambrosii. [k] *Primus discendi ardor excellentia est magistri.* Hæc cura Catholico digna principe bonos, & doctos literarum ingenuarum bonarumque professores sic quærere, vt inueniat, inuētisque ad ediscendum non vana, & inania, sed salutaria, & optima studia pro sua, populorumque salute sapienter vtatur, illius Heluidii Prisci æmolator existens, qui (vt est apud Tacitum) [l] *illustre ingenium altioribus studijs iuuenis admodū dedit: non vt plerique, vt nomine magnifico segne otium velaret, sed quo firmior aduersus fortuita rempublicam capesseret.* Prophanos, ethnicosque principes mittamus, instar omnium sit principi Catholico Carolus Magnus: cuius ab illo magna solicitudine quęsitus, & ad illū magnis honorariis allectus præceptor extitit Alcuinus Albinus, omniū Anglorum sui tēporis doctissimus, qui illius imperialem animum, quantū à regni, imperiique curis, seriisque negotiis vacare potuit, Dialectica, Rhetorica, Astrologia, aliisque

Hæc apud Massonium l. 2 annal. in Carolo M.

d Ouid. de trist. elegia 12

e Quintil l. 12 c 12.

f Diog. Laert.

g Senec. ep. 108.

Cassiod l. 10. variar. 10 variar. epist 3.

4. Pars. *Virtus & probitas in doctore præter doctrinam omninò necessaria.*

h Boet. j de discipl. schol.

i Plutarch l. de l. bris educandis.

k S. Ambr l. 2. de Virgin.

Princeps non inanibus studijs vacet, sed seriis, & sibi populoque salutaribus.

l Tacit. l. 4. histor.

m Albinus Alcuinus Caroli M præceptor.

philosophiæ partibus composuit: præter sacras A literas quibus ope, & industria sapientissimorum Theologorũ se suosque profectu salutari formabat. Ad hanc puram variarum scientiarum cognitionem, praximque bene viuendi à non mediocriter eruditis, sapientibusque magistris haustam Basilius Imperator filium Leonem 6. Imperatorem mox futurum hac sua admonitione sapienter hortabatur.[a] *Per historias ire ne recusato: ibi enim reperies sine labore, quæ alij cum labore collegerunt: atque illinc hauries & bonorum virtutes, & improborum vitia: vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ea conuersiones, mundi huius instabilitatem, & imperiorum præcipites casus: & (vt verbo multa complectar) malorum facinorum pœnas, & bonorum præmia: quorum illas fugies ne in diuinæ iustitiæ manus incidas. Hæc amplectere, vt præmijs, quæ ea comitantur, potiaris.* B Post hęc illum ad consortium, familiaritatemque optimorum sapientiæ salutaris magistrorum, animorumque medicorum his verbis inuitat.[b] *Vtere medicis animorum assiduè, vt ipse animo valeas, ab illis enim discere poteris quas res expetere, & quibus abstinere debeas, quibus cum hominibus assuescere, & à quorum consuetudine abhorrere; & quomodo vitam totam dispensare oporteat, vt ne in frequentes morbos incidas, si hanc institueris viam ad solida, Germanaque virtutis veros limites breui peruenire poteris.* Vtinam omnes principes, regesque Christiani, quibus Deus fœcunda, suauique liberorum prole benedixit ad hæc paterna monita diligenter attenderent! vt filiis post obitũ suũ in solio sessuris regio, non eruditos modò, luceq; doctrinæ fulgẽtes, sed splẽdore probitatis illustres, ęstuque charitatis ardẽtes pręceptores pietate paterna prouiderẽt! quo sincerè percruditi, virtutibusque vestiti populis dominantes ab imperio suo calamitates illas longè latéque nunquam redituras expellerent, quas imperitia, malaque vita principum in se, suosque C populos exitialiter euocare solent; de quibus hæc Cominæus.[c] *Nam quia toti ab arbitrio aliorum pendent, neque per se quicquam ipsi gerunt nascuntur factiones, diuiditur populus, senatus, imperij proceres; inde bellum nascitur, atque ex bello rerum penuria, quam excipiunt, deinde morbi, & varij generis ærumnæ. Iustam igitur & doloris, & quærimoniæ causam habet populus cùm sui principis liberos videt malè institui, & ab hominibus educari.* Qui licet magnis doctrinæ, scientiæque fulgoribus illustrati, quia tamen improbi, remp. Ecclesiamque Christi D. magnis ęrumnis, miseriisque discruciant, & angũt. Plerumque enim ob hanc literas profitentium D improbitatem, vitæque scelus, nimium propter inflantis scientiæ capacitatem superbia turgentiũ, dæmones in regno imperioque plurimum execrabilis authoritatis vsurpant, vt S. Gregorius Nazianzenus his verbis vnicuique manifestum esse voluit.[d] *Atque vt rem in pauca contraham, perniciosa quidem alijs quoad animæ salutem. Athenæ sunt (nec enim à pijs viris id temere existimatur) nefariis enim opibus, hoc est simulachris magis affluunt, quam reliqua omnis Græcia. Difficileque est non simul cum eorum laudat ribus, & patronis in errorem abripi. Nobis autem nihil detrimenti ab illis allatum est vtpote animo communitis, firmissimeque obseptis; quin potiùs (quod vix credibile) hinc ad fidem confirmati sumus. Ipsorũ fraudem, & imposturam cognoscentes, atque illos dæmones contemnentes, vbi in mirifica laude sunt dæmones.* Proh Dei, & hominum fidem! Quid non sceleris deprauati præceptores ac magistri principum, animis eorũ, mentibusque altissimis malitiæ radicibus inserunt, atque profundunt?[e] Alexandrum magnum vinolentus Leonidas præceptor ebrietati suo assuefactum exemplo perdidit.[f] Iulianum Apostatam natura, ingenioque optimo præstantẽ impij, & nefandis dęmonũ artibus inquinati pręceptores Libanius sophista, & Maximus philosophus suis fraudibus dementatum à Christiana religione ad execrabiles dęmoniorum cultus, & idololatrias auocarũt. Sic Michaelem Imp. huius nominis tertium bona à principio præditum natura, & indole, sceleratus præceptor, & Barda frater Theodoræ Imperatricis, Neroni crudelitate, & Anastasio, alisq; atheis principibus impietate similẽ redditum omnium scelerum fœtoribus adulterarunt. B Proh nefas! His impietatis ministris quàm miserè iuuenilis principum ætas omni vitiorum libidini prostituitur? vt non ad regnum, sed ad ludũ, non ad virtutis palatium, sed ad turpitudinis prostibul natiũ esse videantur? *In omni enim & cultu, & sermone*, vt merito Cominęus[g] expostulat, *nihil moderatè prudenterque faciunt* (scilicet principes, eorumque filij talibus animorum pestibus circũuenti) *literarum nullam cognitionem habent, viris bonis, atque peritis non patet vllus ad eos aditus. De negotijs suis aut populi non cognoscũt ipsi, sed in familiares omnia reijciunt, qui per hanc illorum ignauiam, atque socordiam suas facultates insigniter amplificant, & hoc ferè solùm agunt. Si quis est aliquando qui forte tanquã ex veterno expergefactus animũ rebus gerẽdis adijciat, hoc ferò admodũ fit amissis propemodum occasionibus.* C *Certum enim est eos, qui in vlla re vnquã excelluerũt, maturè puerilibus annis ad eam rem accessisse. Totum hoc consistit primum in beneficio Dei, proximè in educatione.*

[a] Admonitio Basilij imp. ad Filium Leonem.

[b] Basilii Imperat ad filiũ ibid.

Imperitia, & mala vita principum calamitates multas causatur resp.

[c] Philipp. Cominæus l. 3.

[d] S. Gregor. Naz. orat. de laudibus S. Basilij.

Superbia, & iniquitas doctorum dæmonibus in resp. authoritatem parit, contrà humilitas, & probitas doctorum &c.

Improbi præceptores & aulici corrupto quantum principum animis sceleris infundunt.

[e] Plut. in Alex. Q. Curtius.

[f] S. Gregor. Naz orat. 1. contra Iulian. Baron. to. 10. annal. ann. D. 854.

[g] Philip. Comin. l. 10.

CAPVT III.

De stipendijs, honorariisque regiis, quibus Imperatores regesque summi bonarum litterarum professores, cum multiplicis honoris collatione, magnifice decorarunt.

1. *Quanta Christiani Imperatores bonarum sublimiumque scientiarum professores munificentia cohonestarunt.*
D
2. *Quanta Imperatores infideles.*
3. *Quanta vero super omnes principes Christianissimi Galliæ reges istud honorificum litteratorum hominum genus magnifica regiaque liberalitate honorificarunt.*


ED cùm bonus, pius, Catholicusque princeps dederit operam, eamque salutarem, vt doctos, integros vitæ, scelerisque puros bonarum artium professores inuenire possit: inuentos curet non minus prudenter, quàm diligenter eos in regno suo stipendijs, honorariisque legitimis regia dignis liberalitate retinere. Quantis eos honoribus, immunitatibus, beneficiisque Constantinus Magnus affecerit lex prima de professoribus, & medicis in C. Theodosiano satis in-

Constantini studium in honorandis, & remunerandis professoribus.
a l. 1 Medicos situ 3 de medicis, & professoribus l. 13 c Theodosia.

dicat, in qua ista imperatoris mandata ad Volusianum prætorio præfectum scripta leguntur: [a] *Medicos, grammaticos, & professores alios literarum immunes esse, cum rebus quas in ciuitatibus suis possident præcipimus; & honoribus fungi, in ius etiam vocari eos, vel pati iniuriam prohibemus: ita vt si quis eos vexauerit centum millia nummorum ærario inferat à magistratibus, vel quinquennalibus exactum, ne ipsi hanc pœnam sustineant. Seruus eis si iniuriam fecerit flagellis debeat à suo domino verberari corā eo cui fecerit iniuriam: vel si dominus consensit, viginti millia fisco inferat, seruo pro pignore, donec summa hæc exoluatur retinendo. Mercedes etiam eorum, & salaria reddi præcipimus. Quoniam grauissimis dignitatibus vel parentes, vel Domini vel tutores esse non debent: Fungi eos honoribus volentes permittimus, inuitos non cogimus.*

a Theodosii iunior.

B Supra diximus edicto Theodosii iunioris doctores bonarum artium per 20. annos illas professos comitis dignitate fuisse cohonestatos.

Et meritò quidem cum non debeat in literatos, professoresque disciplinarum liberalium, & illustrium intelligentiæ sublimitate, minor esse principum Christianorum quàm ethnicorum, infideliumque liberalitas, quæ tamen in his fuit satis ampla atque profusa. Cùm apud Suetonium legamus Iulium Cæsarem omnes medicinæ, aliarumque disciplinarum liberaliū professores, quo libentius, & ipsi vrbem incolerent, & cæteri appeterent, ciuitate donauisse. Quod munus nō exiguæ erat vtilitatis & honoris, Taciti iudicio dicenus', [b] *Eis ciuitas data est, sum id rarum sit, nec nisi virtutis pretium.* Similiter Verrio Flacco Grammaticam bonasque artes exercenti idem Suetonius Augustum Cæsarem, *quotannis honorarij loco* [c] *sestertia centum dedisse refert.* Sic Vespasianus eiusdem testimonio scriptoris ingenia, & artes vel maximè fouit, *Primusque è fisco Latinis, Græcisque Rhetoribus annua cētena sc; sestertia cōstituit.* Idē Imperator vna donatione Saleio Blasso poetica arte præstanti nongenta 3. largitus est. [d] Et Antoninus cognomento pius non Romę solùm, sed per omnes imperii prouincias à se constitutos, eloquentiæ, philosophiæque magistros stipendiis magnis honoribusque cohonestauit. Sic alendo, honorandoque doctos, principes in suo territorio scientias fouent, [e] *quarum studia perirent sublatis studiorum pretiis, & præmiis;* quæ studiosis, doctisque effundere solito imperatori Traiano dicebat Plinius. [f] *Ea, scilicet studia literarum, spiritum, & sanguinem sub te recipient. Ita temporibus tuis non deerunt decora ingenia,* alteri principi dicebat [g] Tacitus. Propterea non malè poeta ille.

3. *Iulij Cæsaris.*
b Suet. in Iulio Cæsare c. 42.
b Tacit.
Profanorum principum in literarum professores liberalitas.
4. *August. Cæsar.*
c Sueton. de claris Grammaticis.
Scilicet sex & amplius millia Francorum.
5 *Vespasiani.*
3 *S. tertior millia coronatorum Francorum.*
6. *Antonin. Imp.*
d Aurel Victor Vopiscus
e Tacit l. 11.
7. *Traiani.*
f Plin. in panegy.
g Tacit. 1. annal.
h Martial.

C

D

[h] *Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones,*
Virgiliumque tibi, vel tua rura dabunt.

Secus iacentes ingloriæ languescent literæ, quatum præceptores, & magistri debita mercede, honorarioque frustrantur.

i Iuuenal satyra 10.

[i] *Quis enim virtutem amplectitur ipsam*
Præmia si tollas.

Gothicus rex barbarus, idemque Arianus infidelis Athalaricus, nihilominus in fauorem literarum ista pro stipendio, honorarioque quotannis illarum professoribus persoluendo ad Romanum senatum egregiè rescripsit. *Filiorum causas iurè ad patrū cognoscamus remisisse personas, vt ipsi de illorū prouectu debeant cogitare, quorum interest studia Romana perficere, nec enim credendum est, vos inde posse minus esse solicitos, vnde & generi vestro crescit ornatus, & cætus prouenit assidua lectione consilium.*

Cassiod l. 9. variar ep. 21.
8. *Athalaricus rex Gothorum valde remunerandis literarū professores studiosus, & cupidus.*

A *Nuper siquidem vt est de vobis cura nostra solicita quorundam susurratione cognouimus, doctores eloquentiæ Romanæ laboris sui constituta præmia non habere, & aliquorum nundinatione fieri, vt scholarum magistris deputata summa videatur imminui. Quapropter cùm manifestum sit præmium artes nutrire, nefas iudicauimus doctoribus adolescentium aliquid substrahi, qui sunt potius ad gloriosa studia per commodorum augmenta prouocandi.* Hæc ipse, Quod si ethnici principes, infideles, hæretici, ac barbari tam liberales & munifici in litterarum, scientiarumque liberalium professores esse voluerint; quantò magis Christiani imperatores reges, principesque veri Dei cultores, eiusque Catholicæ religionis appetentes, & auidi istud eximium, & honorificum liberalitatis, & beneficentiæ munus, doctrinarum magistris illustrium, præstare debuerunt?

Quid Carolus M. eiusque filii, & nepotes in fauorē literarum fecerint, ; quàmque in literatos, scientiarum vigorem suo labore, industriaque promouentes benefici extiterint, supra monstrauimus. Honestarum, ac liberalium, sed præcipuè, Philosophiæ, Theologiæque studia in magno splendore Parisus Ludouico 7. Francorum rege habenas imperii Gallici moderante viguerunt, eo quod ipse rex Christianissimus doctos piè bonas artes, atque scientias exercentes honoribus, præmiisque prosequeretur, vt [l] Rigordus in vita Philippi Augusti illius filii commemorat, docentibus ibi maximis scientiarum luminibus Petro Lombardo sententiarum magistro, Hugone à S. Victore, Abailardo, cuius multiplex, mirabilisque in omni genere doctrinæ quanta fuerit scientia, epitaphium illud clarissimè designat.

3 *Paris.*
9. *Carolus M. eius liberi, & nepotes in literarum professores munifici.*
10 *Ludouici 7. in literatos professores scientiarum munificentia.*
l Rigord in vita Philippi Augusti.
Aboilardi sciētia mirabilis.

Est satis in titulo, Petrus hic iacet Abailardus,
Cui soli patuit scibile quidquid erat.

His adiuncta magna doctorum cohors, quorum longum esset recensere nomina. Huius principis Christianissimi in literatos munificentiam filius Philippus Augustus æmulari voluit. De cuius amore, & studio erga bonas, humanioresque literas, & alias his sublimiores [l] Vincentius libro 30. historiæ suæ sancti Ludouici scriptæ temporibus ex Rigordo talia scripsit. *Florebant Lutetia studia literarum, eòque ex omni Europa auditores confluebāt, non tantum propter loci amœnitatem, & rerum omniū copiam, sed multò magis propter honorēm, quem Philippus cæterum professoribus exemplo Ludouici patris deferebat.* Vt non immerito Ioannes cognomento [m] Architrenius grauis poeta, qui Philippo regnante floruit in epigrammate, quod de Lutetia scripsit: *Illam Philosophis Atticam, libris Græcam, studijs Indicam sibi videri dixerit.* Eius Augusti regis cognomento Deodati, nepos S Ludouicus non minori studio, nec inferiori boni desiderii, amorisque propensione, quā auus, abauusque erga scientiarum omnium, præsertim Theologiæ professores affectus est. Quos vnicè dilexit, coluit, fouit, honoribus, præmiisque in has academiæ Parisiensis tunc florentissimæ sedes inuitando pellexit, ex quo factum est, vt huius religiosissimi principis seculo communi [n] omnium literatorum voce, *matrix philosophiæ, emporium musarum, omniumque scientiarum mater Lutetia,* vulgò nominata celebraretur. Eius sancti posteri, & nepotes, vt illius pietatis in Deum, sic & amoris, & munificētiæ in musas, earumque pręcones, atque cultores, hæredes esse voluerunt, vt Philippus

11. *Philippi Augusti. &c.*
l Vincentius l. 30.
m Ioann. Architrenius poeta.
12. *S. Ludouicus.*
n Matthæus Paris, seu Parisius Anglus Monachus. qui tempore S Ludouici vixit.
Lutetia tempore S. Ludouici mater scientiarum dicta.
13 *Philippus pulcher.*

Pulcher, qui vt dictum eſt regni ſui academias, vt A Aurelianenſem multis beneficiis, priuilegiiſque locupletauit; & eius filius Philippus cognomento Longus, qui liberalium diſciplinarum cognitione, peritiſque non mediocriter illuſtratus, earum propterea profeſſores, doctoreſque non mediocri complectebatur affectu, quos tantis dignos honoribus, præmiiſque iudicabat, vt ad præcipuas aulæ ſuæ, ac palatij dignitates perſæpe illos appellare dignaretur. Sicut Petrum Milonem Pictauienſem poetam eximium nobili ſanguine cretum, quem ſuæ domus regiæ, familiæqoe, magiſtrum fecit. Et Bernardum Marchionem, quem propter præſtantiam doctrinæ, cubicularij regij honore decorauit. Pari beneuolentiæ munificentiæque ardore in bonas literas, quas adoleſcens valde dilexit, ac didicit, vt auctor eſt Petrarcha,[a] & in earum cultores, profeſſoreſque propenſum fuiſſe Ioannem regem Anglica captiuitate infœlicem annales Franciæ commemorant. Ipſe Petrarcha,[b] epiſtola ad Simonidem ab ipſo rege magnis ſtipendijs præmiiſqoe ſe vt in Galliam bonas profeſſurus literas veniret, inuitatum fuiſſe prædicat. Carolus 5. dictus vulgo ſapiens à pueritia literis deditus, & quidquid otij habere poterat impendere ſolitus optimis libris perlegendis, factus grandior, nunquam animum & affectom ab his literarum ſtudiis, earumque profeſſoribus auertit, beneficus ſemper in literatos, & ſcientiarum receptrices academias, vt Andegauenſem, quam multis affecit beneficus, multiſque rogatu fratris Ludouici priuilegiis illuſtrauit, quibus Aurelianenſem Philippus Pulcher antea decorauerat: Illum principem in amore illo & inclinatione bonę voluntatis, affectuque beneuolentiæ in illuſtriores, litteratoſque magiſtros ſequi voluit nepos Carolus 7. non obſtante bellorum furore, quorum incendio Anglorum immanitate & iniquitate crudeliter accenſo, Gallia funeſtiſſimè per multus aonos exarſit. De cuius in academias Andegauenſem, & Pictauienſem munificentia ſupra[d] diximus. Taceo Franciſci primi Francorum regis in bonarum literarum ſtudiis eruditos, earũque profeſſores munificentiã, cùm eius præconia lectionibus io omni ſciẽtiarũ genere frequentibus, quotidianiſque regiæ cathedræ ab ipſo rege regiis erectæ ſtipẽdiis clamare, atque perſonare non ceſſent. Sic aucta muſarũ ſplẽdores culturáque profitentiũ ſtipẽdia, & nouarũ diuinæ ſapiẽtiæ cathedrarũ in Sorbonicis ſcholis erectiones, magnificentiá, regiáque liberalitatẽ regũ noſtrorũ Hẽrici Magni, & filij Ludouici 13. hodie C diuina miſeratione Gallicanæ monarchiæ faſces, & habenas iuſtè, piè, fœliciterque moderãtis, ęterna prędicatione, ſummiſq; nollo tẽpore perituris honoribus magna cũ pietate, nõ minus religioſè quã glorioſè ſublimabũt. Hos õnes principes, Reges, Imperatores Chriſtianos, verè Catholicos, præter ethnicos, & cæteros, quorũ cõmemoratione breuitas nos ſuperſedere monet, in affectu tãto, effectuque beneuolentiæ omnes, qui adhuc viuunt, & regnant, quique futuri ſunt principes, atque reges vnã ſequantur, & imitentur. Sic enim illorũ imperiis pax, ſecuritas, proſperitaſque regnis valde dulciter aduenient: ſi poſt religionem atque iuſtitiã bonarũ literarũ ſtudiis, & earũ profeſſoribus debitam beneuolentiam, honorẽ, præmiaque largiãtur: votum illud Leoois Imperatoris cognomento philoſophi faciẽtes:[e] *Vtinam meis tẽporibus eueniat, vt ſtipendia militum in bonarũ artium, ſcientiarumque illuſtrium doctores abſumantur.* Quod vt in Chriſtianiſſimo, aliiſque principatibus Chriſtianæ religioni, Eccleſiæ Dei vnicæ Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ, quoad ſpiritualia ſubditis citò compleatur effectu, à Chriſto Domino ſaluatore noſtro omnium terræ regum principe precibus ardentibus, ſuſpiriis, votis, quæ poſſumus excogitare maxima, contendimus.

14 *Philippus Longus.* Maſſon. annal in Philippo Longo in fin.

15 *Ioannes Rex Franciæ.* a Petrarcha l. 1 rerum memorabilium.

b Petrarch. l. 1. rerum ſenilium.

Maſſon. in Ioan. rege 441. c. d.

16. *Carolus 5. cognomento ſapiens.*

Annal. Maſſ. in Carol. 5.

17. *Carolus 7.*

d c. 2 Huius l.

e Votum Leonis 6.

CAPVT IV.

De amore ſummæ iuncto reuerentiæ, & honori ſubditorum Catholicorum, in ſuos reges, ac principes iuſtos, & religioſos, à quo ſalus eorum tutatur incolumis, ſublimiſque gloria conſeruatur.

1. *Amor populorum, magnus regum principumque theſaurus horum partus virtutibus.*
2. *Pax vera in virtute radicata, mutuò inter principes & ſubditos amore ſtat præclara, de omni bello diſcordiaque triumphans.*
3. *Principis innocentia & charitas, purum populi gignit amorem, longè præſtantiorem propriorum dilectione parentum: a quo robur imperij ſoliuſque, manat ſicut contra, &c.*

TOT tantæque principum Chriſtianorum, verè Catholicorum virtutes (de quibus multa ſatis ſuperioribus capitibus) tantorum cauſæ bonorum, quibus vita populorum bonis fœcundata proſperatur, ipſis principibus ſummum ſubditorum ſuorum amorem, dilectionem omnino filialem de puris exeuntem cordibus ſummæ iunctam venerationi pariunt, & acquirunt. Quo populorũ amore ſincero, nullus in vita theſauros poteſt præſtantior principi contingere: vt Conſtantius Imperator optimus ſubditorum tanquam pater filiorum amantiſſimus, Conſtantini magni pater expertus eſt. Cùm ſibi exprobrantibus paupertatẽ imperatore indignam Romano, legatis imperatoris orientalis Maximiani Galerii, quod nihil fere à ſuis ſubditis tributorum repeteret, reſpondit, ſe longè eſſe locupletiorem illorum Domino imperatore tyrannicè bona orientaliũ populorum D rapiente, eoſque grauioribus premente vectigalibus, qood ſuorum corda poſſideret, & eorum amore frueretur. Qui maximus theſaurus eſt omnia bona ſpiritualia, & temporalia ſubditorũ continens, quibus cùm vellet, cumulatè potiretur. Quod facto ipſo verum his legatis poſtridie demõſtrauit. Significãti quippe imperatori clementiſſimo Romanis ciuibus ſe egere pecuniis, omnes illicò cunctas ſuas opes, diuitias, aurum, argentũ, & quidquid domi pretioſius aſſeruabant, adglomerati cũ tanta abundãtia lætãtes attulerũt, vt vix palatiũ imperatoris ea vidẽtibus, & pręadmiratione obſtupẽtibus legatis, capere poſſet. Quæ õnia, vt accepta protinus imperator mãſuetiſſimus, ita ſtatim ad ſuos ciues amantiſſimos cum gratiarum actione remiſit: pro omnibus diuitiis tantum ſubditorum cordis amorem, affectũque ſibi reſeruãs, vt pluribus Euſebius[a] deſcripſit. Hunc verum ſub-

Magnus theſaurus principis cor, & amor populi oſtenditur eſſe exemplo Conſtantij patris Conſtantini.

a Euſeb. l. 1. vita Conſtãt. c. 9. & 10.

Sola principis virtus verum populi parit amorem.

ditorum cordis amorem sola principis virtus sibi conciliat: à cuius orbe, & circulo si princeps egrediatur, frustra hunc sibi amorem iure sperabit: sed illius loco falsus amor, quem metus fortassis extorquebit, principem, vanis illudet solatiis, illiusque fraudabit optatis.[a] *Aliud solicitudinis ingenium est, & ingeniosior est ad excogitandum simulatio virtute, seruitus liberalitate, metus amore, multa excogitat metus, sed qua appareant quaesita ab inuitis.*[b] *Amare, & odisse res omnium liberrima.* Ideo[c] *non potes efficere imperio, vt, vel amem quem velis, vel oderim.*[d] *Non enim vt alia subiectis ita amor imperatur, sed sponte fluit in alueum virtutis, eamque sequitur quocumque ierit.* At quamuis non desit in principe virtus, non erit verus in populis amor, si horum animis ipsa suo fulgore virtus non irradiet. Itaque vt regum, principumque piorum crescat amoris in populis ardor, in

a Plin. in panegyr.
b Senec. l. de breuitat. c. 19
c Quintil. declam. 276.
d Plin. in pan.

Amor verus non cogitur, sed sponte fluit allectus à virtute.

B ipsis Dei necesse est crescat amor à virtute radicatus: qui diuersorum Dei beneficiorum consideratione in eorum animos altius ascendit. Ita beneficiorum variorum, bonorumque multorum magnitudo, quae populi à suorum principum deducta virtutibus hauserunt, facit vt ingens hic principum, ac verus amor in illorum animos potentius influat, & in illis fortius, constantiusque radicetur. Vnde vera illa pax, & mutua inter principes Christianus, populosque tranquillitas secundùm Deum, quae in omni pietate, & castitate fit, vt vult Apostolus,[d] cum ait. *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, vt quietam, & tranquillam vitam agamus, in omni pietate, & castitate.* Vbi nomine pietatis fidem, &

Amor principum in animos populorum crescit cum in illis crescat amor Dei.

d Epist. 1 ad Timot. c. 2. v. 2.

C religionem intelligit; castitatis verò non modò pudicitiam, sed omnem morum grauitatem, honestatemque complectitur, sicut verbum Graecum *σεμνότης* indicat, quo vtitur Apostolus maiestatem, morum grauitatem, magnificentiam, honestatemque vitae significans. Hanc enim pacem, & tranquillitatem votis suis, affectibusq; postulauit Apostolus, quae fidei, ac religioni sanctae cohaereret, & cum vitae, morum probitate, sancto, amicoque foedere conspiraret. Vt enim praeclarè S. Chrysostomus.[e] *Si corpus*, inquit, *aduersus animam pugnans turbas, & seditiones commoueat, molestasque concupiscentias excitet, & nunc quidem voluptatum illecebris demulceat, nunc ira, atque inuidiae facibus inflammet, nulla vera pax potest consistere.* At verò hac pietate sancta, morumque probi-

e Chrys. in 1 ep. ad Tim. v. 2.

D tate in principum, populorumque animis regnante, verus amor, quo illi mutuo foederantur, omnes turbulentos passionum motus, iactationesque animorum vehementer incitatas ita dissipat, vt non modo externa, sed & interna pace, ac tranquillitate principes, populique foeliciter inter se potiantur. *Tria enim sunt*, inquit [e] S. Chrysostomus, *bellorum genera grauiora; vnum quidem commune, cùm exercitus nostri aduersus barbaros pugnant; secundum cum etiam pacis tempore nos inuicem oppugnamus; tertium cùm vnusquisque aduersum se bella, seditionesque concitat, hoc quippe omnium acerbissimum bellum est.*

e S. Chrys. ibi.

Tria genera bellorum grauiora.

Quibus extinctis, absorptisque seditionibus, & bellis externis, & internis principes, populosque subditos illis vera, illa, internaque pace (à qua soliditas externae manat) sine hac pietate, & castitate frui nō posse, sicut illas possidere virtutes siue

2. Pars. *Vera pax in virtute radicata, a mutuo inter principum subditos amore stat praeclara, de omni bello discordiaque triumphans.*

A vera illa pace ita postea sanctus pater ostēdit.[f] *Enimuero pietate, atq; castitate perfrui nisi pax illa quaesita fuerit, fas omnino non est. nam vbi disceptationes, inutilesque quaestiones nostram perturbant fidem, quanam in nobis pax esse potest? Nam vt ne existimes illum* (scilicet S. Paulū) *hoc de temporali pace dixisse, cùm dixisset, vt quietam, & tranquillam vitam agamus, adiecit in omni pietate, & castitate.* Praecipuè videlicet optandam internam pacem docens, sed postea externam, quae in hac interna solidè radicatur: à qua dum ministerio impietatis contra fidem, & iniquitatis contra mores auellitur, illico concidit, & infoelis belli exitus in eorum vltionem criminum furenter irrupit. Quod exercitus Leonis primi imperatoris tametsi Catholici, quia ductoribus creditos haereticis expertus interitu suo

f Idem.

B testari potest. Quem Basilisco [g] haeretico Eutychiano creditum ab Imperatore fraude Asparis haeretici decepto, eiusdē Basilisci proditione, perfidiaque in dominum suum Leonē, Vuandali iusto Dei iudicio pugna nauali superarunt. Hāc scilicet perfidiam, rebellionem, proditionē, & odiū vindictae facibus aestuans in principes legitimos, & eorum populos, parit impietas haeretica, vitae, morumque comitata sceleribus: sicut ex aduerso populi fidelis, religiosi, bonis praediti moribus amor, fidelitatem, obedientiam, omneque salutare principi praestat obsequium. Affectio cordis in principes, custodia est in illos obediētiae & obsequij, nemo promptior ad principum iussa, quam qui plus illos amat. Miser ille, qui non quaerit amari à suis malè viuendo, nec est verisimile illum velle à suis amari, qui discordiis vult stabilire imperium; vt his ad Stephanum Car-

g Procop. l. 1. de bello Vuandal.

Affectio, & amor, populorum in principem est custodia officij.

C dinalem Praenestinum Episcopum S. Bernardus insinuauerat. *Si micat prudentia vestra, quid animi erga subditos gerat* (scilicet rex) *qui de odio, atque discordia si fuerit inter suos se existimat fortiorem. Videat, & perpendat si est hic homo à Deo, qui in suorum magis mutua simultate, quàm charitate confidit, cùm charitas sit Deus, &c.* Significans videlicet S. Pater amorem illum non esse verae pacis prosperitatisque structorem, qui inter principem, & subditos mutuus non esset, affectuque eos vnâ reciproco dulciter minimè feriret. Princeps si à suis amari velit, amet eos, cogitetq; quātò sit praestabilius ab illis amari, quàm timeri. Amabitur autē cum per suarū operationes virtutum mansuetè tractabit, fortiter defendet, & in pinguedine charitatis, & sapientiae boni pastoris Christi D. qui est antonomasticus ille pastor bonus, educabit, &

S Bernar. ep. 224. ad Stephan. card.

Regem amari à suis quam timeri optabilius, & qua ratione bene amabitur.

D pascet. De cuius imperio, ac regno loquens Propheta regius aiebat.[h] *Dominus regit me, & nihil mihi deerit*, vbi pro regit, Graece legitur *ποιμαίνει*, idest pascit; cui rectè conformia sequentia cohaerent. *In loco pascuae, ibi me collocauit.* In quo psalmo baculū simul & virgam cōiungēs addidit.[i] *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Vt lenitas imperij Christi in regendo, & firmitas in sustentando suos, roborandoque monstraretur.[k] Huc arcae [l] foederis mysterium pertinet; *in qua virga simul erat cum manna*, vt virgae seueritatem mannae dulcedo temperaret. Quo mysterio Spiritus sanctus manifestare voluit principes veros Christi summi regis sectatores vtrumque virgam, & manna praestare debere, illam contra improborū amentiam, vt ab illa resipiscāt, hoc pro salute, solatioque bonorū. Propter quae dixit spōsa.[m] *Descendi in hortū meum, vt videam poma conuallium.* Quo loco per

i Psal. 22.
k Septuaginta
l Ibid.
m Exod. c. 25. ep. Hebr. c. 9.
m Cāt. 6 v. 10.

hortum Ecclesia sancta fidelium congregatio, vel Catholica regna significari possũt: in quibus sunt nuces, scilicet mali, & improbi, quos colligere, & excutere virgæ ministerio præstat, vt purgẽtur, & ab amaritudinis suæ cortice, id est suę consuetudine prauitatis auellãtur. Poma etiam in his Catholicis, Christianisque regnis sata pariũtur, id est boni, quos nõ percussione virgæ, sed leni mitique manu, religionis nempe dulcedine carpere iuuat. Sic firmatur populorum in principes suos amor, & per eum horum salutis securitas, & robur imperij cũ pace, prosperitateque coniunctum: sicut contra periculum amittendæ vitæ, prostitutio dignitatis, & honoris per insidias, in odio radices agit, si mali sint iureiurando neglecto: licet hoc nõ fiat nisi per nefas, permittente Deo principum populorumque sceleribus irritato. Cornelius [a] Tacitus refert Subrium Flauium, qui vnus de coniuratis erat à Nerone interrogatum quibus ex causis ad sui obliuionem iuramenti processisset, ita respondisse. *Oderam te: nec quisquam tibi fidelior dum amari meruisti.* Quibus innuere clare volebat eum qui amari dignus est, etiam sine iuramẽto de subditorum fidelitate satis esse securum: qui vero odio propter sordes vitæ sceleratæ dignus habetur, nullius præstatione iuramenti, securitati retinendæ salutis, & honoris tuto satis posse confidere. Rectè propterea Seneca.[b] *Vnum est inexpugnabile munimentum amor ciuium: Quid pulchrius quàm viuere optãtibus cunctis, & vota non sub custode nuncupantibus? Si paululum valetudo titubauit non spem hominum excitari, sed metũ? Nihil esse cuique tam pretiosũ, quod non pro salute præsidis sui principis sui commutatum velit. Omne quod illi contingit, sibi quoque euenire deputet?* His quàm optimè præclarum Agesilai [c] Lacedæmoniorum regis responsum congruit, qui quærenti quemadmodum quis sine satellitibus imperare tutò posset. *Si,* inquit, *ita popularibus imperet, vt liberis genitores.*

Securitas salutis regnique principis, in amore subditorũ, & innocentia.

Tacit l. 15. annal.

b Senec l. 1. de Clemẽt. c. 19.

c Plutarch. in Lacon. apoph.

d Claudian.

[d] *Non sic excubiæ, non circumstantia tela*

Quàm tutatur amor.

3. pars. Charitas principum, & innocentia, populis in se gignit amorem, longè præstantiorem proprium dilectione parentũ, à quo robur imperij salusq; sunt coercet.

Hunc amorem cõciliat charitas principis in suos, & innocentia, *quæ est fidelissima custodia principis.*[e] *Hæc arx inaccessa, hoc inexpugnabile munimentũ munimẽto nõ egere.* Quare hoc? Quia vnicè princeps diligitur à suis nõ minùs quã pater à filijs, sicut ipse diligit eos, vt pater filios. Imò verè possum cũ Seneca asserere.[f] *Principes, ac reges non esse morũ amari vltra priuatas etiã necessitudines, quia*[g] *præstant publica priuatis,* inquit S. Ambrosius; qui alio in loco [h] maximis senatum Romanum laudibus extulit, *quod Imperatorum amorem, propriorum liberorum dilectioni, charitatique præferret.* Cuius suffragando sententiæ D. Augustinus postea asseueranter affirmauit.[i] *Solam esse charitatẽ patriæ* (scilicet principis patriæ vicẽ, naturãque subeuntis) *quæ parentum iure vincat affectum.* Vnde si vt vult Vlpianus, [k] *filio semper honesta, & sancta persona patris videri debeat, quantò magis subdito principis?* Et si, *ne vultu quidem lædenda pietas est parentum.* Iuxta illud S. Paulini ad Ausonium, quem parẽtis loco colebat.

e Plin. in panegyr.

f Senec. l. 1. c. c. 4. de clem.

g S. Amb orat. funeb fratris.

h Idem in relatione aduersus Symmach. præfectũ vrbis.

i S. Aug. epist. 101.

k L. liberto ff. de obsequijs parentibus, & patronis.

l S. Paulin. ep. 40. ad poetã Ausonium.

[l] *Ipso te lædere vultu.*

Semper, & incauta timui violare figura.

Qualẽ tandẽ nefas credendũ est principũ decus & honorẽ aliqua verborũ contumelia lædere, & amorẽ debitũ, alicuius odij, licet exigui labe vulnerari? O facinus indignũ! O miseria nulli secunda! à regno, req; publica mutuã inter principẽ supremũ, & subditos amorem, dilectioneq; relegari, excindi, funestari? cũ dixerit ille Romanæ princeps eloquentiæ millies perire melius esse, *quàm in ciuitate sua sine armorum præsidio nõ posse viuere, præsidiũque charitate, & beneuolentia ciuiũ septũ oportere esse, nõ armis.* Quibus, [m] *frustra quis se tuebitur, qui hac septus charitate nõ fuerit. Arma enim armis irritantur. Quæ*[n] *enim vis imperij tanta est, quæ premente metu possit esse diuturna? Aut*[o] *quæ opes, & copiæ tantæ multorum odijs possunt absistere. Cũ*[o] *rerum omniũ nec aptius quicquàm sit ad opes tuendas, ac tenẽdas, quàm diligi, nec alienius quàm timeri.* Ergo[p] *sicut nihil tã deforme, quàm ad summũ imperiũ acerbitatẽ naturæ adiungere, sic contra*[q] *nihil est laudabilius, nihil magno, ac præclaro principe viro dignius placabilitate, & clementia, quæ ita probanda est, vt adhibeatur quandoque reip. causa seueritas,* in delinquentes, *sine qua administrari ciuitas non potest.* Sed super omnia principis opera sit misericordia, & charitas, quibus super caput improborum carbones ignis congerat, vt loquitur [q] Apostolus, quorum accensi feruore peccatis irascantur & in virtutum amores inflammantur. Bonos verò de virtute in virtutẽ euntes ad perfectionis Christianæ culmen inuitet, sicq; per has virtutes alijs comitatas maximã omni populo sibi subdito se ipsum vnicè, perfecteque diligendi materiã, segetẽq; præbeat. In hoc, *assiduis bonitatis argumẽtis,* vt Senecæ verbis vtar, *probabit non remp. suã esse, sed se reipublicæ.*

m Plin in panegyr.

n Cicer l. 2. offic.

o Ibid.

o Ibid.

p Cic. ep. 1. ad Quintum fratrem.

q Idem l. 1. offic.

q Rom. c. 12. v. 20.

Seneca l. 1. de Clem. c. 19.

CAPVT V.

Iustus & purus amor populi in principes, vera Deo vota precesque efficaces pro illorum salute religiosè profundit.

1. *Formulã ethnicorum pro principibus orandi, longè sanctior & efficacior illa hac Christianorum pro suis pijs Catholicisque regibus semper extitit.*
2. *Subditi non tã suos principes si boni sint, timent, quàm pro illis: pro quibus bene orantes exaudit Deus.*
3. *Cum pro rege principeque suo orat populus, pro se, pro regno, pro Ecclesia denique sanctissima Deo supplicat.*

INDE vota, precesque piæ, ac feruẽtes charitate, quas boni omnes pro suis principibus, regibusque Deo maxima deuotione profundunt, vt illis sanctissimã, longissimãque cũ omni prosperitate vitã largiri dignetur. *Quis enim tanto principi, sic suos diligenti audeat struere aliquod periculũ?* Sed potiùs non velit nunquã pro illius salute in vota, precesque cessare? *Quis ab*[a] *hoc,* vt loquitur Seneca, *nõ, si posset, fortunã quoque auertere velit, sub quo iustitia, pax, pudicitia, securitas, dignitas florent: sub quo opulenta ciuitas, copia bonorum omnium abundat?*

a Senec l. 1. de clem. c. 19.

Vetus illa pro principibus, & imperatoribus orãdi formula apud ethnicos erat.[b] *Ago cum Deo vti sospitem te, incolumemque præstet, si tu cæteros: & si remp. bene & ex vtilitate omnium reges. Si contra illeque* (Deus scilicet) *à custodia tui corporis oculos dimoueat, teque relinquat votis, quæ non palam suscipiuntur.* At nos Christiani, quæ pietatis, charitatisque formula pro nostris regibus, pius

Formula ethnicorum orandi pro principibus.

b Plin in panegyr.

cipibusque Christianis Deum orate debeamus, sacræ Scripturæ, loqueure per eas Spiritu sancto præsetibunt.[a] *Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio: suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam.* Et alibi.[b] *Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.* Et alia similia, quæ passim nobis pro regū, principumque nostrorum salute preces, & obsecrationes fundere conantibus diuina suggerunt oracula: *Quæ quidem omnia deprecatiua sunt regis*, inquit S.[c] Thomas, *& cuiuslibet Domini ad Deum pro bono regimine populi, ad quod principaliter conari debent: & quia mentem sic dispositam habent* (reges, & Domini populorum) *ad diuinam influentiam recipiendum pro salute subditorum. Statim subditur.*[d] *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.* Ex quibus apparet prosperitatē populorum coniunctam esse cū salute principum, propter quod instantius pro regibus suis Deo populi supplicant, vt meliùs sibi sit. Huc spectant illorum vota, quibus bene suo principi precantur.[e] *Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob. Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi secundum cor tuum, & omne consilium tuum confirmet.* Quid ex hac à Deo exaudita deprecatione fructus, & vtilitatis salutaris in populorum vitam salutemque redundabit? En quod sequitur.[f] *Lætabimur in salutari tuo, & in nomine Dei nostri magnificabimur.*

a Psal. 71.
b psal 19. v. in. & vltim.
c S Thom. i 3. de regim. r. c. 3. in fin.
d psal. 71.
e psal. 19.
f Ibid. v. 5.

2. Pars. *Subditi non tam suos principes si boni sunt timent quam pro illis pro quibus bene orantis exaudit Deus.*

Hæ preces, votaque pro principibus frequentia sunt in ore populorum (vtinam semper tam bene, in corde, & opere) quòd salutem principum, suam esse docant; soleantque propterea non tam illos timere, quàm pro illis iuxta[g] Biantis illud. Τὸν ὑπήκοον φοβεῖσθαι μὴ αὐτὸν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ. *Timere subditos non illum* (scilicet principem) *sed pro illo.* Hinc de ore gemitus, lachrymæ de oculis subditorum, sicut luctus, ac dolores imo de corde manantes, quos bonorū principum mors, & obitus extraxit, & elicuit. De quibus propheta loquens dixit.[h] *Fleuit abyssus*, id est multitudo populorum regis sui mortem, funeraque lamentando vehementer ingemuit. S. Ambrosius suo cleri populique nomine mortem Valentiniani imperatoris publica, atque funebri oratione deplorans defunctum Augustum per apostrophen sic eum lachrymis affabatur.[i] *Quotidie mihi maior ad dolorem es, cresces ad gemitum.* Qui quo longior erat & eloquentior in dicendo, eò tristior diutiùs populi luctum, quem consolari nitebatur, orationis singultibos, suspiriisque protogabat: Vt ip semet orator sapientissimus his verbis in oraodo fateri cogebatur.[k] *Si prolixior fuero hoc magis in consolando afficiā eum, quem consolari velim, & diutiùs mærorem continebo.*

g Biātis dictū. *Luctus populorum in morte principū.*
h Ezech.
i S. Ambros. in orat. fun. Valentini. Imper.
k S. Ambr. ib.

Preces ex puro corde fusa populorum obtinent à Deo gratiam principi, quo fœliciter secundū Deum regnet.

Quàm autem preces, supplicationesque Deo ex cordis puritate profusæ, ipsi principi, populisq; salutares existant, cōstat ex eo quod per illas principi suo gratiam sapienter imperandi à Dei misericordia consequantur: sine qua ad suam princeps, subditorumue salutem neutiquam posset sui habenas imperii fideliter, fœliciterque moderari. Quod elegāter, atque verè S. Chrysostomus illustrando confirmans, illud Dauidicum. *Benedictus Deus, qui subdit populum meum sub me*, exponendo dicebat.[l] *Nam hic, superno quoque opus est auxilio, vt qui ditioni subiecti sunt, acquiescant, & ne seditionē agitent, nec insurgant. Nec solum in subiugandis inimicis, sed etiā in suis subijciēdis, & in officio cōtinēdis, superno auxilio opus est. Nam hoc quoque magnum est, suos bene regere, nec minus est quàm suos inimicos vincere. Multi quidem sæpenumero certè trophæa in bellis erexerunt, in pace autem casi sunt, & quēadmodum à Deo procedunt victoriæ de hostibus, ita etiam suorum obedientia.*

l S. Chrysost. tom 1 in psal. 43.

3 Pars. *Cum pro rege orat. populus pro se, pro regno, Ecclesia denique sanctissima Deo supplicat.*

Ex quibus apparet orationum populi pro principe salutaris efficacia: pro quo cùm deuotè populus Deo supplicat, pro se ipso, pro regno, pro rep. pro ipsa denique Christi Domini Ecclesia effectu prospero deprecatur. Vt hæc S. Ambrosii ad Gratianum Imp. se excusantis, quod redeunti ex Illirico Imperatori, & in Gallias aduersus Alemānos, quos S. Patris populique Catholici precibus superauit, profecturo non occurrerit, clarissimè demonstrant. *Reuertenti* (tibi scilicet) *& si non occurri vestigio, occurri animo, occurri voto, in quo maiora sunt officia sacerdotis. Occurri dico? Quando enim absui, quem toto sequebar affectu, cui sensu, ac mentibus inhærebam: Et certè maior animorum præsentia est. Tuum quotidianum iter legebam nocte, ac die in tuis castris cura, ac sensu locatus, orationum excubias prætendebam, & si inualidus meritò, sed affectu sedulus. Et hæc quidem cum pro tua salute deferebamus, pro nobis faciebamus, &c.* Quia nempe dum precibos huius sancti præsulis, & totius cleri Mediolanensis, vnà cum totius populi votis supplicationibusque publicis, tanti iussu, & hortatu pastoris Deo fusis imperator de Alemannis barbaris, & prædonibus Galliarum victor, triumphatorque magnificus euasit: pax, quies, & salus populo fideli, honor, & gloria imperio, ac toti Ecclesiæ Catholicæ per eum Imperatorem Dei beneficio, misericordiaque parta florentissimè coruscarunt. Quod sequentia verba patris sanctissimi testantur.[l] *Nihil hic adulationis est, quam tu non requiris, & ego alienam nostro duco officio: sed plurimam gratia quam dedisti. Scit ipse nostri arbiter, quem fateris, & in quem piè credis, refici viscera mea, tua fide, tua salute, tua gloria. Meque non solùm officio publico debitas pendere preces, sed etiam amore priuato. Reddidisti enim mihi quietē Ecclesiæ, perfidorum ora* (hæreticorum videlicet) *atque (quod vtinam) & corda clausisti: & hoc non minori fidei, quàm potestatis auctoritate fecisti. &c.* Quātus ex hac victoria Gratiani de Alemannis parta fructus Ecclesiæ Christi Domini, omnibusque Catholicis accessit, fidem facit edictum eius imperatoriom ad Hesperium prætorio præfectum, quod habetur in[m] lege 5 de hæreticis Cod. Theodosiano. Quo pro singulari gratiarum actione Deo facta ob hanc victoriam omnes Catholicis ereptas ab Arianis Ecclesias restituit, Ecclesiæ fortunas, & gloriam sublimauit, omnesque sceleratos, prophanos, hæreticos ingloriosos, atq; prostratos proiecit, & expulit. Fœlices orationes, & vota deuotionis accensa feruore, quæ à populis fidelibus Deo pro rege funduntur! Cùm eorum exitus, nō solùm in regis ipsius principisque salutem, sed etiam in maximos Ecclesiæ sanctæ fideliom, eius filiorum, populorum Catholica fide præstantium fructus, salutariaque bona conuertantur.[n] *Ad hoc pro te vniuersalis orat Ecclesia* (dicebat Petrus Damianus Henrico Germaniæ regi) *& vt labor tuus ei quietem tribuat, & orationibus illius gloriæ tibi trium-*

S. Ambs. epi. 16. ad Gratianum Imp.
l S. Ambr. ib. epist. 16.
Pro gratiarum actione Gratianus Imp. Catholicos Ecclesiis restituit, & omnes eiecit hæreticos.
m l 5. de hæret. Co. Theodos.
Oratur pro rege, vt bene sit populo ac Dei Ecclesia.
n Epist. petr. Dam. ad Hēricū Germ. regem. Exod. c. 17.

phalis accrescat; sicut & Moyses orabat, eoque simul orãte vincebat Iosue, &c. Atque hæ quidem supplicationes, & orationes populorum Deo consecratæ, & oblatæ principibus suis ex fonte charitatis, & amoris hauriuntur: quas illi tantò vehementiùs pro regibus, ac principibus suis pietate, iustitiaque fulgentibus imo de pectore fundunt, quantò illos ardentiùs amant, maiorique charitate diligendo reuerentur.

CAPVT VI.

De vera, & Christiana populorum fidelium in suos principes orthodoxos obedientia.

1. *Amor populi verus in principem spontaneam hilaremque parit obedientiam, adeo iussom, bono principi bonos obedientesque populos dante, & ob populi peccata sæpe malos regnare permittente.*
2. *De bono huius obedientiæ bonis principibus secundum Deum iubentibus præstita, secus si contra Dei leges.*
3. *Atque de miseria rebellium recta, iustaque imperantibus principibus subditorum.*

Maiestas principis virtute iuncta amorē populi, amor verò obedientiam parit.



T regia dignitas, supremaque principum pietati probitatique coniuncta dignitas, sincerũ de populorum cordibus amorē in principes ipsos sponte, velociterque deduxit, sic amor ille veram, salutaremque in ipsorum populorum mentibus obedientiam, obsequiumque fidele firmiter insevit. Quæ ad externos actus à principe iussos, imperatosque reuocata dici non potest, quanta bona Ecclesiæ Dei, principibus, regno Catholico, populisque obsequentibus pariant, & acquirant. *Generale quippe pactum est societatis humanæ obedire regibus suis,* (ᵃ inquit D. Augustinus) & neglectus obediendi cùm sit summa iniquitas Deum habet vltorem. Vnde S. Gregorius milites Neapolitanos, vt fidelitatem obsequij duci militiæ ab Imperatore præfecto pro salute religionis & imperij ex conscientia præstarent, exhortãdo dicebat.ᵇ *Summa militiæ laus inter alia bona merita hæc est, obedientiam reip. sanctæ, id est Christianæ, vtilitatibus exhibere, quodque sibi vtiliter imperatum fuerit obtemperare, sicut etiamnunc deuotionem vestram fecisse didicimus, qua epistolis nostris, quibus magnificum virum Constantinum tribunum custodiæ ciuitatis deputauimus præesse, paruit, & congruam militaris deuotionis obedientiam demonstrauit. Vnde scriptis vos præsentibus curauimus admonendos, vt prædicto viro magnifico tribuno, sicut & fecistis, omnem debeatis pro serenissimorum Dominorum vtilitate, vel conseruanda ciuitate obedientiam exhibere. Quatenus quidquid à vobis hactenus bene gestũ agnoscitur, per præsentis temporis vigilantiam, ac sollicitudinem augmentetis.* Hæc obedientia præcepto Dei ordinata, iussaque scripturæ sacræ, testimonijs Apostolorum ore prolatis asseritur, atque commendatur.ᶜ *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit,* Romanis dicebat Apostolus.ᵈ Qui discipulo Tito Dei voluntatē suggerēs. *Admone illos,*

Generalis lex natura, & humana societatis parere principibus.
a S Aug l.3. confess c. 18. cau. Quæ cõtra dist. 9.

b S Greg l. 12. ep. 25 can sũma militiæ 23 q. 1.

Magnum meritum obedire principi, vel ab eo præfectis.

Principibus obedire Dei præceptum
c Rom 13.
d Ad Tim. c. 3.

A inquit, *principibus, & potestatibus subditos esse.* Quid Apostolorum vertex, & princeps Ecclesiæ dispersionis filus imperabat?ᵉ *Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi, quasi præcellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Quia sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.* At principibus pijs vbique Dei iussa colētibus effectu solet Deus bonos, obedientesque tradere subditos.ᶠ *Scis enim Deus suorum laboribus subuenire,* dicebat Hormisda pontifex Anastasio Imperatori. *In vsu est ad principes suos conuertere colla subiectos. Dat specie maximum signum recens religiosæ memoriæ Martiani Imperatoris exemplum. Quid agit tunc vulgus, aut populus? Nec opus nota reuoluere. Adulta perfidia ista* (scilicet hæresis Eutychiana) *per deuios, sopita per iustos* (scili-
B cet Imperatorem Martianum, & S. Pulcheriam) *imitare religiosi integritatem propositi, quam studio similitatis æquasti. &c.* Neque enim populi rationis, intelligentiæque capaces bonis sapiētibusq; principibus parere detrectant, imo gloria est illis, & exultatio talibus pia iubentibus obsequi.ᵍ *Cum magis conducat,* teste Platone, *non solùm puero, sed etiam viro à meliori regi, quàm regere.* Quid si tales non sint principes, quales eos secundùm Deum esse oportet, imputēt sibi populi, qui suis vitiis Deum irritantes, sic eum ad iram, indignationemque prouocarunt, vt super eos ad vindictam scelerum improbos nonnunquam regnare permiserit. Audiant S. Isidorum Hispalensem quid piè in hanc rem, verèque dixerit.ʰ *Reges quando boni sunt, muneris est Dei, quando verò mali, sceleris est populi. Secundùm enim meritum plebium disponitur vita recto-*
C *rum, testante*ⁱ *Iob c. 34. Qui regnare facit Hypocritam propter peccata populi: irascente enim Deo talem rectorem suscipiunt, qualem pro peccato merentur. Nonnunquam pro malitia plebium etiam reges mulctantur, & qui ante videbantur esse boni, accepto regno fiunt iniqui.* Quamobrem ne sibi nimium de sua dignitate principes, & populi de sua libertate blandirentur; quid illi populis & hi quid principibus suis debeãt, Parisiensis synodi sub Ludouico Pio Imp. dictante Spiritu S. talibus patres indicarunt.ᵏ *Sicut subiecti à rege sibi volunt piè, & iustè opitulari, ita specialiter ei primum ad salutem animæ suæ procurandã, deinde generaliter ad honestatem, & vtilitatem regni secundũ Dei voluntatem disponendum, atque ministrandum indissimulãter, atque irretractabiliter solatiũ opportunum debent exhibere.* Et illud est de quo Vicarius Domini princeps Apostolorum subditos omnes
D admonet,ˡ *vt regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis subijciantur propter Deum.* Id est, vt ex conscientia pareant principibus,ᵐ *ad omne opus bonum,* vt vult Apostolus, & vt loquitur S.ⁿ Clemens in constitutionibus Apostolicis. In his quæ Deo placent ne vltra aras Dei nempe leges illis obsequantur: sed vt Dei ministris eius voluntatē facientibus acquiescant, religiosoque famulentur obsequio. Quod facere, quantum bonum sit quãque faustum principi, populoque cedat, exprimi facile non potest.

Certè possim dicere fœlicem conseruationem durationemque regnorum, rerumque publicarum in iusta subiectionis, & obedientiæ ex parte populi, & ex parte principis in ordinationis, & imperij mansueti concordia consistere. Quod vt bene tueat assertum hac Bonifacij secundi ad Eulalium epistola, & post

e 1. S Petr. 2.

Bonis principibus Deus solet subditos obedientes dare.
f Hormisdæ epi. 12. tom. 1. Epist Pontif. Anastas. Imp.

g Plato in Alcibiade prim.

Ob peccata populi quandoque Deus permittit regnare impios.
h S Isid Hisp. l. 3. sentent c. 48.
i Iob 34.

Quid principes populis, & quid principibus propter Deum debeãt.
k Cõcil Paris. l. 2 c 8 sub Ludouico Pio.
Quid sit obedire principibus propter Deum.

l 1. S. Pet ep 2
m Ad Tit. c. 3.
n S Clem. l. 4. cõstit. Apost. c. 13.

2 Pars.
Quàm salutiferum populo sit parere principibus iuxta Dei voluntatem facientibus, & principibus quoque secundum Deũ populos sibi creditos bene tractantibus.

a Bonifac 2. ad Eulalium ep & S Greg. 6 l 4 ep 5 & can ad hoc dispensationis dist. 89.

[a] eum S. Gregorij ad Episcopos Galliarum scribentis tanquam clypeo tectus auctoritate firmabo. [b] *Ad hoc dispensationis diuinæ prouisio gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent: vera concordia fieret, & ex diuersitate contextio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differētia ordo seruaret. Quia vero quæque creatura in vna, eademque qualitate gubernari, vel viuere non potest, cælestium militiarum exemplar nos instruit: quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli: liquet quia non sunt æquales, sed in potestate, & ordine, sicut nostis, differt alter ab altero.* Ad fortunam fœlicitatemque imperij non est satis bene principes imperare nisi subditi, quibus præsunt, bene sciant obedire, & facto præstare quod didicerunt.

Ad fœlicitatē imperij necesse est principes bene imperare, & populos obedire.

b Plutarch. in Laconi.

[b] Theopompus apud Plutarchum, quid ita Sparta floreret interrogatus. *Quia ne reges rectè imperare scirent.* *Imo*, inquit, *quia ciues parere.* Rectè autem, fœliciterque subditi principum iussis parere dicuntur, quandiu illa Dei summi omnium regum principis subduntur imperio. Secus illis obedire sacrilegium, summumque nefas esset, sic enim hanc veritatem Catholicam hoc S. Augustinus exemplo cōfirmauit. [c] *Iulianus extitit infidelis Imperator, nonne extitit apostata iniquus, & idololatra? Milites Christiani seruierunt Imperatori infideli: vbi veniebatur ad causam Christi non agnoscebant nisi illum, qui in cælo erat: Quando volebat, vt idola colerent, vt thurificarent, proponebant illi Deum. Quando vero dicebat, producite aciem, ite contra illam gentem, statim obtemperabant. Distinguebant Dominum æternum à Domino temporali: & tamen subditi erant propter Dominum æternum, etiam Domino temporali.* Conformia his asserit in expositione horum Apostoli verborum, [d] *Qui resistit potestati Dei, ordinationi resistit.* Cum hæc ait. *Sed quid si illud iubeat, quod non debeas facere? Hic sane contemne potestatem timendo potestatem.* Et post nonnulla hic silentio prætermittenda, quia superius commemorata ita concludit. *Ergo si aliud Imperator, & aliud Deus, quid iudicatis? Solue tributum, esto mihi in obsequium, rectè, sed non in idolo. In idolo prohibet. Quis prohibet? Maior potestas, da veniam, tu carcerem, ille gehennam minatur.* In hanc sanctorum patrum sui seculi sententiam consentiens S. Chrysostomus [e] in homilia de recipiendo Seueriano in gratiam Gabalensi Episcopo in Syria, qui secum superbo, malignoque desiderio, arrogantia Serapionis Diaconi depugnauerat inter concionādum, ista populo dicebat. *Oportet & regibus obedire, maximè cùm & ipsi obtemperāt Ecclesiasticis legibus.* Si verò Ecclesiam non audiāt, eiusque legibus colla submittere deprecentur, audiendi non sunt, quia & ipsi Deo, Christoque D. resistunt, qui dixit. [f] *Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.* Tunc enim illi Deo, Ecclesiæque matri rebellantes regnant quidem, sed malè, sed impiè, sed non ex Deo; vt de illis apud Prophetam suum conquestus est [g] *Ipsi regnauerunt, sed non ex me*; id est, vt exponit S. Isidorus Hispalēsis. [h] *Nō me propitio, sed summè irato. Quo manifestius elucet bonam, malāque potestatem à Deo ordinari, sed bonam propitio, malam irato.* Quid ad hæc Petrus Damianus? *Tunc*, inquit regi Germaniæ Henrico valde iuueni: [i] *Honor regi deferendus est cùm rex obtemperat conditori, alioquin cum rex diuinis insultat imperiis, ipse quoque iure contemnitur à subditis. Si*

Imperio principum populi debent obedire subdita Dei voluntati.

c August. in Psal. 124 in hūc versum.

Quoniam non derelinquis.

d D Aug. ser. 6 de verbis D. & can Eadem 11. q. 3.

Principibus Dei, & Ecclesiæ leges oppugnantibus non parendum.

e S Chrysost Hom. de recipiendo Seueriano Episc.

f Matth 18

g Oseæ c. 13.

h S Isid Hispal l 3 sent. c. 48.

i Petr Dam. epist ad Hēricum Germaniæ regem.

A *quis enim propriis studet, non Dei rex esse conuincitur. qui in hac pugnæ non stat pro castris Ecclesiæ, & sic proprijs vtilitatibus specialiter metuit, vt ruina periclitātis Ecclesiæ nō succurrat.* Quò spectant illa Tertulliani. [k] *Quod attinet ad honores regum, & imperatorū satis præscriptum habemus, in omni obsequio esse nos oportere, secundum Apostoli præceptum subditos magistratibus, & principibus, & potestatibus, sed intra limites disciplinæ, quousque ab idololatria separamur.* Ideo Nicolaus 1. in epistola responsiua ad Aduentium Metensem Episcopum, ipsius Episcopi dicentis sacerdotes sicut laicos principibus quoad temporalia subiectos esse verbis assentiens, cautionem istā, conditionemque adhibere voluit [l] dicens. *Illud verò quod dicitis regibus, & principibus vos esse subiectos, eo quod dicat Apostolus: Siue regi tanquam præcellenti: placet, veruntamen videte vtrum reges isti, & principes, quibus vos subiectos esse dicitis, veraciter reges, & principes sint. Videte si primùm se bene regunt, deinde subditum populum. Nam qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Videte si iure principantur, alioquin potius tyranni dicendi sunt, quàm reges habendi, quibus magis resistere, & ex aduerso abscedire, quàm subdi debemus. Alioqui si talibus subditi, & non prælati fuerimus, nos necesse est eorum vitijs faueamus. Ergo regi quasi præcellenti, virtutibus scilicet, & non vitijs subditi estote: sed sicut dicit Apostolus, propter Deum, & non contra Deum.* Quo factum est, vt D. Augustinus ad Bonifacium comitem scribens hæc asserere non dubitauerit. [m] *Quicumque legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur obtemperare non vult, acquirit grande præmium.* Quam veritatē fultus Spiritus S. in sacris Scripturis oraculo comprobauit; eiusque veritatis confirmationem multis in locis operum suorum, Prophetarum, Apostolorumque testimonio corroboratam sæpius iterauit. Vt cùm ita contra Donatistas scripsit. [n] *Imperatores si in errore essent (quod absit) pro errore suo contra veritatem leges darent: per quas iusti & probarentur, & coronarentur, non faciendo quod illi iuberent, quia Deus prohiberet, sicut iusserat Nabuchodonosor, vt aurea statua adoraretur, quod qui facere noluerunt, Deo talia prohibenti placuerunt.* Vnde illa religiosa, præclaraque sanctorum Patrum Ephesinæ [o] synodi ad Augustos Theodosium iuniorē, Pulcheriam sororem imperij orientalis consortem, & Valentinianum tertium in oblatione libelli supplicis instructio. *Professionis nostræ scopus, iussimus reges inter alias leges, omnibus quisque principibus, & potestatibus obedienti detrimentum non afferat. Quod si illa intra vtilitatis limites non versetur, tum etiam aduersus regium fastigium cum libertate audendum esse diuinarum legum interpretes monent, imo verò si regia maiestas recta quoque fide ordinata fuerit, non pudoris, sed virtutis, eximiaque laudis loco ducendum erit, iniustis illius decretis obluctari.* Atque principibus quæ Dei sunt facere negligentibus, imò verò sacras ipsius, Ecclesiæq; suæ leges sacrilega rebellione tacita, vel aperta violantibus, nihilominus sibi in his quæ sibi placent, Deo vero displicent, obsequi volentibus quid respondendum? Illud planè quod Symmachos Papa Imperatori Anastasio, impia cōspiratione hæreticis sociato, eorūq; scelerata cōtra sanctas Ecclesiæ leges dogmata consensu, & authoritate Imperatoria promouenti respondit. [p] *Fortasse*, inquit, *dicturus es scriptum esse omni potestati nos subditos esse debere: Nos quidem potestates humanas suo loco suscepimus, donec contra Deum suas non erigant voluntates. Cæterum*

k Tertul. l de idololatria.

l Nicolai 1. epist resp ad Aduentium Episc. Metēs.

m D Aug ep. 50 ad Boosf. Comitem. can Imperat. dist 9.

n S. Aug. epi. 166. contra Donatist. can. Imper. 11 q. 3.

o Ephes Syno.

p Epist. Papæ Symmachi ad Anast. Imp.

A *si omnis potestas à Deo est, magis ergo quæ rebus est constituta diuinis. Defer Deo in nobis, & nos deferemus Deo in te. Cæterum si in Deo non deferas, non potes eius vti priuilegio, cuius iura contemnis.* His sanctis Ecclesiæ, Deique legibus affixi semper, & hærentis magni Carnotensis Episcopi fixum, immotumque mansit in animo, Philippo regi anathemate iustè propter crimina perculso minimè fauere, eiusque nūquam culpis assentiri, nullum pœnæ genus deprecans, dummodo diuinarum legum, sanctæque matris Ecclesiæ decretorum custodia, & obseruatio sibi illæsæ permanetent. [a] *Faciat*, inquit, *Dominus rex aduersus paruitatem meam quantum Deo permittente libuerit, & licuerit, includat, excludat, proscribat, inspirante Dei gratia, & prosequente decreui pati pro lege Dei mei, nec vlla*

a Iuo Carnot. epist. 166.

B *ratione cogente, volo ei consentaneus in culpa esse, cui nolo consors esse in pœna.* At cùm pius, religiosusque princeps timens Deum ambulans in omnibus mandatis eius, sicut in omnibus diuitiis iustas pro bono religionis regniq; leges instituit, quibus omnes suæ ditionis terminis inclusos parere iubet; certè miseri illi, & admodum peruersi, qui talibus obedientiam præstare recusabunt. Cùm talis rebellio, debitæque seruitutis obedientis eiuratio non modò ipsius artificibus sit nefaria, & perniciosa, sed etiam ipsi regno, principi, populisque, si toleretur, cum ignominia, defectuque bonæ famæ valde nocitura. Quàm propterea seueris, vbi leuia, dulciaque nil prosunt, remediis exterminare iuuat, ne nimia conniuentia, indulgentiaque, effrænatā peccandi licentiā in imperio grassari patiatur: quæ omnia in eo susdéque confundat, confusaque destruat, perdat, exterminet.

3 Pars. Miserum est bono regi, posito pique secundum Deum regnanti non obedire.

C Cum enim regum ducúque clementia nō in ipsorum modo, sed etiam in illorum qui patent ingenus sita sit, *obsequioque mitigentur imperia*, vt apud [b] Curtium dicebat magnus Alexander, *certè vbi reueritentia excessit animis, & imis summa confundantur, vi opus est, vt vim repellamus.* Clamat sanctus Hieronymus ipsis principibus, & potestatibus fidem, & reuerentiam seruari oportere, *quam qui non exhibuerit apud Deum præmia inuenire non poterit. Sicut enim qui apud carnales Dominos in minimo fideles fuerint, incipient eis apud Deum maiora committi*, inquit ipsemet sanctus, [d] id est, vt exponit [e] Glossa, *maiora præmia apud Deum consequentur.* Quis contra pœnæ iustæ apud eumdem iustitiæ Dominum, rigor manet eos, qui principibus à Deo constitutis in terra, iusta, imperioque Catholico salutaria præcipientibus ausu temerariu, seditiosoque reluctantur? [f] *Quia vt*

Populorum rebellio principi non toleranda, sed pœna formidine comprimenda.

b Q. Curtius l. 8.

c D. Hieron. in Hierem c. 22.

D *ornat doctrinam Domini, qui eu, quæ conditioni suæ apta sunt, facit*, iuxta illud Domini præceptum ab [g] Hieremia inter sacra relatū oracula: *Faciat quilibet quæ suæ conueniunt conditioni, sic è diuerso confundit eam, qui non est subiectus in omnibus cui cōditio sua displicet, qui contradictor, atque si andator in nullo fidem bonam ostendit. Quomodo enim potest fidelis esse in substantia Dei, qui carnali Domino fidem exhibere non potuit?* Propterea D. Augustinus ad Bonifacium comitem scribens contra hos rebellione piorum principum imperijs obluctantes ita concludit. [h] *Quicumque ergo legibus Imperatorū, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium.* Quod idem S. Pater alibi clarius sic illustrat. [i] *Quando autem Imperatores veritatem tenent, pro ipsa contra errorem iubent. Quod quisque contempserit, ipse sibi iudicium acquirit.*

d Idem in ep. ad Titum c. 2 v. Seruis Dominis.

e Glossa can. Si apud carnales 23 q. 5

f S. Hieron. in ep. ad Titū ad vers. Seruis dominis can. Si apud Carnales 23. q. 5.

g Hierem c. 7

h S. Aug. epi. 50 ad Bonifacium comitē can. Imp. 11. q. 3

ris. Sed quale illud? Temporale, & æternum patet hoc ex sequentibus. [k] *Nam & inter homines pœnas luit, & apud Deum sortem non habebit.* (Sortem videlicet iustorum, sed maledictionem reproborum.) Quare hoc? [m] *Quia id facere noluit, quod ei per cor regis ipsa veritas iussit.* Sic rebelles principum iustorum nisi ante obitum resipiscant, non solùm temporalibus, sed etiam æternis suppliciis viui, mortuique mactabuntur. Tunc agnoscent, sed tardiùs, quā vehemētet sua in principes suos, vnctos Domini, rebellione, Dei iram indignationēque exasperarint, cuius *ignis arserit, vsque ad inferni nouissima.* Proinde discant ipso facto omnes populi quàm sit tutum, suaue, & prosperum hîc iussis principum bonorum propter Deum imperiis obsequi, mandatisque parere; ne rebelles

k Ibid.

m Ibid.

B semper, contumacesque perseuerando vsque in finem vitæ redditi, in altero seculo, quàm sit: [n] *Horrendum incidere in manus Dei viuentis*, sempiternis addicti cruciatibus experiri cogantur.

n Hebr. c. 10.

CAPVT VII.

Magni refert reges, ac principes esse bonos, vt suo exemplo tales subditos sibi, conuertant ad Deum, qui in vtramque partem principum vitam ac mores sequi solent.

1. *Quanta vis est in principe, ac rege, ad faciendos populos sibi similes.*
2. *De populorum propensione ad principes imitandum in bonum.*

C 3. *De eorundem propensione in malum.*

4. *Ideo magna sunt principum virtutes vel vitia, qui suo exemplo tam prosunt populis suis si boni sint, & tam nocent, si mali.*



NOTVM est omnibus, nullique dubiū nisi à doctrina rationeque penitus extraneo, regum, principūq; virtutes, aut vitia solere in subditorum animos influere. [a] *Misera ciuitas*, inquit S. Bernardus, *in qua regnat Herodes, quoniā Herodianæ sine dubio particeps erit malitiæ, & ad noua salutis ortum Herodiana mouebatur turbatione.* Hanc populi imitationem Dauid, vt melius exprimeret de futura Christi D. à regibus, & populis adoratione loquens dixit priùs. [b] *Adorabunt eum omnes reges terræ.* Postea subiunxit. *Om-*

Virtutes vel vitia principū influunt in animos populorum.

a S. Bernard. ser. 3. epiph.

b Psal. 71.

D *nes gentes seruient ei.* Quare seruient populi Christo latriæ cultu? Quia, *adorabunt eum omnes reges terræ*, quos populi solent imitatione consectari. [c] *Rex Niniuitarum surrexit de solio, & abiecit vestimentum suum, & indutus est sacco, & sedit in cinere.* Regis exemplū secutus populus hoc se lugubri cinereoque voluntarie grauauit indumento: Vnde planè verum illud eloquentię parentis. [d] *Vt cupiditatibus principum, & vitijs infici solet ciuitas, sic emendari, & corrigi continentia.* Qui dixit alibi. [e] *Qales in rep. principes sunt, tales reliquos solere esse ciues.*

c Ioan. c. 3.

[f] *Componitur orbis*
Regis ad exemplum.

d Cic. l. 3. de legib.

e Cic. in epist. ad Quintum fratrem.

f Claudian 4. cōsul Hono

Vt non valde illud Theodorici regis dictum mirari debeamus. [g] *Facilius esse errare naturam, quàm dissimilem sui princeps possit rēp. formare.* Cū enim naturalis libertatis humanę cōditio hoc poscat, vt

g Apud Cassiod. l. 3. variar. ep. 12.

ducatur amicè quàm dirè cogatur: non mirum A si *obsequium[a] in principem, & æmulandi amor validiora sint quam pœna ex legibus.* Sicque hæc propensio æmulandi principis actus velut altera natura.[b] *Omniaque facta dictaque principis apud populum legis vigorem habere videantur.*[c] *Hæc nimirum conditio principum, vt quidquid faciant præcipere videantur.* Et sponte ad principum iussa populi flectuntur, quia horum inclinationis, & voluntatis sectatores esse desiderant: vt rectè, veréque bonus, religiosusque Aragoniæ, Neapoleósque rex Alphonsus dixerit.[d] *Sicut herbas quasdam ad solis motum, qualis est heliotropium, sic populus in principum mores imitatione conuerti.* Præclarè Plinius Traiano. *Vita principis censura, eaque perpetua populorum ad hanc diriguntur, ad hanc conuertuntur, nec tam imperio illis opus est, quàm exemplo.* Scilicet tanquā regula viuendi: regulam autem debere rectam esse quis ignorat? *Vnde quemadmodum,* inquit Plutarchus,[e] *oportet, vt ipsa regula primùm recta sit, nihil habens obliquum, deinde cætera sibi admota, quatenus sibi congruunt, exæquet, consimili modo principe postea quam imperium in se ipso parauerit, ac direxerit, vitamque suam composuerit, tunc debet sibi coaptare eos quibus imperat. Neque enim cadentis est aliū erigere, neque ignorantis docere, nec incompositi componere, nec inordinati ordinare, nec eius qui imperio nō paret imperare.* Quàm suaue est, & beatū populis principem habere iustum, bonum, sapientem, qui sit recta ad salutem suorum regula, ad quam collimantes populi iusti, proindeque fœlices efficiūtur. Quam verò amarum, & miserum iniustum, improbum, fatuum sustinere principem, qui sit distorta, praua, & obliqua regula, in quam respicientes populi malitiosa præuaricatione deprauātur, deprauatique iter æternæ damnationis ingrediuntur. *Vitæ namque splendor, & claritas,* inquit S. Basilius,[f] *plerosq; eorū, qui proni, ac lubrici sūt ad peccādū ad cōsimilē æmulationē inuitant.* Hinc lapsus in alta baratra corruptionis, prauitatisque vitæ procliuis; à quibus, *reuocare gradum, superasque,* cōuersionis, iustificationisq; vitę *euadere ad auras, hoc opus hic labor est.* Et quò potentior princeps, & maior est, eò suos in vtrāque vitę rectitudinis, aut improbitatis partem exemplo suo potentius inflectit. Quod Gregorius 7. Canuto Daniæ regi obsequium, obedientiamque sibi vicario Christi D. sedique Apostolicæ per legatos præstanti, his exhortatoriis verbis insinuauit. *Animaduertere siquidē excellentia tua debet, quod quantò pluribus supereminet, & dominatur, tantò magis sibi subditos potest exemplo suo aut ad detrius (quod absit) inflectere, aut ad sanum consilium ignauos etiam prouocare.* Atque vt hoc posterius faciat, illud verò prius detestetur, illi ob oculos stabilitatem futuræ gloriæ, & inconstantiam, lubricamque præsentis vanitatis potius, quàm fœlicitatis fluxum, fragilitatemque variantis atque fallentis fortunæ, sic continuando proponit. *Intueri quippe prudentiam tuam necesse est temporalis vitæ gaudia, quàm caduca sint, quam fugitiua, quæ etsi vitæ diu crederetur mansura, tamen sæpe multis aduersis ex improuiso surgentibus secura stare non possunt, vnde summopere curare oportet, vt ad illa quæ transire nescimus, & habentem deserere nequeunt, gressus tuos constanter dirigas & affectum mentis intendas.* Non magis inferiora superioribus corpora subijciuntur, nec astra rotanti solis imperio parent, nec influxum Lunæ maria sequuntur, quàm ad iussa factaque

a Tacit. l. 3. Annal.
b Instit. imp. l. 1.
c Quintilia. declam. 4.
d Dictum Alphonsi regis. Panorm. in eius gestis.
Populus solari herba Heliotropio similis.
Principis vita censura & regula populis esse debet.
e Plutarch. l. de doctrina princ.
f Basil. in Psal. 1.
Princeps quò maior, & potentior, eò potentius subditos exemplo suo in vtramque partem conuertit.
Greg. 7. l. 7. ep. 5. ad Canut. Daniæ regē.
Negligenda est vita præsens & futura desiderio inflammato appetenda.

principum populi vigore imitationis inclinati procumbunt. Sed ô vtinam meliora principum charismata, virtutesque potiùs, quā turpitudines eorum, vitiorumque sordes æmulentur! Magna siquidem in principis exemplo vis, atque potētia, virtutes populorū animis instillandi, cum suæ ipsis monstrat specimina probitatis. Rectè enim facere ciues suos optimus princeps faciendo docet.[b] Egregiè Xenophon. Ἄρχοντα δεῖν οὐκ αὐτὸν μόνον ἀγαθὸν εἶναι, ἀλλὰ τῶν ἀρχομένων ἐπιμελεῖσθαι ὅπως ὡς βέλτιστοι ἔσονται. *Principem decere non se solùm bonum præstare, verùm etiam pro subditis diligentiam adhibere, vt quàm optimi sint futuri.* Nec solùm subditis principes exemplum bonæ vitæ esse debent, sed etiam emendationis malæ. Quod inuenire cupiens Hincmarus factus Rhemensis Archidiaconus in concilio Meldensi habito anno Do- B mini 845. rogatus dicere sententiam pro excogitandis remedijs, quibus tot mala, calamitatesque publicæ sopirentur, quæ crudeli feraque barbarorū incursione Gallias inuaserant, dixit in emendatione peccatorum à populis patratorū, ab ipsis principibus, & regibus inchoandam esse correctionem: quæ si negligatur, omnis vanus, & irritus labor de Ecclesia reformanda, ac bonis restauranda populorum vita moribus sit futurus. Adiunxitque frustra tentari numinis offensi placationem, & calamitatum ouilarum diuinitùs expectari finem: *Nisi id primum omnium quo principes delinquunt, corrigeretur: vt ab emendatione principum vitæ, lux populorum vitæ conuersionis ad dissipandas omnes miseriarum, sicut vitiorum tenebras oriretur.* Quàm illud appositè, præclarumque hoc Traiano Panegyristes insinuauit.[k] *Est quidem ma-* C *gnificum quod te ab omni contagione vitiorum reprimis, ac reuocas, sed magnificentiùs quod tuos. Quantò enim magis arduum est alios præstare, quàm se, tantò laudabiliùs, quod cùm ipse sis optimus, omnes circa te similes tui effecisti.* Quis enim nescit sacras replicantium historias Constantinum magnum sua ad Christum conuersione, vitæque à vitiorum sordibus auersione quamplurimos infideles, & paganos prioris vitæ, infidelitatisque pertæsos voluntariè, non coactè ad Christi Domini fidem pertraxisse, in gremiumque sanctissimæ matris Ecclesiæ conuersos ad omnia Christianarum virtutum opera facienda pellexisse? Scribit Nicephorus anno 324. quo ipse Romæ baptizatus est Imperator:[l] *Baptizata fuisse super duodecim millia virorum præter pueros, & mulieres, ipsumque Imperatorem constituisse, vt baptismus non coactè, sed voluntariè* D *fieret, neque vt humano metu quisquam ad Christi D. fidē, Ecclesiæque sinum se conferret, sed vt volens casto, maturo cōsilio, prōptaque voluntate sancto fidelium numero aggregarentur.* Addit insuper Nicephorus, *senatu in basilicam, quæ vocatur Vlpia, in foro Traiano conuocato, sincera mēte ipsum Imperatorem sanxisse. Ne de cætero dij esse vel dicerentur, vel crederentur; non Deos hominum esse, sed potiùs homines Deos illorum esse dictitantem, & secundùm Christiana religionis regulas asserentem: cùmque se ipsum eatenus apertum, manifestumque haberent exemplum, vt Dominum Iesum Christum, vt Deum verum, certumque in cœlis regnantem adorarent, & colerent, ne quis aliquid veteris erroris apud se habere suspicari posset, sinceritatis suæ indicium, templum in palatio quod erigebat ostendit; populus verò virtutum imperatoris imitator esse cupiens, quadragies Christianorum Deum verum esse exclamauit.* Sic vnius principis conuersio

ingentes

a. Pars populi in bona principū exempla, factaque sequuntur.
b Velleius Pater. c. l. 2.
a l. 1. Cyrop. Κῦρου παιδείας.
Princeps non solum debet esse subditis exemplum bonæ vitæ, sed etiam malæ emendationis.
Hincmari sententia pro reformanda Ecclesia in concil. Meld. an. 845.
k Plin. in paneg.
Constantinus M. conuersione sua multa populorum millia ad Christum D. conuertit.
l Niceph. l. 7. c. 34. in fin.
Niceph. ibid.

ingentes populo Christo D. lucrata est. Deinde A audita concione huius Imperatoris pro asserēda Christi fide, explodendis dæmoniorum fallaciis, eiusque in hac concione intellecta confessione Christum confitentis religiosissimè vox vniuersi populi per duarum horarum spatiom hæc acclamantis in hoc Traiano foro vbique circumsonuit. [a] *Qui Christum negant malè pereant, vnus Deus Christianorum: item templa claudantur, & Ecclesia pateant: Item qui Christum non colunt inimici Augustorum sint: item qui saluant Augustos ipse est Deus: Item qui Christum colit semper vincit*, &c. Sed qui populos sibi creditos tam piè ad verum Dei veri cultum exemplo suo, & monitis excitabat, non est filiorū suorum oblitus, quos ipse verbo, & exemplo ad veram Christi D. fidem, Christianasq; virtutes erudiebat, & inter cætera hortabatur, vt Christi veri Dei omnium rerum Domini cognitionem, sanctamque illius religionem omnibus opibus, atque adeò ipsi regno, imperioque Romano præferrent: vt pluribus Eusebius [b] lib. 4. 49. 50. 51. capitibus ostendit. Similia nouus noster Constantinus, vt loquitur S. Greg. Turonensis, [c] Clodouęus 1. Franc. Regum Christianus in conuertendis ad Christum D. facto, & exemplo Gallorum nobilibus, & popolis mirabilia fecit: quem baptizatum de exercitu eius plusquam tria millia tum nobilium, tum militum communium, in sacro illo regenerationis fonte secuta sunt: sicut longo sermone idem qui supra S. Gregorius in Francorū historia recensuit, vt cognoscamus quàm verum sit illud Tragici poëtę.

a Ibid. Niceph.

Constantini pietas ad informandos ad veram Christi religionem filios suos

b Euseb. l. 4. c. 49. 50. 51. de vita Constantini.

c S. Greg. Turon. l. 2. de Francorum hist. c. 31.

Clodonaico gu Francorum conuersio multa Francorum millia ad Christum conuersit.

[d] *Rex velit honesta, nemo non eadem volet.*

d Senec. in Thyest.

Verom quia hominum natura à die corruptionis suæ promior est, procliuiorque ad malū, quàm ad bonum, non mirum si peruersorum principū C exempla populorū mentes, & animos facile corrumpant, eosque non contradicendo, sed sponte currendo ad flagitia propellant. Vnde rectè dixit Tullius. [e] *Non tantum mali esse peccare principes, quanquā est magnum hoc per se ipsum malum, quantum illud, quod permulti etiam imitatores principum existunt. Nam licet videre, si velis explicare memoriam temporum qualescumque summi ciuitatis viri fuerint, talem ciuitatem fuisse, quæcumque mutatio morum in principibus extiterit eandem in populo secuturam; idque haud paulò pòst verius, quàm quod Platoni nostro placet, qui musicorum cantibus ait mutatis mutari ciuitatis status. Ego autem nobilium vita victuque mutato, mores mutari ciuitatum puto. Quò perniciosius de Republ. merentur vitiosi principes, quod non solùm vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem, neque solùm obsunt, quod illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quòd corrumpunt, plusque exemplo, quàm peccato nocent.* Nimirum D vera hæc Homeri sententia. [f] Αὐτὰρ μῆλα κακοὶ φθείρουσι νομῆες. Corrumpunt oues pastores mali. Quod testatius fieri potest exemplis quam optandum. [g] *Rex Ioab* (inquit Iosephus) *à pristina religionis cura facile discessit, mox que & principes populi consimilem in modum deprauati sunt, adeo vt nihil antiquius haberent, quàm iuris, & iustitiæ contemptus. Statim plebs multa regis sui, principumque nequitiam secuta torrente errorū absorpta est.* [h] Baltazar Rex sacra templi vasa veluti prophana vsu prophano inter epulas contaminauit. Simili sacrilegio se principes, & populi crapulando polluerunt. Nabuchodonosor Rex ad scelestissimam statuæ adorationem sui imperij principes,

e Cicero l. 3. de legib.

3. Pars. Sæpe populi principes suos in peruersum æmulantur, si illorum exemplo deprauantur.

Exemplis ostenditur principes vitiosos inficere corda populorum.

f Homer. l. 10. Iliad.

g Ioseph. l. 9. ant. c. 8. Ioab. rex.

h Daniel. c. 5.

A populorumque rectores compellauit. [i] *Nabuchodonosor rex*, inquit Daniel cap. 3. *misit ad congregandos satrapas, magistratus, & iudices, duces, & tyrannos, & præfectos, omnesque principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ*, &c. Cuiusnam ipse rex sacrilegus figuram gerit nisi diaboli? qui reges, doces, ac iudices ad se peruersitatis itinere vocatos sic illaqueat, vt per eos posteà populos suarum iniquitatum compedibus irretitos ad æternam damnationem miserè captiuet. Hæc est S. Hieron. mysticæ conceptionis intelligentia dicentis. [k] *Principes congregantur ad adorandum statuam, vt per principes seducantur & gentes. Qui enim diuites sunt, & potentes dum timent carere diuitijs, & potentia facile supplantantur. Seducto magistratibus, subditi populi maiorū exemplo perierūt: vt enim in corporibus, sic in imperio grauissimus* B *est morbus, qui à capite diffunditur.* Considerate quanta in populis ciuibusque Romanis, flagitia quam horrenda, quàmque nefanda, execranda facta, & exēpla Neronis sceleratæ vitæ pepererūt. *Otium fori, fœda domi lascivia* (inquit Tacitus de hoc impietatis, crudelitatisque monstro loquēs) *quæ itinera vrbis, & lupanaria, & diuerticula veste serruli in dissimulationem sui compositus pererrabat, comitantibus qui raperent ad venditionem exposita, & obuiis vulnera inferrent aduersus ignaros, adeo vt ipse quoque acciperet ictus, & ore præferret. Deinde vbi Cęsarem esse qui grassaretur pernotuit: augebātur iniuriæ aduersus viros, fœminasq; insignes, & quidem simili licentia sub nomine Neronis multi proprijs cum globis eadem exercebant, & in modū captæ ciuitates nox agebatur.* Quàm verùm illud Poetæ.

i Daniel c. 3.

k S. Hieronym. in 3 Danielis.

Plin. l. 4. epist. 22.

Tacit. l. 13. annal. de Nerone.

Peccatum potentis grauius quia nocentius.

[l] *Omne animi vitium tantò conspectius in se*
Crimen habet, quantò maior qui peccat habetur.

l Iuuenal. satyr. 8.

C Ob maxima mala, flagitiaque grauissima, quę in aliis suo exemplo causatur, propter quæ *criminosior culpa est*, Saluiano teste, [m] *vbi honestior status, si honoratior est persona peccantis, peccati quoque maior inuidia, furtum in omni quidem est homine malum facinus, sed damnabilius, absque dubio si senator furatur.* Quod de quolibet vitio dici potest exemplo clariùs id innotescet de Christianis petito historiis. Constantinus huius nominis quartus Orientis Imperator iniustè repudiauerat vxorem, vt pellici infami, fœda turpique libidine copularetur. Quid ad hoc Michaël monachus in vita S. Theodori Studitæ? [n] *Fuit ea res*, inquit, *pessimi exempli, viamque multis ad grauia quæque aperuit non solùm in regia, alijsque ciuitatibus, verùm etiam in remotis quoque regionibus. Sic Bosphori, sic Gothiæ, sic reliqui prouinciarum duces, quique aliquæ cum potestate præerant ciuitatibus impune flagitia cōmittebant, vxoribus partim eiectis, partim nouis in-* D *ductis, impurasq; animi libidines eius, qui viā ostenderat exemplo, & patrocinio defendebant.* Hæc ipse. Talis est naturæ hominū corruptæ conditio misera, vt principum *amicitiam, fauoremque spe lucri venaturi, & aucupaturi potius illorum purpuram, quàm Deum in ipsis venerentur & colant, vt de suis seculi pulteris corruptis amphibijs, elaudicantibusq;* [o] *Iouianus Imperator dicere solebat eundem cum ipsis numinis cultum si verum sit obseruare fingentes, at re ipsa illorum vitia si quæ habeant imitantes.* Quæ cum ita sint; quis hanc poterit iustam Lactantij expostulationem, querelamque meritò non approbare? [p] *Et quoniam mores, ac vitia regis imitari genus obsequij iudicatur, abiecerunt omnes pietatem, ne exprobrare scelus regi*

m Saluianus l. 4. de gubern. Dei.

n Michaël monach. in vita S. Theod. Studitæ.

o Iouiani dictum Imper. Socrates lib. 3. c. 21.

Pudet populos plerumque videri bonos vt principum suorum vitio proprio videantur imitari.

p Lactant. l. 4. diuin. instit.

Principum mala vita est fermentum pernicioso omnes populorum mores bonos corrumpens.

viderentur, si pie vinerent. Hic assidua imitatione diu mumsae reliquerunt, & paulatim male viuendi consuetudo, mos factus est. Nec quisquam ex antecedentis seculi pio, & optimo statu remansit: Sed explosa iustitia, & veritate secum reliquit hominibus errorem, ignorantiam, caecitatem. Quàm perniciosum fermentum, Deus bone! totam populorum vitę morumque probitatis massam corrumpens princeps impius?ᵃ Vt enim modicū fermentum totam farinę massam corrūpit, & inficit, sic iniqua vita principis, regisque subditorum animos, moresque peruertit, & inceſtat. Qualis erat vita regis impij Ieroboam, quem sacra scriptura dicit: *Israelitienm populum fermentaſſe, quia nefando idolorum cultu sanctam illius religionem scleratè polluit, & adulteranit.*ᵇ *Quieuit,* inquit Dominus, *paululum ciuitas, ex commixtione fermenti donec fermentaretur totum.* Id eſt quieuit ciuitas paululùm à die quo nefarium idololatriæ fermentum à nefando principe Ieroboam recepit, donec eodem tantæ impietatis fermento tota corrupta, & cōtaminata cultui dæmoniorū fœdo subiugata, veri Dei Israël vnicam, veramq; religionem penitus eiurauit. O nefandum seruitiū! O immane, crudeleque ſacrificium! ab impiis regibus, principibusque de salotis ruina populorum dæmonibus oblatum? S. Scriptura hunc regē sceleribus horridum in eodem capite cum pistore ad coquēdos panes clibanū admotis ignibus ſuccendente contulit.ᶜ *Omnes adulterantes* (scil. spirituali adulterio idololatriæ) *quasi clibanus succensus à coquente,* id eſt à rege nefario Ieroboam. Quis oeſcit principem iniquū vitiorum contagionibus vndique fætentem, tenebrarū principis esse pistorē? Qui subditorū corda, animosq; veluti clibanos infernali criminūigne succenditin quo panes diabolo suauiſſimos, peccata nempe populorum, ſcelerαque coocoquit, vt illi postea in clibano gehennæ ſempiternęigne perenni miſerrimè torreaotur? Qua miseria quis poteſt graoiorē per horreſcere? Quid mirū ſi diuino incenſus amore, & ſalutis animarum S. Damascenus orationis ſuæ ſtylū vehementer acuerit? eumque iuſtis aduerſus Leonem Iſauricū Imp. inuectiuis armauerit? Qood Orientalium populorum animos exemplo ſuæ ſceleratæ vitę, hæreſeos fædarę contagione, funeſtiſſimè peruerteret? *Obid* (inquit S.ᵈ Pater) *magis summ incitatus,* ſcil. ad ſcribendum. *Nam ad subiectos populos decipiendos multum vale regis authoritas. Panci enim numerum illi, qui tirarum Reges cœlestis regis imperio gubernari, & leges debere legibus imperare sciunt, iniqua eorum iussa negligunt, & aspernantur.* Et infra contra eundem Imp. Iconoclaſtam. *Domini exercitus sancti sunt,* nempe regnaotes in cœlo, quorū in terris imagines coluntur, *spolies se ipsum exercitu suo terrenus Imperator, & tunc ip her regem, ac dominum suum: deponat purpuram, & tunc eorum, qui aduersus tyrannum optimè, atque egregiè sese gesserant, pietatem amputet.*

ᵃ Corinth. c. 5.

ᵇ Osee c. 7. vers. 4.

ᶜ Osee c. 7.

Princeps impius Ieroboam cum Diabolo pistor dicitur.

ᵈ S. Damasc. in princip. orat. de S. imaginib. exceptio princip. Legu authoritas ad decipiendos, & corrumpendos populos multū valet.

4. Pars. *Magna sunt principum virtutes vel vitia: quia tam profunt populis si boni sint & tā nocent si mali.*

Ex his omnibus toto huius decurſu capitis examinatis non leui coniectura, imò potius demonſtratione firma aſſequi facile eſt: quàm magnæ, quamque meritoriæ ſint regum principumque virtutes, cùm tam ſuorum ſaluti populorū proſint, cùm boni ſunt: Contra vero quam perniciosa, magnoque in foro Dei caſtigunda ſupplicio illorum vitia, cum illis inquinati tam perniciosè populorum ſaluti noceant exemplo, illorumque

A ad æternam damnationem animis exitialiter insidientur. Magnum illud eſt in vtramque partem! Si boni ſint principes, ſi benè, piéque viuant, ſuarum virtutum gradibus ſcalam tutam, firmāque ſubditis ad Deum eiuſque cœleſtia tabernacula ſtruunt & eleuant. At vero ſi male viuant, ſi ſcelerum ſordibus inquinentur, ſuis miſerum! vitiis pręcipitiū illis in abyſſos inferni moliūtur.ᵉ Quā illud egregie S. Boniſacios martyr Moguntinus Epiſcopus Germaniæq; Apoſtolus, de ſuprema, ſublimiq; Rom. Poot. authoritate, dignitateque monarchica loquēs expreſſit? Prout retulit tieuſdedit preſbyter Cardinalis, vbi inter cætera hæc habet, quæ S. martyr protulit de magna poteſtate, & energia, quæ in Rom. Pont. ſita eſt, ſaluādi populos, ſi bene dignitate pontificia bonus, piuſque fungatur: perdēdi verò eoſdem ſi malè, hoc ſacerdotale, pontificiumque imperium depra-
B uatus exercear. *Quod si vt summopere sibi, & omnibus expedit, zelo domus Dei sine intermiſſione tabescens, fidelis dispensator, & prudens existens Deo* (scilicet Rom. Poot.) *& hominibus opere, & sermone irreprehensibilem sese conseruare studuerit: vt verè fateor vniuersum ferè mundum secum attonitum, & solicitum post Deum currere facit ex vtroque sexupopulos diuersa professionis, conditionis, & ætatis caternatim Domino suo super omnia bona ipsius constituendus ducit. Si verò sua, & fraterna salutis negligens deprehenditur inutilis, & remiſſus in operibus suis, & insuper à bono taciturnus* (*quod magis efficit sibi, & omnibus*) *nihilominus innumerabiles populos caternatim secum ducit, primo, mancipio gehenna, scilicet Diabolo* vt loquitor Gloſſa, *cum ipso plagis multis in aternum vapulaturus* (al. *vapulaturos*) hæc & alia S. martyr apud Deuſ. de-
C dit Cardinalem relata in can. Si Papa diſt.ᶠ 40. Quæ nobis minimè mira, cùm dicat ſapiensᵍ rex *insipiens perdet populum suum. Nam qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea.* Ergo ex oppoſito à ſapiente principe, regeque, à regula ſummi regis, imperatoriſque Chriſti non exorbitante, ſubiectos populos ſaluatum iri quis iurè inficiari poterit? Pudeat Chriſtianos principes ſibi bene viuendi, tegnandique leges ab Ethnico ſeoatore, principeque Romanæʰ facundiæ oblatas, præſcriptaſque conremnere! pudeat eos ſibi eūdem à rectò virtutis tramite tecedentibus indignari, & dicendo iſta digna principe, irridentibus obſtrepere! *Magnum, inquam, est personam in republica tueri principis, qui non animis solùm debet, sed oculis seruire ciuium. Regnum est illud est ita vincere, vt non modò hominsi, sed neque cupiditati seruiat. Contemnere omnes libidines, non auri, non argenti, non caterarum rerum indigere, populi vtilitatis magis consulere, quàm voluntatis, nemini cedere in prauis, multis in his obsistere. Cupiditates sunt insatiabiles,*
D *hæ totam labefactant Rempubl. & deijciunt ad vilia quaque, & tyrannidem principem.* Hæc qui audientes tacitis animis principes Chriſtianæ ſortis non attendunt, ſed irrident, & aſpernantur: Nōne à ſapientibus paganici territorij in die iudicij coram iudice viuorum, & mortuorum accuſati condemnabuntur? Quanta turpitudine, atq; dedecorc eōfundi merentur illi principes, qui eum virtutis, honeſtatis, ſapientię, religioniſque ſubditis exempla præbere deberent, ſcelerum pōdere grauari conſpiciuntur? Vtinam ſalrem hæc infidelis poëtæ, ſed imperatori Chriſtianiſſimo morali fidelitate loquentis, efficaciter auſcultareot.

ᵉ Memorabile dictum S. Bonifacij martyris apud Deusdedit Card. l. de eccl. Eccles. c. 231.

Verba S. Bonifacij martyris. Princeps sa premus vtrimusque sit, vt Papa sicuti est saluus populi si bonus sit, perdit vero si malus.

ᶠ Con. Papa dist. 4.
ᵍ Eccles. c. 1. vers. 3.

ʰ Cicero Philipp. 8. *persona principis animo & corpore populis seruire debet.*

a Claudianus de Conſulatu Honorij.

a Hoc te præterea crebro ſermone monebo,
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoſcas, cunctis tua gentibus eſſe
Facta palam, nec poſſe dari regalibus vſquam
Secretum vitijs; nam lux altiſsima fati
Occultum nihil eſſe ſinit, latebraſque per omnes
Intrat, & abſtruſos explorat fama receſſus.

Cùm igitur facta principum non Deo ſolùm, ſed & hominibus detegantur, nonne ſi ſapiant operam dabunt, eamque ſolertem, atque prudētem, vt iuſti [b] inſtar parentum S. Ioannis Baptiſtę coram Deo, & hominibus habeantur? ſicque ſuam Deo conſcientiam illęſam, proximo famam intactam, honeſtè, beatéque ſeruabunt; vt non alteri populi, quam principi pro ſimiles eſſe velint? Sicut Romanus exercitus, apoſtata Imperatore diuinitus in expeditione Perſica perempto, in illius locum ſuffecto Chriſtianiſſimo Imp. Iouiano, neganti ſe poſſe niſi Chriſtianis militibus imperare, acclamatione publica per omnes legiones circūſonante reſpondit, *ſe totum Chriſtianum eſſe*, deteſtabileſque Iuliani iuſto Dei iudicio trucidati in colendis dęmoniis inſanias execrari, vt pluribus Theodoretus expreſſit. O incredibilis piorum, Catholicorumque principum imperandi authoritas, quid non efficis, vbi ſemel generoſa docilium populorum corda, & animos occupaſti! Quibus principibus non magis quàm ſoli latere contingit. *Multa tecum illis lux eſt*, vt Senecæ verbis vtar: [c] *omnium in iſtam conuerſi oculi ſunt, vnde fit vt illorum facta, dictaque rumor excipiat. Et ideo nullis magis cauendum eſt, qualem famam habeant, quàm qui qualemcumque meruerint, magnam habituri ſunt.* Et illi ſunt populorum rectores, ac principes, qui cum virtutum ſuarum radiis ſubditos illuminant, magis ipſi ad famam præſentis ſeculi, gloriamque futuri fulgeſcunt. Quin ſecum datos ſibi à Deo populos opere, & ſermone, exemplis, & edictis in mandatorum diuinorum circulo continere conantur. O quanta talium principum virtutes hîc, & in cœlo præmia præſtolantur!

b Lucæ c. 1.

c Senec. l. 1. de Clement. c. 8.

CAPVT VIII.

Quanta merces in terra cœloque manet reges, principeſque Chriſtianos, qui ſubditos ſuos verbo, & exemplo ad pietatem veram, iuſtitiamque erudierunt, quantaque ſimiliter fœlicitas talium principum populis, poſteriſque contingit.

1. *De proſperitate temporali piorum, Catholicorumque principum, &c.*
2. *De eorum æterna in cœlo gloria.*
3. *De fœlicitate talium principum populis poſteriſque contingente.*

A



SIc autē piè viuentibus, & populos religioſè, ſapiēter que regētibus principibus dominationū ſecularium monarchis, vt ſupra ſtylo breui notauimus, merces à Deo hic, & in cœlo fiducialiter expectāda eſt: extra quam tot tantiſq; illorum principum virtutibus digna non poteſt inueniri. Omnis quippe laus, & merces, quę ab hominū lingua, & iudicio proficiſcitur, vana eſt, inanis, & lubrica, Chriſtianas, heroicaſq; principum Catholicorū virtutes in charitate Chriſti radicatas, atq; fundatas, pręmij loco coronare, atq; remunerare non valens: Sola quę à Deo eſt laus, merceſq; profecta, ſolida, & ſtabilis, nullo loco, tēporeue nutās talibus virtutibus digna corona, brauiūq; iudicantur. [d] *Mortui eſtis*, inquit Apoſtolus, *& vita veſtra abſcōdita eſt* B *cum Chriſto in Deo.* Sed quid inde ſequitur? *Cùm autem apparuerit Chriſtus vita veſtra, apparebitis & vos cum ipſo in gloria.* Quaſi diceret Apoſtolus, interpretante Theophilacto. [e] *Ne hic honores, gloriaſq; concupiſcatis, nam illic gloria veſtra. Delitescit margarita tantiſper, dum in conchyli fuerit. Simulac verò illud perfractum fuerit, tunc in gloria relucet. Hunc ad modum, & vos quandiu in corruptibili iſto corpore fueritis, tanquam latentes viuere debetis, ab omni glorię cupiditate alieni. Quando enim diſſolutū fuerit hoc corruptibile, tūc glorię noſtrę ſuus erit locus.* Hęc quidem vera eſſe fidelium nemo dubitabit: ſed tamen pręter futuram gloriam. [f] *Quæ præparauit Deus diligētibus ſe*, dat etiam ipſe virtutibus ſuorum in terra mercedem, pignus hæreditatis futuræ, gloriæque ſempiternæ figuram: qua tanquam centuplo expectantes æternum illum cœleſtis beatitudinis, gloriæq; fulgorē, in terra iuſti, C fideleſq; principes, ac populi mira perfuſi conſolatione lætantur. Cuius rei cōfirmationes amplas nobis ſcripturæ ſacræ, Eccleſiæque annales illuſtribus exemplis inſinuant. Nunquid illæ regem Ezechiam propter fractas à ſe dæmoniorum ſtatuas, idolaque deſtructa per Dei miſericordiam, honore, pace, potentia, diuitiiſque ſublimatum fuiſſe teſtantur? Nunquid ſimili proſperitate fœcundum fuiſſe [g] Aſam regem ex illarum teſtimonio didicimus, quandiu in eiuſdem pietatis zelo perſtitit? Quam dū cœpit contemnere, continuo bellorum, miſeriarumque tonitruo ſe ſenſit agitari? Quid Ioſaphat? [h] Nonne quia Dauidis religioſè viuendi, rectéque populum dirigendi ad Dominum, vias, ſemitaſque imitationis ſtudioſę veſtigio preſſit, pace, opibuſq; domi pleniſſimis abundauit? fortia tanta authoritate, famaque virtutis inclaruit, vt cunctis terræ principibus terrori eſſet maximo, quo conſternati, bellis illum D impetere, aliiſque laceſſere iniuriis verentur? De Dauidis his antiquioris principibus regis ſecundùm cor Dei, propter diuinas mirabileſque virtutes, proſperitatibus, vtpote hac luce clarioribus, ipſiſque de triuiis fideli plebeculæ notiſſimis ſuperfluum, & vanum eſſet plura dicere. Taceo cæteros à ſacro commemoratos eloquio, vt vnū, aut alterum de Eccleſiaſticorū monumentorum penu exemplū, factumque depromā. Quis Conſtantino M. ex omnibus terræ principibus fœlicior extitit? Planè nemo! vt dicta ſuperiùs ex SS. patribus, aliiſque ſcriptoribus Eccleſiaſticis, quę repetere ingratum eſſet, ſatis manifeſta teſtantur,

A ſolo Deo laus, ac merces virtutum pio Catholicoque principi quærendu & expectanda.

d Ad Coloſſ. 3

e Theoph in c. 3 Coloſſ.

f 1. Cor. 2. 9. 2. Paral. c. 29. & 3.

Bonorum principum virtutes proſperitatis temporales, ac terrena ſecuta ſunt.

g 2 Paral c. 16

h L. 2 Paral. c. 17. & 19.

A Qui semper victorias omnes, triumphos, aliaque prospera sibi à Dei misericordia concessa pietati, religionique Christianæ retulit accepta. Quæ vt Deus in filiis continuare dignaretur illos vehementi paternæ charitatis ardore sæpius hortabatur,[a] vt omnibus diuitiis, ipsique imperio mundi Dei honorem, eiusq; religionē Christianam, qua fideliter ad salutem populos imbuerent, anteferrent.[b] Similia de Theodosio M. veritas efferri iubet: de quo similiter superiùs non pauca. Qui experientia magistra omnes suas prosperitates, fœlicitatesque temporales à sincero religionis Christianę cultu, piaque ad eum populorum per se ipsum facto, & exemplo directione profectas esse cognoscens, cognoscendoque ingenuè præ se ferens, sic palam in nouella constitutione locutus est.[c] *Inter cæteras solicitudines quas amor publicus peruigili cogitatione nobis indixit, præcipuam imperatoriæ maiestatis curam esse perspeximus veræ religionis indaginem, cuius cultum si tenere potuerimus, iter prosperitatis humanis aperiemus inceptis.* Ante eum Iouianus[d] in fidei, pietatisque Christianæ præmium suscepit imperium, susceptumque mirabili prudentia, & sinceritate Catholicæ religionis administrare properabat; ni cita mors, obitusq; repentinus, illius sanctos cogitatus, desideriaq; orbi Christiano salutaria peruertissent. Quot prosperitatibus, honoribus, bonisq; temporalibus ob hanc pietatem in Christū, charitatemq; in populū, vt saluus secum fieret, Clodouæum primum Francorum regum Christianę religioni consecratum, cumulatum Deus esse voluit breuissime S. Remigius in epitaphio, quod ipsius regis tumulo apposuit, talibus concepto versibus aperuit.

a Euseb. l. 2. de vita Constantini c. 25. & seq.
b Niceph. l. 3. c. 1.
c Nouella Theodosij de Iudici.
d Theodoret. l. 4. c. 1.
Prosperitates temporales Clodouæi propter sinceram Christi fidei professionem & populum in ea eius exemplo fœlicitèr educatum.
e Epitaphium Clodouæi a S. Remigio compositum.
f Sig. Romanus.

[e] Diues opum, virtute potens, clarusque triumphis
Condidit hanc ædem Rex Clodouæus, & idem
Patricius,[f] magno sublimis fulsit honore.
Plenus amore Dei, contempsit credere mille
Numina, quæ varijs horrent portenta figuris:
Mox purgatus aquis, & Christi fonte renatus,
Fragrantem gessit infuso chrismate crinem,
Exemplumque dedit: sequitur quod plurima turba
Gentilis populi, spreto qua errore suorum
Doctorem est cultura Deum, verumque parentem.
Hic fœlix meritis superauit gesta priorum,
Semper consilio castris, bellisque tremendus:
Hortatu dux ipse bonus, ac pectore fortis,
Instructas acies firmauit in agmine primus.

De Caroli M. prosperitatibus quid opus est aliquid euoluere? Cùm tota illius vita his à diuina benedictione profectis semper abundauerit. Similiter reliquorum principum propter pietatem hanc, & in populos conuertendos ad Dominum charitatem prosperitatum temporalium cōmemoratione supersedebo. Sufficiat generaliter cū D. Thoma[g] dicere omnes principes qui ad diuinam reuerentiam fuerunt soliciti, gloriosè, pacificèque in hoc seculo vixisse, fideliterque suæ vitæ cursum consūmasse. Hoc enim de pio præcipuè, iustoque principe verè à regio propheta prædictum est.[h] *Omnia quæcunque faciet prosperabuntur.* Et illud.[i] *Gloria, & diuitiæ in domo eius.*

g D. Tho. l. 1. de regim. princip. c. vlt. to fin.
h Psalm. 1.
i Psalm. 11. 2 Pars.
Merces verorum principum propriè gloria æterna, non temporalis.
k D. Tho. l. 1. de princip. c. 8 circa princip.

Quamuis propria, veraque bonorū principum merces, ac præmium sit æterna, non temporalis gloria. *Si enim reges iniquos, vt* Nabuchodonosor, *contra Dei hostes pugnantes*, inquit D.[k] Tho. *licet non intentione seruiendi Deo, sed sua odia, & cupiditates exequendi tanta mercede Dominus remunerat, vt de hostibus victoriam tribuat, regna subijciat, & spolia diripienda proponat: quid faciet bonis regibus, qui pia intentione Dei populum regunt, & hostes impugnant? Non quidem terrenam* (scilicet solùm) *sed æternam mercedem eis promittit: nec in alio, quàm in se ipso, dicente S. Petro pastoribus populi Dei*[l]: *Pascite, qui in vobis est, gregem Domini. Vt cùm venerit princeps pastorum, id est rex regum Christus, percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam. De qua dicit Esaias.*[m] *Erit Dominus sertum exultationis, & diadema gloriæ populo suo.* Vnde D.[n] Augustinus. *Gloriam,* inquit, *honorem, imperium bonus, & ignauus æque sibi exoptant, sed ille vera via nititur, huic quia bonæ artes desunt dolis, atque fallacijs contendit.* Ideo licet vtrique terrena prosperitas in hac vita contingere possit, tamen bono in altera pro B mercede rectè factorum æterna gloria, improbo, & ignauo, pro male gestis perennis miseria præparatur. Ethnicis principibus, & Romanis noodum veri Dei cognitione imbutis, & vera in eum pietate præditis, propter morales virtutes terrenam Deus solùm gloriam, potentiamque contulit. Principibus verò Christianis, ac populis sanctæ regenerationis lauacro purgatis charitate, atque pietate in Christum Dominum vera fulgentibus, terrenam simul, & cœlestem gloriam, opesque nullo perituras æuo largirì dignatus est. De illis infidelibus Romanis moralium virtutum fulgore micantibus, loquens Diuus Augustinus ita conclusit.[o] *Quibus ergo non erat Deus daturus vitam æternam cum S. Angelis suis in ciuitate sua cœlesti, ad cuius societatem pietas vera perducit, quæ non exhibet seruitutem religionis (quam latriam Græci vocant) nisi vni vero Deo: si neque hanc eis terrenam gloriam excellentissimi imperij concederet, non redderetur merces* C *bonis artibus eorum, id est virtutibus, quibus ad tantam gloriam peruenire nitebantur.* At Christianis regibus, ac principibus ad suæ virtutis, & gloriæ sortem pupulos suo exemplo compellantibus, non modo temporalem propter rectè, piéque gesta fœlicitatem, sed etiam æternam donare Deum postea sub capitis sequentis finem S. pater ita declarat.[p] *Proinde non solùm vt talis merces talibus hominibus* (scilicet sanctis, & iustis, tam principibus, quam populis) *redderetur Romanum imperium, ad humanam gloriam dilatatum est: verùm etiam, vt ciues æternæ illius ciuitatis, quandiu hic peregrinātur diligenter, & sobriè illa intueātur exempla* (scil. Romanorū in orbe Ethnico propter tēporalem gloriā virtutes morales, easq; præclaras exercentium) *& videant quanta dilectio debeatur supernæ patriæ, propter vitam æternam, si tantū à suis ciuibus terrena dilecta est propter hominum gloriam.* D Quę cùm fuerit in Rom. Ethnicis, alijsq; populis longè à Christiana fide distantibus, multorū, magnorumq; caosa laborum: quid mirū nisi æterna cœlestisq; gloria in Christianis principibus, fidelibusque illorum subditis laborum egregiorum, sudorumque maximorum fœtus extiterit? Cùm iusti siue populus bene obediendo, siue princeps rectè imperādo pressos se magnis laboribus, curisque viderint, cogitant pro solatio se quasi gloriæ fœtum in ventre gestare: quam illis laboribus pro Christo eiusque sponsa sanctissima susceptis, sudoribusque parturiunt.[q] *Omnis creatura*, inquit Apostolus, *ingemiscit, & parturit vsque adhuc: non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos*

l 1 S Petri c 5
m Esaias 28.
n S Aug l 5. de ciuit c 12. circa mediū e ex Sallust.
o S. Aug. l 5. de ciuit. c. 5. in princip.
p S Aug. l. 5 c. 16. inf. de ciu.
Præter terrenā gloriam Deus vitam iustis principibus, ac populis æternā promittit.
Boni principes & populi in hac vita laboribus pro Deo, Ecclesiaque susceptis gloriam æternam parturiunt.
q Rom c 8. v. 22.

gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes. Hoc eſt, non ſolùm omnes creaturæ expectant noſtrã ad cœleſtis gloriæ ſplendores renouationem, quę pro laboribus iuſtis Deo, eiuſque conſecratis Eccleſiæ remuneratio futura eſt, ſperantes ſe ex hac noſtra gloria aliquam gloriæ renouationem conſecuturas, verum etiam nos ipſi, preſſi laboribus gemimus, multiſque preſſuris fatigati ipſam filiorum Dei adoptionem, gloriamq; parturimus.

Principes boni pro ſalute ſuorum laborantes ſpe beatitudinis non decepturi.

Poſſum id meritò regibus, principibuſque Chriſtianis de populorum ſalute valde ſolicitis, & pro illius ſecuritate laboribus Chriſtianis minimè parcentibus applicare: qui in eam ſalutis ſuorum, Chriſtique honoris, & glorię curam toti prorſus incumbẽtes, dum hanc vitæ temporalis peregrinationem in patientia ſuſtinent, futuræ gloriæ, cœleſtiſque beatitudinis, quæ in ſolo Deo eſt, expectatione magnopere conſolantur. *Cùm nihil ſit,* inquit D. Thom. [a] *quod poſsit hominem beatum facere eius implendo deſiderium, niſi Deus.* De quo dicitur in Pſalmo à regio propheta. [b] *Qui replet in bonis deſiderium tuũ.* Hoc limite omnes ſuos princeps ſiſtit affectus: hoc diuinæ viſionis, fruitioniſque circulo, omnia virtutum ſuarum, rectèque factorum, in hoc ſeculo præmia claudit. Dicens cum rege propheta. [c] *Quid mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram?* Cuius diuina familiaritate, vt tandem effluenter aliquando frueretur in cœlo, dixit adhuc in terra. *Mihi autẽ adhærere Deo bonum eſt, & ponere in Deo ſpem meam.* Cùm ſit ipſe, [d] *qui dat ſalutem regibus.* Ideo dixit alibi in plurali, [e] *Magnificans ſalutes regis eius.* Non temporalem modò, ſed eam, quæ in cœlo eſt, nunquam perituram. De qua ſalute poſtrema Propheta dixit. [f] *Salus autem mea in ſempiternum erit.* [g] Qua nimis honorati illi principes Chriſtiani, amici Dei futuri ſunt. Quam non fallax blandiẽtium lingua non decepta hominum opinio profert, ſed quam interioris conſcientię bonæ teſtimoniũ producit, Deiq; promiſſa nunquam fallentia corroborant.

a D Tho. l. 1. de reg. princip. c. 8.
b Pſalm. 102.
c Pſalm. 72.
d Pſalm. 143. v. 10.
e Pſal. 17. v. 51.
f Eſaiæ c. 51.
g Pſalm. 138.

Cuius ſalutis æternæ, & gloriæ populi talibus ſecundùm cor Dei principibus obſequentes ſicut temporalis, bono hîc, in altera vita gaudebunt: quod illis toto deſiderij conatu cordiſque charitate principes ipſi ſuæ eos bonæ vitæ, ac virtutis exemplo religioſè, ſapienterque gubernando procurabunt. [h] *Vt enim gubernatori curſus ſecundus, medico ſalus, imperatori victoria: ſic huic moderatori Reip. beata ciuium vita propoſita eſt: vt opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit: Huius enim operis maximi inter homines, atque optimi illum perfectorem eſſe volo.* Dicebat de vero ciuium, populorumque rectore Cicero: atque hoc quidem pro fœlici hîc peregrinante vita: quam Deus multis temporalibus bonis in perſona bonorum principum, populorumq; cum futurorum promiſſione fœcundat: qui afflictis Dei Eccleſijs, Chriſtianiſque prouincijs in anguſtias graues, vexationeſque redactis omni ſua virtute, potentiaque ſuccurrunt, & opitulantur. Sic enim Siluester II. in perſona Hieroſolymorum Eccleſiæ vehementer afflictæ, atque à barbaris magna ex parte deuaſtatæ ad omnes principes, & populos S. Romanæ ſubditos Eccleſiæ, eorum omnium auxilia, ſubſidiaque flagitantis epiſtola miſſa dolore tactus cordis amariſſimo clamabat. [i] *Quid eſt quod das? aut cui das? Nempe ex multo modicum, & ei qui omne quod habes gratis dedit, nec tamen ingratus recepit, & hic enim multiplicat, & in futuro remunerat. Per me benedicit tibi, vt largiendo creſcas, & peccata relaxet, vt ſecum regnando viuas.*

9. part. Virtutiſque gloria, ac fœlicitatis temporalis, & æternæ populi pios ſuis obedientes principibus omnibus participes.
h Cicero in fragm. l. 5. de Rep.
Multiplicat Deus bona temporalia & æterna iuuantibus afflictas Eccleſias, & Chriſtianas prouincias.
i Siluestri II. papæ ep. 28.

Hanc populorum bonis obſequentiũ principibus, proſperitatem in terris, copioſamq; bonorum fœcunditatem, qua cum ſuis rectoribus tẽporaliter affluentes, & exultantes in Domino conſolabuntur, per Eſaiam Deus deſignare, ſic ad gaudia bonos populos cum Hieruſalem compellando, videbatur. [k] *Lætamini cum Hieruſalem, exultate in ea omnes, qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuerſi, qui lugetis ſuper eam, vt ſugatis, & repleamini ab vbere conſolationis eius: vt mulgeatis, & delicijs affluatis, ab omnimoda gloria eius: quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam gentium, quam ſugetis. Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis* (in hac terra videlicet in qua viatores peregrinamini imperfecti adhuc reſpectu cõprehenſorũ, qui iam cœlo fruuntur, & paruuli) ideo ſubdidit Deus: *quomodo ſi cui mater blandiatur filio: ita & ego conſolabor vos, & in Ieruſalem conſolabimini* (ſcilicet in ciuitate Catholica bonis exculta moribus, religioſiſque munita legibus) *Videbitis, & gaudebit cor veſtrũ, & oſſa veſtra quaſi herba germinabunt: & cognoſcetur manus Domini ſeruis eius, & indignabitur inimicis ſuis.*

k Eſaiæ c. vlt. c. 66 v. 10. 11. 12. 13. 14.
His temporalis bonorum proſperitas à propheta deſcribitur.

At cùm parentes defuncti, viuere tamen adhuc hîc in filijs, liberiſque dicantur, non mediocre illud erit gaudij, & conſolationis additamentum bonis principibus, qui ſecundùm Deum Remp. Chriſtianam populoſque ſuos in pietate, fideque Catholica rexerint, & gubernauerint: eũ defuncti vita mortali, profecti ad Dominum quo fruentes æterno, audient, atque in ipſo Dei patris ſinu, eiuſque verbo ſempiterno Chriſto D. videbunt filios, nepotes, ſuos poſteros, & natos natorum, & qui naſcentur ab illis, virtutum ſuarum, vt regnorum, principatuumque hæredes, bonis abundantes temporalibus in terra proſperari. Vt in eorum perſona Dauidicum illud verificetur. [l] *Potens in terra erit ſemen eius, generatio rectorum benedicetur.* Et alibi. [m] *Ecce ſic benedicetur homo qui timet Dominum. Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ: & videas filios filiorum tuorum* (ſcilicet bene proſperantes in terra) *pacem ſuper Iſrael.* Quod Conſtantino M. Theodoſio ſeniori, Clodouæo 1. Regum Francię Chriſtiano, Carolo M. S. Ludouico, & alijs ſimilis pietatis, virtutiſque principibus in cœlo degentibus videre glorioſè, fideliterque contigit. Quod vt perpetuo memoriæ ſuæ altiori radice Guillelmus pius, valdeque religioſus Angliæ rex imprimeret, illum ita Gregorius VII. alloquebatur poſt multa monitoria, & hortamenta. [n] *Tot procul dubio in futura gloria principum princeps futurus, quot vſque ad finem ſeculi exemplo tua obedientiæ principes ſaluabuntur. Et ſi quidam eorum ſaluari noluerint, tibi tamen retributio nullatenus minuetur. Non ſolum autem, ſed & in hoc mundo tibi, & hæredibus tuis victoria, honor, potentia, ſublimitas amplius optime tribuetur.* Sic ſua Deus in bonis principibus ſolet coronare dona, cùm illorum merita in auxilijs ſuæ gratiæ, miſericordiæque radicata temporalibus, æterniſque præmijs remunerare dignatur.

Bonorum principum eo fruentium ſempiterno poſteri, eorumq; ſectatores virtutum proſperabuntur.
l Pſalm. 111.
m Pſalm. 127. v. 4. 5. 6.
Quo plures princeps ſuo exemplo ad virtutis ſtudiũ extulit, eo in cœlo maiores gloriæ laureolas conſequetur.
n Greg. VII. l. 7. ep. 23.

A

CAPVT IX.

Peccata populi malum principem pariũt Deo permittente, principem, & populum non resipiscentes temporalibus pœnis æternarum prænuntiis puniente.

1. *Propter peccata populorum permittit Deus regnare impios, quos correptis populis exterminat, vel non correctis vtrosque perdit, principes, ac populos illos.*
2. *De pœnis temporalibus, non inconstanti paganorum fortuna, sed diuina iustitia attributis, quibus in hac vita, & in exitu eius principes impios subiugat Deus.*
3. *Nullum peccatum impunitum à Deo relictum, sicut nullum bonum sine præmio.*
4. *Impij principes dum corrumpendo populos, Ecclesiam Dei diuidere, funditusque dissipare moliuntur, seipsos & imperium temporale, vna cum æterna salute perdunt.*

B

a Orig hom 4 in l. Iudic
b Hieronym
c Andacter. 8 qu. 1.

NON minùs verè quàm liberè cum Origene,[a] & S. Hieron.[b] dicam, persæpe dari populis à Deo rectores, atq; principes, pro vt illorũ merita, aut demerita deposcũt. *Audacter fortasis aliquid dicimus,* inquit S. Hieron. *tamen quod scriptum est dicimus. N. n semper princeps populi, & Ecclesiæ iudex per Dei arbitrium datur* (scil. approbationem, vt ibi[e] Glossa) *sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, & operamur malignum in conspectu Domini: dantur nobis principes secundum cor nostrum.* Quod S.[d] doctor sacris illustrat exemplis. *Audi namque quod Dominus dixit. Fecerunt sibi regem, & non per me* (scil.[e] vt exponit Glossa, comprobantem, sed tamen iubentem propter duritiem cordis populi) *principem, & non per consilium meum* (nempe approbationem meam, vt[f] ibi Glossa.) Et hoc dictum videtur de Saül illo, quem vtique ipse Dominus elegerat, & regẽ fieri iusserat, sed quoniam non secundum voluntatem Dei, sed secundum peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eum cum sua voluntate, & consilio constitutum; atque rectè quidem cum sua permissione, *vt permittendo quæ non placent populis propter sua crimina à malo rectore torqueantur.* Sic illud S. Isidori verificatur.[g] *Secundùm meritum plebium disponitur vita rectorum.* Et alia similia, quę quia supra commemorata, sponte missa facimus. Vsus freqoentior est, quàm populi saluti expediret, quo in vltionem scelerum vitæ populorum moribus deprauatis contaminatorũ, bonos Deus talibus substrahit populis principes tanquam indignis, io eorumq; locum impios regnare permittit: sicut exempla multa passim in historiis obuia manifestant. Vt populi Constantinopolitani sub impio Nicephoro Imp. corruptissimi, odio in optimum Imp. Michaëlem nomine Curopalatam acerrimum Cathol. Ecclesiæ

C

e Glossa verb. Arbitrium ibi.
d Hieron. ibi
e Glos. verb. & non per me.
f Glossa per consiliũ ibid.

D

g S. Isid. Hisp. l. 3. sent. c. 48.

Propter peccata populi Deus bonos principes tollens, impios regnare permittit.

A

vindicem, hæreticorumq; vt Manichęorum exterminatorẽ excandescentis, corruptos illius populi mores corrigere studẽtem. Sed ingratus populos, scelestus, & furens in Dominum suum, non meruit diu frui tanto imperatore: nam auferens illum Deus voluntariè imperio cedentem, vt totum se diuino seruitio vnà cum vxore, ac liberis in monasterio mancipareт, atq; consecraret, nequiorem adhuc Nicephoro nefando tyrannũ, Leonem videlicet Armenium sceleratissimũ Iconoclastarum hęreticorũ ductorem, soper hunc deprauatum populum, in vltionem scelerum illius, regnare permisit, vt[h] Cedrenus & Theophanes anno 813. cõmemorant. Vnde cùm S. Monachus, vt scribit idem Cedrenus, imperante, imo furẽte potiùs Phoca tyranno crudelissimo Deũ ad disceptationẽ prouocasset, quęrendo, & sciscitando ab eo.[i] *Cur tam impium Christianus populus imperatorem dominari pateretur. Tunc ipse sanctus cùm neminem videret, vocem sibi dicentẽ audiuit: Deteriorẽ illo alium inueniri potuisse nullum, & hoc meruisse Constantinopolitanorum flagitia.* Sic propter immania in sanctos Dei ministros, Ecclesięque sanctæ defensores, Orientaliũ populorum patrata scelera, Deus cùm longo tempore, scilicet 24 annis, & vltra, sceleratum his populis Leonem Isauricũ crudeliter, nefarièq; dominari permisisset, illo morte[k] ad inferos maledicta præcipitatu, filium eius, patre ipso scelerihus, & impietatibus longe superiorem Leonem Copronymũ in medio horũ populorum talibus dignorũ rectoribos passus est furere, atque crudelissimè bacchari. De quo Theophanes ita.[l] *Hic perniciosissimus & ferus tyrannicè nec legitimè, abusus imperio, primo quidem à Deo, & intemerata matre eius, & ab omnibus sanctis abscedit, magicis maleficijs, & luxurijs, cruentisq; sacrificijs, & caballinis stercoribus, atq; lotio delectatus, mollicrebus, ac dęmonum inuocationibus gaudẽs, atq; omnibus animas corrumpentibus adinuentionibus à tenera ætate coniunctẽs.* Plane vt scelerati illi popoli Ecclesię sanctissimę, sedisque rebelles Apostolicæ, propter crimina sua, tale crudelitatis, sacrilegiique monstrum tolerare coacti, sibi dictum à Deo per Oseam prophetam intelligerent.[m] *Dabo vobis regem in furore meo.*

B

h Cedrenus Theophanes anno 813.
i Cedr. anno 610.
k Theophan. an. 741.
l Theoph. an. 741. in Miscellanes.

C

m Osee c. 13.

Hinc est quod impius princeps, seruusq; tyrannus nõnunquã in scripturis Dei flagella, tortores, & irę, ad torquendos deprauatos, nefariosq; populos, ac castigandos appellẽtur. Sic enim de Salmanasar, & Sennacherib immanibus tyrannis, & principibus, ad crudelitatem, ferocitatemq; insignibus, apud prophetã Deus loquitur.[n] *Assur virga furoris mei, & baculus ipse est: in manu eorum indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prędam, & ponat illum in conculcationem, quasi lutum platearum.* Sic & Nabuchodonosor in hunc sensum, & finem Dei virga dictus: sic Christianorum temporihus, Attila Hũnorum Rex Dei flagellum, & Tamberlanus se magnam iram Dei, furorẽque nominabant. Propterea rectè Salomon, dictante spiritu Sancto, dixit.[o] *Leo rugiens, & vrsus esuriens princeps impius.* Quid enim non arridet, & cordi est crudelitatis, & ferocitatis ad effundendum sanguinem, talibos bestiis natura tetris, & immanibus, quas improba ventris exegit cæcas rabies, vt famem esuriemque aliena cæde trucidationeque depellant? Similis est ardor nocendi,

D

2. pars. *Mali principes ad populos puniendos flagella Dei, & iræ dicti quos correctis populis postea Deus exterminat.*
n Esaiæ c. 10.
o Prou. 28. v. 15.

cruciandique populos in principe ſæuo omnia tyrannico impetu vaſtare conante. *Cuius eſt* [a] *in ſpeci: hominis feritas, & immanitas belluæ.* Atque huiuſmodi ſæuo tyrannorum, impiorumque principum miniſterio ad improborum populorum caſtigationem in hoc mundo ſæpe, ſicut dæmonibus in inferno ad damnatorum cruciatus, tanquam ſuæ iuſtitiæ miniſtris vtitur Deus. Vnde D. [b] Auguſtinos. *Etiam talibus*, inquit, (ſcilicet magnis principibus) *dominandi poteſtas non datur, niſi eum ſummi Dei prouidentia res humanas iudicat tal bus dominis dignas.* At poſtquam durè, ſeuereque caſtigati populi, talibus Dei flagellis, irę que diuinæ miniſtris, vexatione illis dante intellectum, ad Deum vitæ eiuratione prioris, peccatorumque deteſtatione reuertuntur: tunc [c] *excitatus tanquam dormiens Dominus, & tanquam potens crapulatus à vino*, armaturam zeli ſui ſuſcipiens, ad confringenda, in ignemque iuſtitiæ conijcienda huiuſmodi flagella indignationis, iræque ſuæ, illos videlicet impios tyrannos, iniuſtoſque principes ſuam vel deſerentes, vel contemnentes, vel opprimentes eccleſiam, perdendos pœnis temporalibus, & æternis aſſurgit. Quod quidem Conſtantio Imperatori Ariano, in maiorem ſuperbiam, impietatemque poſt victoriam de Magnentio tyranno fratris Conſtantis optimi, religioſiſſimique imperatoris interfectore reportatam prolapſo, vt tandem reſipiſceret, ſaperet, & nouiſſima prouideret, Lucifer Calaritanus imprimere conatus eſt, ſed fruſtra. Nam ipſe nefandus Arianæ factionis imperator, ſanctiſſimæque fidei Nicænæ perſecutor immaniſſimus poſt Magnentium [d] à ſe triumphatum inſolentiſſima arrogantia, planè intolerabili inflatus, tumenſque ſuperbia, ipſorummet ethnicorum relatione ſcriptorum, Deum ipſum regnorum datorem deſpiciens, æternum ſibi fore promittebat imperium. Nam vt ait ipſe Ammianus [e] in principio libri 15. *Quo ille ſtudio blanditiarum exquiſito ſublatus, immunemque ſe deinde fore ab omni mortalitatis incommodo fidenter exiſtimans, confeſtim à iuſtitia declinauit ita intemperanter, vt æternitatem meam aliquoties ſubſcriberet, ipſe dictando, ſcribendoque propria manu orbis totius ſe Dominum appellaret &c.* Quem prodigioſæ ſuperbiæ tumorem, typhumque vt molliret, atque demitteret, ipſe Lucifer propoſuit illi pœnas tēporales, & æternas, quibus poſt lōgas proſperitates ſuperbiſſimos, & nequiſſimos principes in ſuis induratos impietatibus, viuos, mortuoſque Deus percotere ſolet, vt ſi forte à Deo pœnas effugiat temporales eò acerbioribus, moltòque grauioribus æternæ durationis in inferno cruciatibus, illum afflictum iri certificans: quò minus de temporalibus pœnis in maximorum ſcelerum profundo demerſus nihil ſenſerit: hæc enim principi illi poſt victoriam ſuperbiſſimo reddito inter alia ſuggerit. *Vides Conſtanti, tametſi contingat tibi in ſumma fœlicitate, in hac temporali verſari vita, tamen magis timere debes, quod Dei reſeruetis iudicio: & licet etiam ij, qui ſtatim extinguuntur, quibus hic aliqua diuinitus irrogantur pœnarum genera, poſt diſceſſum ſemper torqueantur. Tamen tu ſi in ſumma viuens fœlicitate fueris, hinc raptus aduerte qualiter vindicta in te ſit proceſſura, quę in tanto inueniaris ſcelere.*

Proh! in quàm miſero, funeſtoque periculo verſentur illi populorum rectores iniuſtè, contraque Dei legem imperantes, quantis præter futuras, & æternas in hac vita miſerijs obnoxij? Quàm durum aſperumque de illis malè regnantibus iudicium Dei fiet? Quàm potentes illi potenter tormenta patientur? Qui peruigilare deprecantur contra præceptum Dei. [f] *Quaſi rationem reddituri pro ſubditorum animabus.* Quid illi tandem ſaluatori noſtro, principi regum terræ, ſupremoque omnium iudici, cui pater æternus omne iudicium dedit, talia dicenti atque de illis vehementer expoſtulanti reſpondebunt? [g] *Quoniam data eſt à Deo poteſtas vobis, & virtus ab altiſsimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: cùm eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtes, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, nec ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis. Horrendè, & citò apparebit vobis* (etiam in hac vita) *quoniam iudicium duriſsimum in his qui præſunt fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur.* Non ſolum æterna in futuro ſæculo, ſed temporalia in præſenti. *Audiant*, inquit S. [h] Chryſoſtomus, *etiam illi qui regnunt, & gerunt magiſtratus, non ſolùm ij qui ab illis reguntur, quod ſicut eos, qui reguntur, oportet eſſe obedientes, ita etiam eos qui regunt, & gerunt magiſtratus eſſe vigilantes, & ſobrios.* Quid autem ſit vigilare, idem S. [i] pater exponit his verbis. *Quid dicis vigilat? imminet periculum eius capiti: ſubijcitur pœnis tuorum peccatorum; & propter te eſt tanto obnoxius timori.* His dictis poſt multa ſubiungit ſequentia. *Papè quantum eſt periculum? Quid miſerius illis dixeris, qui ſe conijciunt in tantam abyſſum ſuppliciorum? Omnium quos regis mulierum, & virorum, & puerorum à te reddenda eſt ratio, tanto igni caput tuum ſubijcis, miror an fieri poſſit, vt aliquis ex rectoribus ſit ſaluus, cùm videas poſt minas, & præſentem ſocordiam aliquos adhuc occurrentes, & ſe conijcientes in tantam molem rectionis, & adminiſtrationis.* Et alibi. [k] *Iam verò conſidera quantum periculi ſit, per ſingulos ſubditorum diſcuti, rationemque pro omnibus reddere?* Quæ conſiderans diligenter, altaque mente perpendens, valde ſaluti rectorum vtriuſque fori permetuit, eccleſiaſtici præſertim, vt cùm talia locutus eſt. [l] *Non temere dico, ſed vt affectus ſum, & ſentio, non arbitror inter ſacerdotes multos eſſe qui ſalui fiant, ſed multo plures, qui pereant.* At ſi negligentes, & obliti muneris iniuncti, ſibi tantam ſuæ ſalutis aleam periclitantur, tantum ſibi in terris infortuniom, & poſt præſentis vitæ funera, tantam ſibi damnationis aſperitatem acquirunt: quid futurum eſt de his populorum regnatoribus, qui non ſolum eorum ſalutem negligenter, oſcitanterque procurant, ſed etiam omnia in peruerſum operantur: vt honore Dei blaſphemiis, ſacrilegijſque ſubiogato, illi nunquam ſalutem ſuam exemplo principum flagitioſo corrupti conſequantur? Qui diuina, humanaque iura prauè regnando violant, qui ſubditorum pectoribos ſuæ ſceleratæ vitæ virus infundunt, qui ab illorum cordibus pietatis puritatem, Chriſtianæque ſanctitatem religionis auellunt: Qui eccleſiaſticæ pacis ſecuritati fraudulenter inſidiantur? Ipſius denique fidelium matris eccleſiæ ſanctiſſimæ, vnicæ Chriſti D. ſponſæ ortodoxæ, Apoſtolicæ, & Romanæ ruinam, interitumque moliuntur? Quæ ſcelera tam nefanda & execranda eſſe coram Deo iudicantur, vt alia alio qui grauia, & atrocia præ illis leuia, aut nulla eſſe videantur. Quod oſtendere volens ſpiritus

[a] Cic. l. 3. off.

Sæpe Deus vtitur malis principibus ad puniendos malos populos in terra vt dæmonibus in inferno ad torquendos damnatos.

[b] S. Aug. l. 5. de ciuit. c. 21.

[c] Psal. 77. v. 65.

Correctis populis virgas ſuſ furoris tyrannos ac malos principes Deus exterminat.

[d] Zoſim. l. 2. in fin.

[e] Ammian. Marcel. l. 15. princip.

Lucifer Calaritanus commentatio inſtar increpatio, iuſta reprehenſionisque ſeuera ad Conſtantium imp.

2. pars. De pœnis principum improborum, impiorumque temporalibus.

[f] Hebr. c. 13. v. 17.

[g] Sap. c. 6. v. 4.

[h] S. Chryſoſ. in c. 23 S. Matth. vt ibi ſupra cathedram Moyſi &c.

[i] D. Chryſ. ibid.

Quanto in periculo temporalis, & æternæ miſeriæ populorum principes male viuendo regnandoque verſantur.

[k] S. Chryſo. hom. 2 in 2. ep. ad Thi.

[l] Idem hom. 3 in Act. Apoſt.

Contra Dei fidem, religionem, & eccleſiam peccata grauiſsima ſunt, vt pro his alia parum offenſionis habeant.

sanctus per sapientis os ita de regibus Iuda locutus est.[a] *Praeter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt. Nam reliquerunt legem altissimi reges Iuda, & contempserunt timorem Dei, dederunt enim regnum suum alijs, & gloriam suam alienigenæ genti.* Mirum quod spiritus sanctus hos tres non peccauisse dixerit; cùm ipse Dauid,[b] vt duos alios taceam, adulterio innocentis sanguine eruentato se tam atrociter inquinauerit. Verum hoc dixit ideo spiritus Dei vt reliquorum regum Iuda dæmoniorum cultibus atrocibus immanissimè mancipatorum execrabilia, nefandaque flagitia magis, magisque detestaretur, quibus armati furiosè veram Dei religionem, cultum sincerum, ecclesiæque illius sanctitatem crudeliter oppugnarunt: quæ scelera tam enormia sunt, vt præ eorum comparatione alia contra bonos mores crimina, quamquam per se valde grauia sunt, aut nulla, certè parua esse iudicentur. Quàm horribilia illa contra Christi D. legem gratiæ, contra perfectam, catholicamque eius religionem, contra immaculatam eius ecclesiam, ruga omni, maculaque carentem, principum impiorum crimina, quantisque digna temporalibus, æternisque tormentis esse credimus? Hine persæpe in tantorum authores scelerum, malorum omne genus assurgit, pugnante Deo, & pro eo orbe terrarum, contra tales insensatos. *Quorum*[c] *prosperis rebus, qui antea certabant ad obsequium, tunc aduersam fortunam omnes ex æquo detrectabant.* Imo in eos tanquam miseros, calamitososque ea gimine facto exterminandos incurrent. Iuxta illud Theocriti.

[d] Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται.
Ruente quercu ligna quiuis colligit.

O magna cæcitas impiorū principum, atque dementia! nolle aduertere res suas, dominatio-misq; suæ negotia, propter scelera multa in Deū inque eius religionem, iustitiamque patrata in peius ruere, ac retro sublapsa referri. Quas miseras varietates, mutationesque fortunæ pagani infideles attribuebant, sed decepti, ac delusi à dæmone, falsa credebant, & asserebant.

[e] *Fortuna sæuo læta negotio*
Ludum insolentem ludere pertinax
Transmittit incertos honores:
Nunc mihi, nunc alij benigna.

Alius poëta graues, variosque fortunæ casus admirando, gemendoque, cogitans per exclamationem canebat.

Quid numerem euersas urbes, regumque ruinas?
Inque rogo Crœsum? Priamumque in littore truncum?
Cui nec Troia rogus? Quid Xerxem, maius & ipso,
Naufragium pelago? Quid captos agmine reges?

At Christiani in meliori schola sapientiùs, veriusque, quàm pagani eruditi, hos acerbos, funestosque humanæ vitæ casus, & euentus non erraticæ, variantisque fortunæ, (quæ anile, ethicumque planè delirium est) vanæ, & imaginariæ potentiæ, sed Dei veri omnipotentis iustitiæ, malorum vltrici, prouidentiæque sagacissimæ, cuius nutu nihil frustra fit, ac temerè in terris, attribuunt. Vt improbi nulli præcipuè potentes, scelerum suorum hîc, aut in altero sæculo pœnas effugisse, multisque criminibus; hisque nefan-

A dissimis supremam Dei maiestatem, & non violabile numen oppugnauisse, sanctissimamque eius ecclesiam violenta persecutione vexauisse impunè glorientur. *Caue dicas*, inquit[f] S. Basilius, *temerè factum est hoc, & sponte hoc contigit: nihil enim inordinatum, nihil non præfinitum, nihil accidit frustra, nihil temerè fertur, nec malum vllum euentum nec malam dixeris horam. Ha namque ineruditorum, & disciplinam Christianorum ignorantium sunt voces.*

Sicut enim nullum bonum quantumuis exiguum suo Deus frustrari præmio permittit: sic nullum peccatum cuiuscumque sit enormitatis exilis, aut magnæ, suo carere debito, destituique flagello patietur. Hæc communis ecclesiæ,[g] sanctorúq; patrum doctrina. Ne fallantur principes mundi, quia potentes: vt credant impietatum suarum nullas fore tortiones, atque pœnas.[h]

B *Etiam hoc risus dolore miscebitur: & extrema gaudij luctus occupabit.*[i] *Mundi enim sunt oculi Dei, ne videant malum, & respicere ad iniquitates non poteris.* Videlicet sine pœna, suppliciōque: quibus omnes peccatores terræ mactabit; præsertim verò reges, principes, aliorumque rectores, qui quò potentiores fecerit, maioribusque suis locupletauerit beneficiis, eò ingratos, & tantorum oblitos beneficiorum grauioribus affectos suppliciis miseriores efficiet.[k] *An quia imperator es nullum Dei contra te iudicium esse putas?* Aiebat S. Symmachus Papa Anastasio imperatori. *Perniciosa vos metipsos persuasione fallentes* (vt Eucherii Lugunensis verba vobis, ô terræ principes! accommodem) *putatis quod mala vestra spatio temporis euanuerint: Et quia vos illa obliti estis, creditis quod de memoria diuinæ seueritatis delapsa sunt. Sed non*

C *est ita! Omnia apud illum collecta, omnia apud illum reposita, atque signata sunt.*[l] Et vt ait S. Chrysostomus apud Stobæum. Καὶ γὰρ αὐτοὶ ὁπόταν τῶν ἁμαρτημάτων ὁ Θεὸς οὐδέποτε ἐπιλανθάνεται. *Nā licet ipse delictorum obliuiscaris, Deus nunquam obliuiscitur.* Quod agnoscens Iob suo tempore, potens in terra Hus Arabiæ princeps, in miserrimas redactus angustias, miseriasque, quas patientia superabat, ita Domino confitebatur.[m] *Signasti quasi in sacculo delicta mea, & gressus meos dinumerasti.* Signasti, id est diligentissimè apud te seruasti, & quasi admoto iustitiæ tuæ sigillo, quod frangere nefas est, retinuisti, vt aliquando illa iudicio tuo condemnares, nisi priùs hæc ipse pœnitentiæ lachrymis, gemitibusque diluerim.

Impietas nefandorum principum intolerabilis! eò vsque se veluti multiplicis arrogantiæ gradibus, effrænatæq; audaciæ, necnō præsumptionis ascensionibus attollens, vt regnum Dei quod est ecclesia eius, audeat adoriri, ausuque sacrilego

D aggredi minime perhorrescat, quo illud diuidat, dissipet, & in interitum si possit effundat. Dum verò ad ista aduersus Dominum, & aduersus Christum eius furenter anhelat, principum impiorum regna, dominationesque destruit.[n] *Plane quisquis molitur sanctam diuidere ecclesiam*, inquiebat Petrus Damianus Henrico iuueni Germaniæ regi, *Timendum sibi est, ne secundum euangelicam sententiam & ipse diuidatur.*[o] *Veniet*, inquit *Dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet.* Huius veritatis testis locupletissimus suo infortunio, calamitateque maxima

a Ecclesi. c. 49
b 2. Reg. c. 11.
c Tacit. l. 1. hist.
d Schol. Theocr.
e Horat. l. 3. ode 29.
Manilius poet. l. 4. Astronom.
Aduersitates miseriasque vitæ præsentis quas falsò pagani fortunæ ludibrio tribuebant, verè Christiani Deo iustitia peccatorum principum vt aliorum potius vindicantes attribuunt.
f S. Basil. in psal. 32.
3. Paro. *Nullum peccatum impune à Deo relinqui, sicut nullum bonū sine præmio.*
g S. Ambros. in c. 2. ad Rom. S. Hier. c. si quando de pœnit. S. Aug. Prou. c. 14.
h Prouerb. 14.
i Abacuc. c. 1.
k Symmach. papæ epist. ad Anastas.
Eucher. Lugd. hom. 5. ad monach.
l Chrysost. apud Stobæū 937. n. 35 ser. 297. de iniustitia, peccatione, & confessione.
m Iob. 14.
4. Paro. *Principes impios Deo ecclesiam diuidere ac dissipare tentantes perdit cum salute æterna temporale regnum & secum illo.*
n Petri Damiani ep. ad Henricum regem Germaniæ.
o S. Luc. 12.

Conſtantius imp perſecutor eccleſiæ Dei perpetuus vita que orbatus imperio miſeram vitam finiuit.

prodibit ſceleratiſſimus, atque ſuperbiſſimus omnium Conſtantius imp. qui longa multarum proſperitatum ſerie factus ſemper arrogantior, & in Deum ipſum Chriſtum D. tot authorem bonorum (cuius ſine fine diuinitatem quoad vixit, atrociter oppugnauit) immanior, atque ferocior, tandem diuina vindicta illius proſperitatis, fœlicitatiſque mundanæ curſum ſiſtente ex auguſtiſſimo, fœliciſſimoque ſtatu, in abiectiſſimum, miſerrimumque calamitatum grauiſſimarum præcipitium breui tempore collapſus eſt. Nam ſub finem vitæ vtroque imperio, occidentalis, & orientalis orbatum ſe vidit, quippe in Gallis[a] Iulianus Cæſar ab exercitu creatus Auguſtus eſt, & in oriente perditis multis exercitibus, victoriiſque ſuperatus à Perſis miſerrimè fugiens, à facie triumphantium de ſe hoſtium profugus huc illucque vitam in tanta traxit inopia,[b] vt panis fruſto precariò ab anu quadam agreſti porrecto, vtcumque fami, & mediæ grauiſſimæ reſiſtere coactus ſit. Poſtea audiens Iulianum contra ſe cum magno exercitu celeribus itineribus properantem, vt ſe vita imperioque priuaret, omni auxilio, & ope deſtitutus externis ſicut internis, actus in deſperationem melioris fortunæ tædio, triſtitiaque confectus miſerrimè æternis illico pœnis illapſurus expirauit: de cuius miſero exitu vitæ hæc[c] S. Hieronymus. *Conſtantius Arianæ fautor hæreſeos, dum contra inimicum paratur, & concitus fertur ad pugnam, in Mopſi viculo moriens magno dolore hoſti reliquit imperium.* Libro contra Luciferianus.[d] *Dominus excitatur, imperat tempeſtas, beſtia moritur,* ſcilicet Conſtantius, *& eccleſiæ tranquillitas redit, &c.* In ſimilem nefandiſſimi, funeſtiſſimique exitus vitæ foueam incidit illius in imperio ſucceſſor, nefandiſſimus dæmonum cultor, & ſacrilegus Chriſtianæ religionis oppugnator apoſtata Iulianus: quem poſtea ſecuti ſunt alii execrabiles eccleſiæ Dei perſecutores, Valens, Anaſtaſius, Hunericus & alii: quos diu expectatos ad pœnitentiam, & Dei patientia in dies factos immaniores, poſt temporales pœnas, in infernum paſſuros æternas, in tot contra Dei eccleſiam, ſæuitiarum, crudelitatumque vindictam vltio diuina præcipitauit. Ideoque Petrus Damianus Henricum Germaniæ regem exhortando, vt eorum impiorum contra Dei eccleſiam immania facta deteſtaretur, quorum terribiles, maximèque exitiales vitæ exitus perhorreſcere deberet: hæc poſt multa illi principi ſuggerebat.[e] *Scribantur annales, texatur hiſtoria, quæ dicat, quia Nerua clementiſſimus imperator pacificauit eccleſiam, Conſtantinus confirmauit, Theodoſius exaltauit, & cùm peruentum fuerit ad te, glorioſumne tibi erit, ſi dicatur, Henricus diuiſit. Abſit hoc à te vt hanc legat hiſtoriam poſteritas ventura de te. Noli ergo eſſe Phaleg,* (in cuius diebus ſcilicet vt dixit ſupra. *Diuiſa eſt terra.* Geneſ. 10.)[f] *qui coniuncta diuidas, ſed eſto Chriſti diſcipulus, qui diuiſa coniungas. Ij verò qui ad diuiſionem Apoſtolicæ ſedis diabolico ſuccenduntur inſtinctu, Dathan, & Abiron, atque Chore in memoriam reuocent,* (ſcilicet ſchiſmatici nefandi pſeudopapæ Cadaloo fauentes) *& ex eorum perditionibus colligant, quis finis etiam ſequi non diſſimilia ſectantur, expectet.* Et paulo poſt.[g] *Cauendum eſt, ô Rex, nedum tu paternis diuidis ſacerdotium, tuum quoque* (quod abſit) *diuidatur imperium.* Nam ſicut ſacra ſcriptura[h] teſtatur. *Vt Saul apprehendet ſummitatem pallij Samuelis, &*

a Ammianus l. 20.

b Ammianus l. 25.

c S. Hierony. ep. 1 ad Heliod.

d L. contra Luciferianos propè fin.

Aliorum eccleſiæ perſecutorum poſt Conſtantium funeſtiſſimus exitus vitæ.

e Petri Damiani epiſt. ad Henricũ Germaniæ regem.

f Geneſ. 10.

g Ibid.

Contra ſchiſmaticos quidam oppreſſione SS. eccleſiæ Apoſtolicæ & Romanæ laceraro regnum exaltare procedunt illud deſtruunt.

h 1. Reg. 15.

A *ſcidit: protinus illi Samuel: Sic, inquit, ſcidit Dominus regnũ Iſrael hodie à te, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Porro autem ſicut pallium illud veſtis erat Samuelis, ſic & ſancta eccleſia veſtis & vtcumque redemptoris;*[i] *cui per prophetam dicitur. Confeſſionem, & decorem induiſti. Confeſſionem quippe Dominus induit, cùm ſibi peccatores aſſociat pœnitendo ſanatos: decorem vero cum ſibimet clementer agglutinat, innocentes nitore iuſtitiæ ſpecioſos.* Poſt hæc aduerſus ſchiſmaticos, impioſque eccleſiæ perſecutores, eam perdere conantes, ita concludit. *Pallium igitur Samuelis Saul abrupit, & regnum perdidit.* Chriſti ſcinditur ſcilicet dignitas, pontificia diuiditur, & opprimitur; *& licet non ſcindentis, tamen ſcindere permittentis ſtabit imperium?* Quid erit de his terræ potentibus, qui non modò Chriſti Domini veſtimentum atque corpus

B myſticum, quod eſt eccleſia ſcindunt, verùm etiam qui illud totum impietatis ſuæ gurgite abſorbere, ſuæque furore tyrannidis exterminare conantur? Propterea ſtrenuus, atque catholicus ductor[k] Traianus exercitus Valenti Ariano Imperatori exprobranti, quòd victus cum ſuo exercitu, ſuperatuſque eſſet à Gothis, egregiè reſpondit: *Non ego, ô imperator victus ſum, ſed tu ipſe victoriam perdidiſti, qui contra Deum aciem inſtruere non deſinis, & ita eius auxilium barbaris conciliat.* Quam cauſam ruinæ interituſque regnorum & exercituum impietati hæreticæ acceptã referens ſanctiſſimus monachus Iſacius prophetiæ dono cumulatus, eidem imperatori Ariano ad bellum contra Gothos illos barbaros proficiſcenti, voce libera dixit inclamando:[l] *Quò proficiſceris, ô imperator, qui auxilio Dei, contra quem bellum geris, deſtitutus es? Idcirco ille barbaros*

C *aduerſus te concitauit, quoniam tu multorum linguas ad blaſphemias aduerſus eum loquendas excitaſti, & pijs eum laudibus celebrantes eccleſiis exturbaſti. Deſine igitur in bellum contra eum facere, & ipſe bellum contra te commotum ſedabit.* Cuius ſalutarem religioſiſſimi anachoretæ vocem infœlix imperator deſpiciens victus à Gothis, exercitu flamma, ferroque deleto, vita, & imperio priuatus, in fuga miſeram animam flammis conſumpto corpore vltricibus exhalauit. Iuſtiniano ſeniore quis vnquam principum terræ, & imperatorum, quãdiu Dei cauſam veræ eccleſiæ catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ gremio concluſus ſtrenuè, religioſèque tutatus eſt, extitit fœlicior, atque glorioſior? Quid illi potuit de tribus mundi partibus triumphatori, quia huic ſanctiſſimæ matri obſequenti, ad maiorem gloriam cumulatus addi? Contra verò quando defecit à catholica fide,

D ſordibus Eutychianæ impietatis immerſus, eccleſiæ matri ſanctiſſimæ rebellis, quantis opprobriis ſaturatus, quantis ignominiæ ſordibus inglorius, quantis denique miſeriarum procellis, & tempeſtatibus vſque ad funera iactatus ingemuit? Eius in hæreſim lapſus, & à vera fide, catholicæque ſinceritate religionis auerſio totum tumultibus, & rebellionibus oppreſsit imperium. Ipſe afflictus vitam trahens in tenebris erroris, ab omnibus terræ populis, etiam barbaris deſpectus, languet inglorius, qui totum ſuæ mũdum authoritatis nutu tremefecerat,[m] barbaris Hunnis per Thraciam, Græciam, aliaſque orientalis imperii regiones graſſantibus, cogitur fieri tributarius; qui poſt multas ægritudines, tædiaque vitæ, tandem iuſto Dei iudicio torrente ab-

i Pſal. 103.

Hæreſis perdit victorias, & imperia.

k Hiſt. tripart l. 8. c. 13. Theodor. l. 4. c. 29.

l Theodoret. l. 4. c. 30. Nicephor. l. 11 c. 50. Metaphraſt in vita S. Iſacij.

Iuſtinianus quandiu eccleſiæ catholicæ obſequens extitit fœliciſſimus, cum primum rebellis factus hæreticus miſerrimus extitit.

m Agathias in hiſtoria.

Damnatus Iustinianus ad inferos.
a Euagr l. 5. c 1. scriptor temporis Iustiniani.

sorptus hæreseos, morte repentina correptus in puncto descendit ad inferos. Vt hæc Euagrii verba testantur. [a] *Iustinianus igitur cum omnia omnino turba, ac tumultu compleuisset, mercedem his debitam extremo vitæ suæ tempore reportasset, ad supplicia iusto Dei iudicio apud inferos luenda profectus est.* Cæteros ecclesiæ Dei persecutores temporalibus pœnis immissis à Deo, vehementer oppressos in hac vita, principes vlteriùs commemorare minimè persequar; nam quis tot exempla in historiis insita narrandi finis? At cum illi suo se scelere miseros efficiunt, quantis populos suæ ditioni creditos calamitatibus excruciant? *Quos propterea nunquam nasci melius fuisset, quàm numerari*, vt cum Seneca[b] loquar, *inter publico malo natos.* At quid sequitur post has temporales, transitoriasque pœnas, & afflictiones, scelerum vltrices, Deo priuatum faciente iudicium? Sempiterna miseria, nullum in inferis finem habitura!

b Senec. l. 1. de clem c. 18. in fin.

CAPVT X.

Diuinæ iustitiæ indignatio & puniendi impios principes sicut eorum populos ardor, post illorum fata non quiescit.

1. *De æterno in inferis impiorum principum sine pœnitentia salutari defunctorum cruciatu.*
2. *Non puniri principes impios in hac vita, maxima est Dei indignatio, & ira in eos.*
3. *Damnatorum vitia parentum Deus adhuc in filiis posterisque in terra viuentibus vlciscitur.*
4. *Principes exemplo malæ vitæ suæ subditos corrumpentes se cum illis temporaliter & immortaliter perdunt.*

QVANTVS horror est in hæc futura inferorum, quibus scelerati principes immortaliter depascuntur tormenta, cruciatusque, sola cogitatione respicere? Proh dolor! Illi improbi Deo ecclesiæque rebelles principes in vita de iustis nequiter eos opprimendo triumphant. At miserum! De istis in inferno dæmones ipsi triumphabunt. Hoc ne verum? Interrogetur Propheta. Qui de diabolo, & Angelis eius loquens ait. [c] *Ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt.* Quod euenit tunc, cùm ipsi tyranni, nefariique principes, [d] *diu expectati à Deo*, vt conuerterentur, *citò tolluntur*, [e] *& in puncto descendant ad inferos.* Cùm diu in altum sublati, subito lapsu grauiore ruunt. Cùm diuitias, honores, potentias, potestates, quibus flagitiosè contra Deum, ecclesiam, sibique creditos populos abusi sunt, illis sunt in præcipitium vt profundius ad ima tartara labantur. Quod ad viuum propheta Esaias in persona Balthasar regis, aliorumque tyrannorum similis iniquitatis his verbis expressit. [f] *Infernus subter te conturbatus est in occursum aduentus tui: suscitabit tibi gygantes, omnes principes terræ, surrexerunt de soliis suis omnes principes nationum.* Quis tumultus ille? Quænam ista inferorum conturbatio, nisi dæmonum apparatus, ad triumphandum de his terræ quondam principibus scelerum multorum, contra Deum, eiusque ecclesiam ad corrumpendos sibi subditos in vita furore munitis, & armatis? Quid per gygantas istos, ac principes terræ propheta nisi dæmones intelligit? Quos Christus D.[g] mundi principes, & Apostolus[h] principes, ac tenebrarum rectores appellatunt, id est vitiorum, & criminum, quibus inquinati, corruptique homines tenebrarum filii in scripturis sacris numerari solent. Et isti principes mundi tenebrarumque harum spiritualia nequitiæ consurgent, & arma parabunt, atque flagella aduersus hos impios, nefarios tyrannos oppressoresque bonorum, non pastores populorum, sed potius mercenarios, imo etiam lupos rapaces ouium Christi, quos cita morte peremptos diuini iudicii fulmen in eorum antra funestissima, abyssosque detrusit. Quos tenentes in sua retia lapsos, & vincula, torquentesque dæmones isti sicuti raptores capta præda effrænatius exultabunt. Quantū tunc captiuis illis quondam terræ tyrannis, & oppressoribus ecclesiæ, suorum corruptoribus populorum miseriæ extremæ pondus aderit! Quanta doloris acerbitas! Tradi ligatis pedibus, manibusque tortori dæmoniorum principi Lucifero, & angelis eius non amplius ligato, vt in terris, sed soluto? [i] *Tunc tantò crudeliùs in illos sæuiet in inferno solutus, quàm fecerat in terra ligatus.* In qua dæmoniorum execrabili societate dominante Lucifero, quæ poterit esse consolatio? Nulla plane! [k] *Sed perpetuum væ, vlulatus, fletus, & stridor dentium.* Ad quid fletus iste? Ad quid stridor dentium? Quanta hos in inferno mala, torsionesque seuerissimæ causabuntur! *Aderit fletus, & vlulatus multus, ob ignem, qui non extinguetur*; ait S. Bernardus, [l] *Stridor verò ob vermem, qui non morietur. Planè fletus ex dolore, stridor dentium ex furore, fletum nempe tormentorum immanitas, stridorem dentium vehementia ipsa, tabescentis inuidiæ, & obstinata malignitas extorquebit.* Qualis tunc desolatio, & intolerabilis afflictio desperatis illis damnatis adhærebit, solùm cogitando se quondam in terra fuisse potentes? Et Dei beneficiorum ingratos voluptates vndique, contra illius gloriam, & populorum sibi creditorum salutem affluentius hausisse? Honoribus, facultatibus, opibusque temporalibus affluxisse? Quibus bene vtendo faciles sibi in cœlos ascensiones struere potuissent? At miseri illis abutendo ad abyssos inferni, gehennæque sempiternæ præcipitium sibi fabricarunt. [m] *Tunc illi merito immortaliter infœlices in pœna sua oculos aperient*, (vt cum S. Gregorio loquar) *quos diu tenuerunt clausos in culpa. Tunc considerasse omnia verum iudicem sentient, quando malorum suorum meritum iam euadere sentiendo non poterunt: sic iniqui diu ad pœnitentiam expectati idcirco sunt repente sublati.* [n] *Quia oculi Domini super vias hominum, & omnes gressus eorum considerat. Ac si diceret: quia ea quæ diu patienter conspexit, quandoque inulta non dimisit. Nam ecce subito violentum rapuit, & abstulit sine manu*, [o] vt loquitur Iob, id est nullo negotio. Voluntati enim potentiæque diuinæ quis resistet! [p] *Et mala eius*

De principibus damnatis in inferno dæmones triumphant.
c Abacuc. c. 1.
d S Greg l. 5. moral. c. 3.
e Iob c. 21. v. 13.
f Esaias c. 14.
g S. Ioan 12.
h Ephesios 6.
i S. Aug. l. 20. de ciuit. c 8 9
k S. Bernard. ser. de primordiis & nouissimis nostris.
l S Bernard. 10 psal. qui habitat ser. 8.
Damnati principes propter scelera recordatione prosperitatum quibus abundarunt in terra, & abusi sunt miseriores fiunt, & magis affliguntur.
m S Greg l. 5. moral c. 5.
n S. Greg. ibid.
o Iob c. 14
p Prouerb c. 2. v 14

quæ expectanao pertulit animaduertendo reſecuit. Quod ſi principes iniqui ſuperſtites in hac vita, *lætantes, cùm malè fecerint, & exultantes in rebus peſſimis*, magis inſoleſcant. [a] *Quod trahentes iniquitates ſuas in funiculis vanitatis*; Bonis omnibos in terra, proſperitatibuſque ſecundum deſideria cordis ſui cumularè perfruantur, nulliſque à Deo infortuniis, afflictioniboſque lædantur: Tantò eos quod hîc oon puniantur à Deo miſeriores iudico, quãtò hac caſtigationis diuinę priuatione, vel potiùs dilatione videtur ſibi beatiores.

a Eſaiæ c. 5. v. 18.

Dementes, ac cæci! qui neſciunt quanta Dei indignatio, æſtuſque vindictæ ſempiternæ, principes impios ſicut alios peccatores in hac vita non punire, noo eorum crimina, & male facta caſtigationibus temporalibus expiare, atque cõpeſcere. Vt poſtea illos nulla purgatos pœnitentia, diuina ſemper abuſos patientia, pœnis æternis ſuppliciiſque oullo fine torquendi circumſcriptis, gehẽna ignis inextinguibilis victuros, perpetuò fugiente ab illis inuocata morte mactet, & torqueat. Pœna ad paucos in vita metus ad omoes, ſed non in morte. Hîc hîc dum ſtatus moriendi vel pœnitendi durat. *Plectuntur quidam*, inquit [b] S. Cyprianus, *quo cæteri corrigantur, exempla ſunt omnium tormenta paucorum, ſicut* [c] *fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu, ſic animaduerſiones magnarum poteſtatum terrent latiùs, quàm nocent.* Hoc quidem verum in hoc ſæculo, in quo Deus nonnullos peruerſos principes non omnes caſtigare ſolet, vt cæteri horum infortunio iuſto à ſuis erroribus, flagitiiſque deterreantur. At nõ ſic in altero, in quo; [d] *Mors omnium peccatorum peſſima eſt.* In quod tempus pœnas improbotum differre, interea dum hic eos ab omni Deus immunes afflictione, turpiqoe geſtiẽtes exultatione, atq; lætitia viuere patitur, quãta calamitas? *Auferetur zelus meus à te, & quieſcã nec iraſcar ampliùs*, dicebat [e] Dominus. Quæ hæc Dei forma loqoẽdi eſt? Vt indignationis ſuæ, iræq; vehementiã contra peccatores obſtinatos, oſoreſque pœnitentiæ ſalutaris exprimat, dicere ſe amplius in hac vita illis iraſci nolle? *Ex hoc perſpicimus*, inquit S. Hieronymus, [f] *grandem offenſam eſſe nequaquam curæ haberi à Deo, ſed permitti hominem ſceleribus ſuis.* Similiter apud Oſeam prophetam cum potentiorum Hieroſolymitanæ ciuitatis habitatorum plurima, eaque grauiter enormia flagitia Deus indignando commemorauiſſet, ſubiuoxit. [g] *Non viſitabo filias veſtras, cùm fuerint fornicata, neque ſuper ſponſas veſtras, cum adulterauerint.* Quaſi diceret; deſeram vos impunitos, vſque ad extremum vitæ ſpiritum: tunc à morte veſtra temporali vltionem meam in vos per pœnas æternas exordiar. *En terribilem irati Dei in peccatores vocem*, inquit [h] Origenes. Quid verò magnus Auguſtinus. [i] *Vis, ait, noſſe nunc pœna* (in hoc ſæculo ſcilicet) *quanta ſit pœna? Interroga Dauid dicentem.* [k] *Irritauit Dominum peccator.* *Quare?* quærit S. Doctor. *Quid vidiſti ô propheta. Reſpondet Dauid. Vidi peccatorem luxuriantem, & exclamaui: irritauit Dominum peccator? Quare hoc dixiſti.* Petit ſanctus Aug. Poſt reſpondet. *Vide quid ſequitur: Secundum magnitudinem iræ ſuæ non quæret; ideo nempe non exquirit* (ſcilicet in hoc mundo) *quia multum iraſcitur.* Stupenda ſunt ea verba Dei, cùm præ magnitudine indignationis, & iræ ſuæ contra impios, eius, quod in profundum vitiorum venerint iudicia contemnentes ait. [l] *Miſereamur*

2. Pars. Non punire principes impios in hac vita magnum Dei indignatio, & ira in eos.

b S. Cypr. ſer. 5. de lapſis. Metus ad omnes, & pœna ad paucos in hac vita, non in altera.

c Seneca. l. 1. de Clem. c. 8.

d Pſal. 33. v. 22

e Ezech c. 16. v. 42.

f S. Hierony. in Ezech. c. 16.

g Oſeæ c. 4. v. 4.

h Orig. hom. 8. in exod

i S. Aug. ſer. 37. de verbis Domini.

k Pſal. 9. Nota pulchrã S. Auguſtini conceptionem.

l Eſaiæ c. 26.

A *impio, & non diſcet iuſtitiam.* Id eſt non caſtigemus obduratum in impietatibus ſuis in hoc ſæculo, vt abominationes vitæ ſuæ, & inioſtitias perſeueranter exercentem perennibus in altero cruciaobus affligamus. O inſania mundanorum iudicij! O perſuaſionis humanæ dementia! *Si quis furtum faciens oculum perdidiſſet*, inquit S. Auguſtinus, [m] *omnes dicerent Deum præſentem vindicaſſe, peccator oculum cordis amiſit, & ei peperciſſe putatur Deus.* Tantis, tamque atrocibus ſcelerum pœnis vltricibus in inferno perculſos immortaliter principes damnatos, alia tormenta temporalia vehementer excruciant, quibus in inferno ſepulti, filios, poſteroſqoe ſuos in vita hac flagellari ſeotiunt: quæ tormenta à ſuis orta criminibus in ipſos, quos ſoorum ſcelerum, ſicut calamitatum hæredes moriendo reliquerunt, vltore Deo funeſtiſſimè deriuarunt. Sic propter horrendas

m S. Aug. in pſal. 57.

Principes damnatos præter æternas pœnas inferni affligunt ſuorum filiorum calamitatibus in mundo hoc, quas ſua peccata poſteris illis pariunt.

B Achabi, & Ieſabelis idololatrias, blaſphemias, aliaque quamplurima facinora contra Deum, eiuſque ſanctiſſimam patrata religionem, vltio diuina voluit execrabilem eius domum, progeniemque ſacrilegam, atque nefandam funditus euertere: in illiuſque iuſtitiæ miniſterium Iehu diuinitus reuelante propheta [n] Eliſeo, ereatus eſt. Qui cum iuſſu Eliſei per vnum ex prophetarum filiis vngeretur, hæc iuſſa Domini ita per prophetã loquentis audiuit. [o] *Vnxi te regem ſuper populũ Domini Iſraël, & percuties domum Achab Domini tui, & vlciſcar ſanguinem ſeruorum meorum prophetarum, & ſanguinem omnium ſeruorum Domini*, [p] *de manu Iezabel, perdamque omnem domum Achab, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clauſum, & nouiſſimum Iſraël. Iezabel quoque comedent canes, &c.* Quæ qoidem ſcelerata mulier, vxor Achab, Sidoniorum filia regis erat. Quod

n 4 Reg. c. 9. 10.

o L. 4. Reg. c. 9.

p L. 3 Reg. 21. v. 21. 22. 23.

C iuſſum Dei facto ipſo Iehu compleuit, Iezabelem ex alta præcipitari palatii feneſtra. [q] Septuaginta vero Achabi filios iugulari præcipiendo: quorum capita in cophinis ad eum miſſa ſunt. Proh quot, & quantas filii, & poſteri parentum ſceleribus calamitates hauriunt! Inſuper enormis poſteris Achab propter eius ſcelera nefanda turpitudinis macula inuſta eſt: quod illi vt Ochoſias nepos Achab Athaliæ filius, filiæ Achab, & eius filius Ioas, & oepos Amaſia in odium, execrationemque parentum eorum Achabi, & Iezabelis ſceleratiſſimorum idololatrarum, indigni à ſpiritu ſancto iudicati ſunt, apod S. [r] Matthæum euangeliſtam, qui in ordine generationis ſaluatoris aſcriberentur; vt S. Hieronymos io hunc euangelii locom his verbis obſeruauit. *Quia euangeliſtæ propoſitum erat tres Teſſaradecadas in diuerſo temporum ſtatu ponere, & Ioram generi ſe immiſcuerat impiiſſimæ Iezabelis* (*erat enim Ioram maritus Athaliæ filiæ Achab, & Iezabelis*) *idcirco vſ-*

q L. 4 Reg. c. 10. v. 7. 8.

r S. Matth. c. 1

D *que ad tertiam generationem eius memoria tollitur, ne in ſancta natiuitatis ordine poneretur.* Ante S. [s] Hieronymum S. [t] Hilarius ſimili veritati ſuſcripſit, & poſt Rupertus, [u] ſanctus [x] Thomas, & alii eidem ſunt ſententiæ ſuffragati. Cùm ergo S. Matthæus [y] tres Teſſaradecades, ſeu quaterdenas in dioerſo temporum ſtatu proponere decreuiſſet, oumeruſque in hac ſecunda excreſceret, hos tres reges Ochoziam nempe, Ioam, & Amaſiam in deteſtationem abominationũ, blaſphemiarum, aliorumqoe ſcelerum Achabi, & Ieſabelis ſponte prætermittere voluit. Hoc ſit exemplum vnum pro multis.

Ochozias, Ioas, & Amaſia propter ſcelera Achabi, & Ieſabelis à generatione ſaluatoris repulſi ſunt à S. Mattheo.

s S. Hier. in c. 1. Matth.

t S. Hilar. in c. 1 S. Matth.

u Rupertus Abb.

x S. Thom.

y Vid. Barad. to. 1.

a Exod. c. 20.
3. Pars. Damnatorum parentum vitia Deus etiam in viuentibus in terra filijs vlciscitur.
b Euripid.
Fuit hac etiam paganorum de suis dijs opinio.

Sic Dominus Deus fortis, & zelotes. [a] *Visitat iniquitatem parentum in filias, vsque in tertiam, & quartam generationem:* dum ipsi parentes sine scelerum pœnitentia discedentes perpetuis in inferno flammis addicti torquentur. Etiam ipsi prophani fictis fabulis Deos suos parentum, vitiorumque in propriis filiis vltores agnouerũt. Propter hoc Euripides Deos suos appellabat. [b] τὰ τῶν τεκόντων σφάλματα εἰς τοὺς ἐγγόνους τρέπουσι. *Parentum lapsus, seu peccata in nepotes conuertentes.* In cuius rei confirmationem Plutarchus multa profert exempla. Ideo dicebat Lyricus poëta.

d Plutar. de sera numinis vindicta.
d Horat.
e In Corinthiacis l. 2.

[d] *Delicta maiorum immeritus lues Romane.*

Apud [e] Pausaniam fatidica mulier Pythia Glauco Epicidæ filio Spartarum regi interrogata respondit, quod ipse peierauisset, periuriique crimine se contaminauisset, huius paterni flagitii illo defuncto filios nepotesque pœnas subituros. Hinc illud poëtæ.

Crimina sæpe luunt nati scelerata parentum.

Quas post mortem suam suis liberis accidere metuentes parentes, persæpe propter hoc à vitiis se abstinent, seruientes legi Dei, ne filii, ac liberi in vltionem sceleris sui torqueantur in terris: dũ illi mortui propter illud cruciantur in infernis. [a] *Duritia populi talia remedia compulerat,* inquit Tertullianus, *vt vel prosperitatibus prospicientes, legi diuinæ obedirent, quis enim non magis filiorum salutem, quàm suam curat?* Temporalem scilicet. Et leges humanæ, & imperatoriæ ad iustar diuinarũ vlcisci in filiis parentum crimina voluerunt maximè, si læsæ maiestatis essent; vt constat in L. Diuo Marco, C. de quæstionibus, ob eamque causam eleganter, & piè dixit Tullius, [f] *Non me fugit, quàm sit acerbum parentum scelera filiorum pœnis lui: sed hoc præclarè legibus comparatum est, vt charitas liberorum parentes amiciores reip. redderet.* Sed obseruandum huiusmodi pressuras, calamitatesque filiorum ob flagitia parentum non proprie pœnas, quæ culpam semper important, atque supponunt, at potius afflictiones appellari, nisi in quantum paterna scelera liberi consectantur. Quod præclara illa imperatorum Arcadii, & Honorii lex plena æquitatis indicauit. [g] *Sancimus ibi esse pœnam vbi & noxa est: peccata suos teneant auctores, nec vlteriùs progrediatur metus* (scilicet pœna, ex Glossa) *quàm reperiatur delictum.* [h] *Quia nihil iniquius est*, ait Seneca, *quàm aliquem hæredem paterni odij fieri.* Qua ratione permotus Pausanias Lacedæmoniorum princeps pati non potuit, vt filii Attaginis [i] Thebani, qui primus fœdus pepigerat cum Persarum rege, aut ad pacificandum cum tali rege Thebanos impulerat, cum totius Græciæ dispendio atque dedecore pœnis, suppliciisque propter crimen læsæ maiestatis patratum à patre subderentur, quod eos innocentes nullaque criminis paterni contagione fœdatos agnosceret. [k] *Vicit sententia lenior*, inquit Liuius, *vt vbi culpa orta esset, ibi pœna consisteret.* Quæ enim æquitas esse posset pœnis, suppliciisque in filios animaduertere, in expiationem criminum parentis, in quæ illi nulla ratione consenserunt?

a Tertul l. 2. Contra Marcionistas ad instar diuinæ legis quandoque humanæ leges parentum crimina in liberis vlciscuntur.
L. Diuo Marco C. de quæst.
f Cicer ep. ad Brutum.
Afflictiones filiorum propter parentum scelera proprie pœna non dicenda nisi paternorum scelerum sint sectatores.
g L. Sancimus Cod. de pœnis l. 9 Cod. tit. 42.
h Senec l. 2. de ira c. 34.
i Plutarch opusc de malitia. Herodoti f. 666. 6. c.
k T. Liu. l. 8. decad. 3.
l Lucan l. 2.
m Cic l. 3. de nat. Deorum.

[l] *Crimine quo parui, crimen potuere mereri.*

Et vt ait Tullius [m] *Ferretne vlla ciuitas latorem huiusmodi legis, vt condemnaretur filius, aut nepos, si pater aut auus deliquisset?* Nisi in his bonis, quæ à parentibus acceperunt, cuiusmodi sunt facultates, ac diuitiæ temporales, honores, libertas, nobilitas, & alia id genus: non autem vita sua, cuius Dominus solus Deus est, qui propterea solus iure vitam potest eripere, etiam innocentis in vindictam criminum, quæ illius parentes nefariè commiserunt, quod facere imperatores, reges, ac principes mundi non possunt. Vnde Arcadius & Honorius imperatores, lapsi sunt in [n] L. Quisquis §. filii verò Cod. ad L. Iuliam maiestatis dicentes: *Ex imperatoria leuitate elementiaque vita gratiam facere filijs eorum qui regiam maiestatem læsissent.* Quasi seclusa hac imperatoria clementia eis filios pro parentum peccato, cuius se minimè sordibus inquinarunt, interficere liceret. Hoc enim facere solius Dei potestati relictum, qui persæpe filios temporalibus afflictionibus pro parentum defunctorum sceleribus, peccatisque, non in bonis solum fortunæ, sed etiam in corporis vita castigat: quamuis paterna scelera non sibi contraxerint. At si eorum fœtore se polluerint, tunc illos sicut parentes post temporalia supplicia, nisi ante obitum resipiscant in inferno sempiternis, licet nunquam morituros, exterminat. Et vtriusque miseriæ transitutæ, & æternæ parentes nefarii extant opifices, qui filios suæ corruptionis exemplo miserè perdiderunt. Quorum corruptio, indeque calamitas filiorum in ipsos sceleratos parentes inferni iam traditos ignibus, ad maiores ipsorum miserias, cruciatusque redundabit: Sicut oppressio simul, & deprauatio populorum in principes, quos illi sicut filios simili impietatis exemplo vitæque vitiis sordidatæ contagione à veræ cultu virtutis, ab obseruatione mandatorum Dei, à puritate catholicæ fidei à filiali sanctissimæ ecclesiæ matris obsequio, ad impietatem, vitiorum turpitudinem, morumque deprauationem, exitialiter auocarunt.

n L. Quisquis § filii verò C. ad L. Iuliam maiestatis.
Filiorum, ac populorũ corruptio & calamitas in maiorem principum calamitatem redundabunt.
o Iuuenal. Sat. 14.

[o] *Vna potens ratio est, ne crimina nostra sequantur*
Ex nobis geniti. Quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes sumus.

Hinc est quod filii parentum, & populi principum suorum facilius vitia, quam virtutes hauriant. [p] *Cito enim nequitia subrepit*, ait Seneca, *virtus difficilis inuentu est, rectorem, ducemque desiderat, at vitia etiam sine magistro discuntur.* Quod si cum magistro, parente, aut principe: altiùs profecto descendent in animos, tenaciùsque illis imprimentur. Procliuem esse malorum æmulationem quis ignorat? [q] *Et quorum virtutes assequi nequeas eorũ imitaris vitia. Erras si existimas nobiscum vitia nasci.* [r] *Superuenerunt*, inquit Seneca, *ingesta sunt.* Quo fit vt eo principes iniqui maiori odio, indignatione, & pœna à Deo infligenda digni sint, quo in altiori gradu constituti dignitatis, suorum subditorum mentes suæ malignitatis, prauitatisque contagione ad interitum temporalium bonorum, æternorumque potentiùs inficiunt. Quia *abyssus* vitiorum, calamitatum *abyssum inuocat.* Et deprauatis populis exemplo sceleratæ vitæ rectorum, multa mala Deus temporaliter immittit, vt post pœnitentia salutari per obstinationem ab eorum vitæ statu relegata, hos cũ suis rectoribus tot morum vitæ, fideique deprauationis authoribus æternaliter damnet. Exemplo sit instar omnium Vuitiza rex Hispaniarum, qui impietatum suarum cumulo, & veluti machina regnum perdendo, subditos priùs, multis postea cladibus, calamitatibusque confectos, crudeli secum Sarracenorum tyrannidi, Deo popu-

Procliuiores sumus ad malum quam ad bonum.
p Senec l. 3. naturalium quæst. in fin.
q S. Hier. ep. ad Lætam 15. l. 2.
r Senec. ep. 94.
4. Pars. Principes exemplo malæ vitæ suæ subditos corrumpentes so cum illis temporaliter, & immortaliter perdunt.

lum

Vniùs ingurgitas Vuitizæ regis Hiſp. iniquitates regnum ac populos Hiſpaniæ perdiderunt.

a Lucas Tudenſis in Hiſpan. hiſtor.

lum regemque, propter ſcelera deſerente, ſubiugauit. De cuius abominandis criminibus,& calamitatibus Hiſpamarum regni iſta ſecutis multa in annalibus Hiſpaniæ Lucas [a] Tudenſis in eius vita recenſuit. Vt cum inter alia ſcripſit. *Hunc impium principem publico edicto, appoſita vltimi ſupplicij pœna, caniſſe, ne quiſ ſanctiſſimo omnium Catholicorum parenti Romano pontifici ampliùs obediret: fuiſſeque in eo omnia in ſummo gradu vitia, ſummam in Deum impietatem, ſummam crudelitatem, atque tyrannidem in omnes, præſertim eccleſiaſticos, nobileſque regni, ſummam auaritiam in deprædando, ſummam ſuperbiam in negligendo omnes doctos, ſapientes ac nobiles, ſummam luxuriam, vt qui haberet meretricum greges, ad explendam libidinem, &c.* Atque hæc ſimiliaque ſtupenda patrantem, quia paſtores eccleſiæ, ſacerdotes, & epiſcopi reprehendere non ſunt auſu Chriſtiano conati, inſtar S. Ioannis Baptiſtæ Herodem generoſa, piaque libertate corripientis: ideo factum eſt vt infœlix princeps iniquitates ſuas prolongando, & quotidie in peiora ruendo miſerè finiuerit, perrecturus ad inferos, ibi ſuorum ſcelerum fecem bibiturus. Regnum verò Hiſpaniæ inde defecit ipſi populi, nobiles,& eccleſiaſtici, in miſerā ſeruitutem, captiuitatemque deducti, ſub Sarracenorũ diu barbarie, crudelitateque gemuerunt; eccleſiæ dirutæ,monaſteria deſolata, denique peſſumdata omnia perierũt. Has calamitates,miſeriaſq; publicas multis perpeſſi ſæculis Hiſpani, afflicti vitam in tenebris, luctuque trahebant: vt ipſe ſuorum ſcriptor temporum, gentiſque ſuæ Tudenſis abundè deſcribit. O quantas iniquitas vitæ, ſceluſque principum ad vtramque miſeriam, temporalem, & æternam vires habent! Vnde non ſine

b Pſal. 57. v. 4.

cauſa, [b] *lætabitur iuſtus*, cum talium reſipiſcere, ac patratorum criminum pœnitere renuentium, *viderit vindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoru*, ſeu vt eſt in Hebræo, *plantas ſuas*, ducta ſimilitudine à victoribus, qui in hoſtium ſanguine pedes, manuſque tingere ſolent. Qoibus verbis Propheta voluit exprimere lætitiam,& exultationem iuſtorum, quibus in improborum pœnis, ſuppliciiſque geſtiunt. Quod ex tali vindicta in peccatores obſtinatos, ſalutarique pœnitentiæ prorſus inimicantes, iuſtis affectos ſupplicus, Dei gloriam illuſtrari magis, iuſtitiamque eius exaltari viderint. Quodque ex hac vltione diuina cautiores fiant, ne peccent, aut ſi forte ex infirmitate naturæ peccauerint, obiecta ante mentis oculos Dei iuſtitia,ſtatim ad Dominum recto ſalutaris pœnitentiæ tramite reuertantur. Sic enim locum

c S Hieron. Auguſt. Caſſiod.

d S Greg. l. 18 c. 13.

illum SS. [c] Patres Hieronymus, Auguſtinus, & Caſſiodorus exponunt, quos ſecutus S. Gregorius ait. [d] *In peccatorum morientium ſanguine iuſti lauant manus, quia dum eorum pœna conſpicitur, conſpicientis vita mundatur.* Propterea S. Bernardus anteceſſorum ſanctorum illorum ſententiæ ſuffragando egregie profectò, ac deuote dixit.

e S Bernard. ſer 8 in pſal. qui habitat.

[e] *Plane non inquinabit in ſanguine manus, ſed lauabit: vt vnde ille cruentus magis, inde iſte mundior videatur. Vnde ille plus ſordet, vnde iſte pulchrius eluceſcat.* Vos igitur ô reges ô mundi principes, Chriſtianæ, catholicæque fidei circo concluſi, quandiu viuere ac regnare in hoc mundo datur

f Pſal. 2.

g 1 S Petri c. 5 v. 6.

vobis, à Deo. [f] *Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta;* [g] *inclinate vos, & humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis, omnem ſollicitudinem veſtram proijcientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis*, maior ſcilicet, quam de populis, priuatiſque hominibus, [h] *Cùm exarſerit in breui ira eius*, beati vos ſi bene illius parendo mandatis

h Pſal. 2. v. vltimo.

confidatis in eo, ſcientes, quod ipſum Dominum habetis in cœlis, vel magnificum veſtrarum remuneratorem virtutum, vel ſeuerum vitiorum vltorem. Quæ ſi in hoc ſæculo pœnitentiæ fructibus, ab animabus veſtris, populorumque cordibus ſalutari veſtræ conuerſionis exemplo radicitus non auulſeritis, hæc pro veſtra ſalute in altero, piacula nulla reſoluent.

CAPVT XI.

Exhortatio ad principes bonos, vt ſecundum Deum regnantes de virtute in virtutem ad mortem vſque iuſtificati proficiſcantur: propoſitis quatuor illis ad id agendum motiuis, quæ ſunt.

1. *Vitæ præſentis fragilitas.*
2. *Mortis inſtantis quotidie ad fores conſcientiæ pulſantis conſideratio.*
3. *Dei iudicium.*
4. *Magnitudo bonorum quæ præparat Deus illis in cœlo.*



Ad quid admonitio hæc oſt paræneſis.

IAM pro præſentis libri termino, iterum ad vos redeo, omnes principes terræ, ſiue qui virtutis appetentes, & auidi Dei parendo mandatis illum in ſanctitate, & iuſtitia, dominantes populis, ſapienter imitamini, ſiue qui vitiis perniciosè delectati non audientes vocem Domini male regnando veſtræ populorumque ſalutis ruinam, exitiũque funeſtiſſimè machinamini: vt certa vobis vtriſque ſalus bonis amplificata, malis recuperata permaneat. Primum vos mea, ô viri principes, virtutis amatores, oratione compellabo, vt in bonis creſcentes operibus calcar, & incitamentum malis ad currendam mandatorum Dei viam, eiurata vitiorum colluuie bene conuerſis, eſſe valeatis. Quid pro ſtimulo, vt bene currentes ad ſanctitatis excelſa magis incitem vobis obiiciã? Typũ & exemplar illud optimi principis, vitia, quæ hîc pro magnitudine potẽtiæ poſſet impunè patrare, deteſtantis,& ad virtutis, veræque pietatis amplexus ſponte volantis [i] *Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurũ non abijt, nec ſperauit in pecunia, & theſauris; quis eſt hic, & laudabimus eũ? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Qui probatus eſt in illo, & perfectus inuentus, & erit illi gloria æterna. Qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus, facere mala, & non fecit: ideo ſtabilita ſunt bona illius in Domino, &c.* Cogitate qua ratione prius rectè vobis imperetis, quam aliis, & vt modeſtiùs eminentiam veſtræ poteſtatis exerceatis, ad naturæ veſtræ non alterius ſortis, quàm ſubdi-

Magna laus, meritumque magni principis non peccare cùm poſſis impunè propter eminentiam poteſtatis.

i Eccleſ. 31. v. 8.

2. Motiuum. Principes vt bene ſibi, & populis imperent ad fragilitatem ſuæ vitæ debent reſpicere.

X

A torum fragilitatem oculos, mentesque conuertire, dicentes cum alio principe, atque rege in confessione veræ humilitatis. [a] *Sum quidem ego homo mortalis similis omnibus, & ex genere terreno illius, qui prior factus est, & in ventre carnis similatus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine ex semine hominis, & delectatione somni conueniente, & ego natus accepi communem aerem, & in similiter factam decidi terram, & vocem similem omnibus emisi plorans: in inuolumentis nutritus sum curis magnis. Nemo enim ex regibus habuit natiuitatis aliud initium. Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus, & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ, & proposui eam regnis & sedibus &c.*

a Sap. c. 7.

Estis in hoc mundo gloriosè regnantes, sed ad modicum tempus tanquam tragœdiarum actores in theatro, qui peracto ludo purpuram, auratasque vestes deponunt, sic vos breui in terra victuri, statim ex hoc sæculo, tanquam scena, theatroque discessuri, purpuram honoris, & gloriæ sceptrum, cum corona regia in terra relinquetis, solùm opera bona, vel mala quæ feceritis vobiscum delaturi. B Augustus Cæsar qui tot annos tanta cum gloria, & prosperitate regnauerat, qui tandiu Romani imperii toto orbe diffusi fasces, soliumque tenuerat, morti proximus [b] amicos admissos percunctatus, & quid his videretur minimum vitæ commodè transegisse. Adiecit, & clausulam.

Principes sunt in hoc mundo tanquam actores in scena.

b Suet in Aug. c. 99.

Δότε κρότον καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε. *Valete igitur, & plaudite.* Hinc laudata meritò illa poëtæ Satyrici ad principes, dignitatibus politicis præfectos admonitio, vt in exercendis fungendisque magnis honoribus, & officiis à conspectu mortis nunquam oculos auerterent, qua consideratione melius susceptis officiis, dignitatibusque vacarent. C

c Iuuenal Satyr. 8.

[c] Expectata diu tandem prouincia cùm te
Rectorem accipiet, pone iræ frena, modumque
Pone, & auaritiæ, miserere inopum sociorum.
Ossa vides regum vacuis exhausta medullis,
Respice quid moneant leges, quid curia mandet:
Præmia quanta bonos maneãt, quã fulmine iusto
Et Capito, & Tutor ruerint, damnante senatu
Piratæ Cilicum &c.

Hæc quid aliud Satyrici sonant, quàm quæ longè ante sapiens dixerat. [d] *Et rex hodie est, & cras morietur.* Cui dicitur ab ecclesia sicut cæteris populis. [e] *Memento homo quia cinis es, & in cinerem reuerteris, vt potentes terræ, mundique principes, memorando nouissima in æternum non peccent.* Ad quam salutarem mortis meditationem hoc suo à se ante funera composito epitaphio omnes præsertim principes Petrus Damianus ex charitatis abundantia prouocabat. D

d Ecclesi. c. 10. v. 12.
e Ecclesi. c. 40.

[g] Quod nunc es fuimus, & quod sumus ipse futurus
His sit nulla fides, quæ peritura vides.
Friuola sinceris præcurrunt somnia veris,
Succedunt breuibus sæcula temporibus.
Viue memor mortis, quo semper viuere possis:
Quidquid adest transit, quod manet ecce venit.
Quàm bene prouidit, qui te male munde reliquit,
Mente prius carnis, quàm sibi carne mori.
Cælica caducis, præfer mansura caducis:
Mens repetat proprium libera principium.
Spiritus alta petat, quo prodit fonte recurrat,

g Apud Ioan. disc. Damiani in eius vita. *Epitaphio Petri Damiani omnes præcipue principes inuitantur ad contemptum mundi.*

A *Sub se despiciat quidquid in ima grauat.*
Sic memor oro mei, cineres prius aspice Petri,
Cum prece, cum gemitu, dic sibi parce Deus.

Quantum principes, & reges etiam quò fœliciores existant inter lauros victoriarum, gemmasque prosperitatum, humiliare se debeant sub potenti manu Dei, semperque cum tremore suam, & populorum salutem iudicia Dei inscrutabilia tanquam abyssum multam pertimescentes, operari, docet exitus funestissimus, vniuersæ Dei ecclesiæ luctuosissimus Frederici imperatoris. Qui post tot triumphos, pugnas gloriosas, & innumerabiles, post tot victorias memorabiles de Sarracenis reportatas, post victum in prælio Soldanum Iconii, post tot prosperos, fœlicesque belli successus, & euentus, quibus hostes Dei continuò, diuque conflictati, in extremum miseriæ calamitatisque deuenerant: peragrans par- B tes, & regiones inferioris Armeniæ in Caleph flumine, aqua exigua in qua ad sanitatem corporis lauabatur, absorptus, obrutusque periit.

Frederici I. semper in oriente post multos triumphos, victoriasque de Sarracenis reportatas naufragio, seu fluminea absorptio mors funestissima, toto orbi Christiano luctuosissima, tot quam modeste in prosperis principes gerere debeant & semper suæ recordari fragilitatis.

Cuius horribilem, stupendamque mortem vniuerso Christianorum orbi perniciosam stylo valde lugubri, tragicoque descripsit auctor, qui præsens in hac expeditione exercitum sequebatur imperatoris, cuius hactenus nomen ignoratum est, & lamentabilis hæc ab illo descripta historia extat in appendice [h] Radeuici canonici Frisingensis. Huius tam subitam, inopinatamque naufragio mortem imperatoris fleuit abyssus, multitudo nempe populorum occidentalium, & orientalium, plus quàm in morte regis Assyriorum apud [i] Ezechielem, vt videre est apud hunc Radeuicum, & apud Canisium, [k] Arnoldum [l] in appendice ad Helmoldum chronographum, [m] Nicetam Choniatam, Petrum Blesensem, [n] & C alios. In cuius tam lamentabilis mortis omnes Christianorum regiones, & oras stupore, horrore, gemitu, doloreque grauissimo replẽtis consideratione, cum Guillelmo Neubrigensi eiusdem temporis scriptore licebit exclamare. [o] *O abyssus multa iudiciorum Dei! Vir tantus, & qui diuino quodam feruore relictis deliciis, opibusque imperii mille se opposuerat propter Christum periculis, tam subitò misero casu absumitur. Sed quis nouit sensus Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* Altissimis illud sapientis in animo nostro radicibus insideat. [p] *Vt iudicia Dei abyssus multa, sed iustificata in semetipsa* à nobis agnoscantur. [q] *Quis dicet tibi,* inquit [r] sapiens Deo loquens, *quid fecisti, aut quis stabit contra iudicium tuum, aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? Aut quis tibi imputabit si perierint nationes, quas tu fecisti? Non est enim alius Deus quam tu, cui cura est de omnibus, vt ostendas, quoniam non iniustè iudicas iudicium, ne-* D *que rex, neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de his, quos perdidisti. Cùm ergo sis iustus iuste omnia disponis, ipsum quoque qui non debet puniri, condemnare externum existimas à tua virtute.* Quorsum hæc tristissima in tam longum sermonem historia producta? Vt principum innixa, & infixa mentibus, eos in medio maximarum prosperitatum, suæ fragilitatis, mortis repentinæ, mundanæque vanitatis admonendo, humiles, atque modestos esse compellat. Scientes maximam rerum humanarum inconstantiam, quæ semper in miserum, funestũque exitũ terminaretur, nisi has Deus sua proui-

h Radeuici historia de morte Frederici.
i Ezech. c. 31. v. 4.
k Canisius l. 5. antiquæ lect.
l Arnoldus in append. l. 3. c. 33 & 34.
m Nicetas in chron. an. 1190.
n Pet. Bless. ep. 26.
o Neubrigensis l. 4. c. 13.
p Esaiæ c. 4.
q Psal. 18.
r Sap. 12. v. 13.

Humanarum rerum inconstantia magna & pomparum mundi semper in pessus sine Dei misericordia ruentium.

a Prouerb. Græc.

uidentia misericordi, misericordiaque prouida regeret, atque moderaretur. Vt nõ absurde mortalium res, mundanæque pompæ circoli formam quibusdam veteribus humanæ sapientiæ cultoribus habere visæ sint; iuxta illud vulgare Græcorum.[a] Κύκλος τὰ ἀνθρώπινα. Quod circumagantur, & velut in orbem agente, & vigilante Dei prouidentia recurrant, non versante, vt ethnici loquuntur, fortuna rotam. Sicque, τὰ θνητὰ πάντα πολλὰς μεταβολὰς ἔχει. *Mortalium res varias obtinent vices.* Ex quo à Laërtio fabulatoris Æsopi responsum iure laudatur. Qui interrogatus quidnam Iupiter ageret in terra respondit.[b] τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ. Deprimit excelsa, & tollit humilia. Quod acroama sano, sinceroque sensu ad Christianam regulam reuocatũ magno mysterio minimè vacabit: quid enim facit quotidie Deus, quàm exaltare humiles, & se exaltantes humiliare? Qui, vt sacratissima virgo cecinit.[c] *Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles.* Quò referendum est & illud Sophoclis. ὁ θεὸς πάντ᾽ ἄνω κάτω τίθησι;[d] *Deus cuncta versat in contraria.* Atque hæc humanarum rerum volubilitatis pomparũ, apparatuumque mundi inconstantia, vitæq; quotidie currẽtis ad tumulũ fragilitas principes si sapiant ad mortis considerationem efficaciter impellunt.

b Æsopi responsum.

c S. Luc.

d Sophocl. in œdipo.

2. Motiuum. Motus consideratio, & expectatio mortis principes meliores facit exemplo memorabili Henrici Germaniæ regis id ostenditur.

Quæ cũ metu, & illius apprehensione, meliores principes reddit, meliorũque factores operũ: vt insigni præclaroque admodũ exẽplo Henrici primi regis Germaniæ conspicitur. Quem metus & expectatio mortis ex apparitione S. Vuolfangi multò virtutibus illustriorẽ maxime verò, charitate, & misericordia in pauperes effecit. Qua sancti apparitione, atq; vaticinio rex religiosus multumque deuotus subobscurã de futuro imperio prædictionẽ accipiens, mortis responsum se accepisse putans, totum se pietatis officiis, charitatisque operibus vt de hoc mundo melior exiret se tradidit, rem miram, historiamque salutaris eruditionis auctor vitæ gestorum S. Vuolfangi apud Surium ita describit.[e] *Henrico regi, antequam esset imperator, S. Vuolfangus apparuit dormienti; videbatur sibi ipse in sancti Emmerani ecclesia esse, atque orandi causa beati Vuolfangi adire sepulchrũ: Ibi verò Deum, & S. Vuolfangum orans visus est sibi videre, eum astare, & hunc in modum ipsum appellare: Aspice diligenter characteres in muro qui est apud tumulum meum, exaratos. Vidit ille, nec aliud legit quam post Sex. Expergefactus verò summopere incumbebat ad earum dictionum apprehendendum significationem. Primum igitur suspicatus se post sex dies moriturum multa largitus est pauperibus (præter alia sanctarum virtutum quibus quotidie vacabat exercitia) & sex euolutis diebus, cùm nihil in corpore sentiret molestia ad sex menses attinere arbitrabatur: cum se obiturum credebat, sed neque tum malè se valere sentiens, ad sex annos earum dictionum significationem retulit* (semper cum vitæ suæ prolongatione ex hac expectatione mortis opera bona multiplicatis, vt pluribus ostendit author.) *Porro sex annis iam expletis, septimo anno à Pontifice maximo imperator vnctus est: atque tum demũ animaduertẽs quid sibi ea verba vellent, gratias egit Deo & beato Vuolfango, quod sibi reuelare dignatus esset ea se dignitate potiturum.* Atque in perpetuam gratiarum Deo actionem quoad vixit plus creuit virtutibus quam annis. O salutaris mortis consideratio, tremor & expectatio! Quid non potes, quid non

e Surius tom 5. c. 29. die 31. Octob.

vales, quid non operaris boni, vbi semel heroicas principum catholicorum mentes, animosq; tuo subactos imperio possedisti! O veræ, salutarisque sapientiæ aqua potatos à Deo principes! Qui hac mortis expectatione, maturaque consideratione, omnes humanas sublimitates, omnes mundanas vanitates, pompas omnes, perituratum diuitiarum cumulos, omnia terrenorum honorum fastigia lubrica hæc esse, *& fragilia, puerilibus*, vt Valerius Maximus[f] aiebat, *consentanea crepundijs agnoscunt*, quique cum[g] Seneca, *inter fortunam maximam, & vltimam nihil interesse arbitrantur!*

Eccles. 14.

f Val Max l. 6 c. vlt.

g Senec. l. 6. de benef c. 23.

Sed paruæ vires essent in hac mortis consideratione ad cautionẽ bonæ vitæ, nisi illa tabella terribilis Dei iudicii horror, & tremor inscriptus, atque depictus appareret. Ideo S. Paulus cùm dixisset.[h] *Statutum est omnibus hominibus semel mori*; adiunxit. *Post hoc iudicium*, Dei scilicet, tunc, cùm,[i] *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.* De quo loquens S.[k] Basilius, *cum voles*, inquit, *ad peccatum progredi, cogita horrendum illud, & non ferendum Christi Domini iudicium*; cuius metus, & horror potentissimus est ad reuocandum principes, sicut alios mentis non inopes, à profundiore voluptatum carnalium, turpiũque gurgite, vt S. Augustinus de se ipso confitebatur; qui propterea alibi dicebat.[l] *Mortem sempiternam time* (hoc Dei decretam iudicio) *& præsentem non curabis.* Sic iudicii tremor, & horror bene regum principumque pectoribus impressus illos humiliat, & humiliatos ad peccatorum detestationem salubri confessione, contritioneque concitat, cõcitatos ad perfectos studio, æstu deuotionis inflãmato, virtutum Christianarum amplexus erigit: sic erectos saluat, & æternæ fœlicitati lucratur. Sit ad huius veritatis illustrationẽ pro exemplo memorabili factũ regis Angliæ Guillelmi huius primi nominis: qui insidente firmiter in animo huius tremore iudicii omnes thesauros suos ecclesiis, pauperibus, Deiq; ministris distribui præcepit; vt scribit Guillelmus cæteris sui temporis scriptoribus historicus illustrior libro 3. rerum Anglicarum, publica deinde confessione priùs facta secreta, & sacramentali, sacerdoti moñes, suæ vitæ crimina detestando in Dei confisus misericordia sacratissimæque virginis intercessione, sic aulicos suos magis sibi familiares alloquebatur.[m] *Multis, ô amici, grauioribusque peccatis onustus contremisco: & mox ad tremendũ Dei examen rapiendus, quid faciam ignoro, in armis enim ab infantia nutritus sum, & multi sanguinis effusione admodum pollutus sum: nullatenus enumerare possum mala quæ feci per sexaginta quatuor annos, quibus in hac ærumnosa vita vixi. Pro quibus absque mora rationem reddere nunc cogor æquissimo iudici.* Post hæc cũ diu sua commemorando vitia cum detestatione fleuisset in omnium conspectu, & largas ad expiationem animæ; peccatorum spiritale, salutareque naufragium cum gemitibus in sola Dei infinita misericordia confidens, lachrymas effudisset: de eius fœlici ad Deum exitu hæc idem qui supra scriptor habet.[n] *Denique quinto Idus Septembris feria quinta, iam Phœbo per orbem spargente clara radiorum spicula, excitus rex sonum maioris signi audiuit in metropolitana basilica, percontanti eo quid sonaret, responderunt ministri: Domine hora prima iam pulsatur in ecclesia sanctæ Mariæ. Tunc rex cum summa deuotione oculos ad*

3. Motiuum. Tremor ac recordatio tremendi Dei iudicii magis ad studia virtutis principes impellit.

i Hebr. c. 9.

k Heb c. 10.

S. Basil. in psal. 33.

l S. Aug. in psal. 63.

m Guillelm. l. 3 rerum Anglic.

Guillelmus primus rex Angliæ Dei tremendo iudicio stupefactus saluatus est.

Ista attendant principes, vt quantis vita sua in medio honorum, & deliciarum sit obnoxia periculis considerans.

n Idem ibid.

cœlum erexit, & rursum manibus extensis dixit. Domina mea S. Genitrici Maria me commendo, vt ipsa suis sanctis precibus me conciliet charissimo filio suo Domino nostro Iesu Christo. His dictis protinus expirauit. En effectus salutares, mirabilesque diuini iudicij tremoris ad saluandos mundi principes in Dei misericordia, & sanctissimæ virginis intercessione sperantes.

A

O ter quaterque beatum insigni pietate, iustitia & religione spectabilem principem, regia quam religiosè meritoriéque gestauit corona dignissimum. Cuius facto mirabili beatæ consecrādo æternitati, alterius principis, Ferdinandi videlicet Hispaniæ regis historiam non mirandam minus annectere, ipsa catholicorum principum salus omnibus charissima fidelibus imperando monet. Qui in moderādo sui clauo imperij, iustè pieque populis iura dando, vt cum tremore atque metu verè filiali, suam & populi salutem sapienter operaretur, necnon certam suam ac suorum vocationem ad fortunatas cœlorum insulas, per opera bona fabricaretur: nunquam ab illo horribili estremoque Dei iudicio oculos auertebat. Qui motiens ad præterita anteactæ vitæ facta mentis cogitationes suspirando gemendoque conuertens, de sola Dei infinita misericordia præsumebat, in ea cōfidebat, sibi diffidens, operibus suis valde timens, cum sui sit iustus accusator. Spatium veræque pœnitentiæ sensum prece & oratione, quanto poterat ardenti charitatis æstu, valdè humiliter in lecto decumbens, à Christo Domino regum rege, dominorūque mundi regnatore flagitabat. Nihili faciens, morbi lethalisque ægritudinis asperitates, præ ardore pœnitentiæ: qua omnia, quæ per infirmitatem aliamq; rationem ac modum à se in rerum populi sui satagendo, malefacta verebatur aboleri, delerique cordis vehementia precabatur. Rem mirabilem, & quæ omnium maxime vero regum & principum terræ, firmius quàm stilo adamantino æreq; perēnius scalpi cælariq; cordibus debeat dignissimā, de tāto rege exitui vitæ proximn Lucas Tudensis Diaconus his verbis in eius principis vita commemorat. [a] *In crastinum verò luce adueniente sciens quod sui muneris erat, vocauit ad se episcopos* (scilicet Ferdinandus) *& Abbates quoscumque religiosos viros vt exitum suum confirmarent. Vna cū eis ad ecclesiam defertur ornatus cultu regio & corona aurea imposita capiti. Deinde fixis genibus ad altare S. Ioannis & coram sanctorum corporibus, scilicet Isidori confessoris & Vincentij Martyris clara voce ad Dominum dixit.* [b] *Tua est potestas, tuum est regnum, tu es super omnes reges: tuo imperio omnia regna cœlestia & terrestria subduntur: regnum quod te dominante accepi, & quamdiu libera tua volūtati placuit, rexi, ecce reddo tibi, tantum animam meam de voragine ipsius mundi ereptam, vt ipsam ad te suscipias deprecor. Et hac dicens, exuit regalem chlamydem, qua induebatur, deposuit & gemmatam coronam, qua caput ambiebatur, atque cum lachrymis solo prostratus pro delictorum venia Dominum attentius exorabat, eius tremendum iudicium corde tremulo & tremiscentibus corporis animique visceribus magnopere perhorrescens. Tunc ab Episcopis accepta pœnitentia, extrema vnctionis sacramento perunctus, induitur cilicio pro ornamento regali, & aspergitur cinere pro aureo diademate. Cui in vitali pœnitentia permanenti corā prædicto altari duobus diebus viuere datur. Sequenti autem die quæ est feria tertia hora diei sexta in qua*

B

C

a Lucas Tudensis diaconus in vita Ferdinandi Regis anno 1165. *Moriturus Rex vult in ecclesiam deportari vt ibi animam Deo exhalando reddat.*

D

b Oratio deuota & valde humilis pij regis ad Deū.

Fælix Rex moritur quia bene viuens casto religiosoque rexit imperium.

A

sancti Ioannis Euangelistæ festū celebratur, inter manus Pontificum cœlo vt credimus tradidit spiritum. Sicque in senectute bona plenus dierum perrexit in pace. Hæc & alia Christiano rege dignissima Lucas Tudensis: O fœlices principes quibus sic viuere & mori diuino beneficio datum est! O beatos fortunatosque reges, & orbis Christiani Monarchas, quibus sic iustè populis dominari contigit! Vt cum se populis superiores clementer agnoscerent, super se semper Deum superiorem, iudicemque supremum, à quo prouocatio nulla datur, cum magna animi humiliantis se sub potente manu huius principis æterni consideratione modestiaque recordarētur. Qui ideò vere viuunt ac regnāt, quia à mortis, iudicijq; diuini funera subsequentis horrendi maximè conspectu nunquā oculos cordis animique deflectunt. Ideo magis

B

spe fœlicitatis vēturæ refecti, bene viuēdo iustéq; dominando de sua populorumque salute securi sunt, quò in maiori metu iustoque Dei iudicij tremore versantur.

At præter superiora bene viuendi motiua, & ad virtutes Christianas incitamenta; spes futurorum bonorum quæ bonos manent principes in cœlo, quæ Deus suorū populorum rectoribus piè, iustèque regnantibus in regno suo præparauit, maximas in principibus ad bene viuendū vires habet. Maiora quippe vos, ò principes Christiani, quàm populos vestros præmia in cœlo præstolantur, si bene habenas principatus vestri direxeritis, quia hæc faciētes maiorē Dei similitudinē in vobis exprimitis, & quia munera vestra vt digniora, sic & facta difficiliora aliorū secularium functionibus, officijsque iudicantur. Duæ fortes illę rationes, alijs multis præponderantes; nam quoad præmiū maius, propter maiorē cū Deo similitudinē, egregius est D. Thomæ textus primo de regimine principum, dicentis. [c] *Hinc etiam magnitudo regiæ virtutis apparet, quod præcipuè Dei similitudinem gerit, dū agit in regno, quod Deus in mundo.* Vnde & Exodi capite 22. *Iudices multitudinis dij vocantur. Imperatores etiam apud Romanos dij vocabantur. Tanto autem est aliquid Deo acceptius, quanto magis ad eius imitationē accedit: vnde & Apostolus monet, Ephesiorum cap. 5. estote imitatores Dei sicut filij charissimi. Sed si secundum sapientis sententiam omne animal diligit simile sibi, secundum quod causa aqualiter similitudinem habens causati, consequens igitur est bonos reges Deo esse acceptissimos, & ab eo maximè præmiandos.* Hæc doctor Angelicus, aut quisquis ille sit auctor pius & eruditus sub illius sancti nomine receptus. Præmiū etiā catholici principes exalio capite in cœlo maius expectāt, quòd eorū munus & dignius sit, & difficilius existat; hinc maior difficultas in bono opere à charitate imperato, maiorē quoque remunerationem præmiūque reposcit, quod præclaro Zachariæ [d] prophetę illustratur oraculo, quo mysticè secūdū D. [e] Thomæ expositionē dicitur. *Quòd in illa gloria cœlesti, diéque sempiternę beatitudinis, qua erit Dominus protector habitantibus in Hierusalem, id est in visione pacis æternę aliorum domus erunt, sicut domus Dauid, quia scilicet omnes reges erunt, & regnabunt cum Christo, sicut membra cum capite, sed domus Dauid erit sicut domus Dei, quia scilicet regendo fideliter Dei officium gessit in populo, ita in præmio Deo propinquus erit, & inhærebit.* Hæc pro bonis principibus dicta sint, vt ad maiorem suā, populorumque salutem in virtutibus crescere

C

D

4. Motiuum spes bonorum in cœlo possidendorum ad virtutum studia magnas vires habet.

c D. Tho. l. 1. de reg. princ. c. 9

Principes bene regnantes maius præmium manent in cœlo, quàm alios homines seculares, qui principibus subduntur propter duo primo ob similitudinem Dei maiorem, secundo, ob difficilius principis officium.

Exod. c. 22.

Ephes. 5.

d Zachar. c. 12.

e S. Tho ibid.

cant. Iam malos conuematus, vt à vitiis, iniquitatibuſque recedentes, æternæ damnationis cruciatus effugiant; & temporales calamitates quæ ſunt initia dolorum inferni à ſuo, ſubditorumque capite repellant.

CAPVT XII.

Exhortatio ad principes malos, vt à vitiis ad virtutes, Deique faciendam voluntatẽ pœnitentia ſalutari reſurgant.

1. *Grauis ira Dei, ſeuerum iudicium particulare, & æternum aduerſus ſcelera patrantes mundi principes illis propoſitum, vt reſipiſcant.*
2. *Miſeri principes qui in peccatis ſuis ad vita nouiſſima reſpicere nolunt, eò grauiora ſubituri tormenta, quò maiora à Deo beneficia ingrati ſuſceperunt.*
3. *Calamitates æternæ malorum principum miſeria multa temporales præuenire ſolent.*
4. *Vexatio morborum Henrico iuniori regis Angliæ filio intellectum, ad ſalutarem peccatorum pœnitentiã dedit, vt horrendum æternumque Dei iudicium effugeret: quem vt mali ſequantur principes ad ſalutem, ex ardore charitatis obteſtantur.*



AM quæ viſcera miſericordiæ Dei noſtri depoſcũt, explere nos oportet, in hoc vltimo præſentis libri termino: vt diuinæ charitatis ardore commoti, illos reges principeſque rogemus, & obteſtemur, quos à recta mandatorum Dei regula vitioſa, corruptaque regnandi libido detorſit: vt recedentes ab iniquitate ſua Christum Deum regem regum per ſalutaris conuerſionis itinera quęrant, vt inueniant, quẽ miſerè peccando perdideruot. Qua Dei iactura & perditione quæ calamitas maior fingi poteſt, quam temporalis, æternaque miſeriæ ſequũtur? Pro temporali improborum, ſuperborumque principum infœlicitate dixerat quondã Seneca pater.[a] *Numquam in ſolido ſtetit ſuperba fœlicitas, & ingentium imperiorum magna faſtigia obliuione fragilitatis humanæ collapſa ſunt.* Et Plinius in panegyrico.[b] *Vt cæterorum hominum, ita principum illorum, omnes qui ſibi dij videntur annum omne & breue, & fragile.* Quale tandem Dei viuentis in impios proteruos, illi malitia intolerabili reluctantes erit iudiciom in hac vita, ſi non erectam ſuperbiæ, rebellioniſque ceruicem ipſi Deo principi regum terræ flectant, & incuruent? qui[c] *Cum potentioribus & ſublimioribus ſublimiter, cum humilioribus benignè ſe gerere conſueuit?* Nolite diſſimulare principes, nolite vobis ad perniciẽ animarũ veſtrarũ, ruinãque principatus veſtri blandiri. Erit, erit aliquando, & illuceſcet illa dies, in qua[d] *Altiſſimus*

a Seneca pater oratione ſuaſoria 2.

b Plin in paneg.

c Iſidorus Peluſiota l. 3 ep. 94.

d Sap. 6.

Tom. II.

A *interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur; quoniã cùm eſſetis miniſtri regni illius non rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem, neque ſecundũ voluntatẽ Dei ambulaſtis.* Propterea illius vltiones cõtra vos doras, & aſperas, quod illius miſericordiam, patientiamque contempſeritis, non ſine magno tremore expaueſcere debetis.[e] *Horrendè & cito apparebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum in his, qui præſunt, fiet.* Toties repetitum illud ſapientis! Toties iterato clamore principũ auribus ingeminatum. Quod nẽpe *potentes propter mala eorum opera potenter tormenta patientur.* Illius tamen inſtant immemores, cæcique furore ad tantum diuinarũ minarum tonitruum obſurdeſcunt. Nolite errare nimiumue in ſceptris, coroniſque veſtris confidere.[f] *Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit,*[g] *arcum ſuum tetendit, & parauit illum.* Præterita pro futuris, propheta regius vſurpat, vt vltio-

B nis certitudinem contra obſtinatos improbos inſinuet: & appoſita ſimilitudine Dei iudiciũ contra malos præcipuè conſtitutos in authoritate, & honore, arcui extenſo comparatur. Quia vt præclarè S. Gregorius[h] illuſtrat. *In arcu quantò magis trahitur chorda, tãto de eo diſtrictior exit ſagitta: ſic diuini iudicij, ſiue particularis, ac temporalis, ſiue externi & æterni dies, quantò longiùs differtur vt veniat, tantò cùm venerit diſtrictior de illo ſententia procedet.* Ideo vates regius addidit.[i] *Et in eo parauit vaſa mortis,* ſcilicet inſtrumenta mortis, *ſagittas ſuas ardentibus effecit.* Nempe fabricatas ardentibus, id eſt, ex ardenti materia, vt ſint tela ignita, quæ velociſſimè, impetuque forti omnia penetrant.

Væ principibus, & aliis, qui in aliqua regiminis, & honoris ſublimitate conſtituti, vitæ ſuæ nouiſſima recordari renuunt, vt intra ſui limites officii contineantur.[k] De Hieruſalem vt ſordidata fla-

C gitiis, ſic onerata miſerus lugubrè Propheta cecinit. *Sordes eius in pedibus eius, & non eſt recordata finis ſui.* Quaſi diceret, immunda, ſordidata, & languidis turpibuſque carnis liquefacta voluptatibus per pedes repræſentatis, quia vitæ ſuæ nouiſſima conſiderare deſpexit. Et exitium Babylonis impiorum omnium ciuitatis extremum, Eſaias propheta prædixit, quia ſe in diuitiis, & iniquitatibus ſuis ſuperbè glorificando, ſibique dominationis æternitatem perſuadendo ad finem vitæ conſiderationis ſuæ oculos conuertere contẽpſit.[l] *Dixiſti,* inquit propheta, *in ſempiternum ero domina, & non es recordata nouiſſimi tui. Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter quæ dicis in corde tuo. Ego ſum, & non eſt præter me amplius, non ſedebo vidua, & ignorabo ſterilitatem.* Hæc ſuperbiſſimæ dominationis intolerabilis iactantia, quæ quanta mala, calamitateſque produxerit, ſequentia prophetæ teſtantur.[m] *Venient tibi hæc duo ſubitò in die vna, ſterilitas, & vi-*

D *duitas: vniuerſa venerunt ſuper te* (ſcilicet mala) *propter multitudinem maleficiorum tuorum, &c.* Et paulo poſt. *Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius, & irruet ſuper te calamitas, quam non poteris expiare. Veniet ſuper te repentina miſeria, quam neſcies.* Et in fine capitis. *Non eſt qui ſaluet te.* O viuam expreſſamque mundanæ ſuperbiæ, & improbitatis in ictu oculi depreſſæ, quod ſe contra Dei leges exaltauerunt imaginem? O ingrati in Deum principes Babylonicæ meretricis amatores, tam cæci eſtis, vt non agnoſcatis, quàm miſerum ſit potentibus, in ſuorum prolongatione criminum,

Venturum Dei iudicium obiicitur malo regnantibus vt reſipiſcant.

e Sap. 6.

f Pſal. 7. v. 13.

h S Greg l 19 moral c. 21.

i Pſal. 7. v. 16.

Bellarmini expoſitio.

2. Pars. Miſeri principes qui ad vita nouiſſima nolunt reſpicere.

k Hierem 6. 1. Thren.

l Eſaiæ c 47. v. 7 8.

m Eſaiæ ibid. v. 9. v. 11.

adhuc nondum fuiffe miferos! Nefcitis aut nefcire fimulaos. Quod ipfi fcriptores ethnici tam ingenue confeffi præ fe tulerunt.[a] Quam fit molefta peccantibus ira Dei? In cuius ardores ne incideret Ludouicus VII. Francorum Rex, propter crudelitatem facrilegam in caftrum Vitriacum à fe captum exercitam, in cuius ecclefia ab eo incendi iuffa, mille trecentæ animæ diuerfi fexus, & ætatis incendio confumptæ funt; & propter alia crimina hunc principem fanctus Bernardus benignè, ardentique zelo charitatis ad falutarem pœnitentiam tanti fceleris expiatricem ita prouocabat.[b] *Dico vobis non erit diu inultum* (fcilicet crimen veftrum, in multos iniquitatis multiplicatum ramos) *Si hac ita facere pergitis*, (fcilicet præter Vitriacam immanitatem, oppreffiones in ecclefias Dei, eiufque miniftros.) *Et ideo Domine mi rex amabiliter moneo vos, & fideliter confulo vobis ut citiùs ab hac malitia defiftatis: fi forte iam ferire parantis manum, Niniuitæ regis exemplo pœnitentia & humilitate praeuenire poffitis. Dura loquor quia duriora vobis formido. Sed memètote à fapiente dictum*:[c] *meliora effe vulnera amici, quàm fraudulenta ofcula inimici.* Confilium, & admonitio hæc quàm falutaris principibus, multarum, magnarumque miferiarum, fi rectè ab illis audiatur, expulftrix; cùm certum fit magnos principes, aliofque bonis fortunæ potentes, quibus plus à Deo gratiæ tributum eft, grauius ab eodem caftigatum iri: exemplo filiorum[d] Aaron, fcilicet Nadab, & Abiu, quos Deo ignem alienum offerentes, ignis egreffus à Deo deuorauit. De qua vindicta hæc textus facer. *Abreptifque Nadab, & Abiu filij Aaron thuribulis. Impofuerunt, & incenfum defuper. offerentes coram Domino, ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Quia*, inquit fanctus Auguftinus,[e] *ex illo igne, qui diuinitus ad altare venerat deinceps cuftodito omnia erant accendenda, quæ in tabernaculo accendi oportebat.* In cuios tranfgreffionis mandatorum Dei vltionem.[f] *Egreffus ignis à Domino deuorauit eos, & mortui funt coram Domino.* Quorfum tantus diuinæ vindictæ rigor, & ardor?[g] *Vt hinc fciretur*, inquit D. Auguftinus, *fecundùm illud, cui plus datur, plus exigitur ab eo?* Et illud.[h] *Seruus, qui non cognouit voluntatem Domini fui, & facit digna plagis, vapulabit paucis.*[i] *Seruus autem qui cognouit voluntatem Domini fui* (vt eft princeps tot Dei cumulatus muneribus) *& facit digna plagis vapulabit multis.* Et illud.[k] *Exiguo conceditur mifericordia; potentes autem potenter tormenta patientur.* Atque vtinam principibus adeffent tam pii, ac fideles monitores, confiliarii, & à confcientiæ fecretis, eorum maximi falutis zelatores, qui illis prudenter, & cum reuerentia illorum debita maieftati, intrepidè, fed ex charitate veritatem, Dei voluntatem, & poft hæc tremenda eius iudicia fuggererent; vel ipfi principes legere, & ftudio conuerfionis euoluere bonorum, fapientùmque doctorum fcripta, & ad Chriftianas, heroicafque virtutes hortamenta diligenter optarent. In quibus quæ ad fuam, populique falutem pertinerent, inuenire poffent: quæ confiliarii vani, aulici confeffores, & prædicatores regii eis annuntiare non audent, ne infœliciter fuauem, principum fuorum gratiam amittant, *Quam perdere maximum perfæpe lucrum effe*, Sanctus Am-

[a] Homer. l. 4. Iliad Χαλεποὶ δὲ θεοὶ ἐναργεῖς. l.
Molefta autem Dei ira, fcelera licet improbis
Sigebertus anno D. 1143. in chron.
[b] Epift. S. Bernardi ad Ludouicum 7.
Exhortatur S. Bernardus Ludouicum 7. ut per pœnitentiam à fe Dei iram, in diuinumque meritas.
[c] Prouerb. 27.
Quo plus principibus à Deo beneficiorum, & gratiæ acceptis, eo grauius fi peccauerit ab eo punietur.
[d] Leuit. 10. v. 1. 2.
[e] S. Aug. l. 3.
[f] Leuit. 10. v. 2.
[g] S. Aug ibid.
[h] S. Luc. 12. v. 48.
[i] Ibid. S. Luc 12. v. 49.
[k] Sap. 6. v. 7.
Votum authoris.

A brofius[l] experientia magiftra confeffus eft. Qui dum blandientibus fermonibus illos circumueniunt, vera eorum vitia diffimulando, virtutes quæ non funt, exaltando, fictis verbis, vt loquitur S.[m] Petrus de illorum falute perniciofe negotiantur. *Qua data porta ruunt*, & eorum animos prauarum perfuafionum *turbine perflant.* Vnde poft moralia crimina, Catholicæ religionis impietas erumpit: aqua denegata fanctiffimæ matri Chrifti Domini fponfæ erroris maculæque peccati nefciæ, necnon illius œcumenico paftori reuerentia, & obedientia, principes ipfos in damnationis æternæ baratra, tartareamque fœditatem miferrimè præcipitant. Vt S. Leo[n] verbis illis non minus veris, quam eleganti bus aperuit. *Verum hanc Petra iftius fanctiffimam firmitatem, Deo ædificante conftru-*
B *ctam nimis impia velut præfumptione violare decitur, quifquis eius poteftatem tentat infringere. Cui cùm præ cæteris foluendi, & ligandi fit tradita poteftas, pafcendarum tamen ouium cura fpecialius mandata eft. Cui quifquis principatum exiftimat denegandum, illius quidem nullo modo minuere poteft dignitatem. Sed inflatus fpiritu fuperbiæ fuæ femetipfum, ad infima demergit.*

Verùm quantæ preffuræ, oppreffiones, calamitatefque temporales hanc æternæ mortis damnationem præueniant, quis ignorat? Quanta facta, cafus, euentufque calamitofi huic affertioni fuffragantur? Poft multa temporalia mala Nabuchodonofori miferia fempiterna ab Efaia prædicta eft, fi fine pœnitentia difcefferit, dicente: *Ad infernum detraheris in profundum laci; qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque profpicient quafi profundius in puteus fubmer-*
C *fum.* Hic erat figura omnium ecclefiæ perfecutorum tyrannorum, tam ethnicorum, quàm hæreticorum, & impiorum Chriftianorum catholicam fidem verbo tenus profitentium. Quorum impœnitentium cruciatus æternos grauiffimæ in hoc mundo calamitates, ruinæque præcedunt. Crudeliffimam Decii tyranni in Chriftianos, deique ecclefiam perfecutio, *Tributarium Scythis barbaris*[o] *Romanum fecit imperium.* Illo tyranno fceleratiffimo cum filiis miferè extincto, Irene imperatrix proditione nefanda Nicephori poft imperii inuafionis à folio imperatorio depulfa humiliter de iudiciis Dei fentiens fuæ deiectionis ab imperio caofam peccatis fuis attribuit, hunc fceleratiffimum imperii fui vfurpatorem his affata verbis. *Ego quidem ô homo Deum*
D *puto, & pridem cùm effem orphana exaltaffe me, ac dein fuper folium, cùm effem indigna, prouexiffe me: caufam verò depofitionis mihimet applico, & peccatis meis adfcribo. In cunctis autem, ac modis omnibus, fit nomen Domini benedictum, &c.* Hæc ipfa per patientiam temporalium afflictionum, & pœnitentiam peccatorum, miferatione diuina fobueniente ad imperium cœlefte relicto, ac propter peccata perdito terreno profecturi. At fceleratiffimus Nicephorus priufquam demergeretur ad inferos, grauiffimas ante mortem, & in ipfa morte fuftinuit ærumnas, toto imperio orientali grauiffimis cladibus, ruinifque concuffo: id exigentibus, & flagitantibus à Deo iufto, feueroque iniquorum principum iudice, hominis nefandiffimi criminibus. Quæ contra Deum, eiufque in terris

[l] S. Ambrof.
[m] 2. Petri 2. v. 3.
Adulatoria perfuafionis auertunt omnem affectionem ab ecclefia, eiufque ecumenico paftore, ad fternandeque ab aeterna falute.
[n] S. Leo.
3. Pars. Calamitates æternas impiorum principum multa miferia temporalis præueniunt.
Efaiæ c. 14.
Nabuchodonofor typus omnium ecclefiæ perfecutorum.
Ob crudelitatem Decius in ecclefiam Dei Romanum imperium factum eft fub tributo.
[o] Pompon. Lætus in Gal; lo imp.
Peccatis fuis Irene imperatrix caufam attribuit depofitionis fuæ ab imperio.
Theophanes in mifcel. an. 802.
Nicephorus tyrannus vitæ pœnas æternas quibus fubiugatus eft in inferno multas temporales fæuiffimas fubiit ob iram à huiguris ob nefandiffima eius fcelera.

ſanctiſſimom vicarium Romanum Pontificem, (coius communionem illicò factus Imperator iniuſtiſſimè deteſtatus eſt) in ipſam Chriſti Domini ſanctiſſimam Eccleſiam (quam perẽni crudelitate, & tyrannide perſecutus eſt) in omnes gregis dominici prælatos, atque paſtores, omnes denique bonos imperij Romani ſubditos, & ſocios, ferino impetu, immanique ſacrilegio patrauerat. Ipſe namque tandem immaniſſimus tyrannus, poſt tot commiſſa ſcelera, in vltionem eorum victus à Bulgaris com toto exercitu, & filio miſerè, ignominioſéque trucidatus eſt, vt deſcripſit pluribus Theophanes, qui poſt deſcriptam eius, exercituſque ruinam, & cædem iſta ſubiunxit: [a] *Igitur nouus Achab ſignis non erudítus, quin è contra Phalaride, ac Mida ambitioſior factus, contra Bulgaros prælium prouocat, vna cum Stauratio filio, & Iulio menſe à regia vrbe digreſſus, iuſſit Niceta patritio, & generali Logothetæ publicos monaſteriorum, & Eccleſiarum cenſus imponere, & octo annorum præteritorum redhibitiones à principum domibus exigere. Et erat lamentum magnum. Cùm autem querimoniam audiret, à quodam proprio famulo Theodoſio videlicet Salibara patritio, dicente ſibi. Omnes, ô Domine, contra nos clamant, & in tempore tentationis caſui noſtro congratulabuntur. Cui reſpondet Nicephorus. Si Deus obducans obdurauit cor meum, vt Pharaonis, quid boni erit his, qui ſub manu mea ſunt à Nicephoro?* Hæc Theophanes, ſicut ſe ab ipſo Theodoſio accepiſſe commemorat. *Cuius tyranni caput Rex Bulgarorum Crunus*, inquit idem Theophanes, *reſciſſum ſuſpendit multis diebus in ligno ad oſtentationem ad ſe venientium nationum, & confuſionem omnium noſtrum. Poſt hæc autem accipiens illud, & denudans, argentoque forinſecus induens, bibere in illo Sclauinorum principes fecit gloriatus.* Hæc ipſe, quibus ſimilia habet [b] Michaël Studita. Hæc lugubria, & acerba temporalis oppreſſionis infortunia, miſerique caſus, certiſſima diuinæ indignationis, & iræ contra peccatores, impioſque mundi huius regnatores iudicia ſunt, & effectus. Quos ingrati, ſuaque malitia cæcati principes ſi ſaperent, & intelligerent, maximis ſuæ occaſione conuerſionis diuinæ huius bonitatis affluere, miſerationibus intuerentur: ingenuè profitentes ſe in eum finem temporalium calamitatum grauibus à Deo concuti, percellique tempeſtatibus, vt his iactati vehementer ad ſe redeuntes illarum cauſas, ſua nempe flagitia deteſtarentur, hiſque pœnitentia liberati, & exuti, terribilis Dei iudicij laqueos effugerent, atque ſic à ſempiternæ mortis cruciatibus, tormentiſque vindicarentur. [c] *Appropinquantem diuini iudicij* (non ſolùm extremi, ſed etiam particularis in peccatores terræ) *terminum, quantæ percuſſiones præueniant, innoteſcit: vt ſi Deum metuere in tranquillitate nolumus, vicinum eius iudicium vel perſecutionibus attriti timeamus.*

[a] Theophan. in miſcel. an. 811.

[b] Michael Studita in vita S. Theod. *In calamitatibus temporalibus magna Dei miſericordia in peccatores apparet, vt reſipiſcant.*

[c] S. Greg. Hom 35 in c. 21. Lucæ.

4 *Pars. Vexatio morborum Henrico iuniori regi Angliæ dedit intellectum ad verã pœnitendum,*

Hæ vexationes, preſſuræque temporales principibus, aliiſque ſui muneris oblitis peccatoribus à Deo miſſæ Henrico iuniori Angliæ regis filio valde profuerunt ad ſalutẽ. Qui cùm diu in patrẽ Henricum ſecundum ingenti irarum, odiique fluctuans æſtu rebellauiſſet, eum Deus vehemẽ-

A ti morborum vexatione ad mortem vſque viſitauit. In qua accipiens intellectum, & ſenſum enormitatis peccatorum, vt tanta ſcelera laboribus voluntariis, lachrymis, gemitibuſque amariſſimis expiaret, pœnitentiæ auſteræ maximè, grauiſſimæque moriens, totum ſe tradidit. Sibi futurum Dei iudicium ob oculos obiiciens ſe ipſum viuus adhuc, ſed languens in mortali dolore, tumulo proximus iudicare voluit: vt mortous in ſeuerum Dei viuentis iudicium non incideret: atque ita lugendo patrata ſcelera vitam gratiæ, quam peccando perdiderat, diuina miſeratione recuperans in morte, nunquam ab æternis cœleſtis gloriæ manſionibus exularet. De cuius principis valde contriti pœnitentia memorabili, hæc breuiter Rogerius in annalibus Angliæ. [d] *Arripiunt eum*, ſcilicet Henricum iuniorem, *febris, deinde fluxus ventris, & contriuit eum vſque*
B *ad mortem: qui cum ſenſiſſet mortem ſibi imminere, miſit ad dominum regem patrem ſuum, qui ad eum venire noluit. Timuit enim inſidias illius: Rex igitur filius conuocatis coram ſe Epiſcopis, & viris religioſis, qui aderant, primùm ſecretò, deinde coram omnibus ſua confeſſus peccata, pœnitentiam, & ſuorum recepit abſolutionem peccatorum, & tradidit Guillelmo Mareſcalo familiari ſuo crucem ſuam Hieroſolymam deferendam. Deinde depoſitis mollioribus indumentis cilicium induit, & ligato fune in collo ſuo dixit Epiſcopis, & cæteris viris religioſis circumſtantibus: trado me peccatorem indignum culpabilem, & obnoxium per funem iſtum vobis miniſtris Dei, poſtulans vt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui latroni confitenti in cruce peccata dimiſit, per preces veſtras, & per ſuam ineffabilem miſericordiam miſereatur infœliciſſimæ animæ meæ: & reſponderunt omnes: Amen. Et ipſe dixit illis, trahite me à lecto iſto*
C *per hunc funem, & imponite lecto illi cinereo* (quem ſibi præparauerat) *& fecerunt ſicut ipſe præcepit illis, & appoſuerunt capiti, & humeris ſuis duos lapides magnos quadratos, & omnibus rite peractis ipſe præcepit corpus ſuum deferri in Northmanniam, vſque Rhotomagum, & ibidem ſepeliri, & his dictis ipſe ſacroſancti corporis, & ſanguinis Domini viatico munitus in timore Domini emiſit ſpiritum.* Et Petrus Bleſenſis Henrici patris ingentem de filij ſui morte dolorem exhortatione conſolatoria lenire conando, de glorioſo eius regis filij, ad æterna cœlorum tabernacula per aſperam, eamque vehementer efficacem pœnitentiam à terra tranſitu, dicebat. [e] *Sed ſit quaſi hic dolendi modus, nec vos dolor rapiat vltra modum; temperatior debet eſſe apud vos ergo defunctum filium dolendi occaſio, quia Chriſtianiſſimè abijt, ne dicam obijt, & dolendo pœnitens, dolores æternos*
D *euaſit*. Et paulò pòſt regem patrem dolentem flebiliter affando. *Conuerſus eſt planctus eius in gaudium, conuertatur & veſter*, & cæt. Poſt hæc. *Nemo fuit in confeſſione humilior, in ſui accuſatione contritior, in emendatione deuotior, in propriæ carnis afflictione crudelior, in omni ſatisfactione feruentior.* Et paulò pòſt. *Omne iudicium iam euaſit, iudicauit enim ſe ipſum, ne in poſterum iudicetur.* Tandem regem triſtè gementem ſuper morte filij per apoſtrophem ſic alloquitur. *Vtinam, amantiſſime princeps, dum hoc ſeculum manet, imo potiùs dum hoc ſe-*

vt ſeuerum Dei iudicium, æternaque pœnas euitaret.

[d] Rogerius in annal. Angliæ.

Exemplum memorabile verè, & admodum auſterè pœnitentis principis.

[e] Petri Bleſenſis epiſt. 2. ad Henricum 2. regem Angliæ.

Temporales voluntariè pœnas ſuſtipiens Henricus æternas euaſit æternas.

Qui ſe verè iudicat non iudicabitur à Deo.

culum monet, iudicemus nos metipsos: fallax enim est hic mundus, vita breuis, finis dubius, exitus horribilis, iudex terribilis, pœna infinibilis, & cætera. Audite ista principes terræ, & vos omnes, qui populis, terræque nationibus imperatis: hoc præclaro, atque memorabili conuersionis exemplo resipiscite: *Vt seruiatis Domino in timore, & exultetis ei cum tremore.* a Psalm. 2. *Eius* [a] *apprehendite disciplinam, nequando vobis irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.* Dum hîc spirare datur, coruscationes Dei iudicij terribilis, id est illuminationes, inspi- A rationesque spiritus eius, ad rectè viuendum, regnandumque respicite: tonitrua eius, id est comminationes, quibus ne peccetis, vos hic benignè clementerque territat, audite: ne fulmina illius sempiterni iudicij, cruciatus videlicet æternos in altera vita sentire possitis. Nisi pœnitentiam cum ipso piu Henrico egeritis, omnes simul peribitis: & eritis tantò miseriores in inferno, quantò dignitate, potentia, prosperitate, cunctis alijs hominibus superiores extiteritis in hoc mundo.

TERTIÆ PARTIS

LIBER SEPTIMVS.

Qui est primus de regno ac regibus Franciæ, quos Christus Dominus multarum excellentiarum, prærogatiuarumque dono, cunctis orbis terrarum regibus superiores fecit: atque præ illis sua misericordia, bonitatisque propensione sublimauit. Quòd veræ fidei professores, & vindices, diuini verbi non auditores tantùm, sed factores, atque sanctissimæ matris Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ defensores, & illius bonorum auctores, atque largitores, vt filij charissimi, & obsequentissimi semper extiterint.

CAPVT I.

De antiquitate, ac longa regni Franciæ duratione, in mediis maximorum honorum, prosperitatumque supra omnia regna mundi, splendoribus.

1. *Propter veram pietatem, ac iustitiam aliarum virtutum varietate circũdatas, Deus non solum singulatum personarum, sed etiam regnorum solet ex misericordia sua temporales prosperitates in longos annos, atque secula prorogare.*
2. *Excellentia Franciæ regum super omnes orbis Christiani principes ob pietatẽ in Deũ sinceram, fidem Catholicam, & religiosum in Ecclesiam Christi, sedemque Apostolicam, multis affluens virtutibus obsequium.*
3. *Illustria supremi honoris nomina, quibus pietas, obedientia, charitas aliis comitata virtutibus in Ecclesiam Dei, Galliæ Reges, meritoriè gloriosèque decorarunt.*

VT personarum longa, fœlixque vita, sic duratio regnorum, & in multa secula prolongatio prospera, in pręmium antecedentium virtutum, rectèque factorum à Deo est misericordia, gratiaque profecta. Et contrà, vt breuitas vitæ personarum, hominumque singulorum temporalibus agitata malis; ita angusta regnorum duratio variis aduersitatum subA dita motibus in vltionem peccatorum iusta Dei indignantis, iratique sceleribus hominum castigatio est, & diuini furoris effectus. Ex quo puritas religionis Christianæ, vitæque sanctitas ab omni morum corruptione libera, antiquorum Galliæ regum, vna cum populis clarescit: qui tot annos, tam longo multorum seculorum tractu, tanta cum gloria, fœlicitateque suas illis Christo Domino benedictiooes impertiente regnauerunt. Plenæ sunt sacræ paginæ promissis Dei, quibus longam, prosperamque vitam sua seruantibus præcepta, in præmium suarum virtutum temporale pollicetur. [a] *Honora patrem, & matrem, vt sis longæuus super terram.* Sed quam terram? Bonam, feracem, & fertilem! vt [b] Septuaginta traoslatio designat. ἵνα εὖ σοι γένηται. *Vt bene tibi sit.* Καὶ ἵνα μακροχρόνιος γένῃ ἐπὶ τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς. *Vt longæuus sis super terram bonam.* Quod promissum repetere denuo in [c] Deuteronomio voluit, vt altius populorum animis infigeret. In cuius fine capitis ista subiunxit. [d] *Per viam, quam prædixit Dominus Deus vester ambulabitis, vt pro-*
B *telentur dies vestri.* Exod. 25. Quid ait ipse Dominus? [e] *Numerum dierum tuorum implebo.* Et Deuteron. c. 6. [f] *Timeas Dominum Deum tuum, & timeas omnia mandata, & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi, vt prolongentur dies tui.* Et capite 11. [g] *Quando sederis in domo tua, & ambulaueris, atque surrexeris scribes ea,* scilicet mandata mea, *super postes, & ianuas domus tuæ, vt multiplicentur dies tui.* Sic in eodem libro cap. 25. [h] *Pondus ha-*

Virtus & pietas regum Franciæ ex longa, & prospera regni illorum duratione colligitur.

Longam vitam Deus sua custodientibus mandata in Scripturis sanctis pollicetur.

a Exod. 20.
b Versio 70.
c Deuter. c. 5.
d Deuter. c. 5. in fin.
e Exod. 25.
f Deuter. c. 6.
g Deuter. c. 11
h Deut. 25.

adhue nondum fuiffe miferos! Nefcitis aut nefcire fimulans. Quod ipfi fcriptores ethnici tam ingenue confeffi præ fe tulerunt.[a] Quam fit molefta peccantibus ira Dei? In cuius ardores ne incideret Ludouicus VII. Francorum Rex, propter crudelitatem facrilegam in caftrum Vitriacum à fe captum exercitam, in cuius ecclefia ab eo incendi iuffa, mille trecentæ animæ diuerfi fexus, & ætatis incendio confumptæ funt; & propter alia crimina hunc principem fanctus Bernardus benignè, ardentique zelo charitatis ad falutarem pœnitentiam tanti fceleris expiatricem ita prouocabat.[b] *Dico vobis non erit diu inultum* (fcilicet crimen veftrum, in multos iniquitatis multiplicatum ramos) *Si hæc ita facere pergitis*, (fcilicet præter Vitriacam immanitatem, oppreffiones in ecclefias Dei, eiufque miniftros.) *Et ideo Domine mi rex amabiliter moneo vos, & fideliter confulo vobis vt citiùs ab hac malitia defiftatis: fi forte iam ferire parantis manum, Nimmita regis exemplo pœnitentia & humilitate præuenire pofsitis. Dura loquor quia duriora vobis fi timido. Sed memẽtote à fapiente dictum:*[c] *meliora effe vulnera amici, quàm fraudulenta ofcula inimici.* Confilium, & admonitio hæc quàm falutaris principibus, multarum, magnarumque miferiarum, fi rectè ab illis audiatur, expultrix; cùm certum fit magnos principes, aliofque bonis fortunæ potentes, quibus plus à Deo gratiæ tributum eft, grauius ab eodem caftigatum iri: exemplo filiorum[d] Aaron, fcilicet Nadab, & Abiu, quos Deo ignem alienum offerentes, ignis egreffus à Deo deuorauit. De qua vindicta hæc textus facer. *Abreptifque Nadab, & Abiu filij Aaron thuribulis. Impofuerant, & incenfum defuper offerentes coram Domino, ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Quia*, inquit fanctus Auguftinus,[e] *ex illo igne, qui diuinitus ad altare venerat deinceps cuftodito omnia erant accendenda, quæ in tabernaculo accendi oportebat.* In cuius tranfgreffionis mandatorum Dei vltionem.[f] *Egreffus ignis à Domino deuorauit eos, & mortui funt coram Domino.* Quorfum tantus diuinæ vindictæ rigor, & ardor?[g] *Vt hinc fciretur*, inquit D. Auguftinus, *fecundùm illud, cui plus datur, plus exigitur ab eo?* Et illud.[h] *Seruus, qui non cognouit voluntatem Domini fui, & facit digna plagis, vapulabit paucis.*[i] *Seruus autem qui cognouit voluntatem Domini fui* (vt eft princeps tot Dei cumulatus muneribus) *& facit digna plagis vapulabit multis.* Et illud.[k] *Exiguo conceditur mifericordia; potentes autem potenter tormenta patientur.* Atque vtinam principibus adeffent tam pij, ac fideles monitores, confiliarij, & à confcientiæ fecretis, eorum maximi falutis zelatores, qui illis prudenter, & cum reuerentia illorum debita maieftati, intrepidè, fed ex charitate veritatem, Dei voluntatem, & poft hæc tremenda eius iudicia fuggererent; vel ipfi principes legere, & ftudio conuerfionis euoluère bonorum, fapientùmque doctorum fcripta, & ad Chriftianas, heroicafque virtutes hortamenta diligenter optarent. In quibus quæ ad fuam, populique falutem pertinerent, inuenire poffent: quæ confiliarij vani, aulici confeffores, & prædicatores regij eis annuntiare non audent, ne infœliciter fuauem, principum fuorum gratiam amittant, *Quam perdere maximum perfæpe lucrum effe*, Sanctus Am-

a Homer. l. 4 Iliad. Χαλεπὴ ἡ Θεοῦ ἐπιμῆνις. 1. Molefta autem Dei eft ira, fcilicet improbis
Sigebertus anno D. 1143. in chron.
b Epift. S. Bernardi ad Ludouicum 7.
Exhortatur S. Bernardus Ludouicum 7. vt per pœnitentiam à fe Dei iram, iu diuinumque mereatur.
c Prouerb 27.
Quo plus principes à Deo beneficiorum, & gratiæ acceperit, eo grauius fi peccauerit ab eo punietur.
d Leuit. 10. v. 1. 2.
e S. Aug. l. 3.
f Leuit. 10. v. 2
g S. Aug ibid.
h S. Luc. 12. v. 48.
i Ibid. S. Luc 12. v. 49.
k Sap. 6. v. 7.
Votum authoris.

A brofius[l] experientia magiftra confeffus eft. Qui dum blandientibus fermonibus illos circumueniunt, vera eorum vitia diffimulando, virtutes quæ non funt, exaltando, fictis verbis, vt loquitur S.[m] Petrus de illorum falute perniciofe negotiantur. *Quæ data porta ruunt*, & eorum animos prauarum perfuafionum *turbine perflant*. Vnde poft moralia crimina, Catholicæ religionis impietas erumpit: aqua denegata fanctiffimæ matri Chrifti Domini fponfæ erroris maculæque peccati nefciæ, necnon illius œcumenico paftori reuerentia, & obedientia, principes ipfos in damnationis æternæ baratra, tartareamque fœditatem miferrimè præcipitant. Vt S. Leo[n] verbis illis non minus veris, quam elegantibus aperuit. *Verum hanc Petræ iftius fanctifsimam firmitatem, Deo ædificante conftructam nimis impia velut præfumptione violare di-* B *citur, quifquis eius poteftatem tentat infringere. Cui cùm præ cæteris foluendi, & ligandi fit tradita poteftas, pafcendarum tamen ouium cura fpecialius mandata eft. Cui quifquis principatum exiftimat denegandum, illius quidem nullo modo minuere poteft dignitatem. Sed inflatus fpiritu fuperbiæ fuæ femetipfum, ad infima demergit.*

Verùm quantæ preffuræ, oppreffiones, calamitatefque temporales hanc æternæ mortis damnationem præueniant, quis ignorat? Quanta facta, cafus, euentufque calamitofi huic affertioni fuffragantur? Poft multa temporalia mala Nabuchodonofori miferia fempiterna ab Efaia prædicta eft, fi fine pœnitentia difceffe- rit, dicente: *Ad infernum detraheris in profundum laci? qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque profpicient quafi profundiùs in pœnis fubmer-* C *fum.* Hic erat figura omnium ecclefiæ perfecutorum tyrannorum, tam ethnicorum, quàm hæreticorum, & impiorum Chriftianorum catholicam fidem verbo tenus profitentium. Quorum impœnitentium cruciatus æternos grauiffimæ in hoc mundo calamitates, ruinæque præcedunt. Crudeliffimam Decij tyranni in Chriftianos, derque ecclefiam perfecutio, *Tributarium Scythis barbaris*[o] *Romanum fecit imperium.* Illo tyranno fceleratiffimo cum filiis miferè extincto, Irene imperatrix proditione nefanda Nicephori poft imperij inuaforis à folio imperatorio depulfa humiliter de iudiciis Dei fentiens fuæ deiectionis ab imperio caufam peccatis fuis attribuit, hunc fceleratiffimum imperij fui vfurpatorem his affata verbis. *Ego quidem ô homo Deum deputo, & pridem cùm effem orphana exaltaffe me, ac dein fuper folium, cùm effem indigna, prouexiffe me: caufam verò depofitionis mihimet* D *applico, & peccatis meis adfcribo. In cunctis autem, ac modis omnibus, fit nomen Domini benedictum, &c.* Hæc ipfa per patientiam temporalium afflictionum, & pœnitentiam peccatorum, miferatione diuina fubueniente ad imperium cœlefte relicto, ac propter peccata perdito terreno profectura. At fceleratiffimus Nicephorus priufquam demergeretur ad inferos, grauiffimas ante mortem, & in ipfa morte fuftinuit ærumnas, toto imperio orientali grauiffimis cladibus, ruinifque concuffo: id exigentibus, & flagitantibus à Deo iufto, feueroque iniquorum principum iudice, hominis nefandiffimi criminibus. Quæ contra Deum, eiufque in terris

l S. Ambrof.
m 2. Petri c. 2.
Adulatorum perfuafiones auertunt principes ab obedientia S. ecclefiæ, eiufque œcumenici paftoris, indeque ab æterna falute.
n S. Leo.
3. Pars.
Calamitates æternas impiorum principũ multa miferia temporales præueniunt.
Efaiæ c. 14.
Nabuchodonofor typus omnium ecclefiæ perfecutorum.
Ob crudelitatem Decij in ecclefiam Dei Romanum imperium factum eft fub tributo.
o Pompon. Lætus in Gallo imp.
Peccatis fuis Irene imperatrix caufam attribuit depofitionis fuæ ab imperio.
Theophanes in mifcel. an. 802.
Nicephorus tyrannus ante pœnas æternas quibus fubiugatus eft in inferno multas temporales famofiſsimas fubiit victus à Bulgaris ob nefandifsima eius fcelera.

sanctissimom vicarium Romanum Pontificem, A (cuius communionem illicò factus Imperator iniustissimè detestatus est) in ipsam Christi Domini sanctissimam Ecclesiam (quam perenni crudelitate, & tyrannide persecutus est) in omnes gregis dominici prælatos, atque pastores, omnes denique bonos imperij Romani subditos, & socios, ferino impetu, immanique sacrilegio patrauerat. Ipse namque tandem immanissimus tyrannos, post tot commissa scelera, in vltionem eorum victus à Bulgaris cum toto exercitu, & filio miserè, ignominioséque trucidatus est, vt descripsit pluribus Theophanes, qui post descriptam eius, exercitusque ruinam, & cædem ista subiunxit: [a] *Igitur nouus Achab signis non eruditus, quin è contra Phalaride, ac Mida ambitiosior factus, contra Bulgaros prælium præparat, vna cum Staurato filio, & Iulio mense à regia vrbe digressus, iussit Nicetæ patritio, & generali Logotheta publicos monasteriorum, & Ecclesiarum census imponere, & octo annorum præteritorum redhibitiones à principum domibus exigere. Et erat lamentum magnum. Cùm autem querimoniam audiret, à quodam proprio famulo Theodosio videlicet Salibara patritio, dicente filio. Omnes, ô Domine, contra nos clamant, & in tempore tentationis casui nostro congratulabuntur. Cui respondet Nicephorus. Si Deus obdurans obdurauit cor meum, vt Pharaonis, quid boni erit his, qui sub manu mea sunt à Nicephoro?* Hæc Theophanes, sicut se ab ipso Theodosio accepisse commemorat. *Cuius tyranni caput Rex Bulgarorum Crunus*, inquit idem Theophanes, *rescissum suspendit multis diebus in ligno ad ostentationem ad se venientium nationum, & confusionem omnium nostrum. Post hæc autem accipiens illud, & denudans, argentoque forinsecus induens, bibere in illo Sclauinorum principes fecit gloriatus.* Hæc ipse, quibus similia habet [b] Michaël Studita. Hæc lugubria, & acerba temporalis oppressionis infortunia, miserique casus, certissima diuinæ indignationis, & iræ contra peccatores, impiosque mundi huius regnatores iudicia sunt, & effectus. Quos ingrati, suaque malitia cæcati principes si saperent, & intelligerent, maximis suæ occasione conuersionis diuinæ huius bonitatis affluere, miserationibus intuerentur: ingenuè profitentes se in eum finem temporalium calamitatum grauibus à Deo concuti, percellique tempestatibus, vt his iactati vehementer ad se redeuntes illarum causas, sua nempe flagitia detestarentur, hisque pœnitentia liberati, & exuti, terribilis Dei iudicij laqueos effugerent, atque sic à sempiternæ mortis cruciatibus, tormentisque vindicarentur. [c] *Appropinquantem diuini iudicij* (non solùm extremi, sed etiam D particularis in peccatores terræ) *terminum, quantæ percussiones præueniant, innotescit: vt si Deum metuere in tranquillitate nolumus, vicinum eius iudicium vel persecutionibus attriti timeamus.*

a Theophan. in miscel. an. 811.

b Michaël Studita in vita S. Theod.

In calamitatibus temporalibus magna Dei misericordia in peccatores apparet, vt resipiscant.

c S. Greg. Hom 35 in c. 21. Lucæ.

4 Para. Vexatio morborum Henrico iuniori regi Angliæ dedit intellectum ad verè pœnitendum,

Hæ vexationes, pressuræque temporales principibus, aliisque sui muneris oblitis peccatoribus à Deo missæ Henrico iuniori Angliæ regis filio valde profuerunt ad salutē. Qui cùm diu in patrē Henricum secundum ingenti irarum, odiique fluctuans æstu rebellauisset, eum Deus vehementi morborum vexatione ad mortem vsque visitauit. In qua accipiens intellectum, & sensum enormitatis peccatorum, vt tanta scelera laboribus voluntariis, lachrymis, gemitibusque amarissimis expiaret, pœnitentiæ austeræ maximè, grauissimæque moriens, totum se tradidit. Sibi futurum Dei iudicium ob oculos obiiciens seipsum viuus adhuc, sed languens in mortali dolore, tumulo proximus iudicare voluit: vt mortuus in seuerum Dei viuentis iudicium non incideret: atque ita lugendo patrata scelera vitam gratiæ, quam peccando perdiderat, diuina miseratione recuperans in morte, nunquam ab æternis cœlestis gloriæ mansionibus exularet. De cuius principis valde contriti pœnitentia memorabili, hæc breuiter Rogerius in annalibus Angliæ. [d] *Arripiunt eum*, scilicet Henricum iuniorem, *febris, deinde fluxus ventris, & contriuit eum vsque* B *ad mortem: qui cum sensisset mortem sibi imminere, misit ad dominum regem patrem suum, qui ad eum venire noluit. Timuit enim insidias illius: Rex igitur filius conuocatis coram se Episcopis, & viris religiosis, qui aderant, primùm secretò, deinde coram omnibus sua confessus peccata, pœnitentiam, & suorum recepit absolutionem peccatorum, & tradidit Guillelmo Marescalo familiari suo crucem suam Hierosolymam deferendam. Deinde depositis mollioribus indumentis cilicium induit, & ligato fune in collo suo dixit Episcopis, & cæteris viris religiosis circumstantibus: trade me peccatorem indignum culpabilem, & obnoxium per funem istum vobis ministris Dei, postulans vt Dominus noster Iesus Christus, qui latroni confitenti in cruce peccata dimisit, per preces vestras, & per suam ineffabilem misericordiam misereatur infœlicissimæ animæ meæ: & responderunt omnes: Amen. Et ipse dixit illis, trahite me à lecto isto* C *per hunc funem, & imponite lecto illo cinereo* (quem sibi præparauerat) *& fecerunt sicut ipse præcepit illis, & apposuerunt capiti, & humeris suis duos lapides magnos quadratos, & omnibus rite peractis ipse præcepit corpus suum deferri in Northmanniam, vsque Rhotomagum, & ibidem sepeliri, & his dictis ipse sacrosancti corporis, & sanguinis Domini viatico munitus in timore Domini emisit spiritum.* Et Petrus Blesensis Henrici patris ingentem de filij sui morte dolorem exhortatione consolatoria lenire conando, de glorioso eius regis filij, ad æterna cœlorum tabernacula per asperam, eamque vehementer efficacem pœnitentiam à terra transitu, dicebat. [e] *Sed sit quasi hic dolendi modus, nec vos dolor rapiat vltra modum; temperatior debet esse apud vos ergo defunctum filium dolendi occasio, quia Christianissimè abijt, ne dicam obijt, & dolendo pœnitens, dolores æternos* D *euasit.* Et paulò pòst regem patrem dolentem flebiliter affando. *Conuersus est planctus eius in gaudium, conuertatur & vester*, & cæt. Post hæc. *Nemo fuit in confessione humilior, in sui accusatione contritior, in emendatione deuotior, in propria carnis afflictione crudelior, in omni satisfactione feruentior.* Et paulò pòst. *Omne iudicium iam euasit, iudicauit enim se ipsum, ne in posterum iudicetur.* Tandem regem tristè gementem super morte filij per apostrophem sic alloquitur. *Vtinam, amantissime princeps, dum hoc seculum manet, imo potiùs dum hoc se-*

vt seuerum Dei iudicium æterno, quo pœnas euitaret.

d Rogerius in annal. Angliæ.

Exemplum memorabile verè, & admodum austerè pœnitentis principis.

e Petri Blesensis epist. 2. ad Henricum 2. regem Angliæ.

Temporales voluntariè pœnas suscipiens Henricus iunior euasit æternas.

Qui se verè iudicat non iudicabitur à Deo.

culum manet, iudicemus nos metipſos: fallax enim eſt hic mundus, vita breuis, finis dubius, exitus horribilis, iudex terribilis, pœna infinibilis, & cætera. Audite iſta principes terræ, & vos omnes, qui populis, terræque nationibus imperatis: hoc præclaro, atque memorabili conuerſionis exemplo reſipiſcite: *Vt ſeruatis Domino in timore, & exultetis ei cum tremore. Eius* [a] *apprehendite diſciplinam, nequando vobis iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.* Dum hic ſpirare datur, coruſcationes Dei iudicij terribilis, id eſt illuminationes, inſpi-

[a] Pſalm. 2.

A rationeſque ſpiritus eius, ad rectè viuendum, regnandumque reſpicite: tonitrua eius, id eſt comminationes, quibus ne peccetis, vos hic benignè clementerque territat, audite: ne fulmina illius ſempiterni iudicij, cruciatus videlicet æternos in altera vita ſentire poſſitis. Niſi pœnitentiam cum ipſo pio Henrico egeritis, omnes ſimul peribitis: & eritis tantò miſeriores in inferno, quantò dignitate, potentia, proſperitate, cunctis alijs hominibus ſuperiores extiteritis in hoc mundo.



TERTIÆ PARTIS

LIBER SEPTIMVS.

Qui est primus de regno ac regibus Franciæ, quos Christus Dominus multarum excellentiarum, prærogatiuarumque dono, cunctis orbis terrarum regibus superiores fecit: atque præ illis suæ misericordiæ, bonitatisque propensione sublimauit. Quòd veræ fidei professores, & vindices, diuini verbi non auditores tantum, sed factores, atque sanctissimæ matris Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ defensores, & illius bonorum auctores, atque largitores, vt filij charissimi, & obsequentissimi semper extiterint.

CAPVT I.

De antiquitate, ac longa regni Franciæ duratione, in mediis maximorum honorum, prosperitatumque supra omnia regna mundi, splendoribus.

1. *Propter veram pietatem, ac iustitiam aliarum virtutum varietate circũdatas, Deus non solum singulatum personarum, sed etiam regnorum solet ex misericordia sua temporales prosperitates in longos annos, atque secula prorogare.*
2. *Excellentia Franciæ regum super omnes orbis Christiani principes ob pietatẽ in Deũ sinceram, fidem Catholicam, & religiosum in Ecclesiam Christi, sedemque Apostolicam, multis affluens virtutibus obsequium.*
3. *Illustria supremi honoris nomina, quibus pietas, obedientia, charitas aliis comitata virtutibus in Ecclesiam Dei, Galliæ Reges, meritoriè gloriosèque decorarunt.*



VT personarum longa, fœlixque vita, sic duratio regnorum, & in multa secula prolongatio prospera, in præmiom antecedentium virtutum, rectèque factorum à Dei est misericordia, gratiaque profecta. Et contrà, vt breuitas vitæ personarum, hominumque singulorum temporalibus agitata malis; ita angusta regnorum duratio variis aduersitatum sub-A dita motibus in vltionem peccatorum iustâ Dei indignantis, iratique sceleribus hominum castigatio est, & diuini furoris effectus. Ex quo puritas religionis Christianæ, vitæque sanctitas ab omni morum corruptione libera, antiquorum Galliæ regum, vna cum populis clarescit: qui tot annos, tam longo multorum seculorum tractu, tanta cum gloria, fœlicitateque suas illis Christo Domino benedictiones impertiente regnauerunt. Plenæ sunt sacræ paginæ promissis Dei, quibus longam, prosperamque vitam sua seruantibus præcepta, in præmium suarum virtutum temporale pollicetur. [a] *Honora patrem, & matrem, vt sis longæuus super terram.* Sed quam terram? Bonam, feracem, & fertilem! vt [b] Septuaginta translatio designat. ἵνα εὖ σοι γένηται. *Vt bene tibi sit.* Καὶ ἵνα μακροχρόνιος γένῃ ἐπὶ τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς. *Vt longæuus sis super terram bonam.* Quod promissum repetere denuo in [c] Deoteronomio voluit, vt altius populorum animis infigeret. In cuios fine capitis ista subiunxit. [d] *Per viam, quam præcepit Dominus Deus vester ambulabitis, vt pro-B telentur dies vestri.* Exod. 25. Quid ait ipse Dominus? [e] *Numerum dierum tuorum implebo.* Et Deuteron. c. 6. [f] *Timeas Dominum Deum tuum, & custodias omnia mandata, & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi, vt prolongentur dies tui.* Et capite 11. [g] *Quando sederis in domo tua, & ambulaueris, atque surrexeris scribes ea,* scilicet mandata mea, *super postes, & ianuas domus tuæ, vt multiplicentur dies tui.* Sic in eodem libro cap. 25. [h] *Pondus ha-*

Virtus & pietas regum Franciæ ex longa, & prospera regni illorum duratione colligitur.

Longam vitam Deus sua custodientibus mandata in Scripturis sanctis pollicetur.

a Exod. 20.

b Versio 70.

c Deuter. c. 5.

d Deuter. c. 5. in fin.

e Exod. 25.

f Deuter. c. 6.

g Deuter. c. 11.

h Deut. 25.

bebis verum, & iustum, & medius æqualis & vetus erit tibi, vt multo viuas tempore. Hanc benedictionem diuturnæ, longæque vitæ Deum sibi fideliter seruientibus dare solitum regius propheta confitetur, sic Deo de rege iusto loquens. [a] *Vitam petiit à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum*, &c. Huius benedictionis infra causam reddit. [b] *Quoniam rex sperat* (scilicet faciendo bonitatem) *in Domino, & in misericordia altissimi non commouebitur.* Ita alibi Propheta per interrogationem sciscitando: *Quis est homo qui vult vitam? Diligit dies videre bonos*, respondit, *Prohibe linguam tuam à malo, & fac bonum.* Et quæ sequuntur. Et Psal. 90. Deus de iusto in sua misericordia sperante dicebat. [c] *Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum.* Hinc illa magnifica, veridicaque Salomonis oracula. [d] *Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ: viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis.* Sequitur prosperitas longæ vitæ ab omni infortunio liberæ. *Quas* (scilicet semitas, æquitatis, & sapientiæ vias) *cùm ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum.* Et capite 9. [e] *Principium sapientiæ timor Domini, & scientia Sanctorum prudentia.* [f] *Per me enim*, inquit Dominus, *multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ.* Quæ confirmans Propheta sequenti capite subiunxit. [g] *Timor Domini apponit dies.* Et vt bona vita, & obsequens Deo, eiusque ministris multiplicat dies, sic contra mala sceleribus oppleta infœliciter abbreuiat: iuxta illud Prophetæ patientis: [h] *iniqui sublati sunt ante tempus suum.* Et Psalmo 54. [i] *Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos.* Similiter de hisdem improbis. [k] *Defecerunt*, inquit, *in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione.* Propterea sapiens, quàm esset miserum impiis malè facere significans aiebat. [l] *Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi vmbra transeant.* His diuinis sanctæ scripturæ oraculis sacra Ecclesiæ decreta suffragantur, vt illud canonis, Episcopi 11. q. 3. in cuius fine scribitur. [m] *Propter excommunicationis peccatum excommunicatos longo tempore morte praueniri.* Ibique Glossa ait, [n] *quòd citius moriatur quis propter peccatum:* vt in Anania, & Saphira [o] in Apostolorum actibus apparuit. Sicut in can. [p] dilectissimos 12. q. 1. & ibi Glossa. [q] Propter peccatum; peccato vitam abbreuiari testatur. *Et Dei sequentes exemplum magni, & sancti viri* (inquit S. [r] Augustinus) *quamquam optime scirent mortem istam, quæ animam dissoluit à corpore formidandam non esse: secundùm tamen eorum animum, qui illam timerent, nonnulla peccata morte puniuerunt: quo & viuentibus vtilis metus incuteretur, & iis qui morte puniebantur non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset si viuerent, diminueretur.* Quod sancti patris oraculum [s] in suos sacros canones Ecclesia transtulit. At quę virtutes Deum ipsum Dominum virtutum, vt hominum singulorum vitam in plures annos, & quidem faustos, longosque propagaret, impulerunt: Ipsæ eidem persuaserunt, vt fœlicem regnorum statum in longa secula produceret. Adeo vt iam de antiqua, solidaque regum Franciæ virtute, pietate, religione in sublimiter adorando Deo, Christo Domino, eiusque sponsæ sanctissimæ matris Ecclesiæ mandatis obsequendo nulla ratione dubitare debeamus: cum eorum regnum, & imperium prosperitatibus, varia gloria, & honore fœcundum tot iam seculis super omnia regna mundi floruisse conspiciamus. Sunt enim firma hæc, stabiliaque diuturni regni in fœlicitate sistentis fundamenta, atque munimenta, sincera fides, Catholica religio, Christianis condita virtutibus, iustitia, Ecclesiæ Romanæ, sedique Apostolicæ filialis obedientia. Quæ tam altas in Franciæ regum cordibus radices egerunt, vt iure meritissimo super omnes Christianæ ditionis reges, ac principes Christianissimi fuerint appellati. Quibus muniti sanctitatis Christianæ præsidiis Christiani principes, reges, & Imperatores, hostes Dei religionis, impetuque domant & Ecclesiasticæ pacis, salutisque fidelium robur instaurant. His illustratum virtutibus pro defensione religionis, & Ecclesiæ sanctæ contra omnes perditorum hostium furiosos insultus Iustinum seniorem Imperatorem vehementer ita Hormisda Papa laudibus efferebat. [t] *Hæc prima sunt vestri fundamenta principatus Deum placasse iustitia, & asciuisse vobis excellentissimæ maiestatis auxilia, dum aduersarios eius velut proprios tempsimus inimicos: hæc nimirum maxima Respubl. fundamenta sunt. Hoc solidum inuictumque robur. Neque enim humanis ictibus potest esse peruium, quod est diuina gratia firmitate vallatum. Testis est prophetica Scriptura: ait enim,* [u] *Elegi Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Contra autem frustra arma, frustra sibi copias quærit, quem gratia superna destituit.* Et paulò pòst. *Bellabis tu quidem diuino tutus auxilio, excellentissime princeps, & tuæ Reipublicæ iugo ferocissimarum gentium colla submittes, sed nulla victoria potest esse præstantior, quam quod humani generis hostem, post quæsita tam longi temporis firmamenta subuertis.* De hoc truculento humani generis hoste tenebrarum principe, eius ministris Dei Ecclesięque eius inimicis, Galliæ reges sæpe laureati triumpharunt. Inde eorum super omnes principes terræ potestas, dignitas, honor & gloria.

De quibus authores grauissimi, & de meliori nota doctores vtriusque iuris magnificè loquentes, vt veritatis congruentia deposcit, modo regem Franciæ in suo regno [x] *Imperatorem* nominant, [y] modò *stellam matutinam* in medio nebolæ Meridionalis, modo [z] *corporalem Deum* in regno suo, qui lege intellectus regitur, modò [a] *polum antarticum* [b] qui superiorem se præter Deum neminem in temporalibus agnoscit, neque de iure, neque de facto, vt ibi pluribus probant, ostenduntque doctores [c] Petrus de Bellapertica, Nicolaus de Matisco, Ioannes Faber, Paulus de Castro, Christophorus de Castallione, & Iason in L. primam C. de summa Trinitate, & fide Catholica, & in L. Gallus §. & quod sit tantum n. 95. ff. de liberis & posthumis, [d] Salicetus in L. Vectigalia, Cod. noua vectigalia imponi nõ posse. Ægydius [e] Romanus. [f] Cardinalis Alexandrinus, [g] Panormitanus, & alij quamplurimi vtriusque iuris primarij doctores: nec sacratissimæ facultatis præstantissimi professores, de talibus regum Franciæ super omnes principes ditionis Christianæ excellentiis conticuerunt, quos recensere longiùs esset, quàm moderata capitis series pati posse videretur. Estque tam perfecta, & suis absoluta numeris regum Franciæ monarchica maiestas, vt nulli in terris, quantumuis

a Psal. 20 v. 6
b Ibid. v. 8.
c Psal. 90. v. 16
d Prouerb. 4. v. 10.
e Prou. 9. v. 10
f Prou. 9. v. 11
g Prouerb. c. 10 v 27.
Vita improborum annos abbreuiat.
h Iob 21 v. 16
i Psal 54.
k Psal. 77.
l Eccles. 8.
m cap. Episc. 11. q. 3.
n Glossa propter peccatū can Episcopi 11. q. 3.
o Actorum 1 5
p Can. dilectissimos 12. q. 1.
q Glossa can. propter peccatum.
r D Aug l. 1. c. 37 de serm. Domini in monte
s Can eo vindicta 23. q 4. magni autem c. 20. 30.

Quæ vera legant, ac faliciis imperij fūdamenta.
t Hormisdæ epist 18 ad Iustinū Imp.
u Psal. 88.
Nulla nobilior victoria quam diabolum, Deique hostes vincere.
2. Paro.
Excellentia regum Franc. super omnes reges ob pietatem in Deum, & Ecclesia eius sinceram obedientiam.
x Boldos in L. exemplo. C. de probation.
y Idem in tit. de feodi alienat. per Fridericū in vlt. colom.
z Idem in auth. hoc amplius vers. fic quæro an. filius regis.
a Idem inconsil. 416. in 1. parte.
b Ca per venerabilem extra qui filij sint legitimi.
c Doctores in cap. per venerabilem. &c.
d Salicetus.
e Ægydius Rom tract. de potestate Ecclesiæ.
f Card. Alex. in cap. ius Quiritium dist. 1.
g Panorm. in cap. Tua. 2. qu. de decimis, & in c. quæ in Eccles. de constitut.
Rex Franciæ nulli in terris fidelitatem debet, quoad temporalia.

A potentissimo principi, ac Imperatori fidelitatem quoad tēporalia prestare teneatur. Quod est maximæ signum libertatis, & eminentissimæ dominationis. [a] Omnis namq; fidelitas libertati contraria est, eamque inter species seruitutis vtriusque iuris doctores [b] Baldus, & alij clarissimi transferunt. Hincque regem Franciæ nullo iure Romano subesse Imperatori, communis est omnium doctorum sententia, Bartoli, Baldi, Iasonis, & cæterorum, quos supra meminimus, & quos breuitatis causa subticuimus, nec vllum vnquam à temporibus primis regum Franciæ [c] territoriū, seu quod idem est districtum aliquod habuisse Imperatorem in hoc regno, ex omnibus antiquitatis historiis, doctorum iudiciis, testimoniisque clarum est. Hinc est quod Franci suo summo supremoque monarchæ, ac regi parentes Imperatorum legibus minimè subiiciantur,

a Extra de priuileg cap. cùm olim.
b Baldus in L. quoties c. de suis & legit. & in L. sicut in princip. ff. de vsufructu.
c cap. vbi periculum de electionibus in sexto.

B sed solùm earum æquitatem mirantes, eas prout suo placuit regi sequantur. Estque ea [d] Baldi, [e] aliorumque iuris doctorum mens, & sententia dicentium, *Francos legum Romanarum æquitatem mirari, non tamen eis parendi necessitatem vllam sibi imponere.* Et in signum supremæ, absolutæque nullius Imperatoris constrictæ legibus monarchiæ scribit [f] Procopius soli Imperatori Romano, & Francorum Regibus licuisse suam aureo nummo effigiem imprimere, quod cæteris terræ regibus, ne quidem excepto Persarum rege facere prohibebatur. Atque vt reges nostri nullis Imperatorum legibus teneri se populosque suos ostenderent, sæpe suis edictis vsu legum imperialium suis subditis interdixerunt, easque in iudiciis proponi, citariue vetuerunt: præsertim si vel suis sanctionibus, vel priuatis locorum,

Imperatorum legibus Franci non subditi.
d Baldus in L. nemo Cod. de sentent. & interlocut. iudicum, & in cap. fin. de consuetud.
e Doctores in l. 1. Cod. de summa Trinit.
f Procop. l. 3. de bello Gothico.

C prouinciarumque sui regni consuetudinibus aduersari comperirentur. Huius rei exempla in annalibus Franciæ prostant. [g] Philippi 3. Francorum regis extat constitutio, quæ in senatu publicata postridie Regaliorum, id ipsum an. Domini 1277. prohibuit. [h] Aliam fecit ediditque Philippus 4. anno Domini 1304. qua Romanis & Imperatoris legibus authoritatem in regno suo sustulit, & ademit: in eisque non pondus iurisdictionis, sed vigorem rationis attendi voluit. Quis igitur in terris, quoad temporalia, Francorum rege superior? quis in regni sui territorio sublimior? Solus Deus! A quo solo se rex Galliæ maiestatis absolutæ, supremæque potestatem, ius, robur, virtutemque clementer accepisse profitetur, & profitendo humiliter, & cum deuota gratiarum actione gloriatur. In cuius rei fidem, diuinique agnitionem beneficij, hæc in regiis litteris superscriptio solet inseri. N. *Dei gratia Rex Franciæ*, sine vlla additione, quàm

g Constit. Philippi 3. Reg. Franc.
h Philippi 4. constit.
Rex Franciæ in regno suo solum Deum in temporalibus superiorem agnoscit.

D solent alij reges imperij, vel sedis Apostolicæ Feudatarij, qui ideo iure Feudi Romano Pontifici, vel Imperatori subditi, in suis patentibus, vt loquuntur, litteris huic subscriptioni *Dei gratia*, addunt, & illam sedis Apostolicæ, vel Imperatoris semper Augusti gratia: per quam subiectionem suam erga superiores principes ingenuè profiteantur. Vnde Philippum ducem Burgundiæ magnæ superbiæ, præsumptionisque arrogantis meritò [i] doctores, ac boni scriptores insimularunt; quòd cùm vnus esset de paribus Franciæ, eaque ratione præter alias Franciæ regi subditus ausu temerario in suis rescriptis hac vti formula subscriptionis voluerit. *Philippus Dei*

Cur Rex Franciæ se dicit Dei gratia regem sine alia additione.
i Chassanæus in rubrica consuetud. Burgundiæ.

A *gratia dux*, &c. non addens, *& Regis Christianissimi fauore, seu gratia, cuius vasallus erat, & Feudatarius.* Quoniam hæc verba *Dei gratia* solitariè sine additione posita, tali principe alium in terris principem superiorem præter Deū non esse declarant. At Regi Francorum hæc solitariè suprascriptio conuenit optimè, qui soli Deo fasces, suique iura imperij refert accepta; ac ei soli in temporalibus submittitur, superiores præter Dei supra se in regno suo iurisdictiones meritò despiciens. Propterea [k] Clemens 5. in extrauaganti meruit, de priuilegiis, Francorum regem tanto honoris, dignitatisque summæ eminentem fastigio suspicit, atque veneratur, vt eum à solius Dei misericordia, & gratia regno suscepto potiri (cum oleo sancto cœlitùs

k Clemens 5. in extrauag. Meruit de priuilegiis.
A Dei gratia, & misericordia Rex Franciæ suum regnum possidet.

B misso super omnes Christianorum reges vngatur) habereque illum coronam libertatis, & gloriæ fateatur. Ita quod super vexilla prima inuictissimi Regis Francorum nemo præsumere debeat honorem, vt rationibus, legibus, sacrisque canonibus doctè, eleganterque [l] Baldus asserit. Qui in maius Christianissimi regis encomium asseuerare non metuit, *ipsius principis vmbra totum mundum regi.* Quam eandem potestatem, imo etiam maiorem in regno suo, quam Imperatorem in Imperio [m] Alexander Cardinalis habere probauit.

Nullum regum terræ supra regem Franciæ debet honorem præsumere.
l Bald. in prohib. feud. alien. per Fredericum in vsibus feud. consil. 1. 2. volum.

Hinc tot egregia, præclarataque honoris excelsi, dignitatisque sublimis, super omnes mondi sceptra tenentes, Francorum Regi à sacris canonibus delata nomina. Huic summæ tituli laudis, & authoritatis eximiæ reuerenter attributi. Modo enim Regem Francorum præ aliis terræ

Baldus in c. 1. de renunciat.
m Alex. Card. in c. 1. Quæ sunt regalia in vsibus feudorum.

C Regibus [n] *excellentissimum*, sacros illos Ecclesiæ canones honorificè conclamantes audimus; modo [o] *gloriosissimum* nuncupantibus intersumus attentè; modo [p] *magnificum*, & [q] *illustrem* maximè præ consortibus suis aliis terrarum regibus appellantes iure laodamus: alia quamplurima summæ reuerentiæ, & eminentis excellentiæ vocabula hic missa facio, quę inferiùs non subticebo. Vnum modò, & quidem breuiter (quoniam de eo plura dicturus postea) nomen, quod est super omne principum mundi nomen, nempe *Christianissimi Regis*, recordabor: quo sanctissimi Pontifices, Ecclesię pręsules vniuersalis, Francorum Reges ob immensa eorum, pro defensione & salute Ecclesię, sedisq; Apostolicæ prosperitate pręclarè gesta, super omnes orbis Christiani principes decorare voluerunt. Huius illustrissimi nominis regibus Francorum reuerēter attributi præclara [r] in extrauaganti Ioannis 22. quæ incipit, *prodiens*, habetur mentio. Hoc

Paes. Illustrium honorū summi nomina super omnes reges regi Franciæ à sacris concessa canonibus.
n Cap. Excellentissimus. 10. q. 3.
o c. hoc quippe 3. q. 6.
p cap. nouit de offic. de legibus.
q c. nouit. de iudiciis.
Nomen Christianissimi.
r Extrauag. Ioan. 22. Prodiens.

D sanctissimum nomen factis decoratum conformibus magna gloria, fœlicitasque sequuntur illis communicanda regibus: qui se bonis, regiisque factis Dei gratia innixis hoc tam sacro nomine dignos efficiunt. Magnum, ac nouum nomen principibus puris hominibus oblatum, & attributum, vt iam tali Francorum Regi illud Prophetę non immeritò applicare liceat. [s] *Vocabitur nomine nouo, quo Dominus vocauit eum. Et eris corona gloriæ in nomine Domini, & diadema regni in nomine Domini Dei tui.* Sed vnde tot honorum titulos, tot gloriæ summę vocabula, tot supremæ reuerentię nomina, tot excellentias sublimes, tot eminentissimę potestatis, & authoritatis prerogatiuas Regibus Gallorum super omnes alios

s Esaiæ 62. 2.
De pietate vetere Christianissimorum, & sincera in sedem Apostolicam Regum Francorum obedientia.

reges, ac principes seculares mundi concessas, A quàm ab illorum sincera religione, Catholica pietate verè Christiana, atque deuota in Ecclesiam sanctam Christi sponsam, sedem Apostolicam, eius pastorem Oecumenicum obedientia, fidelitate, obsequioque filiali promanare potuisse iudicabimus? Ad quorum confirmationem memorabilia, egregiaque ista sunt, quæ Guilelmus Carnotensis Episcopus ad Alexandrum 3. de regno regibusque Francorum, aduersus calumnias Henrici 2. Anglorum regis, Ludouico Rege Christianissimo contra eas iusta indignatione commoto rescripsit. [a] *Inter omnia regna mundi non est ex animi mei sententia regnum, quod fidem sinceriorem, charitatem ferventiorem, devotionem vberiorem Apostolicæ semper sedi exhibuit, quàm Francorum. Non est inter reges, & principes, qui benignius exaudiat preces vestras, qui mandatis obediat humilius, Ecclesiam, & viros Ecclesiasticos deuotiùs honoret, & studiosius tueatur Christianissimo rege nostro. Non est Ecclesia, quæ Ecclesiæ Romanæ fuerit vtilior in omnibus angustijs suis, quam Gallicana, &c.* B Hæ quidem virtutes maximæ, ac Christianissimo principe dignissimæ quàm altis, profundisque veritatis radicibus à conuersione Clodouæi in Franciæ regnum cordibus penitus insederint experientia S. Gregorius agnouit, agnitasque non tacuit, cùm ita Childebertum regem multarum, magnarumque virtutum principem multo cum affectu scriberet. [b] *Quanto cæteros homines regia dignitas antecellit, tanta cæterarum gentium regna regni vestri profecto culmen excellit. Esse autem regem, quia sunt & alij, non mirum est: sed esse Catholicum, quod alij non merentur, hoc satis est. Sicut enim magnæ lampadis splendor in tetræ noctis obscuritate, luminis sui claritate fulgescit: ita fidei vestræ claritas inter aliarum gentium obscuram perfidiam rutilat, ac coruscat:* C *quidquid autem reges cæteri se gloriantur habere, habetis: sed ipsi in hac re* (à vobis scilicet) *vehementiùs superantur, quoniam hoc principale bonum non habent, quod habetis. Vt ergo sicut fide, ita & actione vincantur, benignæ se excellentia vestra suis subiectis semper exhibeat.* Hæc S. Gregorius de sanctitate vitæ, de pietate, ac in Deum religione Childeberti Franciæ Regis fideliter ea, veréque prodidit. Propter quas Christianas virtutes sæpiùs, Francorum reges omnium terrarum orbis regum [c] præcellentissimos appellauit. Quanto verò pietatis, fidei, charitatis, obedientiæ nexu, Francorum Reges com sede Apostolica, Romanisque Pontificibus Ecclesię pastoribus vniuersalis, coniuncti ad incrementum Ecclesiæ, religionisque Christianę ab omni tempore conspirauerint, Iuo Carnotensis ad Paschalem Pontificem pro Ecclesia Nouiomensi rescribēs, ita hunc pastorem, ac principem Ecclesiæ humiliter affando decla- D rauit. [d] *Nouit vestra paternitas, quia regnum Francorum præ cæteris regnis sedi Apostolicæ semper fuit obnoxium: & ideò quantum ad ipsas regias personas pertinuit, nulla diuisio fuit inter regnum, & summum Sacerdotium. Quod ergo hactenus cum pace, & vtilitate Ecclesiæ obseruatum est, humiliter petimus, vt de cætero obseruetur, & regni Francorum pax, & summi Sacerdotij nulla sub replicatione dissoluatur,* &c. Sed hæc pauca de maximis Regum Franciæ virtutibus hic prælibasse, breuiterque notauisse sufficiat nobis, quamplurima de his principum nostrorum præclarissimis virtutibus sæpius, postea per varia sequentium librorum capita copiosè, cumulatéque dicturis.

Magna regum Francorum virtutes, quibus reliquos mundi reges superemineban.

[a] Guillelmi Carnot. Episc. epist. ad Alexand. 3 ex cod Vaticanu l. 2. epist. 57.

[b] S. Greg epist ad Childebertum regem.

[c] S. Greg in epist ex 11. Registri epist ad Gilardum, & alibi.

[d] Epist. 240. Iuo Carnot. ad Paschalem pontif. pro Eccles. Nouiomensi.

CAPUT II.

Admirabilis Dei prouidentia summæ plena misericordiæ in conuertendo Clodoueum Regem, eiusque populos Francos pro amplitudine gloriæ suæ, pro Ecclesiæ, ac sedis Apostolicæ salute, per signa, virtutes, ac miracula magna in horum conuersione ab ipso Domino Deo edita.

1. *De admirabili Dei prouidentia in hac Regis conuersione, pro sua gloria, pro salute ac defensione Ecclesiæ sua.*
2. *De signis, ac miraculis propter hanc conuersionem editis à Deo.*
3. *De præstantissimis pietatis, religionis, & obedientia erga Dei Ecclesiam, sedemque Apostolicam Regum, ac populorum Franciæ effectibus.*



GLORIAM [a] regni Francorum dicent, & potentiam Dei summa conditam misericordia, cum admiratione, honorisque tremore loquentur omnes, C quicumque audierint signa, virtutes, ac mirabilia magna, quæ fecit Deus in terra hac, ad conuersionem Francorum, & eorum Regis Clodouæi. Vt illius ad suam fidem miraculis, salutaribusque conuersi prodigiis, virtute, pietate, zelo, fortitudine, comitantibus externorum viribus armorum, pro suæ defensione religionis, & Ecclesiæ potenter, ac efficaciter vteretur. Quam eo tempore, tam in Oriente, quàm in Occidente grauissimi hostes, atque tyranni, barbari, infideles, hæretici, schismatici, vndique magno perculsam feritatis, & immanitatis impetu, seuerissimè diuexabant, & opprimebant. Nam in Oriente Anastasius Imperator tandiu sub vestimento ouium latitās in hypocrisi veræ fidei, pietatisque simulator, tandem in apertum impietatis, hæreseosque campum, contra Ecclesiam D Dei, sedemque Apostolicam tanquam lupus rapax, atque leo rugiens, erectis crudelitatis, ferocitatisque suæ iubis efferatus irrupit, iure propterea à S. Symmacho Papa anathematis ictus fulmine. In Occidente extincto Imperatore Romano regni Italici tyrannicus vsurpator, hæreticus Arianus, & barbarus Gothorū Rex Theodoricus immanissimè contra sacra religionis Christianæ, Ecclesiæque Catholicæ iura grassabatur. Africam, Gallias, Germanias, Hispanias, aliasque Occidentalium terrarum plagas similis barbariei, crudelitatis, impietatis hæreticæ, Apostasiæque, ferocitatis inundatione profundius ingurgitati

[a] Psal. 43.

Ecclesia Dei vbique in Occidente, & Oriente à tyrannis ante Clodouæi conuersionem seuerissimè perculsa.

Anastasius tyrannus Ecclesia in Oriente.

Theodoricus rex Gothorum hæreticus in Occidente, aliique barbari tyranni, & infideles Ecclesiam Dei persequebantur.

ingorgitati barbari, Vuandali, Hunni, Picti, Gothi, Viſigothi, Oſtrogoti, aliique impii barbari, infideleſqoe crudeliſſimis latrociniis, immaniſſimis rapinis, populationibuſque deuorantes Eccleſiam Dei, longo, ac duro dolore gementem, aſſiduis concuſſam perſecutionibus quieſcere non ſinebant. Quis hæc videns, matura conſideratione proſpiciens, animum non ſtatim deſpondiſſet? atque ſpe lapſus optata, lumen fidei Catholicæ, ſplendorem Eccleſiæ matris immaculatæ, iubar Chriſtianæ veritatis immortaliter in alta Apoſtolicæ ſedis arce rutilans, tot vndique è portis inferi ventis tempeſtatibuſque, tantorum Dei inimicorum, diaboli miniſtrorum ſæua rabie, furoreqoe effrænato horribiliter erumpentibus agitatum, breui in illis orbis Chriſtiani partibus extinctum iri non crediddiſſet? Et quod in iſto tot perſecutionum cumulo luctuoſius, miſeriuſque videri poterat, nullus tunc in toto terrarum orbe princeps Chriſtianus Catholica fide refulgens inueniebatur, qui tot impendentibus Eccleſiæ malis obſiſtere vellet, ſioe furores tot immanium hoſtium illius, generoſo pectore, armotumque fortitudine comprimere poſſet.

Suam Deus Eccleſiam nũquam deſerit in medio grauiſſimarum perſecutionum

At,[a] *Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.*[b] *Nec dabit in æternum fluctuationem iuſto.* Qui vt doceat nos ſuam Eccleſiam non hominum nutu ſtare; non humanis inniti viribus, ſed ſua diuina prouidentia gubernari: afflictam tonſionibus aduerſitatum in tenebris triſtitiæ lugentem ad claram ſolatij, quieriſque lucem ſua miſericordia ſubleuari: & in profundum maris perſecutionum demerſam, ad ſalutarem proſperitatis, tranqoillitatiſque portum ſua potentia traoſportari. Aliquando, vt loquitur propheta,[c] *in manibus ſuis abſcondit lucem, & præcepit ei, vt rurſum adueniat.* Sic namque ſerio ſuæ ſapientiæ ludo, *quæ coram ſe omni tempore ludit in orbe terrarum*, exigentibus hominum peccatis, malorum tenebras in Eccleſiam ſuã abſcondita luce proſperitatis ioduxit, quas ſtatim miſericordiæ fortitudiniſque ſuæ manus aperiens, eadem reddita pacis Eccleſiæ ſuæ luce fugaunt. Nam cum infidelitatis, hæreſeos, improbitatis, & aliorum cootra fidem Dei, bonoſque mores, errorum tenebræ, omnes ferè mundi terras opacauiſſent: tantæ barbarorum, tyrannorumque irruptiones ſæuiſſimæ orientalis, occidentaliſque Eccleſiæ plagas inundauiſſent: Io Gallia planè diuinitus fulgidum nouæ, ſanctæque lucis ſidus apparuit. Cùm videlicet magnus ille Francorum Rex Clodouæus diuino illuſtratus fulgore, ab infidelitatis, erroriſque paganici tenebris in claram veritatis Chriſtianæ locem ſacri baptiſmatis vnda purgatus, filius Eccleſiæ factus obſequentiſſimus fœliciter emicuit. Sic namque,[d] *fons ille hortorum, puteus aquarum viuentium* Christus D. in animam huius principis quam ſuæ diuinæ gratiæ mundam, de ſino, atque Libano ſuæ miſericordiæ impetu magno fluentem, clementer effudit: vt perfectè mũdatus à ſpiritali infidelitatis, erroriſque lepra, huius diuinæ gratiæ ſpiritalis aquæ riuolos, ſuæ conuerſionis exemplo, ad irrigandos ſuorum populorum animos ſitientes, & aridos, ſalutari fluxu diffunderet. Tunc in perſona huius regis adimpletum eſt quod de ſe incarnata ſapientia Chriſtus Dominus dixerat.[e] *Ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio; ego quaſi fluuius Dorix, & ſicut aquæductus exiui de paradiſo.* Scilicet de horto gratiæ,

a Pſal. 120 v. 3
b Pſal. 54. v 25

Eccleſia Dei non hominum arbitrio, ſed Dei prouidentia regitur, & conſeruatur.
c Iob. c. 36.

Dum toto orbe graſſantes tyranni Eccleſiã Dei opprimebant Clodouæus rex ad fidem conuertitur pro defenſione illius anno D 499. ſui regni 15.

d Cant. 4. v. 15

Clodouæus ſimul cum à Chriſto Domino populis ſuos conuertit.

e Eccleſ 24. v 41.

A & miſericordiæ Chriſti Dei mei. *Dixi, rigabo hortum meum plantationum*, id eſt populorum mihi creditorum animos, aqoa ſcilicet diuinæ gratiæ, qua me per lauacrum regenerationis Rex meus, & Deus meus Saloator mundi, *mundauit, & ſuper niuem dealbauit. Et inebriabo prati mei fructum.* Id eſt conuerſione mea ad fidem Chriſti Domini, regni mei bona, proſperitateſque multiplicabo. O fœlicem principem, hoc diuini fluminis impetu ſanctificatum! O beatos Francos, qui exemplo ſui principis ad conuerſionem vitæ ſuæ, priùs erroneæ, peccatriciſqoe feſtinarunt! Quod ſic bonam gratiam apud Deum inuenerunt, eiuſque nacti amicitiam nullis grauati malis, omnibus cumulatè bonis affluxerunt! Quid ille poſtea mali, princeps, quid eius populi præter ipſius gratiæ
B diuinæ iacturam timere potuerunt? Quid ooo tunc ille princeps, iam pietate potens, cum conuerſis ad ſigna Chriſti populis cum rege propheta dicere debuit?[f] *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo? Si conſiſtant aduerſum me caſtra non timebit cor meum?* Et rectè quidem: *Si enim Deus pro nobis, quis*, & quid *contra nos? Protegitur imperator ſenatu* (inquit Diuus Auguſtinus) *& non timet: Protegitur mortalibus mortalis, & ſecurus eſt. Protegitur mortalis ab immortali, & timebit? &c.* Timeant impii in perfidia ſua, infidelitate, ſceleribuſque perſeuerantes cum execrabili fratricida Cain, quibus iraſcitur Deus, dicantque cum eo.[g] *Ecce eiicis me à facie terræ, & à facie tua abſcondar. Omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me.* Quibus
C enim illi quos à vultu ſuo, gratiaque propter crimina proijcit, relegatque Deus calamitatum, ærumnarumque procellis, tempeſtatiboſque nõ verſabuntur? Et contra, quos diuina gratia amorque Dei fouet, quæ proſpera non cumulabunt?[h] *Si ambulauero in medio umbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Cæſarem nauclero tempeſtate perterrito retro ſcaphę, qua vehebatur, curſom vertere ſtatuenti dixiſſe ferunt. *Ne extimeſce quicquam, Cæſarem vehis.* Quæ tunc timoris occaſio in mediis mundi huius bellorum, aduerſitatumqoe tempeſtatibus, ac fluctibus in Clodouæi Regis iam conuerſiooe ſua Chriſtum Dominum in corde, corporeqoe ſuo portantis animo inſidere poterat? Dei ſpiritum inclamantem audientis? *Noli timere, tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito.* Gratiæ quippe virtutis, & gloriæ Dominum Chriſtum Saluatorem mundi tecum
D portas, & vehis. Quid enim tunc Deo plenus rex tantæ pietatis, atque fortitudiois cum Apoſtolo noo dixiſſet?[i] *Quis me ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? An anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio?* Quare hoc? Quia cum Apoſtolo Chriſtum Dominum, eiuſque virtutem, illius interuentu gratiæ vehebat.[k] *Ne timeas Iſrael,* inquit Dominus, *quia ego tecum ſum.* Ne timeas, ô princeps, recenti conuerſione in Chriſti charitate radicate, qui taotis huius principis regum terræ miſerationis, gratiæque fructibus abundas. Timeaot illi principes terræ, qui veſtram conoerſionem, ſuamque ſalutem peroſi, aſtantes, & conuenientes in vnum, ipſo Domino Chriſto Saluatori mundi, ſuorum armorum rebellione reluctantur. Qui dum mundi huius corrupti gratiam venantur, & quærunt, quæſitamque nanciſcuntur, mille illius periculis, ac fraudibus exitialibus infœliciſſimè ſubduntur. *Quo-*

Fœlix Clodouæus cum populis, qui hac conuerſione regni ſui Chriſti gratiã adinuenit, à qua bona cuncta procedunt.

f Pſal. 29.
Paul. c. v.
S. Auguſt. in Pſal. 26,

g Geneſ. 4.

h Pſal. 22.

Plut. in vita Cæſaris.

i Rom. 8.

k Pſal. 41.

tis, & incuriæ pronunciauisset. Alia multa de nimiæ simplicitatis erroribus in historiis, in quos iste sanctus impegit, recenset Baronius. Vt de funere sancti Martini, cui per miraculum sanctum Ambrosium interfuisse sanctus iste Gregorius asseruit, cùm certum sit secundum sacros, & Ecclasiasticos annales, sanctum Martinum trium annorum spatio sancto Ambrosio superuixisse. Propterea quis nō videt sanctum Gregorium in errorem circa vitam, factaque sancti Remigij, sicut circa sancti Dionysij & alia quamplurima temporum historiis, rebusque gestis subdita, impingere potuisse? Insuper à doctissimis, fideque propter summam vitæ probitatem dignissimis accepi Rhemis in S. Remigij monasterio librū nō exiguū manuscriptū de vita Remigij sanctissimi præsulis asseruari; in quo præter alia oculta de sancti chrismatis Ampula de cœlo missa ista leguntur. *Cum sanctissimus Pontifex, & Rex Clodoueus peruenissent ad baptisterium, clericus qui chrisma ferebat, à populo sic est interceptus, vt ad fontem venire nequiuerit. Vnde sanctificato fonte, nutu diuino chrisma defuit: & quia propter populi pressuram, vlli non patebat egressus Ecclesia, vel ingressus, sanctissimus Pontifex oculis, ac manibus in cœlum protensis, cœpit tacitè orare cum lachrymis, & ecce subito columba niue candidior attulit in rostro Ampullam chrismate sancto repletam, in quo quidem totius Franciæ dignitas, nobilitas, honor, gloria, maiestas consistit, & magnificentia.* Similia habent Hincmarus, Aimonius, & Floardus locis supra citatis. Extat alius liber in huius S. Remigij monasterij Archiuis asseruatus, de dedicatione huius Ecclesiæ, ante quingentos, & quinquaginta annos à Leone 9. Pontifice maximo celebrata, in quo hæc doctoris Theologi nomine Poncardi verba scripta leguntur. *Materia huius dedicationis potius cœlestis quàm terrena dicenda: Materiam dico reliquias sanctorum, & sanctarum cum illo admirabili vasculo, quod de cælo delatum est. Et licet multa contineantur ibidem reliquia excellentes, & magnifica, tres tamen sunt inter alias, & super cæteras eminentes, videlicet corpus beatissimi Remigij; ampulla Spiritus sancti, sanguis effusus de latere Christi. Primum est de sublimibus præpotentibus cœli, id est de sanctioribus animabus sanctorum, qui cum Christo regnant in cælo, quorum corpora venerantur in terris. Secundum est de natura cælesti, scilicet sacra ampulla missa de cælo. Tertia de Domino cœlorum, & totius mundi. Vide preciosas reliquias nullo pretio appretiabiles, & penè cunctis alys incomparabiles.*

Liber vetustissimus manuscriptus de S. Remigij vita in monasterio S. Remigij asseruatus in quo miraculum S. Ampullæ abundè describitur, & confirmatur.

Alius liber de dedicatione templi Remigij ante annos 550 vnà sancta Ampulla miraculi asserunt veritatem.

Sed ad mirabiles magnarum sublimiumque virtutum inter Christianas veniamus effectus: propter quos sanctissima, & Romana sedes Franciæ reges inter alios orbis Christiani principes, regis supremi nomine decorare dignata est, Froissardo teste, qui tomo 2. chronicorū regnum Franciæ excellentis pietatis, ac fidei fontem appellauit: propter nobilissimas Ecclesias ibi constructas, sublimes prælationes, vera pietatis, religionisque Catholicæ regum Franciæ, populorumque monumenta. Propter præclaros earumdem virtutum effectus, & opera primogeniti Ecclesiæ filij, regisque Christianissimi, ipsi Franciæ reges appellatione decorari meruerunt. (*Ab eo* (scilicet Clodouæo) inquit Sigonius, *Gens Francorum Christi fidem, nomenque tanto ardore, tantaque constantia coluit, vt vsque ad nostram ætatem omnes hæreseos labes respuerit, & firma in Ecclesia Catholica disciplina, ac Romani Pontificis authoritate permanserit; vnde rex eius merito regis Christianissimi cognomen accepit, à virtute pietateque regum suorum, hoc diuino sanctificatorum oleo.*

3. Pars. De magnis, praclarisque religionis vero, ac Catholicæ pietatis per gratiam sacro unctionis à regibus Franciæ rerum editis effectibus.

Nomē primogeniti Ecclesiæ & Christianissimi sibi vertus hus Franciæ reges atque fuerunt. a Sigonius de regno Italiæ.

A primis monarchiæ Gallicæ temporibus Franciæ sanctitatis, fideique Catholicæ tam sincerè fuxerunt, vt de illis hoc Agathias elogium honorificè prædicauerit. ᵇ χριστιανοὶ γάρ εἰσιν ἅπαντες ... *Christiani enim omnes sunt, rectissimèque de Deo sentiunt.* De pietate & misericordia regum Franciæ in afflictos, & calamitatibus oppressos, præsertim sacerdotes, & personas Ecclesiæ seruitio religiosè mancipatas, Ludouicus septimus rex Franciæ dicere solebat: ᶜ *Hoc esse è pristina dignitate diadematis regum Francorum, fortè vt exules, & præsertim persona Ecclesiastica regum, & regni securitate, & pace perfruantur, & à persecutorum iniuria defendantur.* Quod est opus regis verè Christianissimi, præcipuéque de Catholica religione merito gloriantis, & cap. 16. eiusdem libri hæc scripta leguntur. ᵈ *Consueuit Francia ab antiquis temporibus omnes miseros, & afflictos, & maximè pro iustitia exulantes recipere, & fouere, & tueri, donec pacē habeant.* Quàm talis religionis, pietatisque Christianæ feruor Christianissimos Francorum reges vitæ suæ prodigos fecit? propriæ contemptores securitatis! vt Ecclesiam Dei Catholicam, sedemque Apostolicam saluam, & incolumem ab omni immanium inimicorum impetu furoreque protegerent. Quis nescit, nisi historiæ sacræ penitus ignarus Gallica signa propter eam causam, cum bene ordinato Christianissimi Regis exercitu, toto terrarum orbe contra omnes Barbaros, Sarracenos, Turcas, Infideles, hæreticos, schismaticos, & alios Ecclesiæ sanctæ, romanæque sedis hostes, millies cum gloria, victoria, triumphisque volitasse? *Francorum in oriente* (inquit Mercurius Belgicus) *arma contra Turcas, meridie contra Africanos, & Arabes, in Septentrione contra Hussitas, & Normanos, & dam contra Albigenses cognita.* Spoliis hostium Dei onusti toties pro defensione Ecclesiæ, sedisque Apostolicæ laureati, victoriarum multiplicium, maximarumque palmis, sola nominis sui fama, aduentusque rumore ferocissimos Dei, & Christianæ religionis hostes, aduersariosque consternarunt. Quod animaduertens, & agnoscens legatus regis Georgiæ scilicet Cappadociæ, Armeniæ, & Mesopotamiæ, de virtute fortitudineque feliciter bellandi Franciæ regum dicere solebat: ᵉ *Turcas, Sarracenos, aliosque orientales Barbaros, Christiani nominis infensissimos hostes viso regum Franciæ signo maioribus conenti terroribus, quam aliorum principum parato exercitu centum millibus armatorum constato.* Quibus hæc Suggeri Abbatis sancti Dionisij conformia sunt. ᶠ *Tanta Regis Francorum, & Domini Ludouici* (scilicet Crassi) *præconabatur strenuitas, vt ipsi etiam Sarraceni huius terrore compulsi terrerentur.* Et vt vera pietas, sinceraque Christi Domini religio à sacra illa vnctione, & benedictione cœlesti deriuata, reges Christianissimos aduersus infideles, Barbaros, hæreticos, tyrannos, oppressores Ecclesiæ, romanæque sedis, Christiana generositate semper armauit: Sic ipsorum Franciæ regum cordibus immortale contra impia schismata, scissuras im-

b Agathias de bello Gothico.

c In quadrilogi Anglorum Iulius libro de vita, & processu S. Thomæ Cantuariensis martyris super libertate Ecclesiastica cap. 6.

d Cap. 16. eius dem libri quadrilogi.

Mercurius Belgicus Flandris natione scriptor.

e Regis Georgiæ legati de fortitudine contra Barbaros regum Francorum.

f Suggerius Abbas S. Dionysij in vita Ludouici Grossi.

tis, & incuriæ pronunciauiſſet. Alia multa de nimiæ ſimplicitatis erroribus in hiſtoriis, in quos iſte ſanctus impegit, recenſet Baronius. Vt de funere ſancti Martini, cui per miraculum ſanctum Ambroſium interfuiſſe ſanctus iſte Gregorius aſſeruit, cùm certum ſit ſecundum ſacros, & Eccleſiaſticos annales, ſanctum Martinum trium annorum ſpatio ſancto Ambroſio ſuperuixiſſe. Propterea quis nõ videt ſanctum Gregorium in errorem circa vitam, factaque ſancti Remigij, ſicut circa ſancti Dionyſij & alia quamplurima temporum hiſtoriis, rebuſque geſtis ſubdita, impingere potuiſſe? Inſuper à doctiſſimis, fideque propter ſummam vitæ probitatem digniſſimis accepi Rhemis in S. Remigij monaſterio librũ nõ exiguũ manuſcriptũ de vita Remigij ſanctiſſimi præſulis aſſeruari; in quo præter alia multa de ſancti chriſmatis Ampula de cœlo miſſa iſta leguntur. *Cum ſanctiſſimus Pontifex, & Rex Clodoueus perueniſſent ad baptiſterium, clericus qui chriſma ferebat, à populo ſic eſt interceptus, vt ad fontem venire nequiuerit. Vnde ſanctificato fonte, nutu diuino chriſma defuit: & quia propter populi preſſuram, vlli non patebat egreſſus Eccleſiæ, vel ingreſſus, ſanctiſſimus Pontifex oculis, ac manibus in cœlum protenſis, cœpit tacitè orare cum lachrymis, & ecce ſubito columba niue candidior attulit in roſtro Ampullam chriſmate ſancto repletam, in quo quidem totius Franciæ dignitas, nobilitas, honor, gloria, majeſtas conſiſtit, & magnificentia.* Similia habent Hincmarus, Aimonius, & Floardus locis ſupra citatis. Extat alius liber in huius S. Remigij monaſterij Archiuis aſſeruatus, de dedicatione huius Eccleſiæ, ante quingentos, & quinquaginta annos à Leone 9. Pontifice maximo celebrata, in quo hæc doctoris Theologi nomine Poncardi verba ſcripta leguntur. *Materia huius dedicationis potius cœleſtis quàm terrena dicenda: Materiam dico reliquias ſanctorum, & ſanctarum cum illo admirabili vaſculo, quod de cœlo delatum eſt. Et licet multa contineantur ibidem reliquiæ excellentes, & magnificæ, tres tamen ſunt inter alias, & ſuper cæteras eminentes, videlicet corpus beatiſſimi Remigij; ampulla Spiritus ſancti, ſanguis effuſus de latere Chriſti. Primum eſt de ſublimibus præpotentibus cœli, id eſt de ſanctioribus animabus ſanctorum, qui cum Chriſto regnant in cœlo, quorum corpora venerantur in terris. Secundum eſt de natura cœleſti, ſcilicet ſacra ampulla miſſa de cœlo. Tertia de Domino cœlorum, & totius mundi. Vide precioſas reliquias nullo pretio appretiabiles, & penè cunctis alijs incomparabiles.*

Liber vetuſtus manuſcriptus de S. Remigij vita in monaſterio S. Remigij aſſeruatus in quo miraculum S. Ampullæ abundè deſcribitur, & confirmatur.

Alius liber de dedicatione templi Remigij ante annos 550 eius ſancta Ampulla miraculi aſtruit veritatem.

3. Pars. De magnis, præclariſque religionis vera, ac Catholicæ pietatis per gratiam ſacræ vnctionis à regibus Francorum editis effectibus.

Sed ad mirabiles magnarum ſublimiumque virtutum inter Chriſtianas veniamus effectus: propter quos ſanctiſſima, & Romana ſedes Franciæ reges inter alios orbis Chriſtiani principes, regis ſupremi nomine decorare dignata eſt, Froiſſardo teſte, qui tomo 2. chronicorũ regnum Franciæ excellentis pietatis, ac fidei fontem appellauit: propter nobiliſſimas Eccleſias ibi conſtructas, ſublimes prælationes, vera pietatis, religioniſque Catholicæ regum Franciæ, populorumque monumenta. Propter præclaros earumdem virtutum effectus, & opera primogeniti Eccleſiæ filij, regiſque Chriſtianiſſimi, ipſi Franciæ reges appellatione decorari meruerunt. (*Ab eo* (ſcilicet Clodouæo) [a] inquit Sigonius, *Gens Francorum Chriſti fidem, nomenque tanto ardore, tantaque conſtantia coluit, vt vſque ad noſtram ætatem omnes hæreſeos labes reſpuerit, & firma in Eccleſiæ Catholicæ diſciplina, ac Romani Pontificis authoritate permanſerit; vnde rex eius meritò regis Chriſtianiſſimi cognomen accepit, à viuente pietateque regum ſuorum, hoc diuino ſanctificatorum oleo.*

Nomẽ primogeniti Eccleſiæ & Chriſtianiſſimi ſibi vir tutibus Franciæ reges acquiſierunt.

a Sigonius de regno Italiæ.

A primis monarchiæ Gallicæ temporibus Franci lac ſanctitatis, fideique Catholicæ tam ſincerè ſuxerunt, vt de illis hoc Agathias elogium honorificè prædicauerit. [b] χριστιανοὶ γὰρ ἅπαντες τυγχάνουσιν ὄντες, καὶ τῇ ὀρθοτάτῃ χρώμενοι δόξῃ. *Chriſtiani enim omnes ſunt, rectiſſiméque de Deo ſentiunt.* De pietate & miſericordia regum Franciæ in afflictos, & calamitatibus oppreſſos, præſertim ſacerdotes, & perſonas Eccleſiæ ſeruitio religiosè mancipatas, Lodouicus ſeptimus rex Franciæ dicere ſolebat: [c] *Hoc eſſe è priſtina dignitate diadematis regum Francorum, fortè vt exules, & præſertim perſonæ Eccleſiaſticæ regum, & regni ſecuritate, & pace perfruantur, & à perſecutorum iniuria defendantur.* Quod eſt opus regis verè Chriſtianiſſimi, præcipuéque de Catholica religione merito gloriantis, & cap. 16. eiuſdem libri hæc ſcripta leguntur. [d] *Conſueuit Francia ab antiquis temporibus omnes miſeros, & afflictos, & maximè pro iuſtitia exulantes recipere, & fouere, & tueri, donec pacẽ habeant.* Quàm talis religionis, pietatiſque Chriſtianæ feruor Chriſtianiſſimos Francorum reges vitæ ſuæ prodigos fecit? propriæ contemptores ſecuritatis! vt Eccleſiam Dei Catholicam, ſedemque Apoſtolicam ſaluam, & incolumem ab omni immanium inimicorum impetu furoreque protegerent. Quis neſcit, niſi hiſtoriæ ſacræ penitus ignarus Gallica ſigna propter eam cauſam, cum bene ordinato Chriſtianiſſimi Regis exercitu, toto terrarum orbe contra omnes Barbaros, Sarracenos, Turcas, Infideles, hæreticos, ſchiſmaticos, & alios Eccleſiæ ſanctæ, romanæque ſedis hoſtes, millies cum gloria, victoria, triumphiſque volitaſſe? *Francorum in oriente* (inquit Mercurius Belgicus) *arma contra Turcas, meridie contra Africanos, & Arabes, in Septentrione contra Huſſitas, & Normanos, & domi contra Albigenſes cognita.* Spoliis hoſtium Dei onuſti toties pro defenſione Eccleſiæ, ſediſq; Apoſtolicæ laureati, victoriarum multiplicium, maximarumque palmis, ſola nominis ſui fama, aduentuſque rumore ferociſſimos Dei, & Chriſtianæ religionis hoſtes, aduerſarioſque conſternarunt. Quod animaduertens, & agnoſcens legatus regis Georgiæ ſcilicet Cappadociæ, Armeniæ, & Meſopotamiæ, de virtute fortitudineque feliciter bellandi Franciæ regum dicere ſolebat: [e] *Turcas, Sarracenos, alioſque orientales Barbaros, Chriſtiani nominis infenſiſſimos hoſtes viſo regum Franciæ ſigno maioribus concuti terroribus, quam aliorum principum parato exercitu centum millibus armatorum conflato.* quibus hæc Suggeri Abbatis ſancti Dionisij conformia ſunt. [f] *Tanta Regis Francorum, & Domini Ludouici* (ſcilicet Craſſi) *præconizabatur ſtrenuitas, vt ipſi etiam Sarraceni huius terrore compulſi terrerentur.* Et vt vera pietas, ſinceraque Chriſti Domini religio à ſacra illa vnctione, & benedictione cœleſti deriuata, reges Chriſtianiſſimos aduerſus infideles, Barbaros, hæreticos, tyrannos, oppreſſores Eccleſiæ, romanæque ſedis, Chriſtiana generoſitate ſemper armauit: Sic ipſorum Franciæ regum cordibus immortale contra impia ſchiſmata, ſciſſuras im-

b Agathias de bello Gothico.

c In quadrilogo Anglorum ſcilicet libro de vita, & proceſſu S. Thomæ Cantuarienſis martyris ſuper libertate Eccleſiaſtica cap. 6.

d Cap. 16. eiuſdem libri quadrilogi.

Mercurius Belgicus Flandrica natione ſcriptor.

e Regis Georgiæ legati dictum de fortitudine contra Barbaros regũ Francorum.

f Suggerius Abbas S. Dionyſ. in vita Ludouici Groſſi.

pietatis in Ecclesia, odium horroremque peperit. A
Quorum exempla secuti populi Franciæ omnes schismaticorum contra Apostolicam cathedram, summique Ecclesiæ monarchæ majestatem rebelliones, factionesque detestati sunt. Vt illa scriptoris vitæ sancti Bernardi, verba testimoniû fidele perhibeat. *Neque enim Francia cæteris regionibus proclinibus ad schismata aliquando tali factione fœdata est, nec malignorum acquieuit erroribus, nec fabricata est in Ecclesia idolum, nec veneratæ est in S. Petri cathedra monstrum. Nec enim talibus in causis principalia aliquando eos* (scilicet Franciæ popolos) *terruerunt edicta, aut generalibus vtilitatibus priuata commoda prætulerunt, nec declinantes in partem personis detulere, sed causis.*

Abbas S. in Theodorius in vita S. Bernardi.

Atque vt paucis multa complectar, generalique compendio dicenda copiosiùs singularibus tractati- B bus postea breuiter hoc loco constringam. Dico reges illos Franciæ, 1. Quod toties terra, marique aduersus ferocissimos hostes collatis signis, pro defensione religionis Christianæ prosperè conflixerint. 2. Quod ingentes exercitus signo crucis sanctissimo munitos in orientales plagas, vt ab illis nefarios religionis Catholicæ osores eijcerent, ejectos exterminarent, generosè, fortiterque ductauerint. 3. Quod in extremas orbis oras Christianæ salutis trophæa portauerint. 4. Quod plusquam duodecies oppressos ab immanibus tyrannis, à rebellantibus populis, Romanos Pontifices à suis sedibus expulsos, honorificè, & gloriosè vrbi sanctæ sacroque solio restituerint. 5. Denique quod tot donis, beneficiis, possessionum maximarum largitionibus C Ecclesiam Dei, sedemque Apostolicam, ampla profusaque charitate locupletauerunt: hanc tam longam fortunatissimi, gloriosissimique imperij super omnia regna mundi durationem Dei miseratione largiente meruisse. Iuxta sancti Remigij vaticinium, prædictionemque, quam Deo plenus Clodouæo paulò ante baptismum, eiusque attanti reginæ coniugi fecerat, quod talibus Hincmarus, & post eum Flodoardus similibus ferè verbis expresserunt. *Cùmque vir sanctus de talibus eos sufficienter instruxisset, prophetico repletus Spiritu, cuncta quæ eis, vel semini eorum euenturæ erant prædixit, qualiter scilicet successura eorum posteritas, regnum esset nobilissimè propagatura, atque gubernatura, & sanctam Ecclesiam sublimatura, omnique Romana dignitate, regnoque potitura, & victorias contra aliarum gentium incursus adeptura, nisi forte à bono degenerantes, viam veritatis* D *relinquerent, & diuersis vitiorum secuti fuerint anfractus, quibus negligi Ecclesiastica solet disciplina, & quibus Deus offenditur, ac per hoc regna solent subuerti, atque de gente in gentem transferri.* Sed de miraculis, mirabilibusque effectibus diuinæ vnctionis hæc satis: ad lilia etiam non sine miraculo Clodouæo Regi in nouum hominem, secunda, vt loquitur sanctus [a] Cyprianus, natiuitate reparato, diuinitus oblata, properemus.

Compendiosa narratio omnium præclarè gestorum regû Galliæ in fauorem religionis, & Ecclesiæ Christi D.

Vaticinium S. Remigij factû Clodouæo.

Hincmarus in vita S. Remigij apud Surium tom 1 die 13. Ianuarij.

Flodoard l. 1. hist. Remens. c. 13

[a] S. Cyp. l. 2. epist. 2.

CAPVT III.

De lilijs, & Auriflamma, miraculosa largitate Francorum Regibus oblatis à Deo.

1. *De lilijs, & Auriflamma datis à Deo per miracula Regibus Franciæ.*
2. *De liliorum virtute, significatione mystica.*
3. *Quod Christus Dominus lilium in Scripturis sanctis appelletur, & cur, qui ideo lilijs delectatur, sed est regibus Franciæ super alios reges, & populos, qui virtutibus per lilia repræsentatis refulgent.*
4. *Reges Franciæ se, regnum, & populos, ipsi Christo Domino religiosissimè deuouerunt.*



RÆTER illa capite superiori notata Dei mirabilia in conuersione regis Francorum, verè hæc mira altiorisque virtutis, quàm naturalis, oblatio videlicet liliorum, & Auriflammæ largitio, regi Francorom facta diuinitus in testimoniom diuinæ gratiæ, & misericordiæ: Quibus Christus Dominus Francorum reges, ipsorumque populos, à principio suæ conuersionis ad fidem ad hæc vsque tempora prosecutus est. De lilijs è cœlo demissis magno prodigio, sed fausto illo quidem, atque benedicto istâ ex antiqoorum relatione, traditioneque Gaguinus in Clodouæo rege commemorauit. [a] *Clodouæo nempe Christianis sacris initiato, demissum cœli est id quod nunc reges gestant, lilia aurea, quibus subest cœli serenus color, quem asurum Franci dicunt. Ad hanc rem mihi adstipulatur Diui Bartholomæi monasterium, quod Gaudium vallis appellatur, vbi fons huius miraculi testis ab incolis ostenditur.* Propter quam immediatam à Deo traditionem, arma hæc lilijs signita in scuto Christianissimi regis insculpta cæterorum principum regumque terræ armis, dignitate, & excellentia præstant, iuxta Bartoli doctrinam dicentis: [b] *Quanto quis à maiori arma, insigniaque consequitur, tanto ea ipsius nobiliora, & præstantiora censeri.* Qui propterea gloriabatur, quod sibi Imperator Carolus quartus indulsisset: vt pro armis Leonem rubeum, cum caudis duabus in campo aureo deferre posset. Propterea [c] Iuris consultissimi, imperatoresque clarissimi, [d] eos aliis dignitate præferri definierint: qui ab excellentiore principe armorum insignia recepissent. Quibus Imperatorum rescriptis, prudentumque responsis sacra, [e] Ecclesiasticaque sanctio fauet, atque suffragatur. Vnde cùm hæc liliorum insignia, à principe Deo missa cœlitus Christianissimi reges beneficio mirabili diuinę pleno beneuolentiæ receperint: quis principum terrę contra Francorom reges, de suorum insignium pręstantia contendere iure posset? A tẽpore illo diuinæ liliorũ largitatis lilia Frãcorũ

Oblatio liliorum, & largitio Auriflammæ Regibus Franciæ factæ diuinitus vndecimum & duodecimû miraculum efficiunt.

Gaguin l 1. hist. Franc in Clodouæo.

[b] Bartol. tractat. de insignibus, & armis.

[c] L. fin ff. de alb. scriben.
[d] L. 1. de consulib. l. 12.
L. si duas ff. de executione tutor.

[e] L. restituendæ Cod. de aduocat. diuers. ff. per suos de maiorit. & obedientia.

regibus ornamẽto,& oblectamẽto,amore,& pretio maximo fuere. Vt ea booi ominis fœlicitatiſque teſſeras,diuinæ in hoc regnum benignitatis, amoriſque notas,& ſpecimina, non in ſcuro modò, ſed in ſubſellus iuſtitiæ ſuæ, in ſoliis, thronisque regiis, in palatiis, in corona, in ſceptro, in veſtibus, aliiſque regiæ maieſtatis ornamentis, ipſi Chriſtianiſſimi principes geſtare voluerint.

Omnia regia maieſtatis inſignia lilijs ornata.

Throous regiæ celſitudinis,vulgo Iuſtitiæ lectus, ſeu thorus appellatus, quia ſpatiis, vndique illuſtratus, vallatuſque liliis, iuſtitiæ lilium in vereri manuſcripto[a] Monſtreleti, dictus eſſe, legitur. Ita magiſtratus iuſtitiam principis adminiſtrantes, reddenteſque petentibus eam in ſubſelliis liliorum floribus ornans ab omni tempore ſediſſe dicuntur.

a Hiſt Monſtreleti.

Thronus regis cur lilium iuſtitiæ dictus

Sicut hoc tempore eos honorifica grauitate ſedere conſpicimus. Palatia quoque regum noſtrorum antiquitate veneranda plurima floribus iſtis reliquorum præſtantiſſimis illuſtrata multis in locis aſpiciuntur. Ar coronam regiam, quis liliis aureis diſtinctam cum lapillis, gemmiſque precioſis,ornatamque neſcit? Sic ſceptrum, ſic pallium regale, ſic tunicam regiam,liliorum floribus decoratam eſſe nemo dubitat.[b] Legatur rituale regum noſtrorum inaugurationis antiquum; in quo Abbati S. Dionyſij inter cætera Rhemos afferre coronam regiam, ſceptrum,caligas,pallium,tunicam liliis aureis intextam mãdatur.[c] Clotarij primi Clodouæi filii Sueſſione effigies, calceo liliis aſperſo induta videtur. In Monaſterio S. Germani à pratis imago, atque ſimulachrum [d] Chilperici filii ſceptrum manu tenens ornatum lilio viſitur. [e] Sic Sigeberti Regis, in S. Medardi templo ſtatua tunica ornata liliorum floribus induta adhuc integra manet. [f] Monumentum Caroli ſimplicis Peronæ in æde S. Furcæi tumulati iiſdem ornatum liliis in conſpicuo eſt.

b Rituale Regũ noſtrorũ inaugurationis.

c Effigies Clotarii. 1.

d Chilperici Regis.

e Sigeberti.

f Tumulus Caroli Simplicis

Venio nunc ad Auriflãmam cœleſti beneficio Francorum Regibus diuinitus oblatam. De qua ex antiqua,& immortali traditione hæc [g] Gaguinus memoriæ prodidit. *Traditum quoque eſt pannum ſericeum rubrum inſtar ſigni militaris quadratum miro fulgore ſplendentem diuinitus eſſe exceptum, quo in expeditionibus contra fidei Chriſtianæ hoſtes pro ſigno Franciæ Reges vterentur. Huicque vexillo nomen Auriflammam hactenus permanſiſſe: diuque à Dionyſianis cœnobitis aſſeruatam eſſe, ſed abutentibus ſigno aduerſus Chriſticolas Regibus illud euanuiſſe.* Hoc vexillum Auriflammam tempore Caroli 6. in bello contra Flandros mirabili prodigio euanuiſſe ferunt, & vt non temerè à multis creditum eſt, prænuntium haud dubium magnæ in Rege, & in regno mutationis, poſtea ſecutæ, nõn in melius. Conſtat eum poſtea Regem vehementi mentis deliquio laboraſſe, multaſque inde regno calamitates ingruiſſe.

g Gaguin. l. 1. hiſt Franc. in Clodouæo.

De Auriflamma diuinitus Regibus Francia data pro 12 miraculo.

Erat ſignum illud Chriſti benedictione fœcundũ victoriæ prognoſticum,& fœlicis pugnæ præſagium in monaſterio S. Dionyſii aſſeruari ſolitũ. Quem Rex Chriſtianiſſimus à præfecto monaſterii S. Dionyſii Abbate,ſed non niſi pro maximis regis,regnique neceſſitatibus ex illo monaſterio educendum, accipere ſolebat. Quo ſigno diuinæ benedictionis in bello acies armatas, exercitumque præcedente, ſæpius Carolus Magnus, Robertus, Ludouicus Craſſus,Philippus Auguſtus,aliique reges Chriſtianiſſimi glorioſas de hoſtibus victorias, perhibentibus huius veritatis teſtimonium fidele Francorum hiſtoricis, ſæpiſſimè reportarũt. Qualis fuit

Auriflamma vexillum victoris, & boni ominis pro felici pugna

A illa memorabilis inter alias victoria, quam Philippus Auguſtus de Othone Imperatore, & Ferdinando Flandriæ comite huius ſacri vexilli virtute in campo Bouinenſi retulit. De quo hæc Armoricanus Poeta in pugnæ Bouinenſis deſcriptione, quam verſibus cecinit.

At regi ſatis eſt tenues criſpare per auras
Vexillum ſimplex cendato ſimplice textum,
Splendoris rubei, quali celebri Letania,
Vtitur in certis Eccleſia ſancta diebus.
Flamma, cui cum ſit, Francis vulgo aurea nomẽ.
Omnibus in bellis habet omnia ſigna præire,
Quod regi præſtare ſolet Dionyſius Abbas;
In bellum ſumpta quoties proficiſcitur armis,
Idque gerit tollens equitum præfectus in actum,
Vectus equo cunctas ſuetus præcedere turmas.

b Armoricanus poeta in deſcriptione pugnæ Bouinenſis.

Auriflammæ deſcriptio.

Ipſum Regem Philippum Auguſtum annales Franciæ flammulam hanc, ſeu ſacrũ vexillum, ſeu auriflammam parta de hoſte Imperatore victoria

B templo S. Dionyſii reſtituiſſe ſcribunt. Huius ſacri vexilli in quibuſdam Roberti regis tabulis,in S. Dionyſii armario fideliter aſſeruatis,datis ab eo rege menſe Ianuario anno regni ſui primo clara, celebriſque fit mentio; in quibus Rex narrat, ſe *erga id monaſterium liberalitate vſum, ſpe obtinendæ de hoſtibus victoriæ, referendæque in templum S. Dionyſii Auriflammæ vexilli illius martyris, & ſociorum Dei beneficio inuicti.* Hoc ſignum diuina miſeratione ſanctificatum Ludouicũ Craſſum contra fortiſſimum hoſtem Henricum Cæſarem dimicaturum ſpe conſequendæ victoriæ de manu Abbatis Sandionyſiani deuote ſuſcepiſſe Sugerius ipſe Abbas huius ſancti monaſterii, ipſi Craſſo regi admodum familiaris, dilectuſque, commemorat his verbis.[h] *Quoniam Beatum Dionyſium ſpecialem patronum, & ſingularem poſt Dominum regni protectorem, & multorum relatione, & crebro cognouerat experimento, ad eum feſtinans tam precibus, quàm*

Tabula regis Roberti.

C *beneficiis pulſat, vt regnum defendat, perſonam conſeruet, hoſtibus more ſolito reſiſtat. Et quoniam hanc ab eo habent prærogatiuã, vt ſi regnum aliud, regnum Francorum inuadere audeat ipſe beatus, & admirabilis defenſor cum ſociis ſuis, tanquam ad defendendum altari ſuo ſuperponatur: eo præſente fit tam glorioſè, quàm deuotè. Rex autem vexillum ab altari ſuſcipiens, quod de comitatu Vilcaſsini, quo ad Eccleſiam feodatus ſpectat, votiuè tanquam à Domino ſuo ſuſcipiens, pauca manu cõtra hoſtes, vt ſibi prouideat euolat: Vt eum tota Francia ſequatur potenter inuitat.* Hæc Sugerius Abbas. Sed ad lilia reuertamur, atque aliquid de illorum efficaciæ naturalis ſapore deguſtemus, ſignificationemque illorum myſticam, magnas virtutes repræſentãtem attentius paulò diligentiuſque conſideremus. Vt ex his ſingularem Dei prouidentiam, benignitatemque copioſam in hoc regnum, eius reges & populos clarius, atque manifeſtius apprehendamus.

h Sugerij Abbatis S. Dionyſij de Auriflamma teſtimonium.

a Pars. *De virtute liliorum, & ſignificatione myſticè magnas virtutes repræſentante.*

D Antiquus ſcriptor Eccleſiaſticus S. Apponius[i] libro 3. cõmentariorum in Cantica Canticorum tria in ſe delectabilia, & oculis grata maxime lilii naturam continere probauit *candorem*, ſcilicet, *odorem*, *& ad quæque aduſta ignibus medicinam. Quæ tria admiranda*, inquit, *ſimili ratione in hanc conuallem mundi Dominus adportaſſe cognoſcitur, hoc eſt abolitionem per candorem ſuæ innocentiæ & miſericordiæ, abſterſionem mendacij per odorem veritatis æternæ, quæ ipſemet eſt & refrigerij temperamentum ignium genitalium per puritatem ſuæ caſtitatis, & integritatis. De quo naſcitur ardor conſeruandæ virginitatis,*

Tria delectabilia in liliis

i D. Apponij *ſcriptoris antiq. qui l. 3. comm. In canticum canticorum in hæc verba. Ego flos campi & lilium conuallium.*

blica, perpetuiſque monumentis commendata eſt, vt anniuerſaria die nouæ Romæ natalis ſicut antiquæ celebraretur. De quibus huius Imperatoris extat ſanctio, talibus concepta verbis in codice Theudoſiano. [a] *His* (ſcilicet feriis, ſeu feſtis publicis) *adiecimus natalitios dies vrbium maximarum, Romæ, atque Conſtantinopolis, quibus debent iura deferre, quia & ab ipſis quoque nota ſunt.* Quibus autem ritibus ſanctis, Chriſtianiſque hanc Conſtantinopolitanæ ciuitatis dedicationem in beatiſſimæ Virginis memoriam, honoremque Imperator religioſiſſimus expleuerit, [b] Nicephorus exponit: Cùm affirmat, *tam incruento ſacrificio, precibus, orationibus, votiſque Dei genitrici Mariæ fuiſſe conſecratam.* Quamuis autem templorum dedicatio, ſicut regnorum, & vrbium, ad cultum latriæ

B ſoli Deo competentis ſpectet, itaut hæc ſoli Deo conſecrari debeant, vt ſanctus [c] Auguſtinus teſtatur multis in locis: nihilominus ſicut ex eodem S. Patre manifeſtum eſt, Eccleſias, atque templa Deo dedicari, ſed in ſanctorum martyrum memoriam; ita etiam Conſtantinus Magnus nouam Romam Deo conſecrauit, vt ſcribit Euſebius, [d] ſed in ſacratiſſimæ virginis memoriam, atque peculiarem tutelam, protectionemque illius, ipſi ſanctæ Virgini commendauit. A quo tempore Conſtantinopolis *ciuitas Beatæ virginis Mariæ* dicta eſt, quam ſingulari patrocinio contra omnes hoſtes tutata, ſaluam, incolumemque protexit. Sic poſt Deum, Chriſtumque Dominum, fuit à regibus noſtris

C præcipuus, & peculiaris ſingulari deuotione ſacratiſſimæ Virgini, ſuper omnes ſanctos, exhibitus cultus, & honor, vt ipſi vna cum regno, & ſubditis huic ſanctæ Deiparæ Virgini ſe totos vouere, conſecrare, ſe penitus in illius clientelam, patrociniumque tradere gloriarentur. Sic ipſe primus Francorum Chriſtianus princeps Clodouæus; ſic Pipinus, eiuſque filius Carolus Magnus; ſic Robertus, Philippus Auguſtus, & ſanctus Ludouicus, ſic alii Chriſtianiſſimi rectores, Reges, religioſa maiorum ſuorum facta ſecuti, ſub illius reginæ cœlorum præſidium confugere ſueti, ſceptrum, coronam, fortunas, & regiæ maieſtatis altitudinem ab illius tutela, protectione, & adiutorio, illius vehementer honori deuoti, pendere voluerunt. Vt paſſim annales noſtri hiſtoriæque teſtantur. In

D quibus legere eſt non ita pridem Ludouicum vndecimum ordinaſſe, vt comitatus Atrebatenſis non tam ſibi, quàm beatiſſimæ virgini Bononienſi feudatarius extaret: ſicut poſtea Ludouicus duodecimum Bononiæ comitatum in feudum, ab illa ſacratiſſima mundi Domina, præ huius magna in illam deuotione accepiſſe memoratur. Propter quam religioſam ipſi ſanctiſſimæ Dei matri, vitæ propriæ, regni, populorumque conſecrationem, votiuam pietatem, iuſtis ipſi reges, magnis, multiſque à Chriſto D. pios matris caſtiſſimæ cultores amante, præmiis ſæpius miſericorditer affecti ſunt: maximas inſuper animi dotes, victorias de hoſtibus mirabiles, aliaſque quamplurimas in hoc mundo proſperitates, ab illius ſanctiſſimæ matris, & Virginis auxiliis interceſſione, precibuſque conſecuti. Hac duce, ſpiritualis, cœleſtiſque militiæ, (ſub [e] *qua curuantur, qui portant orbem*) diuina

A per ſuas preces auxilia miniſtrante bellum ſacrum, contra Sarracenos, & Turcas ſuſceptum feliciter confectum eſt. Regibus Franciæ, aliiſque ſub eorum vexillo militantibus principibus, & populis, cruce ſignatis, Romano Pontifice negotium, & opus tam ſalutare promouente, preces, fauores, præſidiumque illius reginæ cœli ſanctiſſimæ piè, religioſéque flagitantibus. Ad quæ promerenda Vrbanus 2. Pontifex Maximus in concilio Claromontano, rogata ſanctorum Patrum ſententia fecit, vt horariæ illæ preces, & laudes, quæ vulgo Dei genitricis officium, nominari conſueuerunt, apud monachos Eremitas, inſtitutionis Petri Damiani frequentari cœptæ, ex illis ad clericos poſtea deducerentur. A quibus dignè ex animo eidem

B ſanctiſſimæ virgini perſolui deberent; vt ipſa apud filium Saluatorem noſtrum efficacibus precibus, votiſque contenderet, quo Chriſtiani principes, in primis rex Chriſtianiſſimus, necnon fideles populi in tam arduo, periculoſoque bello, in tam variis, & aſperis caſibus ſubeundis, diuino illius auxilio munirentur, atque potenti præſidio niterentur. Quodquidem Beatæ Mariæ officium tunc à ſacro concilio, Vrbano Papa confirmante, ea belli ſacri contra inimicos crucis occaſione indictũ eſt, à clericis deuotè ſuſceptũ, atque tandem ad laicos quoque tam viros quàm mulieres magno cum charitatis ardore propagatum, multa variarum proſperitatum genera Chriſtiano orbi ſæpiſſimè produxit. Dici vix poſſet, quantas hoſtium ferociſſimorum, for-

C tiſſimorumque phalanges, exercitus, & copias Chriſtianiſſimi Reges, aliique principes, & Imperatores hac propitia, & auxiliante virgine ſãctiſſima fuderint, proſtrauerint, deſtruxerint. Nicetas Choniata mirabiles, quas Ioãnes Comnenus Imperator de Scythis barbaris trans Iſtrum habitantibus, ingentique agmine Thraciam inuadentibus ſanctæ Virginis auxilio retulit victorias commemorans, inter alia hæc, poſt alia, quæ in prælio dura, & aſpera Romano exercitui contigere, ſubiunxit. [f] *Cùm Romanæ phalanges vrgentibus hoſtibus, & audaciùs ſe inferentibus laborarent, imaginem Dei genitricis, cum gemitu, & mirabilibus geſtibus Imperator intuens, lachrymas bellicis ſudoribus calidiores fundebat. Neque id fruſtra: ſtatim cœleſti robore armatus Scythicam aciem profligat. Quemadmodum olim Moyſes extenſione ma-*

D *nuum, Amalechitarum turmas diſſipauit. Aſſumptis igitur armigeris, qui clypeis oblongis, & prominentibus galeis, inſtar muri inexpugnabilis muniuntur, cum Scythis congreditur: qui cum diſſoluta illa curruum ſerie ad manus venirent, in turpem verſi fugam à Romanis alacriter perſequentibus, magno numero caduntur. Hamaxobij illi, caſtriſque direptis, innumerabiles capiuntur. &c.* Qua mirabili ſanctiſſimæ virginis auxilio parta victoria, Imperator ipſius ſanctæ virginis, vt victricis, victoriarum largitricis imagini triumphum valde religioſum exhibet, tam propter hanc de Scythis miraculoſam reportatam virginis auxilio victoriam, quàm propter alias ab eiuſdem fonte virgineæ pietatis, atque religionis eductas, vt his verbis idem Nicetas Choniata deſcripſit. [g] *Byzantium reuerſus triumphum inducit, & currum argento interpunctum compingi iubet, opus admirabile, & gemmis pretioſiſſimis*

[a] l. 2. de feriis in Cod. Theodoſiano.
[b] Nicephorus l. 8. c. 26.
Templa Deo ſoli dedicantur, ſed in memoriam ſanctorum.
[c] S. Aug. l. 2. de ciuit. c. 10.
[d] Euſeb. l. 3. de vita Conſtantini c. 47.
Conſtantinopolis ciuitas dicta virginis.
Reges Franciæ, & populi beatæ Mariæ deuoti, & conſecrati.
Pietas Ludouici 11. & 12. in S. Virginem ex annalibus Franciæ.
[e] Iob. cap. 9.
Sanctæ Mariæ Virginis ope & precibus, inceptum bellum ſacrum Reges Franciæ feliciter perfecerunt.
Tyrius de bello ſacro anno 1095.
Officium S. Mariæ in concilio Claromontano propter belli ſacri feliciter exitum inſtitutum.
Mirabiles Ioannis Comneni Imp. ope ſanctæ Mariæ Virginis de Scythis reportatæ victoriæ.
[f] Nicetas Choniata an. 1123.
[g] Nicet. Choniata an. 1133. *Imperator Comnenus imagini S. Virginis per caſtra, & pralen deducta vt victrici triumphum exhibet.*

ornatum, cùm dies supplicationis adesset, omnis generis tapetes auro, & purpura intextis vicos exornabant, nec deerant Christi, & sanctorum effigies, in his ad viuum expressæ erãt & tabulata vtrinque, propter spectatores structa digna admiratione. Fuit autẽ locus vrbis sic instructus, qui ab orientali porta, vsque ad magnum palatium pertinet. Quadriga à quatuor equis niue candidioribus trahebantur: Imperator verò non conscendit; sed Dei genitricis imaginem in eo collocauit, ob quam lætitia exultabat, & animo pene deliquebatur. Cum victorias, vt collega imperij cuncta acceptas ferebat. Habenas viris potentissimis moderandas, & cognatis suis currum curandum dedit. Ipse crucem manu gestans pedes antecessit: & Dei sapientiæ templum ingressus, atque in conspectu omnis populi ob successus gratijs Deo actis in palatium abijt. Omnes recensere victorias, quas de hostibus multitudine infinitis, robore fortissimis, odio, & immanitate ferocissimis, Franciæ Reges sanctæ Virginis adiutorio reportarunt, longiùs esset, quàm moderati capitis limites paterentur. Noti sunt felices triumphalesque bellorum exitus, quos Philippus Valesius Franciæ Rex, beatissima Virgine intercedente, sæpius obtinuit. Monumentum victoriæ de Flandris rebellibus memorabilis relatæ, eius armata, & equestris effigies in templo Parisiensi, ante sacratissimæ Virginis imaginem erecta, singulare, eximiumque fideliter exhibet. Facta, dictaque Ludouici vndecimi nihil aliud sonant Gaguino, aliisque annalium scriptoribus Franciæ testibus, quàm omnia prospera, victorias, triumphosque sanctissimæ virginis auxilium, opemque sibi peperisse. Dacos, & Northmannos tunc infideles Carolus Crassus Franciæ Rex simul & Imperator, ope sanctissimæ Virginis ferrum, flammamque toti Galliæ minitantes domitos extinxit, ab eorumque crudelibus manibus ciuitatem Parisiensem, quam immanissima premebant obsidione liberauit: vt Aimonius, & eius discipulus Abbo, ille prosis, hic carminibus posteritati tradiderunt. Quibus fugatis hostibus destructisque, ipse monachus Floriacensis in gratiarum actionem votiuum carmen ipsi sanctissimæ Dei matri cecinit, in quo inter cætera, sic illam hostium expultricem, victricemque exclamatione deuota reuerenter alloquitur.

Philippi Valesii, & Ludouici 11. Victoria, resque prospera, sancta virginis auxilio.

Daci, & Northmanni infideles ab obsidione Parisiana deturbati, ope Virginis sanctissima, sub Carolo Crasso Imp. & Rege Francia.

Aimonius in hist.

Abbo l. 1. carminum de obsidione Parisina.

> [a] *O genitrix, summi Regis sobolis celebranda.*
> *Te gaudent, recolũt, laudãt, venerantur, adorãt,*
> *Sanctior es cunctis, sexu fœlicior omni.*

Quantos ipsa Deipara virgo, mania, frenesique à clade cœlitus immissa, procedente, vehementissimè diuexatos suarum intercessionum precumque virtute liberauerit, testatur Flodoardus in chronico, cum de hac contagiosa clade missa de cœlo, & curata diuinitus precibus, ac meritis sanctissimæ Dei matris loquitur. [b] *In pago Parisiensi, necnon etiam per diuersos pagos hominum diuersa membra ignis plaga peruaduntur, quæque sensim exusta consumebantur, donec mors tandem finiret supplicia. Quorum quidem nonnulla sanctorum loca petentes euasere tormenta, plures tamen Parisiis in Ecclesia sancta Dei genitricis Mariæ sanati sunt: adeo vt quotquot illo peruenire potuerint, asserantur ab hac peste saluati. Quos Hugo dux Ũ pendijs aluit quotidianis: horum dum quidam vellent ad propria redire, extincto refer-*

Morbos naturaliter insanabiles, quibus Parisienses, & alij vexabantur sancta Virgo virtute potenti sanat.

[b] Flodoard. in chron. an. 946.

uescunt incendio, regressique ad Ecclesiam, Deiparæ nempe Virginis Mariæ, *liberantur.* Quanta fœlicitas & à malis ærumnisque grauissimis regnum, resque publicas opprimentibus, securitas, Regibus, & populis eam venerantibus accrescit? Cùm Iustinus Imperator iunior suum à Persis immaniter imperium vastari videret, ad conciliandam sibi, ac populo Christi misericordiam opemque diuinam, magnificum sanctissimæ eius genitricis templum deuotionem suorum in eam prædecessorum vehementer amplexatus, erexit; de quo Theophanes hæc breuiter in historia consignauit. [c] *Iustinus Imperator synagogam Iudæorum, quæ erat Constantinopoli in Chalco pretijs ablatam ab eis facit Ecclesiam Dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis, quæ proxima est magnæ Ecclesiæ.* Ex qua constructione templi, quæ bona, & prospera in eum, eiusque imperium deriuata redundarint, author ipse postea declarat: sanctam nempe Dei genitricem ipsi mentis antea deliquio laboranti, à quo res imperij magnis calamitatum turbinibus concussæ periculosè nutabant, plenam sanitatem sua intercessione restituisse, restitutam adeo auxisse, vt ipse pleno iudicii, rationisque vsu potitus atque robore, prudens, & generosus ab ea redditus, sapienter imperij negotia rexerit. Fortiter infestos hostes, atque feroces ascito in collegam imperii strenuissimo, atque religiosissimo duce Tiberio, debellauerit. Magnas prosperitatis delicias Vngariæ regnum cum regnicolis affluenter hausit, quod pius, sanctusque rex Stephanus, deuotè illud Virgini sacratissimæ cœlorum Reginæ consecrauerit: semper in aduersis regni sui rebus, dubusque vitæ periculis ad illius inuocationem, tanquam tutissimam salutis anchoram confugere suetus. Quod Cartuitius Episcopus in eius vita rebusque gestis ita confirmauit. [d] *Erat sanè rex ille fidelis & integer in omnibus factis suis, Deo, toto pectore deditus, & addictus, seipsum quoque, regnum suum per votum, & oblationem in perpetuæ virginis Mariæ tutelam assiduis precibus contulit. Cuius sacratissimæ virginis honor & gloria, tam celebris est apud Vngaros, vt festum assumptionis eius tacito proprio nomine sua lingua diem Dominæ appellent.* [e] Qui postea magnas ipsius principis felicitates, atque victorias pergit exponere, quas virtute huius consecrationis sanctissimæ huius virginis Dei Matris precibus, auxilioque consecutus est. Ad cuius confugiens auxilium Conradi Imperatoris terribile bellum propter immensas eius copias, & exercitus contra se, regnumque suum iniustè commotum, suis interueniente beatissima virgine, precibus auxiliisque dissipauit. Rem totam non sine magno factam miraculo, sic idem qui supra Cartuitius Episcopus in ipsius Regis vita recenset. [f] *Conradus pacis tranquillitate interturbata, totius Germaniæ viribus, ac copijs contractis Pannoniæ infesta signa inferre conatus est. Tum vero Rex Stephanus Episcoporum, & principum coacto comitatu, in patriæ defensionem totius Vngariæ exercitum euocauit. At prius tum secum perpendens se nihil posse sine Christi adiutorio, manibus, ac corde sursum erectis Dominæ suæ perpetuæ Virgini, & Dei genitrici suas iniurias commendans,*

Imperatores, aliorumque nationum principes felicitas S. Virginis deuoti.

Ecclesia in honorem S. Virginis a Iustino iuniore erecta fuit malorum remedium quibus oriens ale vexabatur imperium.

[c] Theop. l. 2. Miscell.

Magna regni Vngariæ prosperitas quod illud S. Mariæ Stephanus rex consecrauerit.

[d] Cartuitius in vita S. Stephani regis Vngariæ c. 9. *Festum assumptionis Mariæ apud Vngaros dies Dominæ vulgo dictum.*

[e] Ibid.

Bellum Conradi Imp. contra Vngaros excitatum. Demotio & precibus S. Stephani regis, auxilioque S. Virginis irritum factum.

[f] Cartuitius in vita S. Stephani regis c. 16 apud Surium tom. 4. die 20. Aug.

Pulchram S. Stephani regis ad S. Virginem orationem.

commendans, in huiuſmodi prorumpit voces. Si placet tibi, domine mundi, tua partem hæreditatis ab inimicis deuaſtari, & nouellam Chriſtianiſmi plantationem diſſipari, ne quæſo ſinas illud imputare diſſidentiæ meæ, ſed potiùs diſpoſitioni voluntatis tuæ. Si quod committit culpa paſtoris, ipſe luat, oues, quæſo, inſontes ne patiaris affligi. His dictis tanquam accepta conſolatione ab eaſidenter mouit in hoſtes. Nũc quali miraculo Deus, intercedente S. Virgine S. Stephani ſerui ſui regnum, exercitumque eius contra immenſas, nimiumque feroces imperatoris copias protexerit, ſic narrare perſequitur.[a]

Miraculum Dei nutu exercitum imperatoris euocatur, ne cum S. Stephano congrediatur.

a Cartuit. ibi.

Altera die nuntius venit (à Deo ſcilicet ſub nomine imperatoris) ad ſingulos quoſque duces exercitus Germanorum ab imperatore literas afferens: quibus iubebantur pedem retro referre: illi ergo diſcedentibus ſanctus Rex diuina miſericordia adiutum ſe ſentiens, humi ſe abiecit, gratiaſque egit Deo, & ſanctiſſimæ genitrici tunc, cuius protectioni ſe, regnumque ſuum aſſiduis precibus commendare ſolebat. At Imperator ſuorum tam repentina defectione perterritus, ſciſcitabatur, quidnam ipſis accidiſſet, audienſque de nuntio, qui eos ipſius nomine redire iuſſiſſet, ſciens illum haud quaquam à ſe miſſum fuiſſe, non dubitauit conſilio, & voluntate omnipotentis Dei rem geſtam ob fideliſſimi regis corroborandam ſpem, ſeque deinceps ab eius inuadendo regno timore huius iudicis æterni cohibuit. Hæc Cartuitius. Ex quibus maximè mirabilem, atque clementiſſimam Dei prouidentiam licet inſpicere, qui vt S. Regem Stephanum ſuo matriſque ſuæ religioſiſſimæ conſecratum ſeruitio ſeruaret, noluit tamen eius hoſtem Imperatorem, quia Chriſtianus erat, exercitu ſuperato perdere, quod procul dubio feciſſet ſi cum ſancto Stephano diuinis munito præſidiis in acie, medioque campo manus conſerendo dimicauiſſet: ſed hoc ſolum miraculo illum monitum eſſe voluit vt reſipiſceret, ſuæque ſaluti reſipiſcendo, proſpiceret. Quantas S. Mariæ neglectus honor, & cultus ſecum vehit calamitates, quis ignorat? Quas inuiolatè receptus, religioſèque ſeruatus exterminat, in quorum locum proſperitates multas, maximaſque ſufficit? Audiatur ſuper hoc mirabilis, atque ſtupenda à Petro Damiano his verbis hiſtoria recitata.

Magna, & multum miſericors Dei in hoc miraculo benignitas.

b Petri Damiani epiſtola ad fratres præceptis tõſ. greſſores.

S. Mariæ cultus neglectus multas importat calamitates, religioſo receptus tollit, & adducit proſperitates.

[b] *Dicam & aliud, quod in præfato contigit monaſterio* (ſcilicet Gamugenſi) *ſtatutum erat, atque iam per triennium ferè ſeruatum, vt cum horis canonicis quotidie beatæ Mariæ ſemper virginis officia dicerentur. Erat autem quidam inter eos Gazo, habitu monachus, reprobę quidem vita, ſed dicacis, & aculeata facundia: hic cœpit conqueri ſatis ſuperque ſufficere, quod ſanctus præcepit Benedictus nec nouæ adinuentionis pondus debere ſuperponi, nec nos eſſe antiquis ſanctiores, qui videlicet hæc ſuperſtitioſa, & ſuperuacua iudicantes, pſallendi nobis metam, omnemque viuendi regulam præfixerunt. Quid plura? Contra Reginam,* ſcilicet Dei matr, *emprælians viſus, & conſecit. Ad hoc, nimirum fratres verſuta machinatione pellexit: vt ſolitas beatæ Mariæ laudes vlterius non offerrent. Sed ò diuinum iudicium à noſtra prauitatis intuitu non dormitans! Mox enim aduerſus præfatum monaſterium, tot aduerſitatum grandines, tot vndique bellorum, atque conflictuum exortę ſunt tempeſtates, vt ipſis quoque monachis minacer gladii necis exitum intentarent; fiunt vndique deprædationes, vndique rapinæ conflagrant, cum ſegetibus areę fomblores, ac ſerui ſancti loci cru-*

A *deliter trucidantur: & non iam imago mortis, ſed ipſa mors graſſatur, adeo vt iam tæderet monachos viuere, dum nequaquam poſſent in procinctu certaminis amicam quietis ſuæ profeſſionis officium cuſtodire, &c.* Et paulo poſt. [c] *Vnde cum ego petitione fratrum ſæpe pulſarer: quatenus ſequeſter accederem, & ſi poſſibile eſſet, pacis inter eos fœdera continuarem, hæc rogantibus voce reſpondi. Chriſtus, inquam, eſt pax noſtra, de quo etiam de virgine recens nato angelitus dictum eſt.* [d] *Gloria in excelſis Deo, & in terra, pax hominibus bonę voluntatis. Quia ergo matrem veræ pietatis de ſuo monaſterio proiecerunt, dignum eſt, vt inquietatis tribulationum, calamitatumque procellis, atque turbinibus agitentur. Verùm ne diutius lectorem protraham, fratres illi hæc quę dixeram, non dubiis erumpentibus ſignis vera probantes in arcto ſui tandem ad cor redeunt, pauimento ſe humiliter ſternunt, ac percepta pœnitentia numquam ſe de cætero neglecturos ſolita Dei genitricis præconia vnanimiter pollicentur. Mox*

c Petrus Damianus ibid.

Qui S. Virginis honori detrahunt, eiuſque cultum deſpiciunt pacem habere non poſſunt.

d Luc. 2.

Officium beatæ virginis reſtitutum omnes pepulit à monaſterio calamitates.

B *itaque vt fateor, ita poſt coruſcationes, atque tonitrua, tandem cœli ſerenitas rediit, vt nunc vſque hodie fratres iucunda pacis otio perfruantur: Et de Scyllæa voragine ſe delatos ad portum gubernante filio Virginis gratularentur. Impletum eſt ergo quod per Prophetam dicitur. Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos dicit Dominus.* Hæc ipſe magnus Cardinaliũ decanus, Oſtienſis Archiepiſ. Cardinalis, quibus indicare voluit clariſſima facti experientia, quantum calamitatis à contempto virgineæ matris honore & cultu; contrà verò quantum fœlicitatis, atque proſperitatis, ex illius pia ſancti cultus, & honoris obſeruatione naſceretur. A qua Conſtantinopolitanæ ciuitatis ciues dura, ferocique à Sarracenis obſidione cõ-

C ſternati, ſalutaria ſanctiſſimæ Virginis auxilia perſenſerunt, quibus hoſtes ſuos numero infinitos, crudelitate barbaros, odii, vindictæ, rapinarum, cædiſque cupiditate feroces, longe à ſuis mænibus eiectos vinci, deſtrui, fulmineq; de nubibus interceſſione ſanctæ virginis educto cõteri, lætis oculis, animiſque colluſtrarunt. Quod Theophanes in annalibus Græcorum ita commemorat. [e] *Per ſeptem annos, eiſdem geſtis diuina, Deique genitricis ope, multitudine virorũ bellicoſiſſimorum amiſſa & vulneratione maxima in eis effecta confuſi, ac reuerſi tũ ingenti mœrore ſunt;* ſcilicet Sarraceni. *Cũ autem diſceſſiſſet, ſcilicet Sarracenorum exercitus, idẽ demergendus à Deo totus ob hyemalis æſtu, ac ſpiritu procellarum circa partes Scyllei comprehenditur, ac contritus totus omnino diſperijt.* Ergo cùm pręſidia ſanctæ Virginis, & auxilia contra impios, hoſteſque furioſos omnibus bonis eam deuotè colentibus tam ſint ſalutaria:

S. Virginis pij cultores ab ea contra omnes hoſtes proteguntur exemplo Conſtantinopolitanorum ciuium.

Sarraceni Conſtantinopolim obſidentes S. Virginis ciuitatem hanc protegentis virtute, auxilioque vincuntur.

e Theophan. in Græcorũ annalibus an. 673.

D Quid mirum ſi Regibus Franciæ hanc Deiparam virginem piè, religioſeque venerantibus tot fauſta, fœliciaque dum viuerent, regnarentq; ſucceſſere? Propterea nõ ſine iuſtiſſima ratione Gregor. 7. S. Mathildẽ Marchioniſſam maximis præſtantẽ virtutibus ſic hortabatur: vt frequenter Euchariſtiæ ſacratiſſimæ communicaret, & ſanctiſſimæ huius Virginis ſe deuotiſſimam ſeruitio præſtaret, vt ad culmen perfectionis Chriſtianæ peruenire poſſet. [f] *Inter cætera* (inquit) *quæ tibi contra principem mundi arma Deo fauente contuli (quod potiſſimum eſt) vt corpus Dominicum frequenter acciperes iudicaui, & vt certa fiducia matris Domini te omnino committeres præcepi.* Et poſt multa de fructibus

f Gregorii 7. l. 1. epiſt. 47. ad S. Mathildem.

Exhortatio Gregorij 7. ad S. Mathildem, vt frequenter S. Euchariſtia communicaret, & ſanctiſſimæ Virgini deuotiſſima eſſet, vt ad apicem Chriſtianæ perfectionis perueniret.

dignæ receptionis corporis Domini hæc de ſanctiſſimæ virginis honore, cultuq; ſubdidit. *De matre verò Domini, cui te principaliter cõmiſi, & cõmitto & nunquam committere, quouſque illam videamus, vt cupimus, omittam: quid tibi dicam? Quam cælum & terra laudare, licet, vt meretur, nequeant, non ceſſant? Hoc tamen procul dubio teneas, quia quanto altior, & melior, & ſanctior eſt omni matre, tantò clementior, & dulcior circa conuerſos peccatores, & peccatrices, &c.* Quæ omnium creaturarum mentis rationiſque capaciom, non ſolum hominum, ſed etiam Angelorum regina, ac domina per excellentiam, propter diuinas, & admirandas nulli puræ creaturæ in tam eminenti perfectionis gradu communicatas virtutes à Domino dominantium filio ſuo Chriſto Ieſu conſtituta eſt: vt Arnoldus Carnotenſis tractatu de laudibus virginis hac præclara verborum deductione demonſtrat. *Maria lingua Syriaca domina dicitur: Chriſtus Dominus, Maria domina. Et licet ipſa ſe Chriſti profiteatur ancillam, hoc ſeruitutis genus omni regno ſublimius eſſe intelligitur. Conſtituta quippe eſt ſuper omnem creaturam, & quicumque Ieſu curuat genu, matri quoque pronus ſupplicat, & filij gloriam cum matre non tam communem iudico, quàm eandem.* Quod cum grano ſalis intelligendum eſt, vt hæc gloria ſit eſſentialis filio, & illius naturæ debita propter vnionem hypoſtaticam, matri verò Virgini participata, & non niſi ex gratia filij illi conceſſa: addo hanc gloriam in filio eſſe ſine menſura, nullis humanæ, vel Angelicæ potentiæ limitibus terminatam, at in matre finitæ perfectionis terminis incloſam, qui filij gloriam, virtuteſque minimè comprehendunt. His S. Damaſcenus [a] adſtipulatur, docẽs redemptorem mundi Virginis ſanctiſſimæ filium matri ſuę res omnes conditas in ſeruitutem, obſequiumque tradidiſſe. Mihi valde placet, & arridet elegans illa verborum Aſſueri Eſther reginæ coniugi loquentis myſtica ad Chriſtum Dominum reſpectu S. Matris, Gerſonis [b] Cancellarij Pariſienſis de Aſſumptione Deiparæ virginis cœlorum reginæ loquentis accommodatio. [c] *Quid vis Eſther regina? Quæ eſt petitio tua? Etiamſi dimidiam regni partem petieris dabitur tibi.* Hoc completum fuiſſe in ſacratiſſima Virgine deuotus ille doctor oſtendit dicens: [d] *regnum Dei duobus contineri, potentia, & miſericordia, iuxta hoc regij vatis oraculum, duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia.* Poteſtate igitur Deo remanente infinita ſcilicet, quodammodo miſericordiam Dei matri, ſponſæque vbique cum filio regnanti ceſſiſſe: ea tamen eminentiori modo ſemper in filio commorante. Ideo hæc S. Virgo Deipara, regina, Materque miſericordiæ ab omnibus fidelibus in eccleſię ſinu, gremioque meritoriè viuentibus ad ſuum inuocata auxilium honorifica prece, votoque quotidie ſalutatur. [e] *Gloriabatur* inquit ille, ſcilicet S. Maria, *ſe introductam in cellaria regis, quæ quaſi ſub claui cuſtodiebantur, modo ei tanquam reginæ patent omnia.* Cuius principatum ſuper omnes creaturas S. Bonauentura præclara, eaque myſtica interpretatione in ſpeculo virginis expreſſit, expendens qua ratione, modoque Reginam Eſther, [f] *ancillæ duæ comitabantur:* quarum vna defluentia colligens, complicanſque veſtimenta ſequebatur; alteri regina Eſther præ delicijs innixa regio, grauique paſſu ad palatium regis incedebat. [g] *Duæ (inquit) famulæ, quarum domina eſt regina Maria, ſunt Angelica, & humana creatura: humana eſt famula illa, quæ ſequitur dominam ſuam in mundo, colligens veſtimenta Dominæ, hoc eſt virtutes, & exempla Mariæ: Angelica verò eſt illa altera, ſuper quam in cœlo innititur ſe ſociando, ac delectando cum Angelis, innititur inſuper tanquam potentiſſima Angelis imperando.* Sed hæc ſumma poteſtas, & imperium ſuper omnes ſpirituales creaturas, & humanas regina Mater à filio ſuo ſaluatore noſtro conſecuta eſt, innixa ſuper ipſum, ſcilicet in illius charitate ſolidiùs, perfectiuſque, quàm cæteræ omnes ſanctæ ſpirituales, cœleſtes, & humanæ creaturæ radicata: illiuſque virtute, benedictione, gratiaque ſublimiùs exaltata: Secundùm illud canticorum 8. [h] *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?* O fœlices Reges, & populi, qui tam potenti, miſericordique reginæ per deuotionem in genua procidunt! O fœlices, qui tot excelſæ virtutibus dominæ præſidio, tutelæque creduntur. O fœlices, qui poſt filium regnatorem mundi huic Deiparę virgini religiosè conſecrantur! A cuius virgineo fonte tot benedictionum flumina ſcaturiunt, tot proſperitatum liquores hauriuntur! En illud regale virginaleque lilium, cui præcipue curæ ſunt, ac dilectioni ſingulari, Gallica lilia; En illa ſacratiſſima Virgo puriſſimo comparata lilio. Cui Franciæ Reges à primo Chriſtianæ pietatis in illorum cordibus ortu poſt Chriſtum Dominum, ſe totos populoſque ſuos magna deuotione dicarunt, eius clientelæ regali magno charitatis ardore tradiderunt, qui in ſalutare illius patrocinium, præſidiumque pia & fœlici ſui oblatione confugientes gloriosè in hoc Chriſtianiſſimo liliorum ſolo, fœliciterque regnarunt, per cuius merita, preces, interceſſiones, & vota tot, tantaque cuiuſuis generis bona ſe à Chriſto D. eius filio miſericorditer, & abundanter accepiſſe confitentur, & agnoſcunt. Horum principum tanta pietate, & deuotione in hanc mundi Reginam affectorum, & animatorum vos qui lilijs Franciæ legitimè regnando præſidetis, ne quæſo vnquam veſtigia deſeratis, vt nunquam illorum proſperitatibus, honoribuſque careatis.

S. Maria quanto omni melior muliere tanto clementior, & dulcior.

Omnium creaturarum regina & domina S. Maria eſt.

Arnoldus Carnot. tract. de laudib. S. Virg.

Quomodo dicitur gloria Chriſti D. & S. Virginis eadem eſſe.

a Damaſc. orat. 1. de Aſſumpt.

b Gerſon. tract. 4. ſuper Magnificat.

c Eſther. c. 5. v. 3.

d Pſal. 61.

e Cantic. 1.

Principatus S. Virginis ſuper omnes creaturas.

f Eſther c. 15.

g S. Bonauentura in ſpeculo Virginis.

h Cantic. 8. v. 5

Pro concluſione pathetica.

Fœlices antiqui Franciæ reges quod ſe cum populis S. Virgini piè, religioſeque deuouerunt.

CAPVT V.

De variis, præstantibusque virtutibus, nempe fide, mansuetudine, & iustitia Regum Franciæ, quas illi propter cœlestem gloriam sibi, & populis acquirendam operati sunt, & eorum posteri debent operari, per tria lilia aurea, Regum ipsorum scuto impressa in campo cæruleo significatas.

1. *Reges Galliæ cœleste regnum bonis affectibus respicientes, & operibus, diuinas sanctissimæ Trinitatis proprietates melius quã potuit humana pati infirmitas, obseruantes, prosperè sicut iuste regnarunt.*

2. *De fidei puritate Regum Franciæ.*

3. *De mansuetudine.*

4. *De iustitia.*

Mysteriosa ternarij numeri excellentia.



NON sine magno mysterio lilia ternario comprehensa numero in scuto Regum Franciæ figurata, cœlitus oblata esse Frãcorum regibus existimo, propter sanctitatem, virtutemque ternarij numeri, quo totius vniuersi, omniumque in eo contentorũ ratio summa cõprehensa cernitur: principium nempe medium, & finis. Quo præterea numero [a] etiam ipsi gentiles à veri Dei cognitione penitus extortes, & elongati, in suis superstitiosis sacris, impuraque sacrificiis vtebantur, Aristotele teste, quem exponens D. Thomas. [b] *Sicut* inquit, *natura perficit omnia in ternario numero, ita gentiles, qui diuinum instituerunt cultum, volentes Deo tribuere omne quod perfectum est, attribuerunt illi ternarium numerum in sacrificijs, & laudibus ipsorũ.* Sed quis in scripturis sacris numerus illo ternario sanctior, maioribusque mysteriis plenior poteſt inueniri? Cùm in eo opera Dei mirabilia magis, altioribusque sublimiora virtutibus facta, disposita, ordinataque fuisse cognoscamus? Adeo vt si mysteria, resque omnes magis eminentes, profundasque significationibus, quæ in tribus Regi Christianissimo liliis oblatis eximiæ latent, enodare, euoluere, atque ad viuum explorare conaremur, illorum mysteriorum magnitudini, præstantique varietati parem orationis venustatem, ac diuersam in scribendo grauitatem possemus adferre: lectorum profectò contractam animis molestiam minimè timeremus, qua legendo satiati, in nostrorum scriptorum lectione fastidirent. Siquidem erudita, iucundaque varieras, multis orationis distincta coloribus, omni lectorum animos nausea prohiberet, & longi iactura temporis elapsi legendo, præclara mysteriorum multorum cognitione, intelligentiaque sarciretur. Sed pauca de multis expiscari sufficiet, vt modus in scribendo quæratur, vbi propter rerum maximarum vbertatem dicendi copia non

In tribus virtutibus perpetuin lilia significatis felicitatem orbis terrarum Regum Francorum iustitiam.

[a] Arist. l. 1. de cœlo, & mundo.

[b] S. Thom. comment. in 1. de cœlo.

A mini deesse poteſt. Pro discursos ingressu quanta potero scripta voce contendam, vt lectores omnes exaudiant, non sine diuino numine, tria in scuto regibus nostris oblata cœlitus lilia fuisse: quibus virtutes adombrãtur, per quas Reges Christianissimi in hoc mundo fœliciter regnarũt, iuxta Regii vatis oraculum. [c] *Intende, prospere procede, & regna.* O mysteria tribus his significata vocibus! Quid sibi vult hæc prima vox *intende*? Ore prophetico principum Christianorum, populorumque mentibus inculcata? nisi cœlum ò princeps cogitatione, & affectu, verbo, & opere respice. [d] *Conuersatio tua,* cum Apostolo, *sit in cœlis.* Et vt suis monachis abbas sanctissimus Arcenius

B ad Dominum migrando loquebatur. *Ibi, vbi.* His dicere volens; ibi sit thesaurus vester, vbi cor vestrum; viuentes in terra fixum in cœlo cor habeatis; quò exuti fragilitatis humanæ vinculis corpore, animoque perueniendi desiderio singulari flagratis. *Prospere procede*, nempe in via Dei progredere princeps populorum fidelium rector, *de virtute in virtutem*, vt alter Abraham credẽtium pater, eũdo. Qui scriptura teste, *perrexit vadens, & vltra progrediens, vsque ad meridiem,* igne videlicet charitatis ardenrem, quæ est via sanctorum trita vestigiis, *quæ itur ad astra*: dicente propheta, [f] *Iustorum semita sicut lux splendens, qua procedit, & crescit vsque in perfectum diem*, Scilicet fœlicitatis æternæ: vt prosperè cum Christo regnes in terra, priusquam cœlestis regni corona potiaris. *Et regna*, scilicet in hoc mundo fideliter ipsi Regum Regi famulãdo, *cui seruire regnare est*, illi regnum tuum, subditos, bona, corpus, & ani-

C mam maxima cum deuotione consectando. Sic verè, fœliciterque regnaruot Christianissimi reges huic dominantium domino, & Regum terræ principi, summo seruientes obsequio, cum attributa, siue, vt schola sacra loquitur, appropriata sacratissimæ trinitatis, potentiam patris, sapiẽtiam filii, bonitatem, clementiamque spiritus sancti, quãtũ humana pati potuit infirmitas imitari conati sunt. Potentiam in interficiendo peccatores terræ, coniuratos Dei, eiusque hostes ecclesiæ subiugando, gentes barbaras, & infideles, Turcas, Saracenos, hæreticos, schismaticos, aliosque paci, gloriæque Christianæ religionis insidiantes exterminando. *Sapientiam filij*, in dirigendis regni sui negotiis, in viam pacis, & sanctitatis, terminandisque inter subditos causis, & litibus, omnibus suæ dominationis, imperiiq; subditis, iuxta tenorem humanarum, diuinarumque legum, iustitiam, æquitatisque iura, ex conscientia

D sapienter administrantes. Bonitatem insuper atque clementiam sancti spiritus, parcendo subditis miseris, afflictisque subueniendo, suæ benignitatis, charitatisque in omnes sibi creditos, flores, fructusque spargẽdo. Hac ratione secundũm Dei Christique D. cor, gloriosè, fœliciterque regnarunt, [g] *Propter veritatem, mansuetudinem, & iustitiam*, quæ sunt regiæ principis catholici virtutes, quæ tria lilia designant, in quibus salus, prosperitasque regnorum Christianorum solida radice fundantur. Primum eorum fundamentum, & basis, *est veritas Christiana*, videlicet fides, & catholica religio, extra quam, [h] *Falsa est virtus, etiam in optimè factis.* Qua diuina instructus veritate, atque fide Christianus princeps agnoscit, [i] *quàm magnus sit Dominus, quã laudabilis, quã magna virtus eius & sapiẽtia eius nõ sit numerus*, vt sic

[c] Psal. 44.
Intende quid.
[d] Philip. 3.
Dictum S. Arsenii
Matth. 6.
Prospere procede quid.
[e] Psal.
Genes. 12.
[f] Prouerb. 4.
Et regna quid.
Christianissimi reges tria sanctis Trinitatis appropriata potentiam patris, sapientiam filio & bonitatem S. spiritui per tria lilia significata, quatenus imitati sunt.
[g] Psal. 44.
2. *Pars. De puritate fidei Regum Franciæ.*
[h] D. Aug. l. 4. contra Iulianum c. 3.
[i] Psal. 146. 5

cognoscendo Deum ardentiùs diligat, & diligendo summa latriæ veneratione sanctiùs adoret, sublimiusque veneretur. Quem in conspectu *suo prouidet semper*, cum propheta Regio, vt se coram illo magis humiliet, dicēdo cum eodem.[a] *Substātia mea quasi nihilum ante te.* Hæc mirabilia, ineffabiliaq; de Deo trino in personis, vno in natura fidei, religionisque Christianæ veritate suis in cordibus insita reges fideliter agnoscentes,[b] corde credentes ad iustitiam, ore confitentes ad salutem ipsi Deo summo patri, filio, & spiritui sancto religiosissimè seruiuerūt, vt copiose supra vidimus. Et eum ex toto corde anima, viribus, & mente diligentes totos se per deuotionem coram Deo humilius abiecerunt, & exinaniuerunt voluntariè: quanto per hanc fidei catholicæ veritatem, illum cum stupore religioso, pręæ magnitudine maiestatis eius contemplantes, & admirantes, sublimius adorauerunt: per pium mentis excessum veluti extra se positi cum regio propheta sæpius iterando clamantes.[c] *Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus.* Et iterum cum eodem admirando reuerenter exclamantes.[d] *Mirabilis facta est scientia tua ex me*; scilicet consideratione infirmitatis, & abiectionis meæ, respectu infinitæ magnitudinis tuæ. *Confortata est, & non potero ad eam*, (scilicet perfectè cognoscēdam, nisi fidei veritatis auxilio peruenire.) *Propterea substantia*[e] *mea, tanquam nihilum ante se, & omnes*[f] *gentes, quasi stilla situlæ; quarum*[g] *dies, respectu æternitatis tuæ, sicut vmbra declinauerunt*, & illæ cum principibus earum, *sicut fænum aruerunt. Qui possides*[h] *flatum nostrum in manu tua*, vt ad vitam spiremus. *Et*[i] *vmbræ transitus coram te tempus nostrum est*, & omnis nostra tēporalis maiestatis, terrenæqoe vitæ magnificentia,[k] *puluis, & cinis, omnis*[l] *caro nostra fænum, & omnis gloria eius tanquam flos agri, qui exsiccato fænodecidit.* Hęc & similia pietatis, & Christianæ humilitatis in summa terrenæ celsitudine maiestatis indicia, Christianissimos Reges pura, illibataque fidei catholicæ veritate fulgentes ingenuè fuisse professos, præclara eorum vitæ religiosæ facta, operaque testantur. Vt in corporibus humanis Christi D. regis sui vitam, gesta, mores, quoad fieri posset, pleniùs, atque perfectiùs imitarentur; qui est ipsamet veritas, via ad æternam gloriam, & vera vita. Cuius actiones, & exempla sectari, verè viuere est, vt omnes pios Christianissimos principes, populosq; decet.[n] Si enim pagano Senatori *is viuere, ac vita frui videbatur, qui præclaro alicui negotio intentus, virtutis, ac bonæ famæ gloriam quærit*; quàm veriùs illos, qui fidei, veritatisq; Christianæ illustratos lumine vitam, factaque saluatoris nostri sibi semper in conspectu suo proponūt, vt sanctiùs æmulentur, viuere iudicabimus? Dicentes ore prout affectant corde cum S. Augustino.[o] *Certe meliùs est mihi non esse, quàm sine Iesu esse; melius est non viuere, quam viuere sine vita*, quæ est Christus Dominus.

[p] *Viue precor, sed viue Deo; nam viuere mūdo*
Mortis opus; vera est viuere vita Deo.

Secunda virtus in qua prosperè Franciæ regnū fundatum est mansuetudo dicitur, benignitas scilicet, clementia, misericordia, affabilitas ad regendos suauiter, valdeque dulciter moderandos in recta viuendi ratione subditos, quæ virtus fidelibus Regibus, principibusque prorsus necessaria, suum habet fundamentū, & exemplar perfectionis in immensa Christi D. benignitate, de qua sic est locutus Apostolus.[q] *Cū benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundū Dei misericordiam saluos nos fecit, per lauacrū regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christū saluatorē nostrū, vt iustificati gratia, ipsius hæredes simus, secundū spem vitæ æternæ.*

[r] Quid in hæc sancta, diuinaque S. Bernardus deuote meditatur? *Apparuerat ante*, inquit, *Dei potentia in rerum creatione, apparebat sapientia in earū gubernatione, sed benignitas misericordia nunc maximè apparuit in humanitate, in qua videlicet factus homo*[s] *constitutus est à Deo patre*[t] *Rex Regū & Dominus dominantium super montem Sion* (qui est ecclesia) *prædicans præceptum eius*, omnibus terræ Regibus, qoorom princeps factus est mansuetudinis, clementiæque,[u] *relinquens exemplū, vt sequerentur vestigia eius.* Vnde sanctus, piusque pater ille, deuotarum animarum ardentia charitatis æstu vota, atque desideria, patheticis illis suauitate vehementi conditis, vocibus exprimens.[x] *Quousque angustata*, inquit, *est misericordia tua in sola Angelorum parte? Reliquū occupat iudiciū, sum toto pariter humano genere.*[y] *Domine in cælo misericordia tua, & veritas vsque ad nubes, terram vniuersam condemnans, & aëreas potestates. Dilatet misericordia terminos suos, extendat fines, expandat sinus. Attingat à fine ad finem fortiter, disponens omnia suauiter. Restrictus est, Domine, iudicio sinus tuus, solue vinculum, & veni miserationibus affluens, superesfluens charitate.* Hæc autem mansuetudo maximè principibus verè regnantibus conueniens, quo illis familiarior, eo ad summam eisdem fœlicitatē potentior est, dicente Neroni Seneca.[z] *Princeps fœlix abundè sibi visus, si fortunam suam publicauerit sermone affabilis, accessuque facilis, vultu qui maximè populos demeretur, amabilis*: exemplar magnæ benignitatis, & affabilitatis, ita & fœlicitatis eximiæ inter paganos principes Traianus erat, de qoo hæc Pacatus Drepanius:[a] *At noster hic omnibus spectandus offertur, nec magis communem hunc diem, atque solem, quàm nostrum imperatorem videri licet.* Verum quamuis hæc virtus omnibus terræ principibns, regibusque populorum, maximè familiaris esse debeat: tamē Regibus Frāciæ semper à Deo propria, genuina, & familiaris præ omnibos terræ rectoribus extitit; vt per excellētiā, proprioq; oomine virtus Regū Franciæ dicta fuisse videatur. Quibus cōuersatio benigna, mansueta facilitas, nō cōtēptum, vt aliis principibus[b] Apuleius credidit, sed maiorē Francorū amorem admirationēq; peperit. Fuit hoc semper propriū Regibus nostris, vt qui cūctis mundi principibus, & Regibus dignitate præstarēt, pares infimis facilitate, atq; benignitate viderētur, de quo nonnulla supra sæpe notauimus, & inferius lōgè plura dicemus. Ad tertiā virtutē, iustitiā nēpe, per tertiū lilii florem in Franciæ Regis scuto diuinitus impressum, designatā ordine à regio propheta præscripto veniamus. Haoc quāto cultu, religione, studio verè Christiano ah omni conditæ Francorum Christianæ monarchiæ, & in fide fūdatæ catholica tēpore Gallici Reges obseruauerint, eorū facta, gestaq; præclara in annales historiasque redacta domesticas apertissimè denuntiant, & clarissimè prædicāt.[c] Præclarū est de iustitia Regū Franciæ, & populorum apud Agathiam natione Græcum elogium; hæc quia extraneum à gente

[a] Psal 38. v. 6.
[b] Rom c. 10.
De religione sincera, & catholica Regum Franciæ supra dictum e. 2. huius libri.
Magna Regum Franciæ pietas in Deum ex sincera catholicaque eius per fidei veritatem cognitione.
[c] Psal 146. v. 5.
[d] Psal. 138. v. 6.
[e] Psal 38. v. 6.
[f] Esaiæ c. 4.
[g] Psal. 110.
[h] Daniel. c. 3.
[i] Sap. 2.
[k] Genes. 3.
[l] Isai 4 v. 6.
Ioan 14.
[n] Salust. in bello Catil.
[o] S. Aug l. meditat. c. 35.
[p] S. Paulini vers. apud D. August. epist.
3. Pars.
Mansuetudo 2. virtus per lilia significata.
Principum Christianorum mansuetudo in Christi D. benignitate fundata.
[q] Ad Tit c. 3. v. 4. 5. 6.
[r] S Bernard. sermone 1. de natali D.
[s] Psal. 2.
[t] Apoc.
[u] S. Pet. 1. c. 2. v. 21.
[x] D Bernard. ibid. supra.
[y] Psal. 35. v. 6.
Mansuetum esse principem magna illis felicitas.
[z] Seneca l. 1. de Clem. c. 13.
[a] Pacati Drepa. de Traian. panegy.
Franciæ Reges cunctis terræ principibus erga populos mansuetiores, benigniores que extitere.
[b] Apuleius libro de Deo Socratis. *parit inquit, conuersatio contemptum; charitas ipsa conciliat robur admirationum.*
4. Pars.
De iustitia Regum Francorū declarata per tertium liliū florem scuto eorum impressum.
[c] Agathiæ de iustitia Regū, ac populorū Franciæ pulchrum testimonium.

Gallica ſine adulationis ſuſpicione ſincerè proferentem: *Apud illos ſubditi ſunt iuſtitiæ, & patriæ ſtudioſi; principes vero vbi opus eſt placidi, & obſecundantes, idcirco vtique & firmam degunt habentes potentiam, iiſdem legibus vtentes, ſua tuentes, nihilque amittentes, quamplurima vero acquirentes. Iuſtitia enim, & amicitia vbi vigent, beatam, firmamque efficiunt remp. Nequaquam hoſtibus expugnabilem. Franci itaque hoc modo vitam ſuam inſtituentes, & ſibi ipſis, & finitimis imperant.* Sæpe in huius regni regumque laudem Ioannes dux Burgundiæ crebris vſurpare ſermonibus ſolebat.[a] *Franciæ Reges ſuper omnes terræ principes obſeruatione iuſtitiæ maximè delectati.* Cuius obſeruantiſſimum fuiſſe poſt religionem catholicam Clodouæum[b] annales Franciæ poſt pium hiſtoriæ Francorũ S. Gregorium Turonenſem commemorant; cæteros de eius ſanguine ortos breuitatis cauſa Reges ſilentio prætereo. Carolus Magnus tanto iuſtitiæ ſeruandæ, & vnicuique reddendæ deſiderio tenebatur, vt eã certis diebus per ſe ipſum, quãuis multis aliis, maximiſque imperii implicatum negotiis, & obſtrictum vniuerſis ſuæ ſubditis ditioni reddere voluerit. Huius rei extat hæc præclara in capitulis voluntatis eius, intentioniſque ſignificatio.[c] *Hoc miſſi noſtri notum faciant comitibus, & populo, quod nos in omni Hebdomada vnum diem ad cauſas audiendas ſedere volumus. Populo autem dicatur, vt caueat de aliis cauſis ad nos reclamare, niſi de quibus aut miſſi noſtri, aut comites eis iuſtitiam facere noluerint.* Eius filius Ludouicus pius Tegano[d] hiſtorico vetuſto teſtante, *tribus diebus per ſingulas hebdomadas rei iudiciariæ intererat.* Etiam patre adhuc viuente, qui ideo lætabundus de filio hoc ſuo, propter hunc iuſtitiæ zelum gaudendo dicebat.[e] *Victos nos gratulemur ab huius iuuenis ſenili ſagacitate.* Idem ſcriptor antiquus nouis elogiis huius regis, & imperatoris ardentem in reddenda iuſtitia zelum magnificando dixit.[f] *Eodem tempore ſupradictus princeps miſit legatos ſuos ſupra omnia regna ſua inquirere, & inueſtigare, ſi alicui aliqua iniuſtitia perpetrata eſſet,* & alibi.[g] *Per vniuerſas regni partes fideles à latere ſuo miſit, qui æqui iuris tenaces exiſtentes peruerſa corrigerent, omnibuſque ius congruum æquo libramine penderent.* Huius ſtirpis ſecundæ Regum noſtrorum reliquos taciturnitate, ne longiori ſermone lectoris aures offendam prætereueho, pari breuitate, quas priores duas tertiam ſtirpem regiam, quę ab Hugo Capeto initium duxit, attingam. Cuius filius Robertus ſeruantiſſimus æqui, eum iuſtitiam in ſuos, ſicut pietatem in Deum ſincera ſemper obſeruatione coluiſſet, huius obſeruãtiæ ſanctæ, ſicut aliarum ſuarum virtutum filium maiorem natu Hugonem hæredem facere deſiderans huic à ſe regi conſtituto hæc inſtar piæ paternęque admonitionis inſinuabat.[h] *Vide fili, ſemper ſis memor Dei, qui te hodie participem fecit regni, & æquitatis, & iuſtitiam ſemitis delecteris.* Ludouicus 7. dictus iunior in nobiles, magnoſque regni primares, eccleſiæ iura violantes, eique ablata bona reſtituere renuentes, vltore gladio pro iuſtitiæ defenſione animaduertere voluit. Philippus Auguſtus victorias ſuas, reliquaſque regno ſuo conceſſas à Deo proſperitates, inuiolatę iuſtitiæ, cuſtodiæ, & obſeruationi fideli referebat acceptas. S. Ludouicus teſtamento ſuo nihil magis poſt catholicam fidem filio ſuo Philippo ſuggeſſit imperando, quam vt ſuum vnicuique

a Ioannis ducis Burgundiæ dictum de iuſtitiæ cultu Regum Franciæ.
b Clodouæi iuſtitia ex annalibus.
Breuis quorundam Regum Franciæ iuſtitiæ commemoratio.
Caroli Magni ſeueritas in per ſe ipſum reddenda iuſtitia.
c In capitul.
d Tegani hiſtorici de Ludouico pio.
2. Ludouici pii.
e Tegan. ibid.
f Ibid.
g Ibid.
3. Roberti filio Hugoni pro iuſtitia & pietate admonitio.
h Helgandus in Roberti vita.
4. Ludouici iunioris.
5 Philippi Auguſti.
6 S. Ludouici.

A reddendo ſceleratos, & impios, alienorum raptores & oppreſſores innocentium, iuſtitiæ pœnas nõ pateretur euadere. Qui ſemper in vita grauiſſimis pro religionis, regnique defenſione, atque cuſtodia implicatus negotiis, ipſemet cuilibet de populo ſuo ius ſibi reddi flagitanti iuſtitiam facere quotidie lætabatur, poſtquam ſtrumarũ morbo vexatos piè, miſericorditerque tetigiſſet. In hiſtoria Ioannis Iuuenalis de Vrſinis, de iuſtitia Caroli 5. cognomento ſapientis mira narrantur: quem prudentia, ſagacitate, diſcretione, iudicio, cum magna conſcientia ad negotia regni ſui cõficiẽda, tã quæ ad bella gerẽda, quã quæ ad iuſtitiæ directionẽ regimenq; pertinerẽt, præſtantẽ fuiſſe narrat. Similẽ ſeruãdæ, reddendæque cuilibet iura poſcenti iuſtitiæ zelum eius filium Carolum 6. in vita ſua ardenter obſeruauiſſe eadem ipſius Iuuenalis hiſtoria commemorat: cuius filius Carolus 7. in huius cultu iuſtitiæ patre non inferior B extitit, vt Martialis[k] Pariſienſis Gallicis verſibus abundè declarauit. De laudabili, magna, digno prædicatione, deſiderio, conatuque iuſtitiæ ſaciendæ, Ludouici 11. hæc Monſtreletus in hiſtoria Gallica, ſic latine reddita recenſuit: *Palam cõfeſſus eſt ſe deſiderare magnopere, vt in toto ſuo regno pura iuſtitię obſeruatio, dignitas, authoritaſque regnaret; ideo voluit, vt ex omnibus regni ſtatibus perſonæ integræ, ſceleriſque puræ eligerentur, qui huic iuſtitiæ reddendæ officio fideliter incumberent.* Addidit inſuper Monſtreletus hunc Regem ſuum iuſiurandum, quod in ſacro, & inauguratione ſua fecerat, quo ſe perpetuo inuiolabili iuſtitiæ iura ſeruaturum iurauerat, ad ſenatum ſuum, ſeu curiam parlamenti miſiſſe, eam obnixè, & regiè rogando vt ſincera fide hanc ſuis ſubditis redderent, quam tam ſolemni iuramento in vnctione, coronatio- C neque ſua ſe inuiolatè ſeruaturum Deo ſpoponderat. Vnius adhuc Francię Regis recordabor, cæteros poſterioris æui relicturus, ne longior faſtidio ſim lectoribus,[l] Caroli videlicet 8. qui circa poſtrema vitæ tempora, regni ſui ſaluti ſque propriæ rebus attentior, ſingulis Hebdomadibus duos dies publicè ſuis iuridicundo conterebat, idque tam facili aditu, vt nemini ſubditorum Galliæ, vel è fæce plebis conſpectus regius, affatuſque denegaretur. A qua reddendæ per ſe ipsũ plerũq; iuſtitiæ sãctitate eius ſucceſſorẽ Ludouic. 12. minimè receſſiſſe eius ſcriptores vitæ cõmemorãt. Qui paruo vectus mulo, propter podagræ morbum, ſæpe ſuam frequentabat curiam, in qua præſens cum patribus conſcriptis ſedens, iuſtitiæ functiones, iura dando, ſapienter exercebat. Reliquos Chriſtianiſſimos Franciæ Reges, tam recentiores, quã antiquiores illis (quorũ cõmemoratione, diſcurſus longioris, quã par ſit timor, nos ſuperſedere cogit.) Simili affectus puri, & amoris D inclinatione in iuſtitiæ ſacra propendiſſe ſatiſperſpicuè diuina benedictio demõſtrat. quæ in tot ſęcula duodecim .ſ. fauore iuſtitiæ, continuata regũ verè catholicorũ, ſexaginta quatuor ſibi proſperè ſuccedentiũ ſerie, hoc regnũ Chriſtianiſſimũ glorioſè, fœliciterq; propagauit. Magnũ ſeruati fideliter iuſtitiæ cultus argumentũ regnorũ diuturnitas, ſicut hominum longitudo vitæ. Illud enim diuina clamant oracula ſæpiſſime. *Scribes ea* (ſcilicet iuſtitiæ præcepta) inquit Dominus, *ſuper poſtes, & iannas domus tuæ, vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum in terra, quam iurauit Dominus patribus tuis.* Hæc quid ſibi vo-

7. Caroli 5. Ioa. Iuuenal. vrſinus in hiſtoria manu ſcripta.
8 Caroli 6. in eadem hiſtoria.
9. Caroli 7.
k Martialis Pariſ. l. vigiliorum.
10. Ludouici 11.
11. Caroli octaui.
l Gaguini in Carolo 8.
12. Ludouici 12.
Longitudo imperiorum indicium magnum iuſtitia ſeruato fideliter.
Deut 11. v. 20

a Proueib. c. 15. v. 6.

luntaliud in prouerbiis, sapientis eloquia? [a] *Domus iusti plurima fortitudo, in fructibus impij conturbatio, in abundanti virtus maxima est.* De fœlici iustitiæ cultoris vitæ diuturnitate Dauid ita loquitur. [b] *Iustus ve palma florebit, sicut Cedrus Libani multiplicabitur.* In cuius temporale ob iustitiam sincera custoditam obseruatione præmium præter æternum hoc Deus illi pollicebatur. [c] *Lōgitudine dierum replebo illum, & ostendam illi salutare meum.* Quæ confirmant antiqua promissa Dei, suo facta populo, & eius rectoribus iustitiæ sacra, iuraque venerantibus. [d] *Multiplicet te, sicut iurauit patribus tuis, quando audieris vocem Domini Dei tui.* Et rursus ibidem. [e] *Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius, & faciat te excellentiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, & gloriam suam, vt sis populus sanctus Domini Dei tui sicut locutus est.* Et de gloria iustorum principũ semper de hostibus triumphantiũ, longo tẽpore prospere victurorũ. Hæc Moyses ad fidelem populum neutiquam à iustitiæ, Deiq; mandatis exorbitantem clamando dicebat. [f] *Constituet te Dominus in caput, & non in caudam, & eris semper supra, & non subter. Si tamen audieris mandata Domini Dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie, & custodieris, & feceris, & non declinaueris ab eis, nec ad dextram, nec ad sinistram &c.* Non sic impii, non sic iustitiæ sanctæ violatores, quorum dies breues, ac miseri sunt futuri. Audiant iusti Dei contra illos iustitiæ virginis immaculatæ prostitutores. [g] *Ducet te Dominus & regem tuum, quem constitueris super te in gentem, quam ignoras tu, & patres tui, & eris perditus in prouerbium, ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxit Dominus.* Quid de talibus iniquis iustitiæ sanctitatem, puritatemque fraudulenter adulterantibus patientissimus propheta de eorum filiorumque miseriis, & exitu funesto loquitur? [h] *Hæc est*, inquit, *pars hominis apud Dominum, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotente suscipiant, si multiplicati fuerint serui eius in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur panibus. Qui reliqui fuerunt ex eo sepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt. Si comportauerit quasi terram argentum, & sicut lutum præparauerit vestimenta, præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet*, &c. Ito igitur execrabilis sanctæ castæque Themidis oppressor, atque de violato illius tuis fraudibus, rapinisque sanctuario gloriare! Ausa tam impia nõ impunè feres. [i] *Deus destruet te in finem, & euellet te, & emigrabit te, de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.* Quæ mala in iustitiæ defensoribus aduentu bonorum, prosperarumque fortunarum, Deus larga manu misericorditer alternat. Verumque illud memoria dignum, licet à nefandissimi apostatæ ore prolatum. Κρίνε δίκαιον ἄνδρα δίκαιον μόνε. *Iustum virum longa arguit solum dies.*

b Psal 91. v 13.
c Psal. 90.
d Deut. 7.
e Deut. 7.
f Deut. c. 28. v 13.
g Deut. c. 28. v. 13.
Violata iustitia iniustis suorum iuriũ oppressoribus abbreuiat dies vitæ & prosperitates aufert.
h Iob c 27. v. 13. 14. 15. 16. 17.
i Psal.
Iuliani imp. epist. ad Galizenam.

Aliud magnum in liliorum auro mysterium agnosco, cuius admirabiles à natura sibi datæ salutares maximè vitæ humanæ proprietates, eximias sublimesque alias Regum Christianissimorum virtutes repræsentant: quarum splendore præ aliis terræ principibus in vita sua, non sine admiratione cunctis data mundi populis, singulari coruscarunt. Sed illud inferius in quartæ partis vltimum librum aptiori loco reuocatum melius, & accuratius euoluetur.

CAPVT VI.

De sacrosancto iuramento, quod Franciæ Reges in sua coronatione, antequam cœlesti Chrismate ab Archiepiscopo Ecclesiæ Rhemensis inungantur, religiosè præstare solent, quod illorum magnam in Deum, ecclesiamque, religionem, & pietatem, in populum verò iustitiam, æquitatemque demonstrat.

1. *De sanctitate, & benedictione iuramentis à piis, catholicisque principibus, & imperatoribus fieri solitis dum coronantur.*

2. *Singulariter de iuramento solemni regum Franciæ in sacro suo de forma, eiusque ceremoniis.*

3. *Nonnulla regum Christianissimorum iuramenti in suo sacro præstiti exempla producuntur.*

4. *Quam miserum est principibus solemnia facta ecclesiæ, ac populo, per inuocationem diuini numinis iuramenta non seruare.*



ETIAM in sacris inaugurandi Francorum Reges ritibus & cæremoniis, maximæ ipsorum virtutes, vt puta iustitia, religio, aliæque præclaræ ipsarum sociæ, comitesque virtutum mystica significatione designantur. Vt cum inuocato in testem, fideiussorem, iudicem & vltorem violati promissi Deo solemniter coram clero, & populo iurant, antequam cœlestis olei Chrismatisque Angelici puritate deliniantur: ecclesiam Dei immaculatam, remque publicam Christianæ mancipatam religioni in sua sinceritate, atque libertate se pro viribus inuiolabili seruaturos protectione iurant. Hoc profectò solẽne iuramentum rite custoditum summam in se religionis, fidei, iustitiæque sanctitatem complectitur; qua meritoriè nitent, hoc se piè iurandi sacramento constringentes: sic omnipotentẽ Dei optimi maximi virtutem, per quem religioso apparatu publicè iurant, ingenuè, sanctèque profitentes, admirando sublimiter adorant. [k] *Quid est enim iurare, nisi eius, quem testare fidei tuæ præsulem diuinam potentiam confiteri*, inquiebat S. Ambrosius? *Et quis per quos iurat* (scilicet solemniter, grauiterque iurat) *non honorat?* [l] Vt illo antiquior sed nõ melior Tertullianus dicebat. Huic sacro iuramẽto præuia semper esse debet magna diuini numinis, per quod sanctè iuratur apprehẽsio, consideratio, atque cognitio rei huius, quæ iuratur; ne aliqua leuitatis, temeritatisque labes, & macula iuramẽto possit obrepere. [m] *Nemo bene iurat, nisi qui potest scire quod iurat; lux sibi præcat, si*

In solemni iuramento quod in sacro suo præstant Francia Reges, & alii aliarum nationum catholici principes, maxima in Deum, ecclesiam, remque publicam virtutes includuntur.
k S. Ambros. epist. 3.
Qui iustè per Deum iurat, illum honorat.
l Tertull. l. de idololatria.
In solemni iuramento magna principis animo inesse debet Dei per quem iuratur apprehensio, & reuerentia, atque rei, quam iurat, consideratio, atque cognitio, vt sanctius sit iuramentum, & Deo acceptius.
m S. Ambros. in Psal 118. octonario 14.

iurare diſponis, id eſt cognitio veritatis (ſcilicet quæ eſt fundameutum iuramenti) præcedat, ve vinculum ſacramenti tibi non poſſit nocere. Sequentia noteutur. [a] Vbi religio ſanctior, ibi fides veritatis eſt plenior, &c. De reuerentia verò Dei nomini ſacratiſſimo in iuramenti prolatione præſtanda, ad cuius ineffabilis apprehenſionem piè Catholici omnes reges, & populi nec immeritò ſtupent. Iſta præclare Theodoretus. [b] Quid ſibi vult, inquit, non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum? Quidam prohiberi dicunt, ne quis res vanas, hoc eſt idola nomine Dei vocet: alij ne quis iurando mentiatur. Ego autem puto diuinam legem ſtatuere, ne quis nomen Dei pronuntiet, ſine aliqua ratione, veluti docendi, aut alia quadam neceſſitate. Solent enim nonnulli, etiam ludentes, & ridētes, B vt venerit in linguam, reuerendum Dei nomen teſtando proferre, hoc arbitror diuina lege prohiberi. Si enim permulti conſueuerunt pretioſiorem veſtem diebus feſtis reſeruare, multo iuſtius eſt diuinum nomen precibus, atque docendi officio conſecrare. Hæc ipſe. Sed ante eum, rem tantæ ſanctitatis, & reuerentię ab improbus indigniſſimè in cænas, iocos, vana, iraſque traductam, doctor ſanctiſſimus, & eloquentiſſimus vehementius vrſit, & de hac tantæ peruerſitatis indignitate, zelo diuioi nominis comeſtus ardentius expoſtulauit. Cùm ita populo Antiocheno prædicabat. [c] Neſcitis quid ſit Deus, & qualis debeat ore vocari? Quod ſi de quopiam probo quidem viro loquamur, dicimus os tuum ablue, & ita commemora. Nunc vero nomen ſupra omne nomen venerandum, in omni terra admirabile, quod audientes dæmones horrent, temerariè circūferimus? Nonne dum Deus nominatur, oporteret horrere? Et apud Iudæos quidem tam venerandum erat C Dei nomen, vt in lamina ſcriberetur. Exod. 28. Et nemini literas ferre licet, niſi ſacerdotum principi; nunc autem velut quiddam vulgare, ſic ipſius nomen circumferimus? Ineffabile Dei nomen Iehoua laminæ inciſum aureæ maximus Iudæorum pontifex in capite ſuo portare ſolebat, tunc cum ſacris, pontificalibuſque veſtiebatur ornamentis. Qua cæremonia, myſticoque maximi ſacerdotis ornatu ſummus honor, ſupremaque veneratio ſanctiſſimo Dei nomini debita manifeſte declarabantur, ſimul & grande nefas, morteque non temporali ſolùm, ſed & æterna piandum deſignabatur: quo ſe nefarij homines coinquinant, nomen illud ſanctiſſimum temerè in vanum, ridicule, & cum mendacibus iurameotis vſurpando. [d] Quomodo enim non eſt abſurdum, inquit ſanctus Chryſoſtomus, ſeruum quidem non audire Dominum nominatim, & ſine honoris præfatione appellare, Angelorum verò Dominum temerè, & contemptim vbique iactare? Vis diſcere quomodo ipſum appellant ſuperiores poteſtates, cum quanto honore, quāta admiratione? videbam Dominum ([e] ait Eſaias) ſedentem in throno alto, & eleuato, & ſeraphim ſtabant circa ipſum, & clamabant alter ad alterum, Sāctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Plena eſt omnis terra gloria eius. Vidiſti cum quanto timore, quanto honore nominant eum glorificantes, & laudantes, &c. At ſi quæ poſſit vnquam iuſta, dignaque ratio inueniri, ſanctum Dei nomen meritoriè, ſicut religioſè proferendi, illa erit de pręcipuis, quæ in iuramentis principum, atque Regum Catholicorum in ſuis ſacris, & inaugurationibus Eccleſiæ Dei, regno ſuo, & imperio præſtant, locum habet. In quibus iurant ſimul,

[b] Theodoretus q. 41. in Exodum.

[c] S. Chryſoſt. hom 26. ad popul. Antioch.

[d] S. Chryſ. hom. 7. ad popul. Antioch.

[e] Eſaiæ c. 6.

Reges, ac principes Chriſtiani in ſuis ſacris iurant, & vouent religioſè.

A & vouent. Iurant quidem dum Deo in teſtem, ſponſoremque promiſſi vocato, Eccleſiæ, reique publicæ ſeculari, ſe vtriuſque protectorem defenſoremque pollicentur: vouent etiam cum ipſo Deo, Chriſto Domino eius ſanctæ Eccleſiæ obedientiam, atque protectionem ſimul, & populi ſibi ab eo crediti, ſanctam piæ, iuſtæque vitæ directionem, tuitionemque ſpondent, atque promittunt. Apud Hebræos ſecundum legem Dei, noui reges antequam à ſummis ſacerdotibus, & Prophetis vncti in regali throno collocarentur, iuramenti religione populo ſe pro illius ſalute, & libertate tuenda, cum obſeruatione diuinę legis obſtringebant: & reciproca ſponſione populus fidelitatem regi ſuo iurabat, teſte Ioſe-B pho [f] in Iudæorum antiquitatibus, ſummo pręſidente pōtifice. Qui conuocato in templum populo, cum militibus, omnes in fidem regis iuratos religionis vinculo ſtrictiori, ſe noui Regis honori, ſaluti, maieſtatique conſeruandæ, & augendis regni rebus ſtrenuam operam nauaturos ſincere iurare iubebat. Pari iuriſiurādi ſacramento regem recens creatum diuini numinis adorationi, eius venerationi religionis, legumque à Moyſe diuinitus editarum obſeruatiooi immaculatæ grauiter, ſapienterque, prout ſummi pontificatus ſanctitas exigebat, & authoritas, obligabat. Quo quidem obligati ſacramento, chriſmate deliniti ſacro reges ipſi, eodem [g] referente Ioſepho, multo plus Deo, ac legibus, ipſius iuſſu populo per Moyſem traditis, quàm ſuę ipſorum ſapientiæ tribuere, nihilque prorſus conſtituere, & ordinare, niſi ex ſummi ſacerdotis, ſenatuſque ſententia ſolebant. Hunc ſacrum C iurandi ritum ſeruantibus Catholicæ fidei cultoribus imperatoribus moris erat, Deum ſuorum promiſſorum in ſua coronatione factorum patriarchæ Conſtantinopolitano illorum ſponſiones poſtulanti fidemiſſorem, vademque dare. Quod cum feciſſet Leo Iſauricus in ſacro ſuo, fidei tamen ſuæ, ac promiſſi immemor, vel potius ſacrilegus, impiuſque temerator, poſtea factus Iconoclaſta, Eccleſiam Dei ferociſſimè perſequeretur; hoc illi conſtanti animo, & propter Deum timere neſcio [h] S. Germanus patriarcha Cooſtantinopolitanus exprobrabat, ac diuinæ vltionis pœnas illi, ſuppliciaque minabatur, vt Theophanes his verbis expreſſit. [i] Reducebat autem ad memoriam eius patriarcha (ſcilicet S. Germanus) ſponſiones ipſius ante imperium factas, qualiter ſibi Deum dederit, vadem in nullo commoturus Eccleſiam à ſuis Apoſtolicis, & diuinitus traditis ritibus. Ad quod religioſum iurandi, Deumqoe in D ſponſorem, & vadem promiſſorom vocandi ſacramentum, ritumque ſanctiſſima Chriſti Domini ſponſa fidelium mater Eccleſia perfectè à Spiritu ſancto de omnibus ad fidem pertinentibus inſtructa ſemper omnes Chriſtianos Reges, principeſque Catholicos cohortando iubendoque compellaint. Vt ex illo Spiritus ſancti in magna illa vniuerſali ſynodo ſub Innocentio 3. Lateranenſi à Sanctis Patribus oraculo pronunciato conſtare poteſt. [k] Moneantur autem, & inducātur, & ſi neceſſe fuerit per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur ſeculares poteſtates, quibuſcunque fungantur officiis, vt ſicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defenſione fidei præſtent publicè iuramentum: quod de terris ſuæ iuriſdictioni ſubditis vniuerſos hæreticos ab Eccleſia denotatos bona fide

Forma noui regis iurandi in ſuo ſacro à lege Dei apud Hebræos præſcripta.

[f] Ioſeph. l. 9. c. 7.

[g] Ioſeph. l. 4. c. 10.

Imperatores, & Reges Catholici promiſſorum ad Eccleſiæ, regniqꝫ defenſionem ſpectantium in ſacro ſuo factorum Deū vadem, ac ſponſorem dare ſoliti.

[h] S. Germani patriarchæ Conſtantinop. epiſt. ad Leonem Iſauricumque extat in actis eius S. vitæ.

[i] Theophanes ann. 726.

[k] Concil. Lateran. 4. ſub Innocentio 3. generali c. 3.

pro viribus exterminare studebunt, ita quod à modo quandocumque quis fuerit in potestatem, siue spiritualem, siue temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare, &c. Cui Spiritus sancti de creto congruit, & conforme respondet illud ab eodem spiritu Dei per Catholicos, sanctosq; patres editum in concilio 6. Tuletano, capite 3. [a] *Consonam promulgamus, Deoque placitam sententiam, & cum rege, suorumque optimatum, & illustrium virorum consensu sancimus, vt quisquis deinceps regni sortitus fuerit apicem, non ante conscendat regiam sedem, quam inter reliquas conditiones sacramento polliciitus fuerit, quod non sinet in regno suo degere eum, qui non sit Catholicus. Quod si Rex ipse temerator huius extiterit promissi, sit anathema maranatha in conspectu æterni Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni, similiter & alij omnes qui eum eo consenserint.* In Pontificali Romano scripta iosiurandi Imperatorum, Regumque formula legitur, quo se Deo, Ecclesiæ, sibiqoe creditis populis in die suæ inaugurationis obstringunt; & Regum quidem est huiusmodi. *Ego N. Deo annuente futurus Rex. N. profiteor, & promitto coram Deo, & Angelis eius deinceps legem, iustitiam, & pacem Ecclesiæ Dei, populoque mihi subiecto pro posse, & nosse, facere, atque seruare, saluo condigno misericordiæ Dei respectu, sicut in consilio meorum fidelium potero inuenire: pontificibus quoque Ecclesiarum Dei condignum, & canonicum honorem exhibere, atque ea quæ ab Imperatoribus, & Regibus Ecclesiis collata & reddita sunt, inuiolabiliter obseruare, Abbatibus, comitibus, & vassallis meis congruum honorem, secundum consilium fidelium meorum præstare: ita me Deus adiuuet, & hæc sancta Euangelia Dei.*

a Concil. 6. Tulet. c. 3.

Sed nunc ad iuramentum fidele, sanctumque, qood per inuocationem diuini nominis Ecclesiæ populoque suo inter manos Rhemensis Episcopi præstant Christianissimi reges in sacro suo veniamus; in quo religionis ipsorum iostitiæqoe lux, & splendor maximè relucet. [b] Archiepiscopus Rhemensis ante altare, cui Rex sacrandus deuotè procubuit, pro omnibus Ecclesiis sibi subditis hæc ab ipso Rege petit, & postulat. *A vobis perdonari petimus, vt vnicuique de nobis, & Ecclesiis nobis commissis canonicum priuilegium, ac debitam legem, atque iustitiam conseruetis, & defensionem exhibeatis, sicut rex in suo regno debet vnicuique Episcopo, & Ecclesiæ sibi commissæ.* Ad quæ Rex reuerenter deuotaque grauitate respõdet. *Promitto vobis, & perdono, quod vnicuique de vobis, Ecclesiis vobis commissis, canonicum priuilegium, & debitam legem, atque iustitiam seruabo, & defensionem quantum potero adiuuante Domino exhibebo, sicut Rex in suo regno vnicuique Episcopo, & Ecclesiæ sibi commissæ per rectum exhibere debet.* Quæ postquam solemni iuramento firmauerit eum statim magno cum honore, & reuerentia doo ex patribus Episcopi Laudunensis, & Bellouacensis erigunt, subleuantque, hunc populo monstrantes: ab eoque sciscitantes, *num talem sibi Regem præfici desiderarent?* Cùmqoe omnes hic astantes cum iubilatiooe conclamauissent. *Volumus.* Rex in solio regio sedens denoo sic se iuramenti sacramento per inuocationem diuini nominis obstringit. *Hæc populo Christiano, & mihi subdito in Christi nomine promitto. In primis vt Ecclesiæ Dei omnis populus Christianus verã pacem vestro arbitrio, in omni tempore seruet. Item*

2 Pars. De Regum Francorum iuramento, in sacro suo.

b Ex libello de sacro Regum Franciæ. Quo postulat à Rege præsul Rhemensis.

Aliud Regis sacramenti mandatum, & solenniter sacris euangeliis ex eodem lib.

A *vt omnes rapacitates, & omnes iniquitates, omnibus gradibus interdicam: item quod in omnibus iudiciis æquitatem, & misericordiam præcipiam, vt mihi, & vobis indulgeat suam misericordiam clemens, & misericors Deus. Item quod de terra mea, ac iurisdictione mihi subdita vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos, pro viribus bona fide exterminare studebo: hæc omnia supra dicta firmo iuramento.* Quod editum iuramentum vt sanctius, firmiusque corroboret, sacris manum euangeliis apponit, ea religiose deosculatur: qua ceremonia, rituque sacro, quis summam Regum Franciæ religionem, pietatem, fidem, iustitiamque non videt? Magnum pietatis mysterium sacra in fidem seruandi promissi manibus Euangelia tangere, eaque cum magna reuerentia deosculari. Duo iurandi B genera apud Iuriscoosultos reperiuntur, primũ fit iuramento, alterum corporaliter. Primi mentionem facit lex vltima. [c] ff. de crimine stellionatus. *Si debitor instrumento iurauerit.* Alterius L. 3. C. [d] Si minor se maiorem dixerit, sacramento corporaliter præstito. [e] Greci legum Romanarum interpretes hoc posterius iuraodi genus soo idiomate traduxerunt σωματικὸν ὅρκον. Quod clarius [f] Iustinianus Imperator, *corporaliter tactis quatuor sacratissimis Euangeliis effuse transtulit.* Hoc posterius iurandi genos primo sanctius strictiori, fortiorique nexu standi promissis obligãs. Ad quod reuocandum credo hæc S. Chrysostomi contra quosdam sui temporis minus iuramẽti tanti cultores expostulationem inter sacros relatam canones. [g] *Qui*, inquit, *super Euangelia iurat, magis sibi videtur iurare, quàm qui per Deum iurat, stulti homines Scripturæ sanctæ sunt propter* C *Deum, non Deus propter scripturas.* His verbis criminans, arguensque non sanctam super Sancta Euangelia iurandi ceremoniam, sed errorem inde procedentem, propter sanctæ ceremoniæ imperitiam. Huic solemni tactis sacris Euangeliis iuramento Franciæ Reges assuefacti io consecratione sua verum esse illud de Francorum Regibus Encomium S. Gregorij facto ipsi probarunt: nempe [h] *Francorum Reges fideles semper Dei cultores extitisse, Ecclesiæ matri voluntaria deuotione colla flexisse*: Eius pastores, sacerdotesque magna reuerentia dilexisse. Quæ pietatis summæ iudicia alta mente considerans Innocentius 3. [i] *Exaltationem regni Francorum sublimationem Apostolicæ sedis reputabat; cùm hoc regnum benedictum à Deo semper in ipsius deuotione permanserit, & ab eius deuotione*, inquit, *nullo vnquam sicut credimus, sit tempore discessurum*, &c. Singularia quorundam Franciæ Regum in suis sacris iuramenta iuuat attexere. Pipinus, à quo Regum D Franciæ radix, & prosapia secunda deduxit originem, suum in Dei ecclesiam pietatis ardorem, æstumque charitatis in populi salutem hoc iuramento monstrauit.

Regnantis veri impiens ego rector haberi,
Iuro rem cleri, libertatemque tueri.

Quem sacra cœlestique inauguratione benedicens, & Deo religionique Catholicæ consecrans Stephanus Papa 2. ita ad has virtutes pietatem, & iustitiam suo iuramento promissas hortabatur. [k] *Franci, Pipino, communi consensu capiti tuo me manibus hanc regiam coronam imponunt signum magni oneris, & honoris, & Childerici spolijs te donant. Non habent illi odio familiam eius, neque memoriam paruifaciunt nobilium Regum, à quibus ori-*

Duo iurandi genera apud iurisconsultos, & canonistas, scilicet instrumento & corporaliter.

c L. vlt. ff. de crimine Stellion.

d L. 3. Si minor se maiorẽ dixerit

e Theodorus Balsamon.

f Iustinian. Imp.

Iuramentum corporaliter sanctius illo quod fit sacramento.

g Can. si quis per pupillum & seqq. 22. q. 1. S. Chrys.

h S. Greg. ep. ad Regem Childebert. l. 4. ep. 94.

i Cap. Nouit extr. de iudicijs.

Pipini Regis iusiurandum

k Exhortatio Stephani 2. Papæ ad Pipinum, dũ illũ coronabat cœlestique Chrismate sacrabat. Annal. Franciæ ex Moro l. 1. de sacris vnctionib. c. 9

guinem duxit, sed corruptos illius mores ferre nequiuit. Erigunt oculos ad splendorem virtutis tuæ, quam diligunt: verum si postea in te viderint tantum lumen, vel superbia extingui, vel desidia quid putas de te facturi sunt, quorum beneficio tantus euasisti? à quibus totus tam dependes, cum seueritatem iudicij eorum animaduertas in eum qui iure suo, non aliena fauore Franciæ regnum possidebat? Disce igitur, Pipine, exemplo & incommodo alterius te Regem præstare: hoc est nihil salute populi tibi commissi habere commendatius, & omnem in conseruanda, tuendisque subditis operam, atque industriam collocare. Carolus Magnus eius Regis Pipini filius præter iuramentum in sua ad regnum Galliæ coronatione præstitum, cæterorum more Regum, qui illi tempore præiuerant, & annis postea cum à Leone 3. Pontifice in Imperatorem vnctus inauguraretur, hoc publicè in æde Apostolorum principibus sacra religiosè prodidit. [a] *In nomine Christi spondeo, atque polliceor ego Carolus Imperator coram Deo, & Beato Petro Apostolo me protectorem, ac defensorem fore huius S. Romanæ Ecclesiæ in omnibus vtilitatibus, quatenus diuino fulcis fuero adiutorio, prout sciero, potero que.* Carolus Caluus aui sui pietatis æmulator, vt hæres imperij, & regni, cum in Ecclesia metensi, ab Archiepiscopo Rhemensi Hincmaro coronaretur, hoc se iureiurando Ecclesiæ ministris, regnique subditis obligauit. *Sciatis me honorem, & cultum Dei, atque Sanctarum Ecclesiarum Domino adiuuante conseruare, & vnumquemque vestrum, secundùm sui ordinis dignitatem, & personam iuxta meum scire, & posse honorare, & saluare, & honorabiliter saluatum tenere velle, & vnicuique in suo ordine secundum sibi competentes tam Ecclesiasticas, quam mundanas, legem, & iustitiam conseruare.* In Ecclesia Bellouacensi libellus asseruatur, in quo hæc de coronatione, & iuramento in illa facto à Philippo primo puero tunc septem annorum, præsente eius patre Henrico primo leguntur. *Anno millesimo sexagesimo indictione duodecima, Henrico regnante trigesimo secundo, & quarto Calend. Iunij, in die Pentecostes, Philippus Rex, hoc ordine in maiore Ecclesia ante altare S. Mariæ à venerabili Archiepiscopo consecratus est. Inchoata missa antequam Epistola legeretur.* Dominus Archiepiscopus vertit se ad Deum, & exposuit ei fidem Catholicam, sciscitans ab eo vtrum hanc crederet, & defendere vellet, quo annuente delata est eius professio, quam accipiens ipse legit, dum adhuc septennis esset, eique subscripsit. Erat autem professio eius hæc. *Ego Philippus, Deo propitiante, mox futurus Rex Francorum in die ordinationis meæ promitto coram Deo, & sanctis eius, quod vnicuique de vobis mihi commissis canonicum priuilegium, & debitam legem, atque iustitiam conseruabo, defensionem adiuuante Domino, quantum potero exhibebo, sicut Rex in suo regno vnicuique Episcopo, & Ecclesiæ sibi commissa per rectum exhibere debet. Populo quoque nobis credito me dispensationem legum in suo iure consistentem nostra authoritate concessurum, qua perlecta posuit eam in manu Archiepiscopi: deinde accipiens Archiepiscopus baculum S. Remigij, disseruit quietè, & pacificè, quomodo ad eum maximè pertineret electio Regis, & consecratio, ex quo S. Remigius Ludouicum baptizauit, & consecrauit. Disseruit etiam quomodo per illum baculum hanc consecrandi potestatem, & totum Galliæ principatum, nempe spiritualem Hormisda Papa sancto dederit Remigio, & quomodo Victor Papa sibi, & Ecclesiæ concesserit. Tunc, annuente patre eius Henrico, elegit eum* (scilicet consecrauit) *in regem post eum.* Hæc ibi.

a Carol Sigon. l. 4 de regno Ital. Caroli M. Iuramentum dum imperatorem à Leone 3. vngeretur.

Caroli Calui iuramentum.

Philippi 1. septennis præsente patre Henrico 1. in sua coronatione iuramentum. In libello in Eccles. Bellouac. cuius meminit Tilletus in suis memorabilibus, & Massen. in annal. l. 3. in Henrico 1. professio, & iuramentum Philippi 1.

Cæterum sicut res fœlicissima est iuramenta per inuocationem diuini nominis edita inuiolatè seruare, sic contra miserrima violare, quæq; Deo promisimus obseruantiæ neglectu temerare. Fœlicitatem seruati iuramenti vaticinium S. Remigij confirmat: cuius Ioannes Gersonius doctor, & cancellarius Parisiensis sui temporis præstans, cæteris in concione, quam de S. Ludouici laudibus egregiis habuit coram Rege Carolo 6. meminit his verbis. *Remigius noster Rhemensis Archiepiscopus, dum Clodoueum misso cælitus chrismate baptizaret, prophetico Spiritu plenus dixit ipsum Franciæ regnum, Regesque ipsius fore gloriosos, stabilesque, quandiu in hac fidei confessione permanerent, sicut permanserunt.* Calamitatem verò, miseriamque periurij, violatique iuramenti imprecationes adhiberi solitæ solemnibus iuramentis, si peierentur, ostendunt. Qualis est illa, quam Iustinianus Imperator non solum iuramẽto Imperatorum, ac Regum, sed etiam belli Ducum, prouinciarum, gubernatorum, atque magistratuum adhiberi voluit; cuius maledictione, & acerbitate omnes inuoluerentur, qui iuramẽtum ritè factum periurio, perfidiaque violauissent. Cuius imprecationis iuramento adhibitæ formula in nouella Iustiniani octaua ita scripta reperitur. *Iuro ego per Deum omnipotentem, & filium eius vnigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, & Spiritum sanctum, & gloriosam Dei Genitricem, & perpetuo Virginem Mariam, & quatuor Euangelia, quæ in manibus meis teneo, & per sanctos Archangelos Michaelem, & Gabrielem, puram conscientiam, germanumque seruitium me seruaturum, sacratissimis nostris Dominis, & quod cum sanctissima Dei Catholica, & Apostolica Ecclesia communionem habeo, neque ei vlla vnquam re, aut modo aduersabor, neque quantum in me erit alicui alij permittam.* Post hæc imprecationes illæ sequuntur. *Quod si hoc non obseruauero, omnibus incommodis ero expositus tam hic, quàm in futuro seculo in horrendo iudicio magni Domini Dei, & seruatoris nostri Iesu Christi, habeoque partem cum Iuda, & lepram Giezi, & tremorem Cain vltra hoc, quod etiam pœnis lege Imperatorum comprehensis ero obnoxius.* Diuina periurij vltio in Regem Francorum Lotharium, & in eius perfidiæ, periuriique ministros, terribiliter & horrendè detonuit. Historiam funestã sic Rhegino describit. [b] *Finitis missarum solemnijs inuitat summus Pontifex eundem Regem, scilicet Lotharium, ad mensam Christi, acceptoque in manibus corpore, & sanguine Domini, ita eum alloquitur. Si innoxium te recognoscis à prohibito, atque interdicto tibi à Nicolao adulterij scelere, & hoc fixa mente statutum habes, vt nunquam diebus vitæ suæ Vualdrada pellicis tua, dudum à te repudiata miscearis nefario concubitu, fiducialiter accede, & sacramentũ salutis æternæ tibi ad remissionem peccatorum profuturum percipe; sin autem tua conscientia te accusat, teque lethali vulnere sauciatum proclamat, aut iterum redire mente disponis in mœchiæ volutabrum, nequaquam sumere præsumas: ne forte, ad iudicium, & condemnationem tibi adueniat, quod fidelibus ad remedium diuina prouidentia donat.* His dictis pergit author. *Qui*, scilicet Lotharius, *mente captus, abduratus, & obcæcatus absque retractatione communionem corporis, & sanguinis, de manu pontificis sumpsit, non expauescens illam sententiam, quæ dicit.* [c] *Horrendum est incidere*

Quàm miserũ est iuramentũ per inuocationem diuini nominis factum non seruare, & votu Deo facta non reddere.

Imprecationes iuramentis adhibita. Nouella Iustiniani constitutio. 8.

Imprecationes.

Vltio periurij diuina in Lotharium Regẽ Francorum. b Rheginus anno 868. Lotharius Rex Francorum Adriano 2. Pontifici offerenti corpus Domini sibi, solemniter iurat se immunẽ à scelere mœrotristio, sed impiè mentitur, & peierat, hinc eius mors misera iusto Dei iudicio.

c Hebr. c. 10.

in manus Dei viuentis, qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Subdit postea Rhegino.[a] *Deinde conuersus idem præsul ad sequaces, & fautores Regis, vnicuique communionem obtulit in hæc verba. Si Domino, & regi tuo Lothario in obiecto adulterij crimine fauorem non præstitisti, neque consensum tribuisti, & VValdradæ, & alijs ab hac sede Apostolica excommunicatis, nõ communicasti, corpus, & sanguis Domini nostri Iesu Christi prosit tibi in vitam æternam. Igitur quisquis se læsum sciens ausu temerario, communionem sub tali protestatione porrectam sumere præsumpsit, diuino iudicio percussus ab hac luce substractus est, antequam subsequentis anni rediret principium. Perpauci, qui se à communione substraxerunt, vix mortis periculum euaserunt. Porro Lotharius Roma egressus morbo corripitur, & Placentiam ciuitatem perueniens diem clausit extremum sexto idus Augusti.* Subdit post hæc Rhegino. *Tanta autẽ strages in præfati Regis populo facta est, vt non peste perijsse, sed hostilis gladio corruisse virtus, & nobilitas totius regni videretur, quæ eo tempore tantæ fœcunditatis* (scilicet miseræ) *erat, vt in morem densarum segetum pullulãs, veluti quoddam examen imperij fines impleuerit.* Hæc Rhegino de diuina vltione in Regẽ Lotharium, & sequaces aulicos, & subditos propter periurium. De cuius Regis obitu, & sepultura hæc breuiter Aimonius noster.[b] *Lotharius autem Roma latus promouens, vsque Lucam ciuitatem venit, vbi febre corripitur, grassante clade in suos, quos sub oculis suis coaceruatim mori conspiciebat: sed iudicium Dei intelligere nolens, vsque Placentiam 8. die Augusti peruenit, ibique Dominica die superdormiens, & obmutescens in crastinum hora diei secunda moritur, & à paucis suorum, qui à clade remanserãt, in quodam monasteriolo secus ipsam ciuitatem terræ mandatur.* O Principes terræ, qui Deum cœli in prosperitate contemnitis, sic stulti estis, vt periuria vestra, & violata iuramenta illum non cernere credstis? Sic dementes, vt non posse punire confidatis? sic impij, vt ea semper impunè illum cernere, & tolerare præsumatis? Respicite finem vobis similium principum, Deo mendacijs, atque periurijs illudentium, & perfidia simplicitati, atque charitati Romani Pontificis insidiantium: ex eoque terribili vindictæ in periuros principes exemplo simile penitus ei quod dixit Propheta patientissimus agnoscite.[c] *Vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolos, & metunt eos flante Deo perijsse, & spiritu iræ eius consumptos.* At si in re priuata, & domestica principis periurium tanto indignationis, pœnæque flagello Deus vlciscitur: quid erit de ea pœna, supplicioque, quod Deus irritum in sacro suo iuramentum facientibus periurio principibus irrogabit? Quàm hæc iustè bene intellecta in odium periurij dicentur.

> [d] *Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit.*

Quàm iuste alter execrando periuria, sibi malè si ea coleret imprecatur. *In caput meum si sciẽs fallo, me diespiter salua vrbe, arceque, bonis deijciat, vt ego hunc lapidem deijcio.* Quare salua vrbe, quia credebant antiqui sic inuisa, & execrabilia Deo esse periuria, violataque iuramenta, vt in eorum expiationem, non periuros modo mala morte perderet, sed etiam ciuitates, vrbesque populosas in quibus suum periurij tabies virus euomuerat, extrema clade deuastaret. Vnde non malè quidam, nec sine ratione, eodem plane nomine apud Græcos iuramentum, & infernum vocari suspicantur: nam & iuramentum apud eos dicitur ὅρκος, sicut & infernus, quod periuri, iurisiurandi temeratores orco, id est inferno, in pœnam violati sacramenti demitti, atque præcipitari mereantur: præter temporales pœnas, quibus periuri in hac vita plectuntur. quod nomen ὅρκος, fluuio Phæniciæ attribuebatur; in quo natantes periuri, iuramenti violatores, vt Arrianus author est, sine vlla remissione vndis absorpti peribant, alijs tuto, cum oblectatione, & sanitate natando se in eo lauantibus: vt ex eo clarè conspiciamus diuinam vindictam non cessare perfidos, irrisores iuramenti persequi, quousque viuos, mortuosque pœnis temporalibus, æternisque mactatos extinxerit, sine fine in inferno victuros, vt perpetuis mortis æternæ tormentis opprimantur.

[a] Corint. 11. *Omnes indignè cum periurio qui communicarunt cum Lothario misera perierunt.*

Populus Lotharij præcipue nobiles, qui erant in eius comitatu etiam peste percussi, ob illud periurium.

[b] Aimonius l. 5. c. 21. *De morte misera, & sepultura humili, & abiecta Lotharij ob mendacium, & periurium.*

[c] Iob c. 4.


[d] Virgil.

Nota mysterium nominis ὅρκος, quo iuramentum & infernus significatur.

CAPVT VII.

De sacra inauguratione Franciæ Regum oleo cœlesti, Christo Domino, eiusque sanctissimæ sponsæ consecratorum, de piis, atque sacris eos inaugurandi ritibus.

1. *Dignitas Franciæ Regum super Reges, & Principes terræ propter sacram, cœlestemq; vnctionem, quam multa sancta, religiosaque ceremonia præcedunt.*
2. *De modo venerabili, sacroque Franciæ Reges vngendi, & de aliis religiosis ceremoniis, quæ fiunt in hac sancta, deuotaque coronatione: quibus Regia eorum virtutes adumbrantur, & quales esse debeant admonentur, sicut aliis, quæ sacrum consequuntur.*
3. *De aliis ceremoniis sacram hanc inaugurationem sequentibus, per quam verè, iusto titulo Franciæ Reges secundùm cor Dei regnare dicuntur.*



QVANTI fecerit, quanta dilectionis suæ gratia benedixerit Reges Galliæ Deus, & quanto dignitatis Christianæ vertice super alios mundi Reges extulerit, argumento constat necessario, à sacra, cœlestique vnctione petito; per quam satis manifestè designare voluit eorum regnum in temporalibus, non alterius imperio submitti, quàm suo. Vnde fluxit illa Cosmæ Guymieri iuris vtriusque peritissimi tempore Caroli octaui florentis assertio, Glossa illa, quam in prœmium Pragmaticæ Sanctionis, in verbo Carolus edidit: cuius verba sunt.[a] *Ægydius de Roma in disputatione de potestate Ecclesiastica, quæ incipit, vtrum dignitas pontificalis, dicit quod Reges Franciæ iusto titulo, & sine reco-*

Ex sacra ampulla Regnum Francorum à solo Deo pendere docetur

[a] Glossa Cosmæ Guymieri in procem. Pragm. sanct.

gnicione cuiusquam superioris in temporalibus posse- A *derunt, & possident regnum Franciæ. Hoc probat primò vnctio sacra diuinitus missa, qua Reges Franciæ semper opportunis temporibus inunguntur, &c.* [a] Erat ipse Ægydius Romanus Bituricensis Episcopus, par in vtroque probitatis, & doctrinæ genere, ideoque Philippo pulchro Fräcorum Regi charissimus: qui sacram illam olei cœlestis ampulam certissimum argumentum esse, Franciæ regnum à Deo singulari priuilegio Francorum Regibus collatum fuisse iudicauit. Propter id priuilegium cœleste, Deique singulare beneficium [b] Innocentius in ca. Nouerit. De sententia excommunicationis Regem Franciæ tanquam Imperatorem in suo regno nulli subditum, præterquam Regi Regum saluatori nostro solum in temporalibus, ac omnibus, tam clericis, quàm B laicis præesse debere pronunciauit. Propterea [c] Panormitanus in ca. Verum, in fine de foro competenti, cùm Regem fidelem Christianumque omnibus prælatis à se feuda possidentibus præsidere merito docuisset, illud maximè priuilegium Francorũ competere Regibus affirmauit; quod *sacro chrismate de cœlo misso diuinitus inungerentur.* Causa fuit quare [d] Cãcellarius Parisiensis coram Carolo 6. Rege in die Epiphaniæ concionando Francorum Reges spirituales, sacrosque esse non dubitauerit asserere, quod non terreno oleo Episcoporum manu consecrato, sed cœlesti Angelorum manu confecto inaugurati sanctificarẽtur. Ob eandem causam [e] in dialogo duorum militum ipse Cancellarius, & doctor Parisiensis, sub Franci militis persona contra Anglorum opinionem, fœminam Francorum regni, sceptrique penitus incapacem esse probat, quantumuis C generi, stirpique regiæ proximam, quod sacratissimi chrismatis à Deo missi cœlitus vnctioni mulier idonea esse non posset. Rex igitur religiosè mox inaugurandus accedens ad altare, ibique deuote stans ante illud sua deponit vestimenta, exceptis tunica serica, & camisia, apertis profundiùs ante, & retro in pectore videlicet, & inter scapulas, humeros, brachiorumque iuncturas, vt in his corporis partibus vnctio sacra commode fieri possit. Tum Archiepiscopus mysteria inaugurationis, ab inuocatione diuini numinis exordiens, talem pro Rege sacrando in hoc posito apparatu, ac pro illius regno orationem Deo deuote profundit. [f] *Deus inenarrabilis, author mũdi, conditor generis humani, gubernator imperij, confirmator regni, qui ex vtero fidelis amici tui patriarchæ nostri Abraham, præelegisti Regem seculi profuturum, tu præsentem Regem hunc. N. cum exercitu suo, per intercessionem omnium Sanctorum vberi benedictione locupleta, & in solium regni firma stabili-* D *tate connecte visita eum, sicut Moysem in rubo, Iesum Naue in prælio, Gedeõ in agro, Samuelem in templo, & in ea benedictione syderea, ac sapientiæ tuæ rore perfunde, quam Beatus Dauid in psalterio Salomõn filius eius te remunerante percepit è cœlo. Sis ei contra acies inimicorum lorica, in aduersis galea, in prosperis patientia, in protectione clypeus sempiternus, & præterea vt gentes illius teneant fidem, proceres sui habeant pacem, diligant charitatem, abstineant se à cupiditate, loquantur iustitiam, custodiant veritatem. Et ita populus iste pullulet cœlitus benedictione æternitatis, vt semper maneant tripudiantes in pace victores. Quod ipse præstare dignetur, qui tecum, & cum Spiritu sancto, sine fine per-* A *manet in secula seculorum. Amen.* Qua finita oratione Rex à magno Franciæ camerario caligis, seu ocreis induitur, & à decano parium laicorum duce Burgundio calcaria in pedibus accipit, quæ statim ab eodem remouentur, ne impediant, postea regium ensem ab Archiepiscopo benedictum Rex accipit, & ab eodem Archiepiscopo euaginatur, vagina super altare posita, ipsi Regi porrigente, cum talibus Regem verbis affante. [g] *Accipe hunc gladium tuum Dei benedictione tibi collatum, in quo per virtutem Spiritus sancti resistere, & eijcere omnes inimicos tuos valeas, & cunctos sanctæ Ecclesiæ aduersarios, regnumque tibi commissum tutari, atque protegere, castra Dei per auxilium inuictissimi triumphatoris Domini nostri Iesu Christi.* [h] Et quæ sequuntur. Quem Rex reuerenter ac- B cipiens, tandiu erectum tenet, quandiu hanc chorus antiphonam decantauerit. [i] *Confortare, & esto vir, & obserua custodias Domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, & custodias ceremonias eius, & præcepta eius, & testimonia, & iudicia, & quocumque te verteris confirmet te Deus.* Qua peracta, & decantata sic Deum Archiepiscopus orat. [k] *Deus qui prouidentia tua cœlestia simul, & terrena moderaris, propitiare Christianissimo Regi nostro, vt omnis hostium suorũ fortitudo virtute gladij spiritualis frangatur, ac te pro illo pugnante penitus conteratur. Per Dominum, &c.* Hac oratione finita Rex genibus flexis ensem sic nudum Deo offert super altare illum reponens: & iterum ex eodem recipiens, resumensque Archiepiscopus, illico Regi restituit, redditque. Quem rex de eius manu, tanquam de manu Dei reuerenter suscipiens; magno Franciæ Seneschalo, vel cuicumque sibi de C magnatibus præcipuæ nobilitatis placuerit, tradit, quem toto missæ tempore nudum coram Rege gestar, imo, & solemnibus missæ peractis, quousque Rex in palatium redierit. Tradito per Regem gladio, vt dictum est, Archiepiscopus longa super Regem adgeniculatum oratione precatur, quæ sic incipit. [l] *Prospice omnipotens Deus serenis obtutibus hunc gloriosum Regem, & sicut benedixisti Abraham, Isaac, & Iacob, sic illum largis benedictionibus spiritualis gratiæ, cum omni plenitudine tuæ potentiæ irrigare, atque perfundere dignare, &c.* Hæc sunt præcipuæ ceremoniæ, quæ ante sacram Regis vnctionem peraguntur, quas minimè vario multiplicique mysterio vacuas esse putare debemus. His enim instruimur regem Christianissimum ab hominibus quidem obsequia humilia per ocreas, seu caligas, & calcaria significata sumere: summam verò authoritatem, imperiumque regale, quæ gestatione gladij designatur, ab ipso Christo Domino Deo nostro, D ministerio magni Sacerdotis accipere, iuxta quod dicebat Apostolus de Rege, summo magistratu loquens. [m] *Non sine causa gladium portat, nam Dei minister est vindex in iram ei qui male agit.* Eò præclara illa S. Bernardi ad Eugenium Papam verba, de duplici gladio spirituali, & materiali referuntur. [n] *Quid tu denuo vsurpare gladium tentes, quem semel iussus es ponere in vaginam, quis tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis sic. Conuerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo, & ipse tuo forsitan nutu, & non tua manu euaginandus, alioquin si nullo modo ad te pertineret, & his dicentibus Apostolis. Ecce gladij duo hic. Non respondisset Dominus, satis est, sed nimis est. Vterque ergo Ecclesiæ, & spiritualis scilicet*

[a] Ægydius Romanus quis.

[b] Innocentius in ca. Nouerit de sententia excommunicatio.

[c] Panorm. in ca. Verum in fine de foro competenti.

[d] Gerson. serm de S. Epiphania.

[e] Idẽ dialog. duorum militum, qui habetur sub finẽ 2. partis. *Fœmina incapax regni Frãcia, quia incapax cœlestis vnctionis.*

[f] L. de sacro Regis. *Oratio Archiepiscopi ad Deum pro rege ante eius inaugurationẽ.*

Oblatio ocrearum à magno Franciæ Camerario, Calcariũ à duce Burgundio, & ensis ab Archiepiscopo.

[g] Ex eodem lib. de sacro Regis.

[h] Ibid.

[i] Antiph. chori.

[k] Oratio Archiepiscopi ad Deum.

[l] Oratio super Regem genu flexum ibid.

[m] Rom. c. 13.

[n] S. Bernard. l. de consideratione ad Eugenium Papam. *Duo Ecclesiæ gladij, spiritualis à sacerdote euaginandus materialis à milite pro Ecclesia & nutu ipsius.*

gladius, & materialis, ſed is quidem pro Eccleſia, ille vero, & ab Eccleſia exerendus eſt. Ille ſacerdotis, militis iſte manu: ſed ſane ad nutum ſacerdotis, & iuſſum Imperatoris. In huius veritatis typum Ioſue, ſicut mandatum Moyſes accepit à Domino, princeps, atque dux populi factus coram ſacerdote magno Elezaro ſiſtere ioſſus eſt, vt illius nutu omnia pro directione, tuitioneque populi Dei faceret:[a] *Pro eo ſi quid agendum erit* (inquit Dominus per os Moyſis) *Eleazar ſacerdos conſulet Dominum, ad verbum eius egredietur, ſcilicet Ioſue dux populi, & ingredietur ipſe, & omnes filij Iſraël cum eo, & cætera multitudo.* Quod vt melius poteſtatibus temporalibos in ordine ad Deum, & fœlicitatem æternam, ipſe Dominus Deus inculcaret, Iudæ Machabæo in viſu gladium aureum, per Prophetæ Ieremiæ, à longo iam tempore defuncti ſpiritum obtulit, his illum verbis compellando.[b] *Accipe ſanctum gladium, munus à Deo, in quo deijcies aduerſarios populi mei Iſraël.* Certe Chriſtiani Reges hanc Dei voluntatem, mandatumque ſe omnis ſuæ vitæ tempore ſecuturos in ſuo ſacro religioſè ſub hac formula pollicentur.[c] *Hæc populo Chriſtiano, & mihi ſubdito in Chriſti nomine promitto: in primis vt Eccleſia Dei omnis populus Chriſtianus veram pacem veſtro arbitrio* (alloquitur Archiepiſcopom, & cæteros cum illo prælatos) *in omni tempore ſeruet.* Antiqui Galli, eorumque duces nondum è ſuperſtitionis paganicæ, & idololatriæ ſordibus egreſſi, ſuis Sacerdotibus, Theologis, quos Saronidas, teſte Diodoro[d] Siculo nominabant, tantum honoris, & reuerentiæ detulerunt, *vt nihil, ſiue pacis, ſiue belli tempore illis inconſultis aggrederentur.* Quæ confirmans Cæſar in commentariis.[e] *Magno,* inquit, *Druides apud Gallos ſunt honore, nam fere de omnibus controuerſijs publicis, priuatiſq; conſtituunt, & ſi quod eſt admiſſum facinus, ſi cædes facta, ſi de hæreditate, de finibus controuerſia eſt, ijdem diſſerunt, procemia, pœnaſque conſtituunt.* His illa Strabonis[f] ſimilia. *Iuſtiſſimi omnium opinione ſunt Druidæ, ideo & priuata, & publica iudicia eorum fidei mandantur, adeo vt rem etiam bellicam antea iudicarent, & Martem collaturi illis iubentibus deſiſterent. Capitis quoque iudicia horum ſententia permittebantur.* Si tanti ſuos pagani fecere Sacerdotes, quid mirum ſi primogenitus Eccleſię filius Rex Chriſtianiſſimus, tantos ſpiritualibus veri Dei miniſtris, prælatis, & Epiſcopis Eccleſiæ honores omni tempore detulerit, *vt nihil ſe grauiorum regni ſui negotiorum ſine eorum arbitrio, conſilioque tentaturum ante cœleſtis vnctionis ſacra iurare* ſoleat.

[a] Numer. c. 27.

[b] L. 2. Machab. c. 15. v. 16.

[c] In lib. de ſacro Regis Franciæ.

Sponſio Regis in ſacro ſuo ſe gladio pro religionis defenſione, & populi ſaluto arbitrio, & conſilio prælatorũ Eccleſiæ vſurum.

[d] Diodos. Sicul l. 6 c 9.

[e] Cæſar. l 6 de bello Gallico.

[f] Strabo l. 4. Geogr.

2. pars. De modo ritu. quo Regem Franciæ vngendi, & de his quæ fiunt in ſacra Regis inauguratione.

D Sed modom, rituſque ſacros vngendi Regem Chriſtianiſſimum, & ea, quæ circa hanc religioſam Regis inaugurationem fieri ſolent attendamus. Archiepiſcopus ſic Regi tradito gladio, vt dictum eſt ad altare conuerſus omnia diſponit, & præparat ad ſacram, cœleſtemque vnctionem requiſita: detectaque ampulla ſacra aciculæ aoreæ cuſpide cœleſtis tantillum chriſmatis extrahit, qood tantæ quantitati Eccleſiaſtici, ſacratique olei ſuper patenam aurei calicis S. Remigij permiſcet, vt inde Regem commodè poſſit iouogere. quæ dum ab Archiepiſcopo præparantur, hanc piam, deootamque antiphonam chorus religioſè modulatur.[g] *Gentem Francorum inclytam, ſimul cum Rege nobili, Beatus Remigius ſumpto cœlitus chriſmate ſacro ſanctificauit gurgite, atque Spi-*

[g] Antiphona à choro decantatur in præparatione S. Vnctionis.

A *ritus ſancti plenè ditauit munere.* Qua decantata verſus pronuntiatur per modum cantus. *Qui dono ſingularis gratiæ in columba apparuit.* Reſp. *Et diuinum chriſma cœlitus pontifici miniſtrauit.* Facta cœleſtis olei cum Eccleſiaſtico mixtione Archiepiſcopus ſic orat. *Ora pro nobis Beate Remigi.* Clerus reſpondet. *Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.* His dictis Archiepiſcopus hac oratione Deo ſupplicat. *Deus qui populo tuo æternæ ſalutis beatum Remigium miniſtrum tribuiſti, præſta quæſumus, vt quem Doctorem vitæ habuimus in terris, interceſſorem ſemper habere mereamur in cœlis. Per Chriſtum, &c.* Peracta hac prece, Rege, & præſule ſuper ſtragulam procumbentibus, doo Archiepiſcopi, vel Epiſcopi litanias canunt, vſque ad hunc verſiculom. *Vt obſequium ſeruitutis noſtræ rationabile facias. Te rogamus, audi nos.* Qoo bis iterato ſurgit Archiepiſcopus Rhemenſis, ſtanſque cum mitra, & baculo paſtorali tres hos verſiculos precando prononciat, quos ſigillatim, integreque chorus repetit.[h] *Vt hunc præſtantem famulum tuum N. in Regem coronandum benedicere digneris. Te rogamus, audi nos. Vt hunc præſentem famulum tuum N. in Regem coronandum benedicere, & ſublimare digneris. Te rogamus, audi nos. Vt hunc præſentem famulum tuum N. in Regem coronandum benedicere, ſublimare, & conſeruare digneris. Te rogamus, audi nos.* Quibus finitis iterum proſtrato in genoa præſule Rhemenſi, duo, qui litanias inchoaoerant Epiſcopi perſeqountur; poſtea ſurgens quibuſdam poſt litanias pronunciatis collectis, multas orationes, preceſque ſuper Regem conſecrandum pro eius ſalute, incolumitate, & gloria Deo fundit, quæ ſcriptæ leguntur in libro de ſacro regis Franciæ: ad quē lectorem remitto, ne nimia prolixitate ſermonis illi faſtidium has commemorando pariam. Quibus finitis orationibus io ſolio ſedens Epiſcopali præſul, vt fieri ſolet in Epiſcoporum conſecrationibus, Regem adgeniculatum, humiliterque in terram inclinatum, in quinque partibus corporis vngit; primo in ſummitate capitis, ſecundo in pectore, tertio inter ſcapulas, quarto in ipſis ſcapulis, quinto in compagibos brachiorum, & in qualibet vnctione iſta verba profert. *Vngo te in Regem de oleo ſanctificato † in nomine Patris: † & Filij: † & Spiritus ſancti. Cui omnes, Amen, reſpondent.* Dom hæc ſacra vnctio peragitur chorus cantat. *Vnxerunt Salomonem Sadoch Sacerdos, & Nathan Propheta Regem in Sion: & accedentes læti dixerunt. Viuat Rex in æternum.* Quibus ritè modulatis, multæ rurſus ab Archiepiſcopo orationes ſuper Regem, & pro Rege Deo funduotur: quas in eodem libello lector legere poterit. Quibus finitis connectuntur ab Archiepiſcopo, vel ſacerdotibus, vel ſaltē diaconis propter mūditiā conſecrationis, anſulæ aperturarũ veſtimenti regis. Sic religioſè vnctũ Regē Camerarius Francię tunica hyacinthina induit, & chlamydem ſuperimponit: ſic vt manos Regis ambæ poſſint eſſe liberæ. Præter has in quinque corporis partibus vnctiones, accedit inſuper Archiepiſcopos ad regiarum manuom conſecrationem, & vnctionem, hæc dicens. *Vngantur manus iſtæ de oleo ſanctificato, vnde vncti fuerunt Reges, & Prophetæ, & ſicut vnxit Samuel Dauid in Regem, vt ſis benedictus, & conſtitutus Rex in regno iſto, quod Dominus Deus tuus tibi dedit ad regendum, & gubernandum.* Hac facta manuum conſe-

Verſus poſt antiphonam.

Oratio Archiepiſcopi per-mixtione facta cœleſtis olei, cũ Eccleſiaſtico.

Litania cantantur.

[h] L. 10. l. ſacri p. 2.

Orationes multæ ab Archiepiſcopo ſuper Regem coronandum.

Rex vngitur in 5. partibus corporis.

Cantus chori durante vnctione regis.

Inunguntur Regis manus

A

conſecratione, ſuper eam prece, & oratione, quæ in eodem libello legitur, Deo fuſa, Archiepiſcopus ſumptum annulum regium benedicit, benedictumque regi talibus eum affaodo præſentat. *Accipe annulum, ſignaculum videl. fidei ſanctæ, ſoliditatem regni, augmentum potentiæ, per quem ſcias triumphali potentia hoſtes repellere, hæreſes deſtruere, ſubditos coadunare, & Catholicæ fidei perſeuerabilitati connecti.*

Sanctificatio annuli regij, & oblatio illius Regi.

Hic obſeruatione digniſſimum ſilentio præterire non oportet, nempe non ſine prouidentia diuina Francorum Reges in capite, & manibus vngi, vt inde ſuper omnes mũdi Reges, eorum dignitas, & excellentia dignoſcatur. Capitis quippe vnctio ſolis Pontificibus, & Epiſcopis, manuum verò ſolis preſbyteris congruit.[a] *Et caput quidem*, inquit Innocentius 3. *propter authoritatem, & dignitatem: manus verò propter miniſterium, & officium.*[b] *Et veteri inſtituto*, inquit idem ſummus Pontifex, *in capite non ſolùm vngebantur Sacerdotes, ſed etiam Rex, & Propheta. Vbi verò Ieſus Nazarenus, quem vnxit Deus Spiritu S. ſicut habetur in actibus Apoſtolorum, vnctus eſt oleo pietatis, præ conſortibus, qui ſecundùm Apoſtolum eſt caput Eccleſiæ, quæ eſt corpus eius, principis vnctio à capite ad brachium eſt tranſlata, vt princeps ex tunc non vngatur in capite, ſed in brachio ſiue humero, ſeu armo, in quibus principatus congruè deſignatur. Iuxta quod legitur.* Iſaiæ 9. *Factus eſt principatus ſuper humerum eius. Ad quod etiam ſignificandum Samuel fecit poni armum ante Saul, qui dederat locum in capite, ante eos qui fuerant inuitati. In capite verò pontificis ſacramentalis eſt delinitio conſeruata, quia perſonam capitis in pontificali officio repræſentat. Refert autem inter pontificis, & principis vnctionem, quia caput pontificis chriſmate conſecratur, brachium verò principis oleo delinitur; vt oſtendatur quanta ſit differentia inter authoritatem pontificis, & principis poteſtatem.* Hæc Innocentius 3. Doctor Maximus, & Pontifex.

Myſterium de vnctione Regum Franciæ in capite, & manibus.

Capitis vnctio, & manuum quid ſignificat.

a Innocent. 3 c cùm venisſet, extra. de ſacra vnctione.

b Idem ibid.

Cur principis vnctio à capite ad brachium eſt deriuata

Cur retineatur in capite Pontificis vnctio poſt natum, & vnctum Chriſtum.

B

Magnum igitur Regi Francorum indultum à Deo, Eccleſiæque priuilegium, vt inſtar pontificis in capite chriſmate ſacro, cœleſtique deliniatur; non ſolùm vt eius ſumma ſuper omnes reges, ac principes terræ dignitas oſtendatur, verùm etiam vt poſterorum Regũ Franciæ vnctio, primi Regis Chriſtiani Clodouæi ſcilicet, vnctioni congrueret: quam in eius fuiſſe capite facta veterum, antiquorumq; Catholicorum Franciæ traditio à primis profecta patribus communiomnium conſenſu declarat. Adde quod cœleſte per miraculum chriſma diuinitus oblatum, & acceptum in nobiliore parte corporis, capite videlicet collocari debuit. Fit etiam ſacra vnctio in manibus Franciæ Regis propter opus manuum eius, quod Deo pro illius defenſione Eccleſiæ, & ſalute Catholicorum, ab omni conſtitutæ Francorum monarchiæ tempore vouit. Adde etiam propter regiarum manuum ſanctificationem, quas diuina ſupra naturam operante virtute ad ſanandum incurabilem ſtrumarum morbum ſolo contactu Chriſtus Dominus deſtinare voluit.

Cur Franciæ Rex præ aliis regibus in capite vngitur.

CAPVT VIII.

De aliis ſacris cæremoniis regium ſacrum ſequentibus. Et quid per eas myſterij deſignatur.

1. *De tunica hyacinthina, & chlamyde purpurea, quibus Rex peracta conſecratione honorificè veſtitur.*
2. *Galliæ reges verè ſecundùm Deum, poſt ſacram vnctionem regnare dicuntur ad inſtar Iſrael regum.*
3. *Carolo 7. Regi poſt ſacram, & cœleſtem ſuſceptam vnctionem proſpera omnia ceſſiſſe, ſicut illi puella Aurelianenſis prædixerat.*
4. *Deprecatio Rhemenſis Archiepiſcopi pro rege conſecrando ad Deum, & eiuſdem ad Regem in regio ſolio collocatũ exhortatio, maximam ad verè proſpereque regnandum ſacræ vnctionis virtutem oſtendit.*

C



OMPLETIS his ſacris vnctionibus multas deuotè religioſeque ſuper Regem recens vnctum, & cœleſti chriſmate ſanctificatum Archiepiſcopus benedictiones effundit, quibus illi, regnoque Franciæ bene fœliciterque precatur, quæ in eodem libello de ſacro Regis ſcriptæ reperiuntur. Deinde dicto, finitoque, *Te Deum laudamus.* Archiepiſcopus ad noua vota ſuper regem, preceſque redit: dicens. *Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua.* Reſp. *Iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ.* Hæc ſequitur longa præſulis ad Deum oratio[c] pro Rege, ac populo. Coronatus, & vnctus hyacinthina tunica rex induitur, quæ veſtis eſt Eccleſiaſtica ad honorem maieſtatis regiæ data, reſpondens Ephod antiquo, quo Dauid Regem electum à Deo poſt vnctionem vltimam indutum, ornatumque fuiſſe[d] ſcriptura ſacra commemorat. Cui tunicæ additur chlamys, regale ornamentum ad maiorem maieſtatis regiæ ſplendorem, aureis ſparſa liliis, loco purpuræ, qua Reges olim, imperatoreſque ornari ſolebant, iuxta illud Lactantij.[e] *Romanis indumentum purpuræ inſigne eſt regiæ dignitatis aſſumptæ.* Et illud ſancti Ambroſij.[f] *Purpura facit Imperatorem, non Sacerdotem.* Sequuntur corona, ſceptrum, manus iuſtitiæ, vexillum, & alia regiæ maieſtatis ornamenta, quibus ſacro Rex delibutus chriſmate decoratur; de quibus ordine ſequenti capite. Sic cœleſti, ſacroque ſanctificati Franciæ Reges, vnctique chriſmate verè regere, ac regnare Dei iudicio, diuinaque ſorte creduntur; ſicut Iudæis fuiſſe præceptum à Lactantio accepimus.[g] *Vt ſacrum conficerent vnguentum, quo perungi poſſent ij, qui vocabantur*

De his quæ poſt inauguratione fiunt.

Iterum præſul vota facit, atque precatur

c In lib. de ſacro.

Tunica hyacinthina quid?

Chlamis purpurea:

d 2. Reg.

D

e Lactant. l. 4 c. 7.

f S. Ambroſ. 2.

Reges Galliæ verè, & ſecundùm Deum reges appellantur poſt ſacram vnctionem, verèque regnare dicuntur, ſicut Reges populi Dei ca veteri conſtituto.

g Lactant l. 4 c. 7.

ad ſacerdotium, vel regnum, & ſicut nunc Romanis indumentum purpura inſigne eſt regiæ dignitatis aſſumptæ: ſic illis vnctio ſacri vnguenti nomen, ac poteſtatem regiam conferebat. Illud maximè clarum, comprobatumque videre eſt lib. 1. Regum verbis illis, quibus Samuel Propheta Saulem inungendo illum ex Dei mandato affatus eſt.[a] *Ecce vnxit te Dominus ſuper hæreditatem ſuam in principem, & liberabis populum eius, & hoc tibi ſignū, quia vnxit te Dominus principem.* Quod illuſtratur, cōfirmaturque illo præclaro S. Gregorij Nyſſeni teſtimonio, dicentis.[b] *In Iſrael non licebat regnum ſuſcipere, niſi vnctio præceſſiſſet.* Quem laudabilē, priumque reges in Iſraël agnoſcendi ritum ſuperiùs his verbis illuſtrando confirmauerat.[c] *Antiquitus in his, qui ad regnum promouebantur; ſignum dignitatis huius erat vnctio, quæ eis adhibebatur, quo facto, & ab illo tempore traductio, ſeu tranſitus quidam erat à priuata, & humili fortuna ad principatus faſtigium, & celſitudinem: atque aliud nomen poſt vnctionem accipiebat is, qui hac gratia, & decore dignus erat iudicatus, & pro communi homine Chriſtus Domini vocabatur.* Hanc laudabilem, piāque eouehendi homines in ſolium regium, per myſterium, miniſteriumque vnctionis ſanctæ conſuetudinem, inaoguratio Regis Ioas, ſua teſtatione comprobat: de qua hæc ſacra[d] pagina. *Produxit filium Regis Ioiada ſacerdos, & poſuit ſuper eum diadema, & teſtimonium, feceruntque eum regem, & vnxerunt, & plaudentes manu dixerunt, viuat Rex.* Legantur antiquiſſimi, ſanctique patres, vt S. Athanaſius,[e] & hiſtoriæ ſacræ ſcriptores, vt Euſebius[f] huic veritati ſuo teſtimonio ſuffragantes. Quam etiam vana illa, & ſuperſtitioſa Tryphonis ſynagogæ Iudæorum principis, apud S. Iuſtinum[g] martyrem opinio clarè comprobat, Meſſiam qui à diuina vnctione Chriſtus appellatus eſt, qua vnxit eum Deus præ conſortibus ſuis, impiè ſemper expectantis, credentiſque illum ab Elia Prophetarum coryphæo inunctum, & inauguratum iri, alias nullo iure, virtuteque regnandi potiturum. Atque huius ſacræ inaugurationis oleū ſanctum, quo creandi in populi Dei Reges vngebantur in arca aſſeruari ſolitum, ex antiquiſſima Iudæorum traditione Petrus Galatinus[h] in Hebræorum doctrina verſatiſſimos lib. 4. recenſet, ſine cuius vnctione olei ſacri, nulli legitimi reges credebantur, qui in ſancta ciuitate Ieruſalem regnantes Dei populo dominarentur. Simili pietate, religioneque vel maiori Chriſtianiſſimi Reges imbuti à rege Clodouęo benedictionem, virtutemque bene, beateque regnandi ab illa ſacra, cœleſtique vnctione proficiſci credentes, tum demum ſe verè, ſapienterque regnare iudicauerunt, cum per cœleſte, Eccleſiaſticumque illud chriſma ſe ipſos Deo, & Eccleſię pro defenſione Chriſtianæ fidei, populique ſalute ſanctificauiſſent, in cuius veritatis teſtimonium Philippus 1. præſente patre Rege Henrico 1. inſtante ſuæ inaugurationis hora in ſolemni iuramento, quod ſupra retulimus, corā regni Epiſcopis, regnique proceribus inter manus Archiepiſcopi Rhemēſis Geruaſij præſtito dicebat.[i] *Ego Philippus Deo propitiante mox futurus Rex Francorum, in die ordinationis meæ* (ſcil. vnctionis) *coram Deo, & ſanctis eius, &c.* Tali proteſtatione ſignificans ſe niſi ſacro, cœleſtique delinitum chriſmate Regē Franciæ non agnoſcere. Salutare fuit illud conſilium,[k] quod Carolo 7. dedit illa caſtiſſima puella Aurelianenſis ad reſtaurandas lapſas deſtructas, proſtrataſque penitus Anglorum immanitate, perfidia, rapinis, deprędatione, furoreque Regis Caroli 7. regnique Gallię fortunas diuinitus excitata, atque ad ſalutem huius imperij, vt cum Meyro[l] Flandro ſcriptore loquar, *non aſtita, non creata, nō electa, ſed à Deo data.* Quę opportunè importunè, inſtabat ſemper auribus, animoque valde ſolliciti, afflictique principis, perſuadendo potenter ingerens, vt citiùs quā fieri poſſet, Rhemos, per ſaxa, per ignes, per arma, & per hoſtes, ſuæ ſacrę, cœleſtiſque inaugurationis cauſā contenderet: atque vt ſe rex ad hanc ſacram, cœleſtemque vnctionem, ſine mora præpararet, diuinitus admonitam ſe fuiſſe fide data aſſeuerando teſtabatur. Ex cuius ſanctæ, ac cœleſtis vnctionis energia virtuteque, ipſi, diuturnitate bellorū, totius regni depopulatione, vaſtationeque vehementer anxio, & afflicto Regi reſtitutio totius regni, integræ, ac plenæ de hoſtibus Anglis victoriæ, aliæque quamplurimæ proſperitates aduenirent. Quæ omnia vera fuiſſe exitus rerum, euentuſque probarunt. Tunc coronatum Rhemis Carolum 7. *verè regem ſecundùm cor Dei puella nominauit, quæ ante ſacrū, ſolummodo Delphinum appellare conſueuerat.* Præterea, quod illud ſacrum, cœleſteque chriſma ſecundùm Deum verè faciat reges ſanctè proſpereque regnantes, patet ex ea oratione, cuius titulus eſt, *Conſecratio Regis*, in qua pro coronando Rege præſul Rhemenſis Deum ſic obteſtatur, & orat.[m] *Reſpice propitius ad preces noſtræ humilitatis, & ſuper hunc famulum tuum, N. quem ſupplici deuotione in huius regni regem pariter eligimus, benedictionum tuarum dona multiplica.* Et paulò pòſt. *Multiplici eum honoris benedictione condecora, & in regimine regni ſublimiter colloca.* Illum vero regem religioſè coronatū, iamque cœleſti chriſmate delinitum, duodecim paribus Franciæ à regni cancellario alta voce, nominatimque vocatis, ſingulis regiæ coronæ manum in ſignum vnanimis conſenſus, & approbationis, apponentibus in regio throno priùs à ſe collocatum Archiepiſcopus ſic alloquitur.[n] *Sta, & retine amodo ſtatū, quem huc vſque paterna traditione tenuiſti, hæreditario iure tibi delegatum, per authoritatem Dei omnipotentis, & per præſentē traditionem noſtram, omnium ſcilicet Epiſcoporum, cæterorumque Dei ſeruorum, quatenus mediator Dei, & hominum te mediatorem cleri, & plebis conſtituat.* Quibus dictis facit Regem ſedere in hoc ſolio regio Archiepiſcopus, tenendo eum per manum, ſequentia verba ſibi iungens.[o] *In hoc regni ſolio confirmet, & in regno æterno ſecum regnare faciat Ieſus Chriſtus Dominus noſter Rex Regum, & Dominus dominantium: qui cum Deo Patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat, per omnia ſecula ſeculorum.* Similē voti, deprecationis, & exhortationis formulam S. Remigiū poſt Clodouęi Regis vnctionem adhibuiſſe ex illius teſtamēto dignoſcitur: in quo per hanc cœleſtis chriſmatis vnctionem illū principem recens ad fidem Chriſti conuerſum diuini numinis afflatu ſe in Regem ordinaſſe, & in culmen maieſtatis regiæ prouexiſſe dicebat: cùm tamen ipſe Clodouæus regnum illud Franciæ prius iure hæreditario poſſideret. Pergamus ad alia.

a 1. Reg.
b S. Greg. Nyſſ. l. de Trinit.
c Ibid.
d 4 Reg. c. 11.
e S. Athan. orat. 2. in Arian.
f Euſeb. l. 4. demonſt. Euang. c. 15.
g S. Iuſtin. Martyr. dial. contra Tryphonem.
h Galatinus l. 4.
i Philippus 1. non ſe regem putat niſi vnctum.
k Annales Franciæ, & alij.
3. Ioanna puella Aurelianenſ. ſalutare conſilium Carolo 7. datum, vt ſacro, cœleſte chriſmate ſuſciperet ad vere feliciterque regnandum.
l Meyerus Flandrus.
4. m Oratio pro conſecratione Regis in lib. de ſacro Regis Franciæ.
n In libello de ſacro.
o Ibid.

CAPVT IX.

1. *De Corona.*

2. *Sceptro.*

3. *Manu iuſtitiæ Regum Franciæ, deque in regio ſacro eorum omnium benedictione, & ſignificatione.*

PRÆTER expoſita capite ſoperiori Regum Franciæ inſignia, & ornamenta, quibus in ſua coronatione, vnctioneque cœleſti decorantur: alia reſtant commemoranda in præſens caput tranſlata, corona nempe regia, ſceptrum, virga, ſeu manus iuſtitiæ, atque vexillum, quæ tradenda Regi ab Archiepiſcopo ſanctificantur. quibus Regum Franciæ virtutes myſticè declarantur, quas habere tenentur, conſiderata ſupremarum benedictionum diuino in eos effuſarũ beneficio magnitudine. Vt his illuſtrati virtutibus, Dei Eccleſiam generosè defendant; eius paſtoris Oecumenici honori obſequioque filiali præſtando nõ languidè nec oſcitanter, religiosè ſtudeant, atque populos ſibi creditos ad puriorẽ fidei Chriſtianæ cultum, & iuſtitiæ ciuilis amplexum, ſuo exemplo, edictoque prouehant. Vt ita Reges verè Chriſtianiſſimi ſint, & habeantur: atque hęc quidem regia decora, inſigniaque βασιλικὰ σύμβολα, ſeu χώματα ταινίες, vulgo ſolent appellari. Regis Chriſtianiſſimi cœleſti reuerenter inaugurati chriſmate, capiti parti corporis nobiliori corona ab Archiepiſcopo cum benedictionibus imponitur, in qua tota hominis excellentia, perfectioq; reſidere dicitur: iuxta illod S. Ambroſij. [a] *Totus homo in capite eſt.* Vnde quia in capite corona ponitur *eius ornamentum*, inquit [b] Hieronymos, *dicta à Pſalmiſta regia non ſine cauſa,* [c] *ſuſceptio capitis*: ideo non malè Græci coronæ nomen à vocabulo κραίον, quod eſt, *caput*, deriuatum eſſe voluerunt. De puro auro conflata corona Regia, gemmis precioſiſſimis rutilat: vt Imperatorum, aliorumque Regum antiquitus coronæ fulgebant. Ioxta illud Virgilij.

[d] *Duplicem gemmis, auroque coronam.*

Qualem fuiſſe ferunt coronam, quam ad [e] Clodouæum Imperator Anaſtaſius in ſignum magni honoris, reuerentiæque miſit, ipſamque poſtea Rex Chriſtianiſſimos Romã religioſiſſimè trãſlatam primo Chriſti D. Vicario, Apoſtolorum principi per magnam obedientiam, pietatemque cõſecrauit. De hac pretioſiſſima qua regis Chriſtianiſſimi caput poſt ſacram vnctionem magnificè præcingitur, his verbis Gaguinus meminiſſe videtur. [f] *Fecerat Philippus Pulcher Francorũ Rex aureas coronas gemmis multis pretij ornatas, quas Ludouicus Hutinus eius primogenitus poſt illius mortem regnum adeptus in cœnobium Diui Dionyſij tranſtulit, vt ad coronandos deinceps Reges, reginaſque deponerentur, quas Matthæus abbas, & eius monaſterij cœnobitæ receptas ſeruare chyrographis compromiſerunt.*

Scilicet, Regia inſignia & ornamenta augaſtalia.

a S. Ambroſ.

b S. Hier. in Pſal. 107.

c Pſal. 107. v. 9

A Græcis vnde nomen deriuatum Caluaria interdum pro capite, vt hic apud Herodotum

Corona de auro puro gemis rutilans.

d Virgil.

e S. Greg. Tur. in annal. Franc. in Clodouæo.

f Gaguin. l. 7. hiſt.

Sed ante illa tempora non defuit regia corona in ſacrario Eccleſię, religiosè cuſtodita ad caput regis vncti decorandum, vt videre eſt in coronatione Regum antiquorum, Caroli M. Ludouici pij, & aliorum apud Theganũ [g] vetuſtum annalium Galliæ ſcriptorem. Solido de auro fabricata corona, grauitatem morum, ſplendoremque vitæ, & actionum honeſtate, iuſtitia, pietateque cõditarũ repręſentat. Quibus Rex cunctos homines excellere debet, ſicut illis præſtat honore. Propterea leges ciuiles coronã metallo hoc precioſiſſimo, cætera valore ſuperante conflatam, ſtudioſo virtutis, ſapientique tantũ principi deberi clamant. Cui propterea coronæ aureæ, precioſi lapides, gemmæque pulchrè rutilantes annexæ, virtutes alias, pluri maſque deſignant, quibus regis Chriſtianiſſimi vita, factaque regia ſuper non modo populos, quibus præeſt, ſed etiam exterarum nationum reges, quibus dignitate præſtat, coruſcare debent: vt illorum irradiatione aliorum vita, facta, atque mores illuminentur. Sicut Lucas de penna, grauis Iuriſconſultus in rubrica de auro coronario lib. 10. Cod. & Archidiaconus [h] in canone, qui Eccleſiaſticis, diſtinctione 36. fusè, copioſeque comprobant. Ea verò corona in ſuperiori parte clauſa, coronæ inſtar Imperatoriæ ſublimem Regis Chriſtianiſſimi principatum, imperiumque penitus independens, à quacumque poteſtate creata mundi huius in temporalibus oſtendit, vt non ſemel iteratum ſuperiùs. [i] *Rex Francorum*, inquiunt vtriuſq; iuris doctores grauiſſimi, *in ſpiritualibus alium ſuperiorem non agnoſcit, quàm Romanum Epiſcopũ:* [k] in temporalibus neminem, nec Romanũ Epiſcopum, nec Imperatorem. [l] Albertus Argentinenſis in chronicis Francię: Francię regnũ nulli terrenæ poteſtati feudatarium eſſe conuincit. At in coronę vertice ſalutare crucis dominicę ſignũ defigitur, vt intelligatur regnum Franciæ Chriſto D. pro ſalute mundi in ara crucis immolato in obedientia religioſiſſima ſubiici, & ſub vmbra alarum miſericordiæ, & protectionis ipſius crucifixi regis æterni fortunari: vt ipſius regni, regiſque diademati ſacro, atque coronæ merito illud S. Hieronymi poſſit aptari. [m] *Regũ purpuras, & ardentes diadematum gemmas patibuli ſaluatoris celebris pictura condecorat.* Hanc regiam, magnificamque coronam de altari ſacro (in quo diu repoſita nobile Regis vncti caput ad cingendũ honorificè præſtolabatur) [n] Archiepiſcopus Rhemenſis, vocatis Paribus Franciæ à Domino Cancellario, atque ibi circumſtantibus, ſuſceptã ſolus capiti inaugurati regis imponit. *Qua impoſita*, inquit ritualis liber de ſacro Regis, *omnes Pares, tam clerici, quàm laici manus apponunt coronæ, & eam vndique ſuſtentant, & ſoli Pares.* Quod omnimè ſine myſterio factum eſſe conſtat, vt coronæ, id eſt adminiſtrationis regni tãu per coronam ſignati pondus, tot populis cuiuſque conditionis, & generis, magnis, mediocribus, paruiſq; fœcundi iudicetur, atque manifeſtè deſignetur. Quos Deus ad iuſtitiam, pietatemque Chriſtianã erudiendos gubernandoſque, nec ſine ſaluris amittendę periculo tradidit, ſi Rex oſcitando, conniuẽdoque rerum ad tot populorũ fortunas, incolomitatem, pacem, ſecuritatem, ſalutemque pertinentium malè ſatagat. Ideoque omnes proceres, potentes, magnateſque regni, tam clerici,

g Thegan. in Ludouico pio Imp.

L. final. c. de ſtatuis, & imaginibus, l. 1. de metrop.

Gẽma precioſa corona aurea annexa quid ſignificans.

Lucas de Pena, in rubrica de auro coronario l. 10. C.

h Archidiac. in can. qui Eccleſiaſt. diſt. 36.

Clauſa corona Regis Franciæ independens ab omni mundi poteſtate imperium deſignat.

i Bartol. Bald. Iaſon. Panorm. &c.

k In Ca. Hadrianus diſt. 6

l Albert. Argentinenſis in Chron. Franciæ.

Crux in ſummitate corona regis quid ſignificat.

m S. Hieron. ad Lætam.

De altari ſuſceptam coronã Archiepiſcopus capiti regis imponis præſentibus paribus Franciæ eã ſuſtinentibus & cur.

n L. de ſacro.

Nota myſterium coronæ à paribus Franciæ ſuſtentatæ.

quam Laici per hos duodecim Pares significati, omni ope, studio, labore, industria, viribusque conniti, conarique tenentur, vt Regi suo Christianissimo, tot onera ponderaque solicitudinis alienæ ex officio Regio subeunti (ne tantorum succumbat onerum grauitati) fideliter, & ex conscientia seruientes opitulentur, opitulandoque fœliciter eius saluti subueniant. Huius coronæ pondere pressi, gementesque potentiores orbis principes, virtute deficerent, & robore caderent, nisi diuina miseratione, gratiaque leuarentur. De quibus merito Prophetæ illud occinitur. [a] *Sub quo curuantur, qui portant orbem.* Apud Ricordum de sacro Philippi Augusti, de huius coronæ sustentatione à Paribus, principibusque regni hæc scripta leguntur. [b] *Philippus Augustus coronatus est Rhemis adstante Henrico Rege Angliæ, & ex vna parte super caput Regis Franciæ ex debita subiectione coronam humiliter portante, tum omnibus Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque regni principibus, & vniuerso clero, & populo clamantibus: VIVAT REX. VIVAT REX.* Tenens ergo Metropolitanus coronam alte, & subleuans ambabus manibus, postea sinistra tantùm, sustinentibus eam Paribus, vt sic dextera Regi benedicat. *Coronet te Deus corona gloriæ, atque iustitiæ honore, & opere fortitudinis, vt per officium nostræ benedictionis, cum fide recta, & multiplici bonorum operum fructu ad coronam peruenias regni perpetui, ipso largiente, cuius regnum, & imperium permanet in secula seculorum.* Hoc voto benedictione confirmato, hac benedicta corona caput regis cingendo, hæc ipsi Archiepiscopus ait. *Accipe coronam Regni in nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus sancti, † vt spreto antiquo hoste, spretisque contagijs vitiorum omnium, sic iustitiam, misericordiam, & iudicium diligas, & ita iuste, misericorditer, & piè viuas, vt ab ipso Domino Iesu Christo in consortium Sanctorũ, æterni regni coronam percipias: accipe, inquam, coronam, quam gloriam, & honorem, & opus fortitudinis intelligas signare, & per hanc te participem ministerij nostri non ignores, ita vt sicut nos in interioribus pastores, rectoresque animarum intelligimur, ita tu contra omnes aduersitates Ecclesiæ Christi defensor assistas, regnique tibi à Deo dati, & per officium nostræ benedictionis in vice exultationis vice Apostolorũ, omniumque Sanctorum regimini tuo commissi vtilis executor, perspicuusque regnator semper appareas, vt inter gloriosos Athletas virtutum gemmis ornatus, & præmio sempiternæ fœlicitatis coronatus cum redemptore, ac saluatore nostro Christo, cuius nomẽ, vicemque gestare crederis, sine fine glorieris. Qui viuit, & regnat, &c.* Cũ deprecatione finita, ac voto hanc ad Deum orationem pro Rege subiungit. *Deus perpetuitatis, dux virtutum, cunctorum hostiũ victor, benedic hunc famulum tibi caput suum inclinantem, & prolixa sanitate, & prospera fœlicitate eũ conserua, & vbicunq; pro quibus tuum auxilium inuocauerit citò adsis, & protegas ac defendas: tribue ei quæsumus diuitias gloriæ tuæ, comple in bonis desiderium eius, corona eum in miseratione, & misericordia, tibique Deo pia deuotione iugiter famuletur. Per Christum Dominum nostrum.* Qua oratione finita profert super regem, regia redimitum corona benedictiones plurimas Metropolitanus, in eodem libello descriptas. Post hęc deuota pro Rege Deũ deprecatione rogat, & obtestatur. *Benedic, Domine, Regem nostrum, qui regna omnium regum à seculo*

A *moderatis. Amen. Et tali eum benedictione glorifica, vt Dauidica teneat sublimitate sceptrum salutis, & sanctificæ propitiationis munere reperiatur locupletatus. Amen. Da ei à tuo spiramine cum mansuetudine ita regere populum: sicut Salomonem fecisti regnum obtinere pacificum. Amen. Tibi cum timore sit subditus, tibique militet cum quiete. Sit tuo clypeo protectus: cum proceribus, & vbique gratia tua victor existat. Amen. Honorifica eum præ cunctis Regibus gentium, fœlix populis dominetur, & fœliciter eum nationes adornent. Viuat inter gentium nationes magnanimus. Amen. Sit in iudicijs æquitatis singularis: locupletet eũ tua prædiues dextera; frugiferam obtineat patriam, & eius liberis tribuas profutura. Amen. Præsta ei prolixitatem vitæ per tempora, vt in diebus eius oriatur iustitia, à te robustum teneat regiminis solium, & cum iucunditate, & lætitia æterno glorietur regno. Amen. Quod ipse præstare dignetur, &c.* Alias, breuitatis causa, orationes, benedictionesque [c] ibi descriptas omitto.

B

Nonnihil de sceptro dicamus, quod est insigne potestatis regiæ, quam repræsentat, vt in Scripturis sacris accipitur. [d] *Maledixisti sceptris eius, & capiti bellatorum eius:* Et in Genesi: [e] *Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat, qui mittendus est.* Et primo Regũ vbi deiectionem Saulis à solio regio vaticinatur Samuel. [f] *Auferetur,* inquit, *sceptrum tuum à te.* Hoc baculo, sceptroque potestatis regiæ dextra manu gestato, tanquam potenti brachio manum iustitiæ protegit, & defendit, quæ valde manca, ac debilis esset, si à sceptro regiæ potentiæ desereretur. Memorabile illud æternaque dignũ recordatione Ludouici 12. Francorum Regis facinus; qui, vt est in annalibus Franciæ, iniquo ferens animo vnum de lictoribus suis, à magnate quodam primæ nobilitatis, regni sui viro iniuste fuisse vexatum, vt illud iniustum nefas dextra suæ potentiæ compesceret, atque puniret, in senatum lęuam suam manum, brachiumque, tanquam graniter saucium mitella redimitum inuolutumque gestans indignabũdus accessit, vindictam conclamans, & in hunc nobilem, qui in apparitoris infimæ conditionis hominis oppressione, tanto suam manum læuam brachiumque sinistrum (ex Senatoribus ostendendo) iustitiam videlicet vulnere læserat. Inde salutaris iustitiæ vindicatrix in illum lictoris oppressorem nobilem rigor emersit. Hoc igitur sceptrum regiæ insigne potestatis, vt ea Rex consecratus, in directione, regimineque populorum piè, ac sapienter vtatur, ab Archiepiscopo benedictum sanctificatur, & post inauguraro Regi, sub hac verborum formula, sed ante impositionem coronæ porrigitur. [g] *Accipe sceptrũ regię potestatis insigne, virgam scilicet regni, virgã virtutis, qua teipsum bene regas sanctam Ecclesiam, populumque videlicet Christianum, tibi à Deo commissum regia virtute ab improbis defendas, prauos corrigas, rectos pacifices, & vt viam rectam tenere possint tuo iuuamine dirigas: quatenus te temporali regno ad æternum regnum peruenias, ipso adiuuante, cuius regnum, & imperium, sine fine permanet in secula seculorum.* Post acceptum à rege sceptrum ita Deum Archiepiscopus obsecrat. *Omnium, Domine, fons, bonorum cunctorum Deus institutor, profectum tribue quæsumus famulo tuo N. adeptam bene agere dignitatem, & à te sibi præstitum honorem dignare roborare: Honorifica eum præ cunctis Regibus terræ; vberi eũ benedictione locupleta,*

C
D

[a] Iob cap. 1.

[b] Ricordus de sacro Regis Philippi Augusti.

Benedictio Archiepiscopi Regis antequam ipsius capiti coronam imponat in lib. de sacro.

Verba Archiepiscopi coronam capiti Regis imponendo.

Oratio Archiepiscopi ad Deũ pro Rege coronato.

Benedictiones supra Regem coronatum.

Oratio ad Deũ pro Rege post benedictiones.

[c] Ibid.

De sceptro regio potestatis insigni.

[d] Abacuc c 3 v. 14

[e] Genes. c 49

[f] 1. Reg.

Sceptrum potentia regia virgam iustitia defendit.

Factum memorabile Ludouici 12 Regis vindictam iustitia ha. Postulatum Annales Francorum in Ludouico 12.

[g] Ibid.

Porrigitur sceptrum benedictum Regi ab Archiepiscopo.

Oratio Archiepiscopi ad Deum post sceptrum acceptum

& in solio regni firma, soliditate consolida. Visita eum in sobole, præsta ei prolixitatem vitæ: in diebus eius semper oriatur iustitia, & cum iucunditate, & lætitia, æterno glorietur in regno. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

3. Pars. Manus iustitiæ.

Sequitur virga directionis, virga regni Franciæ, quæ est iustitiæ, in cuius propterea vertice manus iustitiæ residet, quam læua manu Rex ab Archiepiscopo sumit, post sceptri porrectionem, sed ante coronæ impositionem. Virga hæc aurea, & recta puritatem, & rectitudinem Regum Franciæ in iuridicundo significat, in cuius apice, & summitate manus dicta iustitiæ requiescit, quam gestant Reges Franciæ manu læua, sicut dextra potentiæ suæ, Regiæque sceptrum authoritatis. Et sicut Romanorum Reges iustitiam facientes, illiusque iura reddentes, lituum manu, veteres illi Grammatici Donatus, [a] & Seruius gestasse commemorant, illam virgam in vertice curuam, similem pedo pastorali, lituum dictam à litibus dirimendis arbitrantur, quasi esset virga regalis lites disterminans: ita Franciæ Reges, in suæ throno iustitiæ cum maiestate magna sedentes, ius suum cuique reddentes, hanc iustitiæ virgam hoc sceptrum rectitudinis, vt seruantissimi iustitiæ, manu sua gestare voluerunt. De qua rectitudinis, iustitiæque virga loquens Sanctus Hieronymus. [b] *In eum, inquit, à Baculo in virga*, id est, rectitudine, *iustitiæ descensum est, & hasta, quam non rectam tenebat, vt ab eo extorta est.* Quæ diligimus in manu, in oculis, in sinu gestare delectamur. Tertullianus Gentilium Deos illudens vnumquemque eorum in manu signa illarum artium, quibus oblectabantur, & exercebantur viuentes in terra gestare refert. [c] *Insigna eorum*, inquit, *in statuæ, vt ætas, vt ars, negotium mortui.* Si arte bellica delectati, hastam vt Mars; si fabreferrarij, fabricatoris armis aliis ferreis instrumentis addicti, malleum, vt Vulcanus pro insigni gerebant, & sic de aliis. Ita Reges Christianissimi, semper in obseruatione, functioneque iustitiæ exercitati, ea ab omni tempore nobili, salutarique exercitatione vehementer oblectati, iustitiæ symbolum, manum scilicet in aureæ virgæ vertice manu sua honorificè portare voluerunt. Hanc virgam Carolum Magnum, quam tam meritoriè sibi, tamque subditis suis vtiliter in tota vita Christianissimus ipso facto portauerat, filio suo Ludouico pio cum imperio gestandam tradidisse his verbis Aimonius author est. [d] *Ludouicum filium de regno per spatam Sancti Petri inuestiuit, & per regium vestimentum, & coronam, ac fustem, scilicet virgam iustitiæ, ex auro & gemmis.* Qui inter regia insignia cum corona, spata, & sceptro hanc iustitiæ virgam manu decoratam eburnea in vertice recenset. Ita [e] Iuo Carnotensis ad hanc iustitiæ manum alludens, authoritatem, potentiamque iustitiæ, virgam iustitiæ Sanctum Ambrosium [f] secutus appellauit. Hoc modo maximus ille Rex, & Imperator filium suum paternæ virtutis æmulum, de suo regno, imperioque per sceptrum, & virgam, scilicet per maiestatem potentiæ, & iustitiæ fœliciter inuestiuit. Huius præcipuè semper Reges Franciæ virtutis extitere cultores, hac illi reges cunctis orbis terrarum principibus Agathiæ [g] natione Græci testimonio iustitia præstitere; quæ est

Virga portans manū iustitiæ aurea & recta quid significat.

Nota antiquitatem Regum Romanorum tenentium lituum iustitiæ administrando, sicut Reges Franciæ manū iustitiæ tenent.

a Donat. Seruius super 7. Aeneid. & 3. Georg.

b D. Hieron. in 2. Reg.

c Tertul. in Apologet.

d Aimonius l. 3. c. 36.

e Iuo Carnot. epist. 163.

f S. Ambros. l. 1. offic. c. 24. Vbi dixit virgam esse insigne imperij.

g Agathias.

A

moralium regina virtutum, [h] Aristotele teste, quæ in principe vtilior est subditis, quam fertilitas temporis. Propter quam reges super populos à Deo creati, vt fœliciter in hac miseriarum valle viuerent, vt supra pluribus obseruatum. Vnde populorum in terra viuentium fœlicitatem Esaias Propheta prædixerat. [k] *Ecce in iustitia regnabit Rex, & principes eius iudicio præerunt.* Propter hoc Salomoni dixit Dominus. [l] *Constitui te regem, vt faceres iudicium, & iustitiam.* [m] Et clamat Propheta: *Honor Regis iudicium diligit.* Hac [n] *principis solium in prosperitate firmatur, & ad salutis benedictionem gens, & populus exaltatur.* [o] *Per quam secundum eos Deus reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* [p] *Per quam regna, humanæque societates pacificè regnuntur, & prosperè conseruantur.* Per quam [q] *mali terrentur, & boni lætantur.*

B

Huius virtutis lux, & fulgor tanta cum splendoris abundantia Regibus Christianissimis illuxit, vt eorum iudicio, & æquitati gentes exteræ, in suis dirimendis controuersiis, [r] Gaguinus. se voluntariè submittere voluerunt. Hæc enim de Dagoberti Regis bono sapientissimorum præsulum consilio roborati, iustitia, & æquitate refert. *Hic consultoribus* (scilicet Pipino, & Comberto Coloniensi mortuo Arnulpho Metensi Episcopo) *ad præsentes Regis mores congruentibus iustitia illius, atque æquitatis tanta fama, etiam apud exteros percrebuit, vt ex ea gente, quæ Turcis, Sclauenibusque finitima est, nonnulli Dagoberti examen ad suas controuersias deposcerent, asseuerantibus insuper Sclauonibus, si ad eos aliquando commearet, se illi, vt suo Regi parituros.* Cuius regis pietatem, iustitiamque secuti, posteri Franciæ Reges hoc honoris testimonium, & authoritatem iustè iudicandi ab exteris nationibus reportare meruerunt.

C

Baldus id tertiæ partis 318. consilio confirmat. Quod incipit. Petita venia, flexisque genibus loquar. In quo de submissione Ducis Sabaudiæ, Francorum Regi debita disseritur. Hæc vero iustitia, quam Rex Christianissimus, secundum iussa Dei fideliter exercet, atque profitetur, valde propriè, & appositè per manum expressa, designataque repræsentatur: sicut sæpiùs in sacris Scripturis hanc repræsentationem symbolica nota videre est, qua Dei iustitia per manum declaratur. Vt: [s] *Emitte manum tuam de alto, & eripe me. Manum tuam*, scilicet rigorem tuæ iustitiæ longè fac à me. Et illud Apostoli. [t] *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.* Habet enim manus duas præcipuè functiones maximè iustitiæ proprias, & conuenientes. Ligare scilicet, & soluere, stringere, & relaxare, siue, vt fert formula iuris: præhensionem,

D

& liberationem, extensionem, & contractionem. Quorum vnum principium, alterum iudiciorum iustitiæ finis esse dicitur. habet etiam & illud cum manu cōmune iustitia, quod cum securitate sciat aliquid conducere, atque reducere: vnde nata illa apud Latinos formula. *Manu ducere*: vt hoc symbolo nota hieroglyphica intelligeremus antiquitus Reges nostros firmitate, ac robore iustitiæ, qua semper excelluerunt, tanquam manu fortis suos Gallos sibi datos à Deo, in portum tutissimum salutis, prosperitatisque deduxisse. Sed mysterio non caret, quod manus illa sit eburnea, quod nimirum scriptores antiqui elephantem, à cuius cornu, vel dentibus ebur est ortum, vel potius est ipsummet cornu, vel dentes super omnia

h Ethic. l. 5.
i Aristot. ad Alex.

Laus iustitiæ quam Reges Franciæ maximè coluerunt.

k Esaiæ 32.

l 3. Reg. c. 10.

m Psal.

n Prou. c. 16.

o Sap. 8. L. nostra clatæ Cod. de summa trinit. & fide Cathol.

p S. Aug. l. 7. de ciuit. c. 12.

q L. capitoliū § famosos l. aut facta 5. fin. ff. de pœnis.

r Gaguin. l. 3. c. 3.

Baldus consilio 318. 3. partis.

Cur per manū iustitia designatur.

s Psal. 143.

t Hebr. 10.

Duæ manus functiones apprehendere, & laxare valde iustitiæ conueniunt.

Cur manus illa iustitiæ sit eburnea.

Elephas vnde obur iustitia symbolum.

a Plin l.8 c.1

animalia symbolum, neenon Hieroglyphicum A religionis, iustitiæque construerunt. [a] *Maximũ est elephas animal, proximũque humanis sensibus:* inqoit Plinius: *quippe intellectus illis sermonis patrij, & Imperatorum obedientia, officiorumque, quæ didicere memoria amoris, & gloriæ voluptas, imo etiam, quæ in homine rara probitas, prudentia, æquitas, religio quoque syderum, solisque, ac Lunæ veneratio.* Præter hæc adiungit. [b] *Regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt.* Magnus iustitiæ vigor, & rigor io elephante designatur, io eo maximè, quod nunquam illius genua flectuotur, nec sub vllius potentia demissus incuruatur. Quo profectò magnum iustitiæ flecti, ac incuruari oesciæ symbolum est, quæ nec terroribus, aut blanditiis corrumpi, nec muneribus, aut B minis alterari potest. [c] *Noli velle fieri iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitates.* Præclarè quondam Tullius pro iustitiæ muro ad vsque sanguinem dimicandum esse contendens pro Sestio dicebat. [d] *Sudandum est ijs, qui magistratum gerunt, cum improbis, cum nequissimis decertandum.* Hoc incensus zelo iustitiæ Regius Propheta, iustos omoes ad iniquorum vindictam, vltionemq; prooocans exclamabat. [e] *Quis consurget mecũ aduersus operantes iniquitatem?* Qui alibi Psal. 100. v. 8. protestatur se de mɑtutino surrexisse ad interficiendos omoes peccatores terræ; [f] quos perfectò odio oderat, & super eos indignatione magna tabescebat. Hac improbos poniendi, sicut innocentes protegendi iustitiæ generositate Galliæ Reges mirabiles se nationibus exteris, & Ecclesiæ sanctæ vehementer amabiles, clarosqoe reddideront. Quod expertus intelligens, & audiens C sæpissimè Sanctus Gregorius ita Brunechildi Francorum Reginæ, tunc non improbæ, & iustitiæ cultrici scribebat. [g] *Si quos igitur violentos, si quos fures, vel alijs prauis actibus studere cognoscitis, Deum Deorum correctione placare festinate.* Fuit illud Gallis eorumqoe Regibos insitum, & quodammodo innatum in facinorosos sceleribus fœtentes, iustitiæ gladium generosè, fortiterque distringere. Horum latera peruersa, ceruicesque rebelles inuiolabili buius mocrone petere: [h] iuxta legem Imperium ff. de iurisdictione omoium iudicum. Gratissima Deo eorum supplicia credentes, qui latrocinio, homicidio, adulterio, vel aliis criminibus obooxij deprehenduntur: nec ipsi Deo regnatori mundi acceptiorem victimam, quàm eorum vindictam, exterminiomque: quibus in vita nullus fuit ludus acceptior, quam rapinæ, neces, cruores, internecioοesque bonorum. D Pro quorum defensione cootra illos oppressores immaoes, religiosè sic Rex Franciæ cum Regio Propheta, vel potiùs ipso Deo iurare solet. [i] *Manus mea auxiliobitur ei, & brachium meum confortabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei.* Quare hoc? Quia omnes impios impediet nocere bonis manus iustitiæ, manus Dei viuentis, illos iustis sopplicijs tormentisque mactando. *Principes namque manus Dei dicuntur* (inquit Sanctus [k] Hieronymus) *qui iustam vindictam exercent in peccatores.* Sed hæc de mano iustitiæ nostrorum Regom gestata manu fortasse prodocta longius, sed vt reor non inutiliter, vt antiquorum Regum cumulatior laus existat, &

b Plin. ibid.

c Ecclesi. c. 7.

d Cicero pro Sestio.

e Psal 93 v 16

f Psal. 137.

In puniendis improbis, sicut protegendis innocentibus Reges Franciæ valde iusti.

g S. Greg. ep. ad Brunechildem.

h L. Imperiũ ff. de iurisd. iudic.

i Psal. 88. v. 22

k S. Hieron. in hunc Psal.

A posterorum illos imitandi ad bene merendum de Republ studium maius accrescat. Fuit hoc enim proprium Franciæ Regibus afflictis, & oppressis propter iustitiam succurrere, atque illis, sub pondere grauis oppressionis labentibus, ac deficientibus manum iusti auxilij, defensionisque porrigere; vt Ludouicus iunior Rex Franciæ, Henrici Regis Angliæ expostulantis, quod hostem, & turbatorem suum, vt vocabat, Sanctum nempe Thomam Cantuarensem in Regno suo homanissimè regia beneficentia foueret, hac legatis verborum generositate respondit. *Ite nuntij, Regi vestro nunciate: quia si Rex Angliæ auitas, quas vocat, consuetudines, licet minus, vt aiunt, legi diuinæ con-* B *gruas, tamen, vt ad regiam dignitatem spectantes non sustinet abrogari, multo minùs mihi licet ius illius libertatis subuertere, quod cum corona regni mihi iure competit hæreditario: consueuit siquidem Francia ab antiquis temporibus omnes miseros, & afflictos, & maximè pro iustitia exulantes recipere, & donec pacem habuerint fouere, tueri, & defendere. Me viuente ad nullius personæ suggestionem Cantuariensi exuli derogabitur.* Hæc clementissimis Regis, Christianissimo principe digna responsio. Eandem Regum Francorum in defendendis subleuandisque pro iustitia laborantibus, & oppressis, piam, misericordemque generositatem Sanctus ipse Thomas Cantuariensis epistola ad Episcopum Ostiensem, Hunibaldom nomine, miris in cœlum vsque laodibus effert, quæ habetur in Codice Vaticano, in qua Sanctus de seueritate Regis Angliæ suisartibus, iratisque contentionibus se Romam C traducere nitentis expostulat. In cuius epistolæ fine pium huius Ludouici Regis Francorum responsum commemorans, petitionibus Angliæ Regis iniquis, suam ab hoc Rege Francorum à Galliæ regno relegationem, repulsamque postulantis hæc ait. *Sed vir Deo plenus* (scilicet Ludouicus Rex) *respondit, se hoc ius hæreditarium ab antecessoribus contraxisse, & semper fuisse consuetudinis regni Francorum, vt omnes pro iustitia exulantes benignè recipiat, & eis debita humanitatis solatia impendat, & dixit se nunquam, tam laudabilem hæreditatem à Deo gratam ex causa qualibet deserturum: adiecit etiam, quòd nos receperat, de manu Domini Papæ, quem solùm in terris habet Dominum* (scilicet in spiritualibus): *& ideo nec pro Imperatore, nec pro Rege, nec pro aliqua mundi potestate dimissurum, quin foueat nos, & causam nostram, quandiu necesse fuerit.* Hic omnia verba in sublimem iustitiæ, & pietatis Re- D gum nostrorum prædicationem notatu dignissima. Hanc ergo virgam, vt ad sacros inaugurationis regiæ ritus redeamus, manum iustitiæ tenentem tantæ virtutis in Rege Franciæ symbolum Archiepiscopus læuę Regis manui tradens hæc ait. [l] *Accipe virgam virtutis, atque æquitatis, qua intelligas mulcere pios, & terrere reprobos, errantibus viam dare, lapsisque manum porrigere, disperdasque superbos, & releues humiles, vt aperiat tibi ostium Iesus Christus Dominus noster: qui de se ipso ait.* [m] *Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur, & ipse, qui est clauis Dauid, & sceptrum domus Israël, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit: sit tibi auctor, qui educit vinctum de domo carceris sedentem in tenebris, & in hora mortis, vt in omnibus si quis*

Proprium fuit semper Galliæ Regibus afflictis propter iustitiam subuenire.

Præclara responsio Ludouici 7. legatis Henrici regis Angliæ.

Ex quadripartita historia Anglorum pro defensione S. Tho. Cãtuar.

Epistola S. Tho. Cãtuar. ad Episcopum Ostiensem in Cod Vatic l. 3. ep. 78.

Oratio & votum præsulis in tradenda manus sinistræ regis manum iustitiæ.

l Ex lib de sacro

m Ioan. 14.

merearis eum, de quo propheta David cecinit. Sedes tua Deus in seculum seculi, virga æquitatis, virga regni tui. Et intertere eum qui dicit. Diligas iustitiam, & odio habeas iniquitatē: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, ad exemplum illius, quem ante secula vnxerat, præ participibus suis Iesum Christum Dominum nostrum. Hæc habui quæ de præcipuis cæremoniis, mysteriisque in sacro Regum Franciæ obseruari solitis dicerem, quæ maximas illorum virtutes, benedictionesque ipsis datas à Deo cōtinent, atque repræsentant. Cætera minus scitu necessaria ad illustrationem illorum Franciæ Regum dignitatis, & excellentiæ maiorem, vt breuitati studeam inoluta silentio, prætermitto.

CAPVT X.

De gratia supernaturali, & miraculosa à Deo data, atque Regibus Franciæ cōcessa in sanando strumarum morbo perculsos; quod miraculum præter superiora magis, ac magis Regis Francorum excellentiam, dignitatemque augustissimam, super omnes orbis terrarum Reges attollit.

1. *Huius gratiæ gratis datæ origo, quæ primus à Deo donatus est Clodoueus Rex, post suam à cœlesti chrismate inaugurationem, de cuius veritate miraculi, multi, iique graues authores scripserunt.*

2. *Hanc supernaturalem gratiam à sacra, cælestique vnctione profluxisse valde credibile, ad quam reges exercendam pie deuoteque se præparare debent, ac solent, vt ipsius gratiæ in curandis strumosis consequantur effectum, sicut probauit exitus.*

3. *Solis Regibus Franciæ hanc gratiam sanandi strumosos concessā à Deo ostenditur, etiam extraneorum scriptorum confessione.*



MVltis hactenus miraculis singularem suam dilectionem, prouidamque benignitatem super Regnum Franciæ, eiusque Reges præ cæteris mundi Regibus Deum significasse docuimus. Sed profectò ex omnibus supra notatis miraculis, atque signis, banc suam charitatem erga Francorum reges, misericordiamque diuinam ipsum patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis clarius non indicasse credo, quā sacræ, vnctæque diuinitùs Regū nostrorū personæ, hoc supernaturale, planeque miraculosum strumarum morbo languentibus donum medendi conferendo. Quàm alte omnes naturæ vires, charisma sanandi protinus morbos vix ac ne vix quidem arte curabiles, prætergrediatur, docuit Christus D. cum de credentibus in se dixit.[a] *Super ægros manus imponent, & bene habebunt: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* Eam sanandi morbos virtutē sine arte medica S. Paulus inter miracula, signaque naturæ terminis egressa reponit: cum ait:[b] *Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundùm eundem Spiritum, alij prophetia, alij operatio virtutum, alij gratia sanitatum in vno spiritu.* Hanc ista deprecationis Apostolorum ad Dominum verba veritatem confirmant.[c] *Da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quod manum tuam extendas ad sanitates, & signa, & prodigia fieri per nomen sancti filij tui Iesu.* Quantum verò miraculum hoc signum, & prodigium! Virulentam illam strumarum morbi contumacis, & plerumque omnia curationis remedia excutientis, & eneruantis acerbitatem, quæ tandiu medicorum, chirurgorumque industriam irrito conatu fefellit, & elusit, solo Christianissimi Regis contactu pietatis, fiduciæque Christianæ verba proferentis omnino sanari? Qui primus Regum nostrorum hoc à Deo gratis data gratia resplenduit, fuit ille Clodouæus, qui cæteris Franciæ Regibus primos religionis, fideique Christianæ lampada præbuit. Cuius originem miraculi communi scriptorum consensu ex eo dimanasse legimus; quod cum Clodouæus Rex cœlesti sacratus non ita pridem chrismate, iniquo, ægroque ferret animo, vnum de præcipuis curiæ suæ nobilibus, quem vnicè diligebat (cui Lanicetus nomen erat) huius vehementer morbi fœditate pertinaci diuexari, omnesque medicorum, chirurgorumque circa illius sanitatem labores, atresq; frustra fatigari: Dolens ipse Rex huius sanitatis desperatione lecto se anxius valde solicitusque dedit. In quo præ mœrore fortassis obdormiscēs, per somnium huius ægritudinis, morbique strumarum locum tangere, atque contrectare, glandes suppurare, saniemque exprimere sibi videbatur. Indeque se hunc dilectum sibi nobilem ab omni huius fœtidi, contumacisque morbi protinus acerbitate liberauisse. Excitatus à somno quid sibi vellet insomnium sciscitatus à bonis, piisque viris, præsertim verò S. Remigio (sine cuius consilio magni, solidique negotii nihil agebat) consilium cæpit ab illis Laniceti ad se vocati strumas regia manu contrectare. Quod vt consultum factu compleuit, tactis strumis, totus illico tumor earum sic arefactus euanuit, vt iam maligni, fætidique morbi vestigia nulla, ne quidem cicatrices exiguæ conspicerentur. Quo miraculi conspectu, it clamor cœlo exultationis, & admirationis. Nec sine diuino Christi numine omnes nobile facinus agnoscentes esse factum, miras in gratiarum actiones Deo sese iubilantes votaque facientes effunduut. Atque inde cognito sanandi morbum, prope per humanas artes insanabilem, miraculo, diuinitus Regi dato, vndique ad eum turmatim hoc languore perculsi confluunt, quos omnes Rex Christianissimus solo tactu diuina benedictione fœcundo, piaque prece sanauit. Huius miraculi recens author Forcatulus Tholosanus, iuris vtriusque professor, ex antiqua traditione, & priscorum relatione scriptorum ita meminit.[d] *Huic (scilicet Clodouæo Regi) intimus, & fidelissimus vir fuit, Lanicetus nomine, quo armigero plurimum vtebatur frigoris, & æstus patiente, atque consiliorum hostilium exploratore industrio: is quantumuis strumis morbo tam fœdo, quàm pertinaci correptus est: glandulis concretis circa guttur tumentibus. Cumque rusticorum experimento Cornelius Celsus admonuisset, si quis anguem ediderit liberari, idque*

[a] S. Marci c. v. l. v. 17. 18.
[b] 1 ad Cor. c. 12. v. 9.
[c] Actor. c. 4. v. 30.
Quam magnū miraculum strumas à Rege Franciæ sanari.
Primus Francorum Regum strumas sanauit Clodouæus.
Origo sanationis strumarum à Regibus Franciæ.
[d] Forcatulus iurisconf. Tholos. l. 1. de imperio, & Christiana Gallorum Philos. 118.

A *frustra bis tentatum esset, & medicina insuper herbis, & ferro adurente armata, ac vi morbi cotes superata pro pudore delitesceret; per quietem visum est Clodouæo Regi se gutur Lanicetis permulcere, & attrectare, ac confestim cœlestem splendorem radiis flammis cotum cubile impleri: & ibidem Lanicetum nullius cicatricis nota remanente sanum, & integrum euadere. Lætior solito Clodouæus, & pro amici salute anxius, cum primum deluxit, surgens, Deo primùm operatus, periculum fecit, an tactu suo morbum auellere quiret: vt quidem accidit plaudentibus omnibus, & Deo gratias agentibus dulcissimo hymno, & pro re nata accommodato.* Hanc miraculosam sanandi strumas virtutem Clodouæo primo Regũ Franciæ Christiano dedisse Deum, deinde ad illius posteros eandem virtutem transmisisse boni fidelesque scriptores, licet nõ ita vetusti, sed prout longa, receptaque traditione à maioribus acceperunt, confirmando memoriæ prodiderunt B Guido [a] Cauliensis, Vrbani 5. Rom. Pontificis à medicinæ secretis, Ioannes [b] Tagaultius, Gillius [c] Annalista Francorum, Ioannes [d] Monachus, & Dominicus, Ioannes de Selua, Lucius [e] Paschalius, Robinus, [f] Guillelmus Benedicti Rothomagensis Parlamenti Senator regnante Ludouico 11. Lodouicus [g] Viualdus prædicator de monte regali ad Ludouicum 12. Carolus [h] de Grassalio [i] Cassanæus de gloria mundi, Vincentius, [k] Sigonius in allegationibus super bello Italico, Iacobus [l] Binandus in Panegyrico ad Franciscum 1. Galliæ Regem: & cæteri alii, quos minimè commemorare necesse est. Qui hanc strumas curandi virtutem à Deo datam regibus Franciæ precibus S. Marculphi fuisse scripserunt, Sicut hoc Robertus Cænalis lib. 1. historiæ Gallicæ, aliique cum illo crediderunt; non satis ad veritatis illi scopum collineasse mihi videntur, cum ille san- C ctus non tempore Clodouæi primi, sed Childeberti, & Clotarii 2. floruisse Sigeberti [m] Chronica, annalesque Franciæ testentur.

Eam verò mirabilẽ, humanisque viribus altiorẽ virtutẽ morbo cõmuniter incurabili medendi à sacro, cœlesti, diuinoq; chrismate proficisci æquũ est cõfiteri, & credere; sic.n. scriptor Gallicus doctrina, pietateque non mediocriter illustris Petrus Blesensis, vt id persuaderet pio lectori locutus est. [n] *Fateor quod sanctum est Domino Regi assistere: sanctus enim & Christus Domini est, nec in vanum accepit vnctionis regiæ sacramentum. Cuius virtus si ignoratur, aut in dubium venit fidem eius plenissimam facit defectus inguinariæ pestis quam* (scilicet Guntranus) *sua virtute, precibusque, vt ante vidimus extinxit, & curatio scrophularum.* Hanc miraculosam strumas sanandi à cœlesti profectam vnctione virtutẽ S. [o] Thomas licet generalius de variis morborum curationibus loquendo his verbis expressit, & agnouit; D *Cuius sanctitatis etiam argumentum assumimus ex gestis Francorum, & Beati Remigij super Clodouæum Regem primum Christianum inter Reges Francorum & delatione olei desuper per columbam, quo rex præfatus fuit inunctus, & inunguntur posteri signis, & portentis, & variis [*] curis apparentibus in eis ex vnctione prædicta.* Per has curationes, quas diuina virtute Franciæ Reges operantur, intelligi aliæ, quàm mirabiles planè strumarum sanationes non posse videntur. Ad quarum effectum vt diuinæ rex gratiæ cooperetur, magna, religiosaque cordis præparatiooe debet accedere. Cœ-

[a] Guido medicus Vrbani 5.
[b] Ioan. Tagault. l. 2. inst. chir. c. 13.
[c] Nicol. Gillius in S. Ludouico.
[d] Ioan. Monachus & Dominicus c. 2. de præbendis.
Ioan. de Selua 2. de beneficiis.
[e] Lucius Paschalius Rob.
[f] Guillelmus Benedicti.
[g] Ludouicus Viuald.
[h] Carolus de Grassal. l. 1. Regalium iure 4.
[i] Cassanæus de gloria mũdi part. 5. consid. 30.
[k] Vincent. Sigon. in alleg. supra bello Ital. c. 8.
[l] Iacob Binand.
[m] Sigebertus in Chron.
5. Pars.
Has virtus sanandi strumas miraculosa, à sacra cœlesti vnctione profecta.
[n] Petrus Blesensis.
[o] S. Thomas l. 2. de Regim. cap. vltimo.
[*] *Curabis pro curationibus.*

leste & supra naturæ vires, ab inuocatione Christi Domini gratiæ, atque virtutis, opus auspicando, vespertinis, matutinisque precibus, deuotè mancipatus, deinde corde, & animo humili salutarique confessione purgatus post sacro-sancta missæ sanctissimæ mysteria, diuina Dominici corporis refectione saturatus, atque sanctificatus ad mirabilem strumosorum curationem, opus misericordia, charitateqoe fœcundum, se non minus religiosè, quàm clementer accingit. Qnod S. Ludouicum sæpius, & efficaciter in eius vita fecisse legimus. Quem facto huic, & miraculoso sanandi ritui, sanctæ, ac diuinæ crucis signa Guillelmus Nangius in eius actibus vitæ sanctissimæ adiunxisse refert, his verbis. [p] *In tangendo infirmitates, quæ vulgò scrofella vocantur, super quibus curandis Franciæ Regibus Dominus contulit gratiam singularem, pius Rex nondum hunc* B *præter Reges cæteros voluit obseruare. Cùm enim alij reges prædecessores tangendo solummodo locum morbi, verba ad hoc consueta, & appropriata proferrent, quæ sancta sunt, atque catholica, nec facere consueuissent aliquod signum crucis, ipse super consuetudinem aliorum hoc addidit, quod dicendo verba super locum morbi crucis signaculum imprimebat, vt sequens curatio virtuti crucis potius tribueretur, quã regiæ dignitati.* Et certè hæc fides, & pietas illum principem sanctissimum minimè fefellit; nam vt inquit Bonifacius 8. in eius sancti canonizatione anno sui Pontificatus tertio. [q] *Inter alia miracula strumosis beneficium liberationis sæpius impendit.* Quem secuti omnes eius nepotes, & posteri reges Frãciæ, vt efficacius strumosorum languoribus, afflictionibusque mederentur, hoc salutare signũ postea super faciem perculsorum strumarum doloribus, atque fœtoribus expresserunt. Cum C primario medico retro stante posticam capitis ægri cuiusque partem comprehensam Regi proferente, Rex Christianissimus manum salutiferam explicans, primo tecta, & in longum strumosi faciem, mox eandem in latum cruciatim tangit, cum hac prolatione verborum idiomate Gallico. *Rex te tangit, & Deus te sanat*, facto protinus sanctæ crucis signo super ægrum, sicut doctissimus Laurentius [r] primarius Magni illius Henrici 4. regis Franciæ medicus, vt vidit obseruauitque scriptum memoriæ prodidit. Qui mira refert, & vera, quæ ipse vidit; [s] nempe quã plurimos glandularum tumoribus prægnantes, vlceribus sordidis squallentes, diuersæ ætatis, habitus, temperamenti, sexus, variarum regionum & nationum diuersis anni temporibus, à Rege Christianissimo citra vllam opem medicam perfectè fuisse sanatos: multis dolores grauissimos his regio ore prolatis verbis signaculo salutari conditis illico sedari, aliis vlcera siccescere, aliis D tumores minui: & intra paucos dies mirabile dictu, visuque, ex mille scrophularum fœdatis, afflictisque dolore, atque fœtore plusquã quingentos omni hac maligni morbi fœditate, lãguoreque fuisse liberatos, [t] se vidisse, & agnouisse fideli asseueratione testatur. Addit hæc in fine libri primi de Magno illo Rege Henrico 4. loquens. [x] *Sanat* (inquit) *singulis annis, plusquam mille & quingentos.*

Igitur hæc mira, supernaque virtus curationis remedia scrophulosis adferendi à Clodouæo primo Regum Franciæ Christiano, per traducem hæreditariam in posteros Reges, non ad

Prauia Regis præparatio cordis ad strumarum curationem.
S. Ludouicus sacro sanandi strumas ritui signum S. crucis adiecit.
[p] Guillelmus Nangius in vita S. Ludouici.
Sæpius strumosos S. Ludouicus diuina virtute sanauit.
[q] Bonifacius 8. in bulla canonizat. S. Ludouici.
[r] Laurentius primarius Henrici Magni medicus
[s] l. de miracul. strum. c. 1.
[s] Fidelia Laurentii testimonium de sanatis perfectè à Rege strumosis
[t] Ibid p. 9. in fin. c. 1.
[x] Idem in fin. l. 1.
3. Pars.
*Solis Franciæ regibus hoc dona à Deo scrophulas strumasque curandi gratia, virtute sacra, cœlesti, que vnctioni

A alios ab illis extraneos principes ad hunc vſque diem diuina miſeratione, benedictioneque deriuata eſt; vt non modo Galli Chriſtianiſſimorum Regum ſubditi, ſed etiam externi populi Germani Itali, Angli, Luſitani, Flandri, præcipue verò Hiſpani magno ſuo bono ſalutarem regiæ Chriſtianiſſimi principis manus contactum ſæpius experti ingenuè clamante, iubenteque veritate confitentur. Id non inuitus agnouit Petrus[a] Pomponatius, qui quamuis omnia, quæ popularibus cæteriſque de turba populi mira videntur alicui, vel animæ facultati, vel naturali virtuti attribui poſſe contendat. Nihilominus ſtrumas ſanandi virtutem ſolis Francorum Regibus diuino conceſſam beneficio ſupernaturalem eſſe, illiſque cœleſti chriſmate ſanctificatis indultam à Chriſto Domino, continuatamq; poſteris propter eorum res in obſequium eccleſiæ præclarè, B heroicè, religioſèque geſtas arbitratur. Et certè Iacobus Valdeſius Hiſpanus, licet multa diuino munere Regibus Franciæ conceſſa priuilegia diſſimulet, nec omnia illorum virtutibus data à Romanis Pontificibus beneficia, elogiaque ſemper admittat: tamen cum de mirabili illa ſtrumas ſanandi gratia, virtuteque diuinitus à cœleſti chriſmate deriuata loquitur, quæ de illanos Galli verè credimus, non inficiatur: ſed nobiſcum talia dicendo profitetur. [b] *Non deſunt, qui detrahere gloriæ Gallorum velint, id euenire dicentes occaſione aëris Gallici curandis ſtrumis ſalubris, & ita omnes aërem mutantes, & ad regionem Galliæ venientes valetudinem recuperare. Sed ego ſentio id accidere gratia conceſſa à Deo optimo, maximo, eius obſequio deditis Regibus Galliæ, & fidelibus præſertim D. Ludouico, adeò quod in oppido Popleto in regione Hiſpana Cataloniæ, vbi brachium veneratur diui Regis Ludouici, quos laborantes ſtru-* C *mis tangit brachium illud ad ſanitatem reducit.* Hanc ſupernaturalem in curatione ſtrumarum virtutem in Rege Chriſtianiſſimo Franciſco primo, Hiſpani frequenter experti mirati ſunt: qui captiuus apud illos omnibus huius contumacia morbi vehementer afflictis ſuam ſalutiferam manum poſcentibus ſanitatis beneficium, mirantibus cunctis, & præ gaudio exultantibus impertiebatur, ſicut bino illo [c] Laſcaris cecinit diſticho.

Ergo manu admota ſanat Rex Charadas, eſtque
Captiuus ſuperis gratus, vt ante fuit.
Iudicio tali, regum ſanctiſſime, qui te
Arcent, inuiſos ſuſpicor eſſe Deo.

Atque hæc de tanto miraculo in fauorem regum Franciæ, & ad maiorem illorum excellentiæ, dignitatiſque ſuper omnes ditionis Chriſtianæ reges ſignificationem pro inſtituti noſtri ratione dicta ſufficiant.

a Petrus Pomponatius l. de incantationibus c. 6.

b Iacobus Valdeſius Hiſpanus l. de dignitate Regum, regnorumque Hiſpaniæ miraculum ſanationis ſtrumarum in Regibus Franciæ agnoſcit.

Franciſcus 1. captiuus in Hiſpania ſtrumoſos curabat.

c Laſcaris.

CAPVT XI.

Propter ſuperiora tot mirabilia Dei, in regum Franciæ fauorem facta, meritiſſimo iure reges ipſi ſuper omnes Chriſtiani territorii principes, Chriſtianiſſimi atque primogeniti eccleſiæ filii vocari meruerunt. Vnde illis obligatio ſeruiendi & opitulandi eccleſiæ per obſequia deuota maior incumbit, ex quo magnæ proſperitates aduenniunt.

B 1. *De ſacratiſſimo* Chriſtianiſſimi *nomine, Regum Franciæ virtutibus attributo, ſuperbiſſima ethnicorum principum nomina confundente, longè cæteris victorum Romanæ reip. imperatorum nominibus præſtantiore.*

2. *Reges Franciæ à Clodouæo primo præter* Chriſtianiſſimi *nomen primogeniti eccleſiæ filii ſic appellatione ſuper omnes fideles terræ principes ab eccleſia, ſummiſque eius Pontificibus valde decorati ſunt.*

3. *Quanta propterea illi obligatione teneantur pro viribus defendendi ſedem Apoſtolicam, maieſtatis Pontificiæ monarchiam. Vnde proſperitas in illos, eorumque populos maxima redundet, vt experientia compertum eſt.* C



Mirabilia magna Dei, quæ fecit ſuper Regnum Francorum, ipſiuſque Reges: de quibus hactenus multa, necnon mirabiles, ac heroicæ virtutes, quas Franciæ Reges à precioſis, ſingularibuſque Chriſti D. benedictionibus exortas, pro incremento Chriſtianæ religionis, & ſalute regni ſui diuinæ conſecrati fidei, generoſè, & ſapienter exercuerunt; ſanctiſſimum, ſacratiſſimumque Regis Chriſtianiſſimi nomen illis optimo iure pepererunt. Vt quemadmodum cunctos orbis catholici Reges egregiè factorum præſtantia, ſic nominis ex- D cellentia ſuperarent. Ita hoc Auguſtiſſimum *Chriſtianiſſimi* nomen virtutibus maximis Regum Franciæ iuſtè deberi, Romani Pontifices quamplurimi ingenuè teſtati ſunt, grataque Deo ſacrificia ſe præſtitiſſe iudicauerunt, cùm tam mirabilis, diuinique nominis titulo hos Galliæ pro ſuarum merito virtutum Reges illuſtrarunt. Quod & pluribus exemplis ante demonſtrauimus, & poſtea intra varios inſtituti noſtri diſcurſus multoties aperiemus. Sic [d] Carolum M. imperiali corona, ſceptroque inaugurando, dum Leo 3. Pontifex maximus *Chriſtianiſſimi* nomine decoraret, auditæ ſunt vniuerſi populi Romani voces venerabiles, [e] Carolum Magnum defenſorem eccleſiæ Chriſtianiſſimum, piiſſimum,

d Eginarth. in vita Carol. M.

e Concil. Aquiſgra.

orthodoxumque maximum suauiter ingeminantes. Eodem sacratissimi nominis titulo Synodus Aquisgranensis, annuente, probanteque Romano Pontifice Ludouicum Magni illius filium venerata est, sicut postea [a] Suessionensis Concilii patres Carolum Caluum hoc sanctissimo *Christianissimi* nomine cohonestarunt. Gregorius [b] 9. etiam hoc illustrissimo nominis *Christianissimi* elogio Regem Franciæ magnificauit. Huius sanctissimi nominis decore, eundem Galliæ monarcham Innocentius [c] 4. magnopere adiunctis aliorum illustrium nominum splendoribus extulit. Nihil in toto canonico iure communius, nihil in summorum Pontificum decretis, & breuibus frequentius, quàm vbi de Franciæ Rege venerabilis habetur mentio, huius in eorum prędicationem sanctissimi nominis occursus. Quod nomen illustrius multo, & ad veram gloriam potentius omnibus illis superbis, & arrogantibus nimium nominibus, quibus insolentiùs olim imperatores, ac Reges Christi nescii gloriabantur. Qualis erat Darius ille Persarum Rex qui insolenter exultans, & proteruè gestiens ob multas de Barbaris, Scythis, & Indis reportatas victorias in eam superbiæ, vanitatisque proruit amentiam, vt scribens [d] ad Alexandrum Macedoniæ Regem, à quo postea victus est, *se Regem Regum, Deorumque consanguineum*, demens appellaret. Item apud Herodotum [e] in Cippo à se erigi iusso ad fontes Theari fluuii se virum optimum atque pulcherrimum cunctorum hominum, Persarum, cunctæque continentis terræ regẽ nominauit. Intolerabilis hominis arrogantia! digni, qui propter hanc ab Alexandro, quem famulari sibi volebat iusto Dei iudicio subiugaretur. Insolentior adhuc illo Caligula qui teste Suetonio [f] pium castrorum filium, patrem exercituum, optimum, maximumque Cæsarem, Deum denique, cui sacrificaretur (quod superbissimum est) voluit appellari. In cuius dementiæ signum deorũ vestimẽtis [g] Xiphilino teste ex Dione se induebat, modò Deos, modo deas in illis repræsentãs. Similis inflatus tumore superbiæ Sapor Persarũ Rex Cõstantio scribẽs Imperatori fatuis illis vanissimorum nominum titulis se insolenter ornabat, vel, vt veriùs loquar, deturpabat. [h] *Sapor Rex Regum, syderum frater, solis, & lunæ Constantio fratri meo salutem plurimam.* Sicut superius obseruauimus. Alterius dementis, impudentisque in arrogandis sibi superbissimis nominibus, deorumque titulis Clearchi Pontici Heracleotarum tyranni Suidas [i] meminit, qui honores sibi diuinos, & nomina vendicans, filiumque suum, *Κεραυνὸν*, idest fulmen, appellans, miserè tandem à Clyone Platonis amico mucrone tantæ vltore superbiæ confossus interiit. [k] Alexander Magnus heroicorum factorum, rerumque præclarè gestarum famam superborum nominum vsurpatione turpauit: atque victoriarum trophæa, triũphosque tantæ dementiæ titulorum pollutione fœdauit; cum se *non Philippi Regis, sed Iouis Ammonis filiũ diuino cretũ sanguine* nominauit. [l] Quid Iulio Cæsari sublimia illa nomina, partim vana, partim falsa, partim impudentia, & intolerabilia: dictator perpetuus, præfectus morum, quos corruperat, pater patriæ, quam destruxerat, præter nomen imperatoris, quod iniustis armis cruentauerat, appellatio mensis à suo nomine, honor statuæ inter Reges, suggestus in Orchestra, tem-

a Concil. Suess.

b Greg. 9.

c Innocent. 4.

Nomen Christianissimi, quo pro suis meritis Francia reges meritò, humiliterque gloriantur omnium infidelium superbissima nomina confundit.

d Ex lib. 5. supplementi ad Q. Curtiũ.

e Herodot. in Melpomene scilicet l. 4.

f Suet. in Calig. c. 22.

g Xiphil. ex Dion.

h Ammianus Marcellinus l. 7. hist.

i Suidas in Clearcho politico.

k Valer l. 9. c. 5. Plutarch. 9. Curt. Arrius eius vita.

l Suet. in C. Cæsaris vita.

pla, aræ, simulachra, iuxta Deos puluinar, flamen, Luperci, quibus sui nominis celebritatem exoptauit, honores denique, aliaque nomina humano fastigio superiora profuerunt? Quid illi arrogantius illa flagitanti fœlicitatis attulerit, fata vitæ illius vltima proprio cruentata sanguine loquantur? Quam indignum fuit, & omninò nõ ferendum Lucio Syllę recenti ciuium perpetuò tepenti cruore, fortunati, venustique patriæ defensoris nomen vendicare sibi? In quam præsumptionem superbissimam Græci, [m] Latinique [n] scriptores inuecti vehementer excanduerunt. *Vnus hominum,* [o] inquit Cælius Rhodiginus, *ad hoc æui felicis sibi cognomen asseruit Lucius Sylla, ciuili namque sanguine, ac patriæ oppugnatione adoptatus.* Hæc, & similia quorum supra meminimus arrogantiæ monstra, superbissimorum principũ prodigia insolentium nominum sibi prorsus immeritorum auida, & appetentia sanctissimum nomen *Christianissimi* Franciæ Regum virtutibus ab ecclesia, Romanisque Pontificibus merito delatum suæ fulgore virtutis, potentiæque confundit, atque condemnat. Quod ipsis Franciæ Regibus longè maius decus, honorem, veræque prædicationis ornamentum Christi Domini benedictionibus, gratijsque condita conciliat, quàm vnquam ipsis Romanorum ducibus, imperatoribusque victoribus nomina à deuictis populis nationibusque deriuata pepererint. In huius tanti nominis participationem laudis, & gloriæ cum Rege Galliæ non veniunt alii Christiani orbis reges, ac principes, catholici licet atque fideles; de quibus in corpore iuris Pontificii honorabilis persæpe fit mentio, vt de rege Hispaniæ, siue Castellæ. Ca. [p] quando de iureiurando de rege Apuliæ, & Siciliæ, [q] cap. veritatis eodem titulo: de Rege Hungariæ. Ca. [r] Non est, & Ca. licet de voto, & voti redemptione. De rege Angliæ [s] Ca. Nouit de iudiciis. De Scythiæ Rege Ca. Carissimos, [t] de conuersione coniugatorum. De Rege Nauarræ. [u] Ca. Nostram de iureiurando. De Rege Britanniæ. Ca. Non est de sponsalibus: & de aliis pluribus passim suo tempore ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ iura, imperiaque sincere sobeuntibus. Quorum nos breuitas commemoratione prohibet. Qui omnes, quamuis à sanctissimis patribus vniuersalis ecclesiæ pastoribus illustrium magna laude, honoreque nominum titulo decorentur: ad apicem nihilominus huius honoris egregii, in nomine *Christianissimi* constituti solis Francorum Regibus reseruato vt acquisito, ipsorum sedis Apostolicæ rectorum, atque pontificum sententia, calculoque peruenire non potuerunt. Quod quidem *Christianissimi* nomen, sanctitate augustissimum, maiestate reuerendissimum, benedictionum diuinarum fœcunditate beatissimum, sicut Franciæ reges suis bonorum operum meritis, egregièque factis in ecclesiæ Christi D. defensionem, auxilium, obsequiumque translatis ab ipsa S. Matre, Patreque fidelium Romano præsule iustè consecuti sunt, sic & nomen, honoremque PRIMOGENITI ECCLESIÆ FILII, per eadem merita, recteque facta præ aliis Regibus habere meruerunt: sic post multos antecessores suos in cathedra S. Petri Vrbanus [y] 4. Regem Franciæ filium ecclesiæ sanctæ primogenitum, militem Christi egregium, Regemque Christianissimum honorificentissimè nun-

m Appian. [illegible] Alex. l. [illegible] bello ciu. l.

n Plin. l. 7. natural. c. 7.

o Cælius Rhod. l. 24. variar. lect. lib. c. 6.

Nomen Christianissimi Regib. Galliæ longè laudabilius, & beatius, quàm victoribus Rom. reip. ducibus nomina à deuictis populis deducta.

Alij Reges Christiani varijs honorũ titulis à sede apostolica decorati, post nomen Christianissimi, quod solis Francis Regibus dare voluit.

p Ca. quando de iuramento c. veritatis eod.

q Ca. non est, & ca. licet de voto & voti redempt.

r Ca. nouit de iudiciis.

s Ca. charissimus de conuersione coniugatorum.

t Ca. nostram de iureiurando.

u Ca. non est de sponsal.

2. Pars.

Franciæ Reges à Clodoueo semper catholici vt nomen Christianissimi sibi suis in S. ecclesiam meritis ac præclarè gestis, sic & nomen primogeniti filij ecclesiæ peperere omnes.

y Vrbanus 4.

euпauit. Atque hoc quidem faſtigium ſummæ laudis, & honoris in tam diuino, cœleſtique ſitum nomine, longè ante tempora Pipini, Caroli Magni, eiuſque poſterorum Regibus Franciæ datum eſt. Nam tempore Iuſtiniani Magni Vigilius Papa epiſtola ad Aurelianum Arelatenſem epiſcopum lecta in Concilio ſancto generali quod fuit Conſtantinopolitanum a. Francorum Regem Childebertum primum huius nominis, filium Clodouæi primi ſuper omnes Reges terræ pietatis, fideique Chriſtianæ lumine fulgentem, & ardore charitatis diuinæ feruentem prædicat, à quo contra Gothos infideles, & hæreticos Romanam ciuitatem catholicæ caput religionis ferociter obſidentes, & affligentes, regiam opem, auxiliumque magnopere flagitabat. Poſt huius tempora veniens S. Gregorius, cui Regum fidelium principumque circo Chriſtianæ religionis incluſorum, Franciæ Reges in pietate, fide, religione, charitateque Chriſtiana poſtpoſuit? Imo quibus catholicæ fidei principibus, & regibus hos Franciæ reges eminentia pietatis, religioniſque Chriſtianæ non prætulit? Teſtantur illa, quæ de regni, Regumque Francorum virtute, ſumma in Chriſtum, eccleſiamque eius charitate ad a Childebertum 2. Francorum Regem non minus ſanctitate religionis Chriſtianæ, quàm armorum fortitudine præſtantem, piè, veréque reſcripſit: qui Gothos hæreticos in Italia, & Viſgothos in Hiſpania valde iuuenis Chriſti incenſus amore vicerat. Cuius præclarum de maximis regum Franciæ ſuper omnes profeſſionis catholicæ principes virtutibus teſtimonium hic producere rationi conueniens non iudicaui, cum iam ſuperius adduxerim. Ita poſt eos Pontifices Martinus b Reges Franciæ cæteris mundi Regibus anteferens, Sigebertum Francorum Regem præcellentiſſimum filium ſuum in epiſtola 2. ad Amandum Galliæ epiſcopum ſcriptà nominauit. In cuius ſublimis dignitatis, excellentiſque ſuper omnes terræ reges prærogatiuæ fidem legatus, ſeu orator Regis Franciæ omnes aliorum Regum legatos, & oratores præcedere ſolet, ſicut iure debet, vt praxis docet, & Romanorum Pontificum decreta confirmarunt: Iuris vtriuſque doctoribus c illuſtribus huius prærogatiuæ rationem huiuſmodi reddentibus. *Quia Rex Galliæ eſt Rex excelſus, & maximus ſuper omnes diuinus Chriſtianæ Reges ac principes, vno dempto imperatore.* Quæ quidem dignitatis, honoriſq; maximi ſublimitas illis per ſuarũ merita virtutũ comparata contigit. Quam tanti fecit d Cardinalis à Turrecremata, vt propter eam, qua Regem Franciæ digniſſimum Pontifices Romani iudicauerunt, eum *Regem Regum in temporalibus appellare non dubitauerint.*

De Rege Francorum nobile Vigilij papæ elogium.
Epiſt. ad Aurelianum Arelatenſem epiſcopum.

Quantum catholici Reges virtute, atque præeminentia dignitatis Reges Galliæ ſuperent S. Gregorij, & Vigilij Pont. teſtimonio.
a Vid Maſſon l. 2.

b Martini 1. epiſt. ad Amandum epiſc.
Regis Franciæ legatus omnium Regum legatis vt honore, & dignitate, ſic ordine præit.

c Barbat. in conſilio 1. l. 1. Ludo. Bononienſ in ſuo opuſ. de ſingularitatibus in Gallia reperis
d Cardinal. à Turr. in Clement. 1. in princip de immunit eccleſ & in addito ad Guido pap in deciſione parlam Delphi q 179 in addit incipiente An Rex Francorum.

Cuius honoris, & dignitatis ab eccleſia, eiuſque paſtore hierarchico acceptæ non immemores Franciæ Reges de virtute in virtutem progredientes amplioribus ſemper obſequiis, beneficiiſque chariſſimam matrem Chriſti D. ſponſam cumulare, cumulatamque dulcius exhilarare conati ſunt. Vt ſicut primogeniti maiora à parentibus bona, quàm natu minores accipientes plus honoris, & obſequii illis exhibere, præſtareque tenentur, ſic pari, vel certè maiori pietatis, & charitatis affectu Reges Franciæ, vt primogeniti eccleſiæ ſibi, natuque maiores in hanc chariſſimam, ac ſacratiſſimam matrem, patremque ſanctiſſimum propenſi, vtrumque ſpiritalem parentem maioribus ſemper, quàm cæteri Chriſtiani principes natu minores obſequiis, meritis, piis bonorum ſuorum largitionibus, honoribuſque coluerunt. Quales ſe Pipinus, Carolus Magnus, Ludouicus pius, eorumque poſteri præſtitere, qui eccleſiæ ſediſque principis Apoſtolorum ſanctiſſimæ, multa bona, vrbes, oppida, prouincias, aliaſque opes contulere, & illius hoſtes multa mala facientes exterminarunt: vt Pipinus ſecundæ Regum Franciæ ſtirpis origo Stephanum Pontificem à crudeliſſimis Aſtulphi Longobardorum regis oppreſſionibus ſuorum armorum virtute liberauit: & eum barbarum, immitem, crudelem eccleſiæ hoſtem generosè debellauit, eius ſpolia eccleſiæ Romanæ conſecrauit, raptaſque poſſeſſiones ab illo tyranno, aliiſque S. Petro reſtituit, vt eccleſiaſticæ hiſtoriæ, annales d Galliæ, ſacri canones, doctores ſancti, ipſique Pontifices Romani confeſſione ſua, ingenuaque teſtatione comprobarunt. Quam mirabilem de Aſtulpho fulmine poſtea propter impœnitens cor extincto vt ſcribit e Anaſtaſius Bibliothecarius reprobatam pro eccleſiæ defenſione, atque triumpho victoriam viſus eſt Apoſtolicus f propheta prædixiſſe illis verbis. *Et vidi, & ecce nubem candidam &c.* Si Nicolao g Lirano credamus per nubem candidam, Franciæ regnum ſanctitate morum, fideique ſplendore candidum ſuper alia regna mundi myſticè exponitur, *ſuper quam nubem ſedentem Pipinum Franciæ Regem, ait aurea cinctum corona, prout moris eſt Galliæ Regibus hoc capitis ornamento decorari: qui in manu ſua poteſtate nempe falcem geſtabat acutam, fortem ſcilicet, indomitumque exercitum.* h Sed alius Angelus deſcribitur ab euangeliſta de templo egrediens ad hunc ſedentem ſuper nubem candidã clamãs. *Mitte falcem tuam &c. Mete &c.* Hunc Angelum myſticam expoſitionem perſequens, Lyranus, *Stephanum papam de templo, ſede nempe Apoſtolica in Gallias ad hunc Regem venientem Pipinum interpretatur magna voce, clamareque paterno, ab illo Chriſtianiſſimo principe, auxilium, opemque contra hunc tyrannum anxiè flagitantem quaſi ſic dicendo precaretur. Mitte falcem tuam contra Aſtulphum tyrannum immaniſſimo furore eccleſiam Dei, fidemque S. Petri vexantem, eumque falce acuta, id eſt ſtrenuiſſimi exercitus armis confodiendo deſtrue.* Hæc Lyrani conceptio, quam pluribus illuſtrando perſequitur. Non minori pietate, & deuotione eius filius Carolus M. in eccleſiam Dei ſedemque Apoſtolicam vehementer affectus, Chriſti Domini gratiam, miſericordiam, ingentia beneficia eius, honores, atque fauores ſibi ab eccleſia delatos agnoſcens, diuina, immortalia beneficia, & obſequia ei pręſtare toto vitæ ſuæ tempore conatus eſt. Hinc tot grauiſſimi eccleſiæ, ſedis Apoſtolicæ, Romanique Pontificis hoſtes, vniuerſo Chriſti Domini gregi ferrum, flammas, cædes, crudelitatis omnis furores intentantes extincti, & oppreſſi, tot beneficia, largitiones bonorum, honoreſque maximi S. Petri cathedræ collati: tot per orbem Chriſtianum templa, monaſteria, collegia Chriſtianæ profeſſionis, bonarum, ſacrarumque literarum conſtructa ab eo pio Rege, & imperatore, atque dotata, memorem fuiſſe illum tot Dei in ſe miſerationum, beneficiorumque dum tacent, clamant, dum ſilent loquuntur, nec voce, ſed opere, factoque teſtantur. Quæ con-

Vere Dei ligatione enim habent Franciæ Reges ſedem Apoſtolicam, eccleſiamque Romanam matrem defendendi, & ſublimiter honorandi ſicut antiqui reges fecerunt.

Pipini pietas, & fortitudo in auxiliando Rom. Pontifice.

d Annal Franciæ in Pipio. eccleſ hiſt. canones ſacri.
Legatur ſpeculator in titulo de reſcripto § 9. verſiculo Item quia.
e Anaſtaſius biblioth. in Stephan. 3.
f Apoc. c. 14. v. 14
g Liran. in 14. Apoc.
pulchra Lyrani conceptio in honorem Regum Franciæ Pipini, & Caroli M.
h Apoc. c. 14. v. 15.

Carolus M. Chriſti D eiuſque ſponſæ beneficiorum memor maxima fecit ſeruitia ſedi Apoſtolicæ, eccleſiæ, muneraque conꝰmemorat propedodie.

Alia Lyrani de Carolo M. conceptio in Apoc c. 14. v. 18 19.

a Apoc 14. v. 19.

A sidetans, altaque mente perpendens idem qui supra Lyranus de illo Rege, eiusque heroicis factis pro extirpatione de terra inimicorum ecclesiæ Dei, sedisque Apostolicæ hæc euangelicū prophetā secundum spiritualem sensum prædixisse credidit. [a] *Et misit Angelus* (scilicet Carol. M. missus, & excitatus à Deo) *falcem suam acutam, suum nempe potentissimum exercitum in terram, & vindemiauit vineam terræ, scilicet tyrannorum terræ corruptæ furores, & ebriosas insanias, contra Dei populum, & misit in lacum iræ Dei magnum* (scilicet infernum) *in quem destructos, occisosque sine pœnitentia tyrannos illos perennibus mancipandos cruciatibus, pœnisque detrusit &c.* De aliorum Franciæ Regum diuinis immortalibusque in ecclesiā Dei meritis idem iudicium facere nec immeritò debemus. Propterea inauguratus Franciæ Rex, vt maiorum suorum virtutes Christianas æmolando consideret, easque consectando veneretur, cū B primum in solium regium magnificis apparatum ornamentis accessit, ab Archiepiscopo Rhemēsi pia, blandaque prece, & exhortatione monetur, vt magno semper honore, ac reuerentia sui regni, Dei sorti seruitioque mancipatos ecclesiasticos prosequatur, & colat. Inde agnoscat, & apprehendat quantô magis id honoris, & reuerentiæ in ecclesiasticorum omnium principem, ac patrem fidelium omnium communem rependere teneatur. *Sta* (inquit Archiepiscopus) *& retine à modo statum quem huc vsque paterna successione tenuisti, hæreditario iure tibi delegatum, per authoritatem Dei omnipotentis, & per præsentem traditionem nostram, omnium scilicet episcoporum, cæterorumque Dei seruorum, & quantò clerum propinquiorem sacris altaribus prospicis, tantò ei potiorem in locis congruentibus honorem impendere memineris: quatenus mediator Dei, & hominum te mediatorem cleri, &* C *plebis constituat.* Ex qua ecclesiæ sanctæ, sedique Apostolicæ seruiendi, beneficia conferendi, ei in aduersis ausilia præstandi, opitulandique pietate, plurimæ prosperitates in Reges Franciæ, populosque deriuatæ prodierunt. Quod à Clodouæi primi Regum nostrorū Christiani tempore, ad nostra vsque secula inductione exemplorum verum esse facilè posset ostendi: si discursus longiot nauseam, tædiumque lectoribus non pareret. Hæc pietas Guntranum Franciæ Regem fortunatissimum effecit in mediis publicarum calamitatum ab omni afflictione, lueque publica liberum, & præter hoc miraculorum virtute, toti terrarum orbi gloriosissimum, augustissimumque reddidit, vt pluribus S. [b] Gregorius Turonensis in Francorum historia recensuit: qui postea de virtute miraculorum, qua propter hanc pietatem, vitæque sanctitatem diuino beneficio D resplenduit, ista subiunxit. [c] *Celebre tunc à fidelibus ferebatur, quod mulier quadam, cuius filius quartano typo grauabatur, & in stratu anxius decumbebat, accessit inter turbas populi, vsque ad tergum Regis, abruptisque clam regalis indumenti finibus in aquam posuit, filioque bibendum dedit, statimque restricta febre sanatus est. Quod non habetur à me dubium: cùm ego ipse sæpius laruas energia famulante nomen eius inuocantes audierim, ac criminum propriorum gesta virtute ipsius discernente fateri.* Hæc ipse, cuius pietatem, ac sanctitatem magnis admirando laudibus efferens idem religiosus scriptor illum ait, non solùm Regis, sed etiam sacerdotis visum fuisse personas gerere, & fungi muneribus.

Exhortatio Archiepiscopi Rhemensis ad Regem Franciæ, vt semper religiosè colat ecclesiasticos.

Ex obsequiis, & auxiliis ecclesiæ Romanæque præstitis præstitis à Regibus Franciæ magno in eos populosque eorum prosperitates orto.

Guntrani Regis sanctitas, virtus, & prosperitas.

b S. Greg. Tor. l. 9 c. 21. hist Franc.

c S. Gregor. Tur ibid.

A [d] *Quod eo tempore* (inquit) *paulò ante gestum est,* scilicet grassante lue inguinaria, *per triduum enim ipsius eleemosynis largiùs solito præcurrentibus, ita de cuncto populo formidabat, vt iam tunc non rex tantùm, sed etiam sacerdos Domini putaretur, totam spem suam in Domini miseratione transfundens, & in ipso iactans cogitationes, quæ superueniebant, à quo eas affectus tradi tota fides integritate putabat.* Magnus spiritualium parentum, sacerdotum nempe, pastorum animarum, & prælatorum ecclesiæ cultor, sed maximè illius, qui omnium princeps est, & pater patrum fidelium Romani Pontificis, honoris dignitatisque vindex, propugnator, & amator. Ex qua veneratione religiosa, deuotaque charitate princeps optimus non modo aduersas fortunas calamitatesque priuatas, & publicas longè à regno suo propulit, arcuit, & amandauit, sed etiam prosperitates varias, B easque maximas, Christi D. benedictiones plurimas ingentibus bonis generis cuiusque fœcundas in regnum suum è cœlo profusas euocauit. Vt idem, qui supra [e] pius author testis est, & omnibus nostros annales reuoluere solitis clarum, satis esse potest. Bona tam multa, fortunas tam amplas, prosperitates tam varias opibus temporalibus, spiritualibusque fætas, quas Pipinus, Carolus M. Ludouicus pius, & posteri eorum virtutum æmuli, sua in ecclesiam, sedem Apostolicam, Romanum Pontificem, & alios sub illo catholicarum animarum rectores, pietate, deuotione, obedientia, & charitate sibi, & populo compararunt, hîc pluribus commemorare, & illustrare sermonibus quid opus est? Cùm nihil in historiis sacris annalibusque ecclesiasticis frequentius istorum commemoratione circumsonet? atque iam de illis multa supra diximus, C infra etiam longè plura dicturi. Vtramque fortunam expertus est Carolus Crassus miseram, donec ecclesiæ rebellis extitit, prosperam cum in illius sinum gremiumque per iter obedientiæ salutare remeauit; cuius filius maior natu Philippus nomine in vico S. Antonii Parisiis à porco lapsus equo confractus membris interiit. Alter iunior nomine [f] Robertus non equo, sed mente lapsus insaniuit, idque totum infortunii, calamitatisque regiæ ipsi non aliunde, prout illi S. Bernardus ante prædixerat quam à rebellione in ecclesiam, eiusque pastorem, & ab ecclesiasticorum oppressione contigit, à quibus vt illico cessaret, pius illum, deuotusque doctor vehementer hortabatur. Quem sanctum, malo accepto sapiens, & ab illa vexatione, afflictioneque domestica intellectum accipiens, cum obedienter audiuisset, deposita suæ in sedem apostolicam au- D dacia, eiurataque in ecclesiæ ministros, atque pastores, cum detestatione, quam duriter exercuerat oppressione, cum obedientia filiali Romano exhibita, vt debita Pontifici, prospera multa à Christi Domini misericordia gratiaque consecutus est. Eius namque familiæ, generationique saluator noster, in eius filio Ludouico 7. (qui iunior dictus est) benedixit. Quem in regni hæreditaria possessione filio natu maiori prætulit, hoc illum aptiorem, magisque idoneum propter naturæ dotes, & ingenii iudicans: in quo diuina benedictio sibi per obedientiam restituta sisteretur. Qui defuncto patre Ludouico Crasso diu cum pietate, & iustitia habenas sui regni moderatus maxima contra Turcas, & Sarracenos pro defensione

d Rex Guntranus propter multa eius sanctitatis, misericordiæ & charitatis opera, non solùm Rex, sed etiam sacerdos Dei visus videbatur.

e Greg Tur. ibid. supra.

Ludouicus Crassus Rex vtramque fortunam expertus bonam & malam, hanc à rebellione in ecclesiam, illam ab obedientiam eam.

f Franciæ annal in Ludouico Crasso, & Gaguinus l 6.

S. Bernardi Vaticinium apud Gaguinum in Crasso l 6 c 2. p. 87 o 25. Hæc, inquit tua Rex pertinacia filii iotentu molestabitur.

Ludouici iunioris prosperitates ob pietatem, & obedientiam in sedem apostolicam.

defensione Christianæ religionis, & amplificatione, pro impietatis, & infidelitatis extirpatione bella iusta generosè suscepit, susceptaque feliciter absoluit. In omnibus semper obediens sedi Apostolicæ, patrique sanctissimo, com voti deuotionisqoe explendæ desiderio Romam ad sanctorum Apostolorom limina peruenisset, optata diu prole carens, & illius desiderio tabescens, meruit tandem pro hac sua in Ecclesiam pietate, & sedem Apostolicam obedientia deuota, à Deo filij generatione consolari. [a] *Qui propterea*, inquit Gaguinus, *quod Dei munere datus esse crederetur Adeodatus cognominatus est*: Hic postea grandior factus paternæ pietatis, & obedientiæ in sedem Apostolicam, sicut regni hæres, edomito rebellionis appetitu restitutus per S. obedientiam, & obsequium fidele Ecclesiæ miris prosperitatibus victoriisque verè miraculosis abundauit. Vt com secum pugnante Deo in Aquitania de Anglis, & in Flandria de Othone 4. Imperatore, & comite Flandriæ, cæsis vltra centum millia militantibus copiis prius generose pugnando, gloriosissimè triumphauit. Qui postea nunquam contra infideles turmas, insanientesque in rabiem contra castra Dei viuentis exercitus à prælijs, certaminibusque cessauit, victor semper è certamine rediens, non indecoro poluere sordidos. Propter quæ Philippus hostium Dei, & Ecclesiæ domitor, Augustus cognominatus est: fœlici postea vitam temporalem exitu claudens, obedientia Ecclesiæ Dei, Christique vicario præstita cælorum illi regna reserante quieuit. Quid illius Augusti Regis filius Ludouicus 8. Nonne consummatus in breui hac pietate in Christi Ecclesiam, obedientia filiali eius vicario commoni fideliom parenti consecrata expleuit tempora multa? Nonne propter eam tanti filij, nempe D. Lodouici procreatione dignus habitus est? Illud sapientis in se ipso valde dulciter expertus. *Qui honorat patrem suum iucundabitur in filijs, & in die orationis suæ exaudietur.* At de sancto illo Rege Ludouico pro hac Christianarum, regiarumque virtutum materia, nonne satios, & iustius est silere, quàm pauca dicere? cum quæ de illo dici deberent, maiora sint, quàm quæ vnius oon capios modò, sed libri totius angustia capere posset. Hæc igitur Christianissimorum principum pietatis, obedientiæ, sanctitatisque exẽpla, pro illorum prosperitatis causa nobis commemorauisse sufficiat, ne cum omnia, quæ ad hanc rem posseot afferri conglomerare, & in medium producere contenderimus, oimium dixisse, & nihil docuisse præ tædio longitudinis arguamor.

a Gaguin. l. 6. in princip. *Philippus 2. filius Ludouici iunioris dictus adeodatus est.*

Ludouici 8. propter obedientiam prosperitas.

CAPVT XII.

De donis munificentissimis, atque ditissimis muneribus, sedi Apostolicæ, & aliis sub illa Ecclesiis, monasteriis, Ecclesiæ ministris, pauperibusque Christi Domini membris, à Regibus Francorum oblatis, quæ illorum pietatem, fidem, charitatemque in Deum, & eius sponsam Ecclesiam manifestius ostendunt.

1. *De munificentissima Clodouæi primi in Ecclesiam Dei charitate.*
2. *Guntrami.*
3. *Dagoberti.*
4. *Pipini.*
5. *Caroli Magni.*
6. *Ludouici Pij.*
7. *Roberti.*
8. *S. Ludouici.*

CAPVT hoc præsens extremum huic septimo libro fastigium impooet; quod, propterea, nec abs re in commemorandis maximis donis, muneribusque magnificentissimis Regum Franciæ versabitur, quibus suam in sedem Apostolicam, Ecclesiamque Dei pietatem, propeosionem affectus, obedientiam religiosam, magnificentiam charitatemque clarissimè demonstrarunt. Quorum pietatis liberalissimæ, ac munificentissimæ charitatis occasione, hæc Esaiæ prophetæ, aptari rectè potuerunt, quibus suam Deus alloquitur Ecclesiam illo tempore peregrinantem in terris, in qoo afflicta, & oppressa à tyrannis, suis spoliata bonis, à Christianissimis Francorum Regibus defendebatur, ac defensa ditabatur. [a] *Pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam populorum, gaudium in generationem, & generationem, & suges lac gentium, & mammilla Regum lactaberis, & scies quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapide ferrum.* Hæc inquam ad Ecclesiam regom Franciæ primorum, præcipuorumque temporibos militantem prædicta commodè, veréque transferri possunt: qui super omnes principes terræ, regesque fideles sedem Apostolicam, sancti Petri patrimonium, & alias orbe Christianissimo diffusas Ecclesias magnificentissimè, sicut religiosissimè ditauerunt, ac sui regni facultatibus, bonisque tanquam propriæ mammillæ lacte outrioerunt. In cuius magnificæ signum charitatis Franciæ reges in sacro [b]

Prophetia Esaiæ ad Regũ Franciæ in Ecclesiam Dei, munificentiam accommodatio

a Esaiæ c. 60. v. 15.

b Ex l. de sacro Regis Franciæ.

B

suo instar orientalium regum Christum recens natum in præsepio adorantium, aurum præter panem, & vinum Deo, Ecclesiæque consecrare, ad subsidium Ecclesiæ, eiusque ministrorum offerre dono consueuerunt. Vt hoc pio ritu illud etiam eiusdem prophetæ adimpleri significaretur. [a] *Ecce leuabo ad gentes animam meam, & ad populos exultabo signum meum: & erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ.* Et illud: [b] *Argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, & sancto Israel, quia glorificauit te, & ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi.* Erant quippe Franci ante Clodouæi regis conuersionē filij peregrinorum patriæ cœlestis, à qua eorum infidelitas excludebat. Si exemplorum inductione ad huius confirmationem veritatis agendum esset, B amplior esset probatio, quàm vnius capitis terminis claudi posset. Propterea ex magna, copiosaque messe manipulos aliquot colligare sufficiat. Et vt à primo regum Franciæ Christianissimo Clodouæo comprobationis ducamus exordium: quanta ille sancto regeneratus baptismate sicut obedientia, & deuotione, sic & munificentia clarus apparuit? Qui statim vt audiuit Hormisdæ in solium Apostolorum electionem, hunc obsequio, & oblatione muneris egregij, ante omnes Christianæ fidei principes præuenire voluit, & eum consecratione aureæ coronæ gemmis rutilantis excellentissimis maxima cum deuotione venerari: præter alia pretiosissima munera, quibus oblationem coronæ comitari concupiuit. Quæ oblatio minimè C vana extitit, nec sine numinis diuini prouidentia, vt qui primus Francorum Rex Christianissimus coronæ aureæ Romanum Pontificem consecratione, donoque veneratus est, illam postea à Deo benedictionem, gratiamque consequerentur: vt propter illud obsequium, donumque regia Franciæ corona in eius posteros, fœlici continuatione protenderetur. Sed mira fuit illius in Ecclesias Dei, in regno suo constitutas, etiam extraneus adhue à fide Dei veri munificentia, quæ fuit illi sui in gyrum Ecclesiæ sanctæ matris ingressus præparatio, & apparatus. Cuius oblationes, sic ad Deum, *sicut elemosinæ* [c] *Centurionis ascenderunt.* Quod sanctus Remigius in suo testamento apud Flodoardum his verbis ostendit. *Villas quas mihi Dominus, illustrisque memoriæ Ludouicus* (seu Clodouæus Rex) *quem de sacro baptismatis fonte suscepi, cum adhuc paganus Deum ignoD raret, ad proprium vsum tradidit, locis pauperibus deputans, ne forte cùm esset infidelis cupidum terrenarum rerum me arbitrari posset, & non potius suæ salutem animæ quam exteriora ab ipso bona requirere. Quod admiratus intercedere me pro quibuscumque necessitatem patientibus, & fidelis, & ante fidem benignè, liberaliterque concessit. Et quia ex omnibus Episcopis Galliarum pro fide, & conuersione Francorum potissimum me laborare cognouit, dedit mihi Deus tantam gratiam in conspectu eius, virtusque diuina, quæ per Spiritum sanctum me peccatorem per plurima signa ad salutem præfatæ gentis Francorum operari fecit, vt non solum ablata omnibus Ecclesiis Francorum restitueret, sed etiam de proprio gratuita lenitate plurimas ditaret Ecclesias. Neque prius de regno eius, quantum passus est pedis Ecclesia Rhemorum tangere volui, donec vt*

[a] Esaiæ c. 49.
[b] Esai c. 60. v. 9. 10.
Clodouæi primi in Ecclesiā Christi munificentia.
Hincmarus in vita S. Remigij apud Surium tom. 1. die 13 Ianuar.
Anast. biblioth. in lib. de Rom. Pont. in Hormisda.
Non sine mysterio fuit oblatio coronæ aureæ à Clodouæo Papæ Hormisdæ data.
[c] Actor. 10.
Dona à Clodouæo nondum Christiano Ecclesiæ sanctæ oblata quæ illi ad fidem Christi dispositiones fuerunt.

A *hoc omnibus adimpleret Ecclesiis obtinui, &c.* Ac regis optimi in Ecclesiæ Christi Domini gyrum conuersi erga Ecclesias Dei, earumque ministros creuit liberalitas, vt creuit in fide, religioneque probitas. Vnde Hincmarus in vita sancti Remigij. [d] *Baptizatus autem, inquit, cum gente integra plurimas possessiones per diuersas prouincias sancto Remigio cum ipse, quàm Franci potentes dederunt, quas ipse per diuersas Ecclesias tradidit, ne Franci eum rerum temporalium cupidum esse, & ob id ad Christianitatem eos vocasse putarent, & fidem Christi ac sacerdotum vilipenderent.* Quid autem Regiæ liberalitatis fecerit, quæque bona Ecclesiæ in fauorem sanctæ Genouefæ Virginis miraculorum virtute, vitæque sanctitate clarissimæ dederit, author vitæ huius sanctissimæ B Parisiorum patronæ eodem quo ipsa viuebat tempore apud Surium, ita commemorat. *Gloriosæ memoriæ Clodouæus Rex, qui ob eius amorem* (scilicet Genouefæ) *in carcerem missis sæpe veniam dedit, & ob diuersa crimina animaduersione dignissima capite plectendos in ipso prope carnificis ictu, supplicante pro eis Genouefa, absoluerat, basilicam mirabili opere extruendam susceperat, sanctæ virginis adhortationibus permotus, quæ postea illo è rebus humanis excedente, studio illustrissimæ Clotildis reginæ coniugis eius mirificè ædificata, & exornata in sublime creuit fastigium triplici porticu insignita.* Addidit & alia bona sanctus Remigius, quibus in gratiam sanctissimæ virginis Clodouæus Ecclesias ditauit; hæc in suo testamento commemorans. *Cruscinniacum verò, & Faram, sine villas, quas sanctissimo Ludouico pro compendio C itineris sui, cùm Rhemensem Ecclesiam sæpissimè visitare soleret, adipisci promerui: alimonijsque ibidem famulantium deputans; sicut ab eo ordinatum est, ita confirmo, vt Crusciniacus futuri Episcopi successoris mei obsequijs, & sartis tectis principalis Ecclesiæ deputetur: Faram verò eidem Episcopo, & sartis tectis Ecclesiæ, vbi iacuero perpetualiter seruire iubeo.* Post hæc anno Domini 507. religiosissimus apparatum belli contra Alaricum Gothorum Regem hæresi Ariana pollutum struens, expeditionemque disponēs, auxilia, fauores, subsidia cælestia sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli erectione, consecrationeque Deo templi magnificentissimi in memoriam, & honorem eorum sibi conciliare voluit. [e] *Tunc,* inquit Hincmarus, *per consilium reginæ suæ coniugis fecit Ecclesiam in honorem Apostolorum Petri, & Pauli in Parisiorum D ciuitate.* Vt hac oblatione, sanctaque bonorum suorum profusione in construendo hoc templo magnifico, illorum Ecclesiæ Dei, Apostolorumque principum munitus auxilio faciliùs, & gloriosiùs de superbissimo Dei, ac Christianæ religionis hoste triumpharet. Hac potitus victoria rex Christianissimus in erogādis suis Ecclesiæ bonis, fundendisque regni gazis, atq; thesauris, piè, religioséque profusior extitit. Huius rei testes sunt concilij Aurelianensis patres à sancto Remigio coacti secundum huius religiosi vota principis ista in canone septimo dicentes. *De oblationibus, vel agris, quæ Dominus noster Rex Ecclesiæ suo munere conferre dignatus est, vel adhuc non habentibus, Deo sibi inspirante contulerit, ipsorum agrorum, vel clericorum immunitate concessa, id esse iustissimum definimus, vt in reparationibus Ecclesiarum, alimonijs sacerdotum, pauperum refectione, vel redem-*

Munificentia Clodouæi conuersi in s. Ecclesias.
[d] Hincm. in vita S. Remig.
Quæ bona Ecclesiis dederit in gratiam S. Genouefæ.
Author vitæ S. Genouefæ apud Surium tom. 1. die 3 Ianuar.
Alia dona Ecclesiæ à Clodouæo data.
S. Remig. in suo testam. ibid. supra.
[e] Hincm. in vita S. Remig.
Erectio illustrissimi SS. Apostolorū templi à Clodouæo illum de Alarico victorem fecit.
Victo, & occiso Alarico multa alia dona in actionem gratiarum Deo Ecclesiis fecit.
Conon 7. concil. Aurelian.

ptione captiuorum, quiquid Deus in fructibus dare dignabatur, expendatur, & clerici ad adiutorium Eccleſiaſtici operis conſtringantur, &c. Mitto quæ dona, & munera ante, & poſt victoriam, triumphumque de Alarico Gothorum rege Clodouæum Regem ſancti Martini Eccleſiæ, illius pro victoria flagitantem obnixè ſuffragia, dediſſe refert S. Gregorius Turonenſis, & alij annalium Franciæ ſcriptores, ac hiſtoriæ Gallicæ narrant; vt breuitati ſtudentes ad alios Franciæ reges Clodouæi pietatis, & charitatis æmulos veniamus; vt ad Guntranum regem Aurelianum in Francia. Quem præter cæteras Chriſtianas, & heroicas virtutes, ob hanc in Eccleſias Dei munificentiam, in earũ miniſtros, pauperesque charitatem idem ſanctus Gregorius maximè laudat, ac dignis honoribus effert. Qui piis illis liberalitatibus, largitionibusque in Dei Eccleſias, paſtores earum, miniſtroſque pauperes nunquã obliuiſcens, aſſuetus, quò plus habebat, eò illis plura largiebatur: & quo maiores liberaliter, religioſéque diuitias effundebat, eò pluribus abundabat. Vnde conſtat ex annalibus noſtris ipſi miſericordi, munificoque principi theſauros maximos diuinitus repertos, oblatoſque contigiſſe. Quos omnes inuentos, acceptoſque miſeratione diuina, rurſus in ditandas, & ornandas Eccleſias, pauperesque reficiendos abundanter effudit. Ex quo miſericordiæ, liberalitatiſque fonte fœcundiora, & ampliora non aquarum, ſed opum, atque diuitiarum flumina in ipſum regem, regnumque redundarunt. Iuxta regij vatis illud. [b] *Tota die miſeretur, & commodat.* Id eſt vt ſeptuaginta transferunt, δανείζει, ſcilicet *fænerat*, quia pro vno nummo, ſuæ largito Eccleſiæ, membriſque ſuis, Chriſtus cẽtoplum in hoc mondo reddere ſolet, & poſt huius terrenæ manſionis exitum, vitam æternam miſericordia procurante largiri. Vt merito ſanctus Auguſtinus pio, miſericordique dixerit. [c] *Vide quã latè creſcat fænus tuum, das temporalia, accipe æterna; dat terram, accipe cælum.* Cœlum inquam, non ſolùm pro ſorte principali, ſed & terram, pro centuplo, & ſacro, benedictoque fœnore. At Dagoberti regis Franciæ largitiones ſacras, religioſaſque bonorum profuſiones in regni ſui ſanctas Eccleſias, præcipuè verò in Eccleſiam S. Dionyſii, eiuſque monaſterium, quæ à fundamentis extruxit, & ingentibus prope opibus, diuitiiſque locopletauit, quis oratione lõga licet, enumerare poterit? Quas propter munificentias ab intimis charitatis, deuotioniſque fontibus exortas, noſtri conteſtantur annales, bonique [d] ſcriptores ipſum inter ſanctos relatum, Apotheoſique donatum fuiſſe referunt. Hos antiquos Reges in his munificentiæ, miſericordiæ, & charitatis operibus, reges poſteri ſecuti ſunt. Quorum per ordinem has recenſere virtutes minime neceſſe: cùm tot ſacra ædificia, monaſteria, templa, Eccleſiæ, collegia canonica, tot poſſeſſiones ampliſſimæ illas in fronte geſtent, præ ſe ferant, atque ſua inſtitutione loquantur. Propter quæ auſus, nec ſine ratione, dicere Froiſſardus, *Regnum Franciæ fontem eſſe fidelitatis, & excellentiæ, propter nobiles Eccleſias cum tanta pulchritudine, & numero in illo conſtructas, & erectas, atque propter ſublimes, altaſque prælaturas.* Vt modum in ſcribendo ſeruemus non copiam, ſummatim ingentia illa dona, largitiones munificentiſſimas ſolummodo noteramus! quas maximo pietatis, religionis, charitiſq; Chriſtianæ flagrantes ardore, primi ſecundæ

S. Greg. Tur. l. 2. c. 37. hiſt. Franc.

Guntrani regis in Dei Eccleſiam, miniſtroſque eius munificentia, & charitas.

S. Greg. Tur. l. 9. c. 21. hiſt. Franc. & alibi.

Guntrano propter charitatẽ, & liberalitatem in Eccleſias Dei & pauperes, diuinitus oblati theſauri

Annal. Frãc. in Guntrano ann. 586.

b Pſal. 36.

Septuag.

c S. Aug. in Pſal. 36.

Dagobertum ſacra largitiones in Eccleſias Dei, ſanctorũ catalogo adſcripſerunt.

d Annal. Frãc. Gaguin l. 3. hiſt. Franc. c. 3 in fin.

Froiſſard. to. 2 Chron.

Secundæ ſtirpis regum Galliæ magnificentiſſima in Eccleſias Dei, ſedemque Apoſtolicam largitiones.

A propaginis, ſtirpiſque Franciæ regum patres Pipinus, Carolus M. Ludouicuſque pius, in ſedem Apoſtolicam, Eccleſiam Romanam, reliquarum orbis Chriſtiani matrem, magnificentiſſimè trãsfuderunt; omiſſis, prætermiſſque ſilentio, innumeris prope donationibus ditiſſimis, quas illi religioſiſſimi reges, & imperatores in particulares Catholicæ communionis Eccleſias, monaſteria, templa, collegia ſacra huius regni, Germaniæ, Italiæ, ac aliarum regionum, in quibus contra barbaros, infideles, tyrannoſque victricia fuerunt vexilla, contulerunt: quæ vix præ multitudine numerari poſſent. Ordiamur à Pipini munificentiſſima pietate, & liberaliſſima in Apoſtolicam ſedẽ charitate, quam deuicto Aiſtulpho tyranno, Longo-

B bardorum rege multis illuſtribus prouinciis, & vrbibus magna cum reuerentia locupletauit, neglectis, contemptiſque legati Conſtantinopolitani precibus importunis à victore Pipino reſtitutionem Rauennæ, aliarumque huic finitimarum vrbium Domino ſuo Imperatori flagitantis, vt his verbis teſtatur Anaſtaſius. [e] *At nequaquam valuiſſi, miſſi omnino tã ſati Chriſtianiſſimi, atque benigniſſimi, & fidelis Dei, & amatoris beati Petri Apoſtoli, ſcilicet anteſati Pipini Francorum Regis inclinare cor, vt eaſdem ciuitates, & loca imperiali tribueret ditioni: aſſerens idem Dei cultor mitiſſimus Rex, nulla penitus ratione eaſdem ciuitates à poteſtate Beati Petri, & iure Eccleſiæ Romanæ, vel Pontificis, Apoſtolicæ ſedis quoquo modo alienari pati, affirmans ſub iuramento, quod nullius hominis fauore ſeſe certamini ſæpe dediſſet, niſi pro amore beati Petri, & venia delictorum. Aſſerens*

C *& hoc, quod nulla eum theſauri copia ſuadere valeret, vt quod ſemel beato Petro obtulit, auferret. Et hoc prædicto imperiali miſſo reddens in reſponſis continuo eum ad propria remeandum per aliam viam abſoluit, qui & ſine effectu Romam coniunxit.* (Scilicet comitatus eſt miſſus regem,) pergit Anaſtaſius. *Dum verò anteſatus benigniſſimus Pipinus Francorum Rex Papiam obſidens conſtringeret ciuitatem, tunc Aiſtulphus atrociſſimus Rex Longobardorum, vt veniam ſibi tribueret rogauit, & quas prius contempſerat conſcriptas in pacti fœdere reddere ciuitates ſe modis omnibus profeſſus eſt redditurum, & denuo confirmato anteriori pacto, quod per elapſam octauam indictionem inter partes conuenerat, reſtituit ipſas ciuitates, addens & caſtrum, quod cognominatur Comaclum, ſeu Comiaclum, de quibus omnibus receptis ciuitatibus donationem in ſcriptis Beato Petro, atque ſanctæ Romanæ*

D *Eccleſiæ, vel omnibus in perpetuum pontificibus Apoſtolicæ ſedis emiſit poſſidendam, quæ & vſque hactenus in Archiuo ſanctæ noſtræ Eccleſiæ recondita tenetur. Ad recipiendas vero ciuitates miſit ipſe Chriſtianiſſimus Francorum Rex ſuum conſiliarium, id eſt Fulradum venerabilem Abbatem. Et continuo eius eximietas cum ſuis exercitibus Franciam repedauit.* Has verò ciuitates à Pipino datas Stephano Papæ, & eius ſucceſſoribus Pontificibus Romanis perenniter poſſidendas ita Anaſtaſius enumerat. *Rauennam, Ariminum, Piſaurum, atque Fanum, Ceſenã, Senogallias, Eſium, forum Pompilij, forum Liuij cum caſtro Suſſubio, Montem Feretrum, Acerragium, Montem Lucari, Serram, caſtellum ſancti Marini, vel Mariani, Bobium, Vrbinum, Gallium, Luceolos, Engubinum, Comiaclum, ſeu Comaclum, nec non ciuitatem Narnienſem, quæ à ducatu Spoletano à parte Romanorum per euoluta ſpatia fuerat inuaſa.* Hanc Pipini Regis donationem ad maiores adbuc latioreſque multò priore ab Anaſtaſio narrata, terminos

Pipinus victo Aiſtulpho multas prouincias vrbeſque Rom. pont. donat S. Petri patrimonio inferendas.

e Anaſt. bibli. in vita Steph. 3 pap. ex Bar. tom 9. annal. ann. 755.

Pro amore Beati Petri, & pro remiſſione ſuorum peccatorũ Pipinus Rex cõtra Eccleſiæ Dei hoſtes pugnauit.

Reddita ſedi Apoſtolicæ ciuitates à Pipino addito Comaclio caſtro.

Enumeratio vrbium à Pipino datarum Rom. eccleſiæ.

Leo Ostiensis ampliorem Pipini dominationem facit. l. 1. Hist. Cassin.

Leo Ostiensis extendit hæc dicens. *Fecit autem idē inclytus rex vnacum filijs concessionem beato Petro eiusque vicario de ciuitatibus Italiæ, & territorijs per designatos fines à Lunis, cum insula Corsica, inde Suranum, inde in montem Bardonem, Versetum, Parmā, Regium, Mantuam, & montem silicis, simulque vniuersum exarchatum Rauennæ, sicut antiquitus fuit cū prouincijs Venetiarum, & Istria, cunctum ducatum Spoletinum, & Beneuentanum, eamque donationem, filiorum, plurimorūque iudicū, & optimatum subscriptione roborauit. Demum idem Rex vna cum Romano Pontifice in Italiam veniens, Rauennam, & alias viginti ciuitates eidem Aistulpho memorato sublatas Apostolicæ sedi subiecit: cuius rei gratia Romanus patritius constitutus est.* Propter quas tam copiosas, locupletes, tāque latè patētes possessiones in Romanam Ecclesiam, incrementumque S. Petri

B

patrimonij à munifica pietate, charitateqoe profusa Christianissimi regis Pipini profectas, Romanus Papa Stephanus tertius minimè tot piarum largitionum ingratus, & immemur, orando iocessabili voce, & corde pro eo in gratiarom actionē, ad honc religiosissimum principem referibens, miris eum mactauit honoribus, benedictionibusqoe cumolauit insignibus: cum inter præclarissima multa, ista in laudes tanti defensoris Ecclesiæ cum gaudio, & sancta exultatione gestiens ore prufundit. *Hæc me plerumque etiam in momento horarum excitant, indeflexibili oculo pro immensa bonitatis tuæ, & vniuersæ gentis Francorum sospitate omnipotenti Deo fundere preces: denique amantissime, & à Deo inspirate victor, fælix, & diuina prudentia fortissime rex, qualiter Beatus Petrus Apostolorum princeps tuæ deuotionis affectum, quem pro eius causa decertans adhibuisti, susceperit, ipsa cūctis liquido vestra vita testatur. Scriptum quippe est. Vota iustorum placabilia. Libet quippe omnino excellentissime fili, tuæ bonitati magnas gratiarum persoluere laudes, & nomen Domini, pro tam maxima benignitate glorificantes, exhilarata voce canere. Benedictus Deus Israel, quia visitauit plebem suam, & redemptionem cupiens facere populo suo, suscitauit te nobis Christianissime victor rex diebus nostris fortissimum liberatorem. Quid enim aliud nouum te dixerim Moysem, & præfulgidum asseram Dauid Regem; quoniam quemadmodum illi ab oppressionibus Allophylorum populū Dei liberarunt, ita tu quoque benedicte à Deo victor fortissime rex tuo certamine Ecclesiam Dei, & eius afflictum populum ab hostium impugnatione eruere studuisti.* Post hæc votis his principem Christianissimum benedictionibusque perfundit, dicens. *Benedictus es eximie fili à Deo excelso, qui fecit cælum, & terram, & benedictus Deus, quo protegente in manibus tuis hostes sunt. Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ, & tuos amantissimos natos, meosque spirituales filios Dominum Carolū & Carolomannum, à Deo institutos Reges Francorum, & patritios Romanorum, cum Christianissima eorum matre, excellentissima regina dulcissimaque coniuge, fideli Dei spirituali nostra commatre tueatur, & in omnibus protegat. Dilatet Deus semen vestrum, & benedicat in æternum, atque solium regni fruendum concedat, & vniuersam gentem Francorum sub vestra ditione permanentem illæsam custodiat.* Ita post hæc valedicendu fatur:[h] *Vale in Domino Rex benignissime, quia per te sancta Dei Ecclesiæ inimici humiliati sunt, & magna lætitia ipsa Dei Ecclesia est releuata, & eius peculiaris populus iucundatur: & per te benedicitur Deus, pro quo & eius benedictio super te plenius est effusa; gaudium enim*

In agnitionem tot beneficiorū Rom. Pontifex Stephanus maximis Pipinum honoribus, encomiis, benedictionibusque cumulat.

Epist. Steph. papæ ad Pipinum Regē.

C

n Prouerb. 15.

Moysi, & Dauidi Pipinum Papa comparat.

D

Stephani Papæ benedictiones, quas super Regem Pipinum regnumque Francię fundit.

h Ibi. in fi. ep. Quanta bona victus Pipini attulit Ecclesiæ, & regno.

A

vberrimum in vniuersum orbem terrarum intulisti: magna sunt hæc, & omnipotentis Dei laudibus tribuenda: sed inter hæc misericordissimi Dei nostri clementiam indesinenter petimus, vt cælestis sui regni gaudio vobis tribuat viriffitudinem, &c. Sed hæc satis de patre ad eius filij Caroli M. pietatem in sanctissimam S. Petri cathedram, munificentiam, charitatemque veniamus. Quem idem qui supra bibliothecarius Anastasius omnes illas rut prouinciarum, & vrbium donationes factas à patre Pipino cum Romam venit, magnificè receptus ab Hadriano summo Pontifice, & vniuerso elero confirmasse refert; eamque propria mano subscribēdo corroborauisse, in qua vniuersos Episcopos, Abbates, iudices etiam, & (vt ipse bibliuthecarios loquitur) *graphiones subscribere voluit, se sub terribili sacramento omnia, quæ in ea donatione continebantur, conseruaturum promittens, &c.* Præter quam paternæ donationis confirmationem, alia bona quamplurima, Ecelesiis, præcipuè Rom. contulit, ex spoliis, gazisq; iure belli victorū, domitorumque hostium Hunnorū sibi partis, vt [d] Eginarthus in eios vita recenser, cuius verba sunt. *Tota in hoc bello Hunnorum nobilitas perijt, tota gloria decidit, omnis pecunia, & congesti ex longo tempore thesauri direpti sunt, nec vllum bellum contra Francos exortum humana potest memoria recordari, quo illi magis ditati, & opibus aucti sunt, quippe cum vsque in id temporis pene pauperes viderentur, tantum auri, & argenti in regia compertum, tot spolia pretiosa in prælijs sublata, vt merito credi posset, quod prius Hunni alijs gentibus iniuste eripuerunt, hoc Francos iuste Hunnis eripuisse.* Atque hos thesauros iure belli iustè partos Carolum M. in Ecclesias, præsertim in sedem Apostolicam effudisse idem author memoriæ prodidit, & cum eo Ado Vienēsis dicens: *Thesaurorum ex Hunnis, siue Auaribus iustè ereptorum partem, ille* scilicet Carolus M. *gratiam Deo referens ad memoriam sanctorum Apostolorum inde misit, partem officialibus regni, & Ecclesiis aliis distribuit.* Sic qootiescumque diuina secum Christi pugnante virtute de hostibos Dei, religionisque Christianæ oouos reportabat triumphos, semper de spoliis eorum Dei cupiebar ornare, & locupletare Ecclesias, super omnes, sedem Apostolicam. Cui plerumque vniuersas prouincias, suis armis edomitas, subiugatasqoe consecrare solebat, vt Saxoniam, quam deuictam à se, S. Petro, eiosque successoribos obtulit, donoque consecrauit, vt [g] Gregorius 7. in epistola ad Albanensem Episcopum, & principem Salemitanū, per legaros suos in Gallia cōmorantes cum euthoritate Apostolica ita declarauit. *Idē verò magnus Imperator Saxoniam obtulit Beato Petro, cuius eam deuicit adiutorio, & posuit signum deuotionis, & libertatis, sicut ipsi Saxones habent scriptum, & principes illorum satis sciunt.* In eadem epistola hunc Christianissimum regem, collectam qootannis in vniuerso regno, S. Petro, id est Romanæ Ecclesiæ soloendam indoxisse, & præcepisse scribit: longè ante huius Pontificis tempora Hadrianus primus huius Christianissimi regis ingentia S. Petro, Ecclesiæque Romanæ reliquarum matri, ac principi oblata dona ac munera magnificans, & laudibus maximis exaltans, ab illis summæ iunctis obedientiæ erga sedem Apostolicam victorias, triumphos, mirasque prosperitates, quibus huic Deus principi generosissimo, ac in Ecclesiā munificentissimo gratificatus est, emanasse dicit. Dū Imperatores, & Augustus uriētales Cōstanti-

Caroli M. in sedem Apostolicam largitiones, paternarū donationum confirmationes ab eo factæ.

Anastas. bibl. in Hadr. 1.

B

d Eginarthus in vita Caroli M.

Ingentes thesauros ab Hunnis victis Carolus M. eripuit, quibus S. Petri patrimonium, & alias Ecclesias locupletauit.

C

g Greg. 7 l 8. ep. vlt. in fin.

D

Saxoniam deuictam à se S. Petro consecrauit.

Collectam annuam Ecclesiæ Rom. præstandam in Gallia Carol. M. induxit.

Caroli M. proſperitates ab eius in Eccleſiã munifica charitate, & obedientia Romano Pontifici præſtita.
Hadria. 1. epi. ad Imp. Conſtant. & Iren.

num, & Irenem matrem ad principis huius imitationem virtutum, pro ſua fœlicitate, imperijque ſalute ita cohortatur. *Et nunc ſuper omnes barbaras nationes Beato Petro principe Apoſtolorum vobiſcum comitante, eritis in triumphis victores, ſicut filius, & ſpiritualis cõpater noſter Dominus Carolus rex Francorum, & Longobardorum, ac patricius Romanorum noſtris obtemperans monitis, atque adimplens in omnibus voluntates omnes Heſperiæ, occiduæque partis, barbaras nationes ſub ſuis proſternens conculcauit pedibus, omnipotentatum illarum domans, & ſuo ſubijciens regno adunauit: vnde per ipſius laborioſa certamina, eidem Dei Apoſtolicæ Eccleſiæ ob nimium amorem, plura dona perpetuo contulit poſsidenda, tam prouincias, quam ciuitates, ſeu caſtra, & cætera territoria, imo & patrimonia, quæ à perfida Longobardorum gente detinebantur, brachio forti eidem Dei Eccleſiæ reſtituit, Puta quondam à M. Conſtantino ſancto Romano Eccleſiæ conceſſa, eiuſ & iure eſſe dignoſcebantur. Sed & aurum, atque argentum quotidie pro luminariorum concinnatione, ſeu alimonijs pauperum non deſinit offerre, quatenus eius regalis memoria non derelinquatur in ſeculum ſeculi, &c.* Sic ſemper Deus Carolo Magno eò maiorem de hoſtibus triumphandi campum, viamque proſperitatis aperuit, quò maior Eccleſiæ defenſor, obedienſque benefactor extitit: illi Regi effectu præſtando, quod olim Cyro per Eſaiam ſub hac verborum formula ſpoponderat.[a] *Subijciam ante faciem eius, gentes, & dorſa Regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & poſt non claudentur. Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo, portas æreas conteram, vectes ferreos confringam.* Completumque in Carolo Magno & eius exercitu illud Moyſis ad Iſraelitas[b] ſub Ioſue pugnaturos. *Nullus ſtabit cõtra vos, atque formidinem dabit Dominus Deus veſter ſuper omnem terram, quam calcaturi eſtis.* Quo duce prælіante prælia Domini pro eius defenſione ſponſæ caſtiſſimæ, ac ſedis Apoſtolicę gloria Deus truculentos, feroceſque tyrannos[c] *Humiliauit, ſicut vulneratos ſuperbos,* iuſtãque Eccleſiæ ſuæ ſpõſæ occinendi occaſionẽ, cũ gaudio, & exultatione dedit.[d] *Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas, & conuerſus viuificaſti me, & de abyſsis terræ iterum reduxiſti me, multiplicaſti magnificentiam tuam, & conuerſus conſolatus es me:*[e] *nam & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi. Hæc mutatio dexteræ excelſi,* vt cui ſanctiſſimæ fidelium matri, per immaniſſimos Chriſti, & religionis hoſtes[g] ad veſperum demorabatur fletus; ad matutinum, per ſtrenuiſſimum, Chriſtianiſſimumque Regem lætitia veniret. Propter hoc iure huic ſacratiſſimæ fidelium parenti, omnibuſque ſacro eius concluſis gremio Catholicis merito tunc lætabundis exclamare licuit. *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Sed habeat modum oratio, & relictis, quæ copioſius de his maximi Regis, & Imperatoris ampliſſimis meritis, muneribus, atque virtutibus in obſequium, defenſionem, gloriam, proſperitatemque conuerſis Eccleſiæ dici poſſent (quæ commemorare non obliuiſcemur inferius) ad eius filium Ludouicum Pium breui, rectoque diſcurſu properemus. Cuius conſtitutio de confirmatione donationis patris, & aui factæ Eccleſiæ, eiuſque ſummo paſtori pontifici Romano in conuentu Aquiſgranenſi ſolemniter edita eſt: De qua apud[h] Leonẽ Oſtiẽſem mentio celebris habetur. Et Gratianus principium, & finem huius conſtitutionis in corpus ſui

a Eſaiæ 45.
b Deut. 6. 25.
c Pſal. 88.
d Pſal. 70.
e Pſal. 76. v. 11.
g Pſal. 29. v. 6.
Luc. c. 2.

Ludouici Pij munificẽtia in Eccleſiam, ſedemque Apoſtolicam charitas.

h Leo Oſtiẽſ. l. 1 c. 18.

A decreti tranſtulit: prout argumento de quo agebatur, inſeruiret. Sed totam, & integram conſtitutionem, pro confirmanda hac Pipini, & Caroli M. Eccleſiæ facta donatione, habes apud[i] Baronium tom. 9. anno 817. numero 10. & ſequentibus vſque ad numerum 15. Quam ex Vaticanis monumentis quæ iuxta multitudinem datorum munerum longiſſima eſt, extraxit: ad quem propterea lectorem remitto, ne præ nimia huius conſtitutionis longitudine caput præſens in immenſam cum tædio molem orationis excreſcat. In qua lectori intueri licebit donationi paternæ Carolum M. multa alia dona, & munera, vrbes, caſtella, prouincias, aliaſque diuitias, & opes adiunxiſſe. De aliorum Regum Franciæ huius ſe-

B cundæ propaginis regiæ religioſa munificentia dicerem, niſi ex vngue leo cognoſceretur, & ex paucorum regum charitatis, atque munificentiæ commemoratione, cæterorum etiam regum poſterorum pietatem, charitatemque diſcere facilè, & forti coniectura aſſequi poſſemus,[k] cum *fortes creari ſoleant fortibus. Nec imbellem feroces progenerent aquilæ columbam.* Adde quot vt ait ille.

Qui viret in folijs venit à radicibus humor,
Sic patrum in natos abeunt cum ſemine mores.

Hoc porro huius munificæ pietatis, charitatiſque liberalis in Eccleſia Dei in alijs Regibus claruiſſe fulgorem, firmum eſt argumentum, tam longa ſcilicet cum honore, benedictione, & gloria regni Francorum per tot ſæcula tantummodo bis à mille, & ducentis ferè annis ſtirpe Regum mutata, duratio, quæ ad hunc vſque diem tanto

C cum honore, virtute, gratiaque diuina, in tertia ſtirpe ab Hugone Capeto deducta perſeuerando roboratur, magis inexpugnabili firmitate viget, & vt ſpero, ſicut opto per Dei gratiam floreſcet, pluſquam *Mariana illa quercus, ſeclis innumerabilibus.* Vnde ſi ex tertia regia illa propagine vnius, aut alterius regis in Eccleſiam Dei, illiuſque membra pauperes munificam charitatem meminiſſe liceret: minimè Sancti illius, pijque Roberti Regis obliuiſcerer, qui eo maximè delectabatur in vita, quamplurimos Dei ſeruos, & Eccleſiæ miniſtros regijs beneficijs cumulare, Eccleſias munifica bonorum largitate locupletare, atque à pauperibus Chriſti Domini membris neceſſitates, penurias, afflictioneſque pia bonorum profuſione repellere. Quod tanta cum humilitate, affectuque charitatis operaba-

D tur: vt ſingulorum pauperum manus, quibus ſuas misericorditer fundebat opes, magna cum deuotione deoſcularetur: ſicut in eius vita Regis Helaldus fideli teſtatione confirmat. Nec de S. Ludouici munificentiſſima in Dei Eccleſias, in eius miniſtros, ſacerdotes, paſtores, inque pauperes Chriſti membra, charitate, ſilendum nobis eſſet: niſi tot Eccleſiæ, tot Monaſteria, tot Xenodochia, tot ædes miſericordiæ, hoſpitalia afflictorum, cæcorum, leproſorum, alijs quamplurimis perculſorum infirmitatibus, languoribuſque receptacula tacendo clamarent: & non linguis, ſed ædificijs, reditibuſque annuis tanti Regis ſanctiſſimi miſericordias immenſas, charitateſque magnificando prædicarent. Et niſi Sanctus ipſe non ſolùm Galliam, regnum Chriſtianiſſimum, ſed omnes habitationis Chriſtianæ regiones, & oras, fide, religione, miſericordia, charitate, cæteriſque Chriſtianiſſimo Rege digniſſimis virtutibus theatrum, ſanctuariumque conſtruxiſſet: quod

Ludouici Pij Imp. munatio, & confirmatio bonorum, & poſſeſſionum Eccleſiæ Romano ab eius auo & patre datorum.
Gratian. can. ego Ludou. diſ. 63
i Baron. tom. 9. an. 817. n. 10 vſque ad 15.

k Horat.

Magna charitas, & humilitas regis Roberti in pauperibus miſericorditer opes erogando.

Helald in vita Roberti regis.

Maior munificentiſſima in Eccleſias Dei, pauperesque Chriſti charitas S. Ludouici laus, quàm, vt oratione declarari poſſit.
Annal. Franc. S. Ludou.

Regum Christianiss. virtutes Gallis suis maximam verò lætandi occasionem præbuerunt, veramque censentur exultationem

perpetuis de illius gloria laudibusque sanctissima amœnitate resonat, æternumq; resonabit. Propter quas sanctissimi principis, & posterorum ab eo descendentium Franciæ regum virtutes, quas tacitus prætereo, omnes Galli harum cultores, adoratoresque virtutum ad vera gaudia, his prophetæ vocibus inuitari, & dulcissimè compellari meruerunt.[a] *Lætamini, cum Ierusalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam, gaudete cum ea gaudio vniuersi, qui lugetis super eam, vt sugatis, & repleamini ab vbere consolationis eius, quia hæc dicit Dominus. Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium. Ad vbera portabimini.* (vt scilicet cum virtutibus principum vestrorum lac benedictionis, prosperitatisque diuinæ sugatis) *& super genua blandientur vobis* (scilicet clementissimi, & charissimi principes vestri) A *quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos*, per virtutes principum vestrorum à mea gratia profectas, *& in Ierusalem consolabimini*; in Ecclesia nempe Catholica, Apostolica, & Romana, quæ est vera pacis, & veritatis Christianæ visio. O quantis principes illi sancti honoribus, & amoribus populorum digni sunt! qui obedientia filiali, munifica bonorum largitate, profusaque beneficiorum, de charitatis eductorum thesauro magnificentia, sanctissimam matrem venerantes Ecclesiam, & eam exhilarando colentes, dum sic misericordem Christi Domini gratiam, benedictionesque cœlestes sibi demerentur, tot in populos suæ maiestati creditos vera gaudia, exultationesque salutares in conspectu Dei transfundunt.

a Esaiæ c. 66.



LIBER OCTAVVS.

QVI EST SECVNDVS DE REGNO, Regibúsque Franciæ Christianissimis, atque primogenitis Ecclesiæ filÿs.

CAPVT I.

Hæc pro tribus capitibus sequentibus.

De vicissitudine prosperitatum, & miseriarum, quæ alternatim Galliæ populis, eorumque principibus, & Regibus aduenerunt: posteritates quidem semper, quandiu Reges Galliæ, & subditi cultu immaculato, ferutentes Deo, Ecclesiæ, ac illius monarchæ Romano Pontifici deuotè paruerunt, contra verò miseriæ quoties à tali cultu, obsequioque religioso recesserunt.

1. *Generalis propositio, ex Dei promissione, & comminatione virtus prosperitates, vitium miserias in rep. regnoque causatur.*

2. *Ante monarchiam Francorum in Gallia stabilitam multæ à virtutibus prosperitates, multæque a vitÿs miseriæ.*

3. *Maxima Gallorum iniquitates tempore Saluiani maximarum genitrices miseriarum.*



SEMPER gloria, honor, fœlicesque rerum maximarum, & memorabilium successus in regno Dei, quod est Ecclesia, congregatioque fidelium in terris, virtutis, fidei religionisque immaculatæ comites extiosse facto ipso, exemplorumque inductione clarissime cognoscuntur. Sicut è contrario ignominiam, dedecus,

A & extremas aduersitates à tergo regum, ac populorum, crimina, infidelitas, impietasque secum vexisse, quas in priuatas, resqoe publicas immani conatu profunderent, experientia clamante, monstranteque perhibentur. Hoc Dei eloquium verum nimis. [a] *Si volueritis, & audieritis me bona terræ comedetis: quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum est.* In cuius rei confirmationem quondam apud Eusebium ita Antoninum Imperatorem pro Christianorum defensione Melito Sardianus Episcopus affabatur. [b] *Diuina, quam nos excolimus religio antea inter barbaros insigniter viguit, quæ cum apud gentes tuas præclaro, & eximio Augusti regno floreret, ipsi imperio, quo tu potiris cum primis fausto, ac fœlici præsidio fuit. Nam ex eo tempore Romani imperij fines magna cum amplitudine, & splendore dilatati sunt, cui tu non modo iam successor fortunatus es, sed etiam cum*

B *posteris futurus es, modo diuinam illam religionem tuearis, quæ simul apud vos, cùm incœpta, tum vna cum imperio enutrita, quam planè* [c] *maiores tui magnopere coluerunt.* Quàm fœlix regnum, & respublica ista Christiana sit, in qua veræ Catholicæque religionis cultus viget, eiurata, expulsaque omni impietatis, hæreseosque contagione, Martinus Papa in synodo Lateranẽsi primo declarauit. Cũ contra typũ Cõstantis Imperatoris, id est edictum de fide (quod Catholicam tamen fidem de duabus Christi volontatibus, fraude, & dolis Pauli Episcopi Constantinopolit. aperti schismatici, & occulti hæretici sub proditione nefanda oppugnabat) in fine synodi, id est in peroratione vltimi secretarij, scilicet consultationis, seu sessionis, actionisque, ita in confirmationẽ nostræ senteotiæ locutus est. *His itaque à nobis piè promulgatis, & cum omni subtilitate secundum dominicam præceptionem zizania quidem, & omnes facientes scandala, cum pallato, & heretico intellectu eorum igni canonica*

[a] Esaiæ c.1.v. 20.

[b] Euseb. hist. l.4.c.27.

[c] *Vt Augustus Christum illi in libr. Sybillo oraculo mõstrante, & Tiberius, qui auditis mirabilibus Christi eum inter Deos imperij inferre voluit.*

Martinus Papa in fine synodi Lateranensis 1. contra impium typum Constãtis Imp.

Quàm fœlix regnū, & ciuit. ab omni iniquitate, & contagione hæreseos, ac schismatis liberatū.

sententiæ ex Apostolica authoritate proijcientes, tristium autem orthodoxæ, & Apostolicæ fidei nostræ Christianorum, in horreum, id est Catholicam Ecclesiam per ventilabrum paternæ doctrinæ firmius congregantes, victores ei cum propheta Sophonia cantemus Hymnos. Gaude nimis, ô filia Syon, prædica filia Ierusalem: abstulit Dominus à te iniquitates aduersariorum tuorum: liberauit te de manu inimicorū Dominus in medio tui, non videbis mala vltra omni explosa nouitate hæretica, & omni confirmata in te orthodoxa fide in possessione vitæ æternæ per ipsum Christum Dominum Saluatorem animarum nostrarum: cui gloria, honor, veneratio, imperium cum sancto spiritu nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

Sophon. c. 3.

Quantæ verò aduersorum casuum, calamitatumque percussiones ex antris vitiorum, impietatum hæreticarum, schismatum, & aliarum in Deum, Ecclesiamqoe Catholicam rebellionum fætidis erumpentes magna regnorum, societatumque ciuilium corpora lædant, lethaliterque vulnerent manifestè satis intelligimus ex his, quæ Iodæis, in Deuteronomio minatus est Deus, quæque aduenisse postea rebellibos illis, & incircumcisis cordibus non audientibus vocem Domini terribili exitio sanctæ testantur historiæ.[a] *Venient* (inquit Moyses) *super te omnes maledictiones istæ* (scilicet de quibos copiosè supra) *& persequentes apprehendent te, donec intereas, quia non audisti vocem Domini Dei tui, nec seruasti mandata eius, & ceremonias, quas præcepit tibi: & erunt in te signa, & prodigia, & in semine tuo vsque in sempiternum, eo quod non seruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque lætitia propter rerum omnium abundantiam. Seruies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus. In fame, & siti, & nuditate, & omni penuria, & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam donec te conterat, adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem aquilæ volantis, cum impetu, cuius linguam intelligere non possis, gentem procacissimam, quæ non deferat seni, nec misereatur paruuli, & deuoret fructum iumentorum tuorum, ac fruges terræ tuæ donec intereas, & non relinquet tibi triticum, vinum & oleum, armenta boum, & greges ouium donec te disperdat, & conterat in cunctis vrbibus tuis, & destruantur muri tui firmi, & sublimes, in quibus habebas fiduciam in omni terra tua, obsideberis intra portas tuas in omni terra tua, quam dabit tibi Dominus tuus.* Ab istarum calamitatum contactu longè semper abfuerunt Galli, quandiu virtus, fides, pietas, religioque Christi syncera illustrauit eos: aquarum virtutum splendore, magna illis etiam, priusquā Francorum monarchia in Gallia fūdata, & radicata firmaretur, gloriæ lux, & fœlicitatis illuxit, quod sanctus Hilarius[b] ingenuè professus est, cum præclaro illos, per apostrophem exclamans honorauit elogio. *O beatos in Domino, & gloriosos, qui perfectam, atque Apostolicam fidem conscientia, & professione Dei retinentes conscriptas fidei huiusque nescitis, non enim eguistis litera, qui spiritu abundatis, neque officium manus ad scribendum desiderastis, qui quod corde à vobis credebatur, ore ad salutem profitebamini.* Illis maximè gloriosum fuit sub Constantino Magno Imperatore [c] religiosissimo, de ferocissimis tyrannis, ad interitum, funusque Christianæ religionis efferatis in principio triumphasse: & postea Constantio hæretico Ariano Magni illius filio proli tanto indignissimæ parente extitisse terrori: quos permetuens impius Imperator sanctum Hilarium in oriente relegatum ad suam Ecclesiam Pictauensem, gregemque pascendum remisit. A Valentiniano iuniore ab hæretica matre corrupto in causa religionis auertuntur: alium Arianum Imperatorem Valentem non minus generosè despiciunt, quàm religiosè detestantur. Adeo hæreticos semper, eorumque impias falsitates execrati, vt primi ferè ex omnibus mundi nationibus in sanctæ matris Ecclesiæ gyrum, sinumque recepti extrema supplicia, capitalesque pœnas[d] aduersus hæreticos, vtpote Priscillianistas statuisse, sumpsisseqoe videantur. Ita Gallorum gloria prosperitasque creuit in dies! Sed proh dolor! Gloria hæc atque fœlicitas cum fidei, religionisque Catholicæ alteratione protinos emarcuit, & excitato ab inferis immanissimo diaboli ministro Vigilantio, mortiferos suarum abominationum, impietatumque hæreticarum fætores ore venenato per Gallias exhalante, infinitis propemodum ludibrijs, populationibus, ærumnisque succubuit. In cuius horribilis inferorum mancipii execrandas abominationes, ita lugendo, lamentandoque sanctus Hieronymus excanduit.[e] *Dicis Vigilantium, qui κατ' ἀντίφρασιν hoc vocatur nomine (nam Dormitantius rectiùs diceretur) os fætidum, rursus aperire, & putorem spurcissimum contra sanctorum martyrum proferre reliquias, & nos qui eas suscipimus appellare Cinerinianos, & idololatras, qui mortuorum hominum ossa veneramur. O infœlicem hominem, & omnibus lachrymarum fonte plangendum, qui hæc dicens non se intelligat esse Samaritanum, & Iudæum.*[f] Et libro primo contra hunc hæresiarcham mille dignum maledictionibus, ausum, illius execrabile, contra immaculatam fidei sanctitatem Gallorum virgineumque Catholicæ religionis eorum florem detestando, post enumerata abominabilis doctrinæ, hæreseosque sceleratæ monstra, & prodigia, qoæ per varias terrarum orbis plagas, & oras ad animarum interitum, ruinamque effrenatius insaniebant, hæc de antiqua Gallorum fidei puritate subiunsit. *Sola Gallia mōstra non habuit, sed viris semper fortissimis, & eloquentissimis abundauit, exortus est subito Vigilantius, seu veriùs, Dormitantius, qui immundo spiritu, & martyrum neget sepulchra veneranda.* A quo tempore Gallia cæpit in nationum Catholicarum conspectu, atque iudicio fætere, & fætidum corruptæ fidei sensum atque religionis exhalare, hinc Gallorum fundi calamitas. Hinc eorum prima mali labes; hinc abyssus corruptionis abyssum infœlicitatis inoocauit: hinc innumerabilium malorum afflictionumque publicarum totam Galliam torrentes inundarunt; testante Diuo Hieronymo, atque propter hæc ita loqoente.[g] *Præsentium miseriarum pauca præcurram: innumerabiles, & ferocissimæ nationes vniuersas Gallias occuparunt, quidquid inter Alpes, & Pyrenæum, quod Oceano, & Rheno includitur, Quadus, Vandalus, Sarmatha, Alani, Gypedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemani, & ô lugenda respublica hostes Pannonij vastarunt, etenim Assur venit cum illis, &c.* Et qood in his calamitatibus calamitosius existimabatur, erat deprauatorum morum incorrectio, & obstinata in peccatorum cōtinuatione diuturnitas, adeo vt Saluianus Episcoporum sui seculi magister in has flebiliter erumpere voces coactus sit.[h] *Galli hisce flagellis attriti, nō correcti, nō moribus*

a Deut. c. 28.
Quantas calamitates ciuitales que miserias impietas sceleraque resp. pariunt.

1 Pars.
Galli ante monarchiæ erectionem beati propter pietatem, & fidem & contrà propter impietatē hæreticam miseri.

b S. Hilar. l. de synod contra Arianos.

c Euseb. l. 5. c. 3. & 3 li. de vita Constant.

Galli sub Constantino M. de tyrannis Ecclesiæ persecutoribus triumphant.

Constantio hæretico Imperatori per suam generosam pietatem terrori sunt Galli, alios Imperatores similis impietatis peste contaminantos detestantur.

d Seuer. Sulp. l. 2 hist.

3 Pars.
Galli miseri propter impietatem hæreticā

e S. Hieron. epist. 37 ad Riparium.

f S. Hieron. l. 1. cōtra Vigil.

Psal. 41

g S Hieron. epist ad Ageruchiam anno 407.

Saluian. l. 6. num. 412.

[e]*mendati, sed deteriores redditi*, quod ita Deum ad A indignationis æstum, iræque prouocauit; vt prioribus hostibus ferinis, & immanibus ferociores, crudelioresque barbaros, Gothos videlicet excitauerit. Quibus asperiùs immites in Gallos habenas sæuiendi relaxauit. Anno enim 412. vt Prosper [a] Aquitanicus author est, Gothi relicta Italia sub Athaulpho rege Gallias omnes vndequaque circumuallarunt, obsederunt, & furiosiùs adorti ferro, flammaque vastarunt. Quæ mala, tamen adhuc Gallorum inferiora peccatis, dicente [b] Cassiodoro, *magna Dei vindicta, sed maiora hominum scelera*, funesto, luctuosoque stylo Saluianus [c] octo libris de prouidentia Dei describit: vt cum libro 3. hæc ait: *ipsa Ecclesia Dei, quæ in omnibus debet esse placatrix Dei, quid est aliud quam exacerbatrix Dei?* carpens peruersos, corruptosque B Ecclesiasticorum Galliæ mores; & post de vitæ suorum Aquitanorum scelerata cõtagione ita loquitur. [d] *In omnibus quippe Gallijs, sicut diuitijs primi fuere, sic & vitijs: nusquam enim improbior voluptas, nusquam improbior vita, nusquam corruptior disciplina: hanc pro muneribus sacris dederunt Domino retributionem, vt in quantum beneficijs ille ad se illexerat, ad propitiandum, in tantum illi flagitijs laborauerunt ad exacerbandum. An fortè falsum est, & odiosè ista dicuntur potiùs, quàm verè? Non oratoria probatione, qua vti alij in causis solent, vtar, vt producam quoscunque ad probandum aut paucos, aut extraneos, aut minus idoneos testes, ipsos interrogemus, à quibus acta sunt, falsum sit, quod diximus si negauerint. Fatentur enim, & quidem quod est grauius, sic fatentur, vt in ipsa confessione non doleant. Is enim nunc est animus* C *in fatentibus, qui in agentibus fuit. Sicut tunc non puduit flagitia committere, sic nunc omnino non pœnitet flagitiosè fecisse.* [e] *Exceptis tamen perpaucis fere sanctis, atque insignibus viris qui: vt quidam de numero ipsorum ait.*

Sparsis redemerunt crimina nummis.

Exceptis, inquit libro 7. *ijs, quos loquor, vtique etiam in illa generali colluuione vitiorum, rectè minorum criminum reos fuisse credimus, qui corrigi à diuinitate meruerunt. Non enim penitus Dominus ledit suum, cui propinatio seruatur: & quid plura? puto quod semper Deum, & in ipso errore respexerit, à quo obtinere potuit, ne diutius erraret. Cæteri autem, & plurimi ferme ac nobilissimi, prope idem omnes, pene vnus gurges omnium gula, pene vnum lupanar omnium vita.* Et cætera alia multa de corruptione, contagio- D neque nefariæ vitæ Gallorum commemorat, quę reminiscendo simul, & referendo funestissimas patriæ direptiones, populationesque publicas, ab illis profectas sceleribus, in grauissimos luctus lachrymasque fundebatur, sicut cum eo Prosper Aquitanicus ita vastationes, ac ruinas patriæ Gallicanæ maximas deplorabat.

[f] *Cumque animum patriæ subit fumantis imago,*
Et stetit ante oculos quidquid vbique perit.
Frangimur immodicum, & lachrymis ora rigamus,
Dumque pios agimus, vertimur in querulos.

a Prosper Aquit. in chro. qui hæc spectauit oculis.
b Cassiod Honorij Imper. ann. 18.
c Saluian l. 3.
3. Pars.
Maximæ Gallorum iniquitates tot miseriarum genitrices.
d Saluian. l. 3.
Confiteri crimina commissa lætando non gemendo quàm miserum.
e Intelligit Eucherium Lugd. Episcop. Prosperum Aquitanicum & alios alumnos monasterij Lerinensis.
Saluian. l. 7.
f Prosper. Aquit in præ. lib. de prouid. Dei.

CAPVT II.

Clodouæi virtutes, & filiorum eius collapsam in Gallia felicitatem & gloriã repararunt, quam postea denuo illius posteri à parentis virtute degeneres perdiderunt, Galliam calamitatibus opprimentes: sicut tempore suo, Pipinus, Carolus Magnus, eorum filij & nepotes per virtutes suas Galliam prosperitatibus repleuerunt, quam miseriis deinde posterorum vitia grauissimis oppleuerunt.

1. *Gallia Deus propter Clodouai virtutes misertus est incolis benefaciens.*
2. *Prosperitates à virtute Clodouai partas posteri in ærumnas grauissimas suis vitijs verterunt.*
3. *Lux prosperitatis & gloriæ in Galliam redit virtutibus Pipini, Caroli M. & filij Ludouici, quam posteri fœtido malæ vitæ flatu extinxerunt.*

SED miserante Deo funera Gallorũ, dum abolita scelera & immersa fluuio lachrymarum pœnitentiæ piantur, etiam calamitatum publicarum, casuumque aduersorum torrentes, gurgitesque siccantur. Venit enim Clodouæus primus Franciæ regum Christianus, tanquam bonus à Deo excitatus agricola, qui omnes infidelitatis, improbitatis, hereticæque prauitatis ab agro gallico zizanias eradicauit, & bonum in eo veræ pietatis, atque iustitiæ plantauit triticum. Omnes huius sancti suffocatores tritici, & zizaniorum improbitatis, infidelitatis, hæreticæ perfidiæ superseminatores, infideles, hæreticos, schismaticos, barbaros, Gothos, Arianos, & alios iustitiæ Christianæ, fidei, Ecclesiæ, Apostolicæque sedis hostes sæuissimos Catholici pectoris generositate destruxit; Armorum diuina benedictione victricium fortitudine deleuit. Moræ longioris impatiens, & vlteriùs pati nescius, Arianas furias, & cæteras Catholicæ fidei pestes in Gallico campo grassari; ita suas armatas acies, legionesque salutari Christi Domini tessera signatas affabatur. *Valde molestè fero, quod hi Ariani partem teneant Galliarum, eamus cum Dei adiutorio, & superatis redigamus terram in ditionem nostram.* Hinc ardor tantus, vigorque pugnandi Francorum recens ad fidem Christi vna cum rege suo conuersorum additus animis, vt armatas ferocissimorum hostium turmas, & copias multitudine innumerabiles illico consternatas, dissipatasque, partim captiuitati, partim internecioni subiugarint, ipseque Christiani ductor exercitus rex nouus Constantinus Alaricum Gothorum regem in medio campo secum pugnantem propria manu trucidauerit. Qui quotidie crescẽs, vt pietate, ac deuotione Christiana, sic bellica virtute, & fœlicitate militari semper Saluatoris

Gallia Deus misertus per aduentum Clodouæi regis.
S. Greg. Tur. l. 2. c. 37. hist. Franc.

A nostri gratia, pro quo pugnabat, strenuè victor, destructis vitiis, & cultoribus eorum, Ecclesiæ Dei persecutoribus, æternum sibi nomen, ac regno Franciæ decus immortale, prosperitatemque comparauit. Cuius virtutes posteri secuti, eandem gloriam, fœlicitatemque sibi, suisque populis suo tempore pepererunt. Quæ considerans simul, & admirans Græcus author, atque Christianus Agathias, Iustiniani Magni seculo viuens prædicere, vt coniectura poterat assequi, non dubitauerit, Francorum remp. & monarchiam maximam fore, stabilem, atque adeò diu mansuram. *Quoniam rectissima inter omnes Christianos essent opinionis*, hoc est præ aliis omnibus Catholici: quorum principes pietatem, & iustitiam obnixè, atque per eas pacem, & charitatem inter se firmarent: sicque se ipsos, ac subditos vero Dei cultui religiosè consecrantes, & iustitiæ sacris incorruptè vacantes, puritatis inimicos facile domando perderent. Propter quam pietatis, iustitiæ ciuili sociatæ, sinceram obseruantiam, amicamque fidei Catholicæ cum bonis moribus coniurationem, in Regibus populisque Franciæ relucentem, illorum fama, & gloria prosperitatibus affluens toto orbe, cum benedictione, per ora fidelium sancti Gregorij tempore vagabatur. Qui propterea [a] ad Childebertum Regem [b] Brunichildemque reginam, tunc nondum, vt postea, improbam, eius principis matrem, multum laudis honorisque largiebatur, eos ad earum virtutum perseuerantiam cohortando, cum inter alia, sic reginam illam alloquitur. [c] *Excellentia vestra prædicandam, ac Deo placitam bonitatem, vt gubernacula regni testantur, & educatio filij manifestat; cui non solùm incolumem rerum temporalium gloriam prouida sollicitudine conseruastis, verùm etiam æternæ vitæ præmia prouidistis, dum mentē ipsius in radicē veræ fidei, materna, vt decuit, & laudabili institutione plantastis. Vnde nō immerito contigit, vt regnū eius cuncta gentium regna præcelleret, quippe qui earumdem gentium creatorem & purè colit, & veraciter confitetur. Sed vt laudabilis in eo fides, cum operibus enitescat, adhortationes vestræ eum verba succendant, quatenus sicut sublimem illum inter homines prouidentia regalis ostendit, ita ante Deum magnum faciat pietas actionis.* Mitto præclara illa elogia, quæ sanctissimus idem pater, de gloria, fama, excellentia, prosperitateque regni Franciæ à regum illius, populorumque virtute, veraque in Deum pietate prodeūtibus effudit in epistola ad illum regem Childebertum scripta, quod ea nuper supra recensuerimus. Sed cùm posteri, nepotesque Clodouæi nouissimi ab illius virtutibus recedere cœperunt, sic quoque gloria, prosperaque fortuna protinus ab illis aufugit, & multarum dira miseriarum facies adorta vehementer eos exercuit. Sarraceni reliquiæ Gothorum, Arianorum, alii infideles, & barbari feroces, conglomeratis variorum exercituum viribus, atque furoribus in Gallias ab incolarum sceleribus euocati, sine vllo humanitatis sensu crudeliter omnia perdunt; omnia diuina, humanaque iura prostituentes, sanguine inebriari Gallorum effuso, necnon eorum nece, exitioque iuxta vindictæ suæ rabiem, saturari conantur. Diuisa Gallia miserè in varias scissa partes, odiis, discordiisque fratrum, vt Childeberti, Theodeberti, item alterius Theodeberti regis Metensis, & Theodorici Aurelianēsis in ea regnantiū tumulus

Agathias l. 5. de rebus Gothorū de Francis testimonium præclarum, ac vaticinium.

a S Greg. l. 5. regist ep. 6.
b Idē l. 5. ep. 5.

c l. 5. Ep. 5.

Vito probitas fidei puritati sociari debet.

S Greg l. 5. reg epist 6.

2. Pars. prosperitatis à virtutibus Clodouæi parētūs posteri suis vitijs in ærumnas maximas verterunt.

Gothi, & Sarraceni in Gallias à vitijs Gallorum euocantur ou annalibus Franc.

sibi filiisque longo bellorum furore facta est: ante filiorum vitiis prostituta, in theatrum recenti illorum sanguine tepescens, scenamque cruore fumantem triste transformata iacuit: in quibus tragicæ Francorum neces à suis, & barbaris non tam repræsentabantur, quàm ipso facto patrabantur. Inter magna, nefandaque vitia, propter quæ Clodouæi creti sanguine, postremi reges per varias, funestasque ærumnarum publicarum acerbitates ab illius Christianissimi principis gloria, regnique maiestate miserè turpiterque ceciderunt, fuerunt in res Ecclesiæ sacrilegia, simoniaca, hæresis, vt sanctus loquitur Gregorius, atque nefaria prorsus & intolerabilis laicorum indignorum, corruptorum vita, ridiculorum imperitia, turpium moribus, ad Ecclesiastica beneficia promotio, de qua sanctus Gregorius ita ad Childebertum regem scribens expostulat.

B *Quia aliqua ad nos prælata sunt, quæ & omnipotentem Deum nimis offendunt, & quamplurimi sacerdotij honorem, reuerentiamque confundunt, quæsumus vt potestatis annuente censura, modis omnibus emendetur: ne dum laudandæ deuotioni vestræ res temerariæ, ac peruersæ repugnant aliorum (quod absit) culpa, aut regnum vestrum grauetur, aut anima. Peruenit autem ad nos obeuntibus Episcopis quosdam ex laicis tonsurari, atque ad Episcopatum præcipiti saltu conscendere: & qui discipulus non fuit inconsiderata ambitione magister efficitur. Et quoniam quod possit docere non didicit, sacerdotium tantum gerit in nomine, nam laicus in sermone pristino perseuerat, & opere. Quomodo ergo pro aliorum peccatis intercessor is est, qui sua primitus non defleuit? Talis enim pastor non munit gregem, sed decipit, quia dum contradicente verecundia, non potest alijs hoc, quod ipse non fecit, persuadere, quid est aliud nisi vt plebs Dominica prædonibus populanda remaneat, & inde*

C *sumat interitum, vnde salutifera protectionis magnum debuit habere subsidium? Quod quàm prauū sit, quàm peruersum ex sua quoque ordinatione excellentia vestra celsitudo perpendat. Certum namque est, non vos ante exercitui ducem præponere, nisi cum antea acta vita virtus, & sollicitudo aptum esse monstrauerit, simul autem & illud valde execrandum nobis est nuntiatum; quod sacri ordines, per simoniacam hæresim, id est accepto pretio, conferantur. Et quia pestiferum nimis est, & sacræ Ecclesiæ vniuersali contrarium, in sacrum quempiam ordinem non meritis, sed pretio collocari: hortamur, vt tam detestabile facinus excellentia vestra prohiberi præcipiat. Nam ipse se ad hoc officium ostendit prorsus indignum, qui donum Dei pecunia mercari non metuit, & commodis præsumit appetere, quod habere per gratiam non meretur.* Valde fuit Rex optimus Guntranus anxius, solicitusque, propter grassantia multa in regno suo scelera, à quibus ma-

D ximas aduersitatum, malorumque tempestates, atque procellas in sui nauem imperij impetu magno ruituras præsentiens, omni quacumque ratione potuit talibus vitiis regnorum, societatumque humanarum pestibus occurrere, atque salutari correctione mederi conatus est. De qua regis expostulatione, contra hæc scelera, cordis tacti dolore intrinsecus, deque adhibito talibus animi morbis ab illo rege remedio, S. Gregorius Turonensis ita narrauit. [g] *Guntrannum regem*, inquit, *amaritudo cordis obsedit, ad basilicā Symphoriani martyris duces, & Episcopos congregauit: atque hunc sermonem habuit. Qualiter hoc tempore victoriam obtine-*

S. Greg l. 4. regist. ep. 33.

Electio iniqua laicorum ad beneficia Ecclesiastica posteros Clodouæi regni regno spoliauit paterno.

promotio peruersa indignorum, & imperitorum ad Ecclesiastica beneficia hæresis paris, & magnas in regna calamitates.

Hæresis Simoniaca quæ sit.

Querela Guntrani Regis ob scelera per Gallias grassantia magnarum causas calamitatum.

g S. Greg Turon l. 8 c. 30 hist.

re possimus, cum ea quæ patres nostri consecrauerunt, non custodimus? Illi Ecclesias ædificantes in Deum spem omnem ponentes, martyres honorantes, sacerdotes venerantes victorias obtinuerunt, gentesque aduersas diuino opitulante adiutorio, in ense, & parma sæpiùs subdiderunt. Nos verò non solum Deum non metuimus, verùm etiam sacra eius vastamus, ministros interficimus, ipsaque quoque sanctorum pignora in ridiculo discerpimus, ac vastamus. Non enim potest obtineri victoria, vbi talia perpetrantur. Ideo manus nostræ sunt inualidæ, ensis tepescit, nec clypeus nos, vt erat solitus, defendit, ac protegit. Ergo si hoc meæ culpæ adscribitur, iam id Deus capiti meo restituat. Certè si regalia iussa contemnitis, & ea quæ præcipio implere differtis, iam debet securis capiti vestro submergi. Erit enim documentum omni exercitui cùm vnus de prioribus fuerit interfectus. Veruntamen iam experiri debemus, quid agi oporteat. Si quis iustitiam sequi destinat, iam sequatur. Si quis contemnit iam vltio publica ceruici eius immineat. Satius est enim, vt pauci contumaces pereant, quàm ira Dei super omnem regionem dependeat innoxiam. Hæc rege dicente responderunt duces. Bonitatis tuæ magnanimitas, rex optime, enarrari facile non potest, qui timor tibi in Deum sit, qui amor in Ecclesias, quæ reuerentia in sacerdotes, quæ pietas in pauperes, quæne dispensatio in egenos. Sed quia omnia, quæ gloria vestra profert, recta, veraque esse censentur, quid faciemus? Quod populus omnis in vitium est dilapsus, omniaque agere, quæ sunt iniqua delectat. Nullus regem metuit, nullus ducem, nullus comitem reueretur: & si fortassis alicui ista displicent, & ea quæ pro longanitate vitæ vestræ emendare conatur, statim seditio in populo, statim tumultus exoritur, & in tantum vnusquisque contra seniorem, sæua intentione grassatur, vt vix se credat euadere, si tandem silere nequiuerit? Ad hæc Rex ait. Si quis sequitur iustitiam viuat, si quis legem, mandatumque nostrum respuit, iam pereat, ne nos diutius hoc blasphemium prosequatur. Hæc ipse Rex iustus, atque religiosus cupiens à radice per correctionem vitiorum de medio regni sui calamitates publicas, atque priuatas euellere.

Aduersitates omni vitio contra Dei Ecclesiam & ministrorum habere non sinunt.

Ato. Leo coram cane castigandus.

Guntranus vult vitium corrigere, vt in talibus mandatur.

Omnes duces exercitus Guntrano regi cum possent vitam volentes audiri, illius virtutes admirantur, & magnopere laudant.

Descriptio vitæ corruptæ populorum, à qua multa mala.

Sed extinctis, exterminatisque prauæ vitæ contagionibus, quibus postremi Clodouæani contaminati, regno Franciæ ignominiæ, turpitudinisque maculas non leuiter asperserant, atque pacatum Clodouæi virtutibus, florentemque imperij Gallici statum, bellorum, discordiarumque turbinibus emotum, magno regnicolarum infortunio turbauerant: lux pacis, bonoris, & gloriæ in hoc Franciæ regnum, veluti postliminio reuersa per heroicas, Christianasque virtutes Pipini, Caroli Magni, atque Ludouici Pij, claritate prosperitatis eminentiori refulsit. Qui Clodouæi eius filiorum, priorumque nepotum virtutibus, nouos sanctitatis, & religionis puræ gradus atque fulgores addentes, & tenebras ignominiosæ, turpissimæque vitæ postremorum de sanguine solùm, non de virtute Clodouæi insolenter gloriantium, suæ probitatis, fideique Catholicæ splendore fugantes, regnum hoc, eiusque populos duplici virtutis, & fœlicitatis lumine, tanquam vestimento gloriosissimè decorarunt. Qui non modo vitia peccantium vetustate corroborata radicitus auulserunt, sed oppositas virtutes altissimis defixas radicibus in populorum cordibus pectoribusque plantauerunt. Qui non solùm ablata tyrannorum sacrilegio Ecclesiæ bona restituenda curauerunt, sed longe his ampliora, maioraque donauerunt. Qui non solum religionis Christianæ Catholicæque hostes Sarracenos, Gothos, Arianos, aliosque factionis impiæ, contra Ecclesiam Christi Dei, sedemque Apostolicam sectatores, in Gallia victos, superatosque deleuerunt: sed etiam longe à regno bellantes, similes inferni partus, ac Satanæ ministros vbique terrarum ferro, flammaque vastarunt. Arma sua tot victoriarum lauro coronata, bellicamque fortitudinem, tanta pietatis, religionis, deuotionis, charitatisque Christianæ fulgore decorantes, vt inter cæteros ipse Carolus meritissimo iure cognomento Magnus, se plures per Christi gratiam victorias magis orando, quam dimicando, plusque pernoctando in oratione, quàm in acie pugnando de hostibus Dei, religionisque Christianæ retulisse, [a] in quadam epistola confiteri non dubitauerit. Quamuis Christianorum Regum, ac Imperatorum nullus illo sæpius cum ferocissimis, robustissimisque Ecclesiæ, Christianæque sanctitatis inimicis collatis signis, aperto marte conflixisse reperiatur. Hinc fœlicitas, gloriaque tanta Gallis oborta, quanta nunquam populos illos, ante eius Imperatoris Regisque Christianissimi tempora fortunauerat. Sed posteri eius propagati radice Carolini, à tanti principis virtutibus in magnas vitæ prauitates, corruptionesque deficientes, prosperam Franciæ fortem, gloriamque antiquam afflictis Francorum fortunis alterarunt: & à se, suaque familia Gallici imperij fasces amouerunt. Deo illorum vitæ deprauatæ fœditates vlciscente, & ab illis in vindictam scelerum, liliorum maiestatem candoremque regium remouente.

Pars 3. Lux prosperitatis & gloria in Galliam redit virtutibus Pipini, & Caroli Magni quam postea posteri fœtido mala vita flamine extinxerant.

[a] Apud Sãctiũ epist. dedicat. ad regem Hẽricum 3.

CAPVT III.

Redit gloria, & fœlicitas Gallorum, virtutibus Hucapetorum, vt Roberti, Philippi Augusti, sancti Ludouici, & aliorum, quæ postea corruptione vitiorum dominante, valde imminuta decidit, Deo in vtraque bonorum & malorum fortuna suam ineffabilem monstrante misericordiam.

1. *Magna regum tertiæ stirpis ab Hugo Capeto profecta virtutes, à quibus prospera, sic & vitia à quibus aduersa manarunt.*

2. *Priuatione bonorum homines principum legibus castigati meliores fieri coguntur, quantò magis Dei iudicio?*

3. *Prosperitates temporales diuina nobis miseratione donatas, carendo magis quàm fruendo cognoscimus. Quas Deus ad se pœnitentia reuersis cumulatiùs reddere consueuit.*

4. *Deus modo homines resque publicas propter peccata castigando modo pœnitentibus parcendo, eosque propter virtutes fortunando, clarius sua bonitatis immensa lumen ostendit. Cuius miserationes & effectus salutares in Gallia, sistere debemus bene precando.*



SED Hogonis Capeti, eiosque posteritatis pietas, fides, religio, B iustitia, charitas, zelos in honore Dei promooẽdo, in Ecclesia Christi, & Apostolorum principis cathedra iuuanda, & ornanda, fortitudo, magnificentia, aliæque virtutes mala grauissima, calamitatesque, ignauia, libidine, aliisque Carolinorum nouissimorum sceleribus exortas, ab huc imperio propulsarunt: & omnia diu in ipsis regni penetralibus insidentia, renouatione vitæ optimique regiminis institutione damna repararunt. Quales fuerunt inter cæteros huius terræ Regum stirpis Robertus religiosissimus præter Hugonẽ patrẽ regię huius prolapię fontẽ, Ludouicus 7. Philippus cognomento Augustus generosissimus, & Ludouicus 9. sanctissimus Apotheosi, propter diuinas, immortalesque virtutes, Christiana donatus. Quorum facta cœlestis æternitatis nõ tẽporalis fragilitatis gloriosissima, pro regni Ecclesiæque Dei salure, prosperitate, & gloria, omnes qui res Gallicas sincere descripserunt, non minus veris, quàm facundis encomiis amplissimè prædicarunt. Ex quibus nonnulla laudom præconia infertus delibata colligemus; Qui non aliunde pacem populo, gloriam regno, dignitatem supremam Ecclesiæ, cum prosperitatis vigore prouidere potuerunt, quàm vitia fætidæ cuiusque formæ comprimendo, & sanctas, Christianasque virtutes exaltando. Roberto regi religione, charitateque Christiana clarissimo Hugonis Capeti filio coram crucifixi imagine pro regni sui pace æstu deuotionis ardentiori supplicanti in vrbe Aurelia, hanc sacram imaginem respondisse[a] ferunt, illum vna com popolo suo pace nunquam optata potiturum, nisi blasphemias, periuria, fraudes, rapinas, aliasque vitæ corruptæ fæditates pœnis, suppliciisque cõpressas exterminaret, in earumque reipub. pestium locum, virtutes oppositas propositis pręmiis enocaret. Quod com fecisset, desiderata consecutus est: si Glossæ in verbo excoluerunt in procemiũ pragmaticæ sanctionis, sit adhibeoda fides. Hoc piarum virtutum coltu, vitiorumque extirpatione, Philippus Augustus, & S. Ludooicus ad pacis, prosperitatis, diuinæque benedictionis in regnũ populosque suos beneficia tetenderunt, quæ posteri postea malè viuendo perdiderunt. Hinc Anglorum, Normanorũq; bella; illinc dissentionum turbines; hinc motus Gallorum turbulenti; illinc foris, domique desolationes, Galliam pene totã, vsque ad media regnantis inuita matre, sed volente Deo Caroli septimi tempora deuorarunt. Ex quibus omnibus apertè satis intelligimus, bona

Imago crucifixi per miraculum regi Roberto respondit

a Glossa in verbo excoluerunt in proœm. prag mat. Sanct.

A vitiis eorum. pax afflictio publica.

Bonæ vitæ prosperitatẽ, malæ miseriarum causa.

A principum populorumque vita prosperitates regnis accedere; mala verò recedere. Vt grauis illa, piaque Fulconis Archiepiscopi Rhemensis Carolo Simplici dissuadentis fœdus cum Northmãnis tunc infidelibus (quod ipse Rex moliebatur, vt Odonis hostis exercitui resisteret) admonitio suggerebat.[b] *Certè progenitores vestri Reges deposito gentilitio diuino cultui se humaliter subdiderunt, & à Deo semper auxilium petiuerunt, propter quod & fœliciter regnauerunt, & regni hæreditatem ad suos posteros transmiserunt: vos è contra nonc Deum relinquitis, cum vos eius hostibus sociatis* (scilicet Northmãnis infidelibus) *vnde & meritò propheticilla vox ad vos dirigitur, quæ quondam ad Regem Israel similia facientem directa est.*[c] *Quia impio præbes auxilium, & his qui oderunt Deum amicitia iungeris. Et certè cùm debueritis malis præteritis terminum ponere, & rapinis, & deprædationibus pauperum renuntiare, ac pro his omnibus pœnitentiam agere, nunc ad maiorem iram Dei prouocandam his qui Deum ignorant, & in sua feritate confidunt vos coniungitis. Credite mihi, quia nunquam sic agendo ad regnum peruenietis, imo velociter vos disperdet Deus, quem irritatis.* Hæc Fulco sapientissimus præsul, qui salutaribus Regem pro salute sua, & popoli documẽtis instruens ita perorãdo cooncludit.[d] *Pro fidelitate, quã vobis seruo hæc gemebundus scribo, quoniam cupio vos secundum Deum, & secundum seculum semper esse honoratos, & non Satanæ, sed Christi adiutorio ad debitũ vobis cõscendere regni fastigium. Regnum enim quod Deus dat, firmum habet fundamentum; quod verò per iniustitiam, & rapinas acquiritur caducum est, & citò deciduum, nec diu* C *poterit permanere.* His salutaribus Fulconis Rex monitis acquiescens hoste Odone (quem alij Ottonem vocant) morte perempto, fœliciter diuque regnauit:[e] vt Rheginonis historia fidem facit. Quàm autem sit illud verum, in fine à Fulcone regi insinuatum, S.[f] Hieronymus longè ante Romani imperij exemplo confirmauerat: quod in fine peccatis exigentibus, admodum debile, caducumque fuisse dicit; sicut in principio Christianæ fidei lumine illustratum, vtpote Constantini M. Valentiniani senioris, Theodosij magni temporibus potens admodum, & inexpugnabile prope videbatur. Talem fuisse Gallici regni faciem, sortemque supra monstrauimus. In ea autem bonorum, & malorum vicissitudine prosperitatum, miseriarumque in regnis, & populis, D alternatione, maximam licet Dei miserentis intueri clementiam, atque benignitatem; qui peccantibus afflictiones, bonorumque, perditiones immittit: vt his contriti resipiscant peccareque desinant: bonis verò prosperitates, bonorumque multorum possessiones mano miserationibus affluente largitur, vt occasione tantæ beneficentiæ, meliores adhuc esse commoueantur.

Si enim temporalium principum leges, & edicta, seuero, iustoque pœnarum remedio homines à prauis moribus, vitæ corruptæ sceleribus arcere soleant: ideo non sine magno publicæ vtilitatis incremento, bonorum confiscationes sunt ab illis introductæ, vt quos honi nominis famæ, & existimationis amittendæ metus, intra sui limites officii continere non poterat, confiscationis bonorũ, eorumque auulsionis à se iuridicæ terror ab improbitate compesceret. Quantò iustiùs Deus, atque clementiùs in delinquentes reges, ac populos hac misericordi correctione vtitur, vt dũ illos temporalium

b Fulconis Rhem Episc. epist. ad Carolum Simplicem.

c 2. Paral. c. 19.

d Ibid apud Flodoard.

Regnum datũ à Christo firmum, & stabile per iustitiã, contrà infirmũ per iniustitiã.

e Rhegino an. 898.

f S. Hieron. comment in Daniel c. 2.

2. Part. *Amissione bonorum homines castigati principum legibus meliores fieri coguntur, quanto magis Dei.*

A poralium bonorum amissione castigat, ab æternorũ amissione, bene conuersos ad se, correctosctosque liberet. Sapienter, & apposité [a] iurisconsultus. *Malè meritus*, inquit, *publicè vt exemplo alijs ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate laborare debet.* Nec sine magno iustitiæ, æquitatisque libramento, *Iulius Cæsar pœnas facinorum auxit, & criminũ reos bonis mulctauit, tùm antea locupletes* (vt [b] Suetonius author est) *eo faciliùs scelere se obligarent, quòd integris patrimonijs exulabant.* Atque hìc amittendi bona timor, metusque confiscationis facultatũ domesticarũ parentes ipsos contra patriã, aliosque priuatos à sceleribus solent auertere: ne in vltionem ipsorũ filij, ac liberi sua hæreditate, bonisque paternis orbentur, & illis orbati penuria magna, & egestate premantur. *Non me fugit* [c] (inquit Tullius) *quàm sit acerbũ parentũ scelera filiorum pœnis lui; sed hoc præclare legibus comparatum est, vt charitas liberorum parentes amiciores reip. redderet.* Iuxta illud legis imperatoriæ. [d] *Parentes pro affectu magis in liberis terrentur, etenim cùm liberis bona paterna, naturæ simul, ac parentum cõmune votũ addicat.* [e] Vt lex alia loquitur. Cui dubiũ esse potest durũ parẽtibus videri, si ex criminis sui occasione filij, à paterna à materna, & ab auita, & omnium proximorum successione habeantur alieni, quod in quibusdam flagitiis, præcipuè in læsæ maiestatis criminibus [f] imperatoria lex fieri mandauit? Profectò magna cõmiseratione, æquitatisque dulcedine Deũ cũ improbis agere credendum est: cùm illos dignitatũ, opũ, facultatũq; temporaliũ tã in seipsis, quàm in liberis, posterisque priuatione comprimit, atque mulctat: vt tãtum mali sibi, ac liberis suis metuentes, serio de sua ad Deum conuersione, criminũque pro quibus ipsi, cũ liberis iustè plectuntur, detestatione cogitent. Atque beneficiorũ Dei potiùs carendo, quàm fruendo magnitudinem maturiùs agnoscentes, ea sibi restitui, nec à liberis auferri pœnitentia Deũ salutari placando conentur. Hoc illud erat, quod magnus ille Basilius intendebat his verbis inferre. [g] *Cũ res charæ adessent, ne sentiebamus quidẽ, vbi defluxerũt, flagranti vrimur earũ desiderio. Ideo* (vt eodẽ loco S. [h] Pater asseruit) *beneficijs Dei aliquãdo ingratos priuari cõuenit, vt ex eorũ priuatione, quãti sint facieda cognoscãt. Præsentibus*, inquit, *quæ ex Deo sunt bonis perfruentes, cũ nullã rependamus largitori nostro gratiarũ actionẽ, vt seniũ aliquẽ percipiamus ex iactura rei, necesse est vt ea spoliemur.* Quod hac similitudine pręclara cõfirmat. [i] *Vt oculi, quod iusto propiùs admotũ est non vidẽt, sed opus habent moderata quadam internallari distantia: itidem animas minus gratas videmus sensu attingi prærepta gratia, dum priuatas se intelligunt prærogatiua bonorum. Accepto enim vitæ istius commodis erga benignum datorem ingrati ne vnam quidem agnoscunt gratiam, vbi quid intercipi vident, id demum quod interceptum est deprædicant.* Denique vt breuiter superiora dicta cõcludã: *Deus cùm iratus nobis propter delicta fuerit, misericordiæ suæ recordabitur nostra conuersione, pœnitentiaque placatus;* Vt copiosiùs reddat bona, quibus nos iustè propter peccata nostra spoliauerat. Robur reddit, virtutemque nobis contra inimicos nostros, vt victores euadamus, à quibus victore peccato antea vincebamur. Hæc enim S. Gregorij [k] magna Theologia est. In sacros relata [l] canones. *Cũ tribus Beniamin*, inquit, *in carnis scelere fuisset obruta, collectus omnis Israel vlcisci iniquitatem voluit, sed*

a L. bona fides ff. depositi.

b Sueton. in I. Cæsare c. 41.

Parentes pœnarum metu ne liberi suis priuentur bonis

c Cic. ep. ad Brutum.

d L. iusti quidem § final. ff. de eo quod metus causa.

e L. Sciptio in fine ff. vnde liberi.

f L. Quisquis C. ad L. Iul. maiestatis.

B

3. Pars. Prosperitates bonaque temporalia diuina nobis miseratione donata magis carendo quàm fruendo agnoscimus.

g S. Basil. homil. de S. Iulitta martyre.

h Ibid.

C

i S. Basil. ibi. supra.

Deus pœnitentia placatus reddit bona cumulatius, quibus homines propter sua peccata priuauerat, viresq; reddit ad victoriam de hostibus à quibus ante peccatores facti vincebantur

k S. Greg. l. 14 moral. in Iob. c. 25.

l Can. qui sine peccato. 3. q. 7.

D

tamen semel, & iterum in belli certamine ipse prostratus est. Consulto enim Domino, si ad vlciscendum ire debuisset, iussum est vt iret, qui iuxta vocis diuinæ imperium perrexit: & semel, & secundo perdidit: & tunc demum peccatricem tribum valde feriens ferè funditus extinxit. Quid est quod in vltionem sceleris inflammatur, & tamen prior ipse prosternitur? Nisi quod priùs ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpæ feriantur, vt ipsi iam mundi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant. Habemus quoque ex oraculo diuino per os vatis Regij prolato Dei in puniendo principes, & populos, à via virtutis aberrantes, prosperitatibus vero atque triumphis extollendo eos in gyrum diuinæ voluntatis obedientiæque redeuntes ordinationem. In primis Dei benedictiones, beneficiaque in populum eius seruantem mandata præcedunt. [m] *Eduxit eos in spe, & non timuerunt, & inimicos eius operuit mare, & induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem, quem acquisiuit dextera eius. Et eiecit à facie eorum gentes, & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.* Sequuntur aduersa, & dura Dei flagella in populos ipsos regis Israël, sui postquam peccando obliti sunt Dei. [n] *Tentauerunt, & exacerbauerunt Deum illum excelsum, & testimonia eius non custodierunt, & auerterunt se, & non seruauerunt pactum, & in iram Deum excitauerunt.* [o] *Tunc audiuit Deus, & spreuit, & ad nihilum redegit Israel, & repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus, & tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici, & conclusit in gladio populum suum, & hæreditatem suam spreuit. Iuuenes eorum comedit ignis, & virgines eorum non sunt lamentatæ. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabantur.* [p] Sed cùm *in æternum non obliuiscatur misereri Deus, vt in ira contineat misericordias suas.* Tandem pro salute populi sui, cum dolore cordis, & detestatione peccata confitentis, & conuersionis desiderio, ardoreque tabescentis. [q] *Excitatur tanquam dormiens Dominus, Dominus tanquam potens crapulatus à vino, & percussit inimicos suos in posteriora, & opprobrium sempiternum dedit illis.* Sic in Dauide seruo secundum cor suum firmauit regnum suum, quod tandiu eum prosperitate, gloriaque copiosa durauit in Regibus Iuda, & Israël; donec ab illius Regum præstantissimi virtutibus, Dei beneficiorum ingratissimi infœliciter exorbitarunt. Sic iratus Dominus in populum suum peccatis oneratum clamanti Esaiæ [r] Prophetæ, atque gemendo dicenti. *Vsquequo Domine?* (scilicet populum tuum flagellis indignationis tuæ torquere perseuerabis,) Respondit. *Donec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine, & terra relinquetur deserta.* Sed postea retrahens ab ira furoreque misericordias suas, dilataturũ se benedictiones suas in populos propter scelera sua, priùs iracundiæ suæ flagellis oppressos, postea ab impietatibus suis auersos Prophetæ suo spopondit. [s] *Et longè faciet Dominus homines, & multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ, & adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in ostensionem, vt terebinthus, & sicut quercus, quæ extendit ramos, semen sanctum erit id, quod steterit in ea.* Atque vt in hoc Galliæ regno Christus Dominus miserationibus affluens prosperitates, soli-

4. Pars. Deus modo populum benedictionibus, ac prosperitatibus sua seruantem mandata glorificat, modo peccantem afflictionibus castigat, sic illarum sua bonitatis immensa lumen ostendit.

m Psal. 77.

n Psal. 77.

o Ibid.

p Psal. 76.

q Psal. 77.

r Esai. c. 6. v. 11

s Esaiæ c. 6. v. 12.

Deprecatio ad Deum pro prosperitate Galliæ regni.

da benedictionum suarum radice fundatas, sine miseriarum alternatione perpetuo sistat, firmiterque confirmet, illum ore, corde, & opere oremus, obtestemurque cum Propheta. [a] *Domine miserere nostri, te enim expectauimus, esto brachium nostrum in manè, & salus nostra in tempore tribulationis.* Et cum Propheta regio clamemus ad illum. [b] *Ne proiicias nos in tempore senectutis, cùm defecerit virtus nostra, ne derelinquas nos, Domine.* [c] *Quia dixerunt inimici nostri nobis, & qui custodiebant animam nostram, consilium fecerunt in vnum, dicentes:* [d] *Deus dereliquit eos, persequimini, & comprehendite eos, quia non est, qui eripiat.* [e] *Deus, ne elongeris à nobis: in auxilium nostrum respice.* [f] *Redde nobis lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma nos.* [g] *Domine saluum fac Regem, & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.* [h] *Repleatur os nostrum laude, vt cantemus gloriam tuam tota die magnitudinem tuam.* [i] Sic erit vera Christi fides, & immaculata religio temporibus nostris: *diuitiæ salutis, sapientia, & scientia, & timor Domini, thesaurus noster.*

A — B

[a] Esaiæ c. 31. v. 2.
[b] Psal. 70. v. 11.
[c] V. 12.
[d] V. 13.
[e] V. 14.
[f] Psal. 50. v. 14.
[g] Psal. 19.
[h] Psal. 70.
[i] Esaiæ c. 33. v. 6.

CAPVT IV.

De sanctitate, & antiqua fidei, doctrinæ, morumque puritate ecclesiæ Gallicanæ, quàmque se semper obedientem Romano Pontifici, tanquam supremo vniuersalis ecclesiæ matris suæ pastori, ac principi præstiterit.

1. *Tales in rep. Christiana principes, ac populi esse solent, quales sunt in ea ecclesiastici, ac pastores animarum: vnde fortunata Gallia, quod sanctissimis, & eruditissimis Episcopis, & spiritualibus rectoribus abundauerit.* C
2. *De sanctitate ecclesiæ Gallicanæ in suis antiquis pastoribus, & doctoribus, sedi Apostolicæ semper obedientissimis.*
3. *Galli Nestoriana aut alia hæresi maculari non potuerunt propter sanctitatem vitæ & puritatem diuinæ doctrinæ antiquorum pastorum, quibus propterea maximus semper à Galliæ regibus honor exhibitus.*
4. *Summus ille Gallicanæ ecclesiæ honor, & amor Romano Pontifici exhibitus, supremam Regis Christianissimi in imperio suo dignitatem non minuit, sed illam cum eodem Pontifice auctam gloriosiùs extulit.* D

Gallorũ respub. in paganismo sicut nunc in Christianismo in tres diuisa status.



Ille fuit ab antiquis, priscisque temporibus in republica Gallorum, etiam dum adhuc in paganicæ superstitionis turpitudine sorderent, obseruatus ordo viuendi: vt tota hæc in tres status tanquam præcipua, generaliaque membra partiretur, quorum vnus sacerdotium, & clerum, secundus nobilitatem, tertius populum complecteretur. Vt tempore Druidum, Cæsare [k] teste obseruabatur, quorum præstantissimus cleri, sacerdotumque status habebatur. Quod postea in hac republ. Gallicana, regnoque Francorum, Christianæ religionis iura professo, & ad famam nationis ornatius, & ad pacem commodiùs, & ad salutem beatiùs fieri contigit: vt sicut clerus Gallicus dignitate, nobilitati, & populo præiret sic & virtute, operumque bonorum merito præsideret. Vnde factum est, vt sanctitatis, pietatisque pastorum, & aliorum ecclesiasticorum fulgore, Reges ac populi Francorum actiones suas, factaque vitæ meliùs, atque beatiùs illuminauerint. [l] *Longum iter ad virtutem per præcepta, breue, & efficax per exempla.* Causa fuit cur hæc ab ore Apostoli ad Titum verba prodierunt. [m] *In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate.* Nota historia sancti [n] Gregorii miraculorum patratoris Neocæsariensis episcopi, quem plus vitæ sanctitate, morumque probitate, quàm miraculis, & sublimitate doctrinæ, gentiles suæ Diocæsis Paganismi erroribus inuolutos ad Christi Domini vexilla conuertisse historia sacra testatur. Qui moriēs septemdecim solùm infideles de toto grege episcopali reliquit, cùm omnes tum hæreticæ, tum paganicæ impietatis fœdatos erroribus exceptis septemdecim catholicis ad solium Episcopale veniens accepisset. Quis enim nescit à bonis pastoribus, piisque animarum rectoribus principes, ac populos ad pietatis, virtutisque pulchritudinem illorum exemplo potentiùs efformari? Sint SS. Siluestri, Ambrosii, Leones, Remigii, aliique istorum virtutis æmuli pastores, non deerunt Constantini, Theodosii, Martiani, Clodouæi, Caroli Magni, S. Ludouici aliique similis sanctitatis, & pro Christo generositatis Reges, ac imperatores. Hoc relatu memorabile, quod in Machabæorum [o] libro 2. scriptum legitur: quod nempe *propter Oniæ Pontificis pietatem, & animos odio habentes mala, fieret, vt & ipsi reges, & principes locum summo honore, amoreque dignum ducerent, & templum summis venerando muneribus illustrarent.* Quid fecerit virtus, & sanctitas S. Athanasii ad sedem Patriarchalem, à qua crudelitate Arianorum tyrannica fuerat eiectus, redeuntis ad excitandos Alexandrinorum ciuium animos, ad maius pietatis Christianæ, charitatisque studium satis apparet ex ipsius S. Patris epistola, hæc inter alia dicentis. [p] *In summa, tanta æmulatio fuit ad virtutem, vt singulas familias, singulas domos, ecclesiam esse, ob probitatem incolentium & preces existimares.* Non immerito Valentinianus senior imperator creato ad Episcopatum Mediolanensem S. Ambrosio in has voces, votaque Deo fusus est. [q] *Gratia tibi sit Domine omnipotens, & saluator noster, quod cùm ipse corpora huic viro commisissem, tu et animas etiam commendasti, indeque declarasti meam iustam fuisse sententiam.* Illud erat memorabile S. Thomæ Cantuariensis frequēs in ore dictū. [r] *Dei ecclesiā stare non posse, si in ruinam eius proni sint, quibus incūbit illius procurare salutē.* Sic cōtra ecclesiæ flores, & fructus nunquā intermorituri, piam pastorum vitam moresque consequuntur, vt de antiqua Gallorū, tot quondā illustrissimis virtute patribus abūdantium prosperitate minime dubitare, minuiq; propter eā mirari debeamus. Quandoquidē vt in capite Quarto de magistris glossa [s] loquitur, *prælatis adscribitur, quod in subditis laudabile reperi-*

[k] Cæsar l. 6. de bello Gallico.

Reges ac populi Galliæ suam vitam ad lucē virtutis ecclesiasticorum antiquitus illustrarunt.
[l] Seneca apud Panorm. c. inter cætera titulo De officio ordinariorum l. 1. decretalium.
[m] Ad Tit. c. 2.
[n] S. Greg. Nyss. in vita S. Gregor. Taumaturg.
[o] 2. Mach. c. 3.
[p] S. Athan. ep. ad solitariam vitam agentes.
[q] Theodor. l. 4. c. 6. hist.
[r] Dictum S. Thomæ Cātuar.
[s] Glosa verbo quanto de magistris.

tur, ficut eis imputatur, quod in eis reprehensibile probatur. Fuerũt ecclesiæ Gallicanæ nascẽti, crescenti postea, atque in omni virtutum genere florescenti, illi quondam Apostoli, pastores, doctores animarum ad portum fœlicitatis æternæ directores, his pollentes virtutum splendoribus, quibus discipulum Titum Apostolus ornari voluit, qui se ipsos iuxta illius præceptum Apostoli, suis Gallis gregibus præbuerunt exemplum, [a] *bonorũ operum in doctrina, in integritate, in grauitate, in doctrina sana veræ fidei,* qua Gallos sincerè, religiosèque pauerunt, & educarunt, secundùm cor Dei similes illis, quos in misericordia sua per Hieremiam daturum se Deus repromissionis populo seruanti mandata sua spoponderat. [b] *Dabo vobis pastores iuxta cor meum, qui pascant vos scientia, & doctrina.* In integritate vitæ scilicet doctrinæ conformi, qua fida doctrinæ sanæ, inculpatæque vitæ conspiratione, non minus vita, quàm lingua prædicarunt, viamque suis gregibus spiritualibus ad æterna cœlestis gloriæ tabernacula monstrauerunt; & eos in grauitate pastorali, mãsuetudine, affabilitateque paterna condita, non solùm in gestu exteriori, & incessu, verùm etiam in sermone, moribusque conspicua, ad perfectionem Christianæ vitæ formauerunt. In qua singularis quædam perfectionum Christianarum maturitas apparebat, quæ omnium mentes ad earum æmulationem, amoremque potenti virtute concitabat. Vnde quod beatos Gallos in Domino, & gloriosos S. Hilarius [c] appellauerit, vt supra vidimus, quòd *perfectam, atque Apostolicam fidem conscientia, & professione retinentes conscriptas fides huc vsque nescierint, quod spiritu abundantes litteram non eguerint, quod officiũ manus minimè ad scribendũ desiderauerint, eo quod quæ corde credebãt, ore ad salutẽ profitebãtur.* Hoc, inquã tantũ boni, à quo tanta fœlicitas, à fontibus doctrinæ sanctitatis, puritatisq; vitæ pastorũ illorũ exũdans in spirituales Gallorũ priscorũ hortulos, cũ copiosa reipubl. ecclesiæque Gallicanæ pace, ac tranquillitate deriuatũ est. Sed vnde porro tantum fidei, pietatisque robur, in Francorũ, Gallorũq; mentibus insedisse, credimus? Vt sicut obseruauit [d] Abbas S. Theodorici, in S. Bernardi vita. *Non fuerint vt aliæ gentes, ad schismata procliues, nec schismaticorum factione fœdati, nec malignorum acquieuerunt erroribus, nec vnquã idolũ in ecclesia Dei fabricauerint, nec monstrum in Petri cathedra coluerint, nec talibus in causis principalia aliquando eos terruerint edicta. Nec ipsi generalibus vtilitatibus priuata cõmoda prætulerint, nec declinantes in partẽ personis, sed causis detulerint,* nisi à sancta, casta, pura, religiosaque in fide, probitateque Christiana educatione, quam illi à sanctis suis pastoribus, non voce tantùm, & eloquio, sed facto, exemploq; didicerunt? Vt inde quàm verè dixerit S. Cælestinus, agnoscamus. [e] *Ibi esse spiritus sancti præsentiã, vbi præsanctorum sacerdotũ, pastorũque congregatio residere conspicitur.* Sed vt quæ diximus in genere de sapientia, sanctitateq; antiquorũ Gallicanæ ecclesiæ episcoporum, pastorũque vera esse in specie, atque particulari probemus: inductione aliquot exẽplorũ orationis nostræ filũ in hæc ecclesiæ Gallicanæ mirabilia sapientiæ, sanctitatis, charitatisque lumina cõmemorando deducamus. Atque in primis dico tertæ huic Gallicanæ mãsionis non modò Apostolicos, apostolorũq; discipulos, sed ipsos Apostolos SS. Paulũ, &

[a] Ad Tit. c. 2.
[b] Hier. c. 3.
[c] S. Hilar. l. de Synodis contra Arianos.
Omnis antiquorum Gallorum virtus & prosperitas à bonis pastoribus ecclesiæ profecta.
[d] Abbas S. Theodorici in vita S. Bernard.
[e] S. Cælest. ep. ad Synod. Ephesinam.
2 Pars. De sanctitate, & sapientia ecclesiæ Gallicanæ in suis pastoribus.

Philippũ suo aduentu, transituque benedixisse, in eaque prima religionis Christianæ fundamenta iecisse. S. Pauli in Gallias aduentum Sophronius [f] Hierosolymitanæ ecclesiæ Patriarcha cõprobat, eius testimoniũ citãte Iacobo [g] Fabro in illud Rõ. 15. *Per vos* (communis versio habet *ad vos cùm in Hispaniã proficisci cœpero*) *proficiscar in Hispaniam.* Cuius assertioni Nicolai [h] Gorrani sententia, cõsensuque suffragatur, S. Paulum Viennensis ecclesiæ fundatorem hoc versiculo comprobantis.

Paulus præco crucis tibi dat primordia lucis.

Sic enim Viennensem ecclesiam in hunc [i] Rom. 15. locum affabatur. Quam opinionem, tanquam veritati conformem S. Isidorus [k] sibi persuadere voluit: qui etiã scribit alibi, & cum eo Freculphus Lexouiẽsis [l] Episcopus Philippũ Apostolũ Gallos fidei Christianæ, diuinæque splendore religionis illuminauisse, atque ab illorũ terris infidelitatis, ignorantiæque salutis æternæ tenebras euangelii irradiatione dispulisse. Eisdẽ Gallorum terris S. [m] Lucam Euangelistã S. Pauli interpretẽ euãgelicæ doctrinę, sãctitatisq; fulgoribus inclaruisse cognoscemus si S. credimus Epiphan. dicẽti. [n] *Et prædicat quidẽ in Dalmatia primũ, ac Gallia, & in Italia, ac Macedonia. Principiũ autem in Gallia fuit, velut etiam de comitibus quibusdam ipsius in epistolis suis idẽ sanctus dicit. Crisces, inquit, in Gallia, non enim in Galatia, velut quidam decepti putant, sed in Gallia legendũ est.* hæc S. Epiphanius. Atque huius Gallicanæ ecclesiæ antiquitas tanta, vt non ab alio tempore, quã à S. Petri viuentis ætate repetenda sit, quo viuente, & ecclesiastici habenas imperii moderante [o] illa Catholicæ religionis radiis illustrata circumfulgere cœpit. In cuius rei fidem in vrbe Senonensi ecclesia in memoriã, honorẽque S. Petri ędificata est dicta, *ecclesia S. Petri viui:* quod illo adhuc in terra viuente constructa fuisse credatur. Postea eius & aliorũ Apostolorũ discipuli Galliarũ facti, missique à sede Apostolica Apostoli, & Episcopi illarũ populos ampliore prædicationis euangelicæ claritate decorarunt. Quæ ad nostra vsque propagata tẽpora cũ innumerabiliũ Gallorũ, Francorumque salute splendidissimè refulsit. Quorum sanctorum patrum, episcoporum, ac martyrũ partem breuiter commemorans Petrus venerabilis, reliquos tanquam præ multitudine narratu difficiles silentio inuoluens ita loquitur. [p] *Pauli Apostoli discipulus Trophimus de cuius fonte* (vt Zosimus scribit) *omnes Galliæ fidei riuulos acceperunt Arelate prædicauit: Irenæus 2. Lugduni, Crescens 3. Viennæ, Vrsinus 4. Biturigis,* [q] *Paulus,* 5. qui fuit à S. Paulo conuersus, *Narbonæ, Saturninus 6. Tolosæ, Austremonius 7. Aruernis, Martialis 8. Lemouicis, Burdegalæ, Pictauis, Fronto 9. Petragoris, Eutropius 10. Xanctonis, Gratianus, 11. Turonis, Iulianus 12. Cenomanis, Dionysius 13. Parisiis, Senonis 14. Potentianus, & 15. Sauinianus, Bellouaci 16. Lucianus, Heduis, 17. Andochius, Lingonis, 18. Benignus. Hos primos Galliæ nostræ Apostolos fuisse testatur antiquitas, & nobis à sanctis viris relicta tradunt historia, nec nos solum sed omnes populi Christiani, pusilli cum maioribus, senes cum iunioribus certissimè tenent.* Et postea cæteros his primis patribus succedentes præ multitudine recensere non valens concludit. *Et quis omnes gloriosissimos fidei nostræ patres, & Apostolos enumerare sufficiat?* Præter hos plures alios martyres, & doctores Martyrologia Bedæ, Adonis, Vsuardi, seu Husuardi monachi

S. Paulum in Galliis versatum qui asserant.
[f] Sophron. Hierosolym. Patriar.
[g] Iacob. Fab.
[h] Nicol. Gorran.
[i] Rom. 15. v. 24
[k] S. Isid. l. de ortu, & obitu SS. noui testamenti c. 71
[l] Isid. ibi. c. 75. Freculp. Lexouiens. to. 2. chron. l. 2. c. 4.
S. Philippus in Galliam venit.
[m] S. L... in Gallia prædicauit.
[n] S. Epiphan. l. 2. to. 1. hæres. 51.
[o] *Præpositus in caput. in Domino. Tempore S. Petri Gallia fidem catholicam recepit.*
[p] Petrus Cluniac. l. 1. ep. 2. ad fin. c. 2.
[q] Act. 13. Hic fuit S. Pauli discipulus, de quo hæc Apostolus ep. 2. c. 4. ad Timoth. Crescens in Galatiam, scilicet abiit
[r] Erat Christi D. hospes, sicut Lazarus quondam leprosus. Marty. 4. Cal. Feb.

Martyrologia plures alios Galliarum apostolos & pastores antiquos commemorant

A Galli, & aliorum scriptorum ecclesiasticorom commemorant, qoi semina Christianæ pietatis adolescentia à primis illis sata patribus in Gallorum mentibus adauxerunt. Quales fuerunt sancti 19. Maximianus, 20. & Iulianus Bellouaci S. Petri discipuli, sicut erat Lucianus, de quo supra 21. S. Regulus S. Ioannis Apostoli discipulus Arelatensis episcopus, S. Andeolus 22. subdiaconus, cum aliis ex oriente à S. Policarpo S. Ioannis discipulo in Gallias missus Viuariensis territorii prædicator, & rector, S. Peregrinus 23. à S. Sixto ad Gallias directus, qui Altisiodori sedem episcopalem defixit, Photinus 24. martyr ante S. Irenæū S. Polycarpi discipulum, Lugduni pastor, & apostolus, Mattinus 25. 3. Viennensis ciuitatis episcopus huc missus ab Apostolis, sicut de S. Crescente supra, in eadem ciuitate verus 26. episcopatum exercens vnus de Apostolotum discipulis, 27. S. Memmius episcopus, Catalaunēsis, & confessor æquæuus Apostolorum, quem Beda maximum nominat. 28. S. Taurinus à S. Dionysio Ebroicensium factus episcopus, 29. S. Sixtus primos Rhemensis vrbis episcopus, 30. S. Mansoetus à S. Petro missus in Gallias episcopus Tullensis ordinaros, 31. S. Laudus primos Constantiensis in Normania ciuitatis episcopus [a]; 32. S. Andochius presbyter, Tyrsus Diaconus, & Felix à S. Polycarpo in Gallias missi Augostodunensi ecclesiæ præfecti, 33. Sagaris [b] S. Pauli discipulus, Laudunensis episcopus, (licet in alio Martyrologio Laodicensis episcopus legatur) 34. [c] Sāctus Mellonius primus Rothomagensis ciuitatis Archiepiscopus, licet fortasse nō primus episcopus. 35. [d] S. Vrsicinus Bituricensis episcopus primus ab Apostolorum successoribus ad hanc Galliæ partem Apostolatus sortitus onus, quem fuisse illum multi scribunt authores, qui S. Ioā. pri. Nathanael (*in quo dolus Saluatoris iudicio non erat*) appellator. 36. [e] S. Clemens S. Clementis Papæ, S. Petri discipuli patruus, primus Metensium episcopus. 37. [f] S. Lazarus sanctarum frater sororum Magdalenæ, & Marthæ Massiliæ primos antistes; 38. [g] S. Maximinus vnus de Christi D. discipulis, primus Aquensis ecclesiæ præsul. 39. [h] Quem secutus est in hac sede S. Chelidonius, qoi fuit cæcus natus illuminatus à Domino 40. [i] S. Defensor Andegauensis ecclesiæ factus episcopus 41. S. [k] Exuperius Baiogensis pastor ecclesiæ 42. [l] S. Firminus Martyr Ambianensis episcopus, postquam Agenensibus, Andegauensibus, & Bellouacensibus Christi Domini euangelium, regnumque prædicauisset. Mitto alios quamplurimos sanctos Gallicanæ ecclesiæ Apostolos, primos episcopos, & doctores, qui sua sanctitate, diuinaqoe eruditione solidissima prosperitatis & gloriæ futuræ Gallorum, imperiique Franciæ fundamenta iecerunt: quorum nimia multitudo orationis meæ vela comprimit. Qoos postea gloriosi, generosique martyres secuti sunt 43. Quintinus cum sociis, 44. SS. Fuscianus, Victorinus, 45. Morinus, 46. Crispinus, 47. Crispinianus, 48. aliique plures, qui sanguine suo Christianam religionem, in Gallia fundatam irrigarunt, irrigatam longè, latèque propagarunt. Quorum sanguis semen fuit ecclesiæ Gallicanæ, quo religiosè graoidata innumerabiles multitudine populos de suo ventre, atq; visceribus eductos Christo suo saluatori nostro parturiuit, ac peperit. Qoorū seculo, & ætati succedentia venerunt splendidissima illa eruditione admirabili, atque sapientia, ardentissima charitate Gallicanæ ecclesiæ lumina, qui multa cū luce sanctitatis doctrinæque populis Galliæ refulserunt. Qualia sūt 49. SS. Martinus Turonibus, 50. Hilarius Pictauiensibus, 51. Saluianus, Massiliensibus, 52. Sulpitius, Bituricensibus, 53. germanus, Altisiodorensibus, 54. Lupus, Senonibus, Trecensibusque, 55. Marcellus, Parisiensibus, 56. Remigius, Rhemis, 57. Eligius, Nouiomēsibus, 58. Agnanus, Aurelianensibus, & plures alii, seculo S. Martini, singulari cū vitæ sanctitate, sapientiaque in Gallia florētes Episcopi, atque Pastores. Quorū S. Paulinus in quadā epistola meminit, quæ non ampliùs extat, sed solùm fragmentū ex ea quod suæ sic historiæ Gregorius Turonensis intexuit. *Si enim hos videas dignos Domino sacerdotes, vel 59 Exuperiū Tolosæ, vel 60. Simplicianum Viennæ, vel 61.*

B *Amandum Burdegala, vel 62. Diogenianum Albiga, vel 63. Dinamium Angolisma, vel 64. Venerandum Aruernis, vel 65. Alithium Cadurcis, vel nunc 66. Pagatium Petrogoriis (vtcumque se habent huius seculi mala) videbis profectò dignissimos totius fidei, religionisque custodes.* Propter quorū sanctitatem, sapientiamque summa conditam charitate in suo pristino vigore ad sua vsque tempora propagatam S. Gregorios S. Augustino monacho, quem in Anglorum conuersionem in magnam Britanniam Apostolum direxerat, in mandatis præcipuè dedit, vt suum per Francorum regnum iter agendo à sapientibus, [m] piis, sanctitateque conspicuis Gallici populi pastoribus viam, rationemque optimam perdisceret: quam in instruendis, conuertendis, & ad Christianæ religionis integritatem, vitæque sanctitatem prouehendis infidelium populorum animis inuiolatè seruaret. Ipsa

C sanctitatis, doctrinæque salutaris ecclesiæ pastorū Gallicanæ claritas mirū in modum Caroli M. temporibus in Francia non sine admirabili animarum salutis incremento rutilabat. Hanc optimi, inuictissimique Regis, & Imperatoris, virtute procurante, & regiis obsequiis, largitionibusque promouente. Itaut præter eos eruditissimos, sanctissimosque pastores, neutiquam Galli tātorum pastorum oues, hæretici Nestoriani Fœlicis nempe Vrgeliani errore pestifero per multas serpente, grassanteque nationes infici potuerunt; quin imo Synodalis sententia in hoc concilialiter regno prolata à sanctis episcopis sceleratissimum impostorem cum Patriarcha suo Nestorio fulmine spiritualis anathematis in anima perculit, simul & religiosissimi principis maiestas turbine iustæ seueritatis in corpore contriuit. Qua de re hæc Ionas Aurelianensis episcopus. *Emersit*, inquit, *ex Hispania tēpore sanctæ memoriæ Caroli piissi-*

D *mi, atq; inuictissimi Augusti Falix Vrgelitanensis episcopus, qui iuncto suo sceleratissimo errori Eliphanto Toletana vrbis episcopo secundum humanitatē non esse propriū filiū Dei, sed adoptiuū prædicare ausus est, & hac virulēta doctrina vterq; Hispaniā magna ex parte infecit; Felix deinde cū multis apud Septimaniā eundē haustū pestiferū propinauerit: cū tamē Gallia, Germaniaque quantā in illo fuit propinare voluit, sed diuina gratia adminiculante nullā apud Galliam, Germaniamque eius error locū inuenire quiuit: quoniam non solùm apud Germaniā studium literarum, & amor sacrarum scripturarū, verū etiā apud eandem Galliam eiusdem memorabilis viri flarentissimo studio, & feruentissimo desiderio actū est,*

In Marty 6. id Ianuarii.
In Marty 9. Cal. Maij.
In Marty. Cal Maij.
Marty. 17. Cal Iunii.
Marty. 4 Nō. Iunii.
Marty. Cal. Iunii.
Marty. Cal. Aug.
Non Aug.
Bede 12. Cal.
3 Id. Aug 6. Cal. Sept.
3. Non. Sept. 10 vel 11. Cal. Octob.
a 8. Cal. Octob.
b Prid. Non Oct.
c 11. Cal. Nouemb.
d 5. Id. Nouemb.
e S. Ioan. 1.
f 9 Cal. Decemb.
g S Lazarus.
h S Maximinus
i S. Maximin.
k S Chelid.
S. Defensor.
S Exuperius.
l S Firminus martyr.

Martyres qui sanguine suo in Gallia fidem Christi irrigarunt & propagarunt.

Episcopi, & confessores SS. in Gallia post Martyres.

S. Greg. Tur. l 2. c 2. hist. Franc.
Hi regebant ecclesiam Gallicanam circa annum 394. &c.

S Gregorius vult S Augustinum à Gallia sanctis, doctisque pastoribus discere qua ratione Anglos ad Christum conuerterat.

m Hoc apparet ex calloquit. dist. 12.

Tempore Caroli M. docti, ac sancti pastores Gallica ecclesia.

3. Pars. *Doctrina, & sanctitas pastorum Gallia impediuit ne Franciæ populi hæresi Nestoriana inficerentur.*

Iona Aurelia. de hæresi Falicis Nestoriani, & pietate Caroli M. & ecclesia pastorum in ea destruenda

vt Domino opem ferente in sibi commissa ecclesia filiis, & liberalium artium apprime disciplina, & diuinarum scripturarum perfecta polleret intelligentia: quibus milites Christi, vtpote inuictissimis armis muniti, eius vesanam doctrinam propulsauerunt. Eiusdem nempe principis iussu in vnum coacti, adhibita etiam sancta Romana ecclesia authoritate eundem Felicem damnauerunt, imo cum authore sui erroris Nestorio, quem imitatus est, perpetuo anathemati mancipauerunt. Tantæ verò participes impietatis ecclesiastico contritos tonitruo, si quos optimus imperator offendebat, omnes suarom legum seueritati, supplicioque per eas constituto subiugabat. Hæc autem sanctitatis, doctrinæqoe purissimæ in Franciæ pastoribus præclara societas, magna eos reuerentia, & bonore decoratos, apud Reges, ptincipes, populosque commendabat, vt omnia maioris momenti negotia regni, de ipsorum ptincipum, Galliæq; Regum libero cōsensu, & voluntate, illorum authoritati decidenda, termioandaque subderentur. B Quod facilè voo

Nithard. hist. lib 4.

Nithardi historici inter præcipuos imperii proceres in curia Caroli Calui imperatoris viuentis exemplo, atque testimonio intelligi potest, qui loquens de componenda, stabiliendaque pace inter tres fratres scilicet Lotharium Italiæ, Ludouicum Germaniæ, & Carolom Caluum Franciæ reges scribit episcoporum authoritate, & arbitrio inter fratres Regnum Francorum deuicto Lothario à fratribus fuisse dioisom, [a] hæc dicens inter alia. *Veruntamen more solito ad episcopos, sacerdotesque rem deferunt, vt quocumque diuina authoritas id vertere vellet, eius ipsius libenti animo præsto adessent: quibus cùm vndique vt pax inter illos fieret melius videretur, consentiunt, legatos conuocant, postulata concedunt.*

Magna olim in Gallia episcoporum, pastorumque authoritas propter eorum virtutem, atque salutarem doctrinam.

a Hic Nitardus tunc erat in exercitu Caroli Calui.

Ipsi autem, qui C tanta sanctitate, tanta vitæ poritate, tanto religionis Catholicæ zelo, tanta denique, sublimis ac salutaris doctrinæ in Gallia pastores, & doctores claritate coruscarunt, adeò semper se, suosque greges obedientes ecclesiæ sanctæ Romanæ, sedique Apostolicæ præstiterunt, adeò de soblimi à Christo Domino data Romani Pootificis authoritate verè semper, sanctèque iodicauerunt, vt de hac dubitare tantillum grande nefas, ac morte æterna piandum esse crediderunt. Agnoscentes Romanam ecclesiam matrem esse Gallicanæ, sicut est imperii, vt Baldus loquitur [b] in L. Patronum §. si libertas ff. de in ius vocando, & vniuersorum Christi fidelium, necnon Christianæ totius congregationis magistram; iuxta caput. [c] *Antiqua* de priuilegiis, atque cum [d] S. Leone Romanum Pontificem omnium episcoporum principem esse credentes: qui supremà semper in ecclesiam vniuersalem authoritate, imperioque diuina temperato lege potitus est. Quem recens creatum, & in S. Petri cathedram euectum D nobili legatione per suos episcopos Gallicana ecclesia honorare, & sic vt principem, monarchamqoe imperii ecclesiastici confiteri, à prima sui in orbe Christiano fundatione consueuit. Sicut legimus in epistolis suis Iuonem Carnotensem Romam proficisci optaoisse, vt summam, filialemque obedientiam recens creato Paschali Pontifici, fidelitatemque præstaret, oisi eum à tanta peregrinatione, aduersa valetudo retardauisset. Sicut de more vetusto, atq; laudabili Christiani Reges, principesque legatos suos Romam mittere consueuerunt, vt similē obedientiā, ob-

Ecclesia Romana mater Gallicana.

b Baldus in L. Patronum §. si libertas ff de in ius vocando.

c C. Antiqua de priuilegiis

d S. Leo serm. 2.

Iuo ep 41. ad Paschalem Papam.

Antiqua consuetudo principum, & episcoporum Romam mittendi ad obedientiam præstandam nouo Pontifici vt semper præstitit Gallicana ecclesia cum suis pastoribus sacra consuetudo.

A sequiúq; recenti creatione in solium Pontificale euecto Papæ largirētur. Cuiusioi memorialis, valdeq; laudatæ sēper consuetudinis meminit Symmachus Papa in Apologia aduersus Anastasium imperatorem: cùm ait. [e] *Omnes Catholici principes siue cùm imperij gubernacula susceperunt, siue cùm Apostolicæ sedi nouos cognouerunt præsules institutos ad eam sua protinus scripta miserunt, vt docerent, se, eius fidei esse consortes.* Hoc modo supremam in terris spiritualem Romano Pontifici à Christo D. communicatam potestatē deuotè, ingenueq; profitebātur, cui se ipsos debere submittere crederent, si salutis æternæ beneficio in fine præsentis vitæ potiri percuperent. Atque ne aliā ab hac coofessione mentē nostrorū pastorū, doctorūq; ecclesiæ Gallicanæ præfectorū fuisse credamus, sanā sincerāq; eorū de hac veritatis professione doctrinā exemplorom enumeratione Deo dante B postea, oempe lib. 8. 4. partis copiosiùs euoluemus. Vt sole ipso manifestiùs intelligamus, quā siocera semper extiterit Gallicanæ ecclesiæ fides, rectè, veréque de supremo Romani Pontificis in spiritualibus imperio iudicantis; quā inmaculatus ab omni particularis affectus, passionisq; fæce vacuus, regni Christianissimi, præsulū, pastorum, sacerdotum, doctorūque, de monarchiæ ecclesiasticæ virtute consensus. Qui sic spiritualē potestatē religiosè, sapienterq; sublimando, secularē Regis Christianissimi principatū nulla ratione depressit; sed magna cū reuerentia charitateque promouit, & auxit, illum nunquam legitimæ cōtemptu dilectionis obscurauit, sed oblatione honoris debiti magis illustrauit, non illius amplitudinem gloriæ restrinxit, sed latiùs extendit, non dignitatis, splendorisque maiestatis regiæ fines angustauit, sed propagatos longiùs in prosperita- C tibus à diuina Christi Domini benedictione deriuatis pulchriùs, solidiusque corroborauit. Qoin imo sanctissimi omniū fideliū patres sedis Apostolicæ præsules, in pias Gallicanæ ecclesiæ professiones, de summo in tēporalibus Regibus Frācorū honore soluendo, consentientes, ipsis sūmū imperiū, quoad tēporalia in regno suo nusquam denegarūt, sed vltro, vt veritas exigebat, illos veluti primos omniū Christianorū principū Reges, nullius mundanæ potestatis obstrictos legibus agnouerunt, & ita summa eos reuerentia, paternaque charitate decorarunt. Vt ipse princeps vniuersalis ecclesiæ Innocent. 3. qui in cap. [f] Per venerabilem qui filii sunt legitimi palā ac publicè professus est, *Regem Franciæ superiorem in temporalibus minimè recognoscere.* Qui alibi *exaltationē regni Francorum sublimationem Apostolicæ sedis reputauit.* Certè reciproca beneuolētia Reges Christianissimi cū clero, & populo parē in maiestatem spiritualis principis, honorē, vt mihi videtur, & ra- D tio satis in prōptu dictat, refūdere tenentur: ne vicariis Christi Pōtificibus, Christianissimæ, sanctissimæq; romæ, minus reuerentiæ, & authoritatis quā infideles imperatores, & reip. Romanæ pagani rectores, suorū Deorū Pontificibus quondā Romæ ethnicis sordibus inuolotæ, deferre videātur. Nā de honore his Rom. reip. in tenebris, adhuc infidelitatis ambulātis Pōtificibus, & authoritate delata ita Cicero loquitur. [h] *Cū multa diuinitus Pontifices à maioribus nostris inuenta, atque instituta sint, tamen nihil præclarius, quam quod vos eosdem & religionibus Deorū immortaliū, & summæ reip. præesse voluerunt; vt amplissimi, & clarissimi*

e Symmachi Papæ Apolog. contra Anastas. imp.

4. Pars.

Quò magis Gallicana ecclesia prælati pastoresque cū toto clero sui in spiritualibus principis Rom. Pontificis maiestatem debitis sublimarunt honoribus, eò semper suum in temporalibus regem amantius gloriosiusque exaltando coluerunt.

Rex Franciæ iudicio papæ in terris superiorem non habet in temporalibus.

f Cap per venerabilem Tit qui filii sunt legit.

h Cicero pro domo sua orat.

ciues remp. bene gerendo, & Pontifices religiones sapienter interpretando rempublicam conseruarent. Et longa post tempora Lampridius scribit Alexandrum Seuerum tantum honoris, & authoritatis Pontificibus detulisse,[a] *& quindecim viris, & auguribus vt quasdam causas sacrorum à se finitas iterare, atque per eos aliter distingui pateretur.* Hic mutuus vtriusque potestatis honor, & amor, pacem, concordiamque reip. parit, & ecclesiæ incrementum prosperitatis acquirit, iuxta illud Iuonis Carnotēsis.[b] *Cùm regnum, & sacerdotium inter se conueniunt, bene, fœliciterque regitur mundus.* Qui propterea per exhortationem clamabat, *regni Francorum, & summi sacerdotis pax nulla subreptione dissoluatur.* Quam retinere, conseruare, augere boni Gallicanæ ecclesiæ præsules, sacerdotes, pastores, atque doctores doctrina salutari, deuotione, vitæ, morumque sinceritate docendo, exhortando, orando, bonorum operum exempla præbendo consueuerunt. Qui Regi seculorum omnium immortali Christo redemptori mundi fidelissimè seruientes eius immaculatæ sponsæ sanctissimæ fidelium matri ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ, fidem, obsequiumque ligium iurantes, hoc Christianissimum regnum, & eius supremos principes, quasi dulcissimos patres, atq; nutritios amantissimè, necnon reuerendissimè coluerunt. Qui nulla vnquam ratione, ac ne quidem terra tremente, cœlo cadente, fulminibus caput quatiente, membra fragminibus disrumpente, adduci potuerunt, vt cum hæreticis, cum schismaticis, cum hostibus religionis, ac regni, cum maiestatis Pontificiæ, & regiæ perduellibus fœdus inire, societatēque aliquā pacisci tantisper cōniuēdo paterētur. Quorū cōstātiā in opere bono, & ab omnibus improbis auersionē vtinā semper imitari valeamus: nihilque asperū quantumuis, atque durum, à tantorum ecclesiæ Gallicanæ luminum splendoribus, virtutibusque nos possit auocare. Licet.

Iam ferus Ætnæos Cyclopum Iuppiter ignes
Increpet, & vasto quatiat, vibretque fragore
Densa per attonitas rutilantia fulmina nubes.

a Lamprid. in Seuero Alexandro Seue. 10.

Mutuus spiritualis, & secularis respectus, & amor verā reip. pacem, ecclesiæque parit

b Iuo Carnot. ep. 218.

CAPVT V.

De antiqua Franciæ nobilitate virtute parta, de eius generositate religiosa, atque pia, ad tuendam, augendamque Dei veram ecclesiam, ad sui Regis maiestatem, salutemque protegendam, & ad populi Gallici libertatem, vitam atque fortunas ab omni iniuria, oppressioneque vindicandam.

1. *Querela de corruptione nobilium huius seculi, qui aliis virtute præstare debent: iuxta naturam, & conditionem veræ nobilitatis.*
2. *De antiqua Francorum nobilitate plena trophæis, quia virtutibus.*
3. *In quibus vera Christianorum nobilitas consistit.*

Vò maior in antiquorum nobilium virtutes considerando consolatio, honestaque voluptas exurgit; eò tristitia & luctus acerbior in recentium, hodieque viuentium nobilium vitia, moresque corruptos, intentiori mentis cogitatione contemplādo, respicientium animos adorta vehementiùs angūt & cruciant. Quem bonorum catholicorum patriæ post religionem amantissimorum non tædeat, misereatque nobiles à virtutibus maiorum turpiter exorbitantes conspicere à plebeis vitæ probitate vinci, neglecta honestatis, sanctitatisque puritate, vitiorum sordibus ipsa vera nobilitate indignissimis ingurgitari? Quæ à virtute suam pulchritudinem, robur, excellentiamque mutuata, columna solidæ, diuturnæque prosperitatis regnis, à quibus culta est, extitit. Est quippe dignitas illa, præstātiaque super alios, ex concessione Regis alicuius, seu imperatoris, aut cuiusuis alterius summi principis propter seruitium memorabile principi fideliter exhibitum, magnum virtutis opus, fructusque diuinæ gratiæ in imperiis, hominūque societatibus veri Dei cultoribus iudicata semper. Quo spectabit illud scripturæ sacræ.[c] *Hoc honore condignus est, quemcumque Rex voluerit honorare,* tantumque valoris ad collationem dignitatis, & eminentiæ huius, quæ nobilitas dicitur, propter virtutem, habet principis iudicium, & beneficium; vt sacrilegii instar quondā crederetur indignum honore iudicare, quē princeps illo propter virtutum merita decorauerat. Qui potest quos vult nobilitare: iuxta responsum[d] imperatorum Theodosii, & filiorum eius Arcadii, & Honorii. Huius veræ nobilitatis vmbram vix hodie retinemus; cùm eos qui se nobiles sanguine gloriantur, aulicæ vanitatis fumum perniciosum, non probitatis, pietatisque lucem salutarem consectari videamus. Atque sic, nec sine magno iusti doloris sensu inuiti dicere cogamur. *Exeat ex aula, qui volet esse pius.* Iustèque pio, sapientique consultori catholico, S. Gregorii Nazianzeni ad fratrem Cæsarium ei aulicæ vitæ abdicationem persuadentis exhortationem hanc vsurpare licebit: qua, genere, familiaque fulgentes illustri ab illis corruptionis aulicæ sordibus, (in quibus nimis perniciosè, turpiterque lasciuiunt) ad meliorem viuendi viam antiqua illorum nobilitate dignam reuocare conetur.[e] *Quod si in ea* (inquit) *perstas sententia* (scilicet vt diutius in imperatoris aula permaneas) *& pro animi proposito, atque impetu parua omnia existimas, aliud quidem acerbi proloqui non licet, hoc tamen prædico, & denuntio, è duobus alterum necesse esse, vel vt germanus Christianus manens contemptissimæ ipsius classis sorti ascribaris, indignèque viuas, vel te ipso, & spe, quam concepisti, vel honorum desiderio æstuans in capitalem fraudem incidas, fumique saltem, si non ignis fias particeps.* Quam exhortationem vtinam ea animi docilitate omnes nostri seculi nobiles attenderent, qua ipse Cæsarius illustrissima, in curia Iuliani imperatoris præfectura nobilitatus, fratri S. Gregorio salutaria monenti paruit. Qui eius consilio instructus, & inflammatus eloquio vehementer, relicta Iuliani curia ignominiā crucis, *opibus, & honoribus Pharaonis,* vt de Moyse loquitur[f] Apostolus prætulit:[g] *Magisque elegit abiectus esse in domo Domini, quàm habitare in tabernaculis peccatorum.*

Nobilitas quid.

c Esther c. 6. v. 11.

d L. sacrilegii 5 C. de diuersis rescriptis, & ibi Glossa, & Paul. Castrens. & Bald. de diuersis rescriptis l. 1. c. Tit. 26.

e Ex ep. 17 S. Greg. Nazia. ad fratrem Cæsarium ei ab aula Iuliani imp. recedere persuadentis.

Omnia vana, & fumosa in aulica vita.

f Hebr. c. 11.

g Psal. 25.

Quorum io aula principum numerus maximus esse solet: in qua fraude, & perfidia dominante aulici quos laudant ioaiore odio prosequuntur, quàm inimicissimos: vt ipse Iulianus Imperator in epistola [a] ad S. Basiliū, expertus ingenuè confitebatur. Vnde non illa querela Agamemnonis apud Euripidem [b] huius temporis est, plebeios, ignobiles, rusticanosque nobilibus præferentis, *quod illis, non his suas calamitates lugere liceat.* Sed illa potiùs hoc corruptioois seculo, quo viuimus expostulatio facienda est, qood nobilibus in aula regia minimè probos esse detur, qui male viuendo suæ nobilitati, illustrique prosapiæ tenebras ignobilitatis offundunt, quam maiores bene Deo, Regique seruiendo, sibi posterisque pepererunt, propterea idem qui supra poëta dicebat. [c]

a Iulian. A. postat. ep. ad S. Basil. inter S. Basil. epist.

b Euripid. in Iphigenia in aulide actio-ne 2.

Carmina Græca sunt in tomo alphabetico.

Iusta querela non licere nobilibus ... (margin note, partly illegible)

c Euripid. Peccator licet illustribus natus, ... ignobilis.

A

Ὦ ζεῦ, ... ἐμοὶ ... αἰθρ

Ὃ δ' οὐ δίκαιος ... πατρός

Ζηνὸς ... οὐκ ... δοκεῖ.

Bonus mihi vir nobilis videtur,

Qui verò non iustus est, licet à patre meliore,

Quàm Iupiter sit, genus deducat, ignobilis mihi censetur.

Asseuerat mordicus alibi nullum nobilitatis fulgorem improborum cœtibus inclarescere, sed bonorum tantum. [d] Οὐκ ἔστιν ἐν κακοῖσιν εὐγένεια, παρ' ἀγαθοῖσιν δ' ἀνδρῶν γένος. *Nulla nobilitatis, seu splendor generis est inter malos, sed inter bonos cantum.*

d Idem Euripid. ibid.

Quæ tam cæca mortalitas, quæ tam vesana præsumptio corruptorum nobilium, credere suam nobilitatem sola virtute maiorum, non propria fultam in tuto posse consistere, diuturnitatemque prosperitatis sibi vendicare? Ad lunulas olim apud Romanos in equitum calceis affixas isti trasones nobilium remittantur: quibus isti rerum humanarum instabilitatis admonebātur, ne in superhiam elati nimium maiorum nobilitati, illorum contempta virtute, fiderent, [e] neue plus principis sui imperia, quàm solis astrorum principis luna detrectarent. Quo enim hooris, & gloriæ tandem illa patentum nobilitas in filios nepotibusque conscendere valebit, si ab illa benignitas, humanitas, vitæ probitas, bonoestasque remoueantur? Vt per epistolam [f] Macrinus Imperator Senatui Romano testabatur; *siquidem fortuna munera etiam parum degnos exornant, animi virtus propriam cuique gloriam conciliat, claritas quidem generis, diuitiæ, atque id genus reliqua, etsi beatorum propria putentur, minimè in ipsis, vtpote ab alys prodita laudantur.* Exorbitare per abrupta vitiorum à maiorum virtutibus, quid aliud est, quàm antiquam Patrum suorum nobilitatem dedecorate, & illud malis actibus perdere, quod maiores sui sibi præclare factis acquisiuerant?

Lunula in calceis equitum Romanorum quid significabat.

e Plutarch. in Problem. 71.

f Herodian. l. 5. in Macrino.

B

C

Quid genus, & proauos strepitis? si primordia vestra,

Auctoremque Deum spectes, nullus degener extat,

Ni vitys peiora fouens proprium deserat ortum. [g]

g Boetius l. 3. de consolat. philosophiæ.

Addam & illud Lucani.

[h] *Perit omnis in illo*

Nobilitas, quibus laus est in origine sola.

h Lucan ad Pis.

Nec etiam hoc aliud Boëtij his interserere detrectabo. [i] *Si quid est in nobilitate bonum id esse solum, vt imposita nobilibus necessitudo videatur, ne à maiorum virtute degenerent.* Sed hæc ad conquerendum contra nobilium vitia satis: in quæ me non sentientem iustus pertraxit angor, iniùtutum propius attingamus, atque de antiqua regni Franciæ nobilitate maximis illustrata trophæis, quia à Christianis non recessit optimè factis, nonnulla breuiter, & clarè commemoremus.

i Boetius l. 3. de consolat.

Multi hodie in Gallia, præter cœteras orbis Catholici nationes genere, & sanguine nobiles, quia olim multi virtute, atque Christiana fide potentes, quos ideo Deus remunerare in hoc mundo voluit, in mille generationes. Quorum vera fides, Catholica religio, morumque puritas, altissimas in hoc regno solidæ, non fucatæ nobilitatis, nitidæ, sincereque gloriæ, non fumosæ sordidæque vanitatis radices egit, *vt Deo notiores essent, quàm mundo, quorum sacra, immaculataque religio,* [k] *vt cum sancto Hieronymo loquar* (quàm cum lacte nutricis à conuersione Clodouæi suxisse dicuntur) *nesciunt personas accipere: neque conditiones, sed animos inspexit singulorum, quæ seruum & nobilem de moribus pronunciauit,* qui cum eodem [l] Doctore sancto, *solam libertatem apud Deum esse credideruns, non seruire peccatis, summamque apud eundem nobilitatem clarum esse virtutibus iudicantes,* non tam de claro maiorum sanguine, quàm de sancta, generosaque eorum virtute gloriari voluerunt. Illud sancti Hieronymi figentes animo. [m] *Non est quod aliquis sibi de generis nobilitate blandiatur, si ex meliore parte sit seruus.* Et illod sancti Chrysostomi. [n] *Quid prodest ei, quem sordidant mores, generatio clara? Aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? ipse enimse vacuum ab omnibus ostendit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit Cham, quod fuerit Noe filius? Nonne separatus de medio filiorum, qui secundum carnem frater fuerat natus, secundum animam factus est seruus? Nec familia sancta eius potuit defendere impios mores. Quid Timotheo nocuisse credutur, quod fuit ex patre gentili? Aut quid nocuit Abrahæ, quod patrem habuit Thare, luteorum Deorum cultorem?* Tandem huius conclusionis ab illo sancto patre ibi prolatæ veritatem sibi persuadentes. [o] *Melius est vt inte glorientur parentes, quàm vt en parentibus glorieru.* A primo suæ in sanctissimæ matris Ecclesiæ gyrum conuersionis ortu, tot heroica facta, gestaque plena virtutibus pro gloria Dei, pro eius defensione religionis, pro sui honore, seruitioque Regis, necnon pro salute patriæ sunt operati; vt illis gloria præclarè factorum, omnes terrarum orbis nationes voluntariè cedere voluerint. Cuius rei veritas cuiuis nostras, & alienas historias, quæ res Gallorum describunt reuoluenti clariùs innotescet, quàm vt de ea iure dubitari possit. Tam has, quàm illas nobiles Gallici Imperij veteres legentibus se repræsentant, [p] *viros natos militiæ, factis magnos, ad verborum, linguaque certamen rudes,* [q] *fortissimos*, vt Tacitus loquitur, *in ipso discrimine exercitus, qui ante discrimen erant modestissimi,* [r] *viros fortes, in opere acres, ante id placidos:* quales fortissimos Græcia duces describebat in Ethicis Aristoteles. [s] *Quibus pectus erat animorum, iraque tacita plenum, omnem ferociam in discrimen vsque certaminis differentibus; qui ventosas linguas compescentes,* cum Memnone duce apud Plutarchum, [t] *pugnare non conuiciari assue-*

a Pars. De antiquâ Francorum nobilitate vera, legitimaq; virtutum parta Christiana rum.

k S Hier. ad Celantiam.

l Ibid.

Primi Galli nobiles Sacrorum potius sanctitate, in semet sua bilis effectui bene Deo, & Regi seruiendo mādauerunt.

m S. Hier. ibid.

n S. Chrys. in illud S. Math. 4. Patrem habemus Abraham. & hom. 45. in S. Math. c. 12.

o S. Chrysost. ibid.

Descriptio fortitudinis heroica Gallorum nobilium per sententias diuersorum authorum.

D

p Liu. l. 6.

q Tacit. l. 1. hist.

r Arist. in Ethic. ad Nicomachū.

s Liu. l. 7.

t Plutarch. in apophe.

A

cines remp. bene gerendo, & Pontifices religiones sapienter interpretando rempublicam conseruarent. Et longa poft tempora Lampridius fcribit Alexandrum Seuerum tantum honoris, & anthoritatis Pontificibus detulifle,[a] *& quindecim viris, & auguribus vt quafdam caufas facrorum à fe finitas iterare, atque per eos aliter diftingui pateretur.* Hic mutuus vtriufque poteftatis honor, & amor, pacem, concordiamque reip. parit, & ecclefiæ incrementum profperitatis acquirit; iuxta illud Iuonis Carnotéfis.[b] *Cùm regnum, & facerdotium inter fe conueniunt, bene, fœliciterque regitur mundus.* Qui propterea per exhortationem clamabar, *regni Francorum, & fummi facerdotis pax nulla fubreptione diffolnatur.* Quam retinere, conferuare, augere boni Gallicanæ ecclefiæ præfules, facerdotes, paftores, atque doctores doctrina falutari, deuotione, vitæ, morumque fínceritate docendo, exhortando, orando, bonorum operum exempla præbendo confueuerunt. Qui Regi feculorum omnium immortali Chrifto redemptori mundi, fideliffimè feruientes eius immaculatæ fponfæ fanctiffimæ fidelium matri ecclefiæ Catholicæ, Apoftolicæ, & Romanæ, fidem, obfequiumque ligium iurantes, hoc Chriftianiffimum regnum, & eius fupremos principes, quafi dulciffimos patres, atq; nutritios amantiffimè, necnon reuerendiffimè coluerunt. Qui nulla vnquam ratione, ac ne quidem terra tremente, cœlo cadente, fulminibus caput quatiente, membra fragminibus difrumpente, adduci potuerunt, vt cum hæreticis, cum fchifmaticis, cum hoftibus religionis, ac regni, cum maieftatis Pontificiæ, & regiæ perduellibus fœdus inire, focietatéque aliquá pacifci tantifper cóniuêdo pareretur. Quorú cóftátiá in opere bono, & ab omnibus improbis auerfioné vtiná femper imitari valeamus: nihilque afperú quantumuis, atque durum, à tantorum ecclefiæ Gallicanæ luminum fplendoribus, virtutibufque nos poffit auocare. Licet.

a Lamprid. in Seuero Alexandro Seuero.

Mutuus fpiritualis, & fecularis refpectus, & amor verã reip. pacem, ecclefiaque parit.

b Iuo Carnot. ep. 238.

B

Iam ferus Ætnæos Cyclopum Iuppiter ignes
Increpet, & vafto quatiat, vibretque fragore
Denfa per attonitas rutilantia fulmina nubes.

C

CAPVT V.

De antiqua Franciæ nobilitate virtute parta, de eius generofitate religiofa, atque pia, ad tuendam, augendamque Dei veram ecclefiam, ad fui Regis maieftatem, falutemque protegendam, & ad populi Gallici libertatem, vitam atque fortunas ab omni iniuria, oppreffioneque vindicandam.

D

1. *Querela de corruptione nobilium huius feculi, qui aliis virtute præftare debent: iuxta naturam, & conditionem veræ nobilitatis.*
2. *De antiqua Francorum nobilitate plena trophæis, quia virtutibus.*
3. *In quibus vera Chriftianorum nobilitas confiftit.*

A

QVò maior in antiquorum nobilium virtutes confiderando confolatio, honeftaque voluptas exurgit; eò triftitia & luctus acerbior in recentium, hodieque viuentium nobilium vitia, morefque corruptos, intentiori mentis cogitatione contemplãdo, refpicientium animos adorta vehementiùs angũt & cruciant. Quem bonorum catholicorum patriæ poft religionem amantiffimorum non tædeat, mifereatque nobiles à virtutibus maiorum turpiter exorbitantes confpicere à plebeis vitæ probitate vinci, neglecta honeftatis, fanctitatifque puritate, vitiorum fordibus ipfa vera nobilitate indigniffimis ingurgitari? Quæ à virtute fuam pulchritudinem, robur, excellentiamque mutuata, columna folidæ, diuturnæque profperitatis regnis, à quibus culta eft, extitit. Eft quippe dignitas illa, præftãtiaque fuper alios, ex conceffione Regis alicuius, feu imperatoris, aut cuiufuis alterius fummi principis propter feruitium memorabile principi fideliter exhibitum, magnum virtutis opus, fructufque diuinæ gratiæ in imperiis, hominũque focietatibus veri Dei cultoribus iudicata femper. Quo fpectabit illud fcripturæ facræ.[c] *Hoc honore condignus eft, quemcumque Rex voluerit honorare*, tantumque valoris ad collationem dignitatis, & eminentiæ huius, quæ nobilitas dicitur, propter virtutem, habet principis iudicium, & beneficium; vt facrilegii inftar quondã crederetur indignum honore iudicare, quẽ princeps illo propter virtutum merita decorauerat. Qui poteft quos vult nobilitare: iuxta refponfum[d] imperatorum Theodofii, & filiorum eius Arcadii, & Honorii. Huius veræ nobilitatis vmbram vix hodie retinemus; cùm eos qui fe nobiles fanguine gloriantur, aulicæ vanitatis fumum perniciofum, non probitatis, pietatifque lucem falutarem confectari videamus. Atque fic, nec fine magno iufti doloris fenfu inuiti dicere cogamur. *Exeat ex aula, qui volet effe pius.* Iuftèque pio, fapientique confultori catholico, S. Gregorii Nazianzeni ad fratrem Cæfarium ei aulicæ vitæ abdicationem perfuadentis exhortationem hanc vfurpare licebit: qua, genere, familiaque fulgentes illuftri ab illis corruptionis aulicæ fordibus, (in quibus nimis perniciosè, turpiterque lafciuiunt) ad meliorem viuendi viam antiqua illorum nobilitate dignam reuocare conetur.[e] *Quod fi in ea* (inquit) *perftas fententia* (fcilicet vt diutius in imperatoris aula permaneas) *& præ animi propofito, atque impetu parua omnia exiftimas, aliud quidem acerbi proloqui non licet, hoc tamen prædico, & denuntio, è duobus alterum neceffe effe, vel vt germanus Chriftianus manens contemptiffima ipfius claffis forti afcribaris, indignèque viuas, vel te ipfo, & fpe, quam concepifti, vel honorum defiderio æftuans in capitalem fraudem incidas, fumique faltem, fi non ignis fias particeps.* Quam exhortationem vtinam ea animi docilitate omnes noftri feculi nobiles attenderent, qua ipfe Cæfarius illuftriffima, in curia Iuliani imperatoris præfectura nobilitatus, fratri S. Gregorio falutaria monenti paruit. Qui eius confilio inftructus, & inflammatus eloquio vehementer, relicta Iuliani curia ignominiã crucis, *opibus, & honoribus Pharaonis*, vt de Moyfe loquitur[f] Apoftolus prætulit:[g] *Magifque elegit abiectus effe in domo Domini, quàm habitare in tabernaculis peccatorum.*

Nobilitas quid.

c Efther c. 6. v. 11.

d L. facrilegii § C. de diuerfis refcriptis, & ibi Gloffa, & Paul. Caftrenf & Bald. de diuerfis refcriptis l. 1. c. Tit. 26.

e Ex ep. 17 S. Greg. Nazia. ad fratrem Cæfarium ei ab aula Iuliani imp. recedere perfuadentis.

Omnia vano, & fumofa in aulicu vita.

f Hebr. c. 11.

g Pfal. 83.

Qnorum in aula principum nomerus maximus esse solet: in qua fraude, & perfidia dominante aulici quos laudant maiore odio prosequuntur, quàm inimicissimos: vt ipse Iulianus Imperator in epistola [a] ad S. Basiliũ, expertus ingenuè confitebatur. Vnde non illa querela Agamemnonis apud Euripidem [b] huios temporis est, plebeios, ignobiles, rusticanosque nobilibus præferentis, *quod illis, non his suas calamitates lugere liceat.* Sed illa potiùs hoc corruptionis seculo, quo viuimus expostulatio facienda est, quod nobilibus in aula regia minimè probos esse detur, qui male viuendo suæ nobilitati, illustriqoe prosapiæ tenebras ignobilitatis offundunt, quam maiores bene Deo, Regique seruiendo, sibi posterisque pepeterunt, propterea idem qui supra poëta dicebat. [c]

[a] Iulian Apostat. ep. ad S. Basil. inter S. Basil. epist.
[b] Euripid. in Iphigenia in aulide actione 2.
Carmina Græca sunt in tamo alphabeto.
Iusta querela non licere nobilibus in aula regia esse probos.
[c] Euripid.
Peccator licet illustribus natus parentibus est ignobilis.

> Ὁ μὲν γὰρ ἐσθλὸς εὐγενὴς ἐμοί γ' ἀνὴρ
> Ὁ δ' οὐ δίκαιος κἂν ἀμείνονος πατρὸς
> Ζηνὸς πεφύκῃ, δυσγενὴς εἶναι δοκεῖ.
> *Bonus mihi vir nobilis videtur,*
> *Qui verò non iustus est, licet à patre meliore,*
> *Quàm Iupiter sit, genus deducat, ignobilis mihi censetur.*

Asseuerat mordicus alibi nollum nobilitatis fulgorem improborom cœtibus inclarescere, sed bonorum tantum. [d] Οὐκ ἔστιν ἐν κακοῖσιν εὐγένεια, παρ' ἀγαθοῖσιν δ' ἀνδρῶν γένος. *Nulla nobilitatis, seu splendor generis est inter malos, sed inter bonos tantum.*

[d] Idem Euripid. ibid.

Qoæ tam cæca mortalitas, quæ tam vęsana præsumptio corruptorum nobilium, eredere suam nobilitatem sola virtute maiorum, non propria fultam in tuto posse consistere, diuturnitatemque prosperitatis sibi vendicare? Ad lunolas olim apud Romanos in equitum calceis affixas isti trasones nobilium remittantur: quibus isti rerum humanarum instabilitatis admonebãtur, ne in soperbiam elati nimium maiorum nobilitati, illorum contempta virtute, fiderent, [e] neue plus principis sui imperia, quàm solis astrorum principis lona detrectarent. Quo enim honoris, & gloriæ tandem illa parentum nobilitas in filiis nepotibusque conscendere valebit, si ab illa benignitas, homanitas, vitæ probitas, honestasque remooeantur? Vt per epistolam [f] Macrinos Imperator Senatui Romano testabatur; *siquidem fortunæ munera etiam parum dignos exornant, animi virtus propriam cuique gloriam conciliat, claritas quidem generis, diuitiæ, atque id genus reliqua, etsi beatorum propria putentur, minime in ipsis, vtpote ab alijs prodita laudantur.* Exorbitare per abrupta vitiorum à maiorum virtutibus, quid aliud est, quàm antiquam Patrum suorum nobilitatem dedecorare, & illud malis actibus perdere, quod maiores sui sibi præclare factis aequisioerant?

Lunula in calceis equitum Romanorum quid significabat.
[e] Plutarch. in Problem. 71.
[f] Herodian. l. 5. in Macrino.

> [g] *Quid genus, & proauos strepitis? si primordia vestra,*
> *Auctoremque Deum spectes, nullus degener extat,*
> *Ni vitijs peiora fouens proprium deserat ortum.*

[g] Boetius l. 3. de consolat philosophiæ.

Addam & illud Lucani.

> [h] *Perit omnis in illo*
> *Nobilitas, quibus laus est in origine sola.*

[h] Lucan ad Pis.

Nec etiam hoc aliud Boëtij his interserere detrectabo. [i] *Si quid est in nobilitate bonum id esse solum, vt imposita nobilibus necessitudo videatur, ne à maiorum virtute degenerent.* Sed hæc ad conquerendum contra nobilium vitia satis: in quæ me non sentientem iustus pertraxit angor, institutum propius attingamus, atqoe de antiqua regni Franciæ nobilitate maximis illustrata trophæis, quia à Christianis non recessit optimè factis, nonnulla breuiter, & clarè commemoremus.

[i] Boetios l. 3. de coosolat.

Multi hodie in Gallia, præter cœteras orbis Catholici nationes genere, & sanguine nobiles, quia olim multi virtute, atque Christiana fide potentes, quos ideo Deus remunerare in hoc muodo voluit, in mille generationes. Quorum vera fides, Catholica religio, morumque puritas, altissimas in hoc regno solidæ, noo fucatæ nobilitatis, nitidæ, sinceræque gloriæ, non fumosæ sordidæque vanitaris radices egit, *vt Deo notiores essent, quàm mundo, quorum sacra, immaculataque religio,* [k] *vt cum sancto Hieronymo loquar* (quàm cum lacte nutricis à conuersione Clodouæi suxisse dicuntur) *nesciuit personas accipere: neque conditiones, sed animos inspexit singulorum, quæ fortem & nobilem de moribus pronunciauit*, qui cum eodem [l] Doctore sancto, *solam libertatem apud Deum esse crediderunt, non seruire peccatis, summamque apud eundem nobilitatem clarum esse virtutibus iudicantes,* non tam de claro maiorum sanguine, quàm de sancta, generosaque eorum virtute gloriari voluerunt. Illud sancti Hieronymi figentes animo. [m] *Non est quod aliquis sibi de generis nobilitate blandiatur, si ex meliori parte sit seruus.* Et illud sancti Chrysostomi. [n] *Quid prodest ei, quem sordidant mores generatio clara? Aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? ipse enim se vacuum ab omnibus ostendit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit Cham, quòd fuerit Noe filius? Nonne separatus de medio filiorum, qui secundùm carnem frater fuerat natus, secundùm animam factus est seruus? Nec familia sancta eius potuit defendere impios mores. Quid Timotheo nocuisse creditur, quod fuit ex patre gentili? Aut quid nocuit Abrahæ, quod patrem habuit Thare, luteorum Deorum cultorem?* Tandem huios conclusionis ab illo sancto patre ibi prolatæ veritatem sibi persuadentes. [o] *Melius est vt in te glorientur parentes, quàm vt in parentibus glorieris.* A primo suæ in sanctissimæ matris Ecclesiæ gyrum conuersionis ortu, tot heroica facta, gestaque plena virtutibus pro gloria Dei, pro eius defensione religionis, pro sui honore, seruitioque Regis, necnon pro salute patriæ sunt operati; vt illis gloria præclarè factorum, omnes terrarum orbis nationes volontariè cedere voluerint. Coius rei veritas cuiuis nostras, & alienas historias, quæ res Gallorum describunt reooluenti clariùs innotescet, quàm vt de ea iure dubitari possit. Tam has, quàm illas nobiles Gallici Imperij veteres legentibus se repræsentant, [p] *viros natos militiæ, factis magnos, ad verborum, linguæque certamen rudes,* [q] *fortissimos,* vt Tacitus loquitur, *in ipso discrimine exercitus, qui ante discrimen erant modestissimi,* [r] *viros fortes, in opere acres, ante id placidos*: quales fortissimos Græciæ duces describebat in Ethicis Aristoteles. [s] *Quibus pectus erat animorum, iræque tacitæ plenum, omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis differentibus; qui ventosas linguas compescentes*, cum Memnone duce apud Plutarchum, [t] *pugnare non conuitiari assue-*

[a] Pars. *De antiquâ Francorum nobilitate vero, legitimoque virtutum partu Christianorum.*
[k] S Hier. ad Celantiam.
[l] Ibid.
Primi Galliæ nobiles Sanctorum patrum sanctitatis in se memorabiles effectui bone Deo, & Regi seruiendo mãdauerunt.
[m] S. Hier. ib.
[n] S. Chrys in illud S. Math. 4. Patrem habemus Abraham. & hom. 45. in S. Math. c. 12.
[o] S. Chrysost. ibid.
Descriptio fortitudinis heroica Gallorum nobilium per sententias diuersorum authorum.
[p] Liu l. 10.
[q] Tacit. l. 1. hist.
[r] Arist. in Ethic. ad Nicomachũ.
[s] Liu. l. 7.
[t] Plutarch. in apophs.

facti hostes non verbis, sed factis consternere, suaque subiugare fortitudine didicerant: ab illis ignaris Quiritibus & quod vulgo dicitur Atticis militibus valde dissimiles. Qui, vt Liuij [a] verbis vtar, *in conuiuijs, & circulis cum de hostibus mentio incidebat, vix manibus temperabant homines ignauissimi* [b] *in periculo minimum ausuri, nimij verbis lingua feroces*. Non sic illi generosi antiquę nobilitatis, vetustique illustrium sanguinis Galliæ duces, & equites, [c] *quibus claræ mortes pro religione Catholica, & patria oppetitæ non solùm gloriosæ, sed etiam beatæ visæ sunt*. [d] *Pulchrumque mori succurrit in armis!* Quorum ingentes animos ad omnia subeunda pro virtute pericula, nullis expugnabiles laboribus, arduis superiores difficultatibus, indomitaque miratus pectora Sidonius Apollinaris [e] breuiter, sed fœliciter magna & egregia de illorum militari fortitudine, de inuicta in dimicando pro Dei gloria, saluteqoe regni constantia comprehendens in Panegyrico Maioriani dicebat.

a Liuij l. 32.
b Tacit. l. 1. hist.
c 1. Tusc.
d Æneid. 2.
e Sidon. Apolliu. de inuicta nobiliũ Franciæ fortitudine in bello.

Non timor, inuicti manent, animoque supersunt.
Iam prope post animam.

Atque ab his fortibus nobilitatis antiquæ viris, fortes in hoc Franciæ regno, per soccedentia secula, annisque labentes creati sunt; qui nobilitatem ab illis acceptam maioribus, per multiplicia, egregiè, heroiceque gesta, illorum virtutes æmulando, magis, ac magis gloria, & honore cumularunt. Quibus ad bene, strenueque pro gloria Dei, eiusque defensione religionis pro regni, patriæque salute operandum magnum calcar admouit, paternæ consideratio virtutis, & honoris, à quibus in filios nobilitatis splendores, insigniaque deriuantur. Testantibus illud plerisque sacrarum scripturarum oraculis; qualia sunt ista. [f] *Gloria hominis ex honore patris sui, & contumelia filij pater sine honore.* [g] *Gloria filiorum parentes eorum*. Quò refertur & illud [h] Oseæ post prophetam [i] Iob cap. 31. *Gloria eorum à partu ac ab vtero, & conceptu honor illius*. Et illud Deuteronomij cap. 1. [k] *De vtero vestro sapientes, & nobiles constitui principes*. Quod præcisè, simpliciterque non est intelligendum; sed de nobilitate patris non matris iuxta textum institutionum imperialium de ingenois [l] §. 1. vt exponit Baldus [m] in L. fin. ad finem C. de seruis fugitiois. Quæ parentum nobilitas in virtute radicata, atque fũdata preciosa est relicta filijs à parentibus hæreditas, vt testis mihi est ille, qoi dixit. [n] *Optima autem hæreditas à parentibus traditur liberis, omnique patrimonio præstantior gloria virtutis, rerumque gestarum*. Hoc spiritualium bonorum patrimonio Galliæ nostræ vetosti oobiles locupletati, vt ditiores fiereot virtutibus cœlestibus, quàm opibus terrenis maiorum suorum præclarè, religinseque gestis bonorum operum in religionis, patriæque seruitia cumulos adiungere voluerũt, bene cum S. [o] Ambrosio iudicantes, *probati viri genus, virtutis esse prosapiam: quia sicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutes sunt; etenim familiæ hominum splendore generis nobilitantur, animarum autem clarificatur gratia splendore virtutum.*

Filiorum nobilitas à gloria, virtuteq; progenitorum.
f Sap 3.
g Prouer. c. 18
h Oseæ c. 9.
i Iob c 31.
k Deut. c. 1.
l Institu de ingenuis §. 1.
m Baldus in l. fin C. de seruis fug.
n Cicer. off. 1
o S. Ambros. l. de arca, & Noe, c. 4.

Atque si antiquos Francorum Annales ab ingressu ad eos Christianæ fidei replicare voluerimus, inueniemus viros illustres Galliæ suam oobilitatem præcipuè in puro Christianę religionis cultu, vitæ, morumque sinceritate, misericordiæ operibus, vitiorum detestatiooe, iustitiæ, naturæque incorruptæ, seu potiùs per Euangelicam gratiam restauratæ immaculata legum custodia collocauisse. Quibus in rebus vera nobilitas sita esse conspicitur, vt diuina, Ecclesiasticaque iura iũcta ciuilibus dictauisse grauissimi vtriusque ioris doctores obseruarunt, qoi in assertionis suæ fidem versus illos vulgares quidem, & stylo humiles, sed sensu intelligentiaque sublimes adduxerunt.

§. vari: In quibus vera Christianorum nobilium consistit nobilitas.
Ostiens. Io. Andr. Ant. imol S. Antoni flosem Card in c peonl ibi virtutum nobilitas extra de præbendis.

Nobilitas hominis, mens est, deitatis imago.
Nobilitas hominis, virtutum clara propago.
Nobilitas hominis, humilem releuare iacentem,
Nobilitas hominis, nisi turpia nulla putare,
Nobilitas hominis naturæ iura tenere.

[p] *Ille clarus, ille sublimis, ille fit nobilis*, inquit S. Hieronymus ad virginem Demetriadem, *ille tunc nobilitatem suam integram se seruare putet, si dedignetur seruire vitijs, ab eisque superari*. Quorum antiqui Franciæ nobiles virtutibus mancipati, se sicut hostium victores esse merito gloriabantur. In qua victoria se seruos Christi Domini cum exultatione, & gaudio profitebantur, & ita maximè nobiles, & ingenuos; cum vt inter acerbissimos martyrij sui cruciatus S. Agatha clamabat. [q] *Summa ingenuitas ista sit, in qua Christi seruitus comprobatur.*

p S Hieron. ad Demetr. de virginitate tuenda.
q Ex actibus S Agathæ.

CAPVT VI.

Quanta fecit nobilitas antiqua Franciæ pro defensione Ecclesiæ Dei, regiæ maiestatis, populique salute, meritò gloria vera & honore decorata. Ad cuius antiquæ nobilitatis splendorem generosis heroicisque factis huius seculi nobiles, exhortatione pia concitantur.

1. *Antiqua Gallorũ nobilitatis fortitudo, qualis erat superior ipsa veterum Romanorum atq; præstantior.*
2. *Nota quibus vera Francorum nobilitas cognoscebatur antiquitus.*
3. *De honoribus veris veræ nobilitati debitis, tres ob causas.*
4. *Exhortatio ad nobiles huius seculi, vt suorum maiorum virtutes imitando reuereantur, & ament.*
5. *Conclusio exhortationis, instar perorationis, qua nobiles admonentur, vt non intumescant gloria maiorum, sed humiliter de se sentiendo facta eorum præclara imitentur, proposita illis sua natura mortalis infirmitate.*

SE o in hac professione liberæ, sanctæque seruitutis, quæ pari generositate vitia, sicut hostes Christianæ religionis, iustinæque destruxit: quanta heroicè, strenueque gessit, & fecit generosa illa Franciæ nobilitas pro salute religionis, & regni, intrepida sub suis Regibus, contra ferocissimos hostes assiduitate dimicando? Quoties indomita illius fortitudo inter medias acies victrix, terribilis hominibus perditis, sicut bonis salutaris illuxit? Quæ non erat illa Martialis rabies, bellique furia appetitus filia vindictæ, quę in feruus, agrestibusque hominibus humanum saoguinem sitientibus immaniter efferata conspicitur: sed diuina illa generoso in pectore virtus insidens, beneficaque potestas, quæ se exercebat, suasque nunquam vires explicabat, dilatabatque, nisi vt diuinæ maiestatis honorem defenderet, Christi Domini religionem, fidemque tutaretur, eius sanctitatem sponsæ matris Ecclesiæ ab omni hostium solertum ferocitatis diabolicæ ministrorū furore vindicaret, Regis sui Christianissimi coronam immaculate defenderet, iustitiæ administrationem, iuraque protegeret, afflictis, ducaqoe potentiorum oppressione grauatis misericorditer opitulando succurreret. Deniqoe vt vno verbo dicā hęc nobilitas, Christi Domini armata gratiis in medias acies descendere sueta, vt omnia diaboli opera dissolueret. Quæ faciendo non ambitione, sed virtute, non plebeio fauore, sed bonorum operum merito honores, & præmia quærebat: titulo iustiori Christianam rempublicam geoerosè, religioseque defendendo, quam Romani quondam suam Ethnicam virtute motali, armisque protegendo, & ex parua magnam in orbe paganico dominatione terrena fabricando. De quibus ista apud Salustium [a] Cato in oratiooe, quam habuit in Senatu tribunus plebis designatus contra nefarios coniuratorum ausus machinationesque dicebat. *Nolite existimare maiores nostros armis Remp. ex parua magnam fecisse, si ita esset, multo pulcherrimam eam nos haberemus, quippe sociorum, atque ciuium, præterea armorum, & equorum maior copia nobis, quàm illis esset; sed alia fuere, quæ illos magnos fecerunt, quæ nobis nulla sunt: domi industria, foris iustum imperium, animus in consulendo liber, neque libidini, neque delicto obnoxius.* Atque hæc Francorum nobilitas antiqoa, à sapientia Christiana, à sinceritate fidei, à fortitudine generose pro Christi religione, patriæqoe salute pugnandi, à scientia rei militaris pro Ecclesiæ, regnique defensione suscepta, ab ipsa denique vitæ, morumque probitate deriuata, atque profecta, cum cæteris alijs nobilitatis speciebus, & formis excellentior extiterit, quid mirum si maiora præmia suis cultoribus, honoresque meruerit? *Sicut enim anima corpori præfertur,* [b] ex L. Sancimos. C. de sacrosanctis Ecclesiis, *& Sol Luna*. Ca. [c] Solitę. de maioritate, & obedientia, sic talis Francorom nobilitas spiritualis in anima præcipue residens à tot nata, propagataque virtutibus longè super alias nobilitatis species sui verticem splendoris attollens, præmiis, sicut meritis dignior apparuit. Et vt aurum speciosius plumbo Can. Duo [d] sunt. dist. 45. Ita hæc Francorum nobilitas sic generata, & aocta, cæteris excellentior, & sublimior euasit. Nobiles quippe, & ignobiles à

Qualis erat antiqua Gallorum nobilitatis fortitudo.

Nobilitas Gallorum insignes sibi quæsiuit honores, quàm Romanorum.

a Saluft. in Catil. apud S. Aug l. 5. de ciuit. c. 12.

Nobilitas Francorum antiqua cur cæteris præstantior extiterit

b L. Sancimus C de sacros Eccl.
c Ca. solitæ. de maiori. & obed.

d Can. duo sunt. dist. 46.

A virtute, malitiaque determinati creduntur, vt cui maior virtutis, honestatisque fulgor inclarescit, nobilior, & cui tenebræ vitij, turpitudinisque maiores offunduntur, ignobilior habeatur. Propterea non sine ratione illum [e] *generosissimū, nobilissimumque, qui optimus esset* Aristoteles arbitrabatur. Nec minùs verè, quàm eleganter Tullius contra Sallustium profitebatur; [f] *Sanctiùs esse se suis fulgere moribus, quàm maiorum nobilitate niti, vt esset posteris suis nobilitatis initium, & virtutis exemplum.* Contra verò Salustium ignobilem, vilemque iudicabat, quòd maiorum suorum oobilitatis, illustrisque geoeris splendores vitæ turpitudine, morumque deprauatorum tenebris opacauisset. Vnde Iphicrates Cerdonis filius Hermodio suam sibi generis ignobilitatem exprobranti rectè respondisse dicitur. [g] *Meum, inquit, genus à me ipso initium sumit, tuum autem in te desinit.* Et certè, vt ait ille.

B [h] *Miserum est aliena incumbere famæ,*
Ne sublapsa ruant abductis tecta columnis.

Vereque idem poëta cecinit.

[i] *Tota licet veteres exornent vndique ceræ*
Atria, nobilitas sola est, atque vnica virtus.

Quæ apud Christianos eo præstantior, quò in nobilius obiectum, veri nempe Dei cultum, & honorem, eiusque sanctissimæ Ecclesiæ defensionem collimatur obedientior, dirigiturque perfectior. Apud quos, qui Deom purè colit, & honorat, verè nobilis, qui vero dedecorat, ignobilis, infamisque iudicatur. [k] *Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me erunt ignobiles, dicit Dominus.* Querebatur de ipsa rerum genitrice natura Euripides, vel potiùs de ipso Deorum, atque hominum Rege Ioue ementito Deo, secundùm paganorum deliria: quòd hominibus notas, signaque nonnulla dedisset, quibus putum, verumque aurum, ab adolterino corrupto discerneret: nulla verò illis impertiuisset, quibus nobiles ab ignobilibus distinguerent. Quæ meo qoidem iudicio querela vana fuit, cùm plures ootas non falsus Deus paganorum Iupiter, sed verus, ac vnicus Christianorum, fideliumque Dominus Deus, ad distinctionem nobilium, ab ignobilibus dederit, quàm quibus aurum legitimum, à spurio, adulterinoque distinguatur, quod in prisca seculorum multorum antiquitate venerabili, Francorum nobilitate clarissimè conspici potest. Bonitas, atque puritas auri visu, sonitu, flaxu, tactu, pondere, igne, aqua forti, aliisque notis similibus deprehendi solet: notas huius spiritalis generosi, Catholicique Franciæ nobilitatis auri vultis habere? certiores, potentioresque multo ad dignoscendum illis quibus materialis auri puritas attenditur, accipite.

Summam Dei veri adorationem, eius immaculatum honoris diuini cultum, sinceram Christianæ fidei professionem, Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ defensionem, diuinæ charitatis ardorem, Regis sui Christianissimi fidelitatem perfectam, seruitium, & amorem, salutem patriæ, & populorum Catholicorum Regi Christianissimo subditorum contra feroces omnium inimicorum impetus protectionem, inuiolabilem iustitiæ obseruantiam, vitæ inculpatæ nitorem, atque optimorum sinceritatem morum. In quarum omnium virtutū exercitiis tota nobilium Galliæ antiquorum vita

e Arist. l 5. polit. & 2. Rhetor.
f Cicer. orat. Salust.

g Plat. in Apophth.

h Iuuenal. Satyr. 6.

i Idem.

k 1. Reg. 2. 9. 30.

Querela Euripidis.

Quibus signis, & notis auri puritas dignoscitur.

3. pars.
Notæ quibus vera Francorū nobilitas cognita fuit.

in conspectu Dei meritoriè consumpta est. Hæc A quàm facile est inductione exemplorum, & fidelium scriptorum testimonijs esse verissima demonstrare! Cùm propter honorem Dei optimi, maximi, summum, super omnia latriæ cultu exaltandum contra hostes diuini nominis, & adorationis ad bellum Regibus nostris pergendum fuit. Quibus fortioribus præsidijs, & copijs potentioribus, quam suæ nobilitatis adiuti fuere? Quos secum laborum salutarium, & pugnæ meritoriæ contra Dei hostes, nisi nobiles suos, illustrique sanguine eretos, illustriores virtute comites habere voluerunt? Quibus primus ille Christianæ sanctitatis, fideique professor, inter Franciæ Reges Clodouæus, nisi nobilibus suis copiarum suarum ductoribus loquebatur, hæc B dicens? [a] *Valde molestè fero quod hi Ariani partem Galliarum teneant: eamus cum Dei adiutorio, & superatis redigamus terram in ditionem nostram?* Quale illud elogium, præconiumque, quod in honorem nobilium Francorum præcipuè, Christianus, atque religiosus Poëta cecinit?

Nobilitati Galliæ in Deum pietas, & charitas magna, & fortitudo ad eius fidei defensionem.

a I. S. Greg. Tur l. 2. c. 28 hist. Franc.

b [illegible] aus.

[b] *Nulli constantia maior,*
Nulli maior erit pietas in numina gentis,
Defendent mucrone fidem, belloque domabunt,
Quoscumque audierint Christum se attollere contra.

Familiaris quondam nobilibus Galliæ prosperitas erat, & gloria, felices susceptarum expeditionum, rerum memorabilium, arduarumque successus, quia illis Christiana charitas arridebat, qua, iusta præceptum [c] Apostoli, *omnia ad gloriam Dei faciebant.* Quæ considerans [d] prudẽs, piusque Reip. consultor, senatorque eximius Lusitanus Regi Portugalliæ Ioanni huius nominis tertio sciscitanti cur meliores Gallici regni C nobiles, & in rebus magni momenti exequendis beatiores essent Portugalibus, verè sapienterque respondit, hoc inde contingere, quod Galli illi nobiles, & illustres, virtutum actiones propter amorem, gloriamque Dei in charitate Christi radicatas operarentur: Lusitani verò exteriora honestatis, atque virtutis opera, propter solum sui principis amorem facerent, temporalia ab illo bona inde sperãtes. Post charitatem in Deum, eiusq; Ecclesiam, [e] maximus in nobilium Franciæ animis erga suos Reges Christianissimos amor, & honor ab omni æuo penitus insedit; vnde Claudianus.

c Corinth. c. 10
d 3. Pinhus tom 5. dialogor. dialog. 1. c. 19.
e Guichardinus hoc testatur inter alios authores rerũ Gallicarum.
f Claudian. de laudibus Stiliconis.

[f] *Prouincia missos*
Expellet citiùs fallax, quàm Francia Reges,
Quos dederis.

Si post religionem Catholicam regisque sui summam venerationem & salutem hos Franciæ no- D biles in defensione, protectioneque populi, ab omni iniuria vindicandi, considerare voluerimus, intelligemus eos ipso facto verè fuisse nobiles, eisque nomen nobilis iuxta significationem vocis Hebraicę iure optimo competiuisse; nomen enim, *athil*, quod Hebraicè nobilem sonat *fulcimentum, atque sustentaculum populi*, vertitur Gallicè *appuy, & soustien du peuple.* Fuit enim hoc semper proprium antiquis Franciæ Regni nobilibus ponere brachium suum, id est omnem exercere fortitudinem, atque potestatem, vt afflicto populo subuenirent, oppresso à potentioribus iniustis opitularentur, eius fortunas cum libertate, vitaque tuerentur: vt in omnibus pro salute populi, patriæque veluti noui

Nobiles antiqui populo defendendo assueti.
Athil nobilis Hebraicè populi defensio.

A quidam Hercules Galli, illius magni, & antiqui Herculis Lybici imitatores esse viderentur. Qui si Isocrati, Senecæ, Plutarcho, alijsque gentilium de meliori nota scriptoribus assentiri velimus, iurauit nunquam per numinis æterni nomen, iustitiæ maior obseruator quàm bellator, virtutibus potentior, quàm armis extitit: generosus iniuriarum contemptor, maximus laborum grauissimorum exanthlator, vt hominum vexatores subiugaret, humanisque societatibus perditorum, nefariorumque grassatorum vexatione perculsis gratis opitularetur. Qui sibi laborando bonorum nihil acquisiuit: qui totum orbem terrarum peragrauit, non vt ambitionis fluctuans æstu populos domaret, sed vt afflicto- B rum oppressiones vlcisceretur, præter laudem, & bonam famam nullius auarus. Qui totum se duris consecrauit laboribus, indefessus generosis, arduisque exercitiis mancipauit, vt prædones, peculatores, rapinarum, & aliarum vastationum humanæ societatis operatores, tyrannos, perditoresque mundi virium suarum potentia, & robore destrueret. Vt vniuerso terrarum orbi omnium flagitiosorum, monstrorum, ferarumque immanium trucidatione salutaris esset: vt propriæ salutis oblitus, alienam seruaret, vitam propriam mortis aleæ, periculisque voluntariè submittere non dubitauit. Talis fuit nobilium Franciæ priscorum animus, non imaginatione fabulosa, quali suo Lybico Herculi pagani detulerunt, sed veritate Christiana; talis affectus, & desiderium, talis conatus, & labor generoso de pectore manans: vt Christo domino, eius sanctissimæ sponsæ, Regi suo Chri- C stianissimo, eiusque populo in omnibus fidelissimè, atque religiosissimè seruirent: ex quibus magnum nomen, famam, decus, & honorem sibi pepererunt.

Nobiles Galliæ generosi Herculis Lybici labores vere imitati, quos illi gentilissimo illo Herculi fabulosè affinxerunt.

Cum nobilitate scienter vti, prudenterque, præclara quædam sit virtutum coniunctio; propter quam illustres, nobilesque viri magnis honoribus, præmijsque decorari merentur: & quidem tribus de causis. Prima, propter generis claritatem; secunda, propter vitæ, morumque sinceritatem: tertia, propter eas vtilitates non mediocres, & emolumenta salutaria, quæ Reipub. patriæque suæ, nobilitatis authoritate firmata largiuntur. Quibus rationibus, causisque persuasi principes summi charissimos sibi, maximoque in pretio nobiles illos habere debent: quorum opera, fortitudine, & generositate, in suæ conseruando maiestatis honore vti solent. Quibus ita præter maiorum splendorem virtuti- D bus ornatis, obscuro sanguine natos præferre tantum nasceretur absurdi, & deploraodæ confusionis, vt illud sapientis lugubre inclamare liceret. [g] *Est malum, quod vidi sub sole quasi per errorem egrediens à facie principis: positum stultum in dignitate sublimi, & diuites* (scilicet virtute, ac nobilitate conspicuos) *sedere deorsum.* Vnde Christianissimi Franciæ Reges, & Imperatores non minus virtutibus venerabiles, quàm hostibus armorum robore terribiles, cæteris paribus nobiles suos præferendos reliquis alijs esse iudicauerunt: secus si plus maiorum sanguine, quàm propria virtute niterentur, tunc principibus illis Christianissimis respondere conueniret, quod Hannibal quondam respondere solebat. [h] *Qui hostem feriet, ille mihi erit Carthaginensis.* Nec

3. Part. De honoribus veris nobilitati verè debitis. Tres ob causas.
g Eccles. c. 10 Ignobilem nobili cæteris paribus præferre magnum malum, & confusio perniciosa.
h Plut. in Hannibal.

ſine magna, iuſtaque ratione ignauo iuoeni, qui parentem virum forteio habue[illegible]t, poſcenti ſtipendium, quod patri Demetrius pendere ſolebat, reſpondit Rex Antigonus. [a] *Ego ò adoleſcens propria virtutis, non paterna mercedem, & præmium do.* At nobilibus à maiorum virtutibus nõ degenerantibus Reges noſtri Chriſtianiſſimi indolgere ſemper priuilegiorum largitione voluerunt, Romanos Imperatores Theodoſium iuniorem, & Valentinianum 3. imitati, [b] qui omnium onerum, collationumque immunitatem agris limitaneis nobilium caſtra ſequeotium maiorum virtutes imitantium aliaque illorum perſonis priuilegia contulerunt; vt eſſent ad ſeruiendum Reipub. imperioque promptiores, & alacriores. In quam ſententiam [c] Cicero dicebat: *Omnes boni ſemper nobilitati fauemus, & quia vtile eſt Reipub. nobiles eſſe homines dignos maioribus ſuis, & quia valere apud nos debet clarorum hominum ſenex de Republ. meritorum memoria, etiam mortuorum.*

a Plut. in Apophth.

b L. C. de fundis limitrophis li. 11. c. tit. 49.

c Cic orat. pro Sextio.

In quorum virtutes, geſtaque præclara, vt perfecta imitatione reſpiciãt poſteri ſuperſtites, adhuc in terra illud ſapientis attendant. [d] *Semen hominum honorabitur hoc quod timet Deum: ſemen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini.* Intendant animum ſtudio veræ ſapientiæ, quæ ſolis veri Dei cultoribus propria eſt, *omnibus nobilibus*, vt [e] Propheta teſtatur, *nobilior, melior* [f] *cunctis opibus precioſiſſimis, & omne deſiderabile non poteſt ei comparari: per quam Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt: Per quam principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam, &c.* Per quam nobiles ſub magnis principibos contra peruerſos ſtrenuè, iuſteque dimicantes labores ſuos, vitam propriam, cæteraſque fortunas pro præmio felicitatis æternæ paciſcuntur. Deum cœli, & terræ Regem Regum imo de pectore rogent, & obteſtentur, cum Sapiente Salomone. [g] *Deus patrum meorum, & Domine miſericordiæ, qui feciſti omnia verbo tuo, & ſapientia tua conſtituiſti hominem, vt dominaretur creaturæ, quæ à te facta eſt, vt diſponat orbem terrarum in æquitate, & iuſtitia, & in directione cordis iudicium iudicet, da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam.* Addant & illud. *Mitte illam de cœlis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret, & ſciam quid acceptum ſit apud te.* Vt hac regina virtutum diuina ſapientia, illis tanquam ſuis comitata miniſtris in nobilium animos ingrediente omnibus bonis, [h] *quæ venitme cum illa* perfruantur, ſitque illorum pleniot apud Deum, illuſtriorque nobilitas, quia ſapientior, & iuſtior: hoc enim ſentit ſacra lex Eccleſiæ dicens, [i] *non qui maior fuerit in honore, ille eſt iuſtior, ſed qui fuerit iuſtior, ille maior apud Deum,* [k] *quia non gradus elegantior apud eum, ſed vita melioris actio comprobatur.* Vt pluribus Sanctos Gregorius Siagro Auguſtodunenſi Epiſcopo, aliiſque Epiſcopis per Epiſtolam ſignificauit: ſicut contra eò ignobilior, & obſcurior, ille licet claris ſatus maioribus, quò torpior vitiis improborumque morum contagione fœdior. Si enim illud inter prudentes Ethnicos verom.

4. Pars. Exhortatio ad nobiles huius orationis, vt ſuorum maiorum virtutes imitandi conſectentur.

d Eccleſ. c. 10

e Sap. 7.

f Prouerb. 2.

Oratio Salomonis Regis admodum iuuenis, quam nobiles cum Rege ſuo facere debent ad Dominum.

g Sap. c. 9. v. 4.

h Sap. 7. Apud Deum ille nobilior, qui iuſtior, & ſapientior, & contra.

i Can. Multi. in fine diſt. 4

k Gloſſ. in can. Multi. ibi verbo in honore

S. Greg. l. 7. ep. 110 Can. Sicut is 1. q. 6

[l] *Degenerant homines vitiis, fiuntque minores,*
Exaltat virtus nobilitando genus.

l Poeta Ouid.

Quantò verius apud ſapiẽtes Chriſtianos ipſum

A

Chriſtianorum Dominum mundi Saluatorem, Deum verum, de Deo vero, in ſpiritu, & veritate ſublimiter adorantes iudicabitur? Et ſi in ſchola prophani poëtæ hæc ſententia veritati coofotmis eſſe creditur.

[k] *Non cenſus, nec opes, nec clarum nomen auorum,*
Sed probitas magnos, ingeniumque facit.

k Ouid l. 1. de Ponto.

Quantò magis in ſchola Chriſtianorum diuinæ ſapientiæ cultorum hoc veritatis honore dignabitur? Audiant ipſa Ciceronis ſui ſeculi ad maiorum ſuorum imitationem virtutum nobiles exhortantis Franciæ regni nobiles, vt ardor ſuorum patrum virtutes æmulandi ſuis animis vehementer adhæreat. [l] *Vos adoleſcentes, qui nobiles eſtis, ad maiorum veſtrorum imitationem excitabo.* Auribus & iſta eiuſdem patris eloquentiæ percipiant. [m] *Circumſtant te ſummæ authoritates, quæ te obliuiſci laudis domeſticæ non ſinant, quæ te dies, noctesque commoneant, fortiſſimum tibi patrem, ſapientiſſimum auum, grauiſſimum ſocerum fuiſſe.* Sed & illud Andromachæ apud Virgilium Æneam de Aſcanio filio interrogantis obliuiſci ne poterunt?

B

l Cicer. pro Sextio.

m Cic. orat. in Verrem.

[n] *Ecquid in antiquam virtutem, animoſque viriles,*
Et pater Æneas, & auunculus excitat Hector?

n Æneid. 3.

Nec inſuper illud vnquam Saluſtij à ſua memoria diuellant, dicentis. [o] *Sæpe audiui ego Quintum Maximum, Publium Scipionem, præterea Ciuitatis noſtræ præclaros viros ſolitos ita dicere, cùm maiorum imagines intuerentur vehementiſſimè animum ſibi ad virtutes accendi. Præclarus theſaurus eſt,* aiebat [p] Plato, *progenitorum virtutes.* Sed præclarius huic apponere poſſe illud Schenei apud [q] Galenum iudico.

C

o Saluſt. proœm. belli Iugurt.

p Plato dial. de virtute.

q Galenus in exhortatione ad bonas artes.

Æqui nos patribus longè præſtamus auiſque.

Vt illi quàm glorioſum, quàmque honorificum ſit intelligant, maiorum virtutes non modò meritis æquare, ſed etiam ſi fieri poſſit, ſuperare. Quod vt præſtare tandem pro viribus conemini, & conando valeatis, liceat mihi vos ad vtriuſque, quæ eſt in Chriſto Ieſu Monarchiæ defenſionem, contra omnes illius hoſtes occultos, & apertos, hiſdem verbis, quibus Sanctus Bernardus milites templi cohortabatur, maiori fortitudinis æſtu, atque charitatis inflammare. [r] *Securi procedite nobiles, & intrepidè inimicos crucis Chriſti propellite, certi quia neque mors, neque vita poterit vos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu, illud ſane vobiſcum in omni periculo replicantes.* [ſ] *Siue viuimus, ſiue morimur, ſemper cum Domino erimus, ſemperque Domini ſumus. Quàm glorioſi reuertuntur victores de prælio? Quàm Beati Martyres moriuntur in prælio? Mors pro Chriſto, vel ferenda, vel inferenda eſt, & nihil habet criminis, & plurimum gloriæ meretur. Hinc quippe Chriſto, inde Chriſtus acquiritur: qui nimirum, & libenter accipit hoſtis mortem pro vltione, & libentius præbet ſeipſum militi pro conſolatione. Miles, inquam, Chriſti ſecurus interimit, interit ſecurior. Sibi præſtat, cùm interit: Chriſto, cùm interimit.* [t] *Non enim ſine cauſa gladium* ſub Rege Chriſtianiſſimo *portatis: Dei etenim miniſtri eſtis* in actu vindicatiuæ iuſtitiæ *ad vl-*

D

r S. Bernardi ſermo ad milites templi c. 1. 3.

ſ Ad Rom.

Ad vtriuſque Monarchiæ defenſionem hortantur nobiles.

t Rom. c. 13. v. 4.

ſtonem malorum, laudem verò, ſalutemque bonorum, &c. A

5. Pars. *Vt nobiles non intumeſcant gloria maiorũ, ſed humiliter de ſe ſentiendo eorum facta præclara imitentur, natura ſua mortalis infirmitatem debent diligenter attendere.*

Hac pro conclusione exhortationis, inſtar perorationis

Atque vt omnes illuſtri, claroque genere eretos propter maiorum nobilitatem non intumeſcant arrogantia, nec ſuperba ſui opinione nimium inſolenter exultantes inflentur: ſed bene viuendo patrum ſuorum virtutes æmulentur: ſicque omnia Deo per deuotas gratiarum actiones accepta referentes tantò humiliùs de ſe ſentiant, quantò ſublimius ſuam vitæ ſortem ab illuſtribus auis, atauiſque temporaliter extraxerunt. Suæ vitę ortum & occaſum cogitent; ſuum à terra profectum, & in eandem regreſſum, nec oſcitanter attendant: immundi terræ luti, de quo plaſmati ſunt, humili ſagacique conſideratione recordentur. Audiant illud Moyſis Prophetæ. [a] *Fecit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitę.* Dicant cum patientiſſimo Propheta: [b] *Putredini, pater meus es, & mater mea, & ſoror mea vermibus.* Et rurſus B cum illo, vt ceruix arrogantiæ, atque præſumptionis erecta flectatur: [c] *Induta eſt caro mea putredine, & ſordibus pulueris.* Et ne conſideratione nobilitatis antiquæ, quæ vana eſt, ſi aliena tantum, ſuperbiant, ſibi, & ſimilibus de ſola parentum nobilitate iactantibus ſapientem iſta loquentem vigilanter audiant. [d] *Quid ſuperbis terra, & cinis.* Nec Eccleſiam matrem filios in ſalutem humilitatis proprięque cognitionis portum his verbis à Spiritu ſancto deriuatis, & hauſtis reducere conantem dociliter audire deprecentur. [e] *Memento homo, quia cinis & puluis es, & in cinerem, pulueremque reuerteris.* Morte temporali clara nobilitatis facies palleſcit, & collapſa ruit. [f] *Omnis quippe caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos agri, qui dum ſplendet mareſcendo* C *perit.* Vt hæc gloria, ſola maiorum ſubnixa virtute in poſteris, eius minime cupidis, hos poſt funera minimè comitatur, [g] ita bona illorum opera, quæ maiorum nobilitatem illuſtrat ſola ſequuntur illos.

a Geneſ. 2.
b Iob 25.
c Iob 7.
d Eccleſ 17.
e Geneſ. c. 3.
f Eſaiæ.
g Ioan.

Quàm vera hæc à pio religioſoque Philoſopho diuinitus Chriſtianorum more decantata.

h Boet. l. 2. de conſol philoſophiæ.

[h] *Licet remotos fama per populos means*
Diffuſa linguas explicet,
Et magna titulis fulgeat claris domus,
Mors ſpernit altam gloriam.
Inuoluit humile pariter, & celſum caput,
Æquatque ſummis infima.
Vbi nunc fidelis oſſa Fabricij manent?
Quid Brutus, aut rigidus Cato?
Signat ſuperſtes fama tenuis, paucul is,
Inane nomen litteris. D

Sed quid ad humilitatem in deprimendo ſe, ſimul, & ad celſitatem in exerendo virtutes heroicas pro nobilitate gloriæ cœleſtis acquirenda nobilibus ex genere claro, illuſtrique maiorum ſanguine cretis potentius eſſe poteſt, verbis illis, quæ ſapientiſſimus omnium, & ditiſſimus ſui, & conſequentis ſeculi Regum Salomon à Spiritu ſancto dictata profudit? [i] *Sum quidem & ego mortalis homo ſimilis omnibus, & ex genere terreno illius, qui prior factus, & in ventre matris figuratus ſum caro: decem menſium tempore coagulatus, & in ſanguine ex ſemine hominis, & delectamento ſomni conuenente. Et ego natus accepi communem aërem, & in ſimiliter factam decidi terram, & primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans: in inuolumentis* A *nutritus ſum, & magnis curis. Nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus.* Quem nobilium ad deponendum ſuperbiæ tumorem iſta non moueant? Cui glorianti de maiorum ſanguine non de virtute, iſta ruborem iactantiæ, vanitatiſque tædium non perſuadeant? Quem his auditis, conſideratiſque prudenter, de ſola maiorum nobilitate inſolenter ſuperbiiſſe non pudeat? Quem denique neglecta temporalis gloriolæ vanitate, ad ſerio exantlandos in ſectandis maiorum virtutibus labores, vigiliaſque iſta ardenter non inflamment? Vultis ô nobiles orationis longæ vela complicem? Sic eſt animus! ſed pro fine veſtris hæc animis verba nouiſſima figite, vt effectu probetis, totoque vitæ veſtræ decurſu, bene viuendo, obſeruatione fideli cuſtodiatis.

i Sap 7. v. 1. 2. 3. &c.

B
Nobilitas ſola eſt animum qua moribus ornat,
Exaltare velit ſi quis, inſignis honeſtas.
Quos ſublimet apex morum, licet ampla facultas,
Et patria deſit, & gloria ſanguinis alti.
Virtus nobilitat animum, virtute remota
Migrat in exilium nobilitatis honor.
Nobilitas animi ſola eſt, atque vnica virtus.

CAPVT VII.

De cultu iuſtitiæ immaculato, quam in regno ſuo Reges Chriſtianiſſimi per ſe, & per ſuos præcipuæ dignitatis miniſtros in curias Parlamentorum coëuntes fideliter exercuerunt, qua Dei, ſanctæque matris ſeruitium, & gloria valde promota Regni Galliæ proſperitas latè ſublimata, populique ſalus in tuto poſita eſt. C

1. *De cura Regum Franciæ in eligendo magnos virtute miniſtros, pro adminiſtranda ſuis ſubditis, ex conſcientia puritate, iuſtitia, quorum primus, ac Princeps Cancellarius eſt, de cuius dignitate, & officio breuiter.*

2. *De præcipuis iuſtitiæ miniſtris à Franciæ Regibus in curias Parlamentorum diſtributis.* D

3. *De Senatu Pariſienſi, atque Parlamento omnium, quæ ſunt in Gallia primo, & prærogatiua, amplitudine, excellentiaque maximo.*

4. *In cuius Senatus patribus conſcriptis regiiſque triumuiris virtutum cumulo, quàm annorum numero maturioribus, magna ex parte Reipublicæ ſalus & Catholicæ conſeruatio religionis inclinata recumbit.*

INTER



a Agathias de bello Goth.

NTER eas virtutes, quas grauissimi scriptores à nobis natione distincti, vt Agathias [a] Græcus in Gallis maximè commendarunt, iustitia fuit. Ex cuius immaculata, sicut puræ fidei, & mutuæ inter eos charitatis, & concordiæ custodia ipsis multa prospera Gallis ominabantur. Nec immerito quidem, cum superioribus libris bases, & fundamenta gloriæ, & prosperitatis, regnorum solidissima pietatem, iustitiamque constituerimus. Quarum appetentes, & auidi Galliæ Reges, & populi pro defensione Ecclesiæ sanctæ, Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ iure optimo nomen super omnes fideles populos Christianissimi meruerunt. Ab omni æuo Gallis etiam cùm adhuc ante Christianismum infidelitatis luto sorderent, decor iustitiæ fuit in deliciis; qui propterea certis statisque anni temporibus in vnum per præcipuos sapientioresque de cœtu suo coire solebant, vt iustitiæ sacris puriùs inuigilarent, sanctiùs illius iura, legesque dispertirentur. Quod Cæsar de Druidibus loquens [b] antistitibus, & præcipuis Gallorum rectoribus, ita videtur expressisse. *Hi certo anni tempore in finibus Carnutorum, quæ regio totius Galliæ medio habetur, considunt in loco consecrato. Huc omnes vndique, qui controuersias suas habent, conueniunt, eorumque decretis, iudiciisque parent.* Sed cum illos spiritu cœlitùs hausto in nouos homines, natiuitas, vt loquitur de se Sanctus [c] Cyprianus, secunda, quæ fit per gratiam Christi in baptismo reparauit, hanc virtutem pietate, atque religione Christiana sociatam multò puriùs, sanctiusque seruauerunt. Tunc enim Galliæ reges, & Principes summi *ad quorum [d] curam magistratuum tantum creatio pertinet*, piè atque generosè Christi Domini signa sequêtes in optimam, maximeque salutarem iustitiæ tribunalia, formã, rationemque redegerunt. Qui ex quolibet statu, ordineque regni sui, præcipui meriti, propter nobilitatem, eruditionem, probitatemque secum semper in vnom collectos habere voluerunt, vt cum illis, eorum sincero bene instructi consilio suis populis fideliter, tanquam in conspectu Dei iura darent. Quorũ insignium, illustriũque virorum cœtus, & coitio parlamentum vulgo nominabatur, à colloquendo sic dictũ, quòd in eo consessu, & comitio rex cum illis de rebus ad iustitiam, regnique negotia spectantibus serio, sapienterque conferret. Scriptor gestorum Ludouici Crassi ita de hoc parlamento loquitur. [e] *Post reditum illius exercitus Imperator, & Rex Francisci, & alij principes collegerunt iterum parlamentum, vbi magni barones, cum minoribus, sicut antea fecerant, conuenerunt. Fuit igitur inter eos sic loquutum.* In eadem significatione parlamentum idem auctor alibi sumpsit. *In crastino,* inquit, *conuenerunt principes videlicet Imperator Alemanniæ, Rex Franciæ, Rex Ierusalem, &c. Ad illud Parlamentum. Fuit Conradus Imperator Alemanniæ, & Dominus Otho frater suus Clericus bonus, [f] ciuitatis Frisingiæ Episcopus.* Sic in vita [g] Ludouici octaui scriptum de eo legimus. *Parlamentum Parisius cõuocauit in vigilia Beatæ Magdalenæ.* Et libro vitæ, [h] gestorumque sancti Ludouici ista leguntur. *Duos prædictos comites, videlicet Marchiæ, & Bri-*

Galli ante Christianismum iustitiæ magni cultores coitiones parlamentorũ instar pro illius pura obseruatione faciebant.

b Cæsar l. 6. comment.

c Cypr. l. 2. ep. 2.

d L. Vnica in princip. ff ad legem Iuliã de ambitu.

Institutio Regii parlamẽti.

e Scriptor vitæ & actorũ Ludouici Crassi.

f Ipse est Otho Frisingẽsis, scriptor historiæ, quã habemus.

g L. de gestis Ludouici 8.

h In vita S. Ludouici.

A *tanniæ fecit regaliter ad suum parlamentum conuocari.* Atque hoc parlamentum, quia nihil aliud, quàm collationem, & quasi mutuam inter multos locutionem sonat, ideo talis collocutio, & collatio verborum, antiquitus apud Romanos *coactio ad verba dicebatur*: iuxta ea quæ de antiquo illo sub Romulo senatu Propertius scripsit.

[i] *Curia prætexto quæ nunc nitet alta senatu,*
Pellitos habuit rustica corda patres.
Buccina cogebat priscos ad verba Quirites,
Centum illis in prato sæpe senatus erat.

Cogebat ad verba, scilicet ad parlamentum vocabat. Hoc Regis parlamentum varia ab authoribus nomina sortitum est, quæ illius naturã, qualitatemque magis exprimerent. Aliquando *concilium* dicebatur, vt apud abbatem Suggerium in vita Ludouici Crassi. [k] *Concilium Campis conuocat,* scil. Rex Ludouicus, *magis de persona, quàm de electione inuestigans.* Aliquando *placitum*, vt apud B [l] Flodoardum anno 935. *Vnde Rex,* inquit, *Suessioni placitum, cum regni primatibus, habuit.* [m] *Ludouicus in Occidentem profectus mense Martio cum Carolo* (scilicet filio) *placitum habuit, in quo vterque eorum contestatus est, suæ non fuisse voluntatis, vt Gisabertus filiæ Lotharij iungeretur.* [n] Idem in eiusdem Imperatoris vita. *Inde condicto placito, & designatis ad hoc specialiter comitibus in villa Alemanniæ, quæ vocatur Vlma,* & cæt. Alia quamplurima passim leguntur testimonia in historiis Francorum, quibus hoc Regis parlamentum placiti nomine nuncupatum fuisse constat. Huius autem parlamenti, seu consilij atq; senatus regij, à quo in omnes priuatas, & publicas personas regni, iustitię iura deriuabãtur, princeps erat Cancellarius, vt est hodie primus in regno C respectu iustitiæ, si à Regis persona discesseris, quem verè præfecti prætorio, vel dictatoris apud Romanos loco in Gallia constituere possumus, si Budæo, [o] & aliis illustribus vtriusque iuris doctoribus assentiri velimus, cuius inter alia munera, & officia partes sunt videre, vt nulla principis constitutio, nullum diploma, nullum rescriptum, nulli codicilli regij, nisi pro regni bono, populi salute, Regisque dignitate exeant. A cuius censura, & stylo principum maiestas, acta sua eximi nunquam voluit. Qui est velut principis præsentis vicarius, & peregre agente principe, interrex quodammodo esse censetur. Iure, proptereque Nomophylax, nempe legum præsidium, iuris asylum, & (quod de Papiniano quõdam Romæ dicebatur) morum; institutorumq; politicorum sublimi rationi in regenda republica conformiom ara, iuris & æquitatis columna, D caput, atque vertex omnium iustitiæ ministrorum, considerata eius potestatis, atque dignitatis amplitudine, nominandus esse videatur. Et quamuis in iure iudices [p] Cancellarios habere dicantur, tamẽ hęc appellatio nominis huius generalis, ad hunc summũ iustitiæ verticẽ, magistratuumq; principem κατ᾽ ἐξοχὴν restringitur, qui magnus olim Regis consiliarius appellabatur. Cuius nominis multi variè notationẽ reperũt, alij à cancellis aulę principis, intra quos princeps supplicantibus, aut cõsulentibus respõsurus residere solebat: cui assidens Cãcellarius huius nomine per cãcellos respõsa dabat: nõ enim semper per se reges nostri poscẽtibus iura respõdebant, sed sępe per aliũ, vt per interpretẽ: cuius munus tũc Cancellarius exequebatur, vt nũc in cõuẽtibus publi-

Coactio ad verba antiquitus parlamentum dicebatur.

i Propert.

parlamenti Regis vera nomina.

Concilium.

k Abbas Suggerius in vita Ludouici Crassi.

Placitum.

l Flodoard. anno 935.

m ... Ludouici Pij anno 846.

n Idem ibid.

Vide Orleans in apertura curiæ c. 6.

Cancellarius in Gallia sub Rege iustitiæ, eiusque ministrorum princeps.

o Budæi notae in tit. de officio præfecti prætorio ff.

Descriptio magnæ dignitatis Cancellarij.

p L. 3. de assessoribus, & domesticis & Cancellariis iudicũ l. 1. C.

Cancellarij nominis varia notationes.

eis Rege præsente facere solet. Eo maxime tẽpore vetusto, cùm Reges nostri non nisi[a] Calendis Maij suæ præsentiæ copiam populo exhibebant, prodeuntes in publicum: vt ab eo salutarentur omnia regni negotia maiori domus regiæ, seu palatij, aliisque præcipuis regni magistratibus exequenda reliquo anni tempore relinquentes, instar Assyriorum regum, qui à tempore Nini, vsque ad Sardanapalum, vltimum Assyriorum regem miserè regno, vitaq; propter luxurias horribiles spoliatum, per internuncios tantum responsa dabant, *raro populis illorum conspectu dignatis*, [b] vt Iustinus ex Trogo retulit. Alij à cancellando, id est lacerando leges iniquas, iniustos supplicationum libellos, aliaque iuri, æquitatique scripta contraria.

[c] *Hic est, qui leges regni cancellat iniquas,*
Et mandata pij principis æqua facit.
Si quid obest populo, vel legibus est inimicum:
Quidquid obest, per eum desinit esse nocens.

Budæus censet, loco supra citato, hoc nomen Cancellarij non satis dignè huius magistratuum principis capitisque sub Rege iustitiæ dignitatem, excellentiamque exprimere.[d] *Quæ enim*, inquit, *hodie dignatio, ac maiestas huius honoris tenuis hac appellatio, atque apud alias gentes prodicata significatum suum sustinere, ac proferre non potest. Hic namque magistratus iustitia maximus reliquorum vertex, caput est functionis, interiorisque consilij principis, promus* (scilicet dispensator) *& condus clementiæ, benignitatisque principalis facilius, id est illius æquitatis officina, quæ cancellaria dicitur, liberam habens administrationem: cui omnes magistratus honorum suorum fasces submittere debent.* Illustrissimum Cancellarij officium, sed eius opus difficile, & arduum: *supercilium aduersus delicta aulicorum distringere*: impotentissimis cœptis quorundam opibus, atque aulicis factionibus præpotentium obsistere: *principem ita nonnunquam, aut alio vehementiore affectu percitum demitigare, & (vt verbo Ciceronis vtar) molli articulo tractare cautè, & circumspectè fortem intrepidum, cum opus ita est, ne fortitudo in neruum erumpat. Postremo in comitatu regio physicum animum integrum, ac fartum, vt dicitur, & tectum, ab insidijs assentatorum, ab obreptionibus versutorum, à fortitudine potentiorum, aulicaterricula nonnunquam intentantium conseruare, mito mille blandimenta, & corruptionum escas, quas generare solet aulicis victus ratio. Quibus vt non succũbat, qui in medio pompar ũ, adulation ũ, & corruptionũ bar ũ, quæ in aula principum grassantur, institia clauũ tenet, animi præstãtissimi viribus opus est.* Hęc Budæus, ex quibus apparet quantæ virtutes, litteræ, naturæ dotes, ingenij magni ornamenta, longa rerum multarum, maximarumque experientia, & vsus alios gubernandi eximius in Cancellarium confluere debeant, quæ sublimitati dignitatis tantæ respondeant, vt dignè sapienterque secundũ deum, bonamque principis, qui illum ad tantum honoris fastigium euexit, intentionem, hoc illustrissimo, præstantissimoque omnium magistratu fungatur. *Cuius vita* (vt eum Plinio[e] loquar) *censura sit, eaque perpetua*, ad quã cæteri magistratus, & alij iustitiæ ministri dirigantur, suamque liment, & componant, bene viuendi, rectèque munere suo defungendi rationem. Ad quam conuersi omnes, quibus non tam imperio, quam exemplo opus est, optimæ viuendi rationis exẽpla mutuentur, & accipiant.

Sed de hoc iustitiæ capite sub Rege pio, omniũque magistratuum regni principe, plura dicere nõn est animus: cùm de hoc grauissimi, atque doctissimi authores amplissimè, atque dignissimè scripserint. Vt Lucas[f] de Penna,[g] Budęus, Purpuratus,[h] Chassanęus,[k] Guillelmus Benedictus, [l] Paulus Æmilius,[m] nouissimè Gregorius Tolosanus, aliique recentiores horum scriptores doctrinam secuti, vt præter ea quæ scripserunt, noua quærere permagni laboris esset, & fortasse superflui, & irriti.

Cùm autem per multa secula supremus ille, sacerque regij consilij senatus sub principe illo totius regni iustitiæ, Regem Christianissimũ quocumque pergeret iurisdicendi causa sequeretur, qui propterea ambulatorius appellatus est: constitutis ab eodem Rege inferioribus iudicibus, & magistratibus, per præcipuas regni ciuitates, qui causas, litesque subditorum iudicarent, litigantes populos sententiarum suarũ æquitate, rectitudineque placarent: à quibus tamen ad summũ principis senatũ prouocatio eum ratione fieret. Placuit Regi Christianissimo, vt facilior populis fruendi iure suo ratio pateret, curias iustitiæ supremas, quæ parlamenta dicuntur in præcipuis regni sui prouinciis, & oppidis statuere: in quibus præsides, & senatores supremi summo cum imperio litigantium partium controuersias sedarent, atque dirimerent. Rectè solum à pud se sacratioris, secretiurisque sui cõsistorij senatu, qui sibi in dirimendis, ac dirigendis negotiis ad sui principatus statum, regimenque pertinentibus, consilio, prudentia, eruditione, multa condita probitate subuenirent, ac opitularentur. Quarum curiarum supremarum magistratus, & iudices quanto sint ornamento, adiumento, & solatio prouinciis, & vrbibus, quas incolunt, aliisque ad eorum territorium spectantibus dici ac exprimi dignè satis nõ potest. Vt longa experientia omnes regnicolæ persenserunt, atque quotidie bona ab eorum senatu consultis experiuntur: quoties antiquorum magistratuũ sapientissimorum instę, religioseque facta sectando, veri, Christianique magistratus munere defunguntur. Cui rectè hæc Ciceronis adaptari possunt.[n] *Est enim proprium munus magistratus intelligere se gerere personam ciuitatis, debereque eius dignitatem, & decus sustinere, seruare leges, & iura describere, & fidei sua commissa meminisse.* Liberè si à principe interrogarer, quid esset senatus: hoc Epicteti Adriano Imperatori simile petenti responsum darem: *ornamentum vrbis, & splendor ciuium.* Neque crederem me assentationis crimẽ incurrere, si de veris, Catholicisque supremarũ regni Franciç curiarũ senatoribus simile ferrem iudiciũ illi, quod quondam Ammianus marcellinus de senatu Romano protulit: cum de Constantio Romã ingressũ verba faciens ita dixit.[o] *Cumque vrbi propinquaret*, scil. Imperator, *senatus officia, reuerendasque patritiæ stirpis effigies ore sereno contẽplans, non vt Cyneas ille Pyrrhi legatus in vnum coactam multitudinem Regum* (βασιλέων πολλῶν συνέδριον) [p] apud Plutarchum,[p] *sed asylum mundi totius adisse æstimabat.* De his præcipuè loquor, *quibus corpus annis infirmum, sed ingenium sapientia validum est*, vt de senatoribus à Romulo lectis Salustius[q] in Catilinario loquebatur. *Qui sicut*[r] *populo digné præsunt, sic sibi leges præesse delectantur*:

[a] Tritem. l. 5. breuiaris historiæ Franc.
[b] Iustinus l. 1.
[c] Lucas de penna ad L. neminem da Decurio L. 12. C. ex Paryserate 101t.
[d] Bud. ibid. supra.
Magna dignitatis cancellaria elogia.
Vt illustrissimam cancellarij munus, sic & maximè arduum.
Quantæ doctor, ac virtutes cancellarius insesse debeant, quæ tantæ sublime dignitati respondeant.
[e] Plin. in Panegyr.
[f] Luc. de Penna in rubric. de præfect prætor. li. 12. Cod.
[g] Bud. de off. præfect. præt. in Pand.
[h] Purpura. in l. 1. cod. titu.
[k] Chassan. de gloria mundi part. 7. consid 7.
[l] Guil. Benedic. cap. Raynutius in verba, & vxore nomine n. 105.
[m] Paul. Æmil.
[n] 10. Philip. c.
[o] Gregor. Tolosan. l. 47 Syntag. c. 19.
[p] Pars.
De præcipuis iustitiæ ministris, & magistratibus in Gallia à Rege in ubique par. lamentorum curiis distributis.
Senatus ornamentum, & salus vrbis, & regni.
[n] Cicer. L. 1. offic.
Epicteti responsum Adriano quid esset senatus petenti.
[o] Ammian. Marcell. l. 16.
[p] Plutarch in Pyrrho.
[q] Salust. in Catil.
[r] Cicer. l. 3. de legib.

A & ita consiliis, sapientia, & authoritate magnis sublimata virtutibus, publicam dignitatem sustinere conantur, Regis Christianissimi maiestatem bene iudicando referentes. Cum [a] magistratus sicut olim in statu Democratico populi dignitatem, & authoritatem, sic in Monarchico principis summi maiestatem repręsentare dicantur. Vnde pręter hanc magistratuum nostrorũ, supremarumque curiarum senatorum, & præsidum authoritatem summa dignitate, virtuteque decoratam, recte quidẽ video, & agnosco à plerisque nostrę ætatis eruditione pręstantibus viris magistratus illos cum Vestalibus Romæ virginibus fuisse comparatos. Vestalium vita, & corpus, inuiolabiles, senatorum curiæ Parlamenti vita, & doctrina illustriũ personæ sanctæ & intemeratæ: B ante Vestales propter reuerentiam fasces ab apparitoribus portabãtur, ante magistratus admissionales virgulas manu tenentes incedunt. Vestalibus locus honoris in theatro deferebatur, omnes in loco publico magistratibus voluntariè ex honoris, reuerentiæq; prærogatiua cedũt. Nocte, dieque sacer ignis, (vt vulgo pagani Romæ loquebantur) perenni flamma lucens, & ardens à Vestalibus custodiebatur: in tutela, fidelique magistratuum custodia, iustitia reponitur: quę est veluti spiritalis, & sacer ignis animos sancti desiderij ad bene faciendum, nullique nocendum ardore fœliciter incendens. Et sicut ignis omnia vel conseruat, aut consumit, sic iustitia omniũ mors, aut vita, vita bonorum, mors perditorum, exaltans virtutes, vitia deprimens, & destruens: quæ rectè viuentes, operantesque bona præmiorum largitione consolatur, male verò viuentes patrantesque scelera, pœnarum seueritate terret, & C exterminat. Propter quæ præclara iustitiæ facta tam publicæ, Christianæque sociatati salutaria, quæ ab illis supremis curiæ iudicibus quotidie sincerè peraguntur, curia, seu senatus in quo sacra iustitiæ poscentibus iura redduntur, illustrissimis honoris titulis ab optimis, intemeratæ doctrinæ scriptoribus decorari solet, appellantibus illum modò *palatium virtutis, sacrarium æquitatis, sanctuarium pietatis, domicilium iustitiæ, habitationem pacis, campum veritatis, Dei denique Optimi Maximi templum*: in cuius conspectu ex hoc loco sancto tanquam ex tripode patres illi conscripti iustitiæ illius oracula promunt, & sua cuique distribuunt, iuxta illud Tertulliani. [b] *Apud nos maiori cum pondere iudicatur, vt apud certos de Dei conspectu.* Quorum sententiæ, & iudicia vulgari nomine, *aresta*, merito dicuntur, quod in eis vt in principis adicto litium omnis, & cõtrouersiarum terminus atque finis sisti debeant, D *cùm à principe non appelletur.* Ibi cõtentionum omnium dirimendarum, tanquam in fida iustitiæ, æquitatisque statione figitur anchora. *Res enim iudicata,* inquiebat [c] Cassiodorus, *est veluti tutissimus portus, quem si homines fervida voluntate fuerint prætergressi in vndosis iurgiis semper errabunt.* Ex quibus apparet quanta Parlamentorum potestas, & authoritas à Regibus Christianissimis eorũ subsellia liliata tenentibus concessa, & tradita. De qua multa [d] Boërius in commentariis tractatus sacri consilij. Quæ propterea viros exigit non trium, aut quatuor horarum examine in sermone, & ingenij perspicacitate probatos, sed multorum annorum decursu, & grauibus disciplinis, sublimibusq; litteris consumptos, longa experiẽtia,

a L. 1. ff de off. præfect. prætor. l. 1. ff ad leg. Iuliã de annona.

Comparatio patrum conscriptorum Franciæ cum Vestalibus Romæ.

Iustitia sacer ignis.

Pulchra epitheta circa Parlamento.

b Tertul. in apol.

Senatusconsulta cur aresta dicuntur.

c Cassiod.

d Boerius in com. tract. sacri consil.

Quales esse debent supremæ curiæ senatores, & iudices.

A vsuque tractandi negotia politica prudentes, sapientesque factos. Quorum virtus, conscientia, ingenij dexteritas, vitæ probitas, in fide Catholica, religioneque puritas, per multos annos acquisita, plenèq; comparata perseueranter crescens in dies, omnibus inclarescat. Quibus fœcundata iudicibus, & abundans curia Parlamẽti magna cũ laude templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilij publici, caput vrbis, ara bonorum, portus afflictorum, sedes incorruptionis, refugium innocentię, turris fortitudinis pro iustitia, thorus denique regiæ maiestatis immaculatus appellari merebitur.

Atque hæc quidem in genere de supremis Parlamentorũ curiis, quas Reges Christianissimi in B regno Franciæ constituerunt, & erexerunt breuiter dicta sunto. Quarum omnium vt prima, sic & amplissima, & præstantissima curia Parlamẽti Parisiensis habetur: quæ tẽpore Philippi Pulchri Lutetiæ fixa, & permanens esse cœpit: vt Paulus Æmilius [e] author est. Licet Gaguinus [f] hãc fixam Parlamẽti stationẽ Lutetię sub eius Philippi filio Luduuico Hutino factã esse dicat; sed meliùs ad patris tempora, cum Paulo Æmilio referendam censeo. Tunc suprema regni iustitia non amplius huc, illucq; vaga, & ambulatoria, sed in regia vrbe certis constituta sedibus, immota mansit, vt litigantium laboribus, anxietatibusq; consuleretur: qui peregrè semper antea proficiscentes cum magnis impensis, incerti vagãtes duris vexabãtur angoribus. [g] Quæ statio curiæ firma, & immota, à scriptoribus rerũ Gallię circa ann. 1294. sub illo Philippo Pulchro facta fuisse creditur, atq; hoc propterea Parisiense Parlam. atq; senatus priùs [h] C Franciæ curia nominabatur. Extat [i] constitutio à Philippo illo Pulchro an. 1302. edita, *ne consiliarij Parlamenti extra vrbem pernoctarẽt*, ne à quibusdã senatus, Parlamentiq; consessibus abesse possent. Alij senatus Parisiensis originem ad Philippi Lõgi tempora referunt, occasione Henrici Caperelli prætoris Parisiensis iuridice laqueo strangulati, conuicti in locũ diuitis extremo supplicio digni insontẽ nescio quẽ supposuisse. *Quod prætoris flagitiũ rei maximæ initiũ dedit*, inquit [k] Massonius ex aliorũ relatione scriptorũ: *delecti nẽpe iudices virtę integri scientia, sapientiaq; præstantes, quibus dicendi iuris summa potestas in posterũ tributa est.* A quibus Caparellus meritò damnatus extremo supplicio, quod meruerat iustè mulctatus, pœnis oppressę à se iustitiæ debitis merito succubuit. Quẽ selectorũ iudicum sine prouocatione iudicantiũ, Parlamentũ, curiamque supremã maiores nostri vti diximus, appellauere. Sed facile est discordãtes inter D se auctores de hac Parisiensis senatus origine cõciliare, si dicamus Philippum Pulchrũ vtriusque Hutini, & Longi Regũ patrem huic constituẽdo Parisiis senatui initiũ dedisse: Ludouicũ Hutinum cœptum patris continuasse, ac eius fratrem Philippũ Longum opus inceptũ à patre, cõtinuatum à fratre Hutino, qui paucis regnauit annis, plene confirmauisse, perfecteque cõsummasse. Ioannes [l] Lucius totã illustrissimi illius senatus Parisiens. originem, institutionemque à Philippo Pulchro deductam à filiis Hutino, & Philippo Longo cõfirmatam, & corroboratam paucis exponit, & explicat. Qui quidem ordo senatus Parisiensis amplissimus, præstãs dignitate, sicut antiquitate cæteris Franciæ Parlamentis centũ senatorũ consiliariorũque numero in creatione sua nobilitatus

Pulchra parlamenti regij de ornatio, per amplificationem.

3. pars. De senatu, & parlamento parisiensi omnium quæ sunt in Gallia primo, maximo, & præstantissimo.

e Paul Æmil. [illegible] Pulchro.

f Gaguin in Ludouico Hutino

Curia parlamenti sub Philippo pulchro fixa Lutetiæ, & non amplius ambulatoria.

g Paul Æmil. ibi. Ioan. Montegoe de authoritate consilij.

h Ioan Fab. in l. 1. C. de summo trinitate.

i Constitutio Philippi pulchri.

Qui originem senatus Parisiensis ad tempora Philippi Longi referũt.

k Masson l. 3 in Philippo Longo p. 379

Caparelli prætoris parisiens. iuridice strangulatio.

Conciliantur sententiæ diuersæ de constitutione fixa parlamenti parisiensis.

l Ioan. Lucius l. 3. placitorum curiæ tit. 1. 4. Placito.

Curia Parlamenti Paris. centum Senatoribus constans.

a Guimierus Senat Paris. comment su pra Pragm. Sãct. in verb. Parlamenta. tit. de conclusione Ecclesiæ Gallicanæ.

b L. 1. de petitu hæred. C.

c L. leges C. de legibus.

d L. 1. c. de emend Instit. Cod.

e L. Quisquis C. ad legem Iul maiest.

f Archid. in fundamẽta de elect.

g Magna Senatorum curia Paris. dignitas & authoritas.

h L. 1. ff à quibus appell nõ licet l præfecti ff. de minoribus can. anteriorum 2. q. 5.

i Specul. tit. de appellat. §. videndum circa finem.

k Valer Max. l. 9. c. 5.

Reges Franciæ voluntariè Senatus consulius Parlamenti sui pariſ parere voluerunt.

Magna Senatus Parisiensis quondam authoritas apud exteras gentes & Romanum Pontificem.

Statuta Regis Galliæ sine Senatus approbatione, & vt loquuntur verificatione rata non sunt.

A apparuit, vt ex antiquioribus Gallicorum gestorum obseruatoribus Guimierus eius curiæ Senator eruditus annotauit his verbis. [a] *Curia Parlamenti Parisiensis fuit instituta de centum consiliarys, scilicet duodecim paribus Franciæ, octo magistris requestarum domus Regiæ, & octoginta alüs consiliarys, quadraginta laicis, & quadraginta clericis: inter quos sunt quatuor præsidentes laici, & hoc instar Senatus Romani à Romulo instituti, in quo erant centum senatores,* [b] Lege 1. Cod. de petitio. Hæred. quæ accepit à Challanço omnia ad verbum part. 7. consi. 9. pag. 472. c. 2. ibi & fuit, &c. Et vocabatur *venerabilis cœtus.* [c] L. leges. Cod. de legibus & *patres conscripti.* Cod. de [d] emend. Iustiniani Cod. in princip. [e] L. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. in principio. [f] notat Archidiaconus in capite fundamenta de election. lib. 6. quòd [g] in necem eorũ machinantes teneantur L. Iulia maiestatis. *Censentur enim,* scil. Senatores, *illi pars corporis principis,* D. L. quisquis. *Et rebellantes iniustè in illis quæ ad illorum officium spectat, vt rebelles regni puniuntur in extrauag. Henrici. Quoniam.* **B** [h] *Et sicut à sententia Senatus,* scil. romani, [i] *sic non appellatur ab arresto Parlamenti, &c.* Horum illustrissimi Senatus Patrum conscriptorum sententiis, atq; consilus Reges Franciæ propter eminẽtiam dignitatis, qua eos propter virtutem, eruditionem, & prudentiã super alios magistratus sublimarunt, voluntariè parere voluerũt. Non instar Xerxis, qui vocatis totius Asię principibus, & sapientioribus consultoribus Gręcię bellum indicturus dixerat. [k] *Ne viderer meo tantũmodo vsus cõsilio vos contraxi. Veruntamen mementote vobis parendum magis, quàm suadendum.* Et reuera horum Senatus excellentissimi conscriptorũ patrũ vitæ **C** puritatis in rectè iudicando, & iura dando sinceritas, doctrina singularis, senilis in rebus agendis experientia, atque maturum solidumq; in bene consultando iudiciũ, tantam boni odoris fragrantiã non intra solũ huius regni limites, sed extra ad ceteras gentes, nationesq; Catholicas exhalarũt: vt reges, ac principes summi resp. liberę spõte, ipsi deniq; sanctissimi omnium fideliũ Patres Rom. Põtifices in rebus arduis, maximiq; momẽti cõponendis sępe Senatus Parisiensis iudicium audire, & expectare voluerint, quod sequerentur eique liberè consentirent. Quid mirum si nostri ipsi Christianissimi Reges huius Senatus augustissimi, quem creauerant tanti iudicium fecerũt, vt quæ illi de regni sui rebus maximis, de iure subditorum, de prouentibus, reditibus, subsidüs, alüsque ad sui imperij statum pertinentibus statuissent, sine illius ordinis illustrissimi, grauissimique decreto, & approbatione rata, firmaque esse **D** noluerint? Et merito quidem, cum tunc vt venerabilis, virilisque Senatorum facies legitimos computabat annos: sic & rectè in Senatu facta, gestaque laudabiliter, eruditionem, prudentiam, vitæ probitatem, nitoremque conscientiæ testabantur, cùm omnia virtute efficiebantur, nihilque pecunia, aut fauore tentabatur. Homines graues à Regibus plus sapientia, quàm ætate maturi quærebantur, qui *melius habebant argumentum,* quàm *annos, quo se diu vixisse probarent,* opera nempe multa bona, nobiles laborum suorum, vigiliarumque partus Regi suo honorabiles, & valde populo proficuos. Tunc regnum, resquepublica hilariter exultabant, quòd ex iam probatis meliores, ad hunc sacrum Senatus ordinem

A eligerentur, ex peritis peritiores ad hoc supremum iudicandi munus eueherentur, & longo rerum agendarum vsu consummati in prudentia, & iudicio ad sublimiora curiæ subsellia digna principis electione compellarentur.

4. Pars. Commendatio bonorum curiæ Parisiensis Magistratuũ ex variis auctoribus.

Hoc verò tempore quo viuimus, licet valde misero propter hæreses, schismata, aliaque scelera quamplurima impunè grassantia, scio nihilominus esse quamplurimos senili sapientia pręditos, eruditione sublimi præstantes, & summa conscientiæ, innocentiæque puritate in ius suum cuique reddendo conspicuos. Qui propterea omnes bonos huius regni subditos, publicę salutis amatores, vt religiosos pontificiæ, regiæque maiestatis cultores magnopere, spe melioris disciplinæ, politiæque consolantur, & recreant. Hi sunt qui parum de priuatis suis soliciti rebus totos se in regni commoda, in salutem populi, optatosque tranquillæ Reip. fructus effundunt. Alienos **B** ab hac sua in patriam principisque gloriam charitate magistratus, Sidonij Apollinaris verbis increpantes. [l] *Parum in commune consulitis, & cùm in consilio conuenitis: non tam cura publicis mederi periculis, quàm priuatis studere fortunis.* Illi sunt, quos intelligo, quosque ex fama virtutis perspicuè cognosco, licet nominibus parcam, ne vanæ, ac turpis assentationis insimuler, qui facto, & opere cũ Plinio [m] docent, *oportere priuatis vtilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre, multo diligentiùs muneri suo consulere, quàm facultatibus.* Illi sũt qui illud Galbę apud [n] Tacitum attente considerantes, & verum confitentes facto vitaq; clamãt: *Suam cuique vtilitatem, pessimum esse veri affectus venenum:* inde publicam ruinam, exitiumq, manare, *vnde appetitus priuati commodi deriuatur,* vt **C** Britannis contigit: de quibus agens Tacitus. [o] *Nihil aliud,* inquit, *aduersus validissimas gentes pro nobis vtilius, quàm quod in cõmune non consulunt: rarus duabus, tribusque ciuitatibus ad propulsandum commune periculum conuentus: ita dum singuli pugnant, vniuersi vincuntur.* Scio in istorum patrum Senatus Parisiensis animis penitus istud Liuij insidere (quod fideli relatione didici) [p] *Priuatæ res semper offecère, officientq; publicis consilys.* Hos quos noto silentio, & intus iusta veneratione propter eximias singularesq; virtutes amplector, atq; suspicio, quãti princeps Christianissimus quãti populus fidelis, quãti boni omnes ęstimẽt, quantaque beneuolentia prosequantur, obscurum nulli esse potest, nisi turpi vita, & mentis inopi. [q] *Si enim sanis hominibus publica priuatis potiora sunt: sequitur vt is quoque carior sit, in quẽ se respublica conuertit, quique publicæ salutis curam priuatæ quieti præponit.* **D** Cui quamplurimos esse similes huius sacrarij, primariæque iustitiæ sedis in Gallia eorum quotidie facta, operaque in fideli Dei, Regisque Christianissimi seruitio, cum salute populi consumpta testantur. Qui non solum malè facta, sceleraque digna correctione compescunt, verùm etiam ne accidant Reipublicæ infortunium paritura, prudenti, & pia consideratione, vigilantiaque prospiciunt, memoriæ tenaci Catonis [r] illud infigentes. *Cætera maleficia tum persequare, vbi facta sunt; hoc nisi prouideris ne accidat, vbi euenerit frustra iudicia implores: capta vrbe, nihil reliqui fit victis.* Minus ad laudem patrum illorum augustissimæ curiæ dico, licet alus non veris reipub. atque Christianæ religionis amatoribus omnium, vt adolationis me vulnere lædant:

l Sidõ. Apoll. l. 7. ep. 9. ad Gracchum.

m Plin. 2. l. 7. ep. 18.

n Tacit. l. 1. hist.

o Tacit. in vita Iulij Agric.

p Liu. l. 2.

q Senec. l. 1. de clement.

r Sallust. in Catilin.

ſed calomniãtium linguas vera dicendo contemno; teſtis mihi conſcientia, ſi quamplurimis Senatus Illuſtriſſimi Patribos conſcriptis, plora his, quæ noo tam oratoriè, quàm verę profudi, iure optimo non debeantur, qui ſic ſincere iuſtitiam colentes,[a] veram oon ſimulatam, Philoſophiam profitentur. Quam ita ſanctè, religioſèque, ſub Chriſti Domini vexillo, iura dando, profitentes, cœlo viam affectant Empyreo: vt ibi, quòd in hac vita ad iuſtitiam facto, & exemplo[b] multos erudierint, com Chriſto, & ſanctis eios, ſicut ſtellæ fulgeant in perpetuas æternitates.

a Iuſtinian. l. 1 ff. de iuſtitia & iure.

b Daniel c. 12 v 13.

CAPVT VIII.

De ſplendore bonæ famæ, & honore, quem ſibi Regnum Galliæ comparauit ex profeſſione bonarum, ſublimiũ, ſacrarumque litterarum, quæ vbique Galliarum, Pariſiis verò præſertim docebantur.

1. *Galli ſcientiarum, litterarumque bonarum amatores etiam ante Chriſtianiſmum: & poſt orto veritatis Chriſtianæ ſole, apud eos hæ litteræ humanæ, ſacræque in monaſteriis huius regni viguerunt.*
2. *Carolus M. bonas litteras è Monaſteriis eductas in ſocietates ſeculares introduxit, quatuor illuſtriſſimarum in imperio ſuo academiarum fundator.*
3. *An Carolus M. fuerit academiæ Pariſienſis inſtitutor.*
4. *Carolus Caluus aui ſui Caroli M. æmulus litterarum amantiſſimus, in Gallia illas maximè florere fecit.*



Gallia docta, & bonarum cultrix litterarum ante Chriſtianiſmum.

On eſt vulgare honoris inſigne, nec gloria mediocris in regna cætuſq; hominom iure ſociatos inundans, à bonis litteris, ſcientiiſque homine libero dignis deriuata. Quarum lumine, ſplendoreque ſemper amauit Gallia circumfulgere, etiam adhuc tenebris infidelitatis obſeſſa cùm nondum illi iubar ęternum Chriſtianæ veritatis inclaruiſſet. Quæ propter eloqoentiæ delitias, in quibus hilareſcebat, à Poëta non malè:[c] *Nutricula cauſidicorum nuncupata eſt.* Cui copioſè loqoenti ſapientiæ, non minus vacaſſe illam honorificè, quã militari ſcientiæ incubuiſſe, bæc Catonis cenſoris verba denuntiant.[d] *Plerũque Gallia duas res induſtrioſiſſimè perſequitur, rem militarem, & arguté loquí*, id eſt ſubtiliter, & eleganter multa ſubiecta ſcientia. Ex cuius tanquam maternis viſceribos præſtantiſſimi oratores, philoſophi, aliiqoe doctrinæ verę profeſſores prodiere, qualis fuit Plotius Ciceronis in eloquentia præceptor, Votienus Montanus Narboocnſis, quem boc inſigni

c Iuuenal.

d Cato l. 1. orig. apod Caſiſium l. 2.

A laudis elogio Martialis ornat.

[e] *Docti patria Narbo Votieni.*

e Martial.

Et Claudianus Galliam doctiſſimis abundaſſe viris non obſcurè inſinuat, cùm in panegyrico 4. Honorij conſulatus ait.

[f] *Illuſtri te prole Tagus, te Gallia doctis*
Ciuibus, & toto ſtipauit Roma Senatu.

f Clandian. panegyr. 4. conſul Honorij.

Alium eloquentiſſimum multiplici fulgentem ſcientia Rufum oomine, natione Gallom dictum vulgo Ciceronem Gallicum, Iuuenalis multa laude proſeqoitur his verſibus.

[g] *Sed Rufum, atque alios cædit ſua quæque iuuentus,*
Rufum, quem toties Ciceronem Allobroga dixit.

g Iuuenal. Satyr. 2.

Alium doctiſſimum Gallum Romanorum hi- B ſtoriæ commemorant, Antonium videlicet Griphonentam à primis annis in domo Iulij Cęſaris educatum, quem pręſtanti fuiſſe ingenio, memoriaqoe mirabili narrant, in vtraque lingua Græca, & Latina, cæteris ætatis ſuæ ſuperiorem, qui patrem eloquentiæ Latinæ auditorẽ habere meruit: mitto antiquiora Troianis, Romaniſque ſecula, quibus in Gallia tres Philoſophorum ſectæ doctiſſimæ Saronitum, Bardorum, & Druidum, vetuſtorum ſeriprorum teſtimonio magna cum fama, prædicationeque florebant. Recentiora reminiſcor, in quibus, teſte D. Hieronymo, ex plutibus mondi regionibus, & oris iuuenes, & adoleſcentes in Gallias diſcendi cupiditate bonas artes, eloquentiam præcipuè inflammati confluebant: vt hæc S. Hieronymi verba teſtantur.[h] *Poſt ſtudia Galliarum, quæ florẽtiſſima ſunt miſit Romam vt libertatem Gallici, nitoremque ſermonis grauitas* C *Romana condiret.* Huc ſpectat ara Lugdunenſis, de qua Iuueoalis.

Tres Philoſophorum ſectæ in Gallia … dictom.

h S. Hieron. ep. ad Ruſticum.

[i] *Aut Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram.*

Ara Lugd.
i Iuuenal.

Vbi oratores concertationem in campo doctrinæ, & eloqoentiæ cum vitæ periculo, & capitis aggrediebantur. In manu quippe victorum erat victos vẽdere, & occidere, vt Suetonius[k] in Caio refert. Sed poſtea veniente in Gallias ætate Chriſtianæ religionis aurea, doctrina, & religio obuiauerunt ſibi, ſcientia, & pietas oſculatæ ſunt. Tunc enim ſalutaris ſcientiarum fulgor ſapientię fideliter Chriſtianæ ſeruiuit: ab eo ſcilicet tempore, quo Francorum Regum cordibus claritas veritatis Chriſtianæ illuceſcere cœpit, & ſub prima regum noſtrorum ſtirpe domicilia moſarum præcipua, bonarumqoe ſcientiarum receptacula, fuiſſe monaſteria, aliaque pietatis ſacraria[l] annalium Franciæ ſcriptores memotię prodiderũt. In quæ omnes doctrinæ auidi, & appetentes ſcientiæ liberalis ſe recipiebant, vt à ſanctis mo- D nachis bonas artes, ſacráque ſtudia perdiſcerent.

k Sueton. in Caio.

l Aimoinus, Rhegino, Gaguin. & alij.

Ar creſcente gloria & ſplendore bonæ fortunæ, proſperitatiſque Gallorum, ſub Carolo Magno communiores bonæ litterę Gallis extitere, atqoe non ſolom monachis, & Eccleſiaſticis, ſed quamplurìbus ſecularibus, & laicis valde familiares apparuere.[m] Magnus quippe princeps, Gallorũ monarcha Carolus, qui non minus Martem, quàm Pallada nouerat, & qui, vt ſupra notauimus, prælia muſis temperabat, & ceticum moderabatur Apolline Martem. Has moſas, ſcientiaſque è monaſteriorum ſeptis, ac clauſtris in ſecularium ſocietates euocauit, & multis ſui principatus, regnique

2. part. Carol. M. bonas litteras in ſocietates ſeculares è monaſterijs eductas introduxit, quatuor illuſtriſſimarũ in imperio ſuo academiarum fundator.

m Robertus, Gaguinus, Boet. hiſt. Scotus N. Gilleus fr. Belleforeſt, & alij.

locis celebrioribus scholas publicas, id est vniuersitates, academiasque construxit. Qui primus prima huius florentissimę quondam Parisiensis academiæ, quæ super omnes florentes mundi vniuersitates caput extulit, fundamenta iecit. Cùm enim illo regnante quatuor Angli, seu Scoti viri monachi maxima doctrina, eruditione multiplici, nec vulgari celebres, Alcuinus, Rabanus, Ioannes, & Claudius cognomine clemens in Gallias venissent, profitentes se huc venditum scientias appulisse: hoc audiuit magnus ille Rex, qui protinus illis docendi facultatem Parisiis, alibique terrarum regni sui dedisse fertur. Ex quorum professione scientiarum publica Parisiis ortum, initiumque suum academia Parisiensis nostrorum scriptorum testimonio deduxisse creditur: de qua plura infra. Nec verò Lutetia solùm,[a] sed etiā aliæ magni nominis ciuitates, tam in Gallia, quàm in Germania, Italia, aliisque orbis Christiani regionibus sitæ, illustrium disciplinarum, & artium liberalium prę ter sacras litteras flore nobilitatæ, hoc pio, doctoque ad earum studia muneribus, & honoribus instigante Imperatore coruscarunt. Qui has artes ingenuas, sacrasq; disciplinas paulò ante sua tempora languentes, & quasi semimortuas, socordia hominum, & barbarorum incursione Saracenorum, vigore nouo corroboratas, sua authoritate, exemplo, regiaque munificentia in præcipuis Galliæ sedibus excitauit. Eas vtcumque à suis antiquis Galliæ domiciliis auulsas, & quodammodo bellorum diuturnitate relegatas, postliminio reuersas in antiquas Franciæ sedes nobilius quàm antea, sua virtute, munificentiaque reuocauit. Vt satis expresse Lupus Abbas monasterij Ferrariēsis ad Eginhartum Caroli M. secretarium his verbis Epistola significauit.[b] *Nisi intercessisset inopia praeceptorum, & longo situ collapsā priorum studia pene interijssent, largiente Domino, mea auiditati satisfacere forsan potuissem, siquidem vestra memoria, per famosissimum Imperatorem Carolum (cui litteræ eo vsque deferre debent, vt æternitati parent memoriam) cœpta renouari aliquantulum quidem illa extulere caput. Satisque constitit veritate subnixum praclarum dictum.* [c] *Honos alit artes, & accenduntur omnes ad studia gloria.* Huic assentitor Ionas Aurelianensis Episcopus, cùm de Carolo Magno de bonis litteris optimè merito, ita loquitur.[d] *Non solùm apud Germaniam studium litterarum, & amor sanctarum scripturarum viget, verū etiam apud eandem Galliam. Eius memorabilis viri* (scil. Caroli M.) *solertissimo studio, & feruentissimo desiderio actum est, vt Domino opem ferente, in sibi commissa Ecclesiæ filijs, & liberalium apprimè disciplina, & diuinarum scripturarum perfecta polleret intelligentia.* Horum sentētiæ suffragatus Ansegisus dixit.[e] *Carolus siquidem constituit in singulis monasterijs, & Episcopijs scholas esse, vbi ingenuorum, & seruorum filij Grammaticam, musicam, & arithmeticam doceantur.* Prętet quas artes sacras, etiam litteras in delitiis, & exercitio illis in locis esse mandauit, vt hæc concilij Cabilonensis [f] verba significant. *Oportet etiam sicut Dominus Imperator Carolus, vir singularis mansuetudinis, fortitudinis, prudentia, iustitia, & temperantia pracepit, scholas constituant, in quibus litteraria solertia disciplina, & sacræ scriptura documenta discantur, & tales sibi erudiantur, quibus meritò dicatur* [g] *à Domino: vos estis sal terra, &c.* At magnus ille Caroli Magni præceptor, sui seculi splendor, decusque doctrinæ, multis in Galliæ illustrioribus fama locis, & vrbibus litterarum bonarum, sacrarumque scientiarum fontes amœnissimos relaxauisse sępius in suis Epistolis, scriptisque testatus est; vt cùm hæc ad Carolum Magnum Epistola prima scribit.[h] *Nunc verò frigescente sanguine quasi vespere, in Francia seminare non cesso.* His conformia epist. 10. ad eundem principem virtutis, & bonę famæ gloria super ęthera notum, hoc verborum tenore profitetur.[i] *Nec fastidiosa segnitiec legentium beneuolentia magistri iuste deputari debet, si plurimis inclytum vestra intentionis studium sequentibus, forsitan Athena noua perficerētur in Francia. Imo multo excellentiores, quia Christi Domini nobilitatę magisterio, omnem academia exercitationis superant sapientiam. Illa tantummodo Platonis erudita disciplinis septenis informata claruit artibus: has etiam insuper septiformi Sancti Spiritus plenitudine ditata, omnem secularis sapientia excellit dignitatem.* Inter cæteras Galliæ prouincias gens Turonica suaues huius eruditissimi, ac religiosissimi Magistri doctrinæ singularis cuiusque generis flores, & fructus salutares affluenter, cumulateq; percepit: vt hæc ad eundem Regem clarissimè testantur.[k] *Aliquos ex pueris nostris remittam, qui reuehant in Franciam flores Britannia: vt non sit tantummodo in Eboraca hortus conclusus, sed in Turonica emissiones paradisi, cum pomorum fructibus: vt veniens Auster perflare hortos Ligeris fluminis, fluant aromata illius.* [l] Et alibi: *Ego itaque licet parum proficiens sum Turonica pugno rusticitate: vestra vero authoritas Palatinos erudiat pueros.* In quæ ista Sangallensis monachi verba consentiunt.[m] *Dedit autem Albino Carolus Rex Abbatiam Sancti Martini iuxta Turonicam ciuitatem: vt quando ipse absens esset, illic requiescere, & ad se confluentes docere deberet. Cuius in tantum doctrina fructificauit, vt moderni Galli, siue Franci antiquis Romanis, vel Atheniensibus æquarentur.* Inter solemnes, celebresque scholas, seu academias, Carolum Magnum tres præcipuas erexisse ferunt, Parisiensem, Patauinam, & Ticinensem: Quæ hunc Imperatorem fundatorem, institutoremque suum profitentur, & agnoscunt, ac de tanto studiorum erectore gloriantur. Præter quas alij, quartam scilicet Osnarburgensem in Saxonia scriptores addunt: quam præsertim ipse Imperator erexit, vt in ea ad vsum legationum in Orientem mittendarum pueri, & adolescentes in Latinis, Græcisque litteris erudirentur, sicut ex ipso priuilegio constat, quod ipse Rex huic Ecclesiæ concessit. Erectionis trium priorum academiarum veritas ex Concilio Parisiensi sub Ludouico pio manifesta conspicitur, in quo sic patres Imperatorem rogant, & obtestantur.[n] *Similiter etiam obnixè, & suppliciter vestra celsitudini suggerimus, vt morem paternum sequentes, saltem in tribus congruentissimis imperij vestri locis scholæ publica ex vestra authoritate fiant, & labor patris vestri, & vester per incuriam, quod absit, labefactando non depereat. Quoniam ex hoc facto & magna vtilitas, & honor sancta Dei Ecclesię, & vobis magnum mercedis emolumentum, & memoria sempiterna accrescet.* Ex quibus apertè datur agnoscere Carolum M. tres præcipuas scholas, academiasq; in præcipuis sui imperij vrbibus erexisse: has verò fuisse Parisiensem, Patauinam, & Ticinensem,

---

[a] Gaguin. Nicolas Gilleus, Boetius, Genebrard. sub an. 791. & alij.

Carolus M. litterarum bonarum in Gallia restaurator.

[b] Lupus Ferrar. monast. abb. ep. 1. ad Eginarthū, seu Eginhardum.

[c] 1. Tusc. in præf.

[d] Ionas Aurel. episc. in exord. commens. sui aduersus Claudium Taurinens.

[e] Ansegisus l. 1.

[f] Concil. Cabillon. c. 3.

[g] Matth. 5.

Alcuinus Caroli M. magister in multis Gallia locis celebrioribus bonas, sacrasque litteras professus.

[h] Alcuin. ep. 1. ad Carol. M.

[i] Epist. 10.

[k] Ep. 1. ad Carol. M.

[l] Epist. 15. ad eundem.

[m] Sangal. l. de gestis Carol. M.

Scholæ tres præcipuæ à Carolo M. erectæ Paris. Patauina, Ticin.

Quarta academia à Carol. M. erecta in Ecclesia Osnarburgensi in Saxon.

[n] Concil. Paris. sub Ludouico pio Imp.

communis doctorum scriptorum consensus affirmat. Sed missis duabus posterioribus, silentioque transactis, de Parisiensi academia, fundatane fuerit à Carolo Magno dubium, non sine rationum quarundam pondere, à plerisque non mediocriter in historiarum Galliæ lectione versatis propositum dissoluere conemur. Primum enim de hac erectione Parisiensis academiæ à Carolo Magno apud antiquiores authores, qui diligenter Caroli Magni præclare facta descripserunt Aimonium scilicet, Rheginonem, Adonem, Sigebertum, & Alcuinum Caroli Magni magistrũ mirum silentium esse constat: & quod pro parte negatiua ad credendũ potentius est ipse Egynarthus, qui fuit huic Carolo Magno à secretis præcipuus gestorum huius imperatoris inspector, & testis oculatus, qui tam multa de doctrina, singulari huius eruditione, dilectione, & munificentia erga literarum studiosos, & scientiarum professores, tam multa de eius studio, & solicitudine ad illustrandas sui imperii prouincias bonarum, sacrarumque exercitio literarum suis scriptis posteritati mandauit, nihilominus huius erectionẽ florentissimæ Parisiensis vniuersitatis ab illo imperatore, planè reticuit. A qua maximam laudem gloriamque in hunc imperatorem Dominũ suũ, quem vnicè diligebat in historia sua deriuare potuisset. Pro parte affirmatiua recentiores illis stant alii scriptores Galli, & extranei, Robertus [a] Gaguinus, Palmerius, [b] Robertus [c] Gouletus, Polidorus [d] Virgilius, Nicolaus [e] Serrarius, Sabellicus [f] Enneade 8. [g] Platina in vita Leonis 3. cuius verba sunt. *Adeò autem, cùm ei liceret per otium, studiis literarum delectatus est* (scilicet Carolus Magnus) *vt primus, succedente tamen Alcuino, Gymnasium Parisiense instituerit* Sed horum omnium testimonio potentior est supra citata concilii Parisiensis authoritas, de tribus illis academiis ab Imperatore Carolo in imperio, regnoque suo constructis: quarum primam, præcipuamque fuisse Parisiensem æquum est credere, cum esset tunc temporis Carolo Magno regnãte, sicut antea totius regni Lutetia Metropolis: in qua Alcuinum Caroli Magni præceptorem docuisse certum est, si communis bonorum scriptorum mens, & opinio constans attendatur. Itaque vt concilientur ambæ partes inter se controuersæ, dicendum est ideo antiquos illos authores, Eginarthum, Aimonium, Rheginonem, & Sigebertum huius institutionis academiæ Parisiensis à Carolo Magno singulariter non meminisse, sed generaliter tantùm de promotione literarum, & scholarum erectione, in quibus earũ professiones exercebantur in diuersis imperii locis fuisse locutos, quod solùm huius academiæ Parisiensis leuia, & exigua imperator ipse fundamenta iecerit, respectu posterorum filii, & nepotum eius, qui hanc academiam à partus sub patre, & auo profectam initiis maximam successu temporis effecerunt. Et magis adhuc tertiæ stirpis Reges, vt Ludouicus iunior, Philippus Augustus, & alii, illustrem, florentemque hanc Parisiorum academiam suis beneficiis, honoribusque reddiderunt. Quanti autem bonæ artes,

3 Pars. *An Carolus M. fuerit Parisiensis academiæ institutor.*

Pro parte negatiua.

Pro affirmatiua.

[a] Gaguin. l. 4.
[b] Palmerios.
[c] Robertus Gouletus in compendio de fundatione Vniuersitatis Paris.
[d] Polid. Virgil. l. 4. hist. Angliæ.
[e] Nicol. Serrar. l. 4. rerum Moguntiacarum.
[f] Sabellicus Ennead. 8. l. 9.
[g] Platina in vita Leonis 3.

Conciliatio duarum partium contrariarum.

A sacræque literæ in Gallia, Lutetiæ verò præcipuè sub imperio Caroli Calui, huius Caroli Magni nepotis floruerint, illa præclara ad Carolum Caluum, post adeptum imperium Herrici Altisiodorensis monachi, viri in omni literarum bonarũ genere præstantis, cognitione linguarum Latinæ & Græcæ perillustria verba testantur. [h] *Multa sũt tuæ monumenta clementiæ, multa symbola pietatis, illud vel maximè æternam parat memoriam, quod famatissimi aui tui studium erga immortales disciplinas nõ modo ex æquo repræsentas, verùm etiam incredibili feruore transcendis. Dum quod ille sopitis eduxit cineribus, tu fomento multiplici, tum beneficiorum, tum authoritatis vsquequaque prouehis. Ne enim nostra*

B *inertia, quæ sua sponte amplectitur cæcitatem velum sibi excusationis de ignorantia obduceret, neue de præceptorum inopia merito causaretur: id tibi singulare studium fecisti, vt sicubi terrarum magistri florerent artium, quarum principalem operam philosophia pollicetur, hoc ad publicam eruditionem vndecunque tua celsitudo conduceret, comitas attraheret, dapsilitas prouocaret. Luget hoc Græcia nouis inuidiæ aculeis lacessita, quam sui quondam incolæ cum Asianis opibus aspernantur: tua potius magnanimitate delectati, studiis allecti, liberalitate perfusi. Dolet, inquam se olim singulariter mirabilem, & mirabiliter singularem à suis destitui. Dolet certè sua illa priuilegia, quod nunquam hactenus verita est, ad climata nostra trãsferri. Quid Hyberniam memorem, contempto pelagi discrimine pene totam cum grege philosophorum ad littora nostra migrantem? Quorum quisquis peritior est, vltro sibi indicit exilium, vt Salomoni sapientissimo famuletur ad votam. Itaque, Cæsar inuictissime, penè est vt vniuersus*

C *orbis nouas in te statuat controuersias; nouis aduersum te declamationibus inuehatur, qui dum te, tuosque ornamentis sapientiæ illustrare contendis, cunctarum ferè gentium & studia sustulisti. Sublatis enim præceptoribus consine, & consequens est facile omnium ingenia congelasse: ita namque spretis cæteris in eam mundi partem, quam tua potestas complectitur, vniuersa optimarum artium studia confluxerunt, vt verissimè habeam, iam dudum eas humana inertia perosas terras penitus excessisse, nisi tua integritatis amplitudine tenerentur, in qua etiam vnicum suæ professionis culmen, ac fastigium mirabiliter collocarunt.* Hinc est, quod cùm sit perantiqua sententia: [i] *Silent leges inter arma: hæ tamen tam belli, quàm pacis tempore apud te plurimum semper obtinent dignitatis, ita vt merito vocitetur schola palatium, cuius apex non minus scholaribus, quàm militaribus consuescit disciplinis.* Tum sic breuiter concludit. *Quidquid igitur literæ possunt, quidquid assequuntur ingenia ubi*

D *debent.* Hæc ipse elegantissimè monachus doctissimus ad Carolum Caluum. Propter cuius propensum in literas ingenuas, & sacras animum, & liberalitatem in earum professores munificentissimam, Gallia sub illius imperio præstantissimis omnium bonarum artium eruditione viris, vt Iona, Aureliæ; Hincmaro, Rhemis; Ferculfo, Lexoueis; Hilduino, Parisiis; Herrico monacho, Altissiodori; Lupo, Senonibus, Rabani in Theologia auditore; aliisque quamplurimis omnium bonarum, sacrarumque scientiarum luce clarissimis abundauit.

4. Pars. *Carolus Caluus aui Caroli M. omnium literarum amantissimus.*

[h] Herrici monachi in præfatione librorum de vita S. Germani Altisio.

Carolus Caluus bonarum literarum professores, & magistros ex Græcia, Hibernia, & aliis nationibus promiscue allectos in Franciam inuitauit.

Ad Galliam omnes docti vndique bonarum professores literarum confluunt.

[i] Cicero pro Milone.

Literæ sub Carolo Caluo in vtroque tempore pacis, & belli florebant.

Sub Carolo Caluo Gallia doctissimis fæcunda viris.

CAPVT IX.

De parisienſi academia, omnium quę fuerunt vnquam in orbe Chriſtiano præſtantiſſima.

1. *Academia Pariſienſis ſub diuerſis 3. ſtirpis regibus valde creuit: cuius mater Pariſienſis eccleſia: hinc cælibatus profeſſorum in ea cuiuſque facultatis.*

2. *Præclara Pariſienſis academiæ & ciuitatis propter illam elogia: in qua ſtudentibus & docentibus multa priuilegia à regibus Franciæ data.*

3. *Principes ac reges Chriſtiani cum ipſis ſummis Pontificibus quanti hanc fecerint academiam, eius in rebus maximi momenti iudicia quærentes, & cum honore ſequentes.*

4. *Luctus & querela de huius nunc academiæ deſolatione atque ſolitudine.*

E D præcipuè Pariſienſis academia ſuper omnes doctrinę varietate, atque præſtantia caput honoris extulit, quam inchoatam à Carolo M. ab eius filiis, & nepotibus auctam Capeti poſteritas ſub diuerſis Regibus eius tertiæ ſtirpis in immenſam gloriæ, famæ, perfectionis variæ molem, apicemque ſublimauit. Neque enim intra paucorum annorum ſpatia tanta omnium bonarum literarum, [a] ſacrarumque ſcientiarum ſchola conſummari potuit, ac perfici. Pius ille egregiaque doctrinarum varietate ſublimis Rex Robertus huic academiæ Pariſienſi magnum ſplendidæ eruditionis addidit incrementum: quæ ſub Philippo primo maximè ſuæ gloriæ, & doctrinæ in longos fines alas expandit. Cùm in ea S. Bruno Cartuſianorum pater, & tam pii inſtitutor ordinis, & Guillelmus de Champeaux doctrinæ fama, & ſanctitate vitæ clariſſimi literas liberales, ſacraſque maxima cũ celebritate publicè profitebantur, Ludouicus Craſſus ſua dilectione, & authoritate, huius terminos amplitudinis, & illoſtris prædicationis lõgè, latèque dilatauit: qui hanc illuſtrem, ſplendidamque S. Victoris in ſuburbiis eccleſiam cum monaſterio, ſuis impenſis conſtruendam, ædificandamque curauit. Quæ ſub regno Ludouici 7. eius filii nobiliſſimum bonarum artium Philoſophicarum, ſacrarumque literarum domicilium extitit. In quo præclara regularium, ſecularium que ingenia ſtudioſiſſimè illarum artium exercitiis occupabantur. Huius rei teſtes ſunt eruditiſſimi, atque religioſiſſimi huius ordinis monachi Hugo, Adamus, Richardi duo, omnes à S. Victore dicti, cum pleriſqoe aliis in hac ſancta familia Monaſticæ vitæ vota religioſè profeſſis. Quorum eruditiſſimæ lucubrationes, operaque doctiſſima mira deuotione condita, dum genus humanũ, dũ Chriſtianorũ ſemen extabit (extabit autem in æternum) per fidelium populorum ora cum ſuauitatis, & venerationis odore volitabunt: in eorumque memoria, & deliciis ære perenniora permanebunt. Eodem tempore, quo mirum in modum Muſæ humaniores, & ſanctæ in hoc docto, & religioſo monaſterio vigentes de imperitia, ſocordiaque deuotè triomphabant: aliud erat celeberrimum ſcientiarum humanarũ, ſacrarumque emporium, eccleſia cathedralis: in cuius epiſcopio profeſſiones illarum inſtituta prope generoſa adoleſcentum, iuuenumque generis cuiuſuis ingenia ad virtutis, ſanctitatis, ſolidæque doctrinæ puritatem, non ſine magno reipublicæ fructu, Chriſtianæque profectu religionis efformabant. Quæ omnia ex huius temporis hiſtoriis, annalibuſque noſtris nota omnis. Sic literarum ſtudia, Philoſophiæ præcipuè, ſacræque ſapientiæ, ſub hoc Rege Ludouico 7. maximis ingeniorum profectibus ſplendorem ſuum, cultumque Lutetiæ dilatabant: & quàm antea magnificentius multo florebant. *Quidni enim floruiſſent Rege earum profeſſores honoribus, ac præmiis proſequente?* Inquit [b] Rigordus in Philippi Auguſti vita: docentibus tunc in ea Pariſienſi academia Ancelino Theologiæ profeſſore, Guillelmo Cãpellenſi Philoſophiæ, de quo ſupra, Abaillardo, Hugone à S. Victore, Petrô Lombardo Pariſienſi epiſcopo, ſententiarum magiſtro, aliiſque clariſſimis doctrina viris, nec pietare minoribus. Quo tempore in nulla mundi parte fulgor ſcientiarum quàm Lutetiæ ſplendidiùs, & ornatiùs emicabat; etiam teſtimonio Iudæi [c] inter ſuos eruditiſſimi, Beniamini nomine, natione Hiſpani. Qui in itinerario ſuo, narrando ſe Alexandro Pontifice Romano, & Ludouico 7. Francorum Rege Lutetiam veniſſe, totius regni caput, dixit: *Sunt in ea ſapientum diſcipuli omnium, qui hodie in omni regione viuunt doctiſſimi, atque hi noctu, & diu [d] legis ſtudio incumbunt.* Huius celeberrimæ ſuper omnes terrarum orbis academiæ ſub ſummorum Pontificum, Regumque Chriſtianiſſimorum authoritate, atqoe fœlicibus auſpicus Pariſienſis eccleſia mater extitit, & eam vtroque vbere doctrinæ, pietatiſque lactauit. Vt eſſet pietas, charitaſque Chriſtiana fundamentum ſoliddiſſimum diuina monitum gratia, ſuper qoo doctrina ſalutaris academiæ huius ſtabilita, atque firmata in Chriſti religione, & ſanctitate, tenaci fidei dente radicata, ad ſommum perfectionis apicem feliciter exaltaretur. Et ſic ipſi academiæ poſt ortum, mirabili profectu creſcenti, tanquã ſponſæ nouæ illud æterni ſponſi verè dici poſſet. [e] *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Vnde factum eſt vt licentiandi, doctorandique in academiæ quacumque facultate, præcipuè verò Theologiæ gradus ſuos, laureas, & alia doctrinalis honoris inſignia, non alibi, quàm in domicilio, domoque epiſcopali ſumere poſſent: vt matris ſuæ academiæ ſontem, originemque epiſcopalem ſedem libenter agnoſcerent, & agnoſcendo veluti pii filii matris eccleſiæ venerarentur. Propter quam etiam cauſam originis academiæ Parienſis ab epiſcopali eccleſia, & cathedra, primus doctrinæ, morumque ſcholaſticorum cenſor, & iudex, quem vniuerſitatis cancellarium hodie nuncupamus, de corpore capituli cathedralis electus eſt; vt hoc etiam tempore ſemper obſeruari videmus. Inde etiam mos ille laudabilis cælibatum caſtè, religioſeque ſeruandi, omnibus collegiorum academiæ primatis

[a] Robertus Rex.

Philipp. 1.

Sub Ludouico 7. maximè literarum ſtudia Lutetiæ floruerunt.

S. Victoris monaſterium ſeminarium, & domicilium bonarum literarum.

Eccleſia Pariſienſis aliud Muſarum emporium.

[b] Rigordus in vita Philippi Auguſti.

[c] Beniamini Iudæi teſtimonium de ſcholæ Pariſienſis præſtantia ſub Ludouico 7. ex Maſſon in fin. Ludouici 7.

[d] Scil. diuinæ nempe Theologiæ.

Pariſienſis eccleſia academiæ mater

[e] Cantic c. 1. v. 11.

Cur doctorales cuiuſque facultatis laureæ in aula epiſcopi Pariſienſis ſumuntur.

Cur in academia Pariſ. primarii doctores cuiuſque facultatis, & regentes cælibes eſſe debeant.

doctoribus, magistrisque regentibus in ea; quibus durante eorum professione matrimonii vinculum, iugumque prohibebatur; ac si officia illa primariorum, doctorum, magistrorumque regentium Vniuersitatis mancipata, & ascripta ecclesiæ fuissent: à qua spiritum vitamque primi sui ortus illa deduxisset. Quem honestum, valdeque laudabilem custoditi cælibatus ab academicis academiæ munera obeuntibus inuiolabili custodia seruatum esse scimus: quousque Cardinalis Totauillæus legatus à latere in Francia, cum medicinæ doctoribus, priuilegio speciali dispensauit eis cælibatus legem, Romani Pontificis indulto, relaxans: vt matrimonii legibus teneri, vxoratique viuere possent. Quo nubendi priuilegio donari sibi postea doctores canonici popoścerunt: & in eum finem academiæ die 9. Decembris 1534. supplicarunt, vt sibi hoc medicorum vti priuilegio liceret. A quarum supplicatione

B

Conclusio academiæ Paris. contra decretistarum doctorum matrimonium.

auersata publicis centuriatisque comitiis hæc statuit, vt vxorati à doctoratu, & regentia arcerentur: postea lapsu temporis labente etiam antiquæ disciplinæ sinceritate, Senatus Parisiensis sub summi Pontificis beneplacito doctorum iuris canonici matrimonia tolerauit, & eorum, qui primus cælibatus in se leges dissoluit, fuit doctor Riuierius, anno 1552. Qui postea in vrbe [a] Castri-Heraldi propratoris officio functus est. Hæc ideo breuiter commemorare volui, vt ostenderem Parisiensem ecclesiam primum fundamentum, atque veluti matricem florentissimæ omnium academiæ à Regibus nostris Lutetiæ collocatæ, & erectæ fuisse; Quæ [b] *sicut lux splendens processit, & crescit vsque ad perfectam suæ gloriæ, honorisque diem*: cuius sacraria Musarum ædes scientiis consecratæ, collegiaque tempore S. Ludouici, non vnius regionis ciuitatis situ, ambituque

a Hæc ex l. 3. disquis. Pasquerii c. 18.
La Riuiere primus inter doctores canonistas vxoratus.
b Prouerb. 4.
Olim academia Paris. tota vrbe diffusa, vt S. Ludouici tempore.

C

continebantur, sed tota vrbe diffusa construebantur, vt vbique suæ doctrinæ saporem euulgarent, & suauissimum literarum odorem, fragrantiamque spirarent. Cuius antiquitatis, veritatisque fides constare potest, ex collegio bonorum infantium vulgò, *des bons enfans*, in vico S. Honorii sito, ex loco ecclesiæ S. Germani Altisiodorensis vicino, communiter, *Schola S. Germani*, in ripa Sequanæ nuncupato ex ecclesia S. Catharinæ, *vallis scholarium*, cognominatæ: & ex omnibus vrbis monasteriis: in quæ suas Dominus Rector academiæ supplicationes dirigere solet; Quæ ideo seligit ad preces, votaque academię publica Deo fundēda, in quantum illius corpori, tanquam mēbra copulantur. Postea crescente in die studentium numero à fundatione Collegii Nauarræ munificentia Ioannæ Reginæ Nauarræ, Philippi Pulchri vxoris, quod erigi curauit in vertice mōtis Parisiensis anno 1304. Collegiorum cæterorum constructiones in eam vrbis partem coactæ, ac redactę sunt. Quæ nunc Vniuersitas appellatur, vt academiæ membra sicut animis, & cordibus, sic muris, & parietibus ad pulchritudinem, splendoremque magis vnita cernerentur. Ardor dilectionis S. Ludouici in academiæ huius studiosos literatos, & professores maximus erat, cui conformis munificentia in eos, liberalitasque regia respondebat: vnde splendor huius academiæ amplitudinis maior emicabat, sed super omnes eruditos, atque literatos sacræ sapientiæ professores Theologos vnicè diligebat, & honoribus efferebat, vt Robertum à Sorbona, Sorbonicæ

Quo tempore academia collegia in vnam partem vrbis collecta sint & coacta.

D

A

societatis institutorem, quem huic sanctissimo Regi singulariter in deliciis fuisse [c] Ionuillęa historia clarissimè testatur, & sanctum Thomam doctorem angelicum, quo familiariter à conscientiæ secretis vtebatur. Sic tanto principe literas humaniores, & sacras, literatosque amoribus & honoribus afficiente laus, & gloria Parisiensis academiæ intra regni huius limites se minimè continens, ad alienas terras egressa earum populos admiratione magna rapiebat, vt Anglus historicus Parisius, professione monachus, illam altiori cogitatione mentis attendens, Lutetiam Philosophiæ, cæterarumque sublimium scientiarum, & artium liberalium nutricem, propter hanc, quam suo sinu fouebat academiam appellare non dubitauerit. Similiter eandem vrbem Parisiensem, quòd in ea hæc academia meriti, famæ, gloriæque suæ eundo vires acquireret, Pe-

S. Ludouici amor in literatos præsertim Theologos, vt Robertum à Sorbona & D. Thomam.
c Ionuillæi hist. 1. Part.
Præclara Parisiensis academiæ & ciuitatis propter illam elogia in qua studentibus ac docentibus priuilegia multa à regibus Franciæ data.

B

trarcha ad Thomam Messanensem scribens nutricem studiorum sui temporis esse dicebat, quæ propterea optimo iure propter hoc musarum emporium *Cariathsepher*, idest ciuitas literarum nominari debuit, sicut illa apud Iudæos ciuitas, cuius scripturæ sacræ recordantur. Nec solùm hoc illustri famosoq; nomine, *Cariathsepher*, Parisiorum ciuitas, sed & illo præclaro, *Nardea*, quod fluuium scientiæ sonat decorari meruit. Quo nomine Iudæi Babylonis ciuitatem propter vniuersitatem literarum Chaldaicarum, quæ in ea erat, appellare solebant. Hæc illa est academia Parisiensis, quę famam, gloriam, nomenque Francorum longiùs ad exteras nationes cum admiratione prouexit, quàm vnquam eorum arma heroicæque pugnæ cum hostibus extendere potuerint. Hæc asylum refugii Musis, quæ eiectæ à Græcis, eorum fugientes littus, non ampliùs doctum, sed barbarum à Regibus Christianissimis,

Parisius Monachus.
Lutetiam nutricem scientiarum noncupat.
Lutetia propter academiam dicta ciuitas literarum Cariathsepher.
Iosue c. 15. v. 15. 16. & Iudicū 1. v. 11.
Nardea fluuius scientia.

C

ad hanc metropolim regni vocatæ tutam, fidamque in ea stationem, non sine magna Francorum gloria fixerunt; in qua iure donatæ ciuitatis, factæque Gallicæ, suum Helicona, Parnassumque in his dictis Parisiensis academiæ mōtibus collocare voluerūt. In qua se puerū & adolescentē Petrarcha studuisse, & bonas artes didicisse gloriatur, & suaui recordatione lætatur. [d] *Nosti*, inquit ad Lucam de Penna, magnum sui temporis, ætatisque Iurisconsultum scribens, *in illo surgentis ætatis flore, quem Grāmaticorum in stramine*, scilicet in vico Straminis Parisiorū, *in qua bonarum literarum exercitia fieri solebant, velut in deliciis egimus.* Et ad maiorem nominis sui, doctrinæque famam hunc ipsum Petrarcham Robertus academiæ Parisiensis cancellarius hortabatur, vt lauream magisterii ab ipsa insigni totius orbis academia reciperet, quam nutricem studiorum, magistramque

Lutetia ob academiam facta parnassus & Helicon Musarum.
d Petrarch. ep. ad Lucam de penna.
Robert. Cancel Paris. ep. ad Petrarch.

D

doctrinę sui temporis appellabat. Cuius alumnos literis melioribus excultos, professores, & magistros humaniorū, altiorūque disciplinarū (quos nouo laborum fœtu sæpissimè uluo sua profundebat) tāta beneuolētia, amore, veneratione, Philippus cognomento Longus Francorū Rex abaui sui S. Ludouici vestigia sequens, amplectebatur: quod ab eorū variis, præstantibusque doctrinis insigniū industria, labore, professione, sui gloriam imperii magna ex parte pendere conspiceret; vt eos ad præcipuos palatii, curiæq; suæ honores, & officia prouehere oon dubitaret. Testis est huius Regis doctrina, & eruditione non mediocriter illustris in doctos homines academiæ proceres,

Philippus Longus valde doctos academiæ alumnos diligebat, & honorabat.

Annal Masson l. 3. in Philippo Longo. a Masson. ibid.

munificentiæ, Petrus Milo Pictauiensis poëta nobili loco natus: quem Rex suæ magistruio familiæ, domusque regiæ fecit. a Testis Bernardus Marchio, quē propter bonarū disciplinarū peritiā cubiculariū magni Franciæ; regiæque cameræ fastigio sublimare voluit. Tunc tunc non deerant Marones, nec Cicerones, Platones, Aristoteles, quia erant Mecænates. Qui muneribus, & honoribus calcaria, stimulosque generosis ingeniis admouebant, vt ad illustriū, liberaliūq; scientiarum profectus, & amplexus studio inflammato raperentur. Nec verò solum doctis scientiarū magistris, earūque professoribus, sed etiam studiosis earū scholasticis, & illarū in academia Parisiensi chartis impallescentibus multa priuilegia fauore literarum nostri Reges indulgere voluerunt. Etenim ne nimis antiqua perscruter, Philippus Pulcher cùm anno 1295. subsidia quædam pro necessitatibus regni sui, colligi in populo suo bellis vrgentibus edicto sanciuisset, b eodem cauit, vt ab illis subsidiis omnis academia, & omnes in ea docentes, atque studentes eximerentur 2. anno 1299. Idem Galliæ Rex statuit, ne pro debito reali, suppellectilia, aliaq; mobilia Scholasticorū, magistrorūque docētiū literas auellerētur. 3. Anno 1311. eiusdem Regis statuto decretū est, vt eques nocturnarū excubiarū (vulgò *Cheualier du Guet.*) In aduentu ad suum munus officiūque solemniter iuraret, se inuiolabili custodia omnia exactè, & in omnibus vniuersitatis priuilegia seruaturū 4. Filius verò huius Philippi Pulchri Ludouicus Hutinus, qui tantū anno regnauit, hoc suo rescripto priuilegiū scholasticis, & magistris indulsit, vt suas illis res mobiles, suppellectiliaque quocumque vellent, sine vllo obstaculo, impedimentoque transferre liceret. Sed super omnia à Regibus nostris Vniuersitati Parisiensi, alumnisque eius concessa priuilegia, magnum fuit illud à Philippo Valesio academiæ, academicisq; concessum, anno 1340. Quo omnes castris Mineruæ sub academiæ Parisiensis signis, vexillisque duces & milites, magistros nempe, & scholasticos eruditè militantes, ab omnibus vectigalibus, stipendiariis, tributis, subsidiis, impositionibus, aliisque similibus oneribus personalibus, publicisque liberos, & immunes esse voluit. c Insuper vt in omnibus controuersiis, litibusque forensibus ab vrbe Parisiorū, à quibuscūq; partibus cū quibus litigarent, euocari non possent, ne à suorū quotidianis studiorum exercitationibus, functionibusque distraherentur. Et in eū finē pro suorū conseruatione priuilegiorū constituit illis rex iudicē prætorem Parisiensem (vulgò, *Preuost de Paris*) qui propterea regaliū Parisiensis academiæ priuilegiorum cōseruator appellatus est. Qui statim à creatione iuramentum inter manus Domini rectoris, ordinatione regia præstare tenetur; quo solemniter se obstringit & iurat se hæc Regis indulgentia, liberalitateque concessa perenni sinceraque protectione priuilegia conseruaturum. Sic talibus Regum nostrorum munificentiis, beneficiisque fota, ditata, fœcundata hæc Musarum mater magis, ac magis ad summas doctrinæ generis omnis sublimitates, apicesque crescebat, & crescens tantum sibi authoritatis apud omnes dignitate, principatuque Potentes, Reges, ac Principes terræ comparabat, vt ad eam de rebus maximis consulturi per legatos suos illi sæpius accedere voluerint. Vt Rex ille Hungariæ, qui grassante Antipaparum in Ecclesia schismate per literas à proceribus academiæ, eiusque facultatibus, præsertim verò Theologiæ scire ac discere flagitauit, quid super hac controuersia pro salute sua sentire, atque credere deberet. Quanti verò huius academiæ facultatum, sed Theologicæ maximè Romani Pontifices iudicia fecerint: qui ea sæpius, vt sequerentur audire voluerunt, Francorum non solum, sed & ipsorum etiam Pontificum historiæ proclamant. Nec mirum, qui honorum titulis tot laudum singularium epithetis, tot puræ, solidæque prædicationis insignibus academicorum virorum doctrinam, iudicium, sapientiam, aliasque virtutes illustrarunt. Vt ipse inter alios Alexander tertius; qui viginti duos annos ab anno 1160. ad annum 1181. ecclesiæ vniuersalis principatum tenuit, vt vniuersitatis Parisiēsis summam in omni genere doctrinæ virtutisque perfectionem sublimiter exprimeret, ita ad eam eiusque magistros bonarum literarum professores rescripsit. d *Quasi lignum vitæ in paradiso Dei, & quasi lucerna fulgoris in domo Domini est in sancta ecclesia Parisiensis studij disciplinam, hæc quippe velut fecundæ eruditionis puteus, ad irrigādam steriles orbis faciē, fluuios de fontibus sapientiæ salutares cū impetu foras mittens, vbique terrarum Dei lætificat ciuitatem, & in refrigerium animarum flagrantium sitientium aquas doctrinæ diuidit publicè in plateis.* Et Gregorius 9. qui circa annum 1227. sedebat, de academia Parisiensi loquens, Francorum Regi rescribens. *Eam scientiarum parentem, & velut alteram Cariatsipher, literarum videlicet ciuitatem,* vti supra diximus, appellabat.

Priuilegia magna professoribus literarum, & scholasticis Parisiis studentibus à Regib. Franciæ data.

b Priuil. 1. ... solutionibus pro subsidiis à populo soluendis.

2.

3.

4. A Ludouico Hutino datum.

5. A Philippo Valesio datum.

c Ab eodem. Ne alio ab vrbe Parisiensi ad litigandum euocentur academia studentes, & docentes.

Prætor Parisiensis iudex, & conseruator priuilegiorum academiæ.

Vide Pasquier. in disquisi. l. 9. c. 18.

3 Pons.

Romani Pontifices, principes ac reges Christiani quanti fecerint, hanc academiam eius in rebus maximi momenti iudicia quæsiuerint & eum honore sequentes.

Rex Hungariæ super schismate academiam Parisiensem consuluit sub Francis.

Maximi Rom. Pontifices academiæ iudicia fecerunt.

Alexander 3. qui 22 annos sedit ab anno 1160. quantis honoris titulis, & elogijs academiam Parisiensem extulit.

d Ep. Alexandri 3. ad academiam Parisiēsem eiusque magistros.

Gregor. 9. ob academiam, Lutetiam literarum ciuitatem appellabat.

Tandem eo perfectionis, & authoritatis Parisiensis academia sub Regibus Carolo 5. & 6. patre, & filio peruenit, vt altiùs ascendere non posse crederetur. Tunc enim litigantes & inter se discordia diuisi, ancipiti contentione distracti, de suffragiis academiæ acquirendis sibi, deque eius authoritate in suas quisque partes inflectenda dimicabant. Ipse quippe Ioannes dux Burgundiæ agnoscens summam ipsius academiæ authoritatem, famamque bonam, quam sibi inter populos ac primates Galliæ, schismaticæ factioni Petri de Luna dicti Benedicti 13. generoso Christianoq; pectore resistendo comparauerat, in partes suas, vel potiùs furores, & iras contra Ludouicū Regis Caroli 6. fratrem Aurelianum ducem, cui hostiliter inimicabatur, traducere conatus est. Quod audiens Aurelianus dux, ægreque ferens academiæ fauorem sibi obsistere, & eam inimici dolis circumuentam grauiter, vti putabat, aduersari, anno 1402. ad illam illustrem quendam, magnumque nobilitate virum dirigere maturauit. Per quem illam obnixè rogauit, vt priùs abortas lites, & iurgia inter se, ducemque Burgundiæ prudenter, & attentè consideraret, causæque suæ æquitatem sapienter omni passione remota perpenderet, priusquam sibi vituperiū, culpæque notas inureret, & illa à suis ad inimici Burgundiæ ducis partes auersata deficeret. Tanta erat eo tēpore apud omnes Galliæ societates, seculares, & regulares ecclesiasticos, & laicos populares, & dignitatibus euectos nobiles, & principes, ipsum denique Regem Christianissimum, academiæ authoritas iudiciique pondus, vt omnes illius fauorem in suis rebus præcipoè maximis, bonamque gratiam venari niterentur. Scribit enim Alanus Chartier in vita Caroli 7. tantùm eo tēpore

Sub Carolo 6. magna academiæ authoritas.

Factiones principum in hoc regno in suas partes vario academiam traducere nituntur. Ex annalibus Francia.

Alanus Chartier in vita Caroli 7.

academiam potentiæ, & authoritatis apud omnes, præcipuè magnates, habuisse, propter innumerabiles multitudine literarum studiosos in ea, & ingentem præstantissimorum magna, multiplicique eruditione virorum numerum, vt quotiescumque illa cum suis proceribus rem magnã, difficilem, & arduam, ad publica regni negotia spectantem aggrederetur, illam tandem ad optatos exitus perduceret. Addit & ille Alanus, cum alijs annalium nostrorum scriptoribus, vt Gaguino illam negotijs Regis grauioribus, & ad regni statum omnino pertinentibus, se multùm immiscuisse, seque nimiùm illis occupauisse, quod non valde probo. Meliùs eum illa semper actum lego, cum peregrinando à secularibus negotiis, hospesque versando in grauioribus status regii rebus, musis suis oblectata, profectum, incrementumque scientiarum ingenuarum in alumnis suis ardenti studio quæsiuit, & ecclesiæ Dei hac doctrinarum exercitatione fideliter famulari conata est. Habuit illa quandoque ortus suos, & occasus lunæ instar, modò crescendo, modo decrescendo, sed vt verum dicam à primo eius ortu rari illius interitus, & occasus. Nubeculæ quandoque aduersitatum claram illius lucem obscurare vtcumque potuerunt; at totam extinguere nunquam. Tempore Francisci primi, & Henrici 2. Christianissimorũ Franciæ Regũ mirabilis illius academiæ splendor extitit, illo non inferior priscorum temporum. Cuius nos pueri, & adolescentes in ipsius academiæ sinu literas incũbentes radios latissimè fulgentes aspeximus: at paulatim in angustum contracti parum lucis impertiuerunt. Et ipsa tot milliũ ingeniorũ mater, effæta paucitate scholariũ, alumnorumque penuria tabescens elanguit, vt vix hoc tẽpore aliqua pristinæ academiæ, si Theologiæ studia excipias, nobilitatis, & excellentiæ species appareat, prioris imago decoris, pulchritudinisq; cernatur. Cui malũ hoc, tãtáque publici luctus desolationisque segetem acceptã referre debeamus, præter primã causam, quæ huius seculi corruptio, hominũque prauitas habetur, alias secundas, tertiasque digito monstrare facile est. Riuulorum multitudine in alueum suum, quos possunt scholasticos suis artibus euocantium, hoc mare scientiarum, magnum & spatiosum artium professoribus, tot quondam studiosis docentibus, discentibusque fœcundum, exsiccatum, & exhaustum vehemẽter exaruit. Bene hoc sit, necne factum prudentiores Gallicanæ laudis amatores, & venerationis antiquæ iudicent. Sufficiat nobis cũ luctu, & cordis amaritudine academiæ lamenta nostræ matris audire.

Temporibus Francisci 1. & Henrici 2. maximè florebat Paris. academia.

[a] *Non sum qua fueram, perijt pars maxima nostri:*
Hoc quoque, quod superest, luctus & angor habet.

a Cornel. Gall 4. pars.

Querela, & lamentationes ob desolatam academiam Parisiensem, & solitudine sepultam eius famam, & gloriam antiquam.

Tantum mea antiquæ gloriæ miseria temporum & odio multorũ, & quidẽ potentiũ, diutumque in me concepto feci naufragium, vt vix hodie celebritatis leuissimæ tabula sustenter. Ego quæ tot annos omnium musarum orbem, circulumque sinu meo tam perfectè conclusi, vt nulli satis eruditi vbique terrarum fere iudicarentur, qui de fontibus è ventre meo prodeuntibus scientiarũ aquas non exhausissent. Nunc, proh dolor! Quàm dissimilis mea priori cõditio! Cũ in gremio meo priscorum comparatione temporum supersit ferè nemo? Multa sunt à Carolo Magno, & posteris inde Regibus ad regni huius salutem, honorem, dignitatemq; diuinitus instituta. Inter quæ nihil illustrius ab his factũ esse puto, quàm quod in florentissima ciuitate totius Imperij Gallici metropoli, me suam natarum maximã omnium ingenuarum, laudandarum disciplinarum, & artium procreatricem optimam instituerint, auxerint, fouerint, & amplificatam in eam perfectionis arcem prouexerint, vt nihil mirandum magis in hoc mundo videretur. Nunc audientes in beatis illis cælorum insulis, in quibus cum Christo gloria potiuntur æterna, videntesque me in proxima vetustæ gloriæ funera procumbere, sepulchro propinquare, si qua esset cœlo tristitia grauissimè dolerent. Quis hanc academiæ lamentabilem querelam, luctumque vt iustissimum, sic verissimum non videat: cùm hanc propemodũ defunctam, & semisopitam solitudine sua, musas intermortuas in ea, planèque deploratas doctissimorum professorum absentia videamus? Qui studentium orbitate hac vrbe voluntariè cesserunt, seque perhonesto docendi munere vltro abdicantes à charissimæ matris academiæ intimis licet, amplexibus auulserunt. Quò fit vt hodie non modo academiæ veteris imago nulla cernatur, sed in ea quoque omnia tenebris, & caligine cuiusdam profundæ noctis tristitiæ, funerisq; sepulta esse videantur. Collegia quondã florentissima huius academiæ hodie vacua multa; multæ sedes quondã magistris scholasticisque refertissimæ, hodie factæ solitudines. In his nobilitas non amplius, vt antea pubescit: sanguis illustrium nõ, vt solebat, eruditè cum probitate fouetur; magna à stirpe nepotes, virtutis, doctrinæque studio nõ amplius sinu suo academia complectitur. Eius vbera doctrinæ variæ, salutarisque lacte distenta; non amplius nobilium, illustrium puerorũ, & adolescentum sciendi cupidorum pectoribus, animisque suauiter irradiant. Afflicta hæc, desolataque studiorũ mater vix vllo, nisi Theologiæ splẽdore in suorum filiorũ orbitate consolatur, eam huius diuinæ professionis fluuius vtcũque lætificat. Quæ tandem nisi diuina, atque regia indulgentia, misericordiaque academiæ corpori prouideatur, sicut aliæ professiones siccatis reliquorum doctrinæ exercitiorũ, præcipuè verò facultatis artium riuulis arescet: quod omen Deus auertat! O miseram, & funditus euersam Parisiorum vniuersitatem, ni Deus illam salutaris, & prosper miseratus adiuuerit! ni Rex illã Christianissimus in isto adolescentiæ flore celerius virtute, quam ætate properans, suorum consiliariorũ sapientia, iudicio, conscientiæ puritate, fideque catholica sublimiũ adiutus auxilio, suis misericordiæ, beneuolentiæ, charitatisq; oculis respexerit?

Gloria Regum nostrorum ab illis fundatam & amplificatam Paris. academiam.

Iustissimus & verissimus academiæ luctus.

Descriptio solitudinis, & orbitatis academiæ.

Pathetica exclamatio academiæ ruinam lugentis.

[b] *Seges erit, vbi Troia fuit, resecandaque falce,*

b 4 Æneid.

morientique academiæ illud cum Virgiliana Didone merito exequiale cantare licebit.

Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi,
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

Idest non amplius in conspectu, luceque regni huius docta, salutariaque musarum charismata, magna cum laude, nominisque prædicatione, vt antea profitendo studiosorum animis effundam. Quicumque hoc tanti mali, quoquo modo promouerint: qui has interitus, dedecorisque academiæ tenebras uffuderint, quotidieque illius languentis exitiũ artibus suis indignè machinantur: Deus eos in meliorẽ mentem, sensumque conuertat, in quos sic vetustæ illustriũ musarũ parẽti

insidiantes, nil piè dicere possem, quod non in academiã animntũ nostrorũ nutricẽ asperè, grauiter, indigneque dicerem. Quæ certè postquam oppressa plus æquo fuerit, coram Deo sui splendoris ab illis tam seuerè violati rationem repetet. Omnes interea bonos doctrinæ, sicut virtutis amatores, præsertim verò huius regni authoritate, nobilitate, diuitiis, & super omnia apud Christianissimum Regem fauore potentes, per viscera misericordiæ Dei nostri obtestatur ardẽter, & orat, ne sint tam maternæ pietatis obliti, vt cum beneficiorum suorum beneuolentiæ, sapientiæque suæ fontes priuatis multis aperuerint, ne hac tempestate suarum virtutum riuulos sibi musarum nutrici clausos esse patiantur. Atque sua charitate in suam musarumqoe matrem filiali caueant: ne sicut aliarum rerum, sic litterarum in hac academia pristino scientiarum emporio, sua quædam sit vicissitudo. Vt primum quibusdam in locis ingeniosorum hominum experientia, & labore, scientiæ, & artes nascantur: deinde incrementa suscipiant: post aliquantum in statu vigeant: tandem sua vetustate langueant, & senescant: ad extremum emoriantur, diuturna solitudine studentiumque raritate deletæ concidant, & extinguantur. Quod ne solitariæ, languentique huic academiæ contingat, Christus D. redemptor mundi immensa suæ misericordiæ largitate prouideat, auguriumque exitii huius Regum Christianissimorum natarum maximæ à multis maleuolis optatũ bonis omnibus lachrymabile detestetur, & auertat. Iamque Deus bone.

Obtestatio academiæ ad regni huius potentes, & proceres, pro sua conseruatione.

[a] *Nil super imperio moneor, speramimus ista*
Dum fortuna fuit, vincant quos vincere mauis.

Si tamen in his extremis ærumnarum academiæ tempestatibus aliquid sperandum est, sicut optãdum. Hæc huic misericordiarũ abysso redemptori curæ sint: nullis vt discordiis perturbata re literaria, sic in dies pubescentibus omniũ virtutũ violis, & crescentibus in æternam maturitatem sapientiæ floribus antiquus academiæ splendor redeat, augeatur, crescatque meritis vsque in perfectum æternitatis diem. Vt post, omnes qui sub illius vexillis fideliter in sinceræ doctrinæ castris militantes ecclesiæ, regnoque Christianissimo ex magna charitate seruiuerint, in aliqua tandem triumphantis ecclesiæ parte collocati beatissimi cũ Christo æternitatis gloria perfruãtur.

CAPVT X.

De bonitate, & generositate naturali Gallorum auctis, & corroboratis religione atque charitate Christiana, quibus spiritualiter induti, & ornati, Deum in primis, eius vnicam sponsam Ecclesiam, sedemque Apostolicam diuini in terra thronum imperii sanctissimis adorantes operibus ac purissimis adamantes affectibus hostes illius immanissimos hæreticos nunquam in hoc regno tolerare potuerunt.

1. *De bonitate, & generositate naturali Gallorum, fide postea, & charitate Christiana auctis.*
2. *De eorum fide, atque religione catholica, castè, sincerèque seruata.*
3. *Nunquam à Clodouæi primi Franciæ regis Christiani seculo hæretici in Gallia tolerati vsque ad nostra tempora multiplici peccatorum fœditate funesta, quod exemplorum inductione demonstratur.*
4. *Lamentatio propter desolatam Galliam malis oppressam ab impietate hæretica impune furente manantibus.*



Vi Gallorum naturam, & mores diligentius, & amota omni odii vel inuidiæ passione candidiùs inspexerit eos naturali bonitate, & generositate animi præditos esse sponte ingenueq; fateri cogetur: eos pacatos, amicosque boni, nisi à seditiosis turbentur. Dicam adhuc meliùs, & veriùs, quàm Liuius[a] de hac gente Gallorum. *Multitudo omnis sicut mare per se immobilis est.* Si non eam stridens infernali aquilone procella terribilis hæreticorum, schismaticorumque auster, cæterique Æoli publicarum seditionum, populariumque tempestatum artifices, progenitoresque effrænatius excitarent, & commouerent. *Apud eos causa omnis, & origo furoris, penes authores est reliqui*, vt cum eodẽ loquar auctore,[b] *contagione insaniunt.* In cuius modesti, grauis, pacatique Gallorum ingenii fidem, Strabonis testimonio tutati illorum grauitatem, modestiam in suis comitiis antiquitus resplenduisse cognoscimus. Tanto mutui inter eos amoris illa grauitas, modestiaque pondere nitebatur. Vt cùm multa scirent, tamen amoris illius honesti, salutarisque scientiam super omnia profiterẽtur, vel potiùs cum Socrate, *nihil scire, præter amare dicerent*, quod est omnia scire. Amor porro mutuus ille apud eos à summa ratione, obseruationeque iustitiæ, pietatisque [d] Agathiæ iudicio profectus apparebat, qui nisi iustos, & pios magna, veraque ratione pollentes adamabant, iuxta D. Augustini regulam dicentis: [e] *Tanto magis amo amicos meos, quanto magis bene vtuntur anima rationali, vel certè quantum desiderant ea bene vti.* Cui dilectioni propter iustitiæ, veræque rationis vsum & amori mutuo in naturali eorum bonitate radicato, magnitudo animi, generositasque diuinitus adiuncta mirabiles in procuranda Dei gloria, in exaltanda eius ecclesia, in firmanda Regis sui maiestate, & honore cum reip. salute produxit effectus in ipsis, ac peperit. Quorum ideo heroicæ fortitudinis, magnanimæque pietatis propriũ fuit longè à domo bellare, & aliorum Christianorum fortunas non sua tecta defendere. Si enim hoc virtutis heroicæ ac fortitudinis ante accepta Christianæ fidei iura Galli nostri specimen toties ediderint, quanto meliùs, perfectiùsque facti Christiani præstiterunt? Iustinus ex Trogo hæc de antiqua Gallorum nostrorum fœcunditate, & fortitudine scribit. [f] *Gallorum ea tempestate tanta fœcunditatis iuuentus fuit, vt Asiam omnem velut examine aliquo implerent. Denique neque Reges oriẽtis, sine mercenario Gallorum exercitu vlla bella gesserunt, neque pulsi bello ad alios, quàm ad Gallos confugerunt. Tantus terror Gallici nominis sine armorum inuicta fœlicitas erat, vt aliter neque maiestatem suã tutam, neque amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrarentur. Itaque in auxilium à Bithynia*

Genus Gallorũ bona, generosa & pacifica, nisi à seditiosis discordiæ spiratoribus commoueatur.

a Liuius l. 28.

b Liu. l. 28.

Dictum Socratis.

d Agathiæ l. 1. Goth.

e D. Aug. l. 1. soliloq.

Gallorum magnitudo animi & fortitudo.

f Iust. l. 8. belli Macedonici.

Magna, prosperaque Gallorum prisorũ fortitudo ad quos externi, orientales, quo Reges auxilii petitum confugiebant.

Iustinus

A

rege inuocati regnum cum coparta victoria diuiserũt, eamque regionem Gallogræciam cognominarunt. Idẽ Iustinus [a] alibi scribit nullum fuisse in Græcia sine martiali illorum auxilio Gallorum, armisque indomitis gestum bellum. Et quod illi adhuc in tenebris infidelitatis ambulantes, fortitudinis, virtumque suarum in liberandis ac defendendis regibos, & populis hostium furore vexatis impendebant, postea per misericordiam Dei, Christiani facti Ecclesiæ Dei defensioni, protegendæque pastoris illius œcumenici maiestati, & imperio, omnes suas vires, copiasqoe religiosa generositate consecrarunt. Qui quidem *Galli antiquitus*, inquit sanctus Hieronymus, *à candore corporis Galatæ nuncupabantur: & Sybilla sic eos appellat, quod significare voluit Poeta* [b] *cum ait. Tum lactea colla auro innectuntur, cùm posset dicere candida. Hinc vtique Galatia prouincia, in quam Galli aliquando venientes cum Græcis se miscuerunt, vnde primum ea regio Gallogræcia, post Galatia nominata est.* Cui sententiæ [c] Strabo consentit. Sed vt ad indomitam antiquorum Gallorum fortitudinẽ redeamus, Iulius Cæsar [d] tanta animi magnitudine, generositateque prędicus Imperator, illorum quondam vires expertus minimè palam profiteri dubitauit. *Gallorum consilio armato,* [e] *ne orbem quidem terræ posse obsistere.* Olim Gallorũ legati ad Alexandrum Magnum missi, interrogati ab eo, *quid peterent, quid timerent, responderunt. Hoc vnum timemus, ne cælum ruat.* Quo responso Alexander Gallos indomitæ fortitudinis robore septos temere sine aggressoris infortunio non irritandos cognouit. Et apposite quisquis ille sit in stemmate quondam Leonem cum cerneret expressum, cum hoc dicto, *Leone rugiente quis non timebit? respõdisse fertur, Gallus!* Similiter multa de generositate, fortitudineque Francorom, qui venientes in Galliam cum Gallis ipsis in vnum populum, gentemque coierunt, à quibus postea Gallias occupantibus regnum Franciæ denominatum est, qui Franci ab audacia forti, libertate indomita, ferociaque generosa, vt cum antiquo scriptore Rigordo [f] loquar, appellatione præclara nominati sunt: Hæc enim ipse inter alia de Frãcis ait. *Cùm postmodum Valentinianus illos multis prælijs attentasset, proprio eos Francos, quasi ferancos, id est feroces appellauit.* Cui cõformia sunt illa carmina Britonis poetæ in soa Philippide in Philippi Augusti honorem edita, de Francorom in Gallias aduentu loquentis.

a Iust. l. 24 & 27.
Galli seu Galatæ à candore dicti.
b S. Hieron. in proœm. l. 2. ad Galat. Virgil.
c Strabo l. 12. Geogr. prope finem
d Iulij Cæs. de Gallorũ fortitudine elogium l. 6. bell. Gal.
Egregium Gallorum Alexandro M. responsum. Q. Curt.
Gallus pro fortitudine antiquitus nihil timebat.
f Rigordus de gestis Philip. August.
Idem ibid. Franci cur appellati.
Brito Poeta in sua philippide.

B

Finibus egressi patriis per Gallica rura,
Sedem quærebant ponendis mœnibus aptam,
Et se Parisios dixerunt nomine Græco,
Quod sonat expositum nostris audacia verbis,
Erroris causa vitandi, nomine solo
A quibus exierant Francis distare volentes.

Tanta tũc Francorũ fortitudinis indomitæ fama toto terrarũ orbe volitabat, & armorum terror sparso vbique rumore vagabatur, vt, inquit idem Brito. [g] *Vincere nec possit aliquis dux, aut comes, aut rex: Qui non Francorum virtuti cederet vltro.* Sed Franco Gallorum fortitudinem, magnanimũ animom, vires generosas, fides, religioque Christiana complexa præstantiores, magis Ecclesiæ sanctissimæ reiq; publicæ Gallicanæ salotares effecit. Cæsar de gente Gallorũ tunc infidelium loquens. *Natio*, inquit, *Gallorum est admodum dedita religionibus.* Si diuino coltui, qualem esse decepta putabat gens hæc, infidelitatis tenebris inuoluta

g Brito ib. supra.
Pars 2. De fide religioneque Gallorũ sincerè Catholica.
Cæsar l. 6. com. Gall.

tam voluntarie procubuit: quid mirum si factæ Christiana cunctis orbis terræ gentibos, & populis pietate, fide, deuotioneque Christiana, S. [h] teste Gregorio, suorum exempla regum secuta præstiterit? Quid mirũ si inter pios, religiososque ditionis Christianę populos, religiosissimi Galli merito crediti, ad similem diuinæ pietatis, religionisque lucem exteras nationes suo exemplo compellarint? Notum illud de illis sopra notatum Agathię elogium, *Χριστιανοὶ ἅπαντες τυγχάνουσιν ὄντες, καὶ τῷ ὀρθοτάτῳ χρώμενοι δόξῃ. Christiani omnes sunt, rectissiméque de Deo sentiunt*, scilicet super omnes populos sunt orthodoxæ & rectissimæ opinionis. Hoc minimè maximum illum vniuersalis Ecclesiæ pontificem latere potuit, qui tam memorabile de hoc regno elogium, vaticiniũque protulit. [i] *Exaltationem regni Francorum, sublimationem Apostolicæ sedis reputantes. Cùm hoc regnum benedictum à Deo semper in ipsius deuotione permãserit, & ab eius deuotione, nullo vnquam sicut credimus tempore recessurum, &c.* Isti sunt regni Gallici populi, de quibus regum suorum in bello contra infideles, Christianique nominis hostes liliata signa sequentibus, ista superiùs addocta poeta religiosa carmina cecinit.

h D. Greg. l. 4. regist. c. 97. ep. ad Regẽ Childebertũ.
Agath. l. 1. in princip. & l. 2. in princip.
i Innocent. 3. c. Nouit. extra de iudic.

---- Nulli constantia maior
[k] *Nulli maior erit pietas in numina genti,*
Defendent mucrone fidem, belloque domabunt,
Quoscumque audierint Christum se attollere cõtra.

Quos tẽpore S. Hilarij nulla vnquã hæresis adhuc infecerat; nollus fidei error attigerat; nullius impietatis contra Christi D. religionem, Ecclesiãq; virus intoxicauerat. Propterea sanctissimus Pictauiensis [l] præsul hos per exclamationem hanc, beatos, gloriososq; prædicauit. [l] *O beatos vos in Domino, & gloriosos, qui perfectam, & Apostolicam fidẽ conscientia, & professione retinentes conscriptas fides huc vsque nescitis! Non enim eguistis litera, qui spiritu abundatis, neque officiũ manus ad scribendũ desiderastis, qui quod corde à vobis credebatur, ore ad salutẽ profitebamini: neque necessariũ habuistis Episcopi literas legere, quod regenerati Neophyti tenebatis.* Et quod ipsi Catholici de grege suo Galli sibi pro fide Christi relegato exuliq; longè ab Ecclesia, patriaq; sua fidei suę puritatẽ, sinceritatẽq; ab omni hæreseos contagione liberã, per literas notã, testatãq; fecissent. [m] *Repletus cõsolatione superabũdãs gaudio, in omni tribulatione sua*, sic ad eos illis gratulãdo rescripsit: [n] *Beatæ fidei vestræ literis sumptis, quarũ lentitudinem, ac raritatem de exilij mei, & longitudine, & secreto intelligo cõstitisse: gratulatus sum in Domino incontaminatos vos, & illæsos ab omni cõtagio detestandæ hæreseos perstitisse: vosque cõparticipes exilij mei: in quod me Saturninus ipsam suam conscientiã veritus circumuẽto Imperatore detruserat, negata ipsi vsque ad hoc tẽpus toto iã triennio cõmunione, fide mihi, ac spiritu cohærere, & missam proximè ex Syrmiẽsi oppido infidelis fidei impietatẽ non modò non suscepisse, sed nuntiatam etiam, significatãque damnasse: necessariũ mihi, ac religiosũ intellexi, vt nunc quasi episcopus mecum in Christo cõmunicantibus salutaris, ac fidelis sermonis colloquia transmitterẽ: & qui per metũ incertorũ, conscientia tantũ antea mea (quòd ab his omnibus essem liber) gratulabar: nunc iã cõmunis fidei nostræ integritate gauderem, &c.* Nec verò à sancti huius episcopi tempore solùm hæc fidei sanctæ, religionisque Christianæ puritas in Gallis orsa est, sed ab ipsis Apostolorum temporibus deriuata, vsque ad scele-

k Mantuan. de Gallorum ob defensionem fidei generositate.
l S. Hilar. de synod.
m Cor. 7. v. 4.
n Hilar. ibid. l. de synod. in princip.
Galli suam fidem immaculatam S. Hilario in oriente exulanti testatam reddunt.

C

D

inſidiantes, nil piè dicere poſſem, quod non in academiã animorũ noſtrorũ nutricẽ aſperè, grauiter, indigneque dicerem. Quæ certè poſtquam oppreſſa plus æquo fuerit, coram Deo ſui ſplendoris ab illis tam ſeuerè violati rationem repetet. Omnes interea bonos doctrinæ, ſicut virtutis amatores, præſertim verò huius regni authoritate, nobilitate, diuitiis, & ſuper omnia apud Chriſtianiſſimum Regem fauore potentes, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri obteſtatur ardẽter, & orat, ne ſint tam maternæ pietatis obliti, vt cum beneficiorum ſuorum beneuolentiæ, ſapientiæque ſuæ fontes priuatis multis aperuerint, ne hac tempeſtate ſuarum virtutum riuulos ſibi muſarum nutrici clauſos eſſe patiantur. Atque ſua charitate in ſuam muſarumque matrem filiali caueant: ne ſicut aliarum rerum, ſic litterarum in hac academia priſtino ſcientiarum emporio, ſua quædam ſit viciſſitudo. Vt primum quibuſdam in locis ingenioſorum hominum experientia, & labore, ſcientiæ, & artes [illegible]antur: deinde incrementa ſuſcipiant: poſt aliquantum in ſtatu vigeant: tandem ſua vetuſtate langueant, & ſeneſcant: ad extremum emoriantur, diuturna ſolitudine ſtudentiumque raritate deletæ concidant, & extinguantur. Quod ne ſolitariæ, languentique huic academiæ contingat, Chriſtus D. redemptor mundi immenſa ſuæ miſericordiæ largitate prouideat, auguriumque exitii huius Regum Chriſtianiſſimorum natarum maximæ à multis maleuolis optatũ bonis omnibus lachrymabile deteſtetur, & auertat. Iamque Deus bone.

Obteſtatio academiæ ad regni huius potentes, & proceres, pro ſua conſeruatione.

[a] *Nil ſuper imperio moneor, ſperauimus iſta*
Dum fortuna fuit, vincant quos vincere mauis.

Si tamen in his extremis ærumnarum academiæ tempeſtatibus aliquid ſperandum eſt, ſicut optãdum. Hæc huic miſericordiarũ abyſſo redemptori curæ ſint: nullis vt diſcordiis perturbata re literaria, ſic in dies pubeſcentibus omniũ virtutũ violis, & creſcentibus in æternam maturitatem ſapientiæ floribus antiquus academiæ ſplendor redeat, augeatur, creſcatque meritis vſque in perfectum æternitatis diem. Vt poſt, omnes qui ſub illius vexillis fideliter in ſinceræ doctrinæ caſtris militantes eccleſiæ, regnoque Chriſtianiſſimo ex magna charitate ſeruiuerint, in aliqua tandem triumphantis eccleſiæ parte collocati beatiſſimi cũ Chriſto æternitatis gloria perfruãtur.

CAPVT X.

De bonitate, & generoſitate naturali Gallorum auctis, & corroboratis religione atque charitate Chriſtiana, quibus ſpiritualiter induti, & ornati, Deum in primis, eius vnicam ſponſam Eccleſiam, ſedemque Apoſtolicam diuini in terra thronum imperii ſanctiſſimis adorantes operibus ac puriſſimis adamantes affectibus hoſtes illius immaniſſimos hæreticos nunquam in hoc regno tolerare potuerunt.

1. *De bonitate, & generoſitate naturali Gallorum, fide poſtea, & charitate Chriſtiana auctis.*
2. *De eorum fide, atque religione catholica, caſtè, ſincerèque ſeruata.*
3. *Nunquam à Clodouæi primi Franciæ regis Chriſtiani ſeculo hæretici in Gallia tolerati vſque ad noſtra tempora multiplici peccatorum fœditate funeſta, quod exemplorum inductione demonſtratur.*
4. *Lamentatio propter deſolatam Galliam malis oppreſſam ab impietate hæretica impune furente manantibus.*

Qvi Gallorum naturam, & mores diligentius, & amota omni odii vel inuidiæ paſſione candidiùs inſpexerit eos naturali bonitate, & generoſitate animi præditos eſſe ſponte ingenueq; fateri cogetur: eos pacatos, amicoſque boni, niſi à ſeditioſis turbentur. Dicam adhuc meliùs, & veriùs, quàm Liuius[a] de hac gente Gallorum. *Multitudo omnis ſicut mare per ſe immobilis eſt.* Si non eam ſtridens infernali aquilone procella terribilis hæreticorum, ſchiſmaticorumque auſter, cæterique Æoli publicarum ſeditionum, populariumque tempeſtatum artifices, progenitoreſque effrenatius excitarent, & commouerent. *Apud eos cauſa omnis, & origo furoris, penes authores eſt reliqui*, vt cum eodẽ loquar auctore,[b] *contagione inſaniunt.* In cuius modeſti, grauis, pacatique Gallorum ingenii fidem, Strabonis teſtimonio tutati illorum grauitatem, modeſtiam in ſuis comitiis antiquitus reſplenduiſſe cognoſcimus. Tanto mutui inter eos amoris illa grauitas, modeſtiaque pondere nitebatur. Vt cùm multa ſcirent, tamen amoris illius honeſti, ſalutariſque ſcientiam ſuper omnia profiterẽtur, vel potiùs cum Socrate, *nihil ſcire, præter amare dicerent.* Quod eſt omnia ſcire. Amor porro mutuus ille apud eos à ſumma ratione, obſeruationeque iuſtitiæ, pietatiſque[d] Agathiæ iudicio profectus apparebat, qui niſi iuſtos, & pios magna, veraque ratione pollentes adamabant, iuxta D. Auguſtini regulam dicentis:[e] *Tanto magis amo amicos meos, quanto magis bene vtuntur anima rationali, vel certè quantum deſiderant ea bene vti.* Cui dilectioni propter iuſtitiæ, veræque rationis vſum & amori mutuo in naturali eorum bonitate radicato, magnitudo animi, generoſitaſque diuinitus adiuncta mirabiles in procuranda Dei gloria, in exaltanda eius eccleſia, in firmanda Regis ſui maieſtate, & honore cum reip. ſalute produxit effectus in ipſis, ac peperit. Quorum ideo heroicæ fortitudinis, magnanimæque pietatis propriũ fuit longè à domo bellare, & aliorum Chriſtianorum fortunas non ſua tecta defendere. Si enim hoc virtutis heroicæ ac fortitudinis ante accepta Chriſtianæ fidei iura Galli noſtri ſpecimen toties ediderint, quanto meliùs, perfectiùſque facti Chriſtiani præſtiterunt? Iuſtinus ex Trogo hæc de antiqua Gallorum noſtrorum fœcunditate, & fortitudine ſcribit.[f] *Gallorum ea tempeſtate tantæ fœcunditatis iuuentus fuit, vt Aſiam omnem velut examine aliquo implerent. Denique neque Reges orientis, ſine mercenario Gallorum exercitu vlla bella geſſerunt, neque pulſi bello ad alios, quàm ad Gallos confugerunt. Tantus terror Gallici nominis ſiue armorum inuicta fœlicitas erat, vt aliter neque maieſtatem ſuã tutam, neque amiſſam recuperare ſe poſſe ſine Gallica virtute arbitrarentur. Itaque in auxilium à Bithyniæ*

Gens Gallorũ bona, generoſa & pacifica, niſi à ſeditioſis diſcordiæ ſpiratoribus commoueatur.

a Liuius l. 28.

b Liu. l. 28.

Dictum Socratis.

d Agathiæ l. 1. Goth.

e D. Aug. l. 1. ſoliloq.

Gallorum magnitudo animi & fortitudo.

f Iuſt. l. 8 belli Macedonici.

Magna, proſperaque Gallorum proſerũ fortitudo ad quos orientali, quo Reges auxilii poſtulaturi confugiebant

Iuſtinus

A *regi innouati regnum cum eo parta victoria dimiserũt, eamque regionem Gallogræciam cognominarunt.* Idẽ Iustinus [c] alibi scribit nullum fuisse in Græcia sine martiali illorum auxilio Gallorum, armisque indomitis gestum bellum. Et quod illi adhuc in tenebris infidelitatis ambulantes, fortitudinis, viriumque suarum in liberandis ac defendendis regibus, & populis hostium furore vexatis impendebant, postea per misericordiam Dei, Christiani facti Ecclesiæ Dei defensioni, protegendæque pastoris illius œcumenici maiestati, & imperio, omnes suas vires, copiasque religiosa generositate consecrarunt. Qui quidem *Galli antiquitus*, inquit sanctus Hieronymus, *à candore corporis Galatæ nuncupabantur: & Sybilla sic eos appellat, quod significare voluit Poeta* [b] *cum ait. Tum lactea colla auro innectuntur, cùm posset dicere candida. Hinc vtique Galatia prouincia, in quam Galli aliquando venientes cum Græcis se miscuerunt, vnde primum ea regio Gallogræcia, post Galatia nominata est.* Cui sententiæ [c] Strabo consentit. Sed vt ad indomitam antiquorum Gallorum fortitudinẽ redeamus, Iulius Cæsar [d] tanta animi magnitudine, generositateque præditus Imperator, illorum quondam vires expertus minimè palam profiteri dubitauit. *Gallorum consilio armato,* [e] *ne orbem quidem terræ posse obsistere.* Olim Gallorũ legati ad Alexandrum Magnum missi, interrogati ab eo, *quid peterent, quid timerent, responderunt. Hoc vnum timemus, ne cœlum ruat.* Quo responso Alexander Gallos indomitæ fortitudinis robore septos temere sine aggressoris infortunio non irritandos cognouit. Et appositè quisquis ille sit in stemmate quondam Leonem cum cerneret expressum, cum hoc dicto, *Leone rugiente quis non timebit? respõdisse fertur, Gallus!* Similiter multa de generositate, fortitudineque Francorum, qui venientes in Galliam cum Gallis ipsis in vnum populum, gentemque coierunt, à quibus postea Gallias occupantibus regnum Franciæ denominatum est, qui Franci ab audacia forti, libertate indomita, ferociaque generosa, vt cum antiquo scriptore Rigordo [f] loquar, appellatione præclara nominati sunt: Hæc enim ipse inter alia de Frãcis ait. *Cùm postmodum Valentinianus illos multis prælijs attentasset, proprio eos Francos, quasi ferancos, id est feroces appellauit.* Cui cõformia sunt illa carmina Britonis poetæ in sua Philippide in Philippi Augusti honorem edita, de Francorum in Gallias aduentu loquentis.

Finibus egressi patriis per Gallica rura,
Sedem quærebant ponendis mœnibus aptam,
Et se Parisios dixerunt nomine Græco,
Quod sonat expositum nostris audacia verbis,
Erroris causa vitandi, nomine solo
A quibus exierant Francis distare volentes.

Tanta tũc Francorũ fortitudinis indomitæ fama toto terrarũ orbe volitabat, & armorum terror sparso vbique rumore vagabatur, vt, inquit idem Brito. [g] *Vincere nec posset aliquis dux, aut comes, aut rex: Qui non Francorum virtuti cederet vltro.* Sed Franco Gallorum fortitudinem, magnanimũ animum, vires generosas, fides, religioque Christiana complexa præstantiores, magis Ecclesiæ sanctissimæ reiq; publicæ Gallicanæ salutares effecit. Cæsar de gente Gallorũ tunc infideliũ loquens. *Natio,* inquit, *Gallorum est admodum dedita religionibus.* Si diuino cultui, qualem esse decepta putabat gens hæc, infidelitatis tenebris inuoluta

a Iust. l. 14 & 27.

Galli seu Galatæ à candore dicti.

b S. Hieron. in proœm. l. 2. ad Galat. Virgil.

c Strabo l. 12. Geogr prope finem.

d Iulij Cæs. de Gallorũ fortitudine elogium l. 6. bell. Gal.

Egregium Gallorum Alexandro M. responsum. Q. Curt.

Gallus pro fortitudine antiquitus nobilitabat.

f Rigordus de gestis Phil. Augost. Idem ibid. Franci cur appellati.

Brito Poeta in sua philippide.

g Brito ib supra.

Pars 2. De fide religioneque Gallorũ fortiter Catholica.

Cæsar l. 6. com. Gall.

A tam voluntariè procubuit: quid mirum si facta [a] Christiana cunctis orbis terræ gentibus, & populis pietate, fide, deuotioneque Christiana, S. [h] teste Gregorio, suorum exempla regum secuta præstiterit? Quid mirũ si inter pios, religiososque ditionis Christianę populos, religiosissimi Galli merito crediti, ad similem diuinæ pietatis, religionisque lucem exteras nationes suo exemplo compellarint? Notum illud de illis supra notatum Agathię elogium, Χριστιανοὶ ἅπαντες τυγχάνουσιν ὄντες, καὶ τῇ ὀρθοτάτῃ χρώμενοι δόξῃ. *Christiani omnes sunt, rectissiméque de Deo sentiunt,* scilicet super omnes populos sunt orthodoxæ & rectissimæ opinionis. Hoc minimè maximum illum vniuersalis Ecclesiæ pontificem latere potuit, qui tam memorabile de hoc regno elogium, vaticiniũque protulit. [i] *Exaltationem regni Francorum, sublimationem* B *Apostolicæ sedis reputantes. Cùm hoc regnum benedictum à Deo semper in ipsius deuotione permãserit, & ab eius deuotione, nullo vnquam sicut credimus tempore recessurum, &c.* Isti sunt regni Gallici populi, de quibus regum suorum in bello contra infideles, Christianique nominis hostes liliata signa sequentibus, ista superiùs adducta poeta religi[illegible] carmina cecinit.

---- Nulli constantia maior
[k] *Nulli maior erit pietas in numina genti,*
Defendent mucrone fidem, belloque domabunt,
Quoscumque audierint Christum se attollere cõtra.

Quos tẽpore S. Hilarij nulla vnquã hæresis adhuc infecerat; nullus fidei error attigerat; nullius impietatis contra Christi D. religionem, Ecclesiãq; virus intoxicauerat. Propterea sanctissimus Pictauiensis [l] præsul hos per exclamationem hanc, C beatos, gloriososq; prædicauit. [l] *O beatos vos in Domino, & gloriosos, qui perfectam, & Apostolicam fidẽ conscientia, & professione retinentes conscriptas fides huc vsque nescitis! Non enim eguistis litera, qui spiritu abundatis, neque officiũ manus ad scribendũ desiderastis, qui quod corde à vobis credebatur, ore ad salutẽ profitebamini: neque necessariũ habuistis Episcopi literas legere, quod regenerati Neophyti tenebatis.* Et quod ipsi Catholici de grege suo Galli sibi pro fide Christi relegato exuliq; longè ab Ecclesia, patriaq; sua fidei suę puritatẽ, sinceritatẽq; ab omni hæreseos contagione liberã, per literas notã, testatãq; fecissent. [m] *Repletus cõsolatione superabũdãs gaudio, in omni tribulatione sua*, sic ad eos illis gratulãdo rescripsit: [n] *Beatæ fidei vestræ literis sumptis, quarũ lentitudinem, ac raritatem de exilij mei, & longitudine, & secreto intelligo cõstitisse: gratulatus sum in Domino incontaminatos vos, & illæsos ab omni cõ-* D *tagio detestandæ hæreseos perstitisse: vosque cõparticipes exilij mei: in quod me Saturninus ipsam suam conscientiã veritus circumuẽto Imperatore detruserat, negata ipsi vsque ad hoc tẽpus toto iã triennio cõmunione, fide mihi, ac spiritu cohærere, & missam proximè ex Syrmiẽsi oppido infidelis fidei impietatẽ nõ modò non suscepisse, sed nunciatam etiam, significatãque damnasse: necessariũ mihi, ac religiosũ intellexi, vt nunc quasi episcopis mecum in Christo cõmunicantibus salutaris, ac fidelis sermonis colloquia transmitterẽ: & qui per metũ incertorũ, conscientiæ tantũ anteà meæ (quòd ab his omnibus essem liber) gratulabar: nunc iã cõmunis fidei nostræ integritate gauderem, &c.* Nec verò à sancti huius episcopi tempore solùm hæc fidei sanctæ, religionisque Christianæ puritas in Gallis orsa est, sed ab ipsis Apostolorum temporibus deriuata, vsque ad scele-

h D. Greg. l. 4. regist. c. 97. ep. ad Regẽ Childebertũ.

Agath. l. 1. in princip. & l. 2. in princip.

i Innocent. 3. c. Nouit. extra de iudic.

k Mantuan. de Gallorum ob defensionem fidei generositate.

l S. Hilar. de synod.

m Cor. 7. v. 4.
n Hilar. ibid. l. de synod. in princip.

Galli suam fidem immaculatam S. Hilario in oriente exulanti testãtam reddunt.

stissimi animarum constupratoris Vigilantii videlicet, ætatem, illibata, puréque seruata permansit. Quo ab inferis erumpente, tetrum impietatis hæreticæ virus exhalante, hæc Gallorum in fide puritas vtcumque erroris læsa vulnere nutauit. Hinc S. Hieronymi luctus, & angor; qui post recensita varia, horrendaque diuersis regionibus in orbe terrarum visa monstra, prauarumque opinionum portenta.[a] *Sola, inquit, Gallia monstra non habuit, sed viris semper fortissimis, & eloquentissimis abundauit: exortus est subito Vigilantius, seu verius Dormitantius, qui immundo spiritu pugnet contra Christi spiritum, & martyrum neget sepulchra veneranda, &c.* Certè si ad vetera nationis huius infortunia, si ad illius graues, asperosque casus, quibus conflictata dio vehemêter ingemuit, animi nostri cogitationes reflectere velimus, eosque cum recentioribus, quibus interempta ferè, sosque exhausta viribus Gallia tota concidit, ærumnis publicis, priuatisque conferre: Non aliunde tot mala, ruinasque recentes, & antiquas, quam à virulêta hæreseos furia, ab inferis excitata, fœtide sua ab orco abominationis exhalante venena, prorumpere cognoscemus. Cuius tempestates hoc mare magnum, & spatiosum populis, regnum Galliæ vehementissimè, atque furiosissimè conturbarunt. Cuius portentosi partus geminina viperarum hæretici, pacis publicæ perturbatores,[b] *Primatim degeneres, in publicum exitiosi, nihil spei, nisi per discordias habentes omnia.* Proh nefas! in hoc terrarum orbis ocello ferro, flammisque miscere conati sunt. Quod cuniculis, dolisque quotidie, quia aperto furore non possunt, patrare moliuntur. *Sic*[c] *honores, & potentias, quos quieta republica desperant, perturbata se posse assequi arbitrantur.*[d] A quibus libertas, & speciosa nomina prætenduntur: sed quàm falso? Nã, *vt imperium euertãt, libertatē præferunt, vt cũ illud euerterint, ipsam labefactãdã funditus aggrediantur.* Sed constantiores in fide, & Catholica veritate Galli veteres neotericis, modernisque, nunquam furiosis illis hæreticorum, vt Vigilantij tempestatibus, præter admodũ paucos cesserunt, sed indomito animi robore resistentes illis ruinam, exitiumque pepererunt. Nõ leues in fide, non alternantes in se religionem Christi D. veram[f] sed in ea per charitatem operãtem immoti permanentes longè ab illius Ecebolij rhetoris inconstantia recesserunt. Qui magni nominis rhetor, & sophista, cùm Christianos esset, imperante Constantio, postea Iuliano Apostata tyrannicè regnante, Christi D. Ecclesiam calliditate, fraudeque crudelissima persequente, vt ipsius impietati gratificaretur, fidei Christianæ desertor ad Apostatarum castra transfuolauit. Sed tandem interempto diuinitus Iuliano sub Catholico Imperatore Iouiniano per magnam Dei gratiam, misericordiamque ad se reuersus contritione salutari valde conturbatus à tanto Apostasiæ crimine emergens in fidei, ac religionis portum per pœnitentiæ magnæ ianuam, aditumque se contulit. De quo ista[g] Socrates. *Ex his* (scilicet mutantibus fidem ad nutũ Imperatorum) *vnus erat Ecebolius sophista Constantinopolitanus* (dicebatur autem eo quoque nomine rhetores, vt Libanios sophista dictus) *qui quidem se ad imperatorum ingenia, & naturam conformans, dum Constantius regnabat, se ardenter fidem Christianam amplecti simulauit. Dum Iulianus potiebatur imperio gentilitatem magnopere colere præ se tulit: Iulianoque mortuo reli-*

[a] S. Hieron. aduersus Vigilãt. in princ.

Omnia mala in Gallia vetera, & recentia ab hæreticis.

[b] Tacit. l. 11. annal.

[c] Cicer. 2. Catil.

[d] Tacit. l. 4. hist.

[e] Tacit. l. 16. annal.

[f] Ad Galat. 5.

Fides Gallorũ non erat anualis, & lenis vt Ecebolij rhetoris.

Ecebolius tandem verè pœnitens in fidei Catholicæ portum se contulit.

[g] Socrat. l. 3. c. 11.

A gionem Christianam profiteri in animum induxit: nam ante portam Ecclesiæ se pronum abijciens, sic vociferatus est. Me quasi salem infatuatum pedibus conculcate. Hæc Socrates, atque vtinã leues nostri praua nouitate lætantes hunc rhetorem, vt errantẽ, sic postea verè pœnitentem generosa cõuersione sequantur. Huic perniciosæ animis inconstantiæ, fideique mobilitati maiores nostri minime mancipati subdebãtur: qui vt supra vidimus ex Guillelmo[h] S. Theodorici abbate in vita S. Bernardi. *Non fuerunt vt cætera nationes ad execrabiles falsæ religionis opiniones & ad schismata procliues. Nãquã in Ecclesia Dei idolũ sibi fecere ũt, nec in cathedra Petri sibi vnquã monstra fabricarũt.* Sed quod ad illustrãdã & miris prædicandã laudibus, fidei religionisque Catholicæ Gallorũ puritatẽ, maxime conduB cit illud est: quod nũquã impiis, sceleratisque hæreticis in hoc regno à Clodouæi primi regũ nostrorum Christiani tempore, suæ impietatis, abominationisque venena spargere, necnon sui portentum furoris ostentare impunè licuerit. Quæ vt funditus exterminarent, in planumque, vsque ad vltimas radices effunderent, pij omnes, religiosique Franciæ reges suorũ pietate, fidelitate, fortitudine Christianæ religionis, & armis populorũ comitati illis generositate, zelo Dei amoris incensa, restiterunt: nec eos vnquã persequi merita castigatione, vltioneque cessarunt, donec à sua impietate, vel vita fiooon conuersi deficerent. Fuit, fuit profectò semper ingenitus principibus, populisque verè Gallis hæreticorum, aliorũque factionis in veram Christi sponsam detestandæ perditorũ horror, & odiũ, vt nusquam execrandũ istorum scelus in Gallica terra subsistere, morti-C ferũque animarũ virus serpere pati potuerint. Sic illi generosi Dei zelantes gloriã[i] Arianos suo regibus suis, sicut ante sub Imperatorib. Romanis[k] Priscilianistas exterminarũt. Sic impietates Taurinensis[l] Episcopi[l] Hẽrici,[m] Abaiardi, Porretani,[n] Berangarij,[o] Arnaldi Brixiensis, & aliorum erroris impij, hæreticique magistrorũ cum authoribus, sectatoribusque eorum obstinatis iusta, piaq; seueritate dissiparũt.[p] Sic Sarracenos,[q] Albigẽses, pauperes[r] de Lugduno superbissimos, aliosq; cognati furoris, & erroris tandiu diuexarunt, quousque vel ad Ecclesiam redeuntes sincere conuerterentur, vel non conuersi vltore iustitiæ gladio confoderentur. Pietas nãque hæc, piaque Francorum, religio fœda illa hæreticorum monstra sine stomacho videre, sine nausea odorari, tamque nefanda telluris pondera, sine summo iustæ indi-D gnationis æstu sustinere non potuit. Quod quidẽ implacabile, iustũque Gallorũ Catholicorũ in hæreticos omnes odium Iustinianus Imperator cõsiderans, & admirans Childebertum Franciæ regem interpellauit, vt sibi ad bellum contra hæreticos Arianos socius esse dignaretur, hæc inter alia dicens.[f] *Par fuerit, vt nobis in hoc bello auxilio sites, quod sit vtrique nostrum communis, rector, & vera fides, in Gothosque odium, qui ob Arianam fidem sunt detestandi.* Certè quoad mens mea longissimè respicere potest, vereremque præteriti temporis memoriam recordari; nusquam inuenio hæ[...]cas hoc in regno factiones futoresque pacis publicæ, conscientiæque vastatores impunè fuisse grassatos, & non tandem aliquando religiosa reguũ legum, armorũq; animadoersione, atque vindicta prostratos expirasse. Liceat nobis ad id confirmandum Gallicarum rerum histo-

[h] S. Guillelm. abbas in vita S. Bernardi.

3. Part. No. hoc. Nunquã à Clodouæi primo tempore hæresis in Gallia tolerati, vsque ad nostra fastidissima tẽpora. Quod exemplorum inductione demonstratur.

[i] Greg. Turõ. 2. c. 33. &c. Franc. hist.

[k] Seuer. Sulp. 2. hist.

[l] Ionas Aurelian.

[m] S. Bern. epist. 240.

[n] Otho Frisingẽ. l. 1. de gest. Frid. l. 1. c. 46.

[o] Otho. Frisi. l. 1. c. 46.

[p] Sigeb. in chro. 20. 1051.

[q] S. Ber. ep. 196.

[r] Frãc. sonal. Caro. Marc.

Hist. Albig.

S. Thom. Vuald.

[f] Procop. l. 1. de bello Gothico.

[r]ias replicare, Franciæque breuiter annales euoluere: vt cognoscamus quā fortiter, ac religiosè Reges nostri suis sociati Catholicis sese in has Ecclesiæ Dei, regnique Christianissimi pestes, & faces exitiales hæreticos omnes armarunt.

2. Exemplum Clodouæi primi Christianorum Regum principis.
a S. Greg. Turon. l 2. hist. Franc. Sabell l. 2 ennead. 8 Flod. Gagui. &c. in annalib.

Potuitne hæreticorum armatorum rabiem in Gallia debacchantem Clodouæus rex Franciæ factus Christianus tolerare diutius? Quin[a] inimicam religioni Christianæ gentem, populumque Vuisigothorum superbum hac Ariana peste tactum sedi Apostolicæ, totique Ecclesiæ Catholicæ ferrum, flammáque minitantem statim nobilitatis suæ, populique corona munitus armorū suorum virtute peremeret? Eorumque regem Alaricū propria manu meritoriè trucidaret? Simili fortitudinis Catholicæ zelo corroboratus Childebertus[b] eius filius Amalricum Vuisigothorum regem sororis Clotildis virum, quod sicut spopōderat eiurata impietate Ariana, Catholicam fidem amplecti deprecaretur in certamino victum vita priuauit. Hisne minore fortitudinis Christianæ zelo [c] Dagobertus fuit incensus? cùm edicto publico sanciuit, vt quicumque à Catholica fide turpiter auersi, impietate relicta, in Ecclesiæ sanctæ, Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ gremiū redire recusarent, vel regni sui finibus exules egredeterentur, vel si obstinati remanerēt, mortis plaga torquerentur. 4. Quid Carolum Martellum reminiscar, secundæ Regum nostrorum prosapiæ fontem;[e] qui nullū laboribus suis, præliisque finem aduersus Christianæ religionis hostes imposuit, quousq; Arianos, Vuisigothos, Sarracenos, aliosque barbaros victos superatosque deleuerit?[f] 5. At Pipini filii pietas, qui suis præclarè gestis pro Ecclesia Dei, contra eius hostium amentiam Deo volente ad arcem Gallici imperij peruenit, quanto indignationis ardore, odioque perfecto in hæreticos, Sarracenos, aliosque Christianæ religionis hostes exarserit, tota illius vita, factaque heroica testantur.[g] 6. Caroli verò Magni indignationem odiumque in omnes diuinæ, humanæque maiestatis perduelles, atque reos, quis ignorat? nisi qui planè in historiis nostris hospes, peregrinusque versatur. Quoties contra Saxones, Sarracenos, Pannonios, ac alios Dei, religionisque Christianæ perduelles, & hostes marte dubio, generosoque pectore conflixit? Vt eos vel conuerteret obstinatos, vel à sua impietate saluaret auersos? Iudices, inquisitores hæreticorum impietatis Scabinos appellatos instituens, qui cū omni legum seueritate, & animaduersione eorū errores, impiaque dogmata compescerent. 7. Quid pia [h] Ludouici pij, huius Imperatoris oratorum maximi contra hæreticos edicta memorem? 8. Quid [i] Philippi huius nominis primi leges, & arma cōtra eosdem recordabor? Qui primus cū Godefrido Buillonio, viā, & iter ad orientalē expeditionem contra Sarracenos, aliosque barbaros, Christiani nominis osores aperuit? 9. Quid [k] Philippum Augustum cognomine Deodatum referā? Qui tanto cum diuini honoris ardore Albigēses hæreticos fatigauit, extinxit, profligauit. 10. Quid eius nepotem [l] S. Ludouicum optimorum principum coryphæum ad meæ assertionis confirmationē in mediū producā? Qui perfecto odio Dei inimicos oderat, & super illos tabescebat? Qui quoad vixit hæreticis, eorum execrando impietates, generosè, & grauiter obstitit? qui inter nouissima verba moriens Philippo filio natu maiori hæreticos, & alios publici boni, quietisq; turbatores exterminare mandauit.[n] 11. Ita Ludouicus [m] Borbonius eius sancti pronepos vestigus pietatis, ac sanctitatis illius insistens magna virtute, & alacritate contra infideles pro Catholica fide generosè, feliciterque pugnauit.[n] Hispaniæ regi se contra Sarracenos sociauit, hæreticorū castella solo adæquauit: eorum oculos, vultusque quasi fascinatores exhorruit, & auersione religiosa detestatus est. Ab eo tēpore diabolus sibi permetuens à sanctitate, & fortitudine regū Franciæ, populorūque, solertes ac perditos infernalis impietatis ministros, satellitesque hæreticos tā celeriter, seuerèque exterminantiū, æstus insaniæ, atque furoris exitiosos intra sui latebras orci continuit. Et quāuis per illos extremæ abominationis, & sceleris hæreticos, perditos homines, vel potius immanes in specie hominis belluas Vuicleffos, Hussitas, Pragenses, & alios inferni buffones, sceleratæ exitialisque doctrinæ veneno tumentes, rabiei suæ, execrandiq; horroris furias teteris hæresibus, & erroribus armatas, alienis regnis Germaniæ, Angliæ & aliis intrudere moliretur: illis tantū in Galliam peregrinandi copiā dare veritus est, vt toto hoc regno volitātes, efferatæ suæ abominationis poculo regū Christianissimorū subditos inebriarēt. Quod valde sciret harū furiarū cultores, pestiferæ, tartareæque doctrinæ ministros citò pœnis, flāmisque vltricibus in hoc regno consumptos exterminari. Expectauit ergo inimicus homo alia tempora, quæ sibi propitia speraret, & apta, tempora nempe Frācisci 1. & Hērici 2. vt in hoc regno suæ impietatis, & hæreticæ abominationis zizania superseminaret. Sed valde eū fefellit opinio, siquidē Lutheranæ, Caluinianæque pestes, & furiæ in suis assertoribus, & sectatoribus ferro, flāmaque vastatæ regnantibus illis Christianissimis patre, filioque regibus subsistere nequiuerūt. Quid Franciscus 2. quid Carolus 9. Nonne vsque ad vltimū vitæ spiritum hæreticos sunt persecuti, & ne vngula eorum abominationis execrandæ post cineres suos in suo regno superesset, omni virtute, vigilantia, conatu curauerunt.

3. Dagoberti Exemplū verè edicto hæreticos exterminātis. c Annal. Frāc.

4. Caroli Martelli. d Annal. Frāc. Paul. Æmil. l. 1. e Paul. Æmil. l. 1. Auēt. l. 3.

5. Pipini. f Anna in eius vita Paul. Æmil. l. 3. Auēt. l. 3.

6. Caroli M. g Æginard in vita Caroli M. Æmil. l. 2. Abbas Vsperg. Annal. Franc. &c.

7. Ludouici pij Imper. h Eginardus.

8. Philippi 1. i Annal. Frāc.

9. Philip. cogn. August. k Annal. Frāc.

10. S. Ludouici l Iōuillæus in eius vita c. 93.

11. Ludouici Borbon. m Froissard l. 4. c. 18 19. 10. n Hist. manu scripta Ludo. Borbonij.

A tempore S. Ludouici vsque ad Franciscū 1. hæretici in Gallia virus impietatis palam spargere non sunt ausi.

At postea miseri nos, qui tantū dolorem hausimus animo, vel acerbissimum in vita! Abyssus vitæ corruptionis in omni popolo, in omni statu Galliæ, miseræ desolationis abyssum inuocās, huic tetræ, immanique Caluinianæ furiæ ceruicē rebellionis, & abominationis hæreticæ, cōtra Deū ipsum, contra sanctissimā eius fidē, contra immaculatā Christi D. Ecclesiā, contra diuina, humanaque iura, contra salutem animarū, contra pacem publicam, contra denique regni huius, ac Regis Christianissimi maiestatem, impunè, arroganter, & atrociter attollere permisit. Hinc Galliæ fundi calamitas, ex illo abominationis orco cæpit fluere, & retro sublapsa referri spes melioris, tranquillioris que fortunæ Gallorū! Hinc infinitorū hominū neces: Hinc tot nobilium in medio cāpo apertè, & in occulto proditoriè trucidationes: hinc tot vrbiū obsidiones, vastationesque, tot regionū desolationes, tot agrorū populationes, tot innocentū oppressiones, tot virginū stupra, tot nuptarū adulteria, tot sanctimonialium sacrilegia, tot templorum, locorumque sacrorum profanationes, tot in Regem Christianissimum rebelliones, & conspirationes; tot denique in Deum, Christumque Dominum, & in eius sacrosancta

4. Lamentatio propter desolatam Galliam malis oppressam ab impietate hæretica impunè furente manantibus.

religionis, Ecclesiæque Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ mysteria, iniuriarum, maledictionum, blasphemiarumque portenta funestissimè promanarunt. Quàm verum illud S. Hieronymi, experientia magistra didicimus.[a] *Nullus est eorum fidus affectus, quorum est diuersa fides, neque vllum odium vehementius, quàm quod ex religionis dissidio nascitur.* Sed vt ad fideles verè religiosos Gallos maiores nostros redeamus; hoc implacabile, sanctumque in hæreticos, omnesque alios Christianæ religionis hostes odium verus & ardens zelo deuotionis in Deum, & eius Ecclesiam Catholicam, Apostolicam, Romanamque amor, & charitas in eorum altissimè cordibus inseuit, vt istos malitiosissimè à recto veritatis Christianæ tramite deflectentes, in suæ sordido impietatis abominationisque volutabro demersos quiescere non siuerint.

a S. Hieron in c. 10. S. Matt.

CAPVT XI.

De Gallorum in Deum, eius Ecclesiam, pastorem omnium fidelium vniuersalem, atque regem suum Christianissimum charitate. & honore. Pro quibus omnia quantumuis ardua & difficilia subire & aggredi appetiuerunt.

1. *Amor Dei & eius Ecclesiæ Gallos ad ardua quæque contra eius hostes aggredienda concitabat.*
2. *Veteres Galli præliando cum rege suo prælia Domini contra infideles & hæreticos eorum conuersioni ardenter insudabant.*
3. *De magna Gallorum charitate erga reges suos, à qua generosa eorum pro illis dimicandi fortitudo manauit.*
4. *Omnia difficilia, ardua & longi temporis, pro rege suscepta, Gallis facilia, dulcia & breuia visa sunt, præ magnitudine erga illum amoris eorum.*



HÆc illa est diuina antiquorum Gallorum charitas, in qua radicatis iucundum fuit illis pro Deo, eiusque religione Catholica mori. Cuius salutaribus accensi flammis, mortem pro defensione Christianæ fidei, Romanæque sedis paciscì vehementer oppetiuerunt. Sic Deum, Christumque eius ardenter amantes, patienter viuentes, delectabiliter pro eo mori voluerunt, vt in illis præclara hæc S. Augustini sententia compleretur.[b] *Sunt homines, qui cum patientia moriuntur: sunt autem quidam perfecti, qui cum patientia viuunt. Qui adhuc desiderat vitam istam, quando illi venerit dies mortis, patienter tolerat mortem. Qui autem desiderat dissolui, & esse cum Christo, non patienter moritur, sed patienter viuit, & delectabiliter moritur.* Illi patres antiqui cupientes dissolui, & esse cum Christo, expectantes beatam illam felicitatis æternæ spem, & aduentum Domini Iesu Christi: omnes

b S. Aug. tract. 9 in ep. S. Ioã.

A Christianarum virtutum operationes charitate conditas propter eum generosè, ac fortiter exequebantur, vt illi meritoriè in Ecclesia perfectissimè copularentur: scientes illum mereri anathematis fulmine conteri, qui Christum Dominum super omnia non amaret. Dicente Apostolo.[c] *Salutatio mea manu Pauli: si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema Marã Atha,* hoc est sit separatus à Deo, atque dãnatus, *donec veniat Dominus*, id est vsque in diem iudicij eius, sic enim *Maran Atha*, interpretatur *Dominus venit.* Quibus verbis Apostolus, vt S.[d] Anselmus obseruat, excommunicat eum, qui non amat Christum, vsque in diem iudicij, vt tunc, si Christo placuerit, communionẽ recipiat, qui sic anathematis fulmine perculsus est, quòd à corde suo dilectionem Christi excusserit. Causam verò amandi
B Christi maximam sibi hanc in animum induxerant, quia venit in mundum in carne passibili saluos facere peccatores: quam ipse Apostolus visus est assignasse his verbis *Maran Atha*, Dominus venit, in præterito, quæ *iustissima ratio est Deum diligendi incarnatum*, vt S.[e] Chrysostom. annotauit. Propterea Apostolus anathematis fulmina in hos ingratos iustè iaculatur, qui Christũ D. ob tanta beneficia in genus humanum collata ab eius incarnatione profecta minimè diligunt. A quorum ingratorum contagione abhorrentes Galli nostri patres antiqui, omnia sua in charitate Christi facientes ad eius gloriam, & honorem labores omnes, sudores, pericula, contentiones, gesta heroica, & opera cœlo digna in illius defensione religionis, & Ecclesiæ sanctissimæ, tanquam ad primum meriti sui fontem, scaturiginemque
C reuocabant. Nõ aliud vinculum perfectionis habentes, quo se bis laboriosis, arduis, heroicisque operibus astringebant, quàm amorem illum diuinæ fortis, ad sui redemptoris obsequium, seruitiumque directe reflexum.[f] Melitius Antiochenus Episcopus, cum suæ diecœseos Ecclesias visitaret, Syriæ quoque monachos inuiseret, ad locum columnæ in vasta illa Syriæ solitudine perueniens, Simeonem Stylitam in ea domicilium vitæ corporeæ constituentem vehementer admiratus est, & ad illud inauditum hactenus vitæ durissimæ asperrimæque institutum conuertens oculos non mediocriter expauit. Sed illum arcto, duroque ferro vinctum columnæ conspiciens iussit acciri fabrum, qui solueret ferri vinculum, dicens. *Amanti Deum homini satis esse amatricem Dei pro vinculo mentem.* Sic profectò Gallis nostris atauis, atque maioribus perfectò Christum
D D. summoque amore complectentibus non fortiora, quibus tot laboribus vitæ, generosisque factis sudores multos parturientibus se ipsos voluntariè constringerent, & alligarent vincula, ipsa in Deum charitate, dilectioneque habere voluerunt. Cuius vt multos secum participes haberent, partim illud suæ probitatis, pietatisque præstiterunt exemplo, erga dociles populos recta suadentibus obedientes, partim armorum suorũ fortitudine erga feroces gentes, & obstinatas veritatis Euangelicæ, Catholicæque splẽdori mẽtis oculos aperire tenuẽtes, effecerunt, vt quos Christianæ sãctitatis amor in Ecclesiæ Catholicæ sinũ traducere non posset, hos armorũ terror, pœnarũ metus, atq; formido ab impietatis obstinatę via, tramiteque perterritos auerterẽt. Hinc tot illorũ bella cõtra varios sceleratosq; Cathol. religionis

Opera sua in charitate faciebant Galli propter Deũ.

Fulmine anathematis aeber perent, qui Christum non amat.

c 1. Ad Corint. c. vlt.

Maran Atha quid.

d S. Anselm.

e S. Chrysost.

Charitas & amor Dei vinculum fuit perfectionis ferreo fortius, quod Gallos rebus arduis, grauibusque laboribus pro defensione religionis astringebat.

f Theodoret. c. 5. v. 14. histo.

Iusta Gallorũ bella contra Dei hostes propter Dei amorẽ suscepta, & Ecclesiae tutela.

hostes intra huius regni limites, & extra meritoriè fulminarunt: tot ab illis arduæ, difficiles, atque periculosæ longè à patria, in alienas terras ab hoc solo remotissimas, non minùs piè susceptæ, quàm fortiter expeditiones. Toties iteratæ tot contra barbaros, immites, sacrilegosque Saracenos in orientem transmarinę profectiones. Prima quippe earum in terram sanctā, & contra detestabiles illos Christiani nominis hostes in Gallia promota, atque decreta est, in concilio [a] Claromontano, & posteà [b] Turonensi his præsente, & præside Vrbano 2. in Franciæ regno degẽte, atque regẽ Franciæ Philippum primum Henrici primi filium, aliosque principes cum tota nobilitate, populoque Galliæ bellis assuefacto pro pietate, & iustitia, ad illud bellū sacrum, sancta, paternaque [c] exhortatione vehemẽter, grauiterque commouentre. Hæc tot, tantaque bella eo fine à Gallis nostris suscepta sunt, vt sicut ipsi si fieri posset Christi D. charitate flagrarent, eos salutari certamine domitos barbaros sibi in hoc amore diuino socios, atque consortes ad meritum suæ pietatis, charitatisque maius haberent. Sicut Apostolus [d] omnes Corinthios simili in Christum Iesum mundi Saluatorem D. amoris igne torreri peroptabat; quo ipse supra vires humanas inflāmabatur, sic suum salutis humanæ, honorisque Dei zelum mirabiliter aperiens. *Qui enim corpore solùm amant*, inquit Theodoretus, [e] *nullum volunt habere amoris socium: Apostolus autē omnes in amore riuales habere desiderat, & qui tales non sunt, ab Ecclesia resecat.* In hunc vasis electionis Apostoli zelum maiores nostri propensi, infidelium peccatorumque gentiliū conuersioni vehementer inhiantes, omni, quam potuerunt meliorem excogitare, ratione pro illorū salute laborauerunt.

a Tyrius l. 1. c. 11 18. de bello sacro.
b Bertholdus an 1096.
c Tyrius l. 1. c. 15 de bello sacro.
d 1. Cor. c. vlt. 2.
Prisci Galli præliando prælia Domini infidelium conuersioni insudarunt.
e Theodor in 1. Cor. vlt. v. 22

Talis est amoris diuina natura, vt illa sponsæ verba declarant. [f] *Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Non dixit curram, sed curremus, quasi diceret: si me, ô spōse charissime, ad te trahas, inque tuæ familiaritatis diuinæ consortium admittas, non ego sola curram, sed omnes filias Ierusalem, scilicet omnes animas immortalis gloriæ capaces ad tua, quocumque ieris, vestigia sequenda magno animo, affectuque prouocabo. In quarū ardenter appeto mirabilem tui amorem cordibus excitare. Cuius diuini in se suarum creaturarum amoris Deus adeo zelator est, vt partem huius nunquā alteri dare velit. Hinc tot illa Dei iussa sæpiùs iterata, quibus electo populo zelotē se nominans præcipiebat, ne alterum præter se Deum sublimi cultu coleret, venerare tut, & amaret. [g] *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra, non adorabis ea, neque coles, ego sum Deus tuus, fortis, & zelotes.* Iterumque eodem in libro idem præceptū aliis verbis breuissimis quidem, sed energia longissimis, iisdē populis inculcat. [h] *Noli adorare Deum alienū, Dominus zelotes nomen eius, Deus est æmulator.* Quibus verbis suam circa creaturas ratione fruentes zelotypiam tantæ magnitudinis ostendit, vt minime eas non modo Deū alienum adorare, sed ne eius quidem imaginem, & similitudinē secum habere patiatur: ne hac occasione in illius extranei Dei dilectionē cœco nescio quo impetu, affectuque à diuina lege deuio raptæ prorumpant. Quæ Dei verba diligenter expendens Origenes ait. [i] *Hæc qui loquitur, zelās*

f Cant. c. 1. v. 4
Quantū optet Deus à nobis vnicè amari.
g Exo. 20. v. 4.
h Exo. 34. v. 4.
Deus cordis nostri zelotes.
i Orig hom. 8 in Exod.

A *est à zelo commotus, hoc dicit: post agnitionem enim sui, post illuminationem zeli diuini, post gratiam baptismi, post confessionem fidei, & tot, tantisque sacramentis matrimonium confirmatum nō vult nos vltra peccare. Non patitur animam, cuius ipse vel sponsus, vel vir appellatur, cum dæmonibus ludere, fornicari cum immundis spiritibus, cum vitijs, & immunditijs volutari.* Atque hic zelus Dei erga nos totum cor nostrum, amoremque sibi soli deposcentis ardenter, illustrissimo apud Ezechielem exprimitur exemplo: vbi Deus de synagoga, tanquam do virgine, loquens, quam vnicè diligebat: illam, quod suum aliis amatoribus affectum, dilectionemque tradidisset, his acriter verbis increpat, & obiurgat. [k] *Trāsiui per te, & vidi te, & ecce tēpus*
B *tuū tēpus amantium* (seu iuxtā aliam versionem) *tēpus amorum*, vel *tempus vberū*: quod Septuaginta vertunt [l] καιρὸς καταλυόντων. scilicet, *tempus diuertentium*. Quod nempe tempus pubertatis, amorum, vel vberum tempus esse perhibeatur, quo fœminæ, & adolescentes in hanc, vel illam amandi partem deuertere, & amorem suum benè, vel malè collocare soleant. Post hæc subiūxit Deus. [m] *Et expandi amictum meum super te, & iurani tibi, & ingressus sum pactum tecum, & facta es mihi; & vestiui te discoloribus; & calceaui te Hyacintho, & cinxi te bysso, & indui te subtilibus, & decora facta es vehementer nimis, & profecisti in regnū, & habens fiduciā in pulchritudine tua; fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieres.* Quas fornicationes à summa cæcitate mentis, immunditia vitæ, &
C ingratissima beneficiorum Dei obliuione procedentes maxima diuinæ indignationis vltio sequitur, his sequentibus designata verbis. [n] *Ecce ego extendam manum meam, & auferam iustificationē tuā, &c.* vt scilicet maledicta dicaris & reproba inueniatis propter peccata tua calamitatibus subiugata. Huius fornicatricis Synagogæ reprobæque Iudæorum gentis ingratam, ac impiam Dei beneficiorum obliuionem priscorum natio Gallorum detestata, præter generalis, quæ toti humano generi Deus incuruādo se contulit, specialia, singulariaque sibi, Regibusque suis collata beneficia recolens, totam se in ipsius summi Dei, mundi redemptoris amorem, honoremque, totum penitus exhauriendo cordis affectum sincerè transtulit. Qui diuinus amor aliū Deo gratū in ipsis Gallis amorem peperit, regis nempe sui,
D patriæque charissimæ. Sine quippe hoc sancto, sinceroque Dei amore, nullus fidus affectus, nullus salutaris in alios amor. Propterea rectè S. Augustinus nil vere, ac purè fine fide, spe, & charitate diligi posse credidit, authoritate hac Apostoli fultus. [o] *Finis præcepti charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Soper quę magnus ille doctorum magister. [p] *Cùm diceret*, inquit, *charitas addidit de corde puro, vt nihil aliud, quàm id quod diligendum est, diligatur. Conscientiam verò bonam subiunxit propter spem. Ille enim se ad id quod credit, & diligit peruenturum esse desperat, cui mala conscientiæ scrupulus inest: tertio, & fide non ficta. Si enim fides nostra mendacio caruerit, tunc & non diligimus quod non est diligendum, & rectè viuendo id speramus, vt nullo modo spes nostra fallatur.* Quæ omnia Dei amore cōtinentur, vnde qui alios amat propter Deum, in eo esse amicam harum trium virtutum societatē necesse est. Galli igitur antiqui, quia maxima

k Ezech. c. 16. v. 8.
l Septuag. versio.
m Ezech. c. 16
n Ibid.
5. Part. De amore & veneratione Gallorum in Regem suum & patriam præsertim Parisiorum.
Sine fide, spe, & charitate nihil verò quidquā amatur.
o 1 Ad Timo. 1. 6 5.
p S. Aug. l. 1. de doctr. Christ. c. vlt. scil. 11. e. t a tom. 3.

Gallorum præsertim Parisiensium magnus in reges suos amor, quia magna erga Deo charitas.

erga Deum, Christumque Dominum deuotione, charitateque vehementer exarsere, sic maximi in Reges suos amoris, & honoris inclinatione propenderunt. Quo in amoris affectu cæteris Gallis Parisienses præstiterunt, quia illis in diligendo Deo superiores extitere. De quorum vrbe Lutetia illud dici potest (vt canit Brito in sua Philippide.)

a Brito. in Philipp.

^a *Quæ caput est regni, quæ grandia germina regū Educat, & doctrix existit totius orbis.*

b Hier. præfat. in c.3. ad Galat.

Sed & illud ad exprimendam eius vrbis ciuium deuotionem, S. Hieronymi licet vsurpare. ^b *Vbi alibi tanto studio, & frequentia ad Ecclesias, & ad martyrum sepulchra cōcurritur? Vbi sic ad similitudinem cœlestis tonitrui Amen reboat, & vacua idolorum templa quatiuntur, &c.* Qui sui amoris in regem suum, & deuotionis in Deum, eiusque Ecclesiam indicium magnum demonstrauere, cùm, vt

b Iuuenalis des Vrsinis in sua historia.

Iuuenalis ^b de Vrsinis scripsit tempore, quo Rex Franciæ ducem Bituricensem in Biturigo ciuitate armatus obsidione premebat: *Parisienses populus apud Dominum sine intermissione pro regis salute [illegible], sanctorum reliquiæ in publicis supplicationibus religiosissimè portabantur, in quibus omnes capite detecto, nudisque pedibus incedebant, ardentes cereos portantes in manibus. Fecitque suam Dominus rector supplicationem apud S. Dionysium, tanta cum scholarium, magistrorumque multitudine, vt illis iam ad Ecclesiam S. Dionysij peruenerant, cùm nondum è Mathurinensi monasterio Dominus rector esset egressus.* Ipsimet Parisienses sui affectum amoris erga S. Ludouicum principem suum, facto generoso demonstrarunt, cùm illum in vrbe Montis-Letherici, Gallicè, Monthlery è manibus hostium eius eripuerunt. Pari fidelitate, atque fortitudine in eodem loco Ludouicum 11. ab inimicorum impetu feroci, telisque liberarunt. Tantus illorum erga Reges suos amor fidelitate, magnaque animi generositate comitatus apparuit, ^c vt semper Regi in bellum proficiscenti à lateribus eius fræno equi regij contigui duo ciues Parisiēses cum rege aduersus hostes pugnaturi astare solerent. Et in illo furioso, cruentoque certamine prope oppidum Montis Haynaldi in Flandria, in quo Philippus Pulcher Flandros collatis signis, armisque superauit, duo ciues Parisienses dicti *Gentiens*, quorum propago, & nomen viget adhuc in hac vrbe, cum rege, & prope illum in acie dimicantes illius pedibus procumbentes lethalibus confossi vulneribus exhalantes animam, gloriosè ceciderunt. Quæ quidem generositas animi roburque dimicandi fortiter in prælio pro rege suo, & patria, Gallorum, vt Parisiensiū, & dimicando inter medios enses gloriosè motiēdi ab illorum in Regem suum, patriamque charitate, crescentibus præmiorum meritis imperabatur. Cuius illud magnum specimen apparuit, cùm regi Carolo 6. ex oppido Carnotensi Lutetiam redeunti Parisienses vsque ad numerum ducentorum millium vtriusque sexus mœnibus egressi, obuiam cum magno honore, alacritate, publicaque acclamatione venerunt. Innumera prope si per modum scribendi liceret, huius Gallorum in reges suos amoris insignia produci possent: quibus me supersedere breuitas in mediocritate dicendi temperata iubet, finioque statim, si dixero, charitatem subditorum ardua pro Rege suo suscepta, leuia ducere, & quæ longo tempore pro illius consumpta sunt seruitio, breuia, exi-

Parisiensium in S. Ludouicum amor.

Annal. Franc.

Generositas magna illorū, pro rege in bello pugnando moriendo.

c Ex Oliuario Marthano.

Gall. Montis Haynoldi.

Annal. Franc in Philippo Pulchro.

Fortitudo Gallorum, vt Parisiensium ab amore in regem suum, patriamque profecta.

Ex Monstrelet in hist. sua

4. Pars. Omnia difficilia longaque laboris, & ardua, pro rege suo suscepta, dulcia, & breuia pro amore in illum magnitudine Galli ducebāt.

A guique temporis conclosa spatiis reputare. Cùm amanti nil arduum, nihil longum esse videatur: sic ferunt, dictantque veri leges amoris, quas optimè in se Patriarcha Iacob expertus est, cum formosissimæ Rachelis amore raptus, & incensus, illius vxoris fruendæ desiderio contabesceret. Cōi septem anni quibus laboriosè seruiuit socero Labam, pro ducenda in coniugem formosissima virgine Rachele in illorom fine magnis consumptorum sudoribus pauci dies, ijque dulces, leues, & faciles visi suor. *Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore septem annis.* Hoc pacto huios cum Labam inito, *seruiuit Iacob pro Rachele septem annis. Et* (subiunxit ^b scriptura) *videbantur illi pauci dies, præ amoris magnitudine.* Sic Gallis nostris pro

Gene.29.v.18

b Ib. v. 20.

B regibus suis, patriaque duros, longosque perferre labores neutiquam durum, & asperum, sed valde iucundum, amœnumque fuit, præ magnitudine dilectionis, & amoris, quo illos de puro corde complexi sunt, quibus iustitia, atque pietate reliquos terræ principes antecellentibus fidelissimè seruire libertatem esse salutarem, gloriosamque sibi iudicarunt. Illam poetæ senteotiam, vt verissimam, magni facientes.

d Claudian.

^d *Fallitur egregio quisquis sub principe credit Seruitium: nunquam libertas gratior extat, Quàm sub rege pio.*

e 4. Georg.

^e *Quo incolumi res omnibus vna est, Amisso rupere fidem.*

Talem regē, principemque Galli semper suū vitalem spiritum esse crediderunt, quem tot Francorum millia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi C pondus, & onus, si mens illa imperij Gallici substraharur. huius regni, robur, regisq., & vigor, reip. Christianæ splendor, atque decus est, quæ, illo sublato misertimè troncata restaret. ^f *Sine senatu, sine legibus, sine magistratu: prodigium relicta crudelius habitanda, quàm si deleta foret.*

f Initio Liuij

CAPVT XII.

Vt prospera multa loco priorum præsentiumque malorum Galliæ regno succedant: omnes huius incolæ cuiusque fortis, Deo, Ecclesiæ, suoque principi Christianissimo, in sanctitate fidei & iu- D stitia bonorum operum, sancta bonæ vitæ priscorum Gallorum sequentes vestigia seruire debent.

1. *Maiorum vestigijs per imitationem probitatis, & sanctitatis insistendum in retinenda Christiana fide, & iustitia.*
2. *Bonis operibus adaugenda, & perficienda Catholica fides, sine quibus vana est, & suo fine frustrata.*
3. *Vitæ corruptiones, & luxus amouendi, arcendique longè ab hoc regno, quibus eius turbatur status concordia, & pax alteratur: ipsa denique sensim, & sine sensu corrupta fides euanescit.*



Vam præclarum illud, & salutare Catholica fide gloriantibus maiorum suorum præclare gesta, & vitam virtutibus fidei, atque morum cumulatā memoria recolere, mēte

a Plutar. opusc. de virtute, &c.

respicere, vt[a] ea in se ipsos imitatione studiosa trãsfundant. Sic enim faciendo meliores in hac vita, beatioresque fiunt, vt de futura, & cœlesti beatitudine securiores. Magnum, & arduum de monarchia seculari, post Ecclesiasticam, opus moui, atque tandem per Christi Domini misericordiã, & gratiam illud ad vngues perduxi, & ei octo libris ad suum finem perducto extremum imposui fastigium. Quorum duos postremos in describenda, exprimendaque Gallicanæ monarchiæ super omnes, quæ sunt in orbe seculares excellentia, præstantiaque consumpsi. Quæ vt omnibus quõdam honorificè terras incolentibus monarchiis, diuturnior temporũ spatiis extitit, sic virtutibus pietatis, iustitiæque clarior, & inde beatior apparuit. Quæ claritas beata, claraque beatitudo in hoc regno nunquam alteratione aliqua concidit: nisi prius præclarum salutaremque virtutum fidei, & religionis Christianæ, operumque bonorum cursum vitia priuata, & publica, corruptionesque vitæ retardarint. Vt antiqua hęc Francorũ gloria, multiplici bonorum temporalium luce refulgens, quasi postliminio reuersa, in huius medio principatus, gentisque Gallicanæ pleno laborum piorum fructu reuiuiscat, ac nunquam postea sepulta miserijs intermoriatur: omnes principes, & populi huius regni conclusi finibus cum Rege suo Christianissimo cohortatione pia, humili affectibus plena charitatis excitandi veniunt, & animandi. Vt maiorum suorum virtutes fidei, pietatis, iustitiæ, charitatisque Christianæ, maximas sibi semper ad imitandum ob oculos corporis, mentisque proponant: nec ab earum vnquam dilectione, affectuque cordis auertantur, quousque eas in se ipsis perfectissimè radicatas bonis operibus efformauerint. Retinenda in primis est semel suscepta Christiana fides, veraque religio Ecclesiæ Apostolicæ, Catholicæ, & Romanæ, à Spiritu S. reuelata, à sanctis patribus tradita, sicut eam maiores nostri didicerunt, & bonis illustratam actibus, ad posteros, nepotesque suos vsque ad hæc tempora traditione immaculata transmiserunt. Ne incerto doctrinarum vento vagemur, *neue dum docemus, perturbemus, aut dum docemur erremus.*[a] Vt Constantio Imperatori Ariano dicebat sanctus Hilarius, quem ita, ne à sanctorum doctorum fide, falsa delusus persuasione digrederetur, hortabatur.[b] *Recognosce fidẽ, quam olim optime, ac religiosissime Imperator, ab Episcopis optas audire, & non audis.*[c] *Dum enim à quibus ea res quæritur, sua scribunt, non quæ Dei sunt, prædicant: orbem terrarum*[*] *erroris, & redeuntis in se semper certaminis (nempe turbine) circumtulerunt. Oportuerat humanæ cogitationis modestia omne cognitionis diuinæ sacramentum tantum conscientia suæ finibus contineri, quibus credidit; neque post confessam, & iuratam in baptismo fidem, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. quidquam aliud vel ambigere, vel innouare, &c.* Quam vtinam lectionem Galliæ fatales incendiarij, pestes reip. Christianæ hæretici, schismaticiq; nostri rectè, efficaciterque didicissent. Patriam nostram, quam olim fidei, religionisque sinceritate clarissimam fuisse legimus: funestam, & miseram, tot laceratam discordiis, prauis sorditatam opinionibus, erroribusque contaminatã non haberemus. Hæc sincera veterum Gallorum fides fuit illis astrolabium spiritale, quo solis, non materialis, sed spiritalis, & æterni magnitudinem, altitudinem, ortum, & occasum à summo cœlo e-

Retinenda inuiolatè semel suscepta à SS. patribus fides.

a S Hilar. lib. ad Constantium Imp Arian qui incipit Non sum nescius, piissime Imperator

b S Hilar. ibi.

c Hæretici sua docẽt, nõ quæ Dei sunt.

** Loco terrarũ, legitur, nutecnom, in codice meo.*

Fides spiritale astrolabiũ.

A gressum, & ad illud regressum mystica astrologia valde salutari cognouerunt. Qui amplitudinem cœli non corporei, sed spiritalis, quod est Ecclesia puritatem, incorruptionem, perpetuitatemque notauerunt: in quo sol ipse iustitiæ Christus incessabili diuinarum gratiarum motu, orbiculari benedictionum, charismatumque influxu voluitur. Et ipsa sancta ecclesia fuit illis fidelibus antiquis Gallorum patribus verè firmamentum spirituale: in quo illi velut astra splendida fixi, in eoque potenter luce fidei fulgentes, contra principes tenebrarum harum, eorumque ministros hæreticos, schismaticos, Dei, & Catholicæ veritatis hostes, hoc sacrosanctum, spirituale firmamentum oppugnare, atque diuidere moliẽtes, indomita constantia steterunt, & stantes immobiliter, eos generosa, Christianaque fortitudine B superarunt. Quanta gloria superstites hodie Gallos, & eorũ summũ Christianissimũque principem manet in cœlo, & expectantes illam in terris, quanta boni nominis fama, cõsolatioque perfundit, sic ad maiorum suorũ instar, in hoc salutis humanæ firmamento firmiter radicatos, fixosq; splendescere? famę bonum, atque decus in hac vita, illustris, & iucunda gloriæ sempiternæ in altera repræsentatio est, & imago: cuius omnes salutis priuatæ, & publicę appetentes, maximè sunt auidi, præcipuè verò principes, *Quibus palam est,*[d] inquit Tacitus, *cætera statim adesse, vnum insatiabiliter parandum, prosperam sui memoriã:* Nã contẽptu famę cõtemni virtutes, quis nescit? & eodẽ Tacito teste, [e] *cæteris mortalibus in eo stare consilia, quid sibi conducere putent principũ diuersam esse sortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda.* Dicant quidquid C libuerit passioni, vel infamiæ potius assentatores principum; Stabit semper nihilominus illud[f] Panegyristis verum: *perpetua principem fama innitum manet, & bona concupiscenda est.* Hoc confitebatur ille, qui dicebat,[f] *principes multa debere etiam famæ dare.* Nec malè propterea Tiberius Imperator Germanicum, Drusumque admonendo dicebat. [g] *Ita nati estis, vt bona, malaque vestra ad remp. pertineant.* Si apud paganos principes tantum authoritatis habuit ad opera virtutum bona fama: quid eam apud Christianos posse debere, & facere credimus? Sed quantum maiora beatæ spes æternitatis, gloriæque futuræ præstabit? fidelis religionis Christianæ custodia, quæ nunquam bona fama apud iustos, in hac vita frustratur, fortis manus est ad tenendum sponsum animarum nostrarum Christũ semel inuentum, imo potiùs ab ipsa diuina clementia etiam non quæsitũ persæpe mi D sericorditer oblatum: sed profectò altera manus fortior iustitia operũ bonorum, quæ à Christiana charitate fœliciter, sicut potenter, imperãtur. Hac manu sponsum sponsa cõplexa dicebat.[h] *Tenui eũ, & non dimittam.* O animam fidelem sponsam hac armatam manu robustissimã! O charitatem in ea inuictissimam! Qua munitus, & armatus Apostolus, de sua salute securus generosè, sicut verè clamabat.[i] *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.* Quibus verbis manifestissimè declarauit solam fidem manum quidem esse, sed ad te-

Antiqui Galli luce fidei fulgentes, & igne charitatis ardentes in Ecclesia Dei, tanquam in firmamento cœli astra fulgentes immobili constantia firmata contra omnes Dei hostes extabant.

animi veri præsertim principes bonæ famæ appetentes.

d Tacit. l. 4. annal.

e Tacit. ibid.

f Plin. Paneg. ad Traianũ.

f Senec l. 1. de clemant. c. 15.

g Tacit. li. 4. annal.

h Cãt. c. 3. v. 4. 2. Pars.

De iustitia operibus, quibus fides Catholica conseruatur; & augetur.

i Rom 8.

nendum Christum firmiter, & nusquam dimittendum valde mancam, & debilem; ideoque fides, vt sincera, & vera sit, atque robusta, bonis eget operibus à charitate imperatis, per quæ illa Catholica bonorum fides ad salutem credentium meritoriè & efficaciter exerceatur: iuxta illud Apostoli.[a] *Fides* (scilicet plurimum valet apud Deum) *quæ per dilectionem operatur.* Illa fuit in maioribus nostris vera, viuaque, fides, & religio meritoriis iustitiæ illustrata radiis, & fœcundata charitatis operibus. Quibus destituti, licet viuentes per fidem, doctrinamque, scientes quæ recta sunt, longè tamen à salute nostra, instar Iudæorum reproborum deuij miserè in mandatorum Dei via claudicabimus. Vt ex his eleganter, veréque scriptis à S. Gregorio contra Iudæos obseruantiã diuinæ legis per bona opera contemnentes apertè cognoscimus.[b] *Rectè potest cæco gentilis populus, claudo autem Iudaicus cõparari. Gentilis quippe quasi oculos non habuit; quia non recepta lege non vidit, quò ire debuisset. At cõtra Iudaicus habens oculos claudus fuit; quia legem tenuit, sed in ea gressum rectè operis non tetendit: a-* [illegible] *enim voce Domini dictum non fuisset.* Psal. 17. *filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.* Propterea ad maiorem huius regni gloriam Rex Christianissimus principes sub illo, & populus omnis, cuiuscumque conditionis sit, atque gradus, obnixè, ardentique zelo charitatis exhortandi: vt si salui esse velint non de sola maiorum suorum fide, sed de iustitia bonorum operũ meritò, & cum ratione firma glorientur. Quod illis eueniet, si fidei pedem boni operis pede fulciant firmiter, atque sapienter: vt immaculati in hac præsentis vitæ via beati ambulẽt in lege Domini, viam mandatorũ eius prospere decurrãt, & audiant ex Apostolo, malum quod contrariũ facientibus solet accidere, cùm ait.[e] *Iustus ex fide viuit: quod si se subtraxerit, nõ placebit animæ meæ.* (inquit Dominus.) Quis autem ille, qui se substraxit, scilicet fidei, *nisi qui per opera bona fidei non obedit*, atque ita illam corruere facit? Vt sequentibus verbis ipsemet Apostolus ista subiungens insinuat.[g] *Nos autem non sumus substractionis filij in perditionem, sed obedientiæ in acquisitionem animæ.* Obedientiam fidei substractioni opponens, quod ille, qui fidei bona opera sociare contemnit, fidei Imperio per rebellionẽ, saluti suæ mortiferam penitus obsistat. Et ostendere volens Apostolus pedem charitatis, seu iustitiæ bonorum operum fidei pedi omnino coniungendum, vt ad salutis portum, perfectionemque vitæ Christianæ perueniatur; dicit in eodem loco, hortaturq; dicendo.[ſ] *Accedamus cum vero corde, ad plenitudinem fidei.* Scilicet fidem viuam formatam charitate, quæ iustificat quam necessariò, vt verum sit cor, opera bona comitantur. Propterea regius propheta dicebat.[h] *Exultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio: confitemini Domino in Cithara, in Psalterio decem chordarũ psallite illi.* Quid ista prophetæ sibi volunt? Interrogemus Ropertum, qui nobis rogatus dicere sententiam, ista pro respõsione legitima dabit.[i] *Cithara sunt pectora fideliũ, in quibus per fidẽ musica cœlestis inhabitat, vbi chorda sunt extenta præceptorum, de quibus dicitur* Psal. 32. *Confitemini Domino in Cithara, in Psalterio decem cordarum psallite ei. Decẽ quippe legis præcepta sunt: hæc obseruare est cantare primum in Cithara: deinde in Psalterio clariùs sonante, id est primum in timore,*

Fides sine charitate vana, & inanis.
a Galat. 2.
Qui fidem bonis operibus non ornant, miserè in lege Dei claudicãt.
b S. Greg l. 19. moral c. 11 in illud Iob 24 v 15 oculus fui cæco, & [illegible] claudo.
c [illegible]
d Psal. 118. v 1.
e Hebr. c. 10. 38.
Quid sit substrahere se fidei
f Turrianus, & alij huius loci interpretes sic exponunt.
g Ib. Hebr. c. 10.
g Hebr. c. 10. v 22.
Non est verum cor sine bonis operibus.
h Psal. 33.
Optima salutis humanæ harmonia ad placandum, & lætificandum Deum fides bonis operibus sociata.
i Rupert Abbas in c. 24. Apoc. v. 2.

A *deinde in perfecta charitate.* Qua sacrorum verborum expositione præclara, elegantem fidei Citharæ comparatæ similitudinem expressit, quod nempe sicut Cithara nihil ad harmoniã auribus blandientem, sine fidibus, chordisque valeat; ita fides sine decẽ mandatorũ Dei chordis, plenum salutis humanæ concentum, harmoniãque Deo placentem efficere non possit. Sed quorsum hec omnia? Vt sciamus maiores nostros per gratissimam fidei, operumque bonorum harmoniam viuentes in terra, sic misericordiæ diuinæ aures, voluntatemque demulsisse, vt per eam illi gratissimi famam decusque magnum sibi in hac vita pepererint; & postea earundem virtutum fidei, iustitiæque bonorum operum gradibus in æterna cœlorum tabernacula beatissimi conscenderint. B Ad quæ si per alias semitas, viasque posteri eorum adhuc superstites, & qui nascentur ab illis peruenire se posse confidant, spes pascunt inanes: & ni sapiant, caueantque ab hac confidentia, in contrarium expectationi suæ finem vitæ, præsentisque lucis exitũ miserè reuoluentur. Infœlicium temporum, quibus gemendo viuimus, corruptela, & omnium cuiusque status à sua regula defectio, hac operum bonitate puræ sociata doctrinæ vehementer egent, vt in rectam illi bene viuendi rationem per ea redeuntes saluti publicæ prospiciant, atque religioni Catholicæ sub vitiorum pondere gementi, ne hinc aliò tandem migrare cõpellatur mœrore cõfecta, subueniãt, & opitulẽtur. Pessimo seculo, qui potestatis, dignitatisq; publicæ clauo affixi præsunt alijs, bene viuere tenẽtur; C si secus fecerint, sibi, & populo ruinam, exitiumque fabricantur:[i] *non enim minus vitiorum, quàm hostium captiuus est, qui non etiam inter mala tempora, bona vota seruauerit,* iustisque animũ operibus intenderit. Bonis operibus regentium vitæ subditorũ corruptiones emendantur. Quid illis incumbit facere alienæ curæ, directionique mancipatis,[k] *cũ sic consensere iura peccatis, vt illud incipiat esse licitum, quod publicum est?* per bona opera ad ruinam interitumque vitiorum celeriter adoolandum.[k] *Scio audax videri consilium: sed in rebus asperis* (vt cum Martio illo apud Liuium loquar) *fortissima quæque cõsilia tutissima sunt.*[l] Cùm hæc illius Imperatoris veniunt nobis in mentẽ, memoriæq; succurrũt, *disciplina maiorũ rẽpublicã tenet, quæ si dilabatur, & nomen Romanum, & imperium amittemus:* Illico funestissimum fore huic imperio, ad tot scelera, impiaque hominum D peccata, quæ intra viscera huius regni impunè senescunt, conniuere tandiu, atque dissimulare vehementer expauescẽtes cognoscimus: nec apprehendimus modò, sed illius infortunij, quasi iam aduenerit, acerbitates, doloresq; prope sentimus. Quã gloriosum principi in medio nationis prauæ bene viuere, vt non minùs exemplo, quàm imperio grassantia vitia radicitus euellat.[m] *Tranquillo enim, vt aiunt, quilibet gubernator est,* inquiebat Seneca, at turbato vitiorum procellis, corruptionumque tempestatibus reipublicæ statu; *tũc animis opus, ô princeps, tunc pectore firmo:* dicamque cum Plinio.[n] *Et at mihi admiratione dignus Imperator non videretur, si inter Fabricios, & Scipiones, & Camillos talis esset, tunc enim illum imitationis ardor, semperque melior aliquis accẽderet.* Nunquam in hac vita à piis honestisque operibus cessandũ est principi, vt contraria exemplo, & authoritate destruendo reipublicæ sibi creditæ salutem quæ-

Pessimo seculo bene viuendũ, & bonis vacãdum operibus, vt priuata, publicaque corruptioni medeantur, secus peritura sunt.
i Sidon Apol. ep 4 ad felicẽ
k S. Cyp l. 2. ep 2.
k Liuius l. 25.
l Alex. Seueri dictum apud Lampr. in Alexãd. Seuero
9. pars. Vitia, corruptiones, & luxus amputanda, arcendaque à republica principis magistratuumque sub eo regentiũ virtute, & potestate.
m Senec. ep 85
n Plin. in Pan.

a Seneca.

rat, & inueniat, *vltimum malorum*, cum Seneca,[a] iudicans, *ex viuorum numero exire*; hoc est inutiliter sibi, aliisque viuere, *antequam moriaris*, sibique

b Senec. ibid.

verè, cũ Curio Dentato: [b] *Tutius esse, nõ esse, quàm viuere mortuum*. Maximè qui veluti vita totius imperij, vitalisque populi spiritus esse debet. quẽ propterea humili deprecatione, per feruẽtes charitatis æstus expressa obtestari, & orare necesse est, vt incorrupto sapientum, religiosorumque magistratuum, magnatumque suorum consilio, & auxilio corroboratus, & adiutus, omnes populi corruptiones, luxus, cæterasque vitæ deprauatæ libidines reip. pestes nimium diu, &, proh nefas! impunè grassantes in populo maiorum, atauorumque suorum iustitiæ, atque pietatis æmulus, longè à regni sui Christianissimi finibus arceat, & amoueat extinctas, tãquã fatales, exitialesque furias: quibus status regni conturbatur, pax amica bonis alterata deficit, corruptaque fides euanescit.

Quot mala luxus, & vita deprauata libido in rep. paris.

B

Quàm verè, & eleganter ille extraneus quidem à fide Christiana, sed non ab humana ratione. [c] *Opes atque diuitia afflixere seculi mores, mersamque vitijs suis, quasi sentina remp. pessumdedere*. Quid illud eiusdem, quàm verum sæpius experientia monstrauit? [d] *Magnificus apparatus cõuiuiorum, & sumptuosa largitio, nonne ab opulentia paritura mox egestatem?* Quid postea calamitatis? Quid proditionis, quid discordię pacem publicã, ciuium fortunas, vitamque turbaturum ex illo detestandi luxus antro prosiliet? [e] *Cum rapacissimo cuique, ac perditissimo non agri, aut fænus, sed sola instrumenta vitiorum manebant.*

c Flor. l. 3. c. 15

d Idem.

e Tacit. l. 2. hist.

f Lucan. l. 1.

> [f] *Non auro, tectisque modus, mensasque priores*
> *Aspernata fames.*

C

Et quantæ postea priuatæ, publicæque desolationes ingruunt?

g Ibid. idem.

> [g] *Hinc vsura vorax, auidumque in tempora fænus,*
> *Et concussa fides, & multis vtile bellum.*

Illis videlicet, qui Carybdi luxuriæ, variaque libidine tot bona deuorarunt, & post, [h] *miseri, perditique miscere cuncta, priuataque vulnera reipublicæ malis operire tentarunt*. [i] Quippe ita se res habet, *vt publica ruina quisquis malit, quam sua proteri, & idẽ passurus minus conspici*. Hinc proditiones, conspirationes, factionesque in populo contra reipublicæ principisque salutem.

h Vell. Patercu. l. 2. hist.

i Lucan. l. 1.

Quibus se mutuò trudunt ambitiosi, post immẽsas luxuria deuoratas opes, seque, vt fluctus fluctum atrociter impellunt, & contentionis, odij, bellique plusquã ciuilis, & intestini tẽpestatibus expellunt. A quibus dici non potest, quanta miseriarum, publicarumque sit exorta colluuies: vt de illius sententiæ à sapiente, politicoque gentili prolatę veritate minimè dubitare debeamus. [k] *Factiones fuẽre, eruntque pluribus populis magis exitio, quàm bella externa, quàm fames, morbiue, quæque alia in Deûm iras velut vltima publicorum malorũ vertunt*. Hinc post multa mala deceptæ multitudinis in principem, aut magistratus sub illius imperio iura dantes, subiti, violentique motus, quos seditiones appellamus. Quę multitudo popularis, [l] *cum omnis sicut mare per se immobilis sit*, à furentibus factiosorum, rapaciumque perditorũ austris exagitata, grauissimo per sæpe rẽpublicã naufragio pene absorptam desolationis, exitialisque ruinæ vehemẽtissimè conturbat. [m] *Sed causa atque origo omnis furoris penes authores est, reliqui*

Proditio, conspiratio, factio à luxu profuso.

D

k Liu. l. 3.

l Liu. l. 28.

m Liu. ibid.

A *contagione insaniunt*: Dum imminentium periculorum remedium ipsa pericula arbitrantur, & curandis perniciosis grauibusque reipub. morbis medicina grauior atque nocentior adhibetur.

CAPVT XIII.

Exhortatio ad omnes Galliæ populos, vt bene Dei beneficijs vtentes, eius iram formidantes, maiorum virtutes imitando, Ecclesiæ, sedi Apostolicæ, Regique Christianissimo fideliter seruiãt. Sic pręsentis vitę miserias, futuræ prosperitates attendentes in vtroque seculo prospere viuant.

1. *Christiani muneribus Dei, miserationibusque abutentes, paganis peiores, grauiter in vtraque vita puniuntur.*
2. *Attendant prudenter Galli qualiter sint in Deo, eius mutationem misericordia, & gratia in iram, vltionemque metuant, proposito Iudæorum, aliarumque gentium quondam Christianarum exemplo.*
3. *Omnes Galli ad maiorum suorum virtutes excitantur, proposita infirmitate vita præsentis, & gloria futura.*
4. *Conclusio. Victrice vitiorum virtute omnia in imperio prosperantur, angelis cæli latissimè iubilantibus, & gementibus tristissimè dæmonibus inferni.*



QVÆ omnia circũspecta meditatione considerans, æquaque experientiæ lance perpendens, ab eius consensu discedere nõ possum, [a] *qui nullam rem magis ciuiles furores peperisse, quàm nimiam fælicitatẽ constanter asserunt*. In his videlicet, qui cum præ magnitudine facultatum, & opum sibi omnia licere putant, regem minimè veriti: dum hac felicitate, inflammati libidinibus, & vitæ deprauatæ excessibus insolenter abutuntur, in extremam penuriam nimia æris alieni oppressione grauati prolabuntur. Quanta præter temporalem miseriam illos sic Dei muneribus, & miserationibus abutentes in futuro calamitas expectat, qui non naturæ solùm dona, sed miserantis Dei charismata meliora contemnunt, & ex his sicut araneæ de floribus nõ mella, vt faciunt apes, sed venena componunt? Sui temporis hominibus Tullius paganus orator exprobrabat. *Quod ingenijs suis semina innata virtutum non sinerẽt adolescere: quæ si liceret, ipsa eos*, eius opinione, *ad beatam vitam natura perduceret, sed naturam ducem non sequentes, & ideo à recta via virtutis aberrantes, simul atque in lucem editi, & suscepti sunt, in omni continuò prauitate versantur, vt pene cũ lacte nutricis errorem suxisse videantur. Cùm vero parentibus redditi, deinde magistris traditi sunt, tum ita varijs imbuuntur erroribus, vt vanitati veritas*

a Flor. l. 4. c. 12

D

Nimia prosperitas in improbis Dei beneficiorum ingratis miseriam parit, & auget reipub. mala.

b Cicer. 3. Tusc. in praef.

Hominis corruptio ab ipsa natura, scilicet deprauata.

A

& opinioni natura ipsa cedat. Certe lōge maiori exprobrationi illi Galli subijci merentur, qui à naturali ratione non solùm informati, sed ab ipsa diuina gratia iostituti, & imbuti, non tamen desinunt infici voluntariè his vitiorum maculis, quæ solo rationis naturalis sensu, iudicioque detestatioui sobduntur. Si ipsemet orator Ethoicus maximè illos improbat, qoi ad bene iustéq; viuēdum ipsius naturæ vocē ratione formatā deprecantur audire, cùm ait.[a] *Multis signis natura declarat, quid velit, ac quærat, & desideret: obsurdescimus tamen nescio quomodo, nec ea quibus ab ea monemur audimus.* Quale de illis Christianis corruptione vitæ sanctitatem religionis Christianæ dedecorantibus iudicium censuraque feretur, qui vt bene viuant, diuinæ legis gratiæqoe vocem audire renount? Surget hic prophanus orator in iodicio Dei, & condemnabit impios illos nomine tenus Christianos, qui in puro Dei cultu, religiooe sincera, vti cogitabat eam, virtutis exercitio, auulsione mentis à commercio corporis, carnalisque voluptatis obsequio, felicitatem hominis sitam esse credidit, dicens.[b] *Cùm animus cognitis perceptisque virtutibus à corporis obsequio, indulgentiaque discesserit, voluptatemque sicut labem aliquam dedecoris oppresserit, omnemque mortis, dolorisque timorē effugerit, societatemque carnis ciecerit: tum suis, omnibusque natura coniunctos suos duxit, cultūque Deorum, & puram religionem susceperit, ac exacuerit illā vt oculorum, sic ingenij aciem ad bona deligenda, & reijcienda contraria, quæ virtus ex prouidendo est appellata prudentia: Quid eo dici aut excogitari poterit beatius?*

a Cicer. in I. de leg.

Cicero in iudicio supremo surget contra malos Christianos.

b Cicer. lib. 1. de legib. circa finem.

Iudicio Ciceronis hominis felicitas in Deo cultu, & virtutum obsequio, odioque vitiorum consistit.

B

C

Non glorientur Galli de Christianæ religionis antiquitate, quam immaculatè maiores sui seruauerunt, ac de priuilegio nominis Christianissimi, quo super omnes fideles populos insigniti decorantur. Hoc enim virtuti, pietatiq; personarum antiquorum illorum, datū est, quo posteri priuabūtur, declinantes à virtute religioneque maiorum, & de illorum sanguine, solummodo inaniter exultantes, *cùm priuilegiū facilius, quàm ius ciuile tollatur.* L. eius militis §. militia missus ff. de re militari. At scelera populorum à præstantibus virtute, sanctitate, fide, iostitia bonorū operum maioribus editorum, possuntne cum memoria, recordationeque beoeficiorum Dei illos toties miserationibus suis ingratissimos vincere soliciti, subsistere? Possuntne Gallorum præsentis locis vsura fruentium vitæ deprauationes iterata toties diuinarum benedictionum, fauorūque largitate oon corruere? Doratne adhuc in illis[d] iniquitates suas in funiculis vanitatis trahentibus, vt loquitur propheta, præsumptio, sperandæ salotis à Deo, cuius tot deprauatæ vitæ iaculis gloriam honoremque vulnerant? Cùm in eorum solum oribus inaniter, noo in cordibus fideliter nomen Domini reboet? Quasi non aliquādo hæc auribos clamantis Christi D. perceperint.[e] *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.* Ne decipiamini, ô Galli, illustribus pietate, & iustitia quondam editi patribus: neue nimiū vobis adulemini fallentes vos ipsos! Considerate qualiter cum Deo viuitis; quibus modis eos oblata sæpius gratia, misericordiaque vos dignos quotidie redditis.[f] *Misericordia, & ira est cum eo, & omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum.* Deumne quamuis vestræ salutis amantissimom, pro qua sanguinem pretiosissimum clementissimè profundere voluit, vobis in corruptione vitæ peruersæ blandiri putatis? Erratis si id creditis, & ipsum infeliciter ignoratis.

Priuilegium facilius tollitur, quàm ius commune.

L. eius militis § militia missus ff. de re militari.

Contra gloriātes de misericordiationibus, fauoribus, & priuilegijs Dei sibi factis in sua iniquitate nihilominus perseuerantes.

d Esaiæ c. 5.

e Matt. c. 17.

D

f Eccles. c. 16.

Populum sibi requirit Deus sanctum fide, & bonis insignem moribus, cui dicat in oouissimo die.[g] *Euge bone serue, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituā: intra in gaudium Domini tui.*[h] *In diebus Noe vniuersum genus hominum exceptis animabus octo, quod omnis caro corruperat viam suam,* aquarum inundatione, terribilique diluuio deleuit, & absorpsit. Sic aqua tū dilouium à vitiorum diluuio, furens exitio promanauit, & erupit.[i] Quondam integras natiooes & vrbes cum habitatoribus sois, illorum indignatus impietatibos igne cœlesti consumpsit: neque Iudaico sibi electo, dilectoqoe soper omnes gentes, vnico suæ laudatori gloriæ populo peccanti grauissimè, parcere voluit: quem quondam,[k] *sub alas suas, vt aquila pullos suos ad volandum,* scilicet cœlestia contemplandum prouocādo portauerat. Coi sui cultus, honorisque diuini sacrariū crediderat.[l] *Notus* quippe *in Iudæa Deus, & in Israel magnum nomen eius.* Cui sacrificiorum, sacramentorumque sibi præceptorum dispensationem cōmiserat; cum quo, *in orbe terrarum luserat;* & cum *eius filijs suas delicias esse constituerat;*[m] *quem ad vbera sua gestauerat, & cui super genua sua, sicut mater filio blandiri voluerat;* in cuius faoorem, & gratiam potentissimos terræ[n] Reges, ac principes illius vexatores, & oppressores exterminauerat.[o] *Pro quo magnalia fecit in Ægypto, mirabilia in terra Cham, & terribilia in mari rubro.* Erat populus ipsi Deo super omnes mundi nationes adoptious, maior natu, diuinæ familiæ, quē vt *pupillam oculi sui custodiebat, atque sub vmbra alarum suarum protegebat.* Nihilominus hunc populom sibi rebellem factum, sceleribus multis & quidem maximis aggrauatum, fulmine tandem furoris, & indignationis suæ tantam eius flagitiis vindictam exigentibus omnino contriuit, & extinxit. Nūquid ad hanc Dei querelam horremus nos, & expauescimus.[p] *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriatus es?* Sed nunquid ad eius, in populum ab ipso Deo flagitiis elongatum, summę ingratitudinis in ipsum patrem misericordiarum, Deum totius consolationis, maculis sordibusque deformatum diuinæ vindictæ sonitum magis exhorrescimus?[q] *Inducā mala super Ierusalem, & Iudam, vt quicumque audierit aures tinnient ambæ eius. Delebo Ierusalē, dimittam reliquias hæreditatis meæ: tradam eas in manus inimicorum eius, eruntque in vastitatem, & in rapinam cunctis aduersarijs suis.* An non hæc scelera multa abominationesque vitiorum causas extitisse credimus, propter quas suam Deus Ecclesiam à tot Asiæ, Africæ, Europæque populis atqoe nationibus exulare, expelli, relegarique permisit! Vix centesimus vigesimus annus est à domita & subiugata Græcia in laqueos crudelissimę turpissimæque tyrannidis, execrabilis illius diaboli ministri, Sarracenorum monstri, Draconis orientalis, canis infidelitatis, insaniæ rabie perciti, efferatiq; furore Turcæ, prodigij abominatiouis, horribili seruitute depressa. Cuius populi qoondam non solùm armis, atque doctrina, sed etiam pietatis, fideique Christianæ splendore nobilitati omnes mundi populos anteibant. Et in diebus

3. Pars.

Attendant Galli prudenter quomodo sint cum Deo misericordiam misericordia & gratia in eam vltionēque moueant vt Iudæi, & alij populi quondam Christiani grauissimè peccantibus contigit.

g Matt. c. 25. v. 21.

Grauis, & varia Dei vltiones in scelera hominum.

h Genes. 6.

i Genes. 19.

Multi Dei fauores Iudæis innumera illius vindicta fulgura in eos peccantes excitauerunt.

k Deut 32.

l Psal 75. v 2.

m Prou. c. 8. v. 31.

n Esaiæ c. 35.

o Exod. 14. 15. 19 &c. Deut. 32. Iosue & iudicū in libris regū, paralip Esd. l. 4. & alibi.

o Psal. 105.

p Hierem. c. 11. v. 15.

q 4 Reg c. 21.

Ecclesiam Christi ab Asia & Africa, & ex maxima Europa parte scelera populorū populerunt.

Vires Turcarũ à peccatis Christianorum.

nostris non ita pridem suorum immanium, sacrilegorumque armorum furoribus, Dalmatiam, Croaciam, Pannoniam, Sclauoniam, Cyprum, aliasque Christianorum terras terribili effundẽdi innocentum, fideliumque sanguine cupiditate inflammatus & inebriatus inuasit. Ex quibos quotidie r. pt... fantes, & liberos à parentum amplexibus crudeliter auulsos, diabolo execranda, mortiferaque circũcisione sacrificat. Et quæ tantas ęrumnas, calamitatesque maximas, orbi Christiano, Ecclesiæ Dei nisi ipsorũ, vnicę nomine tenus Christianorũ crimina, nefandaq; facta pepe- rere? Hic execrabilis ad prodigiũ vsque Dei hostis abominabilis dæmoniorum cultor non aliis, quam Christianorum vitiis, viribus potens ac fortis est. Heu Galli! ne nos præsumptione temeraria, sacrilegaque fallamus, arbitrantes quod dicendo, *Domine, Domine,* ore tenus fidem Catholicam, sine bonis operibus profitẽtes, sit nos Deus saluaturus, & ab omni barbarorum, impiorumque impetu liberaturus. Ah! non est ita? Cùm non aliter viuamus, quam qui Catholicam fidem suis vitiis, peccatisque perdiderunt. Quousque in mediis corruptionis vitæ sordibus obdormiscemus, & conniuentes lethargia salutis oppressi, somno mortifero consopiemur?[a] *Thesaurum malorum sibi congregat Dei irritator,* aiebat Daniel Stylita Basilysco tyranno: *Eleuare, Eleuare, consurge Ierusalem,* clamat Propheta, *quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius, vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces.* Quid ex hac ebibita indignationis, iræque diuinæ fæce, miserię resurgit? Auribus sequẽtia percipite. [c] *Non est qui sustẽtet eam* (in miserijs suis scilicet) *ex omnibus filijs, quos genuit, & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filijs quos enutriuit.* Post hæc sobiũxit propheta: *Duo sunt quæ occurrerunt tibi: quis cõtristabitur super te? Vastitas, & cõtritio, & fames, & gladius, quis consolabitur te?* &c. Si illi meritò venia indigni esse iudicantur, qui clementia principis abutuntur, vt Honorius Imperator per rescriptũ schismaticis populis in fauorem Rom. Pontificis Bonifacij mandabat; quantò magis à venia remissioneque pœnarũ repellendi veniunt illi, qui Dei miserantis patientiã, vocẽque clementiæ eos ad pœnitentiã prouocantis indignissimè iterãdo peccata contemnũt?[e] *Nolite confidere dicentes,* inquit per Ieremiã prophetã Dominus: *Templũ Domini, si bene direxeritis vias vestras, nec sanguinem innocentem effuderitis, & post Deos alienos non ambulaueritis, habitabo vobiscum in hoc loco à seculo, & vsque in seculũ.* &c. Non sumus Deo, quàm ipsi populi, quos propria crimina perdiderunt, acceptiores, nec illi chariores;[f] *qui nõ propter locũ gentẽ, sed propter gẽtẽ locũ elegit.* Deniq; vt vno verbo dicã cũ sapiẽte propheta.[g] *Nationis iniquæ diræ sunt cõsummationes.* Hæc vobis, ô Galli! natura, genere, religione clarissimi semper ante hoc æuum, pro exhortatione cum charitate Christiana profudi: vester æmulator, æmulatione Dei, salutis, & honoris, vt *abnegantes impietatem, & secularia desideria sobriè, castè, & piè viuatis in hoc seculo.* Vt à prioribus vos vitæ corruptæ sordibus eximentes, maiorum vestrorũ virtutes, facta heroica, gestaque præclara, bono publicæ pacis religionisque Catholicę cõsecrata, studio sinceræ imitationis inflãmato colatis, & amplectamini: sic illorũ meritis, & gloria hîc, & in cœlo tandem Dei miseratione potiamini. Proposita sit vobis infirmitas, vilitas,

a Theodorus lect. l. 1 collect.
b Esaiæ c. 51. v. 17. 18.
c Ib. v. 18.
d Ib. v. 19.
Rescriptũ Honorij contra schismaticos.
e Ierem. c. 7.
f 2. Machab. c. 5.
g Sap. 3.

A & molestia vitæ præsentis, contra verò felicitas, præstantiaque futuræ. Quę ad æmulationem virtutum, sanctitatis vitæ, heroicorumque factorũ, quibus gloriam, decusque immortale maiores vestri sibi pepererunt, vos inflamment, & incitato bonæ voluntatis affectu, conatuque promoueant. Vt cum ipsis pacificè, & prosperè in mundo viuatis, vestra de vitiis, corruptionibusque seculi, triumphante virtute, & post hoc huius vitæ curriculum æterna laureati gloria cœlestes habitum mansiones feliciter cum Christo D. regnetis. Quę enim res nisi vt pro futura vita, operemur bonũ, nos volũtariè in hac miseriarũ valle retinere potest, considerata afflictionũ varietate, quę in ea præcipuè dominantur? *Nã vt nulla rosa,* inquit[h] S. Basilius, *sine spinis, ita nulla vita conditio molestijs, & incõmodis vacat, quando etiam ipsa, quæ bona putantur, in vita suis spinis circumsepta sunt.* B *Diuites opinione vulgi beati putantur: at eorum tamẽ plurimi,* inquit S.[i] Petrus Chrysologus, *pœna magis quàm censu diuites sunt. Totque sunt huius vitæ miseriæ, molestiaque,* vt S.[k] Eucherius Lugdunensis ingenuè confiteatur, *dubitare se vtra res magis ad cœlestis patriæ amorem incitare debeat, an bonitas ...ũ quibus in ea fruemur, an miseriarum multitudo, quibus in hac vita premimur.* Quàm illustria hæc, & ad eius quã intendimus probationem potentia S. Gregorij ad Sebastianũ Episcopũ scribentis eloquia? *Quamuis inæstimabilis sit cœlestis patriæ dulcedo, quæ trahat, multi tamen in hac vita dolores sunt, qui ad amorẽ cœlestiũ quotidie impellunt. Qui nobis in hoc ipso solùm vehementer placent, quia placere in hoc mũdo aliquid nõ permittũt.* Quàm bene, & ad viuũ vanitatẽ, infirmitatẽ, vilitatẽ, miseriãque vitæ pręsentis religiosissimus ille, sicut doctissimus Adamus C à S. Victore hoc suo epitaphio admodũ illustri, elegantique, quod incisum ære in claustro S. Victoris de pariete pendet, depinxit, & expressit?

Hæres peccati naturâ filius iræ,
Exilijque reus nascitur omnis homo.
Vnde superbis homo? Cuius conceptio culpa,
Nasci pœna, labor vita, necesse mori:
Vana salus hominis, vanus decor, omnia vana:
Inter vana nihil vanius est homine.
Dum magis alludit præstantia gloria vitæ,
Præterit, imo fugit, non fugit, imo perit.
Post hominẽ vermis, post vermem fit cinis, heu, heu!
Sic redit ad cineres gloria nostra simul.
Hic ego qui iaceo miser, & miserabilis Adam
Vnam, pro summo munere, posco precem.
Peccaui, fateor, veniam peto, parce fatenti:
D *Parce Pater, fratres parcite, parce Deus.*

Quid his versibus elegantius, & ad exprimẽdam sortis humanæ vilitatem, abiectionẽ, mæstitiãque accommodatius? Et quamuis valde sit infirma, vilis, mæsta, & infelix, in ea tamen multã gloriam, prosperitatẽque vobis, ô Galli generosi, parietis, meritúq; sempiternæ gloriæ cõparabitis, si bona maiorũ vestrorum opera in vobis reuiuiscere in bene viuendo faciatis. Vobis erit præmium longè nobilius, auctoramento illo Romanorum antiquo, quo ad strenuè, fortiterque dimicandum gladiatores Romæ, & milites in acie concitabantur, illi pro laude vana mortẽ, hi pro vera, patriæque defensione pacisci ardentiùs inflãmabantur.

Vobis nãque in hac vita, per sancta pietatis, iustitiæ, bonorũque cõsiliorũ opera, ad beatas, fortunatasque cœlorũ insulas aspirãtibus reuelationis diuinæ Carolo Caluo Imperatori, Regique

3. pars. Omnis Galli ad maiorum suorum virtutes excitantur, proposita infirmitate vitæ præsentis, & gloria futuræ.
h S. Basil.
i S. Chrysolo.
k Eucher. Lugd. in parænetica ep.
l S. Greg. l. 4. ep. 33. ad Sebast. Episc.
Epitaph. Adami à S. Victore doct. & religiosiss. vanitatum vilitatem miseriamque vitæ humanæ admodum eleganter exprimens.
Auctoramentũ quid.
Victrice vitiorum virtute omnia in imperio prosperantur latissimè iubilantibus angelis cœli & gementibus tristissimè dæmonibus inferni.

[a] Annales Fráciæ in Carolo Caluo. *Reuelatio facta Carolo Caluo.*

Fraocorum factæ effectus adueniet, & pro meliore huius regni sorte eomplebitur. Cui diuinitus reuelarum ex [a] annalibus accepimus, meritis sanctorum Appstolorum Petri, & Pauli, sanctorũ Dionysij & Remigij, hoc Galliæ regnum ounquã à vera pace, gloria, prosperitateqoe recessurum, semperqoe de temporalis vitę molestiis, aduersitatibusque triumpharurum, quandiu in illo sincera Christi fides, Carholicaque religio vna com vigore iustitiæ bonorumque coosiliorum authoritate permanerent. Quod in his tribus saeris funiculis starus regni, reique publicæ firmitas prosperitasque cõsisteret. Sic omnia quæcũqoe facietis pro Deo & rege, pro Ecclesia & republica prosperabũtur. Cùm in vobis pietas vera de impietate: religio sancta Catholica, Apostolica & Romana, de nefario hæreseos horrendoque portento, obedientia vere Christiana, vnioque perfecta, cum capire Ecclesiæ visibili Christi Domini vicario, de rebellione schismatica, probitas morum de corruptione sceleratæ vitæ, omnis deoique virtus in imo cordium vestrorum profun- A dis plantata stirpibus insidens, de tetro, immundo, pestiferoque viriorum omnium exercitu victoria salutari triumphabunt. Super qua victoria triumphoque glorioso, omnes beatorum cæli spirituum ordines ineffabili gaudio lætabuntur. Contra verò dæmones, maligni tenebrarũ, omnis impietatis abominationisque spiritus, præ ira, dolore, angostiaque cordis vlolabunt: atqoe rabie indignatioolsq; furore perciti vidẽtes ista cõsternati tabeseent. Qui eùm suę impietaris atque nequitiæ ministris, quos habent in terra, de hac gloriosa victricium virtutum victoria de subiogatis, triomphatisque vitiis conquerentes horribiliter, & expostulantes lugubre illud furiarum Erebi apod Ethnicum poetam sæpissimè carmẽ iterando, tristissimè lugebunt, & in suæ desperationis, æternæque miseriæ barathro iacentes planctu terribili lameotabuntur.

------ En aurea nascitur ætas.
[b] Et proles antiqua redit, concordia, virtus,
Cumque fide pietas alta ceruice vagatur,
Insignemque canunt nostra de [c] plebe triumphũ.

[b] Claudian. in Ruffinum.
[c] De vitiis omnibus, & peccatoribus terræ.

D E

DE
MONARCHIAE
VTRIVSQVE
SACRO FOEDERE:

QVARTA PARS
OPERIS.



DE MONARCHIÆ VTRIVSQVE SACRO FOEDERE.

PARS QVARTA, NOVEM DISTINCTA LIBRIS.

IN QVA DE SANCTA ET AMICA VTRIVSQUE inter ſe Chriſtianæ Monarchiæ coniuratione, concordia, honoreque reciproco agitur: ſimul temporalis & æterna ab hac amica, ſanctaque concordia, & honore mutuo profecta felicitas, ſicut contra calamitates miſeriçque à diſſidio hanc ſanctiſſimam concordiam diſſoluente ſcaturientes copioſè narrantur.

LIBER PRIMVS.

VT SALVS ÆTERNA TEMPORALISQVE pariatur, partaque inuiolato robore conſeruetur, ſpiritualia temporalibus, ſicut æterna caducis, & ſuperiora inferioribus præeſſe, & imperare debent; ſic ſacrum ſalutareque inter vtramque monarchiam fœdus tutò feliciterque ſeruatur. Cuius diſſolutio nonniſi diaboli opus eſt, modo tyrannorum infideliumque furore, modo hæreticorum dementia atrociter vtentis ad perturbandam non ſolùm hanc beatam ſanctamque Monarchiæ ſpiritualis & laicæ concordiam; ſed etiam per tales impios omnino, ſi poſſit, perfringendam.

CAPVT PRIMVM.

Ambæ Monarchiæ inter ſe comparantur cum appoſitis diſtinctionibus.

1. *Orbis Chriſtianus Pontificia & regia poteſtate gubernatur, diuerſo tamen modo.*
2. *Reges fideles noui teſtamenti ſicut veteris inſtar Pontificum vnguntur.*
3. *Vtraque poteſtas habet vſum gladij, ſed illa ſpiritualis, hæc materialis.*
4. *Vtraque in bonum priuatum & publicum conſpirat; illa in ſpirituale æternum præcipue, hæc in temporale & materiale.*
5. *Ambæ dominationes à Deo, licet ratione diuerſa.*



HACTENVS magnum materiarũ plurimarum, variorumque tractatuum mare, diuinæ miſericordiæ fulti præſidio, ſacroque cæleſtis gratiæ longiùs prouecti vẽto trãſnauimus; nondum tamen proſperum optatumq;

A portum niſi à longè reſpicimus. In quo ſuſceptorum meta laborum terminuſque firmetur, quouſque (quod totius operis ſuſcepti præcipuum eſt) de ſancta, ſalutari maximè vtriuſque Monarchiæ religionis Chriſtianæ, fideique catholicæ clauſæ limitibus, confœderatione, ſtabiliq; cõcordia pro ſalute bonorum contra amentiam perditorum ſedis Apoſtolicæ, totius eccleſiæ, ſimul & Reip. temporalis hoſtium libris pluribus copioſè fideliterque diſſeruerimus. Quam quidem concordiam fœduſque ſalutare in Chriſti charitate radicatum atque fundatum quanti à condito Franciæ regno Reges Chriſtianiſſimi, quanti vniuerſus Galliæ clerus, quanti magiſtratus altioribus iuſtitiæ ſubſellijs inſidentes; quanti generoſa huius regni nobilitas; quanti denique omnis vera Catholicæ religionis tinctura formoſus, puro fidei Chriſtianæ lumine non mediocriter illuſtratus populus, huic Chriſtianiſſimo ſubditus imperio fecerint: ſummus honor & amor,

Quid in hac poſtrema totius operis parte tractabitur, breuiter aperitur.

somma reuerentia & obsequium verè filiale, quæ semper illi summis ecclesiæ principibus Christi Domini in terra vicariis Romanis Pontificibus religiosissimè detulerunt, libris huius partis vltimis euidentissimè demonstrabunt. Atque vt ipsarum rerum in principio clarè iacta fundamēta conspiciantur, vniuersum hunc mundum,

Orbis Christianus pontificia & regia gubernatur potestate.

quem Christiana possidet religio, duplici potestate suprema Pontificis & regali gubernari prosperè sacris consentientes canonibus credere fateríque debemus. Sic enim in eam rem Anastasium imperatorem Papa Gelasius alloquebatur, vt hanc illius animo confessionem veritatis instillaret. [a] *Duo sunt quippe, imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas: in quibus tantò grauius pondus est sacerdotum quantò etiam pro ipsis regibus hominum in diuino sunt reddituri examine rationem.* Estque vtraque hæc suprema potestas reliquarum subalternarum infimarumque radix, & origo, illustriorum iuris vtriusque doctorum testimonio; qui propterea docent in politicis, [b] *Ad suram principis magistratuum creationem tantùm pertinere*, suam sententiam imperatoria ciuilique [c] lege roborantes. Simili iure rationeque, vel certè maiori creatio, electio confirmatioque prælatorum atque pastorum in Ecclesiastica sacraque politia, summi ecclesiæ principis pastorisque œcumenici auctoritate approbationeque niti debent. Magna profectò Pontificis ac Regis fidelis Catholicique similitudo, magna vtriusque dignitatis confœderatio, sacras regum suorum, id est fidelium, sicut Pontificum Deus, licet in grado dissimili dignitatis & vnctionis, vult esse personas. Vnctio regiæ potestatis, sicut Pontificiæ, insigne. Sacra hæc vnctio apud Hebræos, teste S. Hieronymo, honoris excellentiæque regiæ nota erat. Propterea reges fideles atque Catholici à sacra vnctione CHRISTI vocātur: quos ideò Deus habet in delitiis, saluteque stabili firmat, vlturus eorum contemptores & oppressores magna suorum prophetarum voce in scripturis, vt omnes exaudiant, clamare non cessans. [d] *Nolite tangere Christos meos*: sicut sacerdotes & prophetæ, sic Reges in veteri lege Dei ordinatione oleo vncti sacro inaugurabantur. In summum sacerdotem Aaron fratrem Moyses Dei iussu sacri olei vnctione sanctificat. [e] *Tulit Moyses vnctionis oleum, quod fundens super caput Aaron, vnxit eum & consecrauit.* Eodem Dei iussu [f] Helias discipulum Elizeum filium Saphat prophetam pro se vnctione sancta sacrauit. Sic pro sacrandis regibus instar sacerdotum prophetarumque præceptum Domini fuit, vt primo Regum Samueli sermo Dei factus est de inaugurando Saulem, eumque in regem per sacram vnctionem creando; [g] *Cras mittam virum ad te de terra Beniamin, & vnges eum ducem super populum meum Israel.* Cui propheta obediens. *Tulit lenticulam olei, & effudit super caput eius, & deosculatus est eum.* Simili Dei permotus imperio Helias vnxit in regem Syriæ Hasael, & Ieho in regem Israel, simul atque Dominum ista loquentem audiuit. [h] *Vnges Hasael in regem super Syriam, & Iehu filium, Namsi vnges regem super Israel.* Aliæ aliorum regum Israel, vt Dauidis vnctiones in scriptura notæ: vt istud nomen Christus non tam proprium, quam regiæ dignitatis potestatisque nuncupationem esse [i] Lactantius meritò credidit.

[a] Ca. duo sūt, dist. 96. Can. Principes 23. q. 5.

Comparatio 1. eorum dis militudine.

[b] Bald. in c. 1. Quis dicatus dux, Marchio &c.

[c] Text. in L. vnica in principio ff. ad legē Iuliam de ambitu.

Reges fideles nouo testamento, sicut veteri vnguntur instar Pōtificum.

S. Hieronym.

Vnctio regiæ potestatis apud Hebræos insigne.

[d] Psal. 104 v. 15.

[e] Leuit. c. 8.

[f] 3 Reg. c. 19. v. 16.

[g] 1 Reg. c. 10. v. 1.

[h] 3 Reg. c. 19. v. 15.

[i] Lactant. l. 4. instit. sact.

A Ex quibus apparet quam fuerit ab omni æuo grata Deo regum fidelium persona; quamque eorum dignitas maiestasque Deo iudice & ordinatore Pontificum, & sacrorum ecclesiæ principum sanctitati potestatique vicina, cognata cōformisque claruerit. Mitto ethnicos, apud quos persæpe vtraque dignitas sacerdotalis & regia in vno principe confœderabatur, iuxta illud Poëtæ.

Apud Ethnicos regia potestas quādoque iuncta sacerdotali coniuncta.

[k] *Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique sacerdos.*

[k] Æneid. l. 3.

Quam confœderationem vtriusque dignitatis [l] Persas minimè fuisse aspernatos legimus, quorū Reges imperium à sacerdotio non diuellebant. Sicut postea apud Romanos, vigente adhuc paganica dementia, imperatores, [m] vt Augustus aliique qui post eum imperii clauo affixi præfuerunt, imperatoriam maiestatem sacerdotalis Pōtificiæque B dignitatis societate decorare voluerunt. Sed vana ista me minimè morantur. Veri Dei cultores principes regesque solùm commemorare est animus; quorum dignitatem & potestatem, licet cognatam & sociam Ecclesiasticæ Pontificiæ, pro bono pacis temporalis & æternæ salutis animarum distinguere tamē placuit Christo Domino ab hac Ecclesiastica & spirituali, sicut hanc ab illa, vt quisque princeps vtriusque potestatis ita se intra suæ iurisdictionis territoriique fines includeret, vt neuter in socii sui limites vsurpatione illicita violēter irrumperet. Hoc Gelasius Papa Anastasio imperatori rerum ecclesiasticarum vsurpatori testatum his verbis esse voluit. [n] *Cum ad verum ventum est vltra sibi, nec imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen imperatorium vsurpauit. Quoniam idem mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, sic actibus* C *propriis, & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque discreuit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, nō humana superbia rursus in infernū demergi. vt & Christiani imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur.* Vtraque maiestas spiritualis & sæcularis vinculo charitatis adunata suos imperii potestatisque fines distinctos habet, quos iure Dei neutri prætetire licet, extraque vagari. Vtraque gladium iniquitatis transgressionisque vindicem, sed diuersum variumque suo modo possidet; illa spiritualem, hæc suæ sortis sæcularem: illa suum in animas conscientiasque ad conuersionem peccatorum, hæc suum in corpora fortunasque delinquentium iustè clementerque distringit. Quos gladios zelo iustitiæ inter se coniungere plurimum reip. prodest & ecclesiæ: istorum salutaris gladiorum societas ad gloriam & felicitatem principum vtriusque fori subditorumque D redundat. [o] *Fœlix princeps*, videlicet sæcularis, inquit magnus ille Petrus Damianus, insigne Cardinalitii decus & ornamentū, *si gladium regni cum gladio iungat sacerdotii, vt & gladius sacerdotis mitiget gladium regis, & gladius regis acuat gladium sacerdotis. Isti sunt duo gladii de quibus in Domini passione legitur: ecce duo gladii hic: & respondetur à Domino sufficit. Tunc enim regnum prouehitur, sacerdotium dilatatur, honoratur vtrumque, cum Domino prætaxata felici confœderatione iunguntur.* Pontificia, seu Ecclesiastica, & sęcularis seu Regis in eo conueniunt quod ambæ in publicū priuatumque bonum amicè conspirant, sed variū

[l] Persæ.

[m] Suet. in Augusto Rom.

Christus D. vtramque dominationem spiritualem & temporalem distinctam esse voluit, ne vna alterius fines pro bono pacis inuaderet.

[n] Con. cum ad verū dist. 96.

Comparatio 3. in vtriusque gladii, sed diuersi.

Vtriusque gladii spiritualis & materialis vnitio quam reip. & ecclesiæ salutaris.

[o] Per Damianus sermone. de dedicatione ecclesiæ.

Comparatio 4 eam dissimilitudinis qua vtraque conspirat in bonum sed variè & variam.

Potestas Pontificia vnò spiritualis, regia verò vnò temporalis & materialis appellatur.

a Vide Suarē l. 4 de legib. c. 1. Victoriā relect. 1. de potestate ecclesiæ. Bellarm l. 4. de summo Pontif. c. 15. & seq. A Castro l. 2. de lege pœnalis c. 4. Driedo l. 1. de libert. Christi. Ioan Canonicū inte ipretatio Rubric. de constitut. præsertim in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ & alios.

ac dissimile: illa in bonum spirituale æternumque à Deo creata deriuatur, hæc in temporale tantùm materialeque constituta reflectitur.[a] Ob eamque causam illa spiritualis & supernaturalis est, tam ratiooe finis, nempe felicitaus æternæ, quam mediorum, qoæ sunt velut obiectom & effectus buius potestatis: qualia sunt virtutes Christianæ, quibus sanctè pieque Deo seruiendo sempiterna vita comparatur. Hæc verò materialis & caduca, quod circa bonum materiale corporeom, interitui obnoxium occupata cernatur. Illa ditionis amplitudine hac longè diffusior & maior, quæ nullis locorum finibus terminisque coarctatur, nullis temporum interuallis spatiisque constringitur. Ipsa est regnum Christi quod vidit in raptu suo Daniel his verbis describens illud. *Et dedit ei*, scilicet filio hominis, qui dicitur Christus, *potestatem & honorem & regnum*, (nempe Pater æternus) *dierum antiquus*, ab illo Propheta nominatus, *& omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.*[b] Hoc regnum Christi Domini ecclesiam Catholicam Apostolicam & Romanam esse, cuius habenas Romanus Pontifex, vt summus omnium in spiritualibus fidelium Monarcha moderatur, quinam nisi Iudæus, Apostata, hæreticus ac schismaticus abominabiles inficiabuntur? De cuius Ecclesiasticæ Monarchiæ, ditionis spiritualis amplitudine stabilique duratione loquens Apostolus ista protulit.[c] *Prædicabitur Euangeliū omni creaturæ & plenitudo gentium intrabit, & tunc reliquiæ Israel saluæ fient.* Vtraque Monarchia hoc habet vt sit à Deo, sicut omnis potestas ordinata[d] ex Apostolo: sed cum hoe discrimine, vt spiritualis ab immediata diuinæ voluntatis ordinatione: temporalis verò nonnisi mediata interueniente gentium iure proficiscatur, & emanet. Ad cuius rei confirmationem S. Anacletom vniuersalis ecclesiæ pastorem omnibus Episcopis toto Christiano diffusis orbe sic loquentem diuinitus audiamos.[e] *Sacro-sancta, Romana & Apostolica ecclesia non ab Apostolis sed ab ipso Domino saluatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super vniuersas ecclesias, ac totum populi Christiani gregem assecuta est, sicut ipse B. Apostolo dixit, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cælorum.* At Regum & imperatorum institutio, licet, si boni sunt,[f] per Deū regnent, & legum conditores iusta decernant, nō tamen à Deo immediatè constituta creditur, sed eam ab hominum cætibus iure inter se, ratiooeq; sociatis factam creatamque Deus ipse probauit: & vt in posterum, principū rectè dominantium, legibus subditi populi parerent, sub pœna sempiternæ mortis imperauit. Hæ sunt ex pluribus aliis quæ breuitatis causa silentur, comparationes inter Monarchiam Pontificiam & Regiam; spiritualem & politicam: ex quibus cōfœderatio, magna inter vtramque conformitas, quæ debet esse, consurgit ad bene beateque viuendum: sicut dissimilitudines in his latentes comparationibus eminentiam dignitatis & excellentiæ supra sæcularem & laicam Maiestatis ecclesiasticæ manifesta demonstratione comprobant & arguunt.

Monarchia Ecclesiæ omnibus cognitis multis, ditionis amplitudine precellit.

b Daniel. c. 7. v. 14.

c Rom 11 v. 25

5. Comparatio eum dissimilitudine: vtraque à Deo, sed spiritualis immediatè: temporalis mediatè.

d Rom 13. v. 12.

e S. Anaclet. ad omnes Episcop. epist 3. c 3. Can. sacro sancta dist. 22

f Sapient. c. 5.

CAPVT II.

De spiritualis Monarchiæ præstantia supra secularem, deque subsidiis quibus ambæ illæ Monarchiæ se mutuo iuuant, pro salute fidelium.

1. *Præstantia hæc spiritualis supra temporalem rationibus diuersis ostenditur.*
2. *Mutuum auxilium & obsequium vtriusque Monarchiæ inter se.*
3. *Quantum plerumque prodest ecclesiæ gladius secularis, spirituali neglecto.*
4. *Auxilia quæ principes seculares præstant ecclesiæ, illis valde salutaria.*

ATQVE hæc quidem dignitas & excellentia spiritualis super secularem vt à Deo cordata ta & ordinata, sic ab omnibus semper fidelibus ingenuè credita, & religiosè effectibus est obseruata. Quam vt clarius perfectiusque recognoscamus, nobis ob oculos duas illas Monarchicas sublimitates potestatesque, Pontificalem & regiam proponere debemus velut duos illos Cherubun mutuò se in veteri lege respicientes, suis alis propitiatorium velantes: quorum alter vultum pulcherrimi iuuenis, alter formosissimæ cum castitatis verecondia puellæ faciem præ se ferebant, prout à[g] Rabino Salomone memoriæ proditum est. Ille Pontificiæ ecclesiasticæque Maiestatis atque sanctitatis; hic regiæ celsitudinis, Augustæque dignitatis Symbola viuis expressa coloribus exhibebāt. In quod mysterium magnus ille Iurisconsultorum peritissimus Bartholus respicere videbatur, cum *vtramque Monarchiam habere se instar fratris sororisque diceret*, qoorum animi fidelissima purissimaque dilectionis inter se naturalis conspiratione necterentur. Vnde sicut mas femella, vir muliere, frater sorore naturā præstantior esse solet, sic Pontificia maiestas Regiæ & imperatoriæ, dignitatis ordine, sic volente Deo, prælata iure optimo suspicitur & hoooratur. Quod eleganter & grauiter more suo[h] S. Chrysostomus illustrando dicebat. *Alij sunt termini regni, alij termini sacerdotij: Hoc regnum*, scilicet sacerdotium, illo scilicet temporali & regio sæculari, *maius est. Neque enim ex his quæ videntur hic declaratur rex: neque è gemmis illi affixis, neque ex auro quo amictus est, debet æstimari rex. Ille quidem ea quæ sunt in terris sortitus erat administranda: cæterum sacerdotij ius è supernis descendit: quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis. Regi ea quæ hic sunt cōmissa sunt, mihi cælestia. Mihi cum dico, sacerdotem intelligo.* Et quibusdam interpositis vt excellentiam sacerdotii spiritualisque potestatis super regna & dominationes terrenas exprimeret, addidit hæc varia inter vtramqoe potestatem discrimina.[i] *Regi corpora commissa sunt, sacerdoti animæ. Rex maculas corporum remittit, sacerdos maculas peccatorum: ille cogit, hic exhortatur: ille necessitate, hic consilio: ille habet arma sensibilia, hic arma spiri-*

g Rabi Salomon.

Conceptio de duobus Cherubim sorospicientibus mutuò.

h S. Chrysost. homil 4. de verbis Esaiæ.

Excellentia Monarchiæ spiritualis super temporalem patet ex diuersis vtriusque terminis & finibus.

Differentia inter regnum & sacerdotium.

i S. Chrysost. ibi.

A *enalia. Ille bellum gerit cum barbaris, mihi bellum est aduersus dæmones.* Iode concludit hoc pacto.[a] *Maior hic principatus: Propterea Rex caput submittit manni sacerdotis, & vbique in veteri scriptura sacerdotes inungebant reges.* Quod si tantus doctor, quia pastor animarum, se sine superbia Regibus imperatoribusque huius sæculi dignitate maiorem, & potestatis altioris amplitudine superiorem esse meritò gloriabatur, sicut cæteros sui similes Episcopos prælatosque principibus terræ maiores esse credebat, quantò maiorem sublimioremque cunctis Regibus terræ Romanum Pontificem sanctus ille doctor & pastor animarum esse iudicabat, qui pastorum omnium pastor prælatorumque Ecclesiæ princeps ac vertex à Christo Domino constitutus vniuersali gregi Dominico cum potestatis plenitudine, charitate Christiana sociatæ dominatur? Idem eloquentissimus, vt sanctissimus Pater alibi regiam potestatem dignitatemque cum sacerdotali Pontificiaque conferendo dicebat.[b] *Habens & terrestres vincali potestatem, sed corporum solùm. Id autem quod dico, sacerdotum vinculum ipsam etiam a- [illegible] contingit, atque ad cælos vsque peruadit: vsque adeò vt quæcumque infernè sacerdotes confecerint, illa eadem Deus supernè rata habeat: ac seruorum sententiam Dominus confirmet. Etenim quidnam hoc aliud esse dicas, nisi omnium rerum cælestium potestatem illis à Deo concessam?* Quam quidem agnoscens eminenter super alios Ecclesiæ pastores rectoresque animarum in Romano Pontifice imperator optimus Honorius, cum ad se Bonifacius Romanus Pontifex ista scripsisset.[c] *Honorium res humanas regere, suum verò sacerdotium Ecclesia Romanæ deputari;* tantùm abest vt eum hæc distinctio potestatis, exaltatioque dignitatis Pontificiæ super imperatoriam tantisper offenderit, quin potius hanc Pontificiam super suam ingenuè dignitatem agnoscens ad eundem Pontificem benignè humiliterque scripserit.[d] *Se scripta beatitudinis illius debita reuerentia congratulatione suscepisse, ac petere vt Apostolatus eius studiū ac votum suum quotidianis orationibus circa salutem imperij dignaretur impendere.* Hanc Pontificiam sacerdotalemque dignitatem super illam regum & imperatorum, & potestatem illis, sicut cæteris de grege Christi, cum summa charitate, quoad spiritualia, dominandi S. Clemens à S. Petro præceptore suo ac Domino didicerat, cum ita ad Episcopum rescripserit. *Quo circa stude Episcope, vt mundus purusque sis, locum tuum, dignitatemque tuam actionibus declara; vt pote qui exemplar Dei apud homines repræsentas præsidendo omnibus hominibus, sacerdotibus, regibus, Magistratibus, parentibus, filiis & pariter cunctis subiectis: ac sic quidem in ecclesia sede sermonem faciens, vt qui potestatem habeas iudicandi eos, qui peccarunt. Quoniam vobis Episcopis dictum est, quodcumque ligaueritis super terram erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueritis super terram erit solutum & in cælis. Quamuis enim in ordine potestatum secularium,* inquit Alensis, *nullus est maior rege vel imperatore, quemadmodum in ordine potestatum spiritualium nullus est maior Papa, tamen collatione facta potestatis spiritualis ad sæcularem, potestas spiritualis est super sæcularem, sicut spiritus est supra corpus: vnde*[e] *Hieremiæ 1. dicitur, ecce constitui te super gentes & regna &c.* Propterea S. Gregorius Nazianzenus ita sæcularibus præfectos tribunalibus, atque temporales principes alloquebatur.[f] *Suscipitis-ne libertatem verbi? Libenter accipitis, quod lex Christi sacerdotali vos subijcit potestati, atque istis tribunalibus subdit? Dedit enim & nobis potestatem: dedit & principatum multo perfectiorem principatibus vestris. An nunquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus carni, si à terrenis cælestia superentur, si diuinis præferantur humana?* Stephanus 6. cum Romæ anno 885. sederet, imperante in oriente Basilio, causas institutæ à Deo vtriusque Monarchiæ breuiter commemorans, talibus imperatorem illum verbis affatur. *Quo igitur pacto à Deo largitus es nobis, terrenis rebus præesse: ita etiam nos per principem Petrum spiritualibus rebus Deus præficit. Accipe, quæso te, benigna fronte quæ sequuntur.*[g] *Datum est tibi curare, vt tyrannorum feritatem & impietatem gladio potentiæ concidas; vt iustitiam ministres subditis tuis, vt leges condas, vt terra marique militares copias*

B *disponas. Hæc est præcipua cura potentiæ & principatus tui. Gregis cura verò nobis commissa est tantò præstantior quantò distant à cælo ea quæ in terris sunt, &c.* Illam verò dignitatum Pontificiæ ac Regiæ distinctionem, eminentiamque perfectionis Pōtificiæ super regiam vnctiones diuersæ variis in corporum locis vnctarum personarum factæ clara significatione repræsentant. Pontifex quippe in capite corporis parte nobiliore, Rex verò in humeris & brachiis capiti subseruientibus inungitur. Refert autem,[h] (inquit Innocētius 3.) *inter Pontificis & principis vnctionem, quia caput Pontificis chrismate consecratur, brachium verò principis oleo delinitur, vt ostendatur quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis & principis potestatem.* Hanc dignitatis Pontificiæ atque regiæ distinctionem alibi ipse Pontifex præclara similitudine à Sole & Luna deducta illustrando confirmat &

C astruit, hæc priori & rectoribus Tusciæ rescribens.[i] *Sicut vniuersitatis conditor Deus duo luminaria magna in firmamento cæli constituit, luminare maius vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti: sic ad firmamentum vniuersalis Ecclesiæ, quæ cæli nomine nuncupatur, duas magnas instituit dignitates, maiorem, quæ quasi diebus, animabus scilicet, præesset, & minorem quæ quasi noctibus præesset corporibus, quæ sunt Pontificalis auctoritas, & regalis potestas.* Quæ isto inter se fœdere sanctaque beneuolentia sociatæ esse debent, vt mutuū vtriusque ab hac reciproca charitate & fœdere auxiliū, defensio atque subuentio salutaris oriantur. Sic altera poscat opem hæc & coniuret amicè Constantinus cognomento Pogonatus imperator optimus, ecclesiæ afflictæ, multis agitatæ persecutionū fluctibus salutare opū auxiliūq; magna in illā charitate & honore procūbens obtulit: suppe-

D tiarū memor, quas ipse post cædē patris Constātis in balneo trucidati, sceleratis tyrānorū atq; rebelliū qui Metiū seu Mezentiū Armenum imperatorem creauerāt, conspirationibus oppressus à Vitaliano Papa, protinus acceperat: sicut in literis postea[k] ad Donum Pontificem rescriptis imperator ipse testatus est. Quàm appositè eleganterque mutua illa auxilia, quæ sibi ad inuicem Pontificia regiaque maiestates reciproca charitate propinare, subministrareque tenentur, magnus ille Cardinalis Damianus proposita, de pueri, vel infantis potius Ioas filij Ochoziæ Regis substractione, de manibus Athaliæ auiæ illius per Ioiadem Sacerdotem maximum historia significantur expressa! *Sciebat enim*, inquit de ma-

a Idem ibid.

b S Chrysost. L. 3 de sacerdatio.

c Bonifacii Papæ ad Honorium imp. Epist.

d Honorii imp. Epist ad Bonifacium Papam.

S. Clemens l. 2. Constit. c. 11.

Episcopi sanctitas commendatur, cum principibus terræ & populis quoad spiritualia præsidere debeat eius officio.

Alex. Alensis part 3 q. 40. memb. 2.

e Hierem. 1.

f S Greg Nazianz in orat. ad ciues Nazianzenos

[illegible] sanguinis plenos & magistratuum iratum.

f Can suscipitis dist. 10.

Ad quid à Deo data potestas imperatoria & Pontificia.

g Stephan 6. epist ad Basilium imp.

a *Demonstratio ex vnctionis Pontificiæ & regiæ diuersitate dignitas Pontificia supra regiam designatur.*

h L. 1. Decretal tit. 15 c. 1. § vnde in veteri testamento.

Dignitas Pontificia & regia se habent vt duo luminaria maius & minus.

i Innocent. 3. epi. ad priorē & rectores Tusciæ.

3. Pars. *Ambæ potestates mutuò se iuuant pro salute fidelium.*

Vitalianus Papa Constantino Pogonato imp. a tyrannis oppressis salutare tulit auxilium.

k Ep imperatoris Pogonati ad Papam Donum.

a Pet. Damianus epist. ad Annonem Colomeas. Episcop.

A gno illo Sacerdote loquens, *quod vtraque dignitas alterna inuicem vtilitatis est indigens, dum & Sacerdotium regni tuitione protegitur, & regnum Sacerdotalis officij sanctitate fulcitur. Sed quid mihi per sacræ lectionis seriem currere, nisi quia in te video eiusdem operis similitudinem nostro tempore conuenire? Seruasti, venerabilis Pater, relictum tuis manibus puerum:* [b] *firmasti regnum: restituisti pupillo paterni iuris imperium. Ad sacerdotium quoque manum tua prudentia prouinus extendisti, dum &* [c] *Parmensis bestiæ squamea colla Euangelici mucronis vigore præcidere, & Apostolicæ sedis Antistitem in sua dignitatis elaborasti solium reformare.* Atque vt principes Ecclesiæ ac pastores animarum spiritualibus auxiliis principes sæculi, eorumque populos maximè iuuant, sic terrenæ potestates Christianæ religioni fideliter mancipatæ materialis fortitudine gladij Ecclesiasticæ Monarchiæ, eiusque subditis spiritualia sortitis, vt fortiter ac meritoriè, sic gloriosè & fœliciter opitulantur, vt hæc Iuonis Carnotensis euidenter enuntiant: [d] *Reges Pontificibus indigent pro æternis, Pontifices regibus pro caducis & temporalibus.*

b Scil. Henricum 3. filiũ Henrici 2. Imp.

c Scil. Cadaloum Antipapam.

B Quoties enim (vt de auxilio Regum principumque sæcularium Ecclesiæ Christi propinato loquar) languentibus, elisis & elusis Ecclesiæ imperiis & potestatibus spiritualibus per improborum perditorumque hominum contumaciam, atque rebellionem, imperialis regiæque fortitudinis acies & vigor despectam auctoritatis Pontificiæ Sacerdotalisque maiestatem in pristinum splendorem, castigato contumacium impiorumque contemptu, reuocauit? Quod considerans sanctus Isidorus: [e] *Principes*, inquit, *sæculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, vt per eandem potestatem disciplinam*

d Iuo Carnot.

Quantum temporumque Ecclesiæ prodest gladium temporalem neglecto spirituali ab improbis & audacibus.

C *Ecclesiasticam muniant. Cæterum intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi vt quod non præualet Sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem.* Propter quod subiungit idem S. Doctor, [f] *Sæpe per regnum terrenum cæleste regnum proficit: vt qui intra Ecclesiam positi contra fidem & disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore principum conterantur: ipsamque disciplinam quam Ecclesiæ humilitas exercere non potest, ceruicibus superborum potestas principalis imponat: & vt venerationem mereatur, virtutem potestatis impertiat.* Quot peccatores in criminum suorum sordibus inueterati putrescerent, putridique morientes in peccatis suis in æternum perirent, nisi post contemptas spiritualis auctoritatis censuras, principatus sæcularis legum seueritate terrerentur? secus cur toties [g] Ecclesiastica iura ad

e Isidor. l. 3. sentent. de summo bono c. 53. Can. principes dist. 20.

f Ibid.

D sui protectionem contra impietatem, contumaciamque transgressorum, manum sæcularium principum, brachiumque flagitarent. Quamobrem Patres Concilij Toronensis 3. hoc salutare decretum ex S. Leonis doctrina petitum pro superborum rebelliumque, impunitatis spe delin-

g Cap. 5. perniciosa & ca. Quoniam de officio iudicis ordinarij l. 1. decretal. tit. 31.

A quentium conuersione ritè sanciuerunt, sancitumque publicari voluerunt. [h] *Incesti quoque, parricidæ, homicidæ multi apud nos reperiuntur, sed aliqui ex illis Sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus: quos oportet per sæcularis potentiæ disciplinam à tam praua consuetudine coërcere: qui per salutifera Sacerdotum monita noluerunt reuocari.* His auxiliis Ecclesiæ sanctæ præstitis à piorum principũ fortitudine potentiaque profectis, & à vera charitate, qua illi ardenter incenduntur imperatis, prospera multa contingunt & irrogantur: quibus principes illi viui defunctique gaudebunt. Nam præter sempiternæ gloriæ coronam, quæ illos manet in cœlo, centuplum in terra, prosperitatis nempe terrenæ, honorisque cumulum pacificè possidebunt: nec vlla à statu tranquillo, bonisq; fœcundo maximis eos aduersitatum tempestas deturbare valebit.

h S. Leo ex Concilio Toronensi 3. c. 41.

B Sicut experti sunt tres Siciliæ Reges Rogerius, VVilelmus primus & secũdus: de quibus hęc Innocentius 3. ad Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos, cæterosque clericos per regnum Siciliæ constitutos data epistola commemorabat: [i] *Nostis enim qualiter inclytæ recordationis Rogerius, VVilelmus primus & VVilelmus 2. Reges Siciliæ Illustres in Apostolicæ deuotionis ferè semper permanserint firmitate: qualiter prædecessores nostros fuerint humiliter venerati: Qualiter etiam in Ecclesia Rom. post Deum suæ spei posuerant, & gaudij fundamentum: & in ea, & per eam se crediderint exaltare: Nostis etiam qualiter prædecessores nostri Rom. Pontifices, Reges ipsos ac regnum Siciliæ quadam semper prærogatiua dilexerint, & ad augmentum ipsius, vtpote quod peculiare (sicuti est) & proprium reputabant, intenderint & quietem.*

Auxilia quæ Ecclesiæ principes sæculares præstant, valde illis prosunt.

i Epist. Innocent. 3. ad Archiepiscopos, Episcopos, prælatos, & clericos Siciliæ.

C At præter temporales prosperitates Ecclesia principibus piis æterna bona pro caducis acceptis, suis precibus & orationibus in cœlo congregat. Non immeritò Principes, Imperatores, mundique Reges, vt post temporales triomphos, honoresque fragiles ac lubricos stabili gloria consequentis æui potirentur, Romanis magnopere Pontificibus indigere [k] Nicolaus Papa, Michaëli Imperatori eius magno desiderio salutis inflammatus instanter sæpiusque paterna exhortatione suggerebat, vt Imperatorios fasces Ecclesiasticis monitis obediendo submittens, piè temporaliter imperando gaudia regni cœlestis æterna lucraretur. *Nolite*, inquit, *præiudicium Dei Ecclesiæ irrogare; Illa quippe nullum imperio vestro præiudicium infert, sed omne potius aufert:* at (vt audacius dicam, magnum hunc imitando pontificem, conuersus ad principes Christi subactos imperio) non damna, sed lucra laboriosè enixa pro vobis orando

Auxilium mutuum à Regibus Ecclesiæ, & à Pontificibus Rom. illorum regno præstitum.

k Nicolaus Papa epist. ad Michaelem Imp.

D profundit: non terreni pacem turbat imperij, sed cœlestis æternas gloriæ lauros vobis sua potẽter accumulando vota, precesque parturiendo securè parat & acquirit. Sed de his postea cumulatius.

Exhortatio breuis ad principes Christianos.



DE MONARCHIÆ VTRIVSQVE SACRO FOEDERE.

PARS QVARTA, NOVEM DISTINCTA LIBRIS.

IN QVA DE SANCTA ET AMICA VTRIVSQUE inter ſe Chriſtianæ Monarchiæ coniuratione, concordia, honoreque reciproco agitur: ſimul temporalis & æterna ab hac amica, ſanctaque concordia, & honore mutuo profecta felicitas, ſicut contra calamitates miſeriçque à diſſidio hanc ſanctiſſimam concordiam diſſoluente ſcaturientes copiosè narrantur.

LIBER PRIMVS.

VT SALVS ÆTERNA TEMPORALISQVE

pariatur, partaque inuiolato robore conſeruetur, ſpiritualia temporalibus, ſicut æterna caducis, & ſuperiora inferioribus praeſſe, & imperare debent; ſic ſacrum ſalutareque inter vtramque monarchiam fœdus tutò feliciterque ſeruatur. Cuius diſſolutio nonniſi diaboli opus eſt, modo tyrannorum infideliumque furore, modo hæreticorum dementia atrociter vtentis ad perturbandam non ſolùm hanc beatam ſanctamque Monarchiæ ſpiritualis & laicæ concordiam; ſed etiam per tales impios omnino, ſi poſsit, perfringendam.

CAPVT PRIMVM.

Ambæ Monarchiæ inter ſe comparantur cum appoſitis diſtinctionibus.

1. *Orbis Chriſtianus Pontificia & regia poteſtate gubernatur, diuerſo tamen modo.*
2. *Reges fideles noui teſtamenti ſicut veteris inſtar Pontificum vnguntur.*
3. *Vtraque poteſtas habet vſum gladij, ſed illa ſpiritualis, hæc materialis.*
4. *Vtraque in bonum priuatum & publicum conſpirat; illa in ſpirituale æternum præcipue, hæc in temporale & materiale.*
5. *Ambæ dominationes à Deo, licet ratione diuerſa.*

HACTENVS magnum materiarũ plurimarum, variorumque tractatuum mare, diuinæ miſericordiæ fulti præſidio, ſacroque cæleſtis gratiæ longiùs prouecti vẽto trãſnauimus; nondum tamen proſperum optatumq;

A portum niſi à longè reſpicimus. In quo ſuſceptorum meta laborum terminuſque firmetur, quouſque (quod totius operis ſuſcepti præcipuum eſt) de ſancta, ſalutari maximè vtriuſque Monarchiæ religionis Chriſtianæ, fideique catholicæ clauſæ limitibus, confœderatione, ſtabiliq; cõcordia pro ſalute bonorum contra amentiam perditorum ſedis Apoſtolicæ, totius eccleſiæ, ſimul & Reip. temporalis hoſtium libris pluribus copiosè fideliterque diſſeruerimus. Quam quidem concordiam fœduſque ſalutare in Chriſti charitate radicatum atque fundatum quanti à condito Franciæ regno Reges Chriſtianiſſimi, quanti vniuerſus Galliæ clerus; quanti magiſtratus altioribus iuſtitiæ ſubſellijs inſidentes; quanti generoſa huius regni nobilitas; quanti denique omnis vera Catholicæ religionis tinctura formoſus, puro fidei Chriſtianæ lumine non mediocriter illuſtratus populus, huic Chriſtianiſſimo ſubditus imperio fecerint: ſummus honor & amor,

Quid in hac poſtrema totius operis parte tractabitur, breuiter aperitur.

A ſumma reuerentia & obſequium verè filiale, quæ ſemper illi ſummis eccleſiæ principibus Chriſti Domini in terra vicariis Romanis Pontificibus religioſiſſimè detulerunt, libris huius partis vltimis euidentiſſimè demonſtrabunt. Atque vt ipſarum rerum in principio clarè iacta fundamẽta conſpiciantur, vniuerſum hunc mundum, quem Chriſtiana poſſidet religio, duplici poteſtate ſuprema Pontificis & regali gubernari proſperè ſacris conſentientes canonibus credere faterique debemus. Sic enim in eam rem Anaſtaſium imperatorem Papa Gelaſius alloquebatur, vt hanc illius animo confeſſionem veritatis inſtillaret. [a] *Duo ſunt quippe, imperator Auguſte, quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas: in quibus tantò grauius pondus eſt ſacerdotum quantò etiam pro ipſis regibus hominum in diuino ſunt reddituri examine rationem.*

Orbis Christianus pontificia & regia gubernatur potestate.

a Ca duo ſũt, diſt. 96. Can Principes 23 q. 5. 2. Comparatio cum d.ſo in lit- cudine.

B Eſtque vtraque hæc ſuprema poteſtas reliquarum ſubalternarum infimarumque radix, & origo, illuſtriorum iuris vtriuſque doctorum teſtimonio; qui propterea docent in politicis, [b] *Ad curam principis magiſtratuum creationem tantùm pertinere*, ſuam ſententiam imperatoria ciuilique [c] lege roborantes. Simili iure rationeqoe, vel certè maiori creatio, electio confirmatioque prælatorum atque paſtorum in Eccleſiaſtica ſacraque politia, ſummi eccleſiæ principis paſtoriſque œcumenici auctoritate approbationeque niti debent. Magna profectò Pontificis ac Regis fidelis Catholicique ſimilitudo, magna vtriuſque dignitatis confœderatio, ſacras regum ſuorum, id eſt fidelium, ſicut Pontificum Deus, licet gradu diſſimili dignitatis & vnctionis, vult eſſe perſonas. Vnctio regiæ poteſtatis, ſicut Pontificiæ, inſigne. Sacra hæc vnctio apud Hebræos, teſte S. Hieronymo, honoris excellentiæque regiæ nota erat.

b Bald. in c. 1. Quis dica- tur dux, Mar- chio &c

c Textu in L. vnica in prin- cipio ff. ad legẽ Iuliam de ambitu.

e Reges fideles noui teſtamenti, ſicut veteris vnguntur inſtar Pontificum.

S Hieronym.

C Propterea reges fideles atque Catholici à ſacra vnctione CHRISTI vocãtur: quos ideò Deus habet in delitiis, saluteque ſtabili firmat, vlturus eorum contemptores & oppreſſores magna ſuorum prophetarum voce in ſcripturis, vt omnes exaudiant, clamare non ceſſans. [d] *Nolite tangere Chriſtos meos*: ſicut ſacerdotes & prophetæ, ſic Reges in veteri lege Dei ordinatione oleo vncti ſacro inaugurabantur. In ſummum ſacerdotem Aaron fratrem Moyſes Dei iuſſu ſacri olei vnctione ſanctificat. [e] *Tulit Moyſis vnctionis oleum, quod fundens ſuper caput Aaron, vnxit eum & conſecrauit.* Eodem Dei iuſſo [f] Helias diſcipulum Elizeum filium Saphat prophetam pro ſe vnctione ſancta ſacrauit. Sic pro ſactandis regibos inſtar ſacerdotum prophetarumqoe præceptum Domini fuit, vt primo Regum Samoeli ſermo Dei factus eſt de inaugurando Saulem, eumque in regem per ſacram vnctionem creando; [g] *Cras mittam virum ad te de terra Beniamin, & vnges eum ducem ſuper populum meum Iſrael.* Cui propheta obediens. *Tulit lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius, & deoſculatus eſt eum.* Simili Dei permotus imperio Helias vnxit in regem Syriæ Haſael, & Ieho in regem Iſrael, ſimul atque Dominum iſta loquentem audiuit. [h] *Vnges Haſael in regem ſuper Syriam, & Iehu filium, Namſi vnges regem ſuper Iſrael.* Aliæ aliorum regum Iſrael, vt Dauidis vnctiones in ſcriptura notæ: vt iſtud nomen Chriſtus non tam propriom, quam regiæ dignitatis poteſtatiſque nuncupationem eſſe [i] Lactantius meritò credide-

Vnctio regia potestatis apud Hebraeos insigne.

d Pſal. 104 v. 15.

e Leuit. c. 8.

f 3 Reg. c. 19. v. 16.

g 1. Reg. c. 10. v. 1.

h 3 Reg. c. 19. v. 15.

i Lactant l. 4. inſtit. ſacr.

A rit. Ex quibus apparet quam fuerit ab omni æuo grata Deo regum fidelium perſona; quamque eorum dignitas maieſtaſque Deo iudice & ordinatore Pontificum, & ſacrorum eccleſiæ principum ſanctitati poteſtatique vicina, cognata cõſortiſque claruerit. Mitto ethnicos, apud quos perſæpe vtraque dignitas ſacerdotalis & regia in vno principe confœderabatur, iuxta illud Poëtæ.

> [k] *Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique ſacerdos.*

Apud Ethnicos regia potestas quandoque cum sacerdotali coniuncta.

k Æneid. l. 3.

Quam confœderationem vtriuſque dignitatis [l] Perſas minimè fuiſſe aſpernatos legimus, quorũ Reges imperium à ſacerdotio non diuellebant. Sicut poſtea apud Romanos, vigeote adhuc paganica dementia, imperatores, [m] vt Auguſtus aliique qui poſt eum imperii clauo affixi præfuerunt, imperatoriam maieſtatem ſacerdotalis Põ-

l Perſæ.

m Suet in Auguſto Roma.

B tificiæque dignitatis ſocietate decorare voluerunt. Sed vana iſta me minimè morantur. Veri Dei cultores principes regeſque ſolùm commemorare eſt animus; quorum dignitatem & poteſtatem, licet cognatam & ſociam Eccleſiaſticæ Pontificiæ, pro bono pacis temporalis & æternæ ſalutis animarum diſtinguere tamẽ placuit Chriſto Domino ab hac Eccleſiaſtica & ſpirituali, ſicut hanc ab illa, vt quiſque princeps vtrioſque poteſtatis ita ſe intra ſoæ iuriſdictionis territoriique fines includeret, vt neuter in ſocii ſui limites vſorpatione illicita violẽter irrumperet. Hoc Gelaſius Papa Anaſtaſio imperatori rerum eccleſiaſticarum vſurpatori teſtatum his verbis eſſe voluit. [n] *Cum ad verum ventum eſt vltra ſibi, nec imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen imperatorium vſurpauit. Quoniam idem mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, ſic actibus*

Christus D. vtramque dominationem spiritualem & temporalem distinctam esse voluit, ne vna alterius fines pro bono pacis inuaderet.

n Can. cum ad verũ diſt. 96.

C *proprijs, & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit, propria volens medicinali humilitate ſurſum efferri, nõ humana ſuperbia rurſus in inferniũ demergi. vt & Chriſtiani imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur.* Vtraque maieſtas ſpiritualis & ſæcularis vinculo charitatis adunata ſuos imperii poteſtatiſque fines diſtinctos habet, quos iure Dei neutri prætetire licet, extraque vagari. Vtraque gladium iniquitatis tranſgreſſioniſque vindicem, ſed diuerſum variumque ſuo modo poſſidet; illa ſpiritualem, hæc ſuæ ſortis ſæcularem: illa ſuum in animas conſcientiaſque ad conuerſionem peccatorum, hæc ſuum in corpora fortunaſque delinquentium iuſtè clementerque diſtringit. Quos gladios zelo iuſtitiæ inter ſe coniungere plurimum reip. prodeſt & eccleſiæ: iſtorum ſalutaris gladiorum ſocietas ad gloriam & felicitatem principum vtriuſque fori ſubditorumque redundat.

Comparatio in vsu gladij, sed diuersi.

Vtriusque gladij spiritualis & materialis vnitas quam reip. & ecclesiæ salutaris.

D [o] *Fœlix princeps*, videlicet ſæcularis, inquit magnus ille Petrus Damianus, inſigne Cardinalitii decus & ornamentũ, *ſi gladium regni cum gladio iungat ſacerdotij, vt & gladius ſacerdotis mitiget gladium regis, & gladius regis acuat gladium ſacerdotis. Iſti ſunt duo gladij de quibus in Domini paſſione legitur: ecce duo gladij hic: & reſpondetur à Domino ſufficit. Tunc enim regnum prouehitur, ſacerdotium dilatatur, honoratur vtrumque, cum Domino prætaxata fœlici confœderatione iunguntur.* Pontificia, ſeu Eccleſiaſtica, & ſæcularis ſeu Regis in eo conueniunt quod ambæ in publicũ priuatumque bonum amicè conſpirant, ſed variũ

o Pet Damianus ſermone 1. de dedicatione eccleſiæ.

Comparatio 4 cum dissimilitudine qua vtraque conspirat in bonum sed vario & varium.

Potestas Pontificia tue spiritualis, regia verò cur temporalis & materialis appellatur.

a Vide Suarẽ l. 4 de legib. c 1. Victoriã relect. 1. de potestate ecclesiæ. Bellarm l 4 de summo Pontif c 15. & seq A Castro l. 1. de lege pœnali c. 4. Dried. l 1. de libert. Christi Iuris Canonici interpretes in Rubric. de constitut. præsertim in cap Ecclesia sanctæ Mariæ & alios.

ac dissimile: illa in bonum spirituale æternumque à Deo ereata deriuatur, hæc in temporale tantùm materialeque constituta reflectitur.[a] Ob eamqoe causam illa spiritualis & supernaturalis est, tam ratione finis, nempe felicitatis æternæ, quam mediorum, quæ sunt velut obiectum & effectus huius potestatis: qualia sunt virtutes Christianæ, quibus sanctè pieque Deo seruiendo sempiterna vita comparatur. Hæc verò materialis & caduca, quod circa bonum materiale corporeum, interitui obnoxium occupata cernatur. Illa ditionis amplitudine hac longè diffusior & maior, quæ nullis locorum finibus terminisque coarctator, nullis temporum interuallis spatiisque constringitur. Ipsa est regnum Christi qood vidit in raptu suo Daniel his verbis describens illud. *Et dedit ei*, scilicet filio hominis, qui dicitur Christus, *potestatem & honorem & regnum*, (nempe Pater æternus) *dierum antiquus*, ab illo Propheta nominatus, *& omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.*[b] Hoc regnum Christi Domini ecclesiam Catholicam Apostolicam & Romanam esse, cuius habenas Romanus Pontifex, vt summus omnium in spiritualibus fidelium Monarcha moderatur, quinám nisi Iudæus, Apostata, hæreticus ac schismaticus abominabiles inficiabuntur? De cuius Ecclesiasticæ Monarchiæ, ditionis spiritualis amplitudine stabilique duratione loquens Apostolos ista protulit.[c] *Prædicabitur Euangeliũ omni creaturæ & plenitudo gentium intrabit, & tunc reliquiæ Israel saluæ fient.* Vtraque Monarchia hoc habet vt sit à Deo, sicut omnis potestas ordinata [d] ex Apostolo: sed cum hoc discrimine, vt spiritualis ab immediata diuinæ voluntatis ordinatione: temporalis verò nonnisi mediata interueniente gentium iure proficiscatur, & emaoet. Ad cuius rei confirmationem S. Anacletom vniuersalis ecclesiæ pastorem omnibus Episcopis toto Christiano diffusis orbe sic loquentem diuinitus audiamus.[e] *Sacro-sancta, Romana & Apostolica ecclesia non ab Apostolis sed ab ipso Domino saluatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super vniuersas ecclesias, ac totum populi Christiani gregem assecuta est, sicut ipse B. Apostolo dixit, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cælorum.* At Regum & imperatorum institutio, licet, si boni sunt,[f] per Deũ regnent, & legum conditores iusta decernant, nõ tamen à Deo immediatè constituta creditur, sed eam ab hominum cætibus iure inter se, rationeq; sociatis factam creatamque Deus ipse probauit: & vt in posterum, principũ rectè dominantium, legibus subditi populi parerent, sub pœna sempiternæ mortis imperauit. Hæ sunt ex pluribus aliis quæ breuitatis causa silentur, comparationes inter Monarchiam Pontificiam & Regiam; spiritualem & politicam: ex quibus cõfœderatio, magna inter vtramque conformitas, quæ debet esse, consurgit ad bene beateque viuendom: sicot dissimilitudines in his latentes comparationibus eminentiam dignitatis & excellentiæ supra sæcularem & laicam Maiestatis ecclesiasticæ manifesta demonstratione comprobant & arguunt.

Monarchia Ecclesiæ omnibus regnis mundi, ditionis amplitudine præcellit.

b Daniel. c. 7. v. 14.

c Rom 11 v 25

5. Comparatio cum dissimilitudine: vtraque à Deo, sed spiritualis immediatè: temporalis mediatè.

d Rom 13. v. 12.

e S. Anaclet. ad omnes Episcop. epist 3 c. 3. Can. sacro sancta dist. 22

f Sapient. c. 8.

A

CAPVT II.

De spiritualis Monarchiæ præstantia supra secularem, deque subsidiis quibus ambæ illę Monarchię se mutuo iuuant, pro salute fidelium.

1. *Præstantia hæc spiritualis supra temporalem rationibus diuersis ostenditur.*
2. *Mutuum auxilium & obsequium vtriusque Monarchiæ inter se.*
3. *Quantum plerumque prodest ecclesiæ gladius secularis, spirituali neglecto.*
4. *Auxilia quæ principes seculares præstant ecclesiæ, illis valde salutaria.*

B



TQVE hæc quidem dignitas & excellentia spiritualis super secularem vt à Deo co[ordinata] ta & ordinata, sic ab omnibus semper fidelibus ingenuè credita, & religiosè effectibus est obseruata. Quam vt clarius perfectiusque recognoscamus, nobis ob oculos duas illas Monarchicas sublimitates potestatesque, Pontificalem & regiam propoere debemus velut duos illos Cherubim mutuò se in veteri lege respicientes, suis alis propitiatorium velantes; quorum alter vultum pulcherrimi iuuenis, alter formosissimæ cum castitatis verecundia puellæ faciem præ se ferebant, prout à [g] Rabino Salomone memoriæ proditum est. Ille Pontificiæ ecclesiasticæqoe Maiestatis atque sanctitatis; hic regiæ celsitudinis, Augustæque dignitatis Symbola viuis expressa colotibos exhibebãt. In quod mysterium magnus ille Iurisconsultorum peritissimos Bartholus respicere videbatur, cum *vtramque Monarchiam habere se instar fratris sororisque diceret*, quorum animi fidelissima purissimaque dilectionis inter se naturalis conspiratione necterentur. Vnde sicut mas femella, vir muliere, frater sorore naturâ præstantior esse solet, sic Pontificia maiestas Regiæ & imperatoriæ, dignitatis ordine, sic volente Deo, prælata iure optimo suspicitur & hooratur. Quod eleganter & grauiter more suo [h] S. Chrysostomus illustrando dicebat. *Alij sunt termini regni, alij termini sacerdotij: Hoc regnum*, scilicet sacerdotium, illo scilicet temporali & regio sæculari, *maius est. Neque enim ex his quæ videntur hic declaratur rex: neque è gemmis illis affixis, neque ex auro quo amictus est, debet æstimari rex. Ille quidem ea quæ sunt in terris sortitus erat administranda: cæterum sacerdotij ius è supernis descendit: quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis. Regi ea quæ hic sunt cõmissa sunt, mihi cælestia. Mihi cum dico, sacerdotem intelligo.* Et quibusdam interpositis vt excellentiam sacerdotii spiritualisque potestatis super regna & dominationes terrenas exprimeret, addidit hæc varia ioter vtramqoe potestatem discrimina.[i] *Regi corpora commissa sunt, sacerdoti animæ. Rex maculas corporum remittit, sacerdos maculas peccatorum: ille cogit, hic exhortatur: ille necessitate, hic consilio: ille habet arma sensibilia, hic arma spiri-*

C

D

g Rabi Salomon.

Conceptio de duobus Cherubim se respicientibus mutuò.

h S. Chrysost. homil 4. de verbis Esaiæ.

Excellentia Monarchiæ spiritualis super temporalem patet ex diuersis vtriusque terminis & finibus.

Differentia inter regnum & sacerdotium.

i S. Chrysost. ibi.



DE MONARCHIÆ VTRIVSQVE SACRO FOEDERE.

PARS QVARTA, NOVEM DISTINCTA LIBRIS.

IN QVA DE SANCTA ET AMICA VTRIVSQVE inter se Christianæ Monarchiæ coniuratione, concordia, honoreque reciproco agitur: simul temporalis & æterna ab hac amica, sanctaque concordia, & honore mutuo profecta felicitas, sicut contra calamitates miseriæque à dissidio hanc sanctissimam concordiam dissoluente scaturientes copiosè narrantur.

LIBER PRIMVS.

VT SALVS ÆTERNA TEMPORALISQVE pariatur, partaque inuiolato robore conseruetur, spiritualia temporalibus, sicut æterna caducis, & superiora inferioribus praeesse, & imperare debent; sic sacrum salutareque inter vtramque monarchiam fœdus tutò feliciterque seruatur. Cuius dissolutio nonnisi diaboli opus est, modo tyrannorum infideliumque furore, modo hæreticorum dementia atrociter vtentis ad perturbandam non solùm hanc beatam sanctamque Monarchiæ spiritualis & laicæ concordiam; sed etiam per tales impios omnino, si possit, perfringendam.

CAPVT PRIMVM.

Ambæ Monarchiæ inter se comparantur cum appositis distinctionibus.

1. *Orbis Christianus Pontificia & regia potestate gubernatur, diuerso tamen modo.*
2. *Reges fideles noui testamenti sicut veteris instar Pontificum vnguntur.*
3. *Vtraque potestas habet vsum gladij, sed illa spiritualis, hæc materialis.*
4. *Vtraque in bonum priuatum & publicum conspirat; illa in spirituale æternum præcipue, hæc in temporale & materiale.*
5. *Amba dominationes à Deo, licet ratione diuersa.*

HACTENVS magnum materiarũ plurimarum, variorumque tractatuum mare, diuinæ misericordiæ fulti præsidio, sacroque cælestis gratiæ longiùs prouecti vẽto trãsnauimus; nondum tamen prosperum optatumq; A portum nisi à longè respicimus. In quo susceptorum meta laborum terminusque firmetur, quousque (quod totius operis suscepti præcipuum est) de sancta, salutari maximè vtriusque Monarchiæ religionis Christianæ, fideique catholicæ clausæ limitibus, confœdetatione, stabiliq; cõcordia pro salute bonorum cootra amentiam perditorum sedis Apostolicæ, totius ecclesiæ, simul & Reip. temporalis hostium libris pluribus copiosè fideliterque disseruerimus. Quam quidem concordiam fœdusque salutare in Christi charitate radicatum atque fundatum quanti à condito Franciæ regno Reges Christianissimi, quanti vniuersus Galliæ clerus, quanti magistratus altioribus iustitiæ subsellijs insidentes; quanti generosa huius regni nobilitas; quanti denique omnis vera Catholicæ religionis tinctura formosus, puro fidei Christianæ lumine non mediocriter illustratus populus, huic Christianissimo subditus imperio fecerint: summus honor & amor,

Quid in hac postrema totius operis parte tractabitur, breuiter aperitur.

A

summa reuerentia & obsequium verè filiale, quæ semper illi summia ecclesiæ principibus Christi Domini in terra vicariis Romanis Pontificibus religiosissimè detulerunt, libris huius partis vltimis euidentissimè demonstrabunt. Atque vt ipsarum rerum in principio clarè iacta fundamēta conspiciantur, vniuersum hunc mundum, quem Christiana possidet religio, duplici potestate suprema Pontificis & regali gubernari prosperè sacris consentientes canonibus credere fateríque debemus. Sic enim in eam rem Anastasium imperatorem Papa Gelasius alloquebatur, vt hanc illius animo confessionem veritatis instillaret. [a] *Duo sunt quippe, imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas: in quibus tantò grauius pondus est sacerdotum quantò etiam pro ipsis regibus hominum in diuino sunt reddituri examine rationem.*

Orbis Christianus pontificia & regia gubernatur potestate.

a Ca duo sūt, dist 96. Can Principes 23 q. 5.

2. Comparatio eorum dis in lassitudine.

B

Estque vtraque hæc suprema potestas reliquarum subalternarum infimarumque radix, & origo, illustriorum iuris vtriusque doctorum testimonio; qui propterea docent in politicis, [b] *Ad curam principis magistratuum creationem tantùm pertinere*, suam sententiam imperatoria ciuilique [c] lege roborantes. Simili iure rationeque, vel certè maiori creatio, electio confirmatioque prælatorum atque pastorum in Ecclesiastica sacraque politia, summi ecclesiæ principis pastorisque œcumenici auctoritate approbationeque niti debent. magna profectò Pontificis ac Regis fidelis Catholicique similitudo, magna vtriusque dignitatis confœderatio, sacras regum suorum, idest fidelium, sicut Pontificum Deus, licet gradu dissimili dignitatis & vnctionis, vult esse personas. Vnctio regiæ potestatis, sicut Pontificiæ, insigne. Sacra hæc vnctio apud Hebræos, teste S. Hieronymo, honoris excellentiæque regiæ nota erat. Propterea reges fideles atque Catholici à sacra vnctione CHRISTI vocātur: quos ideò Deus habet in delitiis, saluteque stabili firmat, vlturus eorum contemptores & oppressores magna suorum prophetarum voce in scripturis, vt omnes exaudiant, clamare non cessans. [d] *Nolite tangere Christos meos*: sicut sacerdotes & prophetæ, sic Reges in veteri lege Dei ordinatione oleo vncti sacro inaugurabantur. In summum sacerdotem Aaron fratrem Moyses Dei iussu sacri olei vnctione sanctificat. [e] *Tulit Moyses vnctionis oleum, quod fundens super caput Aaron, vnxit eum & consecrauit.* Eodem Dei iussu [f] Helias discipulum Elizeum filium Saphat prophetam pro se vnctione sancta sacrauit. Sic pro sacrandis regibus instar sacerdotum prophetarumque præceptum Domini fuit, vt primo Regum Samueli sermo Dei factus est de inaugurando Saulem, eumque in regem per sacram vnctionem creando; [g] *Cras mittam virum ad te de terra Beniamin, & vnges eum ducem super populum meum Israel.* Cui propheta obediens. *Tulit lenticulam olei, & effudit super caput eius, & deosculatus est eum.* Simili Dei permotus imperio Helias vnxit in regem Syriæ Hasael, & Iehu in regem Israel, simul atque Dominum ista loquentem audiuit. [h] *Vnges Hasael in regem super Syriam, & Iehu filium, Namsi vnges regem super Israel.* Aliæ aliorum regum Israel, vt Dauidis vnctiones in scriptura notæ: vt istud nomen Christus non tam proprium, quam regiæ dignitatis potestatisque nuncupationem esse [i] Lactantius meritò credide-

b Baldus in c. 1. Quis dica tur dux, Marchio &c

c Textus in L. vnica in principio ff. ad legē Iuliam de ambitu.

2. Reges fideles noui testamenti, sicut veteris vnguntur instar Pontificum.

C

S Hieronym.

Vnctio regiæ potestatis apud Hebræos insigne.

d Psal. 104 v. 15.

e Leuit. c. 8.

f 3 Reg. c. 19. v. 16.

g 1. Reg. c. 10. v. 1.

D

h 3 Reg. c. 19. v. 15.

i Lactant l. 4. instit. sacr.

A

rit. Ex quibus apparet quam fuerit ab omni æuo grata Deo regum fidelium persona; quamque eorum dignitas maiestasque Deo iudice & ordinatore Pontificum, & sacrorum ecclesiæ principum sanctitati potestatique vicina, cognata cō suetudine, suetisque claruerit. Mitto ethnicos, apud quos persæpe vtraque dignitas sacerdotalis & regia in vno principe confœderabatur, iuxta illud Poëtæ.

> [k] *Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique sacerdos.*

Apud Ethnicos regia potestas quādoque cum sacerdotali coniuncta.

k Æneid. l. 3.

Quam confœderationem vtriusque dignitatis [l] Persas minimè fuisse aspernatos legimus, quorū Reges imperium à sacerdotio non diuellebant. Sicut postea apud Romanos, vigente adhuc paganica dementia, imperatores, [m] vt Augustus aliique qui post eum imperii clauo affixi præfuerunt, imperatoriam maiestatem sacerdotalis Pōtificiæque dignitatis societate decorare voluerunt. Sed vana ista me minimè morantur. Veri Dei cultores principes regesque solùm commemorare est animus; quorum dignitatem & potestatem, licet cognatam & sociam Ecclesiasticæ Pontificiæ, pro bono pacis temporalis & æternæ salutis animarum distinguere tamē placuit Christo Domino ab hac Ecclesiastica & spirituali, sicut hanc ab illa, vt quisque princeps vtriusque potestatis ita se intra suæ iurisdictionis territorique fines includeret, vt neuter in socii sui limites vsurpatione illicita violēter irrumperet. Hoc Gelasius Papa Anastasio imperatori rerum ecclesiasticarum vsurpatori testatum his verbis esse voluit. [n] *Cum ad verum ventum est vltra sibi, nec imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen imperatorium vsurpauit. Quoniam idem mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, sic actibus propriis, & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque discreuit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, nō humana superbia rursus in infernū demergi. vt & Christiani imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur.* Vtraque maiestas spiritualis & sæcularis vinculo charitatis adunata suos imperii potestatisque fines distinctos habet, quos iure Dei neutri præterire licet, extraque vagari. Vtraque gladium iniquitatis transgressionisque vindicem, sed diuersum variumque suo modo possidet; illa spiritualem, hæc suæ sortis sæcularem: illa suum in animas conscientiasque ad conuersionem peccatorum, hæc suum in corpora fortunasque delinquentium iustè clementerque distringit. Quos gladios zelo iustitiæ inter se coniungere plurimum reip. prodest & ecclesiæ: istorum salutaris gladiorum societas ad gloriam & felicitatem principum vtriusque fori subditorumque redundat. [o] *Fœlix princeps*, videlicet sæcularis, inquit magnus ille Petrus Damianus, insigne Cardinalitii decus & ornamentū, *si gladium regni cum gladio iungat sacerdotii, vt & gladius sacerdotis mitiget gladium regis, & gladius regis acuat gladium sacerdotis. Isti sunt duo gladii de quibus in Domini passione legitur: ecce duo gladii hic: & respondetur à Domino sufficit. Tunc enim regnum prouehitur, sacerdotium dilatatur, honoratur vtrumque, cum Domino prætaxata felici confœderatione iunguntur.* Pontificia, seu Ecclesiastica, & sæcularis seu Regia in eo conueniunt quod ambæ in publicū priuatumque bonum amicè conspirant, sed variū

l Persæ.

m Suet in Augusto Roma.

B

Christus D. vtramque dominationem spiritualem & temporalem distinctam esse voluit, ne vna alterius fines pro bono pacis inuaderet.

n Can cum ad verū dist. 96.

C

Comparatio 3. in vi gladii, sed diuersi.

Vtriusque gladii spiritualis & materialis vnitas quam reip. & ecclesiæ salutaris.

D

o Per Damianus sermone 1. de dedicatione ecclesiæ.

Comparatio 4 tum dissimilitudine qua vtraque conspirat inbonum sed variè & varium.

A ac dissimile: illa in bonom spirituale æternumqoe à Deo creata deriuatur, hæc in temporale tantùm materialeque constituta reflectitur.[a] Ob eamque causam illa spiritualis & supernaturalis est, tam ratione finis, nempe felicitatis æternæ, quam mediorum, quæ sunt velut obiectum & effectus buios potestatis: qualia sunt virtutes Christianæ, quibus sanctè pieque Deo seruiendo sempiterna vita comparatur. Hæc verò materialis & caduca, quod circa bonum materiale corporeom, interitui obnoxium occupata cernatur. Illa ditionis amplitudine hac longè diffusior & maior, quæ nullis locorum finibus terminisque coarctatur, nullis temporum interuallis spatiisqoe constringitur. Ipsa est regnum Christi B quod vidit in raptu suo Daniel his verbis describens illod. *Et dedit ei*, scilicet filio bominis, qui dicitur Christus, *potestatem & bonorem & regnum*, (nempe Pater æternus) *dierum antiquus*, ab illo Propheta nominatus, *& omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.*[b] Hoc regnum Christi Domini ecclesiam Catholicam Apostolicam & Romaoam esse, cuius habenas Romanus Pootifex, vt summus omnium in spiritualibus fidelium Mooarcha moderatur, quinam nisi Iudæus, Apostata, hæreticus ac schismaticos abominabiles inficiabuntur? De cuius Ecclesiasticæ Monarchiæ, ditionis spiritualis amplitudine stabilique duratione loqoens Apostolus ista protulit.[c] *Prædicabitur Euangeliũ omni creaturæ & plenitudo gentium intrabit, & tunc reliquiæ Israel saluæ fient.* Vtraque Monarchia hoc habet vt sit à Deo, sicut omnis potestas ordinata C [d] ex Apostolo: sed cum hoc discrimine, vt spiritualis ab immediata diuinæ voluntatis ordinatione: temporalis verò nonnisi mediata interueniente gentium iure proficiscatut, & emanet. Ad cuius rei confirmationem S. Anacletum vniuersalis ecclesiæ pastorem omnibus Episcopis toto Christiano diffusis orbe sic loquentem diuinitus audiamus.[e] *Sacro-sancta, Romana & Apostolica ecclesia non ab Apostolis sed ab ipso Domino saluatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super vniuersas ecclesias, ac totum populi Christiani gregem assecuta est, sicut ipse B. Apostolo dixit, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cælorum.* At Regum & imperatorum institutio, licet, si boni sunt,[f] per Deũ regnent, & legum conditores iusta decernant, nõ tamen à Deo immediatè constituta creditur, sed D eam ab hominum cœtibus iure inter se, rationeq; sociatis factam creatamque Deus ipse probauit: & vt in posterum, principũ rectè dominantiom, legibus subditi populi parerent, sub pœna sempiternæ mortis imperaoit. Hæ sunt ex pluribus aliis quæ breuitatis causa silentur, comparationes inter Monarchiam Pontificiam & Regiam; spiritualem & politicam: ex quibus cõfœderatio, magna inter vtramqoe conformitas, quæ debet esse, consorgit ad bene beateque viuendum: sicut dissimilitudines in his latentes comparationibus eminentiam dignitatis & excellentiæ supra sæcularem & laicam Maiestatis ecclesiasticæ manifesta demonstratione comprobant & arguunt.

Potestas Pontificia cur spiritualis, regia verò cur temporalis & materialis appellatur.

a Vide Suarẽ l. 4 de legib. c. 1. Victoriã relect. 1. de potestate ecclesiæ. Bellarm l. 4 de summo Pontif c. 15. & seq A Castro l. 1. de lege pœnalic. 4. Dried. l. 1. de libert. Christi Iuris Canonici interpretes in Rubric. de constitut præsertim in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ & alios.

Monarchia Ecclesiæ omnibus regnis mũdi, ditionis amplitudine præcellit.

b Daniel. c. 7. v. 14.

c Rom 11 v 25

g. Comparatio cum dissimilitudine: vtraque à Deo, sed spiritualis immediatè: temporalis mediatè.

d Rom 13. v. 12.

e S. Anaclet. ad omnes Episcop. epist 3 c 3. Can. sacro sancta dist. 22

f Sapient. c 8.

CAPVT II.

De spiritualis Monarchiæ præstantia supra secularem, deque subsidiis quibus ambæ illę Monarchię se mutuo iuuant, pro salute fidelium.

1. *Præstantia hæc spiritualis supra temporalem rationibus diuersis ostenditur.*
2. *Mutuum auxilium & obsequium vtriusque Monarchia inter se.*
B
3. *Quantum plerumque prodest ecclesiæ gladius secularis, spirituali neglecto.*
4. *Auxilia quæ principes seculares præstant ecclesiæ, illis valde salutaria.*

ATQVE hæc quidem dignitas & excellentia spiritualis super secularem vt à Deo constitu-ta & ordinata, sic ab omnibus semper fidelibus ingenoè credita, & religiosè effectibus est obseruata. Quam vt clarius perfectiusque recognoscamus, nobis ob oculos duas illas Monarchicas sublimitates potestatesque, Pontificalem & regiam proponere debemus velut duos illos Cherubim mutuò se in veteri lege respicientes, suis alis propitiatorium velantes: C quorum alter vultum pulcherrimi iuuenis, alter formosissimæ cum castitatis verecundia puellæ faciem præ se ferebant, prout à [g] Rabino Salomone memoriæ proditum est. Ille Pontificiæ ecclesiasticæqoe Maiestatis atque sanctitatis; hic regiæ celsitudinis, Augustæque dignitatis Symbola viuis expressa coloribus exhibebãt. In quod mysterium magnus ille Iurisconsultorum peritissimus Bartholus respicere videbatur, cum *vtramque Monarchiam habere se instar fratris sororisque diceret*, qootum animi fidelissima purissimaque dilectionis inter se naturalis conspiratione necterentur. Vnde sicut mas femella, vir muliere, frater sorore naturâ præstantior esse solet, sic Pontificia maiestas Regiæ & imperatoriæ, dignitatis ordine, sic volente Deo, prælata iure optimo suspicitur & honoratur. Quod eleganter & grauiter more suo [h] S. Chrysostomus illustrando dicebat. *Alij sunt termini regni, alij termini sa-* D *cerdotij: Hoc regnum*, scilicet sacerdotium, illo scilicet temporali & regio sæculari, *maius est. Neque enim ex his quæ videntur hic declaratur rex: neque è gemmis illi affixis, neque ex auro quo amictus est, debet æstimari rex. Ille quidem ea quæ sunt in terris sortitus erat administranda: cæterum sacerdotij ius è supernis descendit: quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis. Regi ea quæ hic sunt cõmissa sunt, mihi cælestia. Mihi cum dico, sacerdotem intelligo.* Et quibusdam interpositis vt excellentiam sacerdotii spiritualisque potestatis super regna & domioationes terrenas exprimeret, addidit hæc varia inter vtramque potestatem discrimina.[i] *Regi corpora commissa sunt, sacerdoti animæ. Rex maculas corporum remittit, sacerdos maculas peccatorum: ille cogit, hic exhortatur: ille necessitate, hic consilio: ille habet arma sensibilia, hic arma spiri-*

g Rabi Salomon.

Conceptio de duobus Cherubim se respicientibus mutuò.

h S. Chrysost. humil 4. de verbis Esaiæ.

Excellentia Monarchia spiritualis super temporalem patet ex diuersis vtriusque terminis & finibus.

Differentia inter regnum & sacerdotium.

i S. Chrysost. ibi.

a Idem ibid.

tualia. Ille bellum gerit cum barbaris, mihi bellum est aduersus dæmones. Iode concludit hoc pacto. [a] *Maior hic principatus: Propterea Rex caput submittit manus sacerdotis, & vbique in veteri scriptura sacerdotes inungebant reges.* Quod si tantus doctor, quia pastor animarum, se sine superbia Regibus imperatoribusque huius sæculi dignitate maiorem, & potestatis altioris amplitudine superiorem esse meritò gloriabatur, sicut cæteros sui similes Episcopos prælatosque principibus terræ maiores esse credebat, quantò maiorem sublimioremque cunctis Regibus terræ Romanum Pontificem sanctus ille doctor & pastor animarum esse iudicabat, qui pastorum omnium pastor prælatorumque Ecclesiæ princeps ac vertex à Christo Domino constitutus vniuersali gregi Dominico cum potestatis plenitudine, charitate Christiana sociatæ dominatur? Idem eloquentissimus, vt sanctissimus Pater alibi regiam potestatem dignitatemque cum sacerdotali Pontificiaque conferendo dicebat. [b] *Habens & terrestres vinculi potestatem, sed corporum solùm. Id autem quod dico, sacerdotum vinculum ipsam etiam a-* [illegible]*contingit, atque ad cælos vsque peruadit: vsque adeò vt quæcumque infernè sacerdotes confecerint, illa eadem Deus supernè rata habeat: ac seruorum sententiam Dominus confirmet. Etenim quidnam hoc aliud esse dicas, nisi omnium rerum cælestium potestatem illis à Deo concessam?* Quam quidem agnoscens eminenter super alios Ecclesiæ pastores rectoresque animarum in Romano Pontifice imperator optimus Honorius, cum ad se Bonifacius Romanus Pontifex ista scripsisset. [c] *Honorium res humanas regere, suum verò sacerdotium Ecclesiæ Romanæ deputari*; tantùm abest vt eum hæc distinctio potestatis, exaltatioque dignitatis Pontificiæ super imperatoriam tantisper offenderit, quin potius hanc Pontificiam super suam ingenuè dignitatem agnoscens ad eundem Pontificem benignè humiliterque scripserit. [d] *Se scripta beatitudinis illius debita reuerentia congratulatione suscepisse, ac petere vt Apostolatus eius studiũ ac votum suum quotidianis orationibus circa salutem imperij dignaretur impendere.* Hanc Pontificiam sacerdotalemque dignitatem super illam regum & imperatorum, & potestatem illis, sicut cæteris de grege Christi, cum summa charitate, quoad spiritualia, dominandi S. Clemens à S. Petro præceptore suo ac Domino didicerat, cum ita ad Episcopum rescripserit. *Quo circa stude Episcope, vt mundus purusque sis, locum tuum, dignitatemque tuam actionibus declara; vt pote qui exemplar Dei apud homines repræsentas præsidendo omnibus hominibus, sacerdotibus, regibus, Magistratibus, parentibus, filiis & pariter cunctis subiectis: ac sic quidem in ecclesia sede sermonem faciens, vt qui potestatem habeas iudicandi eos, qui peccarunt. Quoniam vobis Episcopis dictum est, quodcumque ligaueritis super terram erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueritis super terram erit solutum & in cælis. Quamuis enim in ordine potestatum secularium,* inquit Alensis, *nullus est maior rege vel imperatore, quemadmodum in ordine potestatum spiritualium nullus est maior Papa, tamen collatione facta potestatis spiritualis ad secularem, potestas spiritualis est super secularem, sicut spiritus est supra corpus: vnde* [e] *Hieremiæ 1. dicitur, ecce constitui te super gentes & regna &c.* Propterea S. Gregorius Nazianzenus ita sæcularibus præfectos tribunalibus, atque tem-

b S. Chrysost. l. 3. de sacerdotio.

c Bonifacii Papæ ad Honorium imp. Epist.

d Honorii imp. Epist ad Bonifacium Papam.

S. Clemens l. 2 Constit. c. 12.

Episcopi sanctitas commendatur, cum principibus terræ & populis quoad spiritualia præsidere debeant ex officio.

Alex Alensis part 3 q. 40. memb. 2.

e Hierem. 1.
f S Greg Nazianz in orat. ad ciues Nazianzenos

A porales principes alloquebatur. [f] *Suscipitisne libertatem verbi? Libenter accipitis, quod lex Christi sacerdotali vos subijcit potestati, atque istis tribunalibus subdit? Dedit enim & nobis potestatem: dedit & principatum multo perfectiorem principatibus vestris. Aut nunquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus carni, si à terrenis cælestia superentur, si diuinis præferantur humana?* Stephanus 6. cum Romæ anno 885. sederet, imperante in oriente Basilio, causas institutæ à Deo vtriusque Monarchiæ breuiter commemorans, talibus imperatorem illum verbis affatur. *Quo igitur pacto à Deo largitus es nobis, terrenis rebus præesse: ita etiam nos per principem Petrum spiritualibus rebus Deus præficit. Accipe, quæso te, benigna fronte quæ sequuntur.* [g] *Datum est tibi curare, vt tyrannorum feritatem & impietatem gladio potentiæ concidas; vt iustitiam ministres subditis tuis, vt leges condas, vt terra marique militares copias*
B *disponas. Hæc est præcipua cura potentiæ & principatus tui. Gregis cura verò nobis commissa est tantò præstantior quantò distant à cælo ea quæ in terris sunt, &c.* Illam verò dignitatum Pontificiæ ac Regiæ distinctionem, eminentiamque perfectionis Pontificiæ super regiam vnctiones diuersæ variis in corporum locis vnctarum personarum factæ clara significatione repræsentant. Pontifex quippe in capite corporis parte nobiliore, Rex verò in humeris & brachiis capiti subseruientibus inungitur. Refert autem, [h] (inquit Innocẽtius 3.) *inter Pontificis & principis vnctionem, quia caput Pontificis chrismate consecratur, brachium verò principis oleo delinitur, vt ostendatur quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis & principis potestatem.* Hanc dignitatis Pontificiæ atque regiæ distinctionem alibi ipse Pontifex præclara similitudine à Sole & Luna deducta illustrando confirmat &
C astruit, hæc priori & rectoribus Tusciæ rescribens. [i] *Sicut vniuersitatis conditor Deus duo luminaria magna in firmamento cæli constituit, luminare maius vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti: sic ad firmamentum vniuersalis Ecclesiæ, quæ cæli nomine nuncupatur, duas magnas instituit dignitates, maiorem, quæ quasi diebus, animabus scilicet, præesset, & minorem quæ quasi noctibus præesset corporibus, quæ sunt Pontificalis auctoritas, & regalis potestas.* Quæ isto inter se fœdere sanctaque beneuolentia sociatæ esse debent, vt motuũ vtriusque ab hac reciproca charitate & fœdere auxiliũ, defensio atque subuentio salutaris oriantur. Sic altera poscat opem hæc & coniuret amicè Constantinus cognomento Pogonatus imperator optimus, ecclesiæ afflictæ, multis agitatæ persecutionũ fluctibus salutarẽ opẽ auxiliũq; magna in illã charitate & honore procũbens obtulit: suppe-
D tiarũ memor, quas ipse post cædẽ patris Constãtis in balneo trucidari, scelerati tyrãnorũ atq; rebelliũ qui Metiũ seu Mezentiũ Armenum imperatorem creauerãt, conspirationibus oppressus à Vitaliano Papa, protinus acceperat: sicut in literis postea [k] ad Donum Pontificem rescriptis imperator ipse testatus est. Quàm appositè eleganterque mutua illa auxilia, quæ sibi ad inuicem Pontificia regiaque maiestates reciproca charitate propinare, subministrareque tenentur, magnus ille Cardinalis Damianus proposita, de pueri, vel infantis potius Ioas filij Ochoziæ Regis substractione, de manibus Athaliæ auiæ illius per Ioiadem Sacerdotem maximum historia significauit expressa? *Sedebat enim*, inquit de ma-

Iagnoris plenos & magistratuum iratum.
f Can suscipitis dist. 10.

Ad quid à Deo data potestas imperatoria & Pontificia.

g Stephan 6. epist ad Basilium imp.

a Demonstratio ex vnctione Pontificia & regia diuersitate dignitas Pontificia supra regiam designatur.

h L. 1. Decretal tit. 15 c. 1. § vnde in veteri testamento.

Dignitas Pontificia & regia se habent vt duo luminaria maius & minus.

i Innocent. 3. epi. ad priorẽ & rectores Tusciæ.

3. Pars. Ambæ potestates mutuò se iuuant pro salute fidelium

Vitalianus Papa Constantino Pogonato imp. a tyrannis oppresso salutare tulit auxilium.

k Ep imperatoris Pogonati ad Papam Donum.

a Pet. Damianus epist. ad Annonem Coloniens. Episcop.

A gno illo Sacerdote loquens, *quod vtraque dignitas alterna inuicem vtilitatis est indigens, dum & Sacerdotium regni tuitione protegitur, & regnum Sacerdotalis officij sanctitate fulcitur. Sed quid mihi per sacræ lectionis seriem currere, nisi quia in te video eiusdem operis similitudinem nostro tempore conuenire? Seruasti, venerabilis Pater, relictum tuis manibus puerum:* [b] *firmasti regnum: restituisti pupillo paterni iuris imperium. Ad sacerdotium quoque manum tua prudentiæ protinus extendisti, dum &* [c] *Parmensis bestiæ squamea colla Euangelici mucronis vigore præcidere, & Apostolicæ sedis Antistitem in suæ dignitatis elaborasti solium reformare.* Atque vt principes Ecclesiæ ac pastores animarum spiritualibus auxiliis principes sæculi, eorumque populos maximè iuuant, sic terrenæ potestates Christianæ religioni fideliter mancipatæ materialis fortitudine gladij Ecclesiasticæ Monarchiæ, eiusque subditis spiritualia sortitis, vt fortiter ac meritoriè, sic gloriosè & fœliciter opitulantur, vt hæc Iuonis Carnotensis euidenter B enuntiant: [d] *Reges Pontificibus indigent pro æternis, Pontifices regibus pro caducis & temporalibus.* Quoties enim (vt de auxilio Regum principumque sæcularium Ecclesiæ Christi propinato loquar) languentibus, elisis & elosis Ecclesiæ imperiis & potestatibus spiritualibus per improborum perditorumque hominum contumaciam, atque rebellionem, imperialis regiæque fortitudinis acies & vigor despectam auctoritatis Pontificiæ Sacerdotalisque maiestatem in pristinum splendorem, castigato contumacium impiorumque contemptu, reuocauit? Quod considerans sanctus Isidorus: [e] *Principes, inquit, sæculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatis adepta culmina tenent, vt per eandem potestatem disciplinam* C *Ecclesiasticam muniant. Cæterum intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi vt quod non præualet Sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem.* Propter quod subiungit idem S. Doctor, [f] *Sæpe per regnum terrenum cœleste regnum proficit: vt qui intra Ecclesiam positi contra fidem & disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore principum conterantur: ipsamque disciplinam quam Ecclesiæ humilitas exercere non potest, ceruicibus superborum potestas principalis imponat: & vt venerationem mereatur, virtutem potestatis impertiat.* Quot peccatores in criminum suorum sordibus inueterati putrescerent, putridique morientes in peccatis suis in æternum perirent, nisi post contemptas spiritualis auctoritatis censuras, principatus sæcularis legum seueritate terrerentur? secus cur toties [g] Ecclesiastica iura ad D sui protectionem contra impietatem, contumaciamque transgressorum, manum sæcularium principum, brachiumque flagitarent. Quamobrem Patres Concilij Turonensis 3. hoc salutare decretum ex S. Leonis doctrina petitum pro superborum rebelliumque, impunitatis spe delinquentium conuersione ritè sanciuerunt, sancitumque publicari voluerunt. [h] *Incestuosi, parricidæ, homicidæ multi apud nos reperiuntur, sed aliqui ex illis Sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus: quos oportet per sæcularis potentiæ disciplinam à tam praua consuetudine coercere: qui per salutifera Sacerdotum monita noluerunt reuocari.* His auxiliis Ecclesiæ sanctæ præstitis à piorum principũ fortitudine potentiaque profectis, & à vera charitate, qua illi ardenter incenduntur impertitis, prospera multa contingunt & irrogantur: quibus principes illi viui defunctique gaudebunt. Nam præter sempiternæ gloriæ coronam, quæ illos manet in cœlo, centuplum in terra, prosperitatis nempe terrenæ, honorisque cumulum pacificè possidebunt: nec vlla à statu tranquillo, bonisq; fœcundo maximis eos aduersitatum tempestas deturbare valebit. Sicut experti sunt tres Siciliæ B Reges Rogerius, VVilelmus primus & secũdus: de quibus hęc Innocentius 3. ad Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos, cæterosque clericos per regnum Siciliæ constitutos data epistola commemorabat: [i] *Nostis enim qualiter inclytæ recorda[illegible] nis Rogerius, VVilelmus primus & VVilelmus 2. Reges Siciliæ Illustres in Apostolica deuotionis ferè semper permanserint firmitate: qualiter prædecessores nostros fuerint humiliter venerati: Qualiter etiam in Ecclesia Rom. post Deum suæ spes posuerant, & gaudij fundamentum: & in ea, & per eam se crediderint exaltare: Nostis etiam qualiter prædecessores nostri Rom. Pontifices, Reges ipsos ac regnum Siciliæ quadam semper prærogatiua dilexerint, & ad augmentum ipsius, vtpote quod peculiare (sicuti est) & proprium reputabant, intenderint & quietem.* At præ- C ter temporales prosperitates Ecclesia principibus piis æterna bona pro caducis acceptis, suis precibus & orationibus in cœlo congregat. Non immeritò Principes, Imperatores, mundique Reges, vt post temporales triumphos, honoresque fragiles ac lubricos stabili gloria consequentis æui potirentur, Romanis magnopere Pontificibus indigere [k] Nicolaus Papa, Michaëli Imperatori eius magno desiderio salutis inflammatus instanter sæpiusque paterna exhortatione suggerebat, vt Imperatorios fasces Ecclesiasticis monitis obediendo submittens, piè temporaliter imperando gaudia regni cœlestis æterna lucraretur. *Noliter*, inquit, *præiudicium Dei Ecclesiæ irrogare; Illa quippe nullum imperio vestro præiudicium infert, sed omne potius aufert:* at (vt auctius dicam, magnum hunc imitando pontificem, conuersus ad principes Christi subactos imperio) non dam- D na, sed lucra laboriosè enixa pro vobis orando profundit: non terreni pacem turbat imperij, sed cœlestis æternas gloriæ lauros vobis sua potẽter accumulando vota, precesque parturiendo securè parat & acquirit. Sed de his postea cumulatius.

b Scil. Henricum 3. filiũ Henrici 2. Imp.

c Scil. Cadaloum Antipapam.

d Iuo Carnot.

Quantum principumque Ecclesiæ prodest gladium temporalem negligi spirituali ab improbis & audacibus.

e Isidor. l. 3. sentent. de summo bono c. 51. Can. principes dist. 10.

f Ibid.

g Cap. 1. perniciosa & ca. Quoniam de officio iudicis ordinarij l. 1 decretal. tit. 31.

h S. Leo ex Concilio Turonensi 3. c. 41.

Auxilia quæ Ecclesiæ principes sæculares præstant, valdè illis prospera.

i Epist. Innocent. 3. ad Archiepiscopos, Episcopos, prælatos, & clericos Siciliæ.

Auxilium mutuum à Regibus Ecclesiæ, & à Pontificibus Rom. illorum regno præstitum.

k Nicolaus Papa epist. ad Michaëlem Imp.

Exhortatio breuis ad principes Christianos.

tualia. Ille bellum gerit cum barbaris, mihi bellum est aduersus dæmones. Iode concludit hoc pacto. [a] *Maior hic principatus: Propterea Rex caput submittit manui sacerdotis, & vbique in veteri scriptura sacerdotes inungebant reges.* Quod si tantus doctor, quia pastor animarum, se sine superbia Regibus imperatoribusque huius sæculi dignitate maiorem, & potestatis altioris amplitudine superiorem esse meritò gloriabatur, sicut cæteros sui similes Episcopos prælatosqua principibus terræ maiores esse credebat, quantò maiorem sublimioremque cunctis Regibus terræ Romanum Pontificem sanctus ille doctor & pastor animarum esse iudicabat, qui pastorum omnium pastor prælatorumque Ecclesiæ princeps ac vertex à Christo Domino constitutus vniuersali gregi Dominico cum potestatis plenitudine, charitate Christiana sociatæ dominatur? Idem eloquentissimus, vt sanctissimus Pater alibi regiam potestatem dignitatemque cum sacerdotali Pontificiaque conferendo dicebat. [b] *Habent & terrestres vinculi potestatem, sed corporum solùm. Id autem quod dico, sacerdotum vinculum ipsam etiam a-*[illegible] *contingit, atque ad cælos vsque peruadit: vsque adeò vt quæcumque inferiùs sacerdotes confecerint, illa eadem Deus supernè rata habeat: ac seruorum sententiam Dominus confirmet. Etenim quidnam hoc aliud esse dicas, nisi omnium rerum cælestium potestatem illis à Deo concessam?* Quam quidem agnoscens eminenter super alios Ecclesiæ pastores rectoresque animarum in Romano Pontifice imperator optimus Honorius, cum ad se Bonifacius Romanus Pontifex ista scripsisset. [c] *Honorium res humanas regere, suum verò sacerdotium Ecclesia Romana deputari*; tantùm abest vt eum hæc distinctio potestatis, exaltatioque dignitatis Pontificiæ super imperatoriam tantisper offenderit, quin potius hanc Pontificiam super suam ingenuè dignitatem agnoscens ad eundem Pontificem benignè humiliterque scripserit. [d] *Se scripta beatitudinis illius debita reuerentia congratulatione suscepisse, ac petere vt Apostolatus eius studiũ ac votum suum quotidianis orationibus circa salutem imperij dignaretur impendere.* Hanc Pontificiam sacerdotalemque dignitatem super illam regum & imperatorum, & potestatem illis, sicut cæteris de grege Christi, cum summa charitate, quoad spiritualia, dominandi S. Clemens à S. Petro præceptore suo ac Domino didicerat, cum ita ad Episcopum rescripserit. *Quo circa stude Episcope, vt mundus purusque sis, locum tuum, dignitatemque tuam actionibus declara; vt pote qui exemplar Dei apud homines repræsentas præsidendo omnibus hominibus, sacerdotibus, regibus, Magistratibus, parentibus, filiis & pariter cunctis subiectis: ac sic quidem in ecclesia sede sermonem faciens, vt qui potestatem habeas iudicandi eos, qui peccarunt. Quoniam vobis Episcopis dictum est, quodcumque ligaueritis super terram erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueritis super terram erit solutum & in cælis. Quamuis enim in ordine potestatum secularium,* inquit Alensis, *nullus est maior rege vel imperatore, quemadmodum in ordine potestatum spiritualium nullus est maior Papa, tamen collatione facta potestatis spiritualis ad sæcularem, potestas spiritualis est super sæcularem, sicut spiritus est supra corpus: vnde* [e] *Hieremiæ 1. dicitur, ecce constitui te super gentes & regna &c.* Propterea S. Gregorius Nazianzenus ita sæcularibos præfectos tribunalibus, atque tem-

A porales principes alloquebatur. [f] *Suscipitisne libertatem verbi? Libenter accipitis, quod lex Christi sacerdotali vos subijcit potestati, atque istis tribunalibus subdit? Dedit enim & nobis potestatem: dedit & principatum multo perfectiorem principatibus vestris. Aut nunquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus carni, si à terrenis cælestia superentur, si diuinis præferantur humana?* Stephanus 6. cum Romæ anno 885. sederet, imperante in oriente Basilio, causas institutæ à Deo vtriusque Monarchiæ breuiter commemorans, talibus imperatorem illum verbis affatur. *Quo igitur pacto à Deo largitus es nobis, terrenis rebus præesse: ita etiam nos per principem Petrum spiritualibus rebus Deus præficit. Accipe, quæso te, benigna fronte quæ sequuntur.* [g] *Datum est tibi curare, vt tyrannorum feritatem & impietatem gladio potentiæ concidas; vt iustitiam ministres subditis tuis, vt leges condas, vt terra marique militares copias*

B *disponas. Hæc est præcipua cura potentiæ & principatus tui. Gregis cura verò nobis commissa est tantò præstantior quantò distant à cælo ea quæ in terris sunt, &c.* Illam verò dignitatum Pontificiæ ac Regiæ distinctionem, eminentiamque perfectionis Pontificiæ super regiam vnctiones diuersæ variis in corporum locis vnctarum personarum factæ clara significatione repræsentant. Pontifex quippe in capite corporis parte nobiliore, Rex verò in humeris & brachiis capiti subseruientibus inungitur. Refert autem, [h] (inquit Innocẽtius 3.) *inter Pontificis & principis vnctionem, quia caput Pontificis chrismate consecratur, brachium verò principis oleo delinitur, vt ostendatur quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis & principis potestatem.* Hanc dignitatis Pontificiæ atque regiæ distinctionem alibi ipse Pontifex præclara similitudine à Sole & Luna deducta illustrando confirmat &

C astruit, hæc priori & rectoribus Tusciæ rescribens. [i] *Sicut vniuersitatis conditor Deus duo luminaria magna in firmamento cæli constituit, luminare maius vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti: sic ad firmamentum vniuersalis Ecclesiæ, quæ cæli nomine nuncupatur, duas magnas instituit dignitates, maiorem, quæ quasi diebus, animabus scilicet, præesset, & minorem quæ quasi noctibus præesset corporibus, quæ sunt Pontificalis auctoritas, & regalis potestas.* Quæ isto inter se fœdere sanctaque beneuolentia sociatæ esse debent, vt mutuũ vtriusque ab hac reciproca charitate & fœdere auxiliũ, defensio atque subuentio salutaris oriantur. Sic altera poscat opem hæc & coniuret amicè Constantinus cognomento Pogonatus imperator optimus, ecclesiæ afflictæ, multis agitatæ persecutionũ fluctibus salutarẽ opũ auxiliũq; magna in illã charitate & honore procũbens obtulit: suppe-

D tiarũ memor, quas ipse post cædẽ patris Constãtis in balneo trucidati, sceleratis tyrãnorũ atq; rebelliũ qui Metiũ seu Mezentiũ Armenum imperatorem creauerãt, conspirationibus oppressus à Vitaliano Papa, protinus acceperat: sicut in literis postea [k] ad Donum Pontificem rescriptis imperator ipse restatus est. Quàm apposirè eleganterque mutua illa auxilia, quæ sibi ad inuicem Pontificia regiaque maiestates reciproca charitate propinare, subministrareque tenentur, magnus ille Cardinalis Damianos proposita, de pueri, vel infantis potius Ioas filij Ochoziæ Regis substractione, de manibos Athaliæ auiæ illius per Ioiadem Sacerdotem maximum historia significauit expressa? *Sciebas enim*, inquit de ma-

Margin notes (left):
[a] Idem ibid.
[b] S Chrysost. L. 3 de sacerdotio.
[c] Bonifacii Papæ ad Honorium imp. Epist.
[d] Honorii imp. Epist ad Bonifacium Papam.
S. Clemens l. 2 Constit. a. 11.
Episcopi sanctitas commendatur, cum principibus terræ & populis quoad spiritualia præsidere debeat ex officio.
Alex. Alensis part 3 q. 40. memb. 2.
[e] Hierem. 1.
S Greg Nazianz in orat. ad ciues Nazianzenos

Margin notes (right):
loquens plebeos & magistratum iratum.
[f] Can suscipitis dist. 10.
Ad quid à Deo data potestas imperatoria & Pontificia.
[g] Stephan 6. epist ad Basilium imp.
a Demonstratio ex vnctionis Pontificia & regia diuersitate dignitas Pontificia supra regiam designatur.
[h] L. 1. Decretal tit. 15 c. 1. § vnde 10 veteri testamento.
Dignitas Pontificia & regia se habent vt duo luminaria maius & minus.
[i] Innocent. 3. epi. ad priorẽ & rectores Tusciæ.
S. Pare. Amba potestates mutuò se iuuant pro salute fidelium.
Vitalianus Papa Constantino Pogonato imp. a tyrannis oppresso salutare tulit auxilium.
[k] Ep imperatoris Pogonati ad Papam Donum.

a Pet. Damianus epist. ad Annonem Coloniens. Episcop.

gno illo Sacerdote loquens, *quod vtraque dignitas alterna inuicem vtilitatis est indigens, dum & Sacerdotium regni tuitione protegitur, & regnum Sacerdotalis officij sanctitate fulcitur. Sed quid mihi per sacra lectionis seriem currere, nisi quia in te video eiusdem operis similitudinem nostro tempore conuenire? Seruasti, venerabilis Pater, relictum tuis manibus puerum:* [b] *firmasti regnum: restituisti pupillo paterni iuris imperium. Ad sacerdotium quoque manum tua prudentiæ protinus extendisti, dum &* [c] *Parmensis bestiæ squamea colla Euangelici mucronis vigore præcidere, & Apostolicæ sedis Antistitem in suæ dignitatis elaborasti solium reformare.* Atque vt principes Ecclesiæ ac pastores animarum spiritualibus auxiliis principes sæculi, eorumque populos maximè iuuant, sic terrenæ potestates Christianæ religioni fideliter mancipatæ materialis fortitudine gladij Ecclesiasticæ Monarchiæ, eiusque subditis spiritualia sortitis, vt fortiter ac meritoriè, sic gloriosè & fœliciter opitulantur, vt hæc Iuonis Carnotensis euidenter enuntiant: [d] *Reges Pontificibus indigent pro æternis, Pontifices regibus pro caducis & temporalibus.* Quoties enim (vt de auxilio Regum principumque sæcularium Ecclesiæ Christi propinato loquar) languentibus, elisis & elusis Ecclesiæ imperiis & potestatibus spiritualibus per improborum perditorumque hominum contumaciam, atque rebellionem, imperialis regiæque fortitudinis acies & vigor despectam auctoritatis Pontificiæ Sacerdotalisque maiestatem in pristinum splendorem, castigato contumacium impiorumque contemptu, reuocauit? Quod considerans sanctus Isidorus: [e] *Principes*, inquit, *sæculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, vt per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant. Cæterum intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi vt quod non præualet Sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem.* Propter quod subiungit idem S. Doctor, [f] *Sæpe per regnum terrenum cæleste regnum proficit: vt qui intra Ecclesiam positi contra fidem & disciplinam Ecclesiæ agant, rigore principum conterantur: ipsamque disciplinam quam Ecclesiæ humilitas exercere non potest, ceruicibus superborum potestas principalis imponat: & vt venerationem mereatur, virtutem potestatis impertiat.* Quot peccatores in criminum suorum sordibus inueterati putrescerent, putridique morientes in peccatis suis in æternum perirent, nisi post contemptas spiritualis auctoritatis censuras, principatus sæcularis legum seueritate terrerentur? secus cur toties [g] Ecclesiastica iura ad sui protectionem contra impietatem, contumaciamque transgressorum, manum sæcularium principum, brachiumque flagitarent. Quamobrem Patres Concilij Turonensis 3. hoc salutare decretum ex S. Leonis doctrina petitum pro superborum rebelliumque, impunitatis spe delinquentium conuersione ritè sanciuerunt, sanctumque publicari voluerunt. [h] *Infideles, parricidæ, homicidæ multi apud nos reperiuntur, sed aliqui ex illis Sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus: quos oportet per sæcularis potentiæ disciplinam à tam praua consuetudine coërcere: qui per salutifera Sacerdotum monita noluerunt reuocari.* His auxiliis Ecclesiæ sanctæ præstitis à piorum principũ fortitudine potentiaque profectis, & à vera charitate, qua illi ardenter incenduntur imperatis, prospera multa contingunt & irrogantur: quibus principes illi viui defunctique gaudebunt. Nam præter sempiternæ gloriæ coronam, quæ illos manet in cœlo, centuplum in terra, prosperitatis nempe terrenæ, honorisque cumulum pacificè possidebunt: nec vlla à statu tranquillo, bonisq; fœcundo maximis eos aduersitatum tempestas deturbare valebit. Sicut experti sunt tres Siciliæ Reges Rogerius, VVilelmus primus & secũdus: de quibus hęc Innocentius 3. ad Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos, cæterosque clericos per regnum Siciliæ constitutos data epistola commemorabat: [i] *Nostis enim qualiter inclytæ recordationis Rogerius, VVilelmus primus & VVilelmus 2. Reges Siciliæ Illustres in Apostolicæ deuotionis ferè semper permanserint firmitate: qualiter prædecessores nostros fuerint humiliter venerati: Qualiter etiam in Ecclesia Rom. post Deum suæ spei posuerant, & gaudij fundamentum: & in ea, & per eam se crediderint exaltare: Nostis etiam qualiter prædecessores nostri Rom. Pontifices, Reges ipsos ac regnum Siciliæ quadam semper prærogatiua dilexerint, & ad augmentum ipsius, vtpote quod peculiare (sicuti est) & proprium reputabant, intenderint & quietem.* At præter temporales prosperitates Ecclesia principibus piis æterna bona pro caducis acceptis, suis precibus & orationibus in cœlo congregat. Non immeritò Principes, Imperatores, mundique Reges, vt post temporales triumphos, honoresque fragiles ac lubricos stabili gloria consequentis æui potirentur, Romanis magnopere Pontificibus indigere [k] Nicolaus Papa, Michaëli Imperatori eius magno desiderio salutis inflammatus instanter sæpiusque paterna exhortatione suggerebat, vt Imperatorios fasces Ecclesiasticis monitis obediendo submittens, piè temporaliter imperando gaudia regni cœlestis æterna lucraretur. *Nolite*, inquit, *præiudicium Dei Ecclesiæ irrogare; Illa quippe nullum imperio vestro præiudicium infert, sed omne potius aufert:* Et (vt auctius dicam, magnum hunc imitando pontificem, conuersus ad principes Christi subactos imperio) non damna, sed lucra laboriosè enixa pro vobis orando profundit: non terreni pacem turbat imperij, sed cœlestis æternas gloriæ lauros vobis sua potẽter accumulando vota, precesque parturiendo securè parat & acquirit. Sed de his postea cumulatius.

b Scil. Henricum 3. filiũ Henrici 2. Imp.

c Scil. Cadaloum Antipapam.

d Iuo Carnot.

Quantum plerumque Ecclesiæ prodest gladius temporalis neglecto spirituali ab improbis & audacibus.

e Isidor. l. 3. sentent. de summo bono c. 53. Can. princeps dist. 20.

f Ibid.

g Cap. 1. perniciosa & ca. Quoniam de officio iudicis ordinarij l. 1. decretal. tit. 31.

h S. Leo ex Concilio Toronensi 3. c. 42.

Auxilia quæ Ecclesiæ principes sæculares præstant, valde illis prospera.

i Epist. Innocent. 3. ad Archiepiscopos, Episcopos, prælatos, & clericos Siciliæ.

Auxilium mutuum à Regibus Ecclesiæ, & à Pontificibus Rom. illorum regno præstitum.

k Nicolaus Papa epist. ad Michaëlem Imp.

Exhortatio breuis ad principes Christianos.

CAPVT III.

Quod Pontificia & Regia Monarchiæ se habeant in hoc mundo sicut corpus, & anima in homine illum componentes: quibus ideò salutem sancta concordia, & charitatis confœderatio parit: contra verò ruinam dissentio & odium.

1. *Ex hac comparatione vtriusque Monarchiæ cum corpore & anima, patet Regiam Monarchiam prosperè in spiritualibus subjici.*
2. *Sicut humanum corpus virtute spiritus & anima viuit, cui seruitium præstat per organa ad exercendas eius functiones, sic per virtutem gratiamque spiritualis Monarchiæ, sæcularis viuit, feliciter vegetatur, crescitque in fauorem Dei.*
3. *Ope reciproca spiritualem sæcularis potestas valde iuuat, ad exercendas in terra illius operationes cœlestes & diuinas pro subditorum salute animarum.*
4. *Ruina & interitus Monarchiæ sæcularis à rebellione dissidioque promanat, quibus hæc in spiritualem nequiter armatur.*

a Apoc. c. 1. v. 6.



CHRISTVS Dominus regum [a] terræ princeps suam in hoc mũdo Monarchiam in duas diuisam species, paresque essentiales, spiritualem nempe & materialem, seu temporalem hominis naturæ similem esse voluit. Quæ sic ex animo & corpore cõflata est, vt vnius imperio, alterius seruitio magis vtatur: simili planè ratione Christus ipse Rex summus & Sacerdos in æternum suam in terris Monarchiam, ex duabus illis mysticis & essentialibos partibus Ecclesiastica & sæculari, pontificia & regia conflari, componique voluit, hoc seruato ordine, vt illa præeat & imperet spiritualium respectu, hæc vero sequatur & obediat: sicque Christiani omnes oues & agni Dominici gregis suæ fructum obedientiæ [b] *reportent, salutem animarum suarum, finem verò vitam æternam.* Ex qua similitudine clara fit eminentia dignitatis & imperij, qua pontificius spiritualisque principatus regio præstat & excellit, sicut anima corpori humanisque diuina præcellunt. Vnde D. Ambrosius ad hanc similitudinem attendens egregiè sapienterque dixit. [c] *Honor & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari: si regum fulgori compares, & principum diademati, longè erit inferius, quasi plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cum videas regum colla, ac principum submitti genibus*

Sicut anima corpori sic spiritualis Monarchia sæculari præesse debet.

b S. Petri c. 1. v. 9.

c S. Ambros. l. de dignitate sacerdotis c. 2.

A *Sacerdotum, exosculatis eorum dextris, orationibus eorum se credunt communiri.* Et sicut in corpus hominis ex terreno semine generatum anima diuinæ consors naturæ à Deo procreata immediatè mirabiliter infunditur, sic spiritualis maiestas principatusque de regalibus cœli sedibus veniẽs, à Deo immediatè procedens in terras dominaturus principum populorumque cordibus, & temporali principatui benedictionis diuinæ influxum, prosperitatisque dulcedinem largiturus copiosè descendit. [d] *Ille scilicet Rex sæcularis, quæ sunt in terris sortitus est: sacerdotij ius à supernis descendit,* inquit S. Chrysostomus, *Regi, quæ hic commissa sunt, mihi,* nempe Sacerdoti, *cœlestia: Regi corpora commissa sunt: Sacerdoti anima: Maior hic principatus. Propterea Rex caput submittit manui Sacerdotis.*

Monarchia spiritualis à supernis est, Deo illam immediatè procreante: non sic temporalis.

d S. Chrysost. hom. 4. in verba Esaiæ.

B Reges & principes sæculi cum populis, vt salui fiant Pontificibus, principatibusque spiritualibus vt corpus animæ, subditi esse debẽt, fasces Imperiales Pontificum nutitis iussisque submittere iuuat, vt tranquilla vita principibus terræ, eorumque populis, Deo largiente, pariatur. Apud Iudæos Hebræosque talis imperandi parendique ordo seruabatur, vt Regia Sacerdotali potestas obediendo subderetur. Officium quippe magni illius septuaginta seniorum concilij, dicti Sanedrym, quod præter principem Sacerdotum, summi sacerdotis pontificisque nutu regebatur, & imperio, dicebatur esse, vt de rege, de Propheta iudicaret. [e] Ideò Herodes senior ægrè ferens se illi subijci, & ab illius pendere decretis, quamuis tyrannus esset, non est tamen ausus eò temeritatis audaciæque prorumpere, vt illud violare & alterare, vel potius antiquare penitus & abrogare præsumpserit, sed eos

Apud Iudæos in veteri lege summo Sacerdoti magnoque collegio Sacerdotum Reges subdebantur.

Herodis senioris tyrannis sacrilega in concilium Sanedrym.

e Ioseph in antiquit.

C tantùm qui suis tyrannicis impietatibus non applaudebant, ab illo Concilio dejecerit, alios corruptos atque solertes suę tyrannidis ministros in dejectorum locum, veluti succenturiando suffecerit. Illam autem duarum potestatum, seu Monarchiarum, quæ totum regnum Christi in terra constituunt atque componunt, subordinationem officiumque parendi in vna, & imperandi in altera, ratio simul auctoritasq; diuina manifestè comprobant. Quippe talis ordo, necnon fundamentũ huius muneris, & officij ab vnitate mystici Christi Domini corporis, quod est Ecclesia, tam sæpe in nouo testamento, tamque clarè significata deducitur. Nunquid Paulus dixit. [f] *Omnes nos in vnũ corpus baptizati sumus?* & alibi: [g] *Multi vnũ corpus sumus in Christo?* Nunquid & illud, [h] *vnum corpus & vnus Spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestra.* Et postea eodem in loco: [i] *veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus, ex quo totum corpus compa-*

Optima ratio propter quam Ecclesiastica Monarchia temporalis obedire debeat.

f 1. Cor. c. 12.
g Rom. 12.
h Ephes. 4. v. 4.
i Ephes. 4. v. 15. & 16.

D *ctum & connexum per omnem iuncturã subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentũ corporis facit in ædificationẽ sui in charitate.* Quid his locis, vt cęteros omittã, ad Ecclesię Christi exprimendã vnitatem significantius? Cum igitur saluator Ecclesiam suã tanquam regnum vnum, aggregatũ quoddã mysticum ex corpore animaque conflatum, & in eo regem vnum principemq; spiritualẽ visibilẽ in hoc mundo constituerit, profectò vt ei principi potestas tẽporalis subdatur, sicut corpus animę, propter ęterna bona necesse est, & merito quidem. quoniã sicut homo rectè cõpositus nõ esset, nisi illius corpus animo subderetur: ita minus bene à

Christo domino Ecclesia, nec satis conuenienter institutà videretur, nisi in illa temporalis potestas sęcularisq; Maiestas spirituali reuerēter obediens inclinata propenderet. Hoc clamant sacri Canones, hoc sancti Patres docent dicendo. [a] *Oportere gladium esse sub gladio & temporalem auctoritatem spirituali subijci potestati.* Propter quod Sanctus Bernardus Romanum Pontificem ad Eugenium scribens: [b] *Fidei defensorem, Christianorum ducem, virgam potentium, malleum tyrannorum, Regem patrem, legum moderatorem, Deum denique Pharaonis appellauit.* Quibus attentè consideratis, & ad trutinam veritatis examinatis clarum est temporalem potestatem, sæcularemque Monarchiam spiritualis Ecclesiasticæq; virtute bene beateque viuere; cum corpus humanum, cui illa congruenter assimilatur non aliundè, quam ab ipsa anima per omnes illius artus diffusa spiritus ipsos vitales animalesque hauriat, per quos saluum & incolume viuit, mouetur & sentit, sine quibus non modò languescat in infirmitate sua corpus, sed etiam planè vita cadat, & intereat necesse est.

a Cap. Vnam sanctam de maiorit. & obedient. ex Bonifacio Papa in extrauag.

b S. Bernard. l. 4. de consid. cap. vlt.

2. Pars. Vitam dat salutarem temporali Monarchia spiritualis, sicut corpori anima.

Vnde sicut sanum viuere corpus non potest nisi suæ pareat animæ, intraque rationalis obedientiæ limites includatur; sic præstat sæculares principatus quoad spiritualia Pontificis obsequio submitti, vt bene beateque viuant, & in prosperitatis vigore crescant, atque roborentur. Hæc est præclara magni præsulis pastorisque de meliori nota Gallicorum doctrina, Iuonem Carnorensem intelligo, cuius hæc fuit ad Henricum Anglorum Regem vox & oratio salutaris: [c] *Sicut sensus animalis subditus esse debet rationi, ita potestas terrena subdita esse debet Ecclesiastico regimini. Et quantum valet corpus nisi regatur ab anima, tantum valet terrena potestas nisi informetur, & regatur ab Ecclesiastica disciplina. Et sicut pacatum est regnum corporis cum iam non resistit caro Spiritui: sic in pace possidetur regnum mundi cum iam resistere non molitur regno Dei.* Ruinam & exitium regnorum, rerumque publicarum, vitiorum multorum seruituti subiugatorum, morum deprauatorum contagione putrefactorum à defectu, & priuatione Sacerdotis, atque Pontificis in principum populorumque cordibus diuinæ Maiestatis imperia imprimere, eiusque leges sacras incidere procurantis Azarias propheta repetiuit. Sub cuius auctoritate leges sanctæ salutaresque vigeant, quæ à piis fideliter doctoribus expositæ populos ad assecutionem æternæ salutis erudiant, cum sic Asæ Regi Iudæ loqueretur: [d] *Transierunt multi dies Israel absque vero Deo, absque Sacerdote, qui Dei veri cultum procuraret:* absque doctore (qui Sacerdotis magni decreta sancta doceret) absque lege, quæ velut norma & regula hominum mentes ad Dei subeunda imperia dirigeret: & ideo subiungit Propheta: *In tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti, sed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum. Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem, quia Dominus conturbabit eos in omni angustia.* Quare hoc? quia non erit Sacerdos Magnus qui quæ Dei sunt populis pro salute sua præscribat & imperet. Eiusdem calamitatis publicæ, exitiique terrenæ potestatis fontem hanc Sacerdotalis dignitatis, & officij carentiam alius propheta dicit esse, cum prostratus, valdeque ante Deum humiliatus ista flens amarè gemensque confiteretur: [e] *Omnia quæ induxisti super nos & vniuersa quæ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti,* Quare hoc? Rationem huius iustę castigationis, seueræque animaduersionis à Deo postea subiungit: [f] *Quia Domine imminuti sumus plusquam omnes gentes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps & dux, Propheta neque holocaustum, neque sacrificium,* scilicet deficiente Sacerdote & animarum rectore, *neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te.* Quæ omnia diuini cultus officia ad forum Monarchiæ spiritualis, & Ecclesiasticæ referuntur: *vt possimus inuenire misericordiam,* & cætera. Sed cum anima corpori omnia præstat ad vitam, suique conseruationem: est etiam magnum illud obsequium seruitiumque quod animæ suæ corpus exhibet, nimirum corporea organa per quæ suas anima functiones exerceat, actus internos occultosque recessus in externas operationes visibili luce splendentes educat: Absque quorum organorum obsequio hominis anima plus in corpore suo, quam lapis, plumbum, vel truncus operaretur, cum iuxta Philosophi sententiam: [g] *Anima sit actus corporis organici, potestate vitam habentis,* simili modo multa Ecclesiasticæ Monarchiæ seruitia multa obsequia à sæculari præstari cognoscimus & confitemur, sine quibus splendor, dignitas, honor, & potestas huius spiritualis maiestatis subsistere non valeret; sicut Christiana religio, quæ est velut mysticum corpus viuum; quæ propterea diuinis mysteriis pro anima, & externis cærimoniis, tanquam corpore constatur; Harum cærimoniarum ministerio ad diuina exprimenda mysteria carere nullo pacto potest, [h] vt à sancto Augustino doctorum Coryphæo contra Faustum Manichæum docta solidaque demonstratione declaratum est. Quamobrem Christus Dominus, in quo Regium & Sacerdotium diuina societate, vinculoque ineffabili, Sanctorum Patrum præcipuè Epiphanij testimonio fœderabantur, diuinam hanc & spiritualem instituendo Monarchiam, regalem non abstulit, sed vt valde necessariam spirituali, magis adauxit, benedictionibusque sublimauit; cum ipse iusserit, quæ [i] essent Cæsaris reddi Cæsari. Cuius diuina eruditione, & auctoritate permotus Diuus [k] Paulus principibus sæculi tributum, atque vectigal esse reddendum fidelibus, quos diuini Verbi semine Christo pepererat, imperauit: Hancque in animo doctrinam Titi discipuli firmiter inseruit, vt Christianos principibus potestatibusque mundi subditos esse debere, quoad temporalia, doceret atque prædicaret. Quod & Sanctus Petrus primus à Christo Domino ex hominibus assumptus spiritualis Monarchiæ princeps, instanter fieri mandauit, cum sic fideles filios dispersionis admonuit: [l] *Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi quasi præcellenti: siue ducibus tanquam ab eo missis,* qui paulò post addidit: *Deum timete, Regem honorificate.* Quam lectionem à Christo Domino suis traditam Apostolis, & ab his ad pastores Ecclesiæ sanctæ filios transmissam sanctus Ignatius, qui temporibus Apostolorum vixit, ipse eorum discipulus,

Vt saluum viuat corpus animæ rationis praescripto debet obedire, sic temporalis potestas spirituali.

c Iuo Carnot. Epist. 51. ad Henricum Regem Angliæ.

Sine Sacerdotali principatu sæcularis fæliciter stare non potest.

d L. 2. de paralyp. c. 15. v. 3. 4. 5. 6.

Scilicet Azarias.

e Daniel. 3. v. 31.

f Ibid. v. 37.

Anima eget corpore ad operandum, sic spiritualis Monarchia temporali.

g Arist. l. 3. de anima.

h D. Aug. l. 19. c. 11. contra Faustum Manichæum.

Christus D. constituendo Pontificiam Sacerdotalemq; Monarchiam, Regalem non abstulit, sed auxit magis ac commendauit.

i S. Matth. 22.

k Rom. 13.

Ad Tit. c. 3.

l S. Petrus 1. c. 2.

prius suæ infixam memoriæ, animo, praxique mandatam, Smyrnensium, ad quos scribebat, post Deum, & Pontificem, tertium honoris, reuerentiæque locum Regibus tribuendo, hac exhortatione mentibus impressit. [a] *Honora Deum vt omnium auctorem, & Dominum Episcopum, vt principem Sacerdotum, imaginem Dei ferentem: Dei quidem propter principatum, Christi verò propter Sacerdotium. Honorare oportet & Regem; nec enim Rege quisquam præstantior, & aut quisquam similis illi in omnibus rebus creatis*, scilicet temporalibus: *nec Episcopo quicquam majus in Ecclesia, qui Deo consecratus est, & pro totius mundi salute, nec inter principes quisquam similis Regi, qui in pace & optimis legibus subditos moderatur.*

a S. Ignatij Ep. ad Smyrnenses. 10. 3. Bibliothecæ Patrum.

3. Pars. *Ruina politica Monarchia à rebellione & dissidio cum Ecclesiastico.*

Cum igitur Regia secularisq; Monarchia, tam sit Pontificiæ, spiritualique necessaria, vt ne vix ae ne vix quidem, in splendore Maiestatis dignitatisque suæ concessæ diuinitus in terra subsistere possit, propter quod Christus Dominus illam constituendo, alteram retinere, suisque fouere benedictionibus dignatus est. Apparet quanto amoris affectu, quanta Christianæ charitatis in-[illegible]tione spiritualis, & Pontificia Maiestas in regiam temporalemque, sibi ex singulari reuerentia, honoreque maximè deuotam propendere debeat. Et cum regia illa sæcularisque Maiestas, atque Monarchia per spiritum Pontificiæ bene beateque viuat, & ab ea diuinas benedictiones hauriat, per quas tẽporalibus cum æternarũ spe futurarum prosperitatibus abundet: curare certè hæc regia debet, ac dare operam eâq; diligentem, vt hanc spiritualem singulari obsequij, honoris, & amoris piè vehementis obseruantia reuereatur. Si secus faciat ad euidens mortis exitiique temporalis, & æterni periculum præceps ruit, ac præcipitata concidit. Vt enim corpus humanum spiritui repugnans, & ab eo regi non ferens, impossibile est sanum, & incolume viuere, sic status politicus ac temporale regnum spiritualis Monarchiæ iussa subire detrectans in his quæ sunt ad Deum pro vita sempiterna, diu saluum, & in prosperitate stabile stare non potest. Atque illi qui sunt in regno, Romano Pontifici, & alijs sub illo Ecclesiæ præfectis obedire renuentes, præter temporalia mala, æternam sibi damnationem acquirunt. Notum istud est de pœna mortis in veteri lege diuinitus ordinata aduersus eos qui superbè summi Sacerdotis imperio, eum contumacis reluctabantur: [b] *Qui superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israël.* Quæ pœna temporalis interitus figura erat æternæ mortis, qua cruciabuntur in inferis post temporales ærumnas omnes qui principis Ecclesiæ Monarchici, & aliorum sub illius auctoritate greges Christianos regentium Prælatorum iussis, impetiisque iustis obedire detrectauerint. Quem locum ad summam Romani Pontificis auctoritatem, non impunè læsam, aliorumque sub illo vigilantium ouilis Christiani Pastorum, in rebellantium aduersus eos exitium pertinere Sanctus Cyprianus egregiè docet. Agens enim de honore, & obedientia summi Pontificis, aliisque Pastoribus ac Sacerdotibus, sub eo in Ecclesia laborantibus subdidit: [c] *Quibus honor tantus de dignitate Dei conceditur, vt quisquis Sacerdoti eius, & ad tempus hic iudicanti non obtemperaret, statim necaretur.* Mox post hæc Deuteronomij verba subiungens: *Quo spectant illa Domini ad Petrum:* [d] *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: Et hæc postea ad Apostolos alios:* [e] *Quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo. Vt omnes intelligant,* (inquit Sanctus Hieronymus in hunc locum) [f] *qui à talibus damnantur, humanam sententiam diuina sententia roborari.* Hanc verò extremam, æternamque miseriam funesta societatum ciuilium, Regnorumque perturbatio, destructioque præcedit. Quod argumento à minori ad majus desumpto, verum esse conspicietur apertè, si Tacitum hoc dicentem audiamus. [g] *Enim verò facilè Respubl. perturbatur si vis magistratus resoluitur.* Quantò magis in Republ. Christiana, regnoque sub crucis sanctæ vexillo militante, perturbata omnia nutabunt, nutantiaque tandem desolatè labefactabuntur: si virtus, & auctoritas non terreni magistratus, sed spiritualis principis Pastorisque contemnatur. Quam iustè vereque dixit Sanctus Cyprianus Cornelio Papæ: [h] *Neque aliunde hæreses, schismata, & totius Ecclesiastici, ac politici status conuulsio, ac desolatio nascitur, quam inde quod Sacerdoti Dei*, scilicet Romano Pontifici Monarchæ Ecclesiastico, *non obtemperatur, & Ecclesiæ præfectus superbo tumore contemnitur.* Scripsit [i] Marcus Tullius Socratem *execrari solitum eos qui vtilitatem ab honestate seiunxissent; quod ista seiunctio malorum omnium fontem causaretur.* Quantò maiori execrationi sunt illi deuouendi, qui sanctam Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ Monarchiam immediatè à Christo Domino fundatam, à regia temporalique Christiana, odio, rebellione, dissidioque diuellunt? Non immeritò sacri [k] Canones illum, peccatum paganitatis ac infidelitatis incurrere decernunt, qui dum Christianum se asserit, sedi Apostolicæ obedire contemnit. Quòd inobedientiæ peccatum sanctus Gregorius Samuelis primi Regum fultus auctoritate, Ariolandi & idololatriæ crimen appellauit. [l] *Peccatum*, inquit, *Ariolandi est non obedire, & quasi idololatria nõ acquiescere.* Et Nicolaus secundus ad Mediolanenses Epistola, contumacem, minimeque Ecclesiæ Romanæ iussa subeuntem in hæresim labi, & execrabilem superba rebellione hæreticum fieri testatus est. [m] *Fidem quippe violat*, inquit, *qui aduersus illam agit, quæ mater est fidei & illi*, scilicet Christo, *contumax inuenitur, qui eam cunctis Ecclesiis prætulisse cognoscitur.* Hinc illa sacri Canonis contra hunc, & similes illi rebelles contumacesque maledictio. [n] *Sit ergo ruina sua dolore prostratus quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis.* Et fulmine conteruntur spiritualis anathematis acerbo omnes qui Romanorum Pontificum statuta spernere, leges contemnere, & ausu temerario rebellique violare præsumpserint. Huius rei graue extat Adriani Pontificis in Capitularibus decretum inter sacros iuris Pontificij Canones translatum. [o] Quo constituit, *vt execrandum anathema sit, & velut prævaricator Catholicæ fidei semper apud Deum existat, quicumque Regum, seu Episcoporum, vel potentum deinceps, Romanorum Pontificum decretorumque censuram in quocumque crediderit,*

Principatui Ecclesiastico rebellantes temporali, & æterna calamitate Deo vindice torquebuntur.

b Deuter. 2. c7. v. 12.

c S. Cyprian. epist. 55.

d S. Matth. 16 v. 19.

e S. Matth. 18. v. 18.

f S. Hieron. in 18. S. Mat.

g Tacit l. 1. Annalium.

h S. Cyprian. l. de vnitate l. 1. epist. 3.

i Cicero l. 3. de legibus.

Non obedire sedi Apostolicæ crimen infidelitatis, paganitatis, ariolandi, & idololatria.

k Can. si qui presbyteri dist. 21. in f. Glossa in verbo Paganitatis.

l S. Greg. in 1. Reg. c. 15 v. 23. & can ij. bi sup.

m Nicol. 2. epist. ad Mediolan. cap. 1 omnes. dist. 22.

n Con. Nolli fas est dist. 19

Maledicti & anathemati traditi contemptores & violatores legum Pontificiarum.

o Adrian. decret. lib. 6 capitul. c. 249 & can. generali decreto 25. q. 1.

vel permiserit violandam. Cum Ecclesia sit in A Rep. seu religio in regno & Monarchia Pontificia in Regia, sicut anima in corpore, quod animat & informat; qualis tandem futura est Respu. Regum Monarchiaque sæcularis, si suo spiritui vitali discordia superba luctando contradixerit? si distracta per contumaciam societate à sua vita, spirituali nempe Monarchia, violenter auulsa discesserit? si diuortio facto cum illa, gratiarum diuinarum luce priuata, in errorum multorum tenebris cæca palpitans, *sicut ouis quæ periit*, errauerit? Qualem futuram esse Monarchiam hanc temporalem credimus? Similem sanè corpori humano sua anima destituto, quod exangue, frigidum, pallidum, fœtoribus putridum, vermiũ ebullitionibus, fœturisque stupendum, visu & B aspectu horrendum, miserabili spectaculo conspicitur. Talis erit facies Reipub. sæcularis Regiæque Monarchiæ à spirituali Maiestate per odia, rebelliones, dissensionesque diuulsæ, mœsta, lamentabilis, & vitiorum turpitudine fœdata. Ex quorum putidissimis fontibus maximæ in eam calamitates temporales æternæque redundabũt. Quoniam sicut corpus sine anima mortuum est ac fœtidum, sic Resp. sine religione, & Regia maiestas sine Ecclesiastica fit pro perpetuitate gloriæ caduca, & pro tormentorum perennitate misera. Cum quisquis Monarchicum Ecclesię principatum D. Petro, & eius successoribus Rom. pręsulibus diuinitus datum impia pręsumptione denegare contendit, & illis rebellione proterua contradicere: licet illius principatus spiritualis dignitatem virtutemque nulla ratione minuere resistendo valeat, ipse nihilominus, C vt S. Leonis verbis vtar, [a] *semetipsum pro talibus ausis in inferna demergat.*

Resp. illa temporalis misera & onerata peccatis à Catholica religione destituta & à Monarchia Ecclesiastica diuulsa.

a S. Leo ep. 8 ad Episcopos per Viennensem prouinciam constitutos.

CAPVT IV.

Seminare dissensiones, atque dissidia inter vtramque Monarchiam spiritualem & temporalem, opus verè diabolicum, propter scelera multa quæ inde nascuntur, & miserias in vltionem horum peccatorum à Deo missas.

Inter illa scelera, ista sunt.

1. *Pacis violatio cum oppressione bonorum Ecclesiam, eiusque spiritualem Monarchiam nunquam deserentium.*

2. *Principum contra officium suum, & conscientiam tyrannica & effrænata aduersus Ecclesiam, eiusque spirituale imperium contentio.*

3. *Funesta talium principum & populorum salutis perditio extra Ecclesiam per rebellionem dissentionemque diabolicam vagantium.*

A CHRISTVS Dominus [b] princeps Regum terrę scriptum portans in femore: [c] *Rex regum & Dominus dominantium*, auctor & institutor, vt potentissimus, sic & clementissimus Monarchiæ, tam spiritualis, quam temporalis in Ecclesia sua vnica sponsa castissima, omni ruga maculaque carente, fide Catholica creditur. Cuius filij essent vtriusque Monarchiæ, tam subditi quam principes: qui vt communi charitatis & beneficentiæ vinculo inter se pacificè fœderarentur, bonum concordiæ pacisque salutaris semen in agro suo, Ecclesia nempe B Catholica seminare dignatus est: [d] *sed cum dormirent homines*, vt est in parabola zizaniorum, *venit inimicus homo, &c.* scilicet diabolus qui discordiæ, odij, inuidiæ, dissensionisque pestiferæ zizania inter vtramque Monarchiam malitiosissimè & crudelissimè superseminauit.

b Apocal. c. 1. v. 6.
c Apoc. c. 19. v. 16.
d S. Matth. 13.

Ex illo fluere ac retrò sublapsa referri.

Pax Christianorum cœpit, violataque concordia, Christianæ charitatis radicibus innixa, bella horrida bella, Christianis societatibus non sine magna mortalium ingentium desperatione salutis immaniter intonuere. Vt non immeritò seminatio hæc tot dissensionum, dirarum, sceleratarumque discordiarum diaboli hominis inimici & iniqui opus appellari mereatur. Quantum malũ sanctæ violatio pacis, & Christiani fœderis alteratio? Cum tantum bonum sit illius conseruatio intacta, inuiolataque custodia. Pax Christiana, C *quæ exuperat omnem sensum*, [e] quæ prȩstantissimum Dei donum suo bona omnia coërcens ambitu, quæ humanæ liberalitatis fines egreditur, potentiæque terminos excedit, etiam Philonis iudicio dicentis. [f] *Τὸ μέγιστον ἀγαθὸν εἰρήνη ὃ οὐδεὶς ἱκανὸς ἀνθρώπων παρασχεῖν, ὅτι θεῖον τοῦτο δῶρον*, *Pax maximum bonum est, quod nullus omnino præstare posset: siquidem diuinum hoc donum est*, quam [g] S. Bernardus triplicem constituit, *Pacem cum Deo, nobiscum, & cum proximo.* Quã propterea [h] Magnus Augustinus ordinis tranquillitatem nuncupauit; & longè ante eum S. [i] Dionysius. *Omnium vnitiuam & consensus operatiuam*, rectèque S. [k] Thomas sanctorum illorum doctrinam secutus, hanc pacem scripsit, *In consensione appetitionum omni modo rectarum iustarumque consistere*, cùm sine iustitia, pax illa regnare nequeat. Ab hoc Dei dono præstantissimo, ore Christi sacro, *Pacifici beati* nominãtur, *quoniam filii Dei vocabuntur.* Et verè filii Dei pacifici, quia auctore D. Augusti- D no. [l] *Negat Deum sibi patrem, qui pacificus esse contemnit.* Et alibi. *Meritum Christianæ virtutis vilescit in cunctis, si vnitatem non habet pacis, nec peruenit ad vocabulum filij nisi per nomen pacifici.* Cur non omnes ad hujus dilectionem pacis, iure propheta his verbis incendisset? [m] *Pacem & veritatem diligite.* Cum ea. [n] *Plebis sanitas, gloria sacerdotis, patriæ lætitia, terrorque hostium visibilium & inuisibilium.* Ab eodem sanctissimo patre, doctore diuinæ sapientiæ tam verè sapienterque vocitetur, *ac semper cum Domino maneat qui in hac sancta pace manet, & cum sanctis Dei societatem habet &c.* Pro qua D. [o] Basilius nullum se laborem, qualiscumque fuerit, effugere velle, & ita decreuisse protestatus est. *Cum auctorem facti, scilicet pacis huius diuinæ, quam suæ Dominus reliquit*

Pacis Christianæ violatio malum maximum, cum pax sit Dei donum maximum.

e Philip. 4.
f Philo de vita contemplatiua apud Stobæum ser. de charitate & pace, qui est sermo 95.
g S. Bernard. serm. de omniũ SS. festo.
h S. August. l. 19 c. 13.
i D. Dionys. l. de diu. nominibus c. 11.
k D. Thom. 2a 2æ q. 29 art. 3. in corpore & ad 3.
S. Matth. c. 5 v. 9.
l D. August. serm. 166 de tempore. Sermon de temp. 169.
m Zachar. 8.
n S. August. serm. 166. de temp.
o D. Basil. Epist. 65 ad synodum Thianensem.

ecclesiæ, *Protectorem atque conseruatorem Deus in sublime prouectum grata sibi tranquillitate custodiat.* Vt [a] Ioannes 2. Iustiniani Magni salutaribus monitis animo suggerebat. Hac pace soli Dei mandatorum obseruatores, verbi diuini factores cultoresque perfruentur, iuxta hæc à Domino suis dicta discipulis. [b] *Hæc locutus sum vobis vt in me pacem habeatis.* Sed cum Dei mandatis leges ecclesiæ eius sponsæ castissimæ custodire vnumquemque necesse est, qui ad suaues huius pacis amplexus peruenire, eiusque fruitione lętari cōcupiscit. [c] *Quoniam vniuersa pacis tranquillitas,* aiebat S. Leo, *non aliter poterit custodiri, nisi sua sanctis canonibus reuerētia intemerata seruetur.* Istis solis Dei ecclesiæque mandata fideliter obseruantibus læta huius diuinæ pacis amænitas & abundantia reseruatur. In cuius rei testimonium S. Hilarius sic in epistola ad Catholicos Arianam hæresim detestantes initio scribebat. [d] *Speciosum quidem nomen est pacis, & pulchra est opinio vnitatis: sed quis ambigat eam solam Ecclesiæ atque Euangeliorum vnicam pacem esse, quæ Christi est? quam ad Apostolos post passionis suæ gloriam est locutus, quam ad æterni mandati sui pignus commendauit abiturus? Hanc nos fratres dilectissimi, & amissam quærere, & turbatam componere, & repertam tenere curantimus.* Atque hanc salutarem diuinamque pacem, quæ vtramque spiritualem temporalemque Christi Domini Monarchiam sacro charitatis vinculo pro sempiternæ fœlicitatis adeptione connectit, inimicus homo diabolus cum suæ ministris impietatis quotidie violare contendit, qui prius sacra creatorum Angelorum cum creatore Deo pacis diuinæ fœdera, immanis superbię cum ipso Deo satore suo luctatione confregerat. Deinde in paradiso terrestri primum cum socia vxore hominem aduersus Deum pręuaricatione rebellioneque deprauatæ voluntatis armauerat: vt cum sic originali spoliatum iustitia, hac etiam pace priuaret. Vnde iure talis apostasia dissensioque sæcularis auctoritatis atque potestatis à spirituali Monarchia diabolicum opus, & quidem apposito nomine meretur appellari. [e] *Nec est pax impijs,* diaboli ministris, ac filius patris dissensionis. Propterea Donatistis, execrandis hæreticis Optatus Mileuitanus ore tenus postulantibus pacem propter iustè in eos fulminantia Honorii optimi imperatoris edicta, dicebat: [f] *Pacem reclamatis & vbi pax? Quid salutatis de quo nihil habetis? Quid nominatis quodiam dudum vestris defectionibus exterminastis?* [g] *Et verè nihil grande est pacem voce prætendere, & opere destruere.* Vt hæretici aliique impii, filii perditionis, satellitesq; diaboli semper operantur. Quibus [h] *Ideo pax esse non potest, sed impietatis vnitas.* Quam concordiam vitiosam sanctus appellauit Gregorius Nazianz. [i] *Melior est,* inquit, *contentio, pietatis causa suscepta, quam concordia vitiosa.* Quæ est illa in sceleratis hominibus impietatis vnitas? Contra quos pacis veræ, sicut veritatis *interfectores,* [k] vt cum Tertulliano loquar, Iouianus Optimus imperator catholica fide refulgens, æstu iustæ atq; religiosæ indignationis incendebatur, [l] sicut præter cæteros beneuolentia, & honore persequebatur eos, qui Ecclesiæ ad concordiam veram pacemque promouendæ se auctores ostendebant. Atque omnis Christianæ pacis euersores inter vtrumq; Ecclesiæ Christiq; Domini in terra principatum spiritualem atque temporalem diuisionum dissidiorumque fœtores exhalantes Concilij [m] Lemouicensis afflati Spiritu sancto patres diro anathematis fulmine tanquam perfidos à Catholica religione deuios exorbitantesque contriuit. Propter hanc diuinæ Christianæque pacis oppressionem meritò doctor recentis memoriæ comparatione antiquorum Nicolaus [n] de Clamengis hæreticos & schismaticos omnium prodigorū peruersissimos appellauit, quod variis erroribus peregrinisque doctrinis à Catholica veritate abducti Ecclesiam Catholicam cum pace sua labefactare, & inconsutilem Christi Domini tunicam lacerare certarent: non contenti, quemadmodum cæteri fidem Christi ad externa conuolando deseruisse, nisi eam totis ingenij neruis impugnare, subuertere & persequi festinarent. At huic euersioni violationique Christianæ pacis, per dissensionum illarum à diabolo, eiusq; ministris in Ecclesiam Christi ad dissoluendum salutare fœdus inter vtramque Monarchiam excitatas immanissimè tempestates bonorum Catholicorum in vtriusque Monarchiæ concordiam sincera fide conspirantium oppressio vexatioque violenta coniuncta cernitur, quam huiusmodi dissensionum turbulenti motus operantur. Cum enim furor iste diabolicus odij, dissidij, discordiæque telis armatus ad conflanda temporalis principatus contra spiritualem schismata contendit: quātis tunc bonos fidelesque Catholicos sub grauitate tuendæ conseruandæque spiritualis auctoritatis contra violentas temporalis Monarchię rebellantis iactationes, gementes, persecutionum turbinibus agitari credimus? Licet hi turbines persecutionum molestiarumque tempestates patientibus bonis pro defensione Matris Ecclesiæ, tuendique eius Monarchici principatus fœliciter ingruant, miserum tamen & execrandum vehementer Christi Domini statuta, limites vtrique Monarchiæ, vt in pace viuatur, figentia talibus dissensionibus, discordiisque violari. [o] *Persæpe enim iusti in impiorum manus,* inquit S. Gregorius Nazianzenus, *ac potestatem veniunt, non vt illis honor habeatur, sed vt horum virtus exploretur. Et quanquam mala in morte asperrima sint, quemadmodum scriptura testatur, irridentur tamen interim in hac vita pietatis cultores quantisper Dei benignitas occultatur, ac magna eorum rerum promptuaria, quæ in posterum vtrisque reconduntur, tum, cum & sermo, & actio, & cogitatio iustâ Dei trutinâ expendentur, &c.* Iustus tamen interea patitur, multa speciosam Ecclesiæ faciem scandala lædunt, multorumque salus tali dissensione periclitatur, donec Deus [p] cum acceperit tempus, iustitias sit Pharisäicas iudicaturus, vltionem hostibus redditurus, hosque qui oderunt nomen suum, castissimam sponsam eius rebellione contristando, extremis suppliciis viuos mortuosque mactaturus. Propterea Sanctus Bernardus Ecclesiæ sanctæ vexationem, iustorumque eius filiorum oppressionem crudeli dissensione ab immanissimo hæresiarcha Arnaldo contra eos, excitata lugens sic Romanos ciues ab illo crudeli diaboli satellite seductos alloquebatur. [q] *Dimittite proinde, quæso dimittite, vt plangam paululum apud vos dolorem meum, nec meum tantùm, sed & totius Ecclesiæ. Nonne ipsius est vox hodie per vniuersum mundum: caput meum doleo, caput meum doleo?* [r] *Quis namque vel nouissimus Christianorum in toto sit orbe qui non glorietur hoc capite, quod ambo illi gloriosi principes*

a Ioan. 2. ep. ad Iustin. anno D. 534.

b S. Ioan. c. 16

c S. Leo epist. 62. ad Max. episc. Antiochiæ.

d S. Hilar. Epist. ad Cathol. Arianā hæresim detestan...s.

Laceratio discerptioq; diuina pacis inter vtrāque Monarchiam, opus diabolicū

e Esaiæ 48. *Non est pax impiis omnibus diabolicorum dissensionum filiis.*

f Optat. Mileuit. l. 3. contra Parmenianum.

g S. Hieron. epist. 62.

h S. Hilar. ep. contra Auxentium.

i S. Greg. Nazianz. orat. 1. de pace.

k Tertullian. contra Marcionem l. 5. hunc veritatis interfectorem appellabat.

l Socrat. l. 3. c. 21.

m Concil. Lemouicensis act. 2. anno 1034. sub Benedicto 9.

n Nicol. de Clamengis l. de prodigis.

o S. Greg. Nazianz. orat. de laudibus S. Athanasij ab execrabili sedis Alexandrinæ inuasore Georgio vehementer oppressi.

Deus sæpe iustos curab impiis vexari permittit.

p Psal. 74. v. 3. Deuter. 32.

Ecclesiæ iustorumq; filiorum bonorum vexationem hac ista dissensione excitatam luget.

q Bernardus ep. 242.

r 4. Reg. 4.

cipes terræ, alter amisso, alter submisso in cruce capite suo triumpho extulerunt, suo sanguine ornauerunt? Ad omnem itaque spectat Christianum iniuria. [a] *Et sicut in omnem terram exiuit sonus eorum, sic læsio eorumdem ab omnibus vsquequaque sentitur, vsquequaque plangitur & doletur &c.*

a Psal. 18.

2. Pars. *Principes hac diabolica dissensione sui oblitis officij aduersus Ecclesiam armantur.*

At præter supra dicta mala, quæ dissidia hæc, dissensiones & odia per Diabolum ab inferis excitata causantur; quam illud sceleratum, atque Diabolicum, principum corda his dissensionum ardoribus æstuantia ad eam insaniam furoremque conuertere, vt officiorum, propter quæ regnant, obliti, in sacrosancta Ecclesiæ matris suæ viscera manus armare validas, gladiosq; distringere minimè perhorrescant? Hoc quid aliud est quam ipsum corpus in propriam animam à qua viuit & floret, mortifera discordia contumaciaque efferati, furere, debacchari? Vt vniuersa humani suppositi structura, compagesque concussa vehementi violentia dissoluatur? cum vt supra satis abundè monstrauimus. Vtque communis Theologorum doctrina, sicut D. [b] Thomæ, clamat: *Potestas principum temporalis spirituali sicut corpus animæ, subdatur. Et ideo non est vsurpatum indecium*, inquit ille Doctor Angelicus, *si spiritualis prælatus se de temporalibus intromittat.* Qui alibi eandem doctrinam confirmans sæcularem potestatem dixit esse [c] sub spirituali, *in his quæ ad salutem animæ pertinent: & ideò in ijsdem magis esse obediendum spirituali potestati, quam temporali, licet in his quæ ad bonum ciuile pertinent, magis sit obediendum potestati sæculari.* Nunquid contra præscriptum à Deo principis officium est, odio & rebellione ab Ecclesiæ obedientia diuelli? [d] *Cum debeat incunctanter Imperator, siue quilibet alius princeps aduertere regiam potestatem sibi nō solùm ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatā*, vt S. Leo Imperatorem Leonem sapienter admonebat, & vt eleganter S. Gregorius: [e] *Cum ad hoc potestas pietati Regum & Imperatorum data sit, vt qui bona appetunt, adiuuentur: & terrestre regnum cælesti regno famuletur.* Aliàs quorsum dixisset S. [f] Augustinus hæc Regij Vatis exponens. *Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Aliter seruit Rex quia homo est, aliter quia etiam Rex est, quia homo est, ei seruit viuendo fideliter: quia rex est seruit, leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti vigore sanciendo.* Hoc regum principumque Catholicorum officium his breuibus Concilium Parisiense verbis complexum est: [g] *Rex primò defensor esse debet Ecclesiæ, seruorumque Dei*, & cęt. Ob eam causam sui memores, & ad quid diuina bonitate fuissent ad Imperiale culmen euecti, duo illi Imperatores Ludouicus & Lotharius agnoscentes, ita suæ bonæ voluntatis intentionisque sensa ad Eugenium Papam litteris aperiebant. [h] *Veraciter nos debitores cognoscimus, vt ijs quibus regimen Ecclesiarum, & omnium Dominicarum cura commissa est, in omnibus causis ad diuinum cultum pertinentibus opem & auxilium pro qualitate virium nostrarum, & intellectus nostri capacitate feramus.* Ergo Reges, Imperatores, ac Principes sæculi signum Christi Domini portantes, & per sacrum regenerationis lauacrum eius feliciter militiæ mancipatos ab Ecclesiæ matris suæ gremio, per dissensiones auertere, & illos aduersus sacram illius Monarchiam suæ potestatis principatusque viribus armare, quid est aliud, quam ministerium Diabolicæ iniquitatis operari? Quod quanto odio eoque iusto, quanta detestatione generosissimus, atque religiosissimus Imperator, qui non ita pridem Imperij Romani habenas gloriosè feliciterque moderatus est, execrabatur votum illud, quod fecit Deo, & eius Ecclesiæ, protestatioque Imperialis officij his concepta verbis perspicuè demonstrarunt. [i] *Ad honorem Dei omnipotentis Romanique Pontificis & sanctæ sedis Apostolicæ debitam reuerentiam pro Imperialis dignitatis officio debito, necnon zelo, & studio quo nostrorum maiorum more, & ingenita etiam nobis vi impellimur ad defensionem Catholicæ fidei, sanctæque Rom. & vniuersalis Ecclesiæ honorem, tutelam & protectionem omnes nostras vires & facultates, imperium, regna, dominium, vitam denique, & animam ipsam exponere parati sumus.*

b S Thom. 2. 2. q. 60. art. 6. ad 3.

c S Thom in lib. 2 sentent. dist 44. in expositione textus ad 4. *Ad quid data regia potestas à Deo.*

d S. Leonis epist. 75. ad Leonem Augustum.

e S. Gregor. l. 2. indict. 11. epist 61. seu cap. 100.

f S. Aug. in Psal. 2.

g Concil Parisiense sub Ludouico & Lothario. l. 2. cap. 2.

h Epist. Ludouici & Lotharij Impp. ad Eugenium Papam.

Præclara Caroli quinti Imperatoris protestatio votum pro Ecclesia defendenda sedeque Apostolica.

i Io edicto VVormaciensi.

Sed cum principes sua contemnentes officia, pro quibus obeundis recteque fungendis super alios dominium supremum consecuti sunt à Deo, se impia contra sponsam Christi, matrem fidelium omnium Ecclesiam sanctissimam rebellione contaminant: ad similem suo exemplo rebellionis improbitatem populos allicientes, prouocantesque propriæ salutis naufragium miserè patiuntur: in quod postea populi vitiorum contagione grauati deprauatam principum suorum vitam sectando præcipitantur. Sicut enim omnes. [k] *Qui se elongant à Deo peribunt*, sitque [l] *longè à peccatoribus salus*: iuxta quod Deo Regius propheta dixerat: [m] *Perdidisti omnes qui fornicantur abs te.* Quoniam eorum: *In quorum conspectu* [n] *nō est Deus, inquinantur viæ in omni tempore*, indeque vita peccatorum misera. Sic qui per rebellionē diuortiumque malitiosum se ab Ecclesia Dei contumaciter auellunt, eius spiritualem principatum, non obediendo despiciunt, longè à salute sua relegabuntur: *Quæ extra Ecclesiam nulla esse potest. Sicque prophanus omnis*, S. [o] Hieronymi testimonio: *qui extra hanc domum, Christi nempe Domini Ecclesiam, agnum comederit: quisquis in arca Noe non fuerit, regnante diluuio peribit.* Et, vt eiusdem S. Patris verbis insistam: [p] *Quisquis ille est, quantumuis laudabiliter se viuere existimet, hoc ipso tamen quo ab Ecclesia seiunctus est, vitam non habebit.* Quid est autem aliud à Rom. Pontifice Dei Ecclesiæ capite visibili, Monarcha Ecclesiastico per hæresim, schisma, pertinaciæque rebellionem deficere, quam ab Ecclesiæ matris sanctissimæ sinu gremioque diuelli? Quæ diuulsio salutis vorax humanæ, cuiusnam opus esse potest, quàm Diaboli animas hominum perpetuò quærentis ad prædam, quas: [q] *Sicut leo rugiens mactet & deuoret?* Propterea Sanctus Hilarius hæreticum hominem præcipuum tam pestiferæ dissensionis auctorem, Diabolum oratione contra Arianos appellauit, à quibus admonebatur, vt cum Auxentio hæretico sedis Mediolanensis vsurpatore communicaret: [r] *Mihi certè*, inquit Sanctus doctusque Pater: [s] *Ille nunquam aliud, quam Diabolus erit, quia Arianus*, scilicet Auxentius: Simili loquendi forma Sanctus Chrysostomus hæretico loquebatur: *Arianus es, ergo diabolus es.* Idem de schismaticis alijsque Ecclesiæ rebellibus eius principatum Monarchicum à sæculari discordia & odio diuidere

3. Pars. *Principis ac populi perditio [illegible] ab Ecclesia per rebellionem & dissensionem elongatorum & extra illam sepositorum.*

k Psal. 72. v. 27.

l Psal. 48.

m Psal. 72. v. 28.

n Psal. 10. v. 5.

o S Hieron. Epist. ad S. Damasum.

p Ibid. S. Hieron.

q 1. S. Petri c. 5.

Hæreticus cur dicitur diabolus.

r S. Hilar. oratione contra Arianos.

s S. Chrysost. hom. 10. in 11. S. Matth.

Schismatici hæreticis conformes, non ab illorum valde impietate discrepantes.

conantibus debet esse iudicium. Nō enim schismaticorum pertinaciter rebellantium contra Ecclesiæ, eiusq; pastoris œcumenici statuta, Monarchicamque dignitatem improbitas valde ab hæreticorum impietate discrepat, si fidem consensumque D. Augustini testimonio, vt par est, adhibeamus dicētis: [a] *Multi hæretici nomine Christiano animas decipientes multa talia patiuntur: sed ideo excluduntur ab ista mercede, quia non tantum dictum est, Beati qui persecutionem patiuntur, sed additum est; propter iustitiam. Vbi autem sana fides non est, non potest esse iustitia. Neque schismatici aliquid sibi ex ista mercede promittant, quia similiter vbi charitas non est, non potest esse iustitia. Dilectio enim proximi malū non operatur, quā si haberent, non dilaniarent corpus Christi, quod est Ecclesia.* Atqoe hanc schismaticorum hoc sacratissimum mysticumque Christi Domini corpus crudeli pugna, contentioneqoe rebelli immaniter laniantium improbitatem adeò sanctus ille pater horret & execratur, vt schismaticus solertes diaboli ministros in opprimenda Ecclesia, non modo hæreticis, sed etiam Iudæis atque paganis æquiparare, conferre & annumerare non dubitet, hæc libro de vera religione dicens: [b] *Neque in confusione paganorum, neque in purgamentis hæreticorum, neque in languore schismaticorum, neque in cæcitate Iudæorum quærenda est religio: sed apud eos solos, qui Christiani, Catholici, seu Orthodoxi nominantur, id est, integritatis amatores, & recta sectantes.* Quid S. Chrysostomus? Nunquid de schismaticorum abominatione minus acerbè & asperè, sed verè tamen, & ex charitate, quàm D. Augustinus opinatus est? Qui scelus illorum cum Christum Dominū crucifigentiom scelere comparauit: vt ista præclara ex ore illius aureo prolara testantur. [c] *Nihil Deū æquè irritat, atque diuisam esse Ecclesiam, etiam si bona fecerimus innumerabilia, non minores, quam qui eius corpus discindunt, pœnas dabimus qui plenū Ecclesiasticum connexum discindimus.* Prima huius sententiæ verba de vero Christi D. naturalique corpore loquuntur, quæ S. Patris mentem aperiunt: quod verba subsequentia clarius exprimunt. [d] *Nam illud quidem*, inquit, *factum est ad lucrum orbis terrarum, etsi non eo animo*, scil. verum Christi corpus per crucis tormeota, passionemque mortis discindere: *Hoc autem*, scil. Ecclesiam diuidere, *nullam vsquam habet vtilitatem, sed ex eo damni est plurimū.* His postea noo solùm principibus, sed etiā subditis valde notanda subiūxit. [e] *Hæc dicta sunt non solum ad eos qui gerunt magistratus, sed etiam ad eos qui ab illis reguntur.* Deinde semper per Auxesim schismaticorum enormitatem sceleris exaggerans docet illud *magis esse periculosum, maiorisque exitij aliquando, quam hæresim ipsam, ideò fortè, quoniam schisma hæresibus præbet aditum, initiumque per populos grassandi.* Propterea maximè necessarium huic nascenti monstro, operique diabolico celeriter

[a] D. August. L. 1. de serm. Domini in monte c. 5.

Hæreticis, paganis & Iudæis S. Augustinus schismaticos æquiparat.

[b] L. de vera relig. c. 6.

Schismatici Christum crucifigentibus similes, imò aliquo modo peiores.

[c] D. Chrys. in 1. c. 11. ad Corinth.

[d] S. Chrysost. 61.

Schisma hæresi periculosius plerumque.

[e] Ibid. S. Chrysost.

A obsistere: vt eius rabies & furor elidatur in radice: sic enim ait: [f] *Hæc à me dicta sunt de his qui se dedunt indiscriminatim ijs qui scindunt Ecclesiam. Nam si dogmata quidam habent contraria, vel propter hoc ipsum non conueniebat cum illis misceri. Sin autem eadem, multò magis. Quare? Quoniam est morbus ambitionis & amoris imperij & gerendi Magistratus.* Noo sine caosa Optatus Mileuitanus *schisma ingens flagitium, & summum malum* dixit esse. [g] *Quod vos*, Donatistas alloquens, *negare minime potestis.* Et cum schismatum multa sint genera, tunc illud maximom & enormitatis grauissimæ credendum est, quod in oppressionem dignitatis Pontificiæ effrænato conatu, licet irrito, violenter irrumpit, & quod ad conflandum temporalis potestatis aduersus spiritualem, dissidium odiumque grauiter efferatur. Si enim schisma communitet, [h] *Efficit per separationem ab Ecclesia propter Episcopalem dissensionem*, S. Hieronymus nos edocuerit, quis ignorat illud debere esse grauissimum quod dissensione peruersa ab obsequio Rom. Pontificis omnium Prælatorom, Episcoporom, Pastorumque Pastore ac principe hierarchico turpiter arcet & auellit? [i] *Beatus etenim Petrus*, vt cum Beda venerabili loqoar, *qui Christum vera fide confessus, vero est amore secutus, specialiter claues regni cælorū, & principatum iudiciariæ potestatis accepit, vt omnes per orbem credentes intelligant, quia quicumque ab vnitate fidei vel societate illius quolibet modo semetipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum absolui, nec ianuam possint regni cælestis ingredi.* Qood est miseria super omnem miseriam, quam diuisio illa dissensioque à diabolo excitata fabricator: vt qui in hac vita per rebellionem schismaticam extra Ecclesiam militantem positi malis caducis perituris que torquentur, in altera extra triumphantem quæ regnat in cœlis, extorres facti cruciatibus æternis in inferno puniantur. Quæ considerans attentè S. Augustinus, vt ingentem calamitatem, quā diabolicum dissidium rebellibos aggregat, ab anathematis fulmine promanātem efficacius exprimeret, in quodā de verbis Apostoli sermone ita locutus est. [k] *Omnis Christianus qui à sacerdotibus excommunicatur satanæ traditur. Quomodo? Quia scilicet extra Ecclesiam diabolus est, sicut in Ecclesia Christus, ac per hoc quasi diabolo traditur qui ab Ecclesiastica communione remouetur. Et nihil sic debet formidare Christianus, quam separari à corpore Christi. Si enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius, nec vegetatur spiritu eius. Quisquis autem*, vt ait Apostolus, *Spiritum Dei non habet, hic non est eius.* Si non est Dei homo peccator ab Ecclesia per anathema separatus, cuius erit nisi diaboli? Cuius immanitatem feritatemque sentiet in subeundis tormentis caducis & æternis. De quibus hactenus pauca dicta breuiter, sed inferius plura; & quidem sæpius vberiusque narrabuntur.

[f] Idem S. Chrysost.

[g] Optat. Mileuit. lib. 1. contra Parmen.

Maximum omnium schisma est in Roman. Pontificem rebellando ab Ecclesia separari.

[h] S. Hieron.

[i] Beda hom. de SS. Petro & Paulo ex hom. æstiualibus de sanctis hom.

Quam miserū est extra Ecclesiam relegari, ab eaque per fulmen anathematis arceri.

[k] S. August. serm. de verbis Apost.

CAPVT V.

Abominationes & ſcelera multa, indeque miſeriæ plurimæ, ab his diabolicarum diſſenſionum ſeminibus exortæ præter ſupra dicta commemorantur.

1. *Multa ſcelera ab his diſsidiis & odiis naſcuntur.*
2. *Multa bona nempe virtutes Chriſtianæ perduntur.*
3. *Ex quibus magnæ calamitates oriuntur.*

TANTVM nefas tantumque ſcelus variũ & multiplex, diſſenſionum nefandarum zizania à Diabolo inimico homine bono ſemini in agro Domini, Eccleſia nempe ſuperſeminata mundo pepererunt: vt ipſe Diabolus princeps mundi corrupti foras eiectus à Chriſto Domino, nunquam ſine hac zizaniorum diſcordiæ diſſenſioniſque ſuperſeminatione, in ipſum mundum terrenis hominum cordibus dominaturus rediiſſet, & rediens [a] cogitationum mortalium fontibus aſſidens virtutum germina, quantum in illo ſitum fuit, in ipſo ortu ſtrangulauiſſet. Sed peruerſa hominum voluntas, tanquam altera Tyſiphone diſcordiarum accincta flagellis, huic truculento humani generis hoſti viam in hunc mundum aditumque tanquam fugienti leoni patefecit ad vaſtationem regnorum terræque deſolationem, illam inſano criminum torrente ſubmergendo, & miſeriarum turbine conterendo. Hac turbulenta via, [b] aſcendit ille infernalis *leo de cubili ſuo*, vt loquitur propheta, *& prædo gentium ſe leuauit, egreſſuſque eſt de loco ſuo, vt ponat terram in ſolitudinem, ciuitates vaſtando remanentes ſine habitatore.* Quæ vaſtatio longè crudelior & immanior eſt, quam quæ à Nabuchodonoſor Chaldæorum Rege in terra Iudæorum facta eſt, de quo ad litteram ibi verba facit Ieremias. Hac diſſenſione nefaria regnans in terra Diabolus omnia peccatorum dilonio miſcens obruta vaſtat & perdit. [c] *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt: & ſanguis ſanguinem tetigit.* Quibus verbis Propheta omnium vitiorum orbem circulumque complectitur. Cum peccatum nullum flagitium atque ſcelus ad perdẽdas animas enormiter in orbe furere poſſe videatur, præter maledictum & mendacium: imprecationes videlicet, blaſphemias, execrationes mendaciis & impoſturis additas, in illudẽdo mendaciis, & fallendo periuriis, calumnias atque detractiones. Præter homicidium, cædes ſcilicet, effuſiones ſanguinum, trucidationes hominum crudeles & horrendas. Præter furtum, omnia ſcilicet rapinarum, latrociniorum, deprædationum, peculatuum, graſſationum apertarum & occultarum, violentarum & fraudulentarum genera continens. Præter adulterium, omnes libidinum

a S. Cyprian lib. de ieiunio & tentat.

b Ieremiæ c. 4. v. 7.

Diſſenſione mundi Dominum diabolus omnem aneratum peccatis deſtruit.

c Oleæ c. 4.

Omnia peccatorum genera diabolus per rebellionem à Deo & Eccleſia in hominum cordibus generat.

turpium nefandarumq; facies, inſignes ad deformitatem, ſpecie pro genere ſumpta, comprehendens, iuxta doctorum mentem interpretum. Propheta addidit in fine *ſanguis ſanguinem tetigit*, id eſt peccata peccatis aggregata, ſe in hoc contumaci & rebelli populo ingenti cumulo adglomerarunt, vt nullos virtuti locos eſſet, ſicut doctores præter [d] Chaldæum Græci & Latini SS. Hieronymus, Cyrillus, Haymo, Albertus, Hugo & Dionyſius interpretantur. Qui ſanguinem pro peccato in genere, maleficioque ſumunt ſacras ſecuti ſcripturas ſanguinis vocabulo peccata ſæpius criminaque deſignantes. Quod S. Gregorius non ſemel obſeruaſſe legitur, qui ſuper Ezechielem dixit: [e] *ſanguis ſanguinem tangit quando peccatum peccato additur, vt ante Dei oculos adiunctis iniquitatibus anima cruentetur.* In qua ſignificatione ſanguinem prophetam regiũ ſæpe multis in locis vſurpaſſe videmus, vt Pſal. 5. [f] *Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus.* Et Pſal. 50. *Libera me de ſanguinibus Deus meus*, id eſt de peccatis, &c. Atq; hi ſunt truculenti iſtius rugentiſque Leonis Tartarei flores fœdiſſimi, quos per venenata diſſenſionum ſemina, in agro Domini ſuperſeminata produxit, ex quibus mortiferos exitialeſque calamitatum priuatarum publicarumque fructus eduxit, *cui nomina mille,* [g] *mille nocendi artes.* Qui per ſuorum os maledictis fœtidum miniſtrorum mancipiorumque hæreticorum, ſchiſmaticorum, aliorumque ſceleratæ vitæ perditorum contra Deum ſanctamque eius ſponſam execrabili ſtomacho blaſphemat. Qui horrendas contra ſanctos eius iniurias, nefãdas contra paſtorem omnium Chriſtianorum, Vicarium Chriſti Domini in terris, diſpenſatorem fidelem ſuper vniuerſam Dei familiam, paſtorum prælatorumque omnium principem hierarchiæque ſpiritualis Monarchiæ calumnias, detractiones, contumelias & cætera id maledictorum genus euomit, eructat, vibratoq; ſerpentis inſtar, peſtiferę linguæ ſpiculo iaculatur. A verbis ad verbera, à maledictis ad malefacta, à venenatis linguis ad facta cruenta cõtra ſpiritualem Monarchiam, contra ſacerdotale ſolium, contra ſacroſanctum Rom. Pontificis imperium, ſuos poſtea dementatos euocat. Vt cum valde furens rabido pectore nefanda ſpirãs odia, diu multumque ſuos ad perdendam Dei Eccleſiam, & intemeratum eius principatum Monarchicum funditus ſi poſſit euertendum, immaniter excitauerit: eoſdẽ protinus cõtra principes ſæculares ad ſupprimendũ euellendũque radicitus eorũ imperiũ, monarchiãque furenter armet, violenta rebellione contra ſuos Reges ac Dominos ad ſaga bellaque præcipitet. Ipſe fuit Diabolus auctor ſeditionis execrandę, qua Antiochenos populos, poſtquam per ſcelera illos à Dei Eccleſiæq; mandatis auertiſſet, contra potentiſſimũ Imperatorẽ, ſicut optimũ atq; religioſiſſimũ Theodoſium, & cõtra coniugẽ eius ſanctiſſimam, Placillã contumeliis, opprobriis, iniuriiſq; atrocibus armauit. Cum illi quadã animi perturbatione agitati, dęmoniacoque inflati ſpiritu proſilientes in forum, veſano impetu in ſtatuam Placillæ Auguſtæ iam biennio ante, vita functæ furentes in odium contumeliamque Imperatoris irruerunt, eamque loco motam per vicos, plateaſque luto fæciboſq; vrbis immerſam indigniſſimè protraxerunt: auſi ſimilia in perſona Theodoſij principis,

d Chaldæus, S. Hieronymus, Cyrillus, Heymo, Albertus, Hugo, Dionyſ.

Sanguis pro peccato in ſcriptura ſæpe ſumptus.

e S. Gregor. l. 13 moral. c. 10. & homil. 2. in Ezech. & l. 7. Regiſtri c. 125.

f Pſal. 5. Pſal. 50.

g Æneid. 7.

Diabolus cum ſuos contra Deum ac Eccleſiam commouit, poſt contra ſæcularem principatum armat.

Diabolus auctor ſeditionis Antiochenæ contra Theodoſium imp.

a Sozomen. l.7.c.23.

si potuisset. Qua de re hæc Sozomenus, tam detestanda Diabolo accepta referens: [a] *Anno præcedente nocte postquam succedente die seditio mota fuit, spectrum mulieris visum esse magnitudine inusitatum & aspectu horrendum: Quod quidem in sublime, per ciuitatis plateas discurrens aerem eius verberaret flagello horrisono: vt quemadmodum ad iram bestias incitant ij, qui ad huiusmodi spectaculum operam suam nauant: ita hanc seditionem dæmonum insidijs genius aliquis malus commouerit: Ac fuisset sanè cædes ingens secuta, nisi iram suam Imperator sacræ supplicationis reuerentia motus remisisset.*

2. Pars. Diabolica dissensione multa bona perduntur, scelesti virtutes Christianæ.

At sæuiente Diaboli fraudibus ac furiis inter vtramque Monarchiam discordia, & politica, suadente diabolo, Ecclesiasticæ obsequi recusante propter salutem æternam, eique obedientiæ iura denegante, non modo horrenda flagitia audacter & enormiter in Rep. grassantur, eorum cultores impunè ea patrando triumphant & B exultant; sed etiam, proh nefas? Sanctæ Christianæque virtutes illis oppositæ flagitiis solida prosperitatis quietisque publicæ fomenta, & fundamenta hoc tyrannico mundi principe regnante miserabiliter extinctæ collabuntur. Inde fundi nostri calamitas, vt mihi cum propheta exclamare liceat: [b] *Audite verbũ Domini filij Israël, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ.* Caussa tam districti Dei iudicij in ruinã vastationemq; multorum populorum vnde nata? Audi sequentia: *Non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra.* Non est veritas, in Hebrço non *emeth*, scilicet *veracitas, seu fidelitas*, nẽpe constans fides in dictis & factis. [c] *Et cum non sit qui seruet fidem, veramque degat vitam recta ratione regulatam*, vt Albertus & Dionysius exponunt: Quid mirum si absit misericordia humanæ societati tam necessaria, quâ pauperes & afflicti varietate malorum à suis subleuantur ærumnis? non affectu solùm sed effectu, vt [d] interpretes styli eruditioris obseruarunt. Quam propterea misericordiam *Beneficentiam* [e] Vatablus appellauit: atque harum duarum virtutum causa exilij & relegationis à terra, est diuinæ scientiæ priuatio: *Quia non est scientia Dei*, quæ non tam in cognitione, quam in operatione consistit. Est enim scientia, hæc scientia sanctorum, quæ est operatiua atque factiua, quæ non solùm facit scire, sed etiam ex diuina cognitione facit operari, iuxta illud Ieremiæ ad Ioachim filium Iosiæ Regis Iuda: [f] *Pater tuus nunquid comedit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam, tunc bene erat illi? Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suum: Nunquid non ideò quia cognouit me dicit Dominus?* D In hunc sensum dicebat S. Ioannes. [g] *Qui dicit nosse Deum, & mandata eius non seruat, mendax est.* Sublata ergo vera Dei scientia de terra, quid mirum si fides, constans veritas in dictis & factis, si hæc misericordia in egenos afflictosque beneficentia ex illius terræ finibus expellantur? Ex eo enim quod insipientes dixerunt in corde suo: [h] *Non est Deus*, propterea: *Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis.* At cum discordia, dissidium, & odium inter spiritualem sæcularemq; potestatem, in corde peruersorum dæmonis artibus immissa veritatem, fidem, misericordiam Deique scientiam ab istorum mentibus & manibus exterminatas longissimè pepulerint: mirabimur si cum illis virtutibus illarum

b Hoseæ c. 4. v. 1.

c Albertus & Dionys. in 4. Hoseæ.

d Haymo, Hugo, Dionysius, Vatablus & Montanus.

e Vatablus in Hoseæ cap. 4

N. Scientiam Dei non esse solam cognoscendo Deũ, sed etiam in faciendo quaerbet.

f Ieremiæ c. 22. v. 15.

g S. Ioan. ep. 1. c. 2.

h Psal 13. v. 1. & 2.

A Regina & Domina charitas Christi: [k] *Diffusa in cordibus pacificorum Dei, per spiritum sanctum qui datus est illis*, exulauerit? & relegata turpiter longè ab illis perniciosè migrauerit? cum sine pace & sancta fidelium vnitate hęc omnium virtutum princeps & domina in medio populorum minimè pacificorum remanere atque morari dedignetur? [l] *Vbi non est vnitas, ibi non est charitas*, vt constat ex epistola Ioannis 8. Pontificis ad Basilium Imperatorem scribentis contra Photianos diuisiones, discordias & odia in Ecclesia Dei inter Pontificem Rom. & Imperatorem suis schismaticis dogmatis & hæreticis erroribus perniciosissimè seminantes, in qua hæc inter alia. *Quomodo* inquit, *habere poterunt charitatem, qui diuidunt vnitatem, &c.* His autem artibus dolis tuis caecrãdis, licet eos quos contra sanctissimam matris Ecclesiæ Monarchiam rebellionibus insanis excitas, O pyrata animarum crudelissimè, perdas & ad abyssum inferni trudas, nihilominus tamen:

Niteris in cassum nauem subuertere Petri:
Fluctuat, at nunquam mergitur illa ratis.

Huius sanctissimę Monarchiæ spiritualis: [m] *Fundamenta in Montibus sanctis, cuius portas diligit Deus super omnia tabernacula Iacob:* Hæc audiant mansueti & pacifici sedis Apostolicæ cultores & amatores, & lætentur: Peccatores verò videant, videntes audiant, audientes irascantur, fremant & contabescant: & si sapiant, tandem aliquando huius aureæ diuinæque sententiæ à spiritu sancto per os magni sanctique illius Theologorum patris Augustini prolatæ veritatem sincerè ac ingenuè pro conuersione saluteque sua confiteantur: [n] *Hoc habet auctoritas matris Ecclesiæ, hic fundatus veritatis canon: contra hoc robur, contra hunc inexpugnabilem murum quisquis arietat, ipse confringitur.* C Hęc est illa ciuitas super montem posita, quæ errorum tenebris circumuolui non potest, vincinescia, præcipitari non valens: *ciuitas munita in columnam ferream & murum æneum*, prę magnitudine fortitudinis erecta: contra quam, [o] *portæ inferi præualere nequeunt.* Contra quam formica non Leo rugiens pro virium infirmitate diabolus apparebit. Quam alloquens Dominus per Esayam Prophetam Euangelicum dicebat. [p] *Omne vas quod fictum est contra te non dirigetur, & omnem linguam resistentem tibi in iudicio iudicabis.* Vt intelligamos omnes qui dissensionis æstu rebellionisque furore contra Ecclesiam Dei eiusq; principatum Monarchicum violenter assurgunt & irruunt, tanquam sęculari potestati inimicum, Dei non niti potestate sed diaboli, quæ contra salutem bonorum pro sceleratorum insania in D terris exitialiter efferatur. Ea potestas non Dei, sed Diaboli est, quæ pacis Christianæ interitum ruinamque molitur, quæ rebellando contra sacros Ecclesiæ Catholicæ fasces luctatur: quæ armata dissidijs furiisque dissensionis, odij, inuidiæque sub pectore principis sæcularis cõtra maiestatem principis Ecclesię spiritualem à Christo Domino constitutam stimulos versat & acuit. Quæ ea scelera, de quibus ante, diaboli semine propagata colit, veneratur, & adorat, oppositasque virtutes his aduersas sceleribus flagitiosissimè cõculcat, adulterat, exterminat. Quã quidem distinctionem potestatis Dei & dæmonis Ludouicus Comes contra Valtramum schismaticum Germaniæ Episcopũ Henricianæ tyrannidis fautorẽ, & Catholicos à sedis Apostolicę reuerẽtia

k Rom. 5.

Charitas Dei cum aliis virtutibus per dissidia inter vtramq; Monarchiam a dæmone excitata relegatur, & ejicitur à dissidentium cordibus.

l Epist. Ioan. 8. ad Basiliũ Imp.

Sine vnitate pacis non est charitas.

Diabolus rebelles in Ecclesiam, perdit non ipsam Ecclesiam & sanctos eius filios.

m Psal. 86. v. 1. & 2.

n S. August. serm. 15. de verbis Apostoli.

o S. Matth. 16

p Esaiæ c. 45

Non omnis potestas est à Deo nisi ordinata, sed & alia inordinata contra Deum, & Ecclesiam quæ diaboli est valde infirma & insana.

Vtriusque potestatis Dei & diaboli distinctio præclara.

a Ludouici Comitis contra Valtramum schismaticum Episc. Magdeburgensem Epistola in Dodechino in appendice ad Marianum Scotum.

obsequioque pertinaciter auertere molientem his verbis verè præclareque notauit. [a] *Si enim,* inquit, *omnis potestas à Deo, vt tu intelligis, quid est quod de quibusdam dicit Dominus per Prophetam, ipsi regnauerunt, sed non ex me, principes extiterunt, & non cognoui eos. Si omnis potestas est à Deo, vt tu intelligis, quid est quod ait Dominus, si oculus tuus scandalizauerit te, erue eum & proiice abs te? Quid est enim potestas nisi oculus? Certè Augustinus in expositione Apostolicæ sententiæ: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Quod si potestas* (inquit) *aliquid iubeat quod contra Deum sit, hic cōtemnes potestatē, non timēdo potestatem. Alioqui nunquid est iniquitas apud Deum? Nunquid Christus peccati minister est? Absit. Quid ergo dicemus? Nunquid ab Apostolo diuersa sententia Prophetia diuulgatur? Augustinus: minimè diuersas tibias inflat Spiritus vnus.*

Hoseæ c. 8
S Matth.
D August.
Romano c. 9.

B Vt autem eum schismaticum truncatæ à se malitiosè sententiæ S. Pauli, aliorum instar hæreticorum Ludouicus ipse Comes conuinceret, ita perrexit. *Itaque audiamus Apostolum concordantē & seipsum exponentem, & inimicum, vltorēq; suum destruentem. Non est* (inquit) *potestas nisi à Deo. Quid sequitur? Qui ergo* (inquit) *potestati resistit & reliqua. Absit, non hoc sequitur. Sed quid sequitur? Quæ autem sunt à Deo ordinata sunt: nempe hoc est quod quærimus. O lingua dolosa! O cor machinans malum! Spiritus vadens & rediens: cur mentitus es Spiritus sancto? Arguat te conscientia tua. Ecce fugit impius nemine persequente. Cur vt deciperes, supprimere veritatem voluisti? Cur medullam, cur animam eius sententiæ furatus es?* Post hęc mentem S. Pauli exponendo his verbis aperuit. *Non est potestas nisi à Deo, vt coniecturam reprobi intellectus amputaret: Quæ autem sunt* (inquit) *à Deo ordinata sunt:* tum subiūgit: *Da igitur potestatem ordinatam, & non resistemus, imò dabimus illicò manus &c.*

Valtramus schismaticus more aliorum hæreticorum sententiam Apostolo truncauit.

C His positis quis non videt improborum potestatem qua in arcem potestatis Ecclesiasticæ demoliendam diruendamque contra mandata Dei conatu inordinato & impetu cœco feruntur, Dei non esse, sed dæmonis? qui per rebellionem hæreticorum & schismaticorum regnando in terra sceleratè viuentium, tot virtutum naufragia patrauit, tot vitiorum trophæa in suorum ministrorum satellitumque mentibus extulit. Sed vnde tanta scelera nata, tantæque abominationes obortæ? vno verbo cum propheta dicam. [b] *Quia sunt populus huius terræ, sicut hi qui contradicunt Sacerdoti.* Hoc quid est aliud, quā quod dixit S. Cyprianus, quodq; supra recensuimus: *Non aliunde, scilicet, ortas hæreses & schismata, totiusque Ecclesiastici cum politico status conuulsionem & desolationem, quam inde quod sacerdoti Dei,* Romano nempe Pontifici, Monarchæ Ecclesiastico, *non obtemperatur: & Ecclesiæ vniuersalis præfectus superbo tumore contemnitur.*

b Hoseæ c. 4.

S. Cyprian. epist. ad S. Cornelium Papam.

D At post tot funera virtutum, post tot trophæa, scelerum, ouium Christi cædibus cruentata, quæ discordiæ, lites, dissidia, inimicitiæ inter spiritualē & politicum principatum diaboli fraudibus atq; dolis excitata quotidie pariūt, partaq; fouēt, alūt, corroborāt: Quantæ ab his, quam diræ miseriarū facies, ærumnarūque species mundo hinc adueniant, quis dignè commemorare valeat? Quis luctus miserorum? quis afflictorum gemitus? quis funestos hominum clamores? quis lamenta mulierū, quis puerorū ejulatus ex his erūpentes ærumnis oratione non dico recensere, sed solū cogitatione percurrere posset? Certè cū omnis dis-

3. Pars. Quanta miseria ex funere virtutum & vitiorum triumpho per hanc diabolicā dissensionem.

A cordia, quę à diabolo manat, ministerio peccatorum, mala sit, necnon publicę atq; priuatæ tranquillitati, salutiq; perniciosa maximè: tū illa pessima atq; misertima, quæ inter vtramque Christi Domini monarchiā sęuit, quę Christi Domini regnū atq; tabernaculū, Ecclesiā scil. sanctissimā ab hominibus arcet & expellit, diaboli, mundi peruersi principis seruitutem atq; tyrānicam dominationem inter homines erectura. Vnde calamitates innumerę spiritualē principatū opprimētes, & sæcularē in fluctuante, vel potius pereūte principum, subditorumque salute funditus euertētes: *Propter hoc lugebit terra,* inquit Dominus apud Hoseam, *& infirmabitur omnis qui habitat in ea,* scil. omnis populo illius habitator terræ deficiet necessitatibus obrutus, & attritus malis interibit: [c]

B *in bestia agri, & in volucre cœli,* i. Hebræorū more, cum bestia agri, & cum volucre cœli (vt 70. vertunt) tantusque diuinæ vltionis ardor erit, vt in odium & detestationem peccatorum crimin ūque populi terræ illius, cū morte atq; ruina peccantis illius præuaricantisque populi, armis dissensionis & rebellionis contra Deū & Ecclesiam eius erecti, sit etiam bruta, aues & pisces, agros, aliaque inanimata destructurus. Sic Threnorū 2. exitiū Israëliticę gentis propter peccata Propheta lugens dicebat. [d] *Et murus pariter dissipatus est, succidetur omnis homo terra illius incola cum bestia agri.* Sed præter bestias agri & aues cœli, pisces maris congregabuntur (inquit [e] Hoseas) vt scilicet omnes simul pereant, deficiant, cladem ruinamqoe sentiant, atque de medio sublati moriātur & intereant, vt Septuaginta, Chaldæi & omnes interpretes exponunt. Hanc cladem piscium,

c Hoseæ c. 4. v. 3.

d Thren. 2. v. 8.

e Hoseæ c. 4. v. 3.

C maris siccitatem, destructionemque inanimatorum, vt agrorum natura sua fœcundorum in vltionem peccatorum, meminit propheta regius cum dixit: [f] *Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim: Terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitantium in ea* Similiter & Esaias desolationis gentis peccatricis abominationem à vitiorum abominatione generatam tali augurio vaticinioque lugubri prædixit: [g] *Et arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur atque siccabitur, & deficient flumina,* & cætera. Et post: [h] *Mærebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete super faciem aquarum emarcescent.* Hæc & similia mala cruciatuum æternorum prænuntia, Diaboli tyrannicè crudeliterqoe populo peccatis onerato dominantis fraudibos & machinationibus, gentes Deo eiusque præfectis in Ecclesia rebelles, atque quam Deus inter spirituales & sæculares principatus Monarchicos

f Psal. 106. v. 33.

g Esaias c. 19. v. 5.

h Ibid. v. 8.

D sacro suæ sponsæ sinu conclusos pacem esse voluit, atque constituit, seditionibos discordiisque feralibus euertere molientes, exitialiter adorientur. Vt hinc quàm verum sit illud Iuonis Carnotensis ad Paschalem Pontificem ingenuè confiteamur. [i] *Nouit vestra paternitas quia cum regnum & sacerdotium inter se conueniunt, bene regitur mundus, floret & fructificat Ecclesia: cum verò inter se discordant, non tantum non paruæ res non crescunt, sed etiam magnæ res miserabiliter dilabuntur.* Hispani sub Rege VVitiza rebellione sacrilega deficientes à sede Apostolica, Pontificiæ Monarchiæ Maiestatem, sanctamqoe dignitatem contemptu, contumacia & odio despicientes, se regnumqoe suum sub

i Epist. Iuon. Carnot. ad Paschalem Papam.

Hispani impugnantes Monarchiam Ecclesiæ, & à sede deficientes Apostolica suū regnum perdiderunt Saracenorum seruituti atque dominationi subiugarunt.

Ruderico Rege violenter amiserunt, victi dominique à Sarracenis eorum iugum dominationis misera pressi seruitute subire creati sunt. Sic dum regnum Christi spirituale destruere conantur, suum miserè turpiterque temporale perdiderunt. Vt planè illis quid simile qood Iudæis acciderit, cum his suæ comminando libertatis atque dominationis interitum, eo quod: [a] *Confregissent catenas ligneas*, Ieremiæ Deus imperauit, vt ferreas frangi nescias solidè fabricaretur; cum videlicet qui iugum Dei suaue, & sacerdotum eius subire detrectaoetant, Pharaonis ferreum, aut Nabuchodonozor sustinere portareque, quamuis durissimum acerbissimũque cngerentur. Sic illi Hispaniæ Reges, & populi, quod ab obedientia seruitioque spirituali sedis Apostolicæ se sobducere proteruè arroganterque voluerint, iusto Dei iudicio suam cum vniuerso regno libertatẽ post moltas crudelissimas regnicolarum neces trucidationesq; perdendo, captini duræ mancipari seruituti, barbarorum tyrannicæ dominationi subiugari meruerunt. Fuit ipse inimicus homo diabolus rot patrator in terra scelerũ, qui inter Christianos principes odiorum, discordiarumque in terra sancta zizania superseminauerat, ne contra Sarracenos meritoriè feliciterque pognarent: & ita Catholicorum omnium vota, suo deficerent effectu, exhortationesque ad illos principes Romani Pontificis irritæ inanesque voloerentur. Quod memorabili inter cæteras Guillelmus [b] Neubrigensis historia comprobauit. Agens enim de qoadam apparitione dæmonis, eoormi corpore vultuq; terribilis, Peregrino Cœnomanensis Episcopi domestico, post visitationem S. Iacobi Compostellæ ad sanctum Domini sepulchrum Hierosolymam religionis causa peregrinanti facta, præter cæteros quos habuit cum illo Peregrino diabolus sermones, ad interrogationem Peregrini petentis qui esset, & quid negotij haberet, ipsos commemorat: *Dæmon*, inquit, *constrictus imperio* (scilicet Dei ad preces S. Iacobi quem ipse Peregrious suis precibus interpellaoerat) *sum generis humani infestus, mille nocendi artibus instructus. Ego enim grande illud scandalum, & possessione Christianæ iacturam in Oriente patraui. Ego inter Reges Christianos in terra promissionis, vt nihil ibi ageretur ab eis, nec prosperaretur opus Dei in manibus eorum, detestabilem discordiam seminaui: Regem Anglorum à Syria digressum per ministrum nequitiæ meæ, ducem scilicet Austriæ captiuaui, multimodam exinde malorum occasionem regnis Christianis concinnans. Eundem quoque Regem de captiuitate propria reuertentem comitatus in partibus istis nunc consisto, cubili regis, tanquam familiaris minister frequenter assisto, & circa thesauros eius apud Chinonem repositos peruigili cautela obseruo. His dictis malignus disparuit.* Hæc Neubrigeosis scriptor huius anni scilicet 1194. quo hæc gerebantur. Quamobrem ex his omnibus toto hoc capite priorique dedoctis (vt per ea quæ in principio capitis præcedentis apposui, capitis huius extrema resoluam) constat opus verè diabolicum esse, dissensiones, atque dissidia inter spiritualem, & sæcularem Monarchiam seminare; propter scelera tanta qoæ inde nascuntur. Necnon propter tantas ærumnas calamitatesqoe, qoas in tot vltionem flagitiorum & scelerum sæpe diuina iustitia, iustaqoe Dei erga peccatores indignatio in Respublicas, regnaque criminibus immersa, spirituali Christi Domini regno discordiis & odiis aduersa profundunt.

a Ierem c.28

Diabolus inter principes Christianos dissensionum semina sparsit in terra sancta, ne feliciter contra Sarracenos pugnarent.

b Guillelmus Neubrigensis sui scriptor temporis l.5. c.7.

Verba diaboli ad Peregrinũ mala quæ fecerat in terra sancta commemorantis, dissensionem spargendo inter principes Christianos.

CAPVT VI.

Quibus artibus & fraudibus diabolus armatus ad nascentis Ecclesiæ crescentisque primis sęculis interitum, ac eius Monarchiæ ruinam, tyrannos infideles, paganosque persecutores insania percitos excitauerit.

1. *Vt irritaret Imperatores paganos & Reges diabolus contra Christi Domini Ecclesiæ nascentis principatum, fraudulenter eis, falsoque persuadebat Christianos, si viuerent, eorum destructuros imperium.*
2. *Diabolus infidelibus principibus ruinam potius regni secularis, quàm sui infernalis, virtute Christianorum proposuit, vt illos contra hos immanius exasperaret.*
3. *Frustra diabolus per crudelitatem tyrannorum enixus est ad interitum Ecclesiæ Christianæ, eiusq; demoliendam Monarchiam, merito propterea in sacris scripturis* Malleator *atque* Draco *nominatus.*
4. *Diabolus cum suis arma contra Ecclesiam Dei, persecutionis impia cuncta in suam suorumque ruinam conuertit, iustis infirmissimus vt formica, iniustis robustissimus, vt leo rugiens.*

TRVCVLENTVS ille generis humani hostis diabolus, cuius fraudes, milleque nocendi artes ad ruinam salutis humanæ directæ exitiali furore semper assorgunt, crescuntque crudeliter: in principio nascentis Ecclesiæ, vt eam suffocaret in cunis, hanc detestabilem sceleratãque persuasionem infidelium principum meotibus infudit. Sua imperia, atqoe principatus destructum iri à Christianæ fidei religionisqoe professoribus, si diutius viuerent, & in Ecclesiastico principatu, sub vno principe Monarchico regnarent: vt sic illos crudelitate omni furoreqoe in hos surgentis Ecclesiæ flores in medio infidelitatis frigore exortos armaret. Quorum sanguine hanc Christi Domini nouam sponsam non habentem rugam neque maculam submergere niterentur: vt exemplorum à Christo Domino passo enumeratione ad Constantini magni tempora atque vltra, clarum apertumque manifestari posset, si moderatæ breuitatis ratio pateretur. Cui ne quid detraham, neue lectoris animus in meis sermooibus præ longitudine fastidiat, vna aut altera

Crudelissima dæmonis persuasio facta Regibus & Imperatoribus ad destruendã Dei Ecclesiam.

historia & quidem memorabili, propositionem meam solida veritate firmabo. Scripsit [a] S. Cyprianus Decium imperatorem crudelissimum super antecessores suos ecclesiæ Christianæ persecutorem, qui septimum persecutionum in Christianos inflammauit incendium, non tam rebelliones & conspirationes in propriam vitam, vastationemque imperii quorundam coniuratorum vt Galli & Volusiani, patris & filii, quam Pontificis vniuersalis Ecclesiæ principis creationem factam Romæ perhorruisse atque formidauisse. *Patientius*, inquit S. Cyprianus, *atque tolerabilius audiebat leuari aduersus se æmulum principem, quam æmulum sacerdotem*, seu, vt alii legunt, *quam constitui Romæ æmulum sacerdotem*, idest, creari Romæ Pontificem totius Ecclesiasticæ ditionis, principatusq; Monarcham. Qualis fuit S. Cornelius in æstu Decianæ crudelitatis ardentissimo, mediaque persecutionum conflagratione à Romano clero in solii Ecclesiastici Apostolicique culmen euectus. Similiter Constantius Arianus imperator abdicationem S. Athanasii à sede Patriarchali thronoque Alexandrino tyrannicam & impiam ploris faciebat, æstimabatque maioris, quam victoriam de Magnentio tyranno fratris Constantis Occidentalis imperatoris interfectore reportatam, vt ipse Constantius in colloquio cum Liberio Papa habito his verbis protestatus est. [b] *Quare præclaram illam victoriam de Magnentio & Syluano partam non tanti facerem, quam istum*, scilicet Athanasii, *ab Ecclesiasticarum rerum administratione abdicationem*. Sed vnde colligere potuit Diabolus Christi Domini Ecclesiam, sanctamque eius spiritualem Monarchiam, Romanum imperium destructuram, non quoad ciuilem politicumque principatum; sed quoad Paganismum & diabolicæ infidelitatis insaniam? Hoc ex prophetarum lectione vaticiniisque discere valuit. Legerat namque illud à Regio propheta prædictum de futura Christi Domini per suos Apostolos, aliosque suæ diuinitatis sacrique Euangelii seminatores præconesque victoria de mundi principatibus imperiisque reportanda. [c] *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum*; seu, vt est in Hebræo, *in terra multa* seu *magna*, nempe Romæ, cuius epithetum est *Magna*, vt Apocalypseos cap. 9. Nec etiam illum humani generis hostem illius obliuio ceperat, quod scripsit Esaias de Christo Domino eiusque loquens imperio ad fideles terræ. [d] *Sperastis in Domino in seculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuũ. Quia incuruabit inhabitãtes in excelso, ciuitatẽ sublimẽ humiliabit: humiliabit eam vsque ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem. Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.* Quid per sublimem ciuitatem, aliud propheta intellexit, quam Romam caput mundi, quæ tantum super omnes mundi caput extulit vrbes, [e] *Quantum* vt poëta loquitur, *lenta solent inter viburna cupressi*. Nam etiam Roma in Hebræo, sublime quid sonat, iuxta notationem significationemque huius radicis רום quod (exaltare) significat: inde nomen רומה *Roma* superbia est. Non quod velim curiosius rimari atque disquirere etymologiam huius nominis *Roma*, quod non ab Hebræis, sed à Latinis deductum esse credo: sed vt omnes sciant conformitatem vocis & idiomatis in vtraque lingua fortè non fuisse inanem, nec sine causa. Nam verè Roma superba & superbiæ Mater ac domina propter eminentiam potestatis & enormitatem infidelitatis cultusque dæmoniaci meritò dicebatur, quandiu in sordibus Paganismi polluta iacuit, & idololatriæ circumuoluta tenebris claritatem Christianæ veritatis apprehendere non valuit. Sed ad rem redeo. Dubium etiam nemini in sacris literis versato esse potest, hunc super omnes filios superbiæ damnationisque mancipia principem, humani generis osorem illud numerorum 24. intellectu suo cogitauisse, & suæ capacitate intelligentiæ naturalis olfecisse. In quo loquens propheta Balaam, etsi peruersus & iniquus, hæc de Romanis futura prædicens introducitur. [f] *Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos, ad extremum etiam ipsi peribunt.* In Hebræo pro Italia est nomen כתים. Sic enim dicta est Italia à *Cetim*, qui regnauit apud Ianigenas, à quibus Italus fuit vocatus. Ianigenæ verò dicebantur Italiam incolentes, à Iano rege antiquissimo nominati, vt scribit [g] Berosius Chaldaicus. Hæc & similia prophetarũ vaticinia, tametsi in sacris literis obscurè designata, diabolus apprehendere potuit de Christi Domini regno in terra, quod est Ecclesia, principatum diaboli inter homines eius fraudibus incãtationibusque fascinatos destructuro, non verò Monarchiam principum terræ remque publicam sæcularem & ciuilem hominum cœtibus, iure, legibus, rationeque sociatis imperantem euersuro, sed eam potius diuina gratia, benedictionibus cælestibus, donisque supernaturalibus sartam tectam ab omnibus liberam calamitatibus conseruaturo. Quod agnoscens diabolus, vt sub principum sæcularium immanissimæ persecutionis aculeos stimulosque dissensionis acerbissimæ contra sacros Ecclesiasticæ Monarchiæ fasces, eiusque subditos fideles verè Catholicos pectore verteret, non illis sui infernalis imperii ruinam vastationemque persuasit, sed sæcularis ciuilisque dominationis interitum. Sic homicida ab initio mundi qui in veritate non stetit, principum politicorum mentibus mendaciorum fraudibus & imposturis insidiari & illudere maximè contendit, vt eos cum subditis corpore animoque perditos æternis maledictionibus, infernique cruciatibus immergat. Hæc commenta mendaciorum, deliria & calumniæ diabolicæ cõtra Christianos tanto illos horrori & odio imperatoribus, & sub illis prouinciarum præfectis præsidibusque reddebant, vt cæteris hominibus crudelius tractati solo Christiani nomine punirentur. Vnde pia hæc Athenagoræ Christiani Philosophi querela & expostulatio ad imperatores M. Aurelium & Commodum filium, in cuius principio Christianorum innocentiam defendens, hæc ait. [h] *At vos (ne quæso hinc etiam vobis quod vulgo hominum imponat) vel nomine tantum audito auersamini. Atqui nomina digna odio non sunt, sed scelus ipsum pœnam & supplicium meretur. Mansuetudinem ac lenitatem vestram, animum erga omnes placabilem & benignum cum singulis suspicientes æquali & pari iure viuuntur: tum ciuitates pro sua quæque dignitate suis potiuntur honoribus: denique vniuersus hic terrarum orbis vestra prudentia beneficio, altissima pace perfruitur.* Post hæc suas querelas pro Christianis afflictis, odioque perfecto imperatorum & aliorum imperii præfectorum iniustissimè perculsis ita prosequitur. [i] *Nostri*

Marginal notes:

[a] S. Cyprian. ep. 52. ad Antoni.

Vide Pamelium in hunc locum.

[b] Apud S. Athanas. ep. ad solitariam vitam agentes.

Vnde diabolus discere potuit Christianam ecclesiam Romanum imperium, quoad suam infidelitatem subiugaturam.

[c] Psal. 109.

Magna Romæ Epithetum. רבה Raba.

[d] Apoc. c. 9. Esaiæ c. 26. v. 4 5 & 6.

[e] Virgil. Eglog.

רום Rom. רומה Roma Hebraicè superbiam sonat. Roma superba & superbiæ mater antequam Christiana esset.

[f] Num. c. 24. v. 24.

Nota Cur Italia Hebraicè כתים Cetim dicitur.

[g] Berosius Chald. l. 5. defloratione Chaldaicæ.

a. Pars. principibus diabolus ruinam potius regni sæcularis, quam sui infernalis interitum veritate Christiana proponit, vt eos in Christi Domini Spiritualem in ecclesia Catholica Monarchiã crudeliores exasperet.

Quantum imperatorum odium contra Christianos diaboli calumnia pepererunt.

[h] Athenagoræ Apologia ad Impp. Aurelium & Cõmodum.

[i] Ibid. Athenag.

tantum qui Christiani vocamur, nulla vobis cura est. Athenag. ibi. *Sinitis enim nos qui nihil mali patramus, immo omnium (vt in progressu sermonis nostri exponetur) pijssimè iustissimèque cum erga Deum, cum imperium vestrum nos gerimus, exagitari, rapi, fugari, nomen duntaxat nostrum plerisque impugnantibus &c.* Et paulò post. *Proinde vos obsecramus, vt nostri aliquam curam suscipiatis, quò aliquando tandem ab huiusmodi calumniatoribus iugulari desinamus.* At tot tantæque persecutiones, tot innocentum Christianorum neces, tot vexationes innoxio sanguine cruentatæ detestanda diaboli opera fraudeque patrabantur. Similidolo & machina diabolicæ fraudis & iniquitatis illusi gentiles & infideles apud Tertullianum obiurgabant Christianos auctores malorum omnium, quibus iactabatur imperium, eisque malitiosè improperabant imposturis sordidati, quod malè imperatoribus eorum facti osores imprecarentur: quod imperii exitio, calamitatibus attriti, tacitis insidiis & odiis inhiarent, salutemque Reip. discordiarũ seditionumque tempestatibus naufragari & penitus extingui, vota suo Deo facientes exoptarent. Quas nefarias imposturas calumniasque Tertullianus confundere cupiens, ita gentilibus talia comminiscendo mentientibus respondere coactus est. [a] *Idem sumus imperatoribus, qui & vicinis nostris. Malè enim velle, malè facere, malè dicere, malè cogitare de quoquam ex æquo vetamur. Quodcumque non licet in imperatorem, id nec in quenquam: quod in neminem eò forsitan magis nec in ipsum, qui per Deum tantus est.* Et sequenti capite Christianorum defensionem contra Gentilium imposturas calumniasque persequens ait. [b] *Si enim inimicos (vt supra diximus) iubemur diligere, quem habemus odisse? Item si læsi vicem referre prohibemur ne de facto pares simus, quem possumus lædere?* Postea vesanas crudelitates & plusquam barbaras istorum paganorum non potentium modo, vt Magistratuum, sed & plebeiorum hominum diabolica rabie tumentium immanitates, in Christianos innocentes tam mortuos, quam viuos exprimendo ita pergit. [c] *Quoties in Christianos desæuitis, partim animis proprijs, partim legibus obsequentes? Quoties etiam præteritis vobis suo iure nos inimicum vulgus inuadit lapidibus & incendiis? Ipsis Bacchanalium furijs, nec mortuis parcunt Christianis: quin illos de requie sepulturæ, de asylo quodam mortis iam alios, iam nec totos auellant, dissecent, distrahant; quid tamen de tam conspiratis vnquam denotatis? De tam animatis ad mortem vsque pro iniuria repensatis?* Quam autem alieni Christiani ab vltione iniuriarum sibi à paganis illatarum sumenda fuerint, sequentibus his ostendit. *Quando vel vna nox pauculis faculis largitatem vltionis posset operari, si malum malo dispungi penes nos liceret. Sed absit, vt aut igne humano vindicetur diuina secta, aut doleat pati in quo probatur.*

Impostura gentilium opera diaboli in Christianos.

a Tertull. in apolog. c. 36.

b Tertull. Apolog. c. 37.

c Tertul. ibid.

Christiani cũ possent iniurias sibi à paganis illatas vlcisci, tamen Christum suum noluerunt.

2. Pars. Diaboli & ipsius ministrorum furores & immanitates contra Dei Ecclesiam, eiusque spiritualem Monarchiam inanes & omni contero, dictus

Sed diabolus cum suis paganis, quos ad tantam rabiem vesaniamque crudelissimam contra Christianos inflammauit, in suis immanibus furoribus in vanum laborauit, frustraque in hanc sanctissimam Dei sponsam, eiusque spiritualem Monarchiam, labe omni criminis maculaque carentem, furiis accensus & ira sudauit: vt illam variis agitatam persecutionum procellis pro libidine sua destrueret. Ita furendo, ita bacchando plus sibi suisque diabolus, quàm huic sacræ Christi Domini sponsæ virgini immaculatæ nocuit, illam

A non opprimendo, sed purgando, vexationibus seipsum magis afflixit, regnumque infernale cõminuit. Est ille Malleator teterrimus, longè illo immanior atque robustior Tubalcaim, de quo Scriptura loquitur. [d] *Qui malleator & faber in cuncta opera æris & ferri*, nominabatur. Verè diabolus ipse nefandissimus, sanctissimæ virginis sponsæ Christi Domini fidelium matris Ecclesiæ malleator appellandus; qui eam tot fortissimis, iisque crudelissimis modo tyrannorum infidelium, modo Iudæorum, modo hæreticorum, modò schismaticorum, modò Turcarum, aliorumque perditorum hominum ictibus percutere non cessat: sed irrito conatu & impetu vano. Quoniam B ipsa tanquam incus fortissima frangi nescia malleos omnes comminuit, contriuit, conteritque quotidie. In quam respiciens Ieremias spiritu prophetico clamabat. [e] *Confractus & contritus est malleus vniuersæ terræ*, Diabolus scilicet, Ecclesiæ malleator, suæ & suorum ministrorum impietatis, immanitatis crudelitatisque malleo ipsam persequendo sine fine contundere, conscindere, & confringere non cessans, sicut [f] Origenes exponit. Sed inimitis labor crudelisque sudor malleatorem sua inanitate imbecillitateque frustrauit, præ ipsius Ecclesiæ robore & indomita fortitudine; quæ propterea secundum septuaginta interpretationem à propheta *Adamantina* descripta est. *Ecce*, inquit, *vir super murum adamantinum, & in manu eius adamas:* [g] *Et dixit Dominus ad me; Ecce ego iniiciam adamantem in medio populi Israel.* Adamas in manu viri Christus est in manu patris æterni. Murus verò adamantinus C Ecclesia Mater appellatur. *Contra quam portæ inferi præualere non possunt.* Cui oppositæ omnes diaboli, omniumque eius ministrorum perditionis filiorum vires euanidæ, furores inanes & potestates imbelles: *Quæ super aspidem & basiliscum ambulans*, [h] *Leonem & draconem*, diabolũ scilicet, & exercitus eius potenter robustéque conculcat. Quem tanquam vilem, abiectum imbellemque filiorum suorum virtuti resistere non valentem, ipsa sancta fidelium Mater contemnit, aspernatur, irridet suis victum armis, atque funiculis ligatum potentiæ suæ gloriosè trahit in triumphũ. Quem sacro propheta regius augurio designans, sic Deo loquebatur. [i] *Draco iste quem formasti ad illudendum ei*, scilicet à fidelibus tuis tuæ sponsæ filiis victo capto, ductoque in triumphum, sicut victores illudere victis & insultare solent. Vnde D. Augustinus agnoscens huius draconis inferni debiles vires & miseras armis gratiarum Christi, D quibus fideles septi munitique roborantur, oppositas, iusto Christiano dicebat. [k] *Illude draconi, ad hoc enim factus est draco.* Atque de infirma illa miseraque dæmonis, inferni draconis, alio nomine dicti, *Behemoth* ferocitate & potestate, risui & illusioni filiorum Dei propter eam subditi, Iob loquebatur dicens. [l] *Ipse est principium viarum Dei: qui fecit eum applicabit gladium eius.* Quem locum sic Septuaginta trãstulerunt. [m] *Hoc est principium fictionis Domini factum vt illuderetur ei ab Angelis eius.* Vtramque translationem sic S. Hieronymus exposuit. [n] *Qui fecit eum applicabit gladium eius, id est, malo, quo alios interemit, ipse punietur, sicut & de eius similibus dicitur Psal. 36. Gladius eorum intret in corda ipsorum.* Ita diabolus, & omnes impii eius ministri dum ferocitatis suæ gladios & arma contra Ecclesiam Christi Domi-

est proinde malleator & Draco. Diabolus malleator Ecclesiæ, vt eam magis firmet & purget, non vt atterat & infirmet.

d Gen. 4.

e Ierem. c. 51. v. 1

f Origen. in cap. 50. Iere.

g Amos c. 7. v. 7.

Ecclesia propter indomitam fortitudinem Adamantina dicta.

h Psal. 90.

Diabolus Draco dicitur cui prætransmotato vel ipsa fortiuum fidelium Ecclesia cum filiis suis illudit victo capto & ducto in triumphum.

i Psal. 103. v. 25.

k S. Aug. in Psal. 103. v. 26

l Iob. c. 40. v. 14.

m Versio 7.

n S. Hieron. in Iob. c. 40. v. 24.

4. Pars. Diabolus cum suis contra Ecclesiam omnium pia persecutionis eductus in suam suosumque ruinam continerit iustis infirmissimus vt formica, iniustis robustissimus vt Leo rugiens.

ni,eiusque filios, qui sunt veri Catholici, distrin- A gunt in propria ad sui interitum viscera conuertunt. Ideo rectè diabolus, *Initium figmenti Domini* dicitur, *vt illudatur ei ab Angelis Dei*, sanctis videlicet eius filiis militantis Ecclesiæ Christi Domini sponsæ eductis vtero, sinuque sacro post regenerationem baptismalem nutritis & educatis. Dum huic draconi mortifero per gratiam spiritus sancti vires elidont, omnemque victo, præterquam sibi & perditionis filiis suæ crudelitatis impietatisque ministris nocendi facultatem viriliter atque potenter adimont. Quo sensu doctoe ipse sanctissimus, sacrarum literarum eruditione præstantissimus, hæc alia propbetæ verba exposuit. [a] *Nunquid illudes ei*, scilicet Leuiathan, *quasi aui? Aut ligabis eum ancillis tuis*, seu, vt septuaginta transtulerunt. [b] *Illudes ei quasi aui? Aut ligabis eum tanquam passerem pueris?* In quem locum sic ille S. Doctor. [c] *Quod quasi aui illud perhibetur, quasi res parua & minima ad potentiam Dei habeatur, aui nomine voluit demonstrare. Quodque alligandum ancillis dicitur, illud est quod ipse Dominus dicit Lucæ 10.* [d] *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici, & nihil vobis nocebit.* Quod spectat verò ad hanc septuaginta translationem. *Alligabis eum sicut passerem infantulo*, illã propheta Esaias hoc oraculo corroborat. [e] *Delectabitur infans super foramine aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, mittet manum suam.* Quis ille infans tam confidens & audax vt aspidis, Leonis & Basilisci infernalis antri cauernæque Tartareæ morsus ictus & vncos nulla formidine perhorrescat? Nisi quilibet sanctus de fonte sacro vteroque matris Ecclesiæ, tanquam infans eductus, Deo renatus? quid ad iras, furias, omniaque crudelitatis, tentationis, persecutionisque territamenta huius generis humani carnificis tot nominibus in sacra scriptura propter varios nocendi dolos, fraudesque designati pertimescemus? Si sapuerimus, si sacræ matris Ecclesiæ aluo per lauacrum regenerationis educti Christianæ sanctitatis armaturam, gratia perfusi diuina retinuerimus? Cum non nisi improbis, & à Christi redemptoris nostri propter peccata, benedictione gratiaque separatis ipse diabolus sit, draco sit, Basiliscus, sit tygris, sit Leo rugiens & annosus? Iustis verò Catholicis sinceris, Christi regnum, spiritualemque eius in terris sub capite visibili Monarchiam ex toto corde, anima, mente, viribusque diligentibus atque defendentibus formica tantum, præ virium infirmitate vilis habeatur. Cuius rei mysterium septuaginta illuminati diuinitus nomen illud [f] Iob Hebræum, ליש scilicet *Leo annosus* quo diabolo designatur, [g] *μυρμηκολέων* transferendum esse iudicauerunt. Quod S. [h] Gregorius Latinè dixit Myrmicoleon, scilicet Leonem formicariom: quod esset nempe diabolus quandoque Leo annosus, & tygris crudelis, (vt S. Hieronymus expoiut) nimirum peccatoribus: formica verò iustis, animalculum contritu facile, & ad nocendum imbelle. Victoriam autem iustorũ sacro baptismatis fonte regeneratorum de diabolo & Angelis eius regius propheta prædixit, his Deum verbis affando. [i] *Contribulasti capita draconum in aquis. Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Æthiopum.* Quæ verba plena mysteriis hac præclara expositione S. Augustinus illustrauit. [k] *Draconum capita idest* A *dæmoniorum superbias, à quibus gentes possidebantur, contriuisti super aquam: quia eas per baptismum liberasti. Deinde confregisti caput serpentis, iuxta illud Ecclesiastici 10.* [l] *Initium omnis peccati superbia: dedisti eum escam populis Æthiopum, hoc est populis gentium, qui ante conuersionem nigri erant instar Æthiopum, quemadmodum indicauit Paulus Ephesiorum 5.* [m] *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: sed quomodo acceperunt istum draconem in escam?* Interrogando S. Pater sic sibi respondet. *Puto quia magis Christum acceperunt in escam: sed Christum quo se consummarent, diabolum quem consumerent.* Hæc S. Pater.

Diabolus impijs est Leo, iustis verò formica præ infirmitate.

a Iob. c. 40. v. 24
b Septuaginta in Iob 40.
c S. Hierony. in Iob c. 40. v. 24.
d S. Luc. c. 10. v. 19.
e Esaias c. 11. v. 8.
f Iob 4. v. 11. ליש lais.
g μυρμηκολέων, Septua. in Iob 4.
h S. Gregor. 5 c. 16 Moral in Iob. 4.
i Psal. 73. v. 13.
Diabolus victus à iustis quos persecutionis tormentis anxios est adortus.
k S. August. in psal. 73. v. 13.
l Ecclesi. 10. v. 15.
m Ephes. c. 5 v. 6.

B

CAPVT VII.

Tyranni infideles Romani Imperii, & alii à maligno spiritu inflati, vexantes Ecclesiam Dei eiusque Monarchiam spiritualem subuertere persecutionibus crudelissimis ferocissimè molientes, se cum imperio miserè perdiderunt vt exemplorum inductione demonstratur.

SED quid profuit immanibus tyrannis Romanis Impp. & aliis toto orbe ad sanctos Ecclesiæ Christianæ filios variis tormentis & oppressionibus exterminandos, & in eorum sanguine huius S. Matris maiestatẽ Monarchicam crudeliter obruendam, impero diabolico volitantibus? Quæ merces, qood stipen- C dium de his contra Christi Domini regnum, spiritualemque eius Monarchiam furoribus excitatis, illorum fuit aliud persecutorum immanium, quàm suæ mors animæ, dominationisque crudelissimæ, grauissimis infortuniorum obrutæ fluctibus, & acerbissimis malorum publicorum agitatæ tempestatibus ioteritus? Quod illis lucrũ, persuasioni diabolicæ consensisse? Quid fores cordium rugientis Leonis, infernalisque draconis tentationibus fraudibusque reserasse? Nisi cum priuatione temporalium bonorum, calamitatibus cuiusquogeneris æternas post se trahentibus succumbere? Audiant ista dementati diaboli dolis atque fallaciis rebelles Ecclesiæ spiritualisque Monarchiæ contumaces quæ ex adito spiritus sancti vaticinando sapiens exclamat. [n] *Initium superbiæ hominis apostatare à Deo: quoniam ab eo qui fecit illum, recessit cor eius; quoniam* D *initium omnis peccati superbia: & qui tenuerit illam adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem. Propterea exhonorauit Deus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis: radices gentium superbarum arefecit Deus & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Terras gentium euertit Deus, & perdidit eas vsque ad fundamentum.* Has comminationes Dei per os sapientis prædictiones que funestas, effecta fuisse secuta multis in regnis imperiisque sæcularium principum, vt Romanorum Imperatorum (qui magna iactatam persecutionum tempestate Dei Ecclesiam, eius dominationem spiritualem, rectoresque illius

n Ecclesi. c. 10. v. 15.
Comminationes diuinæ effectum sortitæ malorum, in oppressores Ecclesiæ principum spiritualium & populorum eius,

œcumenicos violenter oppresserant, facilè veteres replicantes historias inoeniemus. Si enim Pharaonis Deus fidelem sibi populum Israelem magnis persecotionum flagellis tribulantis domum, totumque Ægypti regnum eius tot inflictis aduersitatibus populationibusque funestauit: tot plagis cædibusque deuastauit; ipsum deniq, Pharaonem cum toto exercitu fugientes Iudæos animosa feritate persequentem in profundum maris extinctum obrutumque, lapsurum inde ad inferni tartara præcipitauerit; quanta vltionis asperitate in eos tyrannos ipsum Deum animaduertisse credimus, qui suum spirituale, sponsæque Euangelicæ regnum Monarcham illius visibilem, propria abutentes dignitate & officio, seueritate persecutionum atrocissima profligarūt? Prout Christus Dominus in suo Euangelio prædixit.

S. Matth 28. S. Marc. 13. S. Luc. 21.

Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & terræmotus magni erunt per loca, & pestilentia, & fames, terroresque de cælo, & signa magna erunt. Et quorsum tot mala miseriasque publicas mundo, mundi regnis terricolisque ea habitantibus Deus irruere patietur? Horum causa his sequentibus exprimitur, afflictionem nempe seruorum Dei, eius rectorum Ecclesiæ, aliorumque fidelium. *Sed ante hæc omnia injicient vobis manus & persequentur, tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præsides propter nomen meum.* Cuius prædictionis dominicæ fidem veritatemque in Rom. Imperatoribus, vt alios mundi principes prætercam, ipsoque terrarum orbis imperio exitus euentusque clarissimè demonstrarunt. Quis Nerone in Christianos immanior? Quis in Ecclesiæ Dei principes rectoresque crudelior? At quis etiam illo miserior? Quantæ malorum publicorum pressore in Imperium Romanum calamitatesque ab illius crudelitate redundarunt? Cuius prodigiosæ crudelitatis effectus in Christianos etiam profanus scriptor exprimens, inter alia crudelitatis barbaricæ genera dicebat.

Neronis in Christianos crudelitates horrenda.

a Tacit l. 13. annal & l. 15.

[a] *Pereuntibus addita ludibria: vti ferarum tergis contecti laniatu canum interirent aut crucibus affixi; aut flammandi: atque vbi defecisset dies in vsum nocturni luminis vrerentur.* Hæ aliæque similes in Christianos eorumque pastores ac principes Ecclesiasticos crudelitates admissæ, quantas imperio calamitates ærumnasque conglomerarunt; etiam ipsi profani scriptores minimè dissimulare potuerunt. Sic enim Tacitus.

b Tacit. l. 15. annal.

[b] *Eundem* inquit, *tot facinoribus fædum*, (scilicet annum quo tanta crudelitate Neronis tot Christianorū millia, cum aliis multis nobilissimis Romanis expirarunt) *etiam dij*, sed reuera verus & vnicus Deus, *tempestatibus & morbis insigniuere. Vastata Campania turbine ventorum, qui villas, arbusta, fruges passim disiecit; pertulitque violentia ad mœnia vrbis in qua omne mortalium genus vis pestilentiæ depopulabatur, nulla cæli intemperie, quæ occurreret oculis, sed domus corporibus exanimes, itinera funeribus complebantur, non sexus, non ætas periculo vacua, seruitia perinde atque ingenua plebs raptim extingui: equitum senatorumque interitus quamuis promiscui, minus flebiles erant.* Hæc & alia plura Tacitus propter breuitatem tegenda silentio. Horrendum dictu quod in Nerone Dion refert.

Calamitates ob neces Christianorum grauissimæ imperio Rom. aduenere.

c Dion in Nerone.

[c] *In Albanis nempe tanto sanguine pluisse, vt pluuia sanguine flueret, & mare tam longo interuallo retrocessisse ab Ægypto, vt magnam partem Lyciæ occupauerit.* Tandem illud tam horrendum crudelitatis monstrū sibi à populo Rom. & coniuratoribus timens, vrbe cedens, mortem in antro speloncaque delitescens, vt alter Orestes, furiis agitatus, amentia correptus, ense cruento tot scelerum vltore sibi consciuit. Huc huc videlicet Diaboli Neronem fascinantis, & contra Christianos armantis doli fraudesque collineabant, vt eum tandem post tot immanes fidelium Christi Domini & Ecclesiæ Catholicæ filiorum trucidationes cruenta morte perderet! Quid Domitianus Neronianæ crudelitatis æmulus? nonne sanctorum cædibus immanibus se satiando, Romæ plateas & vicos sacro filiorum Dei & Ecclesiæ Christianæ sanguine cruentando, sibi maturauit exitium, totque infortunia feralia congregauit imperio?

Mors cruenta & misera Neronis.

Sub Domitiano ob afflictā Ecclesiam Christi persecutionibus magnis, magna in imperium & ipsum tyrannum irruerunt calamitates.

d Suet. in Domitiano.

[d] *Cum octo continuis mensibus fulgura facta nuntiataque sunt, vt exclamauerit, feriat iam quem volet. Factum de cælo Capitolium templumque Flauiæ gentis, item domus palatina, & cubiculum ipsius, atque etiam à basi statua triumphalis titulus excussus vi procellæ in monumentum proximum decidit.* Quæ omnia aliarum mox venturarum prænuntia calamitatum, crudelissimam anno sequenti tyranni necem, factis dignam crudelibus eius, ignominiosissimamque sepulturam in inferno postea cum diuite epulone sepeliendi, augurio non fallaci vaticinabantur. Tempora Traiani prioribus omissis (ne sim prolixior quam par sit) ob Christianorum neces, Ecclesiasticæ Monarchiæ oppressionem funestissimæ calamitates ærumnæque nobilitarunt. *Dum enim Antiochia Traianus ageret* (inquit [e] Dion) *atrox & funestus motus terræ accidit, vicinis vrbibus atque populis cladem etiam afferens: Quanquam ipsa Antiochia insigni ac publica strage vastata fuit. Hyemabat in ea fortè Traianus, atque illic milites frequentes, & priuati complures conuenerant: alij præterea & iura accipere, & quosdam legationis officium, merces & priuata compendia traxerant. Quam plurimi visendi imperatoris, & spectandorum ludorum gratia confluxerant: ita vix vlla natio aut ciuitas à detrimento & clade immunis fuit, vt vniuersus planè terrarum orbis & populi, qui Romano parebant imperio, calamitatem ingentem acceperint. Motum terræ fulmina primum antecesserunt, tum venti insoliti atque peregrini vehementius inspirauere. Quibus monstris atque prodigijs esse grauia & horrenda videbantur, nemo tamen quæ mala secuta sunt, æstimauit. Tum magno atque repentino orto fragore maria feruescere, fluctus intumescere, adhuc æstus vehementiùs & violentiùs insurgere, terra omnis succuti, domus & ædificia contrario ictu quassari & dissilire, alia & superne assultantia tecta concidere: strepitus audiebatur ingens & horribilis: mœnia contrario pulsu modo huc, modo illuc vel nutantia confringi & ruere. Mare ipsum turbine contorquebatur: terra autem vbi ædificia non erant, maximo compulsa motu assultabat: Terra omnia erant, simul contrita ligna, collisa vasa fictilia, & saxa aceruatim magno cum stridore premebantur, puluis densus atque concretus excitari, tantaque obducta caligo cuncta oppresserat, vt alterum videre alloqui & audire minimè cuiquam, imò nec spirare quidem ingruente puluere ac vento liceret.* Hæc Dion ex innumeris pauca, quæ imperio aduenerunt infortuniis regnante Traiano, tunc cum florentissimum imperium beatissimumque putaretur. Mitto miserias multiplices & horribiles, publicas & domesticas, quæ successorem Traiani Hadrianum in vltionem effusi Christianorum sanguinis

Sub Traiano calamitates & miseria ob neces Christianorum.

e Dion in historia Rom. in Traiano.

Miseria publica ac domestica sub Hadriano illum imperiumque opprimentes.

oppressique Christi spiritualis in imperio Rom. Monarchiæ ad tædium vitæ despetando pepulerunt, vt mori voluerit vitæque miseræ finem mortiferis remediis venenatisque quæsiuerit. [a] *Cuius temporibus* (inquit Spartianus) *fuerunt fames, pestilentia & terræmotus, quæ omnia quantum potuit, procurauit, & fuit etiam Tyberis inundatio, hanc infensissimum omnibus*, inquit Dion, *cædes fecerunt.* Quantæ porro defectiones populorum sub illo factæ quos Traianus suo subiugauerat imperio. [b] *Mauri lacessebant* (inquit Spartianus) *Sarmatæ bellum inferebant: Britanni teneri se Romana ditione non poterant, Ægyptus seditionibus vrgebatur. Lycia denique & Palæstina rebelles animos efferebant. Quare omnia trans Euphratem & Tygrim reliquit.* Qui minus seueri in Christianos extitere; minusque surgentis Ecclesiæ Monarchiæ inimici, nimis quoque malis, ærumnisque cum Romano imperio contriti & afflicti fuere: suas Deo vltiones ad tempus cohibente. Qualis fuit Antoninus cognomēto pius, Hadriani successor, [c] qui tertio imperii sui anno cauit edicto ne propter fidem suam vltra persecutionum flagellis Christiani vexarentur. Fuerunt nihilominus illo regnante quædam, vt refert [d] Capitolinus, sed non ita funesta & acerba, qualia sub aliis sæuiore ira persequentibus, erupere, vt sub M. Antonino Aurelio ingratissimo in Christianos imperatore (quorum precibus ad Deum fusis suam imperiique salutem acceptam ferre debebat) & Philosophi nomine quo se mentiebatur, indignissimo. Cuius viuentis imperium quotæ clades, cumulique malorum fuerint adorti, ita Victor Aurelius expressit. [e] *Ab armis quies nunquam erat, perque omnem Orientem Illyricum, Italiam, Galliamque bella fremebant: Terræ motus non sine interitu ciuitatum, inundationes fluminorum, lues crebræ, locustarum species agris infestæ prorsus, vt prope nihil quo summis angoribus afferri mortales solent, dici seu cogitari queat, quod non illo imperante sæuierit.* Hæc multa paucis. Hunc tandem summa filii Commodi in omni genere mali improbitas adegit ad mortem fame & inedia voluntaria contractam. Huius crudelissimi filii & in omnes immanissimi tempora quantę funestarint aduersitates scriptores tam prophani [f] Capitolinus, Lampridius, Dion & alii, quam Christiani, [g] vt Eusebius in Chronico, & plures cum illo commemorant, de peste omnium prætæritarum grauissima illius imperii tempore grassante, maleficiisque innumera hominum millia perdentibus, hæc Dion breuiter. [h] *Per id tempus tanta pestilentia fuit, quantam nunquam fuisse cognoui. Nam moriebantur vno die sæpenumero ad duo millia hominum, multi non solùm in vrbe sed etiam sub omni ferè imperio necabantur à maleficis hominibus, quod acus oblitas veneno quibusdam pretio atque mercede adducti in alios coniecerent. Ob eamque causam innumerabiles homines interibant, sed nulla vis morbi, aut maleficiorum grauior erat populo Rom. quam Commodus.* Omnium scilicet flagitiosorum flagitiosissimus, qui post multas tragicas bonorum fideliumque Christianorum neces, tandem multis confossus vulneribus, necatusque crudeliter vnco tractus ad Gemonias ignominiosissimè deductus est. Interfectis Commodo, Pertinace & [i] Iuliano imperii emptore, Septimius Seuerus imperando diris æstuans aduersus Christianos, spiritualemque Ecclesiæ Dei Monarchiam furoribus, maximis va-

a Spartianus in Hadriano Dion. ibid.

b Spartian. in Hadriano. Defectiones populorum ab Hadriano & rebelliones aduersus eius imperium

c Eo Euseb. Sub Antonino pio poena minor, quia sub illo minus vexati Christiani

d Capitol in Antonino pio.

e Sub M. Aurelio clades & miseriæ.

Sub Commodo Aurelij filio.

f Capitolinus Lampridius Dion in Commodo.

g Eusebius in Chronico.

h Dion Cassius.

i In Iuliano

[k] Septimio Seuero clades variæ.

A tio tempore calamitatum procellis Romanum Imperium concussit, suam familiam filiorum dissidiis, odiorumque consumpsit ardoribus. Sed grauiores adhuc filius [k] Caracalla crudelissimus fratris Getæ inter brachia propriæ matris interemptor mortuo patre, miseriarum in imperium tempestates excitauit. Quæ illum postea militum gladiis cæsum trucidatumque sanguineo naufragio peremerunt, quas Romanæ historiæ scriptores memoriæ stylo funesto copiosè prodiderunt: quibus referendis breuitas me consultò supersedere cogit. Illud tantum Dionis referam: [l] *Quandiu principatum tenuit Antoninus* (scilicet Caracalla) *adeo omnis orbis terrarum qui erat sub eius imperio, vastatus ac direptus est, vt ludis*
B *Circensibus populus Rom. exclamauerit, nos viuos perdimus, vt mortuos sepeliamus.* Mitto varias neces Christianorum, sicut in earum vindictam varias imperio clades immissas sub Opilio Macrino, Caracallæ successore, qui vt cætera crudelitatis extremæ prætereeam, sicut loquitur Capitolinus. *Reddidit etiam Maxentii supplicium, quo ille mortuos viuos alligabat, viuos etiam homines parietibus struxit: eo imperante amphitheatrum exarsit, ter victus à Persis, mox à suis occisus.* Mitto omnium turpissimi & luxuriosissimi Heliogabali prodigia crudelitatis, tot iustorum virtutibus illustrium præstantibus neces ab illo, & sub illius patratas imperio, quamuis breuissimo, sponte prætereuehor. Cuius execrandæ turpitudinis, nequitiæ & immanitatis insanias, de quibus multa Lampridius, non solùm referre, sed & meminisse solùm horret animos; qui tandem cum trium
C tantùm annorum nouem mensium & quatuor dierum spatio regnasset, atrociter, iustè nihilominus occisus trucidatusque per compita, vicos, vias, locaque publica ciuitatis Rom. raptatus in cloacam, deinde in Tyberim sepeliendus vndarum cumulo pro tumulo proiectus est. Quid Maximini Thracis hoc naturæ mōstrum in imperio secuti crudelitates in Christianos commemorē? Propter quas aliis adiunctas iniustis immanitatibus in necem innoxiorum ciuium, [m] *Quia pecuniosi erant*, vt loquitur Victor, *atque locupletes.* Ipsum tyrannum cum filio milites iusta Dei, licet illis occulta, ordinatione, cum telis armisque persequuntur, captum vna cum filio discerpunt atque dilaniant. [n] *Conclamantibus cunctis è pessimo genere, nec catulum quidem relinquendum.* Gordianos imperatores patrem & filium aliosque prætereo, vsq; ad Decium crudelissimum supra cæteros Christianorum persecutorem: qui post il-
D los à se truculentissimè necatos & oppressos post principem & Monarcham Ecclesiæ œcumenicum S. Fabianum Papam, eius edicto ferali necatum, Deo tandem apertè de eo, eiusque filio sumente pœnas, destructo exercitu Romano, hiante terra miserabiliter absorptus ad Core, Dathan & Abiron instar viuus vna cum filio ad inferos vsque præcipitatus est. Funesta Galli & Volusiani impp. patris & filii tempora taceo, vt mea me ad Valerianum deducat oratio. Cuius diræ in Christianos persecutiones conatusque feri & insani ad sanctissimam Ecclesiasticæ Maiestatis demoliendam à radice Monarchiam, præter alia multiplicia quæ imperium Romanum non mediocriter afflixerunt atque dedecorarunt infortunia, Persas barbaros de Romanis amisso exercitu victores effecerunt, atque ipsum imperatorē

k Sub Caracalla.

Dion Victor. Capitol. Spartianus & alij.

l Dion.

Sub Heliogabalo.

Lampridius in Heliogabalo.

Sub Maximinō Thrace.

m Victor in Maximo Thrace.

n Capitolin.

Sub Decio eius & filij interitus horrendus.

Sub Valeriano eius finis & interitus funestissimus.

Victor. Capitolinus, Trebellius in Valeriano.

A ab hostibus captū diu turpissimæ seruituti subiugatum, in fine tandem vitæ funestissimæ Saporis Persarum Regis edicto, detracta crudelissimè pelle corporis viui excoriatum morte turpissima immanissimaque perdiderunt. Quanta verò mala sub illius filio Galieno ignauissimo, sed in Christianos crudelitatis ardentissimo imperium Romanom toto orbe diffusum perculerint, pluribus Trebellius Pollio in eius vita crudeli morte perempti Mediolani recenset: quæ etiam subticeo libenter, vt finiam. Sufficit mihi lectori digitum ad historiæ fontes intendisse, quos si libeat, adibit. Simili silentio alios tyrannos imperii fascibus & armis ad Christianorum ioteritom crudeliter abutentes Claudium, Aurelianum, Carum, Carinum, Numerianum, aliosque prætergredior: quorum sæpius immania edicta, legesque ferinæ terras imperii sacro Christianorum sanguine B cruentarunt. Qui suam postea miseram mortem exitiūque hac tanta innocentum sanctorūq; sanguinis inundatione fabricarunt. Mala & ærūnas quæ sæpius aduenerunt Imperio Rom. regnantibus Diocletiano & Maximiano Herculeo propter eorum immanissimas pluribus annis in Ecclesiam Dei filiosque illius Christianos insanias & crudelitates, commemorare longum esset: cum istorū in sacros Ecclesiæ saocta fasces, eius principes Romanos Pontifices, aliosque Ecclesiarū particularium rectores & in subditos illis fideliter populos persecutio, sicut cæteris elapsis longè diuturnior, sic & immanior extiterit. Quibus ideò imperantibus Romanum imperium vbique terrarum turbulentissimum vacillando permansit, per omnes mundi partes aduersus eos per multos annos rebellantibus populis & nationibus. Quos præ insania, quod suis immanibus furoribus Monarchiam Christi Domini sanctam C atque spiritualem euertere, soloque funditus æquare non potuissent, tædium fastidiumque vlterius imperandi cæpit; & abdicati imperio sicut crudelissime iustorum Dei seruorum variis immaculatam vitam tormentis ademerunt, ita vitā sceleratissimam Diocletianus epoto veneno, Maximianus vermibus, Herodis instar, fædissimè toto corpore scatens, fereque coosumptus strāgulante laqueo misertimè finiuerunt. Hi sunt fructus persuasionis diabolicæ, quam Romani Imperatotes præter alios terræ principes, votis & factis amplectentes, exitiali cultu dæmonia colentes, dum sibi à Christi Domini cultoribus hac dementati persuasione metuunt, ne per eos principatu suo labantur; hos sanctos veros Dei adoratores omni crudelitatis, immanitatis plusquam barbaricæ, atque ferinæ atrocitatis amentia sunt D persecuti. Sed insani atque dementes diabolo magis quam Deo, furori plusquam rationi fidentes, in sanctos Ecclesiæ Christianæ filios, & fidos Ecclesiasticæ Monarchiæ subditos, aggressi crudelia, non illos, spiritualeque illud in cathedra S. Petri à Christo Domino constitutum Christianæ religionis imperiom, sed seipsos vna cum diaboli principatu, cui sceleratissimè famulabantur, horrendo funere, exitioque detestabili perdiderunt.

Sub Galieno.

Sub aliis hic recitatis.

Sub Diocletiano & Maximiano Herculeo.

Persuasione diaboli fascinati imperatores pagani dum Christi Domini Ecclesiam, eiusque filios persequuntur, non illos sed seipsos cum regno diaboli perdiderunt.

CAPVT VIII.

Diabolus nihil per tyrannos infideles ad perdendam Ecclesiam Dei eiusque spiritualem Monarchiam destruendam proficiens, mutato variatoque prælio ad arma secum hæreticos euocat. Quorum execrabili in Catholicam Ecclesiam, eiusque Monarchicum principatum odio, dolis, fraudibus nefandis, superbia intolerabili, aliisque sceleribus vtitur ad huius sponsæ Christi sanctissimæ, Monarchiæq; spiritualis exitium, B licet frustra.

1. *Longè plura mala per hæreticos quam per paganos & infideles tyrannos ecclesia Dei, eiusque sacro principatui diabolus attulit.*

2. *Elegans hæreticorum nequitia fraudulentia & impietatis immanis descriptio, non solum ecclesia, sed & ipsius Dei decreta detestabili præsumptione & odio tanquam diabolica machina oppugnantium.*

3. *De calliditate hæreticorum fraudulenta, quapro altera machina belli contra ecclesiam Dei diabolus vtitur.*

4. *Quàm sceleratè hæretici verba Dei in SS.* C *scripturis posita contra ecclesiam catholicam, eiusque pastorem œcumenicum detorquent ad armandos contra vtrumque principes & populos.*



VIDENS diabolus se sua fraude malitiaque deceptum, & sanguinem Christianorū potius esse semen regni Dei, quā eius exitiom, relicta paganorum tyrannorū principum, idololatriæ fæcibus inquinatorum sanguinea rabie, mutata prioris forma dimicationis, se ad alios dolos fraudesque conuertit, nefando hæreticorū ministerio. Quibus vt solertibus impietatis suæ satellitibus, sicut inimicus homo super bonum Christi semen, in campo Ecclesiæ, discordiarum, dogmatum impiorum, aliorumque execrandorū errorum zizania super seminauit: per quæ Eccle- D siasticam Rom. Pontificis à Christo Domino cōstitutam in terris Monarchiam radicitus euelleret atque funditus opprimeret: inimicam illam hostiliterque perniciosam principum laicorum principatui Monarchico persuadendo. Vt hac abominabili persuasione principes ac populos qui sunt in regno, ab obsequio principis Ecclesiasticæ monarchiæ Rom. Pontificis funestis dissidiis auerteret. Quæ via vexandi Ecclesiæ sanctissimū principatum, sacrataq; eios imperii iura conculcandi potentior, nocentior atque sceleratior quā per tyrannos crudeliter iratos infidelesque huic rugienti Leooi, tartareoque dracoui visa fuit: nec malè. Virus enim odii contra Catholicam Christianorum

Plus mali per hæreticos quā per infideles tyrannos Ecclesiæ diabolus attulit.

Christianorum societatem, animorum corporumque cædibus insatiabilis suo sub pectore semper agitantes hæretici, insidiis inuolutum fraudulentis, plus exitij & aduersitatis sub ouium vestibus latitantes, Ecclesiæ causantur, quam tyranni veteres aperta crudelitate furentes vnquam præbere potuerunt. Qua de re rectè iudicans Origenes ea prophetæ Iob verba exponens. [a] *Chaldæi fecerunt tres turmas & inuaserunt camelos, &c.* hæc aiebat: *Diabolus aduersus Iob olim tribus cornibus dimicauit: Nunc verò nouissimis temporibus atque in vltimo sæculo, non in his solis tribus cornibus dimicat, tentat, insidiatur, seducit, atque subuertit per multitudinem hæresum, per innumeros errores, per abundantes seductores, per pseudoChristos ac pseudodoctores, quibus mundus repletus est, quos nequissimus seminauit; quos atrocissimus ille produxit, quos malignissimus fecit, florem & fructum in infidelitate atque errore afferre coegit. Quibus hic, vt diximus, mundus repletus est: qui venerunt &, veniunt in verbo Domini, in vestitu ouium; Intrinsecus autem sunt lupi rapaces: nomen Christianorū habentes, atque speciem pietatis, sed erroribus & impietatibus atque seductionibus repleti sunt: Isti sunt sanna mortis, & portæ inferi.* Facilius quidem ab illis hostibus Ecclesiæ apertimus, nobisque cauemos, ne nos seducant, qui aperto Marte se in omnibus fidei dogmatibus hostes Ecclesiæ iuratos ostendunt, quàm ab illis, qui multa nobiscum credentes, quibusdam Christianæ fidei Catholicæque religionis articulis aduersantur: vt ex his quæ credunt suæ venena incredulitatis seductorum mentibus perniciosiùs infundant. Vnde sanctus Ambrosius de lue pesteque Ariana loquens. [b] *In exordio illius,* inquit, *multas & graues hæreses nouimus à plurimis ebullire, & veneni vice ad intimum pectoris canceris sui virus infundere: sed vinci illi vel facilè vitari poterant, quorum prima propositione omne consilium pectoris proditur. At verò illi quibus multa nobiscum pacta sunt, facilè possunt innoxias mentes, & soli Deo deditas fraudulenta societate perimere; dum malorum suorum virus per bona nostra defendunt. Nihil enim periculosius his hæreticis esse potest, qui cum integrè per omnia decurrant, vno tamen verbo, ac si veneni gutta meram illam ac simplicem fidem dominica, & exinde Apostolicæ traditionis inficiant. Vnde vehementer nobis cauendum est, ne se vel sensibus, vel auribus nostris huiusmodi aliquid latenter insinuet: Quia nil tam agit in mortem, quam sub obtentu fidei, fidem violare. Vt enim gypsum aqua permixtum lac colore mentitur, ita hîc per verisimilem confessionem traditio inimica suggeritur.* Tanti doctrinæ patris hæc præclara sancti Gregorii illud Iob 27. *Argentum innocens diuidet*, exponentis optimè congruunt. [c] *Quamuis,* inquit, *hoc argentum quod diuidit innocens intelligi & aliter potest; hæretici namque vt facilè valeant peruersa suadere, dictis suis quædam recta permiscent, vt animos audientium ex rectis sensibus trahant, ex peruersis feriant.* Non sine causa magnus doctorum doctor Augustinus hæreticos Ecclesiæ Monarchicoque eius imperio longè paganis persecutoribus tyrannisque aperta rabie in Christianos efferatis perniciosiores nocentioresque multò esse iudicauit: Diabolumque per illos quàm per hos immaniùs

[a] Origen l. 1. in Iob 10. 2.

Totam Christi fidem abiurantes infideles, non tam Ecclesiæ eiusque filios seducendo nocent, quam qui mul in eum Catholicis credentes, nonnulla fidei dogmata oppugnant, sicut hæretici.

[b] S. Ambr. l. 1. c. 1. cōtra Aria.

[c] Iob c. 27. S. Gregor. l. 18. c. 11. moral.

Immaniùs & perniciosiùs furit in Ecclesiā diabolus per hæreticos quam per infideles tyrannos.

A in gregem Catholicum Saluatoris nostri fæuire: hos leonibus, illos draconibus comparando. [d] *Sicut autem patribus aduersus leonem,* id est diabolum apertè per infideles contra Christianos, veros spiritualis Christi Monarchiæ subditos in terris sæuientem, *opus erat patientia: sic nobis aduersus Draconem*, hoc est diabolum fideli Catholicorum societati sub nomine Christi occultè per scripturas deprauatas insidiantem, *vigilantia. Persecutio tamen siue à Leone, siue à Dracone nunquam cessat Ecclesiæ, & magis metuendus est cum fallit, quam cum sæuit. Illo tempore cogebat negare Christum: isto autem tempore*, scilicet grassante hæreticorum atque serpente cancro, *docet Christianos negare Christum: tunc cogebat, nunc docet. Tunc ergo ingerebat violentias, nunc insidias. Videbatur tunc fremens*, scilicet diabolus, furentibus
B tyrannis infidelibusque: *Lubricus nunc & oberrans difficilè videtur. Quomodo autem tunc cogebat Christianos negare Christum apertum est. Attrahebantur enim vt negarent Christum, & confitentes Christum coronabantur. Nunc autem docet negare Christum, & ideò fallit, &c.* Paulò post: [e] *Apertum malum fremitus leonis à longè auditur, à longè cauetur: Applicat se lubricus Draco occultis lapsibus: serpens leni tactu subrepens astuto sibila immurmurans, & non dicit, nego Christum. Nam cum coronatis martyribus quis audiret? sed dicit, esto Christianus*, quasi Catholicus Christianus non esset, sed hæreticus: *Et ille mirabili voce percussus si nondum veneno penetratus est, respondet, planè Christianus sum: si autem mouetur, & dente Draconis captus est, respondet. Quare mihi dicis, esto Christianus? Quid enim? Non sum Chri-*
C *stianus? Respondet ille*, scilicet hæreticus: *Non. Ego non sum? Non. Ergo nunc fac me Christianum si non sum, &c.* Sic diabolus per fraudes blandosque sermones hæreticorum simplices Christianos & incautos fallendo rapit, vt mactet; & eos puritatem Catholicæ religionis in eis maliciosè & fraudulenter adulterando, crudeliter ad inferna præcipitat. Quod per infideles tyrannos æstuante persecutionis ardore facere non potuit. Horum igitur hæreticorum fraudes, versutias, dolos, proditiones sceleratas, & sub illis occultum & exectabile odij & furoris in sedem Apostolicam, omnesque Catholicos Pontificiæ maiestatis, spiritualis Monarchiæ studiosissimos amantissimosque viros (quibus ad destruendum sacrum nostri Saluatoris ouile diabolus vtitur) agnoscens Fridericus secundus, hos dementes & insanos dæmoniorum adorato-
D res viuis suis coloribus constitutione secūda aduersus illos his præclarè verbis expressit. *Inconsutilem tunicam Dei nostri dissuere conantur hæretici, & vocabuli vitio sauientes, quod significationem diuisionis enuntiat, & in ipsius indiuisibilis fidei vnitatem nituntur inducere sectionem, & oues à Petri custodia, cui pascendæ à pastore bono sunt credita, segregare.* Post hæc eorum describens crudelitatem in Catholicas oues & insaniam ardentis mortalisque in ouile Domini, quod est Ecclesia fidelium in duplicem partita Monarchiam, odij commemorans, ita persequitur. *Hi sunt lupi rapaces intrinsecus, eo vsque mansuetudinem ouium prætendentes, quousque ouile possint Dominicum subintrare. Hi sunt Angeli pessimi: hi sunt filij prauitatum à patre nequitiæ, & fraudis auctore*

[d] S. August. in psal. 90.

[e] S. August. in

a: Paul.

Eleganter & pulchre hæreticorum nequitiam fraudulentia & impietatis immanis descriptio non solum Ecclesiæ, sed ipsius Dei decreto detestabilis præsumptiona & odio tanquam diabolica bellā machina oppugnantium.

Constitut. 2. Frider. 2. aduersus hæreticos an. D. 1225

ad decipiendas simplices animas destinati. Hi sunt colubri qui columbas decipiunt. Hi sunt serpentes, qui latenter videntur inserpere: & sub mellis dulcedine virus euomunt; vt dum vitæ cibum ministrare se simulant, à canda feriant, & mortis poculum, velut quoddam dirißimum aconitum immisceant, &c. Hæc & alia multa Imperator aduersus insanias, scelera & impietates hæreticorum, quas ad oppressionem Ecclesiæ & Apostolicæ sedis interitum perniciosissimè diabolus vsurpat. De quorum studiis & conatibus immanibus odij, inuidiæ, iræ & rabidæ hostilitatis contra sanctitatem Catholicæ societatis, maiestatemque pontificij principatus ardore flagrantibus sanctus Leo ad Imperatorem Leonem ista commemorabat.[a] *Hæreticorum studium est, quæ patefacta sunt quærere, quæ perfecta sunt retractare, & quæ sunt definita conuertere. Quod quid aliud est quam de adeptis gratiam non referre, & ad interdictæ arboris cibum improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere.* Et paulò pòst contra eorum pestiferas fraudulentæ linguæ, & eloquij mortifera dulcedine blandientis insanias,[b] *iactent se*, inquit, *in sui eloquij vanitate, & de argumentationum suarum versutia, quæ inimica est fidei, glorientur. Nobis placet Apostolicis obedire præceptis dicentibus, videte ne quis vos seducat, &c. Quicquid non est de irrigatione Christi, poculi est viperei.* Nec verò in eo dementiæ sceleratæ termino hæretici se sistere volunt, vt tantùm decreta sedis Apostolicæ & vniuersalis Ecclesiæ suis imposturis fallacibus, impiisq; in odium Pontificiæ maiestatis, venenatæ doctrinæ dogmatis labefactent, atque conuellant, nisi etiam eò diabolicæ progrederentur insaniæ, vt diuina ipsa Spiritus sancti sacris contenta scripturis oracula persuasionis execrandæ, doctrinæque falsæ machinis horribiliter oppugnarent. Audiamus quid contra eos sanctus Augustinus; *Videtis*, inquit, hæreticos alloquens, *id vos agere, vt omnis de medio scripturarum auferatur auctoritas, & suis cuique animus auctor sit, quid in quaque scriptura probet, quid improbet: id est, vt non auctoritati scripturarum subjiciatur ad fidem, sed sibi scripturas ipse subjiciat: non vt ideo illi placeat aliquid; quia hoc in sublimi auctoritate scriptum legitur, sed ideò rectè scriptum videatur, quia hoc illi placuit.* Post hæc sic contra hanc amentiam, cæcitatemque hæreticorum diabolicam exclamat: *Quò te committis anima misera, infirma, carnalibus nebulis inuoluta? quò te committis?* Tantus est hæreticorum in Ecclesiam Dei Catholicam, Apostolicam & Romanam furor immortalis odij, tanta in illius pastorem œcumenicum, principemque iurisdictionis Ecclesiasticæ, liuoris, indignationisque nefandæ rabies, vt quamuis inter se turbulenta dogmatum diuersæ impietatis & erroris contentione distracti dimicare soleant, tamen cum ad pugnam & arma contra hanc sanctissimam Christi Domini sponsam, contra spiritualem sacramque Monarchiæ Ecclesiasticæ politiam, diabolica turba conglomerati furenter aduolant, omnes inter se concordes esse perniciosa coniuratione fœderari concupiscant.[c] *Quod enim in viis & fluuiis comperire licet*, inquit sanctus Gregorius Nazianzenus, *vt quæ in aduersum tendentia scinduntur, eadem in seipsa reuertantur confluantque; hoc ipsum & hic præ impietatis immanitate contingit,*

Studia rebellia & conatus scelerati hæreticorum contra sanctitatem Ecclesiastici principatus.

a Ep. S. Leon. ad Leonem imp.

b Ibid.

Hæretici non solam Ecclesiastica decreta, sed etiam diuina detestabili præsumptione oppugnant.

S. August. l. 32. c. 19. contra Faustum Manich. tom. 6.

Ib. S. August.

c S. Greg. Nazianz. initio l. 5. de Theol.

A *nimirum vt quæ alibi dissident, eisdem in aliis conueniant inter se, vt qua parte consentiant, quaue inter se pugnent hoc ad amussim cognoscere non possis.* Nisi cum aduersus Ecclesiam Dei sedemque Apostolicam certare moliuntur: eique sua pugna nocere magnoperè contendunt. Licet talis contra inexpugnabile Ecclesiasticæ Monarchiæ robur, pugnandi furor & rabies Ecclesiæ vires non atterat, sed augeat, magis acuat atque roboret; contra verò aduersariorum vires eneruet & elidat. Hoc enim his verbis præclarè auctor librorũ hypognosticõn sub nomine D. Augustini declarauit.[d] *Aduersarij Catholicæ fidei, dũ contra regulam veritatis*, scilicet quæ est in Ecclesia Catholica sola, *diabolicis armis pugnare nituntur, nos*
B *sollicitudine repugnandi faciunt cautiores, se verò decipiunt antequam aliquem nostrorum valeant vulnerare. Cum verò cæci euacuare thesauros fidei concertant, spe fidei euacuati faciunt plenitudinem fidei Ecclesiæ opitulante Dei gratia gloriari, &c.* Hoc hæreticorum liuore & odio nefando, licet ad Ecclesiæ nocendum vano & inani, diabolus delectatur: sperans semper se aliquid ex eo mali regno Dei, quod est Ecclesia militans in terris, illaturum. Ideò tanti odij inflammatione hæreticos in illud, in eius ciues & subditos, veros nempe Catholicos efferare non cessat: eos in spiritualis Monarchiæ, Ecclesiasticæque dominationis arcem ad prælia trudere: Tartareum virus ad cædes innocentium, ad fidelium sanguinis effusionem, Catholicorumque constantiæ & fidelitatis Christianæ robore septorum trucidationes, illorum
C mentibus inspirare omni furentis animi contentione conatur. Quos victoriæ spe fallit inani, & abominabili desiderati Ecclesiæ exitii & interitus insania ludit: qui hac inani cupiditatis immanissimæ spe decepti vigilantes stertunt: *Nec somnia cernere cessant.* Et quidem tanta cum crudelitatis optatæ dementia atque voluptate; vt si quis eos ab his deliriis tam ferociter immaniterque dulcibus auocaret, vehementer in eum stomachati, magnos iræ, indignationis ac imprecationis ore, corde, oculisque micantibus ignes euomerent. Quorum est præter cæteros diaboli ministros filiosque perditionis in eo nobilitata crudelitas ex hoc insatiabili odio nata, vt in his partibus mundi in quibus plena potestate dominantur, Catholicos, verosque sedis Apostolicæ veneratores ac principatus Monarchici defensores tutò & pacificè viuere minimè patiantur.
D Quod innumeris exemplis verissimum esse deprehendet quisquis diligenter & attentè veteres atque nouas historias replicare voluerit. Quod sanctus Gregorius hæc prophetæ Iob exponens verba. *De ciuitatibus fecerunt viros gemere*, verbis istis clarissimè confirmat. *Hæretici igitur quia peruersi sæpe huius mundi potentibus adhærentes, bonorum socialem vitam atque concordiam persequuntur, rectè nunc dicitur. De ciuitatibus fecerunt viros gemere: quos rectè Iob memorat viros, quia illos magis hæretici extinguere ambiunt, qui perfectis gressibus per viam Dei non fluxè & eneruiter, sed viriliter currunt.* Sed obseruate calliditatem fraudulentam serpentis atque draconis infernalis in hæreticis, qui dum viribus potentiaque non valent, reflantibus prosperitatis humanæ ventis, fraudibus & dolis clandestinis, quod aperta violentia non possunt,

d Auctor incertus in principio lib. 1. hypognosticon. c. 1. tom. 7.

Hæretici contra Ecclesiam Dei pugnantes, eius vires non elidunt, sed sanant.

Crudele odium hæreticorum in Ecclesiam Catholicam nolentium viuere Catholicos in his locis quæ potentiores fortioresque possident.

Iob 24. S. Greg. l. 19. Moral. c. 23.

Catholicos ſanctiſſimæ ſedis alumnos perdere, deque ſalutis ſuæ ponte deijcere conantur. Hoc erat de quo ſpiritu prophetico propheta patientiſſimus expoſtulabat dicens. *Vim fecerunt deprædantes & pupillos, & vulgum pauperum ſpoliauerunt.* Quam expoſtulationem querelamque ſanctus Gregorius interpretans. *Cum proſperitatem,* inquit, *vitæ præſentis hæretici non habent, infirmis mentibus, verbis blandioribus peruerſa perſuadent. Si qua verò illis proſperitas temporis præſentis arriſerit, etiam violenter trahere quos præualent non deſiſtunt.*

Hæretici quos violentia manifeſta non poſſunt, fraudibus perdere nituntur. Iob c. 27. S.Greg.l. 12. moral.c 23.

3. Pars. *De calliditate fraudulenta hæreticorum quam pro ſe tanda machina bellis contra Eccleſiam Dei vtitur diabolus.*

Atque hæc fraudulenta calliditas, & aſtuta hæreticorum improbitas, qua cuniculis & in occulto principes ac populos rectos corde, fidei firmitate præſtantes ſagittare conantur, altera eſt de præcipuis diaboli machinis ad interitum Eccleſiæ eiuſque principatus exitium ab ipſo ſcelerum tantorum ſtructore conflatis. Quam quidem diaboli machinam ſapienter prudenterque detexit ſanctus Cyprianus, & vt ab illa cauerent fideles his verbis admonuit. *Cauenda ſunt autem, fratres dilectiſſimi non ſolùm quæ ſunt aperta atque manifeſta, ſed & aſtutæ fraudis ſubtilitate fallentia. Quid verò aſtutius, quidue ſubtilius, quam vt Christi aduentu detectus ac proſtratus inimicus (poſtquam lux gentibus venit, & ſoſpitandis hominibus ſalutare lumen effulſit, vt ſurdi auditum gratiæ ſpiritualis admitterent, aperirent ad Deum oculos ſuos cæci, infirmi æterna ſanitate reualeſcerent; claudi ad Eccleſiam currerent; Muti claris vocibus & precibus orarent, videns ille idola derelicta; & per nimium credentium populum ſedes ſuas ac templa deſerta, excogitauerit nouam fraudem, vt ſub ipſo Christiani nominis titulo fallat incautos? Hæreſes inuenit & ſchiſmata, quibus ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet vnitatem. Quos detinere non poteſt in veteris viæ cæcitate; circumſcribit & decipit noui itineris errore. Rapit de ipſa Eccleſia homines,* ſcilicet diabolus per hæreticos, *& dum ſibi appropinquaſſe iam lumini atque euaſiſſe ſæculi noctem videntur, alias neſcientibus tenebras rurſus infundit; vt cum Euangelio Chriſti, & cum obſeruatione eius, & lege non ſtantes, Chriſtianos ſe vocent, & ambulantes in tenebris habere ſe lumen exiſtiment: blandiente aduerſario atque fallente, qui ſecundum Apoſtoli vocem transfigurat ſe velut in Angelum lucis, & miniſtros ſubornat ſuos velut miniſtros iuſtitiæ, aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſalute, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti; vt dum veriſimilia mentiuntur, veritatem ſubtilitate fruſtrentur.* Quibus Eccleſia S. Mater à gremio ſuo per diaboli fraudes auulſis, & poſtea in ſe ipſam viſceraque ſua, quæ eos aluerant & fouerant, per eaſdem diaboli fraudes armatis per Oſeam prophetam querendo maledicit & imprecatur his verbis. *Væ illis, quoniam receſſerunt à me, vaſtabuntur quia præuaricati ſunt à me.* Quos quaſi arcum doloſum vocauit. Quæ verba explicãs ſanctus Hieronymus. *Hos hæreticis,* inquit, *conuenit, qui inſtructi de Scripturis ſanctis aduerſum Dominum prophetarum legis & Euangelij verba vertunt: & ſunt quaſi arcus doloſus, (arcus intentus,* legunt *ſeptuaginta interpretes) parati ſemper ad pugnam & contentiones in ſubuer-*

S Cypr. to 2. l de vnitate Eccleſiæ Catholicæ.

Quod per paganos & idololatras diabolus efficere non potuit, per hæreticos ſubdolo moliri tendit, quos peccatis onerat et de Eccleſia rapinam contra ipſam Eccleſiam.

Maledictio S. Eccleſiæ matris hæreticis inflicta. Oſeæ c 6. S Hieron in c. 2 Oſeæ.

A *ſionem audientium.* Sed quis fructus eorum in occulto ſimplices fefelliſſe per inſanas ſacrarum Scripturarum expoſitiones? ſubdit ſanctus Hieronymus: *Cadent in gladio principes eorum à furore linguæ ſuæ, quia hæreſiarchæ Domini mucrone ferientur propter inſaniam linguæ ſuæ, qua Dominum blaſphemauerunt, &c.* Sed faciliorem viam ſibi diabolus ad Eccleſiæ ruinam perſuadens per exitium capitis, ideò hanc ſuæ tyrannidis immaniſſimæ miniſtris hæreticis mentem dedit, vt imprimis ſuarum feritatum crudelitatumqoe contra Romani Pontificis maieſtatem eiuſque Monarchicum principatum funditus euertendum tela iacularentur. Sicut tempore paganiſmi Pontifices dæmoniorum Imperatoribus Romanorum, Chriſtianam religionem imperiumque in fideles Catholicorum animas Pontificis Rom. vehementer eorum principatui aduerſari & poteſtatibus Monarchicis inimicas

B perſuadebant. Quæ perſuaſio diabolica, vt ſupra diximus, maximarum perſecutionum in Chriſtianos dirarumque tragœdiarum cauſa fuit: Maximè verò in Romanos Pontifices, qui omnes ferè ad vnum à Chriſto paſſo ad vſque Conſtantini Magni tempora tyrannico gladio ſuccumbentes vitam glorioſo martyrio coronarunt. Sic poſt debellatas tyrannorum Ethnicorum patientia martyrum feritates, hæretici ſuadente diabolo Chriſtianis principibus doloſè fraudulenterque perſuadere conati ſunt, Rom. Pontificum potentiam ſpiritualem in vniuerſam Eccleſiam, Monarchicumque dominium illorum dominationi regnoque vehementer obeſſe; ac maximo exitio fore: vt ſic hæretica fraude decepti imperium ſacerdotale,

C quod Chriſtus Dominus conſtituit in terris, collecto virium regiarum exercitu ſubuertere niterentur. Quibus ſic contra communem fidelium parentem, Eccleſiæque principem vniuerſalis armatis, & incenſis odio, diabolus etiam per hos ſuæ miniſtros impietatis, ſalutis interitum exitiumque animarum, pernicioſa mentibus per fraudes inſanaſque verſutias inſtillando machinatur. Hoc enim germanum hæreticis ſedis Apoſtolicæ coniuratis hoſtibus principum fraudulenta perſuaſione auribus inſidiari, quo facilius & exitioſiùs, errorum ſuorum venena eorum, ad cædem animarum, cordibus infundant: vt Arij, Neſtorij, Eutychetis, & aliorum hæreſiarcharum veterum recentiorumque, & eos ſectantium hæreticorum apud bonos auctores

D exempla hac luce clarius oſtendunt. At huiuſmodi prauæ peſtiferæque doctrinæ venena, ſine fictæ pietatis latus minimè principum populorumque pectoribus infunduntur. *Vide,* inquit Origenes, *cuiuſlibet hæreſis defenſorem, & conſidera quomodo idola ſua, id eſt, figmenta, quæ ipſe compoſuit, manſuetudine & caſtitate veſtiat, vt in aures audientium, facilius ex vitæ bonitate ornatus ſermo ſubrepat. Et hoc enim fecerit intellige eum aſſumpſiſſe veſtem variam morum & conuerſationis optimæ, & idolis ſubieciſſe, quæ ipſe conſtruxit: ac iuxta mei animi ſenſum, multò nocentior eſt hæreticus bonæ vitæ,* (ſcilicet quæ bona extrinſecus appareat) *& plus in doctrina ſua habet auctoritatis, eo qui doctrinam conuerſatione maculat. Qui enim vita peſſima eſt non facilè homines ad falſum dogma ſollicitat.* Sed hæreticus licet

Fructus hæreticorum decepiſſe ſimplices per falſas ſcripturarum expoſitiones, interitus. Ibid. S. Hier.

Sozomen lib. 2. c. 26.

Sub ſpecie bonæ vitæ ac pietatis hæretici cordibus populorum ac principum praua doctrina virus infundunt. Origen. hom. 7. in c. 16 Ezechiel.

candore innocentiæ minimè polleat, facit nihilominus quædam extrinsecus opera bona, sed nullam in corde radicem probitatis habentia, vt hac specie fictioneque probitatis eorum mentes, quibus sua prauæ doctrinæ deliria tanquam venena propinat, callidiore fuco decipiat. Quæ venenata dogmata erroresque doctrinæ nefandæ verbis sacræ Scripturæ malè contortis & vsurpatis hæretici solent aspergere, *ne fœtorem exhalent*, vt Lyrinensis loquitur. Atque illud est furari verba Dei ad fallendum. De qua peruersitate, insanaque sacrorum verborum vsurpatione atque corruptione expostulat cum maledictione Dominus apud prophetam dicens. *Propterea ecce ego ad prophetas*, scilicet falsos, *dicit D. verba qui furantur vnusquisque à proximo suo.* In quæ verba Diuus Hieronymus ait. *Hæretici assumunt testimonia scripturarum de veteri & nouo testamento, & furantur verba saluatoris vnusquisque à proximo suo, prophetis, & Apostolis, & Euangelistis: Et assumunt linguas suas vt tordis venena ore pronuntient, & dormiunt dormitationē. De quibus vere dictum est. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt, &c.* Isti sunt fures & prædatores Dei verborum fraudulentissimi, qui aperta SS. Scripturarum testimonia, sensibus sacrorum verborum interpretatione nefaria corruptis, omnino contra sanctitatem immaculatæ Christi Domini sponsæ, quæ est columna & firmamentum veritatis, contra Maiestatem intemeratam pastoris œcumenici Monarchicam, nefandissimè detorquent. Quales sunt sæculo nostro miserabili Lutherus, Caluinus, Beza, eorumque sectatores, nouissimè Mornæus prioribus hæresiarchis & pseudoministris abominatione calumniandi, blasphemandi, mentiendique non inferior: Quales veteres hæretici, vt Pelagiani & alij, de quibus expostulando D. Augustinus dicebat. *Non est mirum si Pelagiani & alij dicta nostra in sensus, quos volunt, detorquere conantur, quando de Scripturis sanctis, non vbi aliquid obscurè dictum est, sed vbi clara & aperta sunt testimonia, id facere consueuerunt, more quidem hæreticorum etiam cæterorum.* Atque his imposturis, mendaciis, falsificationibusq; SS. Scripturarum, latrociniis verborū Dei, adulterinis diuinorum eloquiorum corruptionibus, denique sacrilegis totius fidei, veritatisque Christianæ pollutionibus, pestes illæ regnorum, ardentesque faces à diabolo fureoter ad incendia totius Christianæ Catholicæque societatis inflammatæ, hæretici tanquam inferni furiæ, ignes odiorum, dissensionum, inimicitiarum, rebellionum, nocendi, bellandique cupidinum pectoribus principum & populorum contra hanc sanctissimam Christi sponsam, contra eius pastorem œcumenicum, contra omnes sub ipso Ecclesiarum rectores, contra denique omnes re-

Vincent. Lyri.

Hæreticos furari verbum quid sit.

Ierem c. 23.

S Hieron. l. 4 in c. 23. Ierc. 4. Part.

Quam scelerate hæretici verba Dei in scripturis positum contra Ecclesiam Catholicam, eiusque pastorem Rom. Pontificem detorquent ad armandos contra vtrumque principes & populos.

S August. l. 2. de nuptiis & concupisc. c. 31. to. 7.

A ligionis Catholicæ cōgregationes, execrabili correpti spiritus maligni vertigine mortiferos accendunt. Hoccine est per Scripturas sacras diuinæ voluntatis intelligentiam perscrutari? Hoccine diuinorum oraculorum veritatem mendacio polluere? Hoccine est pacem prosperitatis educatricem, fœdusque salutare inter Ecclesiam Dei & Catholica regna, inter hierarcham Ecclesiæ & reges Christianæ fidei feliciter addictos, inter spiritualem Pontificis Rom. Monarchiam, & sæcularem Catholicorum principum dominatum, nefaria perfidaque diuinæ scripturæ à sensu veritatis alteratione perfringere? [a] *Væ qui potum dat amico, mittens fel suum, & inebrians, vt aspicias nuditatem eius.* Clamabat Abacuc propheta contra tales in sanctæ religionis exitium, verborum Dei fures &
B grassatores: Atque vt cum Tertulliano loquar, [b] *veritatis interfectores.* [c] *Væ tibi hæreticorum dogma peruersum*, simili, eaque iusta clamabat imprecatione sanctus Hieronymus in hæc huius prophetæ verba, *qui doctrinis tuis & potione turbida inebrias populum deceptorum, & subuertis priorem fidem, dans eis potionem non de Siloe, non de Iordane, non de fontibus Israel, sed de torrente Cedron, & de flumine Ægypti, de quo Hieremias dicit: Quid tibi vis in via Ægypti vt bibas aquas Geon*, id est, secundum Hebræum, *turbidam & cænosam*, natam scilicet ad excitādas lites infames, & odia inter Ecclesiæ filios turpia & peruersa. [e] *Quāuis enim de paradiso scripturarum flumina Ægypti exire credantur, tamen quia conculcantur pedibus Pharaonis*, scilicet diaboli, *perdiderunt splendorem suum.* Etenim, vt ait Origenes, [f] *verbum Dei per os diaboli & hæreti-*
C *corum prolatum, & ab illis sua interpretatione fœdatum, amplius Dei verbum non est*, cum non amplius, veritatis splendorem retineat. *Et hæc de scripturarum paradiso exeuntia flumina*, vt pergit sanctus Hieronymus, *violata luto Ægyptio versa sunt in torrentem*, scilicet dissidio magno Reip. pacem Ecclesiæque fœdus obruentem: Quem sanctus propheta quod euaserit, gratulatur dicēs, [g] *Torrentem pertransiuit anima nostra, &c.* Qualis verò torrens sit iste loquatur Dauid, qui nobis naturam huius torrentis exprimat: *Torrentem pertransiuit anima nostra, aquam intolerabilem.* Quid enim intolerabilius regnis, & cœtibus hominum iure, religioneque Christiana sociatis hæc putrida, cœnosa, mortifera, turbulentaque perniciosissimæ hæreticorum doctrinæ, pestiferæque confessionis aqua? Quæ semper grauioribus
D errorum, odiorum, discordiarum, blasphemiarum, atque id genus insaniarum fluctibus intumescens, nihil aliud quàm reip. Christianæ, religionisque Catholicæ naufragium, suis excitatum tempestatibus affectat, tentat enixè, moliturque furiis agitata diabolicis?

Hæretici corruptores grassatores atque prostitutores verborum Dei.

a Habac. c. 2.

b Tertul. cōtra Marc.

c Hieron. l. in c. 2. Habac. 10. 5.

d Hiere. c. 2.

e S Hieron. ibid.

f Origen homil. 31 in D. Lucam.

g Psal. 123.

Doctrina pestifera torrens &c.

CAPVT IX.

De prodigiosa hæreticorum superbia, impudentia intolerabili & audacia comitata, qua pro tertia machina fortissima ad vtriusque Monarhiæ ruinam diabolus vtitur.

1. *Superbia hæreticorum impudentissima in prædicando falsa, ad seditiones populi contra principes excitandas, illas atrociter oppugnantium virtutes, de quibus falsò gloriantur.*

2. *Audacia hæreticorum superbissima ad audendum, & aggrediendum tam reip. quàm Ecclesiæ perniciosa, qui sunt diuinæ, & humanæ maiestatis læsæ rei, digni propterea punitione seuera.*

3. *Hæretici* Ecclesiam, *remque publicam turbantes, magnopere Deum, seipsos & proximos offendunt.*



INTER has aotem furias potentissimè regnat prodigiosa in hæreticorum animis superbia, regina vitiorũ suis comitata ministris impudentia & audacia; illa vt illi liberius sine fronte& robore principibus populisque blaspbemias & insanias falsas loquantur, seque in illis veritatibus & virtutibus, quas enormiter oppognant, arrogaotissimè glorientur: Hac verò vt audacter & effrænatè contra Deum, contra eius Ecclesiam, contra pastorum omniom pastorem, cootra reges & principes sæculares; contra deniqoe omnem spiritualis temporalisque politiæ statum, scelerata quæque quantumois ardua & periculosa ausis intrepidis aggrediantur. Hãc bæreticorum superbiam execrabilem his armatam vitiis diabolos pro fortissima machina maximè quærit: qua, licet irrito conatu, in Reipob. Christianæ, spirituali, politicaque Monarchia constantis exitiũ furiosè contendat. Scit enim oouitqoe diabolus longa peritus experientia hæreticos suis furiosis impudenter coocionibos maximè sibi vtiles & idoneos ad persuadendum populis, vt instarum constitutionũ, sanctarũq; legũ principũ soorũ tã spiritualiũ quem temporalium iugum contumaciter abijciant, vt nostris temporibus Lutherus, Caluinos, Beza, cæterique Nouatores non minus effrænatè, quam impudenter attentarunt: quo facilius destruendæ popolorum salutis & reipubl. perturbandæ via panderetur. Quid enim Lutherus, fax rebellionis in omnes principes ardentissima? Nunquid suo scelere dicta nostra confirmat? Nunquid illius verba sunt?[a] *Neque Papa, neque Episcopus, neque vllus hominum habet ius vnius syllabæ constituendæ super hominem Christianum, nisi fiat eiusdem consensu*: Et in eodem pestifero opere, insanientium more bacchando, vociferatur[b] *Clamo fidenter*, melius furenter dixisset, *Christianis nihil vllo iure posse imponi legem, siue ab hominibus, siue ab Angelis, nisi quantum volunt: Liberi enim sumus ab omnibus.* Quid Caluinus? Nuuquid illo priore impietatis diabolicæ ministro contra omnem à Deo constitutam potestatem, siue spiritualem siue sæcularem minori furit impodentia superbiæ, & audacia contumaciæ? Quid ore fætido superboque euomat audiamos:[c] *Omnium*, inquit, *hominum potestate exemptas esse*, scilicet conscientias, *constituimus*: Ex quibus sceleratus pacis publicæ turbator, & obedientiæ subditorum principibos debitæ osor infert, *leges nimirum politicas in conscientia subditos obligare nõ posse.* Horum hæresiarcharum sceleratas resolutiones bestiæ signo Apocalypseos sigillatas Danæi ministri in suo Antibellarmino, libro de baptismo nefanda conclusio his concepta verbis amplectitur.[d] *Ergo mandatis hominum nostræ conscientia non astringuntur, leges illæ (quæ tum à magistratu fiunt, tum ab Ecclesia) neque perdunt, neque seruant animas.* Quibus assertionibus execrandis hęc Vuittakeri deliria respondent,[e] *Christus voluit vt hominum decretis libera conscientia pareamus.* Quæ aliis nouisque deliramentis, hisqoe expressa Spiritus sancti mandata per os Apostoli prolata, *Obedite præpositis vestris, &c.* Euertentibus, impudenti superbia corroborat, dicens: *Conscientia nullis astringuntur legibus nisi diuinis.* Atqoe vt faciliùs & perniciosiùs sibi tam nefanda prædicantibus aoctoritatem apud principes populosque concilient, quos fallere conantur, sanctitatem vitæ, doctrinæque veritatem superbia intolerabili impudentique mendacio se habere iactitant atque gloriaotur. Contra quas reuerà cuniculis assurgunt, belligerant, violentaque contumacia castrametantur. Ad quæ fallaciter prædicãdo spumantibus verbis tument, vt cum sancto[f] Hieronymo loquar: qui propterea fumo comparantur[g] à S. Aogustino: *Qui quo magis expanditur & ascendit sursum, eò magis & citius euanescit.* Cum *omnis hæreticus habitet in Aquilone, & calorem fidei perdiderit*, inquit sanctus[h] Hieronymos,[i] *nihilominus sibi veritatem fidei vendicat. Et cum se voluptatibus tradiderit, recesserit à Domino, & dispersserit vias suas alienis dogmatibus, secutusque fuerit voluptatem*: se solum tamen castum, integrum vitæ, scelerisque porum, fidelissimomque diuini numinis adoratorem soperbissimè profitetur. Quis Lotheri nouatorum hoius funesti sæculi primi parentis, totque abominationum Patriarchæ impudentissimam, audacissimam, sceleratissimamqoe soperbiam sine stupore & horrore aodire posset, gloriantis iactantisqoe in tot nefandissimorum medio flagitiorũ, quibus execrabiliter ioquinabator, *se primum esse Prophetã & Apostolũ, cui Deus reuelauit*, quæ fœtidè prędicando hominũ à se deceptorum auribus atque mentibus exhalabat? Sermonibos nihil affingo mendacij. Sic sceleratissimus hæresiarcha loquitur.[k] *Primus fui, cui Deus ea quæ vobis prædicata sunt, reuelare dignatus est.* Et tomo 2. Ad principem Bohemiæ.[l] *Deus*, inquit, *hoc tempore lucem sui Euangelij rursus accendit.* Tomo 5. in 15. cap. Epistolæ 1. ad Corinthios,[m] *Absque mea opera nullum verbum, ne iota quidem de Euangelio fuisset auditum.* Ergo quæcomque sancti Ecclesiæ Patres atque doctores, vt Apostolos Euangelistasque

Superbia hæreticorum impudentissima in falsa prædicando ad seditiones populi contra principes excitandas.

Lutheri seditiosa & impudens superbia in loquendo & scribendo contra principes vtriusque fori.

a Lib. de captiuitate Baby.

b Ibid.

Caluini similis superbia impudentissimã furor.

c Caluin l. 3. inst. cap. 19. §. 14.

d Danæus in Antibellarmino l. de bapt.

e Vuittakeri ad ration. 8. Campiaoi.

Impudentissima hæreticorũ superbia gloriantium de his virtutibus quas reuera oppugnant.

f S. Hieron. in cap. 10. Oseæ.

g S. Aug. serm. 2. in Psal. 36.

h S. Hieron. l. 2. in c. 3 Hierem.

i S. Hiero. ib.

Horrenda superbia impudentissima à Luthero iactata mendosia.

k Tom 7. operum.

l Luther. to. 2. ad principem Bohemiæ.

m Luther. to. 5. in c. 15. pri. ad Corint.

taceam, omnibus retrocedentibus sæculis vsque ad Apostolorum tempora fideliter in Ecclesia Catholica docuerunt: quæcumque œcumenica concilia suis constitutionibus posteritati tradiderunt: Quæcumque summorum pontificum decreta pro salute fidelium & Ecclesiæ sanctæ directione promulgarunt: hæc non à Deo, non à Christo Domino, non à Spiritu sancto, sed ab ipso spiritu malitiæ, vertiginis, & erroris profecta esse credendum est, si, quæ superbissimus Apostatata mordicus assarit, veritate niterentur. Quam hæc impudens audacia! quam audax impudentia est! Quanta soperbia hæc, quanta superbia Deus immortalis! [a] Caluinus adulatione nefanda sacrilegoque mendacio huic Lutheri iactantiæ nefariæ blanditur dicendo causam Euangelij illum agere cœpisse, viamque veritatis primum demonstrauisse. Quid Spalatensis secretarius electoris Saxonici in relatione confessionis Augustanæ? Nonne scripsit. [b] *Hanc confessionem nunquam extitisse, nec à mille annis, nec à principio orbis creati, nec in vlla historia, aut patre, aliove auctore similem legisse?* Quasi inde concludere vellet hanc confessionem non aliunde, quam diuinitus è cœlo demissam ad saluandas gentes, protestantiom hæreticorum industria in terris apparuisse. De his & similibus impostoribus impietatis diabolicæ præconibus Deus per prophetam cum maledictionis fulmine loquitur, [c] *in prophetis Samariæ vidi fatuitatem: prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Israel, & in prophetis Hierusalem* (scilicet falsis) *vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacij, & confortauerunt manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisque à malitia sua*: Ecce maledictio: *facti sunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorrha*, scilicet ab hæreticis & pseudodoctoribus decepti. *Propterea hæc dicit Dominus exercituum ad prophetas: Ecce ego cibabo eos absinthio, & potabo eos felle. A prophetis enim*, scilicet falsis, *Hierusalem egressa est pollutio super omnem terram.* Id est ab hæresiarchis diaboli ministris, qui suis blasphemantibus dogmatis ad perniciem sempiternam infinitas prope hominum animas tanquam funibus impietatis illaquearunt. Et paulò pòst propter abominationes prædicantium falsa: [d] *Ecce turbo dominica indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet: Non reuertetur furor Domini vsque dum faciat, & vsque dum compleat cogitationem cordis sui. In nouissimis diebus intelligetis consilium eius.* Sed vnde tanta Dei in pseudoprophetas, præcones mendacij & oppressores veritatis indignatio? *Quia non mittebam eos*, scilicet falsos prophetas, *& ipsi currebant*, sicut nostro sæculo Lutherani & Caluinistæ cæterorum more hæreticorum, *non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant*, scilicet falsa, &c. *Hunc sensum & Apostolus explicat ad* [e] *Romanos* (inquit sanctus Hieronymus: *Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit eos in reprobum sensum vt faciant quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia & fornicatione, &c.* Sequitur post abominationes & insanias impudentissimæ superbiæ ministrorum diaboli, præconum impietatis, eorum interitus, & illorum, quos fefellerunt, exitium. [f] *Cum enim*, inquit sanctus Doctor, *semel se tradiderint falsi doctores mendacijs atque periurijs & mortibus deceptorum, non pedetentim, nec considerato gradu, sed præcipites currunt ad interitum, & suum & eorum quos deceperint.*

a Caluin. in 2 defensione contra Vuestphalum.

b Spalatensis secretar. electoris Saxonici in relatione confessionis Augustanæ.

c Hierem. c. 23. v. 13.

d Hierem c. 23 v 19 20. &c Maledictio Dei in prædicantes diaboli ministros, & audientes eos.

e Rom. c 1.

f S Hieron l. 4. in Hierem. c. 23.

Quantas verò tragœdias, perturbationes, cædes, vastationesque in principum sæcularium dominationibus ac terris, audacissima hæreticorum perniciosa quæque pro tyrannide diaboli aggredi minime pertimescentium, soperbia causetur & excitet, testimonium regis magnæ Britaniæ serenissimi, vtinam boni Catholici ad probationem satis esset, qui de Puritanis hæreticis loquens. [g] *Magnæ laudi*, inquit, *sibi ducunt, si quando ipsi regibus litem intentent, & vniuersa regna nimis seditiosè conturbent.* Istam vere audacissimam hæreticorum superbiam & audaciam superbissimam agnouit tandem, licet seriùs, quam sæpius suo malo fuerat expertus in rebellione sua contra sedem Apostolicam, Imperator Fredericus huius nominis primus: qui in confessione pœnitentiaque sua, qua suum seriò agnouit errorem schismaticum, agnitumque viriliter atque flebiliter eiurando detestatus est, palam publicéque se deceptum & illusum fuisse à sceleratissimis hæreticis schismaticisque professus est. Quorum diabolica persuasione tamdiu in schismatis contra sedem Apostolicam sordibus miserè perdorauerat, seque sacrilega rebellione contra Pontificiæ majestatis auctoritatem ac dignitatem, circa Dei Ecclesiæque mandata reprobus armauerat. Sic enim Imperator ille locutus est in responsione ad sermonem Alexandri Pontificis huius nominis tertij, quam Venetiis in aula magna Palatij Archiepiscopalis de conuersione huius à schismate suo Imperatoris, exultantibus cum Pontifice omnium Catholicorum animis habuit: *Totus igitur mundus euidenter agnoscat, quod licet nos Rom. Imperatoris dignitate & gloria fulgeamus, tamen à nobis humanæ conditionis proprium dignitas Romana non abstulit. Nec ignorantiæ vitium dignitas imperialis exclusit. Nam suggestione prauorum hominum, hæreticorum scilicet & schismaticorum ignorantiæ tenebris fuimus inuoluti, & per viam veritatis credentes incedere, extra iustitiæ semitas nos inuenimus. Ecce enim Dei Ecclesiam, quam credebam defendere impugnauimus, & quam sperabamus extollere, pene destruximus, &c.*

Ergo his agitati flagitiis, soperbia, impudentia & audacia, præter cætera alia horrenda crimina, tanquam tribus furijs infernalibus conturbantes principum Catholicorum regna, rebellionibus populos in principes suos atrigentes, Ecclesiæ sanctitatem blasphemiis iniuriisque lædentes atrocibus, ipsam sacrosanctam Ecclesiastici imperij maiestatem honore & obedientia suspicere deprecantes, ipsum denique huius Ecclesiastici principem imperii monarchicum conuitiis, contumeliis, imposturis, mendaciis, odio extremo in illum efferati, detestabili superbia, impudentia, audaciaqoe denigrantes, meritò vtriusque læsæ maiestatis diuinæ & humanæ crimine conuicti, pœnis eorum improba vita dignis, suppliciisque

2. Pars. Audacia superbissima hæreticorum ad audendum & aggrediendum perniciosa reip. & Ecclesiæ.

Iudicium regis Angliæ de audacia superbissima Puritanorum ad turbanda principum imperia. g Præfatione in suum βασιλικὸν δῶρον.

Friderici 1. Imp. de superbissima hæreticorum audacia testimonium.

Apud Romualdum Episcopũ Salernitanum huius historiæ scriptorem.

3. Pars. Hæreticis rei criminis læsæ maiestatis diuinæ & humanæ.

Hæresis crimē combustione hæreticorum expiatur.

extremis iosta legum imperislium regaliumque districtione subiugantur. Est enim publicum crimen hæresis, & inter publica crimina atrocissimum, cuius fœditare & horrore coinquinstos acribus ignium flammis edicto suo Fredericus explosa omni pro eis intercessione comburi mandauerat, vt hæc illius secuodæ constirutionis verba testantur: *Quod acerbissimum reputantes statuimus in primis, vt crimen hæresos & damnata secta cuiuslibet quocumque nomine censeantur (prout veteribus legibus est indictum) inter publica crimina numerentur, imò crimine læsa maiestatis iniuria noscatur attentata, &c.* Post hæc hæreticos à personis Ecclesiasticis & prælatis examinatos & conuictos eadem constitutione Imperator ignibus torreri extinguique mandat; com ait. *Per quos, scilicet prælatos Ecclesiasticosque viros, si inuenti fuerint à fide Catholica saltem in aliquo deuiare, ac per ipsos pastorali more commoniti tenebrosis diaboli relictis insidijs noluerint agnoscere Deum lucis, sed in erroris concepti constantia perseuerent, præsentis nostra legis edicto damnatos mortem pati Patarenos aliosque hæreticos quocumque nomine censeantur decernimus, quam affectant, vt viui in conspectu hominum comburantur, flammarum commissi iudicio.* Notissima omoibus est, qui de concilio Constantiensi qoidquam sudierunt, acerba illa, sed iustissima, in nefandissimos hæresiarchas Ioannem Hus, & Hieronymum à Praga pestilentissimos impietatis per Germaniam diabolicæ propagatores animaduersio. Quos corpore viuos, st spiritu mortuos, ignes tot eductorum ab inferis per eos errorum, scelerumque vindices, imperiali decrero flammatos vstulatosque iustissimè deuorarunt. Sed de hoc iusto deuorantis ignis in hæresiarchas, & alios seditiosos obstinatos blasphematoresque Dei & sanctæ religionis eius hæreticos supplicio, hic plura non dicam, cum supra multorum productione exemplorum, non omissa sacrarum Scripturarum suthoritate, huius supplicij iustitiam copiosè, euidenrerque probauerimus.

Quæ crimen læsæ maiestatis inter publica crimina atrocissimum.

Constitutio 2. Frederici 2. Imper ex to. 13. Baron. anno 1225. col. 332 n. 8.

4. Pars. Hæretici Ecclesiam & remp. turbantes Deū seipsos & proximos offendunt.

Constit. 2. Frideric 2.

Quod autem maximè placet & arridet diabolo io his criminum scelerumque furiis, quæ sd perturbandam sacram Ecclesiæ politiam, & opprimendam Rempobl. hæreticos efferant & incendunt, illod est quod in istis immanibus furoribus hæretici Deum, seipsos & proximos offendant. Quod de Patarenis hæreticis Fredericus secuodos Imperator in constitutione contra hæreticos secunda demonstrabat his verbis. *Huiusmodi miseri Patareni, à quibus abest sancta credulitas Trinitatis æterna, sub vno contextu nequitiæ in simul tres offendunt, Deum videlicet, proximos, & seipsos. Deum, dum Dei filium & fidem non agnoscunt: Decipiunt proximos dum ipsis sub specie spiritualis alimoniæ, hæreticæ prauitatis oblectamēta ministrāt. Crudelius etiam sæuiunt in seipsos dum præter animarum dispendium, corpora denique sæuæ mortis illecebris, quam per agnitionem veræ fidei possent euadere, vitæ prodigi, & necis improuidi sectatores inuoluunt. Et (quod est ipso dicto durissimum) superstites etiam non terrentur exemplo.* Atque hæ quidem offensiones læsionesque nefandæ in Deum Christumque Dominum, in proximos & in seipsos germanæ sunt omnibus hæreticis. Nam in primis quantis iniuriis Christum Dominum offendant, eiusque gloriam sceleratæ vitæ telo vulnerent, declarat sanctus Chrysostomus hæc Prophetæ regij verba exponens.[a] *Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ:* Non omnes, inquit, *sed multa dixit: Multæ orthodoxorum Ecclesiæ sunt. Quæ autē expertes sunt rectæ fidei, hæreticorū sunt Ecclesiæ: Quomodo lætificabunt regem Christum, quem tam varijs modis, contumelijs afficiunt!* Proximos verò quantis iniuriarum spiculis & aculeis transfodiunt, idem sanctissimus elegantissima similitudine declsrauit in hæc sancti Matthæi verba. *Qui colligunt de spinis vuas, &c. Spinæ,* inqoit, *sunt hæretici, sicut sermo ipse superius demonstrat, dicens: Attendite à falsis prophetis, ergo non possunt spinæ & tribuli Ecclesiasticos fructus proferre: Sed proferunt vulnera, tribulationes, & cætera mala. Quemadmodum spina vel tribulus ex quacumque parte illum conspexeris habet aculeos, sic isti iniquitatibus pleni sunt. Quomodo proferat bonum fructum cuius radix diabolus est? sub arbore bona & bestiæ & animalia requiescant: sub spinis autem nullum animal requiescere potest nisi serpentes. Sic iuxta fideles & boni & mali homines pacem habere & accipere possunt: iuxta autem infideles homines nemo potest pacem habere neque requiescere in eis, nisi tantummodo serpentes, id est dæmones, qui habent cubilia in pectoribus eorum: fructus eorum nulli procedunt ad vsum, vmbra refrigerij non est in eis.* Sed potius (vt his aliquid addam) perniciosus æstus nocendi, ardorque pacifica perturbandi, ex quo dum pestiferi illi dæmoniorum ministri, proximi salutem labefactare contendunt, suæ ruinam scelerando, se in æternam damnationem funestissimè præcipitant, secundum ea quæ superius ex[c] S. Hieronymo diximus.

a Psal. 96.

Hæretici quā enormiter vtrisque peruersitate Christū offendunt atque contristāt.

S. Chryso in Psal 96. tu. 1.

S. Matt. c. 7. S. Chrysost. homil 19 in c. 7. S. Matth. to. 2.

Hæretici quā perniciosè nocēāt proximis.

Operum hæreticorum radix diabolus qui in eorum cordibus manet sicut serpens sub spinis.

c D. Hieron. l. 4. in c. 23. Hierem.

CAPVT X.

Consideratis hæreticorum enormibus contra vtramque Christi Domini monarchiam criminibus, Catholici principes eos perfecto odio, & iusta legum suarum seueritate persequuntur: indignante diabolo, illorum scelenbus, tanquam belli machinis ad vtriusque monarchiæ interitum, frustra licet, vtente.

1. *Zelus bonorum principum, vt S. Ludouici, ad exterminandas hæreticorum impietates, nil detrimenti Ecclesiæ, & regnis Catholicis allaturas, si sapuerimus, vtriusque monarchiæ honorem protegentes.*

2. *Ecclesia, Dei nauis immunis à salutis naufragio, hæreticorum vero synagoga, nauis est diaboli tandem peritura.*

3. *Quid boni ex erroribus, & impietatibus hæreticorum Ecclesia sancta, omnesque boni eius filij expiscantur.*

PROPTER hoc igitur exitiale, nefandumque hæreticorum in sedem Apostolicam, sanctitatemqoe Pontificiæ Majestatis odium; propter dolos eorum, calliditates nefarias, versutiasque fraudulentas ad decipiendum principes & populos, eorumque animis insidiandum, vt sua salute labantur: propter superbiam eorum impudentissimam ad mendaciter & effrænatè sioe vllo pudore gloriandum de his Christianæ religionis virtutibus, quas execrabiles veritatis hostes violenter oppognant: & propter eãdem superbiam præsumptione seditiosa, audaciaqoe turbulenta exitialiter armatam ad quælibet nefaria quantumuis ardua aggrediendum, vt rebellionum contentionumque iactationibus Ecclesiæ, regnorumqoe Catholicorum ruinam exitiumque machinentur. [a] Sanctus Ludouicus antecessores suos principes Christianissimos & optimos æmulatus religiosissimè has reipubl. Christianæ pestes perfecto odio sic est detestatus, vt in tenera ætate qoiescere non potuerit, quoosque omnes hæreticos sui terras imperij hæreticæ contagione prauitatis incæstantes, quales erant Albigenses, ad vnum vsque deleuisset, atque funditus exterminauisset. Quibus victis soperatisque pace facta cum Raymundo Comite Tholosano in sinum Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ atqoe Romanæ per pœnitentiam abiurata hæreseos improbitate reuerso, hic Christianissimus Galliæ princeps piam religiosamqoe contra omnes hæreticos constitutionem regia auctoritate sanciuit: in qua inter alia multa præ-

[a] Papir. Masso. l. 3. in S. Ludouic.

A clara tam sancto digna principe ista leguntur: *Nos cupientes in ipsis primordijs nostri regni illi inseruire à quo recognoscimus regnum; & quidquid sumus ad ipsius honorem esse, qui nobis sublimitatem honoris dedit; volumus Ecclesiam Dei, quæ in vestris partibus longo tempore afflicta fuit*, Raymundum & Tectosages Tholosanos alloquitur, *& tribulationibus vniuersis agitata, honorari & fideliter in nostra dominatione gubernari. Ideircò ex consilio magnatum & prudentum virorum statuimus, vt Ecclesia & persona Ecclesiastica in dictis terris constituta vtantur libertatibus & immunitatibus, quibus Ecclesia Gallicana vtitur.* Hæc in fauorem Catholicarum congregationum & Ecclesiarum: Postea contra Synagogas Satanæ, & cathedras pestilentiæ hæreticorum, ad eorum refrænandam impietatis audaciam ita pergit: [b] *Et quia hæretici varijs modis matrem Ecclesiam inficientes, venenum in vestris partibus latè dispersetunt, statuimus vt omnes à fide Catholica deuiantes, cuiuscumque fuerit nominis, postquàm ab Episcopo vel ab aliqua alia persona Ecclesiastica fuerint hæretici iudicati, confestim, & sine mora pœnis debitis puniantur: Ordinantes ne quis eos recipere vel tueri, aut eis credere vel fauere præsumat.* Et quæ sequuntur. Quæ castigationes & animaduersiones in hæreticos iustæ, principum Catholicorum legibus ordinatæ valde diabolo displicent, ne illis attriti côuertantur. Si enim is [c] *Leo rugiens, quærens semper quem deuoret*, suæ ministrorum impietatis, hæreticorum nempe doctrinam peruersam turbari atque confundi sapientia & eruditione Catholicorum Doctorum vehementer horreat, ne ipsi conuicti suos abiurent errores; quantò magis eos principum Catholicorum legibus edictisque pœnæ corporali mortisque supplicio sobiugari? ne ipsius iusti supplicij terrore falsitates suas, impiaqoe dogmata detestentur? Cum Theodoretus præclara, verèque Christiana cootentione aduersus Marcionistas moltùm sudando luctaretur: [d] *Venit noctu*, inquit historia SS. Patrum cap. 21. *quidam Dæmon exitialis clamans, & lingua vtens Syriaca. Cur, inquiens, tu bellum geris cum Marcione? cur hanc pugnam aduersus eum suscipis? Quanam is te vnquam affecit molestia? desine belligerare: desiste à maleuolentia: Aut disces experientia quantum bonum sit quies. Scias quod te iam pridem confodissem, nisi chorum Martyrum te custodientem vidissem cum Iacobo, &c.* Quamuis aotem enormibus illis hæreticorum flagitiis, tanquam potentissimis belli machinis, ad oppressionem fœderis inter spiritualem & sæcularem Christi in terra Monarchiam diabolus plurimum posse videatur: nihilominus si sapuerimus, si Ecclesiæ semper, sedis Apostolicæ, & vt filij obsequentissimi Romani Pontificis auctoritati paruerimus, nihil Ecclesiæ Catholicæ, nihil huic sedi Apostolicæ, nihil principatui Romani Pontificis monarchico; nihil Christianæ sæcularium principum dominationi, nihil denique nobis fidelissimis vtriusque Monarchiæ subditis inimicus ille homo, zizaniæ discordiarum odiorumque seminator vnquam per eas infernales machinas nocere poterit. Quod eleganter & asseueranter [e] Origenes affirmat, hæc verba mysticè prophetæ Iob explicans, *Chaldæi fecerunt tres turmas, & circumierunt camelos, &c.* cum post multa hæc ait: *sed quemadmodum tunc tribus*

S. Ludouici pia contra hæreticos constitutio in tenera ætate & principio regni sui.

[b] Ibid.

[c] S. Petr. 1. c. 5.

[d] In hist. SS. Patrum c. 21.

Diabolus per has hæreticorum vitiorũ enormitates tanquam infernales machinas nihil Ecclesiæ regnis Catholicis, nobisque nocere poterit, si semper benè sapientes maiestati pontificiæ & regiæ paruerimus, sed potius se ipsum suumque regnum destruet.

[e] Origen. l. 1. in Iob to. 2.

coribus aduersus Iob congressus, scilicet diabolus, A *cum confusione est superatus nihil præualens aduersus eum; sic & nunc multis modis aduersus Ecclesiam congressus est; & per innumeras hæreses aduersus eam dimicans reuocatur confusus, nihil præualens verè credentibus animabus. Firmum enim Dei fundamentum stabit, & portæ inferorum non præualebunt, sicut dicit Dominus: Portas inferi memorando diuersas sectas atque hæreses infidelium, quæ vsque ad portas inferorum deducunt omnes qui eos sectantur.* Quàrò magis enim his machinis, hæreticorũ scilicet erroribus doctrinæ peruersæ, & sceleribus vitæ, dolosè perfideque citando scripturas misere corruptas ad ruinam Ecclesiæ, ad interitum salutis fideliũ, se suosq; ministros corroborare ac præmunire contendit; tantò potẽtius fideles Catholicique doctores hunc ac eius iniquitatis ministros propriis eorum armis machinisque destruunt. B Quam Catholicorum de diabolo eiusque satellitibus hæreticis victoriam Iob propheta vaticinando præuiderat dicens, [a] *si comportarit, sicut terram argentum, & sicut lutum præparauerit vestimenta: præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet.*

a Iob. c. 27.

Quæ prophetæ verba nostræ suffragari sententiæ hæc sancti Gregorij interpretatio manifestat: [b] *Hæretici sicut lutum præparant vestimenta, quia fluxè & inquinabiliter ea quibus se tueri volunt scriptura sacra contexunt vestimenta. Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, quia vir rectâ fide plenus, ea ipsa Scriptura sacra, quæ hæreticus affert, testimonia colligit, & erroris eius pertinaciam inde conuincit contra nos: namque dum sacræ legis testimonia apportant, secum nobis afferunt vnde vincantur.*

b S. Greg. l. 18. moral. c. 11.

Quod præclara hac Goliæ gygantis proprio mucrone à Dauide iuuene truncati similitudine C confirmat & illustrat his verbis, [c] *vnde Dauid Goliam superans suo gladio occidit: Quod nos quoque agimus, cum superbientes hæreticos; & sacra Scriptura sententias deferentes, eisdem verbis atque sententiis quas proferunt vincimus, quasi elatum Goliam suo gladio detruncamus.*

c Ibi. S. Greg.

3. Pars. *Ecclesia nauis Dei quæ saluabitur. At hæreticorum synagoga nauis est diaboli peritura.*

Hæreticorum doctrinæ detestabilis vitæque flagitiosæ Ecclesia Dei tanquam nauis Christi in medio maris huius mundi, tempestatibus agitata non succumbet illis, sed de illis victrix in portum salutis emicabit, atque vt generose, sic & feliciter eluctabitur. Synagoga verò hæreticorũ quæ diaboli nauis est, in mediis impietatis suæ fluctibus obruetur. Sic enim sanctus Chrysostomus, cum de Catholica, Apostolica Romanaque Ecclesia quæ Christi nauis appellatur, multa disputasset, hæc ait: [d] *Ecclesia non est sæculi nauis, sed Dei. Est enim & alia sæculi nauis* D *non Dei, id est collectio hæreticorum, quæ sibi huius nomen Ecclesiæ vendicat. Aduersus quam diem iudicij futurum Esaias manifestè declarat, dies* (inquit) *Domini aduersus omnem contumeliosum & superbum.* Et post aliquantulum ait. *Et aduersus omnem nauem maris, id est omnem Ecclesiam hæreticorum.* De qua alibi idem Esaias retulit. [f] *Disrupti sunt*, inquit, *funes tui, quia non valuit arbor tua, inclinauerunt vela tua. Nauem verò hanc maris esse dixit, quia huiusmodi Ecclesia non Dei est, sed sæculi*, scilicet diaboli, qui est princeps mundi huius & sæculi corrupti: *Quæ licet habere in se prædicationem Dominicæ crucis videatur, inualidam tamen hanc arborem eius ostendit; quia vbi non est veritas fidei, inualida crucis assertio est. Vnde inclinata & laxata vela eius sunt ostensa*

d Chrysost. seu auctus operis imperf. in c. 8 S. Matt. Esaiæ c. 2.

e Ib. Esaiæ 2.

f Esaiæ c. 33

A *quæ nullo flatu Spiritus sancti diriguntur. Et ideo huiusmodi naui, hoc est Ecclesia hæreticorum, amisso veræ fidei gubernaculo, dominantibus aduersis spiritibus in naufragium mortis æternæ demergitur, quæ gubernari à Christo Domino non meretur.* Hoc diaboli sæculique corrupti nauiculæ naufragiũ, id est æternã vnà cum diabolo hæreticorũ damnationẽ, post longas aduersus Ecclesiã, aduersus illius pastorem œcumenicũ, Monarchã spiritualẽ dimicationes à Catholicis conuictorũ, alia translatione, allegoriaque sanctus Hieronymus expressit in expositione horum Ezechielis verborum, [g] *Luna non dabit lumen suum, &c.* hæc dicens. [h] *Luna, quam hæreticorum sentimus Ecclesiam, & quæ à Sole iniquitatis lumen putabatur accipere, non dabit lumen suum, nec decipiet credentes falsi nominis scientia. Omnia quoque luminaria & quidquid videtur in hæreticis esse doctrina,* B *extincto Dracone cæcabitur; ita vt ipse Dominus terram hæreticorum operiat tenebris ignorantiæ scilicet veritatis, vt cæci cæcos ducant in foueam, & habitatores terræ mittantur in tenebras exteriores.* [i] *Væ eis*, clamabat Dominus per Oseam prophetam, *quoniam recesserunt à me, vastabuntur, quia præuaricati sunt in me.* Quibus peccatoribus & flagitiosis hæc Dei verba maledicunt & imprecantur nisi hæreticis? teste Hieronymo hunc ita locum exponente. [k] *Super hæreticos facilis interpretatio est, quod væ habeant sempiternum quia recesserunt à Deo; & miseri sunt, quia reliquerunt creatorem suum, & ipsi locuti sunt contra eum mendacia, impiæ falsitatis dogmata componentes; & non clamant in cordibus, sed vlulant semper in conciliabulis, quæ pulchrè cubilia ap-* C *pellat, & ferarum lustra. Illic voluntantur in sordibus, libidinum vacant stupris, & quidquid loquuntur, & putauerint se in laudem Dei dicere, vlulatus luporum & vaccarum insanientium sonitus est.* Quid autem deuictis Ecclesiæ Reique publicæ Christianæ perduellibus, atque cum principe suo diabolo, sempiternæ damnationi subiugatis, Catholici victores, veri Christi & sponsæ eius Ecclesiæ filij obedientes, vtriusque Monarchiæ subditi proficient, quid lucri, quid salutis incrementi ex istorum veritatis hostium erroribus impietatibusque consequentur, docet sanctus Augustinus hæc verè aurea, verius cælestia atque diuina de thesauro cordis eloquia proferendo. [l] *Quoniam verissimè dictum, [m] Oportet multas hæreses esse, vt probati manifesti fiant inter vos: Vtamur etiam isto diuinæ prouidentiæ beneficio: Ex his enim homini-* D *bus hæretici fiunt, qui etiam si essent in Ecclesia nihilominus errarent. Cum autem foris sunt plurimum prosunt, non verum dicendo quod nesciunt, sed ad verum quærendum carnales, & ad verum aperiendum spirituales Catholicos excitando: sunt enim innumerabiles in Ecclesia sancta Deo probati viri, sed manifesti non fiunt inter nos, quandiu imperitiæ nostræ tenebris delectati dormire malumus, quam lucem veritatis intueri. Quapropter multi vt diem Dei videant, & gaudeant per hæreticos de somno excitantur.* Postea doctor sanctissimus ita concludit. *Vtamur igitur etiam hæreticis non vt eorum approbemus errores, sed vt Catholicã disciplinã aduersus eorũ insidias asserentes, vigilantiores & cautiores simus, etiã si eos ad salutẽ reuocare non possimus.* Ergo, vt paucis multa toto hoc duobusq; priorib: diffusa capitibus concludã, Christo D. ad dexterã

Naufragium æterna damnationis synagoga hæreticorũ impendet, quæ diaboli nauis est.

g Ezech. 32.

h S. Hieron. l. 10. in Ezech. c. 32.

i Oseæ c. 6.

k S. Hieron. in Oseæ. c. 6.

Ex erroribus & impietatibus hæreticorum quid boni S. Mater Ecclesia eiusque veri filij boni omnes capiscantur

l S. Aug. l. de vera religione c. 8 tom. 1.

m 1. Cor. 11.

Ex quibus hominibus fiunt hæretici.

patris æterni sedēte, in æternū deuicta morte glorioso cū Ecclesia sua Catholica, Apostol. & Rom. in hoc mundo militante, vsque ad consummationem sæculi remanente, atque pro ea gratiarum, miserationum, benedictionumque suarum profusione super eam, aduersus omnes illius hostes vigilante atque pugnante, diabolus non plus per hæreticos, quàm olim per tyrannos infideles, crudelesque Christianorum persecutores, ad illius oppressionem, euersionemque amicæ, inter vtramque Monarchiam feliciter Christianæ mancipatam religioni, pacis, fœderis, charitatisque proficiet.

CAPVT XI.

Huius sanctissimæ vnionis, & beatissimi fœderis inter vtramque Monarchiam Christiana charitate firmati Deus Christus Dominus auctor, qui est lapis angularis & princeps veræ pacis, sicut diabolus diuisionis atque dissensionis funestissimæ.

1. *Christus D. Deus amoris & concordiæ sanctæ, quorum amba Monarchiæ vinculo feliciter vniuntur, auctor, veræ beatæque pacis princeps.*
2. *Christus Dominus lapis angularis vtramque Monarchiam vinculo charitatis vniens.*
3. *Diabolus odij & discordiæ nefandæ inter vtramque Monarchiam exitialiter erectorum princeps, & artifex omnis sceleratæ dissensionis & dualitatis.*
4. *Meditatio super numerum dualem, quantum sit malum diuisio ostendit, per dissidia Monarchiam vtramque perturbantia, à quibus vera pax abest, quia iustitia relegatur.*



CCLESIAM Dei sacro Christi Domini satam generatamque sanguine, quæ nihil est aliud, quā congregatio cœtusque fidelium, confessione religionis fideique Catholicæ, & sanctorum communione sacramentorum, sub vno Monarchico pastore, Christi Domini vicario sociatorum, corpus esse vnum cum B. Augustino, veritate Christiana fideique certitudine defendimus: proinde anima corporeque constare. Pro anima spiritua-

Ecclesia corpus vnum, anima & corpore constans.
S. August. in breuiculo collation. Coll. 3.

A lem Monarchiam sumimus, pro corpore secularem. Ex illis Christus Dominus corpus suum mysticum, quod est Ecclesia, pro ambabus moriens, vitamque cum sanguine magnis æstuans charitatis ardoribus effundens, conflare, atque constituere dignatus est. Quas tanto pacis amicæ, concordiæ, fœderisque sociari vinculo societas constringere, colligareque voluit, antequam ad patris dexteram gloriosissimus immortaliter regnaturus ascenderet: vt illas nullæ postea discordiæ dissidiaque à se inuicem posse diuellere crederentur. Huc referebatur iterata toties benedictio pacis Apostolis, discipulisque tanquam primis fidelium omnium nasciturorum in hoc mundo plantationibus, seminibusque facta à Domino. *Pax vobis, pacem relinquo vobis, pacem meam*

B *do vobis.* Quibus aliisque similibus verbis Apostolos suos futurarum Ecclesiarum patres principesque admonebat, vt venturos fideles, quos diuini verbi semine sibi parturirent, instruerent omnia seruare, quæ ipse mandata dabat, in vinculo pacis. Eaque iustitiæ & æquitatis in omnes principes & populos Ecclesiasticos & sæculares ratio seruaretur, *vt quæ essent Cæsaris, Cæsari: quæ verò Dei*, sibi ipsi Deo suoque vicario, suis in terra fungenti vicibus, *redderentur*. Et propterea sancta hæc Ecclesia corpus vnum Christi Domini mysticum vna dicitur, vnitate pacis & concordiæ, in charitate Dei radicatæ: qua non solùm omnia huius diuini corporis membra, nempe fideles omnes sub vno capite visibili connecterentur, sed etiam ipsa viua membra suo principi spi-

S. Ioā. 21. &c.

In principio nascentis Ecclesiæ Christus vnionis pacifica inter ambas Monarchias radices atque fundamenta iecit.
S. Matt. c. 22.

C rituali cum summa reuerentia, honore & obsequio filiali copularentur: generaliaque ipsius mystici corporis membra, nempe spiritualis & sæcularis principatus sincerè inter se fœdere beneuolentiaque salutari conspirarent. Ideò dixit sponsus in Canticis de sua loquens Ecclesia, *vna est columba mea.* Ad quam pacis & charitatis vnitatem omnes fideles propter æternam felicitatem Apostolus hortabatur. *Soliciti*, inquit, *seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ: vnum corpus & vnus spiritus: vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium.* Ad eandem pacis, concordiæ, beneuolentiæque in radice fundatæ charitatis vnionē idem Apostolus Philippenses hortabatur, *vnanimes in charitate, idipsum sentientes*: quales erāt primi Christiani, de quibus in Actibus, *erat multitudinis credentium cor vnum & anima vna*, scilicet, voluntate, amore, animorum in bono, consensione.

Ephes. 4.

Philipp. 2.
Actor. c. 4.

D Quæ fidelium consensio Dei demonstrat Ecclesiam, cuius viua sunt illi membra, tam clerus, quā populus: tam Ecclesiastici, quam laici. Cum concordia vera motousque animorū charitate Christiana copulatorum consensus inter se signum regni Dei in perpetuitate consequentis æui permansuri censeatur, sicut discordia, odium, dissensioque regni diaboli finem dissidiis & contentionibus habituri; iuxta illud Domini in Euangelio,[a] *omne regnum in se diuisum desolabitur.* Non enim tale regnum tot turbatū dissidiis Dei esse possit, qui,[b] *Non est dissensionis Deus, sed pacis*, qui Ecclesia suo sacro creata sanguine in immensam populorum multitudinem crescente, quos per sancti baptismatis fontem regenerationisque lauacra cœlo peperit, atque iam principes mundi reges & imperatores sinu suo fouente, veritatis Christianæ lacte nutriente, ita voluit in vnum

a S. Matt. c. 12.
b 1. Cor. 14.

A fasces Pontificios & regios charitatis beneuolentia coalescere, vt illis benignè iubentibus, his deuotè parentibus in ordine ad æternam gloriam, omnium esset spiritualium sæcularium que principum cum eorum subditis, *cor vnum & anima vna*. Vnitate membrorum de spiritu Christi viuentium, (vt [a] sanctus Augustinus loquitur) capiti suo visibili per nexus amoris, obedientiæ, venerationisque cohærentium : à cuius imperio spirituali, salutis suæ regulas acciperent, normamque secundum præscripta Christi Domini sanctè feliciterque viuendi mutuarentur. Qui secus facerent, magnum animæ suæ dispendium à viuo etiam separati corpore Christi paterentur. [b] *Prædicationis namque Euangelij sacramentum*, vt ex sancto Leone supra notauimus ,*ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in Apostolo Petro Apostolorum omnium summo pastore principaliter collocaret : vt ab ipso quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet, vt exortem se mysterij intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere*. Inde docebat ante illum Optatus Mileuitanus Donatistas à vera sanctaque Christi Domini Ecclesia præcisos esse, quod cum Pontifice Siricio tunc Romæ sedente in Cathedra sancti Petri communione fidei, obedientiæque vinculo minimè necterentur. Et experientia comprobatum historiarum Ecclesiasticarum lectione cognoscimus, omnes illas Ecclesias, quæ ab illius confœderatione cathedræ sancti Petri recessere, seque ab obedientia Pontificis Romani schismatica rebellione substraxere, tanquam ramos à radice præcisos pedetentim miserabiliter exaruisse, atque tanquam oues quæ perierunt errantes, in manus infidelium , veluti in luporum rapacium vngues, dentesque deuorandas incidisse.

a D. August.

b S. Leo epi. 87. ad Episc. Vieonēsis Ecclesiæ.

Optat Mileuit l.2. contra Parmenianū.

Omnes Ecclesia ab Ecclesia Rom. recedentes perierunt.

Christus ipse Dominus, *lapis angularis est, qui fecit vtraque vnum* : Qui in se generalia hæc sui mystici corporis membra Monarchiam spiritualem & politicam fœdere sacro sociata copulauit ; sicut Iudæos & Gentiles incarnatione sua potenter vniuerat. Propter quam pacis, concordiæque per hunc diuinum lapidem angularem , charitatis vnionem, astra matutina, Angeli videlicet & iusti homines Deum maxima exultantes gaudiis mirificè laudauerunt, iuxta hoc propheta vaticinium. [c] *Quis demisit lapidem angularem eius cum me laudarent simul astra matutina , & iubilarent simul omnes filij Dei* ? In quem locum sanctus Hieronymus. [d] *Hic lapis angularis Christus est, qui à Deo patre positus est in fundamento terræ dominicæ : ipse est enim non solum fundamentum, sed & angularis lapis in quo duo populi, Iudæorum videlicet & gentium continentur*. Sic ergo dico duo principatus , spiritualem & sæcularem, (quorum subditi sunt omnes fideles tam Iudæi, quam Gentiles conuersi) in illo diuino & angulari lapide Christo Domino coniunctos per opera charitatis & fidei mirabili pacis, concordiæ prosperitatisque loce tefulisse. [e] *Ipse est lapis quam reprobauerunt ædificantes, factus in caput anguli* , vt fierent vtraque vnum. *A Domino factum est istud, & mirabile in oculis nostris*. Illam tempore Monar-

Pars. Christus lapis angularis vtramque Monarchiam vinculo charitatis vniens.

c Iob c. 38.

d S Hieron. inc 32 Iob. tom 8.

e Psal. 117.

chiam sæcularem olim dæmonibus seruientem, spirituali vehementer inimicam , illius subditorum fidelium cædes sanguinemque sitientem, tam mirabili conuersione, Christiana signa sequentem, eidem spirituali diuina charitate sociatam, eiusque leges ad gloriæ cœlestis consecutionem relatas, honore & obedientia suspicientem cernere , atque contemplari. *In quo summo angulari lapide Christo Iesu*, diuina illa Ecclesiæ structura ex spirituali & politica monarchia compaginata. [f] *Crescit in templum sanctum*, regnumque Dei temporale & æternum : venit ergo hic lapis angularis, [g] *de cœlo missus à patre*, vt ait sanctus Hieronymus. [h] *Non venit diuisurus, sed diuisa copulaturus*. Audiatur quid ille dicenti responderit. B [i] *Domine dic fratri meo, vt diuidat hæreditatem* : [k] *Quis me*, inquit , *constituit diuisorem inter vos* ? Quid ad hæc Diuus Augustinus ? [l] *Non venit Christus diuidere, sed vnire*. Vnde dicebat sanctus Paulus. [l] *Obsecro vos fratres vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata : Nolebat esse diuisor. Vnusquisque vestrum dicit : Ego sum Pauli, ego Apollo, ego verò Cephæ. Diuisus est Christus* ? Ex quibus hanc postea S. Pater Augustinus elicit conclusionem. [m] *Videte ergo quam mali sunt homines qui volunt esse diuisi, cum Christus noluerit esse diuisor*. Potestne hæc tam pretiosa pacis & charitatis inter generalia hæc Ecclesiæ membra, principatus ambos vnitas alium sortiri factorem & auctorem quàm ipsum Christum Dominum vniuersi boni radicem, considerata prosperitatum moltarum magnitudine, quas illa fiC delibos, in quorum cætu moratur, populis aggregat ? Quid enim hæc Diui Augustini aliud eloquia sonant ? *Possumus dicere finem bonorum nostrorum esse pacem, sicut æternam diximus vitam, præsertim quia ipsi ciuitati Dei dicitur, lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, &c. Qui posuit fines tuos pacem*; fines tuos scilicet felicitatem temporalem & æternam : Vnde postea dixit. [o] *Tantum est pacis bonum , vt etiam in rebus terrenis atque mortalibus nihil gratius soleat audiri , nihil desiderabilius concupisci , nihil postremò possit melius inueniri*. Quid enim boni non adest in terris, in quibos amica societas & sanctæ pacis vinus secularem principatum cū spirituali, funiculo triplici frangi nescio, amoris , honoris, & obedientiæ firmissimè constringit & copulat ? Quid verò mali in illis abest, in quibus D diffidia, lites, odia , contentiones inimicæ inter eos spiritualem & politicum principatus efferata bacchantur ? [p] *O si sciretis quanta sit virtus pacis* : exclamat meritò sanctus Augostinus hæc addendo quæ sequuntur : *Tanta est virtus eius quod in pacis dignitate Apostolus omnes Epistolas suas scribat, dicens. Pax vobis : Hanc salutandi formam nobis primitus donauit Christus dicens , Pax vobis. Hanc pro testamento Christus dereliquit Apostolis , tanquam summum bonum , sine quo nullus viuere debet. Qui pacem cordis , oris & operis non habet , Christianus dici non potest. Qui in hac non sperat , in lubrico vitam & pedem ponit , in tempestate nauem collocat : in præcipitio se illaqueat , In arena semen seminat*. Atque , vt eximiam pulchritudinem per-

f Ephes. c.2.

g S Hieron. ib supra.

i S. Luc. c. 12.

h S. Aug. ser. 166. de tempore.

l 1. Cor. c. 1.

m S. Aug. ibi. supra.

Vnio sancta pacis inter generalia Ecclesiæ membra & alia nō potest nisi à Christo esse.

S. August l 19. de ciuit. Dei cap. 11.

o Psal. 147.

p S. August. ser. 2. ad fratres in eremo qui est de pace.

fectionemque suæ sponsæ Christus ab vnitate sanctæ pacis ostenderet, dicebat in canticis: *Vna est columba mea, formosa mea, perfecta mea.* In quem locum sanctus Bernardus: *Vbi vnitas, ibi perfectio: reliqui numeri perfectionem non habent, sed diuisionem, recedentes ab vnitate.*

Cant. c. 6.

S Bernard. l. 2. de conside. rat. ad Eugen.

Sed vt Christus Saluator mondi, lumen de lumine, Deus veros de Deo vero princeps est pacis saluriferæ, vtramque Monarchiam in charitate non ficta colligantis, vnicoiusque concordia felici; Sic contra diabolus omnis pestiferi dissidij sator & propagaror, hoc discordiarum incendio vtramque Monarchiam consumere, & in cineres redigere nunquam conari destitit: ministrosque suæ abominationis execrabilis hoc vertiginis turbulentæ spiritu tam violenter agitauit, vt ambas inter se amore mutuo sociatas vtriusque fori Monarchias pacificè viuere, nullo vnquam tempore (quia ipsi diuisi sunt) ferre patique potuerint. [a] *Sicut enim sapientum cætus in vinculo pacis vniformitatem seruat; sic contra mali sunt diuisi*, inquit sanctus Hieronymus: qui pacis vnione (quia impiis noo est pax, [b] Prophetæ iodicio) potiri nequeunt, alios quoque illios familiaritate frustrari conantur. Quibus ideò hanc maledictionem per regium prophetam fulminauit Deus: [c] *Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt.* Hos ad se diabolus euocat, vt perdat, & per eos vtramque Monarchiam, eius subditos Christi Domini & Ecclesiæ legibus voluntariè parentes euertere contendit, vt hac regnum suum eoersione conseruet. Videt enim præsagitque spiritus nequam pacem spiritualis Monarchiæ cum politica sui esse regni desolationem, potestatemqoe tyrannicam vnitate charitatis inter bonos euersum iri. Quam euersionem vt à regno suo arcere valeat, dissensionis furias, ac discordiæ faces vtrique principatui Ecclesiastico & ciuili, immittere magnoperè sine fine laborat, impiorumque exercitum congregat, quo ipsius pacis fœderisque in charitate firmati inter ambas illas Christi Domini potestates fortitudinem viresqoe demoliatur. Doctrina est Diui Augustini dicentis: [d] *Nihil aliud appetit Satanas venenosissima versutia sua, nisi vt corrumpat, & disrumpat vinculum pacis & charitatis, quo conseruato inter Christianos, vires omnes eius inualida sunt ad nocendum, & muscipula insidiarum comminuuntur, & concilia euanescunt.*

3. Pars. *Diabolus auctor discordia inter vtramq; Monarchiam qui est pater odij & diuisionis peruersa.*

a S. Hieron. l. 2 in prou c. 3.

b Esaiæ c. 48. v. 18.

c Psal. 13. v. 3.

d S. Augu. l. 3. contra Parm. to. 7.

Quantum aotem malum miseriamque secum vehat vnius ab altera Monarchiæ per dissidia diuisio, cuius fabricator est diabolus, si quis intimius perfectiúsque scire desideret, attentè dualis numeri, seu dualitatis significationes læuas sinistrasque ex Scriptura sancta meditetur, cogitetqoe in primis dualem numerum maledictionis signum esse, nullum bonum & amænum in musica nasci ex secundis, vt loquuntur musici, coocentum: Diuisionem esse mortem: Dualitatem immundorum animalium ex obseruatione [e] sancti Aogustini nomerum esse, ex eo quod dixerit Dominos ad Noe. [f] *Ex omnibus animalibus mundis tol-*

e S Aug. l. 15. de ciuit. c. 27.

A *les septena & septena, masculum & fœminam.* Hac dualitate præter hæc sopra dicta seriò cogitet, animoque consideratè reuoluat oefarios peruersosque peccarores designari, iuxta quod scriptum est io Euangelio. [g] *Erunt in vna domo diuisi tres in duos, & duo in tres*, vt præclarè Beda [h] venerabilis interpretatur. Occasione diuisionis, [i] *Diem creationis secundum non fuisse bonum* à Moyse noncupatum sicut alios dies, vt sanctus [k] Hieronymus eruditè notauit: maledictionibus eos à Domino percelli [l] qui vtroque pede claodicant, *in duas partes*, in fide suspensi vacillant, [m] Phaleg filium Heber qui diuisionem significat, prognosticum promissæ terræ diuisionis, linguarumque in turri Babylonica confusionis extitisse: [n] Duarum mulierum coram Salomone altercantium, illam quæ diuisionem infantis vociferando poposcit falsam matrem fuisse à sapiente principe iudicatam: [o] Pondus duplex abominarioni fuisse Deo; [p] Maledictionem duplicibus corde fuisse à Deo, per os sapientis irrogatam: Denique, sicut sanctus Paulus Corinthios admonet, [q] *vt vnum dicant omnes, & non sint in illis schismata*, quò filij Dei habeantur atque sint, sic diuisionis, per inimicitias, dissidia, & contentiones, inter ambas Christi Domini Monarchias appetiror & amaror, filius proculdubio diaboli, antichristique præcursor appellari iusto titulo merebitur. Qui extra charitatem Christi Saluatoris nostri vagantur ex Deo non sunt, quia *Deus charitas est*: Sed ex parre diabolo charitatis inimico. [r] *Charitatem autem non habent*, ait [s] sanctus Augustinus, *qui in vnitate non sunt*, sed in turbido diuisionis, odij, discordiæque luto versantur. Hi sunt, [t] *qui seipsos segregant, animales, spiritum non habentes.* Cur autem tales iniqui seipsos segregant ab vnitate pacis concordiæqoe salutaris, rationem hanc reddit sanctus [u] Aogustinos, *quia coagulum non habent charitatis*: Nec solùm ad impios discordiarum promotores Iudæos, ad eorumqoe synagogam; sed ad omnes, qui post venturi erant sceleratos Ecclesiæ Reiquepublicæ Christianæ turbatores, & congregationes ipsorum tumultuosas, illa Christum Dominom verba charitatis misericordiæque plena lugendo commiserandoque direxisse: [a] *Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti*, venit nempe colligere Dominus non diuidere: Diabolus cootra diuidere non colligere. Nec mirum si semper diuidat, & solertes omnes illius abominationis turbulentissimæ satellites, si semper inquieti, dissensionumqoe foriis agitati alienam à se bonorum pacem turbare contendant; quia veræ pacis vnitate potiri non possunt, quæ extra iustitiæ domicilium non habitat in terris. Cuius consortio & amore ipse diabolus, eiusque ministri miserè scelerateqoe priuantur. Quid enim propheta? [b] *Iustitia & pax osculatæ sunt.* Quid verò ad hæc sanctus [c] Augustinus, *fac iustitiam & habebis pacem, vt osculentur se iustitia & pax. Si enim non amaueris iustitiam, pacem non habebis. Amant enim se duo ista: iustitia & pax, & osculantur se, vt qui fecerit iustitiam*

f Genes. 7. v. 2.

g S. Luc. c. 12.

h Beda in S. Luc. 12.

i Genes. 1.

k S. Hieron. l. 2. in Iouin.

l 3 Reg c. 18.

m Genes. 10. v. 25.

n 3 Reg. 3.

o c Prou. 20.

p Eccl. 2.

q 1. Cor. 1.

r S. Ioã. 1. c. 4.

s S. Aug serm. 6. inter varios S August.

Charitas non est extra vnionē bona pacis.

t Ep. S. Iudæ. Apost.

u S Aug ibid.

a S. Matth. c. 23. v. 37.

Pax vera sine iustitia esse nō potest, ideo diabolus & impij eius sectatores pace frui non possunt, quia iustitia carent.

b Psal. 84.

c S. Aug. in Psal 84.

iuſtitiam inueniat pacē ſeculantem iuſtitiā, duæ amicæ ſunt, tu fortè vnam vis, & alteram non facis. Nemo eſt enim qui non vult pacem, ſed non omnes volunt operari iuſtitiam. Et quia diabolus hoſtis iuſtitiæ capitalis eſt, qui primos parentes ſuis fraudulentis ſuggeſtionibus, tentationibuſque doloſis originalis iuſtitiæ veſte ſpoliauit, homicida ab initio, qui in veritate non ſtetit, pacis amænitate potiri non poteſt: nec ſimiliter eius miniſtri peccatores terræ putridos eius iniquitatis iniuſtitiæque fontes ſemper adeuntes, ideoque huius ſanctæ pacis priuatione languentes, ira liuoreque tabeſcentes, hanc ſanctiſſimæ pacis ſuauitatem & lucem fidelibus Eccleſiæ Dei populis inuidentes, omnem mouent lapidem, vt ardentibus diſcordiarum, tanquam furiarum tędis, ambas ſpiritualem & ſæcularem Monarchias inter ſe odio reciproco litigantes incendant: ac ſic ardentes pace relegata mutuis odiorum certaminumque vulneribus ſe confodiant, & interimant: O inſani conatus! O nefanda odia! O dementię fallaces! Quis nouit poteſtatem furoris & inuidiæ diaboli & ſectatorum eius ad diuinæ pacis in ſpirituali ſæcularique principatu perturbationem? Licet perturbatio hæc per Chriſti Domini gratiam auxiliumque non ſit euictura. Quoniam fremant licet, anietent, efferentur, & rabidis aſſurgant contra ſanctas Dei congregationes ſpirituales & ſæculares tumultibus diabolicæ poteſtates, nihilominus.[a] *Qui habitat in adiutorio altiſsimi in protectione Dei cæli commorabitur:*[b] *Montes*, fortitudinis diuinæ, *in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi ſui.* Inde victoria bonorum in Deo ſuo ſperantium aduerſus diaboli copias infallibilis & ſecura, dicente Domino de populo fideli confidenter in ſe, ſuaque ſperante miſericordia.[c] *Quoniam in me ſperauit liberabo eum, protegam eum quoniam cognouit nomen meum: clamauit ad me & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum?* Quid præterea? *Longitudine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum*: Dum interea impii diaboli ſectatores vtriuſque ſanctæ Deo gratæ Monarchię perturbatores & oſores, ad illius ſecundum vota nefaria perniciem, propter hæc à ſe ſeminata diſſidia diſcordiaſque acerbiſſimis diuinæ iuſtitiæ flagellis torquebuntur.[d] *Væ homini illi per quem vnitatis vinculum iucundum turbatur*, exclamat ſanctus Bernardus, *iudicium profectò portabit quicumque eſt: Ante mihi contingat mori, quam audire in vobis aliquem iuſtè clamantem, filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Hæc ſæpius ſapientis prophetæ veri Catholici pro conſeruanda inter ſpiritualem & ſæcularem Chriſti Domini Monarchiam pace charitatis altiſſimis defixa radicibus patientes, viriliterque contra omnes Monarchomachos in caſtris Eccleſiæ dimicantes ingeminant! *filij matris meæ*, ſcilicet Eccleſiæ ſanctæ, ſed ficti, contumaces atque rebelles filii, *pugnauerunt contra me*: dum confidenter à partibus vtriuſque Maieſtatis Eccleſiaſticæ atque politicæ ſtans contra rebellium iſtorum inſanias præliari non ceſſo. Sed his copioſius pertractandis aptior infra locus erit. Hanc igitur ſanctæ pacis amiſſionem ab vtraque Chriſti Monarchia: hoc immane diſſidium vtramque à ſe inuicem nefariè diuidens: hanc diſcordiæ nefandæ furiam tot odiis pręliiſque mutuis vtramque grauiſſimè vulnerantem à diaboli Stygii ſerpentis antro ſcaturire, ſicut à fonte ſapientiæ diuinæ, infinitæque bonitatis ſanctiſſimam illam Chriſtianę pacis vnionem, tam amica, charitatis ardore flagrante, vtramque inter ſe maieſtatem principatus ſpiritualis atque politici coniuratione ſociantem deriuari, & affluenter exundare ſolida ratione concludo.

a Pſal. 90.
b Pſal. 124. v. 2.
c Pſal. 90.
d S. Bernard. ſerm 29 in cantic. cap. 5.

CAPVT XII.

Sancta charitatis inter duas Chriſti Monarchias confœderatio, diabolica diuiſione prior eſt, mutui inter illas auxilii genitrix, & fidelium illi ſubditorum ſanctificationem parit, & gloriam.

1. *Vt veritas falſitate prior bonum malo, ſic pax ſancta diſcordia diuidente.*

2. *Secularis Monarchia à ſpirituali regulari debet, vt bene beateque viuat, illam ſuo ſubſidio multum iuuans.*

3. *Sancta Chriſtianæ pacis vnio ſecularis cum ſpirituali Monarchiæ, iuſtificationem ſubditorum parit, & gloriam.*



CVM illa diuiſio diſcors, immanis & inſana poſterior in mundum perniciosè, Chriſtianos cætus vaſtatura venerit, hæc verò ſancta diuinæ pacis vnio, ſalutariſque concordia prior in ipſis naſcentis Eccleſiaſticæ ſæculariſque Monarchiæ incunabulis atque primis, vt Gręci loquuntur, vnguiculis, ſocietates beatura Chriſtianas[e] mundo benedictionibus affluens cæleſtibus illuxerit: hoc profectò firmiſſimum veritatis argumentum eſt, hanc eſſe à Deo, illam à diabolo, antiquitas. Prius enim ſeminauit Deus bonum concordiæ ſemen in agro ſuo, Eccleſia nempe in vtramque Monarchiam diuiſa, deinde inimicus homo diabolus diſſenſionis mortiferæ ſuperſeminauit zizania. Certè bonum malo prius & virtus vitio, & hæreſibus vera fidei doctrina. Quid ad hæc Tertullianus?

e S. Matth 13. *Amica pacificaque ſocietas duarum Monarchiarum inter ſe prior diuiſione atque diſsidio quod ſuperſeminauit diabolus.*

Ante hæreses quam vera doctrina? Exclamat ille innuens esse contra Dei naturæque ordinem, vt hæreses veræ fidei doctrinæ, & insanę falsitates antiquitate veritati præeant. Vnde postea subdit.[a] *In omnibus veritas imaginem antecedit. Postremò similitudo succedit.*[b] *Solemus*, inquit ille adoersus Hermogenem, *hæreticis compendii gratia de posteritate præscribere: in quantum enim veritatis regula prior, quæ etiam futuras hæreses prænuntiauit: in tantum posteriores quæque doctrinæ hæreses prædicabuntur.* Quam veritatem ploribos in locis operum suorum solidè ac eruditè confirmat; præcipuè verò libro de præscriptionibus, cum ait,[c] *sed ab excessu*, scilicet à[d] digressione, *reuertar ad principalitatem*, scilicet[e] prioritatem, *veritatis & posterioritatem, mendacitati deputandam: & ex illis quoque parabolæ patrocinio, quæ bonum semen frumenti*[f] *à Domino seminatum primò constituit: Auenarum autem sterilis fœni adulterum ab inimico diabolo postea superducit.* Inde continenter illud infert; *Propriè*[g] *enim doctrinarum distinctionem figurat, quia & alibi verbum Dei seminis similitudo est. Ita ex ipso ordine manifestatur id esse dominicum & verum quod sit prius traditum. Id autem extraneum & falsum*, scilicet oppositum prius tradito, *quod sit posterius immissum.* Quibus positis caput suum ita concludit.[h] *Ea sententia manebit aduersus posteriores quasque hæreses, quibus nulla constantia de conscientia competit ad defendendam sibi veritatem.* Qua fretus veritate sic in eodem libro hæreticos ad confusionem eorum falsæ doctrinæ, explodendosque immanes eorum errores alloquitur.[i] *Qui estis vos, vnde & quando venistis?* Eodem ad Marcionis & sectatorum eius exterminandas insanias, erroneasque doctrinæ mortiferæ assertiones argumento his verbis concepto vtitur.[k] *Non negabant discipuli eius primam illos nobiscum fidem fuisse, ipsius literis testibus, vt hinc iam destinari possit hæreticus, qui deserto, quod prius fuerat, id postea sibi elegerit, quod retro non erat. In tantum enim hæresis deputabitur, quod postea inducitur: in quantum veritas habebitur, quod retrò & à primordio traditum est.* Instat vrgetque eosdem Marcionistas cum principe suo vehementiùs, alio in loco dicens. *In summa si constat id verius, quod prius: id prius quod ab initio: ab initio quod ab Apostolis; pariter vtique constabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolicas fuerit sacro-sanctum.* Eodem similiter argumento ad omnes euellendas destruendasque omnium hæreticorum falsitates, cum ita contra Praxeam disputat.[l] *Quo peræque aduersus hæreses iam nunc præiudicatum sit: id esse verum, quodcumque primum: id esse adulterum quodcumque posterius.* Atque vt hæreticum aduersus veritatem carnis Christi Domini debacchantem confunderet, argueretque vires elisisse veritati, sic hoc fultus argumento disputat.[m] *Quod traditum erat, id erat verum vt ab eis traditum, quorum erat tradere. Ergo quod erat traditum rescindens, quod erat verum rescidisti:* Vt ex his nollus iam de hac veritate dubius & anceps iure dubitare possit, Deum Christumque mundi saluatorem huius sanctæ pacis, beneuolentiæ, castæ sinceræque charitatis auctorem factoremque extitisse: quarum sacro-sancto spiritualem politicamque Mo-

a Tertul. l. de præscription.
b Idem li. aduersus Hermogenem.
c Idem l. de præscript. c. 31.
d Pamelius in hunc locū.
e Ex Quintino.
f S. Matth 13.
g S. Luc. c. 8.
h Tertull. ibi in fin. c.
i Tertull. in eodem lib.
k Tertul l. 4. contra Marcionem.
l Tertull. cõtra Praxeam.
m Tertull. l. de carne Christi.
Ex præcedentibus colligitur pacis vnionem à Deo & discordiam societatis Christianæ perturbatricem à Diabolo esse.

A narchias in principio suæ nascentis Ecclesiæ constitutas à se, concordibus omniū vtriusq; dominationis subditorū animis vinculo beatissimè fœderare dignatus est. Diabolum contra pestiferæ diuisionis, discordiæque nefandæ fabricatorē nefarium, artificēque fraudolentum esse cōstat; quibus à principio, sicut postea semper peccatorum omnium grauissimorum cohortibus armatus, ambas illas mutuis se charitatis osculis amplectentes conturbare, à se inuicem odio mortifero diuellere penitusque destruere conatus est. Fuit hoc sanctis veteribusque patribus familiare semper argumentum: quo veritatem fidei Christianæ, Catholicæ religionis, Ecclesiæ sanctitatis, eiusque Monarchicæ potestatis B cum sæculari, charitatis fœdere copulatæ, aduersus omnes impios, infideles, hæreticos, schismaticosque comprobarent. Clemens Alexandrinus ita contra Catholicæ religionis, Christianæque veritatis hostes argumentabatur.[n] *Præterea autem fore, vt in veritate seminentur hæreses, vt in frumento zizania prophetice dictum est à Domino: & fieri non potest, vt non fiat id quod prædictum est esse futurum. Huius autem causa est, quod quidquid est pulchrum sequitur Momus:* paulò post:[o] *Quod enim Catholica Ecclesia, posteriora sua fecerint conciliabula, non opus est multis verbis.* Deinde quibusdam interpositis hac suum conclusione terminat argumentum.[p] *Quæ cum ita se habeant, clarum est ex antiquissima & verissima Ecclesia, has recentiores, & quæ his sunt adhuc inferiores tempore fuisse innouatas adulterina nota hæreses:* Eleganter solideque docet sanctus Athanasius post C eum in principio orationis secundæ aduersus Arianos, post veram fidem Catholicam Christi Domini religionem omnes hæreses, sicut post veritatem mendacium ab inferis erupisse. Similia dixit[q] sanctus Augustinus & antiquiores illo[r] sanctus Cyprianus,[s] Lactantius,[t] sanctus Hilarius scriptorum suorum eruditione corroborarunt. Illustria profectò ad eam rem sunt illa D. Hieronymi dicentis. *Quisquis es assertor nouorum dogmatum,*[u] *quæso te, vt parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apostoli voce laudata est. Cur post quadringentos annos docere nos niteris, quod ante nesciuimus? Cur profers in medium quod Petrus & Paulus edere noluerunt? vsque ad hanc diem sine ista doctrina mundus Christianus est. Illam senex tenebo fidem, in qua puer natus sum.* Non minori facundia & eruditione in eundem veritatis scopum ista contra Lu- D ciferianos locutus est.[x] *Sicubi videris qui dicuntur Christi, non à Domino Iesu Christo, sed à quopiam alio nuncupari, vt puta Marcionistas, Valentinianos, Montenses, scito non Ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogam. Ex hoc enim ipso, quod postea instituti sunt, eos se esse indicant quos futuros Apostolus pronuntiauit.* Similiter Optatus Milenitanus postquam Christianæ religionis fideique Catholicæ contra Parmenianum Donatistam, antiquitatem discursu longo, eoque rationum pondere firmato comprobauisset, à Donatistarum grege nefando, mercenariisque corruptus ista poposcit. *Vestra cathedra vos originem reddite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vendicare.* Sed de his satis hactenus.

n Clem. Alexandr. li. 1. Stromatum circa finem
o Ibid.
p Ibid.
q S. Athanasius orat. 2. aduersus Arianos.
r S. Augest. l. contra Epist. fundamenti c. 4.
s S. Cyprianus l. de vnitate Ecclesiæ. Non enim nos ab illis scilicet hæreticis, sed illi à nobis recessærunt.
t Lactant. l. 4. c. 30.
S. Hilarius l. 6 de Trinit.
u S. Hieroay. ep 65. ad Pammachium, & epi. ad Oceanum de erroribus Origenis.
x S. Hierony. aduersus Luciferianos.
Optat. Milenit. l. 1. contra Parmenian.

2. Pars. Secularis Monarchia à spirituali regulari debet, vt bene beateque viuat.

Supereſt, vt quam iuſtum beatumque ſit ſæcolarem principatum à ſpirituali in ordine ad æternæ felicitatis aſſecutionem regulari ac dirigi, ſeruata inter eos dignitatis & charitatis æquitate demonſtremus. Notum eſt illud Philoſophis theologiſque axioma, [a] *Primum in vnoquoque genere eſt menſura reliquorum.* Vnde Chriſtus Dominus, qui primus ex hominibus deuicta à ſe morte ne rediret amplius ad ſe, reſurrexit, propterea menſura, regula & forma omnium reſurgentium factus eſt, iuxta illud Apoſtoli. [c] *Saluatorem expectamus Dominum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ.* Ideò ſanctus Ambroſius dixit. [d] *Prior reſurrexit, vt eſſet forma & cauſa credentium ſibi.* Quem propterea Primitias dormientium, *nominauit Apoſtolus. Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium.* Arguitque vehementer eos, qui cum Chriſtus reſurrexiſſet à mortuis, homines nihilominus ad gloriam Chriſti glorioſi corporis inſtar reſurrecturos inficiabantur. *Si Chriſtus reſurrexit à mortuis, quomodo quidam in vobis dicunt quod reſurrectio mortuorum non eſt?* Quæ conſideratio ſanctum Gregorium commouit, vt id certitudine fidei diceret. [f] *Habemus ſpem reſurrectionis noſtræ conſideratâ gloria capitis noſtri.* Hoc iacto veritatis fundamento, cum ex duabus illis Monarchiis (quas in Eccleſia ſua in charitate radicatas Chriſtus Dominus princeps cæli & terræ conſtituere, conſtitutaſque meritoriè in illa viuere voluit, ſpiritualis prior ordine temporis, ſicut dignitatis ſæculari fuerit, (nam Chriſtus Dominus propter ſalutem ſæcularis ſpiritualem creauit & ordinauit) apparet ſæculare, vt perfectior exiſtat, viuatque beatior, à ſpirituali, directionem regulamque in charitate Chriſti fundatam ſui regiminis, actionumque vitæ mutuari debere, & ab eius conſortio ſancto nunquam fœdereque diuelli. Hæc enim ſpiritualis ſacraque Monarchia tuta eſt & ſecura in politico ſæcularique principatu, bonorum indagatrix, expultrix malorum, veriuſque principibus politicis quam quondam Ethnicus poëta de ſua Pallade, dicere poſſumus.

Axioma primum in ſuo genere eſt menſura reliquorum
a Ariſtot. l. 12 metaph.
Philip. 3.
d S. Ambroſ. in c. 15 ep. 1. ad Corinth
d 1. Corinth 15.
f S. Gregor. l. 14. moral. c. 28.

Ætheream ſeruate deam, ſeruabitis vrbem,
Imperium ſecum transferet illa loci.

Imperium ſuum temporale Theodoſius iunior auii ſui pietatis æmulus, Eccleſiaſtico & ſpirituali ſubditum eſſe volebat, & ab eius directione regulari; in eum finem videlicet, vt præter temporalem, ſibi & populo fælicitas æterna pareretur. Sic enim ad Epiſcopos pro congregando Epheſi Concilio generali contra Neſtorii blaſphemias horrẽdas ſceleratasque ſcribebat: *Reſpublica noſtræ conſtitutio, ea quæ erga Deum eſt pietate præcipuè nititur, multaque in hac & illa cognatio ac familiaritas intercedere ſolet. Nam & ex ſe inuicem pendent, & vtraque ex proſperis alterius ſucceſſibus incrementa ſumit. Quando quidem vt vera religio actione perficitur; ita & Reſpublica vtriuſque ope mixta floreſcit.* Quæ ſit pacifica, non tumultuoſa, pacilque cum ſpirituali initæ potentia, Deum, Chriſtumque Dominum pacis auctorem ad ſe trahit, & omnia bona cum eo, omnia mala à cætu iuſtorum, in quo eſt, repellente, qui eſt æterna ſapientia iuxta ſapientis oraculum in perſona iuſtorum loquentis. [g] *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa: nec habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus eius. Factus eſt in pace locus eius,* ſcilicet in Republica ſiue anima pacifica. Qui Deum quærit in illa Republica, minimè ſanctæ pacis vnione cum Eccleſia, eiuſque ſpirituali Monarchia ſociata ſpes paſcit inanes. Sic enim loquitur D. Hieronymus. *Non eſt vmbraculum* [h] *Domini, niſi vbi pax eſt: vbi zelus, atque diſcordia, ibi non eſt protector Deus. Locus Dei non eſt niſi in anima quæ pacem habet.* Sic nec in Rep. ſæculari, regnoque temporali niſi pacifico, cum Chriſti Eccleſia, ſpiritualique ditione concordi. [i] *Quæ ergo anima non habet pacem*, vt S. Doctoris verbis inſiſtam, *ſciat ſe non eſſe locum Dei.* Sic dico regnum illud, principatumque ſæcularem pacem cum ſpirituali non habentem Dei locum, ſanctuariumque eſſe non poſſe. [k] *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*, ſuis dicebat Dominus Apoſtolis: meam, non mundi, non diaboli, non carnis, quæ omni grauiori bello nocentior ac pernicioſior eſt: Hæc ſancta pax eſt ſaluatoris. [l] *Hæreditas*, ait S. Hieronymus, *ibi in Hieruſalem*, in ciuitate videlicet pacifica, ſeu Republica Chriſtiana in ſe, & cum ſpirituali poteſtate pacem ſemper habente. *Chriſtus Dominus Deus exercituum confregit potentias hoſtium Eccleſiæ ſuæ, arcum, ſcutum, gladium & bellum.* Poſt quod à Domino confectum bellum glorioſè potentia ſuæ virtutis & gratiæ, partamque de illis hoſtibus victoriam, in illo ſæculari imperio ſpirituali per obedientiam deuotè ſubdito, & cum illo indiſſolubili concordiæ veræ, pacis amicæ, Chriſtianæque charitatis vnione copulato, temporalis in terra vitæ piæ Chriſti Domini gratia ſanctificatæ iucunditas, & poſt, æternæ felicitatis in cælo fruitio ſuccedit. Quæ ſunt huius ſanctæ pacificæque vnionis à Chriſtiana profectæ charitate, obedientia deuotioneque ſubditorum firmatæ, Monarchiæ temporalis cum Eccleſiaſtica ſpiritualique fructus amœniſſimi. [n] *Vnctas quippe, vt* ait S. Bernardus, *alia eſt quæ iuſtificat; alia quæ glorificat: vna meritum, & alia præmium. De prima dictum eſt in Actibus:* [o] *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna,* quales debent eſſe Chriſtianæ Monarchiæ ſubditi, vt bene beateque viuant. De ſecunda autem. [p] *Qui adhæret Deo vnus Spiritus eſt cum eo.* Hæc ſanctæ pacis vnitas, quæ Chriſto Domino vtrumque principatum, eius principes & populos meritoriè, ſicut religioſè in hac vita connectit, decus ſuauitatis eſt, de qua propheta Regius. [q] *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Fratres dico Chriſtianos omnes verè Catholicos, eiuſdem patris, matris, Chriſti nempe & ſponſæ eius Eccleſiæ ſanctæ filios. [r] *Cum vnitatis iam deſcripſiſſet propheta pulchritudinem, non tacuit vtilitatem: Quoniam illic,* (inquiens) *mandauit Dominus benedictionem & vitam.* [t] *His, ſcilicet, benedictionem, & in futuro ſæculo vitam æternam.* Ipſa pax ſancta, concordia Chriſtiana, Catholicaque fidelium conſenſio, ſola virtus eſt quæ habet bonum & iucundum ſimul, vt more ſuo diuinitus loquendo ſanctus Auguſtinus his præclarè verbis oſtendit. [u] *Scire debetis, fratres, quod quædam ſunt bona, quæ non ſunt iucunda; quædam iucunda, quæ non ſunt bona: verbi gratia: Bona ſunt ieiunia, vigiliæ, macerationes & ſimilia. Hæc enim bona ſunt, ſed non iucunda: quia caro*

Reſp. ſeu Monarchia ſæcularis, ſpirituali ac Eccleſiaſtica ope nititur, ſicut hæc ab illa adiuuatur. 6.
Epiſt. Theodoſii iunioris ad Epiſcopos pro cogenda Synodo Epheſina.
Illa ſæcularis poteſtas Deum in ſe non retinet, quæ cum ſpirituali pacem non habet.
g Sap. c. 7.
h S. Hierony. in illud pſal. 75. factus eſt in pace locus eius.
i S. Hierony. ibid. ſupra.
k S. Ioan. c. 14
l S. Hieron. ſ.
3. Pars. Sancta Chriſtiana pacis vnio ſæcularis cum ſpirituali Monarchia iuſtificationem ſubditorum parit & gloriam æternam.
n S. Bernard. ſer. 3. de Aſſumptione B. Mariæ.
o Actor. 4.
p 1. Corint. 6.
q Pſal 132. v. 1
r S. Bern. ibi.
t Pſal. 5.
Pax vera & Chriſtiana ſacro charitatis vinculo vtramque connectens Monarchiam bonum & iucundum ſimul eſſe dicitur.
u D. Aug. ſer. 2. ad fratres in eremo, qui eſt de pace.

in hoc non iucundatur, sed læditur. Iucunda verò sunt A
comessationes, ebrietates, sed non bona. Hæc agentes
a Prouerb. 2. *lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus*
pessimis: O *Monache*, generalius dicam, O Christiane, Catholica fide per charitatem operante in Ecclesia Dei meritoriè viuens. *Vix poteris inuenire in præsenti vnum, quod sit bonum & iucundum. Cupis tamen illud inuenire? Persequere pacem & amplectere eam. Hæc est enim sola virtus, quæ*
b Psal. 33. *habet bonum & iucundum. Hæc est illa bonitas*, [b] *quæ nos habitare facit vnius moris in domo, vt simul viuere, simulque mori semper optemus.* Quis igitur iucunditatem & gloriam eius Reipublicæ sæcularis dignè satis poterit exprimere, quæ deuoto docilique obsequio spirituali secundum Deum principatui subdita, ab illoque voluntariè directa, & propter lauream felicitatis æternæ suauiter ex charitate non ficta gubernata, hac tam salutari Christi Domini pace, quam mundus dare B
non potest, in hac vita pleno voto, desiderioque copiosè perfruitur? Cuius indissolubili nexu tam strictè & amanter, tam religiose atque potenter cum illo sacro-sancto, spirituali Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ Romanæque principatu ligata confœderatur: vt nullæ illum diabolicæ dissensiones, nullæ discordiarum furiæ, nulla perditorum hæreticorum, seditiosorumque schismaticorum dissidia, nulla maleuolorum libertinorum odia; nulli denique furiosi flagitiosorum cuiuscumque sceleris hominum conatus dissoluere atque perfringere posse credantur? vt iam nobis conclusionem præsentis capitis, finemque meditantibus, cum magno illo doctore sancto patre Augustino propter hoc exclamare liceat.
c S. Aug. ibi supra. [c] *O pax, tu mentis serenitas, animi tranquillitas, amoris vinculum, charitatis consortium. Hæc est illa summa felicitas quæ bella compescit, iras compri-* C
Pulchra pacis Christianæ elogia, qua qui fruuntur beati, miseri qui priuantur. *mit, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis placet, à cunctis optatur: sed à cunctis malis illa quæ bona est, pax fugitur, & oditur vt mors. Beatus qui te habet, maledictus qui te odit & qui te impedit, & frangit inter homines, quoniam Anti-Christus est, & filius perditionis. O pax tale bonum es in rebus creatis, tam mirificum, tam*
Ruptor & hostis huius sanctæ pacis anti-Christus dicitur. *gloriosum, quod nihil dulcius solet audiri, nihil delectabilius concupisci nihil vtilius possideri. Spiritus enim humanus, sicut nunquam viuificabit membra, nisi fuerint vnita, sic Spiritus sanctus nunquam nos viuificat, nisi pace vniti fuerimus.* Precor cælestem Regem huius pacis salutiferæ prin-
Simile. Spiritus S. nullos nisi pacificos viuificat. cipem, vt illa nunquam spiritualis temporalisque Monarchiæ inter se religioso fœdere sociatæ pace priuentur: ab illiusque sacro consortio nulla inimica spiritus maligni contentione diuellantur. D

Non si tellurem effundat in vndas,
Diluuio miscens, cælumque in Tartara fundat.

CAPVT XIII.

Infinita Dei bonitas & misericordia contra Diaboli & ministrorum eius intentionem, visibilem suæ Ecclesiæ Monarchiam illustriorem reddidit, potentiusque corroboratam in vicario suo Rom. Pontifice stabiliuit; destructis hostium illius in suam perniciem viribus, & fraudibus, quibus illi cum patre suo diabolo illam destruere conantur.

1. *Deus per infinitam suam bonitatem bona de malis ad salutem suorum fidelium, contra perditorum amentiam & ruinam trahit.*

2. *Diabolus, & ministri eius homines impij proprijs machinis & artibus se destruunt, quibus ambas Christi Domini Monarchias, eiusque principes & populos perdere conantur.*

3. *Mirabilis Ecclesiæ Christi propagatio, per oppressiones persecutionum, quibus ipsi tandem persecutores obruuntur; argumentum est infallibile religionem Christianam vnicam Dei esse, & veram.*



Pvs illud fuit infinitæ Dei bonitatis, eiusque clementissimæ prouidentiæ, vt infideliom persecutionibus rabidis, hæreticorum dissensionibus, doctrinæque pestiferæ furoribus fides Catholica, Christianaque militantis Ecclesiæ Monarchia potentius corroborata, splendesceret illustrius: atque eo diuinæ prouidentiæ modo diabolus ibi

Opus Dei de malis bona colligere.

suis conatibus immanibus elusus & irrisus, cum suorum impiorum exercitu nefario vinceretur. Qui tyrannis Ecclesiæ persecutoribus, hæreticos religioni Catholicæ, Ecclesiasticæque Monarchiæ nocentiores, ad illius interitum flagitiosissimè subrogauit. [a] *Sic est Deus bene vtens bonus malis, & faciens bona de malis,* inquit S. Augostinus. [b] *Malorum voluntatum iustissimus ordinator, vt cum malè illæ vtantur naturis bonis, ipse bene vtatur etiam voluntatibus malis.* Puta hæreticorum, quos blasphemiarum, errorumq; contra Catholicam fidei doctrinam, morumque sanctitatem Ecclesiæ, furoribus, fuso prostratoque tyrannorum infidelium exercitu diabolus armauit, vt his verbis D. Augustinus egregiè declarauit. [c] *Videns autem diabolus templa dæmonum deseri, & in nomen liberantis mediatoris currere genus humanum, hæreticos mouit, qui sub Christiano vocabulo doctrinæ resisterent Christianæ, quasi possint indifferenter sine vlla correptione haberi in ciuitate Dei, sicut ciuitas confusionis indifferenter habuit Philosophos inter se diuersa & aduersa sentientes.* Sed ex his hæreticorum fraudibus blasphemiarum, mendaciorum, errorumque nefandorum cumolo fœtentibus, sicut antea ex apertis tyrannorum Ethnicorum in fideles suos, suæque filios Ecclesiæ crudelitatibus Deus Optimus Maximus in maiorem suæ splendorem Ecclesiæ, eiusque principatus Monarchici firmitatem bona deduxit. Quemadmodum ex aliis ipsius diaboli aliorumque impiorum ipsius in omni genere mali ministrorum malis operibus, salutaria multa quotidie solet expiscari. Quam præclara illa sunt ad huius rei confirmationem S. Ambrosii? [d] *Licet arbor scientiæ boni & mali parentibus fuerit occasio ruinæ, non ideò mala fuit: quia licet illos nocuit, propter illam omnes Apostolos coronauit, qui malitia diaboli tentamenta vicerunt, & diaboli malitiam etiam ipse repugnante ad salutem conuertit nobis Dominus, & sæpe quod malum putamus, in commune est vtile. Cape exemplum de ipsa conditione humani corporis. Habet enim amaritudinem quandam fellis, ipsa tamen est ad salutem hominis vtilis. Malitiam ergo Diaboli conuertit nobis Dominus ad salutem. Huius enim malitia fecit Iob sancti viri virtutem & patientiam esse clariorem. Ioseph quoque testimonia nunquam ad nostri memoriam peruenissent, nisi mulier Domini eius ignitis diaboli spiculis inritata, tentasset eius affectum: nisi postremò affectasset eius interitum, qui mortem pro castitate contempsit, &c.* Nunquid illud omnium scelerum fuit immanissimum & atrocissimum quod Iudæi in filium Dei saluatorem mundi crucis patibulo crudelissimè & ignominiosissimè trucidando patrauerunt? Et tamen ex immanissimo illo omnium criminum scelere Deus suæ infinitæ bonitatis artificio Diaboli regnum detestabile vastauit, & quamplurimos de Iudæis gentilibusque saluauit. Quod considerans sanctus Basilius hæc in exaltationem infinitæ Dei clementiæ bona de malis pro salute nostra depromentis reuerenter effundebat. *Laqueo quem* [e] *Domino Diabolus struxit ipse captus: in eo crucifixus est, quem se crucifixurum, & mortuus in eo quem morte se extincturum putauerat: si verò princeps iste mundi primus, maximus & insensibilis mundana sapientia sophista suis ipse*

[a] S. August. tract. 112 in S. Ioan.
[b] Idem l. 11 de ciuitat. c. 17.
[c] D. August. l. 18 de ciuitate Dei cap. 51. in principio.
[d] S. Ambros. l. de paradiso c. 2. 10. t. Genes. c. 1.

Ex peccato primorum parentum diabolismo tentatione Deus homini beatiorem vitam deprompsit.

Mors Christi ruina regni diaboli qui ab prauarauerunt & salus mundi contra intentionem diaboli & ministrorum eius.

[e] S. Basil. homil. 22. de variis, quæ est de humilitate.

A *commentis capitur, & in extremam reuoluitur insipientiam; multò magis illius discipuli & æmulatores, etiam si innumera commententur, vbi se sapientes esse dicunt, Stulti facti sunt.* Post hæc illustri Pharaonis Abimelech & Iudæorum exemplo, impios diaboli ministros, eius tyrannidi subditos promotoresque simul cum principe suo immaniom cogitatuum fraudumque suarum laqueis irretitos teneri docet his verbis. [f] *Pharao interitum callidè struit Israeli, sed obseruauit. Inde irritam fore suam astutiam, vnde nihil huius expectabat. Quod videlicet infans propter ipsius mandatum mortis expositus* [g] *occultè in aula sua regia nutritus, & ipsius & totius gentis Ægyptiacæ vires demoliturus, & Israelem* B *salutè restituturus esset.* [h] *Abimelech homicida ille spurius Gedeonis filius, qui septuaginta germanis, illius filiis occisis, & astutum hoc ad regni confirmationem ad inuentum tum ratus, quos cadis huius habuerat administros, conterit quidem, sed & ipse vicissim ab illis conteritur, & tandem per mulieris manum, ac lapidis ictum perit:* Rursus funesto Iudæorum exitio id ipsum veritati sic astruit.[i] *Et Iudæi omnes consilium contra Dominum filii ipsis exitiosum commenti sunt dicentes,* [k] *Si permiserimus eum ad istum modum, omnes credent in illum & venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. Hoc consilio necem Christi aggressi, quasi gentem ac locum suum seruaturi suo ipsorum consilio vtrumque perdiderunt extorres facti, & ab institutis suis & cultu alienati.* Similem suæ flagitiosæ vitæ lamentabilem exitum, finemque calamitosum expectare C debent omnes illi perditionis filii diabolicæ tyrannidis immanissimi defensores, dum corpus Domini mysticum, quod est Ecclesia, ambasque sanctas ab eodem constitutas in illa Monarchias, perniciosa odii, inuidiæ, maleuolentiæque à se inuicem contentiose distracti confundere, & à fundamento penitus exterminare conantur: Deo nostro pro illis contra omnium inimicorum insanias assumente scutum, [l] gladium & bellum. Qui [m] est pater misericordiarum, non vnius misericordiæ, & Deus totius consolationis, qui suos in omni sua tribulatione consolatur. Cuius multæ sunt [n] misericordiæ lætificantes corda iustorum, quorum in defendendo Ecclesiam Dei matrem suam, eiusque binæ Monarchiæ spirituali & laicæ patrocinando, *Multæ tribulationes,* de quibus tandem, *liberabit eos Dominus.* Qui, quia verè Catholicorum Ecclesiæ filiorum ad illius Matris tuitionem D protectionemque Maiestatis, miseria & afflictio est multiplex: ita ad illi succurrendum non magnam tantùm misericordiam, sed miserationum multitudinem miserator Dominus assumit. Ideò patrem misericordiarum Iesum Christum cum [o] sancto Bernardo vocamus. Quia duplicem venit tollere miseriam: animæ, condonando peccata, & gratiarum largiendo fulgorem, & corporis, illud resuscitans, & configurans corpori claritatis suæ. Vnde & bis dixit propheta. [p] *Consolamini, consolamini popule meus, dicit Deus vester, vt videlicet certo simus* (inquit pius deuotusque pater) *quod vtrumque sit saluaturus, animam scilicet & corpus, qui neutrum suscipere est dedignatus.* Hæc via misericordiarum Dei, fideles in se sperantes ab omni ma-

[f] Ibid S. Basil.
[g] Exod. c. 5.
[h] Iudic. 9.
[i] Ibid.
[k] S. Ioan c. 11

Iudæi Domini gloria crucifigentes cum se seruare cogitarent, se perdiderunt.

[l] Psal. 75. v. 4
[m] 2. Cor. c. 1.
[n] Psal. 18. v. 9
[o] S. Bernard. serm. 1. in die natalis Domini.
[p] Esaiæ c. 40.

lorum ingroentium fragore vindicare, necnon A ab omni inimicorum impetu, illorum vitam relisque defendere. Illud est, quod à principio diximus, Dei esse proprium, de malis multa bona colligere, & prospera de aduersis educere.

Sed ò vanam dementemque diaboli flagitiosorumque hominum eius ministrorum præsumptionem! O spem fallacem! O conatus inanes & irritos! Qui propriis se iugulant gladiis armisque confodiunt: quorum furore ad interitum cædesque filiorum Dei & eius sponsæ castissimæ Matris Ecclesiæ, ad vtriusque in ea radicatæ ac stabilitæ à Christo Domino Monarchiæ vastationem per discordias odiaque crudelia nitebantur. Sic diabolus sancto Stephano protomartyre per lapidationem, durorumque silicum grandinem immanissimè trucidato, cum hunc Iu- B dæorum sceleratorum cordibus sæuiendo furorem in Christianos vix terris ostensos, primos germinantis atque nascentis Ecclesiæ flores, inmisisset, suæ tyrannicæ dominationis vires elisit: Christi Domini regnum, quod est Ecclesia magnis felicibusque propagatum amplificauit augmentis. [a] Illis fidelibus ab vrbe Hierosolymitana post vexationes varias eiectis, pulsisque crudeliter toto ferè terrarum orbe volitantibus atqoe sacrosancta Christiani Euangelii per omnes regiooes, qoas ingrediebantur semina spargentibus virtute multa. Neque enim solum, vt refert S. Lucas, illæ primæ plantationes Christianæ religionis, boni illi ciues Hierosolymitani Christianæ lucis radiis illustrati, dispersi sunt per oras regionesque Iudeæ atque Samariæ: verum Palestinæ Iudææque limites egressi externas quoque nationes gentesque, eiusdem Euangelistæ testimonio peragrarunt, cum dixit: [b] *Illi quidem* C *qui dispersi fuerant, à tribulatione quæ facta fuerat sub Stephano, perambulauerunt vsque ad Phænicem & Cyprum, & Antiochiam nemini loquentes verbũ, nisi solis Iudæis.* Præter hos fuit alius ingens fidelium nomerus Hierosolymis expulsurum, qui in Asiæ multas oras partesque migrauerunt, eo nomine à cæteris Iudæis distincti, *Hebræi dispersionis aduenæ*, nominabantur. Qua dispersionis appellatione S. Petrus eos notare voluit, cum ad illos præcipuè post modum scribens, talem suæ Epistolæ titulum affixit. [c] *Petrus Apostolus Iesu Christi electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ & Bithyniæ &c.* Erant præterea ex hac fidelium dispersione, adoenæ Romani, & alii quam plurimi. Hac persecutionis tempestate fideles eiecti, qui omnium ferè gentiom, apud quas versabantur, aures ad salutem animarum sanctissimo Euangelii sermone replebant: Et ita hoc sacro diuini verbi semine D multos infidelitatis luto sordidatos, posteaque mundatos Christo Domino parturientes, eius salutare regnom, mirum in modum destructo Diaboli principatu; dilatabant. De qua Christi Domini imperii propagatione loquens sanctus Athanasios homilia de semente dicebat. [d] *Habes in Actibus post lapidatum Stephanum discipulos dispersos, & quasi seminatos: non quod imbecillitate deiecti, sed fidei gratia ita diuisi essent. Sed enim ita dispersi vt seminatæ frumenta effecti ad panem supercælestem vniuersum orbem peragrantes, viuifica doctrina virtutes efficaciasque dissemina-*

[1. Pars. Diabolus & eius ministri peccatores propriis machinis quibus destruere regnum Dei & bonos eius subditos nituntur, se destruunt.]

[Lapidato S. Stephano persecutione in primos Christi fideles Hierosolymis mirum in modum Ecclesia Christiana creuit.]

[a Actor. 8.]

[b Actor. c. 11.]

[Aduenæ Hebræi quinam in actis]

[c 1. Epist. c. 1. S. Petri.]

[d S. Athanas. homil. de semente.]

rint. Eandem Christi Domini regni Ecclesiasticæ- A que Monarchiæ per orbem terrarum in ruinam diabolicæ dominationis, occasione huius sanctæ fidelium dispersionis protomartyre lapidato propagationem S. Gregorius Nyssenus ita describit. [e] *Quemadmodum periti Athletæ subeuntes corpus aduersariorum, per quandam artificiosam agilitatem atque habilitatem grauiorem lapsum illis struunt, ita magnus quoque Stephanus hunc prostratus grauem illis aduersariis confusionem effecit. Hinc in orbem terrarum discipuli currere cœperunt. Hoc omnes in partes sermonis diuulgationis initium est. Nam nisi ab illius cæde populus Iudæorum discipulos sæuisset, fortasse solummodò Hierosolymis Euangelii gratia inclusa esset. Nunc verò agitati à Iudæis, alius alià gentium per orbem terrarum dispersi sunt, vndique per mysteriorum doctrinam diabolum disturbantes. Hoc modo Samaria verbum recepit.* B *Hoc modo obiter in via salus Eunuchi à Philippo conficitur: ita magnum illud Ecclesiæ instrumentum Paulus iramnisque à Diabolo armatus, aduersus ipsum armatorem tela conuertit, ex omni enim exterminans orbe terrarum, vt nullum relinqueret locum fidei Christianæ inaccessum. Hinc Ægyptii, Parthi, Medi, Syri, & Mesopotami, Itali, Illyrici, Macedones Christum agnoscunt; & omnes vtique gentes sermo percurrens ad fidem adducit.* Hoc modo elusus diabolus cum suæ perfidiæ satellitibus in fraude & calliditate sua cruenta, dum morte & exilio iostorum, Christi Domini regnum à radice suffocare contendit, suum delombauit & perdidit: [f] *Cadens*, ipsemet, *in laqueum quem fecit.* Suo se suosque lethaliter mucrone vulnerans, vt adimpleretur prophetæ votum. [g] *Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur.* Quid profuit diabolo ad arma & saga furendo Impe- C ratorum Romaoorum aduersus Christianos auribus inclamare, bellicoque cornu altiùs rabidiùsque vociferando vndiqoe circumsonare? Nisi ad multiplicandum Christi Domini imperium suumque generoso fidelium sanguine submergendom? Ipse execrabilis humani generis hostis [h] Antonino cognomine Pio cursum sacrificii augustissimi, Christianæque religionis, sanguinis Christianorum inundatione sistere, & pro suæ idololatriæ execrabilis, paganicæque impietatis incremento sibi sacrificare quotidie persuaserat; quod infatuatus hac persuasione diabolica singulis diebus imperator præstare solebat, nisi ægrotus in lecto decomberet, vt imperatoris exemplo idipsum reliqui principes operarentur. Sed omnino contrarium intentioni suæ Diabolos expertus est, quia moltitudine & frequentia sacrificiorũ oefandorum religio gentilitia vilescebat: Contra verò Christiana terroribus torsiooibosque compressa, magis in dies D crescendo dilatabatur: latiusque steriles & aridas omni gratiæ liquore siccatas paganorum terras, suæ sanctitatis fontibus irrigando spargebatur. Magni regiique fluminis instar multarum aquarum cumulo tumentis, qui angustis ostiis permeans, atque impetu magno in mare fluens, dum aggeribus chomatibusqoe nimium premitur, vehementius intumescens, dum multitudinem aquarum spomantium alueo continere noo potest amplius, extra illius ripas egrediens, & latissimè per vicinas terras exundans:

[a] *Sternit agros, sternit sata læta, boumque labores,*

[e S. Greg. Nyssen. ser. de S. Stephano.]

[f Psal. 34. v. 8.]

[g Psal. 36. v. 15.]

[h Capitol. in Antonino pio.]

[Pulchra similitudo.]

[a 2. Æneid.]

Præcipitesque trahit syluas.

A

Ex qua mirabili Christi Domini regni, eiusque principatus Monarchici per oppressiones persecutionum, per omnia climata terræ propagatione, celeritateque tam citò Ethnicos conuertendi, Arnobius, sui temporis infideles argumento indissolubili, planeque demonstratiuo conuincebat, nullam aliam in hoc mundo Dei veri religionem, quam Christianam esse, cum his ita in fine libri primi illos affabatur. [b] *Nonne vel hæc saltem vobis faciunt argumenta credendi: quod iam per omnes terras, in tam breui tempore immensi nominis huius sacramenta diffusa sunt? Quod nulla tam natio est tam barbari moris, & mansuetudinem nesciens, quæ non eius amore versa mollinerit asperitatem suam, & in placidos sensus assumpta tranquillitate migrauerit?* Et paulò pòst: *De crudelitatibus Paganorum in Christianos loquens*, hæc suggerebat illis: *Quod cum genera pœnarum tanta sint à vobis proposita religionis huius sequentibus leges, augeatur res magis, & contra omnes minas atque interdicta formidinum animosius populus obnitatur, & ad credendi studium prohibitionis ipsius stimulis excitetur; An nunquid hæc fieri passim & inaniter creditis fortuitis incursibus assumi has mentes? Itane illud non diuinum & sacrum est, aut sine Deo eorum tantas animorum fieri conuersiones, vt cum carnifices vnci, alijque innumeri cruciatus (quemadmodum diximus) impendeant cedentibus, velut à quadam dulcedine atque nectare ebrij cuncta contemnant? O ingratum & impium sæculum!* Sed & nefandorum dogmatum assertores defensoresque hæretici patrem principemque suum diabolum sectantes, in eandem calamitatis abyssum ruinæque gurgitem lapsu grauiore præcipitantur, iisdem machinis, artibus, & armis, quibus sanctæ Ecclesiæ Christi, eiusque principatus Monarchici interitum exitiumque moliebantur. Cuius rei veritas apparet funestissimo Luitprandi Longobardorum Regis exemplo: [c] Qui cum spe potiundi tota Italia impio Iconoclastæ Imperatori Leoni Isaurico fauore, viribus & armis ad opprimendam sedem Apostolicam, Romanique Pontificis Gregorij tertij Maiestatem, nefario côiunctus fœdere gratificaretur, se suumque regnum, quo in Italia fruebatur, victus à Carolo Martello miserè perdidit, illodque sua impietate atque rebellione in Ecclesiæ principem, posteris ademit. Vt agnoscamus inde: [d] *Quam mirabilis sit Deus in consilijs suis super filios hominum*, dum *reprobat consilia principum*. Huius nefarij tyranni ruinam, iustamque illius à regno Longobardorum abdicationem, assiduæ preces & lachrymæ ad Deum gemitibus inenarrabilibus Gregorij 3. Pontificis in afflictionibus publicis profusæ meruerunt: de quibus Caroli Martelli auxilium salutare efflagitans, hæc inter alia Gregorius Papa scribebat. *Nimia fluctuamur tribulatione, & lachrymæ die noctuque ab oculis nostris non deficiunt*, [e] *quando conspicimus quotidie, & vndique Ecclesiam sanctam Dei à suis, in quibus spes erat vindicandi, destitui filijs, &c.* Quid facit per hæreses diabolus, dum Catholicæ veritatis arcem illarũ telis machinisq; violenter inuadit? Nihil aliud quàm illustrare, amplificare, atque corroborare magis Ecclesiam firmamentum columnàmque veritatis, hæretici victricem erroris. Sic enim D. Augustinus ad Deum: [f] *Dissensio, inquit, & improbatio hæreticorum facit eminere, quid Ecclesia tua sentiat, & quid habeat sana doctrina.* [g] Et alibi docens hæreticos, quos in Cham maledicto Noë patris irrisore significari declarat, præter suam & diaboli intentionem fidelibus plurimum prodesse Ecclesiæ,

B

licet multis eam vulneribus ipsi cruentare videantur, ait: *Cham porro, qui interpretatur callidus, &c. quid significat nisi hæreticorum genus callidum non spiritu sapientiæ, sed impatientiæ, quo solent hæreticorum feruere præcordia, & pacem perturbare sanctorum? sed hæc in vsum cedunt proficientium, iuxta illud Apostoli:* [h] *Oportet hæreses esse, vt probati manifesti fiant in vobis: vnde etiam scriptum est, filius eruditus* [i] *sapiens erit, imprudente autem ministro vtetur. Multa quippe ad fidem Catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine agitantur, vt aduersus eos defendi possint, & considerantur diligentius, & intelliguntur clarius, & instantius prædicantur: & ab aduersario mota quæstio discendi existit occasio*, & cæt. Quàm autem hæretici cæterique impii diaboli satellites vehementer se lædant, animæque salutem mortali vulnere confodiant, illis armis machinisque, quibus ad Ecclesiæ sanctæ vastationem perturbationemque Pontificii principatus

C

furenter assurgunt, Gregorius Septimus Hieroglyphico Synodi Romanæ patribus eximio declarauit, sculptam serpentis imaginem ostẽdens, qui percussus seipsum spiris colligens rabido morsu appetẽs coram positum ouum, lapideum ipsum quidem, quod premens dentibus serpens percutere, aut tantillum non valeret offendere: dentes verò suos huius lapidei oui duritia & robore contunderet, necnon frangeret, seque non mediocriter vulneraret: tanto percussus vulnere ab oui lapidei compressione desistens. [k] Lapide ipso, seu petra in formam oui transformata sedes Apostolica, seu Romana Ecclesia significabatur, quam furore nimio Imperator impius Henricus tertius persequens, lædere nihilominus & opprimere non poterat: verum seipsum hac persecutione furiosa vehementissimè salute lapsus animæ suæ cum dedecore ruinaque

D

imperij vulnerabat: vt Domnizo presbyter in vita S. Mathildis, versibus rudibus quidem, sed sensu magno, inuentioneque eximia minimè vacuis expressit.

3. Pars. *Mirabilis Ecclesiæ Christi propagatio per oppressiones persecutionum. Argumentum infallibile Christianæ veræ atque vnicæ religionis.*

b Arnobius lib. 1. in fine aduersus gẽtes.

Arnob. ibi supra.

Impij hæretici & alij diaboli ministri se perdunt dum Ecclesiam perdere tentant.

c Anastasius in Gregorio 3.

d Psal. 32.

e Epist. Gregorij 3. ad Carolum Martellum.

f S. Aug. l. 7. Confession.

g S. Aug. l. 16. de ciui. c. 2.

h 1 Cor. c. 11.

i Prouerb.

Quid mali sibi adferunt hæretici aliique diaboli ministri, Ecclesiam Dei eiusque maiestatem Monarchicam persequentes.

k Domnizo in vita S. Mathildis.

CAPVT XIV.

Deus confundit consilia, & conatus impiorum, contra Ecclesiam suam, victricem tunc illius auxilio diuino, cum putatur oppressa.

1. *Impij Ecclesiæ Dei exitium molientes in sua nefaria calliditate capti, interitu misero deficiunt.*
2. *Triumphi Ecclesiæ, per auxilium Dei, deficientibus humanis viribus, victricis, descriptio præclara sub vmbra filiorum Israel mare rubrum, deuictis hostibus, & obrutis, transeuntium.*
3. *Opus Dei maximum Ecclesiam diaboli, eiusque ministrorum facere victricem, tunc cum victa putatur.*
4. *Ecclesia cantus Deo pro gratiarum actione post victoriam de hostibus suis.*



SED audiant impij omnes Ecclesiæ Christi Domini persecutores illusque Monarchiæ spiritualis osores, consilium malum esse consultori pessimum; Deumque dissipaturum consilia, & conatus eorum, qui contra se suamque Ecclesiam Diabolo placent. Neque enim sine causa sapiens illud à Spiritu sancto didicit, quod postea hominum mentibus insereret, vt voluntariè Deo seruirent: [a] *Facientis nequissimum consilium super ipsum deuoluetur, & non agnoscet vnde adueniat illi.* Quam stulti dementesque illi sunt impij qui malefaciendo lætantes & exultantes in rebus pessimis consilium contra Dominum in oppressionem sanctorum eius esse credunt. Cum ille sit, [b] *Qui ponit humiles in sublime, & mærentes erigit sospitate: qui dissipat cogitationes malignorum ne possint implere manus eorũ, quod cœperint: Qui apprehendit sapientes* (scil. huius sæculi) *in stultitia eorum, & consilium prauorum dissipat.* Verè prudentes illi in oculis suis, stulti facti sunt in stultitia apprehensi à Deo, qua sub specie sapientiæ dementati, sua consilia peruersa, machinationesque contra Dei Ecclesiam, & eius maiestatem Monarchicam ad optatos exitus iura violando diuina se posse perducere putauerunt. Quasi non esset diuinum illud oraculum Sapientis ore prolatum: [c] *Non est Sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum:* Cui contradicentia principum [d] consilia Dominus reprobat testante Regio Propheta. Propterea ille Prophetæ ad impios sermo ferebatur: [e] *Inite consilium & dissipabitur.* Qui alio in loco cæcitatem cordis eorum contumaciæ rebellionisque pertinaciam, cum intolerabili præsumptione considerans simulcom-

a Eccl. c. 27.
b Iob c 5. v. 12
Impij Sapientes in stultitia sua.
c Prouerb. 21
d Psal. 32. v 10
e Esaiæ c. 8.

A miserans clamabat. [f] *Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium: quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio: quasi si lutum contra figulum cogitet, & opus factori suo. Non fecisti me, & figmentum dicat fictori suo non intelligis.* Atque vt idem Propheta extremam calamitatem funestumque vitæ finem exprimeret impiorum, qui sceleratis ausis contra Deum, eiusque regnum, quod est Ecclesia, conatibus virium suarum luctari non perhorrescunt, sic Deum ipsum loquentem ad eos illius iam maledictioni subiugatos introduxit: [g] *Væ filij desertores, vt faceretis consilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum,*
B & cætera. *Erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbræ Ægypti in ignominiam.* Quibus destructis & aquarum miseriæ calamitatisque extremę vorticibus absorptis Pharaonis instar cum exercitu Ægyptiorum, sancta turba filiorum Dei piorum Catholicorum in sinu matris Ecclesiæ pro tuendo protegendoque eius principatu, Monarchia spirituali militantium, Pæana canentium, & in Deo suo exultantium gloriosè meritorieque triumphabit. Cum viderit se quasi humanis viribus, subsidiisque penitus orbatam tam citò diuinæ gratiæ, & auxilij præsidio foueri, fulciri atque sustentari. Etenim, [h] *Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israël:* constituens custodes super muros Hierusalem, non terrenæ, [i] licet in terra, sed spiritualis, Christi nempe sponsæ militantis Ecclesię, quæ de cœlo venit, sicut secundus homo sponsus eius Christus Dominus [k] *de cœlo cœlestis.* Quam Pharaonis,
C diaboli scilicet confusionem eius exercitus reprobis perditisq; peccatoribus conflati ruinam, dum filios Dei persequuntur, item sanctæ Matris Ecclesiæ triumphum per subita propitiaque sponsi sui nostri saluatoris auxilia deficientibus humanis, melius quam his S. Augustini verbis de egressu filiorum Israël ab Ægypto loquentis exprimere, viuisque depingere coloribus non valemus. *Stabant Hebræi vindicta dominante illæsi, quos non tantum propria salus lætos reddiderat, sed & hostium plaga lætiores effecerat. Exeunt læti, cũ securi, Domino protegente inuicti. Tunc pœnitet Pharao quod viuat, & euasisse: cum tanta eius scelera non sustinebant, vt qui in tantis plagis nullam emendauerat culpam, quæ competens exquirebat. Iungit currus, exercitum præparat, aciem dirigit. Nemo relinquitur, qui saluari mereatur. Includuntur persequentibus Ægyptiis Hebræi inter mare & hostes, inter vndas & gladios: Hinc mare spumas, inde arma coruscant.*
D *Hinc aquarum, inde armorum strepitus. Sic operari Deus suis assuevit, vt vbi deficeret humanum consiliũ, illic intercedat diuinum adiutorium. Quibus visis populus territus formidabat, cum conspiceret rapidos cursus influere littoribus mare voluente æquora flumine collisa laxare: Mox vniuersi exclamabant ad ducem Hebræorum,* Moïsen scil. *Dum Pharaonis dominio carere volumus, discrimen* (inquiunt) *inuenimus: & cum voluntariè seruire nolumus, ad periculum peruenimus. Exhibes mala quibus adhuc vsq; premitis* (scil. bona) *nec te interitus nostri auctorem intelligis, dum tantis malis obnoxium non agnoscis. Quibus Moyses sanctissimus ait, ne formidetis viri, estote fide armati, credite victoriam vestrã iam properare, & gentis furentis interitum. Non con-*

f Ibid. cap. 29
g Esai. ca 30. v. 1.
h Psal. 120. v. 4.
i Esaiæ c. 62. v 6.
k 1. Cor. c. 15.
Triumphi Ecclesia per auxilium Dei deficientibus humanis victricis sub vmbra filiorũ Israel mare rubrum transeuntium, deuictis hostibus descriptio præclara, ex D. Augustino serm 89. de tempore.
Deficiente cõsilio & auxilio humano interuenit statim diuinum pro iustis.

seuientibus ventis, aquarum volumina imperfectis rursibus refranantur, ne hostes vestros ante puniant, quam iubentur. Statim diuino iussu, virga ictu rumpitur mare, & diuisis vndis campos, quos natura non nouerat exhibuit, hiātibus vndis freti arcana, & maris secreta declarant vnda. Erigitur in cumulum pelagus, & murorum instar suspensos exhibet fluctus. Fit littus vbi fuerat pelagus, & limite recto via porrigitur, vbi populus Domini mirabiliter graderetur: ambulabat securus Domino pugnante inuictus. Sequitur Pharaonis exercitus aquarum supplicio periturus: Putabat ille se posse pugnare, vbi solus cum suis fuerat periturus. Sicque Dominus locutus est Moysi. Nūc aduenit Ægypti interitus: ad pristinum statum redeat mare, vt salutem iustis, interitum operetur iniustis. Confestim iussi diuino impetu facto Ægyptij rapiūtur & ruina oppressi aquarum fluctu voluente in littore proijciuntur ante mortui Ægyptij, quā incolumes peruenirent Hebræi. Hæc est vera nefandorum Ecclesiæ Dei persecutorum exitij figura. Hęc vera filiorum Dei seruatæ salutis imago, & Ecclesiæ Christi Domini, eius protinus auxilio festinante, ab omnibus hostium liberatæ furoribus effigies. Sic misericors & miserator Dominus non solùm quandoque his vtitur mediis destinato fini, sicut apparent aduersantibus, verum etiam impiorum scelus anhelantium, Ecclesiæ suæ & fidelibus filiis eius cædem interitumq; nefariè molientium intentiones peruersas, cōsilia pessima, conatus execrabiles contra eos potenter sapienterque retorquet: vt suam in liberando sperantes in se voluntatem misericorditer exequatur. Origenes de Ioseph à fratribus vendito loquens. [a] *Tolle*, inquit, *malitiam fratrum eius, tolle inuidiam, tolle illud omne parricidale commentum, quo sæuierunt in fratrem vsquequò vendiderunt eum. Si hæc auferas, vide quantam simul peremeris dispensationem Dei. Simul enim abscindes cuncta illa quæ apud Ægyptum per Ioseph pro salute omniū gesta sunt, &c. Hoc siquidem mirabile est*, ait S. Chrysost. [b] *quod non per ea quæ videntur securitatis esse, sed planè per contrariū, omnia pro nobis fiunt. Et vt discas, iussit Pharao in flumen proijci pueros vt perirent Iudæi: Nisi proiecti fuissent pueri non fuisset seruatus Moyses, non in aula educatus fuisset. Quando seruabatur non erat in honore: quando expositus est tunc erat in honore. Hoc faciebat Deus declarans suam omnipotentiam ac sapientiā, &c.* Planè vt illius Apostolici veritas innotesceret, [c] *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonū:* Omnia tam aduersa, quam prospera, [d] *siue à dexteris, siue à sinistris: siue per gloriam, siue per infamiā, siue per bonam famam, siue per ignobilitatem:* vt tunc victores appareant, cum victi putantur, & eorum persecutores maximè vincantur, cum præualere viribus potentiaque maiori creduntur, necnon triumpho de Ecclesia Dei eiusque filiis legitimis verè Catholicis referendo, proximiores esse iudicantur. [e] *Illud est majus*, inquit S. August. *& ad intelligendum profundius videre diabolum victum, quando sibi vicisse videbatur.* Ita sanè Dei opus illud maximum, ex machina fulguris instar apparentis, & ita ad sponsæ suę eiusque filiorum velociter accurrētis auxilium. Cum illa suis comitata

a Origen. hom. in c. 22. 23. numeror. Ad gloriam Ioseph Patria ab his fratrum impiorum malitia bene vsus est Deus.

b S. Chrysost. hom 56. in acta Apost. com. 3.

c Rom. c. 8.

d 2. Cor. c. 6.

e S August. lib. 13 de Trinit. tom 3.

A fidelibus filiis, post longas persecutionū iactationes depressa sub afflictionum pondere, diaboli eiusque ministrorum sui Monarchici principatus inimicorum, sicut Christiani politici, per illius excelsi dexterę virtutem victrix, erecta suę dignitatis, auctoritatis, gloriæq; ceruice triumphat; & diabolo victore cadēte cum suæ ministris impietatis, victoria sperata frustratis exultat. Cum, Deo de peruersis impiorum conatibus, ausis immanibus, aliisq; flagitiis bona & prospera multa trahente, suam filiorūq; salutem per medios tribulationum ignes illæsam inuiolatamq; conseruat. Cum, malignis artibus illis, fraudulentis machinationibus, ferocibus certaminibus hostes suos, quibus ambas in seipsa dissidio improbo monarchias isti diuidere ac perdere, seq; in illarum ruinis extinguere, atque suffocare conabantur: pręter intentionem illorum, quod sibi aduenturum nunquam timuerant, ipsius misericordiarum pa- B tris, Deique totius consolationis virtute domat, perdit, exterminat. Cū denique *protector in se sperantium Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum*, sic suam, super illam suo mundatam sanguine Ecclesiam, eius spiritualem principatum sua diuina ordinatione in sede Apostolica, suiq; Proto-vicarij S. Petri cathedra constitutum, misericordiam, benignitatemque multiplicat: vt omnia impiorum eius hostium consilia praua, conatus sceleratos, furoresque maximos aduersus eā, ac filios eius celeri manu, extentoque brachio confundat, disperdat, atque dissipet. Quo illius salutem & gloriam tueatur securius, corroboret illustrius, augeatque magnificentiùs, cum à perduellionibus istis læsæ Maiestatis diuinæ humanæque reis, grauissimorum criminum lue conta- C minatis funestius oppressa videtur. Ita Rex Regum & Dominus dominantium Christus Iesus, victricem inimicorum suorum sua virtute mirabili Ecclesiam binæ Monarchiæ spiritualis & sæcularis Christianæ floribus coronatam, super excelsa sua deducit victor *in Psalmis* [f] *canentem* sic Deo suo Iesu victori cū Moyse gratias agendo. [g] *Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem: Iste Deus meus, & glorificabo eum, Deus patris mei & exaltabo eum. Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius: Currus Pharaonis*, scilicet diaboli, *& exercitum eius proiecit in mare*, scilicet perditionis æternæ. Et iterum ad Dominum suam vocem conuertendo in gratiarum actionis augmentum lætata persequitur. [h] *Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine tua: dextera tua percussit inimicos: & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos.* Deboram secuta D prophetidem clamat exultans in sponso suo Iesu Christo: [i] *De cœlo dimicatum est contra eos, stellæ manentes in ordine & cursu suo aduersus Sisaram*, Dei viui exercitus hostem, & eius Ecclesiæ pugnauerunt. [k] *Vestes diuersorum colorum Sisarę traduntur in prædam, & suppellex varia ad ornanda colla congeritur. Sic pereant omnes inimici tui Domine. Qui autem diligunt te sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent.* Atque hoc Ecclesiæ voto, cantuque finem præsenti libro, metasque sistimus.

f Habac. c. 3. in fine.


g Exod. 15. v. 2. 3. 4.

Ecclesia cantat Deo suo pro gratiarum actione post victoriam de hostibus suis.

h Exod. 15. v. 5.

i Iudic. cap 5.

k Ibid. v. 30.



QVARTÆ PARTIS

LIBER SECVNDVS.

IN QVO DECLARATVR QVANTVS ILLE furor, & rabies diaboli sit, in animis Monarchomachorum, schismaticorum, libertinorum, fictorumque Catholicorum insidens, Principibus, regnorum terræ rectoribus, & alijs Christianæ fidei Rebuspublicis suspectam & inuisam reddere Ecclesiæ Monarchiam, & illius visibilis Monarchæ supremum à Christo Domino datum principatum, persuadere esse tyrannicum, Monarchiæq; politicæ perniciosum. Atque inde demonstratione manifesta patebit, quam scelesti atque miseri sint illi, qui sacro Catholici, Christianique nominis tecti velamine, tantis Diaboli conatibus machinisque patrocinantur.

CAPVT I.

Quod per tyrannos infideles, hæreticosque ad ruinam Ecclesiæ, & vtriusque A in ea à Christo Domino constitutæ Monarchiæ interitum, diabolus efficere non potuit, id per schismaticos, libertinos, fictosque Catholicos obtinere contendit.

1. *Fraudulenta schismaticorum aliorumque nomine tenus Catholicorum, iniquitate perditorum, malitia diabolus vtitur ad vtriusque Christianæ Monarchiæ perniciem, cum interitu salutis eorum.*

2. *Pium charitatis officium sinceramque Ro-* B *manorum Pontificum intentionem seruiendi atque succurrendi Catholicis afflictis in omni aduersitate sua, diabolus per schismaticos, libertinos, fictosque Catholicos in malam partem sensumque peruersum malitiosè, & inuidiosè criminando traducit, vt eos suspectos immeritò principibus sæcularibus, odio contemptuque confundant.*

3. *Quantum inde scandalum afflictionemque Ecclesiæ Dei, cum perditione salutis animarum schismatici, fictique Christiani hæreticorum æmulatores pariant.*



IDENS Diabolus se non posse ad libitum immanitatis suæ, votumque furentis odij Monarchicum Ecclesiæ sanctæ principatum vnà cum politico, ad perdendas in æternum subditorum vtriusque Monarchiæ animas, aperta hæreticorum impietate perturbare satis atque perfringere: ad nouas nocendi populo Dei fraudes machinasque se conuertens, malitia fraudulenta schismaticorum, libertinorum laruatorumque Christianorum Catholici nomen dolo malo confitentium, de eoque iniuria gloriantium, vti voluit. Vt contra sanctissimum illum Ecclesiæ principatum, Monarchicamque patris omnium fidelium sanctissimi consecratam Deo, firmatamque in terris, saluatoris nostri virtute Maiestatem, principes Christianos populosque ferociter armaret. Sic ille humani generis hostis sensim, & sine sensu Rempublicam Ecclesiamque perturbando, hominum Christi sanguine Redemptorum animas diuinarum benedictionum,

a Psal. 51. b Greg. Nazian. orat. 40.

splendoribus exuit, atque spoliat. [a] *Sicut nouacula acuta faciens dolum. Vt enim nouacula*, inquit [b] S. Gregorius Nazianzenus, *ita comam abscindit, vt qui raditur, nihil sentiat: sic etiam Diabolus ita dolos machinatur, atque animæ gratiam, hoc est virtutem & scientiam detondet, vt ea sibi hæc decrabi ornamenta non sentiat, &c.* Quod planè paucis ab hinc annis, non sine dolore maximo, heu! Nimium verè experti cognouimus: dolosque diaboli mortiferos in ruina multorum salutis obseruauimus: quos ille Deo cœloque perdidit, eum tanco suarum subtilium, tacitatumque tentationum cornu, sic eorum classica mentibus insonuit, vt dum dementati ab illo ad pugnam contra sanctissimã Ecclesiæ sanctæ Monarchiam ardenter aduolant, animæ suæ salutem miserè periclitentur. Huc mille nocendi artes fraudulenti serpentis collineant, qui non solùm tribus cornibus tentationum, vexationum, fallaciarumque crudelium, quibus Iob sanctum patientemque Prophetam in armis aggressus est, sed, vt superius ex Origene notauimus. [c] *Mille modis, ac multipliciter dimicat, congreditur, tentat, insidiatur, seducit atque subuertit*, per multitudinem hæresum, (vt supra monstratum) *per innumeros errores; per abũdantes seductores, & pseudodoctores, quibus hic mundus repletus est, quos nequißimus seminauit: quos atrocißimus ille produxit: quos malignißimus fecit.* Ad oppressionẽ, scilicet Ecclesiæ Dei, eius statum atque regimen Monarchicum perturbandum. A quorũ consortio ac familiaritate tanquam à peste, & contagione mortifera fugere & elongare se fideles omnes monet idẽ Origenes, si salui esse velint, cum ait paulò post: *Istos ergo fugiamus, ô viri, istos latè deuitemus, ô amici! istos odio habeamus, & infidelitatem atque errorem, quę in eis sunt, velut flammam ignis declinemus, ne cum illis flamma inextinguibili inde furoris atque reuolutionis iusti Iudicij Dei mancipemur.* Diabolus per occultos Ecclesiæ hostes schismaticos, fraudulentos, fictosque Catholicos pessimè contra sedem Apostolicam principatumque Romani Pontificis Monarchicum animatos, simplicibus Catholicis Ecclesiæ filiis, in eius matris sanctissimę cõtumeliam perniciosiùs, quia fraudulentiùs quàm per apertos insidiatur, ruinamque matris per filiorum interitum crudelius insidiando procurat: *Aduersarius diabolus*, inquit Sanctus Cyprianus, [d] *qui secundum Apostoli vocem transfigurat se in Angelum lucis, Ministros subornat suos afferentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem pro obtentu spei: perfidiam sub prætextu fidei, Anti-Christum sub vocabulo Christi, vt dum verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate frustrentur.* Vnde tantæ diaboli vires ad has insanias salutis humanæ suffocatrices, nec non principatus Ecclesiastici, sæcularisque pestes? Mali tanti fontem aperit idem S. Pater sequentibus verbis: *Hoc ideò fit, fratres dilectissimi, quia ad veritatis originem non reditur: nec caput quæritur, nec magistri cœlestis doctrina seruatur. Quæ si quis consideret & examinet, tractatu longo aut argumentis opus non est. Probatio est enim ad fidem facilis compendio veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum: Et ego dico tibi* (inquit) *Quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & portę inferi non vincent eam.* Atque isti schismatici fictiq; Catholici pietatem Christianã in hypocrisi mentientes, sunt illi, qui dolis ac fraudibus armati diaboli custodiunt atrium, quod sibi iste prædo salutis animarũ in regnis humanisque societatibus per regnicolarum scelera constituit: per quod ingrediatur & egrediatur ad prędam sanctarum virtutum, nec-non Monarchiæ spiritualis temporalisque vastationem. Vt eleganter & eruditè Ludouicus Comes aduersus impium schismaticum Vualtramum Episcopum Magdeburgensem, solertem tyrannidis crudelissimæ Henrici tertij Imperatoris in Ecclesiam sedemque Apostolicam satellitem, litteris ad eum missis hæc inter alia dicens ostenderat: [e] *Habet diabolus pacem suam, de qua Dominus dicit:* [f] *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet:*

B

O quam potenter per vos satellites suos, scilicet schismaticos fictosque Catholicos, *Atrium suum hoc tempore diabolus custodit! qui scuto falsitatis, & galea perfidiæ protecti nulla veritatis iacula, nulla fides spicula admittitis? Potest tamen Dominus noster, vtpote fortior armatus superueniens fortem vestrum vincere, & arma in quibus confidit auferre.* Postea cum talibus improbis atrium diaboli fraudulenta solertia, vigiliaque nefaria contra arcem Religionis Catholicæ, sedemque Ecclesiastici Imperij custodientibus, pacem Christi Domini, non mundi fallacis atque corrupti (quæ peior est atroci bello abominanda) propterea subsistere non posse docet, cum ait: *Non ergo rectè culpamur, si pacem illam nimis bello crudeliorem detestemur, quam ipsa veritas super Hierusalem flendo reprobat, dicẽs,* [g] *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, & quam psaltes dicens, Zelaui super iniquos pacem peccatorum videns.*

Diabolus gratiam Dei aufert ab animis schismaticorũ sine sensu instar nouaculæ.

Diaboli mille artes ad nocendum.

c Origen. l. 1. in Iob illa explicans Chaldæi fecerunt 3 turmas.

Origen. ibid.

Perocsuloos hostes diaboli magis Ecclesia nocet quam apertos.

d S. Cyprian. lib. de vnitate Ecclesiæ. Corinth. c.

S. Cyprian vt supra.

Atrium diaboli in regnis terra constitutum per peccata hominum schismatici atq; ficti Catholici custodire dicuntur.

e Ex Dodechimo in appendice ad Marianum Scotum.

f S. Luc. c. 11.

Ibid.

g S. Luc. 19. Psal. 72.

C

Quod autem inter cætera nefanda, fraudes, praua consilia, suspiciones, conatusque diaboli in opere schismaticorum fictorumque Catholicorum magis nefarios in opprimenda denigrandaque Romani Pontificis auctoritate, & sacrosancta Maiestate reddit, illud est, quod isti, suadente diabolo, quæcumque pia summo Christianæ charitatis ardore succensa subsidia, diuinæque pietatis officia in reges principesq; Christianos, in dubiis vitæ, fortunæque periculis constitutos, vt hos ab illis eriperent, vel, vt Christi pacem cum illis alerent atque fouerent, Pontifices Rom. rependere voluerint, in malam semper partem fuerint interpretati, peruersamque semper intentionem malitiosè retorserint. Vt magis ac magis illorum sanctissimorum Patrum auctoritatem dignitatemque Principibus ipsis suspectã inuisamque malitiosè redderent: & ipsam tenacius eorum odio horrorique subiugarent. Væ

D

talibus publicæ pacis, & sancti cum vtroq; Monarcha fœderis incendiariis, tam piũ paternumq; pastoris œcumenici in Principes Orthodoxos affectum nefaria interpretatione adulterantibus! Hac fraude nequitiaq. diabolica dementati homines nequissimi, libertini, infeliciter Catholici, suis sceleribus miseri, Ludouico Pio Imperatori suspectam & inimicam paternam Gregorij 4. Pontificis Rom. charitatem reddere conati sunt: eius venientis in Galliam vt patrem Ludouicum Imperatorem valde pium cum rebellibus filiis indulgentia misericordiaque paterna reconciliaret, famam candoremque virtutis imposturis calumniisque polluentes. [h] Sed bonus Imperator suo restitutus Imperio, à filiorum tyrannide liberatus schismaticorum in patrem omnium fidelium sanctissimum fraudes dolosque

2. Pars: Omnia pietatis officia Pontificis Rom. erga principes saeculares in prauã intentionem diabolus per schismaticos, conuersa principibus subiicit, vt illum maiore odio contemptuque prosequantur.

Huius diabolicæ fraudis exemplum memorabile.

h Krantz. lib. 5 histor. Saxonicæ cap. 14. 15. & 16.

A detexit, detectosq; detestãdo, paternam Romani Pontificis erga se solicitudinem officiosamque charitatem reuersi Romam perillustri in gratiarum actionem legatiooe veneratus est. Hoc modo diabolus dissensionum inimicitiarumque semina inter regna & sacerdotia, inter Imperiales fasces & Pontificios, inter Maiestatem Ecclesiasticæ Monarchiæ sacrosanctam & regiam dignitatem, per tales suæ abominationis tyrannidisque ministros, nefandæ conscientiæ homines spargere ac disseminare contendit: vt ambæ Monarchiæ reciproca maleuolentia diuisæ naufragio publicæ calamitatis obruantur. Quos propterea perfecto odio S. Bernard. execrabatur, his illustribus Conradum Germaniæ Regem in epistola ad eum verbis affando, *Non veniat anima*

a S. Bernard. Epist. ad Cõradũ Regem German.

Seminantes odia & discordias inter ambas Christi D. Monarchias maledicti.

B *mea in consilium eorum qui dicunt vel Imperio pacem & libertatem Ecclesiarum, vel Ecclesijs prosperitatem & exaltationem Imperij nocituram. Non enim vtriusque institutor Deus in destructionem ea connexit, sed in ædificationem. Si hoc scitis, quousque communem contumeliam communem dissimulatis iniuriam? Nonne vt Apostolica sedes, ita & caput Imperij sui Roma est, &c.* Hæc sanctus deuotusque Pater Regem hunc ad vltionem inimicorum, vt Arnoldistarum Ecclesiæ sedisque Apostolicæ, illam ab amore sæcularium principum fœdereque sancto per dissensiones diuellere conantium pia exhortatione prouocans. Qui alio in loco ad Honorium Papam scribens pro Stephano Parisiensi Episcopo à sua deiecto cathedra, & à Rege Ludouico Crasso vehementer oppresso, illos religionem Catholicam & Apostolicam[b] nefarie persequi, Ecclesiæque

b S. Bernard. Epist. ad Honorium Papam pro Stephano Parisiensi Episc.

C Christi Domini destructionis scelus anhelare probat, qui hanc sanctissimam Ecclesiasticæ monarchiæ Maiestatem Regiæ Imperatoriæque dignitati hostiliter oppositam assertione nefanda vociferantor: Cum hæc præter alia dicit, *Postremo quis ambigit non aliud eum quam oppugnare religionem, quam nimirum apertè sui regni destructionem, sua coronæ proclamat inimicam? Et alter Herodes Christum non iam in cunabulis habet suspectum, sed in Ecclesijs inuidet exaltatum.* Quam illi fraodulenti homines sanctæ pietatis, benignitatis atque charitatis officia Rom. Pontificis erga Reges ac principes, mũdi Christianæ religioni mancipatos proditoriè vitio vertentes, Ecclesiæ Catholicæ regnisque fidelibus improbo petulantique mendacio atrociter insidiantes, à veris illis Ecclesiæ sanctę Matris alumnis & liberis alieni sunt. Quorum sanctitas, constantia & generositas in defensione spiritualis politicæque Monarchię, atque in pro-

D curãda inter vtramq; nunquã dissoluenda pace, sic sunt in mẽte, vt in externo appareant opere. Quorũ *omnis gloria, sicut filiorum Regis æterni est ab intus, sed in fimbrijs aureis circumdata varietatibus*: Et verè quidem ab intus, quoniam sanctitas eorum, quamois in animo præcipuè resideat, nihilominus his animi terminis cancellisque minimè concluditur, sed exterius egressa, in bonis manuum suarum operibus vtriusque monarchiæ paci salutique seruientibus ornatissimè coruscat. Qualia erant eius regij vatis, secundùm cor Dei regnantis opera, qui dicebat[e] *Concaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exardescit ignis.* Ardor & fulgor scilicet operum boonorum ab igne charitatis æternæ in sensus externos

Psal 44.

Sanctitas iustorum Ecclesiæ alumnorũ, illam semper defẽdentium, & cum regno politico viuere pacificè desiderantium, interius & exterius splendet, non sic impiè simulati Catholici.

e Psal 38. v. 4.

A emanantium, quæ sunt illæ fimbriæ aureæ, pulchræque varietates ex vestitu deaurato pendentes, charitate nempe, qua tanquam regio vestimento filia regis æterni, quæ est anima iusti, vestita pretiosè decoratur, vt hunc Prophetæ locum hac eleganti interpretatione[d] D. Augustinus illustrat: *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus; Extrinsecus non solum vestis est aurea & variata, sed intus pulchram nouit, qui speciem eius amauit. Quæ sunt interiora pulchritudinis? Conscientiæ: ibi amat Christus: ibi alloquitur; ibi coronat. Sed in fimbriis aureis varietas est, linguarum doctrina, decus: Ista quid prosunt, si non sit pulchritudo illa intrinsecus?* At nostri Monarchomachi in antris pietatis fictæ latitantes, intrinsecus malæ voluntatis pollutione sordescuot; exterius tamen aliquam lar-

d S. Aug in Psal. 44.

B uam probitatis ostentant, vt ex tecti, faciliùs & calidiùs venenatæ linguæ, cordisque polluti fætores exhalent, quibus candorem nominis Pontificij, pietatis Ecclesiastici principis officia, paternæque charitatis affectus in omnes Catholicos reges, principesque sæculares flagitiosissimè cootaminent. Indeque hoc maleuoleotiæ, prauæque indignationis principum sæcularium pectoribus virus euomant & effundant, vt auersi mente atque voloutate à Rom. Pontifice, ditionis Ecclesiasticæ Monarcha, propter falsas à fictis illis maleuolisque Catholicis excogitatas malitiosè suspiciones, eos contemptui ludibrioque turpiter habeant, & odio non mediocri prosequantor. A cuius contemptus, odiique fætido fonte hæreses horrendæ, nefandaque schismata scaturiunt, & in humanas ciuilesque societates peroiciosissimè redundant. *Inde schismata*

Contemptus & odium in Rom. Pontificem schismatum & hæreseos fons.

C *& hæreses obortæ sunt*, inquit S. Cyprianus, cõtra schismaticos, *& oriũtur, dum Episcopus qui vnus est, & Ecclesiæ præest, superba quorumdam præsumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, indignus hominibus iudicatur.* Et post multa supremam S. Petri super omnem Ecclesiam à Christo Domino datam potestatem exprimens, quam schismatici fictique Catholici inuidiosè criminantur ista subiunsit,[f] *Loquitur illic Petrus super quem ædificata fuerat Ecclesia, Ecclesiæ nomine docens & ostendens, quia etsi contumax & superba obaudire nolentium multitudo discedat, Ecclesia tamen à Christo non recedit, & illi sunt Ecclesia, plebs sacerdoti adunata, & pastori suo grex adhærens: vnde scire debes Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo: & si qui cum Episcopo non sit in Ecclesia non esse, & frustra sibi blandiri eos qui pacem cum Dei sacerdotibus non habentes obrepunt, & latenter apud quosdam communicare se credunt.* Ita dum callidiores illi diaboli ministri fictè nomen

e S. Cyprian. l. 4. Epist. 10. ad Florentiũ pupianum

f S. Cyprian. ibid.

D Catholici profitentes, aut se illud habere, errore lapsi credentes, dum Vatiniano in sacro-sanctum Rom. Pontificis principatum odio flagrãt & æstuant, suspicionum, inimicitiarum, contentionumque inter sacerdotale & sæculare Imperium semina spargentes, Ecclesiam Dei Remque publicam miserabiliter excruciant, lacerant atque perturbant. Inde quanta, proh nefas! in regno Dei scandala? Quantæ simplicium Christianorum offensiooes? Quantæque hac occasione salutis populorũ perditiones oriuntur? Quis enim prudentũ Catholicorum non videt schismaticos illos simulata pietate nomen sibi fraudulenter Catholici vendicantes his suis dolosis aduersus sancta Maiestatis sanctitatisque Ponti-

3. Pars.

Magnũ scandalum afflictioque Ecclesiæ cum perditione animarũ multarum ab hac schismaticorum fraude & malitia, in hac doctrinam impiam hæreticorum foueantium.

ficiæ

ficiæ iura machinatiooibos, impiam hæreticorum foocre doctrinam atque corrobutare: Ecclesiæ verò Catholicę castissimum temerare pudorem, immaculatam fœdare virginitatẽ, Christianæque puritatem veritatis alterare? Vnde ad interitum salutis suæ quamplurimi, ianua perditionis aperta, adituque per hæc scandala patefacto miserrimè perueniunt. qui verò iam in errorum deprauatæque doctrinæ sordibus, quales sunt hæretici, volutantur: hi ue ab illis egrediãtur, per hęc scandala à schismaticis illis, malisque Christianis eacitata prohibẽtur. Ipsi quippe malè feriati schismatici, fictique Catholici cum hæreticis cognatæ religionis, vel potius impietatis: *Cum Christianum cogitantur habere nomen*, vt[a] cum S. Augustino loquar, *& sacramenta Christiana & scripturas, & professionem, magnum dolorem faciunt in cordibus piorum, quia & multi volentes esse Christiani propter eorum dissensiones hæsitare coguntur, & multi maledici etiam in his inueniunt materiam blasphemandi Christianum nomen, quia & ipsi quoquomodo Christiani appellantur.* In hoc maximè detestandi, quod sub prætextu Christi Domini honorem & gloriam exaltandi, debitam Rom. Pontifici reuerentiam honoremque reddere tenuant, atque supremæ in Ecclesia Maiestatis titulos iuraque diuina Saluatoris nostri miseratione concessa deferre recusent. Quod ea ipsios Christi Domini gloriæ officere peruersè credant, sicque credendo turpissimè mentiantur, veteres hæreticos schismaticosque nequiter æmulando. Qui eo colore, specieque nefanda efferendi prædicandiqoe Dei gloriam atque misericordiam, præcipua religionis Christianæ dogmata, fideique articulos destruere atque demoliri nitebãtur. Quales erant illi hęretici ac schismatici, qui tempore S.[b] Cypriani lapsis, nondũ legitima pœnitẽtia fũctis, contra leges Ecclesiæ decretaq; cõmunicare minimè verebantur: Quales Ariani, qui filii Dei consubstantialitatẽ cũ patre negabant, ne patris dignitatẽ gloriamq; minuerent: *scilicet nimirum*, inquit S.[c] Hilarius: *ne patrẽ filius ab eo natus euacuet*, homines scelestissimi non plus patris glorię, quam filii diuinitati deferẽtes. Simili fraude prætextusq; malitia, Nouatiani peccata remittẽdi ios Ecclesiæ eiusq; prælatis inficiabantur, dicẽtes (vt S.[d] Ambrosius obseruauit) *se Domino deferre reuerentiam, cui soli remittendorũ criminũ potestatem reseruant.* Pari dolo specieqoe tecti fraudulenta Manichæi certos scripturæ libros explodebant, reiiciebantq; dicentes in illis molta cõtineri, quę Christi Domini honorẽ gloriãq; de decorabant (teste[e] S. Augustino contra Faustũ Manichæum dicente) *quia talia ibi sunt, quæ Christi gloriã decolorent.* Antiquos illos scelestissimos hæresiarchas, hæreticos, schismaticos illi Catholici laruati quicũq; sint, impio schismate odioq; ab obedientia verè filiali Rom. Põtificis, Ecclesiasticæ principis Monarchiæ diuisi flagitiosissimè consectantur: vt es eorũ constat erroribus magna in popolorũ fidelium, simpliciũq; cordibus scãdala causantibus, Dei nomen multos blasphemare faciẽtibus, quos deplorabili cõtumelia cõtumaciaq; defendũt. Ac proinde tales occultè praoèq; Ecclesię paci fœderique sancto cũ Christianis sæculi principibus, ac regibus inimicantes, appositè cũ S.[f] Hilario: *religiosè impios, fideq; eorũ perfidiam, atque irreligiosam de Deo solicitudinẽ* appellare licebit. at meritò quidẽ: Qooniã, vt præclarè Cassianus, S.[g] Chrysostomi discipulus ait: *Quod non dicitur ita vt est, etiã si honor videatur, contumelia est.* Quibus quidẽ adulãdi peruersè, sibiq; sceleratè blandiendi modis eneruatur Christiana disciplina, nõ corroboratur, vt ista Tertulliani cõprobãt.[h] *Talia & tanta ispersilia eorũ, quibus & Deo adulantur, & sibi lenocinantur effęminãtia magis quã vigorantia disciplinã.* Et cũ disciplina, in vtroq; principatu pax etiã optata deperditur, cũ discordiarũ, odii crudelis artifices principibus sęcularibus in sua ditione pacẽ prosperitatẽq; promittũt, dũmodo fortiter, i. pertinaciter aduersus arcẽ thronũq; principatus Ecclesiastici luctẽtur. Sic illos dũ spe tẽporalis pacis inani depascũt, bellorũ incẽdiis & ardoribus omnia priuata publicaq; permiscent, delusosq; principes post hanc vitã perẽni ęternaq; in cœlis beatitudine frustrãtur. Quos propterea iure optimo diuinæ maledictiones imprecationesq; percellũt, perculsosq; detestãtur, exclamãte S. Hieronymo.[i] *Væ his hæresibus, hisq; doctrinis*, schismaticis scil. *quæ requiẽ pollicentes omnẽ ætatẽ sexũque decipiunt, quibus cõpetit illud Hieremiæ contra falsos prophetas, Pax, Pax & non est pax, quia non est pax impiis inquit Esaias.* Propter quę schismaticos illos fictosque Christianos hęreticis sua cõtra Romani spiritualisq; principatus maiestatẽ impietate conformes D. Augost. spicis vẽtorũ turbine cõquassatis corruptisque, necnõ paleis à segetibus auulsis, sicut hæreticos zizaniis, vtrosque ignibus vstulandos assimilauit, cũ ait:[k] *solet etiã quæri, schismatici quid ab hæreticis distẽt, & hoc inueniri, cũ schismaticos nõ fidei diuersa faciat, sed cõmunionis disrupta societas (disruptio verò societatis ea maxima est, cũ caput istius corporis dominici, quod est Ecclesia visibilis, honor, gloria, potestas & authoritas oppugnatur)* subdit post hæc quæstionẽ istã:[l] *sed vtrũ inter zizania numerãdi sint*, scil. schismatici, *dubitari potest: Magis autẽ videntur spicis corruptis esse similiores, sicut scriptum est:*[m] *vento autẽ corrũpetur filius iniquus: vel paleis aristarũ fractis, vel scissis, & de segete abruptis. Quò enim altiores, i. superbiores, eò fragiliores leuioresque,* & vtrosq; perẽnis gehẽnæ ignis ardor deuorabit:[n] *Quia neutri ad Ecclesiã Catholicã pertinent, quam nullo tẽpore quiescere pacequefrui patiuntur:* Incorruptã illius Maiestatẽ, caputque visibile diuidere molientes, vt hac diuisione funditus euertatur. Quod facere Cõstantius Imperator Arianus intendebat, cũ rescripto tyrannico à duobus põtificibus Liberio & Fœlice sedẽ Apostolicã regi pręcipiebat, & cogebat imperando. Cui nefãdo rescripto Rom. populus fidelis religiosè generoseq; restitit, magna voce cõtendẽs & clamitãs in theatro,[o] teste Theodoreto *vnus Deus, vnus Christus, vnus Episcopus*, quo sancto clamore fidei suæ puritatẽ zelũque Rom. Pontificis maiestatem Monarchicã defendendi populus Rom. euidẽtissimè demõstrauit. Huic nefandę diuidendi imperii spiritualis Ecclesię maiestatẽ, cupiditati, isti valdè nequiter inhiãt, qui Ecclesiæ regimem Aristocraticũ esse nimis audacter, & contra Ecclesiæ iura, propriãque conscientiam fallaciter asseruerunt, multorũ criminũ in hac asserenda falsitate cõtra Deum proximumqoe patratorũ minimè pœnitentes:[p] Quos propterea oostri Nouatores hęretici super omnes antiquos impudentissimi & nefandissimi, miris laudibus, i. maledictis blasphemantibus efferunt, eos soper omnes Catholicos, quos Papistas vocãt, sapere, atq; acerrimos suæ pestiferę doctrinę defẽsores assertoresq; prędicãt.

[a] S. Aug. l. 18. de ciuit. c. 51.

Schismatici fictique Catholici instar hæreticorum veterum prætextu Dei Christique gloriam exaltandi, debitã Rom. Pont. honorem recusant.

[b] S. Cyprian. epist. 55.

[c] S. Hilar. l. 2. de Trinitate.

[d] S. Ambros. l. 1. de pœnitent. c. 2.

[e] S. Aug. l. 32. contra Faustum Manic.

[f] S. Hilar. l. 1. de Trinit.

[g] Cassian. l. 1. de Incarnat.

[h] Tertul. l. de pudicitia c. 1.

Propter schismaticorum dolos & insanias diabolus pacem sanctã inter vtramq; Monarchiam Christi destruere tentat.

[i] S. Hieron. in Ezech. c. 13.

Hierem. c. 4. Esaiæ cap.

[k] S. Aug. lib. quęst. in S. Matth. q. 11. to. 4.

Hæretici zizaniis, schismatici spicis corruptis & paleis abscissis à segetibus similes.

[l] S. Aug. ibid.

[m] Prouerb. v.

[n] S. Aug. de fid. & symbolo c. 10. to. 3.

[o] Theodoret. l. 1. c. 17.

Zelus Rom. populi in defendendo vnitatem Monarchiæ statu Ecclesiastico.

[p] Vide Ministrum Cupellum Sedani prædicantem in libello contra Ferrerium ab hæretica impietate ad Catholicam fidẽ conuersum cap. 8.

Quāta gloria, lausq. cedit scriptoribus illis qui se Catholicos profitētur, ab hæreticis Christianiq. nominis hostibos acerbissimis, laudibus mactari, & tanquā impietatis hæreticę socios ignominiosissimè cōmendari, eo quod errores suos contra sedem Apostolicam intolerabiles pertinacia superba correpti eiurare atque detestari noluerint? His nihilominus neque hæreticorum, neque schismaticorum aliorumque simulata pietate improbissimorum furoribus, nihil aduersus Dei Ecclesiam eiusque Monarchicum principatum diabolus, omni rabie licet armatus, Christo Domino pro sponsa sua præliante, nec dormitante, eam semper in aduersis firmante atqoe consolante præualebit, vt præclaris his à S. Augustino edocti verbis accepimus: [a] *Ac per hoc Diabolus princeps impiæ ciuitatis aduersus peregrinantem in hoc mundo ciuitatem vasa propria*, qoæ sunt omnes impii, *cōmonendo nihil ei nocere permittitur. Cui procul dubio & rebus prosperis consolatio, vt non frangatur aduersis, & rebus aduersis exercitatio, vt non corrumpatur prosperis per diuinam prouidentiam procuratur: atque ita temperatur vtrumque ab alterutro,* [b] *vt in Psalmo illam vocem non aliunde agnoscamus exortam; secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerūt animam meam.* Hæc quidem pro consolatione iostorum verè Catholicorum, pro sancta Matris Ecclesiæ spirituali Monarchia, pro sæcularis imperij salute fortiter viriliterqoe dimicantium dicta sint. Pro terrore verò vtriusque potestatis hostium, vt tandem aliquando à suis conuertantur erroribus, & conuersi in sanctæ Matris Ecclesiæ, per salutiferas pœnitentiæ vias, gyrum se gremiumque recipiant, illis sicut S. Cyprianus quondam Florentio Pupiano schismatico, Ecclesiasticæ vnitatis osori, clamabo. [c] *Itaque qui Christo non credit sacerdotem facienti, postea credere incipiet, sacerdotem*, scilicet Maximum Pontificem, *vindicanti*. Addam & illud S. Patris cuilibet eorum schismaticorum, fictorumque Catholicorum, applicatum: [d] *Habes tu litteras meas, & ego tuas: legi scripta tua contra Ecclesiam Dei, tu mea pro defensione eiusque protectione: in die iudicij ante tribunal vtraque recitabuntur*: Hæc attentè cogitate vt conoertamini ad Dominum.

a D. August. l. 18. de ciuit. c. 51.

b Psalm. 93.

c S. Cyprian. l. 4. epist. 10.

d S. Cyprian. ibid. in fin. epist.

CAPVT II.

Sub specie boni, Ecclesiæ, regnisq; Catholicis proditoriè nocere, quàm nefarium, & proditoribus exitiosum.

1. *Maximè vtrique principatui spirituali & sæculari mali Catholici nocent, cum se prodesse velle simulant.*
2. *Eò nequiores, quò nocentiores sibi & alijs per technas fraudesque nefandas.*
3. *Quæ tandem ad eorum ruinam confusionemque detegentur.*
4. *Bonis latantibus solidè Catholicis.*



QVAM illa totius iniustitiæ, impietatisque capitalis est iniquitas, quàm saluti publicæ pestifera schismaticorum illorum, necnon fictorum Catholicorum nomine tenus Christianorum libertina leoitate corruptorum! Qui cum Ecclesiæ Dei, ciuilique societati perniciosissimi sint, audent nihilominus impudentissimè se Ecclesiæ sanctæ regnoque sęculari valde necessarios vtilesque profiteri: pios se maximè simulantes cum grauissima Ecclesię Dei regnisque sæcularium principum nocumenta profundant. Si magnus ille quondam Romanæ Reipub. moderator & orator totius [e] *Iniustitiæ nullam capitaliorem esse* iudicauerit, *quam eorum qui tum, cum maximè fallunt, id agunt, vt boni viri esse videantur.* Quid de illis iudicabimus, qui principibus sæcularibus illudentes, illorum saluti per fraudes insidiantes, dum eos persuasionibus iniquis in sanctitatem Pontificiæ Maiestatis acerbius exasperant, se nihilominus esse de puriorum Catholicorum sorte superbissimè gloriantur? Sententia Platonis est apud Plutarchum: [f] *Extremæ esse peruersitatis, cum prorsus iniustitia vaces, adid tamen niti, vt vir bonus esse videare.* Horum fraudulentorom schismaticorum simulata pietate Ecclesię Monarchiæ per principes sæculares à se deceptos detrimenta creare moliētium nequitiam, crudelitati equorum illorum [g] in Apocalypsi caudas in capita serpentum desinentes habentium, propheta Euangelicus congruentissimè comparauit: Quoniam tales improbi, [h] Richardo teste à S. Victore: *dum nequeunt aperta persecutione nocere bonis, per occultam & fraudulentam simulationem nocendi sumunt initia: & cum putantur ab inferendis malis quiescere,* vt Ioachimus ait, *tunc ex insperato deteriora mala committunt: & ita caudæ eorum, id est finis præcedentium malorum in capita desinunt*, id est, *initia futurorum.* Quod quidem prophetico spiritu Iob propheta patiētissimus attendens de talibus impiis fraude doloque nocentibus aiebat: [i] *Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum.* Qood videlicet homines astutè malitiosi sceleratique alia mala in alia replicant, testante S. Gregorio atque dicente: [k] *Omne quod inuoluitur in semetipsum replicatur: Propterea rectè occulto fraudulentoque telo lædentium bonos, improborum semitæ gressuum inuolutæ dicuntur, quia ad consueta crimina semper sceleraque patranda replicantur, & quasi extra se tensi ad semetipsos per variorum artificiorum, dolosarumque artium circuitum redeunt, vt postea mutata velificatione bonorum societati, quò occultius, eò perniciosius insidiando noceant.* Vnde deductum illud Prophetæ Regij. [l] *In circuitu impij ambulant.* Semper à centro remoti, qui Deus est, à cuius conspectu fruitioneq; fraudibus, proditionibusqoe perniciosis eloogaotur: sicut qui per circuli periphęriam circumferentiamque gradiuntur, & incedunt, nunquam centrum pertingere valebunt. Quales sunt illi perfidi, rebellesqoe Matris Ecclesiæ, eiusque proditores auctoritatis, qui fallendo principes blandis dolosisque sermonibus, falsom eorum saloti seruiendi profitentur officium, vt eos defendere viderentur, quos maximè ficto ementitoque seruitio perdere nitebantur. Sic miserè à talibus decepti principes sæculares ad Ecclesiasticæ pacis & authoritatis oppressionem: [m] *Pro bonis*, vt ait ille, *mala amplectuntur: vitiaque illis sub virtutum nomine obrepunt.*

[n] *Sic fallit vitium specie virtutis & vmbra.*

Sunt enim virtutibus vitia confinia, & perditis quoque ac turpibus rectis similitudo est.

e Cicero l. 3. de offic.

f Plutarch. opusc. Num inter pocula sit philosophandum ex Platone l. 2. de Rep.

Fraudulenti schismatici Ecclesiæ Maiestati insidiantes, cur equis caudas in capita draconū desinentes habentibus comparantur.

g Apoc. cap. 9.

h Richard à S. Victore in cap. 9 Apoc. Ioachimus in cap. 9 Apoc.

i Iob c. 6. v. 18.

k S. Greg. l. 7. Moral. c. 14.

l Psal. 11. v. 6.

Impij cur dicuntur in circuitu ambulare.

m Senec. epist. 45.

n Iuuenal. Satyr. 14. Senec. epist. 120.

2. Pars. *Simulati Catholici, aliique principatus Eccleſiaſtici hoſtes cumculis expoliationis nocēdo ſeipſos deſtruunt, tūc improbiſſimi cum ſe bonos ſimulant.*

A At dum illi fraudulenta diſſimulatione pietateque ficta tecti nocere bonis, imperiiſque ſanctis ſpirituali & laico in Eccleſia Catholica ſacro charitatis Chriſtianæ vinculo coadunatis interitum ruinamque ſtruere meditantur, ſeipſos funditus euertunt: quò velociùs & callidiùs currunt, eò celeriùs in exitij extremæque perditionis abyſſos nunquam ad ſalutis ſuæ anchoram redituri præcipitantur. [a] *Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem,* alienum ſcil. eumque innocentū, ſed ſuum cum alieno proprium miſere præcipitandū interitum: cum non in virtutum montana ſublimiaque cum feſtinatione cōſcendant, ſed potiùs occultè nocendo in vitiorū voraginem funeſtiſſimè prolabantur. Hoc nouit ſapiens, qui dixit: [b] *Pedes impiorum ad malum currunt.* Nouit & illud Propheta, qui iſtorum iniquorū in nocendo motus & impetus equi ferocis, & effræni curſui cōparauit, dicendo: [c] *Quare auerſus eſt populus iſte auerſione contentioſa? apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti: Attendi & auſcultaui, nemo quod bonum eſt loquitur: Nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens, Quid feci? Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus impetu vadens ad prælium, &c.* B Et ſicut in vaſtum mare gurgitemque tumentia flumina obices euertendo curſu rapido decurrunt, ac decurrendo maris vaſtitate perduntur & obruuntur: ſic malitioſi homines ficti ad nocendum Catholici perfractis ſacrarum vtriuſque Monarchiæ legum repagulis, ruptoq; inter vtramque ſancto ſua malitioſa ſimulatione fœdere, poſt temporales anxietates in barathra calamitatis æternę demerguntur. Et meritò quidem iuſtoque flagello tot vltore ſcelerum, cum illi tunc peſſimi ſint, vbi bonos ſe eſſe ſimulant: vt magis Eccleſiæ regnoque noceant, ac fallant C principes [d] animo ſub vulpe latente, ſub veſtibus ouium, cum intrinſecus ſint [e] lupi rapaces: [f] Labiis Deum honorantes, corde blaſphemantes: à ſanctiſſimo illius cultu longè remoti, ipſis paganis infideliores nequioreſque. Cum hæc Ethnicos ſapiens Cicero dixerit: [g] *Cultus autem Deorum eſt optimus, idemque caſtiſſimus atque ſanctiſſimus, pleniſſimuſque pietatis, vt eos ſemper pura, integra, incorrupta & mēte, & voce veneremur.* Quid enim tam ridiculum, tamque pernicioſum quam *virtutem ſolùm habere in ore, & non in pectore?* [h] *vtinam multi tam bene facerent, quam bene loquūtur,* vt iam ſupra cum Platone rectè diximus: [i] *Extrema eſt peruerſitas, cum prorſus iniuſtus ſis, adeò tamen niti, vt vir bonus eſſe videaris.* Breuique tempore hæc virtutem mentiēdi improbitas euaneſcet. Cum *Nullum fictum, ſimulatumque* Tullij iudicio D *poſſit eſſe diuturnum:* [k] *fictaque citò in naturam ſuam recidant, quibus veritas ſubeſt.* Quæ verò, vt cum Seneca loquar: [l] *Ex ſolido enaſcuntur, tempore ipſo in maius meliuſque procedunt.* Confirmet ſapiens improbitatis enormitatem iſtorum virtutes, rectaque facta ſimulantium! vno verbo dicet: [m] *Si diſſimulauerit, delinquet dupliciter.* An nō hoc fretus oraculo rectè dixit [n] S. Auguſt. *ſimulatam æquitatem non eſſe æquitatem, ſed iniquitatem duplicem, tum etiam ipſa ſimulatio ſit iniquitas?* Quid S. [o] Hieronymus? *Nonne corporalia vitia* appellauit, *quæ virtutum ſpecie celabantur?* Liceat ad noſtræ confirmationem aſſertionis cum Sancto Chryſoſtomo per apoſtrophem ad omnes virtutis ſpecie fallentes exclamare! [p] *Hypocrita, vt quid vis apparere, quod non vis eſſe? Si malum eſt*

a Pſalm. 13.
b Prouer. c. 6.
c Hierem c. 8.
Mali vbi bonos ſe ſimulāt tunc ſunt peſſimi.
d Horat. de arte.
e S. Math. c. 7.
f Eſaiæ c. 29. v. 13.
g Cicero de natura Deorum l. 2.
h Senec. ſ.
i Plato 2. de Rep.
k Cicero 2. Catil. 3.
l Senec l. 2. de Clement. c. 1.
m Eccleſ. 23.
n S. Auguſt. in pſalm 63.
o S. Hieron. Epiſt. ad Celantiam.
p S. Chryſoſt. ſuper S. Matth. c. 7.

A *malum eſſe, vt quid vis eſſe, quod non vis apparere? ſi bonum eſt, bonum apparere: melius eſt bonum eſſe. Si malum eſt malum apparere, peius eſt malum eſſe. Ergo aut apparere ſtude quod es, aut eſto quod appares.* Quibus verbis poſtremis manifeſtè Sanctus Pater inſinuat, hominem interiùs improbum extrinſecus virtutis, quam non habet in corde, ſimulatorem, homine apertè nefario nequiorem eſſe. [q] *Qui ignotos lædit latro appellatur, qui amicos paulominus quam parricida,* aiebat Petronius Arbiter. Sed qui Patris communis omnium fidelium Maieſtatem lædit, nunquid parricida eſt? & ſi illud agat fraudulenter, inſidiando principū Catholicorum auribus & animis, vt eorum iras regni viribus armatas in eius ſanctitatem Pōtificiæ Maieſtatis indignanter impellat, nunquid ille pluſquàm parricida cenſebitur? Eleganter deſcribit Lactantius extremam illorum impieta- B tem, qui fraudulenta ſimulatione, fictione virtutum ad honorum poteſtatumque gradus anhelarunt: quibus adeptis ſuam ſimulationem hypocriſimque in apertas graſſationes crudelitateſque reſerarunt. Cum hæc ait, [r] *Quidam probitate ficta viam ſibi ad potentiam muniunt, faciuntque multa quæ boni ſolent, eò quidem promptius, quod fallendi gratia faciunt. Vtinamque, tam facile eſſet præſtare, quam facile eſt ſimulare bonitatem! Sed ij cum eſſe cœperint propoſiti, ac voti ſui compotes, & ſummum potentia gradum ceperint: tūm verò ſimulatione depoſita mores ſuos detegunt, rapiunt omnia, & violant, & vexant: eoſque ipſos bonos, quorum cauſam ſuſceperant, inſequuntur: & gradus per quos aſcenderunt, amputant, ne quis illos contra ipſos poſſit amputare.* Noſtros proculdubio ſchiſmaticos C talia præſtaturos in conſpicuo eſt, ſi per fraudes ſuas, ac ſimulata virtutum opera ad ſupremas imperij ſedes, & arces aſcendere poſſent, pacis atque concordiæ in Eccleſia Reique publica impatientes: Cum omnia ſua deque ſua calliditate nefanda peruertere videantur: vt ſacroſancta Chriſtianæ pacis charitatiſque fœdera vtramque Monarchiam triplici amoris mutui, reuerentiæ, obedientiæque funiculo perbeatè connectentia perfringere valeant. De quibus Gelaſius Papa dicebat: [ſ] *Deſcendant in infernum viuentes, qui dum illa vita,* [t] *qua iuſtus viuit, vera atque Catholica putantur viuere, repentè, aut in prona prauitate, aut in hæretica communione inferna vergunt.* Vt animi morbi à medicis cogniti, & aperti faciliùs, occulti verò latenteſque difficilius curantur: ſic profectò non D ita de manifeſtis peccatoribus, & apertis Eccleſiæ perduellibus deſperandum eſt, quam occultis ſimulationeque perfidis virtutum ſplendores habere ſe profitentibus, quorum vitia, quò occultiora, eò ſunt acerbiora. Eſt enim hæc Senecæ ſententia: [u] *Omnia vitia ad modum morbi in aperto leniora ſunt: Tunc autem ſcias pernicioſiſſima eſſe, cum ſimulata ſanitate ſubſidunt.* Quis non omni execratione, & abominatione deteſtandam putet ſimulatam illam ad nocendum communi animarum ſaluti, Eccleſiæ, imperioque ſæculari pietatem, ac hypocriſim vehementer exitialem, huius hæretici nefandiſſimi in agro Brixienſi viuentis? Qui in aperto aſperrimam maximeque auſteram, cum ſimulata

q Petronius.
Eccleſia nocēs fraudulenter per deceptos principes pluſquàm parricida eſt.
r Lactant. l. 6. c. 6. diuinar. inſtit.
ſ Gelaſ. epiſt. ad Euphemium.
t Pſalm. 54.
u Senec. epiſt. 57.
Hiſtoria memorabilis hæretici execrabilis pietatem, & auſteritatem viuendi S. Ioannis Baptiſtæ exteriùs æmulantis.

vitæ rectitudine S. Ioanois Baptistæ viuendi rationem, vt admirationi esset omnibus, æmulabatur, Deum tamen flagitiosissimè in occulto blasphemabat, eiusque sanctissimi in terra vicarij auctoritatē dignitatēq; deprimebat, errores impios disseminādo & pestiferę doctrinę, austeritatis vmbra velarę deceptasā se simpliciū animas venenis intoxicando. Cuius meminit Bernardus de Lutzēburgo. Tātūque sibi apud simplices elosos auctoritatis, venerationisque propter hanc fallacis simulatæque sanctitatis opinionē consecutus est, vt extinctum morte, tanquā diuinum hominem Apotheosi donatum, diuinis immortalibusq; honoribus omnes ab illo hypocrita nefādo decepti prosequerentur. Sed hac larua sanctitatis falsæq; pietatis insania diotius simplicium errantiumque populorum mentes animosque deludi, & ad salutis exitium dementari Deus misericordiarum totiusque cōsolationis pater, necnon fidem veram suo mortalium cordibus sanguine sigillatam, suique in terris vicarij in tradendo fidelibus Catholica documenta maiestatem derideri cōtemniq; pati non potuit. Cuius inspiratione nutuque impietate huius pseudocatholici nefandissimi hypocritæ detecta, huius defuncti putridum corpus humo tumuloque extractum flāmis consumendum vltricibus sententia iudicis igni traditū est. Sed, horrendum dictu, dæmonum opus, spectante, ac ignem hæretici cadauer exurentem circūstāte populo protinus apparuit: qui ossa seminuda illius in ignem coniecta rapientes, ab igne flāmisque sursum in aëre, vel inuisibiles illi, aut in Angelos lucis transfigurati suspēsa tenuere. Quo viso prodigio, & ostento stupentibus præ admiratione spectantium animis Episcopus huius auctor condemnationis, sententiæque non mediocriter titubando perturbabatur. Præcipuè, quoniam multi de populo crudelitatis eum impudētibus clamoribus insimulabant: necandumque cum suis tumultuosè vociferabantur. Quòd hominem Dei sanctumque virū tot virtutibus insignem (vt illi credebant, veramque suam de coocepta hypocritæ sanctitate tali prodigio opinioem sibi persuadebant) post funera vitæ flammis vstulandū rapacibus seueriore sententia mandauisset. Sed vt talis indignati populi tumultus seditioque placaretur Episcopo (iuxta bonum ab inquisitore fidei consilium illi datum) sacrosanctū Missæ sacrificiū de sanctissima Virgine Dei Matre celebrante magnum Deus in testimoniū Catholicæ, Apostolicæ, Romanæque fidei veritatis, & ad detegēdas hæretici defuncti fraudes & imposturas miraculum edere dignatus est. Nam antistite illo inter missę solennia sacratissimā hostiā ad populum, vt eam adoraret, eleuante, demones diuina eos cogente virtute in aëre horrisono clamore vociferari cœperunt. *O Gundo & Lacha, te huc vsque quantum potuimus defendimus: sed cum maior nobis adsit, amplius nec possumus, nec debemus.* Moxque ossa in rogum ardentem cadentia protinus exusta in cioerea redacta sunt.

Bernard. Lutzemburgensis in Catalogo hæreticorum.

Deus magno miraculo impostaras simulationesque hæretici defuncti detegit.

Ex qua mirabili historia nullum fictum simulatumque fore diuturnum, atque omnes schismaticorum fraudes fictorumque Catholicorum dolos aduersus Ecclesiam Dei tandem aliquando ad eorum ruinam confusionem ignominiamque sempiternam si non resipiscant detectum iri discimus: vt illud Prophetæ verificetur, [a] *Mētita est iniquitas sibi.* Quod sæpius in sacris Scripturis Deus voluit fidelibus suis ionotescere, mundanorum fraudulentorumque huius sæculi filiorū prudentiam, stultamque sapientiam irridens, qui [b] *Putantes sapientes esse stulti facti sunt*, se suarum deceptionum fallaciarumque tectarum laqueis irretitos fallunt, vsuque quotidiano alios decipere molientes propriis stratagematis miserè ludificantur: vt apud prophetam Baruch sub nomine filiorum Agar (qui carnis noo verò spiritus filij sunt) videre est. Qui sapientiam terræ & huius mundi [c] quę stultitia est apud Deum, ad fallendū iograto, eoque pernicioso labore perscrutantur: [d] *Filij quoque Agar* (ait ibi Dominus) *qui exquirūt prudentiam quæ de terra est*, scilicet cum alus grauissimis peccatoribus superius expressis, *exterminati sunt, & ad inferos descenderunt*. Quia nempe vera, quæ secundum Deum est, sapieotia carTerunt, allusioue facta ad tres vxores Abrahæ, Agar, Sara & Cethura, quæ ex Abrahamo coniuge omnes filios pepererunt. Quarum prima, Agar scilicet, Ismaëlem procreauit, qui est mundana sapientia, quam sapientes huius mundi consectātur. Secunda, quæ concipiendi pariendique filios ordine posterior, sed dignitate prior extitit, solaque domina familię Abraham, Sara Isaac genuit, qui verè sapientes in Christo pios, deuotos, vereque Catholicos repræsentat. Tertia, Cethura quę ex vtero suo filios suos eduxit, per quos huius mundi diuites & terrenæ doctrinæ inflantis, non ædificātis amatores professoresq; designātur. At sicut filij Sarę, soli filij promissionis ex Apostolo, spiritusque declarantur, ita soli hæreditatē patris æterni possidebunt. Alij vero filij concubinarum Abrahæ, licet essent vxores, sed ancillæ dominæ Saræ, i. filij carnis non spiritus, solummodo mobilibus bonis, muneribusque temporalibus, prosperitatibus scilicet terræ, honoribus, principatibus, diuitiisque perituris pro sorte sua potiuntur. Quæ sunt hæreditates vanæ, fragiles, ac persæpe perniciosæ sapientum huius mundi: qui veræ Catholicæq; pietatis irrisores (sicut Ismaël sanctitatis vnici filij Saræ Isaac) à legitimis Christi saluatoris æternorum bonorum patris & Ecclesiæ sanctissimæ eius sponsæ filiis separati, ab hæreditatis æternæ possessiooe repelluntur. Iuxta figuram quæ præcessit in Abraham & filus eius. De qua hæc ait scriptura: [e] *Dedit Abraham cūcta quæ possederat Isaac: filijs autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo &c.* Sic tales astutè malitiosi & fatuè sapientes in dolosos latentis iniquitatis laqueos inciderūt, quos ad aliorum deceptionē oimiū callidè tetenderāt, vt illud Dei oraculum effectu compleatur: [f] *Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentiū reprobabo.* Et alibi per alium prophetam. [g] *Ecce ego ad te dicit Dominus Deus exercituum & reuelabo pudenda tua.* Rursus istorum sapientum mundi laruatorum Catholicorū inanitatem, fragilitatēque fallaciarum ad aliorū deceptionē, & ad propriorum scelerū dissimulationem exprimere volens, dicebat Deus per os Esaiæ prophetæ: [h] *Telas aranearum texuerunt: quæ non erunt eis in vestimentū, neque operientur operibus suis.* Sed denudabuntur iniquę cogitationes eorū impiaque scelera, quæ antea sub pietatis externæ velo latebant, euoluētur, vt omnibus appareāt. Nunquid verū sapiens astruxit dicēdo: [i] *Dominus insidias impiorū subuertet, qui non affliget fame animā iusti.* Sed hęc clarius adhuc sequenti capite confirmabuntur.

3. Pars. Fictorum Catholicorum fraudes tandē in eorum caput confusionemque detegentur, iustis à Domino benedictis, & ab omnibus laudatis.

[a] Psal. 24.

[b] Rom. cap. 1.

[c] S. Iacob c. 3.

[d] Baruch. c. 3. v. 23.

Quid per 3 vxores Abrahæ earumque filios significatur.

Boni Catholici verò & apertè sapientes hæreditatem patris æterni possidebunt. Sapientes vero mundi fictique ac mali Catholici minimè, sed in sua fraude detecti miserè peribunt.

[e] Genes. 25.

[f] Esaiæ c. 29.

[g] Nahum c. 3.

[h] Esaiæ c. 59.

[i] Prou. c. 10.

CAPVT III.

Contritio, & infelicitas clandestinorum Ecclesiæ, regnique fidelis hostium, vtrique fraudulenter insidiantium fraudes suas diu tegere non valentium, cōtra verò consolatio, & exultatio bonorum Catholicorum verè, & apertè vtrique principatui religiosè seruiētium à Deo benedictorum, & ab omnibus iustis honoratorū breuiter indicantur.

1. *Pulchra antitheses schismaticorum, simulatorum catholicorum confusionem, & maledictionem, sicut è contrario honorem bonorum sincerè, fideliterque Monarchia, tam spirituali, quàm seculari seruientium manifestè demonstrant.*
2. *Sicut diabolus fraudes suas diu tegere non potest, sic nec ministri eius ad nocendum regno Dei, quibus indemiser exitus.*
3. *Veri, & aperti catholici Ecclesiastico politicoque principatui fideliter, magnoque animo seruientes plurimum benedicentur à Deo, & ab omnibus iustis perbeati laudabuntur.*


RAVDVLENTORVM Ecclesiæ regnique fidelis hustium confusionem, ruinamq; in astutia sua deceptorum, & iustorum bonorū Catholicorū benedictionem, honorē, felicitatemque sacra multis in locis oracula declarāt, perq; pulchras antitheses exprimūt. pro iustis verisq; Catholicis apertè fideliterque virtutes operantibus, ita Sapiens vaticinādo fatur: [a] *Institia simplicis diriget viam eius*: pro iniustis fictisq; Catholicis per fraudes in occulto fallere meditātibus: [b] *Et in impietate sua corruet impius*, pro illis, [c] *Iustitia rectorū liberabit eos*: pro his, [d] *in insidiis suis capiūtur iniqui*, pro illis: [e] *iustus de angustia liberatus est*: pro his, [f] *tradetur impius pro eo*: & paulo ante, *Mortuo homine impio nulla erit vltra spes, & expectatio solicitorū peribit*. Pro illis, [h] *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter*: pro his, [i] *Qui deprauat vias suas manifestus erit*. Quæ Sapientis oracula conformia sunt iis quæ in Euangelio suo pronuntiauit Dominus: [k] *Nihil opertum quod non reueletur: nihil occultū quod non sciatur*. Hęc & similia regius propheta moltoties ad confusionem ruinamque irrisorum, Dei Ecclesiæque hostium latenter, & sub specie recti bonorum pacem salutemque in vtraq; politia destruere cugitantiū, & ad iustorū Ecclesię reique publicæ omni studio, labore, obsequio opitulantiū benedictionē, prosperitatem, gloriāq; replicata cōmemorauit. Ecce descriptæ fictorū Catholicorū ad viuū fraudes & astutię sanguinis appetitu fœdatæ: [l] *Protexisti me à conuentu malignantiū, à multitudine operantiū iniquitatē*. En, *Oculi Domini super iustos*, exteotūq; suę fortitudinis brachiū ad defensionē illorū aduersus impios callidè fraudulenterq; illis nocere conantes: de

a Prouerb. c. 11. v. 5. 6. & 7.
b Ibid. v. 5.
c v. 6.
d Ibid.
e v. 8.
f Ibid v. 7.
h Prou. c. 10. v. 9.
i Ibid.
k S. Luc c 12.
l Psal 63.

A quibus hæc sequentia: [m] *Quia exacuerunt, vt gladium linguas suas, intenderunt arcū suum rem amarā, vt sagittent in occultis immaculatū: subitò sagittabūt eum, & non timebunt, firmauerunt sibi sermonem nequam: Narrauerunt vt absconderent laqueos, dixerunt quis videbit eos?* Sed ecce detecti sunt laquei, & omnis dulut eorum: [n] *Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio*: Quid sequitur ad confusionem ruinamque proditorum istorum? [o] *Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt contra eos linguę eorum*. Huc referendum est eiusdem prophetæ votum simul ac vaticiniū. [p] *Gladius eorum intret in corda eorum* (pro intrabit) *& arcus eorum confringatur pro confringetur*. Rursus ruinam confusionemque istorū describit B ab his stratagematis, quibus iustorum exitiū struxerant: [q] *foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam*. Et alibi. [r] *Gratis absconderunt laqueum mihi, interitum laquei sui*, seu, vt legit [s] S. August. *Absconderunt mihi laqueum corruptionis suæ*. Ideò iungit suum propheta votum, & quidē cum vaticiniū: [t] *Veniat illi laqueus quem ignorat, & in laqueum cadat in ipsum*, seu, vt multò clarius est in Hebræo: [u] *Veniat illi*, nimirum fraudulenter insidianti: *calamitas quam ignorat*, id est calamitas insperata & inopinata. At quæ sit illa calamitas sequentibus explicat: *Rete suum*, seu *laqueus suus quem abscondit mihi capiat ipsum*. Sicque in eam calamitatem, quam mihi parauerat cum opprobrio confusioneque perpetua prolabatur. Atque hanc improborum fictè nocentium ruinam confusionemque detectis eorum fraudibus, ac iustorum ex eorum insidiis liberationem, non iustitiæ modò, sed magnæ Dei miseC ricordiæ sapientiæque regius ipse vates imputat & attribuit, cum ait in alio Psalmo: [x] *Misit de cælo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me. Misit Deus misericordiam & veritatem suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus*. Inde laus & gloria summa à iustis diuinitus, à laqueo impiorū fraudulento liberatis, Deo cum summa exultatione gratias agentibus exhibita: [y] *Exaltare super cælos Deus, & in omnem terram gloria tua*.

Nec mirum si fraudes suas, ac dolos homines fallaces fictique Christiani, vt Christum Dominum à fidelium cordibus auferant, diu celare non possint. Cum ipsorum Magister paterque diabolus id in seipso præstare non possit? Quāuis enim se, Apostolo teste, [z] in Angelum lucis sæpissimè transfiguret, notam tamen semper in se habet, retinetque qua pater tenebrarum princepsque perditionis à viris iustis citò dignoscatur. piu D Dominum nostrū Iesum Christum tentare non potuit, quin statim qualis esset, propriis verbis appareret à Christo Domino supremam adorationem pullicitis impudentibus efflagitans. [a] *Hæc omnia*, scilicet regna mundi, *dabo tibi, si cadens adoraueris me*: [b] in formā Christi Domini S. Martino transfiguratus apparuit, vt eum facilius tantæ maiestatis sanctitatisque ostensione ludificaret, & eum à sua pristina vitæ religiosæ austeritate persuadendo fallaciter auerteret. Sed à S. viro per superbiæ maximæ notam agnitus statim euanuit, excedensqua locum tentationis atrocissimo fœtore conspersit. Assumptione falsci idem ipse fraudator hominum deceptor sibi vultum formosæ mulieris assumpsit, [c] qua S. Anthoniū, & Apellū S. Monachū dolosè circūuenit et.

m Psal. ibid v. 4. 5. 6. 7.
n Ibid. v. 7.
o Ibid. v. 9.
p Psal. 36. v. 15.
q Psal. 56. v. 7.
r Psal. 34. v. 7.
s S. August. in psalm. 34.
t Ibid. v. 8.
u Hebræa phrasis.
x psal. 56. v. 4. & 5.
y psal. 56. v. 6.
2. Pars. *Diabolus fraudes suas diu tegere non potest, quantò magis impij dolosi fictique Catholici.*
z 2. Corinth. c. 11.
a S. Math. c. 4.
b Seuerus Sulpit. in vita S. Martini.
c S. Athanas. in vita S. Anthonii. *Palladius in Lausiaca.*

Sed tentationis ipsius stimulo, quu lasciuia carnis hos effæminare, cæcisque corporeę vuluptatis ignibus incendere nitebatur, protiuus euolutus detectusq. qualis esset innotuit. Nunquã sic se in aliquã siue huminis, siue mulieris figurã transformauit, quin semper aliqua turpitudu atque defurmitas in assumptu corpore, vel vncatæ manus vel curnutum caput, vel quid simile hurrendum visu turpeq; relatu, technas ipsius, artes iniquas, impusturasque detexerit. Ita cum suo patre diabulu animarum seductore mille nocendi artium artifice, omnes suurum criminũ dissimulatores, Ecclesiæ regnique prodicures proterui, superbia tumidi, [a] *Speciem quidem pietatis* ad nocendum bonis verisque Catholicis, *habentes, virtutem autem ipsius abnegantes* in suis detecti fraudibus ignuminiosè confunduntor: atque in pruditionis execrandæ laqueos, quus interimendis bonis, vastandisque Ecclesiasticu politicoque Imperiis insidiusè tetenderant, cullapsi miseru infelicique fatu succumbũt. Pruditiunes eurum nefarias Deu iustissimè detectas in illis vlciscente, atque sic bonos ac pios spiritualis sæcularisq; Monarchiæ subditus ex isturum perditorũ proditorumq; laqueis misericorditer eruente, tanta cum prouidentia miseratioueque diuina: vt si in his proditiumbus fraudibusque crudelissimis deregendis humines tacuerint, ipsus lapides clamare compellat: resque inanimatas suu mudu loqui, vt tut tantaque latentia velu pietatis apparentis exitia referent atque detegant. Sic machinationes pruditiunesque funestissimum exitũ habituras iu caput Ecclesiæ Imperiiqs Rum. à Stilicune improbo prudituri oque pietatis Cathulicæ simulature, sub Honuriu Imp. Romani ductore exercitus excogitatas atque conceptas, hreui in crudelissimus atque nefandissimos fines ituras per res inanimstas misericurs & miseratut Duminus clementissimè detexit. [b] Testatur id Marcellinus Cumes in Chronico, de extremo funere miseriaque Ecclesiæ Rumanoque Imperio per hanc atrucissimam Stiliconis proditionem Guthis occulrè fœderati, aliisque infidelihus harharis, immineute, loquens his verhis: *Romæ in foro pacis per dies septem terra mugitum edidit*, quasi ipsa doleret, lugeretque futuram hreui hac proditione Rum. Imperij Ecclesiæque vastatiunem, lugendoque hoc hurribili mugitu, tauquam altissima voce clamaret, vt Rumani umnes exaudireut, attenderentque sibi & Imperio: ne rapido immanique tam exitialis nefandæque proditiunis turhine protinus obruerentur. Cuius proditiouis tanto prodigio denudatæ atque reseratæ, simul & funestæ iustæque Stilicunis Euchetiique eius filij cædis & interitus histuriam hac breui Orusius narratione recensuit sincereque perstrinxit. [c] *Interea Comes Stilico Vuandalorum imbellis, auaræ, perfidæ & dolosæ gentis genere editus, parumpendens quod sub Imperatore imperabat, Eucherium filium suum, sicut à plerisque traditur, iam inde Christianorum persecutionem à puero priuatoque meditantem in Imperio quoquomodo substituere nitebatur. Quamobrem Alaricum, cunctamque Gothorum gentem pro pace optima, & quibuscumque sedibus suppliciter ac simpliciter orantem occulto fœdere fouens: publicæ autem & belli & pacis copia negata ad terendam terrendamque Rempubl. reseruauit. Propterea gentes alias copiis viribusque intolerabiles, quibus nũc Galliarum,*

a Ad Timot. c. 3. v. 5.

2. Pars. *Diaboli & ministrorum eius dolu detectis miser eorum proditoribus illis accedit.*

Deus persæpe detegit proditiones improrum contra suam Ecclesiã & Catholica regna per res inanimatas, vt illas Stiliconis &c.

b Marcellin. Comes in Chronico an. 408.

c Orosius l. 7. c. 38.

A *Hispaniarumque Prouinciæ premuntur, hoc est, Alanorum, Sueuorum, Vuandalorum, ipsisque simul motu impulsorum Burgundionum vltrò in arma sollicitans, deterso semel Romani nominis metu suscitauit, eas interim ripas Rheni quatere & pulsare Gallias voluit, sperans miser sub hac necessitatis circunstantia, quo & extorquere Imperium à genero posset in filium, & gentes barbaræ tam facile comprimi, quam commoueri valerent.* Post hæc pergit Orosius, *itaque vbi Imperatori Honorio exercituique Rom. hæc tantorum scelerum scena patefacta est, commoto iustissimè exercitu occisus est Stilico, qui vt vnum puerum purpuram indueret, totius generis humani sanguinem dedit. Occisus est & Eucherius, qui ad conciliandum sibi fauorem paganorum, restitutione templorum, & euersione Ecclesiarum imbuturum se regni primordia minabatur: Paucique cum iisdem satellites tantarum molitionum puniti sunt. Ita minimo negotio paucorum pœna Ecclesiæ Christi cum Imperatore religioso &*
B *liberatæ sunt, & vindicatæ.* Huc vsque Orusius: egregiè declarans hoc funestissimo perfidissimi ducis, nefandissimique pruditoris exemplo, quàm spes sint inanes, quàm vanæ cugitatiunes, quàm fallaces perniciusæque aodentibus eas aggredi fictorum Catholicorum fraudulenturumque schismaticurum mulitiones, ad opprimendas Ecclesiastici principatus, spe regna sæcularia tutandi, & augeudi, sedes & arces: quæ in medio machinationum spatio sæpe franguutur & corruunt, & ante in ipsu conspiratiunum cursu obruuntur, quam purtum prauarum intentiunum cupiditatumque conspicere possint. At ruentibus malis Ecclesiç Dei regumq; Catholicorum principatus blanda fictæ virtutis specie prudirorihus, hisque insidiarum suarum laqueu, quem
C tetenderant, irretitis, lapsisque in foueam quam fecerant: honi Catholici fideles tam Ecclesiasticæ duminationis, quam sæcularis regni suhditi, amicam inter vtrumque principatum coniurationem, sanctamque pacem prucurantes, Christianis virtutibus, earomque uperationibus nun externa sulum professione, sed interna qouque rectitudine mãcipati, benedictionihus à Christo Dominu cumulabuntur. Eius iucundissima gratia præsentiaque læti fruentes ab omnihos iustis beatisque spiritibus laude, honore, prædicatione felices in æternum viui murtuique mactabuntur. Qui cursum suæ in hac vita peregrinatiunis traducentes [d], pruuidẽt cum Apostulu, *bona*, non tantùm curam Deo, sed etiam curã hominibus. Iusti curam Deo & coram huminibus instar parentum sancti Ioannis Baptistæ, qui (vt est in Euangelio) [e] *Iusti ambo incedebant in omnibus man-*
D *datis & iustificationibus Dei sine querela*, id est, sine vlla huminum reprehensione, seu, vt est in Græco, ἄμεμπτοι irreptehensibiles ante Deum & homines. Qui sic sont [f] Christi bonus odor vitç in vitam, vt erat Apostulus: odorem sanctarum virtutum salientem de corde suauissimum per opera huna exterius efflantes; in hoc similes magno illi Scipioni Africano virtutes pro salute Reip. patriæque suæ exterius & interius profitenti, testantibus illis, quæ de illo Liuius scriptor egregius effatos est. [g] *Non erat Scipio* inquit, *veris tantum virtutibus clarus, sed arte quadam in earum ostentationem cõpositus. A quo tempore togam virilem sumpsit, nullo die priuatã aut publicã causam egit quàm in Capitolium ascenderet, ibique consideret.* & paulò post: *Multa alia huiusmodi in eo iuuene ad-*

Molitiones & machinationes Stiliconis ad vastandũ Imperium & Ecclesiã, illius causa fuerunt necis & filij.

3. Pars. *Vere apertique Catholicæ Ecclesiæ ac Reip. seruitores à Deo benedicentur & ab omnibus iustis per beati laudabuntur.*

d Rom. 12.

e S. Cap. 1. v. 6.

f 2. Corint. 2.

Scipio Africanus exterius & interius virtutes profitebatur.

g Tit. Liuius.

Ibid. Liuius.

mirationis humana modum exceſſerant, quibus freta ciuitas ætatis haudquaquam maturæ tãtam rerum molem commiſit. Illi ſunt, qui viri probi, iuſtiqoe Eccleſiæ ac regno, Põtifici Rom. ac regi ſeruientes magis eſſe quàm videri ſtudent: Qui ſicut de Catone [a] Velleius Paterculus retulit, *Nũquã rectè faciunt vt facere videantur: famã ſimul & conſcientiã ſuam plurimi facientes, illã populo, hãc Deo reſeruãtes:* A

a Velleius Patercul.

A quibus propterea Reſpublicæ Chriſtianæ ipſumque regnum Chriſti, quod eſt Eccleſia, eiuſq; principatus, ſalutaria ſeruitia, multum iucunditatis & gloriæ, ſicut ab improbis fictiſque Catholicis mala plurima conſequuntur; iuxta quæ dixit ſapiens. *In bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio.* Et rurſus. *Benedictione iuſtorum exaltabitur ciuitas, & ore impiorum ſubuertetur.* Quæ facientes illi, *lætabuntur iuſti in Domino, & ſperabunt in eo, & laudabuntur omnes recti corde.* Quorum ſinguli præ inenarrabili lætitia & iobilatione geſtientes & exultantes ſincerè deuotèque cum Propheta regio cantabunt. [a] *Anima autem mea exultabit in Domino; & delectabitur ſuper ſalutari ſuo &c.* Scilicet, vt exponit ſanctus Auguſtinus, *ſuper Domino Deo ſuo, qui dixit,* [b] *ſalus tua ego ſum. Omnia oſſa mea dicent,* non ſolum anima mea pars mei nobilior; nec ſolùm corpus & caro mea, ſed omnes intimæ partes corporis, non ſolùm nobiles, vt cerebrum, cor, hepar: verùm etiam infimæ & abiectiſſimæ, ab omni ſenſo vacuæ, quales ſunt oſſa mea: & quidem omnia magna & parua cantabunt *& dicent, Domine quis ſimilis tibi?* Quis te fortior & potentior in cœlo & in terra? Quis te ſapientior, clementior honore ſupremo, amoreque maximo dignior? Qui eripuiſti iuſtos tuos fideles tuæ ſponſæ, rerumque publicarum tibi fidei profeſſione conſecratarum ſubditos de manibus impiorum deriſorum, hypocritarum cuniculis eos fraudibuſqoe per ſimulatas fictaſque virtutes magnis criminibus nequiores opprimere conantium. Qui fallentes ſimulationum nefandarum inſanias, omneſque laruatorum Catholicorum Eccleſiæ Chriſtianæq; reip. ruinam machinantium molitiones, dolos, conſpirationes euoluendo atque recludendo, artifices tantorum ſcelerum in foueam calamitatis & miſeriæ, quam tuæ defenſoribus Eccleſiæ foderant, tua poſtulante iuſtitia depreſſiſti. Tuis verò fidelibus ſponſæ tuæ filiis legitimis tua ſancta benedictione cumulatis ampliſſimam exultationis lætitiæque ſinceræ materiam in hac malorũ vindicta conceſſiſti. [c] *Benedic* igitur, *anima mea Dominum, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius.* [d] *Cor meum & caro mea exultent in Deum meũ: & concaleſcat intra me cor meum, & in meditatione mea,* deuotionis, zeli diuini, honoris atque charitatis *exardeſcat ignis.* Quibus è ſacra pagina deductis ſanctitate præſtantibus verbis, perfectæ iuſtorum lætitiæ gaudiaque declarantur, quæ ſentiunt in ſeipſis ab anima intimoque pectore in totum corpus exundantia. [e] *Sic replet Deus in bonis omne deſiderium iuſtorum,* dum eos pura & immaculata animi corporiſque caſti lætitia, pleno gaudio, diuinæque voluptatis torrente, in rectè factorum remunerationem cumulatè perfundit.

Honor pax & felicitas vtriuſque Monarchiæ à iuſtis interius & exterius virtutes operantibus comparatur, & contra ab iniuſtis.

Prouerb. 11. v. 10. 11.

Pſal 63.

Sancto plenoque gaudio exultant iuſti vtriuſque Catholici in Domino de proditorum ſchiſmaticorumque manibus & fraudibus erepti.

a Pſal 34. v. 10

S. Auguſt. in pſal 34

b Eſaiæ.

c Pſal. 102.

d Pſal. 83.

e Pſal. 102.

B

C

D

CAPVT IV.

A malitioſa fraudulentaque ſchiſmaticorum, ſimulatorumque Catholicorum rebellione funeſtiùs S. Eccleſia læditur, eiuſque filiorum ſalus pernicioſiùs periclitatur, quam ab aperta hæreticorum inſania infideliumque furore. Proinde his illi ſeueriùs puniendi, quia nocentiùs peccant.

1. *Schiſmatici grauiora Eccleſiæ damna pariunt, eius Monarchia ſacra inſidioſè reſiſtentes, quàm hoſtes hæretici & infideles aperti.*
2. *Propterea his peiores ſunt illi.*
3. *Grauiora adeò ſupplicia ſubituri in ſui vltionem ſceleris niſi verè pœnitentes ab hac inſidioſa peruerſitate reſipiſcant.*
4. *Votum atque deprecatio auctoris pro conuerſione omnium peccatorum duarum Chriſti Monarchiarum Eccleſiaſticæ & ſecularis hoſtium tam apertorum quàm occultorum.*

Ex his quæ in principio capitis ſecundi dicta ſunt, hoc caput emanat, vt quæ breuiter, tanquam vera in fronte capitis poſita ſunt copioſius firmiuſqoe corroborata comprobemus: nimirum ſchiſmaticos libertinoſqoe Catholicam pietatem ſimulantes, tunc Eccleſiæ Catholicæ, regniſqoe ſub illius fide crucisque ſanctæ vexillo militantibus maximè nocere, cum ſe illi velle prodeſſe fingunt, teque ipſa prodeſſe falsò iactitant. Ex quo fundamento principioque veritatis hìc amplius addimus: Grauius ſcilicet ſanctam Chriſti Domini Eccleſiam lædi, atque in capite viſibili membriſque (qui boni Catholici ſunt) ab iſtorum maleuolorum pietatis ſimolatæ larua tectorum, contumaci rebellique malitia, quam à manifeſtorum hoſtium tam hæreticorum, quam reliqoorum infidelium inſania furoreqoe vulnerari: Qooniam, (vt cum Tacito loquar.) [f] *Arma aperta palam vitari poſſunt: At fraus & dolus occulta, eoque ineuitabilia ſunt:* & vt alius inter Ethnicos non inſipiens ante dicebat. [g] *Hoſtem aduerſum homini ſtrenuo opprimere haud difficile eſt: occulta pericula neque fugere, neque vitare bonis in promptu eſt.* Non ſine caoſa magnus ille Conſtantinus in ea pia ac pereleganti, quam habuit in introitu Concilii Nicæni coram Epiſcopis ſanctiſque patribus oratione, inteſtinam ſeditionem in Eccleſia longè eſſe aperto bello nocentiorem his inter alia verbis illos exhortando comprobaoit. [h] *Nolite ergo pati vt vlla inuidiæ tempeſtas noſtris rebus proſperis inimica, illud bonum,* ſcilicet conſenſum bonæ voluntatis, *labefactet. Neque cum tyrannorum contra Deum ſuſcepta dimicatio, iam Dei ſaluatoris virtu-*

f Tacit. l. 1. hiſtor.

g Salluſt. ad Cæſar.

h Euſeb. l. 3. cap. 10. Socrat l 1. c. 5 Theodoret. l 1. c. 7. Sozomen. l. 1. 17. & alii.

Intestina & occulta seditio aperto bello nocentior in Ecclesia & regno.

te profligata sit, vt denuò perditus dæmon diuinam Christi disciplinam & religionem maleuolorum obtrectationibus lacerando obyciat: quandoquidem intestina seditio in Ecclesia Dei conflata, multò plus molestiarum & acerbitatis, quàm quoduis bellum pugnans videtur mihi in se complecti: atque ista res ad animam spectantes longè plus quam quæ ad corpus pertinent, doloris afferre videntur &c. Atque illi durius anxiè que magis iusti premuntur, Ecclesiam eiusque principatum à Christo Domino constitutum fideli constantia defendentes, & in eis generosa patiendi, sudandi, dimicandi meritoriè cupiditas pro fide causaque Christi Domini eò difficilior est, quò magis qui eam cuniculis oppugnant, buccis inania falsaque verba trutinantes inflatis, Catholicos se esse profitentur. Querela hæc erat S. Basilii ad Episcopos Galliæ & Italiæ scribentis sub grauissima Valentis Imp. Ariani persecutione gementis, cum inter expostulationis, lamentationisque suæ causas hæc diceret. *Abiguntur enim pastores, vt greges dispergantur: & quod omnium est durissimum, neque qui affliguntur per martyrij certitudinem illatas passiones tolerant: neque plebs martyrum loco athletas habet ac veneratur.* Quare hoc? Præclaram tanti Patris rationem audiamus. [a] *Διὰ τὸ Χριστιανῶν ὄνομα τοὺς διώκοντας περικεῖσθαι*, propterea quod Christianorum nomine recti sunt persecutores. Quis enim ex his aliisque similibus non intelligit occultum hostem, quam manifestum; simulatum Catholicum, quam apertum hæreticum Ecclesiæ reique publicæ Christianæ perniciosius obesse? Hoc docuit pius religiosusque concionator in sermone illo, quem ad Clerum in Concilio Rhemensi congregatum habuit, in quo hæc inter alia. [b] *Serpit hodie putrida tabes per omne corpus Ecclesiæ, quò latius, eò desperatius; eoque periculosius, quò intestinius. Nam si insurgeret apertus hæreticus, mitteretur foras & aresceret: si violentus inimicus, absconderet se quisquis forsitan ab eo: Nunc quomodo eyciet, aut quomodo abscondet se? Omnes amici & inimici, omnes necessarij, omnes domestici, & nulli pacifici: & quæ sua sunt quærunt omnes: ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo: honorati incedunt de bonis Domini, cui honorem non deferunt. Vnde hinc est ei, quem quotidie videmus, meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus &c.* Audies quamplurimos dicentes & gloriantes se esse veros Christianos, sed factis iactata mendacio verba destruuntur: se detestari paganos, hæreticos execrari, cum tamen horum impiæ fauentes doctrinæ, illorum operibus impuriora committant: se in sinceritate fidei Christianorum cedere nemini; sanctissimumque fidelium omnium parentem Rom. Pontificem meliorem seipsis non esse Catholicum, ipsumque sibi puritate doctrinæ religionisque Catholicæ minimè præire: cum tamen hanc fidei Catholicæ sinceritatem in multis nefario schismate polluant, ipsiusque sanctissimi Patris Maiestatem auctoritatemque in Ecclesia supremam, sicut omnes verè Catholicos decet suspicere, cognoscere atque intueri dedignentur. Imò illam, quantum in ipsis est, occulta prauaque coniuratione, scriptis iniquis, falsis sermonibus, imposturis calumniisque de sanctissima Maiestate Pontificia confictis & ementitis, quibus quotidie sæcularium principum animos inficere tentant, eneruare, opprimere atque labefactare moliantur. Et isti sunt mali Catholici, qui

a S. Basil. ep. 70.

b Apud S. Bernard. serm. ad Clerum in Concilio Rhemensi habitum.

Contra eos schismaticos apertè se Catholicos verbis esse profitentes: factis verò sanctum Pontificem Rom. detrahentes auctoritati, & Ecclesiæ iurisdictioni voluntantes.

A [c] *linguis suis dolosè agentes, & venenum aspidum sub labijs habentes*, Ecclesiæ, Christianisque in ea à Christo Domino fundatis principatibus spirituali & sæculari grauiora acerbioraque, quam ipsi pagani & hæretici detrimenta fabricantur; vt iustissima lamentatio querelaque D. Bernardi de huiusmodi pietatis Catholicæ simulatoribus expostulantis abundè significat. [d] *Meritò clamat Ecclesia sancta hodie:* [e] *Ecce in pace amaritudo mea amarissima: multa est hodie, & longè grauior, quam credi possit, persecutio S. Ecclesiæ, & talis incumbit, qualis à principio non fuit, multis modis persecutus est eam diabolus, sed nunquam grauius quam hodie, quia nunquam fuit maior perditio Christianorum. Ecclesiam incipientem persecutus est per tyrannos: proficientem persecutus est per hæreticos; iam lætam & florentem persequitur per motus illicitos. Carnem cruciauit in martyribus, rationem perturbauit in simplicibus; sed voluntatem hodie deprauat generaliter in omnibus. Fuit ergo amaritudo Ecclesiæ amara quidem in persecutione tyrannorum: amarior in versutia hæreticorum, sed amarissima hodie per prauitatem desideriorum:* Quæ in falsis fratribus contra sanctissimæ viscera Matris in scelera multa commutatione pestifera propagantur. Inde postea per imprecationem lugendo S. Pater exclamat. [f] *Væ qui dicunt Pax & non est pax: Pacem habet Ecclesia apud extraneos, sed filij nequam, filij scelerati sæuiunt in ea.* [g] Scilicet rebellionibus occultisque insidiis à vitæ dissolutione manantibus dissidia diuisionesque in eius visceribus excitando. *Qui propriam matrē euiscerant, vt se pariant in honorem &c.* Et alibi simili tactus dolore intrinsecus in has lamentabili gemitu voces erumpit. [h] *Illi nunc persequuntur Christum, qui ab eo vtique Christiani dicuntur. Amici tui Deus & proximi tui aduersum te appropinquauerunt & steterunt.* O deuotissime doctor tot spiritualium filiorum pater, si te ad hæc miserrima quibus viuimus, Deus tempora reseruasset, videns ea, quæ nos flentes lugentesque videmus, quid diceres? In quos gemitus te totum lachrymasque conuerteres? In quæ tristissimi doloris, expostulationisque iustissimæ lamenta flecteres?

Ex quibus aliisque supra dictis cum Ecclesiam Dei grauius vulnerari, salutemque Christianorum populorum periclitari perniciosiùs à malitiosa fraudulentaque fictorum Catholicorum aduersus spiritualem sæcularemque ex consequenti principatum dolosè callidéque rebellantium peruersitate, quam ex apertis hæreticorum insaniis, Ethnicorumque furoribus appareat, quis est qui in dubium reuocare possit illos his nequiores, & perniciosiùs Ecclesiæ regnisque Christianis obesse? Appositè profectò & egregiè Petrus Damianus hos falsò Catholici appellatione nuncupatos schismaticos in Maiestatem sedis Apostolicæ Romanique Pontificis immaniter atque fraudulenter assurgentes, vt diuidendo illam minuant, & minuendo tandem funditus euertant; ac contra ipsum Christum Dominum ipsius signa portantes, militibus Pilati, qui Christum Dominum crucifixerunt, execrabiliores, sceleratioresque esse iudicauit, cum sic exclamauit. *O scelus inauditum!* [i] *Pilati milites inconsutilem Domini non præsumunt scindere tunicam: Et tu* (Cadaloum pseudo Papam alloquens) *in duos Papas Catholicam partiris Ecclesiam: illi pendentis in cruce saluatoris ossa non frangunt; & infectis Ecclesiæ*

c Psal. 13. v. 3.

Mali Catholici grauius vexant Ecclesiā quam hæretici ac infideles.

d S. Bernard. serm. ad pastores in Synodo.

e Esaiæ 38.

f Ibid.

g Hiere. c. 6.

h S. Bernard. serm. de conuersione S. Pauli.

a. Part.

Mali Catholici peiores quia nocentiores hæreticis & infidelibus.

Petrus Damianus epist. aduersus Cadaloum pseudopapam.

i S. Ioan. c. 19.

membris, quæ procul dubio corpus eius eſt, ſacramentum violas vnitatis. At ſchiſmaticorum impiæ hæreticorum doctrinæ ſuffragantium, vt in viſibile Eccleſiæ ſanctæ caput, rebellione, contumacia, odio, calumnijs vehementius, ac effrænatius aduolent, culpas ſcelusque hæreticorum dementia tetrios eſſe atque grauius nemo negat qui tantillum ſacrorum Canonum lectionem extremis digitis euoluerit. Notus enim ſatis ille eſt inter alios ſacer canon his conceptus ſermonibus.[a] *Qui aliorum defendit errorem, multò damnabilior eſt, quam is qui errat, quia non ſolùm errat, ſed & errorem confirmat, & erroris offendiculas alijs præparat: vnde quia magiſter erroris non tantum hæreticus, ſed etiam hæreſiarcha dicendus eſt.* Contra qoos Dei per os Apoſtoli mortis pœnam, oraculom ſeuerè fulminat.[b] *Digni ſunt morte non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui facientibus conſentiunt.* Et ipſe Deus faotorum huiuſmodi hæreticæ prauitatis, alteriuſque criminis impietatem condẽnans ſic vnomquemque eorum per prophetam Regium obiurgabat.[c] *Si videbas furem currebas cum eo, & cum adulteris* (fidei nempe, vt hæreticis) *portionem tuam ponebas &c.* Et poſt comminationes adiunxit. *Intelligite qui obliuiſcimini Deũ, ne quando vos rapiat, & non ſit qui eripiat.* Atque hæc quidem aduerſus malos Catholicos ſchiſmaticoſque, quos hæreticorum erroribus, impijſque contra ſanctitatem Eccleſiæ Catholicæ, eiuſque ſpiritualem principatum dogmatibus annuentes ſuffragantesque par ſcelus cum illis hæreticis pœnaque conſtringit. Sed cum iſti fraudulenter & occultè, qood hæretici facere non poſſont, Eccleſiam matrem non modò deſerunt, quam in dubijs ſalutis ſuæ periculis omnia ſua pro illa profundentes defendere deberent, ſed etiam com capite ſuo Rom. Pontifice exitialiter opprimere moliantur: certè quoniam nocentiores in hoc ſunt hæreticis, ſic quoque nequiores inmanioreſque reputantur. Quo pertinet illa prophetæ lamentatio.[d] *Maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum.* Cui reſpondet illud Ezechielis corruptam in ciuibus ſuis Eccleſiam Dei per ſcelera multa vexantibus Hieruſalem alloquentis:[e] *Iuſtificata eſt Sodoma ſoror tua,* id eſt, (vt patres exponunt) comparatione ſcelerum tuorum, O Hieruſalem, Sodomorum peccata nulla vel exigua certè videbontur. D. Auguſtinus malos Chriſtianos pietatis fictæ falſæque exterioti vultu profeſſores longè infidelibus omnibus nequiores eſſe conteſtatur multis in locis, vt cum ad Sixtum presbyterum ſcribens hæc, ait.[f] *Infideles noluerunt intelligere vt bene agerent: Chriſtiani,* ſcilicet mali, *quod grauius eſt intellexerunt & non obedierunt: quia ſicut ſcriptum eſt:*[g] *verbis non emendabitur ſeruus doloſus. Si enim & intellexerit, & non obedierit, cui grauior damnatio diuina æquitate debetur?*[h] *Cui enim plus datur, plus exigetur ab eo: iſtos quippe ſcriptura dicit inexcuſabiles, quos non latet veritas, & in ijs perſeuerat iniquitas. Reuelatur enim ira Dñi de cælo,* ait Apoſtolus, *ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum illorum, qui veritatem in iniuſtitia detinent.* Et alio in loco S. Pater hæc Dauidica exponens,[i] *Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium vicinis meis, & timor notis meis,* hæc ait. *Qui ſunt inimici Eccleſiæ? Pagani, Iudæi: omnibus peius viuunt mali Chriſtiani,* de quibus dicit Propheta Ezechiel.[k] *Quia comparantur ſarmentis inutilibus:*

a Can. qui aliorum 24 q. 3.

b Roman. 1.

c Pſal. 49.

d Thren. c. 4

e Ezechiel. c. 16. v. 56.

Malus ſictuſque Chriſtianus infideli deterior.

f D. Aug. epi. 105 ad Sixtũ presbyterũ.

g Prouerb c. 29

h Rom. 2.

i S. Aug. in pſal. 30.

k Ezech c 15.

A *pone paganos ligna eſſe, ſyluatica extra Eccleſiam, adhuc poteſt inde fieri aliquid, quomodo de lignis fabrilibus eſt lignum fabro aptum, & ſi adhuc nodoſum & curuum & corticoſum, tamen quod doletur, aſcietur, deplanetur, & poſſit venire ad aliquam fabricam vſus humani. De ſarmentis autem præciſis fabri nihil facere poſſunt: ignis ea ſolus expectat.* Poſt hæc ſarmenta in vite manentia fructum ferentia quibos boni Catholici ſimiles ſunt, & eadem à vite præciſa, quibus aſſimilantur Catholici mali, laruatæque pietatis oſtentatores, com ſyluaticis lignis infideles, paganoſqoe repræſentantibos compa- rando ſobiunxit.[l] *Attendite fratres, cum ſyluatico ligno vbique præponatur ſarmentum in vite manens, quia ſarmentum dat fructum, illud lignum non dat fructum, præciſo tamen ſarmento de vite ſi comparetur lignum ſyluaticum intelligitur eſſe melius: quia de illo faber aliquid facere poteſt. Hoc autem non quæ-* B *rit niſi vt foco miniſtret.* Qoamobrem propheta Regius attendens multitudini malè viuentium in Eccleſia proditorijs inſidijs ſuas diſſimolantium iniquitates, vt illã peius offẽdãt, in perſona Chriſti Domini dixit.[m] *Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium vicinis meis, & timor notis meis, quia peius viuunt mali,*[n] *in ſarmentis meis, quam qui ad illa nunquam acceſſerunt,* vt exponit ſanctus Auguſtinus. De quibus princeps Apoſtolorum loquens.[o] *Facta ſunt,* inquit, *illis poſteriora priora prioribus, melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam cognoſcentibus retrorſum reflecti à tradito ſibi ſancto mandato.* Cum ergo dixit ſanctus Apoſtolus. *Melius illis fuiſſe non cognoſcere viam iuſtitiæ,* nonne indicauit meliores eſſe inimicos foris poſitos, quam intus malè viuentes, quibus premitur & grauatur Eccleſia? Quàm indigni ſunt iſti deſertores Eccleſiæ, & illius Monarchi- C cæ maieſtatis occoltis inſidijs oppreſſores ſanctiſſimo aoguſtiſſimoque Chriſtiani Catholicique nomine, in ſuis laſciuientes criminibus, & in rebus peſſimis exultantes? Quam indignum & nulla ratione ferendum illos tot malorum artifices in euiſceranda Matre ſancta, vnde exhalet animam tam pretioſo ſanctiſſimi numinis titulo ſuperbire? Non conſiderantes, nec infigentes animis præclarum illud S.[p] Cypriani dictum. *Chriſti nomen aſſumere, & cum Chriſto per eandem viam non pergere, quid aliud eſt, quam præuaricatio diuini numinis, & deſertio itineris ſalutaris?* Nec diſcere volentes à Fulberto Carnotenſi. Quid ſit, *nomen Chriſti damnabiliter portare?* Et ad illud S. Auguſtini ſuas aores obſtruentes.[r] *Chriſtiani* inquit, *dicimur, hoc eſt, vncti: vnctos verò non niſi ſanctos, & ſatis Deo dignos ſemper fuiſſe manifeſtum eſt: nec alios quam prophetas aut ſacerdotes, aut reges:* D *credentes & baptiſmatis ſanctificatione purgati in prophetas vngimur & reges: cuius vnctionis quales eſſe debeamus admonemur exemplo, vt in quibus tam ſancta eſt vnctio, ſit non minus ſancta conuerſatio. Ex ſacramento enim vnctionis huius & Chriſti & Chriſtianorum omnium nomen deſcendit. Quod nomen ille fruſtra ſortitur, qui Chriſtum minimè imitatur. Quid enim tibi prodeſt vocari quod non es? Et nomen tibi vſurpare alienum? Sed ſi Chriſtianum te eſſe delectat, quæ Chriſti ſunt gere, & meritò tibi Chriſtiani nomen aſſume. Qui Chriſtianus dicitur Chriſtũ ſe habere Dominum profitetur, & verè habet, ſi ei in omnibus obſequatur & ſeruiat. Si quo minus Chriſti ille non famulus, ſed ſubſannator eſt & deriſor, qui eius ſeruum ſe dicit, cui ſeruire diſſimulat.*

Mali Catholici ſarmentis à vite præciſis, boni ſarmentis manentibus in vite ferentibus fructum: infideles verò lignis ſyluarum comparantur.

l S. Auguſt. ibid.

m Pſal. 30.

n S. Auguſt. ibi ſupra.

o 2. Petri 2.

S. Auguſt. ibid.

Schiſmatici malique Catholici occultè Eccleſiam ſanctam perſequentes nomine Chriſtiani ſeu Catholici indigni.

p S. Cyprian. l. de zelo.

Fulbert. Carnotenſ. l. de tribus fidei capitibus ad Adeodatũ.

Chriſtiani nominis notatio.

r S. Auguſt. l. de vita Chriſtiana cã. 9.

Nomen Chriſtiani à ficto Catholico & ſchiſmatico alienum eſt.

9. Pars. *Grauius schismatici mali que Catholici quam haretici infideles que puniri debent, quia peiores & Ecclesia nocentiores.*

Propter tot tantaque mala, quæ schismatici fictique Catholici, Dei causæ proditores aduersus Ecclesiam eiusque principatum causantur, atque scelera, quæ isti simulata pietate patrant atque committunt, grauiora etiam supplicia, pœnæque à Deo & principibus bonis illius iustitiæ ministris exiguntur. Vnde ad pœnam suppliciumque huiusmodi perfidorum [a] Petrus Cluniacensis Eberardum Magistrum templariorum exhortando prouocans, hæc ad persuadendum inter alia suggerebat. *Sed quis magis à vobis, aut à vestris impugnandus est Deum nesciens paganus, an ipsum verbis confitens, & factis contra eum dimicans Christianus? Quis magis prosequendus est ignorans & blasphemans, an agnoscens & impugnans?* Et paulò post. [b] *Non est minus verè defendendus consiliis, imò gladiis vestris Christianus vim iniustè patiens à Christiano* (scilicet prauo & ficto Catholicu schismatico Christianũ se mentiente) *quam esset defendendus iisdem à pagano.* Si priuatorum Christianorum oppressores mali fictique Catholici & schismatici ferendi non sunt, quin statim iustitiæ gladiis subiugati suæ improbitatis fæcem bibant: quantò iustiùs proditoriè insidioséque pietatem Catholicam exterius simulando, non priuatorũ Christianorum modò quietem turbantes, bona prædantes, salutem fraudantes, sed etiam ipsorum omnium pastorem œcumenicum, principem Monarchicum, patremque sanctissimum fama, honore, dignitate, principatuque spoliantes, quantum in eorum praua voluntate situm est, ipsamque sacratissimam omnium fidelium Matrem Christi Domini sponsam castissimam contumeliis, rebellionibus, persecutionibus occultis per turmas scelerum prauitatumque diuexantes, grauissimis pœnis, iisque iustissimis virga diuinæ iustitiæ super eos vigilante subiugabũtur? [c] Origenes in expositione horum verborum Hieremiæ. *Et reddam primum duplices iniquitates & peccata eorum, quia contaminauerunt terram meã in morticiniis idolorum suorũ.* Dicit, peccata Christianorum malorum enormitate deformitatis & obliquitatis contra Deum, paganorum infideliũque peccatis esse grauiora: deinde grauioribus illa malorum Christianorum, quam paganorum pœnis suppliciisque vindicari: Dicit enim: *Gentiliũ peccata qui voluntatem Domini nesciunt, dicuntur simplices iniquitates; duplices autem ipsorum peccata qui scientes eam, executioni non mandant: de quibus ait Paulus, voluntariè peccantibus iam non relinquetur hostia pro peccato, sed terribilis quædam expectatio iudicii, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios.* Et alibi hæc [d] Ezechielis verba examinans: *fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis, quæ sunt inter ligna syluarum*, post multa cumparans Christianos vitium lignis, & infideles aliis syluarum lignis, addidit ista: *Christus Dominus ait in Euangelio omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: & si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet & colligent eum, & in ignem mittent & ardet: si talis fit palmes & frustra fit in vite, nunquid poterit relinqui? Nonne si dimittatur impedit vitem, ne pro sicco palmite virides & fructuum feraces afferat palmites? Quomodo enim boni agricolæ est excidere & putare quæ sicca sunt; & tradere in escam igni infructuosos ramos, sic boni Dei est de omnibus vitibus infructuosos palmites*, scilicet malos Christianos, non modo Ecclesiæ Dei & populo fideli inutiles, sed etiam valde perniciosos, *amputare, & igni tradere in perditionem.* D. Augustinus comparans malorum Catholicorum Ecclesiam Dei dolosis machinis opprimentium, eiusque cum pacis alteratione dignitatem superba præsumptione despicientium scelera cum Iudæorum sceleribus: & postea supplicia illorum in grauiorum vltionem scelerum cum illis, quibus à Deo Iudæi torquebuntur, Iudæorum culpas & pœnas præ criminibus, quibus mali fictique Christiani sordescunt, & tormentis illorum vltricibus criminum quibus iustitiæ diuinæ decreto mulctabuntur, vmbras tantùm, picturas atque figuras esse dicit his verbis, ista regii vatis exponens. [e] *Aperiam in parabolis os meum.* [f] *Postquam narrauit Paulus quæ Deus inflixit flagella, Iudæis inquit:* [g] *omnia autẽ hæc in figura contingebant illis, scripta sunt autẽ ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum deuenerunt. Nobis ergo potius ista cantata sunt: vnde in hoc psalmo inter cætera dictum est: vt cognoscat generatio altera, filii qui nascentur & exurgent. Porro si ille interitus à serpentibus & ab exterminatore illa perditio & gladiis trucidatio figura fuerunt, sicut euidenter dicit Apostolus, quantò maiore diligentia cauenda sunt pœnæ quarum figuræ illæ fuerunt? Procul dubio quippe sicut in bonis rebus multò amplius bonum est in eo quod per figuram significatur, quam in ipsa figura: sic & in malis longè vtique peiora sunt quæ significantur figuris, cum tanta mala sunt etiam significantes figuræ. Nam sicut terra illa promissionis, quò populus ille ducebatur in comparatione regni cælorum quò populus Christianus ducitur, nihil est: ita & pœnæ illæ quæ figuræ fuerunt, cum tam sint atroces in comparatione pœnarum quas significant, nihil sunt &c.* Schismaticorum perfidorumque Catholicorum in Ecclesiam Dei eiusque pastorem Monarcham pœnæ suppliciaque in vindictam scelerum temporalia & æterna satis clarè veteris testamenti exemplis, vt Chore, Dathan, Abiron similiumque, Deo volente, designata sunt, vt omnes Christiani à tabernaculis schismaticorum aliorumque prauorum Apostolicæ sedis hostium recedendo fugere à ventura Dei ira monerentur. At in nouo testamento, gratiæque lege, quoties Deus exemplis horribilium exitiorum pœnarũque, quibus nefarii schismatici maiestatem Pontificiam conuitiando, blasphemando deturpantes, eiusque imperiis illudentes diuinitus exterminati sunt, omnes Catholicos salutari metu perterrere misericorditer dignatus est, ne istorũ schismaticorum facta imitarentur, quorum exitus perhorrescerent. Vnum pro multis commemoremus satis vbique horrore suo diffamatum huius miseri nefandique Episcopi Mastriconensis in Germania Guillelmi nomine, qui tot annos schismaticus proditorque dignitatis Ecclesiasticæ sacrilegus pro Henrico tertio imperatore imperii Rom. Ecclesiæque vniuersalis scelerum multitudine perturbatore & oppressore aduersus Apostolicam sedem Romanumque Pontificem, sancta omnia illius iura iussaque rebellione fœdandu militauerat. Qui grauissimo lethalique diuinitus morbo correptus dolores immensos toto corpore persentiens, morti proximus horrendis clamoribus eiulatibusq; vociferabatur, *Se* (quod est horrẽdũ) *iã incidisse in manus Dei viuentis, seque quod in fauorem imperatoris vita moribusque perditi Ecclesiæ S. Catholicæ, Apostolicæ & Rom. iniuriosissime restitisset, & contra illius*

Margin notes (left):
a Pet. Cluniacensis l. ep. 28
b Ibid.
c Origen. homil. 11 in c. 16 Hieremiæ.
Malorum Christianorum scelera quia paganorum vitiis grauiora ideo maioribus subdita pœnis.
d Origen. homil. 5. in cap. 15 Ezechiel.
ε. Ioan. 15.

Margin notes (right):
Peccata & tormenta in eorum vltionem Iudæorum respectu malorum Christianorũ vitiorum & pœnarum tantum figura esse dicuntur.
e Psal. 77.
f S. August. in psal 77.
g 1. Corinth. 10.
Numer. c. 16
Horribilis exitus vita Guilelmi Episcopi schismatici contra Rom. Pontificem audacissimè rebellantis.
Albert. Pighius l. 5. hierarchiæ Ecclesiast. c. 2.

ſanctiſsimum paſtorem furtalibus rebellionis armis aſſurrexiſſet, vitam temporalem æternamque perdere & ad ſempiterna tormenta ſuppliciaque relegari. Et in his ſimilibuſque clamoribus ſine pœnitentia non per ianuam reconciliationis, ſed maledictionis miſerrimam exhalauit animam, & ad æternarum pœnarum abyſſum deſperando properauit. Huic miſerando ſceleratæ vitæ exitio non diſſimilis fuit duorum impiorum ſchiſmaticorum, laruatorumque ſimulata pietate Catholicorum Cardinalis Iorci & Cranmeri recenter pro ſchiſmatico, hæreticoque principe Henrico VIII. contra ſacras Pontificis Rom. ſanctiones militantium funeſtiſſimus exitus. Quorum ille lapſus fauore regis Domini ſui, necnon eius gratia beneuolentiaque deſtitutus, in remunerationem impiorum ſeruitiorum, quæ contra Deum, contra eius in terris vicarium, ſponſamque Christi Domini ſanctiſſimam, hęretico principi ſchiſmaticoque præſtiterat: regis mandato, vt tetro carceri manciparetur, tanquam reus læſæ maieſtatis à comite Northumberlando captus eſt. Cumq; Londinum captiuus ligatuſque duceretur, in itinere in vrbe Leceſtrenſi miſerè mortuus eſt, poſt quam publicè ſui infortunij, funeſtique caſus cauſam conteſtatus profeſſuſque luctuoſa gementique voce pronuntiauiſſet, dicens, *Se non tam humanæ quam diuinæ maieſtatis eſſe reum, quod grauiſsimè in Deum ipſum reſiſtendo eius vicario Rom. Pontifici, eiuſque leges Eccleſię funeſtiſsimè violando peccauiſſet, vt Domino ſuo nefariè ſacris Eccleſiæ ſanctæ canonibus immeanti gratificaretur: atque ita ſe vtriuſque gratiam Dei & principis ſui miſerrimè perdidiſſe.* Crammerus vero alter ſchiſmaticus, & qui ex ſchiſmatico Lutheranus, tum de Lutherano Caluiniſta, atque ſacramentarius, deinde ex his abominationis impietatiſque variæ ſectis ſactionibuſque contra Deum & ſponſam eius, ad priores dolos rediens laruatus Catholicus, reuera Catholicæ ſanctitatis oppugnator, eò nocentior, quo callidior euaſit. Tandem ab Epiſcopis exauctoratus, ſacerdotalibus exutus ornamentis & degradatus, brachio ſæculari traditus animam miſeram viuus ardentibus expoſitus ignibus exhalauit. En qualiter exitiales regnis Chriſtianis ſchiſmatici, dum opprimentes Eccleſiam, occultè etiam in eandem ruinæ foueam ſæcularia regna cogere & compellere nituntur, ipſi præcogitata, & vitæ ſceleratæ machinis apparata ruinæ, extremique interitus abyſſo deuorantur. Qui miſerè & ignominioſè huic ſæculo defuncti miſerius funeſtiuſque poſtea quam infideles omnes ſanctæ aperto furore perſecutores Eccleſiæ æternis inferorum tormentis cruciatibuſque ſubiugātur. Vt cognouit S. [a] Auguſtinus, didicitque à viro quodam, quem Deus ſuſcitauerat ex mortuis, quærens ab eo vtrum poſt hanc vitam omnium hominum æquales eſſent pœnæ in purgatorio aut inferno exiſtentium. A quo tandem hoc reſponſum accepit: *Cum omnes animæ damnatorum in vno conſiſtant pœnarum loco, tamen diuerſis cruciantur pœnis, iuxta vitiorum qualitates. Tantùm ſiquidem differt inter Chriſtianorum, qui ibi torquentur, pœnas, & paganorum, vt paganorum cruciamenta reſpectu eorum, quæ falſi Chriſtiani & peccatores ſuſtinent, ſint quaſi nulla, quanquam ineffabilia ſunt, nec à viuentibus cogitabilia, vt dignum eſt. Nam illi gratiam Dei in vacuum receperunt, nec voluerunt à peccatis corrigi, dum vixerunt ſacris con-*

Miſerabilis funeſtuſque exitus Cardinalis Iorci & Cranmeri Anglorū ſchiſmaticorum.

Sanderus in ſchiſmate Anglicano.

Sanderus de ſchiſmate Anglicano. Crammerus Epiſcopus ſchiſmaticus in Anglia ſimulata pietatis velo tectus religionis Catholicæ proditor viuus combuſtus vrbe in Anglia Oxonia.

[a] Apud S. Auguſt. ep. 19. in appendice tom. 2.

A *tinuè vociferantibus ſcripturis, quas pro nihilo putauere.* Qui in domo Domini, id eſt Eccleſia, aliqua præfulgentes dignitate, ſe veros Eccleſiæ protectores, eiuſque gloriæ zelatores ſimulant in veſtimentis ouium, cum intrinſecus ſint lupi rapaces, vt facilius proditione vulpina ipſius Eccleſiæ interitum, & maieſtatis Pontificiæ deiectionem alterationemque moliantur, grauioribus à Deo, quā hoſtes apertè contra hanc ſanctam Eccleſiæ dignitatem, paſtoriſque œcumenici principatum prælìantes maledictionum fulminibus, extremæque calamitatis turbine conterentur. Similes in proditione, ſuperbia, & exitio illi miſerabili templi, tabernaculique præfecto, theſauri illius templi cuſtodi, nomine Sobnæ, qui gloriam Dei Iſ- B rael vitæ ſceleratæ turpitudine fœdabat: & Eccleſiæ illius, cum populi exterminio vaſtationem, cum Sennacherib Aſſyriorum rege occulta perfidaque fœderatus, (vt quidam Hebræorum aſſerunt) coniuratione machinabatur. De cuius ineuitabili funeſtiſſimoque exitio iſta Dominus Eſaiæ prophetæ dixit. *Vade, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpoſitum templi, & dices ad eum. Quid tu hic, aut quaſi hic?* Scilicet, quid hîc otioſè ſedes? Quis te ſpiritus, & quæ dementia cœpit? *Quia excidiſti tibi hic ſepulchrum, excidiſti in excelſo memoriale diligenter in petra tabernaculum tibi*, ſcilicet ad ſempiternam nominis tui memoriam, ſummumque principem te ipſum facis, æternitatem manſionis glorioſæ hac ſuperbiſſimi erectione monumenti tibi promittens. Sed infelix officii tui præuaricator, eiuſque cauſæ traditor, erras, ſi id credis; Quare hoc? *Ecce Dominus aſportari te faciet, ſicut aſportatur gallus* C *gallinaceus, & quaſi amictū ſic ſubleuabit te.* Scilicet ſicut ligatis alis vinctiſq; pedibus aſportari, vænūque proponi ſolet Gallus gallinaceus: & ſicut adduci ſolent illi, qui capitali tradendi ſupplicio facie velantur: *Coronans coronabit te tribulatione*, nēpe loco coronæ, quam tibi gloria & honore refulgentem ad iucunditatem delitiaſque conſtruxeras. *Quaſi pilam mittet te in terram latam & ſpatioſam*, ne poſſis aliquo loco quietè, pacificè ac tutò ſiſtere, ab omnibus per ſummam ignominiam ludibriumque huc & illuc, inſtar pilæ palmariæ ab otioſis ludibundiſque hominibus proiectæ atque rotatæ iactatus torquebere: *Ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus Domini tui.* Te miſera & ignominioſa morte ſine honore ſepulturæ turpiter extincto, extinguetur quoque gloria & proſperitas tua, & cū illa deficiet dedecus domus Dei, quā tu proditoriè frau- D dulenterque polluiſti; teque infeliciter cū gloria tua vana, inani, & ſceleribus ſordidata moriēte, refloreſcet gloria domus Dei, quæ eſt Eccleſia, & te miſerabili morti ſubiugato alium mihi in Eccleſia mea ſeruum fidelē ſcilicet Eliacim, Helciæ filiū, meæ præfectum domui temploque ſubſtituam. Hic finis proditorum Eccleſiæ Dei! hic fictorum fraudulentorumque Catholicorū ſpōſæ Chriſti Domini eiuſque vicarii ſpirituale per inſidias & dolos imperium perdere molientium miſerabilis exitus! Qui quoniam ſuis clandeſtinis molitionibus tacitiſque machinationibus velo pietatis apparentis obumbratus Eccleſiæ paci, fidelium ſaluti, iuſtiſque Catholicorum principū dominationibus ſceleratiùs atque pernicioſiùs, quam aperti illius hoſtes inimicantur: ita grauioribus, quam hi pœnis ſuppliciiſque viui, mortui-

Eſaiæ c. 22. v. 15. & ſeqq.

Verſ. 16.

Verſ. 17.

Verſ. 18.

Ibid.

Ibid.

Votum auctoris pro conuersione omnium peccatorum.

que macteri mirentur. Quibus ne isti durios in A æternum conterantur & opprimantur, Deū Opt. Max. per viscera eius misericordiæ deprecor, & supplicationibus his feruore charitatis ardentibus quas possum excogitare maximis obtestor, vt à suis resipiscant erroribus, & abiecta omni pertinacia, cordisque doritia maturè solicitèque patrata in vtramque Christi Domini Monarchiam scelera, prout sunt enormia, diligenter atq; prodenter agnoscant; agnita verè contriti detestentur: derestantes ad Deum, quem tantopere illis offenderunt, recto salutaris pœnitentiæ tramite recurrant. Et in ipsius sponsæ sanctissimæ fideliū omnium matris Ecclesiæ sinum, ex quo suorum criminum turbine fuerant egressi, magna compuncti contritione, cordisque dolore sauciati reuertantur. Non enim his meis laboribus, studiis atque votis animus est omnium Dei Ecclesiæque tam apertorum, quam occultorum hostium ani- B mas confundere, earumque salurem perdere, sed ad viam salutis æternæ, ab impia corroptaque vita reuocatas erigere: atque cum S. Chrysostomo eius doctrinam vna cum charitatis ardore sequēdo æmulandoque non minus corde, quam ore protestari mie,[a] *Hos Dei hostes non factis insequi, sed verbis prosequi: non hæreticum, non schismaticū, non fictum simulatumque Christianum*, aut quemcumq. alium diuinæ humanæque Maiestatis perduellem odiis adoriri, sed hæresim ipsam, schismata, fraodes, aliasque nefandas contra Christianorum statum contra spiritualem sæcularemque principatum machinationes execrari. Non hominē auersari, sed errorem iusta indignatione proseqoi, errantesque ad agnitionem culparum horrorēque criminom compellere, precando conari.[b] *Non est mihi bellum susceptum*, vt cum eodem S. Patre loquar, *cum substantia (Dei siquidem opus est substātia) sed animas peccatorum corrigere percupio, quas diabolus infecit. Sic & medicus dum ægrotum curat, non corpus oppugnat, sed corporis vitia tollit.* Sic igitur ego qooque si cum hæreticis, si cum schismaticis, si cum simulatis dolosisque verbo tenus externisque solummodo Catholicis bellum gessero. *Non cum hominibus bellum gero, sed errorem expellere, & putredinem expugnare*, desideriis illorum salutis inflammatis exardeo. Vt tādem Deus propitius & clemens miserationum diuitus affluens, *occulta, mirabili & ineffabili potestate*, vt loquitur S.[c] Aogustinus, *in illorum cordibus & veras reuelationes & bonas voluntates*, bonarum operationū feraces operari dignetur.

a S. Chrysost. homil. de S. Phoca.

b Ibid. S. Chrysost.

c D August. l. 1. de gratia Christi c. 24.

CAPVT V.

Rabies diaboli tunc immanior atque crudelior apparet, cum reuerentiæ Rom. D Pontifici debitæ contemptum, & discessionem ab eius obedientia malorum simulatorumque Catholicorum cordibus fraudulenter ingenerat: vnde immane inter vtramque Christi Domini Monarchiam schisma, à quo hæreses erumpunt, omne malum postea, interitum nempe animarum corporumque parientes.

1. *A schismate fictorum Catholicorum fœdo, A lites & dissensiones inter vtrumque spiritualem politicumque principatum malitiosè generante monstrum hæreseos horrendum lethiferumque formatur.*

2. *Hæreses & schismata improbitate simili cognata, Rom. Pontificis auctoritatem supremam nequiter impugnantia, præter animarum perditionem, mala temporalia innumera, & extrema pariunt, quibus cum indigenis & regnicolis imperia, regna, resque publica Christiana desolatione miserrima crudelissimaque vastantur.*

3. *Principes ac populi fidei quondam Christianæ subditi, per hæreses ac schismata ab obsequio Rom. Pontificis dissidentes & auulsi, calamitatibus extremis truculenta barbarorum infidelium rabie destructi desolatique conteruntur, vt multorum inductione exemplorum manifestè declaratur.*



Tertia diaboli arma schismata & hæreses.

FORTEA diabolo sunt armaturæ ad ruinam vastationemque humanæ societatis intra duplicis Monarchiæ spiritualis atque politicæ cancellos conclusæ schismata & hæreses. Quæ, vt supra[d] S. Cypriani doctrinam veritatemque secuti, diximus, noo aliunde, *orta ceeduntur, quam inde quod sacerdoti Dei*, scilicet Rom. Pontifici, Antonomastico sacerdoti, *non obtemperatur: nec vnus ad tempus in Ecclesia sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur.* Et C cum exempla multa præcedant, quibus Pontificalis Maiestas & auctoritas diuina dignatione firmantur: quales putare debemus eos esse, qui Rō. Pontificis, eiusque Monarchici à Deo constituti principatus hostes, & contra Ecclesiam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri iodicii vltione terrentur? Omnes autem schismatis contagione fædatos, tantæ in summū Ecclesię principem rebellionis artifices reprobos esse, & à salutis æternæ terminis exortes & auulsos[e] S. Augustinus liberè pronuntiauit cum dixit. *Neminem posse esse religiosum in schismate constitutum.*[f] A quo *sicut de radice colubri egreditur regulus*, ipsa hæresis quolibet regulo atque basilisco furia tetrior erompit: cum teste S. Hieronymo.[g] *Nullum schisma non sibi aliquam confingat hæresim, vt rectè ab Ecclesia recessisse videatur.* Vnde sententia D. Augustini.[h] *Hæresis est schisma inueteratum.* Quàm hortendum & immane monstrum D ab alio procreatur, hæresis à schismate? De cuius enormitate & grauitate criminis Fœlix primus ad Paternum Episcopum scribens hæc dicebat. *Hæresis nomen est impia, & Euangelicæ*[i] *veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta conuellere. Quoscumque enim rapit ad se, non solùm in hoc vitium, sed etiam in multa alia vitia ruere facit, & ipso suadente antiquo hoste, non solum persecutores Ecclesiæ, sed etiam sacerdotes eius* (scilicet Diaboli) *fiunt* &c. Cuius monstri furiæque infernalis detestabilem deformitatem, horrendumque crimen exaggerans sanctus Cyprianus ita ad Rom. Pontificem S. Stephanum nomine scribebat.

d S. Cyprian. l. 1. epist. 3. ad Cornelium Papam.

A schismate hæresis.

e S. August. l. 4. contra Cresconium Grammaticum.

f Esaiæ c. 14. v. 29

g S. Hieron. in ep. ad Titum ca 3.

h S. August. l. 2. contra Cresconium Grammaticum c. 3.

Quàm immane monstrum quàmque crimen atrox detestandumque sit hæresis.

i Fœlix 1 ep. 1 ad Paternū Episcop.

S. Cypr. l. 2. epist. 11. ad S. Stephan. Pap.

scribebat: Quod maius potest esse delictum, aut quæ macula deformior quàm aduersus Christum stetisse? quàm Ecclesiam eius, quam ille sanguine suo parauit, & condidit, dissipasse? quàm Euangelicæ pacis & dilectionis oblitum contra vnanimem & concordem Dei populum hostilis discordiæ furore pugnasse?

2. Pars. Præter animarum interitum hæreses & schismata in opprimenda summi Pontificis auctoritate, grauissimas malorum temporalium tempestates excitant.

Atque hæc quidem duo vitiorum monstra societatisque Christianæ furiæ schisma & hæresis, præter animarum salutis exitium in opprimenda Rom. Pontificis auctoritate, pace inter spiritualẽ sæcularemque Monarchiam, per dolos, odia, machinationes, conuitia, contentionesque coortingenda, grauissimas malorum tẽporalium tempestates excitant, quibus vehementissimè status & fortuna Reipub. Christianæ concutitur, concussa periclitatur; & periclitando vastatur. Quam vastationem Optatus Mileuitanus ab his duabus profectam furiis, monstrisque de profundo exortis abyssi volens exprimere, Ecclesiã Christi D. Catholicam, Apostolicam & Rom. domui, salutis refugio, & sanctitatis asylo: schisma verò & hæresim parieti inclinato, & maceriæ depulsæ comparabat. *Ecclesia domus vna est*, inquit, *qui foras exeuntes partem facere voluerunt, parietem fecere, non domum. Quia non est alter Deus, qui alterã domum inhabitet. Quot commoda habet domus, tot incommoda habet paries. Domus inclusa custodit, tempestatem retundit, pluuiam diffundit, latronem, aut furem, aut bestiam non admittit: sic & Ecclesia Catholica omnes filios pacis gremio & sinu complectitur. Contrà paries, qui est ædificatus ruinosus, nec lapidem angularem sustinet, & ianuam sine causa habet, nec inclusa custodit: pluuia vndatur, tempestatibus cæditur: nec potest arcere latronem, nec venientem prohibet furem. Paries enim res de domo est, sed domus non est: & ara vestra quasi Ecclesia est, sed Catholica non est:* Hæc schismatica furia & rabida hæresis, mulier est illa fornicaria, de qua S. Ioannes in Apocalypsi, *Quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt, qui habitant terram de vino prostitutionis eius:* Mulier inquã, *fornicaria, sedens super bestiã coccineam, plenã nominibus blasphemiæ, ebria de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu.* Hæc est illa sanguinaria meretrix, *quæ de calice Babylonis aureo spiritum vertiginis hominibus* (quos intoxicauit) *propinauit. Hæc est illa Athalia, quæ ferè omne regium genus extirpauit. Hæc lepra cicatricis in vlcere: Hæc est bestia saltus, quæ exercitũ Absalõ deuorauit: Hæc est ærugo & tinea quæ omnem mentis ornatum deprauando consumpsit: Hæc est turris in Siloe, quæ suos ædificatores contriuit. Hæc est Elephas in libro Machabæorum, qui Eleazarum sua mole occidit: Hæc est sicaria illa, quæ in Psychomachia Prudentij vnam de virginibus interfecit.* Quis cædes & internecionesfidelium? quis stupra virginum? quis nuptarum matronarum adulteria? quis consanguinearum incestus? quis sacrilegas sanctimonialium pollutiones sanguine multo cruentatas? quis vagientium in cunis infantium suffocationes? quis matrum cum filiis eos amplectentium iugulationes? Quis agrorum populationes? quis in principum caput insidias & proditiones? quis ruinas imperij? quis desolationes regnorum? quis vastationes rerum publicarum? vrbium florentissimarum solo adæquationes? earum ciuium trucidationes immensas? Quis sacrilegia destructionesque templorum? quis sacrarũ omnium rerum profanationem? Quis inundationes, diluuiaque sanguinum ciuium Catholicarum Christo Domino consecratarum, quibus orbis Christianus toties exundauit? Quis denique, vt vno verbo mala innumera, eaque atrocissima cõprehendam, teterrimos hominum schismatis hæreseosque tabo pesteq; perditorum furores omnia iura diuina humanaque prostituentes, aliaque similia abominationis extremæ prodigia, quæ sanguinaria illa meretrix & furia hæresis, rabiesq; schismatica in huius mundi orbisque Christiani theatro furenter exegit, excitauit, atque patrauit, non dico commemorare loquendo, sed ne mẽte quidem complecti cogitando posset? Quæ terras omnes Asiæ, Africæ, Europæ, in quibus suæ tyrannidis atque prostibuli fundamenta iecit, nõ hominum iure rationeque sociatorum habitationes efformauit, sed immanium Cacorũ, cacodæmonumque specus eructas effecit: & quæ florentissimas fide quondam atque pietate regiones mundi, non iam Catholicorum, vt olim, humanissimorũ mansiones, sed anthropophagorũ, crudelissimorumque Cyclopum antra cauernasque reddidit: Nulla ac ne minima quidẽ Catholicæ fidei vestigia his terrarum partibus, in quibus perfidia victrix furiosè bacchatur, superesse patiens. Quæ in hac misera nostra gente Christianis quõdam virtutibus illustrissima nunc eius abominabili fœditate multis in locis turpissima, prostibulum Caluiniani lupanaris execrabile, & immaniũ Lestrigonum potentissima meretrix ac Domina sanctorum Galliæ Catholicorũ cruoribus madefacta, sanguinibus ebria, immitibus delectata cruciatibus, saginata cædibus, adhuc erecta ceruice superbiendo triumphat, semperque nouis Catholicorum tormentis inhians, vt ait ille, [h] *visceribus miserorum & sanguine pascitur atro. Hæc sunt*, inquit S. Cyprianus, *hæreticorum initia, & ortus atque conatus schismaticorum malè cogitantium, vt sibi placeant, vt præpositum superbo tumore contemnãt. Sic de Ecclesia receditur, sic altare prophanum foris collocatur: sic contra pacẽ Christi & ordinationem atque vnitatem Dei rebellatur.* Sed à quibus porrò rebellatur? Ab his schismaticis & hæreticis hausto meretricis sanguinariæ poculo venenato dementatis & ebriis: qui, vt loquitur S. Bernardus, [i] *nec rationibus conuincuntur, quia non intelligunt, nec auctoritatibus corriguntur, quia non recipiunt, nec flectuntur suasionibus, quia subuersi sunt: qui mori magis eligũt, quam conuerti: horum finis interitus, horum nouissima incendium manet.* O cruenta furia! ô rabies diaboli truculenta! tot expultrix virtutum! tot vitiorũ indagatrix! vitæ Christianæ lues! pacis ac fœderis, ambas inter se Christi D. Monarchias sacro charitatis vinculo sanctè feliciterque copulantis virus! tot vrbium, regionum, nationum, regnorumque ditionis Catholicæ vastatrix! quæ tot hominum mentes & animas occulto mortiferoque doctrinæ peruersæ veneno fraudulenter intoxicas! quæ vipereo rebellionis dissensionisque morsu tot gentes populosque per te dementia captos aduersus reges suos principesque truculentissima depasceris.

Optat. Mileuit. l. 2. circa fine. Ecclesia domui: Synagoga hæreticorum & schismaticorum parieti ruinosoque comparatur.

Schismatica hæreticaque furia malorũ consortiũ innumera & horribilia.

Apocal. c. 7.

Petr. Blesens. epist. 5.

Reg. 41. v.

l. 2. Reg. c. 18. v. 17.

S. Luc. c. 13. v. 4.

l. 1. Machab. c. 13.

Psychomachia acris & vehementis dimicatio ad extremũ vsque spiritum producta.

Pulchra schismaticæ & hæreticæ crudelitatis descriptio.

h Virgil. l. 3. Æneid. S. Cypr. l. 3. epist. 9.

i S. Bernard. ser. 66. in cãt.

Exclamatio contra schismaticam hæreticamque furiã.

Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactu
Vipera delituit, cœlumque exterrita fugit:
Aut tecto assuetus coluber succedere, & vmbræ
Pestis acerba boum, pecorique aspergere virus,
Fouit humũ: cape saxa manu, cape robora pastor,
Tollentemque iras, & cur tolla tumentem
Deijce,

Virgil. l. 3. Georg.

Pars. 3. Furor barbarorum in populos et nationes, que quos schisma hæresisque ab obedientia Rom. Pontificis auulsit.

Sed præter tot strages, tot vastationes regnorum, aliorumque principatuum quondam fidelium priuatas & publicas, extremis malis, calamitatibusque sociatas, quas schismaticus hæreticusque furor & insania produxit, alta funestissimorum malorum, miseriarumque grauissimarũ tonitrua audita sunt, visaque sæpissimè fulmina, quæ in caput principum & populorum ab Apostolicæ sedis obedientia, cultuque Rom. Pontifici, tanquam supremo Ecclesiæ principi debito, per schismata, & hæreses auulsorũ cadendo contorta, terras eorum, dominationesque immanitate barbarorũ, vesanoque paganorum infidelium furore, Deo in vltionem schismatum, hæresumque inferoalium permittente, populationibus, prædationibus, libidinibus turpissimis, incolarũ internecionibus, ferro, flãmisque vastarũt. Quod B inductione exemplorum facile admodum esset ostendere, nisi rei magnitudo, & exemplorum multitudo, tam longo discursu nobis interdiceret: & nisi tam immensas, tam funestas, tamque horribiles innumerabilium malorum tempestates in tota orbis Christiani latitudine hoc barbarico furore patratas, & excitatas, animus meus meminisse, atque recensere oimis exhorresceret. Nihilominus pauca de multis extracta, ne omnino probationi necessariæ deesse videat, exempla recensebo. Constantius Imperator Ariana peste contaminatus, Constantini M. proles indigna parentis, diuortium cum sede Apostolica fecit, atque eius pastorẽ Monarchicũ visibile vniuersalis Ecclesiæ caput & principem acerbo iniustoque exilio indignissimè perculit. Cuius impietatis nefandæ defensores duo sceleratissimi Ariani Vrsacius & Valens, ille Singidonis vrbis in Mysia, hic Mursorum in Pannonia oppidi Episcopi, trium Pseudosynodorum Sirmiensis in Pannonia, Ariminensis in Italia, & Seleuciensis in Syria auctores promotoresque pro comprobanda Ariana hæresi contra Catholicam fidem valde nequiter extitêre: Qui statim sub scelerato hæreticoque principe contagione Ariana has Pannoniæ, Daciæ, Mysiæque prouincias, quibus præerant, exitialiter vicerstatunt. Postea imperante Valente Ariano principe Eudoxius, & Acacius præsules Ariani, huius hæretici imperatoris in fide Catholica corruptores, inque eius destruenda salute cõsiliarij, Vlphilam, qui Nicæno interfuerat Concilio, Gothorũ Episcopum fraude deceptum, Ariana peste contaminarunt. Deinde per eum Gothos omnes eadem lue, taboque contaminatos à vera rectaque fide ad partes Arianas auulsos, ab Ecclesiæ Catholicæ Romanæque gremio ad perfidam pestilentemque hæreticorum Arianorum synagogam pellectos, fraudulẽtissimè in conscientia, animoque perdiderunt. Quid autem post hæc accidit? quid factum tandem est in tantorum vltionem scelerum, proditæ & eiuratæ veræ Catholicæque religionis? Imperator infelicissimus, quia ingentium Dei beneficiorum ingratissimus, patre religiosissimo imperatore indignissimus, desertus à suis Iulianum Apostatam Romano stipatũ exercitu ad illum magnis maturantem itineribus magnoperè permetuens, maxima ægritudine tristitiaque tabescens infelicem animam turpiter exhalauit, vitamque tot maculis scelerum cũ Ariana peste sordidatam funesto fine conclusit. Regiones verò illæ quas per Arianos Episcopos infecerat, magna ex parte crudelitatibus barbarorũ A paganorumque furoribus imperante Apostata consumptæ sunt. O mirabilis Dei super iniquos suæ persecutores Ecclesiæ pro salute suorum vigilantis prouidentia, stupendaque in vlciscendo se de hostibus suis sui blasphematoribus honoris & gloriæ iudicia! Constantius quo tempore filio Dei diuinitatem in eius vicarium furoribus armatus Arianæ perfidiæ machinis tentat adimere, eodem protinus suo spoliatur imperio. In Occidente vbi Iulianus ab exercitu imperator acclamatur, & in oriente à Persis infidelibus multo cum suorum sanguine vincitur; victusque, vt scribit Marcellious Ammianus, in fugam versus, frusto panis ab anu vetulaque agresti porrecto fami vehementi inediæque mederi cupiens sustentari cogitur. Statim post sceleratæ vitæ finẽ B morte funesta sceleribus digna, vltore Deo, nacturus. De cuius interitu hæc ad Heliodorum S. Hieronymus: *Constantius Ariana fautor hæreseos, dum contra inimicum concitus fertur ad pugnam, in Mopsi vicula moriẽs magno dolore hosti reliquit imperiũ*. Et aduersus Luciferianos prope finẽ, *Dominus*, inquit, *excitatur, imperat tempestati*, scilicet persecutionum, *bestia moritur*, scilicet Constãtius, *tranquillitas redit, &c*. Sed quid postea sub Valẽte crudelissimo sedis Apostolicæ inimico, & immanissimo Catholicorum Ecclesiæ sanctissimæ filiorũ persecutore? His temporibus quibus ipsius tyrãni aduersus Christianos rabies efferabatur immanior, Hunni populi Boreales suis è sedibus agmine magno conglomerati egredientes, in regiones à Gothis, hæresi tunc Ariana fœdatis occupatas, C impetu facto furialibus armis inundarũt. Ipsosq; Gothos regionibus illis, quas Ariana contagione polluerant, victos domitosque spoliarunt. Qui velut extorres exulesque postea Valente Ariano principe mansiones citra Danubium in Dacia, Ripẽsi, Mysia, & Thracia regionibus precariò cõsecuti, mox in eum imperatorem rebellantes, à quo fuerant Ariana peste contaminati, ipsum aperta acie Marteque superatum viuum in tuguriolo, quò se receperat, pugna lapsus, Deo de illius sceleribus immanibus pœnas exigente, cremauerunt. Qui postea, anno scilicet 411. ab Hunnis aliis barbaris, qui multis aliis permixti gentibus Istrum traiecerant, expulsi sunt. Atque illi barbari Gothorum domitores, Pannoniarũ prius à Gothis hæretica contagione pollutarum possessores euaduot. Qui præter eas anno 422. Mysia & Dacia simili hæreseos turpitudine sordidatis, vsque ad Caroli M. tempora potiti sunt. Ze- D none in oriente & Momyllo Augustulo in occidente Romani habenas imperij moderantibus, tabo infectus hæreseos, & Lupercaliorum durante adhuc abominatione dementatis, Heruli barbari atque Turcilingi sub Odoacre duce Italiæ tunc in multis sui corporis membris hæreseos morbo lethifero grauatæ, fines limitesque penetrarunt; ibique multos annos sedem stationemq; figentes, Italicolas dominationi suæ mancipa rũt: Deo suæ contemptum religionis, rebellionem in vicarium suum Rom. Pontificem, contra corruptissimos populi mores, Lupercaliorũque fœditates, quib. iste adhuc populus oblectabatur, sine fine clamantem, atque intolerabiles Romanorũ Magistratuum in pauperes incolas tributorum, vectigaliumque exactiones, seuero, iusto tamen iudicio vindicante. Vt lamentabili stylo scriptoq; lugubri Saluianus sui temporis Hieremias

Sozom l. 5. c. 21. Seuer. Sulpit. in histor. S. Hieronym. aduersus Luciferianos.

Sigon l. 8. de Imperio Occidentali.

Sozomen. & Theodoret.

Constãtij imp. Ariani infelix vitæ exitus.

Constantius filio Dei dum diuinitatem adimere tentat, spoliatur imperio & vita.

Ammia. Marcellin. l. 20. Iulianus in Misogone.

S. Hiero. ep. 3 ad Heliodor.

Valentis funestus interitus & regionum ab eo hæresi Ariana contaminatarum vastatio à barbaris.

3. Hunni Gothos vincunt & sedibus expellunt. Gothi Valentẽ victum comburunt.

Anno 411. Gothi ab Hunnis victi vbiq;

3. Anno 422. Pannonias Hunni vsurpant hæresi fœdatas.

4 Heruli & Turcilingi sub Odoacro Italiam occupant. Cassiod. in Chronico.

Saluian l. de iudicio Dei.

5. Ostrogotthi victis Herulis Italia dominantur Anno 433. ex Procopio l. 1. c. 1.

commemorando defleuit. Herulos deinde post aliquot annos Ostrogotthi sub Theodorico rege soperarunt, regnumque Italiæ postea multorum annorũ spatio, Odoacre per insidias à Theodorico inter epulas fraudulenter occiso, possederunt. Gallias, quæ ante Vigilantium hæresiarchã, hæreseon monstris, teste sancto Hieronymo, caruerant, postea huius ministri Satanæ pollutionibus, erroribusque constupratas, poteotissimus Francorum tunc infidelium exercitus suæ traditas dominationi subiugauit, ipsosque Francos postea parum de vera Catholicaque fide solicitos Northmanni tunc infideles certamine victos diu multumque fatigarunt, vt Francorum scriptores memoriæ prodiderunt. Post inundatiooes & excursiones omnia vastantes in regionibus, fæcibus hæreseos infectis, Gothorum Hunnorumque, ferini crudelesque barbari & agrestes Sarraceni Turcæqoe per terras imperij venenato meretricis sanguinatiæ hæreseos poculo ioebriatas grassari, furere, baccharique cernuntur: Heraclio imperatore tot Dei beneficiorum miserabiliter oblito, in Monothelitarum hæresim sceleratissimè prolapso; in cuius sordibus vsque ad vltimom sceleratæ vitæ spiritum flagiöosissimè perdurauit. Tunc ingratissimo imperatore impietates cõtra Catholicam fidem, sanctaque Christi Domini sponsæ, firmamenti veritatis oracula, diabolicas hæreticasqua firmante viribus imperij, exemploqoe promouente, *infernus dilatauit os suum*, vt [a] Esaias loquitur, *absque termino*; laxauitque furiis suæ improbitatis & abominationis habenas: vt adglomeratæ impetu sæuo ex eius visceribus erumpentes, omnes plagas orientales & oras fætido halitu impiorum dogmatum, variarum hæresum, errorumque nefandorum venena pestesque mortiferas exhalarent & eaomerent. Inde sectæ detestabiles moltiformis impietatis, mendacij, sceleris & abominationis execrabilium Iacobitarum, Georgianorom, Theopasquitarum, Armeniorum, Monophylitarum, Agnoitarum, Stauroplatarũ, Monothelitarum, Seueritarum, Aphtarthodocitarum, Phantasiastarum, Manichæorum, Tetraditarum, Tritheitarum, Arianorum, Nestorianorum, & aliorum similis insaniæ & execrationis hæreticorũ, partim recens exortæ, partim renatæ furiæ totum penè imperium Orientale, suarum impietatum fætoribus sacrilegiisqoe fædaoerunt; suisque agitatum furoribus extremæ propè ruinæ exitioque subiugauerunt. His furiis infernalibus ad perdendas animas, imperiumque fide Catholica spoliandum vires & robur addebant infatuati, atque hæreseos insania dementati ferè omnes cum suis suffraganeis Episcopis orientalis Ecclesiæ patriarchæ, videlicet Anastasius, Antiochenæ Ecclesiæ patriarcha; Cyrus Alexandrinæ, Sergius Constantinopolitanæ cum aliis Episcopis qui istorũ patriarchatui subdebantur. Hac extensa lue, pesteque tot hæresum diuersarum per tot tantaque orientalis orbis climata grassante furenteque, diabolus surgens de cubili suo ad vastationes terrarum, nationum que per hæreses schismataque longè à Deo eiusque fide Catholica sepositarum, illud orbis prodigiũ, omnis virtutis atque pietatis osorem, monstruosæque abominationis artificem, Mahumetem, legum execrabilium arte dæmonis auctorem ab inferis excitauit. Eodem ferè tempore Saracenos nempe anno 635. ex iisdem infarorum antris euocauit, quibus ad occopandas perdendasque Syriã Ægyptũque, erroribus prius hæresibusque contaminatas, animos viresq; suffecit. Deinde in eorumdem barbarorum immanitate impietateque execrabili nobilitatorum tyranoidem, seruitutẽque Mesopotamiæ populos hæresum pollutionibus incestatos anno 639. pari fraude crudelitateque deduxit atque compulit. Verum postquam Constans imperator Heraclii nepos, simili cum auo hæreseos contagione fædatus, furiis accensus & ira, diu moltũq; sedem Apostolicam vexauisset, eiusque pastorem Monarchicum Martinum Papam, quod suæ detestandæ hæreseos abominationi patrocinari recusauisset, aspera nefariaque in Põtum relegatione, exilioque crudeli vehementer afflixisset, ipsimet immanes barbariqoe populi Sarraceni tota ferè Africa cum immanibus diaboli furoribus omnia ferro flammaque vastando volitarunt. Magnis tunc orbata Christianis viris, veréque Catbolicis viduata, quos ex illa nefarius ille Cõstans Imperator edictis feralibus exturbauerat: quod in illius abominationis hæreticæ cõsensum approbationemque conspirare generosè recusauissent. Aradum insulam populis bonisqoe fæcundam, habitatoribus vario miseriarum genere consumptis, in horridam tristemque solitudinem redegeruot; Isauriamque totam trucidatis à se centum quinquaginta hominum millibus sanguinis indigenarum, aduenarumque diluuio submerserunt & obruerũt: præter eos, quos post mille casus aduersos, mille calamitatum discrimina misero ignominiosoque seruitutis iugo captos adegerunt. Semperque in dies eorum barbaricæ crudelitates in omnes Africæ populos incrementa cæperunt, qoousque reliquum, quod terrarũ supererat in Africa, suæ immani tyrãnicæque dominationi subiugauissent: quandiu imperator Iustinianus iunior iu sordibus hæreseos, contagiis Monothelitarũ, aliorum que hæreticorum fætoribus infectus obstinatè permansit. Ad alias gentes, quas prius hæreseos tabo fædatas immanitates barbarorum infideliumque populorũ incursiones varia cæde cruentatæ subiogarunt, nostra conuertatur oratio. Britanniam magnã postquã Pelagius & Cælestius hæresiarchæ indigenæ suis erroribus, hæresibus, impiisque dogmatibus polluissent, Aogli immites ac barbari diris agitatam vexationibus, suæ tandem tyrannicæ dominationi subiugarunt, sæuæqoe seruitutis irretitam laqueis miserrimè mancipatunt. Eius insulę Catholicis orbatæ, hæreticis inoumeris, impiisque fædatæ, vastationem occupatiouemque circa annum 449. inchoarũt, vt scriptor vitæ S. Aogustini monachi in eam insulam à S. Gregorio cum legatione Apostolica missi testatur. At Carolus M. cum vires copiasqoe Hunnorum sua virtute bellica pietateque Christiana confregisset, Auaros Hunnorum populos victos superatosque deleuisset, fugatis calamitatibus miseriisqoe publicis, per hos populos immanitate barbaros, crudelitate feroces excitatis, Pannonias, Germaniam, ipsique contiguas nationes, abundantia pacis prosperitatisque plenitudine per restitutionem illis pietatis Christianæ, fideique Catholicæ, quas hæreticorũ deliria furoresq; magna ex parte sua peste contaminatas exturbauerant, admirabili Dei miserantis indulgentia benignitateque fæcundauit. Quæ longo tempore in his populis virtute Catholica dominãte perdorarunt, donec Arnulphus

Sarraceni & Turca sub Heraclio imperatore heretico.

a Esaiæ c. 5.

Varia grassantes hæreticorũ secta detestabiles sub Heraclio Monothelita.

8. Mahumetes excitatus ab inferis sub Heraclio imperat. heretico & post eum Saraceni.

9 Sarraceni anno 635. Syriã Ægyptum, Mesopotamiam vastant.

10 Africa ferè tota Sarracenis vastata, prius hæresibus incestata.

11. Aradus insula seu ominis Phœnicia ex Plinio & Strabone Tripoli maritima ciuitati vicina. Isauria sanguine suorum obruta.

Reliquum Africæ sub Iustiniano iuniore heretico imperante Sarraceni deuastant & occupant.

Cedrenus & alij Græci.

Gildas fidelis scriptor historia hoc recenset in historia sua.

14. Carolus M. Pannonia & Germania pacẽ prosperitatemque per restitutionem Catholica pietatis attulit, quã post Arnulphus impietate perdidit.

Regino in Chronico ano. 888.

Carlomani filius defuncto Carolo Crasso impe- A
ratore anno 888. succedens in regno Germaniæ,
non imperio, *in omnia Dei contemptor effusus scele-*
ra (vt Luitprandus loquitur) has regiones cor-
ruptione morum fideique oõ leuiter inquinatas,
noua Hunnorum, quos euocauit, incursione, mil-
le oppressas ærumnis miseriisque perculsas penè
totas extinxerit: vt hac lamentabili exclamatione
Luitprandus suę scriptor ætatis, eius impietatem
detestando significauit. *O cæcam Arnulphi regnan-*
di cupiditatem ! O infelicem amarumque diem! huius
homuncionis deiectio (nempe Zuuentebaldi quem
aduersarium patiebatur) *fit totius Europæ contri-*
tio. Quot mulieribus viduitates, patribusque orbita-
tes, virginibus corruptiones, sacerdotibus populisque
Dei captiuitates, Ecclesiis desolationes, terris inhabi-
tatis solitudines, cæca ambitio paras? Qui postea B
horũ barbarorum copiis fretus & fultus diu Gal-
liam Italiamque præter Germanias, inimicus For-
moso Papæ factus, & iratus, qood sibi Vvidonem
Spoletinum in imperio prætulisset, vexare bellis
& oppressionibus variis exercere vehementer nõ
destitit. Qui tandem post tot immanitates & æ-
rumnas in Ecclesiam Dei populosque Germaniæ
qoos exemplo malæ vitæ prius infecerat, per bar-
baros à se concitatos suorũ scelerũ fæcem oondũ
exinanitam, morte horribili pediculis vermibos-
qoe consumptus exhaosit. De qua hæc Luitpran-
dus: *Profectus in propria,* scilicet Arnulphus, *turpis-*
sima valetudine expirauit. Minutis quippe vermicu-
lis, quos pediculos aiunt, vehementer afflictus, spiri-
tum reddidit. Fertur autem quod præfati adeò scatu-
rirent, vt nullis medicorum curis minui possent. Post C
hæc causam tam stupendæ mortis sciscitando di-
xit. *Vtrum verò pro tam immenso scelere Hungarorũ*
scilicet immissione, secundum prophetam, duplici sit
contritione contritus; an vt ex præsenti supplicio con-
sequeretur veniam in futuro, soli Dei scientiæ dimitta-
mus: quod & Apostolus dicit: Nolite antè tempus iu-
dicare, quoad vsque veniat Dominus, qui illuminabit
abscondita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordiũ:
& tunc laus erit vnicuique à Deo. Hæc ipse. Redea-
mos ad Orientẽ, quem Iconoclastæ hæretici post
Monothelitas ab anno septingentesimo doode-
cimo, prius mille errorum impietatumque abo-
minationibus incestarunt: deinde abominationũ
illarum vltricibus mille cladibus, popolationibus
per barbaros, cædibosque vastarunt. Cuius impe-
rij fasces per centum circiter annos ad minus im-
peratores Iconomachi cum maximis Ecclesiarum
Catholicarum vexationibus occuparunt: Nempe D
Philippicus, Leo Isauricus, Copronymus Leo
Copronymi filius, Nicephorus (qui præter Ico-
nomachiam, aliis errorum furiis aduersus sacras
Catholicorum phalanges armatus efferebatur)
Leo Armenius, Michael Balbus, & Theophilus.
Qui præter hanc iosaniam diabolicã, qua perciti
fascinatiq; in sacras Dei sanctorũque imagines fu-
riosè bacchabantur; aliis quamplurimis nouis
veteribosque falsorum impiorumque dogmatũ
portẽtis, vnà cum suis inquinati populis insanie-
bãt: Ita vt his portentosis falsitatum insaniarum-
que hæreticarom fætoribus, totum penè Orien-
tis imperium mortiferè putresceret. Cuius pu-
trefactionis odore fætido, sicut cadauerũ corui,
ferini populi crudelitate feroces, immanitate
barbari, multitudine innumerabiles, locis infiniti,
viribus iodomiti, omni copiarum genere abun-
dantes pellecti, & attracti interiùs, ira Dei ad sce-

Luitprandus in historia sui temporis.

Hunnos in Pãnonias Germaniamque ad earum vastationem Arnulphus euocat.

Dira & horribilis mors Arnulphi in vltionem scelerũ anno D. 899.

Hierem. c. 17.

1. Cor. 4.

15. Iconomachorum hæresis multas clades per barbaros intulit orientali imperio.

Iconoclastæ imperatores 8. hic numerantur.

Zonaras in Miscel. Theophanes, Cedrenus, & alij Græci scriptores penè omnes

Varij barbari & infideles imperium Orientale vastantes propter hæreses

A lerum vindictam prooocante, magnis adglo-
merati copiis & armis sese in omnes huius im-
perij ferè regiones & oras, tanquam tumentes
fluctus extra ripas exundantes, effuderunt, eas-
que omni calamitatum genere contriuerunt.
Hinc Bulgari imperante Philippico & furente
contra sacras imagines, superata Mysia, de illo-
rum postea nomine dicta Bolgaria omnes Thra-
ciæ prouincias peruagando destruxerunt, depræ-
dationes suas atque cruentatas populorum cæ-
dibus incursiones, vsque ad portas Constantino-
politanæ ciuitatis dilatarunt. Inde ex alio terræ
climate Arabes iunctis armis Antiochiam Pisi-
diæ, Mysiamque captas, bonis, opibus, populis-
qoe ferro, fame, aliaqoe consumptis miseria spo-
liarunt. Hinc Leone Isaurico habenas imperij
B tenente, vel potius perdente propter impietates
hæresum Sarraceni Thraciæ gentes & agros suis
excursionibos popolantes & exterminantes ad
ipsa imperij dominæ ciuitatis Constantinopoli-
tanæ mœnia castrametantur: quam trium an-
norum decursu obsessam innumeris propè
tormentis afflictionibusque vexaoerunt. Inde
per eosmet barbaros sæpius Asia destructa, Cæ-
sarea Cappadociæ, aliæque vrbes Asiæ florentis-
simæ vastatæ imperante oefario Copronymo pe-
rierunt. Hinc eodem in imperiali solio constitu-
to in sacras furente imagines Cypria insula Sar-
racenorum furoribos exposita ruit: & extremam
afflictæ fortunæ seueritatem Syriæ populi sunt
experti, tunc cum Turcæ è Caspiis portis in has
Syriæ aliasque oras eruperunt. Iisdem miseriis
C ruinisque publicis per eosdem barbaros Leone
Copronymi filio Nicephoroque Iconoclastis in
Oriente regnantibus, easdẽ imperij aliasque plu-
rimas regiones & vrbes soccubuisse scriptores
Græci commemorant. Inde etiam destructo pe-
nè barbarorum furoribus Oriente impetus bar-
barici furoris ad Occidentales oras, natiooesque
penetrauit. Etenim Bulgari etiam interfecto Ni-
cephoro, contra quem felici certamine pugna-
uerant, multas Occidentalis orbis plagas, regio-
nes & vrbes exterminarunt. Hinc dom Michael
Balbus imperio dominaretur, rursos immanes
Sarracenorũ furiæ in Cretam, Siciliãqoe insulas
efferatæ, eas omnes ferè rapinis, cædibus, flam-
misque deuorarũt. En strages, ruinæque execrabi-
les, quas per barbaros infidelesq; populos in vltio-
nẽ flagitiosarum hæresum, schismatũ, aliorũque
cõtra sedem Apostolicam, dogmatum impiorum
D Deus indignatus, iratusqoe hominom sceleribus
fieri permisit. Sed nondum malorum finis. Quid
Italiæ regiones & oras commemorem? Nonne
cum Alboinus rex Longobardorum eas armatus
exercitu magno penetrauit, Venetiarumque, Li-
guriæ, Galliæ Cisalpinæ, hodie Longobardiæ il-
lorum nomine nũcupatæ, terras domitor inuasit
tunc, cũ regiones illæ conciliis œcumenicis Con-
stãtinopolitano & Calchedonensi cõtumaces gra-
uissimis cõtra fidẽ errorib. hæretici furoris œstro
percitæ fœdabantur? In Hispanias properemus;
primò valde contagione hæreseos inqoinatas; eo
in sedem Apostolicam rebellione fœdatas; dein-
de multis barbarorum torsionibus, pressurisque
vexatas: posteà anno septingentesimo primo. Vi-
tiza earum per nefas inuadens imperium, cœpit
adoersus Rom. Pontificis aoctoritatem, sedisque
Apostolicæ sanctitatem contumeliis assurgere &
odiis: Leges, vel potius faces pestesque Reipub:

Arabes, Syriã & Mysiam subeodem.

Sarraceni iterum Thraciã & Constantinopolim obsidẽt.

Cæsarea Cappadociæ & aliæ florentissimæ Asiæ vrbes destructæ ab illis Copronymo imperante.

Cypria insula ruina.

Rursus Syria à Turcis vastatur.

Zonaras, Theophanes, Curopalates & alij qui de vitis imperatorũ illorũ scripserunt.

Bulgari Nicephoro occiso Occidentis oras vastant.

Inquinata primò à Priscilianistis, post à Gothis vastantur. Ex Seuero Sulpitio l. 2. histor. sacræ & S. Leone epist. 93.

Ex Tudensi Hispaniæ historiarum scriptore.

Chriſtianæ fereos iniquiſſimas atque turpiſſimas. Quibus, omnibus ſuæ dominationis ſubditis etiam ſacerdotibus liberam plures docendi vxores, aut cooeubinas copiam fecit; omnemque prouocationis ad Pontificis Rom. tribunal viam populis ſibi ſeruientibus ademit, euſque ab omnibus ſanctiſſimi Eccleſiæ principis paſtoriſque legibus, edicto nefandiſſimo liberas eſſe ſancium. Atque cum propter has leges iniquiſſimas, odia populorum, multorumqoe Catholicorum inimicitias incurriſſet, ab his ſibi metuens per ſummã tyrãnidis atrucitatem Hiſpaniarum oppida mœnibus ſolo adæquatis nudari mandauit: ne quid haberent Hiſpani, quo ſe ab illius immaniſſima tyrannide ac impietate tutarẽtur. Sed infelix ſui ruinam imperij, vitæqoe nefandæ exitium hac ſibi tyrannidis atrucitate comparauit. Nam ſtatim auulſis vrbium mœnibus latiſque nefariis contra ſacroſanctam imperij Pontificij, Eccleſiaſticeque Monarchiæ maieſtatẽ edictis, Roderici eius ſucceſſoris cunſpiratione annuentibus, omnium vutis interemptus eſt. Ipſe verò Rodericus prædeceſſori ſuo par ſcelere & luxuria, cum filiam Comitis Iuliani per vim maximam, ſummũque nefas conſtuprauiſſet: pater corruptæ virginis tantę iuuriæ impatiens, ira, indignatione, ſummoque dolore victus, vt tantum ſcelus, tamque nefas atrox vlciſceretur, in Hiſpanias factionibus clandeſtinis Saracenos euocauit: qui anno 714. ſuperiores viribus & armis Rodericum cum exercitu victum ſoperatumque necauerunt. Inde tetris illis immanibuſque barbaris, facilè admodum procliueque fuit omnes Hiſpaniarum vrbes & oppida mœnibus, munitionibuſque carentia in ſuam ditionem poteſtatemque redigere. Qoorũ iugũ per annos 400. & his amplius immaniſſimũ Hiſpani ſubeuntes & intolerabile dominationis tyrannicæ pondus portantes, experti cognouerunt, quantum malum ſit per hæreſes & ſchiſmata à ſedis Apoſtolicæ reuerentia, Romanique Pontificis obedientia recedere: iuxta illud prophetæ oraculum Dei Eccleſiam eiuſque paſtorem ſub Chriſto Domino œcumenicum alloquentis.[a] *Gens & regnum quod non ſeruierit tibi peribit, & gẽtes ſolitudine vaſtabuntur*, cum taoto exitio ruinaque, vt ad priorẽm vitæ proſperæ ſtatum nunquã ſint redituræ, ſecundum illa quæ pater æterous per regium prophetam filio vnigenito dixit. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ: Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Magna vis & energia in hoc verbo, *Confringes*, quod videlicet Chriſtus ſit reges & principes contumaces, ſibique & Eccleſiæ ſuæ rebelles, tanquam vas figuli confracturus atque contriturus,[c] *quod vltra reſtaurari non poteſt*, vt loquitur Hieremias. Verbum aliis commemorãdis hiſtoriis oon amplius addam, ne in ooſtrarum cõmemorationem deſcendere cogar, quæ bella horrida, bella facta nimis crudelia, impia & ſacrilega reminiſcuntur, quæ contra Deum & Chriſtom eius, contra Eccleſiæ vnioerſalis priocipem atque patrem ſanctiſſimũ, contra ipſius ſedem Apoſtolicam, & intemeratam totios Eccleſiæ Catholicæ ſanctitatẽ: Denique contra principes Chriſtianiſſimos reges noſtros hæretici, ſchiſmaticiqua inueterati ſceleratiſſimè patrauerunt. Quorum filij & poſteri genimina viperarum, ne facta impia nefariaque pertinaciter imitentur, vtinam funeſtiſſimus eorum exitus perhorreſcant. Pro quibus inceſſabili prece Deũ oro & obteſtor, vt non ſicut patres ſui hæreticorom patriarchæ æternis iam ignibus addicti confundãtur: ſed verè pœnitentes efficaciter pro æternę felicitatis aſſecutione conuertantur. His igitur omnibus toto huius capitis decurſu commemoratis, quanta ſit illa diaboli rabies innoteſcit, peruerſorum hominũ ſchiſmaticorũ, ſimulatorũq; Catholicorum cordibus Rom. Põtificis odium, eiuſque maieſtatis ſupremæ contẽptum, defectionẽq; ab eius obedientia defigere ac inſerere. Vnde ferale inimicumque ſaluti ſempiternæ inter ambas Chriſti D. ſpiritualem temporalemque Monarchias ſchiſma, diuiſio, contentioque lethalis aſſurgit: ex quibos execrabiles poſtea hæreſes erumpant. Quibus cum diu multũq; populos, ſocietates humanas, regna, Reſp. & imperia diuinæ maieſtatis oſor, truculentiſſimus animarum prædo & homicida ab initio corruperit, inquinauerit, & inquinata aduerſis calamitatibuſque variis vehementer exercuerit: ad earum fætores & inquinamenta cordium graueolentis odoris Barbaros immites, cruoris humani ſitibũdos, publicorum exitiorũ fame tabeſcentes, ſuis tacitis molitionibus, occultiſque Deo permittente tentationibus compulſos educit. Vt omoia in his popolis varia ſchiſmatum, hæreſum, rebellionumque contra Chriſtum, contra eius ſpirituale io terris imperium, atque vicarium eius vniuerſali præfectum Eccleſiæ putredine fætentibus, ferro, flamma, rapinis, ſacrilegiis, cædibuſqoe conſumpta demoliaotur.

Vitiza Hiſpaniarum reges à ſede Apoſtolica per rebellionem & imperium auulſi miſera mox.

Rodericũ regni Hiſpaniæ inuaſoris luxurioſiſſimi miſer interitus à Saracenis Hiſpaniæ inuadentibus.

a Eſai. c. 60. v. 12.

b Pſal. 2.

c Hierem. 19.

Recapitulatio capitis.

Hoc caput, ô ciues; hæc belli cauſa nefandi.

CAPVT VI.

De execrabili, maximè pernicioſa hæreticotum, & ſchiſmaticorum hypocriſi, qua diabolus ad ſpiritualis ſæculariſque Monarchiæ ruinam exitiumque crudeliter vtitur.

1. *Magna inter Dei opera, & hypocritarum contrarietas & oppoſitio.*
2. *Diabolus honorem Dei, ſanctas in eius Eccleſia Monarchias, & ſalutem animarum tentat euertere per hypocriſim hæreticorũ, & ſchiſmaticorum, merito propterea ſtruthionibus, & locuſtis Apocalypſeos comparatorum.*
3. *Quàm fœdum, tetrum & immanè hypocriſis crimen, ad ruinam Chriſtianæ ſocietatis duorum crudeliſsimorum tyrannorum exemplo demonſtratur.*
4. *Quàm ſit pietati Chriſtianæ oppoſita hypochriſis hæretica, & ſchiſmatica, Antichriſti ſigna portans.*

QVam alienæ ſunt Dei viæ à viis hypocritarum, fida moribuſq; deprauaturũ, non tã diſtant à terra cœli, quam viæ Dei ab iſtorũ viis exaltãtur. quanta inter huioſmodi perditorum hominũ inſtar patris diabuli vulpinando nocentium opera, & illa Dei cõtrarietas! quantũ

Magna inter Dei opera & hypocritarum cõtrarietas & oppoſitio.

Deus quærit cor in quo sit initium generationis spiritualis.

[a] Prou. 23. [b] Deuter. 6. S. Matth. 22. [c] Ezech c. 36. [d] Oseæ c. 2.

dissidium, quanta Antithesis & oppositio! Ab interiori suum Deus opus orditur, hypocrita ab extrinseco suũ arcessit: Deus veritatẽ operando cõsectatur, hypocrita in opere suo solùmodò vmbrã veritatis attingit. Quod primum Deus quærit, qood primum in se conuertit, quod inhabitat, possidetq. interiora sunt hominis, cor videlicet, spiritualiaq; viscera. Propterea clamat in prouerbiis.[a] *Fili mi præbe mihi cor tuum*, iubetque se diligi à rationabihbus creaturis,[b] *ex totò corde, anima, mente, & viribus*: suo populo cor nouũ in medio sui promittit & alibi legẽ suam in visceribus populi sui, seq; illam in illius scripturum corde pollicetur. Cordi primum loquitur Deus:[d] *Ducã eam in solitudinem*, de sancta Catholicaque populi fidelis anima loquens, *& loquar ad cor eius*. Ab hac interiore hominis parte spiritualis generatio, Deo diuinitus insufflante, sua primordia deducit: Ideò Apostolus.[e] *Corde*, inquoit, *creditur ad iustitiã, ore autẽ confessio fit ad salutem*. Quid verò ad hanc rem princeps Apostolorum, primusqoe sub Christo regnator vniuersalis Ecclesiæ Monarchicus?[f] *Donec illucescat dies, & Lucifer oriatur in cordibus vestris*, scilicet, *attendit is diuino & prophetico sermoni*. Ibi cantica laodantia Deum resonare debent.[g] *Loquentes vobismetipsis, cantantes & psallentes in cordibus vestris*. Denique.[h] *Omnis gloria filiæ regis ab intus*, quæ est creatura fidelis verè Catholica, & Christo D. meritoriè despõsata. Quæ sic ideo animam suam ad laudationes Dei sponsi sui in psalmis inuitat & excitat.[i] *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius*. Quæ sponsum æternum saluatorẽ suũ appellat[k] Deum cordis sui: *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternũ*. Ista omnia in anima à Deo, vt saluetur, inspirata cõuersaque peraguntur. At hypocrita à diabolo subuersus, omnia secus operatur: qui coloris sine subiecto, vmbræ sine corpore, accidentium sine substantia sectator, in aëre vana dolosaque fabricatur; super arenam fallaciarũ suarũ, fluctibus perturbationũ agitatam, ruinam propriam non salutẽ ædificans. Qualis est hæreticus, schismaticus, fictusque Catholicus; quorũ fraude, pietate simulata, & hypocrisi diabolus vtitur, vt principatũ Ecclesiasticũ à laico sæculariq; dissidio scindat, odioq. diuidat. Vt Rom. Pontificẽ in suspicionẽ nocendi regnis temporalibus ipsorũ principũ laicorum cordibus adducat: sinceram veramq. fidei Christianæ, Catholicæ religionis professionẽ contemptui terræ regibus & populis obiiciat. Vt iterũ peccatores suæ ministros impietatis.[h] *Christũ sibi crucifigãt, sanguinẽ testamẽti ostentui habeãt*, id est probro contumeliæq. submittant,[l] *& eum in quo illi sanctificati sũt*, fluẽte semper in vita peccatorum colluuie, *pollutũ ducant*. Ita spiritui gratiæ, vt cum eodem loquar Apostolo, *contumeliam faciant*: Christũ deniq. Saluatorẽ mũdi suæ fructu passionis acerbissimæ spolient, desiderioq. saluãdi hominum animas ardentissimo frustrentur. Sic diabolus hypocritarom schismaticorũque fraudibus, simultatibus, dolisque malignis, tãquã fortibus militiæ suæ machinis, honoris diuini, & humanæ salutis robur, munitionẽ, arcemque furiosius inuadit & aggreditur, vt in ruinam, si possit effundat. Vnde laruati illi homines impii, in hypocrisi fallentes, Deo eiusq. Christiano gregi simulatæ pietatis armis belligerantes, struthionibus in S. Scriptura similes esse perhibẽtur: quorũ penna similis est pennis herodii & accipitris, secundum Iob prophetæ sentẽtiam.[a] Quoniam sicut inquit S. Gregorius, *struthio similitudinem pennarum habet accipitris, sed non volatum: & alas quidem ad volandum erigit, sed nequaquam se à terra volando suspendit: ita hypocritæ dum bonorum vitam simulant, imitationem quandam sanctæ conuersationis habent, sed veritatem non habent: Volandi pennas habent per speciem, sed in terra repunt per actionem. Alas per figuram sanctitatis extendunt, sed curarum sæcularium pondere prægrauati minimè à terra subleuantur*. Contra quorum fraudes & latentes in spiritu sanctitatis, homilitatisque fictæ perfido nos hac Apostolus cautione moneudo mũnit ac protegit.[c] *Nemo vos seducat in humilitate & religione Angelorum* (id est, vt S. Hieronymus exponit.) *Nemo fictã humilitate superbus, & Angelos se videre mentiens frustra se super homines iactet.* Propter eandem simulationis improbitatem, fictæque pietatis insaniam, ipsimet fraudulenti diaboli ministri scorpionibus assimilantur: quod in principio suarum machinationum, molitionumque ad perdendum decipiendis à se blandiantur: multaque eo fine bona, verbo tenus, linguisque suis ostendant, vt in fine decipiant, lethifereque mordendo, inflicto vulnere cruentẽt. Sicut videmus scorpiones caudas habere aculeatas, ipsarũque aculeis venenatè ferire: imò si de seuerioribus immanioribusque scorpionibus sermo sit, non vnum, sed duos, vt historiæ naturalis[d] indagatores testantur, aculeos habent. Quibus ad viuum immanes illi pietatis simulatores exprimũtur, qui nõ vno improbitatis nequitiæq. aculeo, eorum quos ludificantur, fraudibus animos intoxicant, sed alio quoque, nimirum damnationis æternæ aculeo transfodiũt. In quos propterea nõ impropriè quadrabit illud, quod afflicto Iobo, patienterque diabolici furoris acerbitates sustinenti dixit Eliphas.[e] *Vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores & metunt eos, flante Deo perisse. Vt enim*, inquit in hunc locũ S. Gregorius:[f] *Dolores seminant qui peruersa agunt, dolores metũt, cũ de eadẽ peruersitate puniũtur: fructus autẽ doloris est retributio damnationis.* Cuius intolerabiles cruciatus, vt effugiant homines admonet ita sapiens:[g] *Fili non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum*, id est, infinitam tormentorum segetem numero septenario designatã, quibus in æternũ perfidi, obstinati fraudulentiq. peccatores in finali impœnitentia morientes in gehenna torquebuntur. Et quoniã hæretici, schismatici, aliique laruati Catholici intestina suorum scelerum venena sub specie virtutis simulatæ rectique regeores, quo faciliùs duos Christi D. in Ecclesia sua principatus, mutua inter se contentionum, odiorumque collisione labefactent: prius principum quàm populorum cordibus insidiari, eorũque auctoritati, regnique viribus illudere solent: vt principibus deceptis promptiùs procliuiùsque populi corruaot. Propterea spiritus Dei illos per locustas, coronas in capitibus similes auro gestãtes in Apocalypsi repræsentat: quod errorem suũ religionis ac Reip. conseruandæ prætextu disseminantes, coronas non aureas, sed auro tantummodò similes in capite gestare dicantur: Dũ regũ ac principum, quos prauis persuasionibus fraudibusqoe fefellerunt ad opprimendam Christi D. Ecclesiam, eiusque sedem Apostolicam diuexandã, auctoritate fraodulenter atque nequiter abutuotur. Quorũ coronæ non aureæ, sed tantũ auro similes rectè ab Euangelista designantur, quod illi in affligenda persecutionibus Ecclesia Dei, eius-

[e] Roman. 10. [f] S. Petr 2. c. 1. [g] Ephes. c. 5. v. 19. [h] Psal 44. [i] Psal 22. [k] Psal. 77.

Hypocrita interius plenus malitia, exterius larua virtutis in vacuũ laborando se destruit, alios perdere tentãs.

[h] Heb. 6. v. 6. [l] Ibid v. 10.

2. Pars. Diabolus per hypocrisim hæreticorum & schismaticorũ honorẽ Dei, sanctitas in eius Ecclesia monarchias, & salutem animarũ tentat euertere

Struthionibus hypocritæ similes.

[a] Iob c. 39 v. 16. *Pena struthionis similis est pennis herodij & accipitris.* [b] D. Greg. l. 31. c. 6. Moral.

[c] Coloss c. 2. v. 18. [d] S. Hieron. in c. 2 ad Colos.

2. Scorpionibus hypocritæ, hæretici & schismatici cõparantur.

[d] Plinius l. 10. c. 6. de scorpionibus & alij.

[e] Iob. c. 4. v. 8 [f] S. Gregor. l. 5 moral. c. 15 [g] Ecclesiast. 7. v. 3.

Cur hæretici ac schismatici hypocritæ locustis coronas auro similes portantibus comparantur.

Apocalyp c. 9

Per aurum purum in ſcriptura charitas catholicaque religio deſignatur.

que principatu deprimendo, non verum religionis charitatiſque zelum, ſed fictum, ſimulatū, fraudulentum que præ ſe geſtare videantur. Vera namque religio, pietas atque charitas in ſacris paginis veri auri, non adulteri, nec apparentis expreſſione deſignantur. Quale illud eſt Apocalypſeos, [a] *ſuadeo tibi emere à me aurum ignitum*, id eſt, charitatem ardẽrem: Quo etiam & illud Hieremiæ referri debet: [b] *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus? Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum? Filij Sion inclyti & amicti auro primo: quomodo computati ſunt in vaſa teſtea?* Quibus verbis propheta florentiſſimæ ciuitatis euerſionem, eius contritum ſplendorem & gloriam templi, mundi miraculi ſolo adæquati deſtructionem, & præcipuorum de populo virorum principum turpiſſimæ captiuitatis, funeſtiſſimæque ſeruitutis opprobrium ignominiamque deplorat, lamentatur & luget, vt Ruperti expoſitio declarat cum ait: [c] *Dolentis pariter & admirantis eſt dicere. Quomodo obſcuratum eſt aurum?* Nec ſolùm hæretici, ſchiſmatici & cæteri veræ pietatis charitatiſque ſimulatores perfidi, propter ſuas fraudes, dolos, fallacias, quibus veri apparere Catholici coram hominibus enituntur, locuſtis coronas auro ſimiles non aureas geſtantibus, ſed etiam locuſtis fœminarum crines habẽtibus aſſimulantur. Quod iſti laſciuientium mulierum fucato ſeſe, vt formoſiores appareant, artificio componentium atque comentium inſtar, falſitates ſuas impioſque dolos fucato quodam veritatis pietatiſq. colore adulterino, extrinſecuſque poliant, vt ſpeciem quandam pulchritudinis falſæ licet, exhibeant: qua laruati ſuarum improbitarum turpitudines abſcondant, vt audacter foras egrediendo principum populorumq. fidem cum pietate pernicioſius atque facilius adulterent. Quod eleganter S. Bernardus expreſſiſſe mihi videtur, cum ſuper hæc canticorum capitis primi verba: *Collum tuum ſicut monilia*, dixit. *Solet ornari collum monilibus, non ipſis comparari: ſed hoc illæ faciant, quibus, quia de proprio non ineſt decor, aliunde neceſſe eſt, vt mendicent, vt ſe ſpecioſas mentiantur. Nam ſponſæ collum*, ſcilicet Eccleſiæ, ſeu fidelis animæ, *Ita in ſe ipſo formoſum, & tam decenter quaſi natura formatum eſt, vt extrinſecus non requirat ornatum. Vnde ſponſus non dixit, ab ſponſæ collo pendere monilia, ſed ipſum potius eſſe ſicut monilia. Collum intellectus eſt. Hoc igitur ſponſæ collum, id eſt purus & ſimplex intellectus cum nuda & aperta veritate, ſatis decoris per ſe ipſum retineat, non indiget ornamento: Hæreticorum verò intellectus* (addo & ſchiſmaticorum, libertinorumque, nomine tenus Chriſtianorum, qui ſunt cognatæ cum hæreticis impietatis, *non habet hunc in ſe puritatis veritatiſque nitorem: & ideo multam curam gerunt ipſum colorare & fucare phaleris verborum, & verſutijs ſyllogiſmorum: ne ſi nudus appareat, falſi etiam appareat turpitudo.* Hæc ipſe. In hanc nefandæ diſſimulationis, fictæque pietatis ſpeciem Conſtantium Arianum Imperatorem diabolus efformauerat, vt imperium ſæculare ab Eccleſiaſtico iactis diſſenſionis, odiique nefarii fundamentis auellens verũque celeriùs retriùſque perderet. Quod ſpiritu Dei viui ſanctus Hilarius illuſtratus agnoſcens contra hunc vulpinum Eccleſiæ perſecutorem, ita meritò iuſtéque excandeſcendo clamabat. *Pugnamus contra perſecutorem fallentem, contra hoſtem blandientem, contra Conſtantium Antichriſtum: qui non dorſum cædit, ſed ventrem palpat: Non caput*

a Apoc. c. 3.

b Thren. c. 4. v. 1.

c Rupert l. 1. in Hierem. c. 81. & 82.

Apocal. c. 9. & habebant capillos ſicut capillos mulierum.

S. Bernard. ſer. 4. in cant. c. 1

Conſtantij Ariani imp.

A *gladio diſſecat, ſed animam auro occidit. Non ignes publicè minatur, ſed gehennam priuatim accendit. Chriſtum confitetur vt neget: Eccleſiã tecta conſtruit, vt fidem deſtruat. Hoc modò, ſub opinione falſæ pietatis efficitur, atque ſub ſpecie prædicationis Euangelicæ laboratur*: aiebat idem pater doctorque ſanctus, *vt Dominus Ieſus Chriſtus dum prædicari creditur denegetur.* Iſta poſtea ſæculi ſui corruptiones infideleſque opiniones lugendo ſubiungens. *Ac primum miſereri licet noſtræ ætatis laborum & præſentium temporum ſtultas opiniones ingemiſcere, quibus patrocinari Deo humana creduntur: & ad tuendam Chriſti Eccleſiam ambitione ſæculari laboratur.*

S. Hilarius contra Conſtantium hæreticorum imp. maximum hypocritam.

S. Hilarius op. ſæculari ad Catholicos Arianam hæreſim deteſtantes contra Auxentium.

Ex his omnibus & exemplis prodigioſæ crudelitatis atq. perfidiæ quæ ſequũtur, hac luce qua fruimur, clarius apparet, quã fœdũ, tetrũ & immane ſit in infidelibus, hæreticis, ſchiſmaticis, aliiſq; libertinis improbæ fidei, vitæq; hominibus hypocriſis, pietatiſque ſimulatæ crimen, conſideratione extremarum miſeriarum, malorumque execrabilium, quæ cauſatur. Quin ita ſit, ſtupenda horrendaque non dictu modò, ſed cogitatu audiamus. Poſt multos annos ipſe animarum prædo diabolus, alterius Conſtantij Imperatoris huius nominis tertij hæretici Monothelitæ (qui fuit nepos Heraclij Imperatoris, eiuſdem hæreſeos lepta contaminati) crudeliſſima hypocriſi & fraudulentiſſima ſimulatione ad ruinam vaſtationemque vna cum Eccleſiis templiſque Rom. ciuitatis vſus eſt. Qui Romam veniens prætextu ſuæ, quam ſimulabat ad fidem Catholicam conuerſionis, & cum ipſa ſancta Eccleſia reconciliationis à Vitaliano Pontifice, vt humaniſſimè, ſic honorificentiſſimè receptus eſt. Quem quinque dierum ſpatio per omnes vrbis Eccleſias templaque deduxit: omnes theſauros, pretioſiſſimas opes, ſanctiſſimaſque ſanctorum reliquias oſtendens & aperiens. Quibus viſis cognitiſque nefandiſſimæ impietatis ſub hypocriſis occultatæ velo laruam abiiciens in apertum abominationis furoriſque campum exiliens, generali præda, expilatione, depopulatione, vaſtationeque vniuerſam ciuitatem cum omnibus templis, monaſteriis, domibus ſacris, & nobiliũ diuitumque prophanis exterminauit: omnes illius theſauros, opes, pretioſiſſima quæq; quã plurima diſtribuenda militibus exhauſit, & tanquã Charybdis auri argentiq. inſatiabilis bona õnia deuorauit. qua horribili, ſacrilega ſtupẽdaq. deprædatione, plus ruinę atq. deſolationis vnius diei decurſu toti ciuitati Rom. crudeliſſimè propinauit & intulit, quã omnes ſimul barbari hoſtes Eccleſiæ Rom. ciuitatiſq. vnquam per ducentorũ quinquaginta octo annorũ ſpatia ab ipſo labentis declinantiſq; imperij primordio pepererãt. Sed quis ad ſolã tantorũ ſcelerũ immaniſſimæ feritatis, perfidiæ, deprædationis, ſacrilegiiq; nefandiſſimi ab execrabili Normãnorũ tũc infideliũ duce Haddingi fraudulẽtiſſimè patratorũ recordationẽ nõ expaueſcat, nõ ſtupeat & horreſcat? Qui cũ anno D. 857. imperante Carolo Caluo mare Genuenſe claſſe magna ſtipatus, fuiſſet ingreſſus: & de medio nauiũ ciuitatẽ Lunã, quam Romã eſſe credebat à lõgè cõſpicatus, illius vaſtationis appetẽs, ruinæq, auidus hac fraude & ſtratagemate nefario vſus eſt. Ægrotare vehemẽter lethaliq. morbo percelli ſe finxit, atq. cõuerſionis ad chriſt. religionẽ, baptiſmiq. ſuſcipiẽdi, priuſquã moreretur, deſiderio tabeſcere ſe per hipocriſim deteſtabilẽ Epiſc. clero, populoq. huius ciuitat. per

3. Pars. Quam fœdum, tetrum & immane hypocriſis crimen ad exitium ſocietatis Chriſtianæ duorum crudeliſſimorum tyrannorum exemplo demonſtratur.

A Conſtantio Monothelita imperatore crudeliſſima & immaniſſima vrbis Romæ vaſtatio & depopulatio per hypocriſim patratur.

Nauclerus Genera. 21 Sabellic. Ennea. 8. l. 6.

Albert Krantzius l. 2. Noruegiæ c. 4.

Horribilis crudelitas & ſacrilegium ſanin Haddingi ducis Normanorum Chriſtianum ſimulantis.

præcones suos legatosque significauit. Quæ audientes Episcopus, clerus & populus tanta Ducis Ethnici conuersione lætantes, quam fallacem simulatamque minimè suspicabantur, Deoque sanctum in gratiarum actiones melos atque pæana canentes, hunc omni honore atque acclamatione in suam recipiunt ciuitatem. Ipsum baculo præ simulata infirmitate insedentem, vultu, facieque tota pallidum, macilentum, miro eoque fraudulento artificio, magna suorum nobilium militumque caterua comitatum ad sacrosanctũ baptismi lauacrum in hymnis & canticis religiosè deducunt. Ibique solemnibus ritibus externis baptizatus est, sed non interiùs regeneratus, sacramentum exteriùs baptismi recepit. At interius minimè sacramenti virtute refulsit; quia ad illud fictè & per hypocrisim execrabilem, cum tetra immanique ciuitatem vastandi, & ab ea exhauriendi thesauros intentione nefarius ille sacrilegus accessit. Cum vndique ciuitatem oculis collustrauisset, & exactè considerauisset, ad naues suas reuersus falsum de morte sua rumorẽ spargi vagarique tota illa ciuitate dolosè curauit: seque condito testamento dona multa nempe equum suum, arma, magnam auri, argenti, pretiosissimorum lapidum margaritarumque multitudinem Ecclesiæ huius vrbis principali legasse: In qua humari sepelirique eodem testamento mandauerat. Nec fictæ lachrymæ, gemitus, doloresq; huius ducis militum nobiliũque simulati defuerunt. Itaque præparatis regiè funerum obsequiarumque pompis & honoribus, ipse dux armatus feretrũ tanquam mortuus ingreditur, eoq; clausus ad templum, sicuti iusserat, sequentibus Episcopo, Clero, populo, magnaq; eius exercitus armati parte deducitur: vt ibi, sicuti finxerat, credebatque clerus cum populo, tumularetur. Quid inde sceleris prodigiosi natum?

2. Æneid.

Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab vno
Disce omnes.

Feretro in quo iacebat impius atque sanguinarius hypocrita, quasi mortuus, vt credebatur, in medio chori collocato, detecto velamine, cum Episcopus in pontificalibus ad exequias celebrãdas, diuinaque pro anima eius, qui putabatur defunctus, officia peragẽda se religiosè accingeret: ecce de repẽte, velut altera de inferis emissa Megæra, vocans agmina sæua sororum, execrabilis ille fictę pietatis artifex protinus armatus è tumulo in medium coronæ Ecclesiasticæ campum rectus pedibus, ense districto violenter erupit. Et signo dato ad arma furit cum militibus, indiscretaque pugna contra omnes Ecclesiasticos & sæculares viros ac mulieres, virgines & senes cum iunioribus, ad effundendum sanguinem eorũ, subsequente omnium vrbis bonorum vastatione, sanguinis & prædæ sitiens efferatur.

4. Æneid.

Lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies.

Deinde omnibus raptis prædatisque ciuitatis opibus, magnoq; ex ea educto captiuorũ numero, præter occisos totã incendio ciuitatẽ vsq; ad fundamẽta deuastat & exterminat. O insana ferinaq; fictæ pietatis & hypocrisis abominatio, quid non horribilis execrationis operaris & efficis, vbi semel crudelia & immania infidelium hæreticorum, schismaticorum, aliorumque Catholicos perfidè simulantiũ ingenia occupasti? Hi sunt fœtidi sanguineique hypocrisis flores: hi simulatæ pietatis laruatæque religionis mortiferi, sanguineque iustorum cum illustrissimarum vrbium, rerumque publicarum vastatione fructus cruentati.

4. Pars. Quàm sit pietati Christianæ opposita hypocrisis hæretica, Antichristi signo portans.

Quæ pietati veræ Christianæque opposita vehementer inimicatur & aduersatur. *Pietas quippe Christiana vere Catholica*, vt aduersus Gentes dicebat Arnobius, *ab animo in vestimentũ, à conscientia in superficiem corporis emanat.* Hæc verò impiorum, infidelium, hæreticorum, & schismaticorũ simulata pietas & hypocrisis, nullã in animo virtutis, quam exteriùs ostentat, radicem habet: sed interiùs abominabilis excessibus criminum totã se corporeis videndam hominum oculis, vt eos fallat, fucata componit. O talium hypocritarum impietas! O ficta fides abominanda! O execrabilis simulatæ religionis effigies & larua! qui sic cũ hominibus viuunt quasi Deus non videat. Quam alieni sunt ab illo professionis Ethnicæ philosopho, qui dicebat,[a] *sic viue cum hominibus, tanquam Deus videat: sic loquere cum Deo quasi homines audiant.* Hoc nefandum exitialeque dissimulationis perfidæ, hypocrisisque crimen istos suæ cultores & professores abominationis, in execrabilem Antichristi qualitatem malitiãque, veros illius præcursores ministrosque venturi transfirmat. De quo nefandissimo super omnes peccatores hypocrita perfectissimo simulandi dissimulandique ad opprimendum Christi D. regnum Ecclesiamque primò persequendam fraudibus artifice, hæc illustris S. Hyppolitus martyr plenus Spiritu sancto prædixit.[b] *Verum in primo diebus eius clemens erit, factus ad dilectionem, quietus, religiosus, pacificus, qui odio persequatur iniustitiam, detestetur munera, idololatriam non admittat, amet scripturas, reuereatur sacerdotes, canitiem honori tribuat, scortationem repudiet, adulterium abominetur, obtrectationes nõ audiat detractiones non recipiat. Hospitalis studiosus pauperum, viduis opem feret, pupillos tuebitur, cunctos diliget, conciliabit homines ad amicitiam his verbis, Sol non occidat super iracundiã vestram: Non possidebit aurum, nec diliget argentum, diuitias non amplectetur.* Quot bona è radice fraudulenta malitiæ profecta, ideo facienda ab hoc hypocrita nefandissimo, vt postea destruat, & illis Christi D. imperiũ vtrumque spirituale & sæculare, si suis posset potiri votis, destruat, perdat, dissipet, adæquatumque solo demoliatur, vt sequentia S. Martyris verba testantur.[c] *Atque hæc omnia faciet consilio simulato ac fraudulento, quo circumueniat omnes, vt se regem eligant:* & paulò pòst. *Atque initio quidẽ mendax ille & iniquus subdole gloriam hanc repudiabit, ac perseuerantes homines & obsecrantes illum regem declarabunt: Postea extollet animum; & qui prius erat mansuetus, euadet ferox.* Hęc & alia plura de nefandissima Antichristi venturi hypocrisi S. Hyppolitus memorauit. Cuius imaginem typumque nostri pietatis Christianæ simulatores hypocritęque hæretici, schismatici, libertinique omnes valde bene repræsentant.

a Senec. epist. 10.

Omnium hypocritarũ princeps & Magister Antichristus: eius præclara descriptio.

b Hyppolitus martyr Li. de consummat. sæcul.

c Ib. S. Hyppo.

CAPVT VII.

Sapientes Chriſtiani ad vtriuſque Monarchiæ ſalutem hypocritarum ſupradictorum dolos detegunt. Quos diu ſuas fraudes tegere non valentes ad cor redire, vt ſalui fiant, ex charitate magnopere deſiderant.

1. *Cur Chriſtus Dominus hypocriſim ab iniquitate diſtinxit, & intus eſſe dixit, cùm ſit exterior boni ſimulatio.*

2. *Hypocritarum omnium maxime principum, improbitas diu latere non poteſt.*

3. *Infelix hypocritarum exitus bonorum ruinam machinantium.*

4. *Salutem impiorum hypocritarum perditam boni Catholici ex charitate lugent, eorum conuerſionem exoptantes, victa in illis per miſericordiam Dei omni dæmoniorum tentatione.*



Vorum fraudes, dolos, verſutias inſanas, vt fideles ſapienteſque Catholici contra dementiam proditorum illorum diaboli miniſtrorum pro vtriuſqoe principatus Chriſtiani ſalote detegant, admonuit Chriſtus Dominus, docuitque hæc dicendo. [a] *Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouiũ, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoſcetis eos.* Quales alibi dixit eſſe ſcribas & phariſæos: quos ideò dealbatis ſepulchris intus fætidè vermibus, aliaque putredine ſcatentibus aſſimilauit, dicens. [a] *Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ: quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa, intus autem plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iuſti: intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.* Quo loco Chriſtus Dominus diſtinxit hypocriſim ab iniquitate, quamuis hypocriſis ſit iniquitas, & quidem magna iniquitas; quia, vt ait in hunc locũ Toſtatus, [b] *Bonitatem corrumpit, & mentitur.* Imò eſt pluſquam iniquitas, quoniam ex Diuo Auguſtino, vt ante diximus, *ſimulata æquitas, ſeu ſanctitas duplex eſt iniquitas. Nihilominus ex induſtria placuit Chriſto Domino hypocriſim ab iniquitate diſtinguere; quia aliud eſt malum eſſe, aliud bonum apparere: & licet per idem vitium ſit homo malus, per quod bonus vult apparere, cum non ſit: tamen alia ratio eſt exiſtendi malum, alia apparendi bonum.* Vtrumque tunc ſcribis & phariſæis, ſicut hæreticis & ſchiſmaticis, pietatis Chriſtianæ ſimulatoribus aptè conueniebat. Nam ipſa inquinabantur iniquitate, qua reneta nefarij & improbi exiſtebant; ſimulque hypocriſis maculis ſordibuſque fœdabantur, per quas boni iuſtique mendaciter apparebãt. Sed quoniam hypocriſis debeat extrinſeca ſemper eſſe, cum conſiſtat in ſimulando eoram hominibus, id quod verè non eſt, mirum alicui videri poſſet, quare Dominus illam ſicut iniquitatem intus eſſe dixerit. Cum eodem Toſtato reſpondebimus hypocriſim eſſe iniquitatem ſicut cætera vitia: *Quia*, inquit ille, *ſi non eſſet iniquitas, non redderet hominem malum. At omne vitium quod hominem Deo reddit exoſum in anima ſuam conſtituere ſedem quis negat?* Indeque conſequens eſt ipſam hypocriſim in anima ſic intus eſſe. Nam habitus vitioſus eſt, quo quis eligit bonus apparere cum malus ſit, cupitque videri veritatis lumine clareſcere, quo caret: eſt etiam hypocriſis extrinſeca, ratione actus, qui eſt ſimulatio bonitatis: ſed ratione malitiæ huic hypocriſi coniunctæ; quia habitus eſt, intrinſeca dicitur. Omnes ſiquidem habitus morales, ſiue virtutum ſiue vitiorum non alibi proprium, quam in anima locum ſtatione interiori ſibi vendicant. At operationes habituum illorum tam bonorum, quàm malorum duplices eſſe perhibentur, electio videlicet, & executio. Si de electione ſit ſermo, tam virtutis, quam vitij, certum eſt illam eſſe interius in anima: ſed executio extrinſeca eſt ad corporis organa reuocata. Eodem planè modo de hypocriſis vitio philoſophãdum. Habet enim interiorem actionem, electionem ſimulandi bonitatem, quæ non eſt: Habet & extrinſecam, ſcilicet ipſam ſimulationem rei, quæ nõ eſt. Sed hæc per digreſſionem dicta ſint. Perſequamur inœcepta. Hypocritarum noſtrorum in ruinam pacis ſalutiſque publicæ, improbitas diu latere non poteſt, quin tandem ſapienti bonorum ſagacitate & indagine detegatur. [c] *Nemo poteſt perſonam diu ferre: ficta citò in naturam ſuam redeunt.* Si hoc verum in moralibus & humanis, quanto verius in ſupernaturalibus & diuinis? [d] *Vera ſemper redit facies: diſſimulata perit*: Et quò quis maior erit auctoritate principatuque, eò celerior latentis improbitatis erit euulgatio dicente Seneca: [e] *Principis facta, dictaque rumor excipit, ideo nullis magis curandum eſt qualem famam habeant, quam qui qualemcunque meruerint, magnam habituri ſunt.* Quis non experientia didicit magnam dignitatem ſiue in rectè factis, ſiue in turpibus occultari diu non poſſe? Interrogetur panegyriſtes hoc reſponſurus: [f] *Habet hoc magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum eſſe patitur: principum verò non modo domus, ſed cubicula ipſa intimoſque receſſus recludit: omniaque arcana noſcenda famæ proponit, atque explicat*: propterea, vt magnus dicebat Caſſiodorus. [g] *Nec malo inſtituto viuere principi fas eſt, quando & de illo populus occultè poteſt dicere, cuius mores ſuos publicè nullus auſus eſt imputare.* Quantò veriùs & promptiùs ſapientes Eccleſiæ Catholicæ doctores diuinæ gratiæ radiis illuſtrati, hypocritarum principum, licet communium hominum de populo, Eccleſiæ Reique publicæ Chriſtianæ exitio ruinæque machinis occultis inhiantium inuolutas tectaſque improbitates euoluunt? vt illas Conſtãtij imp. vtriuſque Monarchiæ Chriſti Catholicæ perſecutoris & inſidiatoris nequiſſimi, S. Hilarius ex occulto foras eliminauit, eliminatas palam publicéque manifeſtauit, vt hæc pathetica aduerſus illum verba declarãt. *At nũc pugnamus contra perſecutorem fallacem, contra hoſtẽ blandientem*, & cætera quæ ſupra retulimus: & hæc quæ non retulimus. *Non contendit ne vincatur, ſed adulatur, vt dominetur: Chriſtũ cõfitetur vt neget: vnitatẽ procurat, ne pax ſit: hæreſes cõprimit, ne Chriſtiani ſint, ſacerdotes honorat, &c.* Sed hæretici, ſchiſmaticique hy-

a S. Matth. c. 7. v. 15.

a S. Matth. c. 23. v. 27.

Cur hypocriſim Chriſtus ab iniquitate diſtinxit, & intus eſſe dixit cum ſit exterior boni ſimulatio.

b Toſtat. tu. 11. in S. Matt. c. 23 q. 227.

Cur dixit Chriſtus D. intus hypocriſi ſicut iniquitate ſcribas & phariſæos ſedare.

2. Pars. *Hypocritarũ maximè principum improbitas diu latere non poteſt.*

c Senec. l. 1. de clementia c. 1.

d Seneca pater l. 9. cõtrouerſ. 4.

e Senec. l. 1. de element. c. 8.

f Plin. in panegyric.

g Caſſiod. l. 6. variarum c. 8.

Pathetica S. Hilarij verba impiam Conſtantij imp. Ariani hypocriſim contra Dei Eccleſiam detegentis ſou ex ponentis. Epiſt. ad Conſtant. ſou libello aduerſus eũ.

Hæreticorum, schismaticorũ fraudes dicentium se velle cum Catholicis pacificè viuere cum viribus sunt illis inferiores.

At si essent pares aut superiores longe secus.

u S. Aug. l. 2. contra Petil. c. 83. 12. 7.

A pocritæ cum pares non sunt Catholicæ societati viribus, seque ab illa superari conspiciunt, ad antiquas cousuetasque fraudes recurrunt, simulantes se velle cum Catholicis pacificè viuere, & cum pacem non possideant, illam tamen inermiũ manuum extensione conclamant. Sed has fraudes Patres sancti facilè detegunt, & in conspicuo detectas exhibent, vt sanctus Augustinus Donatistarum in infirmitate sua dicentium.[a] *Absit à nostra conscientia, vt ad fidem nostram aliquem compellamus.* Sed ad hæc quid sanctus Augustinus respondet? *Et quia vel ipsae leges,* inquit, *vel inuidiam formidatis, vel ad resistendum impares estis, non dico aduersus tot homines, sed aduersus tot gentes Catholicas, etiam de mansuetudine gloriamini: Quod ad vestram partem neminem cogitis. Ista modo & Miluus cum pullos rapere territus non potuerit, columbum se nominet.* B *Vbi enim potuistis & non fecistis? vnde ostenditis quod plura faceretis si possetis.* Deinde enumeratis multis tumultibus, rebellionibus, populationibus terrarum Catholicarum atrocibus, hostilibusque oppugnationibus, illorum hypocritarum hæreticorum, dum per vires contumaces & seditiosas illis licuit, S. Pater conclusit oratione ad Petilianum conuersa.[b] *Noli ergo dicere, absit, absit à nostra conscientia, vt ad nostram fidem aliquem compellamus. Facitis enim vbi potestis: Vbi autem non facitis, non potestis, siue legum, siue inuidiæ timore, siue resistentium multitudine.* Simili responso maximus Doctor hypocrisim crudelem retexit, & superbam Rogatistarum hæreticorum iactantiam confudit & eneruauit, hæc dicens.[c] *Quod autem ad vos attinet qui non solum cum illis communiter Donatistæ à Rogato appellamini, mitiores quidem esse videmini, quia cum Circumcellionum immanissimis gregibus non sæuitis: sed nulla bestia si neminem vulneret, propterea mansueta dicitur: quia dentes & vngues non habet. Sæuire vos nolle dicitis: ego non posse arbitror. Ita enim estis numero exigui, vt mouere vos contra aduersarias vobis multitudines non audeatis, & si cupiatis.* Ab eorum igitur hypocritarum in hæresi, schismate, aliaque impietate sub velo virtutis simulatæ & apparentis, Deo, Ecclesiæ, eiusque principatui bellantium fraudibus, molitionibus & dolis, vt nobis caueamus, ne eorum laruata pietate fallamur, Apostolus admonet, signa nobis eorum hypocrysim detegendi propinans cum ait:

Contra sollicitos omnia hæc & sequentia.

b Ibid. in fina capitis.

c S. Aug. epist. 48 ad Vincentium.

d Coloss. c. 2. v. 18.

[d] *Nemo vos seducat volens in humilitate, & religione Angelorum, quæ non vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput,* scilicet inuisibile & principale quod est D Christus, & visibile ab illo dependens, quod est Rom. Pontifex eius vicarius, *ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum Dei.* Quos hypocritas retegendo alibi Canes appellat, operarios iniquitatis.[e] *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem,* scilicet, eos spiritu inflatos arrogantiæ miseros hypocritas, veræ fidei pietatisque simulatores, qui diuinis Ecclesiæ in eius exitium sacramentis abutuntur, vt quondam peruersi Iudæi circuncisionis sacramento: vt inde concisionem, id est diuisionem, schismaque nefarium odiis dissidiisque conflarent. Qui exteriùs virtutum operibus valdè nequiter abutuntur, vt eas sic turpiter

e Philipp. 3.

A adulterando corrumpant, & corrumpendo sua apud principes & populos in eorum ruinam salutis auctoritate frustrentur. Sed dum dolis, fraudibus, malis artibus in hypocrisi ad violanda sanctarum virtutum turpiter opera vtuntur, suum dum aliis machinantur, interitum ruinamque miserabiliter accelerant: vt mysticè spiritus Dei per Moysen prophetam his verbis Leuitici cap. 7. significare dignatus est. *Anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis.* Iuxta hanc Isychij in hunc locum interpretationem. *Apertè sit ironiam destruit & hypocrisim: Hæ enim sunt animæ immunditiæ: ita vt horum homo interior lupus appellaretur cum Dominus dixit: Attendite ab his qui veniunt ad* B *vos in vestitu ouium, intus autem sunt lupi rapaces. Hi de carnibus hostiæ pacificorum, siue salutaris, quæ oblatæ sunt Domino, comedentes, quia virtutes, quæ à Deo possidentur, non virtutis intentione, sed fraudulenter operantur; pereunt de populo suo, vt nunquam oues, sed lupi nominentur; & vt manifestum sit, quia de grege expulsi sunt.* Hæc ille. Huc imprecationes Dei contra abominabiles hypocritarum illorum machinationes dicente sapiente propheta.[g] *Abominatio est Domini omnis illusor.* Quò ista Dei in alio scripturæ loco, contra huiusmodi virtutum simulatores impios imprecatio?[h] *Væ duplici corde & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram duabus vijs ingredienti.* Quorum gloria & vanitas fallacis honoris ad momentum paret, propheta dicente. *Gaudium hypocritæ ad instar puncti,* & superiùs hoc asserente, *spes hypocritæ* C *peribit?*[k] *Nec enim quidquam simulatũ potest esse diuturnũ:* Sterilis hypocritarũ vita in bonorũ operum intus bonitatis radicem habentium productione, huic terræ similis, de qua poeta loquitur.

Hypocritæ virtutum operibus abutuntur vt eas perdant sed in suam ruinam.

3. Pars.

Infelix hypocritarum exitus, aliorum vtpote Catholicorum ruinã machinantium

f Leuit. c. 7. v. 20.

g Isych. l. 2. in Leuit. c. 1.

§ Matth. 7.

Gloria & gaudium hypocritarum admodum breue.

g Prouerb. c. 3

h Eccles. c. 2.

i Iob. 22.

Iob. 2. 8.

k Cice. 2. offic.

> [l] *Falsa autem tellus, & quæ perhibetur amare,*
> *Frugibus infelix, ea nec mansuescit arando.*

l Georg. l. 2.

In hunc sensum dicebat propheta,[m] *Congregatio hypocritæ sterilis.* De quo dicebat Dominus Hieremiæ prophetæ,[n] *scribe virum istum sterilem, qui in diebus suis non prosperabitur.* Cum de maximis peccatoribus maiorum apud inferos tormentorum seueritate cruciandis Christus Dominus loquitur, ait *diuidet eum Dominus,* scilicet pessimum seruum, *partemque eius ponet cum hypocritis, ibi erit fletus & stridor dentium.* Quales fuerunt Antiochus, Herodes, Iudas, Iulianus Apostata, Arius, & alij similis abominationis hæ- D resiarchæ, hæretici, schismatici, quorũ exitus vitæ sceleratissimæ funestissimos extitisse historiæ satis omnibus in antiquitatis lectione mediocriter versatis notæ commemorant. De stupendo & maximè horribili Arij nefandissimi hypocritæ vitæ nefandissimæ exitu ita in nostram sententiam sanctus Gaudentius, S. Ambrosij æquæuus scripsit.[o] *Execrabilis Arius qui principis Constantini temporibus cum venenato corde Catholicæ fidei confessionem simularet ambiens in amicitiam regis, & in gradum presbyterij, vnde meritò pulsus fuerat, reuocari: ad similitudinem Iudæ traditoris crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera eius, ne sub tegumento ouis lupus ad deuorandum gregem Domini introiret.* Nec sine mysterio in horrorem & detestationem hypocritarum huiusmodi principibus

m Iob. 18.

n Hierem. c. 22.

Matth. 24.

Sacra historia & Ecclesiastica.

o S. Gaudent. de Arij obitu.

Cur Cygni esū vetuit Deus in veteri lege & usum melius in sacrificio. a Leuit. c. 11.

& populis ad salutis exitium fallacis, simulatæque amoris ostensione blandientium, [a] cygni esum Deus in veteri lege prohibuit, qui pęnarum ipsa niue candidiorum albedine extrinseca, carnis verò tectæ plumis nigredine, hypocritas adulterinæ simulatæque virtutis ostētatores figuratè repræsentat. [b] *Qui pacem loquuntur cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum*: ore lambentes canis domestici more, instar scorpionis cauda venenata pungunt: vna manu panem ad refectionem corporis ostentantes, altera lapidem ad conterendū in occulto rectos corde iaculantur. Propter eandem rationem ab omni sacrificio legis antiquæ [c] Deus mel arceri iubebat, vt hoc mysterio hypocrisim omnem extrinsecus adulantem, fictamque pietatem ab omni opere bono longissimè abesse debere significaret. Cuius inquinati fœtore homines fraudulentissimi mollitos super oleū sermones exterius edūt, cum ipsi interius [d] *sint iacula*. Quos propterea in vindictam scelerum Deus fraudibus, atque machinis detectis, quibus eius Ecclesiam Remque publicam destruere meditabantur, tanquam laqueis irretitos capi, captosque tandem exterminari iubebit, instar vulpeculatum Sansonis, qui vt est in [e] Iudicum libro, trecentas vulpes cum cæpisset alligatis caudis, facibusque ardentibus interpositis in Philisthinorum agros, arua, segetes, vineas, oliueta captas emisit, vt omnia comburerent. Quibus vulpibus fraudulētos hypocritas, hæreticos, schismaticosque [f] Origenes significari declarauit. Caudam verò alligare caudæ nihil aliud esse dixit, quam *aduersantes sibi hæreticos & schismaticos diuersa sententiis connectere, & inter se conferre*, ex propriisque eorum sententiis & argumentis propositiones colligere, atque in eorum segetem ignem conclusionis immittere, qua omnes eorum sectæ & errores comburantur. Aliud mysterium nostro conforme proposito in hoc Samsonis facto sanctus Ambrosius obseruauit, quod ipse non ad capita, sed ad caudas vulpium ardentes faces alligauerit: nimirum hoc facto declarari fraudulentos hæreticos atque schismaticos, [g] *Liberam quidem linguam habere ad latrandum, & fallendum, sed exitus impeditos, seu religiosa apparenter primordia, finem verò fraudis sua incendio deputatum*. Et sicut scorpiones aculeo caudæ venenatæ semper ferire, ictūque mortifero vulnerare proditoriè meditantur, sic fraudulēti hæretici schismaticique hypocritæ nūquam quiescere possunt, quin semper aliquid infortunij, miseriqueca sus aduersus Ecclesiam Dei, eiusque principatum perfida simulatione moliantur. Quorum turbulentos motus tractationesque animorum impetu doloso elatas ad viuum Esaias exprimens mari tempestatibus agitato comparauit. [h] *Impij autem*, inquit, *quasi mare feruens, quod quiescere non potest; & redundat fluctus eius in conculcationem & lutum*. Quibus verbis significat propheta furores motusque illorum Dei hostium ad eius Ecclesiæ oppressionem, Reique publicæ Christianæ turbulentos ipsis Dei hostibus ruinam interitumque causari. [i] *Sicut enim marini fluctus*, vt præclarè sanctus Hieronymus exponit, *reuoluuntur ad littora, atque iterum resorbentur, & in se fracti lutum efficiunt, quod pedibus conculcatur, sic impij* (hæretici, schismatici, Christianæ societatis turbatores in dolo & hypocrisi ad interitum Ecclesiæ Pontifi-

b Psal. 5.

c Leuit. c. 2.

d Psal. 54. v. 22.

In fraude sua hæretici & schismatici hypocritæ tanquam laqueo directi capiuntur, capique peribunt. e Iudic. c. 15.

f Origen. hom. 4. in cantic.

g S. Ambr. ser. 11 in Psal. 118.

Hypocritæ sunt scorpionibus similes.

h Esaiæ c. 57. v. 20.

i S. Hieron. in Esaiæ c. 57. v. 20.

A ciæ maiestatis, fideliumque salutis anhelantes) *tandem fracti æternæ conculcationi subiacebunt*. Et sicut (ex aliorum interpretatione) fluctus maris stabilitatem littoris ripæque feriunt, & in seipsos reuoluti littus quidem lauant, ipsi autem lutum trahunt; ita isti flagitiosi hypocritæ, omnis virtutis osores persecutione sua clandestina & machinatione cruenta Ecclesiam, eiusque sacrosanctam dominationem tanquam bene fidam Catholicorum saluti stationem, tutumque ac immobile littus non excutiunt agitando, sed purgāt atque mundificant abluendo, dum interea ipsi luto scelerum immunditiaque perfidiæ sæculenti sua se persecutione, fallaciaque destruentes in abyssum calamitatis æternæ præcipitant.

B Quorum ruinam exitiumque sempiternum boni omnes sapientesque Catholici pro malis bona reddentes ægro lugent animo, vehementerque lamentantur: quos ex charitate non fictā saluos fieri magnopere cuperent, vt illa præclara S. Augustini verba declarant. [k] *Dolor autem ipse, qui fit in cordibus piorum, quos persequuntur mores Christianorum malorum, siue falsorum, prodest dolentibus, quoniam de charitate descendit, qua eos perire nolunt, nec impedire salutem aliorum, denique magnæ consolationes fiunt etiam de correctionibus eorum, quæ piorum animas tanta iucunditate perfundunt, quantis doloribus de sua perditione cruciauerant*. Quos quidem pios, sapientesque Catholicos, si vellent miseri isti simulatique fideles alios decipientes, sed semetipsos magis fallentes, in rerum suarum consilium prudenter admittere: darent operam ne fieret viuentes per dissidia, odiaque in principum animos, aduersus Christi Domini Ecclesiam,

C eiusque Monarchicum principatum, fraudulēter insinuata, vtrumque principatum spiritualem, atque sæcularem dolosè perfidéque perdere machinantur, sibi morientibus ad æternam damnationem diabolus insidietur & illodat. Qui cum omni vitæ tempore, damnandis hominum animis atrociter insidietur, tum maximè in articulo mortis violentissimus tentationum suarum tempestatibus illorum salutem concutere solet, vt illis obruatur. Quod est *calcaneum obseruare*, vt propheta loquitur, [l] *ipsi calcaneum meum obseruabunt*, id est finem vitæ meæ, quod calcaneum cor poris terminus atque finis habeatur: A cuius calcanei, finis nempe vitæ corporeę, per diabolicarum tentationum stratagemata, corruptione, inferni pœnarum æternitas emanat. Vnde timoris & horroris sui in die iudicii causam Dauid agnoscens dice-

D bat. *Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me*. Quasi diceret, ratio & causa tremoris mei in die Domini ad æternum iudicium venientis in iniquitate finali vitę meę sistitur: Neque vlla tremēdi in futuro iudicio Dei est occasio, si nulla vitæ meæ articulum, iniquitatis contagia fœdauerint. A quibus vt emundantur peruersi fraudulenti que peccatores, in suæ hypocrysis occulto, contra societates Catholicas malitiosè pugnantes, sapientes, piosque Catholicos suæ salutis appetentes & auidos recta monentes audiant, vt serpentis caput, id est primas diaboli tentationes, suggestionesque obseruent atque declinent: ne ipsi in calcaneo suo, fine videlicet vitæ suæ, ab ipsius violentarum tentationum dentibus lethiferè mordeantur. Sic enim sanctus Gregorius hunc Geneseos 3.

4 Pars. Salutem impiorum hypocritarum peritorum boni Catholici diligenter optant, eorum conuersionem exoptatos, vitā in illis per misericordiam Dei omni damonio rum tentatione.

k S. Aug. l. 18. de ciuit. c. 51. in f.

l Psal. 55. v. 7. Tentationes diaboli in vita fine potisse rum violentissima.

Quid sit diaboli caput obseruare, & diabolum calcaneum mulieris.

Genes. 3. S Gregor. l. 1. moral. c. 38.

locum, *ipsa obseruabit caput tuum, & tu calcaneum* A *eius*, interpretatur cum ait, *caput serpentis obseruare est initia suggestionis eius aspicere, & manu sollicita considerationis à cordis aditu funditus exstirpare.* *Qui tamen cum ab initio deprehenditur, percutere calcaneum molitur; quia etsi suggestione prima intentionem non percutit, decipere in fine tendit.* Quod ne faciat finaliter, eoue eorum animas in articulo mortis suarum tentationum robore iniquitati subiugatas, secum in æternæ damnationis antea raptas impellat, ista magni patris Augustini piè errantibus lapsisque consulentis diligenter obseruent, vt pro conuersione sua, & à tot sceleribus auersione feliciter effectu compleãt.

Hypocrito potentiores salutaris S. patris monita pro salute sua efficaciter audire rogantur.

S August. in psal. 48. v. 6.

Modo igitur homines prouideant sibi, vitent iniquitatem calcanei sui. In calcaneo enim quisquis labitur. B *Etenim à Deo dictum est serpenti, ipsa tuum obseruabit caput, & tu eius obseruabis calcaneum: si diabolus calcaneum tuum obseruat, vt te deijciat, tu caput illius obserua: caput illius initium malæ suggestionis est: quando incipit mala suggerere, tunc repelle antequam surgat delectatio, & sequatur consensus; & vitabis caput eius: atque adeò non apprehendet ille calcaneum tuum.* Quod si in vltionem scelerum suorum in opprimendo insidiis & fraudibus Christi Domini Ecclesiam, eiusque principatum denigrando, à diabolo non modo tentationibus vincantur, sed etiam ab eodem correpti horribili possessione torqueantur: faxit Deus, vt ista correptio possessioque diabolica in eorum ad Deum conuersionem perfectam eximiamque salutem vergat atque redundet. Qualis fuit illa Maximi Cõmentariensis teterrimi C quoodam sub Valeriano Imperatore Christianorum, vt eos detegeret, dolis fraudibusque persecutoris. Cum in dies multi ab impietate paganica ad Christum Dominum Euangelij luce, prædicatione sanctorum, vt Stephani Papæ, Hyppoliti, Eusebij, aliorum sedis Apostolicæ ministrorum, atque eorumdem miraculis illustrati conuerterentur, ipse Maximus, vt Imperatori Valeriano tot suorum ad verum Deum conuersione stupenti, & efferato in furore suo Christianos inquiri detegique sub multarum opum mercede mandanti gratificaretur: vt eos Dei vericultores & adoratores detegere & inuenire posset, se Christianum inediaque perculsum esse finxit, veniensque in Cælium montem ad aream Carbonariam, mendicans ibi mansit. Cum verò transiens cum sociis Adrias (qui nuper ad paralytici curationem per Eusebium presbyterum fidei Christianæ radiis illuminatus, paganicas insanias euitauerat) eleemosynas, & opera misericordiæ D pauperibus egenisque præstaret: ipse Maximus experiri cupiens an ille esset, quem quæreret, dixit. *Per Christum, quem credo, rogo vt faciatis misericordiam super egestatem meam. Tunc Adrias misertus illius, iussit se illum sequi. At dum intraret domum Maximus à dæmone corripitur, serioque fictione detecta, & ex animo clamare cœpit. Viri Dei ego diuulgator sum vestri. Video super me ignem densissimum. Orate pro me quia crucior igne. Mox illis orantibus cum lachrymis, & sternentibus se Maximus curatus est. Cumque eleuarent eum de terra, clamare cœpit. Pereant Deorum cultores, ego baptismum peto. Duxerunt eum ad B. Stephanum qui illum erudiens, demum baptizauit: factusque Christianus vna cum Stephano Papa diebus aliquot habitare voluit, vt magis ac magis illius consortio ad*

Violentæ diaboli tentationes & correptiones in hypocritas Ecclesiæ reique publicæ fidelis ruinam fraudulenter ambientibus ad eorum salutem conuerti, auctor eum in sin Catholicus precatur.

Ex actibus martyrum illorum sub Valeriano passorum Salutaris Maximi à dæmone correptio, à qua Christianus & martyr Dei factus est.

Ex actibus eius martyrii.

Felix diabolica correptio qua ad Deum conuertit Maximum ex hypocrita Christianorum persecutore statim Christianum, deinde martyrem effectum.

A *omnes persecutionum tyrannicarum ignes extinguendos Christianæ charitatis incendio torreretur. Quod audiens Valerianus Imperat. Maximum accersitum sic indignatus affatur. Sic cæcus est pecuniis vt promissionibus tuis me falleres? Cui Maximus; hactenus*, inquit, *cæcus fui, modo illuminatus video. Quo lumine?* inquit ille: Respondit Maximus, *in fide Domini nostri Iesu Christi. Tunc iratus Valerianus iussit eum præcipitari per pontem: sic martyrio coronatus cœlorũ regna penetrauit.* Similem vitæ peruersæ fraudulentæque nostrorum hypocritarum dolis fraudibusque ruinam Ecclesiæ Christianæque Reipub. machinantium conuersionem, ac felicem ex hoc mundo exitum, summis ad Deũ precibus votisq; profusis omnes æmulãdo iustos B exopto. Vt cum eos Deum offendisse, homines Christianos fefellisse, Romanos Pontifices contempsisse, sæcularibus Catholicisque principibus illusisse, & in Ecclesiæ Dei sanctissimæ simul ac Reip. Christianæ exitium dolosa hypocrisi, fraudulentaque simulatione tetendisse, seriò fideliterque pœniteat: dum tentatione correptioneque dæmonis, Deo eorum scelera misericorditer vlciscente vexabuntur, ea non confundantur, sed pœnitentia victrice saluentur. Sic vt diabolus huius tentationis correptionisque machinis victum se esse, nihilque suæ tyrannicæ dominationi comparauisse, sed multum perdidisse fateri cogatur.

Maximi conuersi ad Christum magna constantia & loquendi tyranno libertas martyrium oppetentis.

CAPVT VIII.

C Quam sceleratum ac perniciosum æterna temporalique pœna vindicandum, maleuolorum, nomine tenus Catholicorum fœdus cum impia hæreticorum doctrina: ad opprimendã principis, ac pastoris Ecclesiæ Dei sanctissimæ Monarchiam, eamque à sæcularis politicique principatus amicitia diuellendam.

1. *Fœderis huius enorme scelus præcipuè à præstantia rei, quam oppugnat, quæ est spiritualis Rom. Pontificis maiestas, dignitasque à Christo Domino tradita, consideratur & attenditur: qua sublata Ecclesia Dei periret.*
2. D *Tales fœderati schismatica rebellione cum hæreticis, sicut hi, extra Ecclesiam esse dicuntur, maledicti à Domino.*
3. *Ob tantum nefas pœna temporalis & æterna schismaticis competit sicut hæreticis.*



I quò res augustior & sanctior maiori dignitatis eximiæ luce refulgẽs, eò scelus, quod eam oppugnat & ausu sacrilego temerare cõtendit enormius atque perniciosius esse iudicatur. Quam nefarium, enorme atque perniciosum fœdus illud schismaticorum cũ hæreticis esse credimus, quo Pontificiæ maiestatis auctoritas summa, dignitasque Monarchica premitur, oppugnatur, & violata blasphematur adeo sancta & augusta, vt si à Christo D. dignitate diuina recesseris, nullam sanctiorem, augustiorem, & singulari præstantia sublimiorem in tota, quæ militat in terris Ecclesia reperies

reperies: vt ideò non malè illi mihi dixiſſe videantur, qui ad hanc illuſtriſſimam ſanctitate & excellentia præcipua Rom. Pontificis maieſtatem attendentes, illum per admirationem tantæ illius dignitatis, *Papam* appellatum fuiſſe putauerunt: alluſione fortaſſe facta ad illud nomen *Papæ* quod apud Gentiles Ethnicoſque ſublimis nomen erat honoris, quo propterea Bithyni populi vocabulo per ſummam reuerentiam Iouem ſuū idiomate paganicodeorum hominumque regem nominare, ſi credatur [a] Ariano, conſueuerant.

Papa nomen admirabilis honoris.

a Arianus.

Ob eandem cauſam à Scythis ipſummet Iouem [b] Pappæum dictum fuiſſe Herodotus auctor eſt. Sed Ethnica quid moror? Quidue notam nominis Etymologiamque conſector? Theologica ſciſcitemur! puriſque SS. Patrum doctrinis adhæreamos. Quid S. Bernardus? cum de ſanctiſſimo illo omnium fidelium patre, Eccleſiæque orthodoxæ princi pe loquitur, præter ea, quæ ſæpius ſupra de illa ſacra ſpiritualique maieſtate copioſiſſimè commemorauimus. [c] Nunquid *eum formam iuſtitiæ, ſanctimoniæ ſpeculum, pietatis exemplar, aſſertorem veritatis, fidei defenſorem, Chriſtianorum ducem, vltorem ſcelerum, malorum mitum, bonorum gloriam, virgam potentium, malleum tyrannorum, regum patrem, legum moderatorem, canonum diſpenſatorem, ſal terræ, orbis lumen, ſacerdotem altiſſimi, vicarium Chriſti, Chriſtum Domini,* poſtremò (vt omittam cætera) *Deum Pharaonis* appellauit? Et cum talis tantuſque vniuerſalis Eccleſiæ princeps, tot virtutum honorumque titulis refulgens, à quibuſdam *deſperatis, & perditis,* (vt cum [d] S. Cypriano loquar) *& extra Eccleſiam conſtituti impugnari videtur, apparet quis impugnet*, quantumque ſit eorum tanti principis auctoritatem Maieſtatemque oppugnantiū ſcelus. Cæterū ſi tales ſchiſmatici rebelles coniuratione cum hæreticis nefaria fœderati, in ſanctiſſimum hoc Eccleſiæ Catholicæ caput viſibile cōſpirantes, *exciderint à fide*, (vt verbis S. doctoris & martyris inſiſtam.) [e] *Nunquid eorum infidelitas fidem euacuabit? Abſit. In extremis enim temporibus ſuperbi & contumaces, & ſacerdotum Dei hoſtes* (addam ſacerdotum principis infeſtiſſimos perduelles) *aut de Eccleſia recedent, aut contra eam ſacient.* Quales ſchiſmatici, qui aduerſus œcumenici paſtoris auctoritatem inſana cum hæreticis conſpiratione ſociati effrænatus armati fœdus cum inferno morteq; pepigerunt. Ad quos hæc S. Bernardi verba pertinent. [f] *Quidam videntur fœdus percuſſiſſe cum morte, & cum inferno fecisse pactum. Ecce namque Innocentius Pontifex poſitus eſt in ruinam & in reſurrectionem multorum. Nam qui Dei ſunt, libenter iunguntur ei. Qui autem ex aduerſo ſtat aut Anti-Chriſti eſt, aut Anti-Chriſtus.* Subiūgam & illa poſt multa patris maximè deuori aduerſus rebelles iſtos eloquia. *Velis nolis peccator qui videt & iraſcitur, Magnificatur Rom. Pontifex in conſpectu regum, portans coronam gloriæ.* Cuius poteſtatem à Deo datam velle labefactare, vel tantillum imminuere, quid eſt aliud, quam illum Chriſti Domini vicarium de medio militantis Eccleſiæ tollere? Hoc qui moliuntur, quid aliud intendunt quam horrendum Dei Eccleſiam in hoc mundo monſtrū, corpus nempe ſine capite fabricari? Simile his Æthiopiæ populis Blemmiis inter monſtroſos [g] homines annumeratis, quod ex Plinii relectione, ſine capite, oculis pectori affixis eſſe tradantur. Quod monſtrorum genus ſiniſtri fu-

b Herodot. l. 4. c. 59.

c S. Bernard. l. 4. de conſiderat. c. vltimo.

Præclariſſimum Rom. Pontif. encologia.

d S. Cyprian. ep. 55.

e S. Cyprian. vbi ſupra.

f S. Bernard. epiſt. 124.

S. Bernard. ibid.

g Blemmyæ mōſtroſi homines ſine capite.

A neſtique hominis pottentum eſſe ſolet, vt magorum futuri præſagorum monſtra interpretari ſolito rū teſtimonio confirmatū eſt. Tēpore quo Roxanes Perſarū regina puerū capite carentem Cambyſi marito ex eius ſemine peperit: quo mōſtro funeſta multa ſignificari, ipſumque Cambyſem ſine liberis moriturū, nullumque ſibi ſucceſſorem imperio relictutū, portentorū interpretes venturorū præſcii declararunt, vt [h] Photius auctor ex Cteſiæ Cnidii l. 12. retulit. Quantis malorū grauiſſimorū calamitatibus afflicta, victa & oppreſſa ſuccūberet Eccleſia, ſi contra Chriſti Domini decretū & inſtitutū ſuo capite viſibili priuaretur? Quo illā afflictā orbatamque illi deſtituūt atq; ſpoliāt, qui ſua à Deo data poteſtate, principatuq. Monarchico, caput illud Eccleſiæ ſanctæ viſibile denudant atq. fruſtrantur. Propter hoc non ſine cauſa iuſtaq. ratione Leo 9. ſedis Apoſtolicæ moderator, & vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor, eos vniuerſalis Eccleſiæ, omniumq. in cuius veluti matris chariſſimæ gremio quieſcentiū fidelium, vereq. Catholicorū, perſecutores eſſe ſceleratiſſimos aſſeruit: qui Rom. Eccleſiæ eſſent infeſti, eius auctoritati principatuiq. Monarchico contumaces inimicarentur: Cum inter alia Michaëli Conſtantinopolitano Patriarchæ nefario ſe vniuerſalem Epiſcopum ſuperbiſſimè nominanti iſta reſcripſit. *Quiſquis Rom. Eccleſiæ auctoritatem, vel priuilegia euacuare, ſeu imminuere nititur, non hic vnius Eccleſiæ, ſed totius Chriſtianitatis ſubuerſionem & interitum machinatur. Cuius enim compaſſione vel ſuſcitatione reſpirabunt filiæ à quouis oppreſſæ, vnica illa ſuffocata matre? Cuius refugium appellabunt? Ad quam confugium habebunt?* &c. Hīc igitur ſupremā ſedis Apoſtolicæ dignitatē Monarchicā Rō. Pontificis auctoritatē, vt ſaluā incolumēque fideles omnes per orbē terrarū diffuſi religione intemerata ſuſpicerēt, & inuiolabili reuerentia tutarentur: magnus ille Cardinalis Petrus Damianus in illa diſceptatione Synodali à ſe deſcripta, & poſt ad Synodū Oſbotiā perlata inter regis pueri Henrici 3. aduocatū, & defenſorē Rō. Eccleſiæ (qui fuit ipſe Petrus vt valde probabile eſt) in plenis ſolemnibuſque Germaniæ comitiis palam publicè, pergrauibus rationibus & argumentis euidentibus nullā in orbe Catholicā congregationem Eccleſiāque ſaluam poſſe ſubſiſtere, ruente hac ſedis Apoſtolicæ dignitate, Monarchicaque Pontificis Rom. maieſtate probauit. Qua viua & ſalua reliquæ Chriſtiani orbis ſocietates & Eccleſiæ felices indomiteque perſeuerant. Sic enim in hac diſceptatione Eccleſiæ Rō. defenſor orditur. *Cū beatitudo veſtra, venerabiles patres ſuper Apoſtolicæ ſedis negotio diſputat, ad cūctas Eccleſias pertinere quod verſatur in manibus nō ignorat. Hac enim ſtante reliqua ſtant: ſin autem hæc quę omniū fundamentū eſt & baſis obruitur, cæterarū quoque ſtatus neceſſe eſt collabantur.* Hæc qui non attentè ſerióque conſiderant, atque maximū eorum ſcelus non autumant: qui cum hæreticis fœderati odio atque liuore contra hanc ſanctiſſimæ ſedis arcem vt deſtruant, contra hanc ſacro-ſanctam ſanctiſſimi paſtoris Eccleſiaſtici Maieſtatem, vt eam do altiſſimo ſuæ dignitatis, poteſtatiſque ſolio deturbent, contumaciter armantur: quis non bonorum Catholicorum cos omnem Chriſtianæ pietatis charitatiſque ſenſum exuiſſe diceret, & ingenuè profiteretur? Quis feret præſumptionē eorū ſuperbiſſimam?

Monſtrum ſine capite naſci mali ominis portentum.

Plinius l. 5. c. 8 in fin.

h Photius ex Cteſiæ Cnidii l. 12. qui vixit tempore Artaxerxis, cuius fuit medicus, qui res Syriacas & Perſicas ſcripſit teſte Strabone l. 14

B

Qui auctoritati & principatui Eccleſiæ Monarchico detrahit vniuerſalis Eccleſiæ & omnium particularium perſecutor eſt Eccleſiarum.

Leonis 9. ep. 1. ad Michaëlem Patriarcham Conſtantinop. c. 36.

C

Stantem in flore ſuo Rom. Eccleſiæ principatu, reliquæ ſalua ſtant Eccleſiæ, ſecus omnes ruunt.

Petri Damiani in diſceptatione Synodali inter aduocatum regis & Rom. Eccleſiæ defenſorem.

D

a S. Cyprian. epist. 55.

A qoi, [a] *Iudicare se velle dicunt*, vt cum S. Cypriano loquar, *de Ecclesiæ præposito extra Ecclesiam positi, de Christiano hæretici & schismatici, de sano saucij, de integro vulnerati, de stante lapsi, de iudice rei, de sacerdote sacrilegi.* Denique vt de meo aliquid addam, de Rom. Pontifice à Catholica cōmunione extorres, de Ecclesiasticæ Maiestatis, Monarchiæque principe, læsæ vtriusque Maiestatis diuinæ & humanæ perduelles iudicium se ferre debere impudentissimè, quæ sua non sunt arrogando, gloriantur? Hoc moliri quid est aliud quam in ipsius sponsæ Christi omnium fidelium charissimæ matris appressionem irrūpere, quod est peccatum peccatorum? Vt præclarè, sed & luctuosè ad nefandissimum pseudo-pontificem Cadaloum [b] Petrus Damianus scribendo demonstrabat. En fructus amarus & acerbos, qoem schismaticorum maleuolorumque in sedem Apostolicam sub specioso nomine Catholicorom

b Pet Damiani ep. a. ad Cadaloum pseudo Pontif.

B latentium scelerata factio cum hæreticis, ac schismaticis fœdus immane produxit.

a. pars. *Fœderati cum hæreticis ad opprimendam sedis Apostolicæ Romanique Pontificis auctoritatem dignitatemq; Monarchicam extra Ecclesiam sunt à Deo maledicti.*

Quàm igitur nefarium, quàm perniciosum dominico gregi sit illud fœdus æterna morte piandum, quis Christianorum uon videt & attendit? Cuius quidem fœderis abominatione fœdati & coinquinati extra Ecclesiam vna cum hæreticis, quibus sacrilega factione sociantur, se esse sciant & intelligant diuinis maledictionibus subiugati, tam stulti & infatuati, tamque præ malitia excæcati, vt astutiam, fraudemque hæreticorum agnoscere non possint. Qui vt schismaticos illos libertinosque cognaræ secum impietatis attrahant, se veræ fidei sectatores, veritatisque Christianæ cultores simolatione fallaci mentiuntur,

C mentientesque iniuriosa sacræ scripturæ verborum vsurpatione, de tali, qua carent omnino, veritate gloriantur. Quod oulli mirum videri poterit, qui ista à S. [c] Cypriano audiuerit. *Hæreticus sic se Christianum profitetur, quomodo & Christum diabolus persæpe mentitur. Sicut verò ille Christus non est, quamuis fallat in nomine illius, ita nec Christianus videri potest, qui non permanet in Euangelij eius & fidei vnitate.* Atque de illorum numero qui hæreticos in multis impiorum dogmatum ad oppressionem Pontificię Maiestatis assertionibus æmulantur, libertini illi extra Ecclesiam meritò sunt, qui pro temporalibus bonis facilè sacras Christi Ecclesiæque immaculatæ leges eiurant, æternaque bona contemnunt & aspernaotur. Quos [d] S. Basilius *Christemporos* appellabat, & Catholicis magnoperè detestandos fugiendosque proponebat, cum ita ad Nicopolitanos inter alia scribebat. *Id tantum curetis ne illorum mendacijs decipiamini, quibus fidei rectitudinem profitētur. Non enim Christiani tales sed Christempori, qui magis hoc quærunt, quod ad hanc præsentem illam vitam conducit, quam vt secundum veritatem viuant: vbi vanum hunc principatum adipisci, & alia temporalia commoda se posse iudicarunt, Christi se coniunxere inimicis: vbi plebem irritari viderunt, rursum fidei rectitudinē prætexerunt.* Et quāuis hæreticorū atq; schismaticorū fictorū Catholicorū non eadem sit in omnibus mens, os, & consensus, & isti varij inter se varia sentiant, quibus inter se contentiosa lite distracti pro sua quisque opinione dimicant: tamen cum de profliganda sedis Apostolicæ dignitate, & oppugnanda Pontificiæ Monarchiæ veritate agitur, omnes iungunt dextras, & sociatis suæ rebellionis atque defectionis armis iniqua prauarum voluntatum, affectuumque coniuratione conspirant, ac summæ oequitiæ studentes animis, viribusque copulantur. Hoc satis apertè Optatus designare volebat dicendo. *Inter hæreticos & schismaticos maxima est differentia, sicut etiam inter hæreticos secta diuersa solēt esse, licet sit eadē nequitia.* Quod præclaro illo dicursu elegāter illustrat. [e] *Hæretici veritatis exules, sani & verissimi symboli desertores, de sinu Ecclesiæ sācta impijs sensibus deprauati, contempto quod bene fuerint geniti, vt ignorantes & rudes deciperent, de se nasci voluerunt: Et qui iamdudum vitalibus pasti fuerant cibis, corruptela mala digestionis in perniciem miserorum disputationibus impiis impia venena vomuerunt. At schisma sparso coagulo pacis dissipatis sensibus generatur, liuore nutritur, æmulatione & litibus roboratur, & deserta matre Catholica, impij filij dum foras exeunt, & se separant à radice matris Ecclesiæ, inuidiæ falcibus amputati, errando rebelles abscedunt.* Sic hæretici & schismatici rebelles Ecclesiæ matri, contumaces patri suo spirituali pastori œcumenico, partim à se inuicem opinionum varietate diuisi, partim inter se ad vtriusque parentis spiritualis oppressionem scelere nequitiaque coniuncti, vtrique extra Ecclesiam sua peruersitate relegati, meritò diuinarum maledictionum imprecationumque fulmine conteruntur. [f] *Quibus nihil interest* (vt cum Tertulliano loquar) *licet diuersa tractantibus, dum ad vnius veritatis expugnationem* (addo & ad Pontificiæ dignitatis principatusque Monarchici supra firmam petram fundati supplantationē) *conspirent.* Quò facilius corporis mystici Saluatoris nostri, quod est Ecclesia, sana membra, suo visibili capite destituta rapacibus inferni lupis deoorand a relinquant. Quis enim oescit capite à membrorum compage reuulso, pastore ab ouium gregisque regimine, ac solicitudine repulso, quàm sit facile mortuo, & exangui corpori illudere? agnos & oues ooili neglecto relictoque deglubere, perdere, strangulare? madentesque caulas pecoris sanguine cruentare? Et ita sicut hæretici maledicti à Deo extra Ecclesiam æternæ naufragio salutis obnoxij errantes misere vagantur, sic illis fœderati mali Catholici, impiis Ecclesiæ, eiusque pastori rebellando prauarum assertionum portentis cum istorum insania sæculari, sicut spirituali principatui perniciosissima conspirantes ab ipsius Ecclesiæ sinu gremioque iustè, cum sint schismatici, repelluntur. Cum enim schisma nullom in Ecclesia

D subsistere possit, quî possunt merito in ea esse schismatici? Quàm illud D. Augustini à Pelagio papa in testimonium contra schismaticos adductom, ad eam rem, quam firmamus, præclarum est? [g] *Quod si*, inquit, *nullo modo rectè dici potest Ecclesia in qua schisma est, restat, vt quoniam Ecclesia nulla esse non potest, ea sit, quam in sedis Apostolicæ per successiones Episcoporum radice constitutam, nullorum hominum malitia (etiam si nota, excludi non possit, sed pro temporis ratione toleranda iudicetur) vllo modo valeas extinguere.* Auctius etiam addit sanctus Augustinus canone sequente, [h] Nempe eos, qui schismaticis consentiunt, & in eorum rebellionibus conniuendo suffragantur, vnitati Ecclesiæ non communicare.

Hæreticus est Christianus sicut diabolus est Christus.
c S. Cyprian. l. de vnit. Ecclesiæ.

Libertini & schismatici sunt dicti Christempori.
d S. Basilius ep. 72, ad Nicopolitan.

Hæretici & schismatici licet in multis discordent, tamen in opprimendaq. Ecclesiæ sedisque Apostolicæ dignitate consentiunt inter se, & ita vtrique extra Ecclesiam sunt quam oppugnant.

Optat. Mileuit. l. 1. contra Parmenianū.
e Optat. ibid.
f Tertull. l. de præscript.

Nullum schisma in Ecclesia esse potest, vnde schismatici sunt extra Ecclesiam.
g S. August. Can pudenda 24. q. 1.
Etiam schismaticis consentientes sunt extra Ecclesiā.
h Can. schisma 24. q. 1. ibid. can 24.

Sic enim ſanctus Pater ait. *Schiſma ſiquidem ipſum, quod Græcum nomen eſt, ſciſſuram ſonat. Sed in vnitate ſciſſura eſſe non poteſt. Non ergo vnitati communicant, qui ſchiſmatibus communicent. Partes ſibi ipſi fecerunt, & ab eo, quod vnum eſt, vt Apoſtoli Iudæ iam verbis loquor, ſemetipſos ſegregantes Spiritum non habent. Quibus omnibus illud efficitur, vt quia in vnitate vnum non ſunt, vt quia in parte eſſe voluerunt, vt quia Spiritum non habent, corporis Chriſti ſacrificium habere non poſſint.* Qui poſtea docet Catholicos ſecura & tuta conſcientia, ſchiſmaticos & illis adhærentes, quos à ſua communione Eccleſia Mater arcet & excludit, poſſe deteſtari, hæc dicendo.[b] *Sed quia ſe ab vniuerſali Eccleſia diſcindunt, omnis Catholicus ſecurus eam partem deteſtatur, cui Eccleſiam vniuerſalem Apoſtolicis ſedibus coboratam non communicare cognoſcit &c.* Et rectè quidem. Etenim omnia pietatis & charitatis opera, Deo indignante perduntur & euaneſcunt in illis, qui ſedis Apoſtolicæ, Chriſtique Domini ſponſæ ſanctiſſimæ fidelium matris hoſtibus illicito fauore, beneuolentia turpi, affectuque deprauato blandiuntur. Vt exemplo Godofredi Tuſciæ Marchionis illuſtrari poteſt: qui antequam nefandiſſimo pſeudopapæ Cadaloo in Apoſtolicæ ſedis oppreſſionē gratificaretur, miris charitatis, miſericordiæ, deuotionis, zeli diuinæ gloriæ, aliarumque Chriſtianarum virtutum ſplendoribus effulgebat: quibus omnino ſpoliatus, dum tepeſcens in ſedis Apoſtolicæ defenſione Cadaloi ſcelerata ſchiſmata, nefariaſque contra Alexandrum 2. Papam legitimum rebelliones ſui fauoris auctoritate firmabat. Quas poſtea factorum pœnitens in ſe reduxit, cum execrandas pſeudo-pontificis diris toties anathemate traditas factiones, parteſque ſacrilegas à ſuæ protectionis robote penitus abiecit. Vnde illa pathetica lamentationis querelæque plena Petri Damiani ad illum Marchionem ſcribentis eloquia. *Noua ſanè & inaudita de vobis apud nos fama percrebuit, quæ nobis non parui mœroris moleſtiam intulit, viſcera tremefacta concuſſit, os noſtrum à ſolita gloria veſtra laude compeſcuit, & tabefactum cor, velut acutiſſimo doloris intimi pugione, transfodit. Vos ſcilicet communicaſſe cum Cadaloo, quem, vt liquido noſtis, iamdudum vniuerſalis Eccleſia, tanquam lethale virus euomuit: & vt cancera putridum membrum de proprijs viſceribus amputauit, in gehennalis barathri profunda demerſit: & quaſi ſtercus hominum intra latrinæ cuniculos obrutum, ne naribus hominum de cætero fœteat, ſpiramen obſtruxit. Huic itaque tali viro veſtram communicaſſe prudentiam foſſores in agro, mercatores in foro, milites vociferantur in publico. Heu proh dolor! vir eminentiſſime, vbi tunc erant vberes illi lachrymarum riui, quos velut torrentem deferuentiſſima tui pectoris charitate conſueueras profundere, & ſancti Spiritus amore ſuccenſus non ceſſabas madefacta fletibus ora rigare? Huccine redacti ſunt tot Eleemoſynarum fructus, quibus vtique per continuum quadrageſimalis ieiunij curſum liberalis piiſſimaque clementia tua charitas non modo indigentium recreauit inopiam, ſed etiam ad noſtri Saluatoris exemplum, & pedes lauit, & oſcula defigere non erubuit? &c.*

Propterea in tanti ſchiſmaticorum prauorumque nomine tenus Catholicorum vltionem temporalem, illos iniqua confœderatione cum hæreticis adunatos, atque ita paci Eccleſiæ, Chriſtianæque reip. reluctantes,[c] Concilium Lemouicenſe ex perſuaſione Olderici S. Martialis Abbatis, Anathematis ictu meritò perculit. Atque ipſos ſpiritualia fulmina excommunicationis Eccleſiaſticæ contemnentes Deus quandoque exemplo [d] Chore, Dathan, & Abiron ſtupendę pœnæ tormentique corporei tonitruo percuſſos ſolet in profunda gehēnæ infernalis barathra detrudere, vt funeſtiſſimus[e] Anaſtaſii imp. Eccleſiæ ſpiritualia tonitrua contemnentis, & aliorū huic ſimiliū tyrannorū exitus vitæ flagitioſæ teſtantur. Quod pœnæ genus in tales rebellione ſchiſmatica contra ſanctiſſimi patris imperii ſpiritualis Monarchæ maieſtatem hæreticis confœderatos aſſurgentes quam iuſtum ſit, apparet ex eo diuinæ vltionis in barbaros exemplo: qui in Theodoſium Imperatorem iuniorem conſpirauerant. Quos ictos fulmine, peſte igneque de cœlo conſumptos Dei vindicta proſtrauit & extinxit. De qua hæc[f] Socrates: *Barbari quos ille* (ſcilicet Ioannes tyrannus, qui contra legitimum principē ſuum Theodoſium ſe rebellis armauerat) *ad auxilium ſibi contra Romanos ferendum accerſiuerat, in fines Rom. imperij incurſionem facere conſtituerunt. Quo audito, Imperator, vti ſolebat, iſtarum rerum Deo curam commendauit: atque precibus ſe totum dedens, breui quod in optatis erat, eſt conſecutus. Quibus autem cladibus barbari opprimerentur, non incommodum eſt hoc loco recenſere. Primum illorum dux nomine Cugbas fulminis ictu interijt, deinde peſtis ſubſecuta maximam partem hominum, qui ei parebant, è medio ſuſtulit. Neque hoc ſatis eſſe videbatur, ſed ignis etiam de cœlo delapſus complures eorum, qui ſupererant abſumpſit.*[g] Poſt hæc iſta ſubiunxit Socrates. *Quæ res Barbarorum animis maximum iniecit timorem: non tam propterea quod contra bellicoſam Romanorum gentem arma ferre auſi fuiſſent, quàm quod Romanos à Deo prapotenti adiutos animaduerterent.* Quod ſi tantę Deo curæ principes ſæculares religionis Chriſtianæ, Catholicæque pietatis illuſtrati radiis extitere, vt propter eorum defenſionem vindictamque læſæ eorum maieſtatis hoſtes barbaros fulmine, peſte, cæleſtibuſque flammis extinguere voluerit: hi quid ſeueritatis à Deo tremuli debent expectare, qui maximis Dei Eccleſiæque perduellibus, hæreticis nēpe iuncti omnem mouent lapidem, vt principis non ſæcularis Chriſtiani, ſed ſpiritualis omnium Regum, principumque Chriſtianorum parentis & Eccleſiæ Rom. reliquarum matris & reginæ ruinam, exitiumque principatus, quod tam nefariè exoptant, ſuis conflatum molitionibus, machiniſque, tandem aliquando conſpicere poſſint? Hos enim Eccleſiæ ſuæ hoſtes tanquam violentos caſtiſſimæ ſponſæ adulteros, & ſuæ ſedis Apoſtolicæ perſecutores, tanquam ſacri diuiniq; thalami conſtupratores Deus magnoperè deteſtatur: vt hac eleganti ſimilitudine Petrus Damianus Marchioni Tuſciæ Godefrido, vtcumque ad execranda nefandiſſimi ſedis Apoſtolicę conſtupratoris pſeudopapæ Cadaloi ſcelera conniuenti ſignificabat. *Dic mihi, vir magnifice, ſi quis honeſtiſſimis & pudiciſſimis thalamis tuis inferre molitetur iniuriam, quis neceſſarius tuus, quis domeſticus auderet illi familiaritate coniungi? Quis illorum præſumeret in amicitiæ fœdere copulari? Si ergo*

[Margin notes, left column:]
b S. August. ibi. §. ſed quia.
Omnia pietatis charitatiſque opera in eo qui fauet hoſtibus ſedis Apoſtolicæ pereunt.
Petri Damiani epiſt. ad Marchionem Tuſciæ.
Petri Magna parum temporalis & æterna ſchiſmaticis commer... ſicut hæreticis.

[Margin notes, right column:]
Concil. Lemouicenſe contra ſchiſmaticos Eccleſiæ pacem turbantes.
d Numer. n. 19
e Euagrius 3. alii.
Conſpirantes in Theodoſium iuniorem barbari à Deo ictis fulmine pereunt.
f Socrates l. 7. c. 42.
g Ibid.
Hoſtibus fœderati Eccleſiæ quam grauè, quàmq; graui dignum pœna:
Epiſt. Petri Damiani ad Godefridum Tuſciæ Marchionem.

homo cum aduersario Domini sui concordiæ fœdus inire non audet: quo pacto sublimitas tua illi communicari non timuit, qui (scilicet Cadalous) *sponsam sanctam* (scilicet Ecclesiam) *quasi per obscæni lenocinij stuprum violare præsumpsit? Dei quippe hostis esse conuincitur, qui eius inimicorum amicitiæ sociatur.* Vnde tot Dei per prophetas suos in scripturis sacris aduersus impiè fœderatos hostibus Dei & eius Ecclesiæ grauissimarum animaduersionum comminationes, funestissimos exitus, effectusque suo tempore pepererunt. Cuius rei veritatē suo maximo experti damno testati sunt [a] Saul, [b] Achab, [c] Ioram, aliique populi Iudaici principes, qui partim infidelibus Dei hostibus fœderati, partim victis illis contra præceptum Domini ignoscentes, in Deum ipsum rebelles, & Ecclesiæ veteri contumaces, vitam cum imperio temporalem proprio cruentatam sanguine, æternamque funestissimo exitu perdiderunt. Quantò B iustiùs & seuerius Deum iniurias sponsæ suæ Ecclesiæ Euangelicæ Reginæ ac Dominæ, non ancillæ, (vt respectu eius antiquæ legis erat Ecclesia) ab his illatas vlturum credimus? qui illius maiestatem sanctissimam, principatumque Monarchicum ab ipso Deo Christo Domino constitutum inuidiosè criminantur, malitiosè aspernantur, & sceleratè persequuntur? Cuius vltionis diuinæ seueritatem, vt schismatici, omnes supremo sedis Apostolicæ principatui detrahentes, imperiisque patris sanctissimi rebelles, iniquo cum hæreticis fœdere sociati possint effugere: vnumquemque eorum ex ardore charitatis exhortando, rogando, obtestando, illis quibus Petrus Damianus Godefredum illum Tusciæ Marchionē sceleratissimi quondā fautorem Cadaloi pseudopapæ admonēdo efficaciter instruxit, verbis affabor. *Attēde reatus admissi piaculum, digna pœnitētia fletibus ablue, lethalis amicitiæ fœdus abrūpe. Te deliquisse palā omnibus confitere, & in gratiā sedis Apostolicæ, cuius nobilis & præclarus filius es, sub celeritate reuertere. Quatenus, cū, quod à mēbris diaboli laudabatur, exploseris, & ipse per lamenta pœnitētiæ sponte malè facta correxeris, simul cum Rege Dauid (aliisque verè pœnitentibus) non modò veniam à Deo, sed & gratiam consequaris.* C

Dei hostis est, qui hostibus Ecclesiæ fauet.

a 1 Reg. c. 15.
b 3 Reg. c. 20.
c 4. Reg. c. 3. &c.

Exhortatio ad schismaticos, vt pœnitendo diuinam vltionem fugiant.

Pet. Damiani epist. ad Godefredum Tusciæ Marchionem.

CAPVT IX.

Pessima & perniciosissima schismaticorum cum hæreticis societas, qua diabolus vtitur aduersus sanctam Ecclesiam Christi, eiusq; vicarii Monarchiā, propter clades, calamitatesque publicas: de quibus iusta & luctuosa querela & lamentatio.

1. *Ex multis malorum fœderibus iniquis, illud aduersus Dei Ecclesiam, eiusque pastorem iniquissimum & nocentissimum.*

2. *Desolationes & calamitates maximæ ab eo.*

3. *Hæretici & schismatici sententiis quandoque discordes, sed semper impietate concordes, ad vtriusque Monarchiæ oppressionem, vt Arnoldistarum hæreticorum schismaticorumque patet exemplo.*

CVM omnis malorum peccatorūque societas tā malis ipsis, inter quos fit, quā bonis, contra quos astruitur, perniciosa sit, valdeque mala; tum illa, quæ aduersus sanctum Ecclesiastici principatus, cum principibus Christiani fori sæcularibus, fœdus efficitur, pessima perniciosissimaque omninò iudicatur. Huius assertionis primam partem præclara sententia S. [d] Basilius probat & illustrat, cum ait. *Reuera noxiæ sunt amicitiæ quæ cum malitia contrahuntur. Nam ea est amicitiæ huius lex & vis, vt per similitudinem malitiam coniunctis inferat:* illamque confirmat vulgari illo poëtæ prouerbio, cuius Apostolus meminit. [e] *Corrumpunt bonos mores colloquia praua:* tum similitudinibus illustrat. *Quemadmodum in pestilentibus locis sensim attractus aer latentem corporibus morbum inijcit: sic in praua consuetudine ac conuersatione maxima nobis mala hauriuntur, etiam si statim incommodum non sentiatur.* A fœda illa malorum societate amicitiaque deprauata nihil præter noxia & infida fidentibus illis expectanda sunt. Notum Cyclopis apud [f] Homerum, qui vt Vlyssi propter bonum vinum ab illo propinatum sibi gratificaretur, dixit illi οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι. *Te nouissimum post socios deuorabo.* Quàm perniciosa bonis sit illa malorum societas, patet ex eo quod in bonorum caput hæc nefaria malorum coniuratio fœderari soleat: iuxta illud Regii prophetæ vaticinium: [g] *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum eius.* Et alibi. [h] *Circundederunt me canes multi,* scilicet impii multi, per canes in scriptura designati. *Consilium malignantium obsedit me.* Sicut antea in eum finem vt à crudelitate impiorum iniquo sociatorum fœdere liberaretur, sic Deum deuotè ardentique zelo rogabat. [i] *Sub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorum, qui me afflixerunt. Inimici mei animam meam circundederunt,* [*] *adipem suum concluserunt, os eorum locutum est superbiam. Proiicientes me nunc circundederunt me, oculos suos statuerunt declinare in terram. Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam &c.* D Vnde est, quod propterea in scripturis sacris & Doctorum sanctorum doctrinis, inter malos concordiam periculosam valdeque perniciosam esse dici solet. Quod verissimè [k] sanctus Gregorius comprobans eleganter atque perite dicebat. *Reproborum hominum vnitas bonorum vitam tantò durius prepedit, quantò ei se per collectionem durior opponit. Hanc vnitatem reproborum perniciosam sibi S. Paulus conspiciens, cum in medio Pharisæorum & Sadducæorum esset, dixit: De spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Qua voce vehementer percussa protinus contra se inimicorum audientium turba dissiluit, & dum in duas partes tumultuantiū multitudo scinditur*

d S. Basil. homil. Quod Deus nō sit auctor malorū, quæ est 9. inter diuersas, en 19. ad populum.

e Aratus.

f Odyss. l. 6.

Fœdus impiorum in caput bonorum.

g Psal. 2.

h Psal. 21. v. 17.

i Psal. 16. v. 9. 10.

Id est, nullis motis misericordia meliùs extremas redacto miserias arroganter insultarunt. vide Bellarm.

Concordia inter malos iustis nocet, sicut disunio prodest.

k S. Gregor. l. 34. Moral. in cap. 41. Iob.

Paulo via ereptionis aperitur: quia quem turba perſequentium vnica conſtrinxerat, dimiſſa laxabat. Eripiuntur ergo iuſti, dum diuiduntur iniuſti: & electorum vota ad perfectum perueniunt, dum reproborum agmina per diſcordiam confunduntur. At ſi ſocietas improborum turpi peruerſaque fœderatorum inter ſe beneuolentia tam fœda & iniqua, tam noxia & perniciosa ſit, quantò fœdior & iniquior, quantò noxior & pernicioſior erit illa ſchiſmaticorum fictorumque Catholicorum cum hæreticis aduerſus Eccleſiam Dei, & aduerſus immaculatum eius principatum prauè conſpirantium ſocietas & vnitas? A qua tot furores, nefariique conatus excitantur, vt ſalutare ſanctúque fœdus diuino Chriſti numine percuſſum inter Rom. Pontifices & Reges Chriſtianos Ca- B tholicoſque confringatur atque diſſipetur? Et ita ſceleratius tyrannis Babylonica diabolicaque dominatio ſuper ipſius lapſus caſuſque funeſtos erigantur? Vt unde hæretici hac fœda & perfida ſchiſmaticorum libertinorumque ſocietate corroborati, ſe non modo ab Eccleſia Catholica præciſos; ſed etiam quod ſecum in eam præciſionis ſocietatem alios de malis Catholicis attraxerint, impudentiſſima ſuperbia glorientur: ad inſtar Donatiſtarum, de quibus hæc S. Auguſtinus. [a] *Ipſis parum eſt, quod præciſos eſſe non pudet, nec ſibi ſubueniunt, vt cum poſſint, redeant ad radicem, niſi etiam ſecum alios præcidere, & ſicut ligna arida in ignem deſtinare conentur.* Quibos ideò maximè placet ſecom alios à ſe deluſos, extra Catholicorum cætum auulſos perdere, vt illis perditis adglomerati in Rom. Pontificem ſpiritualem fidelium omnium in terra Monarcham, C in ipſam ſanctiſſimam Catholicorum omnium Matrem Eccleſiam, & in ſuos etiam ſæcularis politicæque iuriſdictionis principes ac reges potentius ſæuire atque debacchari poſſint. Eſt quippe mos ille omnium hæreticorum, cum ſe doctrina impares, & iure ſentiunt, non valentes vltra veritati reſiſtere, ad arma, ad gladios, igneſque ferales impetu cæco conuolare, vt quondam Donatiſtæ & alii veteris abominationis hæretici. Quos ſecuti ſua tempeſtate Lutherani & Caluiniſtæ, quot orbis Chriſtiani theatra, fumante generoſoque Catholicorum ſanguine cruentarunt? De hac inſanienti Donatiſtarum ſua gladiis & armis impia dogmata defendentium cum ratione, cauſæque deficerent æquitate, veritate conuicti, furia, Concilii Africani ſub Bonifacio 1. Patres, ſæculare Catholicorum principum brachium aduerſus eos rationum & diſputationum pondere victos, ferro dimicare molientes effla- D gitando iſta retulerunt. [b] *Quia impletum eſt erga nos Epiſcopale & pacificum officium, & illi, qui veritati reſpondere nequiuerunt, ad immanes violentias ſunt conuerſi.. a vt multos Epiſcopos, multoſque Clericos, vt de laicis taceamus, inſidiis oppreſſerint: Eccleſias etiam aliquas inuaſerint, aliquas inuadere pertentauerint: ipſorum imperatorum tam clementiæ eſt conſulere, vt Eccleſia Catholica, quæ eos religioſo vtero genuit, & fidei firmitate nutriuit, eorum etiam protectione muniatur: ne temerarii homines religioſis temporibus, infirmos populos terrendo, præualeant. Quoniam ſecundò deprauare non poſſunt. Nota etenim & legibus ſæpe conclamata Circuncellionum, quæ furiunt, deteſtabilis manus, quæ etiam religioſiſſimorum ipſorum ſupra principum frequentibus ſanctionibus* A *condemnata eſt: aduerſus quorum furorem poſſemus non inſolita, nec à ſcripturis ſanctis aliena implorare ſubſidia &c.* Huic fit, vt linguis ſuis doloſè agentes ſchiſmatici, & multa in cordibus ſuis aduerſus Eccleſiam Dei ſcelera machinantes, his hæreticorum furiis adiuncti clades plurimas, grauiſſimaſque calamitates in orbe Chriſtiano pariant, perpetrent atque fabricentur. Si ſua in ſedem Apoſtolicam, Monarchicum vniuerſalis Eccleſiæ thronum acerba machinamenta, molitioneſque crudeles, alienationem bonæ voluntatis ab hac ſanctiſſima ſede principum laicorum cordibus imprimendo, ad optatos B exitus perdocere poſſent. Non minus in hoc immanes & execrandi, quam Magi illi Perſarum infideles, Chriſtianæ religionis interitus, & effuſi fidelium eius cultorum ſanguinis appetentes & auidi. Qui vt Regis ſui Iſdegerdis recens per vota preceſque Chriſtianorum à deſperato morbo & ægritudine lethifera Chriſti Domini virtute liberati, animum ad odia, exilia, cædes cruoreſque contra Chriſtianos incenderent; iratos ipſi maximè eſſe Perſarum Deos, vt Ignem, quem pro Deo Perſæ venerabantur, quod Chriſtianis faueret, eoſque in imperio ſuo viuere pateretur, terribili dolo commentoque ſacrilego huic Regi perſuadere conabantur. De qoo hæc Socrates. [c] *Magi videntes ſanatum regem religionem Chriſtianam amplecti, fallaciam hanc, vt deterrerent eum, excogitant. Et quoniam Perſæ* C *Ignem pro Deo colunt, & Rex ipſe ignem perpetuò ardentem in domo quadam venerari ſolebat: ſubter terram hominem abdunt, eumque tempore quo Rex preces facere conſueuerat, has voces emittere faciunt. Regem è regno exturbandum eſſe. Impiè enim propterea agere, quod ſacerdotem Marutham* (qui eum Chriſti Domini virtute ſanauerat) *Chriſtianorum diuinum exiſtimabat. Quæ cum Iſdegerdes audiuiſſet (hoc enim regi nomen fuit) tametſi Marutham reuerebatur, tamen ob eam cauſam à ſe amandare conſtituit.* Talis eſt noſtrorum ſchiſmaticorum fictorumque Catholicorum hæreticis ſociatorum in ſedem Apoſtolicam, illiuſque præſulem Monarchicum Rom. Pontificem liuor & odium. Qui perfidè proditorièque Catholicos ſæculi principes eludendo, ne fida ſtabilique cum Rom. Pontificibus Monarchicum eorum principatum obſeruantia filiali reuerentes, pace, beneuolentia- D que perfruantor, illis tam ſanctum illum religioſumque beatiſſimi patris principatum non eſſe à Deo, quin imò illi exoſom & inuiſum, regiæque poteſtati maximè noxium perſuadere nituntur: vt contra illum poſtea in ſuarum exitiom animarum armis odiiſque luctentor. Sed faxit Deus qui pro ſui cuſtodia gregis. *Non dormitabit neque dormiet*, vt ſicut Magi illi Perſarum in ſuis perfidis doloſiſque machinis per S. Marutham detecti, ad maiorem Eccleſiæ Chriſti in dies ſe in Perſide propagantis, honorem & gloriam confuſi miſere edicto regio periere: ſic fallaces illi doloſique ſchiſmatici ad Reip. Eccleſiæque Catholicæ perditionem ruinamque hæreticis adglomerati, recloſis eorum fallacibus dolis, ad maius Eccleſiaſticæ ſæcularisque

2. Parſ. Deſolationes & calamitates ab hoc fœdere plurimæ.

a S. Auguſt. Epiſt. 65.

Magnus hæreticorum ſuperbia & audacia ferox.

Hæreticorum mos quando ratione, doctrina & veritatis pondere non poſſunt, quæ omnino deſtituuntur, nimium furore aſſequi conantur.

b Concil. Africanum ſub Bonifacio 1. c. 6.

Ad clementiam Catholicorum principum pertinet ſuarum legum iuſta ſeueritate hoſtes Eccleſiæ reprimere & affligere.

Fraus & machinatio ſchiſmaticorum doloſorumque Catholicorum nomine tenus aduerſus Eccleſiæ ſediſque Apoſtolicæ principatum, non minus impia & immanis quam olim Magorum Perſarum contra Chriſtianos.

c Socrates l. 7. c. 8.

Erat hic Maruthas Epiſcopus Meſopotamiæ.

A gloriæ, atque pacis incrementum, repleantur, tanquam diploide, confusione sua. Non vt opprimantur, sicut illi Magi, sed vt per tutas fidasque pœnitentiæ semitas, quærentes nomen Domini gloriosè conuertantur. De qua Magorum istorum confusione euentilatis per S. Marutham eorum perfidiæ fraudisque cuniculis, ita Sozumenus historiam persequendo loquitur.[a] *Tum Maruthas homo verè diuinus in precibus se penitus defixit, vnde fallaciam dolumque Magorum planè deprehendit. Itaque sic regem alloquitur. Ne illudaris, ô rex, sed domum ingredere, at cum vocem audiueris terra defossa dolum facilè deprehendes. Nam ignis non loquitur, sed hoc fit machina quadam ab hominibus ad eam rem comparata. Marutha rex morem gerit. In domum vbi ignis perpetuò ardebat, rursus ingreditur, simulatque vocem iterum audit, terram iubet defodi. Ita qui vocem illam, quæ à Deo edi putabatur, emiserat, deprehensus est.* B *Quocirca rex ira admodum excandescens, decimum quemque ex genere Magorum capite obtruncari mandat. Quo facto dixit Maruthæ, vt vbi vellet, Ecclesias ædificandas curaret. Hac de causa religio Christiana apud Persas vehementer creuit.*[b] Sic qui habitat in cœlis, eos omnes infideli, hæretica, schismaticaque perfidia principum sæcularium, in Ecclesiæ Catholicæ vexationem, illusores irridebit. At quàm euidenter Theodosius iunior tot in imperio miseriarum calamitatumque publicarum causas ab hæreticorum, schismaticorumque factionibus conspirationibusque promanasse cognouit, constat ex Epistola illa præclara, quam ad S. Simeonem columnæ habitatorem, omnes vitæ suæ admiratione stupefacientem, contra varias Nestorianorum aliorumque schismaticorum ipsis cognata impietate fœderatorũ factiones, contra Ecclesiã Dei, & secularis machinationes imperii C rescripsit, in qua hæc inter alia.[c] *Nam contentio hæc & discordia,* (Nestorianorum scilicet, illisque ausu schismatico perniciosè fauentiũ) *adeò nos conturbat, vt existimemus primam præcipuamque omnium nostrarum calamitatum occasionem vel hanc vnam præbuisse.* Et quoniam nunquam deest hæreticis animus sæuiendi, & in regno, in quo grassantur, horribiles tragœdias excitandi, sed vires sæpissimè, quas cum fœderatæ illis schismaticorum partes occultæ subministrant: Deus immortalis! Quæ strages & cædes? Quis cruor & horror? Quis denique omnia vastandi furor, bonorumque trucidatio non conspiciuntur? Qua miseriarum ærumnarumque consideratione, ab hoc tetro immanique fœdere, tanquam à prauo fonte scaturientium; An non iusta aduersus hos impiè sociatos hæreticis ad perfringendam sanctæ Ecclesiæ dignitatem & pacem S. Bernardi querela, lamentatioque ista lugendo D dicentis extitit? *Omnes suum stomachum sequuntur, & totis viribus funem in diuersa trahentes rumpunt. Heu! nec dum recenti Ecclesiæ plagæ cicatrix occalluit, & rursum scindere, rursum corpus Christi affigere cruci, rursum fodere latus innoxium, rursum vestimenta diuidere, atque ipsam, quoad in ipsis est, tunicam inconsutilem, quamuis frustra, disrumpere satagunt.* Propter quæ Petrus Cluniacensis cæcitatem dementiamque schismaticorum sui temporis gemens lugensque, qui discusso Pontificiæ obedientiæ iugo, eiurato que Apostolicæ sedis obsequio, fœdus

a Socrates Sozomen. l. 7. c. 8.

b Psal. 2.

Factiones hæreticorum & schismaticorũ calamitatum maximarum fontes & causa ex Theodosii iunioris testimonio.

c In Actio Cõcil. Ephesin.

S Bernard. ep. 219.

A cum ciuibus Babylonis spiritualis, id est, hæreticis pepigerant, sic vnum ex illis affabatur. *An tanti pendendi*[d] *sunt ciues Babylonicæ confusionis, vt ciuibus pacificæ Hierusalem præferrantur? An calix aureus Babylonis, quo potantur reges terræ, dulcior ad sorbendum visus est, quam ille Christi, de quo scriptum est, calix Domini inebrians, quam præclarus est?* Ad has miserias, ærumnas, vastationesque bonorum omnium publicas & priuatas, spirituales & corporeas, ab hoc nefario schismaticorum cum hæreticis fœdere profectas attendens Nicolaus de Clamengiis, non sine iustissima ratione istos hæreticos, schismaticosque simulata fraude doloque malo cum intentione nocendi, se in Catholicorum vultus formasque transfigurantes, omnibus scelestioris vitæ prodigis, indignioribusque honorum à Deo datorum profusoribus nequiores fla- B gitiosioresque iudicauit & credidit: prout verbis illis asseueranter affirmauit.[e] *Hæretici & schismatici sunt omnium prodigorum peruersissimi, qui varijs erroribus, peregrinisque doctrinis à Catholica veritate alieni Ecclesiam Catholicam labefactare, & inconsutilem tunicam lacerare certant; non contenti quemadmodum cæteri, fidem Christi ad externa conuolanda deseruisse, nisi eam totis neruis ingenij impugnare, subuertere & persequi festinent.* Qui salutis suæ prodigi, alienæ ruinam perditionemque sitientes, dum sententiis dispares, impietate concordes, ad interitum pacis Ecclesiasticæ principatusque contendunt, mutuò se destruunt, in seipsis salutis radices auellunt, atque pacatis Catholicorum rebus inimicantes, spem omnino fœlicitatis futuræ labefactant. *His infecta sunt Eutychetis & Nestorij venena consilijs,* inquiebat Hormisdas Pontifex,[f] *qui aduersus do-* C *minicæ incarnationis salubre mysterium, dum contraria inter se disputatione nitantur, sub quadam sacrilegij æqualitate consentiunt, sententijs dispares & impietate concordes.* Quis non ad memoriam horrendarum factionum, immanium tragœdiarum, sacrilegarumque pollutionum stuperet & exhorresceret, quas aduersus sacrosanctum Eugenii 3. Rom. Pontificis imperiũ Arnaldus hæresiarcha sceleratissimus, schismaticorũ, laruatorũ Catholicorũ insanis furoribusque comitatus in ipsa mundi domina Romana, ciuitate furenter exercuit atque patrauit? De quibus ex Ottone Frisingensi sui scriptore tẽporis paucas accipe.[g] *Circa principia Pontificatus Eugenij pestifer Arnaldus vrbem ingressus, cum eam contra Pontificem suum in seditionem excitatam inuenisset, viri sapientis haud secutus consilium de huiusmodi dicentis,*[h] *Ne in eius ignem ligna struas: amplius eam in seditionem,* excitauit, *proponens antiquorum Romanorum exempla, qui ex sena-* D *tus maturitatis consulto, & ex iuuenum animorum fortitudinis ordine & integritate totum orbem terræ suum fecerunt. Quare reædificandum Capitolium, renouandam dignitatem senatoriam, reformandum equestrem ordinem docuit.* Id est, in antiquam superstitionis paganicæ turpitudinem eiecto Christi Domini, eiusque vicarii ab hac vrbe imperio transformandam docuit. Illud seditiosis ciuibus rebellibus schismaticis nefandissimè persuasit. Post hæc addidit execrabilis hæresiarcha. *Nihil in dispositione vrbis ad Romanum spectare Pon-*

d Pet. Cluniacens. l. 4. epist. 4.

Hæretici & schismatici omnium prodigorum nequissimi.

e Nicol. de Clemengiis l. de prodigo.

3. Pars.

Hæretici & schismatici sententiis quidoque discordes, sed semper impietate concordes.

f Hormisdæ ep. ad presbyteros, diaconos, Archimandritas secundæ Syriæ.

Arnoldi hæresiarchæ schismaticorũ iunctis furoribus horrenda factiones & tragœdia contra Rom. Pontificem patrata.

g Otto Frisingensis l. 2. c. 20 de rebus Friderici Imp.

h Eccles. c. 8. v. 4.

tificem : sufficere sibi Ecclesiasticum iudicium habere. In tantum verò eius venenosa doctrina cœpit inualescere malum, vt non solum nobilium Romanorum, ipsis videlicet aduersantium, sed Cardinalium diruerentur domus & splendida palatia, verũ etiam de Cardinalibus reuerenda personæ inhonestè sauciatis quibusdam à furenti plebe tractarentur, &c. Huius hæresiarchæ turbulentissimis schismaticorum seditiosorum ciuium turbis adglomerati, partem scelerum his verbis in Friderico Imp. poëta Ligurinus expressit.

a Ligurinus poeta l. 1. in Friderico Imp.

[a] *Ille Petri solidam cupiens euellere petram,*
Vt caput infirmum per cætera membra dolorem
Diffundit, Romana petit temerarius ausu
Mente sacrilego, totamque nefarius vrbem
Inficit impuri corruptam semine verbi:
Et populi tantas in clerum concitat iras,
Vt penitus nullum summo deferret honorem
Pontifici, clerumque odio vexaret iniquo.

B Deinde qualiter turbæ illæ rebellium schismaticorum furiis Arnaldi agitatæ, insapientes primæque dignitatis, atque pietatis viros, sanctissimi Patris honorem Maiestatemque defendentes, efferatæ baccharentur, ita pergit.

b Ligur poeta ibid.

[b] *Et si quis cui mens æqui & reuerentior esset,*
Et meliora pio flagrarent viscera voto
Fortè resistagari, seu dissuadere furorem,
Ausus erat, sese que unus opponere monstris
Omnibus ereptis, subuersa funditus æde,
Corporis afflictu, seu tandem sanguine fuso
Clericus, aut etiam popularis facta luebat.

c Ibid.

Pij Pontificiæ maiestatis defensores ab Arnaldo hæresiarcha schismaticorũ turbis sociato grauiter opprimuntur.

Sed dum execrabilis hæresiarca rabidis hæreticorum, schismaticorumque turbis armatus Pontificiam Maiestatem eiusque principatum tentat diruere: etiam Regiæ sæcularisque Maiestatis vires elidere, principatumque labefactare contendit, sic vtriusque læsæ Maiestatis reus pœnis grauissimis iustissimè subiugandus. Quod idem Poëta versibus sequentibus expressit. C

Arnaldus cum suis perditis hæreticis & schismaticis, vna cum maiestate pontificia etiam Regiam tentat opprimere.

[c] *Consilijs armisque suæ moderamina summa*
Arbitrio tractare suo, nihil iuris in hac re
Pontifici summo, modicum concedere Regi
Suadebat populo. Sic læsa stultus [d] vtraque
Maiestate reum gemina se fecerat aula.

d Scilicet Arnaldus hæresiarcha & populus schismaticos ab eo dementatus.

Vt ex his similibusque cognoscamus hæreticos, schismaticosque sacrilega inter se coniuratione sociatos, non solere in oppressionem Pontificiæ Maiestatis assurgere, quin eodem perfidiæ rebellionisque conatu in arcem Regiæ potestatis irrumpant. Hæc tessera notaque nefarij inter hæreticos schismaticosque fœderis, vt licet varij varia sentiant, nihilominus in extinguenda luce veritatis, & opprimenda sacrosancta vtriusque Maiestatis Ecclesiasticæ, & sæcularis auctoritate atque potestate paribus perfidiæ dolis, parique rebellionis assensu conspirant. Dispari Pilatus & Caiphas à se inuicem religione discreti distinguebantur: Alia erat Romanorum militum fides, alia Pharisæorum, quod illi paganica superstitione fœdarentur, hi [e] Mosaica religione tantum extrinsecus ornabantur, qui intus pleni erant hypocrisi & iniquitate, vt illis Dominus exprobrauerat. At vbi de Christo Domino contumeliosa passione morteque crucis turpissima mactando cœptum est agi: omnes furibundis concordes animis crucis tormento, morti crudelissimæ deuouendum esse insanis rabidisque linguis exclamabant, & ore diducto bacchantium more vociferabantur. Talis prorsus est cō- D

Hæretici & schismatici ad euersionem vtriusque maiestatis vnanimi consentiunt.

e S. Matth. & aliorum Euang. cap.

Concordia hæreticorum & schismaticorũ in opprimenda vtriusque Monarchiæ dignitate similis concordiæ Pilati & Caiphæ in Christo Domino crucifigendo.

A cordiæ nefandæ inter hæreticos atque schismaticos insania, cum agitur de spiritualis sæcularisque principatus profliganda maiestate. Sed vt rebellionem, contumaciamque istorum Ecclesiæ hostium tam occultorum in schismatibus, quàm apertorum in hæresibus, contra sacram spiritualis, & sæcularis Christianæ Monarchiæ confœderationem, qua diabolus vtitur in vtriusque Monarchiæ ruinam, magis, ac magis detestabilem esse cognoscamus: operæpretium est illam in hæreticis, atque schismaticis non fuisse primum peccatum ostendere, sed à pluribus aliis præuentam: vt ex multis præcedentibus conglomerata criminibus, in istam diuinæ offensionis enormitatem, seuerissimis mactandam suppliciis assurgeret.

B

CAPVT X.

Rebellio & contumacia hæreticorum & schismaticorum, nefario contra sedem Apostolicam, Romanumque Pontificem fœdere sociatorum, non est primum in illis peccatum.

1. *Hæresis & schisma contra Christi Domini vicarium, sedemque Apostolicam primum peccatum non est in hæreticis & schismaticis Ecclesiasticæ Monarchiæ ruinam molientibus.*
2. *De vitiis minoribus in maiora per gradus lethiferos ascenditur.* C
3. *Secundum enormitatem vitiorum crescentium semper in nequiora, crescit etiam acerbitas pœnarum in vltionem illorum diuina ordinatione decretarum.*



T crimen hæreseos in hominibus extra Ecclesiæ septa ad æternam miseriam pertinaciter suæ prauitate vitæ vagantibus primum non esse peccatum, magna demonstratione, rationeque persuasi defendimus, cum hæresis non modo crimen, sed & criminis pœna esse credatur: D ita schismatis immane scelus in hominibus, quos inquinat Christi Domini vicario, sedique Apostolicæ rebellibus, primum similiter peccatum extitisse minimè credendum. Vtrumque quippe peccatum atque scelus, homines à gradu fidelitatis, & obedientiæ principibus vtriusque Monarchiæ debitæ miserè deiiciens, atque eos audacter & effrenatè contra iustos illorum principatus rebellionis armis attollens, grauissimum est, maximaque abominatione turgidum. Quod subitò fieri non solet, cum nemo repentè fiat turpissimus, & abyssus leuiorum peccatorum pœnitentia minimè deletorum, abyssum maiorum criminum enormiumque ordine temporis inuocare dicatur. Quamobrem ad hæreseos schismatisque detestationem à paruis mediocri-

Hæresis & schismatis abominatio à paruis profecta peccatis in maxima desinit.
a Esaiæ 14. v. 29.

A busque ab initio profectam peccatis, in grauiora magisque enormia desinentem, illod Esaiæ communiter doctores mysticè referre consueuerunt. [a] *De radice colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem.* Siquidem de hæresi & schismate mente conceptis egreditur regulus, id est maximus & perniciosissimus hæreseos error palam & publicè perniciosa, atque nefanda prædicatione disseminatus: qui sicut Basiliscus, eiusque semen volucres absorbet, suoque aspectu & afflatu fœtido interimit: Ita homines partim præstantes ingenio, partim leues, palearum instar, per volucres repræsentatos, tetro putridoque venenatæ falsitatis halitu contaminatos interimit. Sic vt priora peccata, non ita enormia

B viam aditumque ad illud nefandissimum hæreseos schismatisque scelus aperuisse dicantur. Quod exemplis tum antiquorum, tum Neothericorum hæreticorum schismaticorumque facilè potest illustrari. Veteres memoria replicemus historias antiquæ prauitatis, & abominationis, præcipuæ primos hæreticorum patriarchas, non illicò sceleratissimos apparuisse videbimos: sed per grados vitiorum ad extremæ culmen impietatis ascendisse. Istorum plurimos suis horrendas diabolicorum dogmatum errorumque blasphemias à luxurioso mulierculorum lenocinio exorsos fuisse cognoscemus. Credamus S. Hieronymo talia dicenti: [b] *Simon Magus hæreses condidit, Helenæ meretricis adiutus auxilio.* [c] *Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum repertor, choros duxit fœmineos. Marcion* [d] *Romam præmisit mulierem, quæ decipiendos sibi animos præpararet.* [e] *Apelles Philomenem suarum comitem habuit doctrinarum.* [f] *Montanus immundi spiritus prædicator multas Ecclesias, per Priscam & Maximillam nobiles & opulentas fœminas, primum auro corrupit, deinde hæresi polluit. Dimittam vetera & ad recentiora transcendam.* [g] *Arius vt orbem deciperet, sororem Principis* (scilicet Constantini Magni Constantiam nomine) *ante decepit.* [h] *Donatus per Africam, vt infelices quosque fœtentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adiutus est: in Hispania* [i] *Agape Elpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit in foueam, successoremque suum* [k] *Priscillianum habuit Zoroastris Magi studiosissimum, & ex Mago Episcopum: cui iuncta Galla non gente, sed nomine germanam huc illucque currentem alterius & vicinæ hæreseos reliquit hæredem.* Hucusque S. Hieronymus. [l] Donatus cum suæ impietatis sectatoribus schismaticus prius Cæciliani Archiepiscopi Carthaginensis Orthodoxi suis imposturis, & ementitis accusationibus innocentiam opprimere tentauit, quam principis Episcoporũ Rom. Pontificis Maiestatem principatumque suis execrandis ab eo ad Imperatorem prouocationibus attererc conaretur. [m] Nouatus in Africa Episcopus prius patriam suam vario schismate turbauerat, [n] quàm Romã pergeret, vt sedis Apostolicæ dignitatem tacitis suorum perditorum factionibus hæresiarcha violaturus inuaderet. Qui postea sua spe expectationeque delirante frustratus, grauioribus se in dies sceleribus inficiens, ad opprimendum aperto furore S. Cornelium recens creatum Rom. Pontificem, visibile vniuersalis Ecclesiæ caput aduolat. [o] Nouatianus Presbyter in Africa, alius à Nouato Episcopo, [p] Eusebio teste in Chronico, cum propter scelera multa Ecclesiæ censuram iudiciumque pertimescens, ab eius gremio commu-

b S. Hieron. Epist. ad Ctesiphontem aduersus Pelagianos. Simon Magus.
c Nicol. Antiochenus vnus ex 7. Diaconis.
d Marcion.
e Apelles.
f Montanus
g Arius.
h Donatus.
i Elpidius.
k Priscilianus.
l S. August. epist. contra Donatist.
m Nouatus.
n S. Cyprian. Epist. 73. in actis S. Cornelij.
o Nouatianus.
p Eusebius in Chronico.

A nioneque nefario se schismate diuulsisset, prius se totum in corrumpendis peruertendisque sui contagione schismatis fidelibus occupauit. Vnde confessores Domini truculenta Decij persecutione factos execrabilis Apostata misere deceptos à se in sui nefandi schismatis præcipitia deturbauit. Quorum lapsum S. Cyprianus lamentando vehementer ingemuit, cum hos magis fletibus, quam sermonibus alloquebatur. [q] *Postquam vos de carcere prodeuntes schismaticus & hæreticus error excepit, sic res erat, quasi vestra gloria in carcere remansisset. Illic enim resedisse vestri nominis dignitas videbatur, quando milites Christi, non ad Ecclesiam de carcere redirent, in quã prius cum Ecclesiæ laude, & gratulatione venissent.* Sed

B quid postea transfuga iste, & Apostata nefarius? Nunquid in hac confessorum quondam deprauatione corruptioneq; per schismatis nefas immane suæ perfidiæ impietatisque cursum sistere voluit? Minimè gentium! sed de scelere in scelus atrocius grauiusque semper assurgens sanctissimum Rom. & [r] Apostolicæ sedis Antistitem, Ecclesiæ pastorem vniuersalis Cornelium furenter cum suis aggreditur, atque ab illis creatus per summum nefas sacrilegiumque pseudopontifex legitimum sanctumque Pontificem Christi Domini vicarium nouus hæresiarcha de throno sanctissimæ Maiestatis dignitatisque Pontificiæ efferus exturbare, atque deiicere contendit. Sed vt relictis priscis veteribusque sęculis in hęc nostra luctuoso sermone tempora descendamus, quænam Lutheranæ Caluinianæq; contra Christum sanctumque corpus eius, quod est Ecclesia Catholica, Apostolica & Rom. rebellionis exe-

C crabilis, sacrilegij, hæreseosque furiæ primordia habuisse creduntur? A quibus criminibus orta istius nefandæ meretricis Babylonicæ rabies, & furor suę in Ecclesiam Dei eiusque pastorem immanitatis crudelitatisque tonitrua contorsisse putantur? Quis nescit Lutherum apostatam nefandissimum sui schismatis execrabilis hæreseosque detestabilis ab inuectiuis contra prædicatores indulgentiarum ad colligendas pecunias sacro contra Turcas infestissimos Christianæ religionis hostes bello destinandas & impendendas prima duxisse primordia? [s] Vnde postea in Rom. Pontificem, in sedem Apostolicam, totamque Catholicam Christi Domini Ecclesiam innumeris prope blasphemiis errorum immanium contra fidem prodigiis monstrisque debacchatus furiosissimè desæuiit? Respicite Caluinum! quomodo ab occultis malitiæ suæ, & corruptionis insidiis, à fraudulentis communium criminũ

D molitionibus in apertas errorum detestabilium assertiones publicasque contra Deum & Christum eius, contra intemeratam Ecclesiæ Virginis eius sponsæ castissimæ sanctitatem, & omnes eius pastores Orthodoxos, maximè verò pastorum pastorem spiritualem omnium Catholicorum Monarcham, blasphemias irruperit? Omnes operum eius scelestissimorum paginæ, his plenæ sunt blasphemiis: his scatent erroribus, hęresibusque fœdantur. Qui cum Angolismi cum quibusdam iam mente perditis naufragus circa fidem moraretur, non diducto ore palam, & publicè suos errores insaniasque perfidiæ suæ, tubarum diaboli clangore vociferabatur: sed [u] in occulto suorum dogmatum impiorum contra Catholicam fidem virus euomebat, suæ a-

q S. Cyprian Epist. 51.
Schismatici Nouatianum Rom. Pontificem contra S. Cornelium creant.
r S. Cyprian. Epist. 42.
Primordia hæresis Lutheranæ vnde.
s Cochlæus in vita Luther.
A quibus initiis horrendas suas Caluinus blasphemias erroresque deduxit.
u Bolsec in vita Caluini. Raymundus l. 7 c. 10. 11. 12 &c. de ortu & occasu hæreseos huius sæculi.

postasiæ, & hæreseos afflatu lethali fœtores exhalabat. Nec tam citò blasphemias in neum, Ecclesiam, omnesque sanctos, horribiles, quæ iam fœtebant io imo pectore, profundebat: sed postea in tot abominabiles errores, hæreses, mendacia, circa fidem moresque bonos dogmata nefanda, incredibilesque blasphemias sese Christianæ veritatis oppugnator effudit: vt præ execrandis eius sceleribus erroribusque nefandis ipse Lutherus, per comparationem sanctificatus esse videatur. Quorum cum partem aliquam ex colloquio cum illo in Germania coniectura valde probabili Erasmus apprehendisset atque detexisset, exclamasse fertur: [a] *Qualem video pestē oriri in Ecclesia contra Ecclesiam Dei!* Ab eo tempore cum se totum Diaboli seruitio cōtra Christum, contra eius Ecclesiam dedidisset, eiusque diris penitùs immolasset, crescēre semper in dies diabolica eius superbia, in profundum vitiorum prolapsus, à Diabolo malo genio possessus, (vt ipse Bocero confessus [b] est) nunquam quoad infelicem traxit in terris animam, contra Deū Christumqoe eius, contra ipsius Christi Domini vicarium, contra castissimam sanctissimamq; eius sponsam nullis obnoxiam erroribus Ecclesiam, calumniis, imposturis, mendaciis, iniuriis atrocibus, blasphemiisque furere atque debacchari cessauit. Cōmunia turpitudinis abominationisque vocabula, quibus sanctitatem huius castissimæ Christi Domini sponsæ Matris nostrę passim in suis execrandis operibus horribiliter blasphemando criminatur, ista sunt: [c] *Sanguinaria Babylon, meretrix impudens, sine fronte, à Deo derelicta, à Dæmone possessa, cultrix idolorum, leana spiritualis, perdita, errans extra honesti rectiq; vias vagabunda, prostituta, infamis, Dęmoniorum mancipata fornicationibus, Maga, incantatrix, Diabolico afflata Spiritu, &c.* id genos horrendæ turpitudinis execrationisque nomina. Qood spectat ad sanctissimum Patrem Ecclesiæ sanctissimæ Pastorem, Christi Domini in terris vicarium, illi omnium perditissimorum hæresiarchæ nefandissimo, *Antichristus est, Diaboli satelles immanissimus, exitialis animarum carnifex, diuini prædator honoris: & mille diabolicorum sacrilegiorum artifex:* vt mittam innumera alia blasphemiarum iniuriarūque portenta, quorum in seconda hoius operis parte meminimos; quibus omnium sceleratissimus hęresiarcha aogustissimam sanctissimi patris principisque spiritualis fidelium congregationis vniuersæ maiestatem inexpiabili sacrilegio fœdauit. Si de principibus populorum rectoribus, sioe Regibus, siue Imperatoribus habenda sit oratio, vnos erit nobis instar omnium Henricus 3. Imperator in Germania Romanorum, quem scelera multa per gradus minoribus maiora præcedentibus ad apicem abominationis extremæ contra Rom. Pontificem Ecclesiamqoe perduxerunt. Propter quæ illum S. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis Neroni ac Iuliano Apostatæ comparauerat. Qui in immensam prodigiosorum nefandorumque criminum molem in dies excrescens, tetriorique nouæ semper iniquitatis turpitudinisque fœtore scatens, proprio filio vim inferre non exhorruit: vt suam propriam vxorem castissimam à se incarceratam præ liuore virtutis eius, & odio priuignus incesto nefandissimo prostitueret. Qood prodigio sum nefas atque scelus, vel potius mōstrum criminum, ma-

Erasmi vaticinium de impietatibus abominandis Caluini futuris inchoatis.

[a] Raymōdus l.7.c.10 circa finem fol.179

[b] Caluin. in Ioel Zochar in S. Ioan. c. 11 Gal. 4 & 13. Amus 5 lib 4 instit. c. 1. § 3. & c. 13. § 20. &c.

Quantis blasphemiarum nominibus Caluinus S. Ecclesiā Christi, Romanumque Pontificem calumniatus est.

[c] Raymōdus l.7.c.10. de ortu & occasu hæreseos huius sæculi.

Henricus 3. Imperator ob scelera multa Neroni & Apostatæ comparatus.

S. Anselmus Cantuar. Archiepisc. ep. ad VValramū Episcopum Neoemburgensem.

A iores indignationis & horroris contra patrem in animo filij æstus accendit, vt [d] Dodechinus huius scriptor ætatis auctor est. Cum ait: *Henricus Rex Aclaidem reginam (vel vt alij volunt Praxedem) quam duxerat vxorem, odio cœpit habere: ideò incarcerauit eam, & concessit vt plerique ei vim inferrent: imò filium hortans, vt eam subagitaret. Quo recusante patris polluere stratum, cum rex non suum, sed peregrinum filium esse affirmant cuiusdam principis de Suenia, &c.* Auditæ postea sunt castissimę Imperatricis, Deo miserāte, eius ioiostas oppressiones à carcere liberatæ contra truculentissimum maritum in Concilio Placentino querelæ lugubres, & lachrymabiles expostulationes de inauditis fornicationum, libidinumqoe spurcitiis, ac turpissimis luxuriæ fœtoribus: quibus à B furente marito, semper illæsa voluntatis castę puritate sibi remanente, victrice libidinis, noo oppressionis, indignissimè prostituta est. sicut Bertoldus huius temporis scriptor ita inter alia recensuit. [e] *In hac synodo Praxedis regina iamdudum ab Henrico separata super maritum suum Domino Apostolico & sancta synodo conquesta est, de inauditis fornicationum spurcitijs, quas apud maritum passa est. Cuius querimoniam Dominus Papa cum sancta synodo satis misericorditer suscepit: eò quod ipsam tātas spurcitias non tam commisisse, quam iniuriā pertulisse pro certo cognouerit. Vnde & de pœnitentia pro eiusmodi flagitiis iniungenda illam clementer absoluit: quæ & peccatum suum* (scilicet oppressiones turpissimas à peccato non suo, sed mariti profectas) *sponte & publicè confiteri non erubuit.*

Sic à paruis peccatis ad magna, & à magnis ad C maiora, tandemque à maioribus ad maxima nefandissimaqoe per nefariorum operum grados peccatores per pœnitentiam commissa lugere renuentes ascendunt, neque enim repente quis fit turpissimus. Neqoe diabolus in tentationibus suis ab enormibus flagitiis, magisque sceleribus execrandis ruinam exitiumque animarum, quas suggestionum, molitionum, technarum, tentationumque machinis exterminare conatur, arcessere solet: sed à paruis commonibosque ad magna, atrocia, indeque maxima sensim ac sine sensu flagitia progrediendo, ad illud quod tantoperè exoptat, animarum salutis æternæ naofragium peruenire contendit. Quem tenoit ordinem, cum Maiestatis gloriæque regem, ac Dominom virtutum, tentationibus adorsus est, à gulæ peccato ad ambitionis vanæque gloriæ crimen: à quo tandem ad illud peccatum peccatorum, quod est idololatria, dæmoniorum cultus & adoratio, vero Deo sua gloria spoliato, perD oenit. Cum Christo Domino, omnia regna mūdi ostendens dixit. [f] *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Primis vitiorum motibus generosè resistendum, ne parua contemnendo peccata, per varios vitæ corruptæ grados in maxima dilabamur. Habet enim [g] Theologorum doctrina veniale peccatum magnam esse ad mortale dispositionem. [h] *Abyssus abyssum inuocat:* & [i] *sanguis sanguinem tetigit.* Ideò meritò clamabat propheta: [k] *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Qui sunt illi funiculi vanitatis, nisi prima & leuia peccata, ex quibus admissis, & pœnitentia minimè deletis, iniquitates, grauissima nempe flagitia in humanum pectus attracta, non sine magno salutis æternæ dispēdio miserabiliter

[d] Dodechin. in vita Henrici 3. Imp.

Horribile Henrici 3. Imp. nefas propriam filium ad suā thorum nefando incestu violandum prouocantis: Quod exhorrentem fatetur filium puer nego nitsunm esse filium legitimum.

[e] Bertol.

Querela Praxedis Imperatricis de fœdissimis libidinibus à furente marito perpessis in synodo Placentina.

A paruis & mediocribus peccatis per gradus ad grauia enormiaque ascenditur.

[f] S. Matth 4.

Resistere oportet nascentibus vitiorum primordiis ne paruanos in maxima trahant.

[g] S. Thom. 1. 2. q. 88 art 3.

[h] Oseæ c 4.

[i] Psalm. 41.

[k] Esaiæ c. 5. v. 18.

admittuntur? Huc salutaris appositè sapientis A admonitio referenda est:[a] *Fugite peccatum sicut colubrum*, quia [b] *de radice colubri egredietur regulus*, inquit Esaias; serpens adeò pestilens & venenosus, vt solo suo aspectu homines intoxicatos enecet, atque perimat. Sic paruum peccatum ad se mediocre trahit; à mediocri magnum graueque nascitur, à quo postea facinus immanius, horribiliusque scelus erumpit. Rosimunda Alboini Longobardorum Regis vxor magnũ primò contra maritum, quod patrem ab eo superatum marito defunctum nimis indignè tractauisset, odij auersionisque ab eo, acerbitatem vehementer indignata concepit: quæ postea crescente vindictæ cupiditate adulterium infame, violatique maritalis thalami nefas enorme peperit. Inde tandem parricidium (seu[c] vt ita loquar) viricidiũ, proditione, & nefaria crudelitate Peredei adulteri detestabile crudelitatis execrandæ B nefandissima proprij mariti trucidatione commissum est. En qualiter enormia à paruis vtta peccatis scelera pattantur. Sic parui fures, & latrunculi noctu per exigua foramina diuitum domos ingressi, maximis prædonibus, grassatoribusque nocturnis, domorum, quas penetrarunt, ianuas aperiunt. Sic parua illa peccata primò in animas immissa, nec citò pœnitentiæ scopa ab eis eiecta, latrunculis illis similia sunt, qui de Syria egressi captiuam duxerunt[d] de terra Israël puellam paruulam, quæ fuit postea in obsequio vxoris Naaman leprosi. Ea quippe captiuam hominis animam in laqueos maiorum peccatorũ seruitute intolerabili deprimunt, vt postea vxori Naaman leprosi, id est, libidini tyrannicæ diaboli fætidissimi, ac immundissimi, ad sempiternam miseriam seruitura deprimatur. Hic dolus diaboli familiaris: hæc fraus antiqua dæmonis, per C vanitates ad iniquitates incautos, delusosq; peccatores euocare, & per parua vitia grauissimis sceleribus in animas hominum ianuas aditusque reserare: vt generis humani tyrannus, animarũque carnifex horum scelerum maximorum copiis ac viribus arcem conscientiæ, mentis humanæ turres, animorumque propugnacula capere, captaque destruere possit. Simili planè stratagemate, quo vsum olim Pompeium Magnum erga Trecenses populos, veteres Romanorum historiæ commemorant, vt illorum vrbem captu difficilem, dolo, astutiaque eluctando superaret, quam vi aperta, obsidionisque diuturnitate caperé & opprimere se posse diffidebat. A ciuibus per legatos suos gratiam hanc recipiendi in vrbem suam exercitus sui inualidos ægrotus variis morbis, vulneribusque debilitatũs, & attritos efflagi- D tat: qua obtenta gratia, ingressis infirmis, pro quibus rogauerat,[e] robustiores, fortiores ac magis generosos ægritudinem ac viriũ præ multis vulneribus, morbisque debilitatem simulantes, ipse fraudulenter intromittit. Qui facti superiores ciuibus captam vrbem, superatamq; Pompeio suo duci subiugarunt. Sic animas hominum grauia enormiaque peccata paruorum, ministerio, in eas admissa, principi suo diabolo victricia, victas, domitasque miserabili seruitute mancipant, & obstringunt. Quàm salutaris S. Hieronymi animum ad illa suum pura cogitatione conuertentis admonitio hæc, atque consilium:[f] *Dum paruulus est hostis interficiendus est, vt eius nequitia elidatur in semine.* Quàm misericorditer per pro-

a Ecclesi. 21.
b Esaiæ 14. v. 29.
Rosimunda regina in maritum Alboinum varia scelera.
c Paulus Diacon. l. 2. c. 24.
d 4 Reg. c. 5. v. 2.
Stratagema Pompeii quo cepit vrbem Trecensem.
e Sextus Victor l. 4 stratagem. c. 9.
Vitia parua citò extermi-nanda ne in grauia adolescant.
f S. Hieron. Epist. ad Eustochium.

A phetam Spiritus S. exclamat.[g] *Vsq, quò morabuntur in te cogitationes noxiæ?* in quem locum S. Gregorius ait:[h] *Non reprehendit cur veniunt, sed cur morantur: Etenim in bona corda cogitationes illicita veniunt, sed non morantur.* Eò mysticè prophetam Regium proculdubiò spectauisse S. Doctores attestantur, cum dixit:[i] *Filia Babylonis misera: Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram. Qui sunt paruuli Babylonia?* quærit S. Augustinus: qui respondet:[k] *Nascentes mala cupiditates. Sunt enim qui cum veteri cupiditate rixantur. Quando nascitur cupiditas, antequam robur faciat aduersum te mala consuetudo, cum paruula est cupiditas, nequaquam praua consuetudinis robur accipiat: cum paruula est, elide illam. Sed times ne elisa non moriatur? ad petram elide illam. Petra autem erat Christus.*[l] Addam & in eandem sententiam D. Augustini illustribus verbis illa magni B Cassiodori magnifica:[m] *Filia Babylonis est caro, quia peccatorum confusionem ingerit, cui digna compensatio datur, vt sicut constat ad vitia, ita virtutibus reprehensa subdatur, & malos eius motus, tanquam paruulos, antequam crescant, allidat ad petram Christum, vt confractis dispereant.* Cæterique grauiores vitiorum maiorum motus effrænati, necnon turbulentæ animorum iactationes impetu inconsiderato elatæ, & ad nequiora semper flagitia anhelantes efferatæ in diuino illius sanctissimę petræ robore conterantur.[n] *Sic trãsiet captiuitas, veniet felicitas, damnabitur hostis extremus, & cum Rege sine morte triumphabimus.* hæc vt nobis eueniãt ab omni peccatorũ seruitute liberatis, omnia vitia leuia, & grauia, parua & magna, ad sacratissimum crucis Dominicæ scopulum, pœnitentiæ salutaris efficacia virtuteque conteramus: vt cum C regio propheta certitudine secura, fidaque satis dicere mereamur.[o] *Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: neque vrgeat super me puteus os suum.* Quid ad hæc S. Augustinus? [p] *Magnus est puteus* (inquit) *profunditas iniquitatis: sed tamen ibi positus si confitetur peccata sua, non super eum claudit puteus os suum.*[q] *Vnde Dauid quasi in puteum delapsus dicebat. De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.* Pergit S. Doctor: *si autem factum fuerit in illo, quod dicitur Prouerb. 18.*[r] *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit, clausit super eum puteus os suum. Itaque si videris hominem fecisse iniquitatem mersus est in puteum. Quando autem illi dixeris iniquitatem ipsius, & responderit, Peccaui, fateor: Non super eum clausit puteus os suum. Si autem dixerit: Quid enim mali feci?* (sicut multi nostro tẽpore, vt antiquo, hæretici, schismaticique dicunt) *clausit super eum* D *puteus os suum: quâ euadat, non habet: Etenim amissa confessione non est locus misericordiæ. Tu factus es peccati tui defensor, quomodo erit Deus liberator? vt ergo ille sit liberator, tu esto accusator.* Cum autẽ ex omnibus criminibus, quæ contra Dei mandata conscientiæque dictamen perpetrantur, ea maxima esse credantur, quę contra parentes suos filij rebelles admittunt; quantò illa grauiora, maximisque nefandiora, quibus contra spirituales omnium Catholicorum parentes Romanum Pontificem, Ecclesiamque Catholicam contumaces peccatores, obstinatique se coinquinant? Quamobrem hæc cum sint grauissima, nequissimaque in hos sanctissimos animarum fidelium progenitores, & educatores admissa, non prima in illis rebellibus, contuma-

g Hierem. c. 4
h S. Greg. l. 27 Moral.
i Psalm. 136.
k S. August. in Psal. 136.
l 1. Cor. c. 10.
m Cassiod. in Psal. 136.
n S. Aug. in Psal. 136 in fi.
Omnia vitia parua & magna ad scopulum crucis Dominicæ, per confessionem contritionemque conterenda.
o Psal. 68 v. 16
p D. Aug. in Psal. 68. v. 16.
q Psal. 129 v. 1
r Prouerb. c. 18. v. 3.

Iurium & priuilegiorum Rom. Ecclesiæ violator hæreticus est.

cibusque filiis fuisse peccata credendum est. Qui A sic rebellantes in sanctissimos parentes, eorum principatus iura sacrilegio nefario violantes meritò hæretici nominantur. Sic enim defensor Romanæ Ecclesiæ, contra aduocatum Germaniæ Regis pueri adhuc Henrici tertij apud Petrum Damianum in illa præclara Synodali disceptatione dicebat.[a] *Vnde non dubium est quia quisquis cuilibet Ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam facit: qui autem Romana Ecclesia priuilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite* (Christo Deo) *traditum auferre conatur, hic proculdubio in hæresim labitur. Et cum ille notatur iniustus, hic censendus est hæreticus. Fidem quippe violat, qui aduersus illam agit, quæ est mater fidei.*

a Petr. Damian. in synodali discept.

Qui iudicio Rom. Pontificis resistit, hæreticus est.

B Sicut postea Iuo Carnotensis eos hæreticos esse monstrauit, qui Romani Pontificis iudicio resisterent, eiusque imperiis ne parerent, effrænatius obluctarentur: cum hæc inter alia in Epistola ad Richerium[b] Archiepiscopum Senonensem dicit: *Cuius* (scilicet Papæ, de quo supra in eadem Epistola)[c] *iudiciis & constitutionibus obuiare, planè hæreticæ prauitatis est notam incurrere: cum scriptura dicat: Hæreticum esse constat, qui Rom. Ecclesiæ non concordat.*

b Iuo Carnot. epist. ad Richerium Archiepisc. Senonens.

c Can. Nolite dist. 18.

3. Pars. *Secundum enormitatem vitiorum crescit semper in nequiora aduersus Deũ, Ecclesiam, sedemque Apostolicam, crescit acerbitas pœnarum in vltionem scelerũ illorum.*

Sed dum vitia sceleraque crescunt in rebellibus contra sanctissimos omnium fidelium parentes Romanum Pontificem, Ecclesiamque Catholicam, crescunt etiam, proh nefas & horror! pœnarum tormentorumque in eorum vitiorum scelerumque vindictam, Deo sic ordinante seueritates & acerbitates. Quanta pœnarum molestatione digni sunt isti rebelles argumento à minori ad maius in lege edictoque C Caroli Magni fundato clarissimè demonstrari potest, quod est huiusmodi.[d] *Qui suum Episcopum non audit & excommunicatus est* (scilicet propter contumaciam rebellionemque in Prælatos) *perenni condemnatione apud Deum plectitor, nostro palatio eijcitor, facultatibus exuitor, parentibus addicuntor.* Si non obedientem sui iussis Episcopi particularis tantæ pœnarum acerbitates attingant, quanta debent esse tormenta suppliciaque, quibus superbi legum Pontificiarum, Ecclesiasticarumque contemptores, & irrisores contumaciter aduersus Episcoporum principem, & aduersus omnium Ecclesiarum matrem, sedem Apostolicam seditionibus, odiis, contumeliis, rebellionibusque nefandis assurgentes, iusto Dei iudicio, viui mortuique mactabuntur? Quorum proprium est spiritualem Rom. Pontificis, Ecclesiæque principatum non modo conuitiari, execrari, blasphemare, sed etiam principibus postea sæcularibus maledicere, & imprecari, illorum dignitates abominari, statum postre- D

d L. 7. cap. 82 Capitularũ.

Hæreticorum & schismaticorum propriũ post spiritualem Monarchiam temporalem perturbare.

A mò & imperium proditionibus, conspirationibus, machinisq; dolosis, quanta possunt ope conniti, perturbare, perturbatumque conuellere. De quibus loquens S. Iudas Apostolus ait:[d] *similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, Maiestatem autem* (scilicet principum sæculi, sicut Ecclesiæ) *blasphemant.* Græcè pro *Maiestate*, *δόξας* legitur (scilicet *Glorias*)[e] scholia Græca *δόξας* dignitates Ecclesiasticas verterunt, sicut per dominationem principum sæcularium principatus & auctoritas intelliguntur. De iisdem rebellibus aduersus vtriusque principatus maiestatem odio, seditione, blasphemia turpiter armatis intelligenda veniunt hæc S. Petri Apostolorum, vniuersæque prin- B cipis Ecclesiæ verba:[f] *Dominationem contemnunt audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes.* Sed ô dura res! ô mæsta! ô funesta desolatione lugubris! extremis attrita miseriis! Quod postquam abyssus vitiorum pœnitentia minimè deletorum, grauiorum criminum suo pondere ad se abyssum inuocauit, & attraxit, (vt loquitur S. Gregorius) alia miserum![g] Abyssus priore profundior, afflictionum scilicet atque pœnarum communium abyssum grauiorum suppliciorum tormentorumque grauiter inuocet. Quibus dies, noctesque partim in hac vita scelerati rebelles aduersus Dominum & Christum eius; contra sedem Apostolicam, spiritualemque Ecclesiæ, necnon Rom. Pontificis auctoritatem; partim in altera, Christo Domino iustissimè illis irato torquebuntur. *Sub hac carne mortali, laboriosa, peccatrice, molestiis & scandalis plena, concupiscentiis obnoxia, damnatio quadam est* C *de iudicio tuo*, dicebat S.[h] Augustinus loquens ad Dominum: *Quia tu dixisti peccatori: morte morieris. Et in sudore vultus tui tu edes panem tuum. Hæc abyssus prima*[i] *iudicij tui. Sed si malè hic vixerint homines, abyssus*[k] *abyssum inuocat, quia de pœna in pœnam transeunt, & de tenebris ad tenebras, & de profunditate ad profunditatem, & de supplicio ad supplicium,*[l] *& de ardore cupiditatis in flammas gehennarum.* Quæ seriò altaque apprehensione cogitantes cum regio Propheta, & cum sancto illo patre salutari conturbati tremore Dei iudicia timeamus vehementes, & ad eorum considerationẽ sapienter expauescamus. Quæ sunt[m] *Abyssus multa, sed iustificata in semetipsa.* In qua profunda consideratione silens ore, mente loquens, & orans corde, respirabo paulisper: vt pro fine libri huius sequenti capite calamitates publicas à nefario hæreticorum, & schismaticorum fœdere profectas abundè lugeam, non omissis po- D stea remediis tales euacuandi ab Imperio Christianissimo calamitates.

d S. Iudæ Epist.

e Scholia Græca.

f S. Petri cap. 2. v. 10.

g S. Greg.

h S. August. in Psal. 41.

i Genes. 2.

k Genes. c. 3.

l Psalm. 41.

m Psalm. 35.

CAPVT XI.

Luctus & querela de his miseriis publicis ab hoc hæreticorum, schismaticorumque fœdere profectis, remedium ab illis liberandi, & spes meliorum.

1. *Votum lachrymarum pro publicarum miseriarum luctu.*
2. *Coniurationes improborum hæreticorum, & schismaticorum in Ecclesiam, Christianamque Rempubl. boni omnes merito execrantur, considerata multitudine malorum ab illis promanantium.*
3. *Causa calamitatum, nempe peccata nostra, ipsis calamitatibus acerbior.*
4. *Remedia quatuor ad calamitates illas longè à Christiano regno repellendas.*



MIHI igitur tot tantasque calamitates, conglobatasque diuersi generis ærumnas ab hoc nefario schismaticorum, fictorumque Catholicorum cum hæreticis fœdere diaboli manu compacto ac consolidato profectas consideranti lugentique, cum Propheta liceat exclamare. [a] *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis fontem lachrymarum, & plorabo diem ac nocte interfectos filiæ populi mei?* Addam & illud per exclamationem cum magno Augustino, de funestissima Africanorum per VVandalos schismaticis multis Imperij Rom. Ecclesiæque Catholicæ proditoribus adunatos vastatione loquente. [b] *Quis luctus idoneor? quis planctus celsior consurri potest, quando* (hac crudeli nefariaque perditorum hominum cõfœderatione) *sic exarsit ira omnipotentis, vt repelleret etiam tabernaculum suum, in quo habitauit in hominibus. Et ille etiam qui vnico filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, nec pretium tanti sanguinis attenderit, nulli Ecclesia, nulli Clero, nulli sacrata virgini, nulli parceret ciuitati?*

a Hierem. c. 9. v. 1.

b S. August. serm. 111. de tempore.

> [c] *Quis furor, ô ciues? quæ tanta licentia ferri?*

c Lucan. l. 1. Pharsal.

Cum ratione, & æquitate causæ non valetis? vt mutato nomine ciuium in hæreticos schismaticosque iactantes se simulatione peruersa Catholicos à veris Catholicarum vrbium ciuibus auersos iustè atque grauiter excandescam.

> *Prô fata quis ille?*
> *Quis fuit ille dies Marius* (scilicet impius Ecclesiæ ac Reip. perduellis.
> *Quæ mœnia victor,*
> [d] *Corripuit? quantoque gradu mors sæua cucurrit?*

d Lucanus.

Quibus turbulentissimis immanissimisque hostium Dei ministrorum diaboli motibus & incursionibus.

> *Ferale per orbem,*
> [e] *Iustitium est, nulloque domus custode tenentur:*
> *Rarus & antiquis habitator in vrbibus errat.*

e Lucanus.

Quis bonorum Catholicorum sanctissimi inter vtramque Maiestatem Pontificiam Regiamque fœderis amantissimorum ferales illas extremæ malitiæ, pessimæque doctrinæ faces, quibus sacrosancta pontificiæ, regiæque Maiestatis fœdera malè feriati homines occulto incendio consomere moliuntur, non magnopere detestetur? Quis illorũ has faces funeribus societatis Christianæ fatales, fœtidè ad interitum pacis publicæ fumantes, halitu suæ in Deum deuotionis, in Roman. Pontificem pietatis, in Christianissimum Regem nostrum, aliosque Catholicos principes fidelitatis atq; charitatis, immortaliter extinguere non omni studio contendat? Bella horrida, bella, quæ nos pueri vel infantes potius, ab incunabulis sensimus magnaque perculsi tristitia gemuimus, in memoriam pia ac lugubri cogitatione reuocantes execratione subiogamos: præsentia lugemus, lachrymabili voce suspiriis interrupta deploramos. Atque ne in posterum similia Galliæ nostræ aliarumque regionum Catholicam fidem confitentium suaues oras adoriantur, precibus summis bonorum operum robore firmatis à diuina clemẽtia magnopere contendere debemus. O quam dura, tristis & acerba præteritarum calamitatum per omnia huius quondam florentissimi Christianissimique regni membra bellico furore diffusarum recordatio! in quibus proh nefas!

Coniurationes improborum hæreticorum & schismaticorum in Ecclesiam & Remp. Christianam boni omnes Catholici execrantur.

> [f] *Nobilitas cum plebe perit, latèque vagatur*
> *Ensis, & à nullo reuocatum pectore ferrum.*
> *Stat cruor in templis, multaque rubentia cæde*
> *Lubrica saxa madent, nulli sua profuit ætas,*
> *Non senis extremum piguit feruentibus annis*
> *Præcipitasse diem, nec primo in limine vitæ*
> *Infantis miseri nascentia rumpere facta.*

f Lucan. l. 2. Pharsal.

Sed quod his peius adhuc atque funestius: [g] *bella plus quam ciuilia, iusque datum sceleri*: Cum, vt loquitur Propheta: *vir fratri suo non parcet,* [h] *filij in parentes insurgunt, parentes in filios: Et vnusquisque carnem brachij sui* (nempe consanguinei) *vorat.* Patria conturbata, *& populo rius fato quasi esca ignis.* Et nihilominus, heu quàm irritæ vanæq; preces! quámque ingratis & insanis hominibus patriæ funus ruinamque sua impietate rebellioneq; crudeliter appetentibus hæ lachrymæ Matris Ecclesiæ voluuntur inanes!

g Lucan. l. 1. Esaiæ c. 9. v. 20.

h S. Matth. c. 10. v. 21.

> [i] *Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella,*
> *Neu patriæ validas in viscera vertite vires.*

i Virgil. l. 6. Æneid. 6.

Sed si has bellorum calamitates animus meminisse horreat, in earum causas intendere maior est horror: Quæ scelera nostra sunt atque peccata.

Causa calamitatum nempe peccata nostra ipsis calamitatibus acerbior.

> [k] *Quippe vbi fas versum atque nefas tot bella per orbem,*
> *Tam multæ scelerum facies!*

k Virgil. l. 1. Georg.

Propter quæ:

> [l] *Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes*
> *Arma ferunt, sæuit toto Mars impius orbe.*

l Virgil. ibid.

Scelera ipsa nefasque, quibus Gallia, aliæque orbis Christiani nationes, intra se, suaque viscera, tanquam ardentibus febrium æstibus lethaliter infelices vruntur, dicuntur esse.

> [m] *Publica belli*
> *Semina, quæ populos semper mersere potentes.*

m Lucan. l. 1.

Quorum malorum sensus, torsiones & vermina omnem orationis vim, copiamque superant. [n] *Cum nihil sit difficilius* (teste Seneca) *quam magno dolori paria verba reperire.* Boni in hoc infelices,

n Senec. de consolat. ad Polybium. c. 22.

Catholici

Pathetica hæc omnia.

Catholici verè Galli, sola Christiana fide beati: quibus in tanto publicarum calamitatum vastationumque sensu atque luctu earum causas prodere non licet, nisi aut seditiosæ temeritatis, imò etiam criminis, immeritò licet, insimulentur: aut eas commemorando deficientes spiritu præ tristitia doloreque maximo contabescant. Maior verò populorum cæcitas, stuporque miserior in medio ruinarum maximarum, populationum publicarum, omnisque generis ærumnarum, quibus hæc conflictata natio grauissimè percellitur, non posse, imò potius nolle earum videre causas, & agnoscere visas, ne ad Dominum per salutaris itinera pœnitentiæ confugiant, & ad salutis portum, ex quo vitiorum turbine fuerant egressi, magna iactati afflictionum tempestate reuertantur.

1. Pars. Tot malis & ærumnis remedium.

His malis lethalibusque regnorum & animarum vulneribus, vt salutaris medicina remediūque efficax adhiberetur, censerē audiendam esse Hormisdæ Pontificis exhortationem, ipsoque effectu venerandam. Qua Clerum populumque Christianum pro tuenda Catholica fide, sanctoque contra hæreticos atque schismaticos Ecclesiæ principatu tyranno Basilisco furente hæretico, charitatis ardore vehementer incensus exhortatus est, ad quos hæc inter alia dixit.[a] *Recordamini, fratres charissimi, quæ fuerunt Basilisci Palatia a aula incubante tentata, & temporū illorum acta vel visa, vel audita recolite. Quam scelesta tunc fuerit Timothei cognomento Eluri, quam impudens & monstruosa præsumptio: quantus etiam per vniuersum orbem fidei se vestra feruor ostenderit. Probauit tunc Constantinopolitanus populus, quam purè deceat credentes Christiana seruare mysteria. Sed transacta vtinam studiasuissent, & non nunc similia tempus expeteret. Rursum enim iidem hæreticis caput improbum de profundo, quo immersi tenebantur, attollunt. Atque ideò rogo, hortor, admoneo dilectionem vestram ab eorum vos consiliis & communione secernite. Recordamini zeli prioris, & viuere in vobis lucem, scintillam igne spiritualis ostendite, ne simplicem in vobis veritatis affectum perditorum astutia expugnasse se gaudeat.* Illud vero quod admonuit S. Petrus obseruationi mandatum valde proderit, ad remedium calamitatibus publicis afferendum, quo apud discipulum S.[b] Clementē monet persequentium Ecclesiam Dei fautores & amicos fugiendos esse, occultè in Ecclesiæ exitium conspirantes, quod hostes aperti manifesto certamine moliuntur: cùm ipse princeps Apostolorum, sic inter alia loquitur.[c] *Si vero quis amicus fuerit iis, quibus ipse* (scil. Rom. Pont.) *amicus non est, & locutus fuerit iis, quibus ipse non loquitur, vnus est & ipse ex illis, qui exterminare Dei Ecclesiam volūt, vt cum corpore vobiscum esse videatur, mente, & animo contra vos. Est enim multo nequior hostis hic, quàm illi, qui foris sunt, & euidēter inimici sunt.* Quę beatissimi Petri verba considerans Boëtius alta mente, merito dixit:[d] *Nulla pestis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus: nec deterior hostis, quàm fictus amicus, nec odium grauius, quàm simulatus amor.* Rationem verò S. Petrus ibidem reddit quare hostis occultus aperto nequior esse credatur, cùm ait.[e] *Hic enim per amicitiarum speciem quæ sunt inimica gerit, & Ecclesiam dispergit, ac vastat: Ideoque charissimi* (aiebat S. Fabianus ep. 1.) *hic Apostolis institutis vos monentes instruimus, vt effecta certior charitas vestra solicitiùs deinceps agere studeas, & cautiùs, ne peruersi, & infideles homines lædendi fideles, ac beneuolos habeant facultatem.* Magnum certè remediū medendi malis publicis, compescere malos, ne iustis insidiando noceant. Propterea, vt periculosa, & iniqua cum Ecclesiæ Dei hostibus communicatio omni perditorum conuersionis spe destituta, sic contra salutaris valde auersio ab illis resipiscere deprecantibus; propterea iustissimè Hormisda pōtifex fideles hortabatur:[f] *Non iungamur cum cadentium lapsu, sine nostra contagione pereant: qui nec ab impietatibus suis errore castigato declinant.*[g] *O Domine* (dicebat Esther regina, hac veritate à Spiritu S. bene informata) *tu scis quod detestemur cubilia incircumcisorum, & omnis alienigenæ, & non comederimus in mensa Aman.*[h] *Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras,*[i] *vel quæ conuentio Christi ad Belial.* Sic contagione suę conuersationis societates Christianas diaboli ministris non contaminantibus, publicarum calamitatum turbines cessabunt. 2. Sed pietas in parētes spiritales alta defixa Catholicorum animis radice, ad iuuandum eos magnas vires habet, ad miseriarum priuatarum, publicarumque sentinā exhauriendam, ab omni societate Christiana. Si enim parentes carnales deserere, eorum iniurias non vlcisci, & eorum oppressoribus fauere tantū malum sit, & enorme, vt propter illud liberos parētum hæreditate merito[k] leges Imperatoriæ priuauerint, quāto maius illud erit spiritales parentes, pontificem Rom. & Ecclesiam ab hæreticis, schismaticis, aliisque impiæ factionis hominibus oppressos deserere, & flagitantibus opem, auxiliumque in aduersitate denegare? Hoc argumento vtebatur Petrus Damianus, vt fideles, regemque Germanię Henricum 3. tunc valde iuuenem vel puerum potius, ad defensionem legitimi Pōtificis & Ecclesię matris aduersus nefandissimum pseudopapam Cadaloum, eiusque sectatores impios, magno charitatis ardore concitatus hortaretur, cum inter alia ista grauiter, pieque proferebat. *Sed & cùm per Esaiam Dominus dicat, venite, & arguite me, cur homo ab homine despiciat argui, quem constat eadem mortalitatis lege constringi? Et enim lege forensi cautum sit, vt qui in peremptores parentum non vlciscitur, in ius hæreditariæ successionis nullatenus admittatur. Ego qui in homicidam matris meæ,* Romanæ scil. Ecclesiæ, *vlcisci nequeo, vltores saltem impellere non tentabo? Deputa ergo me, ô Rex, fideliter consulentem, non procaciter obsequentem: vel si placet præ dolore matris peremptæ insanū, non aduersus excellentiam regiæ maiestatis insolenter elatum.* Post hæc ardentem charitatis in liberanda Dei Ecclesia zelum sic exprimit.[l] *Sed ô vtinam ego ante tribunal tuum adducer reus perduellionis, dum tu tamen aduersarios Apostolicæ sedis vindices arbiter æquitatis; in ceruice mea ingulum securis vibrata desæuiat, tantummodo, vt Romana Ecclesia propriæ dignitatis apicem per te reparata conscendat.* Salutare illud, valdeque Ecclesię, reique publicæ Christianæ proficuum publicas calamitates exterminandi remedium, zelus Dei honorem protegendi, & eius Ecclesię dignitatem ab omni hostiū iniuria vindicandi, pro qua pietate in hanc fidelium matrem præstanda nullum cum hostibus Dei dissidium bellumque deprecari fideles, recusareque debent, cum concordia pietati, atque religioni Christianæ repugnans aperto bello nocentior esse iudicetur. Propter quod S. Chrysostomus exponens illud Apostoli: *Si fieri*

Margin notes:

a Hormisdæ epist. 16. ad clerum, monachos, totumque populum Christianum.

2. Remedium. Affectu & effectu cum Dei hostibus non conuersandū Ecclesia duplicisque in ea Monarchia Christi nequiter inhiantibus.

b S. Clement. ep. 1.

c Can. 5. Si inimicus dist. 93.

Non modo hostes Ecclesiæ aperti, sed etiā occulti fugiendi sunt, si conuerti non possint.

d Gloss. in verbo hostis eod. cap.

e Ibid.

f Hormisd. Papæ epist. 2. ad Orientales, orthodoxos, & Syriæ monachos, &c.

g Hester. c. 14

h 2. ad Cor. c. 6. v. 14. 15.

i 1. Cor. 10. v. 21.

2. Remedium. Pietas in succurrendo spiritualibus parentibus.

k Leg. 1. C. *De his quibus vt indignis hæreditates offeruntur*

l Ibid. Petri Damiani.

potest, quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes, merito dicebat: [a] *Quæ tui sunt officij præsta, nemini dans causam seu belli, seu dissidij, siue Iudæo, siue Græco. Si verò alicubi pietatem labefactari videas, ne præponas concordiam veritati, sed generosè persistas vsque ad mortem.* Hęc quidem magna in maternæ dignitatis, & honoris defensionem pietas, magnum publicas miserias euacuandi remedium esse iudico præter cætera. Sed cùm huic pietati charitas peccatores saluandi coniungitur, arbitrur Deum valde talia præstantibus esse propitium, vt miserando Christiani regni calamitates, & ęrumnas, ilicò tanquam ex machina salutem afflictis huius regni populis mala cuncta destruendo largiatur. Et ideo hostium vtriusque in Ecclesia Dei Monarchiæ non tam ruinam, quam salutem, nec tam extirpationem, quam cōuersionem summis à Deo precibus bonorum operum virtute firmatis efflagitare debemus, sequentes D. Augustinum hæreticorum, schismaticorumque Ecclesiæ, regnisque fidelibus perniciosissimorum conuersionem vehementi charitatis ardore desiderantem, quemadmodum hæc ipsius verba manifeste testantur. [b] *Quanquam & ipsum hæreticum quantumlibet odiosa superbia tumidum, & peruicacia malæ contentionis insanum, sicut vitandum monemus, ne infirmos, & paruulos fallat, ita non abnuimus, quibuscumque modis possumus, corrigendum. Vnde factum est, vt etiam ad nonnullos Donatistarum primarios scriberemus, non communicatorias litteras, quas iam olim propter suam peruersitatem ab vnitate Catholica, quæ toto orbe diffusa est, non accipiunt, sed tales priuatas, qualibus nobis vti etiam ad paganos licet, quas illi etsi aliquando legerunt, respondere tamen eis siue noluerunt, siue, vt magis creditur, nequiuerunt, vbi nobis satis visum est impleuisse nos officium charitatis, quam non solum nostris, sed & omnibus nos debere S. Spiritus docet: qui nobis ait per Apostolum:* [c] *Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat in charitate in inuicem, & in omnes. Monet etiam alio loco in modestia corripiendos diuersa sentientes, ne forte*, inquit, [d] *det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant de diaboli laqueis, captiuati ab ipso in ipsius voluntatem.* Sed vt peccatorum Ecclesiæ hostium, regnique fidelis hæreticorum, schismaticorum, cæterorumque male viuentium conuersionem salutemque à Deo efficaciter impetremus, indeque publicarum calamitatum finem exitumque consequamur: dāda opera nobis est, eaque sollicita, vt nos ipsos ab omni vitiorum contagione liberemus, vt sic de vitiis in nobis triomphantes, similis fortitudinis à diuina gratia depromptæ robore omnia Ecclesiæ, patriæque nostræ mala ruinæ sempiternæ subiugare valeamus. Sic enim Gregorius 7. ad Germaniæ Ecclesiasticos, populosque scribens, hostium Ecclesiæ hæreticorum, & schismaticorum, sicut aliarum calamitatum Ecclesiæ, reique publicæ ingruentium ruinam, & interitum à peccatorum conuersione his verbis manare demonstrauit, [e] *Quoniam nihil in terra sine causa fit* (sicut Sapientis verba testantur) *quod dudum sancta Ecclesia fluctuum procellarumque mole concutitur, quodque tyrannicæ percussionis hactenus rabiem patitur, nonnisi peccatis nostris exigentibus euenire credendum est*: & paulò post: [f] *Quod si culparum morbis pœnitentiæ medicamen adhibuerimus, & excessus ac negligētias nostras ipsi districtè corrigendo ad iustitiæ formam mores nostros instituerimus, profectò superna virtute auxiliante & inimicorum rabies citò peribit, & diu desideratam pacem atque securitatem Ecclesia sancta recipiet.*

a S. Chrys. in c. 12. ad Rom.

3. Remedium. Charitas procurandi salutem & conuersionem peccatorum.

b D. Aug. ep. 162. circa pr.

c 1. ad Thessal. c. 3.

d 2. ad Timoth. c. 2.

4. Remedium. Prioris vitæ corruptæ detestatio.

e Gregorij 7. epist. 9. lib. 7.

f Ibid.

Quibus intelligimus victos esse Dei Ecclesiæque hostes si peccare desierimus; sicque atros malorum ærumnarumque, de quibus supra, cruores, si modo vitæ malè actæ mutatio in melius accesserit, vnio sancta & benedicta clauium Roman. Pontificis, cum liliis præcipuè Regis Christianissimi confœderatio potentiùs secūdum diuitias glorię Dei siccabunt. Nota quippe illa Baldi iuris vtriusque peritissimi doctoris assertio, non tam ab illo inuenta, quàm à veteribus sapientum prædictionibus accepta: [g] *Romanum* nempe *Pontificem ac Regem Galliæ filium Ecclesiæ, natu maiorem, mutuæ beneuolentiæ, dilectionisque sanctæ vinculo sociatos, pro salute bonorum contra amentiam furoresque perditorum Ecclesiæ, regnique hostium omnia posse.* His principibus diuini humanique fori sacro charitatis Christianæ fœdere iunctis, nihil desperandum bonis, nihil præsumendum malis. Omnes diaboli machinæ in caput Ecclesię reique publicæ sceleratis conatibus erectæ protinus hoc sacro fœdere confringentur. Et omnes ministrorum eius, vtriusque Christianæ Monarchiæ, tam Regiæ quam sacerdotalis inimicorum, quibus

Tristia bella,
[h] *Iraque, insidięque, & crimina noxia cordi.*

Nefarij conatus impetusque, siue frementes aperto Marte effrænatiùs irrumpant, siue clandestina fraude pugnent, illicò sancti huius fœderis indomita fortitudine dissipati concident.

4. Pars. Spes meliorū.

g Bald. in leg. 1. ff. de cōstit. principum.

Vnio sancta Papa cum Rege Francia omnia poss.

h Æneid. 7.



QVARTÆ PARTIS

LIBER TERTIVS.

DVOBVS PRIORIBVS LIBRIS DE Improbitate & maledictione eorum dictum est, qui nefandis dissidijs sacrum & benedictum, inter spiritualem & sacularem Monarchiam à Christo Domino in Ecclesia sua plantatam & institutam, fœdus, mutuamque beneuolentiam conuellere atque perfringere conantur: sed duobus sequentibus libris contraria tractantur.

Hoc enim libro & quarto sequente de prosperitatibus fructibusque salutaribus agetur, quos sancta & intemerata harum duarum spiritualis & sacularis Monarchiarum mutuo charitatis Christiana nexu copulatarum conspiratio parit. Deque magnis virtutibus huius sancta conspirationis, sacraque vnionis cultorum, promotorumque diuinos, ac immortales honores, pramiaque merentibus, præsertim libro sequenti tractabitur.

CAPVT I.

Hac sancta vnionis inter vtramque Christi Domini Monarchiam virtute, Ecclesia sancta Mater, hostium suorum victrix, semper immaculatam ab omni doctrinæ vitæque macula liberam vsque ad consummationem sæculi A sanctitatem gloriosè meritoriéque retinebit.

1. *Ecclesia Dei in duplicem partita Monarchiam potenti charitatis pacisque Christiana vinculo vnioneque corroborata hostium suorum furores non timet.*

2. *De stabili immaculata potestatis dignitatisque sua duratione vsque ad consummationem mundi secura.*

3. *Ecclesia sancta regnum immaculatum nullis obnoxium erroribus, non est aliud quàm Christi Domini regnum.*

4. *Ideò perpetuò duraturum; cum illud Christi Domini pacificum maneat in aeternum.*



VONIAM [a] diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, tam prospera, quam aduersa: [b] *siue à dextris, siue à sinistris, siue per gloriam, siue per infamiam, siue per bonam famam, siue per ignobilitatem*: Non immeritò sponsa Christi omnium fidelium bonorumque Catholicorum, vtriusque sacræ subditorum, amatorumque Monarchiæ Mater, siue à bonis iustisque sincerè colatur, siue ab improbis cuiusque sectæ pressa vehementer exerceatur, de perpetua suæ sanctitatis & immaculatæ dignitatis Monarchicæ vsque ad finem mundi duratione, sine vlla Christianæ virtutis alteratione

a Rom. c. 8. v. 28.

b 2 Cor. c. 8.

Dei amatoribus omnia, siue prospera, siue aduersa in bonum proficiunt.

secura in mediis humanæ vitæ laboribus exultat, A & exultando spe, [a] *quæ non confundit*, beata triomphat. [b] *Hæc enim Ecclesia Catholica per totum orbem validè lateque diffusa*, inquit S. Augustinus, *omnibus errantibus vtitur ad profectus suos, & ad eorum correctionem, cum euigilare voluerint. Vtitur enim gentibus ad materiam operationis suæ: Hæreticis ad probationem doctrinæ suæ: schismaticis ad documentum stabilitatis suæ: Iudæis ad comparationem pulchritudinis suæ: Alios ergo inuitat, alios excludit, alios relinquit, alios antecedit: Omnibus tamen gratiæ Dei participandæ dat potestatem: siue illi informandi sint adhuc: siue reformandi: siue recolligendi, siue admittendi.* Quamuis enim ipsa charissima sanctissimaque Christi Domini sponsa, verè Catholicorum dulcissima Mater sub grauiori furoris, siue hæreticæ, siue B schismaticæ, siue tyrannicæ, siue cuiuscumque dementis impietatis improbitatisque pondere diu multumque in hac miseriarum valle plerumque discruciata gemat atque suspiret: Nihilominus in hisce suis torsionibus atque pressuris, ex hac tot immanium hostium tempestate fructum maximum, Deo misericorditer, sapienterque omnia disponente, percipere solet: itaque verissimè dictum est ab Apostolo, [c] *oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant inter vos:* [d] *vtamur etiam isto diuinæ prouidentiæ beneficio*, inquit S. Augustinus: *Ex his enim hominibus hæretici fiunt, qui etiamsi essent in Ecclesia, nihilominus errarent. Cum autem foris sunt plerumque prosunt, non verum docendo quod nesciunt: sed ad verum quærendum carnales, & ad verum aperiendum spirituales Catholicos excitando. Sunt enim innumerabiles in Ecclesia sancta Deo probati viri, sed manifesti C non fiunt inter nos, quandiu imperitiæ nostræ tenebris delectati dormire malumus, quam lucem veritatis intueri. Quapropter multi vt diem Dei videant & gaudeant, per hæreticos de somno excitantur.* Post quæ hac suum discursum caputque Pater Sanctissimus conclusione terminat. [e] *Vtamur igitur etiam hæreticis, non vt eorum approbemus errores: sed vt Catholicam disciplinam aduersus eorum insidias asserentes, vigilantiores & cautiores simus, etiamsi eos ad salutem attrahere non possimus.* Qui quamuis perseuerantes cum sibi cognatis perfidia schismaticis in impietate sua furorum suorum procellis hanc sanctissimam D. Petri nauim, omni contentione nitantur obruere: nihilominus hac sancta naui de illis omnibus victrice, omnes ipsi, diuini prædones honoris & Ecclesiasticæ Maiestatis uppressores, fractis dissipatisque furoris suæ machinis ad extremum miserè peribunt, diuinæque vindictæ propter illius oppressionem D subacti seuerè potenterque flagellabuntur. Sic impij ad suam miseriam sæuiendo, iustis Ecclesiæ filiis, ipsique Matri victi seruiunt, inuitique famulantur. Vt sceleratus ille Modestus præfectus Cæsariensis prouinciæ, crudeliter insultando S. Basilio victus est, prout illi crudelissimo homini Cyrus Theodorus his versibus eleganter illudebat.

[f] *Præfectus es tu cæteris quidem omnibus,*
Modeste: verum Basilio magno subes,
Præesse quamuis gestias, subes tamen:
Formicæ sane es, rugias licet vt leo.

Neque omnes illi ferocientis inimicorum suorum insaniæ conatus Ecclesiæ sanctæ constantiam animumque sic deiicere possunt, vt ipsa

a Rom. 5 v. 5.
b S. Aug. l. de vera religione c. 6 in prin.
c 1. Cor. c. 11. v. 19.
d S. Aug. l. de vera relig. c. 8
Quam vtilitatem Ecclesia ab hæreticis extra se positis capit.
e S. Aug. ibi in f. capitis.
Impij armati furiis iustis inermibus & Ecclesiæ seruiunt inuiti ad ruinam suam.
f Cyrus Theodorus. Vide orationem in laudem S. Basilii, & scholia Billij 70. & in nona editione 72.

concordi, sancto, salutariqoe vtriusque inter se Monarchiæ fœdere firmata, de stabili suæ sanctitatis, Catholicæ veritatis, principatusque tantillum perpetuitate diffidat. De hoc siquidem diuinis instructa sancti Spiritus oraculis secura viuit, nullaque dubitatione suspensa portas inferi, nihil contra se præualituras certissimè credit. Scit enim de seipsa loqui Spiritum sanctum per os Prophetæ Regij dicentis, [g] *Deus fundauit eam in æternum*, vt exposuit sanctus Augustinus: [h] *quæ est ciuitas regis Magni, fundata in exultatione vniuersæ terræ.* De cuius filiis & populis fidelibus nempe tam spiritualis, quam Christianæ sæcularis Monarchiæ subditis, sacro charitatis vinculo inter se sociatis inculpata fide, vitæque sanctitate in ea perpetuò victuris dicebat apud Esaiam Deus: [i] *Et fœdus perpetuum feriam eis, & seretur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint illos cognoscent eos: quia isti sunt semen cui benedixit Dominus.* Cuius oraculi veritatem, hæc Christi Domini verba in Euangelio comprobarunt: [k] *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* Quod Angelus Gabriel missus à Deo de regalibus cœli Empyrei sedibus, beatissimæ Virgini futuræ Messiæ Regis Regum Matri his verbis spoponderat: [l] *Dabit ei Dominus Deus sedem Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum*, iuxta quod ante multa sæcula hoc Esaias oraculo prædixerat: *super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet, & corroboret in iustitia, & in iudicio à modo, & vsque in sempiternum.* Quæ quidem oracula [m] Magnus Augustinus de stabili firmaque sanctitatis, intemeratæ fidei, principatusque Matris Ecclesiæ, vsque ad consummationem mundi, duratione pluribus intelligenda esse docet. In cuius veritatis confirmationem Deus per Oseam Ecclesię, quę vẽtura erat Euangelicę dicebat: [n] *Desponsabo te mihi in fide, in iustitia, in sempiternum.* Quam sanctitatis, veritatisque Christianæ perpetuitatem stabilire, firmareque volens Christus Dominus, ipsi suæ sponsæ pastores doctoresq; prospicere voluit, qui illius sanctitatis, religionis, fideique Christianæ robur, virtutem, principatumque tutarentur. Quos propterea datos fuisse constitutosque à Domino dixit Apostolus: [o] *Ad consummationem sanctorum, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, in agnitionem Dei, in virum perfectum*: & supra, *vt non iam simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinę in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris*: secundum illa promissa Dei per Zachariam prophetam, [p] *Circumdabo domum meam ex his qui militant mihi* (scilicet pro me:) Qualis erat Timothæus, quem sic Apostolus hortabatur: [q] *Labora, vt bonus miles Christi Iesu.* Atque hi sunt Pastores & Doctorés, [r] quos fideles seruos Dei constituit Dominus super familiam suam, aduersus partes aduersas militantes. Quos apud Esaiam Deus super muros Hierusalem (scilicet spiritualem, Ecclesiam Catholicam) [s] *constituit custodes:* Qui sunt illi fortes mystici, qui custodiunt [t] *Lectulum Salomonis.* Hunc Salomonis lectulum, quid aliud mysticè, quam thronum Christi in Ecclesia militanti Romę constitutũ, esse credemus? Cuius inexpugnabilem durationis ęternę firmitatem propheta regius exprimens in persona Dei

a Pars. Ecclesia in medio persecutionum semper de sua sanctitate, veritatisque fides perpetuitate secura.
g Psalm. 47.
h S. Aug. in Psal. 47.
i Esaiæ 61.
k S. Matt. 28.
l S. Luc. c. 1.
Esaiæ cap. 9.
m S. Aug. in psal. 101. ebd. 2 & l. de vnitate Eccles. c. 13.
n Oseæ c. 2.
o Ephes. c. 4.
p Zachar. c. 9.
q Ad Tim. 2. c. 2. v. 3.
r S. Luc 12. v. 41. 42.
s Esaiæ c. 62.
t Cantic. c. 3.
Lectulus Salomonis mysticè thronus Christi Romæ fundatus.

a Psalm 87.

A dicebar: [a] *Thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis.* Et de perpetuanda Christi & Ecclesiæ filiorum generatione in eodem psalmo; [b] *Et ponam in sæculum sæculi semen eius, & thronus eius sicut dies cœli* (sine scilicet nocteque caritura.) Atque huius æternitatem regni meminit Daniel dicens: [c] *In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur: & regnum eius alteri populo non tradetur:* Quod hac verborum Angelus Gabriel breuitate complexus est: [d] *Et regni eius non erit finis.* Quodq; diabolus de Romano Imperio per vanæ poëtarum Coryphæi mendacia linguæ falso locutus est, illud verè Christi Domini regno, quod est Ecclesia, Spiritus sanctus attribuit.

b Ibid.

c Daniel c. 2.

d S. Luc. c. 1.

e 1. Æneid.

[e] *His ego nec rerum metas, nec tempora pono,*
Imperium sine fine dedi.

De cuius fine omni, temporumque limite carentis perpetua duratione, ita sanctus Augustinus egregiè contra Donatistas asserit. [f] *Sed illa Ecclesia quæ fuit omnium gentium, iam non est: perijt. Hoc dicunt qui in illa non sunt. O impudentem vocem! illa non est, quia tu in illa non es. Vide ne tu ideò non sis. Nam illa erit, etsi tu non sis.* Postea Ecclesiam impias eorum assertiones sibi sanctitatis perseuerantiam perpetuitatemque principatus denegantes, explodendo & abominando ita loquentem facit. [g] *Quando ero in isto sæculo, annuntia mihi propter illos, qui dicunt, fuit, & iam non est: Apostatauit & periit Ecclesia de omnibus gentibus & annuntiauit: nec vacua fuit vox ista. Quis annuntiauit mihi nisi ipsa via?* (scilicet Christus Dominus qui dixit in Euangelio) [h] *Ego sum via, veritas & vita. Quando annuntiauit?* [i] *Ecce ego vobiscum sum, vsque ad consummationem sæculi.* In cuius patris doctrina sublimi, & sanctitate mirabilis sententiam suo inclinando consensu Diuus Bernardus hanc sanctissimam Christi Domini sponsam, nunquam in mediis persecutionum, tentationum, fallaciarum hæreticarum, schismaticarumque proditionum fluctibus obrutum iri in horum expositione sponsæ verborum: [k] *Tenui eum nec dimittam, donec introducam illum in domum Matris meæ:* sic egregiè comprobat. *Ista est* (scilicet Ecclesia) *& tunc & deinceps non deficit genus Christianum, nec fides de terra, nec charitas de Ecclesia. Venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in eam, & non cecidit, eò quod fundata esset super petram: petra autem erat Christus. Itaque nec verbositate Philosophorum, nec cauillationibus hæreticorum, nec gladiis persecutorum potuit ista aut poterit aliquando separari à charitate Christi, &c.* Quia dixit illi Dominus loquens Apostolis suis in vnum congregatis, Ecclesiã hanc Dei repræsentantibus: [l] *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* Quæ Saluatoris nostri verba Ecclesiæ suæ S. Leo ad Pulcheriam Augustam scribens, dicta fuisse docet, cum ait: [m] *vnde quia non deseris Ecclesiam suam diuina protectio, dicente Domino, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi, &c.* Vnde non poterit vnquam Ecclesię sanctę principatus Monarchicus, regnumque decidere, quin eodẽ impetu violentoq; motu ipsius Christi Domini regnum labatur & corruat. Cum non aliud sit regnum Christi quam Ecclesia.

f S. August. in Psalm 101. conc. 2.

B

g S. Aug ibid.

h Ioan. 14.

C

i S. Matth. 28

k S. Bernard. serm. 79. in Cantic.

D

l S. Matt. c. 28

m S Leo ep. 31. ad Pulcheriam Augustam.

3. Pars. Regnum Christi, & regnum Ecclesiæ vnum idemque sunt proximo.

Quod diuinum illud oraculũ Esaiæ voce probatum clarissimè demonstrat, in quo sponsus æternus, & sponsa vicibus alternis loquẽtes introducuntur. [n] *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, & indumẽtis iustitiæ circundedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.* Quid ad hęc D. Augustinus? *Sponsum* (inquit) & [o] *Sponsam, Christum intelligimus & Ecclesiam.* [p] *Sed erunt duo in carne vna, sacramentum magnum* (inquit Apostolus) *in Christo dico & Ecclesia: igitur iam non duo, sed vna caro. Si igitur caro vna competenter, & vox vna.* Rursum idẽ Esaias alibi optimè meminit, *vnũ esse ipsos duos: Loquitur enim in persona Christi & dicit: sicut sponso alligauit mihi mitrã, & sicut sponsam ornauit me ornamento: Alligauit mihi & ornauit me, tanquam vnius vox est, & tamen sponsum, & sponsam, Christum intelligimus & Ecclesiam: vnus videtur loqui, & sponsum se fecit, & sponsam se fecit. Quia non duo sed vna caro. Quia verbum caro factũ est, & habitauit in nobis: illi carni adiungitur Ecclesia, & fit Christus totus corpus & caput.* Hęc ipse doctor maximus, doctorũque magister, quibus sicut vnũ corpus suo adunatum capiti fuit Christus, & Ecclesia simul iuncti, sic idem planè vtriusque regnum esse demõstrat. Quod mysterium [q] alijs in locis operum suorum in eodẽ sensu sæpius euoluit. Vnde Dauid à spiritu sancto edoctus, raptuq; diuino extra se positus, volens vtriusque Christi & Ecclesiæ regni vnitatem exprimere, primò magni regis Christi nẽpe ineffabilem Maiestatem viuis magnificisque coloribus, deinde eius sponsæ, ecclesiæ reginæ pulchritudinem admirabilẽ voce prophetica tanquã penicillo diuino depinxit: [r] Narrationem futurorum propheticam, sic à præstantia formæ sponsi huius regis æterni gratiis diuinis sublimibusque quibus super omnes filios hominum coruscabat virtutibus arcessens. *Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum: Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede & regna:* Postea induit eum fortitudine sua, armisq; pręcinxit, & ornauit indomitis, atque diuino fulgore micãtibus, illum sic affando: [s] *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime: sagittæ tuæ acutæ (populi sub te cadent) in corda inimicorum regis.* Deinde de throno sceptroque regio in æternum duraturis ita recenset: [t] *Sedes tua Deus in sæculum sæculi; virga directionis, virga regni tui.* De regiis verò huius summi principis indumentis ita loquitur: [u] *Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis.* Sed qualia huic æterno regi palatia? [x] *Eburnea?* dicente eodem propheta, *à domibus eburneis, in quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.* Sed cum ista Cytharæ dulcedine propheta Regius de æterno rege modulatur, eius sponsæ fidelium Matris Ecclesiæ sacras veneres, speciosasque venustates, & ornamenta virtutum, quibus cor sponsi in suos honestos amores mirabiliter rapuit, atque commouit, non obliuiscitur cum ait: [y] *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate.* Propter quæ [z] *concupiscet rex* ipse Christus *decorem tuum.* [a] *Et filiæ regum in muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis*, id est, vrbes maximæ & opulentissimæ Gentilium ad Christi fidem conuersæ, tuo voluntariè subiugarę imperio in gyrum sinumque tuum tanquam tutissimum salutis portum magna infidelitatis & gentilitiæ superstitionis iactatæ tempestate confugient: Atque vultum tuum, id

n Esaiæ c. 61.

o S. Aug ep. 120. ad Honoratum c. 6.

p Ephes. c 5. v. 32.

q S. Aug. l. 3. de doctrina Christiana c. 31. & serm. 234. to. 10.

Descriptio gratiarum, armorum, throni, sceptri & palatij Christi regis æterni.

r Psalm. 44.

s Ibid. v. 4.

t Ibid. v. 8.

u Ibid. v. 9.

Pulchritudinis & diuitiarum Ecclesiæ reginæ descriptio.

x Ibid. v. 9.

y Psal. 44. v. 11

z Psalm. 44.

a Ibid. v. 14.

est, teipsam non solùm precibus & orationibus; sed etiam facultatũ suarum, quas ad pedes tuos adducent, oblationibus largitionibusque pro salute sua deprecabuntur: tanquam sponsam regis æterni, eiusdem cum illo regni communione gaudentem: quæ vt Regina assidet à dextris eius Regis altissimi filij non solum in vestitu, sed etiam, (vt phrasis [a] Hebræa loquitur) *in diademate deaurato.* Cuius [b] *omnis gloria est abintus, in fimbriis aureis* charitatis, virtutum aliarum *circumamicta varietatibus*, quæ puras immaculatasque virgines, id est, animas fideles & sanctas, antea pollutionibus infidelitatis, seu hæreticæ prauitatis vel alterius impietatis fæcibus contagiisque sordidatas sponso suo Regi geminat & parit, partasque ad illius seruitium in templum Maiestatis diuinæ, quod est cœleste tabernaculum, post militares hominum in hoc mundo aduersus principes tenebrarum, mundum, carnemque concertationes cum pleno gaudio potenter euocat, & adducit; iuxta illud eiusdem Prophetæ Regij: [c] *Adducentur regi virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi: Afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum Regis.* Quod est cœlestis habitatio non hominum manu facta, sed spiritu Dei viui, verboque fabricata, atque firmata, propter sanctitatem *Templum*, & propter magnificentiam *Palatium* Dei nuncupata.

a Phrasis Hebræa.
b Ibid. v. 15.
c Psal. 44. v. 16. & 17.

4. Pars. *Stabilis regni Christi, & Ecclesiæ duplici Monarchia constantis prospera post persecutiones duratio vsque ad consummationem mundi.*

Atque huius Reginæ indissolubili cum sponso suo Christo sociata vinculo, vtramque sacro copulatam fœdere Monarchiam complectentis, stabilem, inconcussamque sanctitatis, fortitudinis, Imperijq; nunquam dissipandi vsque ad consummationem sæculi durationem, post persecutiones patientia superatas, hostesque domitos eleganter Michæas Propheta his verbis expressit: [d] *In die illa dicit Dominus, congregabo claudicantem, & eam quam eieceram colligam, & quam afflixeram: & ponam claudicantem in reliquias, & eam quæ laborauerat, in gentem robustam: Et regnabit Dominus super eos in montem Sion, ex hoc nunc & vsque in æternum. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion, vsque ad te veniet: Et veniet potestas prima, regnum filiæ Hierusalem. Nunc quare mœrore contraberis? Nunquid Rex non est tibi? aut consiliarius tuus periit? quia comprehendit te dolor, sicut parturientem? Dole & satage filia Sion, quasi parturiens, quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem: Ibi liberaberis: ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.* Hoc oraculo significat Propheta Regem regum Messiam, qui sit Deus, in Sion regnaturum, scilicet in Ecclesia Christiana mysticè dicta Sion; quia ibi primum ipsius Ecclesiæ Christus Dominus fundamenta iecit, eamq; primò constituit, iuxta illud: [e] *De Sion exibit lex:* Quæ vix nata, in cunis quasi vagiens multis terra marique persecutionum iactata procellis ad portum Babylonis mysticæ, scilicet Romæ, tunc propter paganicas impietates à S. Petro [f] sic appellatæ, diuino sancti Spiritus afflatu perducta est, vbi sedem sui Imperij, Regnique Christo Domino volente thronum constituit. In quo sub visibili pastore Christi Domini vicario in æternum, quandiu genus hominum extaret in terra, cum ipso Christo Domino sponso suo, sine labe peccati errorisque contagione cuiuscumq; sancta & immaculata dominatione regnaret. Sicut longè ante Deus per os Hieremiæ prophetæ significauerat, illudque se facturum his verbis humano generi suæ salutis recuperandæ desiderio tabescenti promiserat. [g] *In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ,* (Christum, qui est germen Dauid) *& faciet iudicium & iustitiam in terra.* Non per se semper in propria persona visibilem; sed per vicarium suũ, quem visibile suæ Ecclesiæ caput erat vsque ad consummationem sæculi constituturus. Propterea addidit: [h] *Non interibit de Dauid vir qui sedeat super thronum domus Israël*, scilicet Ecclesiæ Catholicæ, quæ regnat vt princeps & regina gẽtium conuersarum, cum Deo Christo sponso suo: sic enim nomen *Israël*, S. [i] Hieronymus, *Regnans*, seu *princeps cum Deo* in traditionibus Hebraicis exposuit. Atque vt amicam sanctamque regni sæcularis Christiani cùm Sacerdotalis Ecclesiasticique confœderationem, vnionemq; futuram in orbe per aduentum Christi reformato, Dominus ipse Deus ostenderet, adiunxit postea: [k] *Et de sacerdotibus & Leuitis non interibit vir à facie mea, qui offerat holocaustomata.* Quo loco duarum solummodò tribuum, reliquis prætermissis Deus meminisse voluit, quod ex illis Messias Saluator mundi Rex Magnus & Sacerdos in æternum exiturus esset, per quem terræ vitiorum contagiis sordibusque fœdatæ, *sicut aquilæ iuuentus renouaretur:* per eius sanguinem populi ad æternam vitam cœlique tabernacula renati, sub vtriusque Monarchiæ sacerdotalis & regiæ, spiritualis & sæcularis imperio piè fideliterque regerentur. Sic vnum idemque Christi regnum esse & Ecclesiæ. quod S. Epiphanius profunda cogitatione considerans, sapienterque recognoscens hæc verè meritòque dixit: [l] *Thronus Dauid, & regia sedes est sacerdotium in Ecclesia sancta: quam dignitatem regiam simulque pontificiam coniunctam largitus est Dominus Ecclesiæ sanctæ suæ, translato in ipsam throno Dauidis non deficiente in æternum. Ille enim per successionem durauit thronus Dauidis vsq; ad Christum, non deficientibus principibus ex Iuda, donec veniret expectatio gentium. Princeps verò tunc alienigena Herodes, & non amplius successores Dauidis, regnabat, translata iam regia sede in Christo ad Ecclesiam.* Ergo cum Ecclesiæ regnum aliud non sit quam Christi, sitque illud Christi sempiternæ durationis, quis metus ac timor Ecclesiam hanc castissimam sanctissimamque Christi Domini sponsam capere posset suæ regiæ sanctissimæque dominationis amittendæ?

d Michææ c. 4. v. 6. 7. 8. 9. 10.
e Esai. c. 2. v. 3.
f S. Petr. 1. Epist. c. 5. v. 13.
g Hierem. c. 33. v. 15.
h Hierem. ibid.
i S. Hieron. in tradit. Hebraicis.
k S. Hierem. 33. v. 18.
l S. Epiphan. to. 2. hæresi 29. contra Nazaræos.

CAPVT II.

Omnes Ecclesiæ eiusque sanctæ confœderationis hostes nihil aduersus eam dimicando proficient nisi ad suum interitum & ad maiorem illius gloriæ exaltationem de sua semper salute titubantes.

1. *Inexpugnabilis Ecclesia Dei in vnitate sacra filiis, qua ratione impii diaboli satellites prospere seruire dicuntur.*
2. *Pacem voce petentes, reipsa destruentes sancta detestatur Ecclesia.*
3. *Hæretici, aliique diaboli ministri semper anxij atque tremuli de salute sua, ac de suæ doctrinæ nefaria duratione.*



ROINDE omnes partes ipsios Reginæ omnium fidelium matris aduersæ, ipsi Christo Domino belligerando perfidè reluctantes hæreticorum, schismaticorum, aliorumque de exercitu diaboli perditorum suis armatis contra hoc Ecclesiæ Catholicæ regnom furoribus certò teneant, se nihil profecturos, nisi ad suam ruinam interitumqoe, & ad maiorem gloriæ & honoris C ipsius sponsæ Christi Reginæ perduelliom suorum victricis exaltatiooem. Quæ sacra salotarique fidelium membrorum sponsi sanguine mundatorum cum capite visibili, confœderatione, & vtriusque inter se Monarchiæ, quam suo virtutibus omnibus, gratiisque spiritus sancti fœcundo sinu meritoriè concludit & amplectitur, in charitate Christi radicata, diuinitus armata, crudelissimas quasque persecutionum omnium procellas tempestatesque superabit. Inde de subactis, subiogatisqoe hostibus gloriosior eluctata triumphabit. Rectè sanè Apostolus de talibus

a 2. Timot. 3. b S. August. in psal. 57.

Ecclesiæ hostibus & hæreticis dixit: [a] *Sed vltra non proficient.* Et D. Aogustinus illud psalmi 57. [b] *Ad nihilum deuenient tanquam decurrens*, exponens: *Non vos terreant*, inquit, *fratres, quidam fluuij qui dicuntur torrentes. Decurrit aqua, ad tempus perstrepit, mox cessabit: Diu stare non possunt: multæ hæreses iam emortuæ sunt, cucurrerunt in riuis suis,* D *quantum potuerunt decurrerunt, siccati sunt riui: vix eorum memoria reperitur vel quia fuerint.* At Regina hæc Christi sponsa, mater nostra sanctissima pressa ab illis, sed non oppressa, mersa sed non submersa, tentationom pressuris facta robustior, perenni sanctitate stabilique fortitudinis vinci nesciæ duratione, victrix immota, manebit, quovsque de militantis Ecclesiæ molestiis in triumphantis amænitates delitiasque perpetuas emigrauerit: quia regnum eius opus Dei est, quod in æternum dissipari non potest, iuxta illud Gamahelis legis doctoris bonorabilis. [c] *Si est ex hominibus consiliũ hoc aut opus dissoluetur: si vero ex*

Quod in Deo est dissolui non potest.
Daniel c. 9.
c Actor. 5. v. 34. 38. 39.

A *Deo est, non poteritis dissoluere, ne forte & Deo repugnare inueniamini.* Sicut enim solida ædificia, altæ turres, magnifica, soperbaque principum terræ palatia diluuii aqois obrutæ diruebantur: Noë vero salutaris arca illo cataclysmo diluuioque aquarum moltarum eò securiùs altiùsque semper eleuabatur, quò tumidiùs & immaniùs illarum æstus efferabatur. Ita calamitatibus publicis, ærumnarumque temporalium feruoribus caduca terrenaque regna & imperia diotius agitata facilè labascunt & euertuntur: at Ecclesiæ regnũ, qood est Christi, non modo talibus miseriarum persecutionumqoe furoribus non superatur, sed potiùs amplioribus dilatatũ terminis magis atque magis efflorescit. Quam propterea bene eleganterqoe dixit magnus ille Leo Pontifex vita sanctissimus, & copiosè loquente sapientia mirabilis. [d] *Non minuitur persecutionibus Ecclesia sed au-* B *getur: & semper Dominicus ager segete ditiore vestitur, dum grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur.* Sic impii Synagogæ Satanæ ministri fidelibus Ecclesiæ filiis, æternoque Christi Domini imperio subditis, & athletis eiusdem militiæ indomitis, sicut Esau suo fratri Iacob, persequendo subseruiunt atque famulantur. [e] *Non obsequendo*, inquit S. Augustinus, *sed persequendo. Quomodo ergo mali seruiunt bonis?* Interrogat S. Pater; sibique interroganti respondet: *Quomodo persecutores martyribus: quomodo lima vel mallei auro? quomodo molæ seruiant tritico: quomodo panibus coquendis fornalia, vt illi coquantur, illi consumantur. Quomodo inquam, mali seruiunt? Quomodo in fornace aurificis palea seruit auro, vbi sine dubio palea consumitur, aurum probatur. Non ergo glorientur, aut se extollant mali, quando bonis aliquas tribulationes immiserint, quia cum illos persequuntur in* C *corpore, se occidere probantur in mente. Vt ad virum bonum perueniat hominis mali aduersitas, iam illius animam putrefacit iniquitas.* Hoc ordine modoque Ecclesiæ sanctæ & regno eius impiorum cõgregationes furenter obluctando seroiunt; qui dum illam in ruinæ præcipitia deprimere conantur, ad summæ verticem felicitatis deficientes, ipsi in cogitatis conatibusque suis propriæ salotis submersi naufragio prouehunt. Qui dum aperto indignationis, odii, armorumque furore illam se posse perdere diffidunt, simulatæ pacis insidiis illius interitum exitiumque machinantur.

Similitudo de arca.

d S. Leo ser. 1. de SS. Petro & Paulo.

Quomodo mali bonis seruire dicuntur & Synagoga diaboli Ecclesiæ Christi.

e S. Aug. ser. 78. de tempore.

Sed absit vt illa, pacis vlla perfidæ conditione cum talibus conspirare velit, quæ pacem verbo flagitantes, sed facto destruentes, magnopere auersatur atque detestator. Contra quos sic zelo Dei S. Hieronymus vehementer excanduit. [f] *Nihil grande est pacem voce prætendere, & opere destruere: aliud niti, aliud demonstrare: verbis sonare* D *concordiam, re exigere seruitutem.* Quid insuper addat S. Pater zelo diuini consumptus honoris & Ecclesiasticæ pacis contra istos audiamus. [g] *Volumus & nos pacem, & non solum volumus, sed & rogamus. Sed quam pacem, pacem Christi, pacem verã, pacem sine inimicitijs: pacem in qua non sit bellum inuolutum* (qualis est illa hostium Ecclesiæ) *Pacem quæ non vt aduersarios subijciat, sed vt amicos iungat. Quid dominationem pacem vocamus, & non reddimus vnicuique vocabulum suum? Vbi odium est, appelletur inimicitia: vbi charitas, ibi tantummodo pax vocetur.* Atque vt ostenderet hæreticos schismaticosque pacem falsò loquentes cum

2. Pars.
Pacem voce petentes, reipsa destruentes S. detestatur Ecclesia.
f S. Hieronym. ep. 62. ad Ioan. Hierosolym.
g S. Hieronym. ibid.

A proximo suo veram habere nullam, & cum talibus nulla ratione paciscendum, subdidit. *Nos neque Ecclesiam scindimus, neque à patrum communione diuidimur: sed ab ipsis, vt ita dicam incunabulis, sumus Catholico lacte nutriti. Nemo namque magis Ecclesiasticus est, quam qui nunquam hæreticus fuit. Sed ignoramus absque charitate pacem, & sine pace communionem.* Nec minus Ecclesia cum hostibus suis veræ pacis inimicis fœdus inire perhorrescit, quam Tullius quondam zelator publicæ pacis cum Antonio Reip. à Senatu hoste iudicato. Qui suæ auersionis indignationisque cum tanto Reip. patriæque perduelle rationem causamque reddendo dicebat: *Ego ille qui pacis semper auctor fui, cuique pax præsertim ciuilis, quanquam omnibus bonis, tamen imprimis fuit optabilis: ego, inquam, semper pacis amator, semper auctor pacem cum M. Antonio esse nolo. Cur igitur nolo? Quia turpis est; quia periculosa est, & quia fieri non potest?*

S. Hierony. ibid.

Cicer. Philippica 1.

B Eadem planè ratio, imò potentior & illustrior subest Ecclesiæ cum impiis sponsi sui Christi, suisque coniuratis hostibus filiorum æternæ salutis prædonibus, atque in sui ruinam principatus conspirantibus aliquo reconciliationis & amicitiæ fœdere sociari deprecanti. Quid enim turpius dici & excogitari possit, quàm immaculatam virginem omni labe maculaque carentem, Christi regum principis, terræ cælique dominatoris sponsam, Satanæ prostibulo mancipatis aliqua beneuolentiæ amorisque coniuratione fœderari? Quid periculosum magis, quàm perfidis legitima pacis fœderisque iusti pacta violare suetis temere confidere? Quid ab omni possibili dici potest alienius, quam Christum vitiorum tanquam

C monstrorum interemptorem, omnium Dominum virtutum cum principe dæmoniorum vitiorumque omnium parente tactis aris, datisque dextris aliqua societate copulare? Nec adeò fatui, insulsi & ignaui eius sanctæ matris filii, huius reginæ subditi esse iudicantur, vt armato dæmoniorum exercitu stimulante, prementibus aduersitatum malorumque publicorum tempestatibus, vsque adeò animi, constantiæque robore deficientes, cum illis apud poëtam Latinum dicere vellent.

Cum hostibus Dei pax vera nulla & salutaris.

a Æneid. 10.

[a] *Si nullam nostris vltra spem ponis in armis,*
Si tam deserti sumus, & semel agmine victo
Funditus excidimus, nec habet fortuna regressum:
Oremus pacem, dextras tendamus inermes.

Sed potius illius qui hæc dixit, animum magis affectumque probarent.

b Ibid.

[b] *Quanquam ô si solitæ quidquam virtutis adesset*
Ille mihi ante alios fortunatusque laborum,
Egregiusque animis, qui ne quid tale videret
Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.

D Hæc Ecclesiæ eiusque filiorum aduersus diaboli sectatores, Dei suosque hostes indignatio, & cum illis pacis auersio: hæc spes in aduersis eluctandi, hæc sancta in Christo suo hostes vincendi fiducia. Hæc suæ integritatis immaculatæ, pietatis, perpetuæque in vitæ sanctitate doctrinaque diuinæ veritatis perseuerantiæ, durationisque securitas. Quia est illa domus Dei *ædificata supra firmam petram: & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt, & non cecidit.* Quare hoc? Quia fundata erat supra petram firmam, quæ Christus est. Et cum illa regina ma-

8. Matth. 7. v. 25.

A tre, sponsa Christi, filii eius boni Catholici aduersus tot hostium tentationumque turbines, stant immobiles, de sua salute per Dei gratiam securi. [c] *Nemo æstimet bonos posse de Ecclesia recedere*, aiebat S. Cyprianus, *Triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice fundatam procella subuertit: inanes paleæ tempestate iactantur: inualidæ arbores turbinis incursione euertuntur.* In qua Ecclesia super firmam petram fundata nullis ruinis erroribusque caduca permanendum esse omnibus, qui salui esse volunt, S. Hieronymus egregia hac contra Luciferianos conclusione pronuntiat. [d] *Breuem apertamque animi mei sententiam proferam, in illa esse Ecclesia permanendum, quæ ab Apostolis fundata vsque ad diem hanc durat*: Et S. [e] Augustinus, *dubitamus*, inquit, *nos illius Ecclesiæ condere gremio, quæ ab Apostolica sede per successiones Episcoporum semper, frustra hæreticis circumlatrantibus, culmen auctoritatis obtinuit?*

c S. Cyprian. l. de vnitate Ecclesiæ.

d S. Hieron. dialog. postremo contra Lucifer.

e S. August. l. de vtilitate credendi c. 17

B Non sic impii, non sic hæretici, aliique de schola Satanæ Dei Ecclesiæ, ac vtriusque Monarchiæ perduelles, semper anxii & timidi de salute sua, imposturis impietatibusque suis interitum vehementer exitiumque metuentes. In cuius rei confirmationem quid de doctrinæ execrabilis à sceleratissimo Apostata Luthero haustæ zizania, peste, deque eius stabilitate sentiant centuriatores audiantur. Illorum querelæ sunt istæ. [f] *Maxime in doctrina variationes & inclinationes impendere videntur, & sic merentur hominum peccata, quæ fiunt in dies atrociora. Ac tempora quidem Germanici prophetæ Martini Lutheri, cuius voce & ministerio lux Euangelij, quasi è tenebris Ægyptiacis*

3. Pars. Hæretici aliique diaboli ministri, anxij semper ac timidi de sua secta doctrinaque abominabilis stabili duratione dubitant.

f Centuriatores Centur. 1. præfatione.

C *reuocata est, propemodum Apostolorum ætati respondent.* O rabida ora! Quid hoc diabolico mendacio ex illis nefandissimorum hæreticorum faucibus, tanquam ab inferis eructato & euomito dici potest execrabilius? Subdunt continenti orationis filo. *Nunc verò ipso sublato quasi alteram Euangelij ætatem ingressi sumus, vbi plures phanatici incipiunt pullulare, & paulatim regnare.* Post hæc in præfatione Centuriæ 5. de pluribus Lotheranæ factionis sectatoribus expostulantes quod in doctrina de libero arbitrio, de fide iustificante, deque bonorum operũ merito, amplius Luthero suo Patriarchæ non suffragarentur: sed magis in Catholicæ veritatis, Romanæque fidei confessionem sui propensione consensus inclinarent, per indignationem contra eos exclamarunt. [g] *Perijt iam idque repente, veritas patefacta* (id est horrendi mendacii à Luthero excogitati blasphemia) *Philosophia, Papismus, & alia secta longè latè-*

g In præfat. Centuriæ 5.

D *que in templo Dei primam cathedram occupant.* Quid Caluinus adhuc sceleribus errorum blasphemiarumque portentis ipso Luthero superior? Nonne titubantem grauiter illum & magnopere suæ maledictæ nefariæque sectæ stabilitati diffidentem, in Catechismi Geneuensis ad suos in Frisia Orientali ministros missi præfatione videmus? Cum ait. [h] *De posteritate ego sic sum anxius, vt tamen vix cogitare audeam. Nisi enim mirabiliter Deus è cælo succurrerit, videre mihi videor extremam barbariem impendere orbi. Atque vtinam non paulò post sentiant filij nostri fuisse hoc verum potius vaticinium, quam coniecturam.* Quid mirum si hæretici veritatis osores & impugnatores anxietate misera suspensi trepident, suæque nefandissimæ doctrinæ zizaniis, breue repentinumque exitium grauissimè pertimescant? Cum spiri-

h Caluinus in præfat. Catechesis Geneuensis.

tu non Dei, sed diaboli horribiliter afflati sua contra Christi Domini fidem, Catholicamque sedis Apostolicæ doctrinam blasphemiis, erroribus nefandis, mendaciis detestandis enormia dogmata nimis atrociter excogitarint? Longè adhuc viro illo stulto, de quo Dominus in Euangelio, peiores atque miseriores,[a] *Qui ædificauit domum suam super arenam* (idest super vana & lubrica, caducaque mundi huius) *& descendit pluuia* (tentationum scilicet) *& venerunt flumina* aduersitatum, *& flauerunt venti* (falsorum dogmatum) errorumque veritatis atque probitatis inimicorum, *& irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Sed profectò longè maior domus diabolicæ, idest, hæreticorum synagogæ, eorumque cathedræ pestilentis ruina futura est: quæ velut inanes paleæ putridæque inualidæ arbores atque mortiferæ turbinis incursione sempiternę damnationis euertentur.[c] *Sic auolabunt miserabili lapsu ista palea non modo leuis fidei, sed perfidiæ errorisque execrabilis, quæcumque flatu tentationum,* (indeque calamitatum æternarum) *ut purior massa frumenti virginis germinantis, pura sanctitatis, vergęque fidei,* bonorum Catholicorum, *grana in horrea Domini reponantur.* Quodnam quippe iudicium de Luthero, Caluino, Beza, aliisque nostri sęculi hæresiarchis & hæreticis Christi Domini ouium prædonibus & interfectoribus immanissimis, aliud ferre debemus & possumus, quam quod Tertullianus quondam de sceleratissimo hęresiarcha Marcione protulit, vt de singulis istorum cum isto patre dicamus:[d] *Scytha tetrior, Hamaxobio instabilior: Massageta infamior: Amazona audacior, nubile obscurior, hyeme frigidior, gelu fragilior, Istro fallacior, Caucaso abruptior.* O nefaria errantium perditorumque hominum turba, quæ sanctitati Ecclesiæ Catholicæ, & Apostolicæ perpetuò belligeras! quę maiestati dignitatique Monarchiæ Romani Pontificis ioimicaris! quæ sancta Catholicorum principum cum illo sanctissimo patre ac principe spirituali fœdera, dissidiorum ferro conuellere atque destruere conaris. Si nolla spes tuæ conuersionis affulgcat, qui habitat in cœlis.

Hic tibi, si qua pios respectant numina, si quid Vsquam iustitiæ est, & mens sibi conscia recti Præmia digna ferat.

[a] S. Matth. 7. v. 26.

[b] S. Cyprian. l. de vnitate Ecclesiæ.

[c] Tertullian. de præscript.

[d] Tertull. l. de præscriptio. Pamelius ibid.

CAPVT III.

Hæc sancta vtriusque principatus confœderatio, & vnio, principum sæcularium vires ad maiorem eorum fœlicitatem & gloriam, de cunctis victrices hostibus seruat indomitas & auget.

1. *Sancta principum Catholicorum cum Romano Pontifice vnio, hostibus Dei & Ecclesiæ terribilis vt castrorum acies bene ordinata, à qua multa illorum prosperitates.*

2. *Vt Dauidis & aliorum legis antiquæ regum prosperitates à diuinis benedictionibus profluxerunt, quod religiosa fortitudine Dei cultum ac pacem eius Ecclesiæ intemeratam defenderint: sic est de Christianis in lege gratiæ principibus.*

3. *Pax Ecclesiæ, & Christianorum regnorum vna esse debet: vnde bonorum principum hanc fideliter custodientium victoria gloriosa.*



CVM de sacra, necnon salutari, quæ vtriusque Christiani principatus spiritualis &[e] sæcularis venerandos fasces amico vinculo connectit, vnione conspirationeque cogito. *Mihi videre videor terribilem illam hostibus castrorum aciem ordinatam. Scimus enim,* inquit[f] S. Gregorius, *quia castrorum acies tunc hostibus terribilis ostenditur, quando ita fuerit constipata, atque densata, vt in nullo loco interrupta videatur. Nam si ita disponitur, vt locus vacuus, per quem hostis possit ingredi, dimittatur, profectò iam suis hostibus terribilis non est.* Ergo cum sacra Christianæ charitatis vnio, Reges, principesque Catholicæ professionis cum ipso vniuersalis Ecclesiæ principe ac pastore Monarchico sinceræ pacis funiculo constringit, & copulat, quæ hostium fortissimorum robora, vires, copiasque multitudine innumerabiles, huius sanctæ vnionis virtute non confringantur & corruant? Itaque audienda est hęc ab omnibus principibus vtriusque fori, & illorum populis S. Gregorii admonitio, mandata memoriæ ad praxim vsumque reuocanda: *Cum contra malignos spiritus spiritualis certaminis,* addam & contra nefarios illorum ministros, *aciem ponimus summopere necesse est, vt per charitatem semper vniti atque constricti, nunquam interrupti per discordiam inueniamur: quia si qualibet bona in nobis opera fuerint, si charitas desit per malum discordię, locus aperitur in acie, vnde ad feriendos nos hostis valeat intrare.* Ea quippe diuinæ charitatis confœderatio est, quæ mundi principem vincit, rectè per Goliath gigantem significatum, quantò magis ministros eius? quem Dauid vno de multis educto de pera lapide non sine mysterio confodit, confossumque necauit, vt S. Augustinum sapienter his verbis obseruasse videmus.[g] *Quinque lapides tulit Dauid: contra Gigantem vnum misit, quia vnitas vincit.* At quæ vnitas? Charitatis?[h] *Plenitudo*[i] *enim legis est charitas.* Subdit maximus ille diuinę sapientiæ magister, *cuius corroborati fortitudine principes,* vtriusq; potestatis, *supportantes inuicem in dilectione, quamdiu student seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis,* tandiu *Gigantæos inferni furores destruunt atque debellant.* Ab hac cordium Ecclesiæque Catholicæ membrorum essentialiū corporis & animæ, quæ in vtroque principatu spirituali temporalique consistunt, per charitatis ardorem vnitate, omnis vera delectatio, & vitæ iucunditas, omneque robur inexpugnabile consurgit, sicut è contrario ab huius vnitatis priuatione languor omnis, imbecillitas & dolor egreditur: quod vt ostenderet D. Augustinus, omnia vnitatem appetere hac præclara inductione de-

[e] Cantic. c. 6.

[f] S. Greg. to. 4. ho. 8. in Ezechielem hæc verba cantici exponens, terribilis &c.

Sancta principum Catholicorum cum Rom. Pontifice vnio hostibus Dei & Ecclesia terribilis, vt castrorum acies ordinata.

S. Greg. ibid.

Vnio hæc sacra charitatis figuratur lapide quo Dauid Gigantem confodit.

[g] S. August. in psal. 143.

[h] Rom. 13. v. 10.

[i] Roman. 13. Ephes. 4.

Omnia vnitatem appetunt vt bene sit illis.

a S. August. to. 1. l. 2. de ordine.

A claratuit.[a] *Lapis, inquit, vt esset lapis omnes eius partes omnisque natura in vnum solidata est. Arbor non esset si vna non esset. Membra cuiuslibet animantis, & viscera, & quidquid est eorum è quibus constat, certè si vnitatis patiantur diuortium, non erit animal. Amici quid aliud quum esse vnum conantur? Et tantò magis vnum, quantò magis amici sunt. Populus vna ciuitas est, cui est periculosa dissensio. Quid est autem dissentire, nisi vnum non sentire? Ex multis militibus fit vnus exercitus. Nonne quauis multitudo eò minus vincitur, quò magis in vnum coit? Quid amor omnis? Nonne vnum vult fieri cum eo quod amat? Voluptas ipsa non ob aliud delectat vehementiùs, nisi quod amantiùs sese corpora in vnum coniugunt. Dolor vnde perniciosus est? Quia id quod vnum erat, diffindere nititur.* O quanta felicitas! quanta tranquillitas! quantique pacis optatæ fructus, ex hac sancta principatus politici cũ Ecclesiastico confœderatione, amicaque coniu- B ratione in regna resque publicas sæculares Christianæ religioni consecratas, & in ipsorum principes, populosque redondant! Quæ considerans S. Gregorius ad Mauritium imp. verissimè scribebat.[b] *Neminem posse rectè terrena regere, nisi nouerit diuina tractare, pacemque Reip. ex vniuersalis Ecclesiæ pace pendere.* Post hæc oratione ad imperatorem conuersa subdit.[c] *Qua enim, serenissime Domine, virtus humana, quodque carnei robur brachij contra vestri Christianissimi culmen imperij irreligiosas præsumeret manus erigere, si studeret concors sacerdotum mens redemptorem suum pro vobis, atque vt oportebat meritis exorare?* Vnde vt perturbatorem pacis Ecclesiasticæ Ioannem Constantinopolitanæ Ecclesiæ patriarcham superbissimi nominis, Episcopi nempe vniuersalis, vsurpatorem, legum imperialium fræno vinculisque correctionis iustissimæ compescat pro Ecclesiæ C pace, saluteque imperii, ita illum imperatorem religiosè & grauiter hortatur.[d] *Quamobrem non causa mea, sed Dei est, & quoniam non solus ego, sed tota turbatur Ecclesia, quia piæ leges, quia venerandæ Synodi, quia ipsa Domini nostri Iesu Christi mandata superbi atque pompatici cuiusdam sermonis inuentione turbantur: piissimus Dominus* (scilicet imperator Mauritius) *locum secet vulneris, atque resistentem ægrum Augustæ auctoritatis vinculis constringat.* Quis deinde fructus? Respondet sanctissimus doctor. *Astringendo eum, statum Reip. subleuatis: & dum talia reciditis, de regni vestri prolixitate tractatis.* Atque huius diuinæ sanctissimi patris sententiæ duplex causa, præter alias, assignari potest. Prior est, quoniam dum principes & populi fideles in omnibus secundum Deum vicario Christi Domini Rom. Pontifici, & eius Ecclesiæ sanctissimæ parent, & filiali obedientia reuerenter obsequuntur, tunc iidem principes D & populi vocem Domini efficaciter audientes mutua se charitate, eaque summa complectuntur: principes quidem maxima benignitatis affectusque paterni dulcedine subditis populis imperantes, eosque ad salutis pacisque portum regali, eaque sincera directione prouehentes: populi verò maxima cum reuerentiæ amorisque profusione suis principibus obedientes: vnde tuta, vera, solida Reip. principatusque temporalis pax, salus atque prosperitas in omnes principes populosque deriuantur. Altera causa non minoris virtutis & energiæ, quàm prior illa est: quod principes, ac reges Christiani temporali dominatione

Ex hac pacis vnione multa in regna resque publicas Christiano, subditas, religionis prosperitates.

b S. Gregor. l. 4. ep. 32. to. 2. indict. 13. c. 76

c Ibid.

d S. Gregor. ibid.

Propter 2. causas precipuè pax Reip. à pace Ecclesiæ pendere dicitur.

A potentes, dum pacem & prosperitatem Ecclesiæ Christi Domini, dignitatem & auctoritatem illius vicarii pastoris œcumenici supremam à Christo diuinitus exhibitam largitamque tuendo procurant, Dei sincerè voluntati famulantur, & eius iussa facientes illius diuinam gratiam, benedictionemque religiosè venantur: quam sibi conciliantes omnia tuta, pacata, prosperaque in sua ditione, illius virtute consequuntur. Quarum veritatem causarum exempla plurima è sacris educta scripturis copiosissimè comprobant. Quæ enim res Dauid regem hostibus terribilem, Dei, regnique sui inimicorum domitorem, imperii Iudæorum propagatorem, tot & tantis opibus, honoribus, prosperitatibusque post expiata salutari pœnitentia homicidii, adulteriique scelera fæcundum (vt maiores his ambitiosus aut auarus optare nullus auderet) nisi diuinæ illæ B benedictiones fauoresque de cœlo missi fecerunt?[e] *Quod in lege Dei meditaretur die ac nocte.* Quod in[f] *via mandatorum Dei curreret, sicut in omnibus diuitiis.* Quod[g] *secundùm cor Dei regnaret:* Quod Ecclesiam Dei ab omnibus inimicorũ telis vexationibusque liberam in pace seruaret.[h] Quod *de matutino surgeret ad interficiendos omnes peccatores terræ.* Quod *qui Deum oderant odisset, & super inimicos Dei tabesceret, perfectoque illos odio prosequeretur.* Quid Ezechias? Ad quem honoris, prosperitatis, & gloriæ gradum diuina miseratione gratiaque prouectus est?[i] Quanta opum diuitiarumque ingentium magnitudine fæcundus abundauit? Quantis in regia domo thesauris affluxit? quod pacem & dignitatẽ religionis Ecclesiæque Dei tota virtute protegendo hostium Dei furores suis, regnique copiis extinxerit?[k] Dæmoniorum statuas & idola de excelsis eiecta C confregerit? Simili diuinæ gratiæ largitate Rex Asa alta pace, nullis bellorum concussa motibus, ad nutum desideriumque potitus est, quandiu in pace cum Deo, eiusque Ecclesia seruanda, diuini cultus retinenda maiestate, destructis aduersus eam erroribus, hostiumque legis diuinæ conatibus, generoso pectore laborauit. Cum verò sui oblitus officii ad corruptiones sui sæculi conniuendo & in populi, suisq, sceleribus dissimulando in defendenda Ecclesię pace, custodiendaque Dei religione cœpit tepidus elanguescere: audiuit infelix ac demens à Domino Deo se suumque regnum vehementissimis bellorum dissidiorumque tempestatibus breui perturbatum iri atque vastatum.[l] Quod postea nimium verè suo magno persensit infortunio. Rex verò Iosaphat diuinæ illius benedictionis gratiæque fructus suauissimos desiderio completo cum magnæ consolationis sapore gustauit: quod in viis immacu- D lato calle Regis Dauidis ambulando, religionis cultusque diuini maiestatem summa deuotione coluisset, pacem in Ecclesia Dei sinceram immaculata custodia protexisset. Hinc illius immensæ facultates: hinc honores illi ab omnibus regnicolis & extraneis amplissimi delati: hinc summa pax, solidaque regni tranquillitas magnis condita prosperitatibus tanta promanarunt: vt nullus extraneorum principum illum postea cum regno suo ferocibus armis impetere fuerit ausus: tantum illius ad terrendos hostes diuinis munita præsidiis valuit auctoritas. Sed quid ego antiquam testamenti veteris exempla commemoro? Cum in noua lege imperioque Christiano tot ad

2 Pars. prosperitates Dauidis à diuinis benedictionibus, quod Dei cultum eiusque Ecclesiæ pacem inuiolabili custodia protegeret.

2 Reg. c. 12.

e Psal. 1.

Psal. 118.

f Psal. 118.

g Psal. 100 v. 8.

h Psal. 138. v. 21.

i Ezechiæ prosperitates l. 2 paralip. 29 & 31.

k Asæ regis l. 2. paral. c. 14

l Iosaphat l. 2 paral. c. 17. & 20.

A pace Ecclesiæ à principibus Christianis fideliter procurata & custodita miraculosa victorias

huius rei, quam quærimus probationem, historiis abundemus? Vnde tot miraculosæ & supra naturalis facultatis virtutisque vires Constantini Magni, Theodosii senioris, aliorumque Christianissimorũ principũ contra ferocissimos fortissimosq. multitudine innumerabiles hostes diuinitus concessæ victoriæ? nisi ab vnione secũ Ecclesiæ Christi? nisi ab hac optatissimæ illius matris Ecclesiæ pace? & immaculata cũ Monarchico pastore illius Ecclesiæ visibili capite confœderatione? quã illi sũma cũ reuerẽtia, honore, obediẽtia filiali totis sui neruis imperii viribusq. protexerũt? Quoties propter pietatẽ hanc charitatẽque, pro illis feliciter de cœlo dimicatũ est? Quantũ ad earũ consecutionẽ victoriarũ, sanctissimorũ Ecclesiæ Pontificum pastorũque preces & vota Deo religiosè profusa profuerint: quis nescit? nisi qui planè peregrinus hospes & ignarus in historiis Ecclesiasticis sacrisq. versatur? Quid [a] Theodosius Magnus? Nonne miraculosã illã diuinis faustisque pro se prodigiis terribilẽ & venerabilẽ de Eugenio, furiosissimo Christiani nominis hoste, infinitis propè hominũ millibus & copiis de toto terrarũ orbe collectis armato reportatã, S. Ambrosii precibus assiduis acceptã retulit? Quæ clarior huius confessionis imperatoriæ potest haberi cognitio, euidentiorque probatio, quam ex eius imperatoris optimi verbis, quibus apud Paulinũ in vita S. [b] Ambrosii prouolutus pedibus sacerdotis (scilicet Ambrosii) meritis & orationibus eius seruatũ se esse victorẽq. testabatur. Sic Gratianus imperator optimè de Catholica religione meritus, qui Ecclesiæ pacẽ, destructis hæreticis, & eiectis pro fideliũ salute reddiderat, S. Ambros. precibus & supplicationibus totius cleri Mediolanẽsis assiduis parta memorabili de Alemãnis infidelibus, Gallias Germaniasque vastantibus victoria, C optata ipse pace, cũ gloriæ imperialis incremento potitus est. Quod euidẽter apparet ex his, quæ S. ipse Ambrosius ad postulata huius imperatoris postea respondit: quibus se se excusat, quod redeunti ipsi imperatori ex Illyrico in Gallias contra grassantiũ Germanorũ incursus furoresque profecturo, sicut ipse princeps per literas imperauerat, non occurrerit. *Redeunti tamen* (inquit) *& si non occurri vestigio, occurri animo, occurri voto, in quo maiora sunt officia sacerdotis. Occurri dico. Quando enim absui quem toto sequebar affectu, cui sensu ac mentibus inhærebam? Et certè maior animorum præsentia est: tuum quotidianum iter legebam: nocte ac diem tuis castris cura & sensu locatus orationum excubias prætendebam. Et si inualidus merito, sed affectu sedulus. Et hæc quidem cum pro tua salute deferebamus, pro nobis faciebamus. Nihil hic adulationis est, quam tu non requiris, & ego alienam nostro duco officio, sed plurimum gratiæ quam dedisti. Scit ipse nostri arbiter, quem fateris, & in* D *quem pie credis, refici viscera mea tua fide, tua salute, tua gloria, meque non solum officio publico debitas pendere preces, sed etiam amore priuato. Reddidisti enim mihi quietem Ecclesiæ, perfidorum ora, atque (quod vtinam) & corda clausisti: & hoc non minore fidei, quam potestatis auctoritate fecisti.* Ex quibus apparet ab vnione pacis Ecclesiasticæ, regulaque sanctæ fidei bene custodita, pacem salutemq. Christianæ reip. promanare. Cui cõformia professus Hormisda pontifex in libello per suos legatos schismaticis oblato dicebat. [c] *Prima salus est rectæ fidei regulã custodire, & à patrum traditione*

Preces Pontificum ac sacerdotum principes Christianos de hostibus victores faciunt.

a Theodoret. de quo supra.

b Paulinus in vita S. Ambrosii.

S Ambros. epist. 26. ad Gratianum imp.

c Ex libello Hormisdæ schismaticis oblato.

A *nullatenus deuiare. Quia non potest Domini nostri Iesu Christi prætermitti sententia dicentis. Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo Ecclesiam meam. Hæc quæ dicta sunt probantur effectibus: quia in sede Apostolica inuiolabilis semper catholica custoditur religio &c.* Hanc vera solidaque pax deosculatur & colit quã dum laici principes Christiani defendunt, pacificũ principatus sui statũ, suiq. prosperitatẽ sæculi tutantur & augent. Nec .n. à pace Ecclesiæ, reip. pax, si vera sit, aliena esse potest. Sed ex duabus potestatibus bene inter se sociatis, velut vna coalescere debet. Sicut Monarchia sæcularis & spiritualis in Ecclesia Catholica res minimè disiunctæ atque à se inuicẽ separatæ creduntur: sic cõiunctæ inter se ac copulatæ, vt vnũ mysticũ corpus viuũ duabus cõpactum partibus anima & corpore sicut in homine, conficiant, ita vt spiritualis animæ sæcularis verò corporis vice fungantur, testante B S. [d] Gregorio Nazianzeno in illa præclara ad populũ timore perculsum, oratione. Et sicut vita corporis pendet ab anima, ita vera sæcularis Monarchiæ vita, quæ in vera Christi Domini pace, fide charitateq. consistit, ab hac Ecclesiæ confœderatione, amicaq. conspiratione procedit, vnde Cassiodorus illustrissimus senator, factus præfectus prætorio, vt sibi cõmendatam reip. procurationẽ bene & ex conscientia pro populi suæque animæ salute administraret, se Ioãnis 2. Pontificis orationibus cõmendabat, vt pacis publicæ (quã illius & Ecclesię precibus acceptã referebat) continuatione frueretur. Hæ quippe magni illius reip. rectoris voces supplices inter alias huic põtifici fuere. [e] *Supplicandũ vobis beatissime pater, vt lætitiã quã per vos Deo largiente percepimus, custodiri nobis vestris orationibus sentiamus. Quis enim dubitet prosperitatem nostram vestris meritis applicandam? quando honorem adipiscimur, qui à Deo diligi* C *non meremur, & permutatione efficaci bona recipimus dum talia non agamus? &c.* Et paulo post, *ideo salutans officiositate qua dignum est, precor vt vinacius oretis pro salute regnantium: quatenus eorum vitam cælestis princeps faciat esse longæuam. Rom. Reip. hostes imminuat, tempora tranquilla concedat: deinde quod ornat pacem, necessariam nobis copiam abundantia sua horreis largiatur: mihique filio vestro intelligentiæ sensus aperiat, vt quæ verè sunt vtilia sequar, quæ vitanda refugiam, vigor ille rationalis animæ nobis consilium præstet, facies veritatis albescat, ne mentem nostram innubiles caligo corporea &c.* Post hæc profitendo se velle discere à Rom. pontifice, vt quæ pro pace reip. & animæ salute suæ feliciter operetur, ait. *Monete me quę sunt gerẽda sollicitè, bene agere vel correptus excopto. Quia difficilius errat ouis, quę vocem desiderat audire pastoris? Nec facilè efficitur vitiosus, cui admonitor insistit assiduus. Sum equidẽ iudex Palatinus, sed vester non de-* D *sino esse discipulus. Nam tunc ista rectè gerimus, si à vestris regulis minimè discedamus.* Quã autẽ feliciter imperiũ sæculare, eius vires & gloriã veræ fidei pacisque Ecclesiasticæ confœderatio in tuto contineret, corroboraret, & augeret, intellexit bonus ille imperator Iustinus senior, qui hæc de promulgandis vnionis pacisque Catholicæ in Ecclesia inter omnes sæculares, & Ecclesiasticos decretis atque statutis ad Hormisdam Pontificem Romanæque præfectum cathedræ scribebat. *Et quoniam omnes nostræ regiones admonendę sunt, vt exemplum imitentur eniuatis regiæ, destinanda vbique principalia pręcepta duximus:*

1. Pars. Pax Ecclesiæ & reip. Christianæ vna esse debet non duæ vnde bonorum principum hãc fideliter custodientium gloriosa victoria.

d S. Gregor. Nazian. orat. ad populum timore perculsum.

e Cassiod. lib. epist. 2. *Precibus sęp ... pontificis commendat Cassiodorus vt bene Remp. regendo optata pace fruatur.* Ibid. Cassiod.

Principes ac professos premonitarũ discipuli sunt Pontificum.

A bonitate pacis ac fidei Christianæ manat principum secularium prosperitas.

tanto flagramus religionis officio, tanto affectamus studio pacem Catholicæ fidei, pro remuneranda cælitus pace nostræ Reip. pro conciliando subiectis meis superno præsidio. Quid autem gratius reperiri potest? Quid iustius? Quid illustrius? Quam quos idem regnum continet, eiusdem fidei cultus irradiant, eos non diuersa contendere, sed collectos in eodem sensibus instituta venerari non humana mente lata, sed diuini prudentia Spiritus? Oret igitur vestra religionis sanctitas, vt quod peruigili studio pro concordia Ecclesiarum Catholicæ fidei procuratur, diuini muneris opitulatio iugi perpetuitate seruari annuat.

Ex epist. Iust. imp. ad Hormisdam Papã quæ extat inter epistolas Hormisdæ to. 1. epi. Rõ. Pontificum.

CAPVT IV.

Vnitas per vinculum pacificæ charitatis sæcularis principatus cum Ecclesiastico, Rom. Pontificis, supremam à Christo datam auctoritatem in Ecclesia inuiolatè conseruat ac tuetur pro salute regum & populorum.

1. *Duas potestates Monarchicas in Ecclesia Dei rectè sanctéque inter se fœderatas duæ columnæ templi Dei Salomoniei repræsentabant.*
2. *Pietas Caroli Magni quater Romam profecti vt sedem Apostolicam veneraretur, muneribus ornaret, atque contra omnes hostes defenderet.*
3. *Suprema Rom. Pontificis potestas, bene à principibus catholicis custodita, omnium Christianorum saluti valde necessaria.*



SE o quantum bonum illud est supremã Romani Põtificis super omnes fidei Catholicæ professores in Ecclesia sua diuinitus à redemptore nostro coocessam potestatem, atque dignitatẽ hierarchicam, pro salute principum ac populorum orthodoxæ fidei, pia fortique defensiooe protegere? Hoc facit sancta illa Catholicurum principum sæcularium cum spirituali principe Rum. Pontifice charitatis atque pacis vnitas! Illam siquidem spiritualem pastoris œcumenici potestatem principes Christianæ ditionis suarum viriom robore, suique propugnaculis imperii diuinæ voluntati conformibus cootra omnium impetus bostium inimicurumqoe furores pia religiosaque voluntatum & animorum conioratione ipsi patri sanctissimu fœderati illæsam conseruant, conseruatamque inuiolabili virture, maiori diuinæ maiestatis irradiatione fulgentem populis obsequentibus magis venerabilem, rebellibus varò terribiliorem pro sua populorumque salute repræsentant. In hunc pacificæ vuionis fructom respiciens & intendens S. Leo Magnus boc Epistolam suam ad Pulcheriam Augustam fine cõclusit. *Quoniam res humana aliter tuta esse non possunt, nisi* [a] *quæ ad diuinam confessionem pertinent, & regia & sacerdotalis defendat auctoritas.* [b] In templo illo Ecclesiam Dei figurante, quod in raptu soo Ezechiel prupheta vidit, culumnæ erant io frontibus: vna hinc, & altera inde. Quibus principes sæculares Christianam Remp. circa temporalia moderantes, & Ecclesiastici præsules eandem circa spiritualia guberoantes designantur: per quos benè religioséqoe fœderatos Ecclesia Dei, in duas diuisa Monarchias solidè fulcitur, fultaque perenni sæculorum prolongatione prospere in ea regnante vicario Christi Domini, florescet. Ipsa Ecclesia regia domus est æterni regis æternæ sapientiæ: quam veniens in mundum sibi ædificauit: ad cuius perennem firmitatem & robur, [c] *Excidit columnas septem*, scilicer, quamplurimas septenario numero designatas, quibus Catholici principes cum Rumano Pontifice, aliisqoe sub illo pastoribos animarum solido charitatis pacisque sinceræ fœdere sociari, hanc sacram regiamque Dei domom feliciter sustentant atque tutantur. De quibus columnis per puritatem vitæ, doctrinæque splendurem argenteis à magno illo Rege Salomone mysticu redemprore oostro ad Ecclesiæ suæ, seu throni spiritualis regni sustentationem fabricatis & erectis scriptura sacra in Canticis ità loquitur. *Ferculum* [*] *fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constrauit.* Et ideò principes illi Cathulici sanctitate vitæ, fideiqoe claritate fulgentes, rectè propterea columnis argenteis assimilati, quamuis de Ecclesia eiusque regimine decernere nihil iure possint ac debeant: quia oues non pastores, eius filii noo patres ac præsides, pro illius tamen protectione atque defensione, pruque tuenda summi Pontificis auctoritate, & aliorum Ecclesiæ sub illius imperio pascentium greges Christi prælarorum protegenda dignitate, contra perditorum hostium amentiam furoresque, bonas nonnunquam leges meritò sciscunt atque decernunt; vt talium inimicorum furiosi conatus aduersus Ecclesiæ eiusque pastoris œcumenici principatum dignitatemque Monarchicam effrænatius erecti compescantur, & effrænati, si corrigi non possint, à radice diuulsi coofringantur. Vnde præclara illa Constantini Magni ad Episcopos quondam responsio dicentis. [d] *Vos Episcopi intra Ecclesiam, ego extra Ecclesiam Episcopus constitutus sum.* Quibus verbis ingenuè profitebatur sibi imperatori terreno minime à cœlesti concessom numine, qoidquam de his qoæ ad Ecclesiæ regimen, fidei Catholicæ professionem, personarom que Ecclesiasticarum munus & officium spectarent, auctoritare imperatoria decernere, aliaqoe constituere, qoæ Pontificio foro sobdita terminantur. Sed sibi iniunctum esse à Deo ea sacra pru salute fidelium decreta ab Ecclesiæ principe aliisque sub illu rectoribus edita contra omnes refractarios rebellesque armorum soorum præsidio defendere: & vt executioni mandentur omnibus suæ dominationi subditos sob districta legum suarum seueritate præscribere: quique secus facerent sacra Pontificiæ maiestatis imperia temerantes, eos grauiom pœnarum seueritati subiogare. Hoc modo Iustinianus Magnus se extra Ecclesiam Episcopum præbuit in salutem animæ suæ imperiiquo Romani gloriam, cum ad Dacianum Bizatrii in

Africa

a S. Leo ... ad Pulch... Augustam
b Ezech c. 40 v. 49.

Duæ templi Dei, scilicet Ecclesiæ, seldina illud fulcientes, quod prouidit Ezechiel sunt duæ potestates Monarchicæ in Ecclesia vigentes rectè inter se sociatæ.

c Prou. 9 v. 1.

Cant. c. 3. v. 9

** Scilicet tabernaculum seu thronum regni sui.*

Quod principes Christiani iure quandoque pro defensione Ecclesiæ leges decernant.

d Euseb. li. ... 26 de vita Coostantini.

Quid est imperatorem fuisse regem esse Episcopum extra Ecclesiam.

Qualem se esse dicebat Constantinus M.

Rescriptum Iustiniani Magni ad Dacianum Episcop. Concilio Bizaceno præsidentem.

A Africa Metropolitanum Concilio Bizaceno præsidentem ita scribebat. *Si quid igitur Metropolitano Carthaginis, vel primatibus Numidiæ, vel Bizacij conciliorum auctoritas præstitit, & inoffensa consuetudo seruauit, hoc sibi quisque optet, sibi vendicet, hoc nostra sperent sanctione firmari. Nos tutores tantum sumus vetustatis & vindices: nec deerit Ecclesiastica vindicta, vel nostra in eos, qui aut ambitiosa superbia, aut subreptitiis postulationibus antiquitatem temerasse docebuntur. Quoniam ad diuinitatis tendit iniuriam, qui sanctorum Patrum constituta contemnere, aut violare non metuit, sancte & religiose Pater.* Quo quidem exterioris Episcopi munere & officio in summa Pontificiæ maiestatis dignitate tuenda ritè defungens, sic diuinæ misericordiæ gratiam sibi demeruit, vt vniuersam Africam à nonaginta annorum spatio Vuandalorum crudelitate furente Romano ereptam imperio celeritate mirabili restitueret: & de Gilimere Vuandalorum rege fractis prostratisque eius exercitus B copiis viribusque mirabiliter dicto citius triompharet. Hoios pietatis, & erga sanctam sedē Pōtificisque Romani maiestatem tuendam, charitatis singulare specimen exhibuit, cum hæc ad Agapetum sedis Apostolicæ præsulem recens ad Ecclesiastici throni culmen euectum cum singulari deuotione suæ Catholicæ fidei professionem exhibendo rescribebat, paulò antequam cū Vvādalis certamine magno congrederetur. [a] *Reddentes honorem Apostolicæ sedi & vestræ sanctitati, quod semper nobis & in voto fuit & est, vt decet, patrem honorantes vestram beatitudinem omnia quæ ad Ecclesiarum statum pertinent, festinamus ad notitiam deferre vestræ sanctitatis. Quoniam nobis semper permagnum fuit studium vnitatem vestræ Apostolicæ sedis, & statum sanctarum Ecclesiarum custodire, qui hactenus obtinet, & incommotè permanet, nulla intercedente contrarietate.* Sic Deum iustitiæ praxi colere, eius dignitatem vicarii tuendo, & Ecclesiæ hostes viribos imperii prosternēdo, est imperiorum regnorumque felicitatem in solido radicare fundamento: quod vis aduersa nolla vnquam labefactare poterit. Sic enim talia facientem Iostinum seniorem Hormisda Pontifex affabatur. [b] *Hæc vestra sunt fundamenta principatus, Deum placasse iustitia, & asciuisse vobis excellentissimæ maiestatis auxilia: dum aduersarios eius, velut proprios comprimitis inimicos. Hæc nimirum maxima Reipublicæ fundamenta sunt. Hoc solidum inuictumque robur. Neque enim humanis ictibus solet esse peruium quod est diuinæ gratiæ firmitate vallatum.* Et paulò post. *Bellabis tu quidem diuino tutus auxilio, excellentissime princeps, & tua Reipublicæ iugo ferocissimarum gentium colla submittes: sed nulla victoria potest esse præstantior, quam quod generis humani hostem post quæsita tam longi temporis firmamenta subuertis.* Quantis subnixa firmataque præsidiis, atq; expugnari nesciis propugnaculis, sedis Apostolicę maiestas, suprema Romani Pontificis auctoritas, atq; Monarchica potestas creata diuinitus, sacrosancta religiosi fœderis & charitatis Caroli M. cū Romanis Pontificibus vnione steterit, quis literatorum, sacrisque assuetorum historiis ignorat? Quanta verò inde Carolo Magno honor & gloria; quanta illi & popolis prosperitas affulserit, tota illius vita piè sanctèque transacta factaque immortalitatis potios quam ætatis ab illo principe gesta præclarissimè loqountur. Cuius semper, qooad vixit, eò conatus, vota, actiones-

[a] Iustiniani M. ep. ad Agapetum inter epist. Agapeti.

Firma fortunandi imperii fundamenta, Deum benevivendo placare, eiusque Ecclesiam & principatum hostes illius comprimendo defendere.

[b] Hormisdæ ep. 38. ad Iustinum imp.

Hormisd. ibi.

Nulla maior victoria quam diabolum vincere.

A que heroicæ collinearunt, vt sedem Apostolicam Augustissimū melioribos Spiritus sancti charismatis, vniuersalis Ecclesiæ thronum, imperiumqoe à Deo datum Pontificium, omni reuerentia & honore veneraretur: donis muneribusque regiis exornaret: & contra omnes hostium immanium conatus, oppressiones, furoresque suorum armorum pietatis, religionisque splendoribus insigniom robore defenderet. Propter quæ quatuor in Italiam armatus indomito comitatus exercitu expeditiones, Romamque profectiones Eginartho testante soscepit. Desiderii Longobardorum Regis ad Apostolicæ sedis interitum crudeliter aduolantis impetus incorsionesqoe cohibuit: exercitus ferocissimi cursum ad rapinas cædesque properantis immanissimè, retardauit: copias immensas & immanes sæpius aperto certamine victas, superatas, postremò ad B nihilum redactas penitus extinxit. Atque totum Longobardorom regnum suo subiugatum imperio, piis sanctisque legibus reformatum, sedis Apostolicæ Romanique Pontificis obsequio mancipauit: Deo in omnibus hoic heroico principi, regique Christianissimo fauente, ac propter illios in Apostolicam sedem, sancti Petri principatum, pietatem, charitatemque Christo Domino semper pro illo felicissimè pugnante, illiqoe dicente sicut Cyro regi apud Esaiam. [d] *Subyciam ante faciem tuam gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam coram te ianuas, & post non claudentur. Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo, portas æreas conteram, vectes ferreos confringam.* Quæ omnia effectu completa diuinitus in Carolo Magno videmus. Ostia quippe Deus Alpina patefecit, clausasque Italiæ manu sua ianuas adaperuit. C Hac suæ misericordiæ, munificentiæqoe diuinæ principem illum largitate cumolans, vt quod antiquo suæ electionis sortisque populo quondam per Moysem in deserto spoponderat, illi planè in Ecclesiam suam, vicariomqne suom deuotionem remunerans præstare cumolatè voluerit. *Nullus stabit contra vos: terrorem vestrum atque formidinem dabit Dominus Deus vester super omnem terram, quam calcaturi estis.* Postea reuersus in Gallias victor natale solum, cum accepisset [e] Ratgaodum Longobardorum ducem in Italia Romanam turbare Ecclesiam, regnomqoe Longobardorum sibi contra pacatum sedis Apostolicæ statum vsurpare molientem, illico in pacem venerationemque principatus Ecclesiastici diuino charitatis incensus ardore, ad Italiam celeri gres- D su rursus quasi volante exercitu properauit, eam nullo obice penetrauit, ac pari celeritate Ratgaudum tyrannom destructo exercitu victum superatumque vita, gladio vindice spoliauit. Qui pacatis Italiæ rebos, pace Ecclesiæ Rom. restituta, in liberalitates & munificentias erga Ecclesiam & sedem Apostolicam, pro actionibus gratiarum Deo factis effusus, non modo antiqua imperatorum, regumqoe fidelium dona, & munera magnifica sancto Petro, ac eius successoribus Romanis Pontificibus magna pietate concessa & elargita confirmauit; sed multa alia de suarum victoriarū fructibus pretiosissima dona, vrbes scilicet, ducatus, integrasq; regiones prioribus donationibus, liberalitate regia, munificentiaque Christiana reuerenter adiunxit. De quibos Anastasius Bibliothecarius in Hadriano I. multa. Sic Pontificis maiestas Ecclesiaque Romana ab

Pars 2. Pietas Caroli M. quater Romam profecti, vt sedem Apostolicam veneraretur, muneribus ornaret, & contra omnes hostes defenderet.

Eginart. in vita Caroli Magni.

Desiderio rege sedis Apostolicæ oppressore Caroli M. victoria de cælo.

[d] Esai. c. 45.

Ratgaudum ducem Longobardorum tyrannum victum Carolus M. occidit.

[e] Eginart. & alij in actis Caroli M.

Anastas. in Hadriano I.

Salus & gloria Rom Ecclesiæ per victoriam Caroli M. restituta.

omnibus hostium crudelium vexationibus per Carolum Magnum liberata, magnis illius liberalitate ditata facultatibus, salutis abundè gaudio perfruens, maxima gloriæ potestatisque stabilis luce refulsit. Vt illam reginam gentium, orbis Christiani Dominam, ad gaudium, exultationem iubilationemque inuitare tunc omnibus bonis illius filiis, & alumnis illo prophetico sermone meritò licuerit. [a] *Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Hierusalem* (Roma ciuitas sancta) *quia non adiiciet vltra, vt pertranseat per te incircumcisus & immundus. Excutere de puluere, consurge, sede Hierusalem* (scilicet spiritualis) *solue vincula colli tui captiua filia Sion* (scilicet, quæ diu captiuata sub Longobardorum aliorumque diuinæ maiestatis læsæ reorum atque perduellium tyrannide gemuisti.) *Iugum enim oneris eius & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian.*

a Esaiæ c. 52. v. 1.

Esaiæ c. 9. v. 4

Annal. Franc.

Tertius Caroli M. Romam aduentus deuotionis causa.

Rursus semper & vbique victor atque triumphator magnificus propter eam, qua sedem Apostolicam intimo pietatem affectu venerabatur, eiusque salutis & gloriæ perennem stabilitatem deuotissimè procurabat, tertiùm Romam venit religionis causa, sacra Apostolorum limina visitaturus gratiasque sanctis Apostolorum principibus acturus pro Saxoniæ populorum ad fidē Catholicā conuersione, quos sibi feliciter & illis, suę potestati bello subegerat: Et cū Hadriano tūc in cathedra sancti Petri sedente, de his quæ in Concilio Lippiæ Saxoniæ ciuitatis habito, gesta fuerant communicaturus. Denique quarta profectione superatis Alpibus in Italiam Romanāque ciuitatem denuò se fatigare non molestè tulit, vt Leonem tertium in Pontificiæ cathedræ culmen euectum à multis maleuolorum hostiumque iniuriis, calumniis, imposturisque, quibus illum inuidiosè malitioseque homines perditi criminabantur, liberaret: à talibus purgatum turpitudinis maculis, sordibusque defenderet, atque bonæ restitutum famæ honorique tutaretur. Tunc pro tot tantisque beneficiis atque seruitiis, quibus suprema Pontificis Romani maiestas atque potestas sartatecta, defensaque gloriosè cum pacis abundantia substitit: imperatoris fascibus insigniri, & ad apicem maiestatis imperialis conscendere meruit. Sic geminus vnitatis sanctæ principatus sæcularis, cum spirituali fructus amplissimus; vt dum per eam principes Catholici religiosè ad gloriam Dei, Ecclesiæque prosperitatem, sedis Apostolicæ Pontificiæque maiestatis thronum à Deo constitutum defendere, venerari, donisque regiis à pietate Christiana profectis cumulare conantur, ipsi sibi solidos virtutum gradus fabricant: quibus ad summæ dignitatis & honoris fastigium, diuina repleti benedictione perueniant.

Quartus No. Deb. 4. profectionibus Caroli M. in Italiam & Romam tractari breuiter infra lib 7. huius partis cap. 3.

Carolus M. à Leone 3. imperator creatur.

Anast. Bibliothec. in Leon. 3.

3. Pars. Suprema Rom. Pontificis potestas bene à principibus Catholicis custodita Christianorum saluti valde necessaria.

Restat, vt quam hæc suprema Pontificis Romani potestas, quam boni principes tam religiosè custodiunt, sinceroque honore suspiciunt ac venerantur, sit Christianorum saluti, regnorumque fidelium prosperitati necessaria breuiter paucisque dicamus. Ratio dictat, experientia loquitur, veritas ipsa proclamat, sublata hac Pontificis maiestatis auctoritate sæcularis imperii potestatem perire. Quæ enim spes veræ pacis in temporali principatu constituendæ firmiter esse potest, si spiritualis Pontificiæque maiestatis auctoritas hebescat, potestasque contemna-

A tur? Cum Ioannes octauus ad Carolum Caluū imperatorem, Galliæque regem ab eo auxilium pro Ecclesia Romanaque sede à Sarracenorum furoribus crudelissime diuexata vehementer efflagitans, voce instar Hieremiæ lamentabili clamando scripserit. [e] *Cogita Dei cultor semper Auguste à propheta præmonite: Si hæc humilietur* (Ecclesia nempe Romana Pontificiaque maiestas atque potestas) *ad cuius confugietis auxilium? vel vbi relinquetis gloriam vestram? Perpendite, quia si hæc humilietur non solum gloria imperii vestri periclitabitur, sed etiam profectò Christianæ religionis cultura maxima ex parte peribit.* His & quampluribus aliis, quæ, licet ad rem, breuitatis causa prætereo, vehementer mouentibus affectus effusis, hac suam pathetica persuasionem conclusione

B terminat. [e] *Occurrite strenuè; subuenite celeriter, & manu consolationis vestræ ab oculis nostris tandem abstergite lachrymas, quatenus super illas præsentialiter Deo propitio gaudeatis, & in futuro, frequenti ac laudabili relicta fama superstite, cum Christo perpetes in cælestibus imperetis.* Quidni ista iure lugendo pius fidelium pater exclamauisset, cum longè ante illius tempora sanctus Hieronymus aduersus Luciferianos asseueranter affirmauerit, Ecclesiæ salutem, cuius fideles meritò membra sunt, in summi sacerdotis dignitate cōsistere? [f] *Cui nisi* [*] *exors quædam & ab hominibus eminens potestas detur, tot in Ecclesiis efficientur schismata, quot sacerdotes.* Sine potestate Pontificis nulla salutaris in Ecclesia vnitas, qua sublata nulla salus hominum quæ per veram pœni-

C tentiam posset acquiri, cum, *Nemo*, inquit sanctus Augustinus, *verè pœnitere potest, nisi quē sustinet vnitas Ecclesiæ. Ideò non petat sacerdotes propter culpam suam ab Ecclesiæ vnitate diuisos.* In cuius rei fidem proditoris exemplum Iudæ producit; qui, *Quod in pœnitentia sua peruersa ad Pharisæos à Christi societate diuisos, potius quàm ad Apostolos vnitatis Ecclesiasticæ principes confugerit, nihil inuenit auxilii nisi augmentum desperationis*: Et paulò inferius ad nomen Pharisæi, quod diuisum separatumque significat alludens, ait: *Iuit ad diuisos, & diuisus periit.* Atq; vt salus nulla sine Ecclesiasticę pacis vnitate, quæ maximè in auctoritate Pontificis Romani suprema ritè inuiolatēque custodita conquiescit: sic incolumitas salutis à tali pendet vnitate. Hæc summa Pōtificiæ maiestatis auctoritas atque potestas religioso Christianorum principum fœdere firmata, necnon eorum protecta viribus, schismatum

D hæreseonque extirpatione, pacem Ecclesiæ Reique publicæ Christianæ salutarem solida diuinæ gratiæ benedictionisque radice confirmat. Quod minimè S. Flauianus Constantinopolitanæ cathedræ præsul, ignorans Romani Pontificis S. Leonis supremam ad condemnanda extirpandaque impia nefarii hæresiarchæ Eutychetis dogmata, pacemque Ecclesiæ ac imperio restituendam efflagitans, implorans que potestatem, per Pontificias literas expressam, ista hunc sanctissimum Ecclesiæ pastorem & principem reuerenter affabatur. [g] *Causa enim eget solummodo vestra solatio atque defensione, qua debeatis consensu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere, sic enim hæresis*, scilicet Eutychiana, *quæ surrexit, & turbæ quæ propter eam factæ sunt, facilè destruentur, Deo cooperante, per vestras sanctissimas literas. Remanebitur autem & concilium quod fieri diuulga-*

Contempta in Ecclesia Dei potestate Pontif. in pax sæcularis imperii turbatur.

e Ioann 8 epist. 21 ad Carolū Caluum imp.

Esai. c 10. v. 3.

e Ibid.

f S Hieron. in 2 contra Luciferian.

* *Scilicet optimo & præcipua.*

Sine suprema Rom. Pontificis potestate in Ecclesia Dei salus perit fidelium.

S. Aug. l. de pœnit dist. 6. da pœnit.

Sua vnitate Ecclesiæ, quæ sine hac potestate non est nulla salus hominum.

g S. Flauian. episc. Cōstāt. epi ad S. Leonem quæ inter ep S Leo. ante epist. 9. reperitur.

tur, scilicet ad condemnationē Eutychetis sceleratissimi hæresiarchæ, eiusq; execrandę hæreseos, non opus erit Concilij œcumenici cōgregatione, *quatenus nequaquam vbique sanctissima turbentur Ecclesia*. Hæc Flauianus patriarcha, tantum ponderis & auctoritatis iudicio solummodo per literas prolato summi Pontificis etiam absentis ad extirpandas hæreses, pacemque Ecclesiæ Catholicæ restituendam deferens, vt illud ipsius Ecclesiæ principis, pastorisque Monarchici sententia per literas expressa definitum atque conclusum, minimè œcumenico opus habere credat & asserat. His fideliter inspectis & attentè consideratis, quam salotaris & summè vtilis retinendæ in Ecclesia paci, quamque Christianorum saluti necessaria sit suprema in omnes ouilis Christiani, quoad spiritualia greges Romani Pontificis auctoritas atque potestas, reciproca dilectione & honore, fideli sæcularium principum copulata dominationi, quis ancipiti sospensus opinione posset ambigere? Huius supremæ Romani Pontificis in Ecclesia potestatis & auctoritatis maximam vtilitatem atque necessitatem oprimos imperator Martianos ad Ecclesiæ pacem, salutemque animarum dissimolare non potuit, quin statim illam præ se ferendo, ingenuè profitendo, & religiosè venerando ad S. Leonem romanū Pontificem in ipso sui imperij ortu, vt pro Ecclesiæ pace imperiique sui prosperitate Deum obnixè rogare dignaretur, ita rescriberet:[a] *Ad hoc maximum imperium deuenimus Dei prouidentia, & electione senatus excellentissimi, cunctaque militia, vnde pro reuerenda & Catholica religione Christianæ fidei, cuius auxilijs virtutem nostræ potentiæ confidimus gubernari, tuam sanctitatem principatum in Episcopatu diuinæ fidei possidentem sacris literis in principio iustum credimus alloquendam: inuitantes atque rogantes, vt pro firmitate statuque nostri imperij æternam diuinitatem tua sanctitas deprecetur, vt & tale propositum atque desiderium habeamus, quatenus omni impio errore sublato, per celebrandam synodum, te auctore, maxima pax circa omnes Episcopos fidei Catholicæ fiat, ab omni scelere pura & intemerata consistens. Actum Constantinopoli, consulatu Valentiniani Perpetui Augusti.* Hæc tota, eaque breuis Martiani Imperatoris epistola. Eiusdem potestatis summæ, quoad spiritualia super omnes Christiani orbis Ecclesias Romano Pontifici diuinitus à Christo Domino creditæ vtilitates maximas, fructusque vberrimos in omnem Ecclesiæ Monarchiam spiritualem sæcolaremque redundantes Carolus M. persentiens, perpetuam illis defensionem protectionemque, cum inaugurare-tur Imperator, tactis aris, sacrisque Euangeliis, fideli sponsione iurauit, hæc dicens. *In nomine Christi spondeo, atque polliceor ego Carolus imperator coram Deo & Beato Petro Apostolo, me protectorem atque defensorem fore huius sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus, quatenus diuino adiutus fuero adiutorio, prout sciero, poteroque.* Huius autem Pontificiæ Ecclesiasticæque dignitatis atque potestatis intemeratæ inuiolabili protectione custoditæ vtilitates maximæ fructusque valde fidelium saluti salutares exinde per opposita patescont, eum tot ærumnæ, calamitates, abominationes ex illius sacratissimæ potestatis contemptu & oppressione ad perturbandas Christianorum societates, eorumque animas funesto lapsu perdendas exilire, imò potiùs, *quæ data porta ruunt*, violento præ-

Magna Rom. pontificis auctoritas in Ecclesia, valdeque necessaria bono tum secularis Christiano fœderata potestates

a Martiani imperatoris ad S. Leonem Papā epistola qua summam Rom. Pontificis auctoritatem valde fidelium saluti necessariā agnoscit.

Auctoritatis Pontificia & Ecclesiastica saluti fidelium valde necessaria perpetuam Carolus M. defensionem solemniter iurat.

In lib. sacrorum rituum.

Tom. II.

A cipitique impetu ferociter erumpere cernantur. Hinc est, quod hæretici, schismatici, aliique de grege diaboli nefarij homines, exitio, ruinæque sponsæ Christi Domini sanctissimæ matris Ecclesiæ, insatiabili vindictæ, & odii furentis appetitu crudeliter inhiantes, quò faciliùs illam destruere, atque labefactare valeant: sacrosancti capitis illius visibilis sublimitatem, supremamque diuinitus institutam super omnes Christianæ religionis alumnos auctoritatem diruere, demoliri armis, calumniis, blasphemiis, & aliis, quibuscumque possunt, machinis ab ipsa radice diuellere conantur. Sic enim habent in mandatis à principe suo super omnes filios superbiæ rege diabolo, vt illud super omnia caput Ecclesiæ visibile furenter impetant: quo sublato, contritoque reliquom corpus tunc acephalum ad interitum, ruinamqoe suā procliuius euadat, miseriusque hoc percusso B pastore oues gregis Dominici dispergantur. Talibus quippe loquitur huius corrupti sæculi princeps[c] homicida ab initio, qui in veritate non stetit, sicut quondam rex Syriæ præceperat principibus curruom triginta duobus, dicens.[d] *Non pugnabitis contra minorem & maiorem quempiam, nisi cōtra regē Israel solū, &c.* Pro certo sciens rege in acie perempto totum exercitum leui pugna destructum iri. Sic diabolo firma hæc persuasio immobiliter adhæret, si hæc summa visibilis Ecclesię capitis atque fidelium omniū, quoad spiritualia, principis auctoritas, potestasque spiritualis interimatur, reliqua corporis Dominici membra breui in ruinæ suæ interitusque foueā facilè prolapsura. Qood omen, fulmenque maledictionis extremæ, vt Deus auertat atque detestetur, huic aduersario nostro diabolo, tanquam Leoni ru-C gienti, cunctisque eius satellitibus atque ministris nos decet, quandiu spirabimus, quandiu spiritus hos reget artus, vsque ad sanguinem fortiter resistere. Pro hac principali Monarchicaq; in Ecclesia Dei potestate tuēda, vnioneque pacis & charitatis sæcularis principatus cū spirituali retinenda nullis sudoribus, nullis facultatibus, nullis laboribus parcere præstat. Nec vllo pacto dubitandū nobis, quin vitā propriam pro huius sanctæ potestatis & vnionis verè Christianæ cooseruatione pacisci, eamque multo cum sanguine, vbi res postulauerit, oblatione voluntaria profundere debeamus. Quibus omnibus ego fidem meā, consensum, affectumqoe vouens, dicans, & consacrans, cum bonis omnibus, summa vtramque sanctam Christi D. monarchiam religione ve-D oerantibus,

Tango aras, mediosque ignes, & numina testor,
Nulla dies vnquā pacē hanc & fœdera rūpet:
Quo res cūque cadant, nec me vis vlla volentē
Auertet, non si tellurem effundat in vndas,
Diluuio miscens, calumque in tartara soluat.

Quid enim pro sancta hac maximeque salutari Ecclesiæ Matris fidelium omnium sanctissimæ, quæ ambas illas Christianæ professionis, ditionisque Monarchias nexu charitatis inter se bene sociatas in sino suo complectitur, pacis concordiæque vnitate, quantumuis arduum atqoe difficile, aggredi & audere timebimus. Cum ab ea omne, quod sperari potest, booom hîc & in altera vita deriuetur?[e] Per eam Ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit, vnum tameu lomen est, quod vbique diffunditur. Per am huius matris immaculatæ fœtu nascimur, il-

c Ioanni c. 8. v. 44.

d 4. Reg. 22. v. 3.

Sc. Achabi

Pro defensione potestatis Papæ Monarchica pariterque Christiano moriendum oportet.

e Imitatio S. Cypriani ex l. de vnitate Ecclesi.

lius lacte nutrimur, spiritu eius animamur. Per eã adulterari non potest sponsa Christi, per eam incorrupta est & pudica, vnam domum nouit vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Hæc nos Deo seruat, hæc filios regno, quos generauit, assignat. Quisquis ab Ecclesia segregatus (huius nempe sanctæ vnionis pacisque temerator) adulteræ iungitur: Alienus est, profanus est, hostis est: Huius osor vnitatis habere iam non potest Deum patrem, qui Ecclesiam (rebellis) non habet matrẽ. Sic miser in æternũ hiatu absorptus abyssi peribit. Si enim potuit euadere mortẽ furiẽte diluuio qui extra arcã Noe fuit, ita qui extra Ecclesiã per rebellionẽ cõtumaciãq. foris est, euadet. Nunquid

S. Matt. c. 12. Dominus monet, & dicit, *qui nõ colligit mecũ dispergit?* Hoc vnitatis sacramentum conspicitur in veste Christi, quæ de superiori parte non consutilis, sed textilis erat per totum: quæ videlicet à militibus scissa non est: & vnitatem desuper è cœlo ve-

S. Ioann. c. 19. nientem præfigurabat. Hanc seruemus, amemus, & honore perpetuo veneremur, si salui esse velimus.

CAPVT V.

Quod hæc sancta vtriusque Monarchiæ confœderatio in eo sit maxime salutaris, & omnibus Catholicæ fidei professoribus proficua: dum hæreticos, schismaticos, aliosque à puritate Catholicæ religionis alienos, tanquã Christi D. & eius Ecclesiæ inimicos, infidos pacis inter spiritales atque sæculares principes veræ perturbatores, sua cõtagione alios, cũ quibus cõuersantur, inficientes, pœnarum, quas merentur, participes efficientes, auersatur; & quantum potest, à Catholicorum communione arcet.

1. *Infideles hæretici & schismatici perfidi: eorum descriptio, multis immanibus feris comparatorum.*
2. *Pacis inter vtramque Monarchiam perturbatores, inimici Christi Domini & sponsæ eius, detestandi & vitandi duabus de causis.*
3. *Hinc salutaris huius sanctæ vnionis vtilitas & fructus, quatenus tales rebelles veræ charitatis osores, à Catholicorum communione, quantum potest ablegat.*
4. *Votum sanctæ Matris Ecclesiæ de conuersione horum læsæ maiestatis diuinæ & humanæ reorum, de vnione hac sanctæ pacis inter principes sæculares & spirituales perpetuitate stabili salutarique retinenda.*

INter singulares & maximas vtilitates, necnon fructus vberrimos, quos optata vehementer inter vtrumque congregationis Catholicæ principatum spiritualem temporalemque sacrosancti fœderis & pacis vnio producit, ille profectò præclarus est, valdeque societati Christianæ proficuus. Quòd hæc dum fideles

A piosque vtriusque fori principes, in supremam Christi Domini adorationem, amorem, in eius Ecclesiæ, Catholicæ, Apostolicæ, & Rom. venerationem, obsequiumque summum magnæ deuotionis inclinatione propensos efficit, eodem maximæ pietatis impulsu. Iusto odio indignationeque perfecta ipsos aduersus hæreticos, schismaticos, omnesque alios Christianæ religionis osores armet & afficiat. Vt eorum cõmercia, cõuersationesque magnoperè detestantes, longissimè semper illos à sua populorumque suorum societate relegatos viriliter arcere percupiant, atque percupita potenter effectu complere conentur. Quæ relegatio, reiectioque ab omni humana Christianaque societate, quam sit vtilis, & humanæ saluti necessaria, quis non videt, nisi qui in me-

B ridie cæcutiens iudicij rationisque luminibus orbatur? cũ sint isti, suis perfidi fœderatis, pacis publicæ ac sanctæ, vtraque vnum in Ecclesia facientis euersores, Christi D. eiusque in terra vicarij hostes coniurati, societatis humanæ pestes, & exitiales Christianæ Reip. faces. Quibus nisi diuina protectio obsisteret, piorumque principum virtus & arma nefariis illos ausis, conatibusque prohiberent: totius Christianæ sanctitatis orbis, ab illis facilè posset contagione deleri, incendioque vastari. Si de perfidia, proditione, turpissimis ingrati animi maculis fœdata, qua illos, cum quibus iureiurando pepigerant, iniquissimè fefellerũt, nobis dicendum foret, quem tandem finem exitiumq; reperiremus? Liceat tamen quibusdam vetustis recentibusque exemplis hanc veritatem breuiter

C illustrare. Theodosius Magnus Gothos Ariana peste pollutos pacem amicitiamque cum imperio Rom. victos à se precibus supplicationibusq; flagitantes [a] in gratiam, spe conuersionis eorum, benignè recepit: [b] Qui postea misericordiæ benignitatisque principis huius immemores, eiusdem defuncti filios Augustos crudelissimis bellorum incursionibus, per multos annos proditore Ruffino sollicitante perfidè vexauerunt. Illorum terras Græciam, Illyricum, aliasque imperij prouincias, viginti annorum decursu, populationibus, ruinis deprædationibus, turpissimarum libidinum prostitutionibus, sacrilegiis, cædibusque vastarunt. 2. Eorum hæreticorum ductor & princeps Alaricus fas omne fœdusque cum Honorio Imp. Magni Theodosij filio initum, postea nequiter abrumpens, [c] per omnes Italiæ terras armatus insania, furore, perfidia, cursitans, obuia cuncta ferro flãmaque perdendo, ipsam Romam adoritur, obsi-

D det, premit, opprimit. Cuius desolationem, vastationemque S. Hieronymus deflens cum poeta Latino lamentabiliter exclamat.

Quis cladem illius noctis? quis funera fando
Explicet? aut posset lachrymis æquare dolores?
Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos, &c.

Quid profuit Arcadio Imperatori Gainam Gothum perfidia similiter Ariana contaminatum honoribus, diuitiis, militaribus dignitatibus ornauisse? Nonne post tot accepta beneficia perfidus hæreticus hunc imperatorem armorum furoribus sine causa lacessiuit, & cum summo periurio illius imperiũ armatus inuadere conatus est? Quid boni & salutaris adiumẽti Honorij cõtigit imperio ex fidelitate perfida Stiliconis Vuãdalorũ sanguine creti, & hæreticorum contagione occultè sordidati, propter tot tantaque beneficia, quibus illum sceleratum Theodosius pater tam

Exempla hæreticorum perfidiam fœderatos.
1. *Gothi.*
a Synesius in epist. ad Arcadium Iornãdes l. de rebus Gothicis & Gothis.
b Zozymus l. 5. S. Hieron. ep. 3. Claud. in Ruffinum de laudibus Stiliconis.
2. *Alaricus Gothorum rex perfidè Romã capit.*
b Zozimus l. 5. Sozom. l. 9. c. 9.
S. Hieron.
2. Æneid.
3. *Gainas Arianus Gothus.*
Sozomen. huius temporis l. 8. c. 4. Socrates l. 6. c. 6. Scriptor vitæ S. Chrysost.
Stilicho. Iornandes Gothus & Zozimus.

honorificè deuinxerat, vt eum filiũ Honorii decem tunc annorum pueri tutela decorare voluerit? O perfidia! impius iste tandem in agnitionem tantorum patris Augusti beneficiorum, pupilli quondam sui imperio simul ac vitæ nefandissimus proditor insidiatus, Vuandalos & Gothos Catholicæ fidei crudelissimos hostes, à suis excitos locis in imperii Rom. terras euocauit: vt illud Eucherio filio impietatis Gentilitiæ sectatori, hæreseosque

5. Vuandalorũ hæreticorũ perfidia in Bonifacium comitem Africæ.

sceleti prostituto, sua perfidia, & hæreticorũ istorum armis execrabili proditione subiugaret. Felix Bonifacius, Africæ Comes sub Valentiniano 3. imp. sincerè Catholicus, quãdiu D. Augustino credidit, & hæreticorum mastyx atque malleus extitit. Sed dum, vt inflictas sibi ab æmulo fortunæ suæ Ætio, longè à se calumnias amandaret, amicitiam fœdusque cum Vuandalis Ariana contagione pestilẽtibus inire paciscique voluit, infelix ac demẽs euasit, suo fraudes, perfidiã, proditionesq; hæreticorum damno, ruinaque Catholicæ fidei persentiens. qui ab eo in Africam contra fas euocati, protinus daręq fidei temeratores, eũ nõ modo ab auctoritate, gubernaculoq; sibi ab imperatore Valentiniano concessis, marte feroci violẽter exturbarũt: sed etiã eiecto illo facti victores, omnẽ maiestatis imp. potestatẽ, & quod lõgè maius, atq. miserius religionẽ Catholicã, Apostol. atq; Rom. funditus euersã, ex regionibus Africæ finibusq; relegarunt. Atq; inde infinitis prope crudelitatibus

Victor Vtic. de persecut. Vuandal.
Prosper Aquitan. in Chronico.

miseriisq; extremis sub Genserico, Hunnerico & aliis vsq; ad Gelimerẽ regibus per 90. ann. vniuersã Africã, Catholica religione fideliũ absorpta sãguine cruentarũt, vt Victor Vticensis, Prosper Aquitanicus, aliique fide digni scriptores pluribus memoriæ prodiderunt. Miseri profectò Britanni

a Angli infideles Britannos rupta fide ab illis vocati exterminant.
Prosper in Chronico.
Beda in vita S. Augustini & aliĳ.

nimium Anglis infidelibus confisi, quos, vt Scotis, Pictisq. tũc tẽporis, Prospero teste, Christianis resisterent, euocatos ad se non defensores fideles & adiutores beneuolos, sed crudelissimos tyrannos, tortoresque sunt experti. Quorũ crudelitate atque barbarie rabida tota illa insula funestis incolarũ cruoribus ingurgitata periit. Sed vlterius antiquas historias ad eius, quod cõtendimus, probationẽ, replicare nõ est animus: nec etiã recentes breuitatis causa, reuoluere. Quas, si recensere dicendo liceret, nõ in extraneis perquirendis sudare deberemus, cum domesticis & plusquã ciuilibus nimium, proh dolor! exemplis abundemus. In quibus Lutheranorũ & Caluinistarũ hæreticorũ, Germanorũ, Anglorũ, Scotorũ, aliorũq. regnorũ maximè verò Gallorum crudelitates in concines suos, suæq; gẽtis populos, in regionũ Catholicarũ vastationibus populationes immanes, rebelliones proditiones, insanias perfidas in proprios reges, ac principes Christianissimos, ex inferis excitatas, horrendas in Christum D. blasphemias, & atrocissima in eius Ecclesiã sacrilegia, nullus vnquã bonus ac sapiens execrari satis, ac exhorrescere poterit. Quibus quò maiores, & vberiores clementiæ atque misericordiæ suæ fontes, vt conuerterentur Christianissimi reges atq. Pontifices sanctissimi relaxarũt: eò crudeliores rebellionis, perfidiæ, impietatis & abominationis hæreticæ furores, & æstus altissimis maledictionis defixos radicibus diaboli rabies effudit. Quam præclaris elo-

Præclara hæreticorum descriptio.
b S. Ignat. ep. ad Trallian.

quiis hæreticorum fraudes, perfidiam, immanitatẽ, & impietatis abominationẽ ad viuũ S. Ignatius expressit, cum hæc ad Trallianos scriberet, [b] *Quidã vaniloqui, mentis seductores, non Christiani, sed*

A *Christũ mercantes, in fraudẽ circũferẽtes Christi nomẽ cauponantes verbũ Euangelij, erroris venenum dulci blandimento commiscentes, & cen musto cicutam tẽperãtes, vt qui biberit, gratissimi statim saporis gustu captus imprudenter & inopinata morte transfigatur.* Quid vltra? [c] *Christũ,* inquit, *isti iactant & nominãt vt Christũ improbent: prædicant, & legẽ proponunt, vt contradicant, non stabiliant.* Quid hac perfidia perfidius? Quid hac hæreticorũ fraude fraudulẽtius? quos alibi S. Martyr Apostolicus auditor atque discipulus, [d] *Perditionis filios appellat, saluatoris inimicos:* [e] *quorum Deus venter est:* [f] *voluptatum & non Dei amatores, Christi mercatores, verbi cauponatores, Iesu venditores, mulierum corruptores, alienorũ appetitores, pecuniarum rapaces, quasi vortices ac voragines, Syrtes atq; Charybdes. A quibus,* inquit, *precor vos eripiat misericordia Dei. Per Dominũ nostrũ, &c.* Quorũ vt vitæ sceleratissimæ contagia peste

c S. Ignat. ibid.
d S. Ignat. ep. ad Magnesianos.
e Philipp. 3.
f 2. Tim. c. 3.

B omni peiora vitarent Antiocheni fideles, ita affabatur eos hortando: [g] *Hæc scribo vobis, vt præmuniam vos, quasi pater filios suos: videte malignos operarios,* [h] *Christi crucis inimicos, quorum finis interitus, & in confusione gloria, serpentes super pectus, repẽtes, sinuosos & sese contrahentes, squãmosos dracones, storpios, aspides, basiliscos, quorũ ingenia T bouum astutorũ, vulpiũ & simiarũ humanas formas imitantiũ similia.*

g S. Ignat. ep. ad Antioch.
h Philipp. 3.

Quos, vt ab omni nostra societate atq. cõmercio procul amandemus, [i] Apostolus nõ modo monet, sed & iubet: Quid, inquit, [k] S. Cyprianus, *nulla societas fidei & perfidiæ esse potest: Qui cũ Christo nõ est, aduersarius Christi est: Qui vnitati & paci eius inimicus est, nobiscũ non potest cohærere: si cum precibus & satisfactionibus veniunt, audiantur: si maledicta & minas ingerunt, respuantur.* Isti sunt peruersi

a. Part. Hæreticos, vt inimicos Christi pacisque Catholicæ perturbatores detestari oportet.
i 2. Tim. c. 3.
k S. Cypr. l. 1. ep. 3.

C pacis Christianę inter vtrũq. principatũ perturbatores, diuinę & humanæ maiestatis perduelles ac rei: *Perditionẽ,* vt loquitur sapiẽs, *in ore suo portãdo, & ignẽm labijs suis rodendo.* Quorũ, [l] *sermo serpit, vt cãcer,* ad perdẽdas animas, & eas dissẽsionis prauæ, diuiniq. odii fluctibus obruendas. Quorum propterea ne [m] *labijs mendacibus,* intendamus, Salomõ instruendo monet: & alter sapiens, *vt sepiamus* potius *aures nostras, ne linguam eorum nequã audiamus,* hortatur. Quibus oraculis innixus S. [n] Cyprianus summis votis & precibus à sanctissimo Papa Cornelio contendit, vt imperando veris suadeat, præscribatque Catholicis cum talibus Christi & sponsæ eius sanctissimæ fidelium matris hostibus nullo cõmercio copulari, nullis conuiuiis colloquiisq. misceri, *simulq; ab eis tã essẽt separati, quã essẽt illi ab Ecclesia profugi:* cũ S. Petro dixerit Domi-

l Prou. c. 16.
l 2. Timot. 2.
m Prou. c. 17.
Ecclesiast. c. 28.
n S. Cypr. l. 2. ep. 3. ad Corn.

D nus, [o] *si Ecclesiam non audieris* (id est, si eam superbus, rebellisq. contẽpserit) *sit tibi tanquã Ethnicus & publicanus.* Quæ cũ de hæreticis dicãtur, eadem veritatis præscriptæ rationisq. regula de schismaticis dicta esse creduntur. [p] *Nullũ quippe schisma nõ aliquã sibi confingit hæresim,* SS. Hieronymi & Augustini testimonio, *cũ qui aliter scripturã intelligit, quam sensus Spiritus S. flagitat, quo scripta est: De Ecclesia licet nõ recesserit, hæreticus tamen appellari possit, eligens quæ priora sunt.* Atq. causæ propter quas hæreticos schismaticosq. *fortiter,* vt S. [q] Cyprianus loquitur, *euitare debeamus,* duæ præcipuæ possunt assignari: *Culpa contagio, & pœna communio.* [r] *Cauete à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis,* clamabat Dominus: [s] *Modicum enim fermentum totã massam, siue conspersionem fermẽtat, aut corrumpit.* Quam illa S. Pauli in hanc rẽ diligenter attẽdenda. [t] *Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, &*

o S. Matt. c. 18.
3. Causa est culpæ contagio.
4. Pœna communio.
p Can. inter & sequ. 24. q. 3.
Dan. causa 5. Matth. 16. S. Marc. 8. S. Luc. 12.
Schismatici sicut hæretici sunt vitandi.
q S. Cypr. l. 1. epist. 3.
r 1. Cor. 5.
s Galat. 5.
t Heb. c. 12.

a 2. Tim. 2.

S. Hieron. in initio commentar. l. 3. ep. ad Gal. c. 5.

molcos inquinet: & vt alibi dicit,[a] *multum enim tales proficiunt ad impietatem. Fermentum modica res videtur & nihili, ait S. Hieronymus, cum farina conspersum totam massam suo vigore*, vel potius sua putredine, *corruperit, in eius vim transit omne quod mixtũ est: ita doctrina peruersa ab vno incipiens, vix duos tresve primum reperit auditores, sed paulatim cancer serpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbium, vnius pecudis scabies totum commaculat gregem.* Ex his ita concludit S. Hieronymus: *Igitur & scintilla statim vt apparuerit extinguẽda est.* Qoare hoc? *Quia licet parua res sit scintilla, & pene dum cernitur non videatur: nihilominus si fomitem comprehenderit, & sui nutrimenta quamuis paruus ignis inuenerit mania, vrbes, latissimos saltus, regionesque consumit.* Addit & illud in conclusione S. Pater,[b] *Fermentum à massa vicinia semouendum*, iuxta rationem superius ex S.

b S. Hieron. ibi supra can. Resecandæ 24. q. 3.

B

scriptura à nobis allatã: Qui in eodem cõmentario monet, *vt carnes putridæ resecentur: scabiosum animal à caulis ouium repellatur, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereant. Arius*, inquit idẽ S. Pater, *in Alexandria vna scintilla fuit, quia non statim repressa est, totum orbem eius flãma populata est.* Ideò præclarè S. Augustinus ait,[c] *Pastoralis habet necessitas, ne per plures dira serpant contagia, separare ab ouibus sanis morbidã, à Deo, cui nihil impossibile est, ipsa forsitan separatione sanandam.* A quo sancto, magnoq. doctorum magistro Prosper Aquitanicus, cum vt discipulus studiosissimos egregia multa sublimis salutarisq. doctrinæ documenta didicisset, tũ illud maximũ sapientiæ salutaris oraculum stylo plusquã adamantino, quod in omniũ Catholicorũ mentibus

c S. Aug. l. de correptione & gratia c. 15. & can. corripiũtur 24. q. 3.

C

cordibusque poterẽt exaretur dignissimũ, quodquidem ad propositum nostrũ rectè faciens, hîc describere operæpretium esse iudicaui.[d] *Ecce*, inquit, *crimina quorumlibet criminosis conspicere nolẽtibus, vndecumque claruerint, quæcũq; non fuerint pœnitentiæ lenis medicamẽto sanata, velut igni quodã piæ increpationis, vrenda sunt & curanda. Quod si nec sic quidem æquanimiter sustinentis, ac piè increpãtis medela in eis profecerit, qui diu portati salubriter corrigi noluerint, tanquã putres corporis partes, debent ferro excommunicationis abscindi: ne, vt caro morbis emortua non abscissa, salutem carnis reliqua putredinis suæ cõtagione corrumpit: sic qui emendari despiciũt, & in morbo suo persistunt, moribus deprauatis in sanctorum societate permanentes, suæ eos perditionis exemplo inficiant.* Quò appositè illud poetæ transferetur.

Egregia Prospero, sententia, sanandos peccatores velà cœtu fidelium anathematis fulgure eijciẽdos atq. resecandos.

d Prosp. Aquitan. l. 2. de vita contempl. l. 2. c. 7.

D

e Iuuenal. Satyr. 2.

------[e] *Dedit hanc contagio labem,*
Et dabit in plures, sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci.

Vnde alius poeta dicebat.

[f] *Sed enim immedicabile vulnus*
Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

f Ouid. 1. Metamorph.

Ep. 3 ad Iust. seniorẽ Imp.

Propter quę ad maiorẽ Dei gloriã, Ecclesię pacẽ, Catholicorũ salutẽ, imperijq. prosperitatẽ Hormisda Papa Iustinum seniorem ad hæreses schismataq. extirpanda penitus hortabatur, post multa persuasionis solidæ sanctæque firmamenta ista subiiciens: *Quocirca continuam tanti operis apparatus vestra clementia intentionem requirit: facite vt nullum prorsus receptaculũ, ex quo rursus immanissimus hostis emergat, inueniat:* scilicet hostis generis humani diabolus, *cũctis eum nudate præsidiis, si quid vsquam vestigiorum eius reliquũ est, ad omne clemẽti remedio purgate, omne nequitiæ germen funditus eruatur. Aduersa Deo stirps ad viuũ vsq; secetur, ne minus*

A

compressis (quod absit) *iniquitatis radix venenata latius iterũ virgulta diffundat.* Sed præter illam scelerum contagionem, qua hæretici schismaticiqoe eos, quos linguis suis dolosè fallentes incessant atq; conniquinãt, propter quã longè à nobis hos animarum salutis euersores arcere debemus: est etiam alia non minoris ponderis causa, quæ vt tales Catholicæ veritatis osores ab omni nostro cõsortio eũ detestatione repellamus, impellit: nimirum pœnarum cõmunio, quibos propter scelera multa isti à Deo viui mortuiq. torquebuntur. Tãta enim Dei indignatio est aduersus eos, qui hæreticis, schismaticis aliisq. suę religionis hostibus fœdere peruerso sociantur, vt cũ illorum fæcẽ impietatis ebiberint, postea ab indignato numine debitis huic impietati flagellis obruantur. Hoius

Altera causa: Pœnarum cõmunio ecclesiæ à societate nostra hæreticorũ ac schismaticorum vehementer impellit.

B

diuinæ indignationis acerbitatem satis manifestè declarauit Apostolus qui dixit:[g] *Morte dignos esse, & ad pœnam venire non illos tantùm, qui mala faciũt, sed & qui talia agentibus consentiunt.* Qui[h] *dũ malis impœnitentibus, hæreticis atque schismaticis illicita cõmunicatione miscentur, nocentium contactibus polluuntur: & dum iunguntur in culpa sic nec in pœna separentur.*[i] *Tanta Domini aduersus schismaticos* (quãtò magis hæreticos?) *indignatio, vt etiam*[k] *homo Dei ad Hieroboã missus sua ei peccata exprobrare, & vltionem futuram prædicere, panem apud illos edere, & aquam bibere vetitus, contra Dei præceptum pransus diuina statim censura percussus sit, vt inde regrediens impetu ac morsu leonis necaretur.* Inde post, occasionẽ cõtra schismaticorum nefas horrendum sic exclamandi cœpit:[l] *Et audet quispiam dicere gra-*

g Rom. 1.

h S. Cypr. l. 1. epist. 4.

i S. Cypr. l. 1. epist. 6.

k 3 Reg. c. 13.

l Ibid.

C

tiam cœlestem communẽ cum schismaticis esse posse, cũ quibus nec terrestris, nec secularis potus debeat esse cõmunis? Atq. vt magis intelligatur, quanta sit Dei contra schismaticis, hæreticisq. fœderatos indignatio & vltio, in veteri testamẽto legimus, in tali facinore non solùm duces & auctores, sed & participes consentientesq. pœnis flagellisq. destinari: qui se ab impiorum consortio non separauerint & eduxerint, cum imperio & præceptione clamãte Domino:[m] *Separamini à tabernaculis hominum istorum durissimorum, & nolite tangere ab omnibus quæ sunt eis, ne simul pereatis in peccato eorũ.* Et paulò pòst neglecta iussa horribili sectatores Chore, Dathan & Abirõ supplicio & animaduersione vindicauit. Quo terribili suæ diuinæ vltionis exẽplo declarare voluit, hæreticis schismaticisq. aduersus suæ præfectos Ecclesiæ iussa fœderatos, sicut contagione culpæ pollutos, sic pœnę grauitati, quam culpa demeruit, obnoxios fieri debere. Hinc est,

m Numer. c. 16. v. 21.

D

quod de talibus impiorum huiusmodi consortibus per prophetam Oseã dictum sit à Spiritu S.[n] *Sacrificia eorum, tãquã panis luctus, omnes qui ea mãducant contaminabuntur.* Quibus ostendit, inquit sanctus[o] Cyprianus, *Omnes omnino cum auctoribus supplicio coniungi, qui fuerint eorum peccato contaminati.* Qui si fortè pœnas temporales effugerint, sciãt se nõ euitaturos æternas, tantoq. grauius has subituros, quãtò minus illas in hac vita persenserint. Sic enim loquitur S. Augustinus de peccatore lætante cum malefecerit, & exultante in rebus pessimis, quod scelerũ suorum nullas adhuc pœnas luerit. *Quantò grauius punitus est, qui velut relinquitur impunitus?*[p] Sicq. *nulla pœna, maxima pœna censetur: Estque grauior peccatori talis ad tempus impunitas, quam si gladio feriretur, si flammis absumeretur, si feris subrigeretur.* Vnde constat quam miserũ sit Catholicæ societati, & priuatorũ saluti perni-

n Oseæ c. 9.

o S. Cypr. ep. 6. l. 1.

S. August. l. 1. contra legis aduersarium c. 17.

Magna pœna peccatoribus in hac vita impunè viuere.

p S. Aug. ser. 17 de verbis Domini c. 10.

ciosum hæreticos schismaticosque diutiùs in suis immanibus errorum, rebellionum, impietatumque furoribus insanientes impunè tolerare. [a] *Diu enim in hac impunitate versati, multos necesse est in hanc suam prauitatem inducant,* inquiebat S. Innocentius huius nominis 1. adversus omnes hæreticos atq. schismaticos: Ad Episcopos Africæ prius in vrbe Carthaginensi, post in Mileuitano Concilio congregatos, *decipiant innocentes vel potius imprudentes, qui fidem Catholicā non sequūtur, putabunt eos rectè sentire, quos adhuc in Ecclesia viderint perdurare.* Itaq. in eadem epistola Episcopos illos omnesq. fideles sic monebat, [b] *Auellēdi sunt* (scilicet hæretici, schismaticiq.) *longius, & ab Ecclesiæ procul visceribus remouēdi, ne diutius multa occupās insanabilis post error increscat.* Et paulò pòst: *separetur à sano corpore vulnus insanum, remoto morbi sæuientis afflatu cautius sincera perdurēt; grex purior ab hac mali pecoris cōtagione purgetur: sic totius corporis illibata perfectio, &c.* Et de pœna sequētibus hęreticos, schismaticosq. (Pelagiū scili. atq. Cælestium: ita epistola 26. statuit) *Par itē quicunque simili pertinacia nituntur defendere, eos vindicta constringat, non solum facientes, sed & facientibus consentientes. Quia non multum interest inter cōmittentis animum & consentientis fauorem: & errare plerumque dediscit, cui nemo cōsentit. Absint ab atrijs Domini, careant custodia pastorali, ne duarum ouium* (scilicet perditarum Pelagij & Cælestij)

a S. Innoc. 1. ep. 25 quæ est inter ep. S. Aug 91. Contra tolerātiā schismaticorum.

Epist. 26 S. Innocēt. quæ est inter epi. S. August. 93.

Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Rapaxque lupus, scilicet diabolus, *late(«tantas ouium cateruas, dum à custodibus dissimulatur duarū vulnus, effusas: Prospiciendum ne lupos permittendo mercenarij magis videamur esse, quā pastores.* Vnde quā sit principibus Ecclesiæ, aliisque summis Christianæ Reip. rectoribus periculosum hæresiarchis, hæreticorum patriarchis, atq; animarum salutis prædicatione nefanda subuersoribus parcere, ante huius summi Pontificis tempora declarauit Arnobius, cum ipsa in psalmum 139. cōmentando diceret. *Qui pepercerit hæresiarchis, aut prædicatoribus falsitatis, nec eos gladio fidei suæ iugulauerit, hoc ei eueniet quod Sauli, qui primo Regū cap. 15. cum non occiderit* (Agag Regem) *à regno eijcitur, quis ambigat? Aut, qui misericordiam suam putauerit in hæresi permanentibus exhibere, quis neget simili modo à Dei regno excludi, vt is à regno humano exclusus est?* Quæ cum ita sint, vt tam dura & aspera Reip. Christianæ, fideliumque animabus exitia hæreticorum, schismaticorumque pestes afferant, atq. causentur, vt eorum fautores, & ad eorum scelera conniuētes tot se calamitatibus inuoluant, dubitare sapiens composque rationis ambigere nemo debet: de magna ingentique prosperitate ab illa sancta salutarique Catholicæ inter vtramque monarchiam pacis vnitate profecta, quæ has hæreticorum schismaticorumque in suis sceleribus obstinatorum pestes facesque Christianæ congregationis à capite, à vita, à consortio Catholicæ Reip. & subditorum eius, sicut ab Ecclesiæ finibus amplexibusque longè latéque repellit.

Arnob. in psal. 139.

Nihilominus cauendum diligenter fidelibus Catholicæ vnionis alumnis, ne more stultorum, *dum vitant vitia, in contraria currant*: Dūque hæreticorum schismaticorumque nefarias erroris pestiferi, doctrinæque nefandæ grauiter abominationes execrātur, eorum nimis proterui personis insultent, vt non tam eorum salutem atque conuersionem, quam damnationem animarū interitumque quærere videātur. Ideò cum S. Augustino pro illis orare, & per viscera misericordiæ Dei eos ad sui agnitionem sceleris per salutaria Christianæ charitatis munera dulciter adducere potius, quam eos asperiori correptioni & insultationi cum indignatione reluctantes in impietate sua pertinaciter obfirmare. [c] *Si enim contra Iudæos olim præcisos*, inquit S. Augustinus, *de radice Patriarcharum extollere nos non debemus, sed timere potius & dicere Deo, quam timenda sunt opera tua? Quantò minus aduersus recentia præcisionum vulnera? Præcisi sunt antea Iudæi, inserta sunt gentes, ex insertione præcisi sunt hæretici, sed neque contra eos nos extollere debemus, ne fortè præcidi mereamur, quos delectat insultare præcisis.* Post hęc ad ipsius sāctissimi doctissimique patris exhortationē, hanc, tanquā nobis Catholicis singulari quodam priuilegio factam, diligenter attendere nos oportet, si securi de salute nostra esse velimus: *Rogamus vos*, inquit, *vt caueatis, quicunque in Ecclesia estis, insultare eis, qui non sunt intus, sed orate potius, vt intus sint. Potens est enim Deus inserere illos.* Hoc quid aliud est, quam dicere, vt alibi ipse sanctos clamat, *Diligite homines, interficite errores, sine superbia de veritate præsumite, sine sæuitia pro veritate certate: Orate pro eis, quos redarguitis & cōuincitis, pro qualib. Deū Propheta precatur:* [d] *imple facies eorū ignominia, & quærent nomē tuū Domine, vt norint salubriter erubescere: sic enim nomē Domini quærere poterūt, à quo perniciosissimè accessi sunt, dū pro eo suū nomen extollūt.* Credita enim infinita Dei misericordia & bonitate essentiali, vt Catholicos decet, possumusne de cuiusquam, quamuis grauissimi peccatoris salute desperare? Regula hæc est Ecclesię matris à S. Augustino conscripta: [e] *De nullius, sine foris constituti conuersione desperandum, quandiu* [f] *Dei patientia ad pœnitentiam adducit.* Sicut ab Apostolo didicerat: [g] *Ipse Deus est misericors & patiens, totius consolationis pater:* [i] *qui visitat, in virga facinora, & in flagellis peccata eorum: sed hoc modo, misericordiam non dispergit ab eis: si & ipsi aliquando,* [h] *misereantur animæ suæ placentes Deo.* Inde illa S. Leonis Magni exhortatio fluxit & iussio. *Diuinitus institutum non solùm non inhibemus, sed etiam incitamus affectum, vt etiam pro talibus nobiscum Domino supplicetis: quoniam & nos deceptarum animarum ruinas cum fletu & mœrore miseramur, & Apostolicæ pietatis exemplo,* [i] *cum infirmantibus infirmamur, cum* [k] *flentibus flemus: Speramus enim exorandam Dei misericordiam multis lachrymis, & legitima lapsorum satisfactione: Quia dum in corpore viuitur, nullius desperanda reparatio, sed omnium est optanda correctio, auxiliante Domino, qui erigit elisos, soluit compeditos, & illuminat cæcos.* Hoc sanctissimæ matris Ecclesiæ votum; hoc desiderium feruore charitatis æstuans, ex intimis misericordiæ suæ visceribus euulsum, vt isti inimici crucis, pacis Ecclesiasticæ perturbatores priora impietatis hæreticæ rebellionisque dogmata detestantes, in ipsius fidei pietatisque gyrum, salutari pœnitentiæ via reuertantur, & ipsorum solida veraque conuersione Christi D. pax, & ipsius charitatis vnio inter vtramque religionis Catholicę Monarchiam, nunquam dissoluenda firmissimè retineatur, & retenta clarior prosperitatis sanctitatisque luce resplendeat. Sin verò ab erroribus criminibusque suis resurgere noluerint, eos huius sanctæ virtus vnitatis à principatus sæcularis Catholici, sicut spiritualis

Pars 3. Hæreticis atque schismaticis non insultandum superbe, sed pro eis deuotè, & ex abundantia charitatis orandum, vt conuertantur.

c S August. in Psal. 65.

d Psal. 82.

De nullius quātumuis improbi, hæretici, schismatici aut criminosissimi peccatoris conuersione desperandū.

e Aug. l. 4. de Baptis. c. 14.

f S. August. in Psal. 88.

f Eccles. 30.

Pro hæreticis aliisque extra Ecclesiam errantibus peccatoribus orandum.

g Corinth. 1.

h Rom. 12.

i Psal. 144.

multos inquinet: & vt alibi dicit,[a] multum enim tales proficiunt ad impietatem. Fermentum modica res videtur & nihili, ait S. Hieronymus, tum farina conspersam totam massam suo vigore, vel potius sua putredine, corruperit, in eius vim transit omne quod mixtū est: ita doctrina peruersa ab vno incipiens, vix duos tresve primum reperit auditores, sed paulatim cancer serpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbium, vnius pecudis scabies totum commaculat gregem. Ex his ita concludit S. Hieronymus: Igitur & scintilla statim vt apparuerit extinguēda est. Quare hoc? Quia licet parua res sit scintilla, & pene dum cernitur non videatur: nihilominus si fomitem comprehenderit, & sui nutrimenta quamuis paruus ignis inuenerit mœnia, vrbes, latissimos saltus, regionesque consumit. Addit & illud in conclusione S. Pater,[b] Fermentum à massa vicinia semouendum, iuxta rationem superius ex S. scriptura à nobis allatā: Qui in eodem cōmentario monet, vt carnes putrida resecentur: scabiosum animal à caulis ouium repellatur, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereant. Arius, inquit idē S. Pater, in Alexandria vna scintilla fuit, quia non statim repressa est, totum orbem eius flāma populata est. Ideò præclarè S. Augustinus ait,[c] Pastoralis habet necessitas, ne per plures dira serpant contagia, separare ab ombus sanis morbidā, à Deo, cui nihil impossibile est, ipsa forsitan separatione sanandam. A quo sancto, magnoq. doctorum magistro Prosper Aquitanicus, cum vt discipulus studiosissimus egregia multa sublimis salutarisq. doctrinæ documenta didicisset, tū illud maximū sapientiæ salutaris oraculum stylo plusquā adamantino, quod in omniū Catholicorū mentibus cordibusque potēter exaretur dignissimū, quodquidem ad propositum nostrū rectè faciens, hîc describere operæpretium esse iudicaui.[d] Ecce, inquit, crimina quorumlibet criminosis confitēti volētibus, vndecumque claruerint, quacūq; non fuerint pœnitentia leni medicamēto sanata, velut igni quodā pia increpationis, vrenda sunt & curanda. Quod si nec sic quidem æquanimiter sustinentes, ac piè increpātes medela in eis profecerit, qui diu portati salubriter corrigi noluerint, tanquā putres corporis partes, debent ferro excommunicationis abscindi: ne, vt caro morbis emortua non abscissa salutem carnis reliquæ putredinis sua cōtagione corrumpit: sic qui emendari despiciūt, & in morbo suo persistunt, moribus deprauatis in sanctorum societate permanentes suæ eos perditionis exemplo inficiant. Quò appositè illud poetæ transferetur.

a 2. Tim. 2.

S. Hieron. in initio commentar. l. 3. ep. ad Gal. c. 5.

b S. Hieron. ibi supra man. Resecanda 24. q. 3.

c S. Aug. l. de correptione & gratia c. 15. & can. corripiūtur 24. q. 3.

Egregio Prosperi, inuentia, sanandos peccatores velà coetu fidelium anathematis fulgure reijciēdos atque resecandos

d Prosp. Aquitan. l. 2. de vita contempl. l. 2. c. 7.

...[e] Dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures, sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci.

e Iuuenal. Satyr. 2.

Vnde alius poeta dicebat.

[f] Sed enim immedicabile vulnus
Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

f Ouid. 1. Metamorph.

Propter quę ad maiorē Dei gloriā, Ecclesię pacē, Catholicorū salutē, imperiiq. prosperitatē Hormisda Papa Iustinum seniorem ad hæreses schismataq. extirpanda penitus hortabatur, post multa persuasionis solidæ sanctæque firmamenta ista subiiciens: Quocirca continuam tanti operis apparatus vestra clementia intentionem requirit: facite vt nullum prorsus receptaculū, ex quo cursus immanissimus hostis emergat, inueniat: scilicet hostis generis humani diabolus, cūctis eum nudate præsidiis, si quid vsquam vestigiorum eius reliquū est, ad omne clemēti remedio purgate, omne nequitiæ germen funditus eruatur. Aduersa Deo stirps ad viuū vsq; secetur, ne minus

Ep. 3 ad Iust. seniorē Imp.

A compressa (quod absit) iniquitatis radix venenata latius iterū virgulta diffundat. Sed præter illam scelerum contagionem, qua hęretici schismaticique eos, quos linguis suis dolosè fallentes incestant atq; coinquināt, propter quā longè à nobis hos animarum salutis euersores arcere debemus: est etiam alia non minoris ponderis causa, quæ vt tales Catholicæ veritatis osores ab omni nostro cōsortio eū detestatione repellamus, impellit: nimirum pœnarum cōmunio, quibus propter scelera multa isti à Deo viui mortuiq. torquebuntur. Tāta enim Dei indignatio est aduersus eos, qui hæreticis, schismaticis aliisq. suę religionis hostibus fœdere peruerso sociantur, vt cū illorum fæcē impietatis ebiberint, postea ab indignato numine debitis huic impietati flagellis obruantur. Huius B diuinæ indignationis acerbitatem satis manifestè declarauit Apostolus qui dixit:[g] Morte dignos esse, & ad pœnam venire non illos tantùm qui mala faciūt, sed & qui talia agentibus consentiunt. Qui[h] dū malis impœnitentibus, hæreticis atque schismaticis illicita cōmunicatione miscentur, nocentium contactibus polluuntur: & dum iunguntur in culpa sic nec in pœna separentur.[i] Tanta Domini aduersus schismaticos (quātò magis hæreticos?) indignatio, vt etiam[k] homo Dei ad Hieroboā missus sua ei peccata exprobrare, & vltionem futuram prædicere, panem apud illos edere, & aquam bibere vetitus, contra Dei præceptum transsus diuina statim censura percussus sit, vt inde regrediens impetu ac morsu leonis necaretur. Inde post, occasionē cōtra schismaticorum nefas horrendum sic exclamandi cœpit:[l] Et audet quispiam dicere gra- C tiam cœlestem communē cum schismaticis esse posse, cū quibus nec terrestris, nec secularis potus debeat esse cōmunis? Atq. vt magis intelligatur, quanta sit Dei contra schismaticis, hæreticisq. fœderatos indignatio & vltio, in veteri testamēto legimus, in tali facinore non solùm duces & auctores, sed & participes consentientesq. pœnis flagellisq. destinari: qui se ab impiorum consortio non separauerint & eduxerint, cum imperio & præceptione clamāte Domino:[m] Separamini à tabernaculis hominum istorum durissimorum, & nolite tangere ab omnibus quæ sunt eis, ne simul pereatis in peccato eorū. Et paulò pòst neglecta iussa horribili sectatores Chore, Dathan & Abirō supplicio & animaduersione vindicauit. Quo terribili suæ diuinæ vltionis exēplo declarare voluit, hæreticis schismaticisq. aduersus suæ præfectos Ecclesiæ iussa fœderatos, sicut contagione culpæ pollutos, sic pœnę grauitati, quam culpa demeruit, obnoxios fieri debere. Hinc est, D quod de talibus impiorum huiusmodi consortibus per prophetam Oseā dictum sit à Spiritu S.[n] Sacrificia eorum, sāquā panis luctus, omnes qui ea mādūcant contaminabuntur. Quibus ostendit, inquit sanctus[o] Cyprianus, Omnes omnino cum auctoribus supplicio coniungi, qui fuerint eorum peccato contaminati. Qui si fortè pœnas temporales effugerint, sciāt se nō euitaturos æternas, tantoq. grauius has subituros, quātò minus illas in hac vita persenserint. Sic enim loquitur S. Augustinus de peccatore lætante cum malefecerit, & exultante in rebus pessimis, quod scelerū suorum nullas adhuc pœnas luerit. Quantò grauius punitus est, qui velut relinquitur impunitus?[p] Sicq. nulla pœna, maxima pœna censetur: Estque grauior peccatori talis ad tempus impunitas, quam si gladio feriretur, si flammis absumeretur, si feris subrigeretur. Vnde constat quam miserū sit Catholicæ societati, & priuatorū saluti perni-

Altera causa: Pœnarum cōmunio excōmunionem à societate nostra hæreticorū ac schismaticorum vehementer impellit.

g Rom. 1.

h S. Cypr. l. 1. epist. 4.

i S. Cypr. l. 1. epist. 6.

k 3 Reg. c. 13.

l Ibid.

m Numer. c. 16. v. 21.

n Oseæ n. 9.

o S. Cypr. ep. 6. l. 1.

S August. l. 1. contra legis aduersarium c. 17.

Magna pœna peccatoribus in hac vita impunè viuere.

p S. Aug. ser. 37 de verbis Domini to. 10.

ciosum hæreticos schismaticosque diutiùs in suis immanibus errorum, rebellionum, impietatumque furoribus insanientes impunè tolerare. [a] *Diu enim in hac impunitate versati, multos necesse est in hanc suam prauitatem inducant*, inquiebat S. Innocentius huius nominis 1. aduersus omnes hæreticos atq. schismaticos: Ad Episcopos Africæ prius in vrbe Carthaginensi, post in Mileuitano Concilio congregatos, *decipiant innocentes vel potius imprudentes, qui fidem Catholicā non sequūtur, putabunt eos rectè sentire, quos adhuc in Ecclesia viderint perdurare*. Itaq. in eadem epistola Episcopos illos omnesq. fideles sic monebat, [a] *Abscīdendi sunt* (scilicet hæretici, schismaticiq.) *legitus, & ab Ecclesia procul visceribus remouēdi, ne diutius multa occupās insanabilis post error increscat*. Et paulò pòst: *separetur à sano corpore vulnus insanum, remoto morbi sauientis afflatu cautius sincera perdurēt; grex purior ab hac mali pecoris cōtagione purgetur: sit totius corporis illibata perfectio, &c.* Et de pœna sequētibus hæreticos, schismaticosq. (Pelagiū scili. atq. Cælestium: ita epistola 26. statuit) *Par etē quicumque simili pertinacia nituntur defendere, eos vindicta constringat, non solum facienteo, sed & facientibus consentientes. Quia non multum interest inter cōmittentis animum & consentientis fauorem: & errare plerumque dedisceit, cui nemo cōsentit. Absint ab atriis Domini, careant custodia pastorali, ne duarum ouium* (scilicet perditarum Pelagij & Cælestij)

a S. Innoc. 1. ep. 25 quæ est inter ep. S. Aug. 91. Contra tolerātes schismaticos.

Epist. 26 S. Innocēt. quæ est inter epi. S. August. 93.

Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Rapaxque lupus, scilicet diabolus, *lætetur tantas ouium cateruas, dum à custodibus dissimulatur duarū vulnus, esse fusas: Prospiciendum ne lupos permittendo mercenarij magis videamur esse, quā pastores*. Vnde quā sit principibus Ecclesiæ, aliisqoe summis Christianæ Reip. rectoribus periculosum hæresiarchis, hæreticorum patriarchis, atq; animarum salutis prædicatione nefanda subuersoribus parcere, ante huius summi Pontificis tempora declarauit Arnobius, cum ipsa in psalmum 139. cōmentando diceret. *Qui pepercerit hæresiarchis, aut prædicatoribus falsitatis, nec eos gladio fidei sua iugulauerit, hoc ei euenire quod Sauli, qui primo Regū cap. 15. cur non occiderit* (Agag Regem) *à regno eijcitur, quis ambigat? Aut, qui misericordiam suam putauerit in hæresi permanentibus exhibere, quis neget simili modo à Dei regno excludi, vt is à regno humano exclusus est?* Quæ cum ita sint, vt tam dura & aspera Reip. Christianæ, fideliumque animabus exitia hæreticorum, schismaticorumque pestes afferant, atq. causentur, vt eorum fautores, & ad eorum scelera conniuētes tot se calamitatibus inuoluant, dubitare sapiens composque rationis ambigere nemo debet: de magna ingentique prosperitate ab illa sancta salutarique Catholicæ inter vtramque monarchiam pacis vnitate profecta, quæ has hæreticorum schismaticorumque in suis sceleribus obstinatorum pestes facesque Christianæ congregationis à capite, à vita, à consortio Catholicæ Reip. & subditorum eius, sicut ab Ecclesiæ finibus amplexibusque longè latéque repellit.

Arnob. in psal. 139.

Nihilominus cauendum diligenter fidelibus Catholicæ vnionis alumnis, ne more stultorum, *dum vitant vitia, in contraria currant*: Dūque hæreticorum schismaticorumque nefarias erroris pestiferi, doctrinæque nefandæ grauiter abominationes execrātur, eorum nimis proterui personis insultent, vt non tam eorum salutem atque conuersionem, quam damnationem animarū interitumque quærere videātur. Ideò cum S. Augustino pro illis orare, & per viscera misericordiæ Dei eos ad sui agnitionem sceleris per salutaria Christianæ charitatis munera dulciter adducere potius, quam eos asperiori correptioni & insultationi cum indignatione reluctantes in impietate sua pertinaciter obfirmare. *Si enim contra Iudæos olim præcisos*, inquit S. Augustinus, *de radice Patriarcharum extollere nos non debemus, sed timere potius & dicere Deo, quam timenda sunt opera tua? Quantò minus aduersus recentia præcisionum vulnera? Præcisi sunt antea Iudæi, inserta sunt gentes, ex insertione præcisi sunt hæretici, sed neque contra eos nos extollere debemus, ne fortè præcidi mereamur, quos delectat insultare præcisis*. Post hęc ad ipsius sāctissimi doctissimique patris exhortationē, hanc, tanquā nobis Catholicis singulari quodam priuilegio factam, diligenter attendere nos oportet, si securi de salute nostra esse velimus: *Rogamus vos*, inquit, *vt caueatis, quicumque in Ecclesia estis, insultare eis, qui non sunt intus, sed orate potius, vt intus sint. Potens est enim Deus inserere illos.* Hoc quid aliud est, quam dicere, vt alibi ipse sanctus clamat, *Diligite homines, interficite errores, sine superbia de veritate præsumite, sine sæuitia pro veritate certate: Orate pro eis, quos redarguitis & conuincitis, pro qualib. Deū Propheta precatur:* [d] *imple facies eorū ignominia, & quærent nomē tuū Domine, vt norint salubriter erubescere: sic enim nomē Domini quærere poterūt, à quo peruicacissimè auersi sunt, dū pro eo suū nomen extollūt.* Credita enim infinita Dei misericordia & bonitate essentiali, vt Catholicos decet, possumusne de cuiusquam, quamuis grauissimi peccatoris salute desperare? Regula hæc est Ecclesię matris à S. Augustino conscripta: [e] *De nullius, sine foris constituti conuersione desperandum, quandiu* [f] *Dei patientia ad pœnitentiam adducit.* Sicut ab Apostolo didicerat: [g] *Ipse Deus est misericors & patiens, totius consolationis pater:* [g] *qui visitat, in virga facinora, & in flagellis peccata eorum: sed hoc modo, misericordiam non dispergit ab eis: si & ipsi aliquando,* [h] *misereantur animæ suæ placentes Deo.* Inde illa S. Leonis Magni exhortatio fluxit & iussio. *Diuinitus instituturum non solum non inhibemus, sed etiam incitamus affectum, vt etiam pro talibus nobiscum Domino supplicetis: quoniam & nos deceptarum animarum ruinas cum fletu & mœrore miseramur, & Apostolicæ pietatis exemplo,* [i] *cum infirmantibus infirmamur, cum* [k] *flentibus flemus: Speramus enim exorandam Dei misericordiam multis lachrymis, & legitima lapsorum satisfactione: Quia dum in corpore viuitur, nullius desperanda reparatio, sed omnium est optanda correctio, auxiliante Domino, qui erigit elisos, soluit compeditos, & illuminat cæcos.* Hoc sanctissimæ matris Ecclesiæ votum; hoc desiderium feruore charitatis æstuans, ex intimis misericordiæ suæ visceribus euulsum, vt isti inimici crucis, pacis Ecclesiasticæ perturbatores priora impietatis hæreticæ rebellionisque dogmata detestantes, in ipsius fidei pietatisque gyrum, salutari pœnitentiæ via reuertantur; & ipsorum solida veraque conuersione Christi D. pax, & ipsius charitatis vnio inter vtramque religionis Catholicę Monarchiam, nunquam dissoluenda firmissimè retineatur, & retenta clarior prosperitatis sanctitatisqoe luce resplendeat. Sin verò ab erroribus criminibusque suis resurgere noluerint, eos huius sanctæ virtus vnitatis à principatus sæcularis Catholici, sicut spiritualis

Pars 3. Hæreticis atque schismaticis non insultandum superbe, sed pro eis denotè, & ex abundantia charitatis orādum, vt conuertantur.

S August. in Psal. 65.

d Psal. 82.

De nullius quātumuis improbi, hæretici, schismatici aut cuiusuis alterius peccatoris conuersione desperandū.

e Aug. l. 4. de Baptis. c. 14.

f S. August. in Psal. 85.

f Eccles. 3.

Pro hæreticis aliisque extra Ecclesiam errantibus peccatoribus orandum.

g Corinth. 1.

h Rom. 12.

i Psal. 44.

A in perpetuum finibus auellat & arceat. Hæc propterea sanctissima fidelium Mater per pastorem principemque suum S. Leonem Papam suos ita filios ad auersionem sceleratorum perditorumque istorum pœnitentiæ salutaris medelam sanandis suis morbis animi sumere deprecantium compellat & hortatur.[a] *Fugite mundana argumenta doctrinæ, viperea hæreticorum vitate colloquia: nihil vobis commune sit cum eis qui Catholica aduersantes fidei, solo sunt nomine Christiani. Non enim templum Spiritus Dei, nec membra sunt Christi: sed falsis opinionibus implicati tot species habent diaboli, quot simulachra mendacij.* Et ipse sanctissimus Ecclesiæ pastor omnium pater fidelium, sicut illa Mater, ipsius desideriis annuendo & suffragando fidelibus similia iubens his verbis mandata dabat.[b] *Fraterna vos & paterna solicitudine commonemus: vt inimicos Catholicæ fidei, hostes Ecclesiæ, &c. In nullum recipiatis consensionis affectum, dicente Apostolo: Hæreticum hominem post vnam aut alteram admonitionem fugite. Propria enim pertinacia perit & sua à Christo dissedit insania: qui eam impietatem, per quam ante se multos scit periisse, sectatur, & religiosum sibi atque Catholicum putat id, quod sanctorum iudicio constat esse damnatum, vt adhuc, quasi noua, & necdum damnata in perniciem animarum suarum consentiant prauitati.* Et postea circa finem.[c] *Hos ergo tanquam venenum mortiferum fugite, execramini, declinate ab eorum colloquiis: si increpati à vobis, corrigi noluerint, abstinete: Iusto enim iudicio ab Ecclesiæ vnitate resectis, nulla est tribuenda communio, quam sceleribus suis, non nostris odijs perdiderunt.* Sic cum per sinceram B sancti fœderis & pacis vnionem inter vtrisq. Christianæ ditionis religionisque principatum tales humani generis pestes à fidelium societate funditus extirpatæ procul amandantur, magna bene pièq. viuendi securitas, tranquillitas, bonorum copia C prosperitasque stabilis vtrique imperio celeriter & abundanter accurrunt.

a S. Leo 1 ser. 18. de passione Domini.

b S. Leo 1 ser. seu tractat. de vitandis hæreticis in scripto contra hæresim Eutychetis.

c Ibid.

CAPVT VI.

Hæc sancta pacis Christianæ inter vtramque Christi D. Monarchiam vnio spem salutis certam seipsam colentibus sincerè Catholicis parit, contra sanctæ huius vnionis odium in Monarchomachis desperationem causatur.

1. *Quinque dona Dei spem salutis minimè confundentem generantia, quæ hac sancta sui cultoribus confœderatio parit.*
2. *Totidem opposita vitia quinque diaboli gemmina Monarchomachos sacræ huius vnionis hostes desperare compellunt.* D
3. *Vt recidiuæ febres prænuntiæ mortis, sic ad priora regressus peccata peccantium damnationem præsagiunt.*

MVlta sunt quæ hanc SS. Christianæ pacis & charitatis vnionem, de qua toto hoc cum sequenti libro sermonem instituimus, maximè salutarem, eam colentibus efficiunt. Sed illud ad illius vtilitates, fructusq. declarandos magnoperè conducere credidimus, quod certam, tutam minimèq. fallentem salutis temporalis & æternæ spem Catholicorum mentibus ingeneret, qui illius vnitatis & pacis sacrosanctæ puritatem summo cultu dilectioneque venerantur. Sunt enim ex pluribus aliis quinque maxima Spiritus S. dona ab hac religiosa vnionis Christianæ sinceritate profecta, quæ hanc salutis spem in Catholicorum animis alunt, stabiliunt, atque corroborant. 1. Virtutum magnitudo, 2. Virtutum multitudo, 3. Earum pulchritudo, 4. operum bonorum continuatio & perseuerantia, 5. Postremum est diuturnitas stabilitasq. eas exercendi virtutes. Nam vt de primo breuiter dicam, quis, quanta sit virtutum magnitudo, atque præstantia eorum, qui hanc sacram cum vtraq. Monarchia societatem pura mente colunt, ignorare potest: cum[a] bonum commune & publicum priuato, teste philosopho, longè sit melius? Atq. posito hoc in animis fidelium sancti inter vtramque Monarchiam fœderis amore & veneratione præstantium, quanta inde virtutum multitudo consurgit? Cum charitas huius societatis fœderisq. vinculum regina virtutum suis ministris & ancillis, id est, B reliquis virtutibus destitui non possit, quæ est veluti[b] regina assistens à dextris Dei in vestitu deaurato, harum circumdata varietate virtutum. Vera illa sapientia domum sibi regiam ædificant, ad quam, tanquam ad arcem tutissimam ancillas (scilicet virtutes cæteras) euocauit. Charitas quippe Dei, diuina intelligentia, fideque sociata in fidelium cordibus diffusa, sapientia illa est præstantissimum Spiritus S. donum. Propterea à D.[c] Bernardo *sapida dicta scientia*, sine qua[d] neq. fides, neq. iustitia, neq. fortitudo, neq. misericordia, neq. alia quælibet virtus virium satis habere poterit, vt his illustrati fideles grati Deo saluentur.[e] *Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus* (charitatis scilicet) *mortua est*: Et vt dicebat Apostolus,[f] *In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per dilectionem operatur.* Quibus locis S. illi Apostoli C declarant omnium virtutum æternæ vitæ meritoriarum formam, spiritum, vitamque esse charitatem, sine qua illæ in hominibus mortuæ sunt, & euanidæ, vt eos ad cælestis vitæ tabernacula perducant. Vnde illud Apostoli, *si habuero omnem fidem &c. charitatem autem non habuero, nihil sum.* Quibus moti rationibus[f] SS. Patres charitati huius vnionis matrici principatum inter omnes virtutes attribuunt, vt propterea sicut regina suis pedissequis, ministris & ancillis, sic charitas illa Domina virtutum sine illis esse non possit. Vnde virtutum multitudo charitatis eius splendore fulgentes semper cum mirabili salutis suæ fructu condecorat. Et sicut in illis multitudo virtutum, sic & earumdem pulchritudo rutilat, qua sublimes pietate & charitate Christiana Catholicorum mentes à Deo illarum sponso maxima, eaque beatissima benignitate diliguntur: iuxta vatis regij ad D sponsam animam fidelem hac charitate cæteris sociata virtutibus ornatam,[g] *concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus.* Quæ quidem pulchritudo atq. decor virtutum, Catholicorum huius sanctæ cultorum societatis animas illustrantium ab hac diuina charitate in talium radicata mentibus deriuata clarescit: cum sit ipsa regina virtutum, forma & perfectio, qua cæteræ animatæ virtutes, vires neruosque desumsit, homines iustos, quos afficiunt & animant, in astra portandi. Licet quælibet virtus specie à charitate distincta sua peculiari forma, quæ illi dat esse virtutis, quoad moralia, intra naturalis meriti circumscripta terminos informetur. Propter hoc S.[h] Paulus, omnia quantiuis maxima fidei, misericordiæ, fortitudinis, aliarumque virtutum ornamenta sine hac diuina reliquarum principe charitate, vana, inania, inutilia, ac planè nihil esse non dubitanter asseuerauit. Cu-

§ Spiritus S. dona à cultu vnionis sanctæ profecta spem salutis generant.

1. Donum, virtutum magnitudo.

a Aristot. l. 1. c. 2.

2. Multitudo

b Psal. 44.

c S. Bernard.

e S. Thom. 2. 2 q. 23 art. 6.

f S. Iacob. 2.

Ad Galat. 5.

f S. Ambr. ep. 74. S. Hieron. in 5 ad Galat. S. August. l. 5. de Trinit. c. 15. & serm. de temp. 13. & tractat. 5. in 1. S. Ioan.

3. Donum, pulchritudo virtutum à charitate fluens.

g Psal. 44 v. 12

Charitas omnium forma virtutum in ordine ad æternam vitam.

h 1. Cor. c. 13.

a S. Hieron. in c. 5. ad Galat. b S. Aug. tractat. 5. in 1 S. Ioann. c S. Greg. l. 1. Moral. c. 25. d S. Thom. 2. 2. q. 23. a. 3. e S. Aug. l. 15. de Trinit. c. 18. f S. Aug. ibid. g S. Aug. l. 4. cōtra Iulian. c. 3. S. Aug. l. de natura & gratia c. vltim. h S. Aug. l. 1. Retractat. c. 3. i S. Matt. 22. k 1. S. Petr. c. 4. v. 8. l Ezech. c. 16. v. 8.

ius oraculo SS. Patres vetustique doctores [a] Hieronymus, [b] Augustinus, [c] Gregorius, [d] Thomas, aliiqoe de meliori nota suffragantur. Vnde ait D. Augustinus: [e] *Charitas perducit ad Deum, & sine qua quodlibet aliud donum Dei non perducit ad Deum*, & eodem libro [f] illud adiungit, *sine charitate fides potest quidē esse, sed nō prodesse*. Ob eāq; causam alibi dicebat, [g] *Absit, quod sit vera virtus nisi in homine iusto* (scilicet charitate formato) in qua vera est Christiani veri iustitia, vt libro de natura & gratia, clarissimis rationibos attestatur: & lib. [h] 1. Retractationom, quod primò de ordine dixerat, solidè cōprobauit, nēpe philosophos non vera pietate & charitate præditos, minimè virtutis luce fulsisse. Propter quam virtutum pulchritudinem, venustatē, atq. decorē, charitas hæc Christiana, quæ facit vtraq. vnū, [i] meritò in scriptura vestis nuptialis appellatur; quæ, vt loquitur S. Petrus, [k] *Operit multitudinē peccatorū*, id est, vt scripturę phrasis indicat, tollit, & ab hominom cordibus radicitus euellit: Quā suom sponsos æternus amictum ore prophetico nuncupat: [l] *Expandi amictū meū super te, & operui ignominiā tuā*, id est, vitę scelerarę turpitudines extinxi: Qua veste soblata homines indigni qui Deū ipsum, quamuis factorē, pro Deo, rege, patreq. sanctissimo se habere gloriētur, sicut ex S. [m] Basilio sopra notauimus, *ὁ πάντων θεὸς ὁ θεός, ἀλλὰ τῶν οἰκειωθέντων αὐτῷ διὰ τῆς ἀγάπης*. Deus non omniū Deos, sed illi per charitatem iunctorum.

m S. Basil. apud Stobæū serm. 75. 4. Spiritus S. donum bonorum operum continuatio.

Hinc optatissimum illud Spiritus S. donū, bonorū videlicet operū continuatio, qoæ hæc sancta charitatis vnio à Spiritus sancti gratia potenter excitata, in amatorū vtriusque principatus cordibus

C

operatur. Propter hoc Spiritus S. gratia huius charitatis & vnitatis comes ac genitrix, per qoam illa diffunditor in fidelium cordibus, aqua viua in sacris Scripturis appellatur; qood semper moueat agitet & exciter eos, in qoorum cordibus habitat. Ad exercendas sanctas operationes, actiooesq; vitæ æternæ meritorias, quibus Deo dulcissimè & iucundissimè seruientes, certā suā in æterna tabernacula vocationē Spiritu S. cooperante fabricantur, vt S. exponit [o] Cyrillus. Huius diuinæ gratiæ stimolis agitatus Apostolus dicebat, [p] *Gratia Dei sum, id quod sum: & gratia Dei in me vacua non fuit, & gratia Dei semper in me manet*. Ex quo nascitur postremū Spiritus S. donū sacrosanctā hanc charitatis pacisq; Christianæ cōfœderationē sincerè colēōbus, quod est diuturnitas, & in sanctarū virturom operatione stabilitas: In quibus sine inter-

o S. Cyril. l. 2. in S. Pan. c. 52. p 1. Cor. c. 15. v. 10. 5. Donum, diuturnitas & stabilitas in bonis operibus.

D

ruptione perseuerantes sanctæ pacis, & amicæ inter spiritualē, tēporalēq; principatum coniorationis amatores salui fient, viamq, æternæ salutis offendent. Sed vt salutis spes certa minimèque fallax huiux sanctæ vnionis adoratoribus, & sincerè coltoribus affulget: Ita Monarchomachis ipsius sanctæ pacis & confœderationis oppugnatoribus desperata salus adhæret, quam quinque mala diabolici seminis genimina his sopra expositis Spiritus S. donis opposita progenerant. Illa sunt: peccatorū magnitudo, eorū multitudo, turpitudo, inueterata diuturnaq. in eis cōsuetudo postremū iterati ad ipsa vitia recorsus, frequētesq. in ea relapsus, qui in illis huius diuinę societatis osoribus certissimā ęternę dānationis mortē pręnūtiāt. Atq. vt de primo, eo, quo de oppositis supra virtutib. ordioe dixi, breuiter eloquar: Quis nisi mētis inops, iudiciiq. ōnis expers ignorare potest, quā fœda, turpis & atrox vitiorū facies in illis habeatur, qui vnione sanctā, Christian. pacis amicā conspirationē in-

2. Pars. Quinque mala Monarchomachos ad desperationem adigunt.

1. Peccatorum magnitudo & atrocitas.

A

ter regiū Pontificiūq. dominatū diuinis præscriptū legibus, adeò detestātur & horrent, vt eā totos voos, viribus, affectibusque funditus euertere contendant? Quod grauius illo peccatū, quod in exitiū tantæ charitatis assurgit? Atq. istud peccatorū genus desperatiooē talia patrantibus immittit. Hac sceleris grauitate, & iniquitatis atrocitate fratricida Cain desperando dicebat, [q] *Maior est iniquitas mea, quā vt veniā merear*. Contra quod desperationis flagitiū S. Bernardus excandesceodo clamabat: [r] *Mentiris Cain, maior est Dei misericordia, quā quæuis nostra miseria*. Nō desperabat ille vtriusque sanctæ dominaoonis amator, qui dicebat, [s] *Misericordia tua magna est super me*, & alibi, [t] *Emundabor à delicto maximo*. Est enim tam magna

q Genes. 4. r S. Bernard. s Psal. 85. t Psal. 18.

B

Dei misericordia, S. aiebat Bernardus, [u] *Quod omnis nostra malitia est sicut respectu totius maris vna gutta*. Quantum illud scelus est, filiū vnigenitum Dei pro nobis incarnatum diro mucrone lanceæ vulnerasse? Hoc fecit cæcus Longinus, cui tameo, lomine corporis, sicut animi restituto, Dominus indolsit: atque grauissimū peccatū misericordia singulari remisit. In cuius tantæ miserationis cōsideratione affixus & hærens S. Augustinus exclamabat, [a] *Quod conuerso non ignoscitur, cum effusori sanguinis ignoscebatur*. Cui atrocitati grauitatique criminum succedit multitudo vitiorū, ex qoorū antro desperata salus egreditur: Qoę qualē in sūmo desperationē peccatore causetur, ita sapiētissimus propheta declaraoit, [b] *Peccator cū in profundū peccatorum venerit contemnit*. Consideratur proditor ille Iudas Redemptoris nostri, qui cū patrem,

u S. Bernard. a S. Aug. in hunc S. Ioān. locum. 2. Multitudo vitiorum. b Prou. c. 18.

C

Matrēq. (si Iudæorū antiquitati credatur) immanissimè necauisset, ad Christi D. necē interitumq. crudelissimus aduolauit. Infelix, qui ad misericordiæ diuinæ immensitatē attendere recusauit! Cuios regius Vates recordando clamabat: [c] *Misericordia Domini plena est terra*. Coius radiis circunfulgens Dominus in Euangelio, [d] *Omne seruo nequā debitum dimisit*. Cui tota animi cogitatione defixos de profundo carceris Manasses lugendo clamabat, & clamādo flens scelera confitebatur: [e] *Peccaui super numerū arenæ maris*. In qua misericordia, [f] mulier, qoę erat in ciuitate peccatrix pœnitendo sperans atq. confidens, licet sepiē io animo dæmonia haberet, id est, vt ait S. Gregorius, [g] *Vniuersis vitiis plena esset*, audiuit tamen de se dictū à Domino, *Remittuntur ei peccata multa*. Quare hoc? Quia pœnituit, quia sperauit in misericordia Dei: deniq; *Quia dilexit moltū*. Tertiū diaboli

c Psal. 32. d S. Matt. 18. e l. 2. Paralip. c. vlt. f S. Marc. c. 7. S. Luc. 7. g S. Greg. homil. 33. in Euāgel.

D

genimen desperationis radix, est turpitudo fœdaque vitiorū deformitas, quæ semper odiū vnionis pacificæ, atque charitatis Christianę seqoitur. Tātā peccatoribus profundæ malitiæ cōfusionē, eāque peruersam valde admissorū scelerū objiciēs, vt ea confiteri perhorrescant: De quibus ait Apostolus, [h] *Desperantes tradiderunt semetipsos in ignominiam impudicitiæ, & operationem immunditiæ omnes*. Quæ in occulto magnopere turpia & horrenda plena deprauatæ voluntatis libertate atque libidine patrauerunt, per confessionem in aperto ponere, & foras eliminare verecundantes, & in memoriam infinitā Dei misericordiā reuocare deprecantes, ad eos clamando dicentis, atque dicendo monentis atq; cohortātis, [i] *Lauamini, mūdi estote: auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis: Quiescite agere peruersè, discite benefacere, &c.* quid fœditatē immonditiāq; scelerū vestrorū foras eductas à cordib. vestris egressas per cōfessionis gemitū lamētari stuperis & exhorretis? [k] *Si*

3. Genimē diaboli turpitudo vitiorum. h Ephes. 4. i Esaiæ c. 1. v. 16. k Esaiæ c. 1. v. 18.

fuerint peccata vestra, vt coccinum, (si modò verè propter illa ingemueritis) *quasi nix dealbabũtur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erũt.* Sequitur peccãdi diuturnitas, & inueterata, lõgo corroborata tẽpore sceleribus, peccatisq; nefandis adhęsio, qua in peccatore regnante valdè exigua vel certè nulla spes illi salutis affulget. Hac quippe diuturna peccandi consuetudine, qualis est in eis, qui [a] *lætantur cum malefecerint, & exultãt in rebus pessimis*, adeò peccatores diabolus tenet obstrictos, vt vix ad iustitiam, quamuis velle eos appareat, posse resurgere videãtur. [b] *Velle meũ tenebat inimicus*, aiebat S. Augustinus, *& inde mihi catenã fecerat, & cõstrinxerat me: quippe ex volũtate peruersa facta est libido; & dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas: quibus tanquam ansulis quibusdã sibimet innexis, vnde catenã appellaui, tenebat me obstrictum dura seruitus.* Illos verò inueteratã peccãdi consuetudinẽ miserabiliter cœpisse video, quos nondũ pœnitet tot iã annos Ecclesiæ sanctę, Christianęque Reip. pacẽ, vnitatẽq. charitatis, inter eas suis impiis dogmatibus, erroneisque assertionibus hactenus impunè turbauisse. Quos vtinã gemebundos cũ propheta regio ad Deũ clamare caperet affectus, [c] *si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?* vt postea in veritate cũ eodem propheta dicere delectet: [d] *dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiã laudis.* Quid enim Magnus Augustinus? [e] *Nec tẽporis diuturnitas, nec vitæ breuitas, nec criminis qualitas, vel quantitas excludit à venia, si fuerit contritio perfecta & vera.* O cæca insaniæ cupiditas ex perturbata Reip. Ecclesiæq; Christianæ pace, charitatisque fœdere læso, inanem sibi quietis adulteræ, gloriæq; vanę vmbram fucumque quærere!

4 Diuturnitas & longa peccandi consuetudo.

a Prou. c. 2. v. 14.

b S. August. l. 8. confess. c. 5.

c Psal. 129. v. 3.

d Psal. 115. v. 7

e S. August. in psal. 115.

Quid tam sollicitis vitam consumimus annis,
Torquemurque metu, cæca cupidine rerum,
Æternisque senes curis, dum quærimus æuum
Perdimus, & nullo votorum fine beati
Victuros agimus semper, nec viuimus vnquam.

f Manil. l. 4. Astrolog.

Postremum diaboli genimẽ, atque germen desperationis est illa reiteratio peccatorũ quæ à peccatore relicta videbãtur, iste ad priora delicta recursus, quasi canis ad vomitum, quæ languida desuetudine vtcũque in animo peccatoris emortua credebãtur. Atque hic ad vitia recursus febri recidiuæ similis esse perhibetur, quæ cũ sanata esse crederetur, denuò in ægra corpora maiori cũ periculo moriendi reuertitur, de quorũ salute, sanitatisque restitutione tali febre percussorum medici desperare solent: Ita salutis spiritualis spes nulla concipitur in talium peccatorum conuersione, qui talibus vitiorum regressibus recidiuisq; spirituum febribus afflicti languent, in sordibus inueteratæ peccãdi consuetudinis vitã errorisq. tenebris obstinari trahẽtes. Hi quid expectãt, quã [g] cũ epulone diuite mortui sepeliãtur in inferno? [h] *Quã vilis facta es nimis iterans vias suas*, id est priora in vsum peccata reuocans, clamabat Hieremias, animę peccatricis ad vomitũ, vt canis, reuertentis damnationẽ lugẽdo? [i] *Propterea iratus est furore Dominus in populũ suũ*, quod eũ redeũdi in Ægyptũ peccati & infidelitatis habitationẽ cupiditas inflãmaret, libidoque furẽs incesseret. Quid hinc propterea Deus, similibusque peccatoribus miserię calamitatisq; minatur? [k] *Feriã igitur eos* (inquit) *postilẽtia, atque consumã.* Ita Dauid æternã eorũ peccatorũ, qui, vt canes ad vomitũ, ad priorũ

5. Regressus in peccata vi summo quo relicta frequens.

g S. Luc. c. 16.

h Hierem. c. 2. v. 36 Glose ib. 3. Pars. Residiuas febres prænuntia mortis: Sic regressus ad priora peccata peccantium damnationem præsagiunt.

i Deuter. 32.

k Leuit. 14. v. 4

scelerũ fœditates insana cupiditate ferũtur, miseriã, damnationẽq; volẽs exprimere dicebat. *Deus confringet capita inimicorũ suorũ*, non dicit, brachia aut pedes inimicorũ, quia his ruptis fractisq; vita, quamuis vehemẽter afflicti, non priuabũtur: sed dixit, *confringet capita*, vt taliũ sceleratorũ integrã calamitatẽ, totãq. ruinã tẽporalem & æternã nulla salutis parte relicta clarius indigitaret, nequidẽ vllo capilli pilo in capite integro remanẽte. Nam postquã dixit, *Deus confringet capita inimicorũ suorũ*, adiunxit & illa *verticẽ capilli*: sed quorum inimicorum? scilicet, *perãmbulantiũ in delictis suis*, qui sæpius ad priores corruptionis obliquitates recurrũt. Quod verbo illo *perãbulare*, significatur: Nec solùm corpora, *Perãbulantium in delictis suis confringet Dominus*, sed etiã animas eorũ per capita designatas: cum præcipua hominis pars sit anima, quã peccata rodunt, lacerant, deuorant: propterea in sacris Scripturis Leonis, diaboli nempe infernalis dentes appellata. [m] *Dentes Leonis interficientes animas hominũ.* Ex quibus omnibus diaboli geniminib. desperationẽ in animis peccatorũ nasci constat: quibus Monarchomachi Christianæ charitatis & pacis vtramq; Christi D. Monarchiã inter se indissolubili vinculo copulantis, inimici, osores, perduelles obsessi, miserrimum sibi vitæ finem exitumque moliuntur.

m Eccles. c. 21.

CAPVT VII.

Cur iusti pacis inter vtrãque Monarchiã Catholicæ cupidi, & amatores feliciter sperãt, cõtra iniusti monarchomachi aut vanè sperãt, aut misere desperãt

1. *Christus D. extra Rom. Ecclesiam inueniri non potest princeps vera pacis, salutis, & spei, qua non confundit, author.*
2. *Cur non sperant Monarchomachi sacram pacis Christianæ vnionem odio habentes, & contra eam perpetuò belligerantes.*
3. *Extra Ecclesiã positi per scelera sua diabolo traditi, de salute sua desperãt & merito quidẽ*
4. *Pœna rebellantium contra sacerdotes Dei, præsertim sacerdotum principem, & illos sectantium facta diuinitus, exemplo triplici demonstratur.*

NOn sic iustis, & amore vtriusque sanctæ confœderationis spiritualem sęcularemq. dominationem Christi D. legibus innixam, sincera fide copulantis æstuantibus, spes aduersa salutis, fallaxque contingit, sed vera, sed tuta, certaq. nullo tempore confundens. Qui iustè, nec temerè sperant, quod per hanc sanctæ pacis, & charitatis vnionem meritoriè in Ecclesia sint, Christi D. benedictionibus affluentes, qui est salus nostra, dicente propheta, *Dominus est salus cũ quo vnũ sunt*, vt hæc adimpleatur oratio Christi ad patrem: *Non pro eis rogo tantũ, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint: sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, vt credat mundus, quia tu me misisti: & ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnũ, sicut & nos vnũ sumus. Ego*

Psal. 102 v. 14

3. Pars. Cur iusti pacis inter vtrãque Monarchiam Catholicæ cupidi, & amatores feliciter sperant.

S Ioan 17. v. 20. & seq.

[a] *in eis, & tu in me, vt sint cōsummati in vnū, & cognoscat mūdus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti.* His Catholicis sæcularis & spiritualis principatus amatoribus solis Deo dicere cum D. Augustino ista licebit.[a] *Corā te est firmitas & infirmitas mea, illā seruā istā sana: corā te est scientia & ignorātia mea: vbi mihi aperuisti, suscipe intrantē, vbi clausisti, aperi pulsāti. Meminerim tui, intelligā te, diligā te. Auge in me ista, donec me reformes ad integrū, &c.* Neque vltra Romanæ Ecclesiæ, aliarum Matris Reginæque dominationē & imperium, Christum inuenire possibile est, qui in ea sola manet: Cuius veritatis claritas facto Christi D. minimè mysterio vacāte conspicitur, qui ex[b] pluribus nauiculis illā solā, quæ Simonis erat, ingredi voluit, ex eaque docere. quo mysterio significare dignatus est, se in ea tantum esse Ecclesia, suæ sapientiæ voluntatisque diuinę docere dogmata, cui gubernatorem ac principem S. Petrum, suum in terris vicarium, cęterosque illius successores Pontifices Rom. pastoresque prefecisset. *Hanc solam* (inquit S.[c] Ambrosius) *Ecclesiæ nauim ostendit Dominus, in qua Petrus magister est constitutus.* Tantaque hāc Ecclesiam Christus D. auctoritate atque dignitate donauit, vt omnes controuersias inter Catholicos obortas potenti virtute sedaret: quidque fidei pro salute sua credendum esset, omnes efficaciter instrueret. Quod præclaro Sozomeni testimonio comprobatur ista dicentis:[d] *Qui filium Patri consubstantialem putabant, hi de Spiritu sancto idē ipsum censebant: Quam doctrinam in Syria Apollinarius Laodicenus: In Ægypto Athanasius Episcopus: in Cappadocia & Ecclesiis Ponti Basilius & Gregorius strenuè propugnabant. Qua controuersia cum cōtēdēdi studio, vti credibile est in dies magis magisque cresceret, Episcopus Romanus de ea certior factus, scripsit ad Ecclesias Orientis literas, vt vnà cum sacerdotibus & Episcopis Occidentis Trinitatem consubstantialem esse, & gloria æqualem existimarent* (scilicet crederent:) *quo facto singuli rebus in Ecclesia Rom. semel iudicatis acquieuere: Eaque controuersia finem habere visa est.* In cuius sinu qui verè sunt, ac meritoriè commorantur, hi in firma salutis suæ spe radicati, suauissima pacis quietisque salutaris familiaritate fruuntur: nihil aduersi timētes, omnesque hostium Christi sui, Ecclesiæque eius spōsæ minas, furoresque despicientes, orantibus pro illis, pugnantibusque Apostolorum SS. principibus: dicente S. Bernardo factiosis Romanis ab Arnaldo hæresiarcha seductis. *An nescitis, quia his offensis* (scilicet SS. Apostolis Petro & Paulo) *nihil omnino valetis: His propitiis nihilomnino timetis. Nō inquam timebis sub horum tutela millia populi circūdantis te, vrbs inclyta, ciuitas fortium. Reconciliare proinde illis simul, & millibus martyrum, qui quidem apud te, sed contra te sunt, propter grande peccatum, quod peccasti, in quo & persistis.* Ista Ecclesia sponsa Christi reliquarum princeps, mater & domina, portus salutis, pacisque beatæ creditur & agnoscitur, vt in ea meritoriè morantes nullis diffidentiæ, timorisque perdēdi salutē Christo D. bene sperare iubente, tempestatibus turbinibusque moueantur. Propterea D. Augustinus vnumquemque eorum, qui in perscrutanda & indaganda veritate extra hanc Eclesiam inani labore fatigabantur, verbis illis saluberrimis adhortabatur.[f] *Si iam tibi iactatus satis videris, finēque huiusmodi laboribus vis imponere, sequere viam Catholicæ disciplinæ, quæ ab ipso Christo per Apostolos*

A *ad nos vsque manauit: & ab hinc ad posteros manatura est.* Sed sicut ipsi verè Catholici Christianæ huius vnitatis sanctitatē vnicè venerantes & amātes, spe iā beati, plenæ salutis expectatione in hac vita recreantur: sic contra perditi illi huius salutaris, beatæque pacis atque fœderis oppugnatores, osores & inimici nulla ratione iusta bene sperare possunt: salutisque aleam manifestissima perditione periclitantur. Quia sins à sancta illa Ecclesiæ demeritis egressi, sicut ouis, qui perit, miserè vagantur, extra quā nulla salus animarum subsistere potest, rectè propterea à S. Petro Arcæ Noe cōparatā, in cuius claustris non conclusi regnante diluuio, aquarum multarū inundatione obsorpti, obrutique perierunt. Sic qui suis à S. Petri nauicula, id est Ecclesia Rom. flagitiis exclusi per errorum, corruptionūq. multarū deuia sine ratione, legeq; vagātes, furētibus diabolicarū tentationū colluctationūq. turbinibus & Austris, spe salutis æternæ priuati peribunt. Notanda hæc trita satis apud omnes doctos S. Augustini sententia,[g] *non habebit Deū Patrē, qui noluerit Ecclesiam habere Matrē.* Quæ tanto veritatis pondere nititur, quanto illa S. Pauli,[h] *sine fide impossibile est placere Deo.* Quippe ab Ecclesia remoti errātes in adinuentionibus suis Christianæ fidei lumine priuātur, quod extra Ecclesiā Catholicā, Apostolicā, & Rom. fulgere nescit: illa siquidē sola fideliū congregatio censetur & creditur. Ergo infideles omnes extra huius Ecclesiæ sanctę claustra vagantes, qui sunt hostes Dei, nō adoptiui filii, proindeque omni spe salutis orbati, sempiternis, si non resipiscant, ignibus C inferni reprobi destinantur: dicente S. Augustino.[g] *Ad ipsam salutem, ac æternam vitā nemo peruenit, nisi qui habet caput Christū: habere autem caput Christū nemo poterit, nisi qui in corpore eius fuerit, quod est Ecclesia.* Quod sit dictū contra fatuitatem valde nefandam, insaniamque detestādam eorū impiorū, quos non pudet sine fronte, & imprudenter asserere in diuersis religionibus & Ecclesiis animarū salutem posse subsistere. Quales erant nonnulli ex Donatistis hæreticis tēpore D. Augustini, qui hanc in Africa peruersam exitiosamq; animarum saluti persuasionē sibi dementer affinxerāt: Quos detestando sub hoc tenore verborum S. notauit Augustinus:[h] *Multi nihil interesse credentes, in qua quisque parte Christianus sit, ideo permanebant in parte Donati; quia ibi nati erāt, & eos inde discedere, atque ad Catholicā transire nemo cogebat.* Quos propterea D necesse fuit postea imperialium legum terrore à perdito illius impiæ persuasionis antro, abyssoq; retrahere: sicque illis terror ipse legū magnopere profuit, vt cōuersi postea dicerēt, inquit S. Pater:[i] *Putabamus quidem nihil interesse, vbi fidē Christi teneremus, sed gratias Deo, qui nos à diuisione collegit, & hoc vni Deo congruere, vt in vnitate colatur, ostendit.*[k] Eiusdem persuasionis execrandæ contagione fascinati, perditi veritatis Christianæ perduelles tēpore Zenonis Imp. qui pacificātes ideò nuncupabantur, Catholicorū Ecclesiæ filiorū societatibus insultātes impunè tragœdias maximas in orbe Christiano concitarunt. Gratiis autem atque benedictionibus Christi D. perpetuò vsque ad consummationē sæculi in Ecclesia sua, sicut capitis in corpore cōmorantis, omnes qui extra illā sunt Ecclesiam destituti: quid mirū si de sua salute desperent, cùm omnis vera spes hominum ab illis Christi Domini gratiis, benedictionibusque scaturiat? Addo præterea eosdem Ecclesiasticæ

a S. August. l. 15. de Trinit. c. 28. 10. 3.

Christus D. extra Rom. Ecclesiam inueniri non potest.

b S. Luc. c. 5.

Mysterium cū solam Petri nauiculam Christus intrauit & docuit in ea.

c S. Ambr. ser. 31.

Quid credendum sit ad salutem Rom. docet & iubet Ecclesia.

d Sozom. l. 6. c. 22.

Magna Rom. Pontificis ad fidei condendū dogma auctoritas.

e S. Bernar. ep. ad seditios. ciues Arnold.

Ecclesia Rom. pacis vera salus, quæ potius

f S. Aug. l. de vtilitate credendi c. 8.

S. Pat. Cur non sperant Monarchomachi salutē pacis Christiano vnicē odio habentes, & contra eam perpetuò belligerantes, quia sunt extra Ecclesiā in qua sola vera salus manet.

g S. Aug. l. 4. de symb. c. 10.

h Hebr. c. 11.

g S. Aug. l. de vnitate Eccl. c. 16.

Quam impia assertio in diuersis religionibus & Ecclesiis salutem posse subsistere.

h S. August. epist. 48. ad Vincent.

i S. August. ib.

k Euagrius & alii in Zenone imp.

Christianæque vnitatis hostes suis ab Ecclesia demeritis elongatos diaboli premi tyrannide, illiusque seruituti subiugari: quę extra Ecclesiā Christi, septaque Christianæ pacis & vnionis offendūt, vt hęc S. Augustini verba declarāt. *Omnis Christianus, qui à sacerdotibus excōmunicatur, Satanæ traditur.* Quomodo? Quia scilicet, *extra Ecclesiā diabolus est, sicut in Ecclesia Christus.* Tales, sic diabolicę seruitutis, tyrānidisq. stimulis tāquā furiis agitatos, cū S. Matre Ecclesia diuortiis execrabiles, miseros esse, salutisq. desperatæ verbis istis Optatus expressit, *deserta matre Catholica, impij filij, dū foras excurrūt, & se separāt, vt vos fecistis,* (sci. O Donatistę) *à radice matris Ecclesiæ inuidiæ falcibus amputati, errando rebelles abscedūt.* Sed quò abscedunt? nisi in æternæ dānationis abyssos? testāte, & talibus hāc assertionē veritatis vocibus verbisq. corroborāte S. Fulgentio, *firmissimè tene, & nullatenus dubites non solum paganos, sed etiam Iudæos, hæreticos, & schismaticos, qui extra Ecclesiam Catholicam præsentem finiunt vitam, in ignem æternum ituros.* Atq. huiusmodi suis ab Ecclesiæ sinu gremioq; sceleribus auulsos, tanquā pestiferos, multūq; Christianæ congregationi perniciosos fugiendos esse monet S. Cyprianus, cum ait, *auersandus est talis atque fugiēdus, quisque fuerit ab Ecclesia separatus. Peruersus est huiusmodi & peccat, & est à semetipso damnatus.* Et vt eos Ecclesiæ sanctæ pacē, vnitatēq inter omnes Catholicos spirituales & sæculares charitatis oppugnantes, longè esse à Deo, Christoq, D. proindeque miseros ostenderet, ita loquebatur: *An esse sibi cum Christo videtur, qui aduersus sacerdotes Christi facit?* Quid si aduersus sacerdotū principem Rom. Pōtificē? *qui se à cleri eius & plebis societate secernit?* Quis est ille nisi sanctę inter vtrāq; Monarchiā vnitatis osor? persequitur. *Ita post hæc arma ille contra Ecclesiam portat, contra Dei dispositionem repugnat: hostis altaris, aduersus sacrificium Christi rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, inobsequens seruus, filius impius, frater inimicus, contēptis Episcopis, & Dei sacerdotibus derelictis cōstituere audet aliud altare, precem alterā illicitis vocibus facere, Dominica hostiæ veritatem per falsa sacrificia profanare: Nec dignatur scire, quoniā qui contra ordinationē Dei nititur, ob temeritatis audaciā diuina animaduersione punitur. Sic Chore, Dathan, & Abiron, qui sibi contra Moysem & Aaron sacerdotē sacrificandi licentiā vendicare conati sunt, pœnas statim pro suis conatibus pepēderunt. Terra cōpagibus ruptis in profundū sinū patuit, stantes atque viuētes recedētes solo hiatus absorbuit. Nec tantum eos qui auctores fuerant, Dei indignantis ira percussit, sed & cæteros ducentos quinquaginta participes eiusdem furoris, & comites, qui coagulati cum ijsdem simul ad audaciam fuerant, exiens à Domino ignis properata vltione consumpsit: admonēs scilicet, & ostendens contra Deū fieri quidquid improbi fuerint, ad destruendam ordinationem Dei humana voluntate conati.* Quid S. Bernardus ciuibus Rom. contra maiestatem Pontificis Rom. rebellibus, pacisque cum illo sæcularium potestatum vnitatem, charitatemque violare conantibus Arnoldi hæresiarchæ contagione, pesteque contaminatis minetur, audiamus. *Annunciaui* (inquit) *iustitiam, prænunciaui periculum, veritatem non tacui: hortatus sum ad meliora: superest, vt aut de vestra citiùs correctione lætemur, aut de iusta imminenti damnatione certi inconsolabiliter lugeamus. Arescentes & tabescentes præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuersæ vrbi, &c.*

S Aug. l. de excōmunicat. & gratia c. 15. Can. omnis 11. q. 3.

Optat. Milauit. l. 1. contra Parmen.

S Fulgent. l. de fide ad Petrum c. 38. 39.

S. Cyprian. l. de vnitate Ecclesiæ.

S. Cypria. ibi.

4. vers.

Pœna rebellantium contra sacerdotes Dei, præsertim sacerdotum principem & illos sectantium exemplo triplici demonstratur numeri 14.

Romanis Arnoldistis infallibilem pro sua in Rom. Pontificem rebellione ruinam S. Bernardus minatur, nisi statim per pœnitentiam ad Dominum reuertantur.

S Bern. epist. 242. ad rebelles ciues Rom. Arnoldist. in f.

A Quod si S. Petrus vnà cum S. Benedicto, vt sacræ commemorant historiæ, Sarracenos naufragio submersos omnes extinxerit, quod suam illi lapideam Ecclesiam, seu Basilicam, atque S. Benedicti vastauissent: quantò magis zelo Christi sui D. cuius primum in terris vicariatum diuinitus exercuit, factus ardentior, vltorem se impiorum illorum hæreticorum, schismaticorumque præbebit? Qui dignitatem immaculatam Ecclesiæ Dei, (Romanæ scilicet) cuius primum ipse visibile caput extitit, quique monarchicam Romani Pontificis, sui in sede Apostolica, totiusque generalis Ecclesiæ regimine successoris maiestatem, suis factionibus, rebellionibus, mendaciis, erroribus, blasphemiisque temerare, profanare, denigrare, & in planum irreparabilis B oppressionis effundere moliuntur? de hoc miraculoso omnes absorbente Sarracenos naufragio, virtute, precibusque SS. Petri & Benedicti diuinitus excitato, ita breuiter Leo Ostiensis in historia Cassinatis Monasterij commemorat. *Sarraceni onusti spoliis Ecclesiarum D. Petri & Pauli, & madentes sanguine innocentium fidelium effuso, læti cum nauibus redeuntes in Africam: iamque patrios montes videntes nautico more, plausu inter se & gratulatione perstrepebāt, repente respiciunt nauiculā quandam inter suas huc illucque crebro discurrere, duos tantùm homines habentem, quorum vnus pulchra canitie clerici speciem præ se ferebat, alter habitu monachus videbatur. A quibus solerter inquisiti, vnde tam hilares, tamque festini remearent, quidue gessissent, exultabūdi se, atque Roma redire: vbique cædes ingentes, rapinas, atque incendia patrasse fatentur. Petri* (inquiunt) *& Pauli Ecclesias vastauimus. Ad Benedicti verò prædandum* C *monasterium, quoniam obiectu amnis ire nequiuimus, cellas eius trans ripam positas igne succendimus. Cumque vicissim & illi quærerent* (scilicet Sarraceni) *quinam & ipsi essent, huiusmodi ab iis acceperunt responsum: Nos* (inquiunt) *illi sumus, quorum domos diripuisse, ac succendisse ita gloriamini. Verum quinam simus ex euentu continuò discetis. His dictis euanescunt: tantaque è vestigio procella subsecuta est, vt naues omnes partim se collidentes, partim in montes ac scopulos impulsæ naufragium fecerunt: vixque pauci euaserunt per quos cæteris ista innotescerent.* His dictis, sic auctor concludit: *Hoc ordine Petrus Apostolus suas iniurias vendicauit, & Benedictus suum monasterium liberauit.*[d] Hæc Leo Ostiēsis. De qua nefariorum Dei, Ecclesiæque hostium impetu naufragii, clade, & exitio tempestatum turbinumque furoribus excitato, sic Anastasius Biblio the- D carius in Leone 4. loquitur:[e] *Omnes cum vellent iniquitatis & deprædationis scelere perpetrato, ad Africanam, ex qua venerant, regionem reuertere, vasto maris pelago vi ventorum procellarumque, sicut certa relatione cognouimus, Deo permittente, submersi sunt, antiquum illud Ægyptiorum miraculum ecce nouiter Apostolorum oratio meruit obtinere.* Quod si tanto iustæ vltionis ardore S. Petrus cum S. Benedicto ad exterminandum, naufragioque delendum suæ lapideæ Ecclesiæ dilapidatores ac euersores aduolauerit: quid facturum eum credimus aduersus hæreticos, schismaticosque, qui Ecclesiam Christi sui. Domini nostrique vniuersalem, cuius thronum ipse, iubente Domino, plantauit, ipsiusque pastoris œcumenici Rom. Pontificis sibi in sede Apostolica succedentis maiestatem destruere, monarchicumque principatum funditus demoliri conantur?

Sarracenos S. vastatas SS. Petri & Pauli basilicas oratione sua S. Petrus in mari Africano redeuntes, naufragio perdidit.

Leo Ostiensis l. 1. hist. Cassin. monasterij. c. 9.

d Leo Ostiēs.

e Anastas. in Leon. 4.

CAP.

CAPVT VIII.

Hæc sancta spiritualem sæcularemque inter se Monarchias piè beatéque connectens charitatis vnio, sic piè vnitos in Ecclesia fideles iuxta Deum ponit indomitos, deuictis hostibus.

1. *Fideliter, ac religiosè iuncti cum Deo per hanc sacram vnionem, indomiti fiunt, nullius hostis manum contra se pugnantem metuentes, quæ confringetur frustra nitendo.*
2. *Deus fidelium suorum hac sacra vnione in Ecclesia sua sociatorum impugnantes salutem, & maximè sui supremam vicarii dignitatem conuellere molientes vltione iusta conteret.*
3. *Quantæ mutationes, ac translationes in imperio Rom. miseræ, variæque Dei in hoc imperium vltiones, propter oppressos Rom. Pontifices, Ecclesiamque Christi vehementer ab impiis Impp. hæreticis, & schismaticis afflictam.*

a Cicero in somnio Scipionis.

DICEBAT quondam paganæ superstitionis antistes, Romanæ parens eloquentiæ. [a] *Nihil esse acceptius huic principi Deo, qui totum hunc mundum regit, quàm concilia cœtusque hominum iure sociatos, quæ ciuitates appellãtur.* Dicã amplius & pro Christiana, quã C vnicè colimus, religione sublimius, nihil gratius, dulcius & amabilius huic esse Deo vero in essentia vno, in personis trino, quam sacram illam pacis charitatisque diuinæ confœderationem: qua illi duo principatus in Ecclesia Christi, spiritualis & sæcularis sincerè, piè atque per beatè sociantur. Per quam deuotè fœderati ipsi quoq. Deo perfectè iunguntur: & ita iuxta illum positi fortes sunt, vt illius corroborati virtute & gratia, quascumque hostium manus viresq. contẽnant; imò etiam facilè conterant atque perfringant. Hos quippe salutares effectus, diuinæ præsentiæ, quã sacra illa charitatis vnio, in medio iustorum fideliumque sistit, fauor benedictioque producunt. Quod præsentiens propheta patientissimus sic Deum in aduersis obsecrabat. [b] *Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.* Quẽ Dei præsentis fauorem gratiamque Dauid expertus dixit. [c] *In petra exaltauit caput meum super inimicos* D *meos.* Qui populo suo benè tunc vinculo sibi charitatis obedientisque virtutis vnito in veteri lege dicebat. [d] *Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnã committitis, non pertimescat cor vestrũ: nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos.* Quare hoc? *Quia Dominus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos de periculo.* Quid ad id Dauid alibi? [e] *Deus in medio eius, nõ cõmouebitur* (scilicet ciuitas sancta; fœdere charitatis inter suos ciues indomita: quã propterea: *Adiuuabit Deus mane diluculo.* Sic iuxta Deũ, Christũ nẽpe Dominum positus Apostolus dicebat. [f] *Omnia possũ in eo qui me confortat.* Vnde illud

Deo nihil acceptius quam bene inter se duo principatus vniri in Ecclesia sua.

Deo per gratiã iunctus nihil timet, & contra omnes hostes indomitus manet.

b Iob. c. 17. v. 3

c Psal. 26.

d Deut. c. 20.

e Psal. 45.

f Philip. 4. v. 11.

A prophetę Regii: [g] *Deus noster refugiũ & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Etenim non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.* Cõtra quos iuxta Christũ Dominũ positos tã sacro charitatis pacisque, quã mũdus dare nõ potest, fœdere sociatos, prorsus inuincibiles cuiusuis hostilis manus, quãtũuis robusta colluctãs, & arietans confringetur: quia hoc sancto vnionis pacificæ, charitatisq. funiculo tractus & illectus Dominus Deus exercituum in medio illorũ est. Quibus animos viresq. sufficit, & ad cõfringendos omnes inimicorũ impetus in illis arma victricia suscitat, pugnãtibus cũ eo terrarũ orbe, cunctisq. elemẽtis aduersus omnes eorũ hostes insensatos. Dũ Gallus & Volusianus impp. imperiũ Romanũ ab Ecclesia Dei secernere & alienare cõtenderent, neue Pontificia Christianæ B Ecclesiæ iura cum imperatoriis sancto salutariq. fœdere cohærerent, persecutionũ cruoribus impedire conarentur. *Exoritur vltio violati nominis Christi Domini* (inquit [h] Orosius) *& vsq.* (seu vsquequo) *adeò ad profligãdas Ecclesias edicta Decij cucurrerũt, eatenus incredibiliũ morborũ pestis extẽditur, nulla ferè prouincia Romana, nulla ciuitas, nulla domus fuit, quæ non illa generali pestilentia corrupta atq; vastata sit.* Nec verò pestis sola, sed & fames, bellaq. horrida, funestissima grassatione propter feralia imperatorũ immanissimè Christianos persequentiũ, eorumq. sacras cũ sæculari principatu confœderationes subuertere conantiũ edicta, toto imperio omnia diripiẽdo vagabãtur. Isto nãq. tẽpore Persarũ motus, & in imperii fines ausus feroces & impetus acerbi recrudescebãt, in Armenia irruentes Tyridate Rege fuga lapso: cuius filii ad hostes imperii conuersi diris incursionibus Thessaliã Græciãq. vastauerunt. Hos secuti quã C plurimi populi immanitate barbari, ferinæ gentes sese in varias imperii regiones & oras, illas rapinis cædibus, incendiisq. destructuri, armorũ præcincti munitiq. furoribus infuderunt, [i] vt Zonaras Galli & Volusiani res gestaq; contra Christianos crudelia persequendo cõmemorat. Post aliquot (scilicet 22.) annos Aurelianus imp. cũ diu multumq. in opprimenda Christi Domini Ecclesia, eiusq. filiorũ Catholicorũ sacrosancta fidei, charitatis, veræq. pacis vnione perfringẽda nequicquã acfrustra, sacri illorũ sanguinis inundatione cædibusq. sudauisset, nihil inde, quã honoris, famæ, viriũ imperii, vitæ, salutisq. tẽporalis & æternæ ruinã exitiũq. reportauit, vt acta S. Patrocli martyris his apud Suriũ verbis indicarũt. *Post nõ multũ tẽporis* (scilicet à S. martyris Patrocli nece) *persecutio conquieuit. Nã ipse, qui hanc concitauerat imperator, dũ iter faceret denso stipatus agmine, fulmine ante se vehementissime terrorem sentiens obstupuit. Deinde præmisso hoc infausto omine in eodem* D *itinere à suis interẽptus est: & qui paulo ante putabat se diuini numinis gloriã inter homines extinguere posse, nomen, familiã, vitã, ipsamque salutis spem perdidit, quæ credentes in Christum nec in morte reliquit.* Cõtra hũc tyrãnũ Ecclesiasticæ societatis cũ sæculari, Christianæq. sanctitatis inimicissimũ exaspetans se iusto diuini honoris æstu, Christianæque religionis inflammatus amore magnus ille Constantinus hæc in oratione ad sanctum cætum eleganter grauiterque dicebat. *Tu etiam Aureliane, omnium scelerum incentiuum, cum in Thraciam quasi aperto Marte, & insana mentis impetu ferebaris, in media via casus, orbitas in via in-*

g Psal. 45.

Omnes hostium vires aduersus sancta pacis & charitatis vnionem copulatos ad Dei præsentiã franguntur.

h Osor. l. 7. c. 21. 22. D. 256.

i Zonar. tom. 2. in Volusiano.

Exitus Aureliani imp. funestissimus ob à se oppressam Dei Ecclesiam. Surius tom. 1. die Ianuarii 21. in vita S. Patrocli.

Constant. M. orat. ad S. cœtum c. 24.

A *pressas impio cruore compleuisti.* Atque hæc quidem de tyrannis illis infidelibus ac Ethnicis, eorumq. temporali & æterno exitio breuiter dicta sunto. Qui non modo salutarem illā pacis & charitatis vnionem, sacrumque fœdus inter spirituale Ecclesiasticamque Christi Domini Monarchiam, & sæcolare imperiū, nondum Christianis addictum legibus auersabantur, & nefandissimè detestabātur; sed etiam totam Christi Domini in Ecclesia sua spiritualem Monarchiam, Monarcharum illius Romanorum Pontificum, & subditorum fidelium sanguine, cædeque cruenta suffocare conabantur. Quorum propterea fractas vires, imperii robur, gloriam, vitam, salutem tēporalem & æternam calamitates extremę deuorarūt. Verum Christiani Impp. iouenti suot, qui cum Catholicam fidem profiterentur, saluāque Christi Domini religionem non improbo desiderio per- B cuperent: tamen quia spiritualem Ecclesiæ Christi Monarchiam non sunt satis dignè venerati, illiusq, principi Rom. Pontifici se regendos, quoad spiritualia, deuotè satis humiliterq. minimè submiserunt: imò illū fastu nescio quo superbiæ impotenti turgidi contempserunt: fractas imperii sui vires, auersamq. Dei à se benignitatem, misericordiamque magno suæ salutis, si non æternæ propter pœnitentiā, at saltem temporalis exitio miserabiliter experti cognouerunt. [a] Quod funestissimo Maurinii Imp. filiorumq. eius exēplo compertū manifestius est, quā optata postularēt. Qui cū multa contra Monarchiæ spiritualis, Ecclesiasticæq libertatē atque dignitatē sanxisset, maiestatem sanctissimi patris D. Gregorii debita C reuerentia, honoreq. minimè suspexisset, illius monita, consilia, exhortationes pro bono Ecclesiæ vnioet salis & imperiū contempsisset, Pontificiā illius dignitatē quandoque neglexisset, vt S. Gregorii (de quibus superius) querelæ testantur: eò miseriæ calamitatisq. coniectus est (sicut prædixerat S. Gregorius) vt prius obtruncatis ante ora sua liberis, vitā postea inimicorū suorū Phocæ tyranni satellitum crudelitate, salutem propter illius pœnitentiā diuinæ miserationis abundātia sempiternā conseruante, multo cum sanguine ignominia, barbariéque profuderit. Vt planè visus sit illā quodāmodo pœnam subiisse, quæ in sacris literis, sancto Dei oraculo ordinata & expressa reperitur. [b] *Oculum, qui subsannat patrē effodient coruı de torrentibus, & comedent eū filij Aquilæ.* Eā quippe ignominiā, sæuitiamque mortuus miserabili spectaculo subiisset, truncato sectoq. capite vsque ad fœtorē putredinemque in medio fori transeuntibus exposito, nisi à populis cū stupore D spectantibus, & prę tristitia mirantibus circūdatū semper extitisset. Cuius tragicæ necis atque interitus immanissimè funesti, luctus & lamenta, iuuenis honestissimi & innocentissimi principis, illios imperatoris filiorū natu maioris, iā ad imperiū destinati, Augustiq. propè diē declarandi nomine Theodosii nex iniustissima à Phocæ tyranni satellitibus patrata crodeliter adauxit. Sic mille aduersitates, ærumnasq; maiestas œcumenici pastoris Ecclesiæ violata, oppressa sacri Ecclesiæ cū imperio fœderis vnitas, violatoribos, oppressoribusq. pariunt. Seq. Deus ipsius oppressæ pacis & vnionis vltorē, læsæque sui vicarii maiestatis vindicē, sicut afflictionis fidelium, qui sub illo spirituali principe visibili suæ Ecclesiæ à se cōstituto capite religiosè militāt, præbere solet. Tantū apud

a Contemptum Monarchæ visibilis Ecclesiæ suo Rom Pontificis Deus in Mauritio imp. & filiis magno vito temporalis & imperij exitio vindicauit.

Theophanes in Miscellaneo.

Cedrenus & alii scriptores anno 602.

S. Gregor. in psal 4. pœnitent.

Ibid ep. 31. ad Mauritium l. 4 indict. 13.

b Prouerb. 20

Cedrenus Annalium *anno 1. Phocæ.*

A æternā maiestatē Deū Opt. Max. hæc sācta Christianæ pacis, catholicæq. charitatis inter fideles populos voio potuit: vt qui illam à passo Christo suis dissidiis irritā fecerint, eius splendorem persecutionibus & odiis alterauerint, tandē si oon citò, ipsius Dei viuentis indignati iratiq. manū omnipotentē in seipsos ad ruinā ioteritūq. concurrere vastatione miserabili persenserint. Hæc omnipotēs manus iaculata è oubibus cœli iustæ indignationis ignes in vltionē sanguinis fideliū hac sācta Christianæ inter se charitatis vnione cōfœderarorū Alexādriæ, multisq. partibus Ægypti crudeliter effusi, ductores scelerū, præsides tyrānidis imperatoriæ ministros, eorū satellites, immensæque multitudinis populos, his contra iustos Catholicæ fidei, religionisq. Christianæ professores & vindices immanibus oppressionibus acqoiescentes & applaudentes, peste, fame, belloq. de- B struxit, vt Eusebius auctor est. Vastatum totum prope Rom. imperiū durante Valeriani imp. captiuitate, quā iusto Dei iodicio nex ipsius crudelissima subsecota est, quāplurimis immanissimorū barbarorū incursionibos, extremis subiugatū miseriis elāguit. Vindicante Deo suæ Ecclesiæ, vicarii sui, illiusq; subditorū fidelium iniurias, persecutiones & oppressiones immanissimas, ab illo truculento imperatore suæ religionis hoste, eiusque flagitiosis tyrānidis barbaræ ministris illatas: omnesq. tot iniuriarū patratores, & illis peruersa voluntate suffragantes, suæ flagello iustitiæ perimēte, sicut pluribus descripsit Orosius. Vt cum post cōmemoratā Valeriani imp. captiuitatē mirabiles diuinæ iustitiæ elatiooes & effectus admirans, C & eos æqua prudentiæ, considerationisq. magnæ lance perpēdens, hæc ait; *Sed non cōpensat iniuriæ vltionisque mensurā vnius impij, quāuis perpetua, & supra modū abomināda captiuitas* (scilicet Valeriani imp.) *contra tot millia excruciata sanctorū: istorūque sanguis ad Deū clamans, in eadē se se terra, vbi fusus est, vindicari rogat. Non enim de solo constitutore* (scilicet Valeriano) *praecepti, iusto supplicium iudicio flagitabatur, sed etiā executores, delatores, accusatores, spectatores ac iudices postremò omnes, qui iniustissimæ crudelitati vel tacita voluntate assentiebantur. Quia Deus secretorū cognitor est, & quorum maxima per omnes prouincias pars hominū versabatur, eadē vltionis plaga corripi iustū erat. Soluūtur repentè vndiq. permissu Dei, ad hoc circūposita, relictaque gentes, laxatisque habenis in omnes Romanos fines inuehuntur: Germani Alpibus, Rhetia, totaque Italia penetrata Rauennam vsque perueniunt: Alemanni Gallias peruagantes etiā in Italiam transeunt:* D *Græcia, Macedonia, Pontus, Asia Gothorū inundatione delētur. Nā Dacia trans Danubium in perpetuum aufertur. Quadi & Sarmata Pannonias populantur: Germani vlteriores abrasa potiūtur Hispania, Parthi Mesopotamiā iā auferūt: Syriā corradunt. Extant adhuc per diuersas prouincias in magnarū vrbiū ruinis parua & pauperes ades, signa miseriarū & nominū indicia seruantes. Ex quibus nos quoq. in Hispania Tarraconē nostrā ad consolationē, miseria recentis ostendimus.* Ad has cladea imperii, extremasque calamitates propter vehementer oppressam in filiis suis & capite suo visibili Ecclesiā, D. Augustinus ad Hesychium scribens epist. 80. respiciebat, hæc dicens. *Sub imp. Galieno cum Rom. prouincias barbaries vsquequaque peruaderet, quammultos fratres nostros, qui tunc erant in carne, putamus propinquum finem* (mundi scilicet) *crede-*

a pars.

Deus fidelium suorum hac sancta vnione in Ecclesia sua foetatorum persecutores supremam in hac Ecclesia sui vicarii dignitatem conuellere conantes, iusta exterminabit vindicta, sicut hactenus sæpe multoties vt multorum inductione exemplorum probatur.

Oppressores Ecclesiæ ea vastatis & eius filiorum Catholicorū fame peste, bello, Deo vltore, destructi.

Euseb. l. 7. c. 17.

Orosius l. 7. c. 52.

Patratores oppressionum in Christianos & illis consentientes sontes summè à Deo puniti;

Ob oppressam sanctam Ecclesiam & Catholicorum vnionem totum fere imperium Rom. crudelibus barbarorum incursionibus deletū.

Per recentem miseriam intelligit notes SS. Martyrum scilicet Fructuosi eius Tarraconis vrbis Episcopi Augurii & Eulogij Diaconorū rorum eius vinorum igna consumptorum.

S. Aug epist. 80 ad Hesychium.

re potuisse? In his immanibus tyrannorum contra Christi, & eius immaculatæ sponsæ filios asperitatibus, furoribusque, sacratæ felicisque huius inter vtriusque Monarchiæ Catholicos vnionis, capitisque visibilis cum membris Ecclesiæ fœderatæ charitatis, per vulnera, cædesque fidelium ruptio ab illis conuulsioque quærebatur: vt sic hac soluta pacis charitatisque compage, ipsius Ecclesiæ Christianæ principatus solueretur. Sed Deus ipse pater misericordiarum, & totius consolationis aduersantium sibi, suo gregi, pastorique visibili scelerum vltor, hanc pietatis, fidei, charitatisque confœderationem arctius constrictam, fortiusque corroboratam terribili tyrannorum nece firmauit. Vnionem hanc sanctam charitatis & concordiæ, Ecclesiæ Catholicæ cum Rep. Pontificis Rom. cum regibus terræ Deo gratissimam, maximè vtrique principatui salutarem dira tyrannorum, hostiumque Christi persecutio, vexatioque dissoluit. Cui si per sæculares principes vicario Christi obedientes in orbe regnare liceret, tot lethiferas ærumnas, tot funestos asperosque casus, quibus toties Ecclesiam, regnaque sæcularia perturbari, torqueri que videmus; hodie profecto nullos haberemus. At non cessantibus tyrannorum impietati paganicæ dominantium in fideles Ecclesiæ suæ filios, immanitatibus Deus ipse potentia omni creata sublimior, nec similiter contra hos immanissimos regni sui, quod est Ecclesia, perduelles iustitiæ sagittas, suæ indignationis turbine iaculari cessauit: quod minimè paganis ipsis scriptoribus & imperatoribus occultum ignoratumq. fuit. Quo enim tēpore maiores persecutionum in Christianos æstus ebulliebant, imperante Antonino cognomine Pio, ista de calamitatibus imperii publicis Capitolinus stylo satis lugubri tragicis ærumnosisque casibus conformi commemorauit. [a] *Aduersa huius temporis hæc prouenerunt, fames, de qua diximus, Circi ruina, terræmotus, quo Rhodiorum & Asiæ oppida conciderunt, & Romæ incendium, quod trecentas quadraginta insulas, vel domos absumpsit. Narbonensis ciuitas, Antiochense oppidum, & Carthaginense forū arsit. Fuit & Tyberis inundatio &c.* Quibus perterritus imperator, Dei veri, quem agnoscere demēs renuebat, indignationē pertimeseēs, omnibus prouinciarum imperii præsidibus dato rescripto, ne vlterius in Christianos sæuirent interdixit, vt ex [b] S. Iustino, [c] Eusebioque clarum satis agnosci potest. Hāc Dei indignationem terribili, eaque iustissima suæ filiorum Ecclesiæ persecutores, eius dignitatis & pacis oppressores vltione conterentis Tertullianus Scapulæ in Africa proconsoli proponebat: vt in hanc Ecclesiasticæ maiestatis, dignitatis in omnes fideles Monarchiæ pacem, charitatisque confœderationem vlterius minimè cum iustorum cruore bacchare-tur. Eam Dei vindictā in oppressores suos Christiani veri Catholicæ, Ecclesiasticæq. assertores veritatis, stimulo tacti charitatis, eorumque zelo salutis inflammati lamentabantur, vt his illi procōsuli verbis Tertullianus ipse declarabat: [d] *Doleamus necesse est quod nulla ciuitas impunè latura sit sāguinis nostri effusionem, sicut & super Hilariano præside, cū de areis sepulturarū nostrarū acclamassent, Areæ non sint! Areæ ipsorū non fuerunt: messes enim suas non egerunt.* Post hæc interiectis quibusdā, vltiones Dei seueras in prouinciarū præsides propter pios à se Ecclesiæ Christianæ filios afflictos, per-

Fidelium suorum persecutores Deus varijs flagellis percutit.

[a] Capitol. in Antonino Pio.

[b] S. Iust. martyris fine orat. 2. ad Antoninum ex versione Lāg.
[c] Euseb. l. 4. c. 12.

Puniri à Deo persecutores suos Christiani lugebant eorum salutis cupidi.

[d] Tertul. ad Scapulam.

turbatāq illius spōsæ Christi vnitatē charitatis, & inculpatæ trāquillitatis, ipsi talibus procōsuli suggessit. [e] *Possumus æque & exitus quorundam pręsidum tibi exponere, qui in fine vitæ suæ recordati sunt deliquisse: quod vexassent Christianos. Vigellius Saturninus, qui primus hic gladiū in nos egit, lumina amisit. Claudius Herminianus in Cappadocia cū indignè ferens vxorem suā ad hanc sectā transisse, Christianos crudeliter tractasset, solusque in Prætorio suo vastatus peste, cum viuus vermibus ebullisset, nemo sciat, aiebat, ne se gaudeant Christiani: postea cognito errore suo, quod tormentis quosdā à proposito suo excidere fecisset, penè Christianus decessit. Cæcilius Capella in illo exitu Byzantino, Christiani gaudete, exclamauit: sed & qui videntur sibi impunè tulisse, venient in diē diuini iudicij.* [f] Ex quibus verbis postremis intelligitur quanta hæc sit pœna impijs, Ecclesiæ Catholicorumq. persecutoribus nullā in hac vita suorū scelerū luisse pœnā, iuxta illud prophetæ Regii, [g] *irritauit Dominū peccator, ideò secundum magnitudinē iræ suæ non quæret.* In hac vita scilicet, sed in altera quæret in die iudicii. Estque tanta Christi Domini cura in suorū fidelium defensione, tantusq eorū iniurias affectus vlciscendi: vt plerūque eos etiam renuentes, & præ charitate suorū persecutorū vindictam deprecantes vlciscatur. Vnde illa S. Paulini de Victricio martyre loquentis, quē carnifex percutere volens, cæcus euasit, exclamatio: [h] *O Christi ineffabilis bonitas! quantum in suos ostendis affectum? Iniuriam confessoris sui* (scilicet Victricij martyris qui fuit Rothomagensis) *non tulit impunitā, qui suis crucifixoribus rogauit ignosci, contumeliā martyris sui statim vltus est, qui passionem suā noluit vindicari. Sed eadem ipsa etiam pietas est. Idcirco enim vnus cæcatus est, vt plures illuminarentur, & ipse forsitam, quo oculos carnis amiserat, lumina mentis acciperet.* Quo tempore Occidentis imperium sub Constantino Magno omnibus bonis & prosperitatibus abūdabat, propter sacrosanctā charitatis, concordiæq. fœdus, (quod virtutū suarū merito optimus imperator cum Ecclesia Christi Domini, eiusq. vicario pepigerat.) Orientale imperiū propter crudeles oppressiones, immanesque persecutiones hoc sacrū cū Ecclesia, eiusq. pastoribus & omnibus pietatis pacisq. fœdus dissoluentes, quas sceleratissimus tyrannus Maximinus Galerius in huius imperii Christianos exercuit, fame, peste, belloque totū ferè corruit, vt his verbis Eusebius succincta narratione recensuit. *Hæc igitur mala, quæ pariter in eundē tēporis articulum incidebant, tyranni calamitosi exitus, tanquam præmia quædam complexa sunt, vt ille in bello contra Armenos administrato, vnà cum exercitu grauem cladem acceperit, ita cæteri, qui ciuitates eius imperio parentes incolebant, fuerunt fame simul & peste acerbè afflictati, vsque eò vt pro vna tritici mensura bis mille & quingentas drachmas Atticas persoluerēt. Infiniti ergo in singulis ciuitatibus mortui sunt, cōplures etiā in agris, & vicis extincti, vt iā parū abesset, quin colonorū census, qui iā diu innumerabiles esse solebāt, penitus deficerēt. Propterea quod derepentè ferè omnes iā inedia alimenti penuria & pestifero morbo interijssēt. Nōnulli vel pro minima cibi particula res sibi charissimas locupletioribus vēdiderūt, alij suis possessionibus pedetētim dimēdatis ad extremam egestatem tandem deuenerunt. Iam verò non pauci exigua fœni segmenta confecere dentibus, & absque delectu herbas quasdam pestiferas, ac lethales, & quæ corporis habitū labefactant, deuorātes*

[e] Tertull. ibi.

[f] S. Aug. ser. 37 de verbis Domini to. 10

[g] Psal. 9. Vide D. Augustin psal. 37.

[h] S. Paulini epi. 26.

Suos Deus etiā renuentes vlciscitur.

Quia alius cæcus fuit cum voluit, totus corporalem cæcatum est.

Orientale imperium in crudelitatum Maximini contra Christianos vltionem totū ferè peste, fame, bello corruit, florente imperio Occidentis Constantini M. virtutibus.

misere periere. Et quoniã sancta pacis & charitatis vnio cũ principibus sæcularibus, & populis Christianis in Ecclesia subsistere non potest, nisi retento incolumi honore, necnon dignitate soprema Rom. Pontifici omnium Ecclesiæ pastorum patri ac principi, immaculatè conseruata, cum deuota obedientiæ, & obsequii debiti exhibitione, cæterisque secundom varios dignitatũ gradus prælatis Ecclesiæ præstito debitæ sibi reuerentiæ respectu. Ideo vindicta, itaque Dei magis in castigãdas, comprimendasque iniurias diuinæ flagello iustitiæ sacerdotibus sui gregis catholici pastoribus, præsertim verò sedis Apostolicæ præsuli vicario suo superbè atqoe contumaciter illatas asperatur. Ne dissimulent reges ac principes sæculares illam Domini vocem, non passurum se minitantis vnctos suæ præfectos Ecclesiæ à quibuscumq. sæculi magnatibus, aliisque populo mixtis

a Zachar. c. 2.

B impunè læsos: [a] *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei, quia ecce ego leuo manum meam super eos, & erunt præda hiis, qui seruiebant sibi.* Nec minus ad

b Psal. 104. v. 15.

c Luc. 10. v. 16

hæc Dei iussa dissimulãdum. [b] *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Qui *in diebus carnis suæ* dicebat discipulis suis. [c] *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.* Qui in veteri lege Samueli de rebelli sibi populo conquerenti responderat. [d] *Non te spreuerunt sed me.* Hinc multis principibus auulsa diuinitus imperia, atq; propter diuersas iniurias, oppressiones & iniustitias aduersus Dei sacerdotes, aduersus Ecclesiæ iura, libertatesque, regna de gente in gẽtem iusta Dei ordinatione translata, qood exemplis illustrare longius esset, quàm vnius capitis fines terminiq. paterentur. Vnico verbo illod ad confirmationem assertionis nostræ dicatur. Ab obitu Neronis, qui primus sanguine Christianorũ,

d L. 1. Reg. c. 8.

3 Pars. *Quanto mutationes ac translationes in imperio Rõ. emisere propter oppressos Rom. Pontifices, Ecclesiamq. Christi, cui illi præfuerunt, vehementer afflictam.*

e Historia Rom. Augusta.

f Trebel. Pollio.

C & cæde primi Christi vicarii principis Ecclesiæ S. Petri, vnà cum Apostoli nece principatus Ecclesiastici, sanctæque illius cum sæcularibus principibus & populis vnionis cursum & incrementum retardare conatus est: [e] ex imperatoribus Rom. vsque ad Constantinum Magnum, intra nempe ducentorum, ac circiter sex supra triginta annorũ spatium, illud imperium ad decem & septẽ gentes diuersas translatum fuisse quisque cognoscet, qui Romanas historias ordine replicare voluerit. Præter 30. illos tyrannos variis distinctos nationibus, de quibus [f] Trebellius Pollio, qui nomine tituloq. imperatoris se violenter insignioerunt, quique per nefas imperatoria potestate potiẽtes per aliqua temporis spatia licet exigua, Romanas arces exercitusque imperando tenuerunt. Quàm misera, funesta, ac desolata totius imperii his tẽporibos propter oppressam Christi Domini in Pontificibus Rom. & aliis Ecclesiasticis, populisqoe fidelibos maiestatem principatumq. spiri-

Dira & funesta admodum imperij Rom. facies ob oppressam sanctã Christianæ congregationis vnionem

g Tacit. circa principium Annalium.

D tualem facies, non aliis clarius possumus quã his Taciti verbis exprimere. [g] *Opus aggredior plenum varijs casibus atrox prælijs, discors seditionibus, ipsa etiam pace sæuum. Quatuor principes ferro interempti: tria bella ciuilia, plura externa, ac plerumque permixta: prospera in Oriente, aduersa in Occidente res. Turbatum Illyricum; Galliæ nutantes, perdomita Britannia: & statim missa cohorte in Roxolanos Sarmatarum, ac Sueuorum gentes, nobilitatus cladibus mutuis Dacus: mota etiam prope Parthorum arma falsi Neronis ludibrio. Iam verò Italia nouis cladibus vel post longam sæculorum seriem repetitis afflicta: hausta, aut obruta vrbes: fæcundissima Campa-*

A *niæ ora, & vrbs incendiis vastata, corruptis antiquissimis delubris. Ipso Capitolio ciuium manibus incenso, pollutæ cæremoniæ, magna adulteria, plenum exiliis mare, infecti cædibus populi, atrociùs in vrbe sæuitum, nobilitas, opes, omissi, gestique honores pro crimine, & ob virtutes certissimum exitium, nec minus præmia delatorum inuisa, quàm scelera:* & cætera quæ seqountur. Quid alibi idem ad maiorem calamitatum, miseriarumque terribilium imperii declarationem? [h] *Præter multiplices rerum humanarum casus, cælo, terraque prodigia, & fulminum monitus, & futurorum præsagia, læta, tristia, ambigua, manifesta. Nec enim vnquam atrocioribus populi Rom. cladibus, magis vetustis indiciis approbatum est non esse curæ Deis securitatem nostram, sed vltionem.*

h Ibid. Tacitus.

B Mitto calamitates alias acerbissimas, vastationes atque populationes immanissimas, aliasque innumerabiles ærũnas diuinæ testes vltionis, quibus ab interitu exituque ab hac vita Magni Constantini, tanquam grauissimis iustitiæ suæ flagellis vario tempore, locisque diuersis Deus hoc iustè tribulauit, vexauitque imperium, propter nefanda sacrilegaque sceleratorum imperatorum, hæreticorum, schismaticorum arma, vt Constantii, Iuliani Apostatæ, Valentis, Valentiniani 3. Iustiniani in fine vitæ, Heraclii, Phocæ, Leonum Isaoricorum, Copronymi, aliorumque Iconoclastarum, Henrici 4. Fredericorum, & cæterorum similis impietatis imperatorum & principum. Quibus illi diu multumque sedis Apostolicæ quietem, sanctitatem, & sacrosanctam Rom. Pontificis suo tempore in cathedra S. Petri sedentis maiestatem, supremam in Ecclesia vniuersali illius auctoritatem, vt superbissimè, sic & immanissimè turbauerunt, & af-

Variæ Dei in imperiũ Rom. vltiones ob oppressos Rom. Pontifices, sedemque Apostolicam ab impiis impp. hæreticis & schismaticis.

C flixerunt. His enim commemorandis, narrandisque qoæ posset oratio sufficere? Non prætereunda silentio hæc præclara S. Ignatii sententia. *Qui honorat Episcopum à Deo honorabitur, sicut qui ignominia afficit illum à Deo punietur. Si enim tu recensebitur pœna dignus, qui aduersus reges insurgit, vt qui violat bonas legum constitutiones, quantò putatis grauiori supplicio subiacebit, qui sine Episcopo, quid volet agere concordiam rumpens, & decentem rerum ordinem confundens?* Si legum Episcopalium contemptores, Diœcesanæ pacis oppugnatores diuinam vltionem effugere non valeant: quomodo Pontificaliom decretorum, legumque in cõmune Ecclesiæ bonum à summo fideliũ pastore statutarũ violatores sedis Apostolicæ sanctitati cõtumeliosi, eius præsulis œcumenici cõtemptores maiestatis & illosores, ne sancta pacis & charitatis vnitas inter vtrumq. Christi Domini in Catholica societate principatũ, immaculata custodia retineatur, huios diuinæ vindictæ, vltionisq. seueri-

S. Ignatii epist. ad Smyrnenses.

D tates effugiẽt? Euphemius Constantinopolitanus Patriarcha Gelasio Papæ, Acacii hæretici quondam Constãtinopolitani præsulis nomen à Dyptycis amoueri iubenti non obediens, indeque Ecclesiæ pacem amaritudine amarissima perturbans, suæ rebellionis fæcem postea bibit, cum vltore Deo, iustoque illius iudicio per Anastasium imp. à sede Patriarchali deturbatus, misere in exilio vitam schismaticus finire coactus est: hac mortuus ignominię macula sordidatus, vt à Diptycis ipsius, tanquam schismatici rebellisque spirituali suo principi nomen expũgeretur, turpitudinisq. litura circũduceretur

Vltio diuina in Euphemiũ Constantin. Episcopum Rom. Pontifici non obedientem.

Marcellinus Comes in Chronico anno 495. Theodorus lector l. 2. Collect.

ſic in hoc rebelli ſchiſmatico vulgare illod apparuit verum; qui monita ſancti patris non audit, tyranni interdum ſeueritatem experiri cogitur, Deumque ſentit vltorem, qui præpoſitos Eccleſiæ conſtitutos ab ipſo recta iubeotes audire contẽnit. Fœlix ipſe Patriarcha ſi ſemper, vt debuit, Rom. Pontifica paruiſſet, ſed demens & infelix Deũ ipſum ad magnos iuſtæ indignationis æſtus, iratumque graues commotiones inflammauiſſe! dom orientales Epiſcopos, quos ſedi cum magna reuerentia Apoſtolicæ parere ſciret, ab illius cõmunione diuellere conatus eſt: vt ſic ſacratam Deo, gratiſſimamq. Eccleſiaſticæ Monarchiæ cum ſæculari confœderationem violenta rebellione confringeret. Quod ne eueniret Gelaſius Papa dedit operam, miſſa ad Dardaniæ, Orientaleſq. Epiſcopos eleganti diſertaq. Epiſtola, qua eos à tam nefario conſilio, aoſoqoe in ſaniorem obedientiæ ſibi propenſionem, obſequiiqoe filialis affectum ſalutari monitione reuocauit. Captiuitatem Epiſcoporum orthodoxorum Epheſi, tyrannnide Comitum Candidiani & Ioannis eò miſſorũ ab imperatore Theodoſio iuniore, Neſtorianorum circumuento fraudibus, furente deprædatoria Synodo Epheſina, Deus exercitus Romani in Africa contra Vuandalos Genſerico regi ſeruientes, necatis barbarico gladio ad vnom vſque Romanis, perditione vindicauit. De qua Procopius breuiter de bello Vuandalico. Et mirabimur ſi tot ipſe Deus clades, ſtrageſq. de Romanis copiis, legionibuſque toto ferè orbe terrarum propter afflictos, contumeliis & opprobriis ſæpius à ſæcularibus principibus affectos vicarios ſuos in throno ſedentes Apoſtolico, toties fieri permiſerit? Si Goilelmo Angliæ Regi poſt mortem ante tribonal Dei ſiſtere coacto, condemnatio mortis æternæ facta eſt (ex reuelatione, quã habuit S. Hugo Abbas Cluniacenſis in ſomnis) propter illas graues iniurias, quibus S. Anſelmũ Cantuarienſis Eccleſiæ præſulem in hac vita læſerat: quantò iuſtiùs dies illis principibos, regibuſq. dicetur ad tribunal æterni iudicis veniendi, vt ibi mortis ſententiam contra ſe audiant: ſi armis, odiis, contumeliis, rebellionibuſque contra omnium prælatorũ præſulumq. principem arroganter inſurgant, vt totius ſancti fœderis inter ſpirituales atq. ſæculares principes fundamenta ſubſidiaq. demoliantur? Florentia horribili diluuio penè proſtrata, obrutaq. diuinitus in grauiſſimorum huius vrbis ciuiom vltionẽ criminũ propemodum expirauit, quod fauentes Ludouico Bauario impio ſceleratoq. ſedis Apoſtolicæ perduelli toties anathematis fulmine percuſſo, Rom. Pontificis Maieſtatẽ debito honore ſuſpicere, eioſq. ſanctiſſimi patris imperiis ſæpius admoniti parere renuiſſent, teſte [a] Villano hæc poſt commemoratã terribilẽ aquarum inundationem diluuiumque dicente. *Aſtrologorũ nonnulli in Eclypſes cœleſtium ſyderum anni ſuperioris cauſam tantæ inundationis, quanta ſupra memoriã hominũ acciderat, reyciebant. Religioſi verò ad peccata hominum, & inprimis contemptum Pontificiæ auctoritatis: præſertim quod vnus cænobio Vallumbroſiano in ſolitudine ſecretiore ſuperincumbens eremita nocte diluuium antecedente intentus orationi dæmonum phalangem ſpecie armatorum equitum tuguriolum ſuum prætercurrentem aſpiciens, ex vno eorum per adiurationem interpoſitam didiciſſet, audiſſetque illos ad ſubmergendum Florentiam properaſſe, totamque aquis obruere voluiſſe, ſiquidem Deus permitteret grauiſſimis peccatis prouocatus &c.* Similia de hac horribili aquarum cataclyſmo Robertus Siciliæ Rex credidit, horrendis illorum ſceleribus, præſertim ſuperbiæ rebellioniſque in Rom. Pontificem, ſedemque Apoſtolicam data ad eos Epiſtola, hoc terribile diluuii pelagus deputando: adeò in vicarii ſui maieſtatem ſublimem, Monarchicamque contumaciter aſſurgentibus iraſcitur Dominus, vt ad maiorem eorum vindictam quandoque dæmonum, tanquam ſuæ carnificum miniſtrorumqoe iuſtitiæ miniſterio vti velit. Sicut longè ante hæc inundationis, diluuiiqoe Florentini tempora, cum viſibili corporalique correptione ſceleratiſſimum ſubdiaconum tradi ſubiogarique Satanæ permiſit, atque decreuit, qui venenum in ſacro calice Victori Papæ huius nominis 2. ſacrificanti flagitioſiſſimè propinauerat. De quo nefandiſſimo ſcelere hæc Lambertus illius ſæculi ſcriptor. [b] *Huic* (ſcilicet Victori Papæ) *ſubdiaconus toxicum in calicem miſit, quem ipſe cum poſt conſecrationem leuare vellet, nec poſſet, à Domino cauſam facti inquiſiturus, cum populo ad orationem proſternitur, ſtatimque toxicator à dæmone corripitur. Ita igitur cauſa manifeſta, Dominus Papa calicem cum ſanguine Dominico cuidam altari iuſſit includi, & pro reliquiis in perpetuum conſeruari. Deinde iterum cum populo tamdiu ad orationem proſternitur, quouſque ſubdiaconus à dæmone liberaretur. Hæc Abbas Vrſpergenſis.*

Epiſt. Gelaſii Papæ 11. ad Dardaniæ Epiſcopos to. 1. ep. decretal.

Procopius l. 1. de bello Vuandalico.

Edinerus hoc recenſet in vita S. Anſelmi l. 2. anno 1100.

Oppreſſor S. Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi Rex Angliæ ante Dei tribunal ſiſtens condemnatur.

[a] Villanus l. 11 c. 1. 2. 3.

Florentia penè diluuio diuinitus obruta propter Florentinorum ſcelera in contemptum Rom. Pontificis patrata.

Epiſt. Roberti Regis Siciliæ ad Florentinos die 11 Decẽb. indict. 2 anno 1333.

[b] Lambertus Abbas Vrſpergenſis.

Charitas & miſericordia Papæ Victoris in ſuum toxicatorem pro eo cum populo orantis, vt à dæmone liberaretur.

CAPVT IX.

Hæc ſancta pacis & charitatis vnio Catholicos hoſtibus ſuis ſuperiores facit, Deo, vlciſcendo hoſtium ſuorum ſcelera, pro illis pugnante.

1. *Qui victor fuerat corporum iuſtorum, ſanctæ perturbator vnionis in Monarchia Chriſti, ſtatim ſtante diuina iuſtitia ventoperitinax in impietate ſua vincitur.*
2. *Deus tarditatem vltionis in impœnitentibus ſuæ Eccleſiæ oppreſſoribus ſupplicij grauitate compenſat, vt triplici demonſtratur exemplo.*
3. *Deus elementa, vt mare tempeſtatibus, & aerem peſte, contra inſenſatos ſuæ vexatores Eccleſiæ Monarchiæque perturbatores potenter armat, vt duplici demonſtratur exemplo.*
4. *Iuſti in vindicta peccatorum per Deum facta puriores fiunt, & alacriores.*

HOc modo facta pacis Chriſtianæ charitatiſque in Catholicis vtriuſque fori confœderatio Dei ſortita benedictionem & gratiam, dat illis de hoſtibus victoriam, triumphiqoe gloriam feliciter acquirit, Deo ipſo celeriter ad vltionem illorum hoſtium aduolante, & pro illis vnitatis Catholicæ, fœderiſque charitate Chriſtiana firmatis cultoribus proſpe-

to certamine præliante. Tunc erga victos impios rebelles vtriq. iusto principatui, ac sanctæ illius vnionis osores facto ipso illud Esaiæ oraculum complebitur.[a] *Quoniam defecit, qui prævalebat, consummatus est illusor, & succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem.* De quibus ista Iob in raptu suo vaticinatus est.[b] *Vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminãt dolores, & metunt eos, flante Deo* (scilicet indignatiooem suam contra eorum scelera) *perijsse, & spiritu iræ eius esse consumptos. Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorũ Leonum contriti sunt. Tygris perijt eo quod non haberet prædam, & catuli Leonis dissipati sunt.* Cum videlicet infideles, hæretici, schismatici, cæterique Dei & eius hostes Ecclesiæ, instar Leonis rugientis, & Leænæ furenti voce bacchantis, odio, rabie, insania, aliisque furiosæ indignationis armis, contra salutaria religiosaque diuinæ pacis charitatisque, principatus Ecclesiastici (quem Christi Domini spiritus iotus alit) cũ sæculari imperio, eoq. fideli fœdera, pertinaciter efferati, vna cũ suæ infidelitatis, hęreseos, atq. schismatis abominatione Tygridis nomine designata, flante Deo, .s. vindicante, pugnãteque contra illos, absq. vlla spe salutis æternæ, nisi resipiscant, interitu stupendo consumũtur. Agnoscitur quippe Deus in fidelibus suis, veræ pacis & charitatis diuinæ indissolubili secũ, & inter seipsos vinculo sociatis, hos suæ diuinæ humanæque maiestatis læsæ perduelles, impiosq. huius sanctæ societatis inimicos terrẽs, terrendo vincens, vincendoque sine vllo regressu salutis exterminans, vt ipsis post bonũ certamen victoria coronatum in conspectu Dei exultantibus exclamare liceat.[c] *Hi in curribus, & in equis, nos autem in nomine Domini pugnauimus.* In quo,[d] *inimicos nostros ventilauimus cornu*, cornu inquam salutis nostræ, *qui Iesus noster est*, pro nobis[e] crucifixus: [f] *Ipsi obligati sunt, & ceciderunt, nos autem surreximus, & erecti sumus.* Solet enim Deus, vt suos sibi magna fidelitate & charitate coniunctos ex machina, subito suæ miserationis aduento liberet, aduersarios suo rebelles imperio, multitudine innumerabiles, protinus mirabili terrore stupefactos consternatosque superare, & superatos exterminare. Quod illustri patet exẽplo propriis S. scripturæ verbis commemoratione dignissimo.[g] *Egressus est* (inquit sacra pagina) *contra eos* (Iudæos scilicet) *Zara Æthiops cum exercitu suo decies centena millia, & curribus trecentis. Porrò Asa* (Rex Iudæ) *perrexit obuiam ei, & instruxit aciem ad bellum & inuocauit Dominum Deum dicẽs; Domine non est apud te vlla distantia, vtrũ in paucis auxilieris, an in pluribus: adiuua nos Domine Deus noster: in te enim, & in tuo nomine habentes fiduciam venimus contra hanc multitudinem. Domine Deus noster tu es, non prævaleat contra te homo.* Qua finita oratione, eaque permotus Dominus, *exterruit Æthiopes coram Asa & Iuda: fugeruntque Æthiopes, & persecutus est eos Asa, & populus, qui cum eo erat, & percusserunt ciuitates omnes per circuitum Geraræ: grandis quippe terror cunctos inuaserat.* Sic terreodo suos hostes pro seruorum suorum salute vincit Dominus; ad quorum vindictam lento gradu illius diuina procedit ira, hanc ineffabili misericordia retardante: vt impiis spatium veræ pœnitentiæ relinquatur. Quod si velint, accipiant, vt saluentur. Licet dicat per comminationem, vt peccatores salutari timore percellat, se ad illorum vitæ morumq. corruptionis vltionẽ citò properare. Hoc modo Ephesi Episcopũ in grauia lapsum crimina, vt ad salutare pœnitentiæ veræ portum illicò prouocaret; sic Christus Dominus affabatur.[h] *Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: sin autem venio tibi citò* ταχὺ idest velociter, *& mouebo candelabrũ tuum de loco suo.* Vnde Deus in Deuteron. expostulat ægrè ferendo, quod longissima temporum spatia, quibus ad suorum agnitionem, detestationemque scelerum peccatores expectauerat, velociter decurrisse viderentur.[k] *Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore: iuxta est dies perditionis & adesse festinant tẽpora*, scilicet vltionis, quã iusto iratus furore in peccatores pœnitere renuentes, ipse eos iustitiæ meæ malleo conterã.[l] *Sicut conteritur vas figuli, quod vltra restaurari non potest.* Et per Ezechielẽ Hierusalem scelerũ factã ciuitatẽ, ita cũ lamentatione atq. querela indignatus alloquitur.[m] *Appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tẽpus annorũ tuorũ*, idest, iuxta S. Hieronymi expositionem.[n] *Appropinquare fecisti tempus, quod tibi differebatur, vt ageres pœnitentiã.* Sed despiciẽtes Dei[o] miserationibus affluentis patientiã, longanimitatẽ, clementiã infinitã, peccatores ad pœnitentiã, prooocantibus ad id suæ misericordiæ visceribus expectantis, iram indignationemque ipsius in die vltionis, terribilisque iudicii thesaurizabunt. Quoniã Deus in viodicando puniendoque hostium suorum scelera, vt ait [p] Lactantius, tarditatẽ vltionis grauitate supplicii cõpensabit. Colligitque interim omnia impiorũ istorũ in vnũ contra se suamq, sponsam patrata crimina, vt postea facto iustæ & fortis animaduersionis impetu omnia seueriori tormentorũ flagello corripiat. Quod spiritus S. hac sui prophetæ voce significanter expressit.[q] *Colligata est iniquitas Ephraim, absconditũ est peccatũ eius.* Quibus verbis vnicuiq. notũ fieri voluit Deus se, velut fasciculos, cumulosq. coactos atq. ligatos vniuersa delinquẽtiũ crimina constringere, vt omnia tempore suo sempiternis post tẽporales afflictiones, si pœnitẽtia abfuerit, ignibus vstulanda deuorandaq. committat. Quod alia minimè cootemnenda similitudine Iob propheta significauit, ita Deo loquẽs.[r] *Signasti, quasi in sacculo, delicta mea.* Cuius loci non melius, quam illis S. Gregorii verbis intelligentia deprometur. *Signantur quasi in sacculo delicta nostra, quia hoc, quod nos exterius agimus, nisi pœnitentia interueniente diluamus, in secreto iudiciorum Dei, sub quadam occultatione seruantur, vt quandoq. de sigillo secreti exeat ad publicum iudicii.* In cuius doctæ & elegantis interpretationis veritatẽ pro confirmatione illud Domini Dei apud Moysem potest afferri. *Nonne hæc condita*, seu congregata, *sunt apud me, & signata in thesauris meis?* Illico subiungit, *mea est vltio, & ego retribuã eis in tempore.* Quod verũ esse sceleratorũ multorũ Deo, Ecclesiæ, pastoribus, principibus & vtriusq. Christi Domini Monarchię præfectis, cõtumacia, rebellione odio, dissidiis, & aliis cuiusq. generis flagitiis audacissimè belligerantiũ exẽplis satis apertè demonstrari poterit, si illis perscrutandis, recẽsendisq. aliquot tẽporis expẽdere licuerit. Ita Cõstãtino imperatori, vt supra diximus, in impietatibus contra fidẽ Christianã, rebellionibus & odiis contra Christi Domini vicarium, sedem Apostolicam, contra omnes orthodoxos toto Christiano orbe diffusos Episcopos efferato, & vt alteri Pharaoni indurato, ablatũ est imperium, honor,

[a] Esaiæ c. 29.
[b] Iob. cap. 4.
[c] Psal. 19. v. 8.
[d] Psal. 43. v. 6.
[e] Philipp. 2.
[f] Psal. 19. v. 9.
Vt suos liberet à multitudine innumerabili hostium Deus, hos solet terrendo destruere.
[g] 2. Paral. c. 14.
Ibid.
Deus licet lentè ad vltionem peccatorum veniat, quo tempus pœnitentiæ veræ illis hostibus suis largiatur, minatur tamen se citò ad hanc vltionem accedere vt illos peccatores per salutarem terrorem ad conuersionem vitæ deprauatæ protinus excitet.
[h] Apoc c. 2.
[k] Deut. 32. v. 35.
[l] Hier. c. 19.
[m] Ezech. c. 22 v. 4.
[n] S. Hierony. in Ezech. c. 22.
[o] Rom. c. 2. v. 5.
[p] Lactant. li. de ira.
2. Petr.
Deus tarditatem vltionis in impœnitentibus supplicij grauitate compensat, vt exemplis probatur.
[q] Oseæ c. 13. v. 12.
[r] Iob. c. 14. v. 17.
S. Greg. Lib. Moral. c. 12.
Deut. 32. v. 34
De Constantio vilissimè extincto per barbaros, Persas & Romanos ipsos Ecclesia triũphat.

vita, æternaque salus: de illo, Apostolica sede, A Rom. Pontifice, bonis Episcopis, quos perenni persecutione vexauerat, vniuersaq; Christi Domini Ecclesia toto terrarum orbe dilatata, per victores Persas, ipsasque Imperij Rom. legiones ab eo deficientes gloriosè triumphantibus. Propter quod de funesto nefarij illius Imperatoris obitu loquens S. Hieronymus hæc protulit: [a] *Dominus excitatur, imperat tempestati: bestia moritur* (nempe Constantius) *& Ecclesiæ victrici redit tranquillitas*. Paucos post annos scelestissimus dæmoniorum cultor, atque solertissimos eorum satelles iniquitatis, vltricem diuinæ iustitiæ manum de tot suis crudelissimis abominationibus prodigiosa morte persensit; atque de illo per barbaros, Deo ita decernente; & cum illis pugnante, memorabilem, planèque diuinam cum suis Prælatis & Episcopis (quos Apostata ille crudeliter exercoerat) exultans & triomphans victoriam Ecclesia retulit: [b] Qui sauciatus ictu mirabili desperando, vita cedens & moriens, sanguinē mano per aëra spargens, Christum Dominom, (cui semper furoribus suis obstiterat) victorem suum confiteri coactus est blasphemando, furiis accensus iracundiæ, verba talia proferens: [c] *Vicisti Galilæe, saturare sanguine meo Nazarene!* [d] qui *proditor patriæ suæ*, vt ait S. [e] Hieronymus, *& Christiani exercitus impugnator, Christum sensit in Media victorem, quem primum in Gallia denegauerat: dumque Romanos propagare vult fines, perdidit propagatos*. Simili diuinæ misericordiæ potentiæque virtute victrix Ecclesia de Valente crudelissimo [f] Christianorom tyranno in Arianorum castris nefariè militante à Gothis superato triomphauit. Quem iusto Dei iudicio Gothi victores, *Viuum*, vt loquitur [g] Orosius, *incenderunt. Qui propter enim*, hos namque hæresi nefanda per doctores Arianos Valens ipse deprauaoerat, *etiam mortui vitio erroris arsuri sunt*. Mitto cæteros similis abominationis bostes Ecclesiæ, Christi perduelles, piorum tortores Catholicorum. Qoi, vt est in Prooerbiis: [h] *Gradiuntur ore peruerso, annuunt oculis, terunt pede, digitis loquuntur, prauo corde machinantur malum, & omni tempore iurgia seminant; quibus extemplo veniet perditio sua, & subitò conterentur, nec habebunt vltra medicinam. Quia*, inquit [i] Lactantius, *Deus, vt est erga pios indulgentissimus Pater: sic aduersus impios rectissimus Iudex*: Qui torbinibus ventorum, rabideq; spumantibus aquarum ingentium in medio mari fluctibos, tanquam suæ iustitiæ ministris, & exercitus naualis militibus vsus est: vt de schismaticis suam faceret victricem Ecclesiam, eos in profundum maris abyssi fracta contritaque naui deturbando: qui Ecclesiasticæ pacis & charitatis v- D nitati scissuram rebelliones suæ fecerant, non in tota Ecclesia, sed in parte tantum: Non in Apostolica sede, sed io Constantinopolitana solom Ecelesia: non aduersus Ecclesiæ principem vniuersalis Rom. Pontificem, pastorem omnium fidelium Oecomenicum: sed contra S. Ignatium particularis Ecclesiæ in Oriente Episcopum, quem iniustissimè schismatici illi, vt Neophytum Photium Michaëlis Imp. impij tyrannico fauore intruderent, à sede Constantinopolitana deturbaoerant. Quorū seditiosos, rebelles, schismaticosque tumultus magnum publicæ trāquillitati vulnus inorentes, vt bonus & Catholicus Imperator Basilios sedarēt, motosque illorum

[a] S. Hieron. l. contra Luciferianos propè finem.

[b] De Iuliano Apostata S. Gregor. Nazianz. orat. 2. in Iulianum.

[c] Sozomen. l. 6. c. 2.

[d] Theodoret. l. 3. c. 20.

[e] Nicephor. l. 10. c. 34.

[f] De Valente Imp. Ariano à Gothis cōbusto Nicephorus l. 11. c. 50.

[g] Orosius l. 7 c. 33.

[h] Prouerb. 6.

[i] Lactant. l. 1. diuin. instit. c. 1.

3. Vers: *Deus clementia, mare tempestatibus, aerum peste, contra inconsutam Ecclesiæ suæ persecutores, & vtriusque Monarchiæ perturbatores potenter armat, vt patet exemplis.*

A fluctus audaciæ componeret, vel potiùs compesceret atque refrænaret, legatos ex vtraque parte contendentium, nempe S. Ignatij, & Photij nefarij schismatici Romam ad summum Pontificem Adrianum 2. mittere voluit; qui totam contentionem inter eos exortam suo iudicio, supremoque decreto terminaret atque dissolueret. Sic enim breuiter historiam narrat Anastasius Bibliothecarius. [k] *Ac ex vtraque parte* (scil. S. Ignatij, legitimi Constantinopolitani Patriarchę, & Photij schismatici nefarij adhuc Neophyti) *legatos Romam per suum Spatharium Basilium nomine, destinauit*, scilicet Basilius Imperator, *qui præsente summo Pontifice, alternatim confligerent, & iustitia suffragante, aut iustificarent Photium, aut perpetuò condemnarent. Sed diuino iudicio disertissimam partem Photij Pelagus sorbuit: & simplicissimā* B *partem Ignatij cum legato Imperiali saluam seruauit.* Hæc ipse: qui in præfatione historica super octauum Concilium de hoc agens oaufragio, nauisque Photianæ submersione in aquis validis tempestate furentibus hæc adiunxit: [l] *Sed Petrus Metropolita Sardicensis, qui contra Ignatium vnà cum sociis à Photio mittebatur, licet nouanaui, & quam ipse sibi elegerat, veheretur, naufragium simul & mortis periculum pertulit: & qui nauem Christi, hoc est Ecclesiam, sciderat, nauis suæ scissionem non inconuenienter incurrit.*

Quod si Deus schismaticos, qui particularem solùm Ecclesiam in Oriente diuisione sua turbauerant, scissione atque fractione nauis suæ in mediis vndis, in suæ pœnam rebellionis obruere voluit: quid de his schismaticis illum facturum credimus, qui vniuersam Ecclesiam, supremo Monarchicoque illius pastori reluctan- C tes, summam à Deo datam dignitatem aspernātes, Maiestatemqoe blasphemantes schismate sæuo conturbant? Atque ita sanctissimam Deo gratissimam pacis concordięqoe charitate Christiana firmatæ sanctissimi Patris, cum principibos sæcularibus Catholici fœderis, & sedis Apostolicæ cum principatibus regnisque Christianis voitatem funditus euertere oiolinotur? Quò fit, vt stupendum & horribilem Spirensis Episcopi Henrici oomine interitum terribili Dei iudicio, de hac vita repentè sublati, quod iustis Roman. Pontificis imperiis obstitisset, eiusque iudicium, quo propter scelera multa fuerat condemnatus, superbè contempsisset, quamuis alioqui mirabilem prodigiosumque mirari certè propterea minimè debeamus. Qui dū visionem de soa repentina, funestissimaque morte, qua ad pœnitentiam diuinitus inoitabatur, irrideret, sententiamqoe suæ condemnationis à Romano D Pōtifice de Cathedra S. Petri prolatam lodibrio contumeliaqoe despiceret: [m] *Cùm ad vespertinalem synaxim cum fratribus in choro staret, sensit repentè*, vt scribit Lambertus, *paruulam sibi, instar puncti, pustulam in collo excrescere (cum antea optima esset corporis sospitate, atque valetudine) qua paulatim in immensum intumescente ante mediam noctem omni destitutus iudicio, defunctus est*: Et sic *in puncto*, vt loquitur Propheta, *descendit ad inferos*, æternas diuini iodicij torsiones asperitatesq; sensorus; quod temporale sopremi Ecclesiæ pastoris iodicium fastu torgido despexisset. Nec mirum quoqoe valde videbitur, si Christus Dominus Deus pro soo Vicario contra hæreticos, schismaticosque dimicans Henrici 4. pseudo,

[k] Anastas. Biblioth. in Adriano 2.

S. Ignatij Constantinopol. patriarcha ac Photij intrusi schismatici legationis ad Rom. Pontificem: sed illa S. Ignatij saluo peruenit, Photij verò obrutu suum naui naufragio, Deo contra schismaticos pro Catholicis in mari pugnante.

[l] Anastas. ibid.

Argumento à minori ostenditur quanta pœna in Rom. Pontificem rebellantes à Deo torquebuntur.

Diuina vltio in Henricum Spirensem Episcopum, Pontificis Rom. iudicij, quo condemnatus fuerat, contemptorem.

[m] Lambertus in chronico anno Dom. 1075.

Exercitum Henrici 4. pseudo-imperatoris aduersus Rom. Pontificem cū suis schismaticis belligerantis totum poste Deus exterminauit.

a Bertold. in hist. sui temporis anno 1084.

b Auctor vitæ Henrici 4. Imp.

Imperatoris ab Antipapa Guiberto execrabili A inauguratione coronati, obsesso Romę, grassante schismaticorum proditione in castellu S. Angeli Papa Gregorio 7. exercitum furentis pestilentię mucrone, ne vno quidem milite seruato, in vltionem contra Pontificem suæ præfectum acclesię, schismatis exterminauerit: vt huius scriptur tēporis Bertoldus in historia sua meminit, & auctor huius peruersi principis vitæ, licet multom ipsi fauens, his verbis dissimulare non potuit:[a] *Nulla fortuna longa est: Nam hi, quos Imperator Romæ præsidio imposuerat, ægritudine correpti, quam & locus, & tempus intulerat (erat enim æstas)*[b] *ne vno quidem superstite, mortui sunt.* Siccine Christus dominos pro vicariu suu visibili sponsæ suæ capite, nulla sordidatæ peccati macula, nulla infuscatæ erroris, falsæque doctrinæ nebula; proque suis fidelibos vnionis Ecclesiasticæ vindicibos acerrimis sub illo militantibos, adoersus hæreticos hostes, schismaticosq; rebelles ab immaculato matris B Ecclesiæ sinu suis dissidiis, discordiisq; nefandis extorres, sine hominum manu gladiisque dimicat? Ita profectò:[c] *Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel.* Nec sois,[d] *dabit in æternum fluctuationem iusti.* Qui tandem post multas afflictionis diuturnæ lachrymas, longos luctus, gemitusque graues in Deu suo Saluatore nostro confidenter exultabuot & lætabuntur[e]; cum rebellium, hæreticorum, schismaticorumque pœnitere renuentium vindictam viderint, manusq; suas in huiusmodi peccatorum sanguine lauabūt: quo innocentiam suam pondere veritatis ab istorum impœnitentium in suis oblectantium sceleribos damnatione contestentur atque vindicent. Viso terribili Dei obstinatorum istorum pertinaciter iustis Ecclesiæ sanctæ, eius pastoris Oecumenici C decretis, imperiisque contradicentium, effundentis sanguinem, eosqoe damnatione plectentis æterna, iudicio, cautiores fiant, vt immones à peccatis, innocētiæ tincti candure sanctissimis animarū parentibus Rom. Pontifici, & Ecclesiæ Christi Domini spōsę purissimu deouti obsequio, arctiori sanctitatis bonæq; vitæ, vnitatem sacratissimam inter principatus illos in Ecclesia Dei, spiritualem nempe, temporalemque vinculo complectantur. Sic feliciter iustorum manus in peccatorum sanguine lauantur, vt SS. Patres Hieronymos, Augustinus, Cassiodorus memoriæ mandauerunt. Qoos secotus S. Gregorius dicebat in Moralibus suis:[f] *In peccatorum morientium sanguine iusti lauant manus: quia dum eorum pœna conspicitur,*[g] *conspicientes vita mundatur.* Et hoc est, oon inquinare manus, id est animum, & eius opera: sed lauare, vt purificentur. Sic enim B. loquitur D Bernardus: *Planè non inquinabit in sanguine manus, sed lauabit, vt vnde ille cruentus magis, inde iste mundior videatur: vnde ille plus fordet, inde iste pulchrius elucescat.* Sed plura currente calamo scripsi, quam præuideram. Toendi namque veritatem necessitas fluxum dicendi vberiorem stylu dedit, quem paulisper quiescere sinu, vt acutior & promptiur ad sequentis capitis assertiunes comprobatiunesque prusiliat.

c Psalm 80.
d Psalm. 40.

e Psal. 57. v. 11

f S. Hieron. August. Cassiodor. in ps. 57. in hæc læ tabitur iustus
g S Greg l 18 c. 13. Moral.

CAPVT X.

Vtilitas maxima fructusque saluberrimus huius sanctæ, vtriusque principatus vnionis ex eo clarissimè demonstratur, quod nulli fideliores, & vtiliores defensores, ac subditi Regiæ sæcularisque Monarchiæ inueniantur, piis & religiosis Ecclesiastici Pontificiique sacri principatus cultoribus, & assertoribus. Quod multis rationibus hisque solidis, hoc capite 10. & duobus sequentibus clarissimè demonstratur.

1. *Prima ratio cum tales, pij, religiosique spiritualis Monarchiæ defensores & amatores dilecti Deo, & amici sint, his ideo Deus ipse Christus Dominus benefacit, & aliis propter ipsos.*
2. *Secunda, propter charitatem sapientiamque Dei, qua pollent, quæ Christi sunt, quærunt, & salutem animarum principum, quibus fideliter seruiunt, hoc modo sibi bene beateque prospicientes.*
3. *Prosperitatis mundanæ quanta varietas, inconstantia, breuitas, atque prauitas.*
4. *Amatores vnitatis Catholicæ, cum sede Apostolica, ex charitate, bona principibus dantes consilia, liberi ac tuti sunt, per gratiam Dei ab omnibus funestis infortuniis, quibus aulici peruersi principum fraudatores, sua, non quæ sunt principum quærentes, miserè subduntur, vt clarum sit exemplis.*

AVDEO dicere noo magis libere, quam verè, hac sacrosancta pacis, charitatisque Christianæ inter sanctas illas toties in hoc opere sermonibus meis iteratas, Christi Domini in Ecclesia sua fundatas radicatasque Monarchias vnione, dum sacer Maiestatis Pontificiæ firmiter sapienterque principatus asseritur; tutam secoramque ab omoibos proditionibus inimicorum, insidiisque liberam principum Catholicorum fieri vitam, & eorum in fideles populos huius sanctæ beatæque vnionis amantissimos, gloriosam magis feliocemq; dominationem Christo Domino benedicente præstari. Quod quidem in assertione hac solidis veritatis subnixa fundamentis rationibusque radicatur; nullos videlicet fideliores & vtiliores Regiæ Maiestatis, principatusque sæcularis subditos, propugnatores, amatores, veneratores, piis illis religiosisq; spiritualis monarchiæ cultoribus & assertoribus inueniri. Qui dū honore debito summaq; obsequentis animi spirituales in regno Christi, quod est Ecclosia, fasces religione veneraotur: tem-

Propositio capitis quo veritatis nititur fundamento.

porales in Rep. regnu que sæculari (quod etiam per fidem religionem que Catholicam Christi est) eo, quod præcipit Deus, obsequio, reuerentia, amoreque fraudare minimè desiderant. Imò, quo maioris deuotionis & honoris in spirituale Christi Ecclesiæque regnum inclinatione propendent, eò maiori reuerentiæ fidelis affectus, obediētiæ, seruitijq; propensione iustis principum Catholicorum dominationibus vuluntariè subiugantur. Atque vt de salutari piorum ipsorum spiritualis Monarchiæ cultorum fidelitate seruitiuque in principes sæculares Catholica religione coruscantes vtilissimo, sicut honestissimo, nolla nos dubitatio suspensos apprehendat: proferendæ sunt in medium rationes, quæ nos, vt assertionis propositæ veritati manus demus, fortissimè compellunt. Inter quas hæc ordine prima minimè contemnenda videtur, qua fide Catholica credimus, hos Ecclesiæ sanctæ, Christique Domini vicarij principatus, ad maiorem Christi Domini gloriam strenuos amatores, fidosque cultores esse Deo gratissimos dilectissimosque, quibus propterea maximam gratiarum suarum, beneficiorumque copiam facit: atque propter eorum merita in principes Catholicos, qui illos beneuolentia complectuntur, multa bona misericorditer profundere dignatur. Quî enim illos vnicè Christus Dominus Deus non diligeret, & diligendo non suis donis muneribusque cumularet, sibi semper vera fide, religioneque pura, charitate non ficta coniunctus? vt non immeritò hos sanctos piusque spiritualis Monarchiæ sinceros amatores, huius sanctissimæ Monarchię, cum sæculari vnionis ardentissimos, Zonam auream, qua præcinctum ad mammillas Christum Dominum in raptu suo [a] Apostolicus Propheta vidit, multis cum patribus appellare debeamos.[b] *Sicut enim cingulo*, inquit Beda, *pectus astringitur, ita sanctorum multitudo* (pacis & vnionis Christianæ inter spirituales & sæculares principes obseruantissimorum) *Christo adhæret, & veluti duas mammillas, duo testamenta complectitur, vt ex his, veluti de sanctis vberibus nutriantur*. Verè Zona Christi sancti illi & religiosi Ecclesiasticæ Maiestatis amatores, & ideo aurea, scilicet ex auro charitatis, amorisque diuini confecta: qua quidem veluti vinculo perfectionis indissolubili, ambas ad vtriusque salutem Monarchias adunari inter se, connectique vehementi desiderio flagrant, & exardescunt. Propter quod nihil ardui, difficilis, laboriosique suscipere detrectant, atque deprecantur. In cuius asperitate subeunda ferendaque, *sicut aurum in fornace*, (vt loquitur [c] S. Ambrosius) *dilatati probantur*. Nec meliori titulo filij Israël in veteri lege Dei lumbare nominabantur, quàm in lege noua iusti pacem Ecclesiæ cum Rep. maximo desiderantes ardore Zona Christi Domini aurea à Spiritu sancto per os Euangelistæ nuncupantur. Dicebat Prophetæ suo Dominus: [d] *Posside tibi lumbare meum, & pones illud super lumbos tuos*. Quę verba ne magno carere mysterio quis autumaret, addidit postea Deus: [e] *sicut adhæret lumbare ad lūbos viri, sic agglutinaui mihi omnem domum Israël, & omnem domum Iuda, vt esset mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam*. Certè dici non potest ad quantum diuinæ laudis, & gloriæ fastigiū hic piorū Catholicorū sese omni officio & obsequio Ecclesiasticæ Maiestatis imperiis incumbentiū, & illius cum regio principatu confœderationis ardentium zelus accrescat: quos ideò Christus Dominus ardenter amat, & diligit iuxta illud: [f] *Dominus diligit iustos*. Quæ dilectio nō inanis & vacua, sed pretiosis donis beneficiisque fœcunda. In huius quippe dilectionis gratiā fauorēque Deus maxima & pretiosa illis promissa donauit, vt per hæc efficiantur [g] *diuinæ consortes naturæ*, accipientes [h] *spiritum adoptionis filiorum Dei. Si autem filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi*. [i] *Ad hunc quippe finem, Deus rationalem creaturam effinxit*, inquit S. Augustinus, *quæ summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, & possidendo frueretur*: hîc quidem in ænigmate, postea verò facie ad faciem in consequentis æui perpetuitate. Ad quē finem scopumque iusti, in hac vita bene viuendo collineant, omnes vtriusque fori fideles inter se sacro charitatis vinculo colligatos, tanquam viua corporis Christi, quod est Ecclesia, membra, ipsi Christo Domino Angelorum, Catholicorumque hominum capiti diuino copulare conantes: Quos charitatis ardore flagrantes Deus non modo seruorum, sed etiam amicorum titulo honoreque dignatur. Quo sæpius in sacra Scriptura iustos diuinæ amatores vnionis affecisse legimus, vt Abrahamom, de quo loquens generosa mulier ait: [k] *Abrahā Dei amicus*: Sicut de aliis iustis Dauid antea loquēs deo dixerat: [l] *Nimis honorati sunt amici tui Deus*. Quos ad diuinas epulas, ita sponsus æternus inuitabat: [m] *Comedite amici*. Sapientiæ, pietatis, iustitiæ, charitatisque, [n] *Infinitus est thesaurus hominibus, quo qui sunt vsi participes facti sunt amicitiæ Dei*. Propter quas virtutes Abrahamum fidelium parentem amicum suum apud Esaiam Deus appellauit: [o] *Et tu Israel serue meus, Iacob, quem elegi, semen Abraham amici mei*. Ita Christus Dominus in Euangelio suos affabatur Apostolos: [p] *Dico autem vobis amicis meis*, & in eodem apud S. Ioannem: [q] *Iam non dicam vos seruos, sed amicos*: Et apud eūdem, [r] *Vos amici mei estis, si feceritis quæcumque præcipio vobis*. Cum ergo pij illi, iustique Maiestatis Ecclesiasticæ principatusque spiritualis amatores, & adoratores Dei nostri, mundi Saluatoris amici nominentur, reueraq; sint: quid mirum si tot illis Deus beneficia largiri soleat; & propter eos principibus Catholicis, quibus volentibus, ingenuéque audientibus, salutaria ab illis consilia suggeruntur, quæ effectu postea sapienter exequantur? Propter magnas innocentis à fratribus venditi Iosephi virtutes domum Putipharis Ægyptij Deus multis donis benedictionibusque repleuit. Ait enim scriptura: [f] *Benedixit Dominus domui Ægyptij propter Ioseph, & multiplicauit, tam in ædibus, quam in agris cunctam eius substantiam*. [t] Guntharij familiam, licet Ariani, fratris Genserici Regis VVandalorum propter S. Paulini præsentiam (qui vuluntariè, vt filium viduæ redimeret, ipsi barbaro se vendiderat) multis Deus prosperitatibus temporalibus, terrenisque locupletauit. An est qui iure dubitare possit de fœcunditate bonorum, abundantiaque prosperitatum, quibus regna & imperia principum Catholicorum beare, fortunareque Deus sua profusa benignitate munificentiaque misericordī dignabitur, si apud eos recta, iusta, salutariaque monentes pij Maiestatis Pontificiæ, spiritualisque dominationis religiosè cupidi & appe-

1. Ratio. Iusti (aepi) Ecclesiastica Monarchia cultores grati Deo multa ab illo sibi & aliis beneficia capiunt.

a Apocal. c. 1. S. Augustin. Beda Ticonius in hunc locum.

b Beda in 1. Apocal. in hæc verba, præcinctum ad mammillas.

Iusti Catholici pro vnitate vtriusq; Monarchiæ laborantes iuncti Deo Zona Christi Domini aurea dicuntur.

c S. Ambros. in c. 1. Apoc.

d Hierem. c. 13. v. 1.

e Hierem. ibid. v 11.

f Psal. 145.

g 2. Petri c. 1.

h Rom. c 8.

i S. August. l. de diligendo Deo c. 2.

Iusti Dei amici dicti.

k Iudith c. 8.

l Psalm. 138.

m Cantic. c. 5 v 1.

n Sap. c. 7.

o Esaiæ 41.

p S. Luc. 22.

q S. Ioan. 15.

r Ibid.

f Genes. 39. v. 5.

t Victor Vticens. lib. 1. VVandal. persecut.

tentes plurimum auctoritatis beneuolentiæque sortiantur?

2. Pars. In 2. ratione sitâ.

Huic primæ rationi subiungo secundam. Quod cum isti pij religiosique tantæ Maiestatis, dignitatisque Ecclesiasticæ cultores esse non possunt, quin magna charitate singularis salutarisque sapientiæ fontibus irrigata polleant: *Quæ non quærit, quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi:* fieri non potest, quin sapientes illi tanta charitate præstantes, principibus eorumque populis, atque principatibus maximè prosint: dum non eorum bona temporalia sibi quærunt, sed illorum salutem animarum, cum regni prosperitate huius æstu diuinæ charitatis incensi, Dei iussa facientes, desiderio spiritualis potestatis, cum temporali confœderationis puro, ardentique vehementer inflammati procurant. Eo principibus illis acceptiores charioresque sunt, & inde ad persuadendum illis salutaria potentiores, quò magis suam ab illis charitate hac Christiana feruentibus[a] salutem quæri, non famam nominis sui, fortunasque principatus sui lædi conspiciunt. Maximus tantæ charitatis fructus apparuit in Imperatoris Othonis huius nominis 3. conuersione, pijs S. Nili in monte Gargano assiduis mentis ad Deum eleuationibus occupati monitis, quæ Imperatoris animo purioris vitæ persuasionem potenter inseuerũt: quod illa de puro corde magni Ecclesiasticæ Pontificiæque dignitatis amatoris, diuinis Christianæ charitatis ignibus accensi profluere Imperator agnosceret.[b] Cui cum in illa confabulatione cum illo S. Patre habita diceret: *Pete à me, tanquam à filio tuo, pater, quodcumque volueris, & cum omni alacritate perficiam tibi. Beatus verò Nilus* (inquit discipulus eius) *cum extendisset manum ad pectus Imperatoris, dixit illi: Nihil aliud peto ab imperio tuo præter salutem animæ tuæ, licet enim Imperator existas, tanquam vnus de hominibus debes mori, & ad iudicium venire, & rationem reddere eorum, quæ fecisti bonorum, siue malorum operum. Hæc cum audisset Imperator, guttas lachrymarum profundebat ex oculis suis. Deinde coronam suam in manibus S. Nili deponens, ab ipso benedictionem adeptus, cum omnibus, qui cum illo erant, iter suum persecutus est, & iui.* Qui postea salutares sanctasque huius Patris sanctitate admirabilis exhortationes perpetuò recolens, exacta illarum obseruatione iustior in dies, atque religiosior euasit. Hac iustorum via charitatis ad mirabiles magnorum principum, in maiorem Dei gloriam, vitæ conuersiones ascenditur, vt bene sit illis, & eorum populis. Sic cum maiori bonorum amplitudine regnis eorum principatibusque felicitas accrescat; cum non tã priuata principis persona, quam Regia in eo dignitas, officiumque principis attendatur: vt vna cũ illius vitæ temporalis, & æternæ lucro populi salus libertasque pariatur.[c] Duos suæ Curiæ Nobiles Aulicos Magnus Alexander Craterum, & Ephestionem singulari beneuolentiæ suæ familiaritatisque fauore fortunabat, fortunatosque præ aliis exhilarabat. Verum Cratero plus honoris amorisque, quam Ephestioni deferre se atque impendere dicebat: *Quod ille Regem magis, hic verò Alexandrum diligere, amoreque venerari cernerentur.* Ita planè illi Catholici fideles Pontificiæ spiritualisque Monarchiæ sinceri strenuiq; dilectores, quorum mentes Christiana charitas incendit, Cratero mihi similes esse videntur, qui non tam Ludouicum, quam Regem hoc nomine insignitum; nec tam personam hominis priuatam, quam publicam, viuam Dei imaginem iustè piéque dominando repræsentantem, omni reuerentia, honore, fidelitate, obedientia, amoreque complectuntur. Hi sunt integri vitæ, scelerisque puri, qui perpetuam & indissolubilem inter vtrumque Christi Domini in Ecclesia Catholica principatum, pacis intemeratæ societatem, ardentioribus votis apperentes, sapienter publica commoda et probitate regentium pietateque deriuata in fortunas prosperitatesque populorum fluere prospicientes: illis ea charitate bene consulunt, suisque consiliis salutaria suggerunt, diuinæ nempe misericordiæ, gratiæ sibi elargitæ, collatæque nullis suis meritis agnitionem. Vt in prosperis, medioque Maiestatis Regiæ splendore erga Deum Christum Dominum dominantium demissè humiliterque se gerant, clementer subditis, veluti filijs parentes, se propitios, atque salutares exhibeant: Ne ab alto prosperitatis humanæ fastigio corruant, atque labantur. Cui quam multa in hoc mundo ad ærumnas extremas insidientur, cogitatione concipere, nedum verbis exprimere qui rectè possit, arbitror esse neminem. Propterea Dauid in altissimum Regiæ Maiestatis verticem diuina miseratione prouectum ne ab eo decideret, ita Deum suum precando clamabat:[d] *Lætetur cor meum, vt timeant nomen tuum,* & consilium, quod bonum sibi dederat, sic aliis sibi similibus principibus regibusque mundi magno salutis eorum incensus amore suggerebat:[e] *Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram; seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Quid ad hæc magnus Augustinus? *Quomodo* (inquit) *iucunditas, si timor?*[f] *Quia modo iucunditas debet esse cum timore: quia nondum est plena securitas?* Quis principum terræ, si sapiat, ad hanc Domini vocem non stuperet vtiliter, vt intra humilitatis modestiæque lineas se muniret?[g] *Viuo ego, dicit Dominus, quia si fuerit Iechonias filius Ioachim Regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellam eum.* quæ verba alium comminationis mysticè sensum non habent, quàm quod principes potentesque mundi prius à Deo dilectos, & tanquam annulos aureos in manu pretiosis exornatos lapillis in honore, & pretio habitos ab ipso Deo, si se ignorauerint, diuinorum beneficiorum immemores reprobatum iri: sicque propter ingrati animi maculas sordesque deprauatæ vitæ, ex alto humanæ felicitatis solio in profundum calamitatis temporalis abyssum, quem æterna sequitur, funestissimè collapsuros. Intelleximus videlicet ea sacris oraculis, animalia illa mystica eò[h] vigilantiora esse debuisse, quò vicinius diuino throno propinquabant: Quòd hostes & inimici longè plures esse soleant, qui felicitati cum nimia securitate coniunctæ seueriùs insidiantur, teste S. Hieronymo hæc Dauidica:[i] *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis,* sic interpretante,[k] *Plures sunt, qui insidiantur dexteræ, quam sinistræ: Propterea à latere mille cadent, & à dextris decem millia. Vbi enim maior pugna, maior victoria.* Securior quondam confidentiorque Dauid, quam dominationis principem terrenæ decuit: cum in prosperis exultaret, nihilque de aduersitate ventura suspicaretur, oblitus nimium gratiarum Dei, à quibus prospera

Iusti Ecclesiastica Monarchiæ cultores non bona temporalia, sed salutem principum quærunt.

a Can. cauendum 23. q. 4.

b In vita S. Nili ab eius discipulo cõscripta.

Otto 3. Imp. cognita S. Nili charitate ad meliora eius monitis conuersus est.

c Plutarch. in Alexãdro, & apophtheg.

Solius est amare Regem publicam fungentem personam quam priuatum hominem in dignitate summa constitutum.

Pia iustorum consilia qualiter se gerere debent principes in summa constituti dignitate, ne abea decidant, fideliter admonentur.

Principum principatus magnis obnoxii calamitatibus periculisq; funestis.

d Psalm. 85.

e Psalm. 2.

f S. August. in Psal. 85.

g Hierem. c. 22. v. 24.

h Ezech. c. 1. Apocal. c. 4.

i Psalm. 90.

k S. Hierem. in psa. 90. v. 7.

ipsa manabant: statim recedente à se diuino fauore, prosperitatis occasum, ortumque calamitatis exitiosæ miserabili conuersione persensit. Tunc exclamauit ad Dominum superbæ confidentiæ pœnitens: [a] *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum: Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.* Prosperitatibus meis, necnon gloriæ, diuitiarumque meatum splendoribus dedisti tua misericordia gratiaque firmitatem. Sed quid postea de suo in ærumnas, & infortuuia lapsu gemens confiteri non erubuit? [b] *Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.*

a Psal. 29. v. 7.
b Ibid v. 11.

3. Pars. *Prosperitatis mundana quanta varietas, inconstantia, breuitas atque prauitas*
c Zachar. c. 6.

Quantis autem varietatis, inconstantiæ, breuitatis, prauitatis motibus, procellisque fortunæ regum principumque prosperitates in hac miseriarum valle infeliciter obnoxię subdantur, sæpius in scriptura sacra Spiritus sanctus edocuit. Cuius agitantis diuino calescens ardore, [c] Zacharias istarum prosperitatum varietates, subitasque in deterius agitationes admitans, easque volens exprimere, quatuor mundi imperia, quatuor ventis ex quatuor terræ partibus, ex diametro inter se flando pugnantibus designauit. Inconstantiam verò regnorum volubilem mundi, fallacemque gloriam eiusdem Spiritus sancti meditatione saturatus [d] Ezechiel attendens, non meliori eam similitudine, quàm quę à rotis fortunæ deducitur, expressit; cum singulis illis animalibus quibus 4. mundi notabantur imperia, singulas adhæsisse rotas facilè in omnem partem moueri ciericque procliues se vidisse, spiritu Dei viui monstrante, testatus est. Miram verò istarum vanitatum prosperitatumque infelicium breuitatem, instantaneamque durationis spatium, quî potuit Propheta Isaias melius exprimere, quàm cum potentibus mundi dixit: [e] *Fortitudo vestra, quasi fauilla stuppæ: & opus vestrum, quasi scintilla.* Adde quod huius mundi facultates & opes turbulentæ sint, & multorum iurgiorum, seditionum, pugnarumque fomites. Sancta scriptura loquens de facultatibus opulentis Abrahæ & Loth. [f] *Erat* (inquit) *substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter: vnde & facta est rixa inter pastores gregis Abraham & Loth.* Quanta verò vitæ prauitas læsioque virtutis his turbulentis, inconstantibus, instantaneis, mutationique in peiora procliuibus mundanorum principatuum prosperitatibus annexa sit, hæc apud Hieremiam Dei querela satis, expostulatiuque manifestat: [g] *Saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur.* Et illa Deuteronomij, [h] *incrassatus, impinguatus, dilatatus dilectus meus* (scilicet cui tanquam dilecto & amico multa bona opesque contuli) sed ingratus meorum beneficiorum: *recalcitrauit*, vereque Dauid *prodijt* (inquit) *quasi ex adipe iniquitas eorum*, [i] ex abundantia videlicet tēporaliū terrenarūque facultatū. Quam quidem iniquitatem simul & intolerabilem in Deum potentium diuitūque mūdi ingratitudinē videbat Propheta, videndoque detestabatur, qui aduersus tales iniquos ingratosque potentes mundi cum indignatione dicebat: [k] *Contra omnipotentem roboratus est: cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.* In quem locum S. Gregorius hæc aurea protulit: [l] *Potens iniquus pingui ceruice contra Deum armatur, quia rebus temporalibus tumens contra præcepta veritatis quasi de magnitudine*

d Ezech. c. 1.
e Esaiæ 1. v. 31.
f Genes. 13.
Prauitas prosperis mundana celsitudinis adiuncta.
g Hierem. c. 5. v. 7.
h Deuteron. c. 32. v. 15.
i Psal. 72. v. 7.
k Iob 15. v. 25.
l Greg. in 15. Iob v. 25.

A *carnis erigitur.* His ritè prudenterque consideratis, atque recto iudicij examine trutinatis, quis non dicet magnæ charitatis esse, præstantibus sapientia Christiana viris, fœderis, & pacis inter vtriusque fori potestates salutaris amatoribus, benè reuerenterque societatis Catholicæ principibus ex conscientia consulere. Vt in prosperis non inflentur; vt in bonorum multorum à Deo misericorditer oblatorum abundantia, Dei ipsius immemores non superbia turgescant; vt magnis opibus, honoribus & viribus ad nutum, cordisque desideria fluentibus non abutantur; vt non in magna potentia, & facultatum opulentia, populorum sibi diuina miseratione creditorum bona, libertatem, fortunas, salutemq; contemnant; vt denique dū populis ex iustitia, & æquitate dominantur, Christi Domini Regis Regum, & Domini dominantium in seipsos imperium humiliter cum magna deuotione pietateque reuereantur. Sic eum Regio Propheta. [m]
B *Prouideant Dominum in conspectu suo semper.* Ne à magnitudine regiæ celsitudinis periculosè commoueantur. Sic: [n] *cum metu & tremore salutem suam*, in sanctitate & iustitia regnantes, pacemque Christi cum Ecclesiæ principatu seruantes, operentur. Hæc sunt fida sanctaq; consilia principibus Catholicis in charitate non ficta religiosè suggerenda, ipsis consultoribus, sicut & principibus illis maximè salutaria.

3. Ex præcedentibus constat; quam salutare Reip. Christianæ & Ecclesiæ: quamque meritorium, pijs consultoribus benè sapienterque magnis Catholicisque principibus ex charitate vera consulere.
m Psalm. 40.
n Philip. c. 2.

Qui quia propter Deum ex pura conscientia principibus, regibusq; Christianis fideliter, cum magno charitatis affectu famulantur, hisque recta salutariaque pari fidelitate pietateque consulunt; non sua, sed Iesu Christi quærentes tuti sunt, ac liberi, diuina protecti gratia in suorum
C traditione consiliorum ab omnibus illis infortunijs exitiisque funestis, quæ insipientes Aulici, male prouidi principum Regumque plus æquo familiares sæpius incurrunt: atque bis præcipites, lapsuque grauiore ruentes inuoluti miserrimè consumuntur & pereunt. Mutata facie regij fauoris, variataque principalis, aut imperialis auræ velificatione. Verè namque dixit ille: [o] *Plerumque regiæ voluntates, vt vehementes, sic mobiles, sæpe ipsæ sibi aduersæ.* Qui propter suas vtilitates, priuataque commoda non habentes conscientiam, à probitate sincera naufragantes irreligiosi adulatione libertina, fallacique principibus applaudunt, non tam fideliter pro principis salute seruiendo, quàm fraudulenter pro commoditate sua, priuataque vtilitate blandiendo. Multa sunt Aulicorum huiusmodi funestissimi interitus, & exitij apud bonos auctores exempla.
D Si sacras Scripturæ paginas euoluere liceat, Achitophelis infelix exitium inueniemus, qui sibi laqueo mortem miseram desperando consciuit: Quod Absalon, quem in patrem Dauid nefandis consiliis armauerat, alienatæ à se voluntatis effectum, suum despexisse consilium peruersè datum, malamque persuasionem respuisse cognouisset. Inueniemus & scelerati consultoris [p] Aman ignominiosum infelicemque vitę exitum, postquàm, tamdiu maximo Regis Assueri fauore amicitiaque tam familiariter vsus esset, vt ab illo rege, cui quasi propter ingentem mentis affectum pater haberetur, in imperio primus esset. Tandem, O miseriam mundi, fallacemque fortunam! ipsius principis valdè à priori fauore mutati decreto, in patibulo, quod ipse Mardo-

4. Pars. Amatores vnitatis Catholicæ cum sede Apostolica pontificeque maiestate, ex charitate bona principibus dantes consilia liberi, ac tuti sunt ab omnibus infortunijs funestis, quibus Aulici peruersi principum fraudatores sua, vt principum quærentes misere subduntur vt sequentia testantur exempla.
o Salust. de bello Iugurthino.
l. 2. Reg. c. 17. 1. Achitophel.
p Esther c. 7. 2. Aman.

A

chæo innocenti nefarius erexerat, misere turpiterque vitam finire coactus est. Si profanas historias replicare iuuet, [a] Clitum quondam Alexandro Magno dilectissimum, omnia sub illius imperio ad voluntatis suę notum libitumque desiderij faciētem, postea mutato in furorem, iram & odium principis amore, propria ipsius manu gladioque peremptum, morte proprio sanguine cruentata, infeliciter expirasse videbimus. Simili exitu misero alterum huius Alexandri dilectissimum, Magnum aliquando copiarum ductorem, bellique ducem [b] Parmenionem, eiusdem Alexandri voluntate animam exhalasse comperiemus. Si in romana, facta gestaq; scriptorum monumentis consignata descendere placeat, magnum prodigium stupendumque spectaculum in ignominiosissima funestissimaque Seiani morte conspiciemus, postquā sub Tyberio illius principis fauore & amore tot honoribus, facultatibus, potestatibus, dignitatibus, prosperitatibusque super omnes eminentibus abundauerit, vt [c] omnes per fortunam Seiani iurarent, de quo multa superius:

a Plutarc. in Alexand. 3. Clitus.

b Plutarc. ib. 4 Parmenio.

B

c Dio Cassius l 58. histor. Rom & alij

d Iuuenal. Satyr. 10.

Seianus ducitur vnco, clamat Satyricus,
[d] *Spectandus: gaudent omnes: quæ labra? quis illi*
Vultus erat? nunquam, si quid mihi credis, amaui
Hunc hominem: sed quo cecidit sub crimine? quisnam
Delator? quibus indicijs? quo teste probauit?
Nil horum: verbosa & grandis Epistola venit,
A capreis. Bene habet! nil plus interrogo! Sed quid
Turba tremens? Sequitur fortunam, vt semper & odit
Damnatos.

Notæ sunt in Rom. versatis historia [e] Perennij & Cleandri neces; noti cruentati proprio illorum sanguine, iussu Cōmodi Imperatoris exitus; quos tantis ille in delitiis habebat, vt vix illorum consortio familiaritateqoe vllo tempore priuari posset: propter quod vulgò duo illi Aulici, *Imperatoris oculi brachiaque* nuncupabantur. [f] Ablauium sub Constantino Magno felicissimom, ad quem multa in Codicibus Theodosiano & Iustiniano rescripta illius Imperatoris extant, prospera non semper fortuna seruauit. Quem in fine vitę miserę deserendo nouerca fefellit: quemque propterea multi *Pilamfortunæ*, illius miserantes exitium scriptores appellarunt. Quid [g] de Ruffino dicam omnimodam in imperio potestatem sub Impp. Theodosio & Arcadio patre & filio consecuto, tot auctore tragœdiarum, tot malorum, calamitatumque sub illis Impp. artifice? Cuius extrema vitæ, quanti luctus, dolores, calamitatesque crudeles occupauerint, horret animus commemorare. Solùm de eius sæuissimo interitu ab exercitu, post tot proditiones in Imperatorem, imperiumque sęuissimas, fraudulentas ab illo conceptas patratasque consiliis, interempti trucidatique Poëtę pagani carmina, atque versus audiantur: [h]

e Lampsid in Commodo. 5. Seianus parte 3. l. 4. 6. Perennius, & Cleander.

f Sozom. l. 2. Eunapius in vita philosophorum. 7. Ablauius.

C

g Marcellin. in chronico anno 395. Socrates l. 6. c. 1 8. Ruffinus.

D

Mox omnes fodiunt hastis: artusque trementes
Dilaniant, vno tot corpore pila tepescunt:
Hi vultus auidos, & adhuc spirantia vellunt
Lumina, truncatos alij rapuere lacertos.
Amputat ille pedes; humerum quatit ille solutis
Nexibus. Hic fracti reserat curuamina dorsi;
Hic iecur, hic cordis fibras: hic pandit anheli
Pulmonis latebras. Spatium non inuenit ira,
Nec locus est odijs, consumpto funere, vix tum
Deseritur, sparsumque perit per rela cadauer.

h Claudianus in Ruffin. l. 2.

A

Quid de exitu misero [i] Eutropij Eunuchi sub Arcadio Imp. post cousecutas tot honorum, potestatum, dignitatum, facultatumque sublimitates commemoratione refricabo? De cuius ex infimo loco fęceque populi ad primos imperij gradus honoresque prouecti superbissimo fastu summæ crudelitati coniuncto, idem poëta Claudianus ita cecinit: [k]

i Sozom l 5. Socrat. l. 6. c. 5 9 Eutropius.

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum
Cuncta ferit, dum cuncta timet: desæuit in omnes,
Vt se posse putent. Nec bellua tetrior vlla est,
Quam serui rabies in libera colla furentis.

k Claudian in Eutropiū l 1.

B

De summæ prosperitatis huius in summam calamitatem miseriamque lapsu multa ex S. Chrysostomo [l] supra diximus. De funestissimo vitæ exitu [m] Stiliconis ex altissimo prosperitatis cuiusque generis, quæ mundanis competere potest, culmine in profundissimam miseriarum calamitatūque voraginē illico delapsi similiter hoc loco nihil dicā, cum superius illius cum filio funestissimæ ab exercitu Rom. trucidati sub Honorio Imp. cladis, necisque meminerimus. Taceo Flauium Antiochum similes miserias, tragicosqoe fortunæ fallacis exitus sub [n] Theodosio Iuniore grauiter expertum, in hoc, calamitate superioribus Aulicis inferiorem: quod ex Eunucho Patricius, Consulque factus, delatus postea apud Imperatorem Theodosium Iuniorem, bonis spoliatus & honoribus, redactus in ordinem, vt asperius effugeret pro crimine supplicium, clericali se professione protexit. Omitto funestum acerbumque casum [o] Petri de Vineis, quem Imperator Fridericus 2. sibi à secretis antea dilectissimum, postea conuersa beneuolentiæ suæ dulcedine in amaritudinem indignationis & odij oculorum priuatione sæuissimè mulctatum, hostibus afficiendum ludibrio irrisioneque indignissima turpiter exposuit. Quanta fortunæ sit perfidæ volubilitas, mundanæque prosperitatis Aulicis misere blandientis fragilitas, in persona Petri [p] Brocæ maximis à Philippo Rege Franciæ Sancti Lodouici filio in delitiis habiti supra [q] monstrauimus Accipe nunc lector Aulicorum superbias, proditiones, *insidias; & crimine ab vno disce omnes*, infeliciaque prauorum ab illis, quæ sua sunt quærentibus datorum principibus consiliorum præmia! Liceat nobis stupenda, calamitosaque improborum Aulicorum facta, diu multumqoe cogitatioue matura in animo reuoluentibus exclamare cum illo: [r]

l S. Chrysost. orat. in Eutropium, & contra Eutropium.

m Sozom l. 9 c. 4. 10 Stilico.

11. Flauius Antiochus.

n Suidas in Theodosio Iuniore.

C

o Krantius in Saxon & alij huius temporis scriptores germanici. 12. Petrus de Vineis.

p Ex Massonio l. 3. in Philipp. 9. 13. Petrus Broca.

q 4 part. 3.

D

——— *Iam non ad culmina rerum*
Iniustos creuisse queror. Tolluntur in altum,
Vt lapsu grauiore ruant, &c.

r Claudian. l. 1. in Ruffin.

O cæci, & in fragili prosperæ, momentaneæque fortunæ flatu malè gestiendo dementes! qui nimium suæ prudentiæ, vel insaniæ potius fidentes, ita sibi de familiaritate beneuolentiaque principum nullo solido virtutis meritique fundamento subnixi blandiuntur: vt auctoritatem gratiamque, qua apud eos valent plurimum, perpetuam, nulloque tempore defuturam sibi arbitrantur! Non considerantes, quam sit anceps fallaxque

fallaxque mundanæ prosperitatis aura, quam sit spes mundanorum fragilis, quam inanes Aulicorum praua adulatione regum principumque auribus insidiantium, animisque turpiter illudentium cogitationes: quæ in medio spatio sæpe frăguntur & corruunt, & ante in ipso cursu reflantibus aduersę, mutataque principum voluntatis, affectusque ventis obruuntur, quam suorum desideriorum portum conspicere possint. Sed his malis acerbis, funestisque casibus contraria prospera feliciaque omnia piis illis religiosisque, de quibus iam multa superiùs verba fecimus, Catholicorum principum consultoribus, dăte Deo illis affluenter adueniunt. Qui ridentibus sibi huius mundi prosperitatibus à principum fauore profectis, earum agnoscentes inconstantiam, remeritatemque minimè credunt: sed modestè sui fauore principis vtentes, quæ ex conscientia, deique præscripto facere tenentur: quique, vt deuotissimi sunt spiritualis Monarchiæ, pontificiæque Maiestatis obseruatores, sic & fidelissimi Catholicorŭ principŭ regni & principatus assertores, propugnatores & amatores habentur. Quibus[a] propterea quærentibus regnŭ Dei & iustitiam eius, omnia quæ iustè piéque optari possunt, adiicientur.[b] *Quemadmodum enim*, inquit S. Chrysostomus, *qui humanam gloriam captant, à diuina prorsus excidunt: ita qui diuinam sectantur, continuò neque hac priuantur. Id quod Christus hoc loco promisit, dicens: Cætera omnia adijcientur.* Cuius mysterij figura in veteri testamento præclara significationem Deo detegere placuit, cum dixit:[c] *Nullus insidiabitur terræ tuæ ascendente te & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno.* Moris erat Iudæis in quacumque parte terræ sanctę atque promissionis sua cuique tribui sorte statuta morarentur, ter in anno in templum sacrificandi, Deumque verum adorandi causa, solis domi paruulis, mulieribusque relictis, ascendere. In quo itinere plerique Iudæorum longo locorum interuallo ab vrbe Hierosolymitana distantes, eos per aliquot dierum spatia, vt hoc iter peragerent, à domo sua oportebat abesse, sed nunquam illis causa religionis absentia damno fuit; promittente Deo, nihil eos in familia sua, hac absentes occasione detrimenti accepturos, nullosque grassatores furesque illorum absentium à domo sua, rebus fortunisq; vt eas deprædarĕtur, & auferrent, insidiaturos. Hac nimirum figura in rei veritate bene fundata, hoc mysterium inuolutum Deus euoluere voluit, iustis nimirum, & ex charitate deo, Ecclesię, reiq; publicæ fidelitate Catholica seruientibus, hocq; modo regnum Dei & iustitiam eius benè quærentibus temporalia bona ad vitam, salutemque necessaria nullo vnquam tempore defutura. Sed de hac causa secunda, rationeque, cum digressione ad illius illustrationem maximè necessaria dictum satis: Ad tertiam veniamus.

a S. Matth. 6 *Quærentibus æterna dat etiam Deus temporalia.*
b S. Chrys. hom. 14. in Genes.
c Exod. c. 34. v. 24.

CAPVT XI.

Pij illi Ecclesię regni defensores & amatores, quia iusti sunt, honorare & colere Catholicos principes ob beneficia, seruitiaque illorum in Ecclesiam Dei collata debent, vt reuera faciunt magno charitatis ardore, prouocătes eos ad sanctam cum Ecclesia pacem, sine qua neutra Monarchia prospere subsistere potest.

1. *Vaticinia prophetarum de seruitiis, & oblationibus bonorum à Catholicis principibus Ecclesiæ Dei consecrandis.*
2. *Consideratio tot beneficiorum, seruitiorumque à piis principibus Ecclesiæ collatorum iustos magis inflammat ad fidelissimè talibus seruiendum principibus, tantò illis fideliores, quantò sanctiùs Deo seruiunt. Sicut contrarium in impiis fidei Deo datæ violatoribus accidit.*
3. *Iusti pacem Ecclesiæ cum sæculari principatu, eiusque prosperitatem vehementer appetentes, principibus fidelibus deuotè, ac fideliter seruiunt, eorum gloriam & salutem ex charitate procurant, sine qua pax illa subsistere non potest.*
4. *Pro infidelibus principibus orare iussum in sacra scriptura, & pro hæreticis Ecclesiæ decreto ad eorum conuersionem, vt in pace viuatur.*



T igitur firmiore doctrina semper, solidioreq; veritatis fundamento capitis huius thema propositionemque consolidemus, nullos videlicet fideliores, vtilioresque Regiæ Monarchię subditos atq; defensores, quam qui piè religioséque iuxta legis diuinæ dictamen, & imperium, Ecclesiasticæ Monarchiæ, sacroque Pontificis Romani principatui, summum honorem, reuerentiam, amorem obsequiumque de corde puro conscientiaq; sincera vouent, consecrant & exhibent. Pro tertia ratione ponă illud in capite nostræ probationis, illos iustos esse, & à iustitiæ æquitatisq; Christianæ regulis, ne latum quidem vnguem velle recedere: aliàs nec pij, nec religiosi huius spiritualis Christi Domini Monarchiæ defensores esse possent & haberi. Si autem iusti, vt reuera sunt, profectò principibus Catholicis, & bonis omnia reuerentiæ, amoris, seruitijque fidelis officia exhibere diuina humanaque lege tenentur, considerata beneficiorum seruitiorumque magnitudine, quæ sæpius pij principes in Ecclesiæ, suæ & nostræ Matris vtilitatem, splen-

Qq

dorem salutemque liberalissimè profuderunt: A prout oracula Spiritus sancti longè ante incarnati verbi tempora prędixerant. Sic enim Deus ante filij sui incarnationem aduentumque in has inferiores mundi partes futuram Christianorum parentem alloquitur Ecclesiam. [a] *Pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita, & non erat, qui per te transiret, ponam te in superbiam sæculorum.* Quid altius, quidue sublimius de Ecclesia Christi incarnandi futura à Deo dici potuit, quam vt in superbiam populorum poneretur? cum illis verbis Deus ipse significare voluerit, illam se adeò illustrem, sublimem, gloriosamque sponsam filij sui incarnati & habitantis in fidelibus hominibus facturum, vt potentissimi, locupletissimi & gloriosissimi huius mundi Reges ac Principes deposita & eiurata omni paganicæ superstitionis infidelitatisque putredine, in illius sinum gremiumque, veluti tutissimum salutis suæ portum confugientes, maximæ gloriæ, felicitatis- B que loco ductum sint, si illi fidele seruitium cum eorum, quibus abundant, oblatione bonorum exhibere possint, atque consecrare. Quod non obscurè S. Ioannes his verbis in Apocalypsi significauit: [b] *Et ambulabunt gentes in lumine eius* (scilicet ciuitatis Dei, quæ est Ecclesia) *& Reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam:* vt hæc Isayæ longè ante prædicta complerentur: [c] *Surge, illuminare Hierusalem,* scilicet spiritualis & mystica, quæ est Christi Domini in terris militans Ecclesia: *Quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est: & ambulabunt gentes in lumine tuo.* Pro quo in tertia persona sanctus Propheticus Euangelista dixit: [d] *Et ambulabunt gentes in lumine eius,* pergit Esaias: [e] *Tunc videbis & afflues, mirabitur, & dilatabitur cor tuum: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.* Post hæc ad clariorem superiorum intelligentiam sequentia subiunxit: *Me insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longè: Argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini Dei tui, & sancto Israël, quia glorificauit te.* En quanta diuitiarum, mundi bonorum, honorum magnitudo & abundantia, quæ Principes & Reges terrę in obsequium, seruitium & gloriam Ecclesiæ Dei ad Christi Domini conuersi fidem debebāt, liberali deuotaque largitate profundere. Quid postea sequitur, ad huius complementū regię largitionis vndequaque lasatis charitatis viuæ fontibus? [f] *Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi. Et aperientur portæ tuæ, iugiter die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium.* Similia habet S. Ioannes citato supra lo- D co. [g] *Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim* (scilicet infidelitatis) *non erit illic: & afferent gloriam & honorem gentium in illam.* Subdidit postea Deus continenti filo sermonis: *& Reges eorum adducantur. Gens enim & regnum, quod non seruierit tibi, peribit: & venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt se, & adorabunt vestigia pedum suorum omnes, qui detrahebant tibi.* Quibus verbis denuntiabat Deus, infideles principes, vel filios eorum ac natos natorum, ab illisque nascituros, qui oppressione tyrannica bella horrida, truculentasq; persecutiones in hanc Christi Domini sponsam fidelium matrem, eiusque regnum violenter excitauerant: agnito postea errore atque scelere pœnitentiam facturos; seque in illius

Vaticinia prophetarum de seruitijs & oblationibus bonorum à Catholicis principibus Ecclesiæ Dei consecrandis.
a Esaiæ c. 60.
b Apocal. c. 21. in fin.
c Esaiæ c. 60. v. 1.
d Apoc. c. 21.
e Esaiæ ibid.
f Esaiæ c. 60.
g Apoc. 21. in fin.

A matris sinum, facta regni populorumq; conuersione, recepturos, cum omni reuerentia, honore, obsequio, traditioneq; bonorum ad illius pastoris Pontificis Rom. pedes religiosissimè procumbendo. Vnde sequitur, [h] *Suges lac gentium, & mammilla regum lactaberis.* Verè suxit Ecclesia lac gentium, & populorum terræ regibus principibusq; subditorum, & ipsorum Regum mammillis lactata est, cum oblationibus bonorum temporalium à conuersis ad Christi fidem populis datorum locupletata est, interueniente regum principumque Catholicæ religioni mancipatorū cōfirmatione & approbatione, qui similiter suorū principatuū facultates & copias ipsius obsequio, seruitioque consecrarunt, vt illud regij vatis adimpleretur. [i] *Gloria & diuitiæ in domo eius* (Ecclesia scil. quibus iustitiæ rectitudo copulata est) propterea addidit propheta: *Et iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Hæc igitur tot tantaque bene- B ficia, seruitia, muneraque de suis hausta thesauris, Ecclesiæ Christi à principibus terræ Catholica communione beatis, donata consecrataq; in memoria menteque iustorum illorum Ecclesiasticę dignitatis principatusque cultorum, penitus insita faciunt: vt ipsi, iustitia postulante fideliter & deuotè omne suum studium, curam, laborē, sollicitudinēq; in seruitio principum Catholicorū, in augendis eorum imperij bonis, saluteque procuranda collocent atque conferant. Nihil illi arduum difficileque factu credunt, quod pro gloria Dei, Ecclesiæque defensione non aggrediantur fortiter: vt ipsis principibus pro suis in Ecclesiam collatis meritis, beneficus honoribusq; deuoto fidelique famulentur obsequio. Hoc illorum iustitia deposcit, charitasque flagitat. [k] At- C saceni Medię populi suum cum in animum induxissent, nihil se Deo gratius acceptiusque præstare posse, quam si suis regibus principibusq; quacumque in re parerent, & obsequerentur. Ideò hac imbuti persuasione hilares, & expediti, si quando principes imperarent, ex arce turrique sublimissima se præcipitare, deposito omni mortis timore, minimè deprecabantur: sed huius præcipitij appetentes, & auidi tali exitio vitam perimere ad nutum principis sui gloriabantur. Ita sanè iusti illi spiritualis principatus amatores, credentes se sacrificium Deo gratum acceptūq; facere, si sincerè, nullo principibus suis officio, seruitioque desint: omnia quantumuis aspera, dura, effectu ardua pro illorum salute, regnique conseruatione suscipere & aggredi nullo modo recusant. His generosis iustisq; viris non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam D principum vota facientibus, eorum salutem, & regni prosperitatem, vt diuinę voluntati pareant, quærentibus, quos fideliores, vtilioresque principes sibi possent optare? Qui cum Deo saluatori nostro, eiusque sponsæ fidelium Matri, necnō eius in terris Vicario fideliter in charitate perfecta seruire contendant, non possunt non cum maximo salutis æternæ fructu principibus à Deo missis fidelissimè seruire. Sicut enim qui Deo fidem in baptismo datam, non habentes conscientiam extorres ab Ecclesiæ Catholicæ sinu fefellerunt, principi terreno fideles esse non possunt: sic contrà non possunt illi non valde fidi, salutares & vtiles esse principi suo, qui iusti, pij & religiosi fidelissimè diuinæ Maiestati, fide viua diuinæ

h Esaiæ c. 60.
i Psal. 111. v. 3.
2. Pars: Consideratio tot beneficiorum à pijs principibus Ecclesiæ collatorum iustos magis inflammat ad fidelissimè talibus seruiendum principibus, &c.
k Baptista Fulgos.

charitatis ignibus accẽsa, operumque bonorum sanctitate seruierunt. Ideoque hos, tanquam sibi, regnoque admodum salutares necessariosq; principes colere, summaque beneuolentia complecti, illos verò diuinæ fidei proditores, Ecclesiæ Catholicę desertores, exosos Deo, tanquam vtriusqoe læsæ Maiestatis reos, suæ, populiq; saloti perniciosissimos execrari, & procul à cõsortio soo principatusqoe finibus expellere debent.

a Euseb. l. 1. de vita Constantini. Sozomen l. 1. c. 6. Sigonius l. 2. de imperio Occidentali.

[a] Constantius Magni Constantini Pater, iam catechumenus, ardentissimus Christianæ religionis amator hoc ritè sapienterque cognoscens, fidem constantiamque nobilium Aulicorum in palatio suo degentium volens explorare, legem sanxit, & edixit edicto publico, (religiosum, sincerumque in Deum affectum prudenti fictione dissimulans) vt qui morari vellent in Curia sua, suoque in ea fauore frui, secum Deorum cultui manciparentur, sacrificiisque eorom frequentandis & iterandis incomberent: qui id præstare renuerent, à palatij sui limine protinus abscederent. Quo audito ex his nonnulli bonam Imperatoris gratiam venari conantes, religionem Catholicam, quam prius profitebantur, eiurantes, illicò se sacrificiis dæmoniorum nefandis occuparunt: alij saniori iudicio, fideque Catholica præstantes, tantam detestati abominationem, sanctissimum veri Dei, Christique Domini cultum, ipsiusque religionis Catholicæ professionem, omnibus bonis, fortunis, Imperatoris amicitiæ, vitæque propriæ prætulerunt. Quos agnoscens Imperator charissimos sibi fecit, atque sua familiaritate, beneficiorumq; copia lætificare voluit. Illos verò perfidos Deo vero, qui non habentes conscientiam à fide naufragauerant, vt sibi Imperatori placerent, omni contumelia affectos, & increpatione, detestabiles dæmonum adoratores à sua Curia palatioque pepulit. Asserens eos tum demum fidos, verosque principis terreni fore seruos, humanæque Maiestatis propugnatores acerrimos, qui veri Dei cultum adorationemque inuiolata fide pietateque custodiuissent: illos contra nunquam fidelitatem terreno principi seruaturos, qui tam nefanda promptitudine sacrilegioqoe Deum suum sceleratissimo repudiassent.

b Sigon l. 6. de Occident. Imp.

[b] Mirum illud huic simile Theodorici Gothorum Regis, tametsi Ariani, factum legimus, qui vnum ex Aulicis suis transfugam à Catholicæ religionis fideique castris ad Arianas partes, vt sibi gratificaretur, proprio transfodit, iugulauitq; gladio: causam cædis huius adiungens, dicendo fieri non posse, vt is homini principi fidem seruaret, qui principi Deo fefellisset. Sic in sceleratos impiosque diuinæ legis, fideique desertores, vt Dei gloriæ infestissimos eius spirituali regno, quod est Ecclesia, pestilentissimos; vt iustæ Catholicorum principum dominationi perniciosissimos, animaduertere, gratũ & placens Deo est præstare sacrificium. Qood in veteri lege Iehoin

c l. 4 Reg c. 10. Iehu prouidè omnes Baal Sacerdotes exterminat.

[c] Regem vnctus, regio diademate; Deo iubente, inauguratus exhibuit, com Baal sacerdotes & sacrificulos singulari prudentia, atque dono consilij de viuis Spiritus sancti fontibus hausti, illorum impietatem simulans, euocatos in templum omnes ad vnum vltore gladio tanti istorom idololatrarum sacrilegij trucidauit. Simili vindicta, vltioneqoe criminis horrendi, Rex Persarum

d Paulus Diac. l. 5.

[d] Cabales omnes Manichæos, vt victimas abominabiles, dæmonibus gratas & acceptas, proprij sanguinis effusione cruentatos extinxit.

Eadem prudentia Rex Persarum Manichæos exterminat.

Quod Phatuarsæ filio Regis, pietatis Christianæ abiurationem, suęque abominationis professionem nefandissimè persuaserant; promittentes illi, si id faceret, se à Patre Cabale senio cõfecto regnum regnique facultates obtenturos. Cuius pessimæ persuasionis consilijque sceleratissimi Patec Cabales certior effectus, hoc sibi maximè placere simulans, illos execrabiles hæreticos cum Episcopo suo Indagara nomine, adiunctis simul vxoribus liberisque conuocatos, ficto præconio in generalibus imperij sui comitiis præterea laudatos, quod sic suo filio coosuluissent; Addens insuper illis se velle filium Regem à se factum in sua erudiendum religione concedere, omnes seorsim à fidelium cœtu remotos immissa militum suorum manu, strictis armata gladiis in totius nobilitatis, Christianorumque Catholicorum conspectu necandos, mactandosque mandauit. Qua iustitiæ vindicta Deo gratissima, omnis illa execrabilis, maximéque nefanda Manichæorum hæresis & impietas longè ab huius Persarum regni finibus exterminata concidit: Catholicis, verisqoe pietatis Christianæ defensoribus magis tunc in gratiam familiaritatemque benigniorem Regis adductis. qui asseruit Regnum suum talium fidelium consortio fore beatum, qui vero Deo eiosque immaculatæ sponsæ, vt spirituali Reginæ Matrique bonis omnibus imperanti fidem, pietatem, obedientiam consecratam deuotione semper inuiolabili custodiuissent: Contra verò miserum illorum nefariorum contagione, qui, vt principibus sæculi placerent, fidem principi Regum terræ Christo datam iniuriosissimè confregissent. Hanc veritatis assertionem nobilissimus inter Persarum magnates, gloriosissimus postea Martyr Hormisda principi suo Persarum Regi ad maius illius salutis lucrum, si bene attenderet, suggerere, illiusque animo penitus imprimere cooatus, Christianæ religionis abiurationem sibi nefariè persuadenti respondit:

Hormisdæ gloriosissimi martyris egregium responsum Regi Persarum.

e Theodoret. l. 5. c. 38.

[e] *Quod imperas, ô Rex, nec iustum est, nec tibi vtile. Nam qui didicerit Deum omnium gubernatorem facilè contemnere, eumqae denegare, multò facilius Regem (quippe, cum homo sit mortalis naturæ particeps) contempturus est.* Heu! quam miserum est, atque principum sæcularium regnis imperiisque funestum, eos principum illorum interesse consiliis, & apud illos præ alijs auctoritate valere, qui contemptis æternis, temporalium lucris ardentiùs inhiant: qui modo terrena bona consequantur, Regnum Dei iustitiamque eius nihili facientes indignius aspernantur!

Extrema abominatio Deum cum quo Regnũ Ecclesiam scil. pro temporali lucro deserere.

Ezechielis Prophetæ, cum spiritus Dei multas abominationes populi rectorumque illius oculis contemplandas obiecisset, vnam hanc omnium sceleratissimam huic Prophetæ monstrauit:

f Ezech. c. 8.

[f] *Introduxit me in atrium domus Domini interius, inquit, & ecce in ostio templi Domini, inter vestibulum & altare, quasi viginti quinq; viri dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum solis.* Qui sint isti à Dei templo tam irreuerenter auersi, si à Propheta quæramus, hos dicet esse, qui Deum, eiusque iustitiam, pietatem, fidem, religionem, aliaque eius diuina dona

pro temporalibus aspernantes, vanis, atque fallacibus terrenarum prosperitatum splendoribus oculos mentis & corporis, præ insatiabili illarum desiderio freneticì defigunt. quibus terrenorum dementia fascinatis, cœlestia fastidio sunt: *Qui*, vt loquitur S. August.[a] *vtũtur Deo, fruũtur nummo; abijciẽtes & cõculcãtes fidẽ suam, æstimando eã mercede vilissima: quasi ad hoc seruientes Deo, vt terrenam felicitatem adipiscantur.* Non sic iusti atq; pij, non sic Ecclesiastici principatus amatores; qui quia Dei iustitiam diligunt, & propter eius gloriam temporalia Catholicorum principum regna, dominationesque, diuina lege firmatas, bene prosperare concupiscunt. Ideò reges ac principes terræ per fidem, charitatemque in cœlis iam conuersatione beatos valde diligunt, summo venerantur obsequio, atque illis de Christi misericordia, eiusque sponsa Matre sua, propter beneficiorum seruitiorumque magnitudinem, quæ illi dociles & obedientes filij præstiterunt benemeritis, omnia felicia prosperaque studiosissimè precantur. Sed ad quartæ, ex his quinque in capitis 10. fronte positis, rationis expositionem veniamus.

a S. August. epist. 120. c. 5.

4. Ratio. 3. Pars. *Iusti pacem Ecclesiæ tum secularis principatus eiusque prosperitatem vehementer appetentes principibus fidelibus deuotè, & fideliter seruiunt, eorumque salutem & gloriã ex charitate procurant, sine qua pax illa subsistere non potest.*

Ac primum, vt huius rationis vires & neruos exprimamus, cum illi fidi, pij ac iusti, de quibus hactenus multa, tam vehementi sint amatores affectu, tamque sincera cupiditate pacis Ecclesiæ, prosperitatisque principatus eius appetẽtes, quæ sine concordia, beneuolentia, sanctoq; principum sæcularium cum illa fœdere subsistere nõ possunt: propterea fidelitate Christiana, puroque cordis amore principibus ipsis meritò subseruiũt atque deuotè famulantur: vt eos ad hãc sanctam cum Ecclesia Christi matre sua concordiã & pacẽ studio, æstu charitatis inflammato cõcitent & impellant.[b] *Deus enim pro vtilitate cõmuni*, inquit S. Chrysostomus, *huiusmodi principatus* (scil. sæculares) *instituit. Illorum ergo salus & securitas, nostra securitas est, & tranquillitas. Hinc ciuitatis ordo pendet, atque pax publica. Bella gerunt, vt nos extra metum, atque telis iactum simus. Quo igitur modo non absurdum, non iniquum militare illos, arma circumferre, vt in otio degamus, laborare vt quiescamus; periclitari vt seruemur: intutos agere, vt tuti agamus. Nos verò pro eis nostri causa, pericula & labores subeuntibus preces detrectare, & nec labra quidem, vt oremus, mouere & aperire?* His igitur principibus, vt laboriosè generoséque pro Ecclesiæ, Reique publicæ salute militent, fidaque pro illis sollicitudine moueantur, iure meritissimo iusti illi precando, seruiendo, diligendo, laborando, fidelia dando cõsilia principibus sæculi supra fæces infideliũ Catholica religione sublimatis fideliter obsequuntur: vt inter hostes, & arma salui, incolumesque seruentur, omniaque illis prospere cõtingant: ne quæcunque Ecclesiæ sunt, ac reipub. Christianæ tumultibus, confusionibus, ærumnisque misceantur: neue militantes sine illis, populi conscindãtur, aut fugiant, vagiq. per orbem sine rectore misere ferantur. Sunt enim Catholici reges ac principes maximo perditis Dei rebellibus & hostibus terrori, per quos sancta Christi nostri Saluatoris Ecclesia ab illis ferinis inimicis libera seruataque triumphat.[c] *Regum pace atque concordia*, inquit idem Sanctus eloquentiæ inter Græcos Christianæ parens, *Ecclesiarum quies, regiminique seruatur: sicut contra discordijs tranquillitas dissipatur, disciplina tepescit, districtio soluitur: qua soluta cultus Deo debitus, integritas fidei, corporis castitas violatur.* Et vno verbo vt cũ Apostolo loquar:[d] *foris pugnæ, intus timores*, *Regum officium est proprium* (inquit S.[e] Hieronymus) *facere iudiciũ & iustitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos, & peregrino pupilloque, & viduæ, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium: & vt curã eis præceptorum Dei maiorem iniceret, intulit: Nolite, vt non solùm non eripiatis, sed ne patiamini quidem per vestram conniuentiã ab alijs contristari.* Ergo põtificiæ maiestatis amatores, & Ecclesiastici principatus honoratores vtiles atq. fidi sunt maximè regibus principibusq. mundi Christianæ pietatis clausi circulo: dũ pro illis illorũq. subditis fideliter Dei mandata facientes, deũ omnibus, quibus possunt, pijs orationibus interpellant, obtestantur atq. precantur: prout monet Apostolus,[f] *vt quietam & tranquillã vitam agamus.* nec dum satis, nisi addidisset Apostolus, *in omni pietate & castitate*, scil. in omni fidei, religionisq. puritate, quod nomine pietatis significatur: & præterea in omni morum grauitate, & honestate vitæ: σεμνότης enim, quod est in Græco, ab interprete Latino castitas dictum est, omnem morum grauitatem, honestatemque significare solet. Quæ enim verè pacata, atque tranquilla vita esse potest sublata pietate, qua Deus verè colitur & adoratur? & honestate morum, quæ potissimum in temperantiæ virtute consistit? Itẽ quæ Christiana pietas, morumque omnis honestas vigore suo frui potest, si pax & tranquillitas vitæ propter horrida bella, dissensionumque turbulentarum fluctus absit? Nunquid furentibus belli tẽpestatibus sacranei templa dilapidari, profanarique videmus? Nũquid solo adæquari monasteria, sacra omnia violari, sacras prohiberi conciones, cessareque solennia docendi populum instituta Dei atque decreta, obstrui os diuinas laudes loquentium, hæreses, schismata, periuria, blasphemias, & id genus vitiorum portenta impune grassantia per totum orbem furere atque bacchari? In quorum scelerum sordibus, & immunditiis pietas Christiana, verusque Dei cultus absorptus extinguitur. Honestę verò vitę, morumque probitatis quæ ratio, reuerentiaque flagrante bellorum æstu, furenteque Marte subsistet? Quam magnũ est illud ergo bonum, quod iusti religiosique homines, integri conscientiæ, scelerisq. puri, Ecclesiæ Dei, regnisq; Christianis exhibẽt dũ pro illorũ principibus Deo vota precesq. sincera charitate profundũt? cũ illis piarum orationum votorũque virtute iustè, sanctéq; regnãtibus, quieta & tranquilla vita omnibus fidelibus Ecclesiæ regnisq. Christiani subditis, in pietate & castitate pariatur? Hoc qui facit est omnis homo, id est, ex omni parte perfectus. Illis siquidem verbis, vt quietã, & tranquillam vitam agamus: *in omni pietate & castitate*, insinuare videtur Apostolus, tria in quibus Christiana perfectio consistere videtur, quæ sic in Epistola ad Titũ expressit.[g] *Apparuit gratia Saluatoris nostri Dei, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobriè, iustè & piè viuamus in hoc sæculo.* Vitam quippe agere quietam & tranquillam ad iustitiam pertinet, quam proximis debemus: sobrietas & castitas conueniunt in genere temperantiæ. Pietas autem suo nomine ab Apostolo designata est. Eaq. tria ad nos, ad proximũ, ad Deũ deniq. ipsum referũtur. Sic, vt sobriè quo ad nos,

b Chrysost. in c. 2. 1 ad Tim. in hæc vt quietam & tranquillam vitã agamus.

c S. Chrysost. ibi sup.

d 2. Cor. c. 7.

e S. Hieron. in Hierem. c. 22.

f 1. Tim. 2.

Quid pietas & castitas hoc loco, sine qua pax vera esse non potest.

Vera pietas qua verè Deus colitur & honestas morum tempore belli gemit & opprimitur.

Quam magnũ charitatis opus pro Christianis orare principibus.

g Ad Tit. epist. c. 2.

In tribus potissimũ Christiana vita perfectio consistit.

& tẽperanter, iustè, quoad proximũ & innocenter, piè, quoad Deũ & obsequẽter relata cõspiciamus & obseruemus. Quę tria in Rep. quieta & tranquilla per bonorũ virtutẽ pietatemq; principum Christianis vtriusq; Monarchiæ fidelibus subditis exercere iucundè meritorièque licebit. Vnde quanti sit meriti ac põderis ad Reip. Ecclesiæq; felicitatem pro principibus orare, vt tales sint, quales iubet Deus: apparet inde quã vtiles salutaresq; sint orbi Christiano iusti illi spiritualis Monarchiæ cultores, dũ bene viuẽdo principibus omni, qua possunt, ope & virtute famulari, atque pro illis Deo Christo Domino ardentibus charitate precibus supplicare non cessant. [a] *Hac regula vtuntur sacerdotes nostri* (dicebat S. Ambrosius) *vt pro omnibus supplicent deprecãtes pro regibus huius sæculi, vt subiectas habeãt gẽtes, vt in pace positi, in tranquillitate mentis, & quiete Deo nostro seruire possimus; orãtes etiã pro ijs, quibus sublimis potestas est credita, vt in iustitia & charitate gubernẽt Remp.* Quodnam vtilius magisq; salutare seruitium & officium à quoquã subditorum principibus præstari potest, quam vt ipsi orationum suffragiorumque Deo acceptorum virtute & efficacia, diuina freti gratia, subditis sibi creditis à Deo in sanctitate & iustitia dominentur?

a S. Ambros. in c. 2. 1. ad Timoth.

4 Pars. Pro infidelibus principibus orare iussum in S. Scriptura, & pro hæreticis, & cæt.

Si Apostolus, & ante eum Prophetæ, Deo iubente, pro regibus & Imperatoribus, quãuis Ethnicis adhuc, Deum orauerint, & alijs id suo exemplo mandauerint, vt populi oues pascuæ Dei in pace atq; tranquillitate vitam traducere possent: quantò magis hoc facere iuuat pro fidelibus principibus Christianę fidei, Catholicęq; religionis sanctitatẽ reuera profitentibus? pro principibus à vero Dei viui cultu peregrinis & alienis sępius fusas Deo fuisse preces huius quietæ tranquillæque vitæ potiundæ intuitu, in scriptura sacra legimus. In hunc finem Propheta Hieremias missis de Hierusalem Babylonem, vbi captiui Iudæi à Nabuchodonosor eò traducti morabantur, litteris ex parte Dei omnes informat, monetque vt pro hoc tyranno Nabuchodonosor preces Deo fundant. Sed ad quid hæc precum votorumque profusio? Audiantur ipsius Prophetæ verba in persona Dei loquentis. *Quærite parẽ ciuitatis ad quã transmigrare vos feci, & orate pro ea Dominũ, quia in pace illius erit & pax vobis.* In eundem finem Iudæi similiter, quos in Babylone premebat captiuitas, ad reliquos Iudęos, qui in Hierusalem remanserãt, religionis patriæque fratres litteras cum pecunia viritim in vsum sacrificiorum holocaustorũ que collecta direxerant, in quibus hæc inter alia: [b] *Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & Balthazar filij eius, vt sint dies eorum, sicut dies cæli super terram.* Ad quid hæc pro infidelibus principibus oratio? *vt det Dominus nobis virtutem, & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub illorum vmbra, seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum.* Quid præterea ad hæc? An non legimus in libris Machabæorum Sacerdotes Iudæorum Nicanorem Regis Demetrij præfectum exercitus, [c] *In pacis nomine* salutauisse, eique holocausta pro Demetrio illius rege à se consecranda Deo suo demonstrauisse? Idem alios Iudæos tempore suo pro Rom. Imperatoribus fecisse constat ex Philone: apud quem omnes aduersus sycophantam quendam Isidorũ nomine, Iudæos malitiosè criminantem, quod soli cæteris imperij populis pro Imperatoris salute victimas mactantibus, à sacrificiis abstinerent, vnanimes exclamarunt: *Domine Cai, calumniis petimur, immolauimus hecatombas, libatoque ad aram sanguine, carnes (vt quorundam mos est) domum non retulimus, sed integras victimas igni sacro exurendas tradidimus, idque ter. Primùm quando successisti in imperium: iterũ quando graue illũ morbũ euasisti: tertiò votũ pro victoria Germanica.* Sed primis Christianorũ temporibus hanc pro Ethnicis & infidelibus Romanorũ, terrarumque orbis Imperatoribus à patribus pastoribusque Ecclesiarum charitatis rationem fuisse retentam, prout ab Apostolis prophetisq; didicerant, eorum lectione cognoscimus. Tertullianus contra infidelium calumnias. [d] *Adulati* (inquit) *nunc sumus, & mentiti vota, ad vim scilicet euadendam.* Cui calumniæ ita respondet: *Qui ergo nos putas nihil de Cæsarum salute curare? Inspice Dei voces, literas nostras, & ex hoc scito præceptum esse nobis ad redundantiam benignitatis, etiam pro inimicis Deum orare, & persecutoribus nostris bona precari. Qui magis inimici & persecutores nostri, quàm de quorum maiestate conuenimur in crimen? Sed etiam nominatim atque manifestè (scilicet iubemur) pro regibus & principibus orare à Christo per suos Apostolos. Orate,* inquit, *pro Regibus, Principibus, & potestatibus, vt omnia tranquilla sint. Vobiscum enim concutitur Imperium: concussis etiam cæteris eius membris, vtique & nos (licet extranei à turbis æstimemur) in aliquo loco casus inuenimur.* Idẽ c. 32. [e] *Est & alia maior nobis necessitas orãdi pro Impp. etiam pro omni statu imperij, rebusq. Romanis: quod vim maximã vniuerso orbi imminẽtẽ, sæculi clausulã acerbitates horrẽdas comminantẽ, Rom. imperij cõmeatu scimus retardari. Itaq. nolumus experiri, & dũ precamur differri, Romanę diuturnitati fauemus.* An non apud Eusebiũ legimus Dionysiũ [f] Alexãdrinæ sedis Episcopũ de Gallo Imperatore, quod pios Christianos pro tranquillitate, paceq. illius imperij Deo vero supplicantes persecutionibus opprimeret, expostulare? Quid Athenagoras in hac sua pro Christianis ad M. Aureliũ & Cõmodum patrẽ & filiũ Imperatores legatione? quo fine, quaue suam ad eos concionẽ supplicationẽq; Apologeticam peroratione terminat? Nõne ea, qua eos obtestatur & rogat, ne fideles illos Dei veri populos sibi & imperio suo beneficos, Deũ suũ pro illorũ salute precãdo, vlterius persecutionũ molestiarũq; flagellis atterãt, & elidãt? Sic S. Cyprianus aduersus Demetrianũ Christianorũ innocentiæ charitatiq. calũniis insultantem: *Pro pace,* inquit, *ac salute vestra propitiãtes, ac placantes Dominũ diebus ac noctibus iugiter atq. instanter oramus.* Ad hæc præclarè S. Augustinus: *Vtimur,* inquit, [g] *& nos Babylonis pace, quandiu mixtæ sunt ambæ ciuitates: ex qua ita Dei populus per fidem liberatur, vt apud eam interim specie peregrinetur.* Nos (aiunt veteres illi fideles apud S. [h] Cyprianũ ibi supra) *pro salute Imperatorum Deum vocamus æternũ, verũ, viuũ: quem & ipsi propitiũ sibi præter cæteros malũt: in cuius potestate sunt, à quo sunt secundi, post quem primi, aduersus quem valere non possunt, per quem valere se cognoscunt, precantes sumus omnes semper pro omnibus Impp. vitã illis prolixã, Imperiũ securũ, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietũ, & quæcũque hominis & Cæsaris vota sunt.* Post hæc ita concludit. *Pro Imperatoris itaque salute sacrificamus, sed Deo nostro & ipsius, sed (quomodo præcepit Deus) pura prece: Ita nos magis*

Christiani Ecclesia primitiuæ pro principibus infidelibus orabant, vt sub illis pacifice viuerent, & illi ad Deum verum conuerti possent.

d Tertull. Apolog. c. 32.

e Tertul. c. 32. Apolog.

f Euseb. l. 7. c. 1.

Athenagoræ Apologet. ad Impp. Antoninum & Commodũ.

Hierem. c. 29. v. 7.

b Baruch c. 1.

c 1. Machab. c. 7.

Philo Iud. l. de legatione ad Caium.

g S. Cyprian. aduersus Demetrianum.

h S. Aug. de ciu. Dei l. 19. c. 26.

oramus pro Imperatoris salute, ab eo eam postulantes, qui præstare potest. Nec solùm pro infidelibus Ethnicisque principibus Ecclesia fidelium Mater orare solet, sed etiã pro hæreticis Imperatoribus regibus, principibusq; eam cũ Catholicis alumnis, postquam Christo eiusque sponsæ datam acceptamque fidem enormiter eiurauerunt, oppressione vehementi vexantibus. Hoc patet ex hac pia plenaque charitatis Aphraatis sancti Anachoretę respõsione facta Valenti Imp. factionis ac impietatis Arianæ, ab ipso S. Monacho petenti, dicentique: *Quò vadis?* vade (inquit) *pro orbe terrarũ, pro te imperioque tuo precatũ.* Quod si Ecclesia pia fidelium mater, eiusque sancti filij pro principibus infidelibus & hęreticis Deo spõso suo vota precesque diuino inspirata monitu profundere soleat, vt bene sit illis conuersis ad Dominum, ipsaque cum filijs in suo gremio, piè religioseque viuentibus optata pace fruatur; quantò iustiùs & æquiùs illa piique ac iusti homines, spiritualis illius iurisdictionis principatusq; Romano Põtifici crediti diuinitus, obseruãtissimi, pro regibus, principibus, alijsque in summa dignitate constitutis Christianis, veréque Catholicis Deum nostrum Christum Dominum maximis, quas exprimere voce menteque possunt, orationibus supplicationibusque deprecari debẽt? vt ipsi principes euntes de virtute in virtutem, ad apicem Christianæ perfectionis enitantur, conenturque conscendere? In quo diuina Dei gratia, misericordiaque constituti, vnanimes, beneque cum Ecclesia Matre sua, sedeque Apostolica concordes, simul cum illa ea pace vitæque tranquillitate, quam tantoperè boni omnes exoptant, quæ Christi est, quamque mundus dare non potest, sanctissima perfruantur?

Pro hæreticis principibus etiam precatur Ecclesia, vt conuertantur, & ipsa in pace viuat.

L. 8. c. 4. hist. Tripart. Theodoret. l. 4. c. 26 in hist. Patrum c. 8. Nicephorus l. 11. c. 25.

CAPVT XII.

Iusti pacis, ac prosperitatis Ecclesiæ, & regni fidelis amantissimi, principum fidelium saluti, quantum possunt, & honori seruiunt, efficacibus ad Deum precibus, aliisque bonis operibus: vt pax illa, prosperitasque in duabus Christi Monarchiis, nexu charitatis indissolubili sociatis, inuiolatè custodiatur.

1. *Preces pro Catholicis principibus ab Ecclesia vtiliter Deo fusa.*
2. *Bonis consiliis, & spiritalibus armis iusti Ecclesiastica Monarchia defensores, seculares principes maximè iuuant.*
3. *Imperia, regnaque fidelium principum cum felici duratione prorogantur per puram diuina legis obseruationem à charitate Dei profectam, sicut virtutum caterarum meritum.*
4. *Solatia vita præsentis pro centuplo, bonis principibus dat Deus.*
5. *Exhortatio ad pios, iustosque spiritualis Monarchia defensores, vt seruire principibus laicis fideliter pergant, spe magna à Deo recipienda mercedis.*



His omnibus æqua maturę considerationis rationisque lance põderatis, quî fieri posset, vt iusti pacis Ecclesiæ adeò studiosi, eiusque maiestatis Monarchicæ stabilem gloriam & honorem vehementer appetentes, omnem suam operam, studiũ, industriam, solicitudinemque Catholicorum principum seruitio, dignitatibus illorum principatus augendis, opibus regni promouẽdis, firmandisque facultatibus, eorum denique saluti temporali æternæque non impertiantur, atque deuoueant? Cum sine illis Deo fideliter obedientibus, Ecclesia Christi Domini sponsa, omnium Catholicorum parens, eius regia sedes, atque pontificia, pacem illam concordiamque sanctam tandiu desideratam, tantis precibus ad Deũ continuis ardenter appetitam, consequi nullo pacto possit? Eò tam frequentes atque feruentes; tam assiduæ atque deuotę pro Impp. ac regibus acerrimis religionis Catholicæ defẽsoribus suaq; heroica virtute promotoribus, ab Ecclesia iussæ fusæque Deo supplicationes suffragiaque spectarunt. Quæ passim apud SS. Patres, Ecclesiasticosque scriptores amplissimè referuntur: [a] *Hæc enim cum pro te efferebamus* (scil. suffragia Ecclesiæ) *pro nostra salute faciebamus* (dicebat S. Ambrosius Gratiano Imp. In cõcilio Arelatensi c. 2. supplicationes pro Carolo M. eiusque filiis à SS. Patribus hîc de rebus Ecclesiæ, religionisq; Catholicæ consultantibus, Spiritu sancto intus eos agitante decernuntur, ista dicentibus, *vt pro excellentissimo & gloriosissimo Domino nostro Rege & liberis eius omnes Episcopi, presbyteri, Abbates, Monachi in vnũ collecti, in quantum extremitas nostra prevalet, psalmodiã, Missarũ solennia, & litaniarũ officia omnipotenti Deo deuotissimè exoluamus.* Sic alia sancta Ecclesiæ Gallicanæ congregatio, Cabillonẽsis videlicet, pro imperatoris, regisq; Christianissimi salute loquitur: [b] *vt ab omnibus indesinẽter fiãt orationes pro vita & incolumitate, pro salute animæ & corporis Domini Imp. pro statu regni, & sẽper magis ac magis per incrementa tẽporũ talis crescat obseruatio.* Ita Rhemẽse cõciliũ iussit, [c] *vt pro D. Imperatore, suaq; nobilissima prole orationes & oblationes hactenus pro ipsis Deo omnipotenti oblata augeãtur, vt eos suis tẽporibus in præsenti sæculo cum omni felicitate custodias: in futuro cũ SS. Angelis suis pia miseratione gaudẽtes efficias.* Hoc pro his solẽnibus votis, atq; suffragiis in fauorẽ Catholicorũ principũ, vt Arnulphi regis Germaniæ tunc regnãtis salutis prosperitatisq; in Moguntina synodo decretũ statutũq; legitur: [d] *vt oratio ab omnibus nobis pro glorioso rege Arnulpho, & gloriosa eius cõiuge, & totius Christianitatis statu, prout nos debitores esse cognoscimus, in Ecclesijs nostris assiduè celebretur:* Et ita vt hęc in Ecclesię principatu regioq. salutaris beataq. pax salua incolumisq. seruetur, in sacrosanctis Missarũ solennijs deuotè Deo pro sæcularibus principibus Catholicis, sicut pro spiritualibus, preces orationesque funduntur, *Quam* (inquit, Ecclesiã scil.) *pacificare, custodire, adunare digneris toto orbe terrarum, vnà cum famulo tuo Papa nostro, rege nostro N. & omnibus Orthodoxis, atque Catholica fidei principibus, &c.* [e] *da propitius pacem in diebus nostris, vt ope misericordiæ tuæ adiuti, & à peccatis simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi.* Itaq. dum pro principibus sæcularis

Preces pro Catholicis principibus ab Ecclesia fusa.

[a] S. Ambros. epist. 26. ad Gratianum Imp.

Concil. Arelat. 3. c. 2.

[b] Cabillon. conc. 11. c. 66.

[c] Rhemense concil. c. 40

[d] Moguntin. 11. cap. 1.

Oratio Ecclesiæ in Missa pro principibus Ecclesiasticis & sæcularibus fieri solita.

[e] Aliud Ecclesiæ, suffragium.

Monarchiæ catholicis orat Ecclesia, singulariter pro spiritualis imperii principe Rom. Pontifice Deum interpellare non obliuiscitur, considerata tantæ maiestatis pro salore fideliũ in regno Christi, quod est Ecclesia, necessitate: *Hoc nobis iustum visum est* (aiebant Vasensis Concilii Pattes) *vt in omnibus missis nomen Domini Papæ vrbis Romæ, quicumque sedi Apostolicæ præfuerit, in nostris Ecclesiis recitetur. Pro cuius perpetuo statu* (inquiebat S. Bonifacius martyr) *vniuersitas fidelium tantò instantius orat, quantò suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertit propensius pendere.* Ante cuius tempura S. Fabianus Papa huius nominis 1. in Epistola 1. sic alios Ecclesiæ Dei pastores & Episcopos ad hanc orandi charitatem pro se, suis in sede Apostolica successoribus hortabatur: *Fraternitatis vestræ charitatem intimis obsecramus precibus, vt nostræ paruitatis in vestris orationibus memores esse dignemini.* Sed cæteris quę in hanc 4. rationem non incongruè dedoci possent, atque referri supersedentes, quintam postremamque tangamus: qua fidelitas vtilitasque maxima ab obsequio seruitioqoe iostotum principatus Ecclesiastici coltorom & obseruatorum religiosè in principes sæcularis imperii deriuata probatur ex eo, quod sicut illi fideliores ac iustiores sunt aliis, minimè hunc spiritualem Ecclesiasticumque principatum, vt decet, honorantibus, sic & prudentiores fortioresq; cognoscantur. Prudentiores quidem solidis consiliis à S. spiritu profectis, quibos salotari successu laicis principibus, iisque Christianis verè catholicis bene consulunt, & in suis grauioribus, regnique negotiis prospere seruiunt. Fortiores verò spiritualibus armis, quibus salutem principum regũque cum subditis eorum in tuto custodiunt, atque vigilante super eos clementissima, benignissimaque Dei prouidentia, defendunt. Atque vt de consiliis maturis prosperisque primum compendioso discursu dicam, quibus prudentiores iusti nostri maiestatis Pontificiæ protectores atque defensores, principibus Catholicis, eorumque potentatibus vtilius, fideliùsqoe famulantur, vno exemplo, eoque memorabili tota res hac luce clarior manifestiorque conspicietur. Duorum videlicet magnorum in diuerso dissimilique dignitatis genere virorum S. Ambrosii Episcopi sapientissimi, Ecclesiasticæ maiestatis protectoris acerrimi, atque Domnini Aulici corruptissimi, spiritualis potestatis, dignitatisque iura sub Valentiniano iuniore nihil facientis. Nam cũ Maximus tyrannus imperii in Occidente necatotrucidatoque proditione crudelissima per suos imp. Gratiano, sceleratissimus vsurpator, maximo cũ exercitu Cisalpinæ Galliæ totique Italiæ ruinam interitumque nefariè moliretur, exitiomque iooniori Valentiniano imperatori flagitiosè machinaretur: ad eum missus est S. Ambrosius priusquam transitet Alpes., vt eum à nefario conatu suæ grauitate exhortationis auerteret, furentemque cædes ac trucidationes subditorum imperio Valentiniani valdè iuuenis populorum plurimas anhelantem, oratione precibusque placaret. Quẽ sic sanctissimus Episcopus sermonibus correptionibusque perterruit, sic titubanti minas vltionesque Dei, eius indignati sceleribus intentauit: sic illius tyranni, quò se verteret, prę timore nescientis animum, propositis Dei in adiutorium imperatoris tyrannica oppressione vexati celeriter occurrentis instantibus armis de cœlo contra hunc tyrannum fulminantibus, oppresso breui iungendis imperio, omni spe, confidentia, fortitudine, generosaque resolutione priuauit: vt iam de fuga, exercitu dissipando, abiectis telis & armis pauitando cogitaret, & anathemate perculsus veniam supplex à sanctissimo præsule flagitaret: spondens se, quæ ipse iuberet, omnia celerrimè facturum. Sic fractom viribus & animo tyrannum fugientem ab Italico itinere relinquẽs generosus atque religiosus Antistes, Mediolanũ ad imperatorem valde sibi imperioque metuentem reuersus, rem totam prout gesta fuit in legatione sua plenis nobilium aulicorumque imperii comitiis, plaudentibos bonis omnibus fideliter copiosèque narrauit. Sed generosus ille sãctusque dicendi rigor, quo ad terrendum tyrannom ipse sanctus vsus est, aolicis timidis parumque fidis imperatoris adolescentis in maximas angustias coniecti consultoribos minime placuit. Malè suspicantibus timentibusque ne salutaris illa verborum grauium maxima auctoritate pollentium asperitas tyrannum contra imperatorem, imperiumque illius ad grauiores iras atque furores exasperauerit. Itaque pessimè imperatori consulunt, vt ad tyrannum mitteret alium legatum, qui blanditiis, lenociniis verborum turpiter adulantium, etiam multorum oblatione munerum, animom tyranni placaret, demulceret, eique ridicula loquendi dulcedine blandiretur. Ad hoc electus Aulicus corruptus, mollis, non minus imperatoriæ Maiestati, quam Ecclesiasticæ sanctitati perfidus Domninus: qui dum tyranno ventrem perniciosa adulatione palpat, non verborum grauitate, salutarique seueritate dorsa cædit, dum rogat pacem, non vt pius fecerat Episcopus, minas vltionesque diuinas intentat; audaciam, confidentiam, furorem, resolutionemque in Italiam rursus in manu forti veniendi in animum tyranni reduxit, quibus generosus Episcopus perterritum sancta grauitate loquendi spoliauerat. Sic infelicissimus palparor, proditorque Maiestatis imperatoriæ, in fraudulentorom verborum, perfidéque blandientium funiculis tyrannum post se, cum ingenti ferocique prædonum exercitu in Italiam infeliciter attraxit. Qui copiis immanibus stipatus, eiecto fugatoque imperatore cum Iustina matre nefandis Arianæ pestis contagionisque fœtoribus incestata, cuncta per Italiam ferro, flammaque vastauit. Quis horum imperio, iuuenique principi fidelior & vtilior, S. Ambrosius verus Ecclesiæ patriæque cultor, an perfidus palpator, & non minus imperii, quam Ecclesiæ proditor Domninos extiot? O salutaris illius sancti prudentia! O funesta huius Sycophantæ fatuitas! O beati illi principes, qui iustorum atque piorum Ecclesiasticæ sanctitatis, Maiestatisque Pontificiæ veneratorum, cultorumque coosiliis, quibus credant, obsequiisque sociantur! Sic contra miseri, qui tam sanctorum monita despicientes, decipi se à fallacibus, perfidisque aulæ, coriæque regiæ illusoribus, insidiatoribosqoe patiuntur! Huius calamitatis poblicæ sortem S. Gregorius vehementi dolore lugebat, quod sibi, magno Italiæ damno miseriæque Mauritius imp. sanctitatem tanti Pootificis prudentiamqoe maximo suo periculo, maloque despiciens, Longobardis barbaris enormiter per totam Italiam grassan-

Vasense Cõcil can. 4. circa S. Leonis 1 tempora. Can. si Papa dist. 40.

a S. Fabianus 1. Epist. 1.

4. Pars. In 5. fit a ratione. *Bonis consiliis & spiritualibus armis iusti Ecclesiasticæ Monarchiæ defensores principes sæculares maximè iuuant.*

Exemplo S. Ambrosii & Domnini demonstratur fideles Dei prudentiores & vtiliores esse principibus Christianis, quam filios huius sæculi in generatione sua.

Hæc omnia vide ex Epistola S. Ambrosii 27. ad Valentinianum iuniorem ex Paulino in vita S. Ambrosii. Et ex Zozymo l. 4.

A tibus, credere noluerit. Hinc illæ sancti huius ad huoc imperatorem iustæ querelæ.[a] *Et quidem si terra mea captiuitas per quotidiana momenta non excresceret, de despectione mea atque irrisione latus tacerem: sed & hoc me vehementer affligit, quia ego vnde crimen falsitatis tolero, inde Italia quotidie ducitur sub Longobardorum iugo captiua: dumque meis suggestionibus in nullo creditur, vires hostium immaniter excrescunt.* Atque hæc iustorum sapientumque sacram religionis Catholicæ spiritualisque principatus auctoritatem, Maiestatemque maxima pietate venerantium, & Christiana generositate protegentium consilia non è sola rationis motione prudentiaque motali deriuata nascuntur, sed maximè à spiritus sancti dono consilii, supernaturales diuinæ gratiæ motiones in illorum iustorum cordibus excitantis orta propagataque redundant. Qui non solum prudentes sapientesque sunt, in bona principibus consilia dando, sed

a S. Gregor. 4 Epist. 31. Iusti & pij prælatu bena sapienter principibus consilia dantibus non credere quàm perniciosum Reip.

B fortes & generosi in eos spiritualibus armis feliciter adiuuando. Quatenus illis professionis Catholicæ principibus, *Non est solùm colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus quoque principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in calestibus.*[b] Contra quos pii illi Catholicæ religionis, Ecclesiæ Apostolicæ, Romanæque dignitatis acerrimi protectores & vindices, pro principibus de grege Christi sæcularibus militantes armis spiritualibus inexpugnabiles induuntur, Apostoli iussa faciendo.[c] *Accipientes armaturam Dei, stantes succincti lumbos suos in veritate, & induti lorica iustitia, calceati pedes in praparationem Euangelij pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possint omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumentes, & gladium Spiritus, quod est verbum Dei.*

Iusti Ecclesiastica Pontificiaque Maiestatis protectores & amatores principes saculares armis spiritualibus adiuuant.

b Ephes. c. 6. v. 12.

c Ephes. c. 6. v. 13. 14. &c.

C His armis Catholicorum principū imperia firmant, inuiolabilem illis diuinæ legis obseruationem sincerè persuadentes, vt deuictis Dei suique principatus hostibus optata pace, longaque in iustè dominando populis imperii prosperitate fruantur. Illorum mentibus & cordibus illam salutarem felicemque, si mandetur effectui sapientis ad vniuersos mundi Reges ac principes exhortationem, altissima intentionis integræ puræque radice defigentes.[d] *Cura, disciplina dilectio, & dilectio custodia legum illius est. Custoditio autem legum consummatio incorruptionis est. Incorruptio autem facit esse proximum Deo. Si ergo delectamini sedibus & sceptris, ô reges populi, diligite sapientiam vt in aternum regnetis. Diligite lumen sapientia omnes, qui praeestis populis.* Quo loco verba hæc, *vt in aternum regnetis,*

3 vari. Imperia regnaque fidelium principum cum felici duratione prorogantur per puram diuina legis obseruationem à Dei charitate profectam bonis ... ntium re... quatum me... rorum.

D non solùm ad cælestis, æternæque beatitudinis regnum, cuius fruitione iusti, catholicique reges & principes in perpetuitate gloriæ consequentis cum Deo sanctisque omnibus exultabunt, reuocanda sunt; sed etiam ad terreni temporalisque principatus gaudia: quibus pii legis diuinæ obseruatores, Ecclesiæque dominationis sanctæ defensores, cum posteris sancta vitæ parentum vestigia sequentibus, stabili diuturnaque duratione superstites in terra lætabuntur. Iuxta hanc Dei promissionem regibus Israel factam, si mandata sua purè custodierint.[e] *Leges* (Rex scilicet) *legis volumen* (acceptum à sacerdotibus) *omnibus diebus vita sua, vt discat timere Dominum suum, & custodire verba, & caremonias eius, qua in lege pracepta sunt.* Post hæc promissio mercedis additur, *vt longo tempore regnet,*

d Sapient. c. 6.

e Deut. c. 17. v. 16.

Custodia diuinarum legum ab amore Dei est.

A *& filij eius super Israel.* Atque hæc casta sinceraque diuinæ legis obseruatio, à qua tot bona procedunt, ab amore Dei est: siquidem *Probatio dilectionis est exhibitio operis,* à præscripto diuinæ charitatis imperati: quam intimè principum pectoribus illi pii, prudentes & fortes Ecclesiæ, regnique defensores, quantum conniti ope, consiliis, exhortationibusque possunt, inserere conantur, vt de Deo beatè viuant, eiusque spiritu læti vegetentur.[f] *Quicumque autem spiritu Dei aguntur, hi filij Dei,* meritóque dicebat Apostolus paulò ante,[g] *Fratres, debitores sumus, non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Hic spiritus amor est Dei, vnde viuit anima, sicut cibo corpus, vt in æternum cum corpore suo bene beatéque viuat. Vnaquæque res amare illud maximè debet, vnde

f Rom 8. v. 14

g Ibid v. 13.

B viuit; anima nostra vt beata sit, de Deo viuit. Ergo illum vnicè, perfectéque diligere debet, quod facere non potest, nisi de Deo, ipsiusque vita viuat. Ad quod Christianus poëta apud S. Augustinum sic nos inuitat.

S. Paulinus apud S. August. ep 36.

Viue precor, sed viue Deo, nam viuere mundo
Mortis opus, vera est viuere vita Deo.

Hinc illa S.[h] Augustini salutaris instructio & admonitio. *Vnaquaque res secundum illud viuat, vnde viuit. Vnde viuit caro tua? de anima tua! (Illius namque separatio mors est carnis) vnde viuit anima tua? De Deo tuo! Vnaquaque earum secundum vitam suam viuat. Caro sibi non est vita, sed anima carnis est vita. Anima sibi non est vita, sed Deus est anima vita. Debes ergo secundum Deum viuere.* At

h S. Aug. ser. 13 de verbis Apostoli, in hæc verba fratres debitores sumus &c c. 6. 10. 10

C secundum Deum viuere quid est aliud quam illius mandata sequi? Illumque suprema diuinas humanasque leges ab eius charitate imperatas obseruando fideliter adoratione venerari? Ex qua diuina virtute in perfecto Dei amore collocata, diuinorum mandatorum obseruatione, tanquam siclo sanctuarii mystico, valorem meriti constituente, omnes aliæ virtutes reliquarum moralium capita atque radices, quæ propterea cardinales appellantur, in principes eorumque populos sanctificatæ redundant, vt his elegantibus verbis S. Augustinus expressit.[i] *Adhærere Deo per amorem est prudentia, quia prospectissimè adhærebis bono, quod non amittatur: est fortitudo, quia firmissimè adhærebis bono, vnde non auellatur: est temperantia, quia castissimè adhærebis bono, vbi iam non corrumpatur: est iustitia, quia rectissimè adhærebis bono, cui meritò subijciatur. Rursus diligendo eligere Deum, prudentia est, nullis inde auerti molestijs*

Quid sit de Deo viuere.

Leuit. 27.

A charitate omnes cardinales virtutes orta.

i S. Aug. ep. 52 ad Macedonium.

D *fortitudo est: Nullis illecebris illum deserere, temperantia est: nulla superbia ab illo excidere, iustitia est.*

Sic autem bene viuentibus, atque in sanctitate & iustitia fideliter ex magna charitate Dei præcepta custodiendo regnantibus, magna præsentis vitæ solatia præbebuntur à Deo: quibus pro centuplo in retributionem bonorum operum salutaribus iustorum piorumque Ecclesiasticæ dominationis, Pontificiæque Maiestatis amatorum consiliis attendentes, felicitatis æternæ gaudia præstolantes in hac vita potientur: boni ac iusti tales à Deo facti, in hac vita spe beati, postea reipsa felices pro virtutum suarum mercede vitam æternam ab ipso Deo solo consecuturi.[k] *Neque enim facit beatum hominem,* inquit S. Augustinus, *nisi qui fecit hominem. Nam qui tanta*

4. Pars. Solatia vita prasentis pro centuplo bonis principibus dat Deus.

Beatitudo in solo Deo quarenda virtutis omnis largitate.

k S. August. epist 52.

creatura suæ bona bonis malisque largitur, vt sint, vt homines sint, vt vigentes sensibus, valentes viribus, affluentes opibus sint, seipsum bonis dabit, vt beati sint, quia etiam eius hoc munus est, vt boni sint. Hinc S. Pauli ad Timotheum vox & oratio, qua ratione diuites potentesque mundi ad salutem instrueret, ita iubentis. [a] *Diuitibus* (seu principibus) *huius sæculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum.* Secundum ea regii vatis ad Dominum: [b] *Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore, aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Hanc autem diuinæ bonitatis copiosam largitatem cum omnes creaturæ affluenter ad suæ naturæ bona sentiant, dicente eodem propheta. [c] *Omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore: Dante te illis colligent, aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.* Sed illam maximè diuinæ largitatis atque benignitatis abundantiam in se ipsis homines, si boni sint, multò etiam cumulatiùs fœcundiùsque principes publicam sustinentes personam, viam in hac vita bene regendo per bona opera, tabernaculis æternis affectantes experiuntur. Ad quæ per varios virtutum gradus strenuè properantes ne deficiant in via, eos Deus tempotalium bonorum, charismatumque spiritus sancti largitate consolatur, instruit, reficitatque recreat. Hoc enim S. Gregorius docuit hæc dicens. [d] *Conuersi ad Deum peccatores in præsentis vitæ via deficiunt, si in sua conscientia siue doctrina sancta pabulo dimittantur. Ne ergo lassemur in bonus itineris peregrinatione, pascendi sumus sacra admonitione.* Viri iusti, præsertim popolorum fidelium rectores, in hac vita pro centuplo [e] *Duplicia* bona *possidebunt*; nec præter æterna futura, *minuentur omni bono.* Nam præter eam bonorum temporalium (si animarum saluti expediat) vbertatem, puris virtutum, sanctisque gratiarum voloptatibus lõgè carnis omnes illecebras, mundique lasciuientis exultationes, consolationum verarum suauitate superantibus, non minus iucundè, quam copiosè saturabuntur. Haud secus, quàm [f] vitulus saginatus in prodigo ad domum patris per salutares pœnitentiæ vias tramitesque reuerso, porcorũ siliquas (quibus post luxuriosas totius substantiæ profusiones in hara cum porcis in lãguoribus magnis ventrem misere replebat, non nutriebat) cibi soliditate, gustusque sapore superabat. Quod expertus [g] S. Augustinus, cum sancta veraque iucunditate gestiendo deuotè clamabat ad Dominum. *Quàm suaue mihi subitò factum est carere suauitatibus nugarum! Et quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat. Eijciebas enim eas à me, vera tu & summa suauitas eijciebas & intrabas pro eis omni voluptate dulcior, sed non carni & sanguini: omni luce clarior, sed non iam sedentis in tenebris: omni honore sublimior, sed non sublimibus in se. Iam liber erat animus meus à curis mordacibus ambiendi, & acquirendi, & volutandi atq. scalpendi scabiem libidinum, & garriebam tibi claritati meæ & diuitiis meis, & saluti meæ Domino Deo meo.* Ita in bonis principibus recti iustorum piorumque consilii studiosis, & seruitii eorum amatoribus prosperitates non alterantur, aut euelluntur: sed in meliores beatioresqoe conuertuntur. Sic enim talibus, sicut quondam discipulis suis Saluator noster piè viuentibus, regnantibusque loquitur.

a 1. Ad Timoth. c. 6.
b Psal. 144.
c Psal. 103.
Expectantibus iusti per bona opera vitam æternam Deus dat in hoc mũdo bona temporalia.
d S. Greg. homil. 2. in Ezechiel.
e Esaiæ 61. v. 7. 8. Psal. 33. v. 11.
f S. Luc. c. 16.
In iustis fauoritates & delitiæ non tolluntur, sed mutantur in melius.
g S. Aug. l. 9. Confess. c. 1.

[h] *Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris.* Quid ad hæc S. [i] Bernardus? *Mira* (inquit) *nouitas, sed eius, qui facit omnia noua, & eius, qui fingit laborem in præcepto. Fictus in præcepto labor est, onus leue, iugum suaue, crux inuncta oleo. Quod Abraham dictum est, tolle filium tuum, quem diligis Isaac, & offeres illum mihi in holocaustum: labor fictus est in præcepto. Oblatus siquidem Isaac sanctificatus est, non mactatus. Et tu igitur, si vocem Domini audieris intus in animo, vt offeras Isaac, id est, vt quodcumque est gaudiũ tuum immoles Deo (Isaac enim interpretatur risus) constanter obedire ne timeas. Non Isaac, sed aries morietur: non peribit tibi lætitia, sed contumacia: non mactabitur Isaac, sed viuet, crucifixus mundo, viues Deo, tanquam tristes, semper autem gaudentes.* Hæc admodum pius deuotusque doctor. Interea dum principes illi Catholici fœderis, ad hæc diuinæ legis exoluenda mandata pro Ecclesiæ bono suique salute principatus, omni qua possunt, opera viriliter enituntur: qui illorum ad hæc agenda suis bonis consiliis, seruitiisque promotores extiterunt, magis ac magis contendere laboriosis virtute magna præstantibus pro virilũ. Monarchiæ sospitate & felicitate studiis incumbere debent: vt benedictionibus in hac vita diuinis affluentes, eam cum principibus illis ac populis fidelibus, quam tantoperè de Ecclesia, reque publica benemerendo bonis operibus exoptant, æternę lauream beatitudinis, gloriæque cœlestis tandem aliquando consequantur. Maleuolis pacis diuina charitate firmatæ, sacrique inter duas Christi Domini Monarchias fœderis osoribus, pœnitentia ad matris Ecclesiæ sanctæ gremium minimè reuertentibus, iustas in æternum pœnas miserrimè luentibus. Etenim *quantò grauius eos* (inquiebat S. Chrysostomus ad legatos Romã pro se Constantinopolim contra schismaticos Episcopos à Rom. Pontifice missos) *qui omnia perturbant, iudicium manet, tantò quoque maius vberiusque vobis præmium expectandum est: qui ad ea, quæ ab illis sceleratè & nefariè admissa sunt, corrigenda tantum patientiæ; studijque adhibuistis.* Vosquemque iustorum illorum fidelium Ecclesiæ, reique publicæ Christianæ seruorum, amatorum, defensorum vsque ad sanguinem & vltra generosissimorum, iisdem verbis, quibus quondam Sancium Arragoniæ regem pro pace Ecclesiæ, regnique Christiani salute valde solicitum & anxium, nullis parcentem laboribus Gregorius 7. Pontifex Rom. alloquebatur, affari liceat: [k] *Esto itaque constans, & fiduciam firmam habeas, & quod cœpisti perficias, quia in Domino Iesu Christo confidimus, quia B. Petrus Apostolus, quem Dominus Iesus Christus rex gloriæ principẽ, quoad spiritualia, super regna mundi constituit, cui te fidelem exhibes, te ad honorem desiderij tui adducet: ipse te victorem de aduersariis efficiet. Cum enim Dominus filium amat, flagellat & castigat.* [l] *Melius & vtilius ex aduersis peruenitur ad prospera. Qui enim dicit ridentibus, væ vobis, quia flebitis: ipse lugentes beatos asserit; quoniam ipsi consolabuntur.* [m] Sciantque omnes boni, qui in hanc fouendæ & conseruandæ inter spirituales principes & sæculares pacis curam incumbunt, suam salutem & prosperitatem maximæ Christo Domino solicitudini fore semper in præmium bonorum operum. *Qui quantò nunc seruorum suorum animum solicitudinibus verberari sinit acrioribus,* (vt idem sanctissimus pater Iudith

h S. Matth. c. 11.
i S. Bernard. in hæc verba.
Exhortatio ad pios iustosque spiritualis Monarchiæ defensores, vt strenuè principibus fideliter pergant spe magna à Deo recipiendæ mercedis.
S. Chrysost. epist. 187.
k Epist. Gregorii 7. ad Sancium Arragoniæ regem.
l Hebr. 12.
m S. Matth. 5.
Gregor. 7. epist. 44 ad Iudith reginam Hungariæ.

Hungariæ reginæ dicebat) *tandèeos ex vicina & potenti virtute consolationis sua lætificabis vberius.*

CAPVT XIII.

Sicut nulli fideliores, vtilioresque principibus sæcularibus Catholicæ congregationis, eorumque Monarchiæ atque principatui pijs religiosisque spiritualis PontificalisqueMonarchiæ cultoribus & assertoribus (vt tribus capitibus superioribus probatum est) Sic contra capitibus sequentibus nullos peiores, magisque perniciosos hostes Reip. Christianæ, regiæ, sæcularisque Monarchiæ, hostibus & inimicis Monarchiæ spiritualis, Pontificiæque Maiestatis, esse demonstrabitur.

1. *Ecclesia, spiritalisque Monarchia hostes principibus Christianis secularibus non prosunt, sed nocent perniciosè potiùs, quia Deo abominabiles sunt, apud quem eorum oratio fit in peccatum.*
2. *Nouatorum è schola Lutheri, & Caluini pestifera egressorum atroces rebelliones, execrandis coniuncta iniurijs in legitimos, catholicosque principes declarantur ex ipsorum nouatorum testimonijs comprobata.*
3. *Caluinistæ rebellionum suarum furias non intra Galliæ regni fines solùm continuerunt, sed extra ad alias perdendas nationes, regnaque crudeliter amandarunt, & eduxerunt.*

EX occasione eorum, quæ tribus superioribus capitibus tractata sunt per antithesim, operæpretiū esse duxi duobus sequētibus ostendere hostibus Ecclesiæ Catholicæ, eiusque Monarchicæ maiestatis inimicis nullos principibos Christianis, eorumque dominationibos & imperiis perniciosiores, peioresqoe reperiri posse. *Qui enim patrem fallere assueuerit, quantò magis & cæteros?* Et qui sponsæ Christi, eiusque vicario cōtentione discordia, & bello flagiriosè luctari & obsistere pertinaciter affectauerit, quo non scelere & atrocitate criminis in sæculares principes, regnaque temporalia se maculabit? Quis talibus sceleratior euadet? Quod exemplo Athanasii Episcopi & principis Neapolitani clarius poterit illustrari: quem ex catholico, sedisque Apostolicæ cultore ad Saracenos contra sedis Apostolicæ dignitatem, Romanique Pontificis auctoritatem transfugam factum,[a] Ioannes 8. ipsis sceleratiorem Saracenis appellauit. Talibus impiis sedis Apostolicæ perduellibus suam sibi supremæ in Ecclesia potestatis maiestatem, primatumque

a Epi 1. Ioānis 8. ad Episcopos regni Neapolitani aliosque.

A malitiosè inuidioséque suis machinationibus, imposturis, & insidiosis rebellionibos adimere conantibus, merita de illis expostulatione illud Tertulliani sanctissimus pater Romanæ præsul Ecclesiæ dicere debet.[b] *Mea est possessio* (scilicet suprema, Monarchicaque in omnes populos fideles auctoritas) *olim possideo, prior possideo, habeo origines firmas ab illis auctoribus, quorum fuit res. Ego sum hæres Apostolorum, sicut cauerunt suo testamento, sicut fidei commiserunt, sicut adiurauerunt, ita teneo. Qua potestate limites meos commouetis?* Quam atrox rebellantis peruerséque iudicantis schismatis vitium! Quod omnia scelera superare putat S.[c] Augustinus: cum *Nihil æque Deum irritet* (teste S.[d] Chrysostomo) *atque diuisam esse Ecclesiam.* Quod qui causantur, abominabiles fiunt Deo, *& oratio eorum fit in peccatum, maledictionem & exitium.* Quanta contrapositio B discrimenque inter vota, obsecrationes & preces quas iusti, religiosi principatus Ecclesiastici veneratores, honoribus officiisque charitatis obseruatores, Deo pro principibus sæcularibus, eorumque legitimis principatibus deuotissimè fundunt: & orationes, verius dicendas imprecationes & blasphemias, quas malè sani spiritualis monarchiæ perduelles coram Deo in sordibus perpetoæ mortalis iniquitatis manentes irreuerenter effutiunt. Cùm illis boni illi piique sanctitatis atque Maiestatis Ecclesiasticæ cultores Deum placando, eius gratiam misericordiamque demerendo, suæ salutis principumque suorum, pro quibos orant, subsidia lucrentur. His verò impii spiritualis principatus, Ecclesiasticæque sanctitatis aspernatores & irrisores, Deum magis in se, eosque principes, quibus se bene precari prospera fingunt, exasperant. Cum tales exosi Deo pro-C pter scelera, stationem debiti officii deserentes, [1] *vitæ ipsa*, vt loquitur Iob, *putētur indigni.* Qoos quia maximos sua rebellione in auctoritatē Matris Ecclesiæ peccatores, auertit Deus, detestatur, eosque nisi in interitum suum exaudire dedignatur.[f] *Iniquitatem si aspexi in corde meo non exaudiet Dominus*, dicebat psaltes Regius; quantò minos eos, qui non vnam solùm in corde suo iniquitatem aspiciunt, sed multas in corde, ore & opere iniquitates hac sua scelerata rebellione perpetrant? Qui diuinæ misericordiæ aores suis sceleribus, ne ad salutem exaudiat, obstruunt: sic illius iram, indignationemque thesaurizantes, à qua moltæ calamitates miseriæque nascuntur.[g] *Ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum.* Qui iudicio[h] sapientis, malorum amatores digni sunt mortte. Omni merendi radice destituti, quæ Christiana D charitas est, tam procul à talibus dignitatis Pontificiæ, Ecclesiasticæque sanctitatis osoribus elōgata, vt facilius esset luci conuenire com tenebris, cœlumque miscere terræ, vitam morti cōfūdere, quā hæc diuina virtus cū istorū spiritualis Monarchiæ Pontificiæq; dignitatis hostium criminibus meritoriè cōuersari posset: quorū propterea votiuæ voces, clamoresq. ad Deū, si qui fortè fuerint, non tā meritoriæ deprecationis suspiria, quam male fœtentes imprecationis spirationes exosæ Deo reputantur: quæ illius iracundiæ flammas & æstus ardentiùs accendunt; à quo non miserationes sed & fundentibus eas, & pro qoibus funduntur, maledictiones pro lucro reportant. *Quoniam cum te, quæ displicet ad in-*

b Tertull l. de præscript.

c S. Aug l. 2. de baptismo c. 6.

d S. Chrysost. homil 11. in epist ad Ephes. c. 4.

Antithesis inter orationes à iustis Ecclesiastica Monarchia cultoribus Deo pro principibus fusas, & eas ab iniustis huius Monarchia perduellibus.

Ob 4. causas Deus horum perduellium orationes execratur.

1 Est vitæ intepitudo.

e Iob. cap 10

f Psal. 65.

2 Prouocatio Dei ad iram.

g Roman. 2. Sapient. 15.

3 Sublata radix meriti, quæ est charitas.

4. Odium Dei in illos.

a S. Gregor.

tereedendum mittitur (inquit S.[a] Gregorius) *animus irati Iudicas ad deteriora prouocatur.* En primi fructus odii & indignationis in honorem Rom. Pontificis, & Ecclesiæ sanctitatem, quos maleuoli spiritualis Maiestatis, Monarchiæque Pontificiæ perduelles principibus sæcularis territorii principatusque Catholicis, suis votis precibusque procurant. Quos toties blaterando, mētiendo, calumniando, bacchantium more, vociferari non puder, sincera pietate, quam ooo credunt, & amote spiritualem in Ecclesia Christi principatum venerantes, masimo sæcularium principum dominationibus esse nocumento. Cū cootrarium veritas, resque ipsa loquatur & asserat. Contra quos illud S. Ambrosii iute conquerendo depromemus. *Semperne de Casare serunlo Dei inuidia commouebitur? & hoc ad calumniam accersct impietas, vt imperiale nomen obtendas?* Sed

S. Ambros. orat. de Basilic. tradend.

B

vt clariores atque potentiores assertionis nostræ confirmationes sfferamus, es his peccatoribus eos, qui maioribus odiis, inuidiæ facibus, indignationibus, atque furoribus aduersua sedem Apostolicam, Romanique Ponoficis auctoritatem super vniuersum Christi Domini gregem supremam immaniter efferantur, solummodò commemoremus; quos citra omnem controuersiam, nouatores nostros Lutheranos & Caluinistas esse credimus. Atque his oullos nequiores, sceleratiores, pestilentiores, perniciosioresq; regibus, principibus Catholicis, eorumq. principatui, teique publicæ diciaut excogitari posse probabimus. Atque ne quid eotum repetamus quæ copiosè, & sincerè libro 7. secundæ partis de hac tristi, lamentabilique materia narrauimus: & vt clarior de nouatorum præsertim regni huius Caluini, eiusque sectatorū iniuriis, rebellionibus, crudelitatibusque aduersus principes magistratusque Catholicos nefandis veritas appateat, ab hostibus Catholicæ fidei potius, quam ab ipsis fidelibus orrbodoxisque scriptoribus testimonia depromamus: quæ eb potentiora ad veritatis assertionem contra ipsos religionis Christianæ perduelles futura sunt, quò hostes ipsi contra fratres suos impietate & scelete conformes ea minimè dissimulate potuerunt. Ioannes[b] Schutz Lutheranæ factionis de Caluino, eiusq; viperinis geniminibus, maledictisque sectatoribus tale non contemnendum ad maiorem Caluinistarum detestationem edidit testimonium. *In brachio sæculari confidunt, & plerūque homines seditiosi ac turbulenti, & pacis perturbatores sunt, causamque suam armata manu tueri volunt.*[c] Et alio in loco de talibus regni Ecclesiæque pestibus hæc prodidit. *Intentio, voluntas & desiderium eorum est, omne genus infortunij meditari, seditionem ac dissipationem concitare, demum occidere & perdere.* Et eodem in libro.[d] *Sacramentarij sunt duplices latrones. Non enim sufficit illis, quod falsis dogmatibus animas hominum occiderunt, verum vbicunque pacem externam turbare possunt, & efficere, vt corpora etiam occidantur, nihil faciunt reliqui ad summam diligen iam.* Quid verò de illis Caluinistis ministri Vuittembergenses?[e] *Pij lectoris* (ioquiuot) *iudicio permittimus, quam paci ac tranquillitati studuerint hactenus, cum nusquam venerint, vbi non turbas dederint.* His ad maiorem Caluinianæ rebellionis & impietatis abominationem adiungunt postea.[f] *Quam malè institutum &*

C

D

Rebellionis furantes hæreticorum in legitimos principes ab illorū impietatis consortium æstimantiis comprabantur & quidem potentiùs.

b Ioan. Schutz l. 50. causarum causa 47.

c Ibid. l. de serpente antiquo c. 33.

d Ibid. *Caluinistæ duplices latrones sunt, & homicidæ.*

e Vuittembergenses in solida refutatione compilationis Zuinglianæ & Caluinianæ anno Domini 1584.

f Ibid.

A

sæuiens vulgus sit Caluinianorum, aliquot regna propemodum cum extrema pernicie experta sunt. Quod eo loco Ecclesiarum reformationem tanto furore & bipennis instituit: in quo nullum ius imperij habent, à seditiosis & turbulentis concionatoribus, & illorum clamoribus excitatum. De quo Caluiniani doctores quandoque Deo durissimam rationem sunt reddituri, & qui huius tragœdiæ auctores sunt, minimè etiam ignotum est: nisi Zuingliani & Caluiniani doctores sua peruersa doctrina Ecclesiam perturbassent &c. maior pax & tranquillitas passim in extern regnis esset &c. Quam vero se illæ Nouatorum furiæ seditionibus rebellionibusque contra principes Catholicos vno minimè loco continuerint, patet ex his tumultibus motibusque bellicis, quos hæretici Nouatores in Sueuia aduersus Sigismūdum Poloniæ Regem legitimum iure hæreditario tegni Sueuiæ principem effiænatè concitarunt, tanto cum furore, omni sublato pudore & reuerentia legitimo principi debita: vt ipsum regem etiam cum conditionibus iniquis suo consentire, vel certè cedere furori compulerint, sub Catholicæ fidei lapsus, tuinss, & funera, tyrannidis hæreticæ, & meretricis Babylonicæ, de qua S. Ioanoes in Apocalypsi, trophæa diabolica crudeliter erigentes. *In* Poloniam vsque hæ nouatorum furiæ suæ rebellionis seditionisque venena mortuferis exhalationibus eructarunt. Cum hæretici dicti[g] *Dantiscani*, zelo quodam furoris effrænati perciti, sacerdotes Catholicæ pietatis inuito rege non minus crudeliter, quam audacter suis sedibus domibusque pepulerunt. In Heluetia verò quantum breui tempore hæreticorum vtriusque inimicæ Deo factionis Lutheranæ & Caluinianæ furor & ardor rebellioois in principes orthodoxæ fidei ad euersionem religonis Catholicæ creuerit, testatur[h] expostulatio Valentini Episcopi Basileensis. Qua apud Regem Ferdinandom & imperatorem de furentibus hæreticorum illorum rebellionibus sacrilegis, horrendisque facinoribus lamentabili gemitu conquestus est: quod sanctam Christi Domini religionem mutauissent & esterminauissent; auitæ religionis professores malè indignèque mulctassent, sacra Ecclesisrum altaria fregissent, baptisteria intemerata, templaque Deo in memoriam sanctorum immaculatè consecrata polluissent, pollutaque destrusissent: & cætera id genus abominationis & desolationis in loco sancto Dei nihili facientes iudicia, patrauissent. Quæ omnia hæretici furoris, rebellionis & sacrilegii testimonia[i] hæretici ipsi scriptores minimè potuerunt inficiari. Iam verò furiosas hæreticorum de radice reguli Caluinici egressorum rebelliones in Flandria Belgiaque aduersus Catholicum Regem Philippum huius nominis tertium per tot annos, quis omnes valeret oratione, quamuis longissima, percensere? Vnum aut alterum de his ab hostibus petitum inimicis fidei Catholicæ Christianæque religionis immanissimis, Lutheranis videlicet, exemplum proponemus: vt ad rei, quam quærimus, confirmationem veritas potentior euadat. Refert Osiander abominationis Lutheranæ sectator hos Nouatores Caluinistas.[k] *Publico scripto Domino ac regi suo Philippo,* verba sunt auctoris, *obedientiam & subiectionem denegasse: cumque ex his amplius quadringenti non infima nota viri religionis immunitatem petijssent,*

In Sueuia.

Hæreticorum rebelliones in Sueuia contra Sigismundum regem, quod Catholicus esset.

Citræus in Chronico annu. 1593. & 1594.

In Polonia.

g Osiander in Epitome Centur 16 & Dresserus in Milliario 6.

In Heluetia.

h *Expostulatio Valentini Basileensis Episcopi contra crudeles rebelliones, vastationesque sacrilegas Lutheranorum & Caluinistarum.*

i Osiander Centur. 16. Sleidan l. 15.

In Flandria.

k Osiander Centur. ib.

nec obtinuissent, plebs impatiens, quasi furore percita Antuerpiæ, & in aliis Holandiæ, Zelandiæ & Flandriæ locis imagines deiecerunt & fregerunt. Cuius nationis popoli veneno Caluinianæ impietatis intoxicati contra regis Catholici Magistratus præfectosque rebellionis furorisque telis armati conuolarunt: & super se, repudiato Rege legitimo Auriacum principem priuata rectorem ducemque auctoritate constituerunt: sub cuius seditiosis sceleratisque vexillis militantes templa & monasteria destruxerunt: Monachos, Episcopos, [a] *& vniuersum clerum Papisticum* (inquit Lutheranus Sarauia) *inuitis magistratibus, imò contra fidem, quam ipsimet dederant, Caluinistæ, spoliarunt &c.* Crispinus verò & Osiander suis scriptis memoriæ prodiderunt Petrum sectæ Caluinianæ ministrum, & alios conuentus Gandauensis Coryphæos anno 1587. ciues coëgisse vt sacerdotes & Monachos omnes è ciuitate pellerent, omnibus eorum bonis fisco adiudicatis: [b] & hunc ipsum Petrom Dathenum libro edito reliquos illius prouinciæ incolas ad similia perpetranda instigasse. Nostræ Galliæ hæreticorom fanaticos tumultus, rebelliones insanas, horrendasque contra Christianissimos reges nostros, contra eorum regni Magistratus, contra præfectos populorom, totumque Franciæ, omnium, quæ sub sole sunt, nobilissimom regnum, abominationes in odium ruinamque Catholicæ religionis omnes commemorare quis posset? Cum hæc dirarum sacrilegarumque rebellionum prodigia, seu monstra potius inaudita non vnius libri, non operis, nedum vnius capitis ambitus, terminiqoe comprehendere atque concludere valerent? Vnum dicam, Caluinistas Gallos suarum in principes nostros Christianissimos reges rebellionum, rabidarumque pugnarum furias non intra Franciæ huius religiosissimi omniom quondam regni viscera solummodò contentas, Apostasiæ, hæreticæque abominationis aculeis exagitauisse: sed eiusdem impietatis œstro percitas in alias orbis Christiani regiones, & oras Germanias, Poloniam, Sueuiam, Daciam, Angliam, Scotiam, Flandriam, aliasque nationes dæmonio Caluinico perditas impetu cæco rabidoque deduxisse, vt omnia in illis diuina humanaque iura funditus euerterent. Quæ adeò vera sunt, vt ipsi ministri hæreticorum, quos in Anglia, & alibi suæ maledictæ doctrinæ contagione perdiderunt, antesignani dissimulare silentio, vel dissimulata obroere nollo modo potuerint, quin confessionis ingenuæ scriptis testimonia ventilarent. [c] Extat liber assertionum scandalosarum à Lutherano Baocrofto Cantuariensis Ecclesiæ præsule, vt loquuntur, editus, in cuius

[a] Saronia in defensione tract. de diuersis gradibus ministrorum cap. 2.
Crispinus l. de statu Ecclesiæ.
Osiander Centur. 16
[b] Crispinus & Osiander ibi supra.

In Gallia. Caluinistarum horrenda in reges Christianissimos rebelliones.

Rebellionum suarum furias Caluinistæ non intra Galliam solum continuerunt, sed extra ad alias perdendas nationes amandarunt.

[c] Baucroftus Cantuariensis antistes in assertionibus scandalosis.

A libri capite 1. integro Antistes apostata refert, plerosque Anglos tunc Geneuæ morantes varias literas, ac libros huiusmodi doctrinæ rebellionis peste contaminatæ refertos in Angliam misisse: videlicet *proceres, consiliarios, inferiores Magistratus, imò, si necesse esset, plebem suam superstitionem eradicare, & religionem reformare debere,* (id est veram Catholicamque fidem perdere) *vel inuita regina* (scilicet Maria religiosissima principe) *imo si opus esset,* (aduertite, quò furit æstus insaniæ Caluinianæ, & hæretica rabies) *ipsam vel morte mulctando.* Vnde ipse [d] Baueroftus hęc alibi scribit. *Bonum huic insulæ fuisset, si nec Anglus quisquam, nec Scotus Geneuæ educatus fuisset, nec familiaritatem vllam ibidem contraxisset: quandoquidem inde perniciosas quasdam nouæ disciplinæ opiniones, & technas consistoriales hauserunt.* [e] In historia Ecclesiastica Scotiæ, quam funestum fuerit ostē- B ditur, qood Knoxius truculentissimus Apostata Geneuæ inter Caluinianas insanias fuerit educatus. In illa namque manifestè demonstratur, omnia quæ in illo Scotiæ regno ad vastationem Catholicæ religionis contra regiæ Maiestatis edicta furiosè patrata sunt, à ministris Geneuæ, detestandæ execrandæque doctrinæ professoribus, inter quos Caluinus scelerum grauitate & falsitatis eminebat, fuisse execrabili dolo conficta, & valdè nequiter excogitata. In Chronicis Anglicis diræ sacrilegæque proditiones rebelliones contra salutem vitamque reginæ serenissimæ Mariæ Catholica fide super omnes mundi reginas principesque Christianas illustrissimæ ab impiis Angliæ ministris Guillelmo Thomæ, Gordmanno, Vuhittingamo, Gilbęo, & aliis impietatis hæreticæ consortibus patratæ commemorantur. Qui suæ diabolicæ doctrinæ studia Geneuæ confe- C cerant: qui qoam depositionem ruinamque Catholicæ raginæ foris, Geneuæ machinati fuerant, eam domi in Angliam regressi proditionibus, fraudulentisque seditionibus aggredi tentareque non exhorruerant. Quid talibus ministris, hæreticisque perditis in tetra immanique contra principes suos rebellione proditioneque furentibus perniciosius, miserius, peius, funestiusque Catholicis principibus regibusqoe ad sui funus imperii ruinamque contingere posset? Sed præter iniurias atroces rebellionesque nefandas aduersus Reges ac principes, istorum humanæ societatis incendiariorum, necnon abominabilium Ecclesiæ Catholicæ perduellium crudelitates immanissimæ notantur: quas nouo & integro capite breuios, quam res tanta dici potest, obseruare iuuat.

[d] Baueroftus in recognitione prętensæ disciplinę.

[e] Historia Eccles. Scotiæ.

Halinhedes in magno Chronico vltimæ editionis volum. 3.

Stous in annalibus Angliæ anno 1592.

CAPVT

CAPVT XIV.

De crudelitatibus diuersis & immanibus ministrorum Satanæ hæresiarcharum hæreticorumque cæterorum in vnctos Domini, legitimos illorum principes, & contra horum principum magistratus, iustitiæ ministros, principatus & populos: quibus maxima bonorum catholicorum pietas, obediensque charitas in suos reges, principesque Catholicos vehementer opponitur.

1. *Hussitarum in principes suos crudelitates rebelles, quos secuti sunt Lutherani, feritate barbara suos principes persequentes, vt probatur exemplis.*

2. *De crudelibus Zuinglianorum contra principes rebellionibus, immanibusque seditionibus.*

3. *Tigurinorum, & Carolstadij cruentæ rebelliones.*

4. *Caluini, Bezæ, & aliorum tam Galliæ, quàm aliarum nationum Caluinianæ abominationis ministrorum multiplices, ac sanguinaria multis in locis Christiani orbis patrata crudelitates in legitimos Reges, & Reginas, eorumque populos.*

5. *Quibus tot immanibus crudelissima rebellionis in principes portentis sanctissima piorum Catholicorum pietas, charitasque magnopere reluctatur.*



VAM sit apta, & à diabolo fraudulenter efformata hæreticorum immaniumque Ecclesiæ Catholicæ inimicorum doctrina, ad exerendos crudelitatis, sanguinariique tumultus aduersus reges ac principes, eorumque populos actus, omneque patrandum nefas, vt probem: fatigare me necesse non video, in euoluendis antiquorum scriptorum, qui de vita scelerata, corruptisque hæreticorum sui sæculi motibus libros ediderunt, monumentis, replicandisque eorum historiis: vt ex his quamplurima vetustorum hæreticorum, similiumque Ecclesiæ Catholicæ rebellium exempla depromamus. Quibus assertionis nostræ veritas omnibus innotescat: cum recentibus nimium istius perditorum hominum generis exemplis abundemus. In quibus commemorandis non tam copiam: quàm modum in scribendo quæremus. Atque ne longè digrediar, ab immanibus Hussitarum hæreticorum [a] seditiosa prius immanisque Vui-

1. Hussitarum crudeles in principes suos rebelliones.
a Foxius in actibus & monumentis.

A clessi doctrina truculenter infectorum furoribus exordiar: quos Lutheranus Foxius natione Anglus scribit ad necem Hussi, suæ Patriarchæ abominationis, vindicandam, exercitum armasse, monasteria & templa diruisse, sacerdotes & monachos verberibus & opprobriis affectos eiecisse, atque fugasse, nominatim Hussitas Pragenses reginam fuga sibi consulere coegisse, ampla ædificia diruisse; ipsum Conciliabulum (scilicet Concilium Constantiense, quod per contemptum & opprobrium Conciliabulum hæreticus appellat) combussisse, & [b] præsente imperatore protinus rebellasse, & in omnes regni partes literas misisse, consulentes, vt nemo imperatorem reciperet: [c] quinque monasteria in territorio aelsinæ subuertisse, & combussisse, Comotauiam vrbem admodum celebrem expugnasse, igne [d] consumentes, ô crudelitas immanis, omni barbarie superior! quotquot in ea sacerdotes deprehenderunt: ciuitatem etiam Cuthnam inuasisse, ac flammis tradidisse: necnon & oppidum Brodæ:

Ibid.
b Ibid.
c Ibid.
d Idem Foxius ibid.

B superbè ac proditoriè Dominum suum regem pacem petentem contempsisse, & similia plura crudelitatis & immanis rebellionis in regem & Catholicos eius subditos trophæa substruxisse idem auctor [e] cum Osiandro præstante hæretico commemorat. Erat istorum hæreticorum exercitus supra numerum quadraginta millium armatorum, [f] referente eodem Foxio, qui ibidem narrauit ab istis insanientibus hæreticorum Hussitarum furiis Catholicorum plusquam quadraginta millia fuisse trucidata. Horum exercitui præerat dux [g] Zisca, insatiabili vindictæ cupiditate crudelis, vehementer efferatus & rabidus. Qui cum immania multa supra communem barbarorum ferocitatem in spoliandis, prædandis, popu-

e Osiander in Epito. Cent. 9.10.11.
f Ibi Foxius in actis & manum.
g Ibid.

C landis, vastandisque Catholicorum possessionibus, eorum cædibus, cruciatibusque cruentatus exegisset, adeò Catholicorum sanguine neceque cruenta saturari cupiuerit; vt vita deficiens, funerique proximus, respicite, ô animæ Christi fideles, immanium hæreticorum liuorem post fata minimè conquiescere, pellem è cadauere suo detrahi, carnem volucribus, bestiisque tradi, & tympanum è corio suo confici, quo sui, Hussitæ, in bello vterentur, imperauerit. Hoc cruento sanguinis Catholicorum Ecclesiam Dei suosque principes sæculares, religionis Christianæ vindices defendentium effusi sapore delectati Lutherani, voluptate suos perdendi principes, quia Catholicos, iustasque eorum vastandi dominationes nefaria correpti, dæmonio Lutheri præsidente, prouocante atque compellente vixerunt. Huius rei testes sunt Lutheri Nouatorum patriarchæ sermones illi, vehemensque Epistola ad Spalatinum scripta sic inter cætera loquentis. [h] *Non fe-*

Zisca Hussitarum ducis insatiabilis in Catholicos principes & populos crudelitas post mortem durat

2. Lutheranorum in principes barbara feritas & immanitas.

D *ram quod ais non passurum principem scribi in Moguntinum, nec quod publicam pacem perturbare possit: potius te & principem ipsum perdam & omnem creaturam. Si enim creatori eius Papæ restiti, cur cedam eius creaturæ?* Ipse idem Lutherus Germaniæ totius incendiarius, faxque rebellionis aduersus Catholicos ardens, & ad interitum religionis fœtidè fumans, in libro, cui titulus est. [i] *Aduersus falsò nominatum ordinem Episcoporum.* Anno 1525. bullam sanguinariam his verbis promulgauit. *Nunc attendite vos Episcopi, imò, laruæ diaboli: doctor Lutherus vult vobis bullam, & reformationem legere, quæ vobis*

h Lutherus de locis communibus class. 4. c. 30.
i Lutheri lib. aduersus falso nominatum ordinem Episcoporũ.
Bulla sanguinaria Lutheri contra Catholicos Episcopos.

non bene sonabit: doctoris Lutheri bulla & reformatio. Quicumque opem ferunt, corpus, bona & famam impendunt, vt Episcopatus deuastentur, & Episcoporum regimen extinguatur, hi sunt dilecti filij Dei & verè Christiani, obseruantes præcepta Dei, & repugnantes ordinationibus diaboli: aut si hoc non possunt, regimen saltem illud condemnent ac vitent. Contra verò quicumque manu tenent Episcoporum regimen, eisque obediunt voluntaria obedientia, hi sunt diaboli ministri proprij, & repugnant Dei ordinationi. Hæc rabie diabolica tumens Anti-Christi præcursor, in fera populorum libidinis, gulæque musto inebriatorum corda furenter euomuit & eructauit. Quorum dictis dementati protinus ad saga, ad arma, ad sacrilegia, ad cædes, flammas, ignes, omneque nefas contra principes tam sæculares, quam Ecclesiasticos aduolarunt, vt hæc Osiandri verba ex Sleidano testantur.[a] *Rustici iuramento confœderati seditionem excitarunt contra quosdam proceres Ecclesiasticos, causam prætendentes, quasi Euangelij doctrinam tueri &c.* Et in eadem Centuria. pag. 102. *Ad Lutheri iudicium rustici prouocarunt: Lutherus*[b] *autem cum eos inermes videret, nec satis potentes ad præualendum ne sibi rebellio eorum imputaretur* (extremo lege imperatoria mactando supplicio) *eos ad obedientiam hortatus est.* Cum scilicet hos rusticos viribus impares ad resistendum principibus superioribusque videret. Quæ postea sanguinariæ conspirationes, rebelliones & pugnæ hostiles à populis nobilibusque Germaniæ peste Lutherana contaminatis contra imperatorem, Ecclesiæ Germanicæ principes atque prælatos instigante prouocanteque Lutheri dæmonio directæ, decretæ ac susceptæ sint, patet ex Dressero dicente. *Scripto publico Saxonem & Lantgrauium proscribit Cæsar, tanquam perfidos rebelles &c. Protestantes* (à Luthero corrupti) *cogitata tanta seueritate bellum & ipsi denuntiant Cæsari &c.* Postea crescentibus Lutheranorum furiis, & sanguinariis rebellionibus eundo vires in dies acquirentibus.[c] *Mauritius Saxo elector, & Augustus frater,* inquit idem Dresserus, *non quiescendum sibi arbitrabantur, priusquam in titulo religionis Lutheranæ professionem collocassent. Inde expeditionem Mauritius in ipsum Cæsarem suscepit &c.* Quid verò Menno Simonius inter Anabaptistas hæreticos non exigui nominis & literaturæ de sanguinariis crudelibusq. rebellionibus Lutheri (ex cuius schola nefariè prodierat) eiusque quos apostata nefandissimus infecerat, sectatorum scripsit? qui omnibus execrandis Lutheri gestis, crudelibusque contra principes Catholicos conatibus interfuerat? *Quam peregrinas* (inquit) *& sanguinolentas seditiones Lutherani etiam ad introducendam & comprobandam doctrinam suam annis aliquot proximis concitarint, id illis ipsis expendendũ relinquimus.* Franciscus Lambertus Lutherana contagione fœdatus, quod aduersus Catholicos imperatorem, Reges & principes à suo Magistro Luthero didicerat in hæc scripta redegit: *si autem princeps &c. Anti-Christo cohæreat* (scilicet Rom. Pontifici, vt execrabiliter Nouatores interpretantur) *eum congregari debet fidelium Ecclesia* (idest Lutherana synagoga) *& illum sicut fratrem &c. Commonefacere, vt resipiscat* (idest, vt relicta Catholica, Apostolica & Rom. fide, cathedræ Lutheri pestilentiæ iungatur) *quod si contemnit, est ab omnibus habendus sicut Ethnicus: & fugienda est om-*

Sanguinaria bulla furijs accensus Germaniæ populos ad omne nefas contra suos principes vrit.

a Osiander Centur. 16.

b Osiander ibid.

3. Protestantium Lutheranæ lue infectorum in imp. Carolum 5. rebellio & crudelitas in Catholicos huic imperatori deuotos. Dresserus parte 6. millenarij 6.

c Dresserus ibid.

4. Conatus furiosi & seditiosi machinationes aliorum Lutheranorũ in principes Catholicos eorumque populos, maximè in imperatorem. Menno Simonius Anabaptista l. de cruce Christi. Franciscus Lambertus Lutheran. Comment. in Ionam c. 13.

A *nino conuersatio eius, vt de criminosis Paulus ait 1. Corinth. 5.* Pergit Lutheranus insanus; *nonne etiã multis Synodus* (in spiritu Sathanæ congregatis videlicet) *fuit definitum, filium perditum,* sic imperatorem Christianissimum blasphemiæ vomitor appellat, *sede imperij sui priuandum.* At cum quo sanguinis torrente diluuioque suorum & Catholicorum istud præstare molitiq. conati sunt? Concludit infelix Ecclesiæ, imperijq. Christi proditor.[d] *Ergo dum causa subest, hoc est, dum non vult Dei sermonem seruare,* scilicet in bono Catholicoque sensu, dũ non vult Lutheranæ Apostasiæ, diabolicæque doctrinæ furiis acquiescere, *neque seruari à populo suo,* scilicet Lutheranæ falsitatis, imposturæ impietatisq. sectatore, *potest à tota Ecclesia,* scilicet à tota hæreticorũ congregatione, synagoga Satanæ, *separari in tempus, & si obstinatus est, amoueri.* Scilicet imperio vitaque priuari. Quanta
B hæreticorum crudeliter aduersus suos principes rebellantium rabies! Quantæ Deus immortalis, insaniæ! Quanti furores! De Zuinglio Zuinglianisque Lutheri abominationes aliis quampluribus erroribus, impietatibus, blasphemiarumque portentis nefariè cumulantibus quid efferã? Nonne tota illorum contra principes rebellio & rabida seditio in effusione sanguinis, crudelitatibus, cædibus immanibus, vastationibusque terrarum principum faciendis patrandisq. consumpta est? Legat, qui id scire volet,[e] Hospinianum in historia sacramentariorum: legat[f] Epistolam Melanchthonis & Brantij ad Lantgrauium scriptam, in qua hæc inter alia: *Videamus Zuinglianos non expectato decreto Concilij,* scilicet Lutheranorum sub
C Satana congregatorum, *Papistas & Anabaptistas persequi &c. Nolumus enim celsitudinem vestram celare Zuinglianos, qui hic sunt, magnificè se iactare, quod pecunia ac viris instructi sunt,* scilicet ad belli contra imperatorem, Catholicosque principes furores, sumptusque faciendos, *& qua peregrinarum gentium auxilia habeant; item qua ratione Episcopatus distribuere, & se in libertatem vindicare velint. Valde autem miramur eos, qui tantopere alioquin de Christiana charitate gloriantur, talibus practicis se dedere, in quibus parum Christianæ charitatis, obedientiæ, & patientiæ animaduertitur: &c. Talia cõsilia, de quibus ipsi iactitant, nequaquã Christiana sunt &c. Profectò in re tanta posterorum ratio habenda esset, qui tali seditione excitata, nullam Ecclesiã, aut politiã tranquillã habituri sunt &c.* Et in alia Epistola,[g] *Videtur in Zuinglio,* inquit Melanchthon, *magis Heluetiensis,* scilicet ferus & barbarus, *quam Christianus esse spiritus.* Vnde Bilsonus
D alius Lutheranus, quamuis immania, sacrilegaque Zuinglij contra Ecclesiam Catholicam, Apostolicã & Rom. & aduersus Christianos reges & principes, eius sanctissimæ matris alumnos facta excusare, aut saltem dissimulare conetur, ait tamen, *illum sacramentariorum Patriarcham fuisse cum Caluino saeculi, turbulento & fanatico spiritu, &c. Sumptis armis nimirum, & gladio à Christo Domino prohibito, principum tetra turbauisse. Hocque faciendo Ecclesiam Christi à Papistica superstitionis labe purgare se velle dicebat.* Cuius ministri Satanæ vestigiis rebellibus, actibusque immanibus imitandis insistentes abortiui filij,[h] Tigurini Zuingliani in Rodolphum Romanorum regem seditiosi crudeles, cũ ciuitatibus Heluetiorum fœdus ineuntes, Magistratus Catholicos, despectui tradita impe-

d Franciscus Lamb. ibid. supra.

5. De crudelitatibus Zuinglianorum contra principes rebellionibus & sanguinarijs seditionibus.

e Hospinian. in historia sacramentariorum post a.

f Melanchthonis & Brantij epist. ad Lantgrauium.

g Quæ extat apud Hospinianum ibi supra. Bilsonus in vera differentia &c. part. 3.

h Tygurinus f. Car oo in Chronico Baocio... recognitionis sanctæ disciplinæ poz... tense

7. *Carolstadij cruenta rebellio contra principes ad Ecclesiæ ruinam.*

ratoria Maiestate, de suis dignitatibus gradibusque, imò etiam domibus atrociter expulerunt. De Carolstadio & sectationibus eius hæc Hospinianus ex testimonio Melancthonis & Brentii: [a] *Quiescere non possunt*, inquit, *sed assiduis practicis in eo laborant, vt per factiones & vim, si aliter non possint, errores suos tueantur & propagent, vnde cruenta & horrida bella ab illis hac occasione suscepta.* Et Melancthon Epistola ad Fridericum Miconium: [b] *Carolstadius*, inquit, *primus excitauit hunc tumultum*, scilicet contra Reges & principes, *religionis opprimendæ causa, homo ferus sine ingenio, sine doctrina, sine sensu communi.* Et paulo post. [c] *Tantum abest, vt in eo significatio spiritus sancti aliqua sit: imò extant manifesta signa impietatis, &c.* De Caluinistarum, Gallicanæque reprobationis hæreticorum crudelibus rebellionibus in principes nostros Reges Christianissimos, & in

a Hospinian. in hist. sacramentariorũ part. 2.

b Melancthõ ep. ad Fridericum Miconium.

c Ibid.

8. *Caluini Bezæ eiusque sectatorum crudeles & immanes in principes suos Reges Christianissimos ausus & rebelliones.*

B eorum subditos à genio dæmonioque Caluini efferaturum, non est opus longiorem historiam retexere; cum talium crudelitatibus ferinisque rebellionibus Gallorum scriptorum pleni sint libri, & quaquauersum nos in Gallia verterimus, vbique eorum crudelitatis, immanitatis plusquam barbaricæ, sacrilegarum rebellionum, hæreticorumque furorum non leuiter impressa vestigia videbimus. Ipse est Caluinus superioribus hæresiarchis, vt errorum impietatumque abominationibus excelsior, sic & crudelitatibus in omnes, præsertim verò principes, immanior: qui hoc ferale in Catholicos reges & principes, vt supra notauimus, indicium tulit ex inferis egressum. [d] *Abdicant se potestate terreni principes, cum insurgunt contra Deum*, scilicet diabolum hæreticorum Deum, *imò indigni sunt, qui in numero hominum censeantur. Idoque in capita eorum potius conspuere oportet, quam illis parere &c.* Quæ

d Caluin. in Danielem c. 6. v. 22. 25.

C quidem tantæ crudelitatis, rebellionisque regnorum vastatricis atrocitatem spirantia verba, Lutheranus quidam de Protestantibus Vuilkesius exhorrens, exprobransque Puritanis de grege Caluini exortis dicebat. *Vestri doctores fuerunt*, suppresso nomine Caluinum intelligens, *qui principes suos spiritu non satis afflatos, indignos censent, qui inter homines numerentur: vt pote, quos conspuere potius, quam eisdem obedire oporteat. Vestri magistri fuerunt, qui coniurationem in principes religioni suæ contrarios approbarunt.* Quis conspirationes principum Catholicorum, salutis, eorũque principatuum vastatrices, quis machinationes in eosdem crudelissimas, quis ferinas principum populorumque Catholicæ sanctitatis sanguine cruentatas tragœdias nullo vnquam torrẽte lachrymarum satis dignè lugendas, deplorandasque copiosa orationis vbertate commemorare posset? quas immanissimæ illæ heretici dæmonii furiæ, Beza, Knoxius, Bucananus, aliique meretricis Babyloniæ ministri de Caluini pestilenti schola prodeuntes, in Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Flandriæ, aliarumque orbis Christiani nationum theatris excitarunt atque patrarunt? Audiamus quantis Theodorus ille Beza Caluinianæ abominationis antesignanus, bella horrida bella, contra Christianissimos reges, in florentissimo quondam Catholica fide Galliæ regno gesta, laudibus extulit? vt monstro horrendo execrationis hæreticæ domicilium, sedesque stabilis in illo telis flammisque compararetur. [e] *Proceres Galliæ*, inquit Beza, *sub ductu prin-*

Vuilkesius protestans de obedientia, seu Ecclesiastica vnione.

Conspirationes crudeles Caluini discipulorum contra principes populosq. Catholicos Bezæ, Knoxij, Bucanani & aliorum.

e Beza in epi. dedicatoria noui testamenti ad Elizabetham

A *cipis Condensis, veræ religionis Christianæ restaurandæ fundamenta iecerunt, sanguinem suum Deo feliciter consecrantes in prælio Dressensi.* Hic nefarius insignis ad omnem rebellionem, immanitatem & impietatem contra Deum, Ecclesiam & principes orthodoxos hæresiarcha, librum, quem de iure Magistratuum in subditos inscripsit, totum rebelliones, seditiones, conspirationes furoresque ad bella contra principes Magistratusque Catholicos spirantem, odio liuoreque Catholicæ religionis edidit. De quo Lutheranus scriptor loquens, [f] *Doctrina eorum*, inquit, *tota tumultum ac rebellionem spirat. Ipse Beza in libro illo suo de iure magistratuum, subiectos in principem armat his in causis.* [g] *Qui quidem liber*, inquit ille, *omnem penè regum Christianorum & magistratuum auctoritatem eneruat.* Cur verò perditus ille sycophanta, solertissimus diaboli satelles subditos

Angliæ reginam anno 1564.

f Sutclifus in respons. ad libellum supplicem.

g Idem.

B in principes Catholicos, quos per opprobrium Papistas appellat, armari voluit? *Quia*, inquit [h] *mancipia sunt Satanæ.* Vnde Sarauia de Protestantibus hæreticis vnus, Bezæ doctrinam seditiosissimam, & in principes crudelissimam esse satis aperuit cum dixit inter alia. [i] *Quid his verbis sibi velit Beza dubitant aliqui, quibus ait minimè sibi iustum videri pios expectare debere, quousque lupi publica auctoritate comprimantur: & tacitè insinuare videtur lupos illos*, scilicet Catholicos principes, *posse priuata auctoritate expelli, sicut in Belgio, & alibi factum est, & vel inuitis illis Magistratibus principalibus:* Et Bancroftus Cantuariensis synagogę Lutheranorum more præsul, de seditiosa crudelique Caluini Bezæque doctrina, hoc indicium tulit.

h Idem.

Sarauia Protestans in defensione tractatus de diuersis gradibus ministrorum contra responsionem.

i Theodori Beza cap. 2.

Bancroftus in recognitione prætensæ sanctæ disciplinæ.

Qui Caluini & Bezæ duos Epistolarum libros legerit in historia Galliæ, aliisque id generis scriptis

C *versatus fuerit, simulque Hesbusio, Balduino, Carpentario, aliisque doctis sanè viris, & sine dubio protestantibus fidem adhibere voluerit, mirabitur certè quibus se negotijs misceant belli, pacis, quousque se subiectio extendat: quatenus reformatio non expectata magistratus auctoritate fieri possit &c.* Sed audiamus fraudulenta Bezæ verba dolo seditioso, crudeli dissimulatione, hypocrisique plena: *Perplacet autem mihi*, inquit, *quod de conuentu absque vlla principum, aut ciuitatum auctoritate, priuatim instituendo, scribis:* & alibi, quæ refutat Sarauia Protestans, hæc seditiosæ vocis halitu effutiuit: *Si pijs*, scilicet hæreticis Caluinistis, *semper expectandum putas, dum lupi*, scilicet Catholici principes, *vltrò cedant, vel publica auctoritate expulsi, tibi minimè assentior.* Deinde ad fraudes & contradi-

Beza epist. Theolog. ep. 68.

Sarauia ibid. supra.

D ctiones huius ministri Satanæ his conceptas verbis attendamus: [k] *Nihil seditiosè mouendum extra controuersiam est, sed piè & constanter amplectendas affirmo omnes diuinitus oblatas, veri cultus diuini restituendi occasiones &c.* Id est oblatas à dæmone furendi contra Catholicos principes insanias, ad Ecclesiam Christi immaculatam sponsam, Christianaque regna funditus euertenda. Sed furoris virus ad stabiliendum abominationis hæreseosque Caluinianæ monstrum, sic postea detegit. *Et ni ita factum esset, quas eandem Ecclesias hodie haberemus?* Horum hæresiarcharum Caluini, & Bezæ doctrinæ nefandę flores fructusque conspiciamus. Quis Knoxium vnum de fidei,

k Beza in eadem quę supra epist.

Ibid. Beza.

Knoxij discipuli Caluini in Scotia contra reginas conspirationes crudeles omnia iura diuina humanaque violantis.

A religionisque Catholicæ in Scotia præcipuis oppressoribus, & expilatoribus huius regni in schola Caluini Geneuæ patriarchæ furor, rabiesque cœperit, templorum sanctorum dilapidationes, rerum sacrarum profanationes, vrbium ac agrorum vastationes, Catholicorum cædes crudeles, & immites in serenissimas Scotiæ reginas matrem & filiam qoondam Franciæ reginam, coniurationes, deniqoe omnia diuina bumanaque violata iura testantur. Quem tamen Caluinus & Beza, *virum eximium, fratrem suum colendum, strenuumque vineæ Christi cultorem*, vt antea vidimus, appellarunt. Qui Geneua in Scotiam reuersus religionem Catholicam, prout immanis diabolicæ feritatis sub illius pectore stimulos vertebat furor, vi & armis opprimere aggressus est. *Cumque castrum S. Andreæ clancularijs insidijs occupasset* (inquit Holnishedus) *& Cardinalem horrendo assasinato in cubiculo suo occidisset, & ob id scelus à Regina Strylingam ad ius dicendum vocatus fuisset, nec compararet, perduellis declaratus est. Ille verò audaciam non deponens, sed confirmans mox Partha turbas ciere cœpit, magistratum S. Ioannis & Dundeæ cum plebe ibidem tumultuante, vt imagines & altaria per omnes Ecclesias & monasteria, atque religiosorum domicilia vndique per circuitum diruerent boreaci. Ipse autem post concionem, qua talia auditoribus suasit, babitam, Carthusianorum, prædicatorum & Carmelitarum domos subuertere, imagines & altaria Fifa, Angusa, Merna, & alijs in locis destruere: & sic omnes regionis illius Ecclesias*, nouo scilicet modo, *reformare* (idest exterminare) *pergebat. Alia voce* (inquit Bancroftus) *furores bellicos, horrendasque rebelliones, seditionisque contra Reginam viduam machinationes ipsius Knoxij oratione persequens, coierunt reformatores ad S. Andream, vbi ex instigatione Knoxij pro concione tam fratrum religiosorum domos, quam reliqua illius oppidi monasteria spoliarunt, deiecerunt, vastarunt. Idem Scoti Strylinga, Lithquo, & Edemburgi patrarunt, regina matre vidua, ob metum fugam capessente, duobus mensibus in campo castrametati sunt: & monetæ cudendæ instrumenta diripuerunt, & factum defenderunt. Reginam mentitam esse sæpe conuitiati sunt, eamque indignissimis lædorijs onerarunt, eique obedientiam præstare renuerunt: imò eam omni auctoritate regali exuerunt expresso instrumento ad id à Knoxio exarato.* Post cuius obitum Reginæ Matris quantas ipse sceleratissimus Knoxius com impietatis suæ sociis adoersus filiam quondam Franciæ Reginam coniorationes tragœdiasque concitauerit, satis dignè, nisi pro atramento, sanguine, describi, exprimiue non potest. Quas quidem noo ignorans Rex Magnæ Britanniæ serenissimus, vtinam Catholicus, ista aduersos hos rebelles crudelissimos læsæ Maiestatis diuinæ toties, & bumanæ reos in collatione Hamptonensi protulit.[a] *Quomodo se gesserunt erga miserandam illam principem matrem meam satis notum est, nec possum absque ingenti dolore commemorare.* His crudelibus rebellibusque in reges principesque Catholici fœderis machinationibus alius Caluinista Bucananus adstipulatus est, docendo scribendoque, vt scribit[b] Bancroftus, *Populo ius esse de sceptro regni pro libito suo disponendo: & optandum esse, vt præmia à plebe decernantur ijs, qui tyrannos* (scilicet Catholicos principes) *occiderint: vt fieri solet ijs, qui lupos cædunt.* Additque seditiosum illud:[c] *Populus principem in ius capitis vocare potest.* Quem ideò & knoxium illum nefarium, de quo tot supra, præsul Lutheranus[d] Roffensis, *Folles & faces illius Ecclesiæ, & gentis Scoticæ* nuncupauit. Licet Caluinus, vt supra notauimus, Knoxiom *virum eximium, fratrem suum colendum, strenuum in Ecclesia Dei operarium*, cum magno laudis elogio nominet.[e] Beza vero Bucananum virum præstantissimum, *optimè de regno, religioneque meritum, & grata sibi memoria recolendum* appellet. Tempore serenissimæ Reginæ Mariæ Catholicæ religionis, Pontificiæque Maiestatis obseruantissimæ,[f] exiit edictum ministrale ex adyto consistorii, seu stygiæ potius Geneuæ paludis in Angliam à furciferis illis, sycophantisque pestilentibus, huius impiæ hæreticæ paludis lacusque Geneuensis aquis, cum turbido rebellionis luto, contra reges pios Catholicosque principes, & religiosos inebriatis deportatum: quo sanctissimę Reginæ Mariæ cædes & internecio cruenta, & inaudito parricidio immanis decreta est. Quòd furiis ministrorum diaboli sanctissimam Christi Domini, vnicamque sponsam Catholicam, Apostolicam, Romanãque Ecclesiam radicitus ex Anglorum cordibus terrisque extirpare conantium, inque illius locum abominationis hæreticæ trophæa stroere, ac erigere machinantium, heroica, catholicaque sanctarum legum, edictorumque virtute reluctaretur. Quod Bancroftus Lutheranus licet alius verbis & alio sensu, suæ coouenienti impietati Lutheranæ dissimulare noo potuit. Qui propterea alio in loco de hac furiosa parricidalique Geneuensium ministrorum doctrina tale iudicium cõpellente veritate ferre coactus est:[g] *Perniciosa eorum dogmata de principibus deponendis: & si quando reformationi*, idest in bono veroque sensu, ruinæ religionis Catholicæ, *resisterent, quibusdam in casibus etiam occidendis libens prætermitto.* Quod ferale decretum cordi fuit alteri ministro de lacu pestilentiæ Geneoensis egresso Knoxii socio Goodmanno, quem *virum insignem, & fratrem apprimè colendum Caluinus appellat.*[h] Qui in diebus Mariæ Reginæ religiosissimè librum seditiosissimum nefandissimumque composuit Geneuæ impressum. *Quem primores ciuitatis illius*, scilicet Geneuensis, inquit Vuittingamus, idest, vt exponit Sotcliffus ibi supra, *Caluinus & Beza pro bono & pio approbarunt.* In quo præter alia multa nefanda, hæc seditiosa crudelitatibus, parricidiisque permixta docet.[i] *Non sufficit subditis non obedire impijs prauorum principum præceptis*, idest in bono veroqoe sensu, iustis ac piis Catholicorum principum pro religione Christiana, contra perfidiæ diabolicæ ministros hæreticos Caluinistas, & alios legibus, *Sed ijsdem resistere oportet.* Item,[k] *si magistratus mandata Dei transgrediantur*, id est, si Magistratus Catholici iustis suorum principum legibos animaduertant in hæreticos mandata Dei violantes, vt diabolica substituant, *aliosque ad idem faciendum pertrahant, à dignitate sua & obedientia illis alioquin debita excidunt, nec amplius pro magistratibus habendi sunt, sed examinandi, accusandi, condemnandi &c.* Item[l] *mali principes*, scilicet Catbolici, quos impios ille cæterorum more hæreticorum per contemptum Papistas appellat, *secundum legem Dei deponi debent*, id est idiomate hæretico, secundum

Caluin. epist. ad Knoxiom. Beza in epist. Theolog. ep. 74.

Caluio. eadem epist.

Bancroftus in l. cui asser. ciooes &c. vt supra.

Holnishedus in magno Chronico vltimæ editionis.

B

Bancroftus in lib. cui titulus Assertiones scandalosæ.

Regina Scotiæ mater vidua à crudelitate fæuis Knoxij & sequacium aufugit.

C

Conuitia in Reginas Scotiæ matrem & filiam atque rebelles conspirationes immanissimæ.

D

a Regis Angliæ de his nefandis rebellibus Caluinistis iodiciom in collatione Hãptonensi anno 1604.

b Bancroftus ibi supra Bucananus de iure regni.

c Bucananus ibid.

d Præsul Roffensis in concione ad D. Pauli crucem habita 10. Nouembris, & impressa anno 1606.

e Osiander in Epitom. Centur. 16.

f Bancroftus in assertionibus scandalosis.

3. Pars.

Edictum ministrale à Caluinistis editum in consistorio seu Conciliabulo Geneuensis Synagoga in necem Mariæ Angliæ Reginæ sanctissimæ, quod contra furias hæreticorum, fidem Catholicam piè generosèque defenderet.

g Bancroftus in recognitione prætensæ sanctæ disciplinæ.

h Caluin. in ep. & responsione Epistolæ 106.

i 14. Goodmanni Caluinistæ Angli liber seditiosissimus.

Sutcliffus in responsione supplicis libelli.

k Vuittingamus in Epistola libro Goodmanni infixa.

Godman liber.

l Ibid.

legem diaboli, *cumque magistratus officio suo fungi detrectant, in principibus sic deponendis, vel cædendis, tam liberum est plebi, ac si nullum haberet magistratum, & tunc temporis Deus illi vsum gladij concedit.* [a] Apparuit alius pestifer libellus à Caluinistis editus, & Geneuæ prælo mandatus; cui est, *de obedientia* titulus; in quo hæc impia dogmata, rebellionis maximæ faces, seditiosis aduersus reges Catholicos principesque præbentia, scripta leguntur. [b] *Reges ius regnandi à populo habent, qui occasione data illud reuocare potest.* Idem, *quod liceat reges impios & tyrannos occidere* (scilicet reges orthodoxa fide conspicuos, hæreticæ impietatis inimicissimos) ex quibus venenatis execrabili mendacio præmissis parricidium illud execrabile pro conclusione crudeliter educebant: Nempe, [c] *quod tam iure diuino, quam humano Regina Maria morti adiudicanda sit, vt pote tyrannicū monstrum, crudelis bellua.* O quæ pœnitentiæ, scelera tanta, horrendaque in reginam legitimam religiosissimamque conuitia piarent? Atque hæc pauca ex innumeris rebellionum crudelium, seditionum immanium, coniurationum sanguinariarum, fraudulentarum machinationum, aliorūque nefandorum conatuū ab hæreticis neothericis, Lutheranis præsertim, Caluinianisque contra proprios legitimosque Reges ac principes Catholica sanctitate fulgentes patratorum, portentis prodigiisque collegi: & ex ipsorum hæreticorum, compellente veritate, confessionibus, veluti fontibus, exhausi, vt omnibus hæc legentibus credibilior talium vix propter atrocitatem credibiliū, veritas appareret. Quod si atrocia, crudelia, ipso dictu horribilia, sacrilegaque nefariarum rebellionum, conspirationum, machinationum, pugnarumque parricidarū monstra potius, quam communia crimina, vt cum Tertulliano loquar, quæ Caluinistæ Nouatores, in hoc Galliæ regno natiuo solo contra proprios principes, regesque Christianissimos effrænata libidine patrauerunt, omnia commemorandi mihi prouincia mandaretur: scelerum narrandorum multitudine obrutus, in medio orationis spatio deficerem; cum tot tantaque illi nefanda, & horrore stupenda scelera per tot annos in alienis terris longè à patria sua perpetrauerint.

Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
Ferrea vox;

omnia Caluinistarum scelerum in Christianissimos reges, eorumque populos fideles, *percurrere nomina possem*: vt suæ impietatis execrationisque hæreticæ idolum fabricarent, fabricatumque corroborarent. Sed si tam furiosè, ardentique peruersæ passionis æstu cum schismaticis cæterisque sibi similibus Ecclesiæ Dei perduellibus, hæretici pro falsitate contra manifestam veritatis Catholicæ lucem; contra spiritualem hierarchici principis œcumenici principatū à Christo Domino in terris institutum, & occasione illum opprimendi, contra ipsos principes terræ, Christiana Catholicaque charitate præstantes assurgant, luctentur, ac dimicent: quantò magis generosè constanterque veri Catholici ad suam, aliorumque salutem pro veritatis Catholicę, sedisque Apostolicæ defensione omni, qua possunt, eniti conatu virtuteque contendere tenentur, ad illud exhortatione D. [d] Augustini præclara potenter inuitati? *Si pro errore homines, & damnabili dissensione, & conuicta modis omnibus falsitate, tanta præsumunt, vt eorum salutem requirenti Catholicæ Ecclesiæ tam audacter insidiari, minarique non cessent: quantò magis æquum est & oportet eos, qui pacis & vnitatis Christianæ asserunt veritatem, omnibus etiam dissimulantibus & cohibentibus manifestam satagere instanter atque impigre non solum pro eorum munimine, qui iam Catholici, verum etiam pro eorum correctione, qui nondum sunt? Nam si pertinacia insuperabiles vires habere conatur, quantas debet habere constantia, quæ in eo bono, quod perseueranter atque infatigabiliter agit, & Deo placere se nouit, & procul dubio non potest hominibus prudentibus displicere.* Concludamque verbis illis planè diuinis, quibus pater ille Magnus doctrina & sanctitate admirabilis omnes & singulos rebelles vtriusque Monarchiæ perduelles Monarchomachos, pro salute sua ad agnitionem principatus Ecclesiastici, debitamque ipsi reuerentiam obsequiumque præstandum magnopere cohortatur. *Dubitamus nos eius Ecclesiæ condere gremio, quæ vsque ad confessionem generis humani* [e] (id est iudicio & confessione totius humani generis) *ab Apostolica sede per successionem Episcoporum frustra hæreticis circūlatrantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis, culmen auctoritatis obtinuit.*

[a] Goodmanus in eodem libello. Liber hæreticorum Caluinistarum de obedientia Geneuæ contra Catholicos reges editus.
[b] Liber de obedientia.
[c] Ibid.
Veri Catholici ad sanctius generosius & constantius pro defensione veritatis Catholicæ stare debent quam furiosius contra eliam illius hostes digladiantur.
[d] S. August. epist. 67.
[e] S. August. l. de vtilitate credendi c. 17.

CAPVT XV.

Planctus afflictæ Galliæ lamentabilis de perditis filiis sibi, matrique Ecclesiæ pertinaci obstinatione cōtumacibus; eiusdem de bonis Catholicis fidelibus vtriusque Monarchiæ subditis consolatio; atque materna ipsius ad filios rebelles exhortatio, vt ad Deum verè conuertantur.

1. *Summum dolorem comprimere matri ob perditos filios difficile, cuius dolor iustior, & vehementior propter mortem animæ filiorum, quàm corporis.*

2. *Luctus Galliæ propter tot suorum funera, corporea spiritalique morte necatorum, hæreticorum furoribus apertis & occultis.*

3. *Catholici optimi verè Galli suis virtutibus piè ad veram pacem conspirantibus Galliam patriam communem omnium parentem in suis afflictionibus magnopere consolantur.*

4. *Exhortatio Galliæ ad rebelles hæreticos, schismaticos, omnesque sacrosancti inter ambas Christi Monarchias fœderis osores, vt ab erroribus, rebellionibusq. suis contra*

sedem Apostolicam, Ecclesiamque Christi resipiscant.



IAM pro peroratione liceat mihi præsentem libellum, patriæ charissimæ, communis Gallorum parentis, omnium quæ sub cœlo sunt, regni nobilissimi querulo luctu, atque de rebellibus filiis Deo, & eius sponsæ sanctissimæ omnium fidelium Matri Ecclesiæ hęreticis & schismaticis tanta mala causantibus expostulantis, simul & filiorum eius obsequentium recta fide, pietateq; coruscantiũ lamentatione finire. Et certè, *Cum materna viscera* (vt ait [a] S. Ambrosius) *patientiam nesciant*, difficile huic tot calamitatum turbine à propriis filiis, usque peruersa vita sordidatis vexatæ, in summa causa doloris, dolorem luctumque comprimere. Quæ maxima Ecclesiæ Christi Domini natarum, intra sua viscera per tot annos vidit & sensit, hanc sacratissimam omnium fidelium parentem matrem suam à nefariis perditisque, auitam Gallorum, veramque Christi Domini religionem abiurantibus, furore bellorum omnia ferro in suis prouinciis, flammaque vastantium, turpissimè fœdari, & immanissimè cruentari. Qui ne sancta confœderatio beata pacis & charitatis vnio, ambas in Christo Deo Monarchias perfectè sociarent, & astringerent, totis suis viribus, idest, inferni furoribus, obstiterunt. Vnde illa lamentabilia ad Deum miseræ funestęque Galliæ in filiorum tam corporis, quam animi morte crudeli vox & oratio.[b] *Vide quoniam tribulor: venter meus conturbatus est, subuersum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum: foris interficit gladius, & domi mors similis.* Certè scriptura sacra, cum ingentem vehementemque omnibus tristitiæ conditum amaritudinibus dolorem volt exprimere, matris vnigeniti funera lachrymantis luctum solet appellare:[c] *Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum.* Seneca grauissimum Octauiæ Cæsaris Augusti sororis sensum doloris describens, cuius vulnere, propter vnici filii Marcelli mortem in animo cordeque sauciabatur, hæc inter alia. *Nullum* (inquit) *finem per omne vitæ suæ tempus flendi gemendique fecit, nec vllas admisit voces salutare aliquid afferentes, nec auocari se quidem passa est: intenta in vnam rem, & toto animo affixa. Talis per omnem vitam fuit, qualis in funere: non dico non ausa consurgere, sed alleuari recusans, secundam orbitatem iudicans lachrymas omittere: nullam habere imaginem filii charissimi voluit, nullam sibi fieri de illo mentionem.* Et paulò post.[d] *Tenebris & solitudini familiarissima, ne ad fratrem* (scilicet Augustum) *quidem respiciens, carmina celebrandæ Marcelli memoriæ composita, aliosque studiorum honores reiecit, & aures suas aduersus omne solatium clausit: à solemnibus officiis seducta & ipsa magnitudinis fraternæ nimis circumlucentem fortunam exosa, defodit se & abdidit: lugubrem in tota vita vestem non deposuit, non sine contumelia omnium suorum, quibus orba videbatur.* Hic matris in corporis filiorum morte consternatæ doloris ardor & vehementia! Sed quam iustiùs contractus animo matris ab animę filiorum morte per scelera necatæ profectus in lamentabiles gemitus eiulatusque dolor erumpere debet, cum charior longè, sicut pretiosior, animæ vita, quam corporis exstat? A qua spirituali morte fratri suo Cæsario S. Gregorios Nazianz. permetuens, si diutius Iuliani Apostatæ curiam, aulicamq. pompam frequentaret, à quo præfecturæ honore fuerat auctus: ei potenti ratione huius abiurationem curiæ persuasit, ne ex illius corruptione vitæ, à qua mors animæ in aula imperatoris pessimi cõtracta, matrem suam vehementissimo doloris in corde vulnere ad mortem vsque confoderet. *Dominam autem matrem,*[e] (inquit) *si quicquam de tuis rebus rescisceat,* (scilicet te adhuc in curia imperatoris iniqui eius mancipatum imperio conuersari) *nam ad hanc vsque diem multis artibus eam celauimus, ita velim existimes, eam tantum dolorem habituram, vt nullo omnino solatio mitigari possit: vt pote parui animi fœminam, & alioqui ob pietatis magnitudinem modũ in huiusmodi rebus tenere nequeuntem. Quamobrem si quam & tui & nostri rationem habeas, melius tutiùsque tibi consule.* Sed communis parentis patriæ per tot sæcula Catholicæ fidei pietatisque Christianæ splendoribus illustratæ, qualis est Gallia, omniumq. bonorũ verè Christianorum cum illa, longè dolor & angor non ex vnius, aut alterius tantum filii, sed multorũ penè innumerabilium morte violenta corporis, nec corporis solùm, sed & animorum nece per tot scelerum facies furiasque conflata, procedens acerbior est atque vehementior. Cuius sæuo confossa percussaque spiculo Gallia cum piis, catholicisque suo subditis imperio suorum mortes & funera corporis & animi mihi lamentari videtur his luctibus & vocibus valde lugubribus; quibus quondam S. Augustinus nomine patriæ, suorum Africanorum per execrabilia hæreticarum furiarum flagitia miserabiliter extinctorum funestos exitus, exitiaque calamitosa sic ægerrimè lugebat, voceque suspiriis interrupta lachrymabatur.[f] *O infelicitas generis humani! Amarus est mundus & diligitur, putas si dulcis esset, qualiter amaretur? Vos alloquitur veritas dilectores mundi, vbi est quod amastis? Vbi est quod pro magno tenebatis? Vbi est quod dimittere nolebatis?* Scilicet opes, vanos honores, libidines, turpesque voluptates peccatis aliis oneratas. *Vbi tot regiones? Vbi sunt tantæ splendidissimæ ciuitates? Lugendo potius ista dicta sunt, quam insultando! Quis dabit capiti meo*[g] *aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt plorem die ac nocte interfectos populi mei?* Sed cuiusnam vulnere mortis interfectos? Respondebit illa cũ S.[h] Augustino. *Non solũ morte corporum, sed & animorum. Christianis loquimur. Multos cognouimus in ista visitatione* (idest omnium rerum sacrarum profanarumq. vastatione, immanissimis Dei Ecclesiæque hostium furoribus excitata) *sine sacramento baptismi ex hac vita fuisse ereptos, atque inter vastata relictos.* O Caluinistæ nefandi, vtriusque diuinæ & humanæ Maiestatis perduelles, abominationis vestræ in Gallia fructus sunt isti! Vnde meritò contra vos eiusdem sanctissimi doctoris verbis gemens exclamabo. *Quis luctus idoneus? quis planctus celsior inueniri potest? Quando sic exarsit ira omnipotentis vt repelleret etiam tabernaculum suum* (à multis Galliæ locis, in quibus vestra efferbuit iræ diabolicæ rabies) *in quo habitauit tot annos in hominibus*, Galliæ scilicet, *& ille etiam, qui vnico filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, nec pretium tanti sanguinis attenderet: nulli* (in his partibus Galliæ, contra regiæ Maiestatis imperia, atque leges hæretico furori sub-

[a] S. Ambros. l. 5. de fide ad Gratianum c. 3.

[b] Lament. c. 1

[c] Hierem. c. 6

Seneca de consolat. ad Martiam. c. 2.

[d] Ibid.

Iustior matris dolor in nece animæ filiorum quàm corporis.

[e] S. Gregor. Nazianz. epi. 17. ad Cæsarium fratrem.

a. Pari. Gallia luctus ob tot suorum funera corporea spiritaliaque morte necatorum per hæreticorum furores & schismaticorum,

[f] S. August. serm. 3. de tempore.

[g] Hier. 9. v. 1.

[h] S. August. ibi supra.

a Lamentat. Hierem. c. 1. v. 12.
b Ibid. v. 16.

iugatis) [a] *Ecclesiæ, nulli clero, nulli sacratæ Virgini, nulli parceret ciuitati*: Idcirco cum Hierusalem Gallia, [b] *Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius. Oculus eius deduxit aquas, quia longè factus est ab ea*, (propter rebellium filiorum scelera) *consolator, conuertens animam eius. Facti sunt filij* (hæretici & schismatici) *perditi, quoniam inualuit per eos inimicus homo*. Qui super bonum doctrinæ Catholicæ, vitæque sanctitatis semen, impietatis hæreticæ, vitæque sceleratæ (o)perseminauit zizania. [c] Quæ hos rebelles filios, contra Deum & Christum eius, in odium ruinamque Pontificiæ Maiestatis, fœderisque inter eam, & sæculares principatus exitium, pertinaciter armatos, illis, quibus sui temporis schismaticos in Innocentium 2. Sedis Apostolicæ præsulem rebellantes sanctus Bernardus arguebat, verbis, vt ab errore suo recedant, amicè compellat. [d] *Vniuersitas & vnanimitas Fratrum, tam Clericorum, quam Monachorum regularis vitæ probatæque conuersationis sequentes Episcopos, quasi gregis pastores, Innocentio firmiter adhærent, sincerè fauent, humiliter parent, verum Apostolorum successorem fideles recognoscunt. Quid Reges, & Principes terræ? Nonne in eodem spiritu vna cum subiectis sibi plebibus Innocentij partes amplectuntur, confitentes & ipsi, Papam, & Episcopum animarum suarum? Quis postremò in quocumque ordine illustris, & boni nominis homo idipsum non sapit? Et tamen isti nescio qua importunitate, & importuna contentione reclamant, vocant in causam orbem, & cum sua paucitate vniuersitatem flagitant iudicari. Defuncto Cæsare Augusto* (subdit cum magno illo Cardinale Damiano afflicta Gallia mater, sua persequendo lamenta, querelasque contra rebelles illos perditionis filios, Absaloni similes) *mœrens Romanus populus lugubre clamabat, videlicet, aut non nasceretur, aut non moreretur. De te autem Cadaloe* (ait Petrus Damianus) illa verò variando nomina, *De vobis verò*, ô rebelles hæretici atque schismatici: Mihi vestris contra Apostolicam Sedem vitam meam, furoribus funus interitumque parientes: [e] *Meritò dicitur*, videlicet, *aut non nasceremini, aut illicò moreremini. Fuisset vtique conceptus vester, conceptus æternus, secundum scripturam, abortisset Mater vestra, non peperisset, & abortum potius fudisset, quam sobolem genuisset*. Egone vos in eum finem misera genui, vt hunc tandem vterum, quo vos tot mensium spatio gestaui, meo meorumque filiorum sanguine, vestris aduersus Romanos pontifices, Regesque Christianissimos rebellionibus effuso cruentaretis? Quot [f] religiosi Patres viri Dei, sicut quondam in veteri testamento Elias, Hieremias, Matathias [g] Machabæorum pater, ita postea in nouo S. Athanasius, Basilius, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius Magnus, & alij quamplurimi diuini spiritus afflati charismatis, videntes Ecclesiæ Christianæque Reipublicæ mala, crudelibus hostium Dei delirijs, insanijsque armatis exorta, quibus resistere ex desiderio suo non poterant, cum Apostolo *dissolui* [h] concupiuerunt, & *esse cum Christo*? mortem pro vtriusque principatus à Christo Domino diuinitus instituti defensione pacisci voluerunt? satius esse du-

c S. Matth. c. 13. v. 25.

Gallia ad rebelles filios hæreticos & schismaticos exhortatio verbis S. Bernardi.

d S. Bernard. epist. ad Aquitanenses Episc. contra Gerardum schismaticũ, eiusque sectatores.

Innocētius Epistola contra Cadaloum Pseudo-papam.

e Hieram. 2. 20.

f l. 3. Reg. 2. 18

g Hierem. c. l. 1. Machab.

h Philip. cap. 1. v. 23.

A centes generosè vita cadere, quàm diuinæ religionis occasum, animarumque interitum sine salutis remedio cernere? Sic mihi filijsque meis Catholica sanctitate fulgentibus millies perire satius esset, quàm in Ecclesia Christi Saluatoris nostri, quæ seruire nisi sponso suo non potest, sine seruitute, hostiumque Dei impunè contra vtrumque Christi imperium furentium rebellione non posse viuere. Quàm multi pij atque religiosi Catholicæ fidei defensores, è meis maternis visceribus effusi, infortunium, tanquam non vulgare bonum, cæcitatis optarunt: ne hæreticorum, aliorumque similis impietatis Diaboli ministrorum immanitates, crudelitatesque plusquam barbaras in odium, & execrationem Ecclesiæ, Sedis Apostolicæ, sanctitatis Pontificiæ,
B necnon in opprobrium Maiestatis Regum nostrorum Christianissimæ contra fidelissimos maxima Christianæ pietatis luce fulgentes, igneque sacro charitatis ardentes, Regum illorum Christianissimorum subditos imperu sæuissimo contortas, sanis oculis aspicere possent? sicut Mares [i] ille Episcopus Calchedonensis sua cæcitate lætabatur, pro eaque Deo gratias de purissimis cordis affectibus immensas agebat, ne tyrannum crudelissimum religionis Christianæ persecutorem, Apostatam sceleratissimum Iulianum, dæmoniorum cultorem nefandissima manibus inferni sacra facientem, cernere intuerique cogeretur. Sed ad conquerendum hæc satis.

i Sozom. l. 6. c. 6.

In fidelissimis Regi Christianissimo, sicut Ecclesiæ principi Christi Domini Vicario subditis obsequentissimis de Galliæ sino gremio-
C que matris exortis solatia spemque melioris, beatiorisque vitæ capiamus. Quorum tam benè cum omnibus ad pacem compositus est animus, modo integra fidei, religionisque Catholicæ sanctitas retineatur, honorque imperatus à Deo principibus animorum & corporum Pontifici Romano, & Regibus Christianis, alijsque sub illorum maiestate, & authoritate Prælatis ac Magistratibus, sublato hæreticorum schismaticorumque patrocinio sartus tectusque conseruetur. Sic enim illi cum Beato Hieronymo, aduersus Ruffinum multa in se retorquentem falsa crimina, loquuntur religionis regnique Christiani sæcularis hostibus, eorumque fautoribus: [k] *Testor mediatorem Iesum inuitum me, & repugnantem in hac verba descendere, & nisi tu prouocares semper taciturum fuisse*: Et paulò pòst, [l] *Omittamus hæreticorum*, schismaticorumque *patrocinium, & nulla erit in-*
D *ter nos contentio. Eodem feruore, quo Origenem ante laudabamus* (quia bonum tunc Catholicum) *nunc damnatum toto orbe damnemus. Iungamus dexteras, animos copulemus: Et duos Orientis & Occidentis* [m] τροπαιοφόρους, scilicet *Theophilum* Alexandrinum Patriarcham, & *Anastasium* Romanum Pontificem (illi verò vtriusque Monarchiæ Principes Romanum Pontificem in spiritualibus, & Regem Christianissimum in temporalibus) *alacres sequamur incessu*: Rursus hæc cum illo S. Patre subiungunt. [n] *Depone gladium & ego clypeum abijciam: in vno tibi consentire non possum, vt parcam hæreticis*, (& schismaticis) *vt me Catholicum non probem. Si ista est causa discordiæ, mori possum, tacere*

3. Pars. De veris Gallis optimis Catholicis bene ad pacem tum omnibus animatis, modo fidei Christianæ integritas seruetur, & sua Ecclesiæ pastorique illius æcumenico reuerentia tribuatur.

k S. Hieron. aduersus Ruffinum.

l Ibid.

m Ad verbũ trophæum gestantes, scilicet triumphantes, τροπαιοφόρος enim est, trophęũ gestãs.

n Ibid. S. Hieron.

a Ibid.

non possum. Vno verbo concludit ita: [a] *si inter nos vna sides, & illicò pax sequetur.* Quis istorum verè Gallorum optimè Romano Pontifici Regiqoe Christianissimo Catholica fidelitate seruientium non magnopere eos execraretur, qui inter hos duos principes spiritualem & sæcularem, veluti duos Christiani cœli in Ecclesia militante polos, dissidia, rixas, dissensiones, odiaque funesta spargere in hoc Galliæ regno conarentur? Cuius principes Christianissimi, diuisos discordia populos alios, Christianæ teligioni prospere mancipatos, Apostolicæ sedi tecoociliare consueuerunt? Quàm illud miserum, luctuosumque est in hac terra, Gallia scilicet, religionis obedientiæque Catholicæ alterationem, in eaque scissuram schismaticorum hæreticorumqoe rebellione cernete: [b] *In qua, vt optimè nostu*, dicebar sanctus Bernardos Epist. ad 4. Cardinales Presbyteros, *solent scissura alia resarciri?* Nec minus illud luctuosum & acerbum est in boc florentissimo quondam super omnia mundi regno, infestissimos Ecclesiæ, principatusque Christiani perduelles hæreticos, hostesque, vt supra vidimus, dominationis sæcularis, sicot & Ecclesiasticæ perniciosissimos, suæ venena abominationis impunè spargere: nefandorum dogmatum furus, & ertorum aliorum saluti publicæ pestiferorum insanus proterue debacchari.

b S. Bernard. epist ad 4. Card. &c.

Nunquam à Clodouæi tempore in Gallia tolerata hæreses impunè vsque ad hoc funestissimum corruptissimumque sæculum quo viuimus.

Quos nunquam Gallia, quæ ad vsque S. Hieronymi tempora infidelitatis impietatisque hæreticæ monstris caruerat, postea à tempore Clodouæi primi Franciæ Regum Christiani, cum suis erroribus, impietatibusque sustioere potuit: nec eos suæ pestilentis doctrinæ contagione fœtentes cum Catholicis sui territorij conuersari tolerauit, vt sopta exemplorum productione mnnstrauimus, ne illos suæ moibo cōtagionis inficerent. Sed semper istos reges Christianissimi zelo Christianæ charitatis accensi persecoti sunt, donec deficerent ab impietate sua, vel pertinaciter obstinati funditus caterminarentur; vsque ad infelicissimum, quia nequissimum, corruptissimumque sæcolum, quo viuimus. In quo, proh nefas! scelera populi atque magnatum cuiusque sortis & ordinis sua hæreticis quocumqoe eos furor impij desiderij, voluntatisque verteret, spargendi venena copiam impunè, silentibus Dei Ecclesiæq; legibus, inter vitiorum arma, fecerunt. Quæ sic à me dicta velim, non vt seditiones, sed porios lamentationes, non discordiarum motus, sed miseriarum luctus, non tomoltus armorum, sed gemitus præcordiorum in Gallorum Catholicorum congregationibus excitem: [c] *Qui secundum Deum pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Timor enim calamitatis ruinæque imperij omoium, quæ in orbe Christiano sunt, illustrissimi, has lugubres voces elicit, has imo de pectore lamentariooes effundit; bene in hac fundatus S. Remigij prophetia Clodoozo Regi in eius baptismare facta, proot Spiritus S. huic sancto Archiepiscopo cœlesti regem oleo inungenti, & inauguranti dictauerat. videlicet: [d] *Hoc Franciæ Regnum fore semper illustrissimum, atque beatissimum, quandiu in eo iustitia veraque Christi Domini religio sincerè, puraque mente colerentur:* extra quarum amplexus, pax vera expectari nulla potest. Cùm (vt præclarè S. Ambrosius) [e] *non possint esse inter eos integra pacis, inter quos est bellum fidei:* [f] *Nec vllus sit* (testante S. Hieronymo) [g] *fidus affectus, quorum est diuersa fides: nec grauius vllum sit bellum, quam quod ex religionis dissidio nascitur.* Etenim per Deum immortalem! *qui fieri potest, vt homini sit amicus, qui Deo fuerit infidus?*

c 2. Cor. c. 10.

S. Remigij vaticinium de felicitate Francorum Regni inuiolatam iustitiam verāq; Christi fidem custodientis.

d In testamento S. Remigij.

e S. Ambros. l. 3 offic.

f S. Hieron. in cap. 10. S. Matth.

g S. Ambros. vbi sup.

4 Pars. Exhortatio ad rebelles hæreticos atque schismaticos, vt ab erroribus rebellionibusque suis contra sedem Apostolicam Ecclesiamque Christi resipiscant.

Sed iam appropinquātibus ad finē huius capitis & libri vnica oobis restat pro cōsolatione deprecatio, qua oomine patriæ galliæ exhortando rogemus & obtestemor rebelles principibus spiritualibus, & tēporalibus, hostes Christi eiusq; spōsæ tam apertos, quàm occultos, vt à sua contumacia rebellioneque sacrilega resipiscant, vetaque ad Deum coouersione, suarum salotem animarum, gloriamque sibi felicitatis æternæ paciscantur; Cogitentque tunc Deum prorsus peccatores deserete, cum nulla in eis spes correctionis apparet, cum vitia temediis fortiora, inueterata peccandi consuetudine toborantur. *Adiuro vos*, cum S. Hieronymo, [h] *vt de Babylone Hierosolymam regrediamini, ne vobis amplius dominetur Nabuchodonosor, sed Iesus filius Iosedech.* Veniat Esdras, *qui interpretatur adiutor, & reducant vos in patriam vestram* (quę est Christi Domini Ecclesia vera, vnica, Apostolica, Catholica & Romana) [i] *vnde digressi incidistis in latrones, qui vos spoliauerunt, vulnerauerunt*, funesta morte vos elusos, fraudeque diabolica dementatos propinato pestiferæ doctrinæ veneno mactauerunt. [k] *Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Non consideratis, sicut sui temporis Donatistas D. Augustinus affabatur: [l] *Quod non de auro & argento vestro agitur: quid non terra, non prædia, non denique salus corporis vestri in discrimen vocetur. De adipiscendu vita æterna, & fugienda morte æterna compellamus animas vestras. Expergiscimini aliquando. Non in obscura aliqua quæstione versamur: non recondita secreta rimamur: quibus penetrandis vel nulla, vel rara humana corda sufficiant, res in aperto est, &c.* Vt eligatis vtrum vos, qui tandiu dura ceruice, incircuncisis cordibus, per rebelliones vestras, assertionesque exerrabilis doctrinæ nefandas Spiritui S. testitistis, reprobi, ab ouibus Christi sequestrati, semper post hanc vitam misere lugeatis; An verò post magnas elongationes à Deo, post varios errores, post tot iactationes sceleratæ vitæ, commissa contra Deum & Christum eius crimina flebiliter agnoscentes, confitentes, detestantes salotari conuersione in Ecclesiæ sanctæ gremium (ex quo rebellioois, nefariæque persuasionis vos tempestas exturbauerat) prospere reducti, per infinitam Dei misericordiam, bonitatemque cum iustis, sanctisque beatorum spirituum ordinibos in cœlo tandem, nullis doloris, aduersitatisq; reflantibos ventis, plena potiti felicitate perpetuò gaudeatis. Nulla confusio in eiurandis detestandisque peccatis vos apprēhendat, nisi bona. *Est confusio*, inquit S. Augustinus, [m] *adducens ad peccatum, & est confusio adducens ad gratiam & gloriam. Confusio adducit ad peccatum, cum erubescit quisque prauam mutare sententiam, ne aut inconstans putetur, aut diu errasse, se ipso iudice, confiteri teneatur. Ita descendunt ad infernum viuentes, id est perditionem sentientes quos Dathan, Chore, & Abyron,*

h S. Hieron. epist. 99. ad Asellam.

i S. Luc c. 10. v. 30. 31. &c.

k Psalm. 4.

l S. Aug epist. 162.

Peccata confiteri & detestari non erubescendum.

m S. Aug. ep. 48 ad Vincentium Donatistam.

Confusio duplex: bona & mala.

biam terra absorpti tanto ante futuros significauerunt. Confusio autem adducit ad gratiam, & gloriam, cum erubescit quisque de propria iniquitate, & pœnitendo in melius commutatur, quod te facere piget illa perniciosa voluntate separatum. Sed iam pro fine, quanta potero voce & corde contendam ad salutem vestram, veramque vitæ deploratæ conuersionem vobis inclamare, precando, illis verbis, quibus maximus ille doctorum Catholicorum Magister Donatistas ab errorum suorum tenebris ad Catholicæ veritatis lucem, à scelerum vitiorumque cœno, ad virtutum Christianarum, maximéque charitatis cœlum reuocare conabatur.[a]

a S. August. l. contra Donatistas post collationem cap. 18.

A

Expergiscimini aliquando, non vos tartareus obliget somnus, non in profundum sacrilegi erroris adhuc impia consuetudo demergat. Iam consonate paci, cohærete vnitati, acquiescite charitati, cedite veritati. Ita fiet, vt cum Deo pro peccatis satisfacere laboraueritis: *Non solum* (vt sancti Cypriani[b] verbis vtar) *veniam apud Deum impetrabitis, sed etiam matrem vestram, quam tantopere contristaueratis, lætam facietis Ecclesiam.* Quæ vos sic suo gremio meritoriè restitutos, post hanc vitæ mortalis vsuram, diuino spiritu renouatos, ad cœlestia tabernacula cum Christo, sanctisque victuros, & eius immortali gloria fruituros beatissimè portabit.

b S. Cyprian. l. de lapsis.



QVARTÆ PARTIS

LIBER QVARTVS.

IN QVO DEMONSTRATVR AB INDOmita huius sacræ vnionis virtute, omnem Diaboli, eiusque ministrorum, ruinam illius sine fine machinantium, potestatem, viresque domari: atque his domitis veram, tandiu desideratam Dei pacem, vna cum fidelium principum, populorumque salute in tuto poni: debito ipsis principibus honore, obsequioque retento, quandiu sua summo vniuersalis Ecclesiæ pastori reuerentia, honos, & obedientia ab illis, illorumque populis inuiolatè, religiosèque conseruantur.

CAPVT I.

Duplex Diaboli tyrannis, contra duplex Christi Domini imperium, spiritale, & temporale.

1. *Multa diaboli machina ad opprimendam fidelium regni Christi subditorum salutem, inter quas dua pracipua sunt, vna infidelitas aduersus fidei puritatem.*
2. *Præter primam diaboli machinam, contra fidei puritatem, alia est contra morum sanctitatem.*
3. *Quas machinas diabolus exercet satellitio hareticorum, schismaticorum, aliorumque libertinorum Ecclesia Christi ac Respublica hostium.*



VPERIORI libro quamplurimas, easque maximè salotares in conspectu Dei pretiosas ad illius honorem, & gloriam, Ecclesiæ sanctæ, reique publicæ Christianæ tranquillitatem, & pacem, & in fidelium populorum, Catholicorumque salutem relatas, vtilitates, ex sacro-sancta spiritalis, secularisque regni consœderatione profectas, longa continentis orationis serie, deduximus. Quas in hoc præsenti libro persequentes A continuantesqoe demonstratori sumus, vigore, virtuteque salutaris huius sacro-sanctæ coofœderationis excelsa, cunctas diaboli eiusque ministrorum, coorra vtriusque Monarchiæ sanctitatem effrenatè furentium vires elidi, potentias eneruari, furoresque domari: iustis omnibus, fidelibusque sedis Apostolicæ principatusque Catholicorum principum Christiani subditis, gloriosom Pæana canentibus, maximasqoe de parta victoria, singularibus votis ex toto corde, anima, viribus, menteque Deo referentibus. Atque vt huic specioso præstantique tractatui primordia solida tradamus, & aperiamus ingressum: doplicem diaboli tyrannidem contra duplicem in domo Dei, quæ est Ecclesia, Pontifi- B ciam, regiamque dominationem, rabidè ferocientem, assurgentemque commemorabimus. Ad quam promouendam, roborandamqoe hæreticorum, schismaticorom, aliorumqoe libertinorum, vtriusque Christi Saluatoris nostri dominationibus infestissimorum satellitium, ministeriumque crudele diabolus vsurpat: eo fine, vt eos contra has purissimas, sanctissimasqoe Christi dominationes armando, pro mercede, stipendioque destruat, perdat, dissipet, suæque tyranoidi maocipatos æternis flammis scelerum vltricibus crudelissimè discruciet, atque concorqoeat.

Duplex diaboli tyrannis vna contra fidem, altera contra mores.

Prima diaboli tyrannis aduersus Christi Do-

mini regnum ſpiritale, & ſeculare armis infidelitatis fidem Chriſti, ſinceram Eccleſiæ Catholicæ doctrinam oppugnando furioſiſſimè luctatur. Altera corruptionis, vitæque ſceleratæ machinis armata, bonos, ſanctoſque mores conculcando, proſtituendoque ad vtriuſq; Chriſti Domini imperij ruinam, funus, & exitium efferata crudeliter aſſurgit. Vt huius imperij ſubditi luce fidei priuati, vitæ ſanctitate deſtituti, ſuis principibus ſpirituali, atque temporali Catholico debita obedientiæ, ſeruitij, honoriſque iura denegantes, faciliùs in æternæ miſeriæ præcipitia corruant, atque labantur. In quibus primo fidem Chriſti ab animo excutere contendit, vt poſtea eius orbatos lumine neſcientes quò gradiantur, in ſcelerum vitæ corruptæ foueam miſerabili lapſu præcipitet, funeſtamque ſic animo, vt corpori mortem, interitumque cauſetur. Non aliter quàm Philiſtæi, qui ruinam, mortiſque caſum[a] Sanſonis ab excæcatione eius exorſi ſunt: ſic diabolus animorum exitium ab orbitate luminis fidei ſolet arceſſere; vt dum in illis per infidelitatem, improbitatemque regnat, Deum ab illis, eiuſque miſerationes arceat: quod extremum malorum eſt.[b] *Ne derelinquas me* (clamabat regius propheta ad Dominum) *quia dixerunt inimici mei mihi, & qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in vnum, dicentes, Deus dereliquit eum, perſequimini, & comprehendite eum, quia non eſt qui eripiat.* Ideo S. Hieronymus ea Prophetæ Iſaiæ verba (*in anno quo mortuus eſt Ozias, vidi Dominum*) exponens ait.[c] *Oziam quia ſibi illicitum ſacerdotium vindicabat, lepra fuiſſe percuſſum ſacra narrat hiſtoria: quo mortuo Dominus videtur in templo,*[d] *quod ille polluerat.* Ex quo animaduertimus regnante in nobis leproſo Rege (ſcilicet diabolo) nòs Dominum in ſua Maieſtate regnantem videre non poſſe.[e] Vnde & in Exodo, poſtquam mortuus eſt Pharao, qui opprimebat Iſraël luto, paleis, & lateribus, populus clamauit ad Dominum, qui illo viuente clamare non poterat.[f] Ezechiel, mortuo Pheltia filio Bananiæ peſſimo principe, cadit in faciem ſuam, & voce excelſa clamauit ad Dominum. Sic regnante in nobis diabolo, miſericordiæ Dei ceſſant: emortuo autem ipſo Deus miſericors ſe homini communicat. Viuente diabolo in nobis, nullus noſtrum videt Dominum cum Eſaia, nec ſuſpirat cum filiis Iſraël, nec in potentia corruit cum Ezechiele coram Deo, vt efficaciter clamet ad eum. Eſt ergo illa prima Diaboli machina ad opprimendum Chriſti regnum ſpirituale, & ſeculare funditus euertendum, infidelitas, hæreſis, ſchiſma, & cuiuſque contra Catholicam veritatem erroris impietas. Qua ſæuiente in hominibus priuatis, & publicis exultat, & triumphat Diabolus, regnis, & imperiis à recto fidei Chriſtianæ tramite turpiter exorbitantibus inſultando. *Quæ quidem inſultatio diaboli valde metuenda eſt,* inquit ſanctus Auguſtinus,[g] cui ſubiugari permetuens Dauid ſic orando clamabat ad Dominum.[h] *Illumina oculos meos,* ſcilicet meæ mentis lumine fidei tuæ, *ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus,* diabolus, *præualui aduerſus eum. Qui tribulant me,* ſcilicet diabolus, & angeli, miniſtrique eius, *exultabunt, ſi motus fuero,* ſcilicet à ſtabilitate fidei rectæ. Sed dabo operam, vt non illi exultent.[i] *Quia in miſericordia tua ſperaui; exultabit cor meum in ſalutari*

Diabolus primo fidem oppugnat, vt poſt in omnia vitia præcipitet.

a Iudicum c. 16. v. 21.

Recedit Deus à peccatoribus, quos diabolus per infidelitatem, & improbitatem inhabitat.

b Pſal. 70. v. 10. 11.

c S. Hieron. l. 3. in Eſaiam c. 6. tom. 4.

d 2. Paral. c. 26

e Exod. c. 2.

f Ezech. c. 11. v. 1.

Prima diaboli machina ad opprimendam in membris ſuis Eccleſiam, & ſæculare regnum à ſalute ſua penitus extirpandum infidelitas, hæreſis, ſchiſma.

g S. Aug. in Pſal. 12.

h Pſal. 12. v. 4. 5.

i Pſal. 12. v. 6.

A *tuo, cantabo Domino, qui bona tribuit mihi, & pſallam nomini Domini altiſſimi.* Et ita nō exultabunt diabolus, & angeli eius, ſicut non exultauerunt, de viro iuſto Iob, cùm eū tribularent: *quia,* inquit Diuus[k] Auguſtinus, *non eſt motus, id eſt de ſtabilitate fidei non receſſit.* Hoc præcipuum diabolo negotium eſt generoſos, & fortes in fide, & vitæ ſanctitate coruſcantes exterminare, ſi poſſit: carnales verò deuios à fide conſeruare, vt faciliùs regna mundi Chriſto mancipata, eorumque vires eneruare valeat.[l] Origenes in expoſitione horum Exodi verborum. *Cùm obſtetricabitis Hebræas, & tempus partus aduenerit, ſi maſculus fuerit, occidite eum, ſi fœmina reſeruate.* Hanc immanem fraudem diaboli, crudelemque ma-
B chinationem, his verbis egregiè detegit. *Senſum rationabilem, qui poteſt cæleſtia ſapere, qui poteſt intelligere Deum, & quæ ſurſum ſunt quærere, hic hodie Pharao Rex* (ſcilicet Diabolus inferni Pharao) *& hunc necari cupit, ea autem, quæ carnis ſunt viuere, & augeri vult, vt omnia omnes carnalia ſapiant, temporalia deſiderent, nemo eleuet ad cœlum oculos ſuos, nemo requirat, vnde huc venerit, nemo patriam paradiſum recordetur. Cùm ergo videris homines in voluptatibus vitam ducere, luxu fluitare, epulis, vino, conuiuiis, cubilibus, & impudicitiis operam dare, in iſtis ſcias, quod Rex Ægypti maſculos necat, & viuificat fœminas. Si vero rarum quemque videas oculos ad cælum erigere, quæ perpetua ſunt, & æterna quærere, odiſſe delicias, amare continentiam, excolere charitatem; iſtum, quaſi maſculum, necare cupit Pharao* (diabolus) *perſequitur, inſectatur, mille aduerſus eum machinis pugnat, odit tales, viuere eos in Ægypto*
C *non ſinit.* Et ita talibus à vita mortali corruentibus corruit in terris imperium Chriſti: iſtis vero infidelitatis hæreſeos, ſchiſmatis, vitæque prauitatis ſordibus immerſis, vitæ temporalis vſura, mundique fauoribus libere fruentibus, imperium diaboli ſurgit, & creſcit in enorme nefas. Non enim ſicut Chriſtus immaculatus agnus, ſeptus choreis Virginum inter virtutum lilia, vernanteſque fidei, charitatis, ſanctitatiſque roſas, diabolus depaſcitur: Sed vt ſerpens, atque regulus omnis abominationis veneno tumidus inter cruentantes vitiorum ſpinas, vel vt leo rugiens, aliaue tetra, immaniſque bellua inter ſyluas, & inculta omni bonorum operum deſtituta fructu, nemora, graueolentibus, mortiferiſque impiorum dogmatum, errorum contra fidem deteſtabilium, proditionum doloſarum, machinationum ſceleratarum, contra Deum, Eccleſiam, eiuſque in ea regnantes in
D ſanctitate, & iuſtitia miniſtros ſpirituales, & temporales, rebellionum, aliarumque vitæ perditæ turpitudinum herbis, arboribuſque luxuriantia commoratur. Vt non vnica infidelitatis, erroriſque contra fidem, Deique leges, & Eccleſiæ machina, ſed & altera ex ſcelerum deſperatæ vitæ, morumque corruptorum cumulo conflata, vtrumque Chriſti Domini in Eccleſia ſua imperium, ſæuo illius vaſtandi fortitudinem, ſanctitatemque furore tumens immaniùs adoriatur.

Hoc in ſpiritu Propheta videbat, qui dixit.[m] *Nunquid rugiet Leo in ſaltu, niſi habuerit prædam?* Quid ad hæc S. Hieronymus, hac de re diſſerens, ſenſumque S. Spiritus euoluens?[n] *Leo rugiens non verſatur in agris conſitis, non in vi-*

k S. Aug. in Pſal. 12.

l Orig. hom. 2. in c. 1 Exod. c. 1.

Fortes fide, & puritate vitæ diabolus exterminare contendit, retinet vero effœminatos, lapſos à fide, vt faciliùs vtrumque regnum opprimat ſi poſſit, vt vult, & optat.

Vbi fides, & ſanctitas vitæ ibi Chriſtus: vbi hæreſis, & cuiuſque ſpecies infidelitatis, ibi ad votum, libitumque diabolus regnat.

2. Pars. Præter machinam diaboli contra fidem alia eſt contra ſanctitatem Chriſtianam, bonoſque Catholicorum mores.

m Amos c. 3.

n S. Hieron. l. 2. c. 3. Amos.

A *nets, non in olinetis, nec inter ligna pomifera, quæ laudant Deum, sed vbi syluæ sunt, & inculta humus, & bestiæ commorantur. Et ij* (scilicet syluas, incultamque humum incolentes) *non solum leonum morsibus patebunt, sed apprehendet eos catulus leonis, & ducet ad cubile suum fugiens lucem, & pergens ad tenebras. De quibus & in Psalmo* [a] *legimus. Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ: Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi. Quærit enim catulus leonis,* scilicet Diaboli minister, & genimen viperinum, (inquit S. Hieronymus) *non eam prædam, quam possidet, quæ sua est potestatis, sed vt de Ecclesia Christi rapiat:* De qua in Habacuc [b] subditur, *esca eius electa.* Has escas electas, scilicet iustos, & bene credentes, vt auferat de regno Dei, quàm calidè, fraudulenterque diabolus iste, tanquam leo rugiens quærens quaquauersum, quem deuoret, agit machinando, & B operando machinatur. *Cur non prouides* (dicebat [c] S. Hieronymus ad Lætam) *ne filia tua bibat de aureo calice Babylonis? Ne egrediatur cum* [d] *Dina, & velit videre filias religionis alienæ? Venena non dantur nisi melle circumlita, & vitia non decipiunt, nisi sub specie, vmbraque virtutum. Nimirum quædam applicat diabolus* (inquit S. [e] Augustinus) *quasi velamina, quibus iniquitatem contegat, vt videntes fallantur: non potest enim sola impietas proponi, quia non inuenit emptorem: & vbi lex Diaboli est, si ipse nominetur, horretur. Sed sicut mel veneno admiscetur, per quod lateat, ita & leges diaboli quædam iusta admiscent, & nomen applicant veritatis. Sed vniuscuiusque sensus est iudicandus, quia ideo aliquando aliquid verum ostendit, vt fallat, vt cùm maligna prædicat bona putentur.* Cùmque à diabolo iustis, fidelibusque Ecclesiæ Christi, atque C reipublicæ Catholicæ subditis vndique parentur insidiæ, vt lapsu grauiore ruant, omni diligentia, sagacitate, atque vigilantia illis prouidendum est, vt bene scuto fidei, galea iustitiæ, gladio verbi Dei, lorica charitatis armati, boic salutis insidiatori, & animarum prædoni generosè, fortiterque resistant, & resistendo, pugnandoque vincant. Semper, vt cautiores euadant, ad illas D. Bernardi anxietates, lamenta, consiliumque cogitationes animi sui, sensusque reflectant: [f] *Heu mihi, quia vndique bella mihi video, vndique tela volant, vndique tentamenta, vndique pericula? Quocumque me vertam, nulla securitas est: & quæ mulcent, & quæ tristant, vel mastant omnia timeo. Esuries & refectio, somnus & vigilia, labor & quies pugnant contra me. Non minus suspectus est mihi iocus, quàm ira. Nec minùs* D *prospera vereor, quàm aduersa. Prospera namque suauitate sua incautum me faciunt, & decipiunt: aduersa verò, quia aliquid amaritudinis habent, velut potiones amaræ suspectum, & timidum faciunt.* [g] *Vnde sicut in hostili regione versantibus hac, illacque circumspiciendum est, & ad omnem strepitum circumagenda est ceruix.* Hæ sunt fraudes Diaboli in vtramq; partem hominibus magnopere perniciosæ nisi [h] sobrij sint, atque vigilent: vt fortes in fide huic aduersario diabolo, tanquam leoni rugienti resistant: vt non modo fidei naufragium in Christianis operetur, sed etiam probitatem morum, vitæque sanctitatem fraudulenter adulteret, contra omnia Dei præcepta, furiosis variarum tentationum machinia arietando. Qui propterea in [i] Apocalypsi draco magA nus, & rufus appellatur, habens septem capita, & cornua decem. Per quæ cornua denario conclusa nomero, decē illius draconis rufi machinæ significantur: quibus omnia decalogi præcepta nequiter in pectoribus expugnat. Quod mysteriū in Absalonis insignis ad rebellionē contra patrē parricidæ morte per decem armigeros ducis Ioab interempti significatur, qua de re hæc sacra scriptura commemorat. [k] *Tulit Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon: cùmque adhuc palpitaret hærens in quercu, incurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab: & percutientes interfecerunt eum, & tulerunt Absalon, & proiecerunt eum in saltu in foueam grandem, & comportauerunt super eum aceruum lapidum magnum nimis.* Absalon typus est insignis peccatoris, contra Deum patrem, eiusque sponsam matrem, Ecclesiam rebellionis armis assurgentis: cuius per B crines, capillosque, id est cogitationes deprauatas ex quercu superbiæ, & ambitionis iniquæ suspensi cor tribus lanceis, non à Ioab homine mortali, sed à dæmone trium peccatorum telis, oris, cordis, operisque transfoditur. Deinde decem armigeri Ioab, scilicet decem dæmonis machinæ, & impugnationes accurrunt, aduersus omnia decalogi præcepta: quibus contritis, violatisque, Christi Domini regnum non mediocriter alteratur, & notat: atque peccatores in quibus ista violantur in foueam inferni, magnu tormentorum, pœnarumque aceruo, contriti, & oppressi cumulo præcipitantur. Hæ sunt execrabiles diaboli machinæ, hæc furiosa tela, ignitæque sagittæ, infidelitas, hæresis, schisma, & omnis error, rebellioque, contra diuina, Ecclesiastica, sanctaque Christianorum principum C iura: quibus se, suosque satellites, atque ministros, armat, non solùm ad euertendam, violandamque spiritalem Christi Domini in Ecclesia eius sponsa monarchiam, sed etiam iustam, rectamque principum Catholicorum dominationem per tales machinas, telaque perfringendam.

In quibus opprimendis, vexandisque Ecclesiæ, regnique Christiani principatibus, ad maius tyrannidis suę robur, præcipuè hæreticorum, schismaticorum, aliorumque libertinorum, qui sunt secus viam, religionem ad libitum ambitionis, libidinisque suæ in dies alternantium prauis voluntatibus, ministerijsque nefandis vtitur. Quos ita secum aduersus illos Christi Domini gratia, & benedicta sanctificatos institutione principatus sub abominabilis apostasiæ vexillis furiosè pugnantes pro sacrilegorum laborum D stipendio funditus perdere, mortique sempiternæ subiugare destinat. Qualiter his præcipuè iniquitatis hominibus, nefandis eorum satellitijs ad Ecclesiæ Christi, & eius filiorum, vtrique politiæ sanctæ Monarchiæque fidelissimè seruientium vastationem muniatur, & armetur, [l] Origenes in expositione horum cātici 2. verborum, *Equitatui meo in curribus Pharaonis, assimilaui te, amica mea,* dilucide satis talibus expressit. *Animæ quæ sunt sub illo spirituali Pharaone, & sub spiritualibus nequitijs positæ, currus dicuntur esse Pharaonis, & quadrigæ eius, quas ipse agit, & ducit ad persequendum populum Dei, & ad opprimendum populum Israel* (scilicet fidelem, & Catholicum) *Certum enim est, quod tentationes, & tribulationes, quas excitant dæmones sancti, per animas aliquas excitant*

[a] Psalm. 103.
[b] Habacuc.
Sub specie recti diabolus decipit.
[c] S. Hieron. ep. ad Lætam de institutione filiæ.
[d] Genes. c. 34 v. 2.
[e] S. August. l. quæstionum vtriusq. test. cum 4.
[f] S. Bernard. meditat. c. 14.
[g] Consilium D. Bernardi.
[h] Pet. c. 5. v. 10
Contra singula Dei præcepta diabolus, vt ea violet sua habet tentamenta.
[i] Apocal. c. 12
[k] l. 2. Reg. 18. Mysterium in morte Absalonis per decem Ioab armigeros occisi latens quod.
3. Pars. Diabolus ad sua promotionem tyrannidis in vtriusq; Christi D. principatus oppressionem quibus ministris sua amplitatis vtitur, quos post eo pro stipendio morsoro perdat.
[l] Orig. hom. 2. in cant. exp. 2.

excitant ad hoc ipsum aptas, & conuenientes, quibus tanquam curribus ascensis exagitant, & impugnant, vel Ecclesiam (scilicet in vtroque suo principatu) *vel singulos quosdam fidelium.* Atque sceleratas illas peccatorum suæ tyrannidi mancipatorum animas diabolus iam subacta, vinculisque miseræ seruitutis irretita libertate, virga furoris sui ad patrandum tam execrabile nefas cogit, subigit, & impellit. O quæ virga nefanda! Quàm aliena à virga misericordiæ Christi, in cuius directione regius propheta cōsolatus exultabat.[a] *Virga tua, & baculus tuus ipsa me cōsolata sunt.* [b] *Virga directionis, virga regni*, sceptrū māsuetudine, clemētiaq; fœcundum. Non sic virga diaboli, quæ est virga furoris, virga ignominiosissimæ, miserrimæque seruitutis: qua ministros tyrannidis suę peccatores coercet, *cogitque*, inquit sanctus Cyrillus[c] Alexandrinus, *ad suam voluntatem sceleratam, ac nefarium agmen dæmoniorum, eorumque antesignanus Satanas affectuum dynastia, atque imperio, seu virga propemodum verberans.* At quem tandē laborū suorū fructū diabolico seruitio contra Deum, eiusque in terra iustos spiritualem secularēque principatus impensorū pro stipendio illi dementes diaboli satellites, nisi mortem non corporis modo, sed animæ detestabilem funestamque reportabunt? Cùm dicat Apostolus.[d] *Stipendium peccati mors?* Egregium verò, & salutare militantium sub signis diaboli stipendium! Qui propterea in Apocalypsi dicitur mors, & infernus.[e] *Et mors, & infernus missi sunt in stagnum ignis: his nominibus*, inquit sanctus Augustinus, *significans diabolum, quoniam mortis est author, & infernarum pœnarum, vniuersamque simul dæmonum societatem.* Atque hos quidem peccatores in exercitu suo contra regnum Christi spirituale, & seculare tam infœliciter, exitialiterque stipendiarios habere non posset, nisi volentes: qui propterea calamitatis suæ temporalis, & æternæ, quam propinat diabolus, artifices ipsi sunt: quod illis nocere draco ille magnus, & rufus non posset, nisi consensu nefario, voluntateque perdita illius se tyrannidi peccatorum, scelerumque laqueis obstrinxissent: huic infernali caui, plusquam Cerbereo, Christi Domini potentia ligato, per scelera multa miserabiliter appropinquantes. Vt hac eleganti ad obiectionem fieri solitam responsione Diuus Augustinus ostendit:[f] *Dicet aliquis si alligatus est* (scilicet Satanas) *quare adhuc tantum præualet? Verum est fratres charissimi*, inquit, *quia multum præualet, sed tepidis, & negligentibus*, (quanto magis nefariis, & voluntariè peccantibus) *& Deum in veritate non timentibus, dominatur? alligatus est enim tanquam innexus canis catenis, & neminem potest mordere, nisi eum qui se illi mortifera securitate coniunxerit.* His positis sic contra miseros peccatores illudi se à diabolo, vincique voluntariè patientes insurgit. *Iā videte fratres, quàm stultus est homo ille, quē canis in catena positus mordet. Tu te illi per voluptates, & cupiditates seculi noli cōiungere: & ille ad te nō præsumet accedere. Latrare potest, solicitare potest, mordere omnino non potest, nisi volentē. Non enim cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet à nobis consensum, sed petit.*

a Psal. 22.

Psal. 44.

c S. Cyrill. Alex l i. in Esaiam.

d Rom 6.

Diabolus cur dicitur mors, & infernus.

e Apoc c. 20.

f S. Aug. l. 20. de ciuit. c. 15. circa f.

Diabolus nocere nō potest, nisi volentibus & sibi per scelera appropinquantibus.

f S. Aug. Sermo. 197 de temp.

Littorius Romani dux exercitus, Valentiniano imperante in occidente, dum Christi Domini regnum spirituale despicit, temporale Romanorum imperatorum fastigium vehementer humiliauit, & abiecit: cùm in hypocrisi, doloque Catholicum professus dæmoniis occultè seruiebat. Vt eorum ope, sed veriùs fraude, de Gothis reportando victoriam, gloriæ palmam Ærio comiti in victoria de Hunnis Attila ductore Dei flagello partæ præripere posset. Sed dum in dæmonibus confidit, Christo à cordis penetralibus expulso à Gothis, dæmonum opera, quibus crediderat, cum toto exercitu Romano funestissimè vincitur, victusque post longos, atrosque carceres, multis confectus miseriis deplorabiliter expirauit. Quod infortunium à superbia, & sacrilego ducis profectum, exercitus Romani cum dæmonibus pacto, atque fœdere, magnis luctibus, gemitibusque sacri Scriptores[a] Prosper Aquitanicus, Isidorus,[b] & Saluianus tristissime lamentabantur. *Littorius*, inquit sanctus Isidorus, *dum primum res prosperas aduersus Gothos, qui sub Rege Theodorico Arelatem obsederunt gessisset: Deinde responsis dæmonū deceptus, in bello à Gothis amisso exercitu, mirabiliter superatur: & qui multis ante millib. hostium cæsis gloriose vicerat, dum fallacia dæmonum oracula quærit, ignobiliter victus interijt.* Quem superbissimum exercitus Romani ducem à victoribus Gothis ludibriis ante lōgum carcerem, mortemque, turpissimis affectum fuisse sic Saluianus exponit.[d] *Et quod rogo euidentius Dei iudicium esse potuit, quàm vt habitus prædatoris fiduciā, præda fieret? triumphum præsumens, triumphus esset? Circundaretur, corriperetur, alligaretur, recorta brachia tergo gereret; manus quas bellicosas putabat, vinctas videret: Puerorum, ac mulierum spectaculum fieret, illudentes sibi barbaros cerneret, irrisionem sexus promiscui sustineret? & qui maximum habuerat supercilium fortis viri, mortem subiret ignaui?* Ita fit vt diabolus qui impiis auctor est culpæ postmodū fit fabricator, & pœnæ: vt ante hunc Littorium Apostata Iulianus expertus testari potest, quem consulentem sua oracula vana, & insana dæmones hoc responso fefellerunt.

Ibimus in Therem superi victoria certa est
Mars ego ductor ero diuûm iunctissimus armis.

Qui præterea ad illudendum ei Maximo philosopho nefario dæmoniorum cultore, illos à Catholica fide corruptore vsi sunt, ipsi nequam imperatori pollicente victoriam non minorem de Persis, quàm Alexander olim obtinuerat, vt[f] Socrates author est, à quo tandem philosopho idololatra hic demens Apostata dæmonum fraudibus dolisque iusto Dei iudicio deceptus est: qui illum à fide, religioneque Christi diuina, in paganismi impietatem, insaniamque deduxerat, vt qui ipse fuerat tanti sceleris author idem esset ad supplicium, quod merebatur impulsor.

Funesta Littorij dum ciō des, quod in dæmonijs fiduciā posuerit.

a Prosper Aquit. in chro. anni 419.

b Isido. in chron. Gothorum

c Saluian l 7. de prou. Dei.

d Saluian. ibi. ex eodē 10. 3.

Diabolus qui est causa peccatorum in sibi fidentibus, postea causa pœnarum.

e S Gregor. orat. Iulian.

Apostata Iulianus à dæmonibus deceptus victus à Persis misere perijt.

CAP. II.

Misera peccatorum seruitus, quorum ministerio diabolus vtitur ad suæ exaltationem tyrannidis, & regnorum Christi Domini in eius Ecclesia ruinam.

1. *Reproborum Deus diabolus, in illis firmans suum imperium per peccata mortalia.*

2. *Quantis voluntariè peccantes, & diaboli vexilla, eiurato vtroque Christi Domini regno sequentes, malis, calamitatibusque circundantur.*

3. *Grauissima sceleratorum diaboli ministrorũ in hac vita sub illius vexillis cõtra sanctam regnorum Christi vnionem pugnantium tormenta interiùs, licet à tortore visibili non crucientur exteriùs.*



Mιserrιmα talium peccatorum seruitus! O scelerum, quibus isti peccatores inquinantur fructus amarissimi! quibus illi diabolo venduntur vitia facti mancipia tyrannidis illius crudelissimæ, propter quam *mundi* [a] *princeps diabolus appellatur*. Qui dum appetunt, & operantur ad illius libitum contra ciuitatem Dei, tantò miseriores sunt, quantò sibi videntur beatiores: in furoribus istis gratiam salutis amittentes, & alta gehennæ barathra suis animabus aditu, ianuaque perditionis patefacta reserantes. Quorum reproborum futuræ damnationi per scelera molta destinatorum, non alius Deus est, quam ipse diabolus, vt Apostolus his verbis indicauit: [b] *in quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium*. Non paganorum solùm, sed & hæreticorum, schismaticorum, aliorumque improborum, qui non obediunt, nec credunt vocanti Deo, nec eius Ecclesiæ, aliisque in imperio spirituali, & seculari iustè sub ipso regnantibus: quos diabolus suo modo excæcare dicitur, sicut de vero Deo scriptura loquitur. [c] *Deus excæcauit eos*: quod eleganter ita Diuus Augustinus exponit. *Aliud venit de astutia suadentis, aliud de nequitia volentis, aliud de iustitia punientis; cùm diabolus suggerit, homo consentit, Deus deserit. Quocirca in opere malo, id est excæcatione infidelium, simul intelligantur, & diabolus propter suadendi malignitatem, vt sic distinguatur Deus huius seculi, non mihi videtur absurdum, neque enim sine additamento dicitur Deus, cùm adiungitur huius seculi, idest hominum impiorum non nisi in hoc seculo flo-*

a S. Ioan. c. 12. v. 31.

Reproborum Deus diabolus, & cur.

b 2. Cor. c. 4. v. 4.

c S. Paul. 2. Cor. c. 4. v. 4.

D Aug. l. 21. contra Faust. c. 9.

A *rere volentium*. Merito igitur sanctus Apostolus diabolom huius seculi Deum, id est corrupti mundi, atque depruati vocauit, in quo suam exercet tyrannidem super impios superbiæ filios, huius mundanæ malitiæ, atque seruitutis laqueis irretitos: vt ipsi seculi huius Deo contra Deum verum, potestatesque in hoc mundo sapienter ab eo ordinatas ad æternam damnationem reprobi famulentur. Quorum mentes ipse corrupti seculi dominator, & Deus excæcauit: [d] *vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloria Christi, qui est imago Dei*. Hunc huius seculi Deum sceleratorum voto, & libidine, qui se illi, tanquam Deo voluntate nefaria mancipant, propter eandem rationem Christus Dominus, alio in loco, [e]

B *mundi principem*, & alibi, [f] *armato forti similem, qui custodit atrium suum* nominauit. Cuius insistens diuinæ doctrinæ vestigiis sanctus Paolus, dæmones Angelos malos Satanæ Luciferique principis ministros mundi principes appellauit. [g] *Non est nobis*, inquit, *colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus*. Huius autem mundi principis, seu huius seculi Dei imperium in mundanorum corda longè, lateque per peccata mortalia diffunditur, per eadem solidè firmatur, fortiterque corroboratur, quæ sunt illa septem capita draconis magni, & rufi, scilicet diaboli, quem Sanctus Ioannes in raptu suo vidit. *Et ecce draco*

C *magnus, & rufus habens capita septem*. Sed quoniam crimina hæc, peccataque mortalia de corruptis, peruersisque huius seculi hominibus per se ipsa diabolicæ subiugatis tyrannidi victis, domitisque voluntariè triumphant, eisque mortifero dominantur imperio: Ideo instar Regum, & imperatorum coronas in Apocalypsi habere dicuntur. [h] *Et in capitibus eius*, scilicet diaboli, nomine draconis magni, & rufi significati *diademata septem*. Satis enim clarè, & apertè vitiorum lethalium regnum in improbis hominibus elongatis à Deo vitæ sceleratæ sordibus Apostolus hac præclara sententia manifestauit: [i] *Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia: vt sicut regnauit pec-*

D *catum in mortem, ita & gratia regnet, per iustitiam in vitam æternam per Iesum Christum Dominum nostrum*. Cui sæuo, atque tyrannico animarũ, morte cruẽtato vitiorum scelerumque regno, ne nos subiugari patiamur, monet Apostolus. [k] *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius*, id est, vt exponit sanctus Hieronymus, *in corpore mortali viuente, vt immortales non seruientes peccato, nec concupiscentiis eius per consensum prauæ vanitatis obedientes*. Impij autem peccatis sceleribusque mortalibus voluntariè subiugati, vt turpissimæ eorum mancipati tyrannidi, sic regno diaboli per vitiorum ministeria seruiunt, vt membra sui corporis, sicut potentias animi tanquam arma, telaque sibi mortifera, pro huius diabolici regni defensione, contra regnum Christi tam spirituale in Ecclesia, quàm temporale in republica maximi violentia furoris exercere, agitareque gestiant, & efferati concupiscant. Contra quam manifestam frenesim, rabiemque dicebat Apostolus. [l] *Sed neque exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis*

d 2. Cor. c. 4. v. 4.

e S. Ioan. 12. v. 31.

f S. Luc. 11. v. 12.

g Ephes. vlt. v. 12.

Imperiũ diaboli in hominibus mundi fit atque firmatur per peccata mortalia.

Apoc. c. 12.

h Apoc. c. 12.

Peccata mortalia, quæ in impijs mundi huius hominibus regnant coronas gestare dicuntur.

i Rom. c. 5. v. 20.

k Rom. 6. v. 12.

Impij vitiorum subiugati tyrannidi corporis membris, & animi facultatibus pro regni diabolici defensione cõtra Christi regnum tãquam armis ad bellum parati vtuntur.

l Rom. 6 v. 13.

peccato. Apposite quidem membra nostra, tam spiritualia, vt sunt potentiæ animæ, quàm corporalia, quales sunt omnes corporis partes externæ, & internæ, sanctus Apostolus arma vocat, cùm illis, vel sub Christi Domini vexillis, si boni simus, vel sub diaboli, si mali militemus. Vnde qui membris suis peccando, pro regno diaboli promouendo, & eius tyrannide in suis cordibus abutuntur, subditos se nequissimæ diaboli, peccatique seruituti confitentur: arma pro eius principis mundi dominatione tyrannica cui nefariè famulantur, contra Christum, vt nefandissimè, sic & sibi funestissimè corripientes. Cùm ex eo tot, tantaque cuiusque generis mala, & calamitates in eorum corpora, animosque redundent. Ego enim illos grauissimos peccatores, quales sunt hæretici obstinati, schismarici in rebellione sua contra sedem Apostolicam confirmato prauæ dissensionis, induratæque malitiæ callo perseuerantes, & cæteri libertinæ, vagabundæque religionis non habentes conscientiam, quibus ad Christi Domini regni interitum, suique robur, & exaltationem diabolus vtitur, in eorum esse numero iudico: quorum corda Deus, vt Pharaonis quondam, propter extremam eorum improbitatem, voluntariamque cæcitatem ab iniquitate profectam maxima dicitur indurasse. Qui sic iugum captiuitatis dæmoniacæ consilio nefando subeuntes, vt suis vitiis, vel potius furiis infernalibus obsequantur, dici non potest, quàm innumeris, & extremis malis, calamitatibusque iustas Deo vltiones exigente torqueantur. Quantum malum illud talibus peccatoribus ingruens sic à Deo deseri prius deserto ab illis, vt cupiditatibus suis, libidinibusque furentibus indulgere permittantur, omni gratia, quam spernunt, efficaci destituti: cuius rore furiosas libidinum istarum, cupiditatumque flammas, æstusque restinguant? [a] *Non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi.* Dicebat Deus de rebellione tanta populi huius expostulando: quid inde sequitur. [b] *Dimisi eos* (propterea) *secundùm desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.* Et alibi. [c] *Transierunt in affectum cordis.* Id est desiderio affectum concupierunt, & concupitum ad tempus effectu possederunt, omnia ex voto, animique sententia cesserunt. Quod grauissima miseria est, quæ subiit illos, quos propter execrandum idololatriæ scelus [d] S. Paulus Deum in desideria cordis eorum tradidisse refert.

2. Pars. Quantis voluntariè peccantes & diaboli vexilla sequuti vtroque Christi Domini regno, sequentes malis calamitatibusque circumdantur.

a Psalm. 80.
b Ibid.
c Psalm. 72.
d Rom. 1.

2. Miseria.

Quale malum est ex mundi huius corrupti prosperatibus nequitias, indéque miserias expiscari? Vnde illud. [e] *Prosperitas stultorum perdet illos.* Et illud. [f] *Prodiit, quasi ex adipe iniquitas eorum, sicut fuit iniquitas* [g] *Sodomæ saturitas, & abundantia panis.* Et postea. [h] *Ignis de cælo deuorauit eam.* Quale illud malum Deum non castigationibus benignitatis atque misericordiæ suæ visitare eos sua malitia excæcatos, & obstinatione rebellionis induratos, vt tacti dolore cordis intrinsecus, verè conuertantur. Vt ille qui dixit Domino Deo apud Prophetam; [i] *castigasti me, & eruditus sum.* Et alius, qui hæc lamentando lugubria protulit. [k] *De excelso misit Deus ignem in ossibus meis, & erudiuit me.* Quale, inquam, malū, sinere eos lætari, cùm male fecerint, & exultare in rebus pessimis, ad modicum temporis, mundi fallacibus affluentes diuitiis, vt resoluta sorte prosperitatis in aduersam, postea dolorum afflictionumque durationis æternæ tempestatibus obruantur? [l] *Irritauit Dominum peccator.* Quid sequitur? *Secundùm magnitudinem iræ suæ non quæret.* Id est ad scelera eius dissimulans Deus, quòd grauissima sint, eum ad tempus vltione nō conteret, quia multùm illius sceleribus irascitur, qui ob eam causam dixit alibi, [m] *Misereamur impio, & non discet disciplinam.*

e Prou. c. 1.
f Psal. 72.
g Ezech. c. 16.
h Gen. 19. v. 24.
i Hierem. c. 31.
k Lament. c. 1.
l Psal. 9.
m Esai c. 26.

His malis, calamitatibusque peccatores illos obstinatos in sceleribus familiaribus induratos, adorientibus; quis illam calamitatem minorem esse dicet; 4. cùm illos tanto Deus odio prosequitur, vt indignos pro quibus sibi supplicetur eos prorsus esse iudicet? Ita pro talibus, similibusque nefariis orare, precarique meditanti Hieremiæ loquebatur Dominus. [n] *Tu noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te.* Adeóque anima Dei à talibus iniquis auersa est, vt iustissimos quoque sibi carissimos in oratione sua pro talibus facta despiciat. Illud ipsius verba hæc, ad eundem prophetam dicta testantur. [o] *Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum.* 5. At quanta illa præter cæteras calamitas, atque miseria? præ multitudine, grauitateque peccatorum, medicis spiritualibus, destitui tam visibilibus, quales sunt pii pastores, prædicatores deuoti, confessoresque misericordes, atque mansueti, valde de animarum salute soliciti, quàm inuisibilibus, quales sunt Angeli Dei, fidelissimi ciuitatum, regnorum, hominumque custodes? Qui ab his inueterata vitæ peruersitate sordidatis, calloque in sceleribus obducto resipiscere deprecantibus recedere coguntur: sicut illic apud Hieremiam beata bonorum spirituum turba, quæ expostulando clamans, ita loquebatur. [p] *Curauimus Babylonem, & non est sanata: derelinquamus ergo eam, quoniam peruenit vsque ad cælum iudicium eius.* Sic primi reipublicæ Christianæ medici spirituales Apostoli, Iudæos immanibus ingurgitatos criminibus cordis induratione perditos excutiendo puluerem de pedibus suis relinquere coacti sunt. Vnde illis, inquit sanctus Paulus, [q] *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes; sic enim præcepit nobis Dominus.*

4. Obstinatorum rebellium Deo & profectus ab eo in vtroque regno constitutis misero.
n Hierem. c. 7.
o Idem 15.
5. Medicis destitui spiritualibus visibilibus, & inuisibilibus.
p Hierem. c. 51.
q Act. 13.

Prioribus malis, miseriisque addatur & ista minimè superioribus inferior, cùm Deus induratum istorum peccatorum cor videns obstinatumque animum in perseuerando continuandoque flagitia sceleratæ vitæ maiorem dat, largiturque diabolo potestatem nocendi, illis insidiandi, eorumque animas vehementius opprimendi. Huius rei admirabilem, terribilemque visionem Michæas in raptu suo vidit, quam sic explicat. [r] *Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cæli assistentem à dextris, & sinistris: Et ait Dominus. Quis decipiet Achab regem Israel? Et stetit quidam Spiritus coram Domino:*

6. Laxare diabolo habenas, maiorem dunocendi, & insidiandi potestatem.
r 3. Reg. c. 22.
Visio mirabilis ostensa prophetæ Michææ.

& ait: Ego decipiam. Et ait Dominus in quo decipies? Et ille ait. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius. Et dixit Dominus. Decipies, & præualebis. Egredere, & fac ita. Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacij in ore omnium Prophetarum tuorum, qui hic sunt, & Dominus locutus est contra te malum.

7. Et vlt. *Præter alias destitui efficacibus auxiliis quibus diabolo, & eius Angelis resistitur.*

Denique cæterarum calamitatum, quæ captiuos diaboli peccatores vehementer angunt, quorum pro se contra Christi regna satellitio immaniter vtitur, relatione supersedendo vnicam hanc postremo loco recensebo; cùm hos obstinatos, rebellesqoe sibi, Ecclesiæ, & vnctis suis Christianis regibus peccatores subsidiis, & auxiliis afficacibus spoliat, & orbat. Quibus armati, atque muniti, tela omnium diabolicarum tentationum, insidiarum, virium, furorumque ignita forriter, atque fœliciter extinguere possent; vt his destitori, (quoniam in illis conuersionis spea nulla) diabolicis laqueis implicati citiùs, atqoe faciliùs in æternæ damnationis antra miserrimi prolabūtur. Quam quidem miseriam, calamitatēqoe funestissimam perelegantı hac, eximiaque similitudine vineæ, apud Esaiam Deus mirificè depinxit. [b] *Ostendam vobis, quid ego faciam vineæ: auferam sepem eius, & erit in deprædationem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem: & ponam eam desertam, non putabitur, & non fodietur; & ascendent super eam vepres, & spinæ, & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem.* O funestissima rebellium, obstinarorumque contra Deum, eiusque duplex in Ecclesia Catholica regnum diaboli vexilla sequentium, eius seruitutis durissimæ laqueos in collo suo complicantiom peccatorum conditio!

b Esai. c. 5.

8 Pars. *Grauissima sceleratorum diaboli ministrorum in hac vita sub illius vexillos contra sanctam regnorū Christi in terris vnionem pugnantiū tormēta interiùs, licet à visibili tortore non crucientur exteriùs.*

O miserrimus talium sceleratæ vitæ status? O atrocissima, quibus illi in vltionem scelerum interiùs exteriùsque in hac vita cruciantur grauiora præstolantes in futuro sæculo tormenta! In qoorum sola cōsideratione animus præ eorum grauitate deficit,

Arrectaque horrore comæ, & vox faucibus hæret.

Quorom expectatione, miseri, si non metuant: miseriores, si contemnant. Atque nondum licet exterior adsit in hoc mondo carnifex, qui torqueat, nunquam tamen interior abest, qui lancinet, vrat, & excarnificet acrius perditorum animas intus, quàm foris exterior. Quo diuinæ iustitiæ vindice irati Dei indignatique sceleribus, iusta, & aspera adoersus impios mandata faciente.

Strangulat inclusus dolor, & cor æstuat intus.

Est ille vermis animæ sceleratæ, qui teste pro- A pheta, [c] *non morietur in æternum,* [d] *non contemnendus in hac vita,* [e] *qui rodit animam errantem, & tortori subijcit.* Cuius agitata stimulis, vbique misera; [f] *in solitudine anxia, & solicita est:* [g] *Neque vigiliis, neque quietibus sedari potest.* Qood quidem cui mirum potest esse? si diligenter attenderit, fideliterque cum [h] sancto Chrysostomo crediderit, Deum omnium vltorem criminom iustissimum, sicut præmiatorem virtutum clementissimum, maximéqoe misericordem, *quoddam in mente humana tribunal constituisse, & erexisse, in quo vnusquisque sui sit iudex, testis, vindexque sceleris, vt cum ipse propria culpa conscius se ipsum capitis condemnet, pœnamque sibi postea ab ipso viuorum, mortuorumque iudice Deo iustissimam ingenuè detestando peccata iustissimam esse confiteatur, & agnoscat.*

c Esai c 60. v. 24
d Senec. ep. 96.
e Salust. in Catil.
f Senec. ep. 43
g Salust. in Catil.
h Chrysost. ho. 4 l de Lazaro.

Hoc qui tribunal aspernantur, vel qui se B intus habere dissimulant, nostri sunt monarchomachi, regiam, pontificiamque potestatem Monarchiæ legibus à Deo institutam contemoentes: Quamquidem sacrilegos, & impios diaboli promouendo fasces, rebellionis contumaciæ, dissidij, liuoris, odij, iniuriæque generis omnis armis adoriuntur. Qui indurati corde, vt alter Pharao, lineas improbitatis obliquas, extremasque tetigerunt. Qui quamuis lætentur, [i] *cùm malè fecerunt, & exultent in rebus pessimis,* exteriori vultu: non tamen eos, *cùm in profundum vitiorum venerint,* pœnas sceleribus, proditioonibusqe debitas euasisse putare debemus. Quos intus

i Prou. c. 2. v 14.

---- [k] Diri conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum.

k Iuuen. saty. 13.

[l] *Sua quemque fraus, & suum scelus maximè versat,* aiebat ille, *sua malæ cogitationes exedunt, amentiaque afficit. Hæ sunt impiæ, domesticaeque furiæ, quæ* C *dies noctesque criminum pœnas à sceleratissimis hominibus repetunt.*

l Cicero pro Roscio. Ame.

[m] *Hi sunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent:*
Cùm sonat exanimes primo quoque murmure cæli,
Non quasi fortuito, nec ventorum rabie, sed
Iratus cadat in terras, & vindicet ignis.

m Iuuenal. satyr. 13.

Nulla hic tortoris huius interni flagellorum cessatio, nisi salutaris tantorum scelerum fiat auersio. Vno verbo! grauissimis internorum suppliciorum stimulis peccatorom rebellium, & obstinatorum in impietatibus suis pœnitere renuentium animas tandio læsa improbitate conscientia torquet, & angit, quandiu in sui æstu furoris illa bacchatur improbitas.

D [n] *Nec prius hi mentem stimuli, quàm vita relinquunt.*

n Ouidij. de Pont.

CAP. III.

De duobus imperiis, seu ciuitatibus, quæ sunt in mundo, Dei videlicet, & diaboli, illa in sacra vtriusque Christi Domini Monarchiæ confœderatione sita est, hæc in omnium peccatorum sub diabolo contra illam congregatione consistit.

1. *De regno seu ciuitate Christi Domini in terris.*

2. *Pulchra ciuitatis Dei in terris descriptio.*

3. *De ciuitate seu regno diaboli.*

4. *Ciues ciuitatis diaboli, quæ Babylon mysticè dicitur, omnes improbi, sicut Dei ciuitatis omnes boni.*



EONA, imperia, congregationes, & societates hominum siue iure, fide, charitateque cum Christo sociatorum, siue iniustitia, infidelitate, impietate, odioqoe Dei, & regnorum eius, cum diabolo conspirantium generali vocabulo sacræ Scripturæ loquendi more cioitates appellabimus. Ciuitas Dei, mysticè Ierusalem nominatur, quæ est Ecclesia Christi Domini non solùm spiritualibus personis clericisque, sed & secularibus, laicisque fidelibus conflata: cuius, boni omoes subditi sunt, ac ciues. Ciuitas diaboli allegoricè Babylon, dicitur synagoga perditorum, atqoe reproborum: Cuius ciues omnes reprobi mente scelerata diabolo, seruientes, præsertim publici, spiritualis, temporalisque majestatis perduelles, infideles, hæretici, schismatici, aliorumque criminum cohortibus stipati, & contagionibus inquinati iudicantur: tantò Deo detestabiliores, & inimiciores, quantò illi boni Ierusalem mysticæ ciues amantiores, atque chariores existunt. *Si enim*, [a] vt dicebat ille, *nihil sit illi principi Deo qui hunc mundum regit, quod quidem in terra fiat acceptius, quàm consilia cœtusque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur*: quantò magis Deo vero incarnato, quem ille non cognouit, hæ iustorum, sanctorumque hominum, non modo iure ciuili, & humano, sed spirituali, & dioioo fidei nempe, spei, charitatisqoe sanctitate sociatorum comitantibus cæteris virtutibus, quæ in orbe Christiano altiori dignitatis gradu, quàm in ethnico sublimantur, congregationes honoratiores sunt,

[Margin: *Omnes hominum congregationes, siue bonorum, siue malorum generali nomine ciuitates appellantur.*]

[Margin: *Ciuitas duplex, alia Dei, alia diaboli.*]

[Margin: a Cicero in somnio Scipionis.]

Tom. II.

A & acceptiores? Sic contra, pestilentes illis sanctis oppositæ perditorum hominum societates, quæ synagogæ Satanæ nominantur abominabiles Deo maximè execrabilesque creduntur. Hæc illa sancta ciuitas peregrinatur in terris, semper vadens, & pergens, veluti familia, domusque magni Abraham, vsque ad meridiem ciuitatis æternæ: quam iusti cum Apostolo inquirunt, dicente: *Non habemus* [b] *hic ciuitatem manentem* (sanctam quidem, at noo perpetuò in terra mansuram,) *sed futuram inquirimus.* [c] *Surgite, & ite*, dicebat Domious per prophetam, *quia non habetis hic requiem.* Sic iusti, quandiu sunt in mortali corpore à ciuitate huius status immacolata, ad æternam, cœlestemqoe, bene viuendo properant, instar magni Patriarchæ fide-

B lium Patris Abraham. [d] *Qui fide vocatus à Deo obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem, & exijt nesciens quo iret, fide demoratus in terra repromissionis, tanquam in aliena in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem, expectabat enim habentem fundamenta ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus.* Huius meminit Apostolus loquendo sic Hæbræis. [e] *Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cœlestem, & multorum Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis, & iudicem omnium Deum, & spiritum iustorum perfectorem.* Cuius cœlestis, triumphantisque ciuitatis, omnes iusti, fide-

C les, vtriosque regni Christi io terris oomine ciuitatis Dei significati subdiri, ciues, accipientes adoptionem filiorum Dei, per Iesum Christum, ciuitatis illius Dominum designantur; [f] *Cum quo Deus pater omnia nobis donauit.* Qui regenerando nos; [g] *dedit potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, & viri, sed ex Deo nati*, licet indumento adhuc vestiti mortali, iam inter æternæ illius ciuitatis, gloriosæque delicias spe beati conuersantur: dicentes cum Apostolo. [h] *Nostra conuersatio est in cœlis*: vnde etiam, *Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum.* Quos propterea idem Apostolus alloquens

D dicebat. [i] *Iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei.* De hac autem ciuitate Dei, quæ contra ciuitatem diaboli militat in terris, qua ad illam cœlestem itur, iustique tramite recto gradiuntur, & ascendunt, ille loquebatur regius propheta dicens, [k] *Gloriosa de te dicta sunt ciuitas Dei.* Et alibi. [l] *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri* [m] *in monte sancto eius fundatur exultatione vniuersæ terræ.* Et paulò pòst: [n] *Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri Deus fundauit eam in æternum* (id est vsque ad consummationem seculi) [o] Item alibi. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: Deus in medio eius non commouebitur.* His testimoniis, & aliis (inquit Diuus [p] Augustinus) *didicimus esse quandam ciuitatem Dei, cuius ciues esse concupiscimus illo amore, quem nobis illius conditor inspirauit. Huic conditori sanctæ ciuitatis, ciues terrenæ ciuitatis Deos suos præferunt.* Cu-

[Margin: *Omnes spirituales Ierusalem ciuitatis Dei in terris ciues, futuri etiam sunt possessores cœlestis.*]

[Margin: b Heb c.13 v. 14. — c Mich c.2. v. 10. — d Genes 12. — e Heb. c.12. v. 22. — f Rom. 8. v. 32. — g Ioan. c. 1. — h Philipp 3. v. 20. — i Eph 2. v. 19. — k Psal 86. — l Psal. 47. — m Psal. 45. — n Psal. 45. — o Psal. 45. — p D Aug l 11. de ciuit. Dei c. 1.]

sus admirabilem, pulchritudinem, fortitudinemque vinci nesciam, elegantissima similitudine, & comparatione, à fortissima, munitissimaque ciuitate materiali petita Carolus Magnus epistola ad Elipandum ciuitatis Toletanæ præsulem, sed hæreticum vt eum conoerteret ita descripsit.[a] *Cum his Doctoribus, & sancta Ecclesia pastoribus veram prædico fidem, quos in præsenti ille nobis dedit luminaria, qui dixit,*[b] *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Hi sunt propugnatores fidei nostræ, hi sunt rectores per diuersas sedes ciuitatis Christi. Cuius antemurale est fides Catholica, & charitas firmissimus murus, & propugnacula diuinarum testimonia Scripturarum, & diuinæ salutis in ea sunt.*[c] *Sapientia, & scientia, & spes, portarum custodia; quæ quatuor clauibus, id est, prudentia, iustitia, fortitudine, & temperantia pie aperiuntur. Huius verò ciuitatis, ipse Deus verus, & proprius Filius, Deus verus, homo verus, Iesus Christus Dominus noster regali præsidet potentia. Cuius gratia totam huius ciuitatis structuram regit, defendit, & exaltat. Quisquis ad hanc ciuitatem recta sibi præuiante fide manus bonorum operum habens plenissimas peruenire festinat, apertas inueniet portas, & Regem regum cum millibus sanctorum agminum obuiare sibi gaudebit.*

a Epist. Caroli M. ad Elipandum episc. Tolet.
b Matth. 28
2 Pars. Pulchra ciuitatis Dei in terris descriptio.
c Isaiæ 26.

Quàm autem speciosi, pretiosique lapides viui hanc Dei ciuitatem construant, præclarè docet his verbis S. Hieronymus.[d] *Isti sunt lapides, de quibus extructurum se Ierusalem Dominus pollicetur.*[e] *Ecce ego præparabo tibi carbunculum, lapidem tuum, & fundamenta tua Saphirum, & ponam propugnacula tua Iaspidem, & portas tuas de lapide Chrystallo, & murum tuum de lapidibus electis. Neque enim putandum est, secundum Iudaicas fabulas, & inepta figmenta, Deū auro, & gemmis ædificaturū Ierusalem, & non viuis lapidibus, qui nūc voluuntur super terram, & iuxta naturas lapidum, vel igniti fide sunt, vt Carbunculus, vel toti Cælestes, & in thronum Dei reducti, vt Saphirus, vel innocentia, & bonorum operum simplicitate lucentes, vt Chrystallus.*

Quibus lapidibus pretiosis cōstruitur hæc Dei ciuitas mysticè, suntque isti lapides viui viuentes.
d S. Hieron. tom 5. in c. 2 Aggæi in hoc verbo, Antequam poneretur lapides.
e Esaiæ c. 28.

Atque sicut illa Dei ciuitas non nisi pios virtutibus, gratiisque spiritus sancti micantes admittit, sic passionibus malis affectos repellit, & bonis præditos affectibus amplectitur. *Ciues sanctæ ciuitatis Dei*, inquit S.[f] Augustinus, *in huius vitæ peregrinatione secundum Deum viuentes metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque: & quia rectus est amor eorum, istas omnes affectiones rectas habent; metuunt pœnam æternam, cupiunt vitam æternam; dolent quia ipsi in semetipsis adhuc ingemiscunt adoptionem expectantes, redemptionem corporis sui: gaudent in se, quia fiet sermo, qui scriptus est.*[g] *Absorpta est mors in victoria; item metuunt peccare, cupiunt perseuerare; dolent in peccatis, gaudent in operibus bonis.* Et ipsi sunt firmissimi, & preciosissimi lapides, ex quibus mirabili pulchritudine, & inexpugnabili fortitudine, hæc Sancta Dei ciuitas in terris ædificatur. quod eleganter, & eruditè S.[h] Gregorius exponendo hæc verba Psalmi 4. pœnitentialis. *Vt ædificentur muri Ierusalem*: ita docet. *Cæterùm, qui contempta terrenarum opum cupiditate, & vita carnali abdicatis illecebris, per opera sanctitatis, virtutum in seipsis sanctificationem accumulant: hi profectò lateres in lapides mutant. Tales cum Isaia dicere possunt,*[i] *Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus. Sycomoros succiderunt, sed Cedros immutabimus. Lateribus quippe cadentibus, lapidibus quadris, ædificas, quicunque carnis lasciuiam disciplinæ strictioris rigore castigat, qui corporis fortitudinem spiritus virtute commutat. Quisquis ergo infirma carnis fortitudine contempta, in virile spiritus robur animam excitat, quasi lateres in saxa, quibus muri Ierusalem ædificentur commutat.* Sunt illi viri fortes, & Sancti facti amici Dei lapides viui, preciosi & ioexpugnabiles: qui in hac sancta ciuitate, quam constituunt, cuius ciues sunt Regem suum Christum Dominum huius authorem ciuitatis defendunt, colunt, venerantur, adorant. Qui eius vicarium huius ciuitatis in spiritualibus rectorem contra omnes diaboli ministros, infideles, hæreticos, schismaticos, cæterosque terræ magis quàm cœli studiosos, omni qua possunt ratione, virtuteque protegunt: qui robur huius ciuitatis inexpugnabile in sancta charitatis vnione collocatum, qua principatus illi fœliciter inter se compaginantur, maxima sollicitudine, vigilantia, prouidentia, affectuque custodiunt, qui Reges, ac Principes monarchiæ sæcolaris, post Principem, pastoremque spiritualis, omni seruitio, veneratione, ardoreque veri desiderij, & amoris amplectuntur, cupientes in omnibus quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo fidelitate inuiolabili reddere. Magna charitatis vnitas, & concordia inter ciues huius Dei ciuitatis, illam omnino facit inexpugnabilem, & ab arictibus diaboli, eiusque ciuitatis ciuium improborūm liberam. *Nullo quippe modo*, inquit Diuus Augustinus,[k] *fit minor accedente, seu permanente consorte possessio bonitatis, imò possessio bonitatis tantò fit latior, quantò concordior eam indiuidua sociorum possidet charitas.*

Sunt in ciuibus Dei ciuitatis affectus, & passiones, sed boni.
f S. Aug. l. 14. de ciuit. Dei c. 9.
g 1. Cor c. 5.
h S. Greg to. 2. in exposit. Psal. 4. pœnit.
Iusti firmissimi lapides, & pulcherrimi ex quibus ciuitas Dei construitur in terris.
i Esaiæ c. 9. v. 10.
k D. Aug l. 15. de ciuit. c. 5.

At quæ, precor, est illa tetra, turpis, & immanis diaboli ciuitas, sub nomine Babylonis nuncupata? Sceleratorum ciuitas; congregatio mācipiorum diaboli; carcer seruorum:[l] *Cùm qui facit peccatum, seruus sit peccati*; Sordium spiritualium colluuies; sentina flagitiorum omnium, cathedra doctrinæ contra Christianæ veritatis puritatem pestilentis, synagoga furiarum inferni, contra omnia diuina, humanaque iura debacchantium? Qua sacrilegi, athei, hæretici, schismatici, homicidæ, adulteri, blasphemi, parricidæ, prædones, peculatores, grassatores, rebelles, seditiosi, pacis ac securitatis publicæ, & priuatæ, Ecclesiasticæ, ciuilisque perturbatores, atque subuersores omnes, denique omnium scelerum facies, speciesque continentur. Vt hæc detestabilis diaboli ciuitas potiori iure[m] Poniropolis, quàm illa à Philippo Macedonum rege ædificata, in qua omnes improbitatibus insignes, falsidicos, calumniatores, & similes alios nefarios habitare iussit, nominanda esse videatur. *Ciuitas hæc*, hoc est, societas impiorum, inquit S.[n] Augustinus, *non secundùm Deum, sed secundùm hominem* (scilicet corruptum, addo etiam diabolum) *viuentium his affectibus prauis* (scilicet contrarijs illis bonis, quibus ciues Dei ciuitatis afficiuntur) *tanquam morbis, & perturbationibus quatitur; & si quos ciues habet, qui moderari talibus motibus, & eos quasi temperare videantur, sic impietate elati, & superbi sunt, vt hoc ipso in eis sint maiores tumores, quo minores dolores.* In hac ciuitate[o] *sanguis sanguinem tetigit*; familiaresque interneciones ciuium, & consueta homicidia cruoribus illam, vastationibusque permiscent.[p] Vnde sicut primæ omnium ciuitatis Henochiæ, scilicet ab Henoch filio Cain, conditor fratricida fuit, vt obseruauit

Pars 3. De ciuitate seu regno diaboli.
l Ioan. 8. v. 34.
Descriptio huius ciuitatis.
m Suid. verbo [illegible].
n S. Aug l. 14. de ciuit. c. 9.
o Osee c. 4.
p Genes. 4

a S. Aug. l. 15. de ciuit. c. 5.

A [a] S. Augustinus, ita fratricidam eius ciuitatis, quæ terreni imperij caput extitit, ædificatorem fuisse constat, Romulum nempe Remi fratris interemptorem. *Primus ciuitatis terrenæ conditor fuit fratricida: nam suum fratrem,* inquit Augustinus, *ciuem ciuitatis æternæ in hac terra peregrinantem inuidentia victus occidit: vnde mirandum non est, quod tanto post in ea ciuitate condenda, quæ fuerat huius terrenæ ciuitatis caput futura, & tam magnis gentibus regnatura, quadam sui generis imago responderit.* Nam & illic.

[b] *Fraterno primi maduerunt sanguine muri.*

b Lucan. l. 1. Primo ciuitatis diaboli instructio ioneuitem abel sãguine maduit, sicut Romano sanguine ambitiosi Remi.

Sic enim condita est Roma, quando occisum Remum à fratre Romulo Romana testatur historia. Sed diuersitatem occisorum in vtraque ciuitate mundi & diaboli, & sanguinis effusi in ambarum ciuitatum constructione discretionem, differentiamque ita constituit D. Augustinus. [c] *Nisi quod isti terrenæ ciuitatis ambo ciues erant, & ambo glo-*

c S. Aug. ibid.

B *riam de Romanæ reipublicæ institutione quærebãt, & vt totam dominationem haberet vnus ablatus est socius. Hi autem fratres Cain, & Abel non habebant ambo inter se similem rerum terrenarum cupiditatem, nec in hoc alter alteri inuidit. Abel quippe non quærebat dominationem in ea ciuitate, quæ condebatur à fratre: sed inuidentia illa diabolica, quæ inuident bonis mali, nulla alia causa est, nisi quia illi boni sunt, isti mali.* Diabolus quippe huius improborum ciuitatis conditor, & princeps, bonos Dei ciuitatis ciues non vult agnoscere, nisi vt eos mactet, & perdat: sicut nouus ille rex Ægypti, qui nesciuit Israël, de quo in Exodo. [d] *Surrexit interea rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph, & ait ad populum suum, Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est; venite sapienter opprimamus eum, &c.* [e] *Si de hac aliquid altius sentiendum est,* vt verbis Origenis vtar, *potest videri rex*

Diabolus & ministri eius nolunt agnoscere ciues Dei ciuitatis, nisi ad opprimendos eos.

d Exod. c. 1. v. 8.

e Orig. hom. in c. 1. Exod. tom. 1.

C *iste nouus, qui nescit Ioseph: diabolus insipiens ille, qui dixit in corde suo, non est Deus genti suæ, hoc est, apostaticis suis angelis colloqui, & dicere. Ecce genus filiorum Israël, magna multitudo est, de his scilicet, qui possunt mente Deum videre, & potentior est nobis. Venite itaque opprimamus illos, ne fortè increscant: & cum acciderit nobis bellum, consentiant & ij cum aduersariis, & expugnantes nos exibunt de terra nostra* (scilicet de Babylone ciuitate reproborum) *atque nostra tyrannidis, seruitutisque laqueos effugient. Omnes qui terrena sapiunt,* inquit Diuus [f] Augustinus *Omnes qui ciuitatem terrenam Deo præferunt; omnes, qui quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi, ad vnam illam ciuitatem pertinent, quæ dicitur Babylon mysticè, & habet regem diabolum.* Sicut contra, [g] *Omnes, qui ea quæ sursum sunt, sapiunt, qui cœlestia meditantur, qui cum sollicitudine in sæculo viuunt, ne Deum offendant, qui cauent peccare, sancti, pij, iusti omnes ad vnam ciuitatem pertinent, quæ Regem habet Christum.* Et in hac Babylonia diaboli ciuitate nefarij habitatores tantò sunt miseriores, quantò pluribus exercentur, vexantur que laboribus, ingratis illis quidem, atque sterilibus, à quibus fructus nulli capiuntur, nisi mortiferi, in cuius signum salices infructuosæ arbores ad ripas fluminum Babylonis plantatæ ferebantur. [h] *In salicibus & in medio eius suspendimus organa nostra,* captiui Iudæi gemendo, lamẽtandoque clamabant. In quem locum D. Augustinus ait, [i] *Salices ligna sunt infructuosa, rigantur hæc ligna de fluminibus Babylonis, & nullum fructum ferunt, sicut sunt homines cupidi, auari, steriles in om-*

f S. Aug. in Psal. 6.

g S Aug. ibid. 4. Pars.

Ciues ciuitatis diaboli, quæ Babylon mysticè dicitur omnes improbi, sicut ciuitatis Dei omnes boni.

D

In Babylonia in vanum cõuenit mali laborant sine fructu.

h Psalm. 136.

i Aug. in Ps. 36.

A *ni opere bono: ita etiam ciues Babylonis vt etiam ligna sint illius regionis ex istis voluptatibus rerum transeuntium pascuntur, tanquam irrigata à fluminibus Babyloniæ. Quæris fructum, & nusquam inuenies.* Vnde Apostolus loquens de misero funestoque statu, in quo ante conuersionem ad fidem Christi facti sub tributo diaboli, per peccatum in ciuitate illius Babyloniæ Romani versabantur; dicebat illis. [k] *Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.* Sed ô mira conuersio! *Nunc liberati à peccato, serui autem facti Deo habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.* Quam autem propterea huius Babyloniæ terrenæ mansionis diabolicæ ciuitatis habitationem omnes Dei ciuitatis ciues boni perhorrescant, atque detestentur, lugubres illæ voces iustorum mysticè testantur captiuitatem Iudæorum in se ipsis spiritali consideratione deplorantes. [l] *Super*

k Rom. 6 v. 21.

B *flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus dum recordaremur tui Sion. Si ciues sumus* (vt eorum gemitus repræsentat S.[m] Augustinus) *de Ierusalem in ista Babylonia, in ista confusione huius sæculi, non ciues habitamus, sed captiui detinemur. Habet hæc ciuitas, quæ Babylonia dicitur amatores suos, consulentes paci temporali, & nihil aliud sperantes, totumque gaudium ibi figentes, & ibi finientes, & videmus eos pro republica terrena plurimum laborare, & nullum inde fructum* (vt infra dicit) *nisi mortis æternæ metere.* Ad construendum autem huius spiritualis Babyloniæ ædificium, inquit S. Gregorius, [n] *peruersi quique illius antiqua Babel imitantur exẽplum. Cuius teste sacra Scriptura ciuitatis authores, & pro saxis lateres, & pro cæmento bitumen habuisse leguntur. Per quod intelligitur, quòd mundi amatores carnalis vitæ construunt munimentum, quod ad*

l Psalm. 136.

m Aug. in Ps. 36.

n S Greg to. 2. in Exposit. 4. Ps. pœnit.

Qualiter hoc ciuitas Babylonis ab impiis construitur in ruinam suam.

C *vim ventorum, & impetus fluuij facili impulsu velociter est subruendum.* Quid postea subdit, vt qui sint illi Babyloniæ ciues meliùs agnoscantur? *Notandum verò est,* inquit, *quia illi de quibus legitur ab Oriente venisse, & in campo Senaar habitasse perhibentur: de Oriente veniunt, qui à Christi consortio malè viuendo recedunt. Senaar autem interpretatur excussio dentium, seu fætor eorum. In campo ergo Senaar qui habitant? Qui positi non in celsitudine virtutum, sed in planicie vitiorum, & detractionum morsibus proximos lacerant, & in otiosa vitæ volutabro iacentes, infamia sua circumquaque fætorem exhalant: quorum dentes tunc Dominus excutit, cùm eorum facta simul & verba confundit.* Isti sunt execrabiles Babyloniæ ciues, qui in corporibus humanis, vt diaboli, regnum, principatumque latioribus finibus in hoc mundo dilatent, & extendant, fraudes inexpiabiles ad perdendas animas concipiunt: qui perfecto odio, &

o Gen. c. 11.

Ciues Babylonia sunt illi qui recesserũt à Christo.

Senaar quid.

Operationum Babylonia nefaria, atque narie.

D liuore Dei ciuitatem prosequentes, in illius exitium dies, noctesque scelerato conatu nituntur: Qui in eum finem ambas Christi Domini monarchias, in quas hæc sancta ciuitas Dei partitur mutuis contentionum, inimicitiarum, suspicionumque armis à se inuicem distractas efficere conantur: vt reciproco iurgio, odioque deuoratæ consumantur. Qui assiduis iræ, inuidiæque facibus accensi sacrosanctæ inter eas sacras Christi Domini monarchias confœderationi interitum, ruinamque machinantur. Qui vt principes Christianos contra sanctitatem majestatis pontificiæ, suspicionis, diffidentiæ, indignationis, auersionisque machinis arment, imperium Pon-

A tificis Romani spirituale, tanquam tyrannicum principatibus laicis, dominationibusque perniciosum, exitiosumque esse, per summam improbitatem, nefasque sceleratum persuadere contendunt: Denique qui nunquam quiescunt, quousque destructo Christi Domini regno imperium diaboli toto orbe diffusum variis artibus, fraudibus, machinationibusque solidè si possint, immortaliterque stabiliant.

CAPVT IIII.

De magna vriusque ciuitatis à se inuicem contrarietate.

B

1 *Inter Christum & diabolum antithesis magna, sic inter duas Christi & diaboli ciuitates.*

2. *Inter multa, magnaque discrimina, & antitheses, quibus Dei, & diaboli ciuitates à se inuicem opponuntur, quinque commemorantur.*

3. *Magna Dei in terris ciuitatis fœlicitas, sic contra diabolicæ magna infœlicitas, huius destructio, & illius exaltatio precibus puris à Deo postulanda.*

C



E o antithesim, magnamque inter hanc Dei, diabolique ciuitatem oppositionem, contrarietatemque contemplemur, consideratèque perpendamus; quæ tanta est, quanta inter lucem & tenebras, inter mortem, & vitam, & inter Christum Dominum Deum verum de Deo vero, & ipsum Belial, atque diabolum humani hostem coniuratum generis existit. Si quis autem scire desideret, quanto discrimine, anthitesi, & contrapositione Christus Dominus à nefandissimo illo homicida, qui à principio in veritate non stetit, auersetur, atque dissentiat; consideret tria hæc in diabolo iugum, virgam, & sceptrum, & eadem in Christo, sed valdè dissimilia, atque diuersa. Nā diabolus iugum quidem habet, sed vt præmat, illudque portantes consternatos atterat. Virgam habet, non qua dirigat ad vitam, sed qua percutiat ad mortem. Sceptrum verò portat, non quo in iustitia, æquitate, clementiaque subditis dominetur; sed vt illos tanquam vilia mancipia, victosque captiuos ad suæ crudelissimæ tyrannidis flagra perducat. Sic peccatores miserrimi Babyloniæ ciues, diabolo arant, & serunt, cùm grauissimum illius tyrannidis iugum peccando suis ceruicibus admittunt. Grauissima percelluntur seruitute, cùm illius virga, tanquam flagello durissimo quatiuntur. Denique sub illius vexillo militantes inferni cruciatibus victimæ deuouentur; vt illius sceptrum dominationis iniquæ obediendo suspi-

Prima contrarietas & oppositio.

Inter Christ. & diabolum antithesis magna.

Tria habet diabolus sicut Christus, sed valdè dissimilia, iugum, virgam, sceptrum.

D

A ciant, nefariè reuereantur, & adorent. Non sic Christi Domini iugum; non sic virga, non sic sceptrum dominationis æternæ tot aspera colentibus ea largiuntur, & effundunt, Sed [a] *iugum eius suaue*, sicut onus leue, dans requiem super se tollentibus illud. *Virga dulcis, virga directionis, virga regni beatissima*: quæ leuiter tactos amœnissimè consolatur; quàm amœnitatis dulcedinē gustauerat ille, qui dixit. [b] *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Sceptrum verò eius mansuetudinis, clementiæ, miserationumque delicijs affluens, quàm lætos, beatosque facit sibi cum omni reuerentiæ, honoris, obsequijque oblatione procumbentes? [c] *Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna, propter mansuetudinem.* Ergo vt illi beati, qui tam salutaris, & amœnæ Christi Domini ciuitatis iure donantur, sic contra illi miseri, qui

B Babyloniæ mœnibus, tanquam durissimis carceris obscurissimi vinculis circumscripti clauduntur. Et sicut inter Christum, & diabolum nulla potest pacis, concordiæque pactio intercedere, sic omni confœderationis ablata spe inter pios ciuitatis Dei ciues, & impios Babyloniæ ministros nunquam certamina, conflictusq. cessabunt.

Duæ illæ ciuitates Dei, & diaboli sacra, & prophana, Ierusalem spiritualis, & Babylonia, sunt veluti duo illi montes, quorum Plinius meminit, Indo fluuio vicini sito loci sociati, sed qualitatibus maximè discreti. Cum ferro illis præcipuè negotium est, quod eorum montium vnus ad se trahit, alter vehementer à se repellit, sic ciuitas Dei, quæ est Ecclesia Catholica,

C Apostolica, & Romana ferreā peccatorū duritiē à se procul expellit, quam Babylonia Satanæ ciuitas, synagoga, hæreticorum, schismaticorum, aliorumque nefandis peruersitatibus inquinatorum ad se vi magna, potentique robore compellit. Ad hoc duplicis illius inter se ciuitatis discrimen, differentiamque manifestiùs exprimendam illa Christi Domini verba, variæque illius Apostolorum sententiæ referuntur. Sic enim Iudæis sceleratæ, corruptæque vitæ loquebatur Dominus. [e] *Vos de mundo hoc estis, ego non sum de mundo.* Ad Apostolos verò sermonem conuertens. [f] *Si de mundo*, inquit, *fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia verò de mundo non estis, propterea odit vos mundus.* Eius Domini nostri primus in terra Vicarius, primusque Ecclesiæ sanctæ Princeps, quid

D dicat audiamus. [g] *Fugite eius quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionē.* Audiamus & eius coapostolum Sanctum Paulum ita dicentem. [h] *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* Qui alibi sic fideles admonet Corinthios. [i] *Debueratis de hoc mundo exisse.* Et alio in loco rationem reddens quare clementer, benigneque corripiamur à Domino, ait. [k] *Vt non cum hoc mundo damnemur.* Quid verò Sanctus Iacobus? [l] *Nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Deo? Quicumque ergo voluerit amicus esse sæculi huius, inimicus Dei constituitur.* In eundem finem Sanctus Ioannes ita fideles hortabatur. [m] *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.* [n] Et alibi. *Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo.* Iam verò quantùm distet ciuitas mundi, seu diaboli, à puritate ciuitatis Christi his breuiter expressit. [o] *Et mundus totus in maligno positus est.*

[a] Matth. c. 11.
[b] Psal. 22.
[c] Psal. 44.

2. Pars. Inter multa, magnaque discrimina & antitheses, quibus à se inuicem Dei & diaboli ciuitates opponuntur quinque hic commemorantur.

[d] Plin. lib. 2. c. 96.

Regnum diaboli, atque mūdi Dei regno, eius satique grauiter opponi ostenditur Scriptura testimoniis.

[e] Ioan. c. 8.
[f] Ioan. c. 15.
[g] 2. Petri.
[h] 1. Cor. 3.
[i] 1. Cor. 5.
[k] 1. Cor. 11.
[l] S. Iacob. 4.
[m] 1. Ioan. c. 2.
[n] 1. Ioan. c. 2.
[o] 1. Ioan. c. 5.

Ideò Christus Dominus suos ab amatoribus mundi disgregans Deo patri suo dicebat.[a] *Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi; & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut ego non sum de mundo.* Ex quibus, aliisque similibus sacræ Scripturæ testimoniis euidentissima inter illas duas Dei, & diaboli ciuitates contrarietas, antithesisque conspicitur. Diuus Augustinus oppositionem, contrarietatemque harum ciuitatum sanctæ, & impiæ, Dei, & diaboli ex duplici amore, bono, & malo dedoxit.[b] *Fecerunt*, inquit, *ciuitates duas, amores duo, terrenam scilicet amor sui, vsque ad contemptum Dei, cœlestem verò amor Dei, vsque ad contemptum sui. Denique illa in seipsa, hæc autem in Domino gloriatur: illa quærit ab hominibus gloriam, huic autem Deus conscientiæ testis maxima est gloria. Illa in gloria sua exaltat caput suum, hæc dicit Deo suo, gloria mea, & exaltans caput meum: illi dominandi libido dominatur: in hac seruiunt inuicem in charitate.* Has antitheses, contrarietatesque illarum ciuitatum diuersitatibus, variisque finibus duorum fratrum Cain, & Abel, mali, & boni, reprobi, & electi, alio in loco huius diuini de ciuitate Dei operis his verbis eleganter illustrat.[c] *Natus est prior Cain ex illis duobus humani generis parentibus pertinens ad hominum ciuitatem; posterior Abel ad ciuitatem Dei. Prior est natus ciuis huius sæculi, posterior autem isto peregrinus in sæculo, & pertinens ad ciuitatem Dei: gratia prædestinatus gratia electus, gratia peregrinus deorsum, gratia ciuis sursum.*[d] Ex eadem massa *factum est primum vas in contumeliam*, post verò *alterum in honorem. De*[e] *Cain scriptum est quòd condidit ciuitatem, Abel autem tanquam peregrinus non condidit. Superna est enim Sanctorum ciuitas, quamuis hic pariat ciues, in quibus peregrinatur, donec regni eius tempus adueniat.* Atque has quidem ciuitates tantis oppositas contrarietatibus, magnus ille doctrina, sanctitateque Pater secundùm Dei prouidentiam, veluti societates in humano genere varias exortas esse credidit.[f] *Ex quibus futuri erant homines alii malis angelis in supplicio, alii bonis in præmio sociandi: quamuis occulto Dei iudicio, sed tamen iusto. Cùm enim scriptum sit, vniuersæ viæ Domini, misericordia, & veritas, nec iniusta eius gratia, nec crudelis potest esse iustitia.* Ad has antitheses, & oppositiones duarum ciuitatum Dei & diaboli, ea possumus appositè reuocare, quæ Theophilus Antiochenæ Ecclesiæ Patriarcha scribens ad Aotolicum gentilem inter paganos maximè disertum, & eruditum, sed maximum Christianæ Religionis irrisorem, & suæ gentilitiæ superstitionis exaltatorem, similitudine præclara recensuit, de fœcunditate bonorum quæ parit, secumque fert Christiana Fides, Ecclesiaque Catholica, quæ est vera in terris ciuitas Dei, contra verò de sterilitate bonorum omnium, & malorum, miseriarumque cumulo, quæ synagoga hæreticorum, & infidelium primas in ciuitate diaboli partes tenentium suis sectatoribus, sua cæcis amentia parturit: Sic enim ille huic loquitur infideli.[g] *Quemadmodum in mari insulæ quadam prominent habitabiles, frugiferæ, & quibus est aqua salubris, necnon nautalia, & portus commodi, quibus se naufragi recipiunt: sic Deus dedit mundo, qui peccatorum tempestatibus, & naufragiis iactatur synagogas, quas Ecclesias nominamus* (Scilicet singulares Ecclesias Catholicas capiti Ecclesiarum omnium, reginæque Romanæ Ecclesiæ insertas, subditasque) *in quibus veritatis doctrina seruet, ad quas confugiunt veritatis studiosi omnes, quotquot saluari, Deique iudicium, & iram vitare volunt.* De malis verò mortiferisque animarum morbis, calamitatibusque, quæ synagoga dæmonis, Babyloniaque ciuitas, nempe hæresis, cathedra pestilentiæ, dæmoniorumque doctrina pariût ita perseuerando, in sua similitudine loqui pergit.[h] *Vt verò aliæ sunt insulæ saxosæ, aquæ potabilis vacuæ, steriles, efferatæ, inhabitabiles, quæque plurimum damni tum nauigantibus, tum naufragis afferunt, in his etiam naues atteruntur, & quotquot ad eas appellunt, extrema pericula subeunt: ita sunt doctrinæ erroneæ, dico hæreses, quæ suos sectatores perdunt, non enim à præmia veritate ducuntur, verum quemadmodum piratæ vbi impleuerunt naues suas penetrant ad prædicta loca vt exitium apportent, sic accidit iis, qui relicta veritate in hæreses, & schismata abeunt, à quibus tandem perduntur.* Hæc ipse. In hac autem Babylonia, ciuitate diaboli, corrupti mundi, pax nulla, concordiaque vera subsistere potest; cùm nullus in ea sit ordo, sed confusio, tumultus, horrorque dissidii semper inhabitet: malis, improbisque huius ciuitatis maledictæ sibi ipsis perpetuò pugnantibus, vel aduersus bonos dementiæ suæ tela iaculantibus. Et à ciuitate Dei, quæ in terris peregrinando militat, sicut ab ea, quæ in cœlis est, pax sancta non exulat, nec vera concordia relegatur, bonis illius ciuibus amoris diuini, charitatisque nexu firmiter inter se copulatis, sicque pace, atque optata tranquillitate fruentibus: vt ex illo Psalmistæ.[i] *Qui posuit fines tuos pacem.* Sanctus Augustinus colligit,[k] vt sit finis ciuitatis Dei in terris vera pax, licèt non omnibus soluta, liberaque temporalium malorum vexationibus, sicut eadem æternæ cœlestisque Dei ciuitatis: sed extra omnem aduersitatum caducarum, immortaliumque aleam, acrimoniamque posita, pax solidè vera, finis esse perhibeatur. Illa Diui Augustini, quæ dico, verba clarissimè manifestant.[l] *Illud igitur, quod inter Remum, & Romulum exortum est, quemadmodum aduersus seipsam terrena ciuitas diuidatur, ostendit. Quod autem inter Cain, & Abel, inter ipsas duas ciuitates, Dei, & hominum inimicitias demonstrauit. Pugnant ergo inter se mali, & mali; item inter se pugnant boni, & mali: boni verò, si perfecti sunt, inter se pugnare non possunt.*

O magna diuinæ illius in terra ciuitatis fœlicitas! sic contra diabolicæ plena dissensionibus, vitiorumque sordibus infœlicitas! O ingens illius ciuium prosperitas! O huius incolarum enormis aduersitas! Quam ad illius fœlicitatis, & huius calamitatis confirmationem appositè Doctor ille maximus.[m] *De libro Ecclesiastis*, inquit, *illud commemorandum est, quod pertinet ad duas ciuitates, vnam diaboli, alteram Christi, & earum reges, diabolum & Christum. Ait enim Salomon*[n] *Væ tibi terra, cuius Rex puer est* (vel vt vertit magnus ille Doctor, *adolescens est*) *& cuius principes manè comedunt. Beata in terra, cuius Rex tuus filius ingenuorum, vel vt nostra habet lectio, cuius Rex nobilis est, & principes tui in tempore suo comedunt in fortitudine, & non in con-*

Margin notes:

a Ioan. c. 17.

b S. Aug. l. 4. de ciuit. c. 5.

Pulchra antithesis inter ciuitatem Dei, & ciuitatem diaboli, seu mundi.

c lib. 15. de ciuit. c. 1.

d Rom. c. 9.

e Genes. 4.

f l. 12. de ciu. c. vlt. in fin.

Psalm. 24.

Bonorum fœcunditas quæ parit fides Dei ciuium.

g Theophili Antiocheni Episc. epistola, seu liber primus ex tribus quæ ad defensionem veritatis Christianæ ad Autolicum Paganum ex Biblioth. Possu. de la Bigue.

h Theophil. ibi supra.

Quanta mala hominum animum & societatibus mortifera paris hæresis synagoga Satanæ.

In ciuitate Babylonis vero pax nulla, sed in Dei ciuitate copiosa.

i Psal. 147.

k S. Aug. li. 19. c. 11.

Finis vtriusque Dei ciuitatis militantis, & triumphantis pax vera.

l S. Aug. l. 15. de ciu. c. 4.

Pars. 5.

Magna Dei in terris ciuitatis fœlicitas, sic contra magna diabolica infœlicitas.

m S. Aug. l. 17. de ciu. c. 20.

n Eccles. c. 10

Diabolus cur puer, & adolescens à sapiente vocetur.

fusione (vel vt habet versio communis) *ad reficiendum, & non ad luxuriam. Adolescentem dixit diabolum, propter stultitiam, & superbiam, & temeritatem, & petulantiam, cæteraque vitia, quæ huic ætati assolent abundare. Christum autem filium ingenuorum, Sanctorum, scilicet Patriarcharum, pertinentium ad liberam ciuitatem, ex quibus est in carne progenitus. Principes illius ciuitatis* (scilicet diaboli) *manè manducantes, id est, ante horam congruam, quia non expectant opportunã, quæ vera est in futuro sæculo, fœlicitatem, festinanter beati huius sæculi celebritate cupientes. Principes autem ciuitatis Christi tempus non fallacis beatitudinis patienter expectant.* Hoc ait, *in fortitudine, non in confusione:* vel vt nos legimus, *ad reficiendum, & non ad luxuriam,* quia non eos fallit spes, de qua dicit Apostolus.[a] *Spes autem non confundit*, dicit Palmus,[b] *Vniuersi qui te expectant non confundentur.*

Destructio regni diaboli, & exaltatio regni Christi oranda.
a Rom. c. 5.
b Psal. 24.

Oremus Deũ, vt regnũ hoc diaboli, peccatiq; ciuitas citò in nobis hic degentibus euertatur, & vt regnum Christi ciuitas Dei, solidè, fœliciterque super desolationem, euersionemque illius mortiferi regni substruatur: de ruinis maledictæ ciuitatis exultet, atque triumphet. Clamemus cum Sanctis Martyribus. *Vindica sanguinem nostrum;* Secundùm S. Augustini sensum, intelligentiamque dicentis. *Quando Sancti Martyres in*[c] *Apocalypsi clamabant, Vindica Domine sanguinem nostrum: non vindictam contra ipsos homines occisores postulabant, sed contra regnum peccati vt euerteretur. Nam ipsa est sincera, & plena iustitia, & misericordia vindicta martyrum, vt euertatur regnum peccati, quo regnante tanta perpessi sunt. Ad cuius euersionem mittitur Apostolus ad Romanos dicens.*[d] *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Destruitur autem & euertitur peccati regnum, partim correctione hominum, vt caro spiritui subijciatur, partim damnatione perseuerantium in peccato; vt ita iustitia ordinetur, & iustis cum Christo regnantibus molesti esse non possint.* Hoc talis vindictæ desiderium summæ pietatis, ac misericordiæ genus est, vt ruente flagitiorum, criminumque in interitum, extremumque exitium tyrannide, conuersi ad Deum peccatores salui fiant. Hæc nostri summa desiderij; hæc sancta Christiani voti cupiditas, vt euerso diaboli regno, destructaque confusionis Babylonicæ, peccatique ciuitate, omnes de ea decepti, dementatique peccatores hæretici, schismatici, libertini, aliorumque scelerum rei fugientes, in Ecclesiæ sanctæ, Catholicæ, Apostolicæ, Romanæque sinum (quæ est vera Dei ciuitas) per viam salutaris pœnitentiæ salui, incolumesque reuertantur.

Quid sibi vult hæc oratio mysticè SS. Martyrum, vindica sanguinem nostrum.
c Apoc. c. 6. v. 10
d Aug lib. 1. de serm. Domini in mõte tom 4 c 13.
e Rom. c 6.
Quando destruitur regnũ peccati, & diaboli.

CAPVT V.

Inter has Dei. diabolique ciuitates, lucta, bellumque perpetuum placens Deo, iustis contra impios fœliciter, nec sine magno de manu Déi præmio pugnantibus.

1. *De lucta iusta, conflictuque meritorio iustorum ciuitatis Dei ciuium, cum dæmoniaca ciuitatis ciuibus, mancipiisque, sine vlla ab armis cessatione.*
2. *Arma diuersa iustorum, & peccatorum, quibus egressi ex diuersis Dei & diaboli ciuitatibus inter se perpetuò confligunt.*
3. *Hæc lucta, conflictusque Deo placet, & acceptus est maximè.*



Vm[a] vita hominis militia sit super terram,[b] beati illi, qui piè, iustè, & sobriè in ciuitate Dei viuentes contra omnes Dei hostes, spiritualis Babyloniæ ciues, semper generoso pectore ad prælium, dimicationemque parati conuolant, accinctique diuinæ fortitudinis gladio[c] super femur suum potentissimè inimicos Crucis Monarchiæ duplicis Christi Domini perduelles sine reuersione persequuntur, donec deficiant. Propter quod vt veri Christianæ militiæ pugiles, non indecoro puluere sordidi, quandiu in hac vita spirabunt, nec vllam requiem, nec à diuturno certamine cessationem aliquam sperare volunt, & optare: vt consumpta vitæ huius mortalitate deuictis, subactisque cunctis Dei, Ecclesiæque eius hostibus,[d] *In tabernaculo Dei habitare, & in monte sancto eius* immortaliter cũ Christo triumphaturi requiescere mereãtur. Quibus[e] *requies mensæ Dei erit plenã pinguedine*, gloriæ nempe, & fœlicitatis æternæ. Quæ gloria, & fœlicitas eò maior pro præmio illos fortes, generososque Christi Saluatoris athletas, veros eiusdem regni, ciuitatisque subditos, atque ciues in cœlo præstolatur, quò fortiores, ferociores, potentioresque ipsa barbarie immaniores Dei, eiusque monarchiæ duplicis hostes extiterint; quos virtute Christi, Deique armatura muniti deuicerunt. At quinam sunt isti, tam immani fortitudine, tetraque ferocitate corroborati, contra Dei, Christique Domini ciuitatem, regnumque bellatores? ipsemet diabolus, & angeli eius hominum improborum, perditorumque stipatus, comitatusque legionibus. Audiamus Apostolum dicentem.[f] *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem* (scilicet solummodo) *sed aduersus Principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus.* Quasi diceret, sic exponente D. Augustino.[g] *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem* (scilicet solum) *id est, aduersus homines quos videtis sæuire in vos. vasa sunt, alius vtitur: organa sunt, alius tangit.* Id est, quamuis scelerati, nefariique homines Babyloniæ diaboli ciuitatis ciues vobis vim, insidiasque struant, & contra vos insano, visibilique furore digladientur, non tamen nisi malignis excitati efferatique spiritibus hoc operantur, vt S. Cyprianus[g] exponit, cui consentiens dicebat S.[h] Ambrosius. *Extitia quæ à perfidis, Dei famulis irrogantur authore diabolo ministrantur.* Et vt ostenderet Apostolus diabolum eiusque angelos non modo aperto marte, collatis, & extensis, suæ ferocissimæ, crudelissimæque potentiæ signis dimicare furendo, sed etiam cuniculis, insidiis, dolis, fraudibus exitialibus Dei pugiles, athletasque fortes oppugnare vulpinando. Metaphorã à luctatoribus petita vti voluit, dicens: *Non est nobis colluctatio.* Græcè πάλη, scilicet lucta. Quod appositè subiunxit Apostolus post illam exhortationem.[h] *In-*

a Iob c. 7.
b Ad Tit. c. 2.
c Psal. 17.
d Psal 4 v. 5.
e Iob c. 35. v. 12.
Eo gloriosior victoria merces, quo hostes victi fortiores extiterant.
Quinã hostes cõtra quos Dei ciuitatis ciues luctantur.
f Ephe. c. 16. v. 12.
g S. Aug ser. 8 de verbis Domini.
h Cyp. in exhortatione ad Martyres.
i S. Ambros. in 2. ad Eph.
k Ephes. 6 v. 11.

duite vos armaturam Dei, vt poßitis stare aduersus insidias diaboli. Nam Sosicles apud Plutarchum, [a] *πάλην*, id est, luctam, *ἀπὸ τοῦ παλαίειν*, id est, astutia, & dolo deiiciendi, ac prosternendi aduersariũ dictam putauit. Sic autem exercitus suos, copiasque ad perdendos, supplantandosque Dei ciuitatis ciues diabolus disponit, vt diuersos dæmones diuersis vitiis, sceleribusque præficiat, quibus homines, qui nondũ sui sũt, aut ludificãdo, fallendoque in suæ tyrannicæ dominationis, seruitutisque nefandissimæ laqueos, foueamq; præcipitare contendit. *Sunt enim*, inquit Cassianus, [b] post S. Hieronymum, *quidam dæmones* (sic dispositi à suo principe Lucifero) *amoribus, & amatoriis canticis seruientes, alij furores, iracundias, blasphemias, homicidia, rapinas, variaque excitant bella, alij dißidiis, inimicitiis grauißima inter ipsos homines odia fouendo præsunt.* Hoc tamen subiungit postea, [c] *Nosse debemus non omnes dæmones vniuersas hominibus inferre paßiones, sed vnicuique vitio certos spiritus incubare, & alios quidem immunditiis, ac libidinum sordibus oblectari, alios blasphemiis, alios iræ furorique peculiarius imminere, alios pasci tristitia, alios cenodoxia,* [d] *superbiaque mulceri, & vnumquemque illud vitium humanis cordibus, quo ipse gaudet, inserere.* Sed quorsum, & in quem finem hæc tanta diaboli, & eius angelorum partim per seipsos, partim per homines malos aduersus bonos, & iustos Dei ciuitatis subditos, fidelissimosq; municipes suscepta colluctatio? An vt illos solùm terrenis cõmoditatibus, ipsaq; vita corporis priuatos opprimãt? Hæc diabolo & angelis eius pro minimo sunt, sed vt æternis, cœlestibusque bonis omnino spolient, spoliatosque in æternũ misera seruitute, calamitateque extrema discrucient. In quem sensum grauissimi Græciæ Doctores, Sãctique Patres, [e] Athanasius, Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, cum cæteris eiusdẽ linguæ scriptoribus, hæc verba S. Pauli *in cælestibus, pro cælestibus*, particulam Grecam *ἐν*, loco *διὰ*, positam fuisse crediderunt; vt sit sensus colluctationem, certamenque nobis esse aduersus mundi rectores & principes tenebrarum harum, qui sunt spiritualia nequitiæ, pro rebus celestibus. Ad quid enim Satanas princeps mundi huius corruptissimi tyrannicus tot arietibus, & armis, partim occultis machinationibus, & fraudibus perfidiæ, proditionibusque, partim furoribus apertis, efferatisque præliis toties contra fideles Christi populos, cum tanto luctatur ardore, nisi vt illos æternæ gloriæ corona frustretur, & exuat? Vnde ergo illa D. Augustini. [f] *Nos in cælestibus consistenti* (spe videlicet iam hic gloriæ cœlestis expectatione beati) *id est, in spiritualibus Dei præceptis dimicemus contra spiritualia nequitiæ, quæ nos inde conantur abstrahere.* Meritò igitur cũ diabolo, eiusque angelis, atque ministris, Dei, eiusque sanctissimæ Sponsæ matris Ecclesiæ perduellibus, desiderio animarum nostrarum ruinæ tabescentibus, & efferatis omne dissidiorũ, odiorum, certaminumque genus exercere nos oportet, quod Dei præscripto fieri credendum, qui post primorum parentum lapsus, ita diabolo serpentis induto figura locutus est. [g] *Inimicitias ponam inter te & mulierem.* Inimicitias in plurali numero, non inimicitiam in singulari dixit. Vt intelligeremus omne genus odij, hostilitatis, inimicitiarum, contentionumque cunctis illius regni ciuitatibus subditis, eius voluptatis imperio pa-

a Plut. l. 2. qq. conuiualium q. 2.

Qua fraude diabolus cum hominibus luctatur, ad perdendos eos.

b Cassiod.

c Cassiod.

d Græcè *κενοδοξία* est inanis gloriæ cupiditas.

Diabolus cum suis ministris cum ciuibus Dei ciuitatis pugnat, vt eos bonis æternis, cælestibusque spoliet.

e Athan q. 45. ad Antioch. e Chrysost. Theodoret. & Oecum in c. 6 Ephes.

Nota expositionem loco S. Pauli in cælestibus.

f S. Aug l. de Agone Christiano c 5.

g Gen. 3.

Cum diabolo & ministris eius omne dissentionũ, bellorumque genus Christi fideles debent exercere.

A rentibus, cum hoc diuinæ maiestatis, humanique generis hoste ineundum esse; *nec enim*, inquit Caietanus [h] in hũc Geneseos locum, *satis est inimicũ esse diabolo, quoad ea quæ sunt fidei, aut spei, sed oportet secundùm omnes partes inimicum esse, videlicet secundùm ea, quæ sunt castitatis, abstinentiæ, liberalitatis, misericordiæ, & cæterarum virtutum.* Quæ dissentio, & pugna inter Christum, & diabolum, eadem inter seruos Christi, & ministros diaboli debet interuenire. Induciarum, fœderumque cũ ciuibus Babyloniæ diaboli mancipiis sancta Dei ciuitas impatiens est: huius sancti ciues vlla in re cum illius ciuibus vita nefaria reprobis cohærere, consentireque perhorrescunt. Et licèt quod Christianæ charitatis est, de illorum salutis exitio tristentur, cũ illis tamen quandiu turpia diaboli mancipia sunt, omni certamine, pugnaque cõtẽdere gestiunt, cum [i] Tertul. clamãtes, & profitẽ-B tes, *Non bene conuenire inter se signa Christi, & signa diaboli, castra lucis, & castra tenebrarũ, nec posse vnam animam duobus deberi.* Sicut cohærere non potest, aiebat S. Cyprianus. [k] *amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cũ serenitate, pugna cum pace, cum fœcũditate sterilitas, cum fontibus siccitas, cum tranquillitate tempestas.* Quis enim vitæ sanctitatem, pietatemque Patriarchæ Iacob factis æmulari posset, [l] quẽ ab Esau fratris nequitiis, iniquitatibusque vitæ probitas, pietasque nõ auelleret? Quis innocentiæ Abelis consensu, imitandique desiderio suffragaretur: [m] Qui Caini fratris abominationes scelerum, parricidia, & in Deum ipsum sacrilegia non extremo odio detestaretur? Poterit quis saluam animam facere, qui nollet cum Loth, angelo ductore, ab execrandis Sodomitarum criminibus, flagitiisque recedere?

C [n] *Præsentior est qui se animus inserit, quàm qui oculis protestatur, plus enim est menti connecti, quàm corpore copulari*, inquiebat Valentiniano Imperatori per epistolam S. Ambrosius. Et vt cum S. Cyrillo [o] Hierosolymitano loquar, *amicitia cum serpẽte, cum Deo inimicitia est.* Propterea Ieho Propheta Iosaphat Catholico Regi, hæreticum Regem, Israël Achab faculatum, armorumque præsidio fouenti dicebat, [p] *Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris, idcirco irã Dei merebaris.* Contemptorem mandatorum Dei, Christianæ Religionis oppugnatorem, Catholicæ fidei per immane sacrilegij, impietatis hæreticæ, periuriique nefas persecutorem, Ecclesiasticæ iurisdictionis, põtificiæque maiestatis sauciatu per impias schismatũ rebelliones aduer-D satiũ, & illusorem, sancta Catholicorum Dei ciuitatis municipum, fidelium Christianæ in vtroq; foro monarchiæ subditorum confœderatio perenni indignatione, odioque perfecto Christi munita præsidio, fidelibus armis oppugnatura persequatur. Nec committendum, ferendũque vlla ratione, vt ethnici, dæmoniorumque cultores in suæ superstitionis, falsæque religionis ab omni extraneo cultu vindicãdæ defensione, plus constantis affectus, zeli, fortitudinisque, quàm veri, vnicique Dei cultores Christiani in sanctæ fidei, Ecclesiæque Catholicæ protectione contulisse iudicentur. Quantum Romani suam quamuis vanam, falsamque religionem alieni ritus fæcibus immergi, nouarumque de cultu deorum opinionum sordibus fœdari timuerint, ista Liuij, si illi sit adhibenda fides, clarissimè manifestant. [q] *Quoties hoc patrum, auorumque ætate negotium est*

h Caiet in 3. Genes.

i Tertul l. de coron. mil.

k S. Cypr. lib. de vnit. Ecclesiæ.

l Genes. c. 27.

m Gen. c. 4.

n S. Ambros.

o S. Cyril. Hieros.

p 2. Paral. c 19.

Romani etiã nec nouarum de religione opinionum hostes.

q Liu. lib 39

magistratibus datum, vt sacra externa fieri vetarent, sacrificulos, vatesque foro, circo, vrbeque proberent: Vaticinos libros conquirerent, comburerent, omnemque disciplinam sacrificandi, præterquam more Romano abolerent. Iudicabant enim prudentissimi viri, omnis diuini, humanique iuris, nihil æquè dissoluendæ religionis esse, quàm vbi non patrio, sed externo ritu sacrificaretur. Quod vtinam in mentem venisset illis principibus, magistratibusque, quibus à Deo hæreses, aliasque contra fidem Catholicam erronearum opinionum abominationes, extirpandi data potestas: ex eoque à minori ad maius argumentum, demonstratiuaque persuasio in eorum mentibus insedissent, hodie profectò tot monstra, prodigiaque nouarum impietatum contra Religionem Christianam, contra Sedis Apostolicæ sanctitatem, cótra summum, monarchicumque à Domino institutum, Pontificis Romani principatum in Gallia nostra, aliisque orbis Christiani nationibus minimè videremus. Nec tot inde funestissimas omnium rerum desolationes, tragœdias immanitate barbarica longè superiores, tot sanctorum locorum profanationes, tot vrbium, regionumque vastationes, tot populorum, tot magnorum principum, bonorumque trucidationes, tot stupra virginũ, sacrilegia sanctimonialium, tot Sacerdotum parricidia, tot diuina humanaq; violata iura, tot denique omnis generis abominationes impunè perpetratas pleno luctu lamentari cogeremur. Vt cognoscamus, quàm verè illud ab optimo Imperatore dictum sit.[a] *Quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam.* Athleta Christianus vir fortis, & magnanimus, qui maximè Dei ciuitatis donatione gloriatur: frequentibus agonibus, pugnisque cum diabolo, eiusque ministris Babyloniæ ciuibus illustratur, atque clarescit, eò semper gloriosior, quò in arenam frequentiùs aduersus eos descẽdit alacrior, atque constantior.[b] *Non potest*, inquit Seneca, *Athleta magnos spiritus ad certamen afferre, qui nunquam suggillatus est. Ille qui fudit sanguinem suum, cuius dentes crepuerunt sub pugno, ille qui supplantatus aduersarium toto tulit corpore, nec proiecit animum proiectus, qui quoties cecidit contumacior resurrexit, cum magna spe descendit ad pugnam.* Sic miles Christi eius vestitus armis, contra diabolum, omnesque peccatores terræ eius athletas non similibus, nec signis, nec telis armatos, magno generosoque pectore prosilit.[c] *Gladium euaginauerunt peccatores, intendentes, & mittentes arcum, vt deiiciant pauperem, & inopem.*[d] *Statuamus*, inquit Origenes, *duos milites armatos, vnum militem Dei, alterum militem diaboli, & siquidem miles Dei habet loricam iustitiæ, sine dubio miles diaboli habet loricam iniustitiæ, & si miles Dei in galea salutis corruscat, è contrario peccator, qui est miles diaboli galea perditionis indutus est, & si parati sunt pedes militis Christi ad Euangelij cursum, & prædicationem, è contrario peccatoris pedes velociter currũt ad effundendum sanguinem.* Iuxta illud Dauidis.[e] *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, & calceamenta eius*, hoc est præparatio, *consummãtur ad malum.* Quid vltrà Doctor eximius? (vtinã semper rectus in fide!) huius talis est conclusio.[f] *Habet ergo miles Dei scutum quoddam fidei, habet & miles diaboli scutum infidelitatis: ista ergo est gladius Spiritus sancti in his qui militant Deo: est autem & gladius maligni in his qui militant peccato.*

a Theodosij Imp. dictum. L. 4 C. de hæreticis.

b Seneca lib. ep. 1. quæ est ordine 13. in princip.

Verus Christianus & athleta fortis eò semper fit gloriosior, quo sæpius contra diabolũ, eiusque ministros descendit constantior, & alacrior.

c Psal 36.

d Orig. hom. 2. in Psal. 36 tom. 2.

2. Pars. Arma diuersa iustorum & peccatorum, quibus ex diuersis egressi ciuitatibus Dei, & diaboli, in mundi campo confligunt à die regenerationis iustorum.

e Ps. 13. v. 3.

f Orig. ibid.

Quem gladium tunc euaginare dicuntur peccatores, cùm tam impudenter, & absque verecundia velamento iniquitates suas perpetrant, neque erubescunt, ac reuerentur, neque tanquam in vagina nequitiam suam contegunt, sed superbo, & elato spiritu, velut gladium quendam denudant. Ex his quid aliud colligere possumus, vitam nostram esse luctæ, pugnæque stadium, in quo cum Dei hostibus perpetuò dimicare, manusque conserere debeamus. Hoc S. Hieronymi consilium est, quod accepit à Domino, & ex eius sacris Euangelicæ doctrinæ fontibus exhausit, & expressit. *Stadium est hæc vita mortalibus*, inquit ad virginem Eustochium scribens. *Hic contendimus, vt alibi coronemur. Nemo inter serpentes, & scorpiones securus ingreditur, & inebriatus*, inquit Dominus, *gladius meus in cœlo, & tu pacem arbitraris in terra, quæ tribulos germinat, ac spinas, quas serpens comedit?* Et paulò post, cùm Apostoli recensuisset oraculum. [h] *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem*: & quæ sequuntur prioribus ista connexuit.[i] *Magnis inimicorum circundamur agminibus, hostium plena sunt omnia*, &c. Super ciues spiritualis Ierusalem veros Dei seruos, Christi Domini signum, imaginemque portantes, dæmoniorum princeps, Rexque super omnes superbiæ filios, Babyloniæ ciues extensum perpetuò gladium ad effundendum eorum sanguinem, animarumque huius sanctæ ciuitatis mactationes euaginat. Iste Lucifer,[k] qui dixit: *In cœlum ascendam, super astra Dei exaltabo solium meum. Semper quærit ascendere*, inquit alibi [l] S. Hieronymus, *super eos, qui habent imaginem cœlestis, & qui fulgent in Ecclesia sicut astra Dei, & sedere in monte testamenti, id est, in Ecclesia, quæ in sublimibus collocata est, & de lateribus quondam Aquilonis habitatores possidet, qui in tantum oblitus sui est, vt velit super nubes ascendere, quibus mandauit Dominus, ne pluant super Israel imbrem, & ad quas peruenit veritas Domini, cum loquitur*, [m] *& Abdias, Si exaltatus fueris, vt aquila, & inter sidera cœli posueris nidum tuum, inde te detraham, dicit Dominus.* Id est, virtute, & fortitudine suorum athletarum, generosissimè contra eum, eiusque ministros assiduo prælio, contentioneque religiosa pugnantium, meæ gratiæ robore septorum, victum te, domitumque de altissimo potentiæ solio, in ignominiosissimam, miserrimamque seruitutem, captiuitatemque precipitabo. Ea vero pugna, dimicatioque cum Lucifero, & angelis eius, sicut perpetua esse debet, ne suspensis ad postem nimiæ quietis, & securitatis armis ab eo hoste excepti vincamur, sic eam antiquissimam esse credendum est, quæ nobiscũ ex vtero matris Ecclesiæ, cum illius sacro baptismatis fonte, nos Christo suo sponso regenerauit, egressa est, suumque deduxit exordium. [n] Bibit de petra populus Dei, & statim bellum iniit contra Amalec, inquit S. Augustinus, secundùm quod scriptũ Exodi cap. 17. legitur. [o] Quid? Nihilne mysterij in ea historia latere credimus? Audiamus eundem S. Patrem doctorum Catholicorum magistrum, mirabili, more suo ad excelsa mysteriorum diuinorum cacumina interpretatione volitantem. [o] *Videte, fratres, quia postea quam quisque de petra biberit, id est, sacramẽta Christi susceperit, necesse est illi ad pugnam procedere. sciendum enim aliquis diabolum contra se pugnantem nõ senserit, quandiu opera eius exercere voluerit. Qui verò illum reliquerit, & de petra bibens Christum sequi* elegerit

Quando peccatores dicuntur gladium suum euaginare.

Stadium vita nostra, in quo cum Dei hostibus confligendum.

g Hier. ep. 22. ad Eustochium de custodiẽda virginitate.

h Esaiæ c. 14. v. 5.

i Ephes. 6.

k Esaiæ c. 14.

l S. Hieron. lib. 6 in c. 14. Esai. tom. 5.

m Abdias c. 1. v. 4.

Miles Christi à die sua per baptismum regenerationis suam cum diabolo luctam, prælium que incipit.

n Exod. c. 17.

o D. August. serm. 91 de temp. to. 10.

Christiani quò sanct. ores eò crudelius, callidiusque à diabolo tentantur.

elegerit, necesse est, vt illum patiatur infestum. Cui iusto iudicio voluit præponere Christum. Quisquis ergo Christo coniungitur, non ad delicias, non ad voluptates, sed ad prælium præparetur. [a] *Cum omnes, qui piè volunt viuere in Christo persecutiones pati debeant:* [b] vt per multas tribulationes in regnū Dei, secundum oracula Sancti spiritus intrare valeant. Veritatem quippe huius oraculi diuini frequens experientia sæpissimè comprobauit. [c] *Fili accedens ad seruitutem Dñi sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationē.* Vnde S. Gregorius illa prophetæ Iob exponens verba. [d] *Qui parati sunt suscitare Leuiathan.* [e] *Omnes, inquit, qui ea, quæ mundi sunt, mente calcant, & ea, quæ Dei sunt, plena intentione desiderant, Leuiathan contra se suscitant: quia eius malitiam instigatione suæ conuersionis inflammant. Nam qui eius voluntati subiecti sunt, quasi quieto ab illo iure possidentur, & superbus eorum rex, quasi quadam securitate perfruitur, dum eorum cordibus inconcussa potestate dominatur: sed cū vniuscuiusque spiritus ad conditoris sui desiderium recaluerit: cùm torporem negligentia deserit, & frigus insensibilitatis pristinæ, igne sancti amoris accendit, cùm libertatis ingenitæ meminit, & teneri ab hoste seruus erubescit: Item cùm hostis se considerat despici, quia vias Dñi videt apprehendi, dolet contra se captum reniti, & mox zelo accenditur, mox ad certamen mouetur, mox ad tentationes innumeras contra rebellantem sibi mentem se excitat &c.*

a 2. Ad Timoth 3.
b Actor. c. 14.
c Ecclesi 2.
d Iob. c. 3.
e Greg. l. 4. moral. c. 5.

Sed quis hæc bonorum catholicorum certamina cum diabolo, eiusque ministris Babyloniæ ciuibus calumniosè, inuidioséque iure criminari possit: habent illa Deum approbatorem, & remuneratorem, cui magnopere accepta, grataque sunt. O beata lucta ciuium diuinæ ciuitatis in terra peregrinantis aduersus principem tenebrarum atque sectatores eius babyloniæ ciues gehennæ tartareæ destinatos, quæ Dei gratiam, beneuolentiamque parit? O fœlix contra huiusmodi Dei hostes bellum, quod sancta, beataque cum Deo strenuè pugnantes pace connectit, charitatisque fœdere, ac vnione consociat? [f] *Videte fratres quātopere hominū terrena mestitia assurgat*, dicebat Hormisdas ad Episcopos orientales furente contra Ecclesiam Catholicam, veram, sanctamque altissimi ciuitatem, eiusque ciues, Anastasii imperatoris hæretici tyrannide. *Quanto est igitur labore procurandum, vt cœlestia bona non pereant? Quieta est negligentium vita, sed non vere opulenta substantia.* [g] *Dignus est mercenarius, vt fructum mercedis accipiat. Indiscretè pietas passim cum impietate languesceret, si examinatio bonos à malis diuisura cessaret: gratum admodum spectaculum Domino in agone iustorum, nec quicquam ita supernam gratiam conciliat homini, sicut aduersorum impetus patienter excepti. Quis milites sub pacis securitate miretur? Non est arduum in sicco secura fixisse vestigia: nec artem gubernatoris ostendit marina tranquillitas, satis est intrepidum inter bella procedere, inter lubrica non labare, fluctus in tempestate contemnere. Sauiat, & motus suos exerceat humana tentatio, dum manifesti appareant, qui probātur.* A Domino scilicet per multas luctationes, & certamina contra Catholicæ religionis hostes hæreticos, schismaticos, cæterosque cognati sceleris fœderatos, diuinæ, humanæque maiestatis læsæ, perduellionisq. reos. Omnes autem bonos, fideleíq. catholicos hanc Dei ciuitatem in qua salutis suæ securitatem rimātur, defendendi, protegendique contra omnes insultus, conatusque rabidos hostium in conscientia, obligatione teneri, quis nisi mentis inops sensuq. communi priuatus dubitare potest? [h] Cùm ciuitatis terrenæ, humanæque defensio inter personalia munera recenseatur? Quam ipsimet ciues obire debent, vtpote [i] quorum maximè res tuer publicas interest, vna cū reipublicæ principe, vt suas sibi facultates, fortunasq. priuatas, cum suæ protectione salutis, domesticorūq. saluos, incolumesq. retineant. Nam *cætera maleficia*, [k] aiebat Cato, *tum persequare, vbi facta sunt, hoc nisi prouideris, ne accidat, vbi euenerit, frustra iudicia implores, capta vrbe, nihil reliqui fit victis.* Cùm autē cara sit Deo, grataq. ciuitatis terrenæ, ciuilisq. defensio, in qua cōmonis rationis sensus, humanaq. iura, à diuinis minime discrepantia vigent, ac regnant: *cùm*, vt supra ex [l] Tullio notauimus, *nihil ipsi principi Deo, qui totum hunc mundū regit acceptius sit, quā consilia, cœtusque hominū iure sociati, quæ ciuitates appellantur.* Quantò magis ipsi Deo vero sit diuinæ ciuitatis in hoc mundo peregrinantis protectio, per bonos, pios, catholicos illius ciuitatis sanctæ ciues suscepta, defensioq. cōtra omnes inimicorū visibiliū, & inuisibiliū furiosos impetus arridebit? Sed qui boni, religiosiq. catholici hāc Dei ciuitatē, extra quā nulla salus, sine certamine, luctaq. generosa cū omnibus eius hostibus tueri, atq. defendere valebūt? Sic catholicorū arma, pugnæq. aduersus omnes Dei ciuitatis hostes gratæ Deo acceptæq. illius approbatione iustificantur. [m] *Si sanus hominibus publica priuatis potiora sunt, sequitur vt quisq. carior sit,* aiebat Seneca *in quem se respublica conuertit, quiq. publicæ salutis curā quieti priuatæ præponit.* Certè carissimos illos esse Deo fidei certitudine credendū est, qui vt illius ciuitatē sanctā, & immaculatam, quæ est sua mater Ecclesia ab omni periculo, hostiliq. furore protegāt, atq. tueantur propriæ salutis, vitæq. tēporalis obliti, dimicatione cōtra omnes illius inimicos, & osores assidua, contentioneque continua præliantur: in quo conflictu pro tam diuinæ, sanctæque præsidio ciuitatis inito sāguinē fūdere,

Mortemque volunt pro laude pati sci.

Inter principes optimos, catholica fide præstantes, vnus erat de bonis ciuitatis Dei ciuibus Honorius Imperator. Qui vt gratum Deo, Christoq. Domino Regū terræ principi, sacrificium profūderet, & exhiberet: omnes imperii sui subditos secū ad defensionē religionis Christianæ, sanctissimæq. Dei ciuitatis Ecclesiæ, contra omnes nefarios diabolicæ dominationis assertores, hæreticos, sacrilegos, schismaticos, cæterosq. execrabiles Babyloniæ ciues sanctarum legū promulgatione prouocauit, & impulit. Cum inter cætera, quæ cōtra hæreticorū maximè Donatistarū nefarios ausus, & impietates sanciuit, & edidit hanc pulchram sententiam Christiano dignissimam imperatore protulit. [o] *Maximè conuenit omnes sine vllo discrimine conditionis, aut status, infusæ cœlitus sanctitatis esse custodes.* Qui adeò Christi Domini in protegenda eius sancta ciuitate, regnoque in terra contra omnes eius hostes gloriam, honorēque promouit: vt salutari legum sanctarum seueritate multos rebelles obstinata malitia Ecclesiæ matris imperiis insulātes hæreticos schismaticos, aliosq. signum diaboli portātes in ipsius matris sanctissimæ gyrū humiliatos, pœnitētesq. reduxerit. Sicut pluribus in locis operū suorū D. August. maximè vero ad Vincēt. Donatist. 48. epist.

3. Pars. *Perpetua infestatio cum diabolo, impiisque illius ministris certamina, luctationesque maximè placent Deo.*
f Hormisdæ Papæ ep. 14. ad orient. ep. quæ est tom. 1. epi. Rom. Pontificum.
g S. Luc 10.
Defensio ciuitatis internæ persona. lia recensetur.
h L. prim. circa princip. ff
i De officio praesigilum.
k Salust. in Catil.
l Cicer. in Sommio Scip.
m Seneca l. 1. de clementia.
Honorij imp. pietas in defensionē ciuitatis Dei, sic illi gratum sacrificium exhibens.
o L. 4. de sanctus baptismus reiterari Cod. Theodosiano
S. Aug. ep. 48. ad Vincentium.
Legum sanctarum seueritate Honorij imperatoris errantes multi hæretici & schismatici ad Ecclesiam Catholicam conuersi.

A demonstrauit, vt cùm dixit. *De multorum itum correctione gaudemus, qui tam veraciter vnitatem catholicam tenent, atque defendunt, & à pristino errore se liberatos esse lætantur, vt eos cum magna gratulatione miremur, qui tamen nescio qua vi consuetudinis nullo modo mutari in melius cogitarent, nisi hoc terrore perculsi solicitam mentem ad considerationem veritatis intenderent.* Et inferiùs Donatistam illum

a S. Aug. ibid.

sic affari pergit. [a] *O si possem tibi ostendere ex ipsis circumcellionibus, quàm multos iam catholicos manifestos habeamus, damnantes suam pristinam vitam, & miserabilem errorem, quo se arbitrabantur pro Ecclesia Dei facere: quidquid inquieta temeritate faciebant; qui tamen ad hanc sanitatem non perducerentur, nisi legum istarum, quę sibi displicent vinculis, tanquam frenetici ligarentur.* Postea hæc continenter.

b Aug. ibid.

[b] *Quid illud alterum genus morbi grauissimi eorum, qui turbulentam quidem audaciam non habebant; sed*

Acc. contra sos non audaces sed simplices, & pavidos non inimicos hæreticos dicentes nullam aliam nos parentes dereliquerunt quam istam, in qua nati & educati sumus religionem, quam vos catholici improbatis.

B *quadam vetusta socordia premebantur, dicentes nobis: verum quidem dicitis, non est quod respondeatur, sed durum est nobis traditionem parentum relinquere. Nonne salubriter regula temporali molestiarum excutiendi erant, vt tanquam de somno lethargico emergerent, & in salutem vnitatis euigilarent? Quàm multi ex ipsis nunc nobiscum gaudentes pristinum pondus perniciosi sui operis accusant, & fatentur nos sibi molestos esse debuisse, ne tanquam mortifero somno, ita morbo veternosa consuetudinis interirent?* Quis tam adeo demens, nisi prorsus à catholica fide alienissimus, hos conflictus, hæc certamina, hasque salubres contra hostes Dei, diaboli ministros, Honorii Imperatoris sanctis edictis excitatas iustissimè persecutiones inuisas, ingratasque fuisse Deo sustinere, atque defendere non erubesceret? Non sine causa Martinus Papa nullatenus de diuina voluntate dubitans in Con-

Martinus 1. Papa in Concilio t. Lateran. omnes orthodoxos ad bellum contra monothelitas hæreticos pro defensione fidei compellit.

C cilio Lateranensi primo catholicos omnes principes, ac populos ad saga, & arma contra Monothelitas hæreticos, eorumque fautores, grauissima nec non religiosissima exhortatione concitauit. Ibi .o. illius Pontificis imperio, iussuque Primicerius notarioru, velut sacræ scripturæ oraculis, tanquam tubarum clangoribus conuocatos Christi pugiles, militesque Christianæ militiæ contra hos Catholicæ veritatis osores ad bellum, prœliumque compellauit? vt inter cætera, cùm hæc Ioelis prophetæ, de spiritus sancti thesauro deprompta sic vsurpando concionabatur. [c] *Canite tuba in Sion, vlulate in monte sancto meo, quia venit dies Domini clamate hoc, suscitate bellatores arma portantes cuncta spiritus, in defensionem Catholicæ Ecclesiæ, & destructionem totius iniquitatis.*

c Ioelis c. 2. v. 3.

D Nec verò ipse papa in hanc pro Dei ciuitatis defensione, contra nefarios eius hostes ad bellum exhortatione Deo iubente solitarius extitit, sed plerosque alios sedis Apostolicæ præsules, idipsum spiritus sancti monitu præstitisse, quos commemorare longum esset, annales Ecclesiastici pluribus in locis apertissimè testantur. Quomodo bellum hoc, æstusq; certaminis exosa Deo, inuisaque videri possent, quibus suscipiendis Ecclesiæ sacræ congregationes, cœtusque catholici spiritus sancti nomine, gratiaque congregati, cœlestes planè homines, penitusque angelificatos veluti imperatores, doctoresque exercitus quandoque præficere voluerint? Quis non miraretur, atque stuperet audiendo sanctum Bernardum militaris disciplinæ, nisi spiritualis prorsus ignarum, à Concilio Carnotensi ducem

S. Bernardus ductor exercitus Christianorum in sarracenos contra Sarracenos à Concilio Carnotensi eligitur.

A regnatorem, & imperatorem Christianorum exercitus contra barbaros, ferinosque hostes Ecclesiæ Sarracenos electum, constitutumque fuisse? Quam electionem ipse sanctus Bernardus literis ad Eugenium Papam missis minimè dissimulare voluit: in quibus postquam Eugenii Pontificis ardentissimum studium in hac expeditione contra barbaros maximis laudibus extulisset, quid factum sit in hoc consilio pro electione sua, ad illa contra barbaros arma dirigenda hæc inter alia commemorat. [d] *De cætero verbum illud, quod iam ni fallor, audistis, quomodo videlicet in Carnotensi conuentu (quonam iudicio satis miror) me quasi in ducem, & principem militia elegerunt: certum sit vobis nec consilij mei, nec voluntatis meæ fuisse, vel esse. Sed nec possibilitatis meæ (quantum metior vires meas) peruenire vsque illuc. Quis ego, vt disponam castrorum acies? Vt*

d S. Bernard. ep. 256.

B *egrediar ante facies armatorum? Atque quid tam remotum à professione mea, etiamsi vires suppeterent, etiamsi peritia non deesset? Sed neque hoc meum est, vestram docere sapientiam: nostis hæc omnia, tantum obsecro per illam charitatem, qua mihi spiritualiter debitores estis, ne humanis voluntatibus exponatis: sed sicut singulariter vobis incumbit, diuinum consilium perquiratis, & operam detis, vt sicut voluntas fuerit in cœlo sic fiat.* Hæc ille sanctus; ex quibus patet illum, neque hanc prouinciam refugere, neque accipere sponte, sed hoc totum negotium diuinæ voluntati relinquere: qui quàm gratum, placensque Deo tale bellum, contra nefarios babyloniæ diabolicæ ciues Sarracenos esse crediderit, constat ex illius gestis, factisque ad hanc contra barbaros expeditionem relatis. Qui cùm plenariam ab Eugenio Papa prędicandi hanc expeditionem, & ad eam

Mira S. Bernardi virtus ad excitandos Christianos ad bellum contra Sarracenos.

C Christianos impellendi facultatem accepisset, tanto hanc cum ardore deuotionis, ęstuque charitatis executus est, [e] vt credi vix posset, quam Christianorum multitudinem ad hoc bellum, Spiritu sancto cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis excitauerit. Quis enim tunc Christianorum nomen suum sacræ militiæ dare renuisset, audiens cum tanto diuinæ prædicationis, eloquentiæque tonitru. [f] *Vocem Domini in virtute, vocem Domini in magnificentia?* Huius autem diuinæ prædicationis Christianos milites multitudine innumerabiles ad bella, & certamina longè à domo sua contra sacrilegas gentes immanitate barbaras excitantis, & animantis virtutem, quam posuit Deus in ore suo ipse sanctus in fine epistolæ 246. ad Eugenium Papam

e Gofridus l. 3. c. 4. de vita S. Bernardi.

f Psal. 28.

D talibus expressit. [g] *De cætero mandastis, & obediui, & fœcundauit obedientiam præcipientis authoritas. Siquidem annunciaui, & locutus sum, & multiplicati sunt super numerum, vacuantur vrbes, & castella, & pene iam non inueniunt, quem apprehendant septem mulieres virum vnum, adeo vbique viduæ viuis remanent viris.* Intra horum signorum, virtutumque mirabilium splendores, quæ S. Bernardi prædicationes, exhortationesque sequebantur; nunquid apparuit benignitas Dei Saluatoris nostri, maximè probantis eos suæ ciuitatis, Ecclesiæque sponsæ ciues, qui armis accincti tam materialibus, quàm spiritualibus contra nefandos, perditosque Christiani nominis hostes in hoc sacro bello luctabantur? Probante nimirum hæc sancta certamina Deo, scelerati rebelles, signum Antichristi portantes,

g S. Bernard. ep 246. ad Eugen.

a S. Gregor. Naz. ep ad S. Basil. recens creatum Episcopum Cæsariensem.
a Reg. c 6.

contra quos hæc arma parantur citò deficient, aut præualere minimè poterunt, [a] *nec dimitus leprosi, mihi credite*, aiebat sanctus Gregorius Nazianzenus S. Basilio, *resistent Dauid Hierosolymis excludentes*. Ipse Christus Dominus est ille Sabaoth, qui venit in castra seruorum suorum contra hostes suos, vt eorum probaret agones, ipsis ad victoriam animos, viresque sufficiens hostibus clamantibus, & præ dolore, tremoreque vociferantibus. [b] *Væ nobis, venit Deus in castra.* [c] *Væ nobis, fugiamus Israelem, Deus enim pugnat pro eis.* Qui [d] non dabit in æternum fluctuationem iustis suæ ciuitatis ciuibus, regniq; sui fidelissimis subditis. [e] *Transiuimus per ignem, & aquam*, dicebat S. Gregorius Nazianzenus, consolando Eusebium Episcopum Samosatenum à sede sua Valentis Imperatoris Ariani tyrannide in exilium crudeliter eiectum, *confido autem nos in refrigeriũ quoque exituros esse. Non enim Deus nos in perpetuũ deseret, nec rectam doctrinam persecutionibus vexari sinet: verùm secundùm multitudinem dolorum nostrorum, consolationes ipsius nos exhilarabunt.* Et verè quidem sanctos suos pro se, suaque sponsa ciuitate Spiritus sancti gratiis chrismatibusque sublimi strenuè, generoséque pugnantes exhilarabit, & præmiorum suauitate lætificatos vera lætitia, sanctaque consolatione perfundet; cùm post longas, difficilesque concertationes, aduersus diabolicæ Babyloniæ ciues, hostesque regni Christi potiri se honorariis auctoramentis virtutum, præmiisque sentient: quæ sibi labores, sudores, contentiones, atque vigiliæ in pugnando cum hostibus Dei meritoriè, fœliciterque pepererint.

b 1. Reg. c. 4.
c Exod. c. 14.
d Psal. 54. v. 25
e S. Gregor. Naz. ep. ad Euseb. episc. Samos.

CAPVT VI.

Colluctatio, & pugna iustorum Dei ciuitatis ciuium cum Diabolo, eiusque ministris Babyloniæ ciuibus placens Deo præmium meretur, & mercedem gloriæ.

1. *Athletarum Christi alij patiendo vincunt, alij pugnando, & hostes* Dei *torquendo superant.*
2. *Quos ad certamina Christus* D. *contra hostes suos concitat, postea ad præmia vocat: ideo florem campi se nominat.*
3. *Cur Christus* D. *in dextera septem stellas habere dicitur.*
4. *Quare dicitur cælorum regnum vim pati, & rapi à violentis certamine bono, quod victoria sequitur.*

BEATI illi propria Christi Domini voce iudicati sunt, persecutionem patientes, sicque patiendo constanter gloriosè pugnantes, propter iustitiã, Christi videlicet gloriam, qui est iustitia nostra, *quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Quod expectantes magna cum

A fiducia Christi Domini misericordia, meritisque iactata, atque radicata, etiam in hac vita centupli largitione consolabuntur. [f] *Beatus, qui consuetudine tua, & congressu dignus habitus fuerit*, aiebat S. Gregorius Nazianzenus sancto Præsuli Eusebio: de quo supra, propter iustitiam, fidemque Christi indignissima ab episcopali solio depulsione relegato. *Beatior autem, qui calamitatibus pro Christo susceptis, laboribusque pro veritate exhaustis, talem coronidem imposuerit, qualem non multi Dei nutu præditi consecuti sunt. Non enim inexploratam virtutem ostendisti, nec tranquillo tempore solùm nauigasti, aliorumque animas gubernasti, sed in tentationum quoque difficultatibus, & procellis fulsisti, persecutoribusque sublimior extitisti. Dum fortis animo exilij causa solum vertisti, & alij quidem patrium solum habent, nos autem supernam ciuitatem: alij* B *nostrum fortasse thronum, nos Christum! O præclaram negotiationem! Qualia contemnemus, qualia accepimus?* Ex quibus apparet ex pugilibus, fortibusque Christi athletis, sanctis Dei ciuitatis incolis, alios quidem contra diabolum, eiusque satellites tyrannos Ecclesiæ persecutores spiritualis Christi Monarchiæ, eiusq. gloriæ prostitutores patiendo pugnare, & tolerãdo, vincere: alios fortiter dimicando armorum vtrorumque spiritualium, & materialium robore, omnium Dei, regniq. eius hostium vires, furoresque destruere. Mira fuit lucta fidelium Gallorum Viennam, Lugdunumque incolentium contra diabolum, & ministros eius crudelissimæ in Christianos persecutionis artifices, & authores tempore Marci Aurelij, vindictæ, & vltionis in eos furiis agitati: in quo subeundo certamine, luctaque fideles contra eos C patiendo constantissimè tormenta pro Christo suscepta nihili faciebant, imo ea magno subire animo, & tolerare fortiter, piè, humiliterque gestiendo lætabantur! Vt illa Epistolæ cleri vtriusque Ecclesiæ Viennensis, & Lugdunensis ad Catholicos Christianæ fidei in Asia, Phrygiaque commorantes scribentis, admodum certè præclara significant. [g] *At gratia Dei pro nobis cum diabolo decertauit, & hos, qui sunt paulò remissiore animo eripuit è periculo: illos autem qui patientia armati, tanquam firmæ fidei columnæ non modo impetum hostis nostri diaboli facile laturi videbantur, verumetiam in sua ipsum capita, eundem quodammodo prouocaturi ex aduerso opposuit. Qui tum in acie fortiter cum aduersario conflixerunt, omne opprobrij, & supplicij genus toleranter sustinendo tum celeri gradu maturarunt ad Christum ea mala, quæ erant ingentia, & grauia, exigua, & pene nulla existimãdo.* [h] *Perspicueq. reuera ostẽderũt, quod nõ sunt cõdigna passiones* D *huius tẽporis ad futurã gloriã, quæ reuelabitur in nobis.* Irascantur in furore suo, quantũ potuerint, dentibus fremant, & tabescant abominabiles diaboli satellites, eiusque propugnatores imperii, nunquam tamen tyrannis diaboli contra Christi regum omnium principis regnum, Monarchiãque duplicem dominatio præualebit: nec eius ciuitas Babylonia Dei ciuitatem superexaltabitur, [i] *nec opprimi per falsitatem poterit negotium veritatis.* Ipse Christus Dominus, qui suos fortes, & gloriosos athletas, contra hanc perditionis ciuitatem, regnumque diaboli ad pugnas, & certamina prouocauit, eosdem postea ad brauium, præmiumque pro laboribus in hæc subeundo certamina deuoratis exantlatisque vocabit. Quibus ipsemet tandem erit amplissima merces

f S Greg Nazian ep ad Euseb Samosat. episc.
Athletarum Christi, alij vincunt patiendo, alij pugnando, & hostes Dei torquendo.
g Epist Viennensis. & Lugdunensis Ecclesiæ ad Asianos, Phrygiosque Catholicos apud Euseb. l. 5 c. 1.
h Rom. c. 8.
Nunquam ciuitati Dei ciuitas diaboli dominabitur
i S. Cælestini ep. ad patres Ephesini Cõcilij legitimi. 2. Pars.
Quos ad certamina Christus contra hostes suos concitat, postea ad præmia vocat.

Christum se florem campi vocasse, quod sit merces sanctè pro se pugnantibus.
Cant. c. 2. v. 1.

nec possunt illa, quibus mercedem, gloriæque A palmas assignat, illi non magnopere certamina probari. Qui propterea se florem campi in canticis appellat, quòd eum iusti illius regni, contra partes aduersas, diabolicosque bellatores in campo, & puluere, non olympico, sed Ecclesiastico delibare, ac decerpere, pro præmio mercedeque debeant. Vnde cum sponsa, fidelis anima sponsum æternæ gloriæ ad thalamum his verbis inuitasset, [a] *Lectulus noster floridus*: Ipse Dominus Iesus sponsus immaculatarum, generosarum beatarumque animarum æternus ad campum illam ex opposito prouocauit. Vnde tanta verborum inuitantium sponsæ, sponsique dissimilitudo? Thalamus quietis, & pacis, campus certaminis, pugnæque locus est. *Illa*, inquit S. [b] Bernardus, *monstrante lectulum, ille vocat ad* B *campum*, dicendo, *ego flos campi*. Quasi diceret, qui diligit me, qui de grege meo est, veniat in campum meum contra hostes meos, meique regni certaturus, postea cœlestis meæ gloriæ consors, sociusque futurus: proposita hac futura mercede, pro ciuitatis, regnique mei defensione, contra hostes meos prælio forti contendere, ne deprecetur, atque refugiat. Hinc illa diuina sponsi Saluatoris nostri verba, piè, deuotéque more suo sanctus Bernardus exponens dixit. [c] *Non putat* (scilicet Christus Dominus) *quidquam persuabilius fore sponsæ, ad ineundum certamen, quàm si seipsum certantis aut exemplum proponat, aut præmium. Ego flos campi. Vtrumque es mihi, Domine Iesu, & speculum patiendi, & præmium patienti* (& patiendo Vincenti) hoc flore diuino hîc, & in æternum iusti victores coronabuntur: vnde Tertullianus de corona militis: [d] C *Quid tibi cum flore morituro? Habes florem ex virga Iesse, super quem tota spiritus diuini gratia requieuit, florem incorruptum, immarcescibilem, sempiternum.* Hic flos diuinus, ex quo corona gloriæ, & sertum exultationis totum consurgit, conflaturque, quo suos vult per Esaiam prophetam coronari Deus, & incedere coronatos, vt digni luminis æterni familiaritate, gaudiis cœlestibus, sempiternæque splendoribus gloriæ potiantur. Huius namque propheticæ veritatis oraculum ita panditur. [e] *In die illa erit Dominus exercituum, corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui.* Cuius oraculi sensum inuolutum si quis euoluere cupiat, Paraphrastem Chaldaicum dicentem audiat. [f] *In tempore illo erit Messias Dominus exercituum in coronam gaudij, & in diadema residuo populi sui.* Et quod ad constantiùs, & viriliùs pro Christi gloria, regnoq; dimicandum maiores iustis, fidelibusque stimulos admouere debet, illud est Tertulliani. [g] *Maiora certamina maiora se-* D *quuntur præmia.* Neque par est grauiorum certaminum, laborumque maioribus obnoxiorum periculis, nisi illa generosè subire assuetis, & super illorum pondere voluntariè gementibus optata præmia decernere. *Secus* (vt apud [h] Tacitum dicebat Antonius) *caderent in irritum labores, si præmia periculorum soli assequerentur, qui periculis non affuerunt.* Ne de frustratione remunerationis, pro laborum, certaminumque, pro Dei defendenda ciuitate, Christique ditione tuenda susceptorum præssuris iusti querantur. Illis siquidem Deus post temporalis exhibitionum mercedis æterna merentibus, in cœlo præmia tempore suo conferenda reser-

a Cant. c. 1. v. 16.
b S. Bernard. in cant. serm. in hunc locũ.
c S. Bernard. in cantic. ser. *Christus iustis exemplum pugna, & præmium gloriæ.*
d Tertul. de corona militis.
e Esaiæ c. 28.
f Paraphrast. Chald.
g Tertul. ad Scapulam.
h Tacit. l. 3. hist.

uat. Brauium illud est beatitudinis æternæ, quod tenet Christus in manu sua, suis aliquando distribuendum pugilibus, qui fortes in sacro bello facti, castra vertentes inimicorum Dei, pro tuenda, protegendaque Dei ciuitate, vsque ad sanguinem hostibus Christi, diabolicæ tyrannidis assertoribus, mancipiisque pugnando restiterunt.

Ob eamque causam Christus Dominus in dextra sua stellas habere, portareque sancto [i] Ioanni in raptu suo visus est; quibus cœlum, & ea, quæ in cœlo est fœlicitas æterna significabatur. Quam quia militibus suis post pugnas, luctasque contra diabolum, & ministros eius in cœlo largiturus erat, ideo stellas septem, hanc suis absolutam numeris re- B præsentantes fœlicitatem cœlestem in dextra portare, & ostentare videbatur. Ad quod alludens mysterium sanctus Paulus, ita Corinthios affabatur. [k] *Nescitis, quòd hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium sic currite, vt comprahendatis.* Quod quidem effectu complere cupiens, quod aliis persuadebat, alio in loco dicebat. [l] *Quæ retro sunt obliuiscens ad ea quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis.* Quo brauio in regnum cœlorum ingressus nemo potietur, nisi qui gigantas, hostes nempe Dei bellando strenuè, viriliterque subiugauerit. [m] *Gigas* siquidem, si Origeni credamus, *omnis ille indicatur, qui aduersus Deum resistit.* Quicumque ergo, inquit, *aduersatur Deo, & contrarius est veritati* (*quod illi principaliter faciunt*) *meritò gigas appellatur. Tibi er-* C *go vt deiectis gigantibus intres in regnum, quod illi perdiderunt, & impleatur quod scriptum est. Quis accipiet à gigante spolia?* Vnde Dominus dicebat in euangelio. [n] *Nemo potest introire in domum fortis, & diripere vasa eius, nisi prius alligauerit fortem. Nec vinci solùm, sed & alligari illum oportet; nisi enim alligetur, nequaquam tutum esse poterit iter nostrum.* Nunc ergo quantum ad comparationem humanæ, & dæmoniacæ naturæ nos locustæ sumus, & illi gigantes. Sed gratia Dei humanę largita naturæ subiugandi gigantas illos, illorumque debellandi furores, athletis Christi virtutem potentiamque largitur. [o] *Inebriatus est gladius meus in cœlo*, dicebat Deus per prophetam suum, *necesse est ergo spirituales nequitias, quæ in cœlestibus esse dicuntur* (scilicet in aëre) *vinci abs te*, (ô fortis athleta Christi) *vt expeditius ad cœlestia regna transire possis, vt tu pro illis habites ibi.*

D Imo potius vt illac transiens sine illorum obstaculo dæmonum, tuæ fidei, atque fortitudini subiugatorum omnes cœlos prętereuectus, ad cœlum cœlorum, empiream beatorum regiamque Dei immortalis aulam illius perpetuò fruiturus gloria peruenias. Hoc erat, quod suis Apostolis dabat intelligi Saluator mundi dicens: [p] *A diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nisi enim essent*, (ait Origenes) *quibus vis fieret, nunquam essent qui inde depelli, & extrudi deberent, nunquam diceretur per vim diripiendum esse regnum cœlorum: & nisi esset, cum quibus nobis certamen esset, ac prælium, nunquam dixisset Apostolus.* [q] *Non est*

3. Pars. *Cur Christus D. dicitur in dextra habere stellas septem.*
i Apoc. c. 1. *Et habebat in dextra sua stellas septem.*
k Corinth. 9. v. 24.
l Philip. c. 3. v. 13.
Quod sit gigantas vincere vt Dei regnũ acquiratur.
m Orig. hu. 7. in numeros tom. 1.
n Marci c. 3.
o Esaiæ c. 34. Orig. ibi sup.
4. Pars. *Quare dicitur cœlorum regnum vim pati & rapi à violentis.*
p Matth. c. 11.
Origen. ibi supra.
q Ephes. 6.

nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitia in cœlestibus. Contra quos hostes spirituales, eorumque ministros, qui sunt omnes peccatores terræ, illorum conuersionem, salutemque quærendo, & ad exitum crimina persequendo, ipsemet Apostolus à cõuersione sua se toto vitæ tempore fortiter, fœliciterque dimicasse testatur. Propter quod iustitiæ coronam à iusto iudice Christo patienter, & confidenter expectabat dicens. [a] *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, de regno reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, non solum mihi, sed & his, qui diligunt aduentum eius.* Quem bene viuendo iusti Dei ciuitatis incolæ præstolantes Christianarum operatione virtutum contra omnes illos Christi Domini Saluatoris hostes legitimè in mortalis huius vitæ stadio certant, collatisque virium suarum signis, & armis indomito pectore præliantur: vt fœliciter postea in suorum agonum termino empirei cœli statione recepti coronentur.

Certamen cũ hostibus Dei bonum dicitur quoniam illud sequitur, victoria, & corona gloria pro mercede.

a 2. Ad Timoth. c. 4. v. 7

b Hieron. ep. 1 ad Heliod. tom. 1.

[b] *Veniet, veniet postea dies*, aiebat S. Hieronymus Heliodoro, illum ad bellum spiritale contra carnem, mundum, dæmonia, fortiter inuitans, *quo victor reuertaris in patriam, quo Hierosolymam cœlestem vir fortis coronatus incedas, &c.* Post prælia videlicet aduersus carnẽ, & sanguinẽ, aduersus mundi falsas insanias, & aduersus spirituales dæmonũ nequitias, hoc quid est aliud, quã proficisci de deserto [c] Sin per mãsiones huius vitæ diuersas, & castrametari in Raphidim instar multitudinis filiorum Israël? secundùm elegantem, mysticamque Origenis expositionem in hæc Exodi verba, [d] *Profectaq; omnis multitudo filiorũ Israel de deserto Sin, per mãsiones suas iuxta sermonẽ Domini castrametati sunt in Raphidim.* Ista vnũquéq; fidelium monendo dicentis. [e] *Si semper vigiles, si semper armatus sis, & scias te in castris Domini militare, obserua illud mandatum, quia nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, vt ei placeat, cui se probauit. Quasi ita miles, vt à rebus secularibus liber sis, & in castris Domini agas semper excubias, & de te dicetur, quia per verbum Domini exeas de deserto Sin, & venias in Raphidim. Sin enim tentatio interpretatur, Raphidim verò sanitas iudicij: qui bene exijt de tentatione, & quem tentatio probabilem reddit, iste veniet ad sanitatem iudicij, in die enim iudicij sanus erit, & sanitas cum eo erit, qui in tentatione non fuerit vulneratus.* Sic diabolus omnesque eius Angeli, cum peccatoribus terræ, ex quibus diabolicus conflatur exercitus, & ciuitatis Babyloniæ turres, muri, & cætera belli oefandi, diabolicique propugnacula consurgunt, à sanctis, fortibusque Christianæ militiæ Dei ciuitatis athletis fœlici successu necantur atq; perimuntur. [f] Instar Iosue victoris, *Omnes Hai ciuitatis habitatores, in ore gladij Dei parentis imperio penitus exterminatis. Non quod diaboli, dæmonumque substantia perimi, necarique possit*, [g] ait Origenes, *sed eorum studium, opus, conatusque rabidus*, quibus peccati mucrone hominum animas interficere moliuntur, student, totisque viribus efferati conantur.

c Exod. c. 17.

d Exod. c. 17.

e Origenes hom. 11. in c. 17. Exod. 3. 1.

Quid sit transire de Sin deserto in Raphidim mysticè.

f Iosue c. 8.

g Orig. hu. 8. in c. 8 Iosue.

Ista omnia hoc sãcto iustorum certamine, cui Christi Domini gratia præsidet, radicitus, funditusq; nullo vnquã tẽpore in militię cãpũ vt denuo colluctentur reuersura destruuntur. Cùm enim dæmonũ vita sit, si nos peccemus, & venenato scelerum, criminumque poculo inebriati cadamus: sine dubio illorum mors, & interitus erit; *Si liberati à peccato, serui facti iustitiæ*, [h] vt Apostolus loquitur, *habeamus fructum nostrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam*, [i] *reportantes fructum fidei nostra charitate formata salutem animarum nostrarum.* Hinc mira lætitia iustorum & inenarrabilis, ex concertationibus pugnisque salutaribus diaboli, eiusque ministrorum gloriosè victricibus exultatio.

h Rom. 6.

i S. Petri 1 c. 1.

CAPVT VII.

De fiducia victorię de hostibus reportandæ, quam in Christi Domini misericordia, & virtute boni Catholici veri, legitimique Dei ciuitatis ciues iactant, atque collocant, in laboribus, concertationibusque suis pro Christo, eiusque sancta ciuitate in duas partita Monarchias susceptis exultantes.

1. *Christus Dominus vincit in nobis hostes suos armando nos armatura sua, vt cum illo prosperè pugnemus.*

2. *Desiducia iustorum verè catholicorum tuta, minimè confundente in Christi Domini virtute, & auxilio fixa, & radicata.*

3. *Quinque præcipuè requiruntur, vt fiducia nostra in Christo bona sit, & vera, sperantes minimè confundens.*



On sine mysterio Christum Dominum appropinquante suæ passionis, colluctationisque cum morte crudelissima, & ignominiosissima generosissimæ, patientissimæque tempore perrexisse in montem Oliueti doctrurum turbas, populosque viam regni cœlorum D. Augustinus meritò credidit. [k] *Vbi enim*, inquit, *decebat docere Christum, nisi in monte Oliueti? Monte fructuoso, monte vnguenti, monte chrismatis. Christi enim nomen à chrismate dictum est, chrisma autem Græcè, Latinè vnctio nuncupatur.* At luctatores, manibus consertuti pugiles,

Cur paulò ante mortem Christus Dominus in montem Oliueti docturus turbis perrexit.

Ioan. c. 8. v. 1.

k S. Aug tract. 33 in c 8 S. Ioan.

vncti oleo ad pugnam contra aduersarios in cāpum, arenamque procedere solebant: ita Christus veniens in mundum tanquam campum certaminis dimicaturus contra hostes suos, diabolum, mundum, carnem, peccata, mortemque, temporalem vnctus est interiori, diuinoq. chrismate à Deo patre, oleo lætitiæ, sanctitatis, & fortitudinis præ consortibus suis, vt illos primo in se vinceret, deinde in nobis fidelibus regni sui subditis diuinæ ciuitatis iure donatis, victoriæ palmam de illis trophæaque reportaret. *Ideo autem*, ait[a] D. Augustinus, *nos vnxit, quia luctatores contra diabolum fecit*, eiusque ministros, *& ideo Christiani nuncupamur*: vnde fit, vt Christianorum vita similis esse certantibus in stadio perhibeatur.[b] *Nescitis quod ij, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium, sic currite, vt comprehendatis*. In quæ verba diuus Chrysostomus.[c] *Quemadmodum*, inquit, *ex his qui in stadium descendunt non satis est in spectaculo sedere, neque vngi tantùm, & certare, ita & in hoc loco non satis est fidem habere, & quomodocumque certare, sed nisi ita nos cursu exercuerimus, vt ad metam vsque nos inuictos præbeamus, nihil sanè consequi poterimus*. Qualiter autem ad metam vsq. vitæ nostræ perseuerando, Christi sequentes vexilla, vt cum illo vincamus, dimicare debeamus, docet his verbis Apostolus.[d] *Omnis qui in agone est, ab omnibus se abstinet*. Quid hac particula, *ab omnibus*, significatur? Quærit S.[e] Chrysostomus, post ita respondet. *Non ab vno se abstinet, ad alterum autem se indifferenter habet, sed à scortatione, gula, ebrietate, & ab omnibus simpliciter affectibus se abstinet*. Hoc fit in certamine pro gloria, temporalique mercede.[f] *Neque enim*, ait ipse sanctus pater, Græcæ lumen eloquentiæ, *inebriari licet certantibus certationis tempore, neque scortari, ne vires deficiant, neque circa alia vacare, sed ab omnibus semel abstinendo, solummodo suis vacant certaminibus*. Quantò magis hoc athletæ Christi, strenuique pugiles pro æterna gloria, mercedeque præstare debent? Vnde sanctus Paulus quasi per reprehensionem Christianorum socordiæ subdit.[g] *Et illi quidem* (scilicet ab omnibus se abstinent) *vt corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptā*, Christo iuncti sacro fidei, charitatisque vinculo, sub illius signis dimicantes.[h] Sic cum diabolo inire prælium tenemur, nullo vnquam tempore dirimendum, quousque illum in nobis ad nihilum redegerimus: quod vt agamus ipse Dominus, vna cum Apostolo dedit nobis faciendi virtutem, & facilitatem pugnando vincendi: vt postquam bonum certamen certauerimus, cum Dauide Goliæ victore Christo nostro canentes gloriam exultando dicamus.[i] *Lætabor ego super eloquia tua, quasi qui inuenit spolia multa: sicut enim Dauid abstulit gladium* (inquit[k] S. Ambrosius) *Goliæ, & ipsius gladio caput eius exsecuit; sic verus Dauid humilis, & mansuetus Dominus Iesus intelligibilis Goliæ caput armis ipsius amputauit. Arma enim diaboli gentes erant, fide autem gentium vulneratus, caput quod habebat amisit. Distracta sunt spolia prostrato, vasa eius direpta, quia alligatus est fortis. Vas diaboli caro erat hominis peccatoris, sed postea quàm in Christum credidimus, caro nostra cœpit esse vas electionis*. Quæ bene spiritui subdita sicut spiritus Christo Domino, vt per

a August. ibi. Christianorum vita similis in stadio certantibus.
b 1 Ad Cor. c. 9.
c S. Chrys. ho. 23 in 1 ad Cor. c. 9.
d 1 Cor 9 v. 25.
e S. Chrys. ibi.
f Idem ibid.
g 1. Cor. c. 9. v. 25.
h S. Chrys. ho. 20 in c. 6. S. Matth. Hoc orationis Dominicæ explicans Libera nos à malo scilicet diabolo. A prælio enim diabolo nunquā cessandum quousque victum omnino fuerit.
i Psal. 118.
k S. Ambros. in illud psal. 118.
Gentes ante fidem arma erant diaboli. Vas diaboli caro nostro corrupta.

A eius gratiam, sicut socia spiritui in prælio, sic & cum eo consors victoriæ triumphans exultet. Armis namque munitus in vtraque parte sui tam corporis, quàm animi Christianus hunc gigantem inferni Goliam mysticum, diabolum cum toto incircumcisorum Philisteorum, omnium scilicet dæmonum, hominumque perditorum exercitu facile domabit.[l] *Iudæi contra Cananeos armis visibilibus pugnabant*, inquit Origenes, *nos verò inuisibilibus, illi vincebāt corporalibus prælijs, nos autem spirituali certamine*. Horū Christi Domini armorum virtutem expertus S. Paulus Ephesios ad illorum susceptionem armorum, vt victores euaderent, ita suo concitabat exemplo.[m] *Induite vos loricam iustitiæ, & galeam salutis, & assumite scutum fidei, in quo possitis omnia tela maligni ignita extinguere, sed & gladium spiritus assumite, quod est verbum Dei*. His armis indutus miles Christi eius sectando vexilla gigantas illos nulla ratione formidat, certo sciens Christum Dominum potenti virtute eos sibi subiugaturum, secundùm hæc promissa eius in euangelio.[n] *Dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Vult enim Iesus semper res mirabiles facere*, inquit[o] Origenes, *vult de locustis vincere gigantes, & de his qui in terris sunt, cœlestes superare nequitias*. Quis metus hostium terrorque furoris eorum, eum posset attingere, cum quo Deus descendit in militiæ campum contra omnes hostium copias, exercitusque dimicaturus? Dicebat Dominus ad Iacob.[p] *Noli timere descendere in Ægyptum*. Quare hoc? *Quia ego descendam tecum illuc*. Quid ad hæc Origenes.[q] *Prospice*, inquit, *quomodo illum velut ad quosdam agones proficiscentem corroborans, & cohortans mittat ad Ægyptum. Noli timere descendere in Ægyptum: hoc est dicere, congressurus aduersus principatus, & potestates, & aduersus mundi huius* (*qui figuraliter Ægyptus appellatur*) *rectores tenebrarum harum. Noli timere, noli trepidare: quod si & causam scire vis, quia timere non debeas, audi promissionem meam. Descendam tecum in Ægyptum*. His dictis sic per conclusionem dictorum hæc subiunxit. *Non ergo timet descendere in Ægyptum, non timet agones huius mundi, & obsistentium dæmonum subire certamina, cum quo in agones descenderit Deus*. Et reuera in hoc apparet manifestè Saluatoris nostri Dei summa erga nos benignitas, atque misericordia, vt qui priùs diabolum cum sectatoribus apostatis spiritibus[r] per Angelos bonos in cœlo vicerat, eundem quotidie per homines iustos in terra superare dignetur: assumentes arma spiritualia Christi Domini non solùm ad resistendum diabolo, sed etiam ad illum destructo eius imperio, penitus eneruandum, superandumque: vt tanquam ligatus, irretitusque captiuitatis vinculis post hac Christi Domini signum portantibus nocere non possit. Hoc illud consilium sancti Bernardi à spiritu sancto procedens dicentis.[s] *Ad congrediendum cum diabolo oportet & arma præparare: sed arma spiritualia, potentia Dei non modo ad resistendum, sed ad repugnandum quoque, & expugnandum viriliter inimicum. Induite vos armatura Dei*, inquit[t] Apostolus, *quid enim*

l Orig. ho. 7 in Numeros.
m Ephes. 6.
n Luc. c. 10.
o Orig. ibi. supra. Christus cum militia sua ab illo in prælia descendit contra hostes suos illis de his victoriam largiturus.
p Genes. 46.
q Orig. hom. 15 in Genes. tom. 1.
r S. Hier. l. 10. in c. 30 Ezech. tom. 4. Armis suis induit nos Christus non solum vt resistamus diabolo, & angelis eius, sed etiam vt per eos vincamus eos.
s S. Bernard. serm. 5 in dedicatione ecclesiæ.
t Ephes. 6

putamus, fratres, grauis equidem nobis est inimici tentatio, sed longè grauior est illi oratio nostra. Lædit nos iniquitas eius, atque versutia, sed multo amplius nostra eum simplicitas, & misericordia torquet, humilitatem nostram non sustinet, vritur charitate nostra, mansuetudine, & obedientia cruciatur.

Virtutibus iustorum valde cruciatur diabolus.

Vnde sicut Christus Dominus, diabolum cum eius imperio, propria sua virtute superauisse, penitusque confregisse dicitur: sic eadem virtute fidelibus suæ Ecclesiasticæ ciuitatis in terra ciuibus ipsum mundi corrupti principem cum exercitu suo potestatem subiugandi dedit. Idcirco Hieremias Propheta in excessu suo spiritus sancti raptu extra se positus per admirationem malleum vniuersæ terræ, diabolum scilicet à Christo Domino non modo confractum, sed omnino contritum fuisse clamabat: [a] *Quomodo confractus est, & contritus malleus vniuersæ terræ?* Quod oraculum, mysteriumque hoc breui verborum cortice latens, Origenes euoluens: [b] *In proditione, inquit, Saluatoris malleus Zabulon, id est diabolus, malleator Iudas fuit: sed Christus confregit malleum in deserto, cum tentatus dæmonem prostrauit: contriuit autem penitus in passione. Similiter confringitur à nobis, cùm venimus in Ecclesiam, ciuitatem Dei, per fidem: conteritur autem, cum per opera bona proficimus. Iuxta illud Apostoli ad Romanos 16. Deus autem conterat Satanam sub pedibus vestris.* Hæc Origenes.

a Hierem. c. 50. v. 23.
b Origen ho. 3. in Hierem.

Sed cùm, [c] *sufficientes non simus aliquid nos modò facere, sed ne cogitare quidem à nobis, quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra à Deo sit.* Fiduciam talem habere debemus per Christum ad Deum, vt non nostris viribus, sed illius virtuti, misericordiæ, meritisque fidentes, salutari contra illius hostes conflictu dimicando feliciter eos superare valeamus. Memores illius S. Petri semper. [d] *Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.* Videlicet in hoc mortalis vitæ stadio, contra illius inimicos, perduellesque virili constantia luctantibus. Sic ad vitæ sempiternæ metam fiducialiter, atque fortiter anhelantibus, neruos omnes constantiæ, fiduciæ, viriumque nostrarum acies exacuant, atque corroborent illa vatis regii. [e] *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iusto.* Felices illi Christianæ militiæ pugiles, & athletæ, qui sic Domini prælia præliantur: vt dum sibi, viribusque propriis magnopere diffidunt, ita omnem suam curam, idest iuxta phrasim Hebraicam, *onus pondusque suum*, super Christum Dominum iactant: & non aliunde, quàm ab illius auxilio, virtute, gratia, misericordiaque, palmam de hostibus victoriæ fide stātes, speq; vera quæ non cōfundit, sibi polliceantur. Eo spectat illa Theodoreti in hæc verba non indecora, sed elegans interpretatio. [f] *Gubernatorem habeas Deum, & aurigam, & res tua ab illo prouidentia pendeant. Nam hoc modo inconcussus manebis, & immutabilis.* Pugnando nempe minimè animum, constantiamque, hominum ferocissimorum terrore despondebis. Quare hoc? [g] *Quia Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam.* Qui stat quasi fortis armatus ad dexteram tuam, vt eam corroboret ad inimicos tuos illius egenu virtutis exterminandos. Quia [h] *Dominus à dextris tuis, vt confringat in die iræ suæ reges*: tyrannos nempe sox persecutores Ecclesiæ. Quem propterea omnes iusti Dei ciuitatis habitatores cum regio propheta, *prouident in conspectu suo semper, quoniam à dextris est illis ne commoueantur: qui solet assistere* [i] *à dextris pauperis iusti à potentibus iniustis oppressi, vt saluam faciat à persequentibus animam eius.* Sic sperantibus in Domino, & in illius diuina misericordia confidentibus veris Dei ciuitatis militantis in terra ciuibus aduersus omnes rugientis leonis inferni, draconisque, crudelitatis vndique flammas, ignesque spirantis furias castrametantibus, quam propitius mundi Saluator, exercituum Dominus in tempore opportuno, magnis superfluens miserationibus accurrit? *Etenim si quis,* inquit sanctus [k] Chrysostomus, *sua despicit, & nostrorum curam assumit, quieit eius solemus prouidere: quantò magis Deus, qui etiamsi ad eum non conuertamur, non prorsus tamen cura, & prouidentia erga nos vtitur: noli ergo de rebus tuis curare, sed omnia tua Deo commenda. Noli in maioribus prætermissis, de illis curare, ne Deus de illis minus prouideat.* His dictis per elegantem, solidamque veritate conclusionem ista Sanctus, disertusque pater adiunxit. [l] *Vt igitur magna cura res tuas complectatur, ipsi soli vniuersa committe. Nam si in spiritualibus omissis eo tractabis, minorem Deus de ipsis curam habebit. Vt ergo res tua feliciter gubernentur, tu solicitudinis expers sis, sequere spiritualia, contemne secularia.* Et ipse Deus vtrorumque pro salute tua solicitudinem, curamque clementer accipiet. Te verò tua propria corruptioni subdita bona generoso pectore despicientem, de ipsius verò Christi gloria, & honore protegendo maximè solicitum, dum ineundæ tibi contrà perfidissimos illius hostes concertationes erunt, deserturum, tuique curam neglecturum illum mundi Saluatorem, quis nisi nefandissimos atheus, & à Christiana religione transfuga suspicari posset? Magnum, sanctumque patrem Diuum Augustinum ad hoc propositum loquentem diuinitùs audiamus. [m] *Constanter Deo crede, eique te totum committe, quantum potes. Noli esse velle quasi proprius, & in tua potestate, sed eius clementissimi, & vtilissimi Domini te seruum esse profitere, ita enim te ad se subleuare non desinet, nihilque tibi euenire permittet, nisi quod tibi prosit, etiamsi nescias.* Quare non præsumet, vt sancti [n] Ambrosii verbis vtar, *miles Christi fauorem Domini tam pretioso emptus sanguine?* [o] *Ergo sicut oculi seruorum in manibus dominorum; & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum*, donec miserendo nostri det nobis de hostibus suis [p] victoriam, per Christum Dominum nostrum. [q] *Beatus vir cuius est Domini spes eius*, id est, *qui ponet spem suam in Domino, firmatque radicitus fiduciam suam, bonorum expectationem, deque hostibus victoriam in virtute auxilioque eius.* Qui omnipotens, misericordia infinita, essentialique bonitate præditus, propterea vult, & potest illum de lacu calamitatis vniuersæ profundo liberare, ac eripere.

c 2. Corint. c. 3. v. 5.
d 1. S. Petri 5.
2. Pars. *De fiducia iustorum verò catholicorum in Christi Domini virtute & gratia, vt dimicando vincant.*
e Psal. 54.
Hebraismus psal. 54.
f Theodoret. in psal. 54.
Confidentibus in se Deus Christus Dominus in tempore opportuno propitius accurrit.
g Psal. 120. v. 5.
h Psal. 109. v. 6.
i Psal. 15. v. 8.
k S. Chrys. ho. 69. in c. 21. S. Matth.
l Idem ibid.
m S. Aug. in s. l. 1. soliloq. tom. 1.
n S. Ambros. in psal. 118.
o Psal. 122.
p 1 Cor. c. 15.
q Psal 39. v. 6
Beati qui sperant in Deo, & contra maledictus qui confidit in homine.

Qui in se cogitatus curas, spesque suas magna confidentia iactat, atque rependit: *& non respexit in vanitates, & insanias falsas.* Idest, vt SS. [a] Patres Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, exponunt, *in auxilia vana, & fallacia* hominum, aliarumque caducarum corruptioni, & inconstantiæ subditarum tetum. Quæ insaniæ, idest res insanæ non nisi ab insanis hominibus, menteque captis electæ meritò nuncupantur. Ideo alios propheta dixit in persona Dei. [b] *Maledictus homo, qui confidit in homine: & ponit carnem brachium suum* (scilicet fortitudinem suam) *& à Domino recedit cor eius. Erit enim quasi myrica in deserto, & non videbit, cùm venerit bonum; sed habitabit in siccitate, in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili.* Rectè quidem maledictum illum præ magna superbia & elatione arrogantis animi suis viribus non Dei fidentem auxilio myricæ arbusculæ comparatur, quæ sterilis & infructuosa perpetuò ventis agitatur. Infelix ideo [c] Plinii iudicio, quod sit sine fructu, more gentilium omnes infructuosas arbores, infelices appellantium ex eodem Plinio [d] & Macrobio. Talis est superbientis hominis conditio, non Deo, sed sibi fidentis, præ magna arrogantique præsumptione. Contra verò. [e] *Benedictus vir*, subdit idem propheta, *qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius; & erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cùm venerit æstus, & erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquem desinet facere fructum.* Fructus laborum dimicationumque in humanæ vitæ stadio contra Dei hostes susceptarum est ipsa victoria, & gloria, inde pax, & maxima prosperitas exurgens, cuius nos Christus Dominus possessores effecit, fidentes in eius virtute pugnando nobiscum. Quod propheta regius spiritus prophetici collustrans oculis in raptu suo extra se positos in conspecto Dei clamabat. [f] *Dominus virtutum nobiscum, protector noster Deus Iacob. Vidit hic propheta incarnatum*, inquit S. Basilius [g] in hunc locum, *vidit ex sancta virgine genitum Emanuel: quòd si interpreteris, significat nobiscum Deus; & propterea prophetice exclamat. Dominus virtutum nobiscum, ostendens quod hic est, qui sanctis prophetis, ac patriarchis manifestatus est. Protector noster*, inquit, *non alius Deus, sed Deus Iacob, quasi insultans inimico, & exhilaratus mirè præsentia diuini auxilij, exclamat Dominus virtutum nobiscum.* [h] *Si enim Deus nobiscum, quis contra nos?* Addidit insuper Propheta *Deus Iacob*, quasi dicat, qui Iacob victoriam dedit, & paulò post nomen illi dedit vocans Israël (scilicet victor cum Deo) vt sanctus Hieronymus [i] exponit. Hic demum est susceptor noster, & patronus ipse pro nobis pugnat; qui vt idem propheta canit. [k] *Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni.* Quàm autem salutare sit iusto contra Dei hostes in campum certaminis ad dimicandum viriliter, ac intrepidè descendenti in Christi Domini virtute auxilioque confidere, ab eius misericordia, & gratia omnem de hostibus victoriæ palmam confidenter expectare, in eoque solo tanquam victore principali gloriari. Contra verò quàm periculosum, funestumque omnem in pro-

[a] Ambros. Hieron. August. Chrys. in hunc locum, psal. 39.
[b] Hierem. c. 17. v. 5.
[c] Plin. l. 14. c.
[d] Plin. l. 16. c. 26. Macrob. l. 3. c. 10.
[e] Hierem. c. 17. v. 6.
[f] Psal. 45.
Magna iustorum contra Dei hostes pugnantium fiducia in virtute Christi incarnati.
[g] S. Basil. in psal. 45.
[h] Rom. 8.
[i] S. Hieron. in c. 32. Genes.
[k] Psal. 45.

A prius viribus, armisque infirmitatis humanæ fragilibus spem, fiduciamque collocare. Peritè admodum, eleganterque sanctus ita docet Augustinus. [l] *Aduersus diabolicarum suggestionum insidias vigilare debemus, ne de nostris viribus præsumamus. Maledictus enim omnis, qui spem ponit in homine, & quis est ille, nisi ipse homo? Non potest ergo veraciter dicere, non se spem ponere in homine, qui eam ponit in se? Sine autem ne vincamur acriter confligentes, sine aliquoties, vel etiam inopinata facilitate vincentes, ei qui nobis dat continentiam* (seu alus in rebus vincendi virtutem) *demus gloriam.* Postea quod suadet docetque præclaro Dauidis illustrat exemplo dicens. [m] *Meminerimus quendam iustum dixisse.* [n] *In abundantia mea non mouebor in æternum: demonstratumque illi esse, quàm temere hoc dixerit, tanquam suis viribus tribuens,*
B *quod ei desuper præstabatur. Hoc autem ipso confidente didicimus. Mox enim adiunxit.* [o] *Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem: auertisti autem faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* His dictis concludendo S. Pater hanc nobis lectionem admonitione salutari suggerit. [p] *Sine ergo hic, vbi cum nostris vitiis dimicandis, minuendisque* (addam & cum cunctis Dei inimicis, diabolo, & ministris eius) *confligimus, sine vbi omni hoste carebimus, id nobiscum salubriter agitur: vt qui gloriatur in Domino glorietur.* Addatur & Apostoli ratio. [q] *Non enim qui se ipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat.* In hac confidentia, & fida certitudine, qua freti salutari Christi Domini præsentis, militantisque gratia, protectioneque fouerì se credunt iusti, huius diuinæ ciuitatis incolæ, ciuesque contra Babylonicæ ciues eius Dei
C ciuitatis hostes ardent glomerare manus, & concurrere bello, dicentes, & animando se ad pugnas cum antiquis illis Dei populis exclamantes. [r] *Auditum audiuimus à Domino, & legatum ad gentes misit, surgite & consurgamus aduersus eum ad prælium.* In quæ verba sic S. Hieronymus. [s] *Legatus ad gentes missus est Christus Iesus. Pro legatione autem Septuaginta interpretes munitionem interpretati sunt: possumus dicere, quod ipse legatus noster sit, & ipse munitio. Legatus qui ad gentes missus est hæc loquitur.* [t] *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Qui suis, quos vocat ad prælium secum, ne deficiant animo, pugnaturis, ferocissimorum hostium conspectu ita constantiam, generositatemque in certamine
D sufficit, ministratque dicendo. [u] *At ne fortè grauis vobis, & insolita pugna videatur, me primum habetis in acie, ego ero dux præliorum, qui & Iesu filio. Naue gladium tenens apparui, &* [x] *Amalec Moyse pugnante superaui.* Vno verò, [y] *Confide, ego vici mundum.* Cur indecores in limine primo me præsente, & vobiscum digladiante deficietis? Cur ante tubam vestros artus timor occupabit? Ipse est Deus salutis humanæ reparator, qui ad maiorem nominis sui gloriam, maioremque nostræ sanctificationis, atque fœlicitatis exaltationem suos hostes contra nos ad bellum, & pugnas irritari permittit, vt confractis, elisisque eorum viribus, & extinctis furoris ardoribus gloriosè vincamus, & in medio victoriæ campo

[l] S. Aug. l. de continentia c. 4.
[m] S. Aug. ibi.
[n] Psal. 29.
[o] Psal. 29.
[p] S. Aug. ibid.
[q] 2. Cor. c. 10.
Fiducia de Dei nostri Saluatoris præsentia ingeniis iustis animos sufficit ad prælia contra hostes Dei.
[r] Abdiæ v. 1.
[s] S. Hieron. in Abdiam.
Christus munitio nostra, & legatus ex Septuaginta expositione.
[t] S. Paul. ephes. c. 5. v. 14.
[u] Hier. ibid.
[x] Iosue c. 5.
[y] Exod. 17. S. Ioan. c. 16. v. 33.

remanentes, indomiti triumphemus. Hoc antiqui patres crediderunt. Vnde Origenes. [a] *Deus*, inquit, *incitare dicitur propemodum aduersarias virtutes exire aduersus nos in prælium, vt nos victoriam capiamus, & illi interitum consequantur.* Qui fortitudine iustorum Christi athletarum indomita certaminibus, immotaque in illius auxilio, & propitiatione collocata penitusque radicata confidentia tristantur, tædioque contabescunt. *Vt sancto Paulo esuriente, & sitiente nudo colaphis caeso, laboribus fatigato, nusquam stabilem locum habente non lætabatur inimicus*; diabolus scilicet, eiusque satellites, imo vice versa, *conterebatur*, inquit sanctus Basilius, [b] *dum sic videret ipsum certamina sufferentem, vt etiam contemptim diceret.* [c] *Quis separabit nos à charitate Christi? Tribulatio? An angustia? An fames? An nuditas? An pericula? An persecutio? An gladius?* Huius virtutis æmuli fortes nostri Saluatoris athletæ, sub grauium certaminum pro sui principis Christi Domini gloria pondere generosè sudantes, fortiterque gementes clamant cum propheta regio ad Dominum. *Quasi tristes, semper autem gaudentes* [d] *propter te mortificamur tota die æstimati sumus sicut oues occisionis.* Qui rogant Dominum Deum suum, humilibusque votis igne charitatis ardentibus obtestantur, vt sibi cum eodem Apostolo liceat in veritate dicere. [e] *Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.*

a Orig. ho. 15 in lib. Iosue sam 2.
b Basil. hom. 7. in psal. 29. to. 1. hæc verba, nec delectasti inimicos meos super me.
c Rom. 8. v. 35. 28.
d psal. 43. v. 23
e Rom. 8. v. 38 39. ad finem.

3. Pars. *Quæ requiruntur vt fiducia nostra in Christo D bona vera & non confundens sit.*

Sed neque satis in misericordia, virtute, auxilioque Christi Domini fidere, verùm necesse est bene fidere, atque spei, confidentiæque nostræ anchoram in diuinæ illius petræ, quæ est Christus Dominus foraminibus verè, solidéque firmare. Quod vt rectè, fœliciterque fiat, multa requiruntur, atque desiderantur; quibus deficientibus vana omnis nostra spes, & euanida fiducia corruet, plusque paritura periculi, quàm salutis euanescet. In primis enim sic in fiducia nostra, ad Christi Domini misericordiam, virtutem, gratiamque recta ferri debet, omni propriæ vtilitatis abacta consideratione, vt nulla de nostris viribus meritisque præsumptio nos attingat: ne illi nefario, intolerabili præsumptione superbienti similes habeamur; qui vt est apud patientiæ typum prophetam. [f] *Aduersus Deum in crassa ceruice scuti sui cucurrit.* Quid est *in crassa ceruice scuti sui* (seu in crassitudine dorsi scuti sui currere) vt vertunt Septuaginta interpretes, inquit D. Augustinus, *nisi præsumenda de protectione sua superbire?* Qui nihil habet pro fortitudine sua, & armis, quàm superbiam, iactantiam temerariam, arrogantemque præsumptionem, sicut de tali cecinit Esaias. [g] *Superbia tantum est.* Et alibi talem detestando præsumptionem superbam. [h] *Superbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius, plusquam fortitudo eius.* Et post illum Hieremias. [i] *Scio eius iactantiam, & quod non sit iuxta eam virtus eius.* Sit igitur fiducia nostra in Deo, omni denudata præsumptione, similis illi, qua contra om-

Primum tollatur præsumptio in propriis viribus.
f Iob. c. 15. v. 25.
Versio communis occurrit aduersum eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.
g Esaiæ c. 30. v. 7.
h Esaiæ 16. v. 6.
i Hier. c. 4. 8. v. 30.

A nes aduersarius suus armabatur ille propheta, qui dicebat. [k] *Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.* Et in alio psalmo. [l] *Non enim in arcu meo sperabo, & brachium meum non saluabit me. Quantò quisque cognoscit,* inquit D. [m] Augustinus, *quia in se ipso nihil est, & adiutorium de se nullum habet, tantò magis illum suscipit, de quo dictum est. Susceptor noster Deus Iacob. Valebas enim quasi per te, tanquam tenebaris in te perde arma, quibus præsumebas; Audi Dominum dicentem:* [n] *sufficit tibi gratia mea.* Dic & tu, [o] *quando infirmor, tunc potens sum.* Vnde paulò post ita concludit. [p] *Infirmum fecit te Deus, vt fortem te faceret de se, quia infirmaberis de te.* Alterum quod omnis desiderare debet, qui vult salutari confidentia in Christo Deo fidere, est vt ille qui sperat, &
B confidit in Deo, sit in Ecclesia merito, firmamento salutis, veluti sydus sanctitate Christiana splendidum, stellaque lucens vera fide, & ardens charitate immobiliter adhærens obseruationi sanctionum Ecclesiasticarum, legumque principum secularium, Catholica sanctitate præstantium, charitatis, concordiæque Christianæ vinculo cum Ecclesiastico principatu rectè coniunctorum. Christus namque Dominus, author pacis, veræque concordiæ, eos qui scissuram, diuisionemque in regno suo, quod est Ecclesia causantur, debitamque reuerentiam, & obsequium fidele principibus à se in vtraque sua Monarchia constitutis præstare recusant, maledictione percellit: sacrumque pacis & charitatis fœdus, quo ambæ illæ in Deo Monarchiæ sociantur disrumpere molientes abominatur.
C Ideo frustra sperarent in illo, atque in tribulationibus, certaminibusque contra illius aduersarios mala facientes, eiusque contradicentes voluntati confiderent: qui vltione diuina consterni potiùs, & alteri, quàm propitiatione, auxilioque iuuari mererentur. Regula bene sperandi, fidendique in Deo, hæc per regium vatem à spiritu Sancto tradita est. [q] *Spera in Deo, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pasceris in diuitiis eius.* Sed cùm res nobis non sit solùm aduersus carnem, & sanguinem, vt supra dictum sæpius, sed præsertim aduersus spiritualia nequitiæ, principes mundi, rectoresque tenebrarum, magna cautela, prudentia, vigilantiaque adhibenda est ei, qui tutò in virtute Christi confidere velit, in detegendo fraudes, dolosque diaboli, ne fascinatus illius fallaciis, & incantationibus dementatus, magno sacrilegio, horrenda, nefariaque multa
D attribuat Christo, eique velut accepta nefariè referat, quæ insanus, voluntariè deceptus à diabolo in Angelum lucis transformato didicerat. Similis huic nefandissimo hæresiarchæ Raymundo Lullo Catalano conditione laico, horrendas, execrandas, nimiumque putidas Christo Domino blasphemias, atque errores attribuenti: quos illius animo, & imaginationi diabolus in formam crucifixi transfiguratus detestabili suggestione defixerat, & impresserat. De cuius execrandis, & abominandis erroribus, blasphemiisque [r] Bernardinus Luxemburgus, & [s] Prateolus multa copiosè scriptis suis memoriæ prodiderunt: hic tamen diabolica insania demens, & horrore maximè detestabilis, se in Deo, Christoque eius omnino confidere, ab eiusque virtute, & auxilio suæ nefandæ doctrinæ (quã verã Apostolicã, traditãq.

k psal. 43.
l Psal. 32.
m S. Aug. in psal. 45.
n Psal.
o S. Paul Cor. 2. c. 12. v. 7.
p 2. Cor. 12.
2. *Vt merito sit confidens in Ecclesia vtriusque Monarchiæ legum obseruationi adhærens immobiliter.*
q Psal. 36.
3. *Magna cautela, prudentia & vigilantia in detegendo dolos, fraudesque diaboli adhibenda sunt.*
Magna Raymundi hæresiarchæ insania Christo attribuentis quæ à diabolo didicerat.
r Bernard. Luxemb. in catalogo hæreticorum.
s Prateol. l. 16. e. a.

Nouatorum insania non minor illa Roymundi illius, suarum portenta hæresum, impietatumq. Christo D. accepta referentium, quæ à Diabolo dedicerunt.

sibi diuinitus appellabat) defensionem, prote- A ctionemque omni certitudine, securitateque expectata, impudentissime, sicut iniuriosissimè gloriabatur. Talis insania fuit horribilis Lutheri, Caluini, Bezæ nouatorum nostrorum Patriarcharum, quæ perniciosissimè viget adhuc in posteris illorum mortifero nefandissimæ doctrinæ musto petulanter, valdeque nequiter inebriatis. Qui cum sua sceleratissimorum dogmatum, errorumque turpissimorum portenta ex impurissimo, inferni lacu, antro dæmoniorum fœdissimo, cloacisque sataoæ graueolentibus hauserint, arripuerint, expresserint: Illa tamen horrendum dictu! Se de sacratissimis, purissimisque Saluatoris nostri fontibus accepisse, acceptaqua ad irrigandos fidelium animarum hortulos pro earum salute, Ecclesiæque Christi Domini reformatione deriuauisse iactitare impudentissimè mentiendo, puritatemque veritatis flagitiosissi- B mè prostituendo non dubitarūt. O phrenesis hæretica! Vel furia potiùs! Quid non abominationis extremæ concipis, & operaris vbi semel rebellia principibus vtriusque fori, superbaque ingenia, grauioribus mancipata criminibus occupasti? Quàm sapienter, salutarique documento contra has dæmoniorum fallacias, insaniasque falsas nos S. Ambrosius [a] admonuit, instruxitque ista S. Pauli ad Ephesios. *Accipite armaturam Dei vt possitis resistere malo*, &c. Sic exponendo. *Quoniam contra atrocissimos hostes, & omni tergiuersatione callidos bellum gerimus, idcirco omni cautela, & solicitudine vigilare debemus, vt quæcumque tentauerint munitos nos, & præparatos inueniant. Necesse est enim vt & Deus adiuuet, quos viderit in prœli-* C *bus vigilare, & de armis eius expectare victoriam. In huiusmodi autem bello sobria mente opus est, & pura conscientia, quia non contra carnalia nequitia, sed aduersus spiritualia dimicatur. Contra terrigenos enim hostes corpus sagina roboratur, & poculis mens irritatur, vt repugnandi firmat audaciam. Aduersus verò spiritualia nequitiæ spiritualiter repugnandum est, & sobrietatis, & abstinentiæ arma sumenda sunt, vt infusi sancto Spiritu, immundos & erraticos, spiritus deuincamus.* Cùm enim diabolus, inquit S. Augustinus, [b] *per aliena* (scilicet sacræ scripturæ testimonia) *ad sua* (scilicet portenta falsitatis) *ducere incipit, tunc illum dignoscere, nec ire post eum magna, & necessaria vigilantia est. Sed quomodo vnusquisque hominum idoneus erit mortiferos eius dolos euadere, nisi regat, atque tueatur Deus?* Et cùm Christus Dominus lumen de lumine Deus verus de Deo vero, pro nobis pugnando victoriæ participes, consortesque nos habere velit, vt be- D ne pro securitate victoriæ strenuè dimicantes, in illius virtute, misericordique subsidio confidamus; omnino necessarium est, vt illius concertationi contra spiritualia, & corporalia nequitiæ, dęmones videlicet, & homines vita scelerata perditos, per gratiam, quam nobis ille misericorditer contulit, fortiter atq. generosè cooperemur. *Neque enim solùm hac fiducia futurorum*, inquit S. [c] Chrysostomus, *sed alio etiam modo facilem Deus facit esse virtutem, videlicet cooperando nobis, nosque semper in bonis actibus adiuuando. At vbi volueris exiguum quid deuotionis adferre, reliqua omnia celeriter subsequentur. Propterea enim vult & re aliquid laborare, vt tua quoque possit esse victoria. Et vt plurimum rex aliquis vult quidem filium suum in acie versari, in hostem iacula torquere, exer-*

a S. Ambrosius in ep. ad Ephes.

b S. Aug. in Enchir. c. 60. tom. 3.

Vt bene confidamus in Christo debemus eius gratia, & auxilio cooperari.

c S. Chrysost. hom. 16 in Matth. to. 2.

A *citus esse conspicuum, vt illum profectò habeat consortem triumphi. Totum verò ipse bellum gubernat, ac peragit. Ita Deus etiam in hoc prælio facit, quod aduersus diabolum gerimus. Vnum enim illud à te solum requirit, vt aduersus hostem veras inimicitias pro honore Regis, & tua salute suscipias. Itaque si eis istud obtuleris, omne iam bellum ipse confiriet, & si vel iracundia passione, vel pecuniæ cupiditate flammaris, vel ab alijs vitijs, quasi immanissimis hostibus obsideris, aderit profectò velociter, si modo te expeditum, siloque videris præparatum: & facilius tibi esse cuncta præstabit, teque totius flammæ faciet esse victorem; sicut etiam pueros illos in Babylonia fornace tutatus est, qui certè nihil ei aliud prorsus obtulerant præter voluntatem.* Demum his dictis ita pater eloquentissimus præclarè concludit. [d] *Vt ergo nos quoque superantes hic omnem fornacem illicitæ voluntatis, ibi gehennæ fugiamus incendia, hæc* B *quotidie & cogitemus, & curemus, agamus volumtate & orationum frequentia, beneuolentiam nobis reconcilianres Dei.* Et vt quod nostris viribus humanæque fragilitatis armis pręstare non valeamos, suis efficiat Christus: illum piè, religioséque precari debemus illis vocibus, quibus in medio calamitatum suarum, tumentibus altiùs hostium contra se turbinibus Deum propheta regius obtestabatur. [e] *Iudica Domine nocẽtes me, expugna impugnantes me, apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi.* Tu fac vindictã pro me, bone Iesu: quia [f] *si tu Deus pro nobis, quis contra nos?* In armis cœlestia adiutoria, in scuto diuinam protectionem, cum hoc sancto Rege deuotis precibus, votisque flagitemus, eaque secundum C carnis infirmitatem nobis ministrari postulemus. Ad sonum, gemitumque orationum harum ex oris, cordisque profundo manantium Christus Dominus ad nos accurret armis suis spiritualibus, diuinisque protecturus, his nos contra omnes insorgentes in corpora, fortunas, animasque nostras prosperè muniturus. *Quid fortius! Quid pulchrius!* (inquit S. Hieronymus) *quã Christum armatum stare pro suis sanctis, sicut Stephanus vidit, quando dixit.* [g] *Video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei.* Stare pugnantis, vel aduersantis est. Non possumus mutare arma nostra: Dominus Iesus ad preces nostras accedens, de armis facit scutum, viresque nobis pro sua gloria dimicando sudantibus sufficit, ac præstat: ne in certamine cadentes animo atque robore vincamur: sed potius alacriores, fortioresque continuatione certaminis, hostibus prostratis facti victores, ipsi Domino exer- D cituum in gratiarum actiones gloriam, honorẽque purissima perfusi lætitia canamus. Quid mirum si hæc attente considerans D. Augustinus exclamauerit. [h] *Magnum spectaculum est videre Deum armatum pro te! Et quod eius scutum? Quæ arma? Ait alio loco homo iste rex magnus,* [i] *Domine vt scuto bonæ voluntatis coronasti nos, arma autem eius, quibus non solùm nos muniat, sed etiam percutiat inimicos si bene profecerimus, & nos erimus: sicut enim nos vt armemur ab illo habemus, ipse armatur de nobis, sed ipse sic de his armatur, quos fecit. Nos de his armamur, quæ de ipso accepimus.* His rationibus, & modis confidentes in Domino: [k] *Scapulis protectionis eius obumbrabimur, & sub pennis eius misericordiæ, & fortitudinis sperabimus. Sicut enim videns venientem accipitrem* (inquit sanctus Bernardus) *mater expandit alas suas, vt pulli*

d S. Chrys. ibi.

Cooperantes Christo pro nobis pugnanti, ipsū ne religiosè cum orare debemus vt contra eius hostes dimicantes nos adiuuet.

e Psal. 34.

f Rom. 8.

S. Hieron. in psal. 34. 108.

g Actor. c. 7.

h S. Aug. in psal. 34. in hæc verba apprehende arma, & scutũ.

i Psal. 5.

Sanctificatio nostra, & probitas vita arma Dei sunt quibus pugnat nobiscum contra suos, & nostros hostes.

k Psal. 90. qui habitat.

ſubeant, & habeant tutum refugium, ſic nobis parata & quodammodo dilatato ſinu extenſa eſt ſumma illa, & ineffabilis pietas Domini. Tandem ad eum ſenſum addidit Sanctus ille Chriſtianæ deuotionis obſeruantiſſimus in hæc verba. *Scapulis ſuis obumbrabit tibi.* [a] *In his duabus ſcapulis geminam Dei promiſsionem intellige, vitæ ſcilicet, quæ nunc eſt, pariter & futura.*

a S.Bernard. ibid.

CAPVT VIII.

Vera fiducia in Dei, Chriſtique Domini protectione, & auxilio, preſſuras omnes, moleſtiaſque in dimicando contra Dei hoſtes facit contemnere iuſtos de tali auxilio ſecuros.

1. *Quanto fortitudinis, & charitatis ardore iuſti Chriſti milites pro ciuitate Dei militant, de ſua ſecuri ſalute morientes in tali bello.*
2. *Peccator per peccata in nihilum redactus valde imbellis coram militibus Chriſti, & contra illos.*
3. *Chriſtus murus ciuitatis Dei, & antemurale, ſed murus igneus dicitur, & cur.*
4. *Nihil poteſt iuſtos, quos Deus protegit lædere, hinc illorum exultatio ipſi Deo gratias referentes.*



TQVE hæc vera, fidaque in Chriſti Domini virtute, auxilioque fiducia in iuſtorum Chriſtianæ militiæ, & exercitus athletarum mentibus, cordibuſque radicitus inſidens, tantùm illis conſtantiæ, fortitudinis, generoſitatiſque robur infundit: vt præ illa omnes preſſuras, moleſtias, doroſque labores in ſubeundis pugnis, prælijſque contra partes omnes Dei ciuitatis aduerſas pectore magnanimo contemnant, aſpernentur, irrideant. Si enim ſeculi milites pro exigua mercede vitam mortis periculis conſtanter exponant; omneſque in dimicando pro temporali principe belli difficultates huius mercedis conſideratione exultantibus animis, cordiboſque ſuperent: quanto magis fideles, forteſque Chriſtianæ religionis athletæ pro æterna mercede Chriſti Domini omnium dimicantium principis gloriam, fidem, Eccleſiam, eiuſqoe vicarium paſtorem œcumenicum cum cęteris ſub illo, Chriſtiano gregi proſpicientibus prælatis, cum propriæ vitæ diſpendio tueri debent, atque defendere? [b] *Penſate chariſsimi*, (dicebat Gregorius VII. omnibus fidelibus Chriſtianis ad qoos encyclicã ſcribebat epiſtolã, eos ad defenſionem Eccleſiæ, cõtra tyrannicas Germanię oppreſſiones exhortando) *penſate, quod quotidie milites ſeculares pro dominis ſuis vili mercede inducti morti ſe tradunt: & nos quid pro ſummo Rege, & ſuprema gloria patimur, aut agimus?* Et paulò poſt. *Et ſi volumus diuina ſuffragante gratia hoſtem antiquum cito, & fortiter confringere, eiuſque verſutias paruipendere, ſtudeamus perſecutiones ab eo immiſſas, & mortem pro iuſtitia non ſolùm non deuitare, ſed etiam pro amore Dei, & Chriſtianæ religionis defenſione appetere.* Omnes enim Dei ciuitatis cioes fortes in bello pro Chriſti Domini gloria contra ciues Babyloniæ diaboli milites pugnantes, cadenteſque in acie pugnando ſecuri ſunt de fœlicitatis æternæ fruitione, pro fructu pręmioque ſanguinis effuſi pro Chriſto Domino eiuſque Eccleſia, vt audacter, magnaque certitudine Ioannes 8. Papa promiſit, fidaque aſſeueratione ſpopondit, in ea bulla indulgentiarũ plenariarum, quas conceſſit omnibus caſtra ſequẽtibus, quos in bello pro Eccleſiæ Dei, ſediſque Apoſtolicæ defenſione pugantes occumbere morti contingeret. Earum forma in epiſtola, quã ad Epiſcopos regni Franciæ, ſub Lodouico 3. cognomento Balbo, filio Caroli Calui in paterna regni, & imperii iura ſuccedente miſit, inſcripta eſt. Cuius epiſtolæ titolos eſt. [c] *Omnibus reuerendiſsimis, & ſanctiſsimis venerabilibus epiſcopis, per totum regnum chariſsimi filij mei Ludouici Regis.* Qoos per totum breuis epiſtolę corſum ad illorum interrogata reſpondens alloquitur. *Quia reuerenda fraternitas veſtra modeſta interrogatione ſciſcitans quæſiuit, vtrum qui pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & pro ſtatu Chriſtianæ religionis, & reipublicę in bello nuper ceciderunt, aut de reliquo pro ea caſuri ſunt, ſalui facti ſint, audacter Chriſti Dei noſtri pietate freti reſpondemus: quoniam illi, qui cum pietate Catholicæ religionis in belli certamine cadunt, requies eos æternę vitę ſuſcipiet, contra paganos, atque infideles ſtrenuè dimicantes: eo quod Dominus per Prophetam dignatus eſt dicere.* [d] *Peccator quacumque hora conuerſus fuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor ampliùs.* [e] *Et venerabilis ille latro in vna confeſsionis voce de cruce meruit paradiſum.* [f] *Manaſſes quoque impuriſsimus quondam rex captus, carcerique arctiſsimo relegatus ibi pœnitentiam agens cum perfectione indulgentiæ, etiam regni priſtini propter Domini miſericordiam, quæ immenſa eſt circa genus humanum adeptus eſt ſolium. Noſtra prȩfatos mediocritate, intercesſione beati Petri Apoſtoli, cuius poteſtas ligandi, atque ſoluendi eſt in cœlo, & in terra, quantum fas eſt abſoluimus, precibuſque illos Domino commendamus. Optamus fraternitatem veſtram in Chriſto bene valere.* Hæc ipſe. Sic lætantur ſancti Chriſti Domini milites, cũ legitimè certauerint, quamuis virium corporearum eliſionè mortem certando ſubierint: ſiue enim moriantur, ſiue viuant, ſemper victores cum Domino erunt, cum eoque triumphabunt. Cuius triumphi fruendi ſpe generoſè certantes vtriuſque armis corporis, & ſpiritus exultant dicentes cum Apoſtolo. [g] *In carne ambulantes non ſecundum carnem militamus:* militanteſque in ardorẽ pognarũ in Chriſti Dei Sabaoth, virtute, protectioneque confidentes, non materiales ſolom enſes, gladioſque, ſed etiam ſpirituales diſtringunt, & attollunt. Dum vocem orationis ad ipſum Dominum maieſtatis, & victoriæ cum eleuatione mentis emittunt, vt ſoam inclinet potentiam ad pugnas ſuas ſine intermiſſiooe ſuſceptas, vt optata victoria coronentur. Hocqne eſt tuto, fœliciterq. pugnare, inſtar Apoſtoli dicẽtis. [h] *Sic pugno non quaſi aerẽ verberans, ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* Vnde ſecutum eſt bonum certamen [i] quod ipſe certauit: in quo

b Encyclica ep. Greg. 7 ad omnes fideles catholicos &c. l. 8. ep. 21.

Cadentes in bello pro defenſione Eccleſiæ Dei, reip. Chriſtianæ plenariam peccatorum remiſsionem conſequuntur.

c Epiſtola Ioannis 8. papæ 144 ad epiſcopos regni Franciæ.

d Ezech. c. 8.

e S. Luc c. 23.

f 2. Paral. 33.

g 2. Cor. c. 10. v. 3.

Miles Chriſti ſine intermiſsione pugnat armis præcipuè ſpiritualibus aſsiduè precando.

h 1. Cor. 9. v. 27.

i 2. Ad Thimot c. 4.

a 2.Cor.c.15. desideratæ[a] per Iesum Christum victoria promi- A
Quid sit pugnare mysticè cum Amalech. litiæ termino fœliciter inclinata recubuit. Hoc quid aliud est, quàm mystico certamine aduersus Amalech, instar Israëlitici populi contendere? Vt more suo mysticè philosophando his verbis Origenes exposuit.[b] *Nobis etiam pugna est*
b Orig.ho.11. in exod. *aduersus Amalech, hoc est aduersus principes, & potestates, & rectores tenebrarum harum. Eleua & tu manus ad Deum* (scilicet instar Moysis) *imple mandatum Apostoli:*[c] *Sine intermissione orate, & tunc*
c 1.Ad Tessal. c.5.v.17. d Nume.c.22 *fiet, quod scriptum est.*[d] Quia sicut vitulus ablingit in campis herbam virentem; ita abluget hic populus populum, qui super terram est. *Per quod vt à maioribus accepimus iudicatur populum Dei non tam manu, & armis, quàm voce, & lingua pugnare, id est orationem ad Deum fundenda.* In hunc sensum sic Romanos fideles, fortes, B
e Rom.c.15. v.30. Christianæ militiæ pugiles Apostolus orabat.[e] *Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum.* Vbi loco verbi *adiuuetis* in Græco est *συναγωνίσασθαι*, scilicet *mecum certetis*. Hæc enim vox, atque verbũ
Quid propriè significet ista vox alio certè: id est, concerta adiuuare, certamen adiuuare, certaminis socium fieri. Græcum propriè simul *dimicare*, vel *dimicantem adiuuare*, etiam dimicando, significat. Ex quo apparet sanctos ciuitatis Dei ciues, militiæque Christi fortiter addictos contra eius hostes oratione pugnare, quæ religiosa fiducia in Christi virtute, auxilioque munita, tantum generositatis, & consolationis sic pugnantium Christi Domini militũ animis ingerit, vt alacres & ardentes contra omnes Babyloniæ ciues ad arma de indomita Christi Domini pro se fortitudine, & lãguida hostium contra se ipsos infirmitate securi prosiliant. Certum est enim peccatores diaboli mi- C
nistros inferni, Babyloniæ ciues esse admodum debiles, & euanidos, & imbelles in certamine
2. Pars. Peccator per peccata in nihilum redactus valde imbellis coram militibus Christi, & contra illos. contra milites Christi, cùm per peccata, & scelera suam nihilum redacti ad armatorum Dei conspectum miserè, turpiterque consternantur. Quod alta mente conspiciens D. Augustinus in expositione illius S. Ioannis.[f] SINE[g] IPSO FACTVM EST NIHIL, ait:[g] *ad nihilum deduxerunt me iniquitates meæ, quia tu es verbum, &*
f Ioan c. 1. g S. Aug. I fo. li loqui c. 5. tom 9. *ego non eram tecum per quem facta sunt omnia sine quo factũ est nihil, & ideo sine se factũ sũ nihil: quia est nihil, quod ad nihilum ducit. Malum itaque nihil*
h S Aug l 14. de ciuit. c.13. *est, quia sine verbo factum est.* Et alibi,[h] *non sic defecit homo, vt omnino nihil esset, sed vt inclinatus ad se ipsum minus esset, quàm erat. Relicto itaque Deo esse in semetipso, hoc est sibi placere, non iam nihil esse est, sed nihilo propinquare.* Quæ sunt igitur vires eorum, qui propter peccata sunt prope nihil? Si illis prodeũdum sit in certamen contra iu-
i Philip 4 v. 13. stos Dei ciuitatis ciues, qui *omnia*[i] *possunt in Chri-* D
sto Domino, qui eos confortat? Breuem exaltationem fumosamque gloriæ vanitatem impii, antequam iustorum armis superatus, ad nihilum prope victore peccato redigeretur, regius propheta cognouit, illamque omnibus notam facere voluit,
k Psal.36.v 35. cùm dixit.[k] *Vidi impium superexaltatum, & eleuatum super cedros Libani. Et transiui, & ecce non erat.*
l Origen. in psal.36.ho. 5. Quibus verbis[l] Origenes inanes, momentaneasque impiorum potentias, viresque, contra indomitos Dei, Christique Domini athletas viuis à propheta depictas fuisse coloribus credidit, ipsosq. peccatores arrogãtes, & præsumptione superbissimaturgidos esse prope nihil. Quod ex his, quę Esther regina precabatur ad Domiuũ, verisi-

mum esse collegit.[m] *Ne tradas Domine, sceptrum*
m Esther. c. 14.v.11. *tuum his, qui non sunt,* (scilicet peccatoribus terræ) quo sensu illa prophetæ regii sanctus Ambrosius[n] exposuit. *Vendidisti populum sine pretio.* Seu
n S. Ambros. in psal 43. o Aquila vers. sio psal 43. p Symmachi versio. q S Ambros. ibid vt Aquila[o] trãstulit, *credidisti populum tuum vt non esset.* Seu vt Symmachus[p] vertit. *Tradidisti populum tuum sine substantia.* In quæ verba sanctus ille doctor quo maximus ait.[q] *Non sunt, qui repudiantur à Christo.* Vnde sequitur. *Non est illis commutatio. Quare? Quia non timuerunt Deum.* Eò spectabunt illa S. Pauli dicentis.[r] *Si charitatem*
r 1.Cor. 13. *non habuero, nihil sum.* Et hæc Amos prophetæ
s Amos c.6.v. 13. verba.[s] *Qui lætamini in nihilo.* Scilicet in sceleribus vestris, quæ positiuè nihil sunt. Et dubitabunt generosi Christianæ militię pugiles contra nefarios Babyloniæ ciues, vilia, & euanida diaboli mancipia pugnis, armisque contendere? Qui per fraudes inexpiabiles, vitiorumque sordes elongati à Deo ad nihilum prope, virium infirmitate, roborisque penuria rediguntur? Contra muros Ierusalem spiritualis, quæ Christi est Ecclesia, vera Dei ciuitas, inexpugnabilis, & iustos, fortes Dei milites in ea tanquam in fida statione
Omnes ista latent Deo pugnantes confringentur & consummabuntur. morantes, qui illius iure donantur: quisque siue diabolus, siue homo peccator arietabit ad nihilum redactus illico confringetur. Quia huius ciuitatis, & omnium, qui sunt in ea meritò custos est ipse Christus Dominus: murus verò inexpugnabilis diuina ipsius est protectio, & ardens amoris sui virtus, quæ vt diuinus ignis, flammaque cœlestis, omnes illius sanctæ ciuitatis habitatores purificatos in se beatè transformat, & obsidentes oppugnantesque illos deuorat, atque consumit,[t] *Vrbs fortitudinis nostræ Sion, saluator ponetur in ea, murus, & antemurale:* qui per alium pro-
t Esaiæ c. 26. v. 1. 3. Pars. *Christus murus ciuitatis Dei, & antemurale, sed murus igneus diuinus, &c.* phetam promittebat, spondebatque se fore murum illius diuinæ ciuitatis: sed qualem murum? Ignis diuinæ charitatis ardoribus inflammatum:[u] *vt non sit qui se abscondat à calore eius. Ego ero ei, ait Dominus, murus igneus in circuitu.* Quid præterea? *Et in gloria ero in medio eius. Deus in medio eius: Fugite partes aduersæ!* Et qualiter erit in medio
u Psal. 18. Zachar.c.2. v.5. eius? In gloria? Quæ erit corona victoriæ, merces boni certaminis, quod sancti huius vrbis diuinæ ciues fœliciter, nec irrito conatu per eius auxilium, gratiamque certauerunt. Cùm ergo Christus Dominus Deus sit pro illa sancta ciuitate; quis contra eam?[x] *Etenim non dormitabit, neque*
x S Bernard. *dormiet Christus, qui custodit Israel, sicut non dormitat, neque dormit diabolus, qui impugnat Israel.* Hæc cùm verè, religioséque in ipsius Domini dominantium virtute, meritisq. confidentes minimè lateant: quid mirum, si illi cũ Deo suo Saluatore mundi, & pro illius fide, gloriaq. pugnantes, tam generosè pressuras, molestiasque certaminum, non modò fortiter aspernentur; sed etiã in subeundis illis, perpetiendisque, quasi iam spe, quæ non confundit eos, in manibus suis optatam victoriam, triumphumque de hostibus Dei, suisque possidentes, in maximæ consolationis, animique tranquillitatis abundantia lætentur, & exultent? In rusta hac exultatione cum propheta, principi, ductoriq. suo Christo Domino dicentes.[y] *Nos suscepit dextera tua. Omnibus modis in-*
y Psal. 61. z S. August. in psal. 61. *stat diabolus quemadmodum deijciat* (vt in eorum S. Augustinus persona loquitur)[z] *& in persecutionibus viximus, & habemus perpetuos inimicos. Sed nã timeamus nihilominus.* Sic sunt diabolus, & Angeli eius quasi milui, sub illius gallinæ (scilicet Christi

Christi, qui se in Euangelio gallinæ comparauit) A *alis sumus, & non nos poterit attingere. Gallina enim, quæ nos protegit fortis est, infirma est propter nos, sed fortis est in se Dominus noster Iesus.* Ergo dicit hoc Ecclesia (sancta Dei ciuitas, cum filiis ciuibusque suis) [a] *Agglutinata est anima mea post te, me suscepit dextera tua. Ipsi verò* (scilicet hostes tui, Domine Iesu) *in vanum quæsierunt animam meam. Quid fecerunt mihi*, subdit S. [b] Augustinus in Ecclesiæ, eiusque persona filiorum) *quæsierunt animam meam perdere? Quid facturi? Non enim rapturi erant gluten quo adhæsit anima mea post te.* [c] *Quis enim nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio! an fames? an nuditas? an gladius? &c.* [d] *Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Dicet Domino susceptor meus es tu, & refugium meum, Deus meus, sperabo in eum.* [e] *Quid enim ei nocere poterit eorum quæ sub cælo sunt, quem Deus cæli protegere, ac conseruare voluerit? Porro sub cælo sunt, quæcumque* B *nocere possunt: sub cælo sunt aereæ potestates: sub cælo præsens seculum nequam, &* [f] *caro aduersus spiritum concupiscens. Optimè igitur dictum est,* subdit S. Bernardus, [g] *In protectione Dñi cæli commorabitur, vt nihil eorum, quæ sub cælo sunt timere possit, quisquis protectionem eius habere meruerit.* Non incongruè Propheta. [h] *Scuto circumdabit te veritas eius.* Vt sicut iustos vndique bella, insidiæ, pugnæ, machinationes, aliaque id genus aduersa, ad meritum illorum, ex omnium Dei, Ecclesiæque eius hostium parte circumdant. ita vndique ex parte Christi Saluatoris nostri, Regumque omnium principis illis præsidia subueniant, & accurrant. Qui propterea in hac sancta Dei ciuitate, tot auxilius munita cœlestibus inclusi contra omnes hostium turbines tempestatesque malorum magna, sanctaque in Christi diuino præsidio firmi- C ter erecti fiducia, ad ipsum dominum misericordiæ, totiusque patrem consolationis orantes exclamant. [i] *Deus refugium nostrum, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Etenim non timebimus dum turbabitur terra; & transferentur montes in cor maris.* [k] *Quia scapulis tuis obumbrabis nobis, & sub pennis tuis sperabimus.* [l] *Sub his scapulis absconditur, sub his pennis, & alis in occursu accipitrum, & miluorum protegimur: quæ sunt aereæ potestates: sub his vmbraculum salubre refrigerat nos, & repellit nimium solis feruorem, sub his quoque alimur, & fouemur.* [m] Tu ipse es, *qui abscondisti nos in tabernaculo tuo, in die malorum protexisti nos* ([n] id est dum adhuc dies mali sunt) *in abscondito tabernaculi.* [o] *Et obumbrasti super caput nostrum in die belli.* [p] *Sicut enim videns venientem accipitrem,* inquit S. Bernardus, *mater expandit alas suas, vt pulli subeant, & habeant tutum refugium,* D *sic nobis parata, & quodammodo dilatato sinu extensa est summa illa, & ineffabilis pietas Domini,* post bona vitæ præsentis certamina, trophæa gloriæ in cœlo nobis sempiternæ præparantis. Ad quod nulli fas ascendere, nisi rectè factorum, operumque bonorum ornamentis induto.

[q] *Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis!*

a Psal. 62.
b S. Aug ibid.
c Rom. 8.
d Psal. 9. v. 1. 2 3.
4. Part. *Nihil potest iustos cīnos ciuitatis quos Christus Deus protegit caedere. Hinc illorū exultatio ipsi Deo gratias osferentium.*
e S. Ber. serm. 9 in psal. 90.
f Rom. 8.
g Psal. 9.
h Psal. 45. v. 12.
i Psal. 90.
k S. Bernard. serm. 4. in psal. 90.
l Psal. 25. v. 6.
m S. Bernard ibid. supra.
n Psal. 193.
o S. Bernard. serm. 4. in psal. 90.
p Virg. Æneid 6.

CAPVT IX.

Iusti, legitimi, verique ciuitatis Dei ciues dum in defendēdo duplici Christi Domini regno spirituali, & temporali, sacraque protegenda inter vtrumque pacis, & charitatis vnione persecutionem patiuntur, vincunt hostes, diabolum scilicet, & ministros eius omnes peccatores terræ, Babyloniæ spiritualis, vrbis diabolicæ ciues, de illisque triumphant.

1. *Vt prospera mundi peccatoribus, & impiis valde nocent ad salutem, sic contra iustis pro Christo eius Ecclesia, ac vtroque regno, quod in ea est bellantibus magnopere prosunt aduersa.*

2. *Impij iustos Christi Domini regnum defendentes vexando, se destruunt, ac perdunt.*

3. *Iusti dum vincuntur pro vtriusque Christi D. monarchia defensione, stantes, impios victores vincunt.*

4. *Præ magnitudine dulcedinis internæ à Christi gratia profectæ nil sunt externa tormenta, iustis pro Christo eiusque regno patientibus, veras diuitias in paupertate, & triumphantem in infirmitate fortitudinem possidentibus.*

SICVT [a] *veritas nihil erubescit, nisi abscondi*; sic Christiana virtus nihil tam veretur, ac verecundatur intus, quàm cum affligitur, despici foris, atque contemni; quæ longè pulchrior florescit aduersis. Infirmitas humana regio Prophetæ, tunc indignante virtute dominabatur, cùm ita has in voces titubans animo, tristisque prorumpendo loquebatur. [b] *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquos,* (id est zelo indignationis exarsi) *pacem peccatorum videns*, qua sunt indignissimi. Quid præterea sequitur? impij in rebus pessimis exultant, dum iusti sub grauissimarum ærumnarum pondere gemunt! Copiosa malorum prosperitas ab humanis libera calamitatibus! [c] *Quia non est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum*, scilicet non est. Quia si qua morbi, aduersitatisue plaga premuntur; statim hæc facile curata ab omni doloris angustia liberantur: & ita pre nimia prosperitate & sanitate insolēter exultantes, venturæ mortis, nihil de ea cogitātes quasi victuri semper obliuiscuntur. *In labore hominū non sunt, & cum hominibus non flagellabūtur.* Inde maior impietas cepit eos, quod indignatione, maiorique mœrore Prophetæ pectus, animūq; vulnerauit. [d] Ideo propter hæc scilicet copiosā bonorū

a Tertul. contra Valentinum.
Virtus Christiana erubescit despici cum affligitur.
b Psal. 72. v. 3.
c Ibid. v. 4 5.
Monori prosperitatibus malorum, & terrori bonorū aduersitatibus ad tempus humano est infirmitatis, non constantia Christiana.
d Ibid. v. 6 7. 8.

fertilitatem, aduersorumque carentiam, tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate, & impietate sua. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis: cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt: posuerunt in cælo os suum, & lingua eorum transiuit in terra, &c.

b Ibid. v. 12.

Et paulò pòst. [b] Ecce ipsi peccatores, & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Propter quæ infirmitati, passionique in obliquum vaganti relaxans habenas exclamat sed non cum ratione prophetã. [c] Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Sed ad sa reuersus. Inclinans cor suum ad faciendas iustificationes Dei; [d] audiens quid in se Dominus loqueretur, à Spiritu sancto didicit prosperitates impiorum non esse prosperas, sed miseras, in maximas illico reuolui calamitates. Propterea suam recognoscens ignorationem, errorem que sapienter prioribus adiunxit. [e] Existimabam quod cognoscerem hoc, labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. Veritatem tandẽ, quam ipse intra diuinos gratiæ Spiritus sancti radios Propheta detexit, exitus impiorum illorum ante prosperantium infelix, finisque comprobauit. [f] Verumtamen propter dolos posuisti eis, deiecisti eos, dum allenarentur. [g] Quomodo facti sunt in desolationem! Subitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam: Velut somnium surgentium, Domine, in ciuitate imaginem ipsorum ad nihilum rediges, &c. At iustorum aduersitas, propter virtutis, pietatisque diuinæ progressus, à tristibus exorsa principiis lætissimos, felicissimosque exitus est habitura, illos Christo Domino de calamitatum, aduersitatumque profundo in clarissimam prosperitatis, gloriæque lucem mirabiliter eruẽte. Hinc illa iustorum ad Deum cum iubilatione vox, & oratio. [h] Tenuisti manum dexteram meam & in volũtate tua deduxisti, & cum gloria suscepisti me. Inde cum gratiarum actione iubilatio. [i] Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum (scilicet præ gaudio & exultatione) Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Hinc agnitio prosperitatis, esse cum Deo, & sperare in eo bonitatem faciendo. [k] Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam, vt annunciem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion. Non igitur impiorum Dei Ecclesiæque sanctæ hostium prosperitas breui duratura, sicut iustorum militiæ Christianæ athletarum, pro Christo suo duce viriliter, & animosè dimicantium asperitas cito finiendarum afflictionum, constantibus, fidelibusque Christianis tentatio esse debet. Sicut fuit Triephoni illi apud Lucianum in Philopatre, qui prosperitatibus, trophæisque Traiani pagani Imperatoris truculentissimi Christianorũ persecutoris, fideliumque religionis Catholicæ, fideique Christianæ cultorum calamitatibus obstupefactus animo deficiens, à fide Catholica funestissimè recessit. Qui antea Critię pagani cordi, & animo diuinam religionis Christianæ lucẽ suis documentis, & præceptionibus effundere conabatur. Certè maxima generosi animi constantia, patientia, & in Deo fiducia fidelibus Christianis, vereque Catholicis sacrosanctæ inter spiritualem, & secularem monarchiam confœderationis obseruantissimis nostri seculi necessaria est: vt non moueantur patientiæ pedes eorum, nec fidelitatis gressus effundantur: dum in regno

c Ibid. v. 13. 14

d Psal. 118.

Psal.

e Ibid. v. 16. 17.

Impiorũ prosperitas in extremas vertitur miserias, contra iustorum aduersitas in maximas tandem prosperitates commutatur.

f Ibid. v. 18. 19. 20.

g v. 19.

h Psal. 72. v. 24

i Psal. v. 25. 26.

k Psal. v. 28.

Christianum fidelem impiorum prosperitas, & bonorum aduersitas mouere, atque terrere non debet. Lucianus in Philopatro dialogo.

A Christianissimo impios hæreticos, schismaticosque prosperare cernunt, eosque impunè de prostituta à se blasphemiis, calumniis, irrisionibus, iniuriis, aliisque id genus insaniis, furoribusque Ecclesiasticæ monarchiæ, maiestatisque pontificiæ sanctitate triumphare, & eo grauius doloris acerbissimi vulnus in eorum verè Catholicorum animis cordibusque recrudescit: cùm audiunt eos nequissimos Babyloniæ ciues Christianę reipublicæ pestes, Ecclesiæ Catholicæ faces, fœtore abominationis horribili ad interitum religionis Christianæ fumantes, & vrentes impudentissimè gloriari se tantum sceleris, tantumque nefas, contra sedem Apostolicam, sanctumque Romani Pontificis principatum effrænatiùs aggredi, & arrogantiùs audere: vt maiestatem secularis imperij firmiùs, diutiusque protegant, atque tueantur. At ô fatales publici exitij, B Catholicæque religionis interitus artifices! Dum voce perfida protectionem secularis imperij cõfingitis, & inaniter astruitis, illud cum Ecclesiastico re ipsa pessundare, funditusq; molitione fraudulenta destruere conamini! Sed hos immanes vestros conatus tandem aliquando qui habitat in cœlis irridebit, & irritabit, vltorque vestrorum scelerum contra vos assurget, cùm non sit hoc tempore vindex in terra, qui iustissima vindicta vestras omnes iniquitates vlciscatur, atque cõpescat. Interea virtus castissimæ matris Ecclesiæ tot vestris oppressæ machinationib⁹, magis in aduersitatibus virescet, aduersitatumq; pressuris illustrior efflorescet. Tabescet caro illius, & filiorum eius, & ossa quæ tecta fuerant nudabuntur. [l] (vt cum Propheta loquar) & cum sancto Gre- C gorio in hunc locum. [m] Cum flagellis prementibus omnis exterior voluptas atteritur, internæ fortitudinis ossa nudantur: nemo quippe quantum profecerit, nisi inter aduersa cognoscit: vnde scriptum est. In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte declarauit. Quia videlicet vnusquisque superni doni gratiam in tranquillitate quietus percipit, sed quantum perceperit in aduersitate perturbationis ostendit. Nec huius piæ matris alumni pro ea, & cum ea contra hostes Christi præliantes labore, persecutioneque terrentur, [n] Cum nullus athleta sine sudore coronetur. Certum est pro negotij modo, animosamque esse virtutem, aiebat in panygerico Nazarius, [o] in paruis prope ad securitatem remissa, in mediocribus modicè intensior, vbi magna venerunt, iuxta magnitudinem exanthlandi operis erigitur. [p] Omne honestum in arduo est, etiam quod vicinum D honesto est.

[q] Difficile est fateor! Sed tendit in ardua virtus:
Et talis meriti gratia maior erit.

Grauissimos tentationum, persecutionumque vẽtos Ecclesia mater sanctissima videre, & subire sueta, sæuissimas animo prospicere malorum tẽpestates, quibus impendẽtibus cadere nescia per medios afflictionum ignes illæsa progrediens, percussa molestiis, & agitata ęrumnarum procellis, earum victrix semper incedit, & eluctatur. [r] Quid aliud in mundo quàm pugna aduersus diabolum ab ea quotidie geritur? Quàm aduersus sæcula & tela cõflictationibus assiduis dimicatur? [s] Nisi præcesserit pugna, non potest esse victoria: tunc datur vincentibus corona. Nam gubernator in tempestate dignoscitur, in acie miles probatur. [t] Multa tribulationes iustorum, sed de omnibus liberabit eos Dominus. [u] His artibus, aiebat Gregorius 7. Cyriaco Carthaginiẽsi

Inuehitur in impios hæreticos, & schismaticos qui specie fidei fraudulenti defendendæ monarchiæ secularis Ecclesiasticam destruere moliuntur.

Virtus Ecclesiæ Sanctæ, eiusque filiorũ in aduersitate clarior efficitur.

l Iob. c. 33. v. 21.

m Greg. l. 24. moral. c. 18.

Psal. 41. v. 9.

o Hieron. l. 2. ep. 6 ad Heliodorũ.

o Nazarius in panegy.

Virtus in arduis & difficilibus voluntas quantas habeat vires ostendit.

p Senec. l. 6. de Benef. c. 18.

q Ouid. lib. 6. de ponto. eleg. 6.

r Cypr. serm. 4 de mortalit. in princip.

s S. Cypr. in eodem sermone

t Psal. v. 20.

u Greg. 7 l. ep. 22.

Greg. l. 2. ep. 12. ad Cyriacum Archiep. Carthag.

Archiepiscopo vehementer afflicto, *Quibus crevit, sancta reparatur Ecclesia. Hanc nobis hæreditatem sancti Patres reliquere.* Vt per multas tribulationes intremus in regnum Dei. Sic creuit semper Ecclesia persecutionibus illustrior, & fortior in medijs tribulationum pro Christo, eiusque conseruanda fide, & gloria perpessarum fluctibus exultans. Non sic gentilitia superstitio, & impietas, vt philosophis ethnicis suæ sanctitatis, Christianæque religionis irrisoribus S. Anthonius in solitudine, eremique vastitate significabat his verbis. [a] *Illud autem quale est, quod nunquam regio furore concussa gentilitas, imo seculo cara, & hominum perfidiis fulta iam corruit. Nos Christi famuli quo plus premimur, & magis assurgimus, & floremus? Vestra simulacra ornatis quondam septa parietibus, iam vetustate collapsa sunt: Christi verò doctrina, quæ vobis stultitia videtur, & ludus, licet tyrannica persequentium principum tentamenta pertulerit, licet variis sit incursata terroribus, nullus tamen terrarum orbe concluditur, nullo barbararum gentium fine prohibetur. Quando tot simulque se conuenere virtutes.* Non plus Ecclesiæ sanctæ, iustisque filiis eius fortibus Christi nostri Saluatoris athletis, quam ignis ardens, & lucens rubo, quem vidit Moyses detrimenti conferre potest; imò non solum nihil detrimenti, sed contra plurimum emolumenti largitur. Sicut enim illa flamma materialis rubum non vrendo consumebat, sed illuminabat, & inflammando purificabat, pulchrumque visu de longè monstrabat: ita flamma persecutionis, ignisque furoris hostilis Ecclesiam sanctam, Dei ciuitatem, eius ciues, & filios acriter vrendo non exterminat, consumit, atque depascitur; sed probat, firmat, corroborat, sapientiæ diuinæ luce, ardoreque charitatis incensam sanctissimè purificat, *Hisque flammis acrioribus Ecclesia viret magis, crescit, & splendescit*, ait Sanctus Hieronymus, [b] *in eaque completum est, quod per Esaiam dixit Dominus.* [c] *Cùm transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne non comburreris, & flamma non ardebit in te.* Ex quibus apparet aduersitates temporales, atque molestias in subeundis contra hostes Dei diabolum, & ministros eius certaminibus huic sanctæ Dei ciuitati, cuius fundamenta in altis incorruptionis, sanctificationisque montibus erecta, iactaque sunt, & eius filiis, quos suæ sanctitatis gremio fouet, prodesse semper, & obesse nunquam: sicut ex aduerso prosperitates mundi perituras magnis obnoxias alterationibus, nequam, & impiæ Babyloniæ ciuibus diaboli vexilla sequentibus, ruinæ semper esse, atque exitio manifesto. Qui vexando, & persequendo iustos, quæ Christi sunt amplectentes, se ipsos interimunt, & exanimant, æternis destinati suppliciis: dum enim fortes, ac indomitos sanctos Dei ciuitatis ciues suis pugnis, persecutionibus, & oppressionibus efficiunt; ab illis tandem infelicissimè superantur, saluteque per reprobationem, malitiamque voluntariam perdita, ad æterna supplicia destinantur. [d] *Sicut enim vidua virtus est, quam patientia non firmat*, vt aiebat Petrus Blæsensis, ita Christo verè maritata, nexuque indissolubili coniugata, quam constantia, patientia zelusque Dei ardenter emicans eleuat, atque corroborat. Contra quam in Ecclesia Dei, generosisque Christiani exercitus athletis insidentem, morantemque, velut altissimum in medio mari scopulum, luctantes Christiani nominis, Catholicæque sanctitatis hostes suorum armorum furoribus illico confringuntur. Cumque inexpugnabilem prorsus illam Christi Domini virtutem, eiusque filiorum exercitus Catholici, diuinique militum, rebellibus armis expugnare conantur, sub ictus machinationum suarum conatibus obruuntur. Cùm enim iusti illi, fortesq; militiæ, Catholicæ pugiles, sanctitatis, ac fortitudinis S. [e] Pauli vestigia sequêtes, Christo Domino generosè militâtes eò potentiores esse dicantur, quò magis infirmâtur, & ab inimicis vndiq; hostiliter agitâtur: [f] Christianaq; virtus in aduersitate perficiatur, dum sufficienti Christi gratia sustentatur. Quid omnes isti diaboli castrametatores Babylonicæ confusionis, & abominationis incolæ contra ipsos luctando proficient? Quid moliuntur? Quid ex tot sudoribus, furoribusque hostilibus, quàm propriæ salutis interitum, ruinamque lucrabuntur? Nam [g] si *mirabiles elationes maris, mirabilis & in altis Dominus.* Qui persecutionum procellas in auram pacis, tranquillitatisque conuertit, & de sæuientibus bellorum, pugnarúque acerbissimarum tempestatibus optatissimæ victoriæ destructis hostibus gratiam, beneficiumque ipsis castra sua religiosè sequentibus acquirit. Quid profuit Traiano Imperatori inter persecutores Ecclesiæ, vt vnum pro multis adducã, tot in Christianos, regnumque Christi Domini vexationum, persecutionumque arcus tetendisse, & ex his sæuissima iacula contorsisse? Hoc suis crudelitatibus meruit innocentis, generosique athletarum Christi sanguinis effusor, vt Imperium Romanum, quod ad summum amplitudinis, potentiæ, prosperitatisque fastigium suis armis ad miracula vsque prouexerat, multis cladibus, infortuniis, Romanorum exercituum stragibus, ciuium Romanorum trucidationibus, domitorum, subiugatorumque populorum ab illo defectionibus, aliisque quamplurimis priuatis, publicisque calamitatibus motilaret, contunderet, scinderet, atque cruentaret. Nihil ab illo persecutionum, vexationumque in filios Dei tempore, ipse Traianus, teste [h] Dione, rebus antea gestis, superiorique vita dignum potuit efficere. Tales iniuriæ, oppressionesque sanctis, verisque Christi Dei nostri Saluatoris adoratoribus factæ, eius victorias, prosperitatibusq; cursum in aduersa mutatis abripuerunt, eumque casibus infelicibus, publicis, domesticisque subiugarunt. Rebellantes populi, quos ille antea subegerat, Romanæque iugo dominationis obstrinxerat, Romanarum legionum milites fines imperij protegentes, non solùm longè à suis tectis, domibusque propulsarunt, sed eos sæpius cædibus, internecionibusque ad vnum vsque deleuerunt. Item iugum Romanæ seruitutis excutientes Arabes, & Agarenos, tantum abfuit vt ad eos armatus accedés, Imperator domare, atque refrænare potuerit: quin potius vitæ propriæ aleam, salutique periclitatus rebus infectis aduerso summe terga vertere, motisque castris coactus fuerit excedere; vitæ saluandæ fuga consulere. De prodigiis vero præsentium calamitatum indiciis, grauiorumque futurarum prænuntiis, seu potiùs prodigiis, stupendisque miseriis, sicut [i] Christiani prædixerant, ista Dio Cassius commemorat. [k] *Prodigia inibi multa sunt facta, tem-*

Ecclesia Christo crescit, ac floret aduersitate, non sic gentilitas.

a S. Athanas. in vita S. Antonij.

Exod. c. 3.

Fortis, & generosus Christi athleta, & eius mater Ecclesia cum rubo ardente sine consumptione comparatur.

b Hieron. ep. 127. ad Fabiolam.

c Esaiæ c. 43.

2. Pars. Impij Babylonios mysticæ inimici diaboli ciuitatis dum iustos premunt, & vexant, se ipsos opprimunt, & damnant.

d Petrus Blés. ep. 12. ad Ioã. Saresberiensem.

e 2. Cor. 12.

f 2. Cor. c. 12.

g Psal. 92.

Persecutiones in Christianos à Traiano excitatæ ipsi felicitatis cursum abripuerunt, & calamitatibus variis eum subdiderunt.

h Dio Cassius.

i Lucianus in Anti-Patria.

Prodigia calamitatū indicio propter oppressos à Traiano Christianos sicut illis praedixerant, quo imperio acciderunt.

a Dio. Cass. in Rom hist. sub Traiano.

Tyranni, hæretici, schismatici, & cæteri impij Dei hostes vincuntur, dum iustos opprimūt.

b Apoc. c. 9. 0. Pars.

Impij Babylonia ciues, hostes Dei ciuitatis bans affligendo non vincunt, sed miserè vincuntur.

trua, atque fulgura arcus ingens in cœlo visus est, A *tempestas & grandines immensæ: præterea (quod monstro simile existimatum est) quoties Romanus cum hoste manus consereret, ictu fulminis auertebatur. Orta subito muscarum vis edulus, & poculis insidens fœdo contactu cuncta Romano grauia, & molesta faciebant. Egrediens inde Traianus morbo primum tentatur.* &c. Non sine mysterio, nec sanè vulgari Sancto[b] Ioanni extra se à Spiritu sancto in extasi sua sublimato *corona super capita locustarum auro similes ostensæ sunt* in signum victoriæ. Sed cuius victoriæ? Inanis omnino, vanæ, imaginatiæ, perniciosæ victoribus, & plusquam Cadmææ. Quod per coronas non aureas, sed auro similes, facie tenus, sub imagine falsa repræsentatur. Siquidem tyanni, hæretici, schismatici, aliique Catholicæ Religionis hostes, per locustas significati, dum nimni persecutionum, iniuriarumque genere Ecclesiam Dei, eiusque filios fideles, vereque Ca- B tholicos opprimunt, dum Sedem Apostolicam iniuriosissimè calumniando vexant, dum Sanctitatem Principis monarchici in Ecclesia Dei Christi Domini Vicarij, Regumque Catholicorum maiestatem calumnijs, opprobriis, rebellionibus, conuitiis, armatisque furoribus adoriuntur, nullum alium de tot sudoribus, laboribusque sacrilegis fructum, quam suæ salutis interitum, exitiumque reportant. Vnde illis [illegible] victis persequendo, & affligendo, ad iustos hostibus & persecutoribus suis patiendo superiores victoria salotatis, triumphusque conuertitur. Quo spectat illa Apostoli gratiarum

c 1. Cor. 0. v. 14.

Tripliciter iusti Dei ciuitatis ciues impios Babyloniæ vincunt.

actio,[c] *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu.* Iusti autem Dei ciuitatis habitatores pro Christo pugnantes dupliciter de hostibus Dei, suisque triumphant disputatione hære- C ticos, schismaticosque superando, tyrannos Ecclesiæ oppressores, persecutoresque patientia, constantiaque domando. Addam & tertium vincendi modum pius, Catholicisque Principibus peculiarem, nempe impios Babyloniæ ciues Ecclesiæ Dei, Christianæque Reipublicæ perniciosissimos iustarum legum districtione comprimendo, armorumque robore hostes feroces, superbosque debellando. Sic[d] Esau à fratre suo Iacob superatus est. [e] *Certamen dedit illi vt vinceret,* ait Sapiens, loquens ad litteram, de victoria Iacob, quam de fratre suo Esau retulit, quam prædixit Pater Isaac, cùm maiori natu Esau dixit. [f] *Viues in gladio, & fratri tuo seruies.* Victus scilicet ab eo, quibus armis? Patientiæ, & tolerantiæ eius, quibus Patriarcha Iacob reprobi, perditique fratris persecutiones sustinuit, & sustinendo patienter extinxit: & ita de persecutore D fratre victo triumphauit. Sic nefarij Christi[ane] monarchiæ rebelles, Dei perduelles, iustorum Christi Imperatoris æterni signa sequentium persecutores vincuntur, tunc maximè cùm victores se credunt, iusti verò, generosique militiæ Catholicæ milites tunc vicisse iudicantur, cùm certamine tribulationum victi probantur.

d Genes.

e Sapiens c. 10. v. 10.

f Genes. c. 27. v. 40.

g 2. Æneid.

[g] *Quondam etiam victis redit in præcordia virtus,*
Victoresque cadunt.

h Tertul. in apolog. c. 49.

De qua iustorum victoria sic Tertullianus. [h] *Prælium est nobis, quod prouocamur ad tribunalia; victoria est pro quo certauerit obtinere. Ea victoria habet & gloriam placendi Deo, & prædam viuendi in æternum. Ergo vicimus cùm occidimur; hic est habitus victoriæ nostræ, hac palmata veste sali curru triumphamus.* Ergo ex aduerso Christiani nominis inimici, diabolicæ tyrannidis assertores, dum iniustè seruos Dei persequuntur, premunt, interimunt: illo suæ persecutionis, impietatisque gladio necantur. Christo Domino Saluatore mundi exercituum Domino eò maiorem contra eos ostendente potentiam, quò maiores illi perditi Babyloniæ ciues, seuioresque persecutionum atrociter dimicando tempestates contra iustos illos ipsius dominantium Domini vexilla sequentes excitant. [i] *Tu dominaris potestati maris; motum autem fluctuum eius tu mitigas,* id est, secundùm Sancti Hieronymi expositionem. [k] *Tu dominoris huius sæculi potestatibus, & mitigas tentationes, quas commouent seruis tuis. Ipse est,* [l] *qui graditur super fluctus maris, qui facit Arcturum, & Oriona. Quid maris nomine, nisi sæuientis,* B *& persequentis mundi iustos amaritudo, asperitasque designatur? Super cuius tumentes fluctus gradi dicitur, quia cùm se procellæ persecutionis erigunt, miraculorum eius obstupefactione franguntur.* [m] *Quis enim,* ait S. Gregorius, *tumores humanæ vesaniæ mitigat, quasi erectas in cumulo vndas calcat.* [n] Arcturi verò nomine septē stellarum corruscatione fulgētis, ipse sanctus Christi Domini immaculatam sponsam Ecclesiam, septem Spiritus sancti charismatis, donisque, tanquam septem syderibus clarissimè rutilantem his verbis intelligi docuit. [o] *Quemadmodum autem Arcturus semper versatur, & nunquam mergitur: ita Ecclesia persecutiones ethnicorum,* & cæterorū Christianæ sanctitatis inimicorum, *Sine cessatione tolerat, sed tamen vsque ad mūdi terminum sine defectu perdurat. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. Suspensura exaltationes maris sunt,* [p] ait S. C Augustinus, *Cùm enim irascitur mare suspenduntur fluctus: mirabiles igitur suspensuræ maris, mirabiles minæ, mirabiles persecutiones. Sed vide quid sequitur, mirabilis in altis Dominus. Turbabatur mare, fluctuabat nauicula, venit Dominus, ambulans super mare, pressit fluctus. Super mare enim ambulauit, id est super capita istorum fluctuum magnorum, spumantium, quoniam potestates, & reges crediderunt, & subiugati sunt Christo.* Vnde bene, feliciterque cessit illis, quòd sic à Christo Deo victi, superatique fuerint, salutari Euangelici gladij vulnere percussi. Alij verò misere, infeliciterque iustos persequendo, manumque Dei viuentis super se eleuatam agnoscere nolendo domiti sunt, atque in profundum calamitatis æternæ deiecti, dum contra Dei electos eleuarentur. Vnde illa diuinæ misericordiæ, auxilij que S. Pauli cum gratiarum actionē cōfessio, D & agnitio. [q] *Gratias,* inquit, *Deo, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum.* Per cuius virtutem ipse omnium aduersitatum huius mundi se victorem agnouit, & confessus est. Qui postquam dixisset. [r] *Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? An angustia? An fames?* &c. Adiunxit hæc. *Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos,* &c. In Græco loco verbi, *superamus,* est ὑπερνικῶμεν, id est, *plusquam superamus.* In quæ verba Sanctus Chrysostomus [s] ait. *Hoc mirabile est quòd non superamus solùm, sed plusquam superamus, per ea ipsa quæ patimur, & huius plusquam victoriæ de persecutoribus suis, & immisit Dei ex altis*

Quò maiores impij in iustos persecutionum tempestates excitant, eò maiorem Christus Dominus adeos comprimendos potentiam pro suis ostendit.

i Psal. 88 v. 10.

k Hieron. in psal. 88. v 10.

l Iob. cap. 9. v. 8.

m S. Greg. l. 9. moral c. 5. v. 7.

n S. Greg. l. 9. moral. c. 6.

o S. Greg. ibid. c. 7.

Psal. 92 v. 4.

p S. Aug. in psal. 92.

q 1. Cor. 15. v. 57.

r Rom. c. 8 v. 35.

Cur iusti per virtutē Christi hostes Dei, suosq; dicuntur plusquam superare.

s S. Chrysost. homil. 15 super epist. ad Rom.

rationibus, hæc minimè contemnenda esse creditur, nempe certitudo victoriæ tanta, ac si ea iam esset acquisita, parataque iusto sine vlla dubitationis anxietate. Qualem securitatem, certitudinemque habebat ille Apostolus, qui dicebat. [a] *Certus sum enim, quia neq; mors, neque vita, neque angeli, neque creatura alia poterit me separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.* Vt igitur apertiùs ostendamus impios fidelium Dei seruorum persecutores dira sua feritate, qua illos perdere, contendunt, seipsos destruere, atque perdere: satis erit demonstrare, iustos persecutionem, propter iustitiam, fidem, charitatem, aliasque Christianas virtutes constanter, patienterque tolerantes, percussores suos vincere, deque illis victis gloriosè triumphare. Hæc enim duo coincidunt, & secunda huius capitis pars hoc modo cum tertia confunditur. Vt igitur copiosiùs priora confirmantes de subiugatis Dei B hostibus iustorum imperio, dum suis illos pressuris immanibus, iniuriisque discruciant, nulla ratione dubitemus: clarissimè demonstrandum nobis est iustos omnes assiduè sub galea charitatis, lorica iustitiæ, scuto fidei, gladio verbi Dei, omnique armatura Dei sudantes, sub Christo Domino militantes, pro eius gloria, proque duplici regno, illius in Ecclesia Catholica fundato diuinitus, atque radicato generosè, fortiterque dimicantes, tunc Dei, suosque aduersarios, athletas dæmonis insanos maximè debellare, cùm ab illis vehementiùs affliguntur: victoria potiri cùm plurimas ab illis ærumnas immissas forti, constantique animo tolerant, tolerando dissipant, & eneruant: illos denique victos in triumphum glo- C riosè ducere, dum voluntariè mortem in huiusmodi aduersitatum prælijs vita corporis non animo cadentes, pro Christi sui Ducis, & Imperatoris æterni gloria paciscuntur. [b] *Sic vincimus, cùm occidimur*, aiebat Tertullianus, *& euadimus, cùm obducimur.* Qui propterea Scapulam proconsulem sæuissimum Christianorum tortorem ita constanter affabatur. [c] *Absit vt indignè feramus ea nos pati, quæ optamus, aut vltionem à nobis aliquam machinemur, quam à Deo expectamus; tamen doleamus necesse est, quòd nulla ciuitas impunè latura sit sanguinis nostri effusionem.* Similis habet in [d] exhortatione ad Martyres, & contra [e] Marcionem. Sancti Patres antiquiores illo [f] Clemens Romanus, [g] Dionysius Areopagita, [h] Iustinus Martyr, [i] Clemens D Alexandrinus, & illo posteriores [k] Sanctus Cyprianus, [l] Augustinus, & alij apud Nicephorum Calistum hanc veritatem suorum testimoniorum calculis, sententiisque confirmarunt. Ita Christiana religio, Ecclesiaque sancta Christi Domini, illius virtute freta, auxilioque fulta, etsi varijs vndique persecutionum agitata procellis sibi mundum salutari victoria subiugauit, triumphato iura salutaria dedit, legesque sempiternæ felicitatis imposuit. Quod euidenter Celso gentili Philosopho sic Origenes indicauit. [m] *De Christianis quid erit dicendum? Quorum doctrinam Romanorum Senatus, Imperatoresque vt quisque successerat, & milites ipsi, & populi, & credentium necessarij impugnando tam acriter interpellarent, vt proinde victa istorum fortè succubuisset insidijs: ni diuina virtute emergens superior adeo euasisset, vt terrarum orbem, etsi insidias*

A *molientem perniceris.* Vnde Sanctus Flauianus, paulo antequam suæ temporalis vitæ finem martyrij gloria coronaret in exhortatione ad gentes, vt ad Christi Dei veri fidem, religionemque conuerterentur, dicebat, [n] *generosos Christi mundi Saluatoris athletas tunc verè viuere cùm occiduntur, nec vinci morte, sed vincere.* Suis namque pro sua gloria agonizantibus astat propitius magna cum profusione virtutis, atque gratiæ Christus princeps Regum terræ, vt in tormentis pugnisque dolorum in stadio mortis carnifices suos patiendo, atque delectabiliter pro vita sua Christo Deo moriendo vincant. Testis illa vox de cœlo missa diuinitus à S. Polycarpo ad martyrium generosissimè properante, campumq; pugnandi cũ morte, duris laboribus ingresso audita. [o] *Fortis esto Polycarpe, & excelso animo rem gere.* Quod considerãs, firmiterque credens S. Cyprianus in B medijs persecutionum ardoribus à Deo consolatus in eius epistolæ fine, qua ad pugnas & certamina, pro Christi Domini gloria, fideque protegẽda cum morte, tormentisque lethalibus ineunda fideles sui gregis populos hortabatur, sic in aduersitate lætus exclamat. [p] *O beatam Ecclesiam nostram, quam sic honor diuinæ dignationis illuminat! quàm temporibus gloriosus martyrum sanguis illustrat! Erat ante in operibus fratrum candida, nunc facta est in cruore martyrũ purpurea! Floribus eius nec lilia, nec rosa desunt. Certent nunc singuli ad vtriusque honoris amplissimam dignitatem, vt accipiant coronas, vel de opere candidas, vel de passione purpureas: in cælestibus castris & pax, & acies habent flores suos, quibus miles Christi ad gloriã coronetur.* Qui præ magnitudine dulcedinis inte- C rioris, quam pugnanti, luctantique contra acerbitates afflictionum pro Christo suo, illi gratia ipsius Christi Domini suggerit, omnes in martyrio contemnit dolores, ac si eos omnino non sentiret, vt in S. Maximo, pro Christi Domini religione, Ecclesiaque constantissimè sæuissima tolerante experientia docuit, qui in eculeo suspensus, grauibusque cruciatibus agitatus, proconsuli tyranno dicenti. [q] *Iam cerne stultitiam tuam, & sacrifica, vt vitam lucreris.* Respõdebat. *Lucrabor planè vitam si non sacrificauero: nam si sacrificauero, perdo eam. Mihi verò nec fustes, nec vngula, nec ignes tui vllum adferunt dolorem, quia in me manet gratia Christi.* S. Ambrosius de generosis, verisque Catholicis exilium, bonorum iacturam, aliasque aduersitates pro Catholicæ fidei, contra execrabiles Arianorum blasphemias assertione, prote- D ctioneque sub Imperatore Constantio, contagione impietatis Arianæ sordidato, & intoxicato magna cum alacritate patientibus in epistola ad Episcopum Vercellensem hæc inter alia dicebat. [r] *Errauerunt toto orbe, & nihil habentes, & possidentes omnia, quocunque missi essent, locus deliciarum putabatur. Neque enim illis quicquam deerat, quibus fides locuples abundabat. Denique locupletabant alios ipsi inopes ad sumptum, opimi ad gratiam. Tentabantur, sed non mortificabantur: in ieiunijs, in laboribus, in custodijs, in vigilijs. Euaserunt de infirmitate fortes: non expectabant deliciarum illecebras, quos saginabat fames; non aduerebant eos torrida æstatis, quos refrigerabat æterna spes gratiæ. Non frangebat glacialis plagæ frigiditas, quibus feruens spiritu vernabat deuotio: Non verebantur vincula hominum, quos Iesus soluerat, non desiderabant redimi à morte, qui præsumebant à Christo resuscitari.*

a Rom. 8. v. 38

3 Pars. *Priora confirmantur. iusti sum Christo Domino, & pro eius gloria regnoque spirituali, & temporali præliantes dum vincuntur ab hostium crudelitatibus, & oppressionibus patiendo vincunt hostes, & de illis triumphant.*

b Tertull. in Apolog. c. 49 & c. 5.

c Tertul. ad Scap.

d Tertull. ad Martyres.

e l. 4. contra Marcionem.

f S. Clemens l. 3 constit. c. 17.

g S. Dion. c. 7. de diu. nom.

h S. Iust. martyr. apol. 1. & 2.

i Clem. Alex. l. 4. strom.

k S. Cypr. de laud. martyrij.

l S. Aug. de ciuit. multis in locis.

m Niceph. l. 5. c. 26. 27. 28. 29. hist. l. 7. c. 6. 7. 8.

Orig. contra Celsum.

Christiana religio etsi varijs agitata persecutionibus, Christi tamen virtute mundum foeliciter subiugauit.

n In actibus Flauiani Martyris sub Valeriano & Galieno Imp.

o In actis S. Polycarpi.

p S. Cypr. ep. 9. in fine. *Floret, & triumphat Ecclesia Sancta agonibus, & morte filiorum pro sponso suo.*

4 Pars. *Præ magnitudine interna dulcedinis à Christi gratia profecta nihil sunt tormenta externa iustis pro Christo patientibus.*

q In actis S. Maximi martyris apud Surium tom. 2. die 30. Apr.

Patientes pro Christo deum firmitatibus humanis fortitudinem, & de pœnarum, bonorumque iacturis veras trahunt diuitias.

r D. Ambros. ep. 7. ad Vercellens. Episc.

Prodigia calamitatū indicio propter oppressos à Traiano Christianos sibi illis prædixerunt, quæ imperio acciderunt.

a Dio. Coss. in Rom hist. sub Traiano.

Tyranni, hæretici, schismatici, & alij Catholicæ Religionis hostes, per locustas significati...

Tyranni, hæretici, schismatici, & cæteri impij Dei hostes vincuntur, dum iustos opprimunt.

b Apoc. c. 9. 2. Pars.

Impij Babylonia ciues, hostes Dei ciuitatis hanc affligendo non vincunt, sed miserè vincuntur.

trna, atque fulgura arcus ingens in cælo visus est, A *tempestas & grandines immensæ: præterea (quod monstro simile existimatum est) quoties Romanus cum hoste manus conferret, ictu fulminis auertebatur. Orta subito muscarum vis edulia, & pocula insidens fœdo tactu cuncta Romano grauia, & molesta faciebant. Egrediens inde Traianus morbo primum tentatur.* &c. Non sine mysterio, nec sanè vulgari Sancto[b] Ioanni extra se à Spiritu sancto in extasi sua sublimato *coronæ super capita locustarum auro similes ostensæ sunt* in signum victoriæ. Sed cuius victoriæ? Inanis omnino, vanæ, imaginariæ, perniciosæ victoribus, & plusquam Cadmææ. Quod per coronas non aureas, sed auro similes, facie tenus, sub imagine falsa repræsentatur. Siquidem tyanni, hæretici, schismatici, aliique Catholicæ Religionis hostes, per locustas significati, dum omni persecutionum, iniuriarumque genere Ecclesiam Dei, eiusque filios fideles, vereque Ca- B tholicos opprimunt, dum Sedem Apostolicam iniuriosissimè calumniando vexant, dum Sanctitatem Principis monarchici in Ecclesia Dei Christi Domini Vicarij, Regumque Catholicorum maiestatem calumniis, opprobriis, rebellionibus, conuitiis, armatisque furoribus adoriuntur, nullum alium de tot sudoribus, laboribusque sacrilegis fructum, quam suæ salutis interitum, exitiumque reportant. Vnde illis victis persequendo, & affligendo, ad iustos hostibus & persecutoribus suis patiendo superiores victoria salutaris, triumphusque conuertitur. Quo spectat illa Apostoli gratiarum actio,[c] *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu.* Iusti autem Dei ciuitatis habitatores pro Christo pugnantes dupliciter de hostibus Dei, suisque triumphant disputatione hære- C ticos, schismaticosque superando, tyrannos Ecclesiæ oppressores, persecutoresque patientia, constantiaque domando. Addam & tertium vincendi modum pius, Catholicisque Principibus peculiarem, nempe impios Babyloniæ ciues Ecclesiæ Dei, Christianæque Reipublicæ perniciosissimos iustarum legum districtione comprimendo, armorumque robore hostes feroces, superbosque debellando. Sic[d] Esau à fratre suo Iacob superatus est. [e] *Certamen dedit illi vt vinceret,* ait Sapiens, loquens ad litteram, de victoria Iacob, quam de fratre suo Esau retulit, quam prædixit Pater Isaac, cùm maiori natu Esau dixit. [f] *Viues in gladio, & fratri tuo seruies.* Victus scilicet ab eo, quibus armis? Patientiæ, & tolerantiæ eius, quibus Patriarcha Iacob reprobi, perditique fratris persecutiones sustinuit, & sustinendo patienter extinxit: & ita de persecutore D fratre victo triumphauit. Sic nefarij Christi [illegible] monarchiæ rebelles, Dei perduelles, iustorum Christi Imperatoris æterni signa sequentium persecutores vincuntur, tunc maximè cùm victores se credunt, iusti verò, generosique militiæ Catholicæ milites tunc vicisse iudicantur, cùm certamine tribulationum victi probantur.

c 2. Cor. 2. v. 14.

Tripliciter iusti Dei ciuitatis ciues impios Babylonis vincunt.

d Genes.

e Sapiens c. 10. v. 12.

f Genes c. 27. v. 40.

g 2. Æneid.

[g] *Quondam etiam victis redit in præcordia virtus, Victoresque cadunt.*

h Tertul. in apolog. c. 49.

De qua iustorum victoria sic Tertullianus. [h] *Prælium est nobis, quod prouocamur ad tribunalia; victoria est pro quo certaueris obtinere. Ea victoria habet & gloriam placendi Deo, & prædam viuendi in æternum. Ergo vicimus cùm occidimur; hic est habitus victoriæ nostræ, hac palmata veste tali curru triumphamus.* Ergo ex aduerso Christiani nominis inimici, diabolicæ tyrannidis assertores, dum iniustè seruos Dei persequuntur, premunt, interimunt: illo suæ persecutionis, impietatisque gladio necantur. Christo Domino Saluatore mundi exercituum Domino eò maiorem contra eos ostendente potentiam, quò maiores illi perditi Babyloniæ ciues, semotesque persecutionum atrociter dimicando tempestates contra iustos illos ipsius dominantium Domini vexilla sequentes excitant.[i] *Tu dominaris potestati maris; motum autem fluctuum eius tu mitigas,* id est, secundùm Sancti Hieronymi expositionem.[k] *Tu dominaris huius sæculi potestatibus, & mitigas tentationes, quas commouent seruis tuis. Ipse est,*[l] *qui graditur super fluctus maris, qui facit Arcturum, & Oriona. Quid maris nomine, nisi sæuientis, & persequentes mundi iustos amaritudo, asperitasque designatur? Super eius tumentes fluctus gradi dicitur, quia cùm se procellæ persecutionis erigunt, miraculorum eius obstupefactione franguntur.*[m] *Quo enim,* ait S. Gregorius, *tumores humanæ vesaniæ mitigat, quasi erectas in cumulo vndas calcat.*[n] Arcturi verò nomine septē stellarum coruscatione fulgētis, ipse sanctus Christi Domini immaculatam sponsam Ecclesiam, septem Spiritus sancti charismatis, donisque, tanquam septem syderibus clarissimè rutilantem his verbis intelligi docuit.[o] *Quemadmodum autem Arcturus semper versatur, & nunquam mergitur: ita Ecclesiæ persecutiones ethnicorum,* & cæterorū Christianæ sanctitatis inimicorum, *Sine cessatione tolerat, sed tamen vsque ad mūdi terminum fine defectu perdurat. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. Suspensura exaltationes maris sunt,*[p] ait S. Augustinus, *Cùm enim irascitur mare suspenduntur fluctus: mirabiles igitur suspensura maris, mirabiles minæ, mirabiles persecutiones. Sed vide quid sequitur, mirabilis in altis Dominus. Turbabatur mare, fluctuabat nauicula, venit Dominus, ambulans super mare, pressit fluctus. Super mare enim ambulans, id est super capita istorum fluctuum magnorum, spumantium, quoniam potestates, & reges crediderunt, & subiugati sunt Christo.* Vnde bene, feliciterque cessit illis, quòd sic à Christo Deo victi, superatique fuerint, salutari Euangelici gladij vulnere percussi. Alij verò misere, infeliciterque iustos persequendo, manumque Dei viuentis super se eleuatam agnoscere nolendo domiti sunt, atque in profundum calamitatis æternæ deiecti, dum contra Dei electos eleuarentur. Vnde illa diuinæ misericordiæ, auxilij que S. Pauli cum gratiarū actione cōfessio, & agnitio.[q] *Gratias,* inquit, *Deo, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum.* Per cuius virtutem ipse omnium aduersitatum huius mundi se victorem agnouit, & confessus est. Qui postquam dixisset.[r] *Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? An angustia? An fames?* &c. Adiunxit hæc. *Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos,* &c. In Græco loco verbi, *superamus,* est ὑπερνικῶμεν, id ait, *plusquam superamus.* In quæ verba Sanctus Chrysostomus[s] ait. *Hoc mirabile est quòd non superamus solùm, sed plusquam superamus, per ea ipsa quæ patimur, & habuit plusquam victoriæ de persecutoribus suis, & inimicis Dei ex aliis*

Quò maiores impij in iustos persecutionum tēpestates excitant, eò maiorem Christus Dominus ad eas comprimendas potentiam pro suis ostendit.

i Psal. 88 v. 10.

k Hieron. in psal. 88. v 10.

l Iob. cap. 9. v. 8.

m S. Greg. l 9. moral c. 5. v. 7

n S Greg l 9. moral. c. 6.

o S Greg ibid c 7.

Psal. 92 v 4.

p S Aug. in psal. 92.

q 1. Cor. 15. v. 57.

r Rom c 8 v. 35.

Cur iusti per virtutē Christi hostes Dei, suosque dicuntur plusquam superare.

s S. Chrysost. homil. 15. super epist. ad Rom.

rationibus, hæc minimè contemnenda esse creditur, nempe certitudo victoriæ tanta, ac si ea iam esset acquisita, parataque iusto sine vlla dubitationis anxietate. Qualem securitatem, certitudinemque habebat ille Apostolus, qui dicebat. [a] *Certus sum enim, quia neq; mors, neque vita, neque angeli, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.* Vt igitur apertiùs ostendamus impios fidelium Dei seruorum persecutores dira sua feritate, qua illos perdere, contendunt, seipsos destruere, atque perdere: satis erit demonstrare, iustos persecutionem, propter iustitiam, fidem, charitatem, aliasque Christianas virtutes constanter, patienterque tolerantes, percussores suos vincere, deque illis victis gloriosè triumphare. Hæc enim duo coincidunt, & secunda huius capitis pars hoc modo cum tertia confunditur. Vt igitur copiosiùs priora confirmantes de subiugatis Dei hostibus iustorum imperio, dum suis illos pressuris immanibus, iniuriisque discruciant, nulla ratione dubitemus: clarissimè demonstrandum nobis est iustos omnes assiduè sub galea charitatis, lorica iustitiæ, scuto fidei, gladio verbi Dei, omnique armatura Dei sudantes, sub Christo Domino militantes, pro eius gloria, proque duplici regno, illius in Ecclesia Catholica fundato diuinitus, atque radicato generosè, fortiterque dimicantes, tunc Dei, suosque aduersarios, athletas dæmonis insanos maximè debellare, cùm ab illis vehementiùs affliguntur: victoria potiri cùm plurimas ab illis ærumnas immissas forti, constantique animo tolerant, tolerando dissipant, & eneruant: illos denique victos in triumphum gloriosè ducere, dum voluntariè mortem in huiusmodi aduersitatum prælijs vita corporis non animo cadentes, pro Christi sui Ducis, & Imperatoris æterni gloria paciscuntur. [b] *Sic vincimus, cùm occidimur*, aiebat Tertullianus, *&* *euadimus, cùm obducimur.* Qui propterea Scapulam proconsulem sæuissimum Christianorum tortorem ita constanter affabatur. [c] *Absit vt indignè feramus ea nos pati, quæ optamus, aut vltionem à nobis aliquam machinemur, quam à Deo expectamus; tamen doleamus necesse est, quòd nulla ciuitas impunè latura sit sanguinis nostri effusionem.* Similia habet in [d] exhortatione ad Martyras, & contra [e] Marcionem. Sancti Patres antiquiores illo [f] Clemens Romanus, [g] Dionysius Areopagita, [h] Iustinus Martyr, [i] Clemens Alexandrinus, & illo posteriores [k] Sanctus Cyprianus, [l] Augustinus, & alij apud Nicephorum Calistum hanc veritatem suorum testimoniorum calculis, sententiisque confirmarunt. Ita Christiana religio, Ecclesiaque sancta Christi Domini, illius virtute freta, auxilioque fulta, etsi varijs vndique persecutionum agitata procellis sibi mundum salutari victoria subiugauit, triumphato iura salutaria dedit, legesque sempiternæ felicitatis imposuit. Quod euidenter Celso gentili Philosopho sic Origenes indicauit. [n] *De Christianis quid erit dicendum? Quorum doctrinam Romanorum Senatus, Imperatoresque vt quisque successerat, & milites ipsi, & populi, & credentium necessarij impugnando tam acriter interpellarent, vt proinde victa istorum fortè succubuisset insidijs: ni diuina virtute emergens superior adeo extitisset, vt terrarum orbem, etsi insidias*

a Rom. 8. v. 38

3. Pars. *Priora confirmatur. iustos cum Christo Domino, & pro eius gloria regnoque spirituali, & temporali prælianteis dum vincuntur ab hostium crudelitatibus, & oppressionibus patiendo vincunt hostes, & de illis triumphant.*

b Tertull. in Apolog. c. 49 & c. 5.

c Tertul. ad Scap.

d Tertull. ad Martyras

e l. 4 contra Marcionem

f S. Clemens l. 3. consti. c. 17.

g S. Dion. c. 7. de diu. nomi.

h S. Iust. martyr. apol. 1 & 2.

i Clem. Alex. l. 4. strom.

k S. Cype. de laud. martyrij.

l S. Aug. de ciuit. multis in locis

m Niceph. l. 5 c. 26. 27. 28. 29. hist. l. 7. c. 6. 7. 8.

n Orig. contra Celsum.

A *molientem perniceris.* Vnde Sanctus Flauianus, paulò antequam suæ temporalis vitæ finem martyrij gloria coronaret in exhortatione ad gentes, vt ad Christi Dei veri fidem, religionemque conuerterentur, dicebat, [o] *generosos Christi mundi Saluatoris athletas tunc verè viuere cùm occiduntur, nec vinci morte, sed vincere.* Suis namque pro sua gloria agonizantibus astat propitius magna cum profusione virtutis, atque gratiæ Christus princeps Regum terræ, vt in tormentis pugnisque dolorum in stadio mortis carnifices suos patiendo, atque delectabiliter pro vita sua Christo Deo moriendo vincant. Testis illa vox de cœlo missa diuinitus à S. Polycarpo ad martyrium generosissimè properante, campumq; pugnandi cũ morte, duris laboribus ingresso audita. [o] *Fortis esto Polycarpe, & excelso animo rem gere.* Quod considerãs, firmiterque credens S. Cyprianus in B medijs persecutionum ardoribus à Deo consolatus in eius epistolæ fine, qua ad pugnas & certamina, pro Christi Domini gloria, fideque protegẽda cum morte, tormentisque lethalibus ineunda fideles sui gregis populos hortabatur, sic in aduersitate lætus exclamat. [p] *O beatam Ecclesiam nostram, quam sic honor diuinæ dignationis illuminat! quam temporibus gloriosus martyrum sanguis illustrat! Erat ante in operibus fratrum candida, nunc facta est in cruore martyrũ purpurea! Floribus eius nec lilia, nec rosa desunt. Certent nunc singuli ad vtriusque honoris amplissimam dignitatem, vt accipiant coronas, vel de opere candidas, vel de passione purpureas: in cœlestibus castris & pax, & acies habent flores suos, quibus miles Christi ad gloriã coronetur.* Qui præ magnitudine dulcedinis interioris, quam pugnanti, luctantique contra acerbi- C tates afflictionum pro Christo suo, illi gratia ipsius Christi Domini suggerit, omnes in martyrio contemnit dolores, ac si eos omnino non sentiret, vt in S. Maximo, pro Christi Domini religione, Ecclesiaque constantissimè sæuissima tolerante experientia docuit, qui in eculeo suspensus, grauibusque cruciatibus agitatus, proconsuli tyranno dicenti. [q] *Iam cerne stultitiam tuam, & sacrifica, vt vitam lucreris.* Respõdebat. *Lucrabor planè vitam si non sacrificauero: nam si sacrificauero, perdo eam. Mihi verò nec fustes, nec vngula, nec ignes tui vllum adferunt dolorem, quia in me manet gratia Christi.* S. Ambrosius de generosis, verisque Catholicis exilium, bonorum iacturam, aliasque aduersitates pro Catholicæ fidei, contra execrabiles Arianorum blasphemias assertione, prote- D ctioneque sub Imperatore Constantio, contagione impietatis Arianæ sordidato, & intoxicato magna cum alacritate patientibus in epistola ad Episcopum Vercellensem hæc inter alia dicebat. [r] *Errauerunt tota orbe, & nihil habentes, & possidentes omnia, quocunque missi essent, locus deliciarum putabatur. Neque enim illis quicquam deerat, quibus fides locuples abundabat. Denique locupletabant alios ipsi inopes ad sumptum, opimi ad gratiam. Tentabantur, sed non mortificabantur: in ieiunijs, in laboribus, in custodijs, in vigilijs. Enaserunt de infirmitate fortes: non expectabant deliciarum illecebras, quos saginabat fames; non adurebant eos torrida æstatis, quos refrigerabat æterna spes gratiæ. Non frangebat glacialis plaga frigiditas, quibus feruenti spiritu vernabat deuotio: Non verebantur vincula hominum, quos Iesus soluerat, non desiderabant redimi à morte, qui præsumebant à Christo resuscitari.*

Christiana religio etsi varijs agitata persecutionibus, Christi tamen virtute mundum feliciter domuit.

o In actibus Flauiani Martyris sub Valeriano & Galieno Imp.

o In actis S. Polycarpi.

p S. Cypr. ep. 9. in fine. *Floret, & triumphat Ecclesia Sancta agonibus, & morte plurium pro sponso suo.*

4. Pars. *Præ magnitudine interna dulcedinis à Christi gratia profecto nihil sunt tormenta externa iustis pro Christo patientibus.*

q In actis S. Maximi martyris apud Surium tom. 2. die 30. Apr. *Patientes pro Christo deconfirmitatibus humanis fortitudinem, & depenarum, bonorumque iacturis veras trahunt diuitias.*

r D. Ambros. ep. 7. ad Vercell. Episc.

A Cognouit ethnicus Philosophus de moralibus virtutibus, non indecorè sentiens, [a] *Sapientem nũquam sine gaudio esse: gaudium verò hoc non nasci nisi ex virtutum conscientia: nec vllum posse gaudere nisi fortem, nisi iustum, nisi temperantem.* Quid mirum si fortes, strenuosque Christiani milites exercitus, Christi Domini virtute confortatos, pietate Catholica corroboratos, in laboribus, pressurisque, certando contra Babyloniæ ciues, diaboli satellites, assiduis, vera gestire lætitia, vincendo veraciter asseramus? Si eum philosophum de ore suo eximium illud acroama fundantem grauiter audiamus. [b] *Sola virtus præstat gaudium perpetuum, securum: etiam si quid obstat nubium, modo interueniunt, quæ infra feruntur, nec vnquam diem vincunt.*

a Seneca ep. 59. *Verũ gaudiũ ex conscientia pura.*

b Seneca ep. 27. *Sola virtus præstat gaudiũ verum, & perpetuum.*

B Cur strenuos, generososque Catholicæ militiæ pugiles, charitate Christiana, cæteris comitata virtutibus emicantes, assiduis cõtra diabolum, eiusque ministros certaminibus pro defensione Catholicæ religionis, proque tam spiritualis monarchiæ tuitione, quam sæcularis assuefactos, cum certitudine securos, lætantesque de hostibus Dei triumphum præstolari mirabimur? Alius dicebat de gente pagana philosophus, [c] *Honestas, & virtus proprium iubar, magnamque lucem habet in animo, & gaudium domesticum parit.* Cur Sanctos Christi milites, veros Dei ciuitatis incolas, atque custodes, dum foris ab ingruentibus vndique calamitatibus circundantur, nunquam pro Christo, Ecclesiaque sponsa eius, fidelium matre sanctissima pugnæ campum, stationemque deserentes, internis saturari gaudiis, puris que exultare iubilationibus confiteri verebimur? Et cùm paganus alius Romanæ vertex eloquentiæ non immeritò dixerit. [d] *Si optimorum consiliorum, atque factorum testis in omni vita nobis conscientia fuerit sine vllo metu summa cum honestate viuemus.* Cur eosdem iustos sanctissimæ religionis, Catholicæque pietatis obseruantissimos, *quorum* [e] *gloria* cum Apostolo *bona conscientiæ testimonium est*, stantes semper in armis contra vitia, pro virtutibus, contra diabolum, pro Christo, contra synagogas Satanæ, pro Apostolica sede, contra hæreses, & schismata, pro Catholica religione, non modò cùm temporaliter viuunt, sed etiam cùm corporaliter moriuntur, alacres, & lætos, beatosque nominare dubitabimus? Denique, cùm de iusto morali dictum sit à Poëta.

c Plutarch opusc. de cupiditate.

d Cicero Orat. pro Cluent.

e Cor. 2. c. 1. v. 12.

D
> [f] *Si fractus illabatur orbis,*
> *Impauidum ferient ruinæ:*

f Horat. l. 3. odar. 3

quid diabolus inferni militiæ princeps cum legionibus dæmoniorum, cum hominum perditorum cohortibus, Sanctis illis prælia Domini præliantibus pro Ecclesiæ, Christianæque monarchiæ muro certantibus terrori esse poterit? *qui siue viuant, siue moriantur, se cũ Domino suo Saluatore mundi* certissimè semper esse confidũt? Vno verbo, vt cùm magno Doctorum magistro concludam. [g] *Virtus Christiana quantò melior, atque sublimior, tantò firmior, & inuictior est*, tantoque victoriis, atque triumphis aptior.

g Aug. l. 1. de libero arbit. c. 10. rom. 1.

CAPVT X.

Parit sibi triumphum Ecclesia, Dei cunctis subactis, superatisque hostibus, suorum filiorum virtutibus, quibus illi à Christo Domino tanquam armis induuntur.

1. *Diabolus cur draco, & rex Babylonis dicitur, à iustis mystica Hierusalem ciuibus Christi signa portantibus superatus.*
B 2. *De variis virtutibus, quibus iusti, Catholicique Ecclesiæ sanctæ filij sacræ vnionis, atque inter vtramque Monarchiam fœderis salutaris religiosi cultores illustrantur ad victoriam.*
3. *Quæ virtutes opposita vitia in diabolo, eiusque ministris vincunt, atque destruunt.*



A Principio libri præsentis toto superiorum capitum discursu, vsque ad hoc caput decimum, quãtas haberet vires sacra, intemerataque inter spiritualem, & sæcularem monarchiam pacis, charitatisque confœderatio ad expugnandos dæmones, C eorum exercitus, atque potestates omnes solidè, fortiterque perfringendos, pluribus, variisq; tractatibus beneuoli, prudentisque lectoris intelligentiæ submittere curauimus. Nunc ad maiorem harum vnionis sacræ virium comprobationem operæpretium facturi duximus, si omnes diabolicæ tyrannidis, Babylonicæque dominationis vires elidi, potentias eneruari, furoresque funditus exterminari, virtutibus fidelium ciuitatis Dei ciuium, fortissimorumque Christi Domini exercitus athletarum in hac sacra vnione radicatis, atque fundatis ostenderimus. Quæ maximè in deuotè, religiosèque Romano Pontifice spiritualis monarchiæ Principe colendo, eique in omnibus quæ spiritualia tangunt, obediendo conspiciuntur, sicut in honorãdo, & amãdo debita reuerentia, atque dilectione, sæculares principes, Catholica religione conspicuos, tantò D puriùs, & honestiùs, quantò religiosiùs, & sanctiùs monarcha spiritualis Christi Domini vicarius ab illis Ecclesiæ sanctissimæ filiis honoratur, & amatur. Iste filiorum superbiæ rex diabolus in Babylonia ciuitate sua ab indomitis illis Ecclesiæ filiis mortem, aliaque pericula, pro Christo Imperatore suo timere nesciis vincitur, atque triũphatur: in qua moratur, præsidet, suæque tyrannidis, dominationisque lætiferæ, & execrabilis præsidia locat. Qui propterea draco sæpiùs in sacris oraculis nominari solet: [a] quod dracones latibula sua circa turrim Babylonicam figere dicantur, eiusque loci aërem venenato halitu incestare, quem circumuolant. Ita diabolus, & angeli eius hanc miserrimam Babyloniam confusionis, perditionis, animorumque sceleratiorum perturbationis damnatæ ciuitatem ad interitum humani generis inhabitat, quam fecit, & infecit: illius habitatores

Diabolus draco dicitur multis de causis, sed præcipuè quod sicut draco circa Babylonicã turrim, sic diabolus in Babylonia mystica inhabitat.

a Plin. lib. 37. c. 10.

vita nefaria perditos dentibus suis, id est sceleribus, vitiisque lacerare, interficere, mactare, & inferni manibus, dirisque immolare furens exardescit. Ob eamque causam rex Babylonis diabolus appellatur: quod eleganti, mysticoque discursu sanctus Gregorius illustrat: dum exaggerans immanitatem omni barbarie, ferinaque sæuitie crudeliorem regis Babyloniæ Nabuchodonosor Sedechiæ Regis Iuda filios obtruncari ante ora patris, eiusque oculos postea erui, & excæcari præcipientis, vt [a] Hieremiæ 39. commemoratur, hæc ait. [b] *Rex Babylonis filios Sedechiæ in oculis eius, & omnes nobiles Iuda obtruncat, oculos quoque Sedechiæ eruit: rex Babylonis est antiquus hostis possessor intimæ confusionis: qui prius filios ante intuentis oculos trucidat: quia sæpe sic bona opera interficit, vt hæc se amittere ipse qui captus est, dolens cernat, & ad hoc quandoque eo peccati vsu perducitur, vt ipso quoque rationis lumine priuetur. Vnde rex Babylonis extinctis prius filijs Sedechiæ oculos eruit, quia malignus spiritus subductis prius bonis operibus, post & intelligentiæ lumẽ tollit.* Ex interfectis à se spiritu, mentis, animique lumine priuatis corpore viuentibus in summa peruersitate, & errore versatis sui copias, phalangesque exercitus conflat, ex hisque legiones inferni cumulat, & auget: quibus contra Deum, & Christum eius, contra immaculatam Ecclesiæ sanctæ ciuitatis Dei militiã magnis, fortibusque virtutibus instructam, acies erigat, diuersis armatas vitiis, vt potentius, effrenatiusque Dei viuentis exercitus pugnaturus adoriatur. *Sed sicut non est concilium contra Dominum,* sic & nulla vis contra eius exercitum. Qui suos variis, sublimibusque virtutibus armat, vt sine magno sudore, longoque certamine omnes huius tyranni, animarumque tortoris copias viresque dissipet, & extingat. Statio fida, campusque pugnæ hæc sancta Dei ciuitas est, intra quam inclusi operum merito bonorum fideles strenuè, generoseque dimicantes nullis vinci ab hostibus, nec victoria cadere possiunt, sed omnes talibus armati virtutũ præsidijs hostes suos, diabolum, & eius nequitiæ cohortes, ministrosque funditus exterminant, de illis summæ palmam victoriæ reportantes. Dum caput huius diaboli in septem alia diuisum capita, quæ sunt omnia peccata mortalia suarum virtutum gladio præcidunt, & amputant, vnde magnis Christi Domini athletis honos, decus, gloriaque comparatur, & accressit. Mysteriorum naturæ venatores, & præter eos magni, eruditique patres antiqui preciosum lapidem, qui Draconites vulgo dicitur, ex cerebro draconis extrahi commemorant, vt Tertullianus. [c] *Aiunt,* inquit, *de frontibus draconũ gemmas erui, sicut & in piscium cerebris lapidositas quadam est: Hoc quoque deerat Christianæ, vt de serpente cultior fiat: sic calcabat diaboli caput, dum de capite eius ceruicibus suis, aut ipsi capiti ornamenta struis.* Ille verus, preciosusque lapis, ex amputato diaboli capite extractus, palma gloriæ, qua iusti illi, Catholici Ecclesiæ sanctæ, Christique Domini milites sibi, superando, domandoque diabolum, & exercitus eius acquirũt. Quæ gloriæ gemma in hoc valde ab illo lapide draconite precioso distinguitur: quod hic draconites [e] poliri non possit, omnemque poliendi ornandique se artem respuat: at verò preciosa illa gemma, lapisque gloriæ maximi precij magis, magisque poliri potest, multumque pulchritudinis, & ornatus illi potest addi, & aduenire. Quoties enim diabolus, tetrique eorũ exercitus abominandis armari sceleribus, iustorum bonis operibus, virtutibusque superantur, toties gemma illa gloriæ formosior, preciosior; elegantiorque politiore forma redditur. Virtutes verò fortissimorum illorum Christi Domini summi Imperatoris athletarum, quibus omne genus dæmoniorum superatur, & vincitur, quæ sacram, beatamque inter ambas Christi Domini monarchias, sanctæ pacis, & charitatis vnionem inuiolatè conseruant, illæ sunt præcipuæ fides pura, atque Catholica, 2. obedientia sincera, præfectis vtrique principatus secundum Deum regnantibus exhibita, à qua concordia, paxque bona in cœtus Christianos, Catholicosque deriuantur: 3. æquitas in ardua moderando: 4. iustitia *in reddendo quæ sunt Cæsaris Cæsari & quæ sunt Dei Deo:* 5. compassio de aliena miseria, & succurrens afflictis, oppressisque misericordia: 6. charitas in benefaciendo proximis propter Deum: 7. aperta benignitas non simulata, atque in dictis, factisque fidelitas. Quæ quidem virtutes suam ad vincendum omnes Dei hostes, diaboli ingressos exercitum, atque castra, cum ipso diabolo, à cruce Domini fortitudinem, robur, viresque deducunt. Propter quod dicit Diuus [f] Augustinus. *Attende saltem gloriam crucis ipsius: iam in fronte Regum crux illa fixa est, cui inimici insultarunt. Effectus probauit virtutem, domuit orbem, non ferro, sed ligno.* Ad exaltationem illarum virtutum omnis potestatis aduersæ, Deóque inimicæ victricium, & ad earum præconium sublimius, huc nõ incongruè mystica illa reuocari possunt, quæ Philo Iudæus de virtutibus, quas Dei vocat exercitus in hæc verba memoriæ prodidit. [g] *Exercitus Dei virtutes sunt propugnatrices piarum animarum, quas vt deuictum hostem viderint, conuenit pulcherrimum, & decentissimum hymnum datori victoriæ Deo canere; itaut duo chori, alter è virili, alter è muliebri coetu è diuerso stantes, alterni sibi carminibus respondeant. Ductabat autem virorum chorum Moyses, intellectus perfectus: mulierum verò Maria, sensus purificatus. Iustum enim est intelligibiliter, ac sensibiliter* (scilicet corpore, & animo) *Deo hymnos, laudationesque dici, & vtrumque instrumentum continuè pulsari, tam intellectum, quàm sensum, in solius seruatoris Dei honorem, & gratiarum actionem: illud certè littorale carmen canunt omnes viri, non tamen mente cæca, sed acutè cernente Moyse eorum præcentore; canunt & mulieres ad veritatem lectissima virtutum ciuitati ascriptæ, Maria carmen præeunte. Hymnus autem idem à choris ambobus canitur epodon mirabilem habens, quem decantari pulchrum est, sic enim se habet.* [h] *Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare.* Talis sanctarum, Christianarumque virtutum, vel potius piarum Catholicarum, animarum his diuinis armatarum virtutibus Deo Christoque Domino Sabaoth hymnum gloriæ, in gratiarum actionem, suauissima deuotione modulantium exultatio, atque iubilatio mirabilis, ob victoriam de Pharaone illo inferni, regionisque tartareæ rege diabolo, & de exercitu eius, dæmonibus, nefandisque terræ peccatoribus constante, ex illisque conglomerato, ab illis admirabili Dei adiutorio reportatam: furentibus atque diu, multúmque scelestibus peccatorum, impiorumque Babyloniæ ciuium magnò cum impetu, rabidoque

Diabolus cur Babyloniæ Rex dicitur.

a Hierem. c. 39. v. 6
b Greg. l. 7. moral. c. 16.

Iusti sub Christi Dei vexillo pugnãtes omnes diaboli exercitus viresque superãt Christianis armati virtutibus.

Plin l. 37. c. 10 sic pulch.

c Tertull. l. de habitu mulieris c. 6.

Draconites lapis ex cerebro draconum.

e Plin loco citato.

2. Pars. Bonorum Catholicorum virtutes, quibus dæmoniorum superantur exercitus in ciuitate Dei diuinum munita præsidium quæ.

f D. August. in Psal 54.

g Phil Iud. l. de agricult. in hunc 15 Exodi locũ equũ & ascensorẽ proiecit in mare.

Virtutes sunt Dei exercitus & arma simul, sicut vitia exercitus diaboli

h Exod 15.

Piæ Catholicorum animæ virtutibus armatæ Hymnũ gloriæ Deo canunt ob victoriam de hostibus eius, illius adiutorio partam.

3 Pars. Quæ sunt vitia diaboli exercitus armantia.

renitentibus, & renitendo frustra licet, effrænate dimicantibus. Quænã verò scelera, atque crimina sint, quibus diabolus, & exercitus eius aduersus sanctam Dei ciuitatem ferociter armantur, illa sunt, quæ tanquam præsidia in ciuitate Babylonis à diabolo collocantur, propter quæ totam illam confusionis, abominationisque ciuitatem, cum omnibus reprobis ciuibus eius à sedibus imis effundi in ruinam à Deo regius propheta poposcerat, votisque sic orando contenderat. [a] *Præcipita, Domine, diuide linguas eorum, quia vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate* (scilicet diaboli) *mundique corrupti. Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia. Et non defecit de plateis eius vsura, & dolus.* Tot sunt vitia perditorum in hac ciuitate diaboli in custodiam, præsidiumque à dæmoniorum principe collocata, quot virtutes incolarum Dei ciuitatis sub signo Christi Domini generosè, viriliterque dimicantium supra recensuimus. Quorum primum est perfidia, fidei primæ virtutum prædictarum opposita, à regio vate iniquitas appellata: cuius appellationis causam reddit sanctus Augustinus, dicendo. [b] *Si iustus est, qui ex fide viuit, iniquus est, qui non habet fidem. Quod ergo hic ait, iniquitatem, perfidiam intellige.* Secundum vitium, quod diaboli armaturas ingreditur, est rebellio superba, seu arrogantia rebellis contra Deum, & aduersus principes ab eo in vtraque politia spirituali, & seculari constitutos, sanctique inter eos principes, Dei Christique Domini in orbe Christiano ministros fideles, Catholicosque fœderis osores. Quod viuum psaltes [c] regius contradictionis nomine nuncupauit. Cuius vitij perfidiæ munchitaoo putrescẽtes peccatores difficile est ad Dominum, licet inspirationibus interius, externisque monitis pulsatos assiduè, redire. Vnde illa Christi Domini pendentis in cruce apud prophetam grauis expostulatio. [d] *Expandi manus meas tota die ad populum incredulũ, qui graditur in viã nõ bona post cogitationes suas: Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper.* Propter rebelliones, cõtradictionesque suas mihi. Quæ verba exponens sanctus Augustinus. [e] *Videbat, inquit, Dominus in ciuitate* (scilicet Babylonis, corrupti mundi) *iniquitatem, & contradictionem, & extendebat manus suas ad populum non credentem, & contradicentem: & tamen ipsos expectans dicebat.* [f] *Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.* Et licet potentissima, & efficacissima ex se illa Saluatoris mundi fuerit oratio, non eos tamen impios ad se conuertere potuit, vt saluarentur ab animi sui languoribus: qui perfidi minimè credebant, & rebelles, superbissimi ipsi contradicebant. Horum impiorum reliquiæ sunt monarchomachi, qui miserè credendo non credunt, perfidia cæcati, tantam à Christo Domino vicario suo, suæque visibili Ecclesiæ principi concessam esse super omnes fideles in Ecclesia sua potestatem, indeque sacram illius maiestatem fastidientes, seculares principes suos integra, puraque fide fulgentes arroganti supercilio contemnunt, atque vtrisque principibus, spirituali, & temporali pleno rebellionis murmure, conatuque contradicunt. De quibus ista Diuus Augustinus intelligit. [f] *Adhuc sanè reliquiæ sunt nunc, illius ciuitatis* (Babyloniæ scilicet in qua iniquitas, nempe perfidia, & contradictio regnant.) *Adhuc contradicunt de frontibus omnium.*

a Psal. 54. v. 9. 10. 11.

Primum peccatum perfidia.

b S. August.

2 Superba, turbulentaque rebellio dicta cõtradictio.

c Psal. 54. v. 9.

d Esai 65. v. 2. & 3.

e S. August. in psal. 54. v. 9.

f S. Luc. 23.

Monarchomachi sunt reliquiæ Iudæorum, gentiliũque populorũ Christo D. in cruce pendente non credentiũ, & contradicentium.

f D. Aug. ibi.

Modò extendit (scilicet Christus Dominus non plus in cruce pendens, sed in cœlo regnans) *manus ad reliquias non credẽtes, & contradicẽtes.* Quæ contradictio, rebellioque discordiæ omnis vndiqueque mater esse perhibetur: A quibus tot mala tanquam à furiis infernalibus nascuntur, & erumpunt, vt in earum detestationem Magnus ille Constantinus his vehementer indignatus exclamauerit. [g] *O rem absurdam! Vah! quantę quotidie calamitates per inuidiam* (discordiamque) *omnia misceentẽ existunt! Vnde fit vt populus Dei infamia laboret. Quo igitur iustitia fides recessit? cũ tantarum tenebrarum caligine* (per has furias, scilicet discordiam & inuidiam, à contradictione hac in principes, rebellioneque genitas) *obuoluamur? Neque id tam ex errore, qui multiplex est, quàm malignorum hominum vitiis, dum & pugnatores verecundiæ sustinemus, & eos, qui æquitatem, & veritatem profligant, etiam cùm id sensibus nostris percipiamus, negligendos putemus. Quodnam genus nostræ peruersitatis, si inimicos non reprehendimus, sed latrocinio nos comites damus? &c.* Tertium vitium est iniquitas, seu iniuria summa, in malitiosa iuris diuini, & humani interpretatione consistens, quæ dolo malo diuina, Ecclesiasticaque decreta, ordinationesq; corrompit, & à proprio, germanoque sensu detorta malitiosè adulterat, ne quod à Deo Christo Domino principibus Ecclesiasticis, & laicis concessum est, authoritatis potestatisque deferatur. Vnde Christiani fundi calamitas. Quod vitium in hæreticis, schismaticisque præcipuè tanquam in arce prostitutionis, nequitiæque summę residet, qui tot machinationibus, dolisque malignis, illud quod à Deo constitutum est imperium spirituale, & seculare in Ecclesia sua, quod aperto marte non possunt, destruere, & in planum à sedibus imis effundere conantur. Quartum vitiũ est iniustitia, iustitiæ Christianæ, Catholicæque vehementer aduersa: quæ turpiter viuere, innocentiam lædere, aliena rapere, & suum cuique denegare docet. Cuius contagione fœdantur illi, qui maiestatem Romani Pontificis blasphemando dedecorant: qui imperium illi à Christo datum super omnes fideles, quoad spiritualia, nequiter adimunt: qui turpibus illius sanctitatem conuitiis, calumniisq; maculant; qui sancta illius decreta facto venerari, eaque cum honore suspicere dedignantur. Qui simul malitia, & iniquitate seculares reges, ac principes religiosè Christianis addictos legibus aspernantur, & fastidiosa præsumptione iussis se eorum edictis submittere, ceruicesque incuruare deprecantur. Qui denique tie pace Dei salutari status Ecclesiasticus, & secularis in regno Christi, quod est Ecclesia, potiantur, sacrosanctam inter vtrumque Ecclesiæ Christianæ principatũ, charitatis, & cõcordiæ cõfœderationem totis viribus, conatibusque perfringere, & à fundamentis eruere moliuntur. Quintum vitium est miserorum & inopum oppressio, misericordiæ, & piæ compassioni de aliena miseria grauiter aduersa, qua illi à diaboli ministris sæuissimè vexantur: quam regius propheta *laborem* vocat, sed *laborem* actiue quo vehementer alios, & immaniter opprimunt. [g] *Et labor in medio eius,* inquit propheta, *& iniustitia,* de qua modò dictũ. Labor miserorum iniustitia potentiorum securè, & impunè pauperes, & innocentes opprimentiũ. Sextum est vsura, virtuti charitatis opposita. Sed quæ vsura? Manifesta, & aperta liberè impunita-

4 Tribulationes hæc omnes discordia, rebellio, & inuidia manant, ex quibus tanta mala.

g Ex epist. Constan. M. S. Athanasio data ad omnes Alexandriæ populos apud S. Athan. Apolog. 2.

3. Iniquitas æquitati opposita.

4. Iniustitia qua monarchomachis turpiter, & grauiter infestantur.

5. Oppressio bonorum.

g Psal. 54. v. 10

6. Vsura manifesta.

te proposita grassando substantiam inopum, afflictorumque penuriis omni compassione sublata deuorans. Quod his propheta verbis ostendit.

a Ibid. v. 11.

[a] *Et non defecit de plateis eius vsura, & dolus. Non absconduntur saltem, quia mala sunt*, inquit sanctus Augustinus, *sed publicè famimus*. Ista vsura charitati Christianæ inimica, societatis humanæ fœdera dissoluit. Sed magis illa, quæ appetitu vltionis æstuans acceptas proximo iniurias remittere recusat. Vnde illa sancti Augustini. *Est & alia vsura peior quando non dimittis, quod tibi debetur, & turbatur oculus in illo versu orationis. Dimitte nobis debita nostra.* Hæc vindictæ cupiditas, & vltionis ardor vbique furit in ciuitate Babylonis, visceribus misericordiæ destituta. Septimum, & vltimum vitium est dolus malus, fraus occulta, & insidiosa deceptio, benignitati conspicuæ, atque fidelitati in dictis, & factis aduersa, illique in proditionis armis obsistens. Ad quæ vitia septenario numero comprehensa, cætera cuncta scelera, criminaque reuocantur: quæ in Babylonia mundi perditi, ciuitate diaboli, omnia ferro, flammaque vastando, omnes nefariorum ciuium mentes, animosque diris perturbando iactationibus efferantur. Propterea Dauid Rex secundùm cor Dei iustè religiosèque suo tempore regnans in ciuitate Dei aduersus istam turbulentam, rebellem, seditiosamque diaboli ciuitatem, eiusque ciues abominabiles, Deum verum precibus, obsecrationibusque prouocabat, vt illam cum ciuibus nefariis vltione iusta perderet, suæ diluuio indignationis absorberet; itaque malleo demoliretur, dicens: [b] *Præcipita, Domine, diuide linguas eorum*, id est, *submerge, Domine, & diuide linguas eorum. Submerge. Quare?* Petit Diuus Augustinus. [c] *Quia se extulerunt*, inquit, *in responsione sua*, (scilicet contra Deum, & Christum eius sceleribus multis) *diuide, quare? Quia in malum conspirauerunt.* [d] *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* Quinam illi Reges terræ, & principes? Ministri diaboli, ciuesque Babylonis. Sed quid in vnum conueniendo dixerunt? *Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum.* Scilicet Dei, & Christi eius, ab eoque præpositorum Ecclesiæ, regnisque Catholicis leges, imperiaque rebellione, contradictioneque nostra frangamus. *Turrim illam recordare Domine*, ait sanctus Augustinus, [e] *superborum factam post diluuium quid dixerunt superbi? Ne pereamus diluuio, faciamus altam turrim. Superbia se munitos esse arbitrabantur. Extruxerunt altam turrim, & Dominus diuisit linguas eorum*, &c. Et ita confusi se amplius non intelligentes, euanuerunt in cogitationibus, & manum Dei viuentis in superbiæ opus moliendo, & scelerum suorum contra eum continuando colluuiem, sperantes se vitaturos, in illius acerbitatem pereuntes inciderunt. Tales sunt superbi, & audaces hæreticorum, schismaticorum, libertinorum, aliorumque cognatæ improbitatis peccatorum contra Deum, eiusque Catholicos ministros regiminis tam Ecclesiastici, quàm secularis ab eo præpositos ausus conatusque in turbulenta illa, nefariaque diaboli ciuitate commorantium. Qui in suis rebellionibus, peccatisque perseuerantes, dum

Vsura peior mortuali nolle iniurias acceptas condonare.

7. Dolus & fraus.

Doluit à Deo ciuitatem Babylonis propter sua scelera Dauid prophetarogat.

b Psal. 54. v. 9

c S. Aug. in ps. 54. v. 9.

d Psal. 2. v. 1. 2.

e D. Aug. ibi

A diuinæ indignationis iacula effugere se posse confidunt, subito ab illis insanabili plaga, vulnereque confodiuntur. Qui quia Christum schismate sacrilego diuidere tentarunt, authoritatem Ecclesiastici principatus oppugnando statumCatholicorum principum perturbando, sanctáque inter Ecclesiasticum monarcham, & principes illos seculares, confœderationem dissidiis, odiis, rebellionibusque violare, atque peruertere conando, ab ipso Christo diuisi, maledictioni sempiternæ subiogari meruerunt. Non aliam ciuitatem, quàm Babylonem, synagogam, sedemque diabolicæ tyrannidis habentes, *homines*, vt loquitur Apostolus, *sibi placentes, superbi, tumidi, cupidi, blasphemi, parentibus inobedientes* (parentibus, inquam, non carnalibus modò, sed spiritualibus, ac B publicis, scilicet Romano Pontifici, Regibusque Catholicis) *ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, & voluptatum amatores magis, quàm Dei, habentes quidem speciem pietatis, virtutem verò eius abnegantes.* Et ista talium mundi, diabolique mancipiorum *ciuitas turbulenta est*, inquit [g] sanctus Augustinus, *quæ turrim Babel ædificauerat, atque confusa est*, quæ dicta Babylonia, per innumerabiles gentes dispersa, magnam mundi partem dissidiis, bellis, confusionibus, vitæ turpis, & libidinosæ contagione fœdauit. Sicut contrà, ciuitas Dei pacifica, bene vt castrorum acies ordinata, atque pudica, omnes Catholicos, quos suo fouet gremio, pace, concordia, charitate ordinata, vitæque bonæ puritate, & honestate beatissimè perfundit, conformis salutari Christi Dei C Salvatoris nostri sapientiæ, quæ eam in virga directionis, benignitatis, & misericordiæ regit, gubernat, moderatur. Per quam salutarem Dei sapientiam beata tum domum ciuitas, & qui in ea habitant felices appellantur. Quo spectant illa prophetarum. [h] *Beatus homo, quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum.* [i] *Et beatus homo, qui in sapientia commorabitur.* Et rursus alibi. [k] *Aqua sapientiæ salutaris potabit illum*, scilicet Dominus. *Et bene sapientia Salutaris*, inquit S. Bernardus, [l] *nam sapientia carnis mors est, & sapientia mundo* (quæ Babyloniæ dominatur) *est etiam inimica Deo: sola quæ ex Deo est sapientia salutaris est, quæ secundum Beati* [m] *Iacobi definitionem, primum pudica, D deinde pacifica est: nam sapientia carnis voluptuosa est, non pudica; & sapientia mundi tumultuosa est, non pacifica.* Sed ordinis ratio postulat, vt sequenti capite doceamus has virtutes, de quibus primo loco capitis diximus, in his esse solis, qui secundum Deum, Ecclesiæ vniuersalis principem monarchicum, pastoremque œcumenicum summo venerantur obsequio, indeque simili mentis affectu honorificè puraque dilectione suos principes seculares Christiana puritate nitentes amplectuntur. Sicut è contrario vitiorum, de quibus secundo loco mentionem fecimus, contagione pollui eos Babylonis ciues, qui despicientes sanctitatem maiestatemque monarchicam Romani Pontificis, legitimos principes, seculares Catholicæ sanctitatis fulgore coruscantes, suis prostituentes iniuriis indignissimè tractant, eorum gloriæ imperiisque perniciosè reluctantur.

Descriptio ciuium Babylonium

f 2. ad Tim c. 3

g S. August. ibid.

Miseri qui in Babylone habitant, sicut beati qui in Dei ciuitate.

h Ps. 93. v. 13

i Sap. c. 1.

k Eccles. 14.

l S. Bernard.

m S. Iacob. c. 3.

CAP. XI.

Prædictis virtutibus ornati iusti, in ciuitate Dei merito manentes, dum vniuersalem Ecclesiæ Dei pastorem, spiritualem monarcham summa pietate, & reuerentia colunt, simili suos seculares principes, fide Catholica conspicuos, pietate, seruitioque venerantur; sicut contra vitiis oppositis inquinati, despicientes hunc pastorem, monarchamque spiritualem, Reges quoque suos, principesque temporales de grege Christi Catholico rebelles aspernantur.

1. *Recto naturæ lumine illustrati semper sacerdotibus, eorumque principibus maximum honorem detulerunt; quanto magis gratia luce fulgentes.*

2. *Qui honorant, summoque venerantur obsequio, & amore, vt supremum Ecclesiæ Christi monarcham visibilem, Romanum Pontificem, similiter Reges, principesque Catholicos glorificant, illorum iussis, imperijsque legitimis obedienter, ac voluntaria promptitudine obsequuntur.*

3. *Contra vero Pontificem, Christianorum maximum despicientes, & insano prosequentes odio, Reges suos aspernantur, eorum personas, atque dignitates iniuriosè contemnunt, in eorum imperia, salutemque sceleratè conspirant: vt hæreticorum nostrorum exemplis manifestè patebit.*

4. *Hæretici cur oleastro comparantur, filijs Belial, & Core, Dathan, & Abyron nequiores.*

a Psal. 4. Natura bene reformata sacerdotibus Dei magnos desert principatus, & honores; quanto maiores principi sacerdotum Romano Pontifici. b S. Anacleti epist. 1. c lib 8 de iudicio Dei.

ILLVD naturæ lumen est, & quidem clarissimum, omnibus rationis capacibus inditum, illud [a] vultus Dei lumen est signatum super nos, sacerdotes Dei diuino illius cultui ex omni parte corporis, animique religiosè mancipatos, præcipua veneratione colendos, maximè verò eos, qui cæteris sacerdotibus, tam maioribus, quàm minoribus, imperio diuinitus dato præficiuntur. Vnde non sine causa sanctus [b] Anacletus Papa sacerdotum iniurias in Christi Domini majestatem redundare dixit. Et magnus ille Episcoporum magister [c] Saluianus *sacrilegij genus esse* dixit, *Dei odisse cultores*: clero, populoque fideli præpositos aspernari, atque contemnere. Si enim tanta sacerdotibus gentilium, paganicarumque superstitionum rectoribus delata potestas, honor, & A imperium, vt seculares principes, atque magistratus ciuiles illorum imperio voluntaria propensione subderentur: quid erit de veri Dei, viuentisque sacerdotibus animarum pastoribus? Quid dicam de vicario Christi, omnium prælatorum, pastorum, sacerdotumque principe? Quo honore mactandus? Qua reuerentia suspiciendus? quo cultu, amoreque colendus? Ne Deum ipsum, Christumque Dominum in persona vicarij sui spreuisse, atque contempsisse indignissimè iudicemur? Possum referre sublimes honores, excelsas potestates, imperiaque summa, quę populi pagani fraudulentis superstitionibus à diabolo decepti, & illusi, affectu magno, studioque, amoris æstu feruenti, sacerdotibus suis deferre voluerunt. Magna hac, & certè nimia potestate, imperioque plus æquo Æthiopes suos sacerdotes suarumque ad Deos, vt credebant, animarum ductores honorificabant, Strabone teste, talia de hoc summo sacerdotibus delato ab illis populis imperio, dicente.

Gentiles quali pontificiam, sacerdotalemque dignitatem, authoritatemque fecerint.

B

[d] *Antiquitus Meroe* (quæ est metropolis ciuitas Æthiopiæ regni) *summa potestas fuit penes sacerdotes, tantaque authoritas, vt nonnunquam misso nuncio mortem Regi imperarent, & et alium sufficerent.* Quam quidem morte mulctandi Reges, ac principes summos authoritatem sacerdotum Christianorum principi Ecclesiæ vniuersalis visibili capiti deferri, concedique nullo modo probare possum; imo potius solùm hoc cogitare scelus esse crederem, cùm ipse omnium fidelium pastor, sicut Ecclesia Christi sanguinem nescire debeat, cùm præsertim ipse Christus Dominus hanc sibi potestatem assumere noluerit, cuius misericordiæ viscera, compassionisque vbera latissimè distenta, lac benignitatis, & indulgentiarum vbique spargebant, & effundebant. *Apud Ægyptios iudices* (inquit [e] Ælianus) *ijdem quondam fuerunt, qui & sacerdotes: in his princeps erat sententia maximus natu, & in omnes statuendi ius habebat.* Persarum sacerdotes magi dicebantur rerum ad paganica sacra spectantium satagentes: de quorum magna authoritate, & honore hæc Agathias refert. [f] *Nunc verò magos huius temporis Persæ honorant, & quàm maximè venerantur: vt quorum consilio publica omnia, & prædictionibus administrentur, seorsumque quid quisque præmij pro re bene gesta promereatur, quidue supplicij, qui flagitium fecerit præsidendo, & cognoscendo decernant. Nec sanè Persis vel legitimum aliquid fore vel æquum videbitur, quod magorum non sit sententia confirmatum.* Apud Athenienses supremi illi iudices illud celeberrimum toto orbe omnium ore, prædicationeque magnificatum iudicium tribunalque Areopagum appellatum, constituentes, omnes superstitionis gentiliciæ, Deorumque cultus antistites, & sacerdotes erant. Quorum sacerdos summus sententiam singulorum rogans, suffragia colligebat, iudicium, atque decretum rei cuiusque in ius vocatæ omnibus silentibus, audientibusque proferebat: quod eorum decreto comprobatur, cuius meminit [g] Iosephus. Iam si de antiquorum Gallorum adhuc in erroris, superstitionisque paganicæ sordibus iacentium, qui Druidæ dicebantur, sermo sit leuiter, breuiterque delibandus: summam, præcipuamque penes illos authoritatem fuisse, ex Cæsaris commentarijs intelligemus. Sic enim sexto commentariorum de bello Gallico loquitur. [h] *Magno hi*

C

D

d Strabo l. 17. geographiæ. Magna sacerdotum in Æthiopia super reges, ac principes secularesauthoritas.

Ægyptiorum sacerdotes quanta pollebant authoritate

e Ælian l. 14. c 14. de varia hist.

f Agathias l. 2. hist.

Apud Persas sacerdotum authoritas maxima.

Apud Athenienses supremi iudices sacerdotes erant Areopagitæ dicti.

g Ioseph l. 2 antiq c. 16.

h Cæsar. l. 6. comment de bello Gallico.

Druidæ Gallorum gentiliũ sacerdotes quãta authoritate, & honore apud eos fulgebant.

sunt apud eos honore: nam fere de omnibus controuersiis, publicis, priuatisque constituunt. Et postea.[e] *Hi certo anni tempore in finibus Carnutum quæ regio totius Galliæ habetur media, considunt in loco consecrato, huc omnes vndique, qui controuersias habent, conueniunt, eorumque iudiciis, decretisque parent.*

e Cæsar. ibid.

Iam vero si de Romanis sacerdotibus tunc ethnico parentibus imperio, eorumque summis principibus, quales augures erant, fari liceat: quis honor, quæ reuerentia, quis cultus, potestasque illis concessa fuit; ex Marco Tullio præter cæteros rerum Romanarum scriptores, clarè, cumulatéque depromemus. Qui libro 2. de legibus hæc inter alia de illis effatur.[b] *Maximum autem, & præstantissimum in republica ius est augurum, cùm est authoritati coniunctum*: Neque *vero hoc quia sum ipse augur, ita sentio, sed quia sic nos existimare necesse est. Quid enim maius est si de iure quærimus, quàm posse à summis imperiis, & summis potestatibus comitia tollere? concilia, vel instituta dimittere, vel habita rescindere? Quid grauius, quàm rem susceptam dirimi, si vnus Augur aliter dixerit? Quid magnificentius, quàm posse decernere, vt magistratu se abdicent Consules? Quid religiosius, quàm cum populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare? Quid legem, si non iure rogata est tollere?* Quid si missis ethnicis in fidelium populorum, verique Dei cultorũm considerationem descendere liceat? Nonne in veteri testamento legem Iudæis datam diuinitus reperiemus, qua summa rerum, penes sacerdotes, principemque eorum constituuntur, summoque sacerdoti, atque pontifici supremum datur imperium, omnesque illi seruire, obedire, supremum honorem, venerationemque sub pœna mortis pręstare iubẽtur? [c]Etiam ipsi reges summo illorum concilio, quod Sanedrin appellabatur, quod à summo pontifice moderabatur diuinæ legis præscripto parere tenebantur. Cuius magni concilij munus, & officium erat de rege, de lege, deque propheta iudicare: vt est apud[d] Iosephum, S.[e] Gregorium Nyssenum, & alios rerum Iudaicarum scriptores. *Certè si quod omnes gentes obseruant*, vt Socrates ait, apud Xenophontem, *illud non nisi à Deo profluxisse credendum est*. Quid hunc honorem, dignitatem, imperiumque sacerdotibus, eorumque maximè principibus fuisse diuina ordinatione concessum, etiam si nulla in sacris literis testimonia de his, nullæque leges extarent dubitabimus asserere? Quibus omnibus ritè, maturéque consideratis apparet quàm iustum sit, pium, & rationabile summum honorem, & reuerentiam cum pari obsequio, & amore principi, rectorique monarchico Ecclesiæ Dei consecrare, & impartiri. Vnde constat eos verè esse Catholicos Dei ciuitatis, meritoriè ciues de grege Christi, oues electas, illius militiæ fortes, & religiosos athletas esse: qui ista Romano Pontifici deuotè, affectuque pio largiuntur. Qui dum sic sanctissimum illũ omnium fidelium parentem colunt, venerantur, & amant, suos affectus, amoresque puros cum sincera obedientia, obsequioque fideli in suos principes seculares, fide, charitateque Christiana percelebres, magna bonæ voluntatis inclinatione transfundunt. Qui enim cum ratione, iudicioque Christiano varios excellentiarum, dignitatumque gradus diligenter attenderit, propter quas personæ talibus affectę dignitatibus honor, reuerentiaque iusta debeatur: intelliget quanto

b Cicer. l. 2. de legibus.

c Deut. c. 17. & alibi.

d Iosephus.

e S. Greg. Nis. de vita Mos.

f Xenoph. l. 4 de factis, & dictis Socrat.

2. Pars. Verus honoris Pontificij cultor, est etiam regiæ venerationis amator.

A honore, reuerentia, obsequio super omnes principes, rectoresque populorum, Romanum Pontificem uereri debeat: quem scit omnibus sub cœlo principibus, pastoribus secularibus, & Ecclesiasticis longè dignitate, excellentiaque præstare. Deinde secundum illum Ecclesiasticæ monarchiæ principem, excellentias, dignitatesque temporales agnoscens, quas principibus laicis Deus impartiri dignatus est, ordine iustitiæ seruato, non poterit illos principes non magnopere colere, debitoque seruitio uereri. Nota quippe illa sancti Ignatij martyris in epistola ad Smyrnenses egregia sententia superius recitata.[e] Nempe Deum primum, tum sacerdotes (quanto magis eorum principem) tertio verò loco Reges principesque seculares honorandos esse. Ex-B tat sancti Clementis epistola tomo 1. conciliorum, in qua sancti Petri primi Christi Domini vicarij verba commemorantur; nimirum principes, & imperatores seculi sacerdotibus parere debere, & existimare se eorum precibus in gratiam restitui, cùm eorum manus osculantur. Hoc si ita est, nonne omnes qui principibus secularibus bene precantur, saluosque illos esse desiderant, charissimam sibi Romani Pontificis personam habere debent? eius sospitatem votis, precibus, auxiliis, obsequiisque prosequi? & honoribus illum summis supremæ illius excellentiæ, dignitatisque conformibus cumulare? vt sic agnitus à populis, principibusque, per sua vota, preces, opera bona, perque sacrosancti sacrificij corporis, & sanguinis Domini oblationem, di-C uinam Christi gratiam illis principibus efficaci virtute promereatur, illosque vna cum populis paccatæ reipublicæ fructibus fœcundet? Nec enim virtus spiritualem fidelium omnium principem patremque diligendi, sinit Catholicos seculi odisse principes. S. Bernardus magnus pontificiæ maiestatis, principatusque zelator quanti fecerit Reges, principesque temporales in suis operibus passim, sæpiusque declarauit. Vt cùm ad Conradum Regem ita scribebat.[f] *Regis dedecus, regni diminutionem nunquam volui: violentos odit anima mea. Legi quippe.*[g] *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et qui potestati resistit Dei ordinationi resistit.* Sed qualiter desideret hãc à principibus secularibus obseruari sententiam ita subdit.[h] *Quam tamen sententiam cupio vos, &* D *omnibus modis moneo custodire in exhibendo reuerentiam, summæ, & Apostolicæ sedi, & beati Petri vicario*, scilicet successori, *sicut ipsam vobis vultis, & vniuerso seruari imperio.* Cùm certum sit reuerentia præcipua, honoreque summo sedis Apostolicæ, monarchicoque pontificiæ maiestatis imperio, quæ Christus Dominus sua potenti virtute miseratione que donauit per rebelliones hæreticorum, schismaticorum, aliorumque impiorum detestabiles machinationes conturbatis, & alteratis, regnorum salutem secularium sub Christianis principibus non mediocriter iusto Dei iudicio mutatam, vt exemplorum inductione nimium clarè potest ostẽdi. Certè qui hanc salutem, statumque principum suorũ tranquillum, prosperumque vehementer amãt, singulari desiderio, effectuque summo, illæsam sanctissimi patris in omnes fideles authoritatem, principatumque sublimem, intemeratum, illibatumque, cũ plena, liberaque supremæ, legitimæque iurisdictionis executione seruari concupis-

e S. Ignat. ep. ad Smyrnẽses.

Epi. S. Clem. quæ est 3. ad omnes fideles tam clericos maiores & minores quàm laicos.

f S. Ber. ep. 183

g Rom. 13.

h S. Ber. ibid.

Principes seculi vt sibi benè à subditis pareatur cum honore, & humilitate Romano Pontifici obedire debent.

cere debent: & concupita quanto conniti laborare, viribusque poterunt affectu complere teneantur. Vt stante in suæ, quem dedit Dominus authoritatis, dignitatisque supremæ splendore, spirituali Pontificis Romani principatu, salus regnorum, dominationumque secularium sub Christi Domini imperio peregrinantium in terra, subque illius fideli vexillo militantium nullis concussa miseriarum, aduersitatumque fluctibus firmissimè retineatur, retentaque in dies prosperè magis efflorescat: Quis cum matura, prudentique consideratione meditabitur omnium fidelium in Ecclesiæ gremio certam suam ad æterna tabernacula vocationem, per opera bona facientium solicitudinem Romano Pontifici diuinitus esse datam, ob eamque causam sublimia à Christo Domino de plenitudine potestatis priuilegia largita, non eum seruitio, reuerentia, amore, honoreque maximo complectatur? Vt sincerè Dei faciendo voluntatem ad bene seruiendum principibus secularibus de grege Christi, prout iussit, præscripsitque Deus, ordine iustitiæ seruato vehementius impellatur? Hoc Imperatori Michaëli, cæterisque salutem, honoremque secularium principatuum zelantibus Nicolaus Papa suggerere, penitusque talibus verbis imprimere conabatur. [a] *Ista priuilegia huic sanctæ Ecclesiæ à Christo donata, à synodis non data, sed solummodo celebrata, & venerata, per quæ non tam honor, quàm onus nobis incumbit, licet ipsum honorem non meritis nostris, sed ordinatione gratiæ Dei per Beatum Petrum, & in Beato Petro simus adepti, nos cogunt omnium habere solicitudinem Ecclesiarum.* Iuxta illud Christi Domini factum sancto Petro mandatum. [b] *Pasce oues meas.* Si omnium Ecclesiarum ergo principum, qui sunt in Ecclesia, proinde tam principes, quàm populi patrem illum sanctissimum, vniuersalis Ecclesiæ principē magno charitatis affectu, tam de sua salute, sempiternaque suarum animarum prosperitate solicitum reuereri, & honorare omnis iuris obligatione tenentur. Et sicut iubente Deo Catholici omnes Romanum Pontificem propter illius curam, vigilantiam, solicitudinēque circa spiritualia pro saluandis fidelium animabus reuerentia, amore, obedientiaque sublimi colunt, atque venerantur; ita propter solicitudinem, curamque circa temporalia, qua seculares reges, principesque voluntariè fanguntur, vt in pace, prosperitateque temporali populos sibi subditos bene regant, paternaque benignitate moderentur, ipsis principibus amor, reuerentia, seruitus libera, debitumque obsequium à populis verè Catholicis exhibenda sunt. Secus qui hæc præstare renuunt, impii, scelesti à Deo Ecclesiaque rebelles, seditiosique iudicantur. Nutritori patri, doctorique bene, beatéque viuendi rationis, quæ digna satis obedientia, honor, & amor exhiberi potest? At Romanus Pontifex pater fidelium omnium spiritualis est, idemque doctor sanctitatis, veræque virtutis, qua tuta, rectaque ad cœlestem ciuitatem via sternitur, atque monstratur. Sicut Romana cathedra, Apostolica Sedes, omnium Ecclesiarum *mater, & magistra* à Spiritu sancto in concilio duodecimo generali Lateranēsi quarto nominata est; qualiter eam Christus D. per S. Petrum in principio constituerat. Vbi per eos SS. Patrum ibi de rebus fidei iudicantium Spiritus sanctus ita locutus est. [c] *Antiqua patriarchalium sedium priuilegia*

A *renouantes sacra vniuersali synodo approbante sancimus, vt post Romanam Ecclesiam, quæ, disponente Domino, super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, vtpote mater vniuersorum Christi fidelium, & magistra, Constantinopolitana primum, Alexādrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineat, &c.* Et sicut Papæ dignitas, & excellentia principum secularium principatibus, thronisque sublimior est: ita honor, & reuerentia deberet illi, quàm his maior exhiberi. [d] *Non Rex, non Imperator, non dux a iugo vestræ iurisdictionis excutitur* (aiebat Petrus Blesensis Romano Pontifici:) *Quare hoc? Quia* (subdit ille) *crux Christi antecellit aquilas Imperatoris, & gladius Petri gladium Constantini, & Apostolica sedes præiudicat Imperatorum potestati.* Sed iustus Dei

B Ecclesiæ filius dum Romano Pontifici, considerata dignitatis supremæ ratione, summam reuerentiam, obsequium, amoremque consecrat, & exhibet, non suo seculares principes fidei Catholicæ luce fulgentes honore, reuerentia, seruitioque debito frustratur: secus enim iustus nō esset, si quæ Dei sunt reddendo, debita Cæsari, id est regibus principibusque temporalibus exhibere deprecaretur: cum vtrumque præstare diuina lege teneamur.

Verùm quemadmodum illi, qui honorifice, vt par est Romanum Pontificem Ecclesiæ vniuersalis monarcham cum charitatis, beneuolentiæque Christianæ profusione venerantur, principes suos, similiter seculares Ecclesiæ Catholicæ gremio religiosè conclusos cum maxima reuerentiæ, amoris, obedientiæque profusione

C colunt, & honorant: sic ex opposito despicientes malitiosè, & impiè suis odiis, calumniis, liuoribusque sanctissimam Romani Pontificis authoritatem, maiestatemque prostituentes, principes suos seculari dominatione, eaque iusta potentes superbissimè despiciunt, calumniis, contumeliis indignissimè detorpant, & quanto peruersitatis impetu possunt illorum interitum, necemque cum principatus exitio moliuntur. Quòd ne longiùs abeamus, hæreticorum, schismaticorumque nostri seculi Lutheranorum, atque Caluinistarum exemplis, præter multa superiùs variis in locis recitata, veriùs, clariùsque demonstrari potest, quā bonorum Catholicorum pietas, charitasque deposceret. Consideremus attentè quo furoris, &

D insaniæ crudelis nouatores nostros odium nefandissimum in sanctissimum Apostolicæ sedis antistitem pro destruendo Catholicorum Regum, principumque dominatu, & eorum salute perdēda rapuerit. Qui inter casus, pro quibus imperiū, vitamque principum illorum eripi iure posse insaniendo credunt, [e] illum inter præcipuos constituunt, *si nempe illi spiritualibus Romani Pontificis imperiis adhærentes obedientiam filialem, Catholicāque seruitium illi iurauerint: si sul ditos suos ad Papalis authoritatis, principatusque cultum, reuerentiamque* (quam ille professor erroris hæretici idololatriam blasphemando nominat) *impellere, edictisque cogere voluerint.* Huius feralis, immanisque doctrinæ in Puritanis Caluinistis in Scotia horribiles effectus, conatusque patuerunt, qui insanabili, dementique in Rom. Pontificem odio, quem Maria Scotiæ regina, Catholica pietate præstantissima religiosissimè colebat, filium eius cum matre Iacobum nunc magnæ regem Britanniæ cùm adhuc esset in vtero matris necare, suffocareque

a Nicol. 1. ep. ad Mich. imp.

Priuilegia sedi Apostolicæ à Christo concessa innuunt, & iubent Romano Pontifici omnium fidelium curā suscipere secundum Christi D. præscriptum

b S. Ioan. c. 21.

Sicut ob spiritualem omnium fidelium solicitudinem Romano Pontifici summus amor, & honor, seruitiumque debetur, ita principibus secularibus propter solicitudinem temporalem prosperitati iustitia formata.

c Concil. Lateran. 4 general. 12.

d Petr. Blesensis ep. 146.

3. Pars. Qui despicit Papam, & odio, liuoreque eius prosequitur authoritatem principes seculares contemnunt, eorum quærit interitum.

e Dauid Pareus in c. 13. ep. ad Rom.

suffocareque tentauerunt, vt fidele rex ipse de hoc attentato regicidio testimonium his verbis perhibuit.[a] *Ego à Puritanis non solùm à natiuitate continuè vexatus sui, verùm etiam in ipso matris vtero propemodum extinctus, antequam in lucem editus essem.* Nullus eorum qui execrabilia hæreticorum istorum scripta tantisper euoluerit, ignorare potest horribiles calumnias, & iniurias atrocissimas, quibus sanctissimum Catholicorum, fideliumque Christianorum patrem, intemeratumque illius honorem nefandissimè commacularunt, appellantes eum Antichristum.

a Rex Britanniæ magnæ in sua monitoria præfatione ad Imperatorem, reges, & principes.

Pari calumnia, conuitioque scelerato Reges, principesque Catholicæ communionis huius Ecclesiæ principis honorem, cultumque religiosè sublimantes, illius parendo humiliter, deuoteque decretis, hæreticos, idololatras, dæmoniorum cultores, Antichristianos, bestiæ Apocalypseos signum fœdissimè portantes appellant: quos sicut Romanum Pontificem necandos, trucidandosque flagitiosissimè iudicant. His, atque similibus blasphemantibus conuitiis, aliisque nefandis horum hæreticorum pleni libri sunt, vt sæpius supranotauimus. David Paræus hæc de Romano Pontifice nefanda scripsit.[b] *Christiani Reges, & principes debent resistere tyrannido pontificia etiam gladio & vi, &c.* Postea contra Reges, principesque Christianos sanctissimi patris imperiis obsequentes sic seditionum, rebellionumque cruentarum flammas, & incendia vomit. *Subditis aduersus superiorem magistratum, se & veram religionem* (scilicet execrabilem hæreseos impietatem) *etiam armis iure defendere possunt: si aliter in conscientia incolumes esse non queant.* Id est si leges diuinas, humanasque, Ecclesiasticas, & regias suæ improbitatis, & abominationis amentia prostituere non possint. His furoris, insaniæque stimulis agitari fidelissimos sedis Apostolicæ cultores, principes omnes, Regesque verè Catholicos non solùm imperio, sed etiam vita propria priuandos esse debacchando passim in suis synagogis, cathedrisque pestilentiæ clamitant, vbi vindex talis abominationis principum secularium gladius non timetur. Quid effrenatus ille blasphemator seditiosissimus, reipublicæ Catholicæ perturbator, incendiariusque Christianæ pacis Caluinista Batauus contra Catholicum Regem Hispaniarum Philippum tertium, & ea consequenti contra omnes Catholicæ communionis principes, simili pietate, & deuotione erga sedem Apostolicam, Pontificiæ dignitatem, sanctitatemque maiestatis animatos, rebellionis, audaciæ ferocis, crudelitatisque debacchatus euomuit, audiamus.[c] *An non potius, inquit, Regem Hispaniæ, quia hæreticus notorius est ex suo regno omnibus omnium Euangelicorum viribus expellere oporteret?* Philippus rex Hispaniæ iudicio execrabilis Catholicæ religionis hostis, hæreticus notorius est: Quare hoc? Quia sedis Apostolicæ cultor religiosissimus, spiritualem monarchicumque Romani Pontificis à Christo Deo datum principatum, dignitatemque, cum maxima reuerentia, & obsequio suspicit, agnoscit, veneratur? Hoc si ita est, nunquid iste pestifer orbi Christiano, cæterique Nouatores, Lutherani, & Caluinistæ simili rebellionis, machinationis, odii, audaciæque furore in omnes reges, principesque Catholicæ fidei meritorio lumine coruscantes, eandem cum ipso Hispaniarũ rege maie-

Catholicos principes sanctitatis Pontificiæ cultores nouatores, Antichristianos, sicut Papam Antichristum vocant, & illos sicut hunc trucidandos iudicant.

b David Paræ.

Condolet calumnia Batauus scilicet atheorum minus Caluinista contra Catholicum Regem Hispaniarum Philippũ 3.

c In libello famoso inscriptis fœderatoris infestorum Germaniæ defensio 3.

A statis Pontificiæ sanctitatẽ agnoscentes, & agnoscendo colentes efferabuntur, irruent, atque debacchabuntur? Vt iam Christianissimus Galliæ rex supra ætatem sapiens, vir ante virũ, cuius ætas virtutibus, quàm annis celerior apparet, quia maiorum pietatis æmulus super omnes orbis Christiani Reges, ac Principes, Romanum pontificem spiritualem suum patrẽ sanctissimũ præcipuo mentis affectu, obsequio, sublimisque propensione honoris amplectitur, ab istorum regicidarũ, parricidarumque, quantum in se est perfidorum hominum Deo, hominibusque iustis inuisorũ, feralibus iudiciis, machinationibus, proditionibus, manibus cruentis, armisque nefandis immunis esse non poterit: quin tãdem, si execrabilis istorum doctrina suos sortiri posset effectus, manibus inferni, illorum nẽpe furoribus immanissimè trucidatus victima procumbat. Nunquid

Rex Christianissimus secundum doctrinam nouatorum priuari debet regno, & vita, quia est cultor Rom. Põtificis, sicut omnes alij Catholici principes ac Reges.

B diabolica Caluini doctrina pestiferos illos, feralesque fructus, eum omnium sacrorum vastatione produxit? Quid aliud Caluinos quàm horribilia ista quæsiuit, quæ in mentem hominis, nisi penitus diaboli furiis agitati, domitique ascendere non possunt; cum dixit. *Principes terreni cum se cõtra Deum extollunt* (id est, vt supra notauimus, cõtra diabolum doctrinæ Caluinianæ artificem) *sua se ipsi potentia priuant: imò verò indignissimi sunt, qui in hominum ætu, & numero reponantur.* Ergo exterminandi? Quid post ea concludit nefandissimus diaboli minister? *Potiùs igitur, inquit, illis est facies conspuenda, quàm ipsorum imperiis obtemperandum, nisi omnem superstitionem* (scilicet Catholicã religionem, & immaculatam sedis Apostolicæ dignitatem, sanctitatemque principatus pontificii) *extirpent & funditus tollant.* Isti sunt flores, fructusque quos ex mortifera Caluinianæ

Caluin. in c. 6 Daniel.

C impietatis arbore principes Catholici sedis Apostolicæ cultores, filij Catholicæ Ecclesiæ charissimi expectare debent, sputa videlicet fœdissima, conspirationes, rebelliones, exilia, principatuum spoliationes, subditorum à sua obedientia defectiones, mortes proprio cruentatæ sanguine, atque trucidationes horrendæ. Certè nisi detestabiles illi à castris Dei, militiæque Catholicæ trãsfugæ odio nefandissimo in Rom. Pontificem correpti, & incensi, sanctam Christianæ, Catholicæque Ecclesiæ communionem rebelles, & insani deseruissent: non tot odiis, liuoribus, seditiosis iniuriis, crudelitatumque furiis in suorum principũ ruinam, exitiumque conflagrauissent. O hominũ perditorum insaniam! qui sub diabolo militaturi de gremio Ecclesiæ sanctissimæ suis sceleribus

4 Pars. Hæretici cur Oleastro similes esse dicuntur.

D egressi sunt: vt eam cum hoc totius malitiæ, peruersitatisque principe ferocibus armis oppugnarent! Oleastro siluestri ab oliua dulci producto non dissimiles: suæ quam fingunt dementerque comminiscuntur, Ecclesiæ (quæ Satanæ synagoga est) non aliunde quàm ab Apostolica sede, Ecclesiaque Romana, vnica Christi sponsa sine macula originem, principiumque repetentes, vt hæc Tertulliani iustè cõtra illos vsurpare debeamus.[d] *Etiam de oliuæ nucleo mitis, & opima, & necessaria oleaster asper exoritur; etiam de papauere ficu gratissima, & suauissima ventosa, & vana caprificus exurgit: Ita & hæreses de nostro fructificauerunt nõ nostræ: degeneres veritatis grano, & mendacio syluestres.* Coi consentiens scriptori vetusto S. Cyprianus quid ad hæc contra illos infatuatos partis contra veritatem Catholicam nefandæ factores?[e] *Non nos ab*

d Tertull. c. 36. de præsc.

e S. Cypr. l. de vnit. Eccl. c. 9

illis, inquit, sed illi à nobis recesserunt; & tùm hæreses, & schismata nata sunt, dum conuenticula sibi diuersa constituunt veritatis caput, atque originem relinquerunt. Et tales illi sunt de quibus hactenus spiritus ita loquitur.ª *Ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se.* Hos etiam despicientes summum Catholicorum pontificem, & in eius sanctissimam, sacratissimamque maiestatem calumniis, rebellionibus, blasphemiisque debacchantes, & insita debacchandi rabie principes fori secularis seditioso fastu contemnentes, eorũ legibus, edictisque nefaris cōtumacia reluctantes, sceleratiores esse filiis Belial Saul regem recens à Deo creatum protectuĕ, & arroganter aspernantibus nemo sapiens asserere dubitabit. Qui propter hanc rebellionem *Belial*, id est *homines sine iugo diuinæ legis* sunt appellati, dicentes per contemptum noui regis, contumeliamque.ᵇ *Nam saluare nos poterit iste?* Nam isti filij Belial contemptus sui; rebellionisque tela in rectorem corporum solummodo contorserunt: at nouatores nostri, hæretici, atque schismatici principis, rectorisque animarum fidelium monarchici maiestatem summo honore dignissimam cruento contumaciæ, iniuriarum, blasphemiarumque mucrone vulnerant. Adhuc Chore, Dathan, & Abyrōn nequiores, pœnaque proinde sæuiore digniores illis, quos partim ignis de cœlo coosumpsit, partim viuos terra dehiscens absorpsit, quòd aduersus Moysem principem populi à Deo constitutum murmorando superbiæ ceruices erexeraot, rebellionisque faces accenderant. Cùm Romani Pontificis dignitas tantò Moysi principatu sublimior existat, quantò gratia Christi legi Mosaycæ excellentia præstiterit. En tragici hæreticæ, schismaticæque rebellionis contemptus, & odij in Romanum Pontificem exitus, quibus regnorum, principatuumque secolarium vastationes, ruinæ, calamitates, cruentæque principum Catholicorũ his iustè dominantium principatibus, regnisque neces inuoluuntur.

ª Act. c. 20.

Filiis Belial hæreticos scelerat. Chore, Dathā, & Abyron nequiores.

ᵇ 1 Reg c. 10.

ᶜ Num. c. 16. 17.

A B C D

CAPVT XII.

Verus Pontificiæ cultor majestatis Christum Dominum meritoriè colit, & adorat: & contrà.

1. *Qui honorat, & audit obedienter Romanum Pontificem, Deum, Christumque Dominum honorat, & audit.*

2. *Contrà, qui despicit, spernitque ipsum patrem sanctissimum, pastorum pastorem, Deum, Christumque eius despicit, spernit, atque dedecorat.*

3. *Christum nemo potest à nobis auferre, nisi ipsum nobis anferamus, rebellantes contra principes, quos nobis in vtraque monarchia dedit. Hinc talium rebellium fundi calamitas.*

4. *Ad conuersionem, & obedientiam Ecclesiæ vniuersalis pastori, & cæteris sub illo præfectis ouili Christi, præstandam rebelles exhortantur, vt pœnas fugiant æternas.*



Ec verò satis mihi dixisse videor, cùm capite superiori declarauerim eos decenti, debitoque principes politicos Christianæ fidei splendoribus illustres honore venerari, & amore colere, qui sanctissimum fidelium patrem, summumque super omnem Ecclesiam, quoad spiritualia, rectorem decotè reuerentur, & honorant: & contra despicere illos, & odisse, qui hunc contemptu contumelioso dedecorant, odioque nefando prosequuntur. Præterea ausŭus, & abundantius hoc capite dicere est animus, honorare videlicet illos, supremoque cum dilectione meritoria cultu Deũ ipsum, Christumque Dominum sublimiter adorare: qui honorē visibilem Ecclesiæ Christi Dominim onarcham, eius in terris vicarium, secundum excellentiam supremæ qua pollet, authoritatis, atque dignitatis, summa reuerentia, amore, obsequioq; pro viribus decorare, atque suspicere conantur. At contra contumeliosos, atque rebelles in Romanum Pontificem, Ecclesiæ vniuersalis hierarcham, eumque suo turpissimè contemptu prostituētes, Deũ ipsum, & Christũ eius indignitate horribili, sacrilegaqua contemnere. Atque vt breuiter de primo dicam; si, quod verè probat S. Chrysostomus, *qui principibus, & magistratibus obtemperat, non illis imperantibus se submittit, sed Deo.* Quantò perfectiùs, veriusque id ab illis fieri credimus, qui Ecclesiastico sanctissimo omnium principum, populorumque Catholicorum patri, Christi Domini in Ecclesiastica iuris dictione vicario, non laicorum solùm fidelium, sed omnium Ecclesiasticorum, animarumque tectorum pastori se cum affectu sincero, voluntariæ subiectionis implaoone, & honore non exiguo regendos, instruendosque submittunt? Hûc spiritualem monarcham iustius, quàm terrenum Imperatorem Tertullianus,ᵇ colere debemus, si verè Catholici simus. *Sic quomodo & nobis, & ipsi expedit vnctum hominem à Deo secundum, & quidquid est à Deo consecutum, quoad spiritualia solo Christo minorem.* Cotus honor ad Christum Deum, hominemque pertinet, quem pio charitatis ardore diligere, cui promptè, deuotè, hilariterque parere, sacrificii Deo grati genus est. Quid enim est aliud in diuinum pontificem sinceræ obedientiæ, Christianæque subiectionis oblatione procumbere, quàm in ipsum Deum Christumque mundi Saluatorem omne suum studium, officiosa obsequiumque supremæ adorationis exhibitione conuertere? vt per illationem contrariam Leoᶜ Augustus in vita S. Chrysostomi declarauit. Hoc annuntiare, & notum facere omnibus suæ salutis appetentibus, & beatitudinis futuræ cupidis Christus D. esse voluit, cum suis ita discipulis, Apostolisque loqueretur:ᵈ *Qui vos audit, me audit.* Si qui Apostolos audit, eisque mandata dantibus obtemperat, Christo Domino parere dicitur; quantò magis qui principi tunc Apostolorum sancto Petro viuenti iobenuque obediendo procumbebat, Christum imperia facere credebatur? Et si qui nunc Episcopis, Apostolorum secundum multa successoribus, obediunt,

1 Pars. *Qui audit, & honorat Papā Christum D. audit, & honorat.*

ª S. Chrysost. orat. de principatu, & imperio.

ᵇ Tertull. ad Scapulam.

ᶜ Leo 6. Imperat. in vita S. Chrysost.

ᵈ S. Luc c. 10. v. 16.

Deo redemptori nostro pus, supremisque obsequiis procidere dicuntur: quanto magis Episcoporum principi Rom. Pontifici S. Petro, in omnibus (si personalia excipias) priuilegiis, donisque supernaturalibus pari perfectione succedenti, humiliter obedientes ipsi Christo Domino parere, & obsequii plena, perfectaque obedientia iudicabuntur? Talis obedientiæ magna virtus, magnum inde meritũ, mercesque procedit, & exurgit: quam cùm sit vera, nunquam innocentia deserit, quamque virturem regina charitas sua præsentia magnificat, [illegible]miterque in cõspectu Dei beatificat. Quæ virtutes illa per ouem, hæc per inaurem auream[a] Iob prophetæ omnium calamitarum, quibus eum diabolus permittente Deo vehementer excruciauerat, per patientiam victori ab amicis oblata repræsentantur. Sicut mysticis illis sanctus Gregorius eleganter ostendit.[b] *Quoniam innocuis mentibus ornamentum obedientiæ iungitur: quare Iobo nemo inaurem sine oue obtulit: quia redemptori suo non obedit, qui innocens non est, & innocens esse non potest, qui obedire contemnit. Quia verò ipsa obedien[ti]a non seruili metu, sed charitatis affectu seruan[da est], ideireo inaurem obtulerunt, vt videlicet in [ips]a exhibetur obedientia charitas fulgeat. Quæ virtutes omnes quasi aurum cætera metalla transcendit.* Nec solùm hæc obedientiæ virtus pulchra coram Deo est, atque formosa, sed etiam hostibus Dei dæmonibus, & peccatoribus terræ, præ magna fortitudine terribilis: quæ dicitur in canticis; turris ædificata cum propugnaculis. Sic enim describitur, collum sponsæ, videlicet animæ fidelis, quod quidẽ collum mysticè sancta fidelis animæ Catholicorum omnium in sacris literis obedientia nuncupatur.[c] *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium.* Quasi spolia detracta de victis, triumphatisque hostibus, in memoriale victoriæ perpetuum, vt illud sapientis compleatur.[d] *Vir obediens loquetur victorias.* Sed quas victorias? De seipso, per obedientiam Deo, eiusque ministris dignitatum excellentia sublimioribus immolatam triumphato. *Quod[e] longè laudabilius est, quàm domare gentes immanitate barbaras, locis infinitas, multitudine innumerabiles*, viriũ robore fortissimas. Quod qui facit non modo cum summis viris comparo, sed simillimum Christo Domino Deo iudico. Hæc enim præclara huius sacri loci à sancto Gregorio excogitata diuinitus interpretatio? *Vir*, inquit, *obediens loquitur victorias, quia dum aliena voci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus.* Quæ tanto fortior, & viribus eminentior, trophæorumque lauro nobilior est, obedientia, quantò præstantioribus virtute, sublimioribusque dignitate personis prosternitur humilior, maiorique cum reuerentia procumbit: vt iam de præstita à piis Catholicis Pontifici religionis Christianæ maximo, (qui solo Christo in Ecclesia militante minor est) obedientiæ fortitudine, præstantiaque minimè dubitare debeamus. Cuius splendore fulgentis hominis verè Catholici præstantissimum Christus Dominus ornamentum est, tanquam gemma preciosissima de monili circumligante collum, in pectus vsque descendens appensa. Vnde illud sponsi ad sponsam, id est Christi Domini ad animam Catholici perfectè principibus suis, præsertim verò

Magna virtus & meritum, purè, & sincerè Romano Pontifici obedire.

a Iob. c. 42. v. 11.

Innocentia, & charitas obedientiam veram semper comitantur.

b S. Greg. l. 34. moral. c. 34. in c. 42. v. 11. Iob.

Quàm fortis Catholicis viri, Christianique fidelis in prælatos Ecclesiæ, præcipuè verò in Rom. Pontificem obedientia.

c Cant. 4. v. 4.

d Prou. 21. v. 28.

e Cicero pro Marcello.

S Greg. l. 34. moral. c. 34.

Christus ornamentum preciosum verè obedientis.

Tom. II.

A Romanis Pontificibus obedientis,[f] *Collum tuum sicut monilia.* Quem locum exponens Origenes, sicque legens: *Ceruix tua speciosa facta est, sicut redimicula. Et merito*, inquit, *quam enim pridè præuaricationis inobedientia turpem fecerat, nunc obedientia fidei speciosam fecit, & pulchram. Ceruix ergo tua speciosa facta est, sicut redimicula. Redimicula enim sunt connexiones monilium, quæ in ceruicibus sedere solent, ex quibus descendit per omne collum reliquus ornatus. Ceruicem verò dicimus subiectionem, & obedientiam, eò quòd quasi iugum Christi suscipiat, & fidei eius obedientiam præbeat. Ornamentum ergo ceruicis eius, quæ est obedientia, Christus est, ipse enim prior obediens factus est vsq; ad mortem. Ornamentum ergo, & monile ceruicis sponsæ* (scilicet animæ fidelis, Catholicique gregis)
B *obedientia Christi est.* Hæc Origenes. Egregia vero expositio ad institutum nostrum appositè, atque decenter accommodata. Verè namque obedientia Catholica, qua verus, piusque Christianus, vniuersalis pastorem, principemque Ecclesiæ audiendo, & honorando, Deum Christumque Dominum audit & honorat, tanquam preciosissima margarita è collo per subiectionem dependens, obedientis pectus exornat, Christumque Dominum circumfert, & gerit: qui est margarita, gemmaque preciosissima, ex collo, ad pectus vsque pendentem; cùm illum patri obedientem vsque ad mortem, mortem autem crucis, sibi tanquam perfectissimum obedientiæ exemplar, sanctissimumque proponit imitandum. Sed vt ad rem redeamus, audire Ro-
C manum Pontificem, eique monenti, atque iubenti parere, nihil aliud esse, quàm Dei mandatis obedire, constat ex eo, quod in his, quæ cathedræ sancti Petri sunt, Romanus Pontifex à Spiritu sancto regi, gubernarique credatur; vt quæ de hoc veritatis throno præcipit, & docet, non tam sua, quàm Dei, Christique Domini mandata esse videantur. In cuius rei confirmationem Christus Dominus sanctum Petrum,[g] *Bariôna* non sine ministerio nominare dignatus est, quod interpretatur *filius columbæ*, id est vt mysticè[h] sanctus Hieronymus exponit *filius Spiritus sancti* per columbam repræsentati. Spiritus sancti porro filium sanctum Petrum Christus appellauit: quia sicut ipse in vita sua, sic eius successores Romani Pontifices à Spiritu sancto
D docturi, recturique fideles, Ecclesiæ sanctæ gremio conclusos, ea quæ ad fidem, moresque pertinent, magisterio infallibili ab omnibus erroribus libero reguntur, instruuntur, atque moderantur. Quàm suaue illud iugum, quàmque leue sine vllo coacto labore, sed cum magna animi iocunditate non grauans, sed mirificè subleuans onus est, obedientia illa Christiana! qua Christo Domino fideles obsequuntur, dum ministros eius in vtraque monarchia Romanum in primis pontificem tanquam rectorem, omnium prælatorum in Ecclesia, & principum in republica, in his quæ salutem æternam, gloriamque respiciunt, filiali, Christianaque submissione parendo venerantur. Voluntariè quippe parentibus omnem laboris grauitatem Christus adimit: Qui dixit in Euangelio.[i] *Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris.* Ausim dicere, nec minùs verè quàm liberè fideles Christiani, veriq; Catholici obedientiã sincerã,

f Cant. c. 1. v. 10. Origen ho. 2. in cant.

Philip. 3.

Ex cathedra docens, iubensque Rom. Pontifex à Spiritu sancto moderatur, & regitur, ne erret.

g S Matth. 16 *Cur S. Petrus à Christo Bariona dictus est.*

h S Hiero. l. 3. comment. in S Matth. c. 16

Obedientia fidelium prælatis, atque principibus iugum suauissimũ, & onus leuissimũ sine labore.

i S Matt. c. 11 *Christiana obedientia typus, arca veteris testamenti erat.*

hilaremque animi io obsequendo præpositis Ecclesiæ, regnisque Catholicis promptitudinē esse veloti mysticam noui potius testamenti, quàm veteris atcam, propter diuinæ gratiæ abondantiam, quam Christus D. sua per obedientiam putam, seruanti mandata, suorumque in Ecclesia sua ministrorum iussis obtemperanti largitur, & cōfert. Vt obedientiam à Christo D. iussam sopetioribus exhibendo, oullo laboris pondere grauetur: sed potios magna consolationis, lętinęque spiritualis amœnitate perfundatur. Sicut Leuitas in veteri lege arcam de domo Obededon, in locum quem Dauid ordinauerat suis deferentes humeris, nolla oneris graoitas, laborq; premebat, Domino omnem ab arca ponderis asperitatē remooente, vt illa sanctæ paginæ verba designant.[a] *Cùmque adiuuisset Deus Leuitas, qui portabant arcam fæderis Domini, immolabantur septem tauri, & septem arietes.* In quæ verba Rabini doctores, referente Lyrano,[b] diuina virtute factum fuisse scribunt, vt arca seipsam portaret, adeoque Leuitas illi subnixos humeris subleuaret, vt nulla ponderis difficultate laborarent. Proptet qood io gratiarum actiooes Deo referendas, & habendas singulare illud taurorum, arietumque sacrificium factum fuisse commemorant. Ita qui spiritualem veræ, Christianæque obedientiæ arcam volūtariæ subiectionis, liberæqoe, ac honestæ seruitotis humeris subeunt, sub nulla ponderis grauitate gemūt, sed magna leuitatis amœnitate, dulcedineque reficiuntur. Vox Rom. pontificis, vox Christi est.[c] Samoel cùm vocaretur à Deo, ad Heli summum sacerdotem, sorgens de lecto festinās accurrebat, credens ab illo maximo legis antiquæ sacerdote vocari non à Deo: quod voce ipsius Heli ipsum prophetam adhoc annis tenerum Deus appellaret. Qoo mysterio fideles omnes noo aliam esse Dei vocem ad instruendum filios, quos illi Ecclesia Catholica peperit, quàm sui pontificis, atque vicarij aliorumque aoimarum sub illo pastorum, sicut non aliam pontificis, vicariique Christi, quàm ipsius Christi vocem esse ipsa veritate docente: *Qui vos audit, me audit*, credere tenentur. Vnde Nicolaus primus Michaeli Imperatori scribens post multa concludendo dicebat.[d] *Non ergo quales sunt sacerdotes Domini, sed quid de Domino loquantur, est vobis magnopere prauidendum: nec in vicarius Beati Petri vobis est attendendum qui sint, sed quid pro correctione Ecclesiarum, quod pro salute vestra satagant.* Et paolò pòst.[e] *Neque enim illos inferiores dicetis scribis, & Pharisæis sedētibus super cathedram Moysi, &c.* His dictis hanc conclusionem argumento à minori ad maius eductam protulit.[f] *Ergo Imperator considera si illos dixit audiendos, qui super cathedram Moysi sedebant: quantò potius his qui super cathedram Petri resident esse existimetis obediendum: & si illorum non opera, sed dicta facere, & obseruare iubet, quanto potiùs horum quicumque sint ipsi dicta, & monita custodienda sunt, & amplectenda?* Sed sicut qoi audiunt Romanum Pontificem, cæterosque pastores Ecclesiæ sub illius authoritate rerum ad salutem animarum pertinentiom satagentes, Christum ipsum cœli, terræque Dominum meritoriè cordis auribus auscultant: ita ex aduerso illum spernentes hunc Dominum gloriæ contemnunt, & aspernantur. Vnde ipsa veritas postquam suis dixit discipulis.[h] *Qui vos audit, me* *audit*, Protinos addidit, *Qui vos spernit, me spernit.* Quid enim? An non cum filij Israel adoersos Moysen, & Aaronem murmorando rebellauissent, ab ipso Moyse totius populi in vtraque politia principe hæc audieront?[i] *Non murmur vestrum contra nos, sed contra Dominum?* Et ipse Dominus Deus quid contumacibus, rebellantibusque contra prælatos, prophetas, ac pastores, quos animarum populi sui directione præfecit vltionis, vindictæque minatur, illa Deuteronomij testantur.[k] *Qui verba eius* (scilicet prophetæ, atque sacerdotis magni) *qu[illegible]tur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existam.* Cui leuiter in sacris versato literis, illud Samueli prophetæ, Dei populi rectori de contumacia, rebellionaque contra se Iudæorum grauiter expostulanti factum à Domino responsum ignorum esse potest?[l] *Non te abiecerunt, sed me ne regnem super eos.* Quàm impiè, nefariéque Deo, Christoque Domino contomacia rebellioneque luctantur, qui sedis Apostolicæ maiestatem despectu, odioque prosequuntur, & io illius præsulem Romanom Pontificem armis muni[illegible] sacrilegis aduolant, notum fecit visum in c[illegible]odigium: quo Christus Dominus, Catho[illegible]uce signatis in Syriam contra Sarracenos proficiscentibus, plagis oppletus cruentis, vuloeribusque confossus, toto corpore madens, fluensque sanguine miserabiliter apparuit. Quæ vulnera ab Imperatore Frederico secundo se dum suam Romanam persequeretur Ecclesiam, vicarioque soo Romano Pontifici rebelliones inferet armatas, accepisse, tanto prodigio, & ostento satis apertè sapientiorum iudicio significabat. quasi alteri persecutori suo, hostilibus contra se telis efferato, conclamaret.[m] *Saule, Saule quid me persequeris?* Quid mirum si contra huiusmodi Ecclesiasticam authoritatem, atque Pontificiam spernentes, eamqoe ostentui, ludibrioque ducentes Thessalonicensibus dixerit Apostolus?[n] *Si quis non obaudit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cum illo, vt confundatur.* Id est excommunicate, eumque à vestro consortio tanquam indignum longe repellite. Io quem locum Diuus Augustioos. *Ita sanè*, inquit, *vt nec emendationis vigilantia quiescat, corripiendo, degradando, excommunicando, cæterisque coercitionibus licitis, atque concessis, quæ salua vnitatis pace in Ecclesia quotidie fiunt, secundùm præceptum Apostolicum charitate seruata: Qui dixit:*[o] *si quis autem non obaudit verbo nostro, per epistolam, hunc notate, & nolite commisceri cum eo, vt erubescat, & non vt inimicum existimetis, sed corripite vt fratrem. Sic enim & disciplina seruat patientiam, & patientia temperat disciplinam, & vtrumque refertur ad charitatem, ne fortè aut indisciplinata patientia foueas iniquitatem, aut impatiens disciplina dissipet vnitatem.*[p] *Certè cum sacerdotium sit omnium bonorum apex* (aiebat sanctus Ignatios) *quæ in hominibus sunt, qui aduersus illum* (scilicet Sacerdotem magnom) *furit, non hominem ignominia afficit, sed Deum, & Christum primogenitum, qui natura solus, & summus est sacerdos patris æterni.* Hanc super omnes mundi dignitates Romani Pontificis authoritatem, principatumque Ætherianus agnoscens, post multa, quæ de huius contra hæreticos principatus sublimitate fulcus robore veritatis extulit, ita concludit.[q] *Ergo qui resistūt pro-*

a 1. Paral. c. 15.
b Lyran. in 1. paral. c. 15.
Vox Romani Pontificis vox Dei est.
c 1. Reg c. 3.
d Nicol. primus ep. 8. ad Mich. Imp.
e Ibid.
f Matth. 23
f Ibid.
2. Pars. Qui spernit Romanum Pontificem, Deum, Christumque Dominum spernit.
h Luc. 10. v. 16
i Exod. c. 16.
k Deut. c. 18. v. 19.
l 1. Reg. c. 8. v. 7.
Memorabilis historia apud Carolum Sigonium de regno Italiæ anno D. 1228
Sedis Apostolicæ inimicus, & Rom. Pontifici, Christo est persecutor.
m Actor. c. 9.
n 2 Thess. c. 3.
S. Aug l. post collationem contra Donat. c. 4 to. 7.
o 2. ad Thessa. 3.
p S. Ignat. ep. ad Smyrn.
q Æther l. 1. de hæresibus c. 16 to. 9 bibliot. patrū.

mæ sedi, imo totius orbis præsuli, Christi dispositioni resistunt, & nisi resipiscant, contumaciæ indies implebuntur. Et merito quidem cùm illi sic Christi Domini vicario contumaciter obsistentes, aduersus diuinam, & omnipotentem Christi Domini redemptoris nostri virtutem, imperiumque castrametentur. *Si enim qui principibus seculi, magistratibusque politicis,* teste sancto Chrysostomo,[a] *detrectant obsequi, bellum Deo inferre dicuntur;* quantò grauiùs, nefariúsque illi in diuinæ maiestatis authoritatem, imperiumque rebelles armantur, qui spirituali principum secularium, magistratuumque Catholicorum patri, omniumque Ecclesiæ Dei præpositorum principi odio, rebellione, contumacia, contemptuque superbo reluctantur? *Plenitudo siquidem potestatis* (inquit sanctus[b] Bernardus) *super vniuersas Ecclesias singulari prærogatiua Apostolicæ sedi donata est. Qui igitur huic potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Potest, si vtile iudicauerit* (scilicet sedes Apostolica, siue Romanus Pontifex) *nouos ordinare Episcopatus, vbi hactenus non fuerunt, potest eos qui sunt deprimere, alios sublimare, prout ratio sibi dictauerit. Itant de Episcopis creare Archiepiscopos liceat, & è conuerso, si necesse visum fuerit, potest à finibus terræ sublimes quascunque personas Ecclesiasticas euocare, & cogere ad suam præsentiam, non semel, aut bis, sed quoties expedire videbit. Porro in promptu est ei* (scilicet Apostolicæ sedi) *omnem vlcisci inobedientiam, si quis fortè reluctari conatus fuerit.* Hæc & alia similia ad supremæ Pontificiæ potestatis exaltationem, sanctus Bernardus ad Mediolanenses in fide titubantes, seditiosumque procellis valde turbatos ad continendum eos in obedientia filiali Romano Pontifici debita scribebat. Quem alibi vocat *alterum Deum in terris,* per participationem diuinorum charismatum, super omnes principes mundi, qui sanctiùs Deum in seipsis considerata suæ sublimitate maiestatis, dignitatisque repræsentant.[c] *Vultus tuus super facientes mala* (dicebat ille sanctus Eugenio 3. Papæ) *timeat spiritum iræ tuæ, qui hominem non veretur, gladiũ non formidat. Timeat orationem, qui admonitionem contempsit. Cui irasceris tu, Deum sibi iratum, non hominem putet. Qui te non audierit auditurum Deum, & contra se paueat.* Hac rebellione, contumaciaque in Romanum Pontificem omnium fidelium sanctissimum parentem, perditur Christus, abstrahiturque à rebellium cordibus, quem nemo à nobis posset auferre, nisi nos ipsos ab illo priùs, contra eius in terra vicarium visibile caput Ecclesiæ rebellando diuulserimus. Audiatur super hoc Diuus Ambrosius.[d] *Nemo,* inquit, *tibi Christum potest auferre, nisi te illi ipse auferas. Attende quanta enumerauerit Apostolus* (inquit sanctus[e] Bernardus) *eius enim verba sunt, minimè tamen adijciens, nec nos ipsi, nimirum hæc est libertas, qua Christus nos liberauit, vt nulla penitus creatura auellere nos, aut vim facere possit, solùm id deserere possumus propria voluntate abstracti, & illecti à propria concupiscẽtia, præter hanc enim nihil est quod timeamus.* Sed in hoc maximè concupiscentia furit, demensque cupiditas efferatur; cùm omni discusso religiosæ seruitutis, & obedientiæ iugo, superbos homines, quos cæcat, & adulterat aduersus Romani Pontificis authoritatem, principatumque, & contra alios in Ecclesia, sub illo animarum rectores rebellionis armis, & contumaciæ corroboratos ad pugnas, præliaque erudit, effrænatoque conatu furibundos inflammat. Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri spes rebellium, fractę vires, auersa Dei mens, pœnis eos ignominiæ, maledictionis, reprobationisque confundens.[f] *Qui vos spernit, me spernit,* inquit Dominus Iesus; *Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me,* Deum nempe patrem omnipotentem, cum filio, & Spiritu sancto creatorem cœli, & terræ. Quid inde ex hoc sacrilego Dei contemptu ignominiosæ calamitatis in rebelles illos, contumeliosósque nefarios erumpet? Id vno verbo Deus expressit:[g] *Qui contemnunt me erunt ignobiles.* Quæ quidem ignominia, atque turpissima confusio maledictione, calamitateque grauissima minime carebit.[h] *Væ qui spernis; nonne & ipse sperneris? Reprobus circa vitæ puritatem, & innocentiam, cum innocens esse non possit,* inquit S.[i] Gregorius, *qui obedire contemnit, nec desinit Dei maledictio improbitate comitante, rebelles istos prosequi, donec eos letifera calamitate extremoque iudicio contriuerit.* Iuxta illud Dei decretum irreuocabile.[k] *Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo suo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel.* Nec vnius contumacis summo sacerdoti reluctantis mors, extremaque calamitas iram indignationemq; Dei compescuit, atq; placauit: sed totam gentẽ, nationemque Iudæorum propter neglectum, spretumque magnum legis antiquæ sacerdotem, aliosque sub illo rebus sacris præfectos plaga miserabilis captiuitatis, seruitutisque, diuina vindicta funditus euertere voluit. Vnde threni illi, lamentationesque prophetæ.[l] *Facies Domini diuisit eos, non addet, vt respiciat eos,* id est, prout Aben-Esra[m] Rabinus exponit. *Ira Dñi non addet, vt respiciat eos.* Sic enim auertente Deo faciem suam omnes miserè turbati perierunt. Quare hoc? *Quia facies sacerdotum non erubuerunt.* In Hebræo [Hebrew] *nasi bahu lo,* ad verbũ *non susceperunt,* scilicet phrasi Hebræa, *non honorauerunt, non obseruauerunt, nec coluerunt* sacerdotes: septuaginta οὐκ ἔλαβον non acceperunt, sed reclamante Dei lege turpissimè contempserunt; vt Hebræorum Targum interpretatur. Idcirco Nicolaus sedis Constantinopolitanæ patriarchã per epistolam regem Bulgarorum ad obediendum sacerdotibus Ecclesiæ Dei immaculatæ Christi sponsæ, præcipuè verò sacerdotum principi Romanæ sedis antistiti, eosque omni honore, venerationeque colendum non minus sapienter, quàm grauiter hortabatur, illi hæc inter alia suggerens.[n] *Caue enim putes idem tibi plane licere in sanctissimum Pontificem Romanum, quod in me olim licuit, quem ludibrio habuisti tandiu. Si quidem eum cõmiseris, non impune feres, Apostolorum primores, quorum ille ad aras quotidie litat, iratos in te oculos coniicientes, quasi propriam iniuriam, contemptumque vltum ibunt.*

Audite igitur ista rebelles, & contumaces sacrilegi patris spiritualis fidelium omnium, vestrique, si salui esse vultis, sapientissimi, contemptores, *& redite præuaricatores ad cor,* respicite consideratione matura flagitium rebellionis horrendum, quod tantũ omniũ saluandorũ monarchã, tantũque vniuersalis Ecclesiæ principẽ spernendo patrauistis, simulque respicientes apprehendite, & expauescentes exhorrete immane illud calamitatis æternæ barathrum, in quod siue

a S. Chrys. orat. de principatu, & imperio.

b S. Bern. epist. 131. ad Mediola. in fide titubantes.

Qui resistit sedi Apostolicæ, & Romano Pontifici, Dei ordinationi resistit, cuius summa potestas in creandis vel tollendis Episcopatibus.

Potestas tradita à Deo Rom. Pontifici omnẽ seditiosorum contra se rebellionem compescere, & castigare.

Rom. Pontifex dictus à S. Bernardo alter Deus in terris.

c lib. 4 c. 7. & vlt. de consideratione.

3. Pars. Misera rebellantium contra Rom. Pontificẽ conditio, Christi suæque gratiam, perditionem consequentium, & malis offendiculis calamitatibus à diuina propter hãc rebellionem maledictione profecta.

d S. Ambr. in S. Lucam.

e S. Bern. de duplici baptismo sermone.

f Luc. 10. v. 16

Ignominia, maledictio, improbitas, calamitas quæ rebelles Dei, eiusque vicarij contemptores persequuntur.

g 1. Reg. 2.

h Esai. 33.

i Greg. in cap. 42. Iob.

k Deut. c. 17.

l c. 4 lament. v. 16.

m Abẽ-Esra.

n Nicolai Patriar. Constantinop. epi. ad Simeon. regẽ Bulgarorum ann. 917.

Nullus sine principi sine populus impunè despicios, & aspernabitur Rom. Põtificem

remissione casuros, nisi resipueritis, pœnarum vestræ rebellionis, despectûsque à vobis Christi Domini vicarij vltricium, exitu nullo finiendarum vos eculei, acerbitatesque torquebunt. *Quid vultis amplius homines* (verbis enim maximi omnium [a] doctoris vos pro fine lubet affari.) *Quid vultis amplius? Non de auro, & argento vestro agitur, non terra, non prædia, non denique salus corporu vestrorum discrimen vocatur. De adipiscenda vita æterna, & fugienda morte æterna compellamus animas vestras: expergiscimini aliquando: non in aliqua obscura quæstione versamur, non recondita secreta rimamur, quibus penetrandis vel nulla, vel rara humana corda sufficiant, res in aperto est. Quid eminet clarius? Quid cernitur citius?* Quam illa Christi Domini ad suos Apostolos eloquia. [b] *Qui vos audit, me audit; qui vos spernit me spernit.* Quid illud Dei ad Samuelis de populi rebellione conquerentis expostulationes verbis euidentius? [c] *Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.* Quid illis ad Thessalonicenses Apostoli manifestius? [d] *Qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit etiam spiritum suum sanctum in nobis?* Quid illa Moysis ad populum non credentem rebellem, & contradicentem sibi, fratrique suo Aaroni murmurando sermonibus apertius? [e] *Non murmur vestrum contra nos, sed contra Dominum.* Quid denique pro vindicta, & animaduersione in rebelles, contemptoresque rectorum populi salutis illis Domini comminationibus distinctius, breuiusque dici potuit? [f] *Qui verba eius, qui loquitur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existam.* Quantò iustius, veriusque cuncta hæc, contumaces, & rebelles Romano Pontifici Christi Domini vicario, eiusque sanctissimæ maiestatis diuinitus in Ecclesia Christiana constitutæ contemptores, atque blasphematores propriè, commodèque detorquebuntur? qui vt summus Ecclesiæ vniuersalis iudex, monarchicusque fidelium omnium, quoad spiritualia, princeps, velut in Dei throno in Romana sede præsidet, *in qua*, vt cum sancto loquar [g] Augustino, *semper Apostolicæ cathedræ viguit principatus?*

a S. Aug. epi. 162. ad Glorium Eleusium, & c contra Donatistas.
b S. Luc. 10. v. 16.
c 1. Reg 8 v 7
d 1. Thessal. 4. v 8
e Exod. c. 16.
f Deuter. c. 18 v. 19.
g D. Aug epi. 165.

CAP. XIII.

Fidelium Christianorum nullus ab obedientia filiali, spiritualique Romani Pontificis imperio, siue Imperator, siue Rex, siue quiuis alius princeps, & populus eximi iure potest; quod quidem detrectare, vt nefarium; ita valde miserum est.

1. *Quàm iustum, & rationabile omnes cuiusque conditionis, & gradus Catholicos obedientia, & imperio Papæ, quoad spiritualia subijci.*
2. *Nullus princeps, aut populus, à potestate spiritali Rom. Pontificis monarchica liber esse iure potest.*
3. *Quàm iniquum, & perniciosum, suaue, salutareque illius potestatis, & imperij iugum excutere.*
4. *Principes, eorumque populi Rom. Pontifici in spiritualibus obedire renuentes ordinem naturæ peruertunt, Deique Christi D. voluntati resistunt, eius leges violando.*

CVM inter omnes sapientiæ ciuilis: atque politicæ professores constet omnes populos ad finem politicum, ciuilemque, qui temporalis pacis per moralem virtutem consequendæ fruitio censetur, anhelantes illorum principum dominationi, iurisdictionique cum ratione, & humanitate benigna debere subiugari, ad quos huius temporalis finis directio pertinet: qua sibi subditos populos, secundum naturalis, moralisque virtutis normam rite moderatos ad huius consecutionem finis prospere, sapienterque deducant. Profectò nemini manifesta demonstratione persuaso dubium esse potest, omnes non modo populos, sed etiam populorum rectores, Imperatores, Reges, ac principes cuiuscumque sortis supernaturali fini, qui gloria cœlestis, æternaque felicitas habetur inhiantes, auidaque illum cupiditate præ rebus omnibus apperentes, spirituali Rom. Pontificis imperio subijci cum filiali obsequio humiliter oportere. Cui Christus Dominus Deus noster regni sui ministerium, eiusque supernaturalis finis directionem, per quam omnes fideles ad æternæ beatitudinis fruitionē tuto, rectoq; Christianarum virtutum tramite proueheret, concedere dignatus est. Quam demonstrationem mira perspicuitate, sublimisque doctrinæ, soliditate doctor angelicus explanat, & euoluit. Cum post multa hæc constricta breuiter ait. [a] *Quia finem fruitionis diuinæ non consequitur homo per virtutem humanam, sed virtute diuina, iuxta illud Apostoli Rom. 6.* [b] *Gratia Dei vita æterna. Perducere ad eū finē non humani erit, sed diuini regiminis. Ad illū igitur regem huiusmodi regimen pertinet, qui nō est solum homo, sed etiā Deus, scilicet ad Dominū nostrum Iesum Christū: qui homines filios Dei faciens, in cœlestē gloriā introduxit. Hoc igitur est regimen ei traditum quod non corrūpetur, propter quod nō solū sacerdos, sed rex in Scripturis sacris nominatur, dicente Hieremia 23.* [c] *Regnabit rex, & sapiens erit. Vnde ab eo* [d] *regale sacerdotiū deriuatur, & quod est amplius, omnes Christi fideles in quantū sunt mēbra eius, reges, & sacerdotes dicuntur. Huius ergo regni ministeriū, vt à terrenis essent spiritualia distincta, non terrenis regibus, sed sacerdotibus est commissum, & præcipuè summo sacerdoti successori Petri, Christi vicario Rom. Pontifici: cui omnes reges, populi Christiani oportet esse subditos, sicut ipsi Domino Iesu Christo. Sic enim ei, ad quem finis vltimi cura pertinet subdi debēt illi, ad quos pertinet cura antecedentiū finiū, & eius imperio dirigi. Quia igitur sacerdotium gentilium, & totus diuinorū cultus erat propter tēporalia bona cōquirenda, quæ omnia ordinantur ad multitudinis bonū commune, cuius regi cura incumbit, conuenienter sacerdotes gentilium regibus subdebantur. Sed & quia in veteri lege promittebantur bona terrena, non à dæmonibus, sed à Deo vero religioso populo exhibenda, inde & in lege veteri*

Nota axioma illud quo ostenditur omnes fideles populos, & principes, quoad spiritualia, Romani Pontificis imperio subijci propter æternam felicitatem.

a S. Thom l. 1 de regim. c. 14. opusc 20.
b Rom 6.
c Hiere. c 23.
d Petri 1. c 2. v. 9.

Sacerdotes Regibus leguntur fuisse subditi. Sed in noua lege est sacerdotium altius: per quod homines traducuntur ad bona cœlestia; vnde in lege Christi Reges debent Sacerdotibus esse subiecti. Hæc ipse sanctus doctor, plura alia adiungens ad præsens institutum, quæ breuitatis causa prætermitto: qui in confirmationem supradictorum alibi dixit.[a] *Caput Ecclesiæ, est ipse Christus, cuius vicem in Ecclesia gerit summus pontifex: & ideo schismatici dicuntur, qui subesse renuunt summo pontifici, & qui membris Ecclesiæ ei subiectis communicare recusant.* Addit & ipse alio in loco plura, nempe [b] *hoc priuilegium Romanæ Ecclesiæ, ipsiusque pastori œcumenico Christum Dominum contulisse, vt omnia ei sicut Christo obediant.* Adeo vt longè meliori iure, quàm Tertullianus summum gentilitiæ superstitionis [c] *pontificem Regem seculi, sed spiritualem* quoad gloriæ cœlestis allecutionē merito appellare debeamus. Quid si Imperatori potentissimo, atque religiosissimo vniuersi Domino mundi, omnium Dei, Ecclesiæque Catholicæ perduellium, hostiumque victori, magnificoque de euocatis imperij Christianæque religionis oppressoribus triumphatori Theodosio Magno simplex Episcopus Sanctus Ambrosius potuit, ac debuit pro illius salute principis imperare: Quantò rationabiliùs, & iustiùs Episcoporum omnium Princeps, & Pastor omnibus terrarum vrbis principibus, qui de Christiana professione censentur, pro illorum salute iura dabit, legesque salutares ex officio, munereque suo præscribet? Et si S. Augustinus Marcellino Africæ comiti imperando dicere potuit, debuitque pro muneris episcopalis authoritate:[d] *Si non audis amicum petentem, audi Episcopum consulentem, quamuis (quoniam Christiano loquor) maximè in tali causa non arroganter dixerim, audire te Episcopum conuenit iubentem.* Quantò iustiùs, sanctiusque Princeps Episcoporum, omnium Pastor Christi Domini ouium, omnibus mundi principibus propriæ salutis appetentibus, gloriæque cœlestis auidis, quid facere debeant pro huius adeptione gloriæ, perennisque felicitatis, imperiis, iussisque præibit? Cuius principis Ecclesiastici super omnes gentes, & Princeps amplitudinem regni, quod est regnum Christi Spiritus sanctus Daniel Prophetæ demonstrauit, à quo hæc audiuit, quæ generationi venturæ renuntiaret.[e] *Regnum, & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cælum, detur populo Sanctorum altissimi. Cuius regnum* (scilicet Ecclesiæ, cui Papa præest) *regnum sempiternum est, & omnes Reges* (seu potestates) *seruient ei, & obedient.* Cuius regni notitiam alius Propheta his à Spiritu sancto verbis accepit.[f] *Ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi.*[g] *Et venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi, & vocabunt te ciuitatem Domini Sion Sancti Israel.* Quam Dei ciuitatem supra diximus regnum esse Christi, quod est Ecclesia militans in terris, cuius regia sedes, thronusq; sanctitatis Roma sancta Petri ministerio diuinitus à Christo Domino constituta est, *quæ totum sub leges suas mitteret orbem.* Cuius pastori, & hierarchæ œcumenico omnes mundi principes, & populi, vt salui fierent humiles deuotè prociderent; vnde illa poëtæ Christiani omnium circumsonando auribus sacro modulamine resonare gestierunt.

[h] *Roma caput rerum est, Romam Deus esse suorum Pontificum sedem statuit, quibus omnia cedant Regna, quibus Reges, ipsi quoque sceptra Latini Submittant, quorum acclines vestigia adorant.*

Sic humilem, deuotamque Romanæ Ecclesiæ sedi regni Christi, quod est vniuersalis Ecclesia, omnium quæ sunt in orbe Christiano Ecclesiarū capiti, matri, reginæque, necnō illius præsuli omnium Pastorum spiritualium principi ab omnibus obedientiam præstari lex diuina mandauit. Idcirco Gregorius 4. vniuersis Galliæ Episcopis mutua inter se contentione dimicantibus, seque reciproca inuidia, iniuriaque proscindētibus, sub imperio Ludouici Pij eos per epistolam ad pacē, concordiamque fraternam clementer imperando compellans hæc inter alia loquebatur.[i] *Nemo vestrum quod suum est quærat, sed quod alterius est, & quod Apostolus, inquit,*[k] *vnusquisque proximo suo placeat in bonum,* &c. Post quæ hanc subiunxit cōclusionem.[l] *Præceptis ergo Apostolicis non dura superbia resistatur: sed per obedientiam, quæ à sancta, Romana, & Apostolica authoritate iussa sunt salubriter impleantur, si eiusdem sanctæ Ecclesiæ, quæ est caput vestrum communionem habere desideretis.* Cuius sancta monarchia, principatusque sacer ita per vniuersum Christianæ dominationis orbem longè, lateque diffunditur, vt non sit fidelium aliquis qui ab huius diuinæ, spiritualisque potestatis se iure possit abscondere. Hic est enim S. Petrus Princeps Apostolorum, qui & in eo successores eius Romanos pōtifices audiunt à Christo Domino. *Pasce oues meas. Cui creditum est ouile,* ait[m] Sanctus Epiphanius:[n] *Cui priùs agnos, deinde oues Dominus noster Iesus Christus commisit: Quia non solum pastorem populorum, sed etiam populis præfectorum eum constituit,* inquit Eucherius Lugdunensis, *Pascit igitur Petrus agnos, pascit & oues, pascit filios, pascit & matres, regit & subditos, & prælatos. Omnium igitur pastor est, quia præter agnos & oues in Ecclesia nihil est.* Quid enim si hæc ab ore Apostolici discipuli prolata sunt:[o] *Principes subditi estote Cæsari, milites principibus, diaconi Presbyteris, Presbyteri verò, & diaconi, atque omnis clerus simul cum omni populo, & militibus, atque principibus, sed & Cæsares obediant Episcopo, Episcopus verò Christo, sicut patri Christus; & ita vnitas per omnia seruetur.* Quid ambigui in animis fidelium remanere potest circa supremam in Ecclesia Dei Romani pontificis authoritatem, qui est Episcopus antonomasticus, omnium prælatorū, Episcoporumque Princeps; quin illi ab omnibus principibus, populisque Catholicis summam præstari debere obedientiam, obsequiumque, confidenter, ingenueque fateantur? Omnes illi principes, Reges, ac Imperatores tēmpore S. Ignatij mundi nationibus, populisque dominantes re ipsa minimè pontificiæ, Episcopalique iurisdictioni, dignitatique parebant: tenebantur iure nihilominus, si salui esse voluissent; cùm suam iam in terris Christus Dominus spiritualem, Ecclesiasticamque monarchiam ordinatione diuina creauisset. A quo quidem Romanus pontifex cùm omnium Ecclesiarum, omniumque Christianarum solicitudinem accepisset, quanam ratione omnes principes, ac populi fideles ac oues nuncupatione comprehensi, ab illius iurisdictione spirituali, potestateq; diuinitus oblata, immunes, liberique esse potuissent? *Diuinis præceptis, & Apostolicis saluberrimis instituamur monitis,* aiebat Greg. 4. ad Episcopos omnes per Galliam, Germaniam, Europam, aliasque Prouincias orbis

Margin notes:
[a] S. Thom. 2. 2. q. 39 art. 1.
[b] S. Thom. opusc. contra oppugnantes religionem c. 3.
[c] Tertull. l. ad vxorem c. 7. in f.
Paulinus in vita S. Ambr. Theodor. & alij Ecclesiastici scriptores. De quibus supra.
[d] S. Aug. ep. ad Marcell. Africæ comitem.
[e] Daniel c. 7. v. 27.
Descriptio regni futuri Ecclesiæ quod est Christi: & de honore, quem reges terræ exhibent huius regni Ecclesiastici principi ondicatur.
[f] Esaiæ c. 60. v. 10.
[g] Ibid. v. 14.
[h] Baptista Mantuan. l. 1. de Martyrio S. Dionisij Areopag.
[i] Epistola Gregorij 4. ad omnes Galliæ Episcopos inter se discordes anno D. 819.
[k] Rom. 15.
[l] Ibid.
Romana Ecclesia tanquā omnium Ecclesiarum caput in omnibus obediri oportet.
2. Part.
A potestate spirituali Romani Pontificis monarchica nullus liber esse iure potest.
[m] S. Epiphan. in Ancorato.
[n] Eucherius Lugdun. in vigilia S. Petri.
[o] S. Ignatij epist. ad Philadelphicos.
Romani pontificis authoritas spiritualis super omnes principes & populos exprimitur.

a Greg. 4 ep. ad Episcopos Galliæ, Germaniæ &c. c. 2. as. q. r.

Christiani constitutus, vt per omniũ statum impigro vigilemus affectu. [a] *Et quia cunctarum diuina dispensatione Ecclesiarum curam gerimus, omnibus nostra poscentibus suffragia Apostolica authoritate subuenire optamus. Quoniam diuinæ virtutis, & infirmitatis humanæ* (scilicet Christi Domini Dei, & hominis) *sanctio est, vt omnium Ecclesiarum negotia ad nostræ reparationis tendant affectum.* An est aliquis Catholicorum principum, qui non alicuius harum Ecclesiarũ gremio contineatur? Quæ cogitans, agnoscensque Angliæ regina Eleonora, in amaritudine sua amarissima scribens ad Cælestinum Papam huius nominis tertium, de crudelitate Hẽrici Imperatoris, & ducis Austriæ erga filium suum Richardum, (quem de terræ sanctæ expeditione redeuntem captiuum indignissima proditione carceri mancipauerant) apud eum pontificem expostulando, & ipsius Ecclesię principis opem, auxiliumq; contra hos perfidos principes, filij detentores, & oppressores implorando hæc inter alia dicebat. [b] *Nonne Petro Apostolo, & in eo vobis omne regnum, omnisque potestas regenda committitur? Benedictus autem Dominus, qui talem potestatem dedit hominibus, non Rex, non Imperator, non Dux à iugo vestræ iurisdictionis eximitur,* &c. Cuius iurisdictionis super omnes principes, populosque virtute diuina firmatæ sublimitatẽ S. Bonauentura mirabiliter efferens, ita ad clariorem excellentię illius ostensionem solidè, dilucideque ratiocinabatur. [c] *Quia excellentia quantò magis descendit, tantò magis dilatatur, & quanto magis ascendit, tanto magis vnitur: bene est, quod plures sunt Episcopi, pauciores Archiepiscopi, paucissimi Patriarchæ, & vnus pater patrũ, qui Papa meritò appellatur, tanquam vnus primus, & summus pater spiritualis omnium patrum, imo & omnium fidelium, & hierarcha præcipuus, sponsus vnicus, caput indiuisum, pontifex summus, Christi Vicarius; fons, & origo, regula cũctorum principatuum Ecclesiasticorum, à quo tanquam à summo deriuatur ordinata potestas, vsque ad infima Ecclesiæ membra, secundum quod exigit præcellens dignitas Ecclesiæ in Ecclesiastica hierarchia.* Illam porro supremam Romani pontificis in Ecclesia Dei super omnes fideles authoritatem alteratio nulla corrumpet, quamdiu sancta, salutarisque pacis Christianæ, charitatisque Catholicæ inter ambas Christi Domini monarchias confœderatio fidelitate inuiolabili custodita permanebit. Certè si bene res cum illis conditionis cuiuscumque fidelibus agetur, qui huius supremæ, pontificiæque dignitatis voluntaria humilitatis, obsequijque propensione iussis, & imperiis obsequuntur: sic cõtra miseri plurimis infortuniis, calamitatibusque seuerissimis viui, mortuique sine misericordia torquebuntur, qui hoc sublime Romani Põtificis imperiũ improbare, illius iussa despicere, atque contemnere non perhorrescunt, deque illo contemptu superbè, impudenter, & impiè gloriantur. Hanc principis Ecclesiæ maiestatem rebellione superba contemnere, quid aliud est, quàm extra Ecclesiam à Deo recedere? Quid cõtra iusta, sanctaque tãtæ maiestatis imperia murmurando nequiter assurgere aliud est, quàm longè à salute sua in reproborum castra transuolare, & sic sempiternæ periculum damnationis incurrere? *Cùm qui cathedrã Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit,* teste S. [d] Cypriano, *permerorè, impudenterque se in Ecclesia esse confidat?* Quid enim ad illius, quod quærimus, asserimusque cõfirmationem verbis illis, quibus sedis Apostolicæ contẽ-

b Eleonoræ Reginæ Angliæ ep. 2 ad Cælestinum 3 apud Petrũ Blesensem.

c S. Bonauẽt. part. 6. breuiloquij c. 12.

Papa cur dicitur fõs, origo, & regula omniũ Ecclesiasticarum dignitatum.

3. Pars: Quàm iniquũ & perniciosum suaue imperij spiritualis, atque pontificij iugum excutere.

d S. Cypr. l. de vnitate Ecclesiæ.

A ptorem [e] Parmenianum Donatistam Optatus affabatur, clarius? *Negare non potes scire te in vrbe Roma Petro primo cathedrã episcopalem esse collatã; in qua vna cathedra vnitas ab omnibus seruaretur: vt iam schismaticus, & peccator esset, qui contra singularem cathedram alteram collocaret.* Indeque Parmeniani, cæterorumque Donatistarũ superbissimã præsumptionem, misertimamque contumaciam aduersus sacrosanctũ Ecclesiasticæ dignitatis, sanctitatisque pontificiæ principatum manifestè detegit, illa quam superioribus conclusione subiunxit. [f] *Vnde est ergo quod claues regni vobis vsurpare contenditis, qui contra cathedram Petri vestris præsumptionibus, & audacia sacrilegio contenditis?* Quã sic rebellãdo salutare Ecclesiastici principis, omniũque Christi D. pastoris œcumenici iugũ excutere, perniciosũ, & animarũ saluti mortiferũ! Quid enim talibus cõtumeliosis, rebellibusq; schismaticis fides prodesse posset, qui charitatẽ, imperiis B Apostolicæ cathedræ, Christiq; Domini Vicarij contradicẽdo perdunt, & Antichristi imitatione vocãtur? Audiant magnifica illa S. August. penitiusq. si sapere velint animis eloquia defigãt. [g] *Quid prodest homini vel sana fides, vbi lethali vulnere schismatis perempta est sanitas charitatis.* Qui propterea cõtra Donatistas hanc conclusionẽ eduxit: *Quisquis ergo ab hac Catholica Ecclesia fuerit separatus, quantũlibet laudabiliter se viuere existimet, hoc solo scelere, quod à Christi vnitate disiũctus est, nõ habebit vitã, sed ira Dei manet super eũ.* Audiant & illa S. Cypriani huiusmodi cõtumaces schismaticos, Antichristos imitatione scelerũ vẽturi Antichristi vocitãtis. [h] *Apparet aduersarios Domini Antichristos omnes esse, quos cõstat à charitate, atque ab vnitate Ecclesiæ Catholicæ recessisse.* Et isti sunt, *qui in Scyl*-C *lã incidunt cupientes vitare Carybdim;* qui grauissimis sua rebellione, & cõtumacia periculis ingurgitantur, dũ minora incõmoda, non obediẽdo supremę pontificis authoritati vitare conãtur. Ac si parere vicario Christi in spiritualibus negotiis, incõmoda, difficultatesq; pareret obsequẽtibus, & nõ potiùs maximæ cõmoditatis, salutisq; crescẽtis in magnas prosperitates temporales, & æternas facilitatẽ, dulcedinẽque gratissimã pro obedientiæ mercede procrearet. O cæca Iudæorũ corda, & miseras eorum sortes, in quas sua rebellione ceciderũt, in Ægyptũ contra Dei mandatũ, inclamante eorũ auribus Propheta, profectorũ [l] vt seruitutis, captiuitatisq. Chaldaicę seueritates, quas perhorrescebãt effugerẽt! Quibus per Prophetam Hierem. dixerat Dominus. [i] *Si posueritis* D *faciem vestrã, vt ingrediamini Ægyptũ, & intraueritis, vt ibi habitetis, gladius, quẽ vos formidatis ibi cõprehẽdet vos in terra Ægypti, & fames pro qua estis soliciti, adhærebit vobis in Ægypto, & ibi moriemini,* &c. Quæ Dei verba per summã rebellionẽ, cõtumeliãque tanquã mendacia ab Hieremia cõficta spernentes, ita Prophetam, tanquã impostorẽ cõtumeliis affectũ malitiosè criminabantur. [k] *Mendaciũ tu loqueris, nõ misit te Dominus Deus noster dicẽs: Ne ingrediamini Ægyptum, vt habitetis illic, sed Baruch filius Neriæ incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manus Chaldæorũ, vt interficiat nos, & traduci faciat in Babylonẽ,* &c. Quid hæc illis boni rebellio peperit? Nihil planè, sed multùm calamitatis maximę, qui ex tutissimo Iudææ loco, diuina protectione munito, contra Dei præscripta proterui, rebellesque fugientes in laqueos captiuitatis, tyrannidisque Nabuchodonosor amarissimos miserè ceciderunt, lapsique in eos innumeris subiu-

e Optatus Mileu. l. 2. contra Parmen.

f Optat. l. 2. contra eundẽ Parm.

g S. Aug. l. 1. de baptismo c. 18.

h S. Aug. ep. nomine Cirtensis concilij ad Donatistas post collationem, tom. 7.

i S. Cyprian. ep. 76.

Inobediens Rom. Pontifici cupiens, & intendens leue, suaueque obedientiæ iugum fugere, in grauissima pericula, laqueosque diabolus incidit instar Iudæorum rebellium Dei mandato per os Hieremiæ prolato.

i Hierem. c. 42.

k Hierem. c. 43.

A gati calamitatib⁹ sine spe melioris fortunę diu luctuosissimè gemuerũt. Etenim Nabuchodonosor anno 23. regni sui Ægypti regnũ funditus cũ horribili strage destruxit, & omnes Iudæos ibi tunc inuentos, qui inuito Deo patria cesserãt, teste Iosepho,[a] multis oppressos afflictionibus in Babylonẽ captiuos durissima torquendos seruitute relegauit. Hæc profectò vera, tristisq; rebelliũ, cõtumaciumque contra pontificiæ maiestatis imperia pugnantiũ, hęreticorũ, schismaticorũque effigies, & imago: qui dũ obturantes aures suas sicut serpentes, & surdę aspides, ne audiãt vocẽ Christi D. in obediendo vicarij sui decretis, Iudæam seu Ierusalem, montemque Sion, id est, Ecclesiã Dei Catholicã, Apostolicã, & Romanã perfidè deserunt: vt in Ægyptũ scilicet regionẽ à Dei veritate longinquã, terrã confusionis, rebellionis spississimis, ac fœdissimis hęreseos schismatis, errorisq; tenebris inuolutã, contra fidem, moresq; bonos, perdito veritatis Catholicæ lumine descẽdãt. B Vbi eos mysticus, infernalisq; Nabuchodonosor, diabolus scilicet offẽdit, quos inferni, mactãdos, immolandosq; manibus, tormentis perpetuis in suę tyrannidis, dominationisq; crudelissimę laqueos, retiaq. præcipitat. O insensati rebelles! qui si voluissent, nõ exẽpti à salutari, suauiq; Ecclesiasticæ, pontificiæque iurisdictionis iugo, serui facti iustitiæ, liberi se in æternum ab intolerabili peccati, diaboli, inferniq. captiuitate potenter, atque feliciter exemissent! longè Iudæis illis si Deo credidissent, eiusque paruissent imperio beatiores: quibus tot felicia, si in Iudæa remãsissẽt, per os Prophetæ sui spoponderat illis ista dicentis.[b] *Hæc dicit Dominus Israel, Deus Israel, ad quem misistis me, vt prosternerẽ preces vestras in cõspectu eius. Si quiescẽtes mãseritis in terra hac: ædificabo vos, & nõ destruã, plantabo, & non euellam, iam enim placatus sum super* C *malo, quod feci vobis: nolite timere à facie Regis Babylonis, quẽ vos pauidi formidatis. Nolite metuere eum, dicit Dominus; quia vobiscũ sũ ego vt saluos vos faciã, & eruã de manu eius, & dabo vobis misericordias, & miserebor vestri, & habitare vos faciã in terra vestra,* &c. Cæci sũt, & duces cęcorũ omnes illi quicũq. sint, siue principes, reges, cæteriqua populorũ rectores, dũ multa sibi, principatuiq; bona pollicẽtur, se, populosq; sibi creditos ab obediẽtia pontificiæ iurisdictionis eximẽdo. Malorũ cõtra eumolus terribilis est, quibus percelluntur, dum cõtumaces tali diuinitus S. Petro, eiusque successoribus, sedis Apostolicæ præsulibus impartitæ iurisdictioni reluctãtur. Põtificis namq; dignitatis excellẽtia super alias in ecclesia præter alios titulos maxima patet, in animaduersione diuina contra cõtumaces illius à Deo traditæ potestati reluctãtes. Cuius imaginẽ, figuramq; in antiqua lege D Propheta ille repræsentabat: de quo hæc Dominus:[c] *Prophetã suscitabo in vobis, de fratribus vestris,* &c. *Quicunque nõ audierit Prophetam istũ, ego vltor existam.*[d] *Pœnam scilicet æternã, & temporalẽ illi infligẽdo*, inquit Glossa sequẽtia subiũgẽs. *Ex quo verbo habetur, quod impugnãtes summũ Pontificẽ, & ipsi resistẽtes, graui pœna puniẽdi sint.* Propterea nõ sine iusta ratione pleriq; docti, deuotiq; doctores mysticè loquẽtes Romanũ Pontificẽ per montẽ Sinai significatũ fuisse credunt.[e] *super quẽ tertio die Deus descẽdisse dicitur filiis Israel ita locutus: Ne ascendatis in montẽ, nec tangatis fines eius: qui eum tetigerit morietur.* Nec verò sine causa iusta, ratione que potẽti monti Sinai Romanus Põtifex assimilatur.[f] Vt enim tali monte mediante Deus ad

a Ioseph l. 10. ant. c. 11.

Eximentes se à Romani Pontificis imperio miseri similes Iudæis contra Dei præceptũ relicta Iudæa in Ægyptum descendentibus.

b Hierem. c. 42.

Vltor Deus rebellium suo Vicario.

c Deuter. c. 18.

d Glossa in c. 18. Deut.

e D. Antonius 3 Parte summæ l. 22. c. 2. § 2.

Romanus Pontifex monti Sinai comparatur propter tria.

f Exod c. 19.

1. Ratio.

A populũ Israël descendisse, Scriptura testante, perhibetur: Sic Christus D. Theãtropos Deus homo, interueniẽte Romani Põtificis authoritate, fidelibus Catholicis salutari, beneficaq; gratiarũ largitate cõmunicatur. Deinde ratione sublimitatis, hæc conformitas, comparatioq; roboratur. Vt enim mons ille Sinai cæteris qui in circuitu eius erant montibus superior, & altior habebatur: ita Pontifex Romanus in Ecclesia Dei Pastores omnes, prælatos, animarumq; rectores altitudine dignitatis suę multis partibus excedit, atque supereminet. Addã pro ratione tertia legalis veritatis cõsiderationẽ: vt sicut de monte Sinai lex Moysi diuinitus, oblata est populi directioni, ad sequendas volũtatis diuinæ vias accõmodata: sic in Ecclesia Catholica pòst Deũ leges sanctæ salutis æternæ consecutioni necessariæ ab ipsius Ecclesiæ principis authoritate deriuantur. Imperatores, Reges, principes, reliquique dominãtes in popu- B lis, pro æterna vita põtificibus Romanis indigere[g] Nicolaus Papa I. Imperatori Michaëli denunciauit, dũ his illi filialis affectus inclinatione propter Deũ, illorũ mandata religiosè facientes, obsequũtur. Qua quæso illi ratione viam affectabũt empyreo cœlo, & ad illius ęternę vitę verticẽ iratis pontificibus de illorũ rebellione apud Deum grauiter expostulãtibus aspirando, multũque sudãdo prosperè conscendent? Imo potiùs in mortis æternæ barathra suarũ rebellionũ in Christum dominũ, eiusque vicariũ sumpturi pœnas miserrimè reuoluẽtur. Si parẽtibus carnalibus obediẽtiã præstari à filiis tam districtè lex diuina iubeat: Quo feret animo Deus spiritualẽ omniũ fidelium patrẽ, suũ in terris vicariũ à principibus despici, atque contẽni? Qui se ipsius, Ecclesięque Romanæ filios esse iactitãt, atque gloriantur? Audiamus C quid de obedientia parentibus carnalibus à filiis præstãda per os sapiẽtis, Spiritus sanctus efferat, atque pronũciet.[h] *Conserua, fili, præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: liga eam in corde tuo iugiter, & circũda gutturi tuo: cùm ambulaueris gradiẽtur tecũ, & cùm dormieris custodient te; & cum euigilaueris loquere cum eis, quia mandatũ lucerna est, & lex, lux, & via vitæ, increpatio disciplinæ.* Si tanti faciẽda iubet Deus Patris secundùm carnẽ mandata: Quantò magis secũdùm spiritũ parenti non vnius particularis, sed vniuersalis Ecclesię Pastori suo in terris vicario summã præstari obediẽtiã, obsequiũque filiale ab omnibus fidelibus, & populis imperãdo monet, eosq; sub grauissimi pœna infortunij compellit? Pœna grauis cõtumacibus, rebellibusq. contra parẽtes carnales infligẽda filiis non obscurè in veteri testamento diuina lege decernitur.[i] *Si genuerit homo filiũ contumacẽ,* D *& proteruũ, qui nõ audierit patris, & matris imperiũ, & coercitus obedire contempserit, lapidibus eũ obruet omnis populus, & morietur, vt auferatur malũ de medio vestri.* Et inter imprecationes, maledictionesque quas Moyses cõtra diuinarũ legũ violatores, & adulteros, in montibus Garizin, & Hebal Dei iussione fulminauit, hæc vna erat aduersos proteruos, rebellesq. parẽtibus filios.[k] *Maledictus qui nõ honorat patrẽ, & matrẽ, ad cuius vocis maledictẽris iustè sonitũ populus vniuersus approbatione manifesta respõdit. Amen.* Ex maledictionibus plurimis in filios proteruos, hæc nõ de minoribus est.[l] *Cùm iudicatur exeat condẽnatus, & oratio eius fiat in peccatũ.* Quid fiet cõtumacib⁹ rebellãtib⁹ in eũ spiritualẽ fidelium omniũ parentẽ, quẽ cõstituit Deus fidelẽ seruũ, dispẽsatorẽ, & principẽ super omnẽ familiã

2. Ratio.

3. Ratio.

g Can ad verum. dist. 96.

Argumento deducitur subdi Deum parentibus carnalibus filios obedire, quanto magis spiritualibus, & spiritualium parentum patri, scilicet Rom. Pontifici.

h Prouerb. c. 6.

i Deut. c. 21.

k Deut. c. 27.

l Psal. 108.

suam regnumque quod est Ecclesia? Quo in eos iræ, indignationisq; iustæ motu prouocatos exardescet? Hac rebellione principes à filiorum Dei adoptionis iure decidunt, seseque tunc Ecclesiæ sāctæ, pastoriq; eius œcumenici filios iniustè, nec sine mēdacio profitentur; cùm nō sit dicendus filius, qui parenti se negat esse subditū, illiusq. mādata facere detrectat.[a] *Sicut enim nulla vi verborū, nulla ingenij facultate exprimi potest* (inquit Seneca) *quantum opus sit, quàm laudabile, quamque nunquam à memoria hominum exiturū posse hoc dicere: Parentibus meis parui semper, cessi imperio eorū, obsequētem, submissumq. me prabui.* Sic contra nullum dicendi flumen, nulla, quantacūque sit eloquentiæ vis, vbertasq. facundiæ satis vnquā dignè illa rebelliū, schismaticorūque verba detestabuntur. *Parenti fidelium spirituali Romano Pontifici parere renui, eius licet Christi Vicarij imperio restiti, illique iusta iubenti, obedientē, obsequentēque me præbere recusaui.* Hoc videlicet periculoso contumaciæ dementis, insanientisque rebellionis artificio naturę bene compositæ, ordo præscriptus à Deo peruertitur. Hoc diuinæ voluntatis integritas alterata violatur. Quod in maximū talia operantiū exitium ruināque redundat. Nisi quis velit inani altercatiōne contēdere, mutuari Solem suū à Luna lumen, nō Lunā à Sole, ac proinde illa Solē inferiorē, subiectumque illi cum splēdore suos ab ipsa Luna recipiat, & de suo nullū ipsi largiatur.[b] *Nosse debueras*, aiebat Innocentius 3. Imperatori Cōstantinopolitano, *quod fecit Deus duo luminaria magna in firmamento cœli: luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti: vtrumque magnum, sed alterum maius. Ad firmamentum igitur cœli, hoc est vniuersalis Ecclesiæ, fecit Deus duo magna luminaria, id est duas instituit dignitates, quæ sunt pontificalis authoritas, & regia potestas; sed illa, quæ præest diebus, id est spiritualibus, maior est; quæ verò carnalibus minor: vt quanta est inter Solem, & Lunam, tanta inter pontifices, & Reges differentia cognoscatur.* At in via, ordineque naturæ, non modo creatæ, sed naturæ, vt Physici loquūtur naturātis, Dei videlicet omnipotētis rerū omniū creatoris excellētiora, superioraq. inferioribus præsunt, atque dominātur. *Non negamus*, dicebat idē qui supra pōtifex Innocētius, *quin præcellat Imperator in tēporalibus illos dūtaxat, qui ab illo accipiūt temporalia, sed pōtifex in spiritualibus excedit. Quæ tāto sunt tēporalibus digniora, quāto anima præfertur corpori.* [d] *Est hæc præterea nō scripta, sed nata lex, quam nō didicimus, legimus, accepimus, verū*, vt Ciceronis verbis vtar, *ab ipsa natura hausimus, arripuimus, expressimus, ad quam nō docti, sed facti, nō instituti, sed imbuti sumus*, vt parētibus nostris obedientiā à nobis iure suo poscentibus, docili reuerentia pareamus. Si carnalibus, quanto magis spiritualibus? Ideo Ioannes Papa 8.[e] *Si Imperator Catholicus est*, inquit, *quod salua pace illius dixerimus, filius est non præsul Ecclesiæ: propterea quod ad religionem cōpetit, discere ei cōuenit, nō docere: habet priuilegia suæ potestatis quæ administrādis legibus publicis diuinitus cōsecutus est: vt eius beneficijs non ingratus contra dispositionē cœlestis ordinis nihil vsurpet.* Officiū Imperatorū, Regum, principūque Christianorū est, se velut charissimos filios Ecclesiæ matri sanctissimæ, Romanoq. Pontifici, spirituali Pastori suo regēdos, dirigendosq. quoad spiritualia submittere, non principatū super eos accipere. Vnde iusta hæc Stephani Papæ huius nominis sexti Imperatori Basilio huius sui muneris oblito Roma-

A ni Pontificis maiestatem vtcumque contemnenti facta correptio.[f] *Si vnis Dei existis, quod in votis habemus, ne transgrediaris limites principū Apostolorum. Dic quæso te, quis te seduxit, vt Pontificem œcumenicum comico more scommatibus lacesseres, & sacram Romanorum Ecclesiam maledictis incesseres, cui cum omni veneratione subditus esse debes? Quis te Pontificum iudicē constituit? quorum sacris doctrinis dirigi debes, & à quibus preces pro te Deo offeruntur? Scis sacrum illud dogma quod ait. Nolite tangere Christos meos; & in Prophetis meis nolite malignari. Hæc de omnibus Sacerdotibus maioribus præcipuè, & super omnes de omnium principe Sacerdotum dicta sunt. Deo te æqualem facis, qui eius Angelos iudicare audes? Dicit enim Propheta.*[g] *Labia Sacerdotis loquētur iudicium, & legem exquirent de ore eius: Angelus* B *enim est Dei omnipotentis. Quomodo iudicabis Sacerdotes qui solius Dei sententiæ subijciuntur? Soli facultatem habent ligandi, atque soluendi. Vide ad quadnā profundum te præcipitem dedisti.* Sic ante illius tempora Pontificis, alius nempe Nicolaus superbam audaciam cesarij, Ecclesiæq. sanctæ rebellis Imperatoris retundebat, quod se suis litteris imperauisse Romano Pontifici arroganter, impudenterque mentiēdo gloriaretur, cùm his illum verbis alloqueretur.[h] *Quod longè abest à piorum Imperatorum affectu, quorum sicut locum tenetis, vtinam ita & pietatem sectemini, quod longè, inquā est à principibus sedis Apostolicæ reuerentiam obseruantibus.* Post hæc ordine patentem pluribus eius prædecessorum exemplis veritatem clarissimè manifestat, quorum nullus imperioso, superboque sit vsus vocabulo, Pontifici loquēs, *Iubemus*, sed po- C tius *rogamus, atque cum humili reuerētia postulamus.* [i] Vnus inter Catholicos Imperatores Mauritius extitit, qui semel eo vsus est vocabulo, *iubemus*, romano loquēs Pontifici. Sed in pœnā tantę superbiæ, arrogantisque præsumptionis in exemplum seuerissimæ à Deo vltionis immissæ positū fuisse iusta Sancti[k] vaticiniū Gregorij supra diximus. Hæc iniqua Pontifici Romano, aliisque prælaris Ecclesię sub illo animarum saluti vacantibus imperandi præsumptione, ausuque rebelli lex Christi D. violatur. Quæ secularia sceptra, fascesque temporales spirituali vicarij sui directioni, aliorūque suæ prælatorū Ecclesiæ subiecit. Hoc enim docuit S. Greg. Nazianz. Imperatorem Orientis sic affatus.[l] *Libenter accipies quòd lex Christi Sacerdotali vos subiecit potestati, atque istis tribunalibus subdit. Dedit enim & nobis potestatē, &* D *principatū multo perfectiorem principatibus vestris.* Si hoc potuit simplex Episcopus dicere; quantò magis Princeps Episcoporum? & si vnus particularis Ecclesiæ pręlatus hanc in spiritualibus super Imperatores seculique principes dominationē, authoritatemque iure optimo, id est lege Christi D. sibi potuit arrogare: quid non poterit in illos, quoad æternæ felicitatis assecutionem Romanus Pontifex, vniuersalis Pastor Ecclesiæ, omniū Ecclesiarum toto orbe diffusarum solicitudinem cum plenitudine potestatis eiusdem Christi D. mundi Saluatoris ordinatione sortitus? Propterea laudi maximæ Gratiano Apostolico legato datum est apud Henricum 2. Angliæ regem in causa S. Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi: quòd huic principi ira percito, seque facturum aliquid contra Alexandrum tertium Romanum Pontificem S. Thomę pro iustitia grauiter oppresso fauentem, minas intentanti gratiosè modestèque responderit. *Domine noli minari. Nos enim nullas*

Marginal notes:

a Senec. l. 3. de Benef. in f.

Dum principes in spiritualibus Romano Pontifici non parent ordinem naturæ peruertunt, Christi Dei voluntati resistunt eius leges violādo.

Sicut Sol Lunā præstantior, ipsique subditur Luna in splendore suo, sic pontificia maiestas regia sublimior.

b Innocētius 3. can. 6. de maioritate, & obedientia in decretalibus l. 1. tit. 33.

c Can. 6. de maioritate, & obedientia.

d Cicero pro Milone.

Lex Dei, naturaque est vt filius parentibus obediant sed magis spiritualibus, quàm carnalibus.

e Ioannes Papa 8. can. si Imperator. dist. 96.

f Ep. Steph. 6. ad Imp. Basilium

1. Paral c. 16. v. 22.

g Malach. 2. c. 6.

h Ep. Nicolai 1. ad Imp. Michaelem.

Imperatoris non iubent, sed rogant Rom. pontificem.

Imperatoris Mauritij miserandus exitus quòd Rom. Pontifici imperata voluerit.

S. Greg. ep.

Violatur lex Christi à nolentibus obedire Rom. pontifici, & caeteris sub illo prælatis, in vinea Domini laborantibus.

l S. Greg. Naz. ad Imp. Constantinop. ep. con. 7. dist. 10.

Curia Romana in Regibus, & Imperatoribus dat iura pro salute animarum suarum.

minas timemus, quia de tali curia sumus, quæ consueuit imperare Imperatoribus, & Regibus. Vt Petrus [a] Blesensis commemorat, qui tunc apud hunc Angliæ regem manens cuncta quæ videbat eidẽ S. Thomæ secretis litteris nũtijsque significabat.

CAPVT XIV.

Quàm religiosum, faustum, suaue, salutareque sit Ecclesiasticæ monarchiæ iugum amplecti deuotè, vt faciunt pij principes, qui se cum populis sibi subditis, suaque imperia sedis Apostolicæ defensioni honorique consecrant.

1. *Cur principes seculi Christiani Rom. Pontificibus obedire teneantur; quod pij, religiosique Imperatores, ac Reges vt Carolus M. Ludouicus Pius, & alij se, suosque principatus Apostolica sedi consecrando præstiterũt.*
2. *Commemoratio Catholicæ pietatis, & honoris verè Christiani, antiquorum Angliæ regum erga sedem Apostolicam.*
3. *Lutheri quondam sincera confessio, vocem, & tribunal Rom. põtificis nihil aliud esse, quàm ipsius Christi vocem, tribunalq; confitentis.*
4. *Decreta Rom. pontificum Christi decreta esse dicuntur, quæ omnes Catholici venerari debent, & nulli animarum pastores ignorare.*

Obedire Rom. Pontifici valde iustum, & faustum est.



ICVT iniquum, maximeque miserum principibus cum populis Romani Pontificis vniuersalis Ecclesiæ à Christo Domino constituti, principis, imperia detrectare, monitaque contemnere, sic contra valde religiosum, iustum, necnon beatum, faustumque pro certo creditur, experientiaque testante perhibetur, Christianos principes annuentibus populis Hierarchę, pastorique Ecclesiæ monarchico, summum cum pari obsequio, & obedientia honorem, reuerentiamque, prout [b] lex diuina iubet, exhibere. Quod faciunt pij illi, religiosique principes, qui se cum populis sibi à Deo creditis, sua regna, dominationesque temporales sedis Apostolicæ, Pontificiæque sanctitatis honori, seruitio, obedientiæque consecrant. Quod facere citra omnem dubitationis aleam de necessitate salutis esse diuina iura comprobant. Cùm Romani Pontifices multo magis quàm cæteri Pastores Ecclesiæ fidelium principum simul, & populorum patres, magistrique spirituales habeantur. *Quis dubitet*, inquit Gregorius 7. ad Hermannum Metensem Episcopum scribens, *Sacerdotes Regum, & principum, omniumque fidelium patres, & magistros censeri? Nonne miserabilis insania esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare? & iniquis obligationibus illum sua potestati subiicere? à quo credit non solùm in terra, sed etiam in cælis, se ligari posse, & solui?* Ex omnibus rationibus, quæ probant summis pontificibus principes seculares obedientiam, honoremque præstare debere, hæc illa non mediocriter fortis, quòd Pontifices Romani pro principum secularium animabus rationem in die iudicij Deo reddere teneantur. *Duo sunt quippe Imperator* (inquiebat Gelasius [b] Papa Anastasio Augusto) *quibus principaliter hic mundus regitur, authoritas sacra Pontificum, & regalis potestas, in quibus tantò grauius pondus est Sacerdotum, quanto etiam pro ipsis Regibus hominum in diuino sunt reddituri examine rationem.* Ex qua reddendi rationem in extremo Dei iudicio obligatione, pater sanctissimus de principum salute sollicitus, infert: propterea principes seculi pontificibus Dei Sacerdotibus magnis, tanquam suarum animarum rectoribus, & ad æterna cœlorum tabernacula directoribus subditos esse debere ita concludẽs: [c] *Nosti itaque inter hæc ex illorum te pendere iudicio* (*quoad spiritualia scilicet*, inquit Glossa) *non illos ad tuam redigi posse voluntatem.* Inde prosperitas ingens, magnorumque bonorum, tam spiritualium, quàm temporalium cumulus principes Christianos obsequia tam sibi salutaria Romanis Pontificibus, Deique Sacerdotibus sub illorum principatu, & authoritate cibo doctrinæ Catholicæ, bonæque vitæ pabulo ouile Christi Domini pascentibus, propensione filiali, voluntariaque deuotione hilariter exhibentes Deo miserante, illorumque pietatem, & obedientiam sedi Apostolicæ consecratam remunerante locupletant; atque his bonis locupletatos pleno veroque gaudio perfundunt. Quales pij illi, atque religiosi principes extitere, qui se cum populis sibi commissis sua sceptra, cæteraque sibi à Deo donata bona Sancti Petri cathedræ, sanctæ Romani Pontificis authoritati magno animo, veréque Catholico deuouerunt, atque religiosissimè consecrarunt. Qualis fuit inter alios, vt vetustiores principes, causa breuitatis, omittam, Carolus Magnus: cuius egregia vox illa fuit Christiano Imperatore dignissima. [d] *In memoriam beati Petri Apostoli honoremus Sanctam Romanam, & Apostolicam sedem, vt quæ nobis Sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat Ecclesiasticæ magistra rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas; vt licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus.* Quid eius potentissimi, & fortunatissimi, quia religiosissimi Imperatoris filius Ludouicus, iusto titulo pius appellatus? Quis ignorat, nisi illius planè vitæ, gestorumque nescius, quantum semper obedientiæ filialis, obsequiique pietate Catholica fœcundi Romano Pontifici Cathedræque Apostolicæ quoad vixit, regnauitque paternæ virtutis exẽpla secutus exhibuerit? Qui quod pietatis, & deuotionis in sedem Apostolicã, maiestatisque Pontificiæ cultum Christiana charitate feruens à patre suo didicerat, in filios refũdere cupiens illis suum testamento distribuẽs imperium super omnia Romani pontificis obedientiam, sedisque Apostolicæ defensionem eis maiorum suorum patrumque virtutes æmulantibus affectu singulari moriens, paternaque admonitione præcepit, hæc dicens, suo testamento firmans. [e] *Super omnia autem iubemus, atque præcipimus, vt ipsi tres fratres curam, & defensionem Sanctæ Ecclesiæ, S. Petri simul suscipiãt, sicut quondam à proauo nostro Carolo & auo nostro Pipino, & beatæ memoriæ genitore nostro Carolo Imperatore, & à nobis postea suscepta est, vt etiã cũ Dei adiutorio ab hostibus defẽdere nitantur, & iustitiam, quantum ad ipsos pertinet, & ratio postulauerit habere faciant*, &c. Fuit hæc quondam nostrorum Christianissimorum Regũ se ipsos eũ regno, & populo sedis Apostolicæ ob-

Hæc fortis ratio cur principes seculi Rom. pontificibus obedire teneantur.

Pij, religiosique Christiani principes sedi semper Apostolicæ se deuotè, obedienterque submiserunt.

Magna Caroli M. obedientia sedi Apostolicæ exhibita deuotio.

Ludouicus pius testamento filiis imperium distribuens super omnia obedientiã Rom. Põtifici, & Romanæ Ecclesiæ defensionẽ præcepit.

[a] Can. 9. quis dubitet dist. 96.

[b] Gelasius Papa ep. ad Anastasium Imp. cau. duo sunt dist. 96.

[c] Ibid. Glossa in verbum iudicio. can. duo sunt dist. 96.

[d] Can. 3. in memoriam. dist. 19. hoc est vnum ex 81. capitulis quæ Carolus M. ad omnes suas prouincias misit ex nauclero volum. 2 gener. 28.

[e] In vita Luduuici pij.

ſequio, & auxilio religioſiſſimè vouētium deuota pietas, quę ad noſtra vſque tempora per Dei gratiam in illis magno Franciæ bono perdurauit. Quod aptiori loco poſtea pluribus ordine claro demonſtrabimus: vt hîc commemorandis ipſorū Chriſtianiſſimorū principum pietate, religione, obedientia, obſequio, & aliis erga hanc Apoſtolicam ſedem, honoremque Pontificis Romani virtutibus, rationabili conſideratione ſuperſedere debeamus. Sed profectò homini verè Catholico animarum ruinam, exitiumque truculentu hæreſeos, ſchiſmatiſq; nefandi gladio trucidatarū lamentanti, arduum eſt, atque perdifficile in aſpera Anglorom fata, fuoeſtaque tempora, ſine magno lachrymarum profluuio, luctuque reſpicere. In quibus maledictione tacti deſuper horrendis abominationis hæreticæ tenebris immerſi viuunt impiè, luce Catholicæ veritatis orbati, Eccleſiæ ſanctiſſimæ vnicæ Chriſti D. ſponſæ Apoſtolicę, Catholicæ, & Romanæ, extra quam nulla ſalus, B funeſtiſſimè reluctantes. Cōſiderata priſca, vetuſtaque antiquorum Anglorū principū, atque populorū pia reuerētia, obedientia ſacra, ubſequioque Chriſtianæ charitatis ardoribus incēſo: quibus vnicè ſemper hanc Catholicæ religionis arā, ſacroſanctum imperij Chriſtiani ſolium, ſtabilem ſecurāque omnium fideliū ſalutis anchoram, Catholicorū principū, regūque Chriſtiana fide, atq; pietate potentiū, gloriæ, proſperitatiſq; portum tutiſſimū, Chriſti deniq; Saluatoris mūdi diuinū in terris ſanctuariū, thronūque maieſtatis, ſedem dico Apoſtolicā, S. Petri cathedram, huius fruentes vſura vitę coluerant, perfectoq; cordis affectu dilexerant. Quanta reuerentiæ, dilectionis, & honoris extremi in illam ſanctā ſedem, eiuſque Paſtorem œcumenicū Rex ille inclinatione propēdebat, qui ad Nicolaū 2. Romanom Pontificē ita C ſcribebat.[a] *Summo vniuerſalis Eccleſiæ Patri Nicolao Eduardus gratia Dei Anglorum Rex debitam ſubiectionem, & obedientiam*, &c. Quem motū, affectumque obedientiæ, honoris, & amoris in Romanū Pontificem alius eiuſdem regni dominator Henricus 2. oſtendebat; cùm ſic Aleſandrū 3. per literas affabatur.[b] *Veſtra magnitudini promitto, me veſtra diſpoſitioni in omnibus pariturum*. Et poſtea.[c] *Deus extulit vos in eminētiā officij paſtoralis ad dādam ſcientiā ſalutis plebi eius*. Eius verò Regis vxor Eleonora pietatē, religionē, obedientiāque verè Chriſtianā in Romanū Pontificē mariti regis æmulata in tribus Epiſtolis, quas ad Cæleſtinū Papam ſcripſit, Romanū Pontificē,[d] *Principē Sacerdotū, vicarium crucifixi, ſucceſſorē Petri, Chriſtū Domini, Deū Pharaonis, Epiſcopū orbis*, cum magna reuerētia, affectuq; deuotionis appellat. Addit prętere a hanc ſūmæ in omnes religionis Catholicæ D principes auctoritatis Pontificis Romani confeſſionē.[e] *Non Rex, non Imperator à iugo veſtræ iuriſdictionis eximitur*. Et voluntariè sēper inſidens, & adhærēs fideliter admirationi, confeſſionique ſupremæ in Eccleſia Dei Pontificiæ maieſtatis, & authoritatis, iſta in honorē tantę maieſtatis effundit.[f] *Chriſti crux antecellit Cæſaris aquilas, gladius Petri gladio Conſtātini, & Apoſtolica ſedes præiudicat imperatoriæ poteſtati*. Quiſquis volet patienter, & attentè veteres Anglorū hiſtorias, annaleſque replicare, quāplurimos iſtorū Reges inueniet, qui ſalutari Chriſtianæ charitatis ardore flagrantes, non modo ſe totos ſedis Apoſtolicæ ſeruitio, romaniq; Pontificis obſequio deuouerunt, verū re-

Pietas antiquorum Anglorum impietati hæreticæ hodie viuentium maximè contraria sua conſideratione vberes bonis Catholicis elicit lachrymas.

2. Pars. Commemoratio obedientiæ Catholicæ pietatis & honoris antiquorum Angliæ Regū in ſedem Apoſtolicam.

a Eduardi Regis Angliæ ep. ad Nicolaum 2. circa annum 1060.

b Henrici 2. ep. ad Alexādrum 3. apud Petrum Bleſenſ. eius regis ſecretarium ep. 136.

c Ibid.

Eleonoræ Reginæ Angliæ tres epiſtolæ ad Cæleſtinum 3. Papam quæ extant inter epiſtolas Petri Bleſenſis.

d Bleſenſ. ep. 144.

e Ep. 145.

f Ep. 146.

Plerique Reges Angliæ regnum ſuum ſedi Apoſtolicæ feudatarium deuouerunt.

A gnū ſuū ſeruitute libera, religioſā, meritoria, & vt vno verbo multa cōplectar, regia, feudatariū S. Petro eiuſque ſucceſſoribus in Apoſtolica ſede conſecrarūt. Cuius hiſtoriæ veritati illa Henrici 2. epiſtolę ad Aleſādrū 3. cuius ſupra meminimus apertiſſimè verba ſuffragātur.[g] *Veſtræ iuriſdictionis eſt regnū Angliæ, & quantū ad feudatarij iuris obligationē vobis dūtaxat obnoxius teneor, & obſtringor*. Sed quid de Ina Anglię rege altero proprij regni in feudū largitore, & conſecratore ſpirituali Romani Pontificis imperio, & Offa Merciorū, & Atulpho totius ferè inſulę regibus dicat Polydorus Virgilius audiamus.[h] *Officia eius Regis, inquit, pietatis plena infinita produntur: & illud in primis, quod regnū ſuū Romano Pōtifici vectigale fecerit, ſingulos argenteos nūmos, quos denarios vocāt in ſingulas domos impoſitos fecit idē eius exēplo, qui non multo poſt id tempus regnauit Offa. Fuit id annus ſalutis circiter 740. hoc vectigal, prout quidam ſcribūt, auxit poſtea* B *Atulphus Rex, qui vt proximo libro demonſtrabitur, totius ferè inſulæ imperium tenuit. Omnis Anglia hoc tēpore* (ſcilicet regnante Henrico 8.) *illud vectigal pietatis, & religionis cauſa, Romano Pōtifici pēdit domeſticatim collatū, & nūmi illi argentei vocantur vulgo denarij D. Petri, quos pontificius quæſtor, quem non inſcienter collectorē nuncupant, exigit. Nos hanc olim quæſturā aliquot per annos geſſimus, eiuſq. muneris obeūdi cauſa primū in Angliā venimus*. Hæc Polydorus. Hi videlicet pij religioſiq; principes, aliique quāplurimi aliarū nationū Catholici Reges id obediētiæ filialis, hancque ſuorū principatuum conſecrationē, oblationēque Romano Pontifici, propter regni cœleſtis adeptionē, lucrumq; ſempiternę glorię faciebāt: quod piè, vereq. ſecūdùm Chriſtianæ diſciplinæ documēta crederēt, non aliud eſſe Pōtificis Romani tribunal, quàm Chri- C ſti. Quod quondā execrabilis ille Chriſtianę religionis incendiarius, nefarius diaboli miniſter, paulo antequam ſuæ abominationis Apoſtaſiam dæmonis inſania furens manifeſtè proclamaret, Lutherus ſi non corde ſaltē, voce profeſſus eſt: vt illa, quæ in reſolutionibus priorū diſputationū ad Leonē decimū legūtur, apertè teſtātur. In quibus ſic Romanū Pontificē alloquitur.[i] *Quare beatiſſime pater proſtratū me beatitudinis tuæ pedibus offero, cū omnibus, quæ ſum, & habeo. Viuifica, occide, voca, reuoca, approba, reproba. Vocē tuam, vocē Chriſti in te præſidētis, & loquētis agnoſcā*. Idem alibi ſupremā Romani Pontificis ſuper omnes fideles, monarchiā diuinitus in Eccleſia Chriſti conſtitutam his verbis agnoſcit, & pro fidei articulo confitetur.[k] *Primū quod me mouet Romanū Pontificem eſſe aliis omnibus (quos ſaltem nouerimus ſe Pontifices gerere) ſuperiorē, eſt ipſa voluntas Dei, quam in ipſo facto vi-* D *demus. Neque enim ſine volūtate Dei in hanc monarchiā venire vnquā potuiſſet Romanus Pontifex. At voluntas Dei quoquomodo fuerit nota, cum reuerentia ſuſcipienda eſt. Ideoque non licet temere Romano Pontifici in ſuo primatu reſiſtere, hæc autem ratio tanta eſt, vt etiamſi nulla alia cauſa eſſet, hæc tamen ſatis eſſet, ad compeſcendā temeritatē reſiſtentiū*. Hæc Lutherus ante ſuę manifeſtationē apoſtaſię. Vtinā nunquam nefandiſſimus neotericorū Patriarcha ab hac veritatis Catholicæ norma receſſiſſet! tot millia quotidie perditarū animarū ad inferos deſcēdere minimè videremus, vbi eas nunquā morituras æterna tormenta, perenneſque pœnæ depaſcūtur. Ergo qui Papæ per obedientiā pedibus procidunt, Deo procidunt: quique illius iubentis imperio

1. Vt Henricus 2.

g Ep. Henrici 2. ad Alexandrum 3.

2. Ina Rex Angliæ regnū ſuum feudatarium Rom. Pontifici conſecrat.

h Polydo. Virgil. l. 4. hiſt. Angliæ.

3. Offa Merciorum Rex tributarium etiam ſuum fecit regnum Eccleſiæ Romanæ.

4. Atulfus Rex Angliæ idem fecit.

Rom. Pontificis tribunal, eſt tribunal Chriſti.

3. Pars. Lutheri quondam confeſſio tribunal, & vocem Rom. Pontificis eſſe Chriſti vocem & tribunal.

Lutherus in reſolutionibus priorum diſputationum ad Leonem Pontificem.

Monarchiam ſummam Romani pontificis ſuper vniuerſalem Eccleſiam.

Lutherus in reſolutionibus aliarum propoſitionum agnoſcit.

4. Pars. Quod ſit authoritate Pontificum Romano ſit Chriſti D. authoritas.

imperio parent, Christo Domino meritoriè, & humiliter obsequuntur. Cùm quæ Romani Pōtificis authoritate fieri dicuntur, à Christo Domino facta esse diuina Ecclesiasticaque iura præscribant. Vnde si Romanus Pontifex exempli causa spirituale inter Episcopum, & Ecclesiam particularem matrimonium, authoritate sibi data desuper, sicut S. Petro dissolueret, illud S. spiritus oraculum: *Quos Deus coniunxit homo non separet*, minimè violari diceretur. Non enim homo, sed Deus separat, inquit [a] Canon Ecclesiæ sacer: *Quod Romanus Pontifex* (qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit) *ecclesiarum necessitate, vel vtilitate pensata, non humana, sed diuina potius authoritate dissoluit.* Vt obedire Romano Pontifici nihil aliud esse, quàm Christo Domino parere credatur. Cuius sicut est cœleste, diuinūque arbitrium, ita & Papæ Christi Domini vicarii, [b] vt Gratianus, & Theodosius Imperatores religiosissimi confessi sunt, secundum Glossæ, verbo, [c] veri Dei vicem cap. quanto, de translatione Episcoporum, interpretationem. [d] Estque maior, sublimiorque quàm sanctorum Romani Pontificis authoritas, atque potestas in Ecclesia Dei, itaut sancta eius decreta sanctorum patrum Hieronymi, Augustini, Ambrosii, aliorumq. sanctitatis egregiæ, eruditione præditorum sublimi doctorum sententiis, doctrinisque veritatis Catholicæ splendore coruscantibus præponderare debeant: vt illa non cognoscere, incuriæ, atque imperitiæ crassæ, non habere, negligentiæ, sed habita, cognitaque contemnere, temeritatis impiæ, & impietatis maximæ esse videatur: præcipuè illis, qui vt pastores gregibus Christi particularibus præesse tenentur. Vnde illa Nicolai I. ad Photium impium Constantinopolitanæ sedis vsurpatorem correptio. [e] *Si decreta Romanorum Pontificum non habetis, de neglectu, atque incuria estis arguendi: si verò habetis, & non obseruatis, de temeritate estis corripiendi, & increpandi.* Quorum decretorum ignorantia ut Episcopis, pastoribus, aliisque sacerdotibus animarum pascendarum labori vacantibus, vel cognitorum contemptus ab illis (quod hos ab officii sui tramite nequiter exorbitantes praua laicorum vita sequatur) maximas in Ecclesia corruptiones, defectionesque salutis publicæ causantur, quas vt procul ab Ecclesia repelleret, in eamque dispelleret ingressas, Cælestinus Papa vniuersis Episcopis per Apuliā, & Calabriam constitutis ita rescribebat. [f] *Nulli sacerdotum* (scilicet Episcoporum, & sacerdotū animarum, curam gerentium, inquit [g] Glossa in casu canonis) *liceat canones ignorare, nec quidquam facere, quod patrum possit regulis obuiare. Quæ enim à nobis res dignè seruabitur, si decretalium norma, & constitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permissa frangatur.* Agnoscant igitur omnes in dignitate constituti, siue in republica seculari, siue in Ecclesiastica hierarchia vnum esse in vniuersa Ecclesia, in duos diuisa principatus, principem, Monarchamque spiritualem, diuinitus à Christo Domino constitutum, & ordinatum, qui eius in terra vices cum plenitudine potestatis exerceat; cui omnes, siue principes, siue populi in vtraque Monarchia viuentes in his quæ ad æternam felicitatem pertinent, cum omni reuerentia, honore, atque charitatis affectu parere debent, & obsequi, si salui esse velint.

Cap. 2. inter corporalia de translatione Episcop. l. 1. decret. Et ibi Glossa verbo Diuino.

a Cap. 3. quāto tit. de trāslat. episc. l. 1. decretal.

Papa cœleste habet arbitrium.

b Lib. 1. Cod. de summa trinit. & fide Catholica.

c Glossa verbo, veri Dei c. Quanto de translatione Episcoporū.

d Can. de libellis dist. 20.

Decreta Romani Pontificis sententiis, doctrinisque sanctorum doctorum præferuntur.

e Can. si decreta dist. 19.

Decreta Pontificum nulli pastori animarum ignorare licet.

f Cælestini Papæ ep. 3. ad episc. Apuliæ, & Calabriæ Can. nulli sacerdotum dist. 38.

g Glossa in casu.

Conclusio generalis.

Omnes quicunque, & cuiusque gradus, & conditionis sint, siue sæcularis, siue Ecclesiastici Romano Pontifici ut in imperio spirituali parere debent, si salui esse volunt.

A

B

C

D

CAPVT XV.

Nullus conuenientior modus inueniri potest destruendi regnum diaboli, eiusque omnes elidendi vires, quàm hæc sancta, (de qua supra pluribus) voluntatum vnio, nexusque charitatis, & amoris inter principes Christianos, & spiritualem Christianorum patrem, ac pastorem œcumenicum Romanum Pontificem, atque ita destructis diaboli, eiusque ministrorum viribus salus populi, ac principum Catholicorum in tuto consistit.

1. *Post breuem dictorum in toto hoc libro repetitionem, dicenda in hoc capite succinctè proponuntur.*

2. *Huius conuenientioris modi quatuor, præter cæteras, causæ declarātur, in quas totius sit distributio capitis.*



ACTENVS maximam virtutem, indomitasque vires sanctæ, salutarisque inter ambos principatus, quos in Ecclesia sua benedixit rex ille regum, & Dominus dominantium Christus Dominus, spiritualem videlicet, & secularem, omnibus huius libri capitibus clariùs, & breuius, quàm nostra potuit infirmitas, exprimere conati sumus. A qua diabolici regni destructio, euiratis Babyloniæ, quæ illius est hostis generis humani, fundamentis ab imis euersio, Ecclesiæ Christi Domini, Catholicorum regnorum, rerumque publicarum victoria per Iesum Christum, denique bonorum omnium vtriusque sanctæ Monarchiæ cultorum triumphus, exultatio meritoria in cōspectu Domini, miraque iubilatio promanarunt. Qui quātò plus honoris, amoris, & obedientiæ, prout diuina iussa præscribunt, Ecclesiastico Monarchæ Romano Pontifici deferunt, & religiosè ad illius pedes procidentes effundunt, tantò potiùs, honorificentiùs, ardentiùsque principes suos, secularis ordinis catholicos diligunt, atque venerantur. Sicut nullos magis perfidos, rebelles, osoresque principum illorum, quàm qui maiestati Romani Pontificis inimicantur, illius datam diuinitus dignitatem malitiosè, inuidioséque criminantur, eius authoritati superbè detrahentes obstinata contumacia reluctantur, copiosè, & abundanter ostendimus. Simul & prosperitates illorum, & maledictiones horum maximis calamitatibus fœcundas non omisimus, Deo illorum pietatem, & obedientiam remunerante, & horum impietatem rebellem seuerè castigante. Cui saluandos omnes iurisdictioni Ecclesiasticæ Romani Pontificis vicarii sui submittere placuit, & ab ea nullos siue Imperatores, Reges, principes, siue subditos illis populos eximere, vt saluarentur. His omnibus toto hoc libro copiosè, dilucideque tractatis postremam addere manū, fastigiumque extremum cupientes imponere, hoc & sequenti capite duo præstare meditamur. Primum demonstrare nullum conuenientiorem dari posse modum destruēdi funditus regnū dia-

Breuis repetitio dictorum in toto libro.

Duo tractanda in hoc & sequenti capite.

boli, omnes illius copias, & exercitus dissipandi, atque penitus exterminandi, quàm hanc sanctam Christianæ pacis vnionem, nexumque charitatis, & amoris sinceri inter Catholicos principes, ipsumque sanctissimum illorum patrem in spiritualibus Pontificem Rumanum, altissimis Christianæ pietatis defixa radicibus firmissimè stabilire, & catholica fortitudine corroborare. Alterum à primo dependens ostendere mihi mens est, & animus salutem populorum, principumq. Catholicorum destructis diaboli, eiusque ministrorum copiis, ac viribus per hanc sacram vnionem in tuto consistere. Atque vt primũ pro capite præsenti, recta methodo, & ordine aggrediar, ex pluribus quæ huc deduci commodè possent, nisi scribendi modus, breuitasq. moderata prohiberet, quatuor causas constituo, propter quas nihil tam potens, validum, & efficax ad regni diaboli destructionem, quàm hãc sacram confœderationem, vnionemque charitatis (de qua supra toties) esse defendimus. Prima, est quod sacra confœderatione iunctorum inter se iustorũ principum, cum populis vtriusque fori à Deo virtus corroborata crescit, & inualescit: vt fortitudo diaboli, viresque ministrorum eius euanidæ hac sacra conspiratione & voluntatum vnione redditæ, resistere non valeant. In qua beneuola concordia, sanctoq. fœdere vulgare hoc axioma comprobatur, *virtutem vnitam multò se ipsa dispersa fortiorem esse.* Nec malè grauissimus Constantinopolitanæ sedis antistes Maximianus in epistola ad S. Cyrillum Alexandrinum fidelium Catholicorum (qui fratres religione dicuntur) concordiã, voluntatumque rectarum confœderationem ad omnes Ecclesiæ Christi Domini perduelles, osoresque superandos inuictissimum robur esse dixit.[a] *Quid enim? an non illud sapientis.*[b] *Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma;*[c] *verè etenim spiritualis dilectio munita ciuitas est* (dicebat idem qui supra) *quæ neque cuniculis à diabolo suffodi, neque si aliis ab eodem potest superari, neque etiam bellicis Satanæ machinis cedere nouit, vt quæ à Christo Domino custodiatur; Christo vtique illo, qui mundũ hũc deuicit, & sempiterna bona tibi præparauit.* Quo duce quid non prosperitatis in pugnando sperandum iustis huc sacro, charitatis, pietatisq. fœdere inter se pro vtriusqoe Monarchiæ defensione religiose sociatis. In quibus sacra voluntatũ bonarum confœderatio, vnitasque concordiæ Catholicæ vinci nescia, terribilis est hostibus Dei, eiusque immaculatæ sponsæ virginis Ecclesiæ. Quos dæmones, eorumque ministros peccatores terræ, vtriusque sancti principatus vnione prospera tabescentes intelligo. O præclaram ad illius, quod asserimus, confirmationẽ Caroli Magni sententiam, & acroama ad Elipandũ hæreticũ Toletanæ præsulem Ecclesiæ, & ad alios eius perfidiæ socios, vt ab errore suo resipiscerent; ita scribentis.[d] *Maxima est sanctæ matris Ecclesiæ exultatio, suorum adunatio filiorum, vt sint in vnum consummati, qui redempti sunt ab vno, dicente eodẽ redemptore nostro Iesu Christo.*[e] *Pater sancte serua eos, quos dedisti mihi, vt omnes vnum sint, sicut & nos vnũ sumus, vnde & in cantico canticorum de sancta dicitur Ecclesia.*[f] *Terribilis vt castrorũ acies ordinata. Constipata exercitus ordinatio, & vnanimis bellatorũ fortitudo magno solet hostibus esse terrori: sic filiorũ sanctæ matris Ecclesiæ intra murũ Catholicæ fidei pacifica adunatio, aeris potestatibus nimirũ cõstat terribilis, & ignitis malignæ perfidiæ spiculis omnino impenetrabilis extat, sicut verissimus gentiũ prædicator, & fortissimus Ecclesiæ præliator præcepit dicẽs.*[g] *In omnibus sumentes scutũ fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi extinguere, & hoc seculũ nequã libero ad cœlestia volatu euadere.* Huius cõfœderationis, concordiæq. sanctæ inter omnes fideles tam Ecclesiasticos, quã laicos in medio militantis Ecclesiæ cãpo sub Christi D. vexillis, contra diabolum eiusq. satellites Christiani nominis osores, immanissimosq. ouilis dominici persecutores generosè, piè, strenuéq. pugnantes, indomitã fortitudinẽ, virtutẽ omniũ Dei, Catholicæque religionis hostiũ expugnatricẽ mirabili stylo S. Cyprianus extulit. Cũ, ingruẽte persecutione Galli quã Senatus accelerauerat Hostilianũ Perpennã Imperatorẽ creando (quod Gallus cœptã à Decio persecutionẽ oscitanter, negligenterq. continuaret (ita ad S. Corneliũ Papã, iustis dignisq. eõ mactãdo laudibus,) quod sua constantia in resistendo Dei hostibus, eosq. patientia sua superãdo hãc sacrã charitatis vnionẽ omniũ diaboli tentationũ, persecutionumq. domitricem in fidelium cordibus firmissimè corroboraret inter alia multa scribebat.[h] *Dũm sic vnanimes, dum fortes estis, magna ceteris fratribus vnanimitatis, & fortitudinis exempla tribuistis. Docuistis granditer Deũ timere, Christo firmiter adhærere, plebẽ sacerdotibus in periculo iungi, in persecutione fratres à fratribus non separari, cõcordiã simul iunctã vinci omnino non posse, quidquid simul petitur à cunctis, Deum pacis pacificis exhibere.* Et sicut hæc sacra pacis, Christianæq. charitatis vnio, pios vtriusq. Monarchiæ cultores, quos ipsa inter se religiosissimè ligat, inuictissimos, atque ad vincendum omnes Dei inimicos, eiusq. regni in terra constituti, sed è cœlo profecti fortissimos efficit; ita huiusmodi Dei hostiũ diaboli, & omnium terræ peccatorũ eneruat vires, fortitudinẽque cõminuit, animũ præ timore despondentiũ sibi à cõstantia, magnaque illorũ Christi D. athletarum fortitudine incusso, atq. illos præ magna pusillanimitate respicere formidantium. Qua in illis dominante formidine, victi sunt inimici. Et ita pauidi filios Christi D. milites, athletasq. generosos adoriri certamine non audent, ne victi, dumitiq. in prælio tentato victoribus illis maioris gloriæ palmã, coronamq. causentur. Hæc diaboli fraus est, non amplius cum illis tentatione luctari, quos se vincere posse desperat. ὁ διάβολος (inquit[i] S. Chrysosto.) ἐπειδὰν ἴδῃ ὅτι μηδὲν ἀνύει τι ἀφίσταται λοιπόν. *Diabolus cùm animaduertit se nihil proficere, desistit in posterum.* Cuius à tentatione cessationis hanc sanctus pater rationẽ subiunxit.[k] *δεδοικὼς μὴ πλειόνων ἡμῖν στεφάνων αἴτιος γένηται.* Scilicet. *Metuens ne maiorum nobis author sit coronarum.* Cui memorabili sancti patris eloquentissimi sententiæ valde conformis illa Leonis 6. sapientissimi, atq. religiosissimi imperatoris ad omnes imperii sui fideles, hæc in Encyclica epistola scribentis.[l] *Non quẽadmodum tunc tẽporis malus ille dæmon, qui terrã comedit, ita nunc libere potest ad nos accedere, præsertim cùm nõ valeat fixis oculis intueri eorum faciem, qui cœlum ipsum pro sua patria sunt assecuti.* Quales sunt illi, qui merito in Ecclesiæ matris sanctissimæ gremio residentes, sacra charitatis vnione fœderati pro defensione vtriusq. Christi D. regni spiritualis, atque temporalis, pugna bonorum operum religiosissima cõtra illius osores, persecutoresque præliantur.

Prima causa hac sacra vnione crescit virtus iustorũ Dei filiorum, & decrescit atque eneruantur illa diaboli, & ministrorum eius.

Hac sanctorum vnione diaboli eiusque ministrorum vires eneruat.

Diabolus non amplius tentat quos se superaturum diffidit.

Bonis operibus assuescentium oculum diabolus non audet intueri, nedũ aggredi.

[a] Ep. Maximiani Constantinop. ep. apud S. Cyrillum ep. 24.
[b] Prouerb. c. 18.
[c] Maximiani epi. ad S. Cyrillum ibi.
[d] Epist. Caroli M. ad Elipandum Tolet. episc.
[e] S. Ioan. 17.
[f] Cantic. c. 18
[g] Ephes. c. 6.
[h] S. Cypr. ep. 57. ad Cornelium.
[i] S. Chrysost. apud Stobeũ serm. 104 de negligentibus & inertibus.
[k] Ibid.
[l] Leonis 6. Imp. encycl. epist.

Causa z iustitia, & pacis veræ amica conspiratio ab hac charitatis vnione promanans, cui resistere non potest furor diaboli, & eius satellitum.

A Addo pro secunda causa hunc modū coouenientiorem faciente, amicam iustitiæ Christianæ, veræq. pacis conspiratione, quā hæc sancta charitatis vnio parit, qua regnante omnes diaboli conatus, furoresq. cū omnibus impiorum eius ministrorū machinationibus, viribusque tam apertis, quā occultis misere cōcidunt, irritique dilabuntur. Per quā confusio Babylonica, iniquitas hæretica, schismaticaque rebellio confunduntur, & ad nihilum deueniunt, tanquam aqua decurrens. Hoc quippe robur victoriæ est, iustitiæ vigor, nusquam à pacis amœnitate segregatus, cui Babylonis improbitas, perturbatusq. dominationis diabolicæ status, nulla vi potentiaque resistere potest. Cuius inuiolabilem iustitiæ custodiam adeo necessariam esse sanctissima mater Ecclesia recognoscens, ita suos filios charissimos quotidie magno fidei catholicæ splendore micātes orare docet. [a] *Tua nos hodie salua virtute, vt ad nullū declinemus peccatū, sed semper ad tuā iustitiā faciendā nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes, & opera per Christum Dominum nostrum.* Cuius iustitiæ absentia, & elongatione pax vera subsistere nulla potest: quam propterea in sola Christi Domini Ecclesia reperiri [b] S. Iustinus martyr asseruit sicut ex diuina reuelatione acceperat quod in ea sola veri Dei iustitia regnaret. At illa iustitia maximè consistit in reddendo Deo quæ Dei sunt, & Cæsari, quæ Cæsaris: in obediēdo Ecclesiæ principi, eius maiestatem honoribus, obsequiisq. suspiciendo, magno illius sanctitatē charitatis æstu diligendo: sicut ex altera parte seculares principes catholicæ alūnos Ecclesiæ, debita reuerentia, obedientiaq. colendo. Ideo S. Leo scribens ad Iuuenalē Hierosolymitanæ Ecclesię præsulē merito C dicebar, *vniuersa pacis tranquillitatē non aliter posse custodiri, nisi* (regnante iustitia) *sua canonibus reuerentia intemerata seruetur.* Quā custodientes seculi principes, Ecclesiæ immaculatæ virginis alumni, atque nutricii, dum pro iustitia Dei contra eius hostes dimicant, diuina fortitudine victores euadunt: sacra pietatis, charitatisq. coniuratione, cū Ecclesia Catholica, sede Apostolica, Pontificia maiestate indissolubili sacræ beneuolentiæ, obedientiæ, honorisque vinculo sociati, de regno diaboli, inferniq. tyrannide triūphant, pacis postea verę Christi Domini iustitiā semper osculantis amœnitate lætantes. Hoc bonorū principū in hac vita pręmiū ęternæ gaudia felicitatis expectantiū: qui pacata, quietaq. sacræ matris Ecclesiæ, religionisq. catholicæ tempora totis viribus præstare nituntur: quæ quidē quā Christiani sunt velle debent; quà principes, diuina fulti gratia facere possunt. [c] *Cùm enim omnes homines*, aiebat S. Ambrosius Imperatori Valentiniano, *qui sub ditione Romana sunt, vobis militent imperatoribus terrarum, atque principibus, tū ipsi vos omnipotenti Deo & sacra fidei militatis.* At primum militiæ sacramentum est, eius cui militamos salutē, commoda dignitatēque tueri. Ob eamque causam Leo magnus Pontifex maximus Leoni Imperatori dicebat. [d] *Debes, Imperator, incunctanter aduertere regiā potestatem tibi non solùm ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam.* Quid verò S. Augustinus? *Pertinet*, inquit, *hoc ad reges seculi Christianos, vt temporibus suis pacatam velint habere matrem suam Ecclesiā.* At qua ratione pacatam? Si sacras diuinæ iustitiæ leges aspernarentur, sine qua pax Christi, quā mundus dare non potest, de

a Precatio Ecclesiæ pro custodienda iustitia Dei.

b Euseb. l. 4. c. 8.

Vera pax sine iustitia non subsistit.

In quo consistit vera Dei iustitia in nobis.

S. Leonis ep. 72. ad Iuuenalem episc. Palest.

Principum fortitudo victrix in Ecclesiæ defensione iustitia Dei iustadum.

c S. Ambros. ep. ad Valentinian.

d Leo ep. ad Leonem imp.

D. August.

A humanis sublata cordibus interiret? Vnde operatores iniquitatis Dei iustitię subiici renuentes infideles hęreticos, schismaticos, tanquā publicæ, catholicæq. pacis perturbatores à palatii sui mœnibus, commercioq. Honorius imperator exturbari mādabat: ne pietate, iustitiaq. Christi ab illis in imperio violata fideles populi suę subditi dominationi, veræ pacis amissæ desiderio tabescerent, ad Olympiū magistrum officiorum, & Valentem comitem domesticorum ita rescribens. [e] *Eos qui catholicæ sectæ sunt inimici intra palatiū militare prohibemus: nullus nobis sit cū illis aliqua ratione connexus, quia nobis fide, & religione discordant.* Si .n. [f] furente perfidia Ariana cū veritate catholica, iustitiaq. Christi pugnante, animum Nauclerii, patronique nauis (in qua sancti Episcopi Por- B phyrius Gazensis, & Ioannes Cæsariensis in Palæstina ad Arcadium Imperatorē de impietate infidelium, hæreticorumque crudelitate conquesturi nauigabant) vehementissima obstinationis tēpestate turbātē, turbulentissimis nauis illa procellis, turbinibusq. ad naufragiū vsque ferè iactata est: quæ postea conuersio ad veram, catholicāq. fidem nauclero, Ariana eiurata perfidia, cessante ventorum furore, placido cursu, trāquillo mari, cœloque sereno ad optatum portū feliciter appulit. Quid mirum si respublica Christiana tāquā sacra, mysticaq. nauis impiis hęreseon, schismatūque tempestatibus inquieta percellatur? Quæ postea redeunte splendore fidei, placidoq. iustitię Christianæ zephiro suauiter afflante, destructis illis impietatis hæreticæ, nequitiæque schismaticæ turbinibus, desiderata iustitiæ Dei perpetua comite tranquillitate, lætaq. pace perfruatur? Quę C quādiu in Christiana societate vigebit, (vigebit autē sēper, quādiu charitatis, [g] quę perfecta Christianorum iustitia est fulgor, & ardor extinctus ab ea non euanuerit) nunquam hac pace fruentes prædo salutis humanæ diabolus, rex super filios superbiæ, cæterique reprobi in illius castris sub illo pugnantes suis furoribus asperabunt afflictos, armorumque victos rabie perturbabunt. Hanc vero pacem, remota vera Dei iustitia suo Catholicā fidem, charitatemq. Christi orbe claudente, ambituque retinente, posse in medio congregationis humanæ substitere, Gelasius Papa ad Imperatorem Anastasium, impietatis hæreticę fautorē rescribens his verbis planè negabat. [h] *Quomodo potest esse pax vera, cui charitas intemerata defuerit? Charitas autem qualiter esse debeat, nobis euidenter Apostolus prædicat, qui ait;* [i] *charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Quomodo, quæso te, de corde erit puro, si contagio inficiatur* D *externo? Quomodo de conscientia bona, si prauis fuerit, malisque commixta? Quomodo fide non ficta, si maneat sociata cum perfidis? Quæ cùm à nobis sæpe iam dicta sint, necesse est incessabiliter iterari, tandiu non taceri, quandiu nomē obtenditur. Vt nostrū nō sit, vt inuidiosè iactatur, pacē facere, sed talē velle doceamus, qualis & sola pax esse, & præterquā nulla esse monstratur.* His ornata, munitaque virtutibus pax Christi iustitię fructus, & opus, omnia diaboli machinamenta, vires, exercitus, & arma confringit, dissipat, & exterminat. Cuius his ornatæ, armatæque virtutibus pacis, sacro-sancta principum catholicorū, atq; populorū, cū sāctissimo patre, vniuersalis Ecclesiæ Monarcha diuinitus constituto, amoris mutui, honoris, obediētięq. sincerę cōfęderatio genitrix esse perhibetur. Quæ si abſit

e Honorii imp. ad Olympium magistrum officiorum, & ad Valentem comitem domesticorum l. 42. de hæreticis C. Theodos.

f Ex Marco Diacono Gazaei comite SS. Episcoporum peregrinationis.

g D. Aug. l. de natura & gratia c. 71.

h Gelasii ep. 10. ad imp. Anastas.

Quæ ad verā pacem requiruntur, quibus remotis pax illa non potest subsistere.

i 1 Ad Timot. c. 1.

a Orosius l. 7. c. 38.

non illa pax erit verá, sed potius vt [a] Lampadius Senator in Stiliconem impetû proditorem sub Honorio Imperatore dicebat, *pactio seruitutis*.

Causa 3. Modi conuenientioris diuinæ voluntatis executio.

His duabus causis supra fusè, clarèque satis explicatis, tertiam ordine coniungimus, quæ maximè in diuinæ voluntatis executione consistit, qua diaboli regnum funditus euertitur, eiusque tyrannica potestas eneruata comprimitur. Hæc est enim voluntas Dei, sancta concordia, atque puri affectus amoris, qui suis dixit Apostolis. [b] *Præceptum nouum do vobis*. Quale illud? *Vt diligatis inuicem sicut ego dilexi vos*. Quod quidem cùm ab omnibus fidelibus, qui salutis æternæ compotes fieri concupiscunt, obseruari velit: tum præcipuè ab his, qui in imperio, principatuque tam Ecclesiastico, quàm laico constituti sunt, vt sibi, gregibusque suis salutis consecutionem possent afferre. Qua chara, mutuaque dilectione, Pontificia maiestas, atque regia, & vtriusque subditi se complectentes perfectè Dei voluntatem perficiunt; & sic omnes diaboli vires, & exercitus gloriosè, fœliciterque superant. [c] *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum*. Quis non dicet meliùs, & iucundius habitare filios consensu bonæ voluntatis cũ patribus suis? sed quos filios? Non carnales solùm, sed spirituales, catholicos principes, populosque cum patribus spiritualibus Romano Põtifici, aliisque animarum pastoribus sub illo Ecclesiam Christi regentibus in partem solicitudinis ab illo vocatis: atque illis obedientia filiali honorem, amoremque deferentibus? Quòd si ratio, propter quam sit maximè bonum, iucundumque habitare fratres in vnum, per charitatis vnionem, vinculumque concordiæ quæratur: respondebit Dauid hanc vnitatem charitatis, concordiamque pietatis omnium bonorum esse fontem. [d] *Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam, vsque in seculum*. Quia nempe hæc vnio charitatis, concordiaque fraternitatis chara, grataque Deo est, ideo sic sociatos sua benedictione sanctificat, à qua omniũ bonorum in eos abundãtia, cumulusque redundant, non temporalium modo, sed & æternorum. Propterea post benedictionis effusionem adiunxit propheta. *Et vitam vsque in seculum*: quod nulla temporis duratione, mensuraque terminabitur. Si tanta sunt bona, quæ concordiæ fraternæ permittuntur, quanta erunt, quæ charitatis vnioni inter vtriusque fori principes, populosque fideles, inter sanctissimum patrem Põtificem Romanum, & filios spiritales Reges, ac principes Catholicos interuenienti, in præmium virtutum illius à Christo Domino præstabuntur? Qui inter pacificorum lilia commoratur septus Angelorum choris, extra quos omnem reliquorum hominum habitationem, mansionemque despicit, & horret. De eo namque regius propheta vaticinando dixit. [e] *Factus est in pace locus eius*. [f] Sicut ros cœlestis nunquã super terrã, velut in vellus lapsu placido decidit, atq. delabitur, vt eam humectando fœcundet, & impregnet, nisi nocte serena, pacata, nullis agitata ventis; ita Christus Dominus, qui est iustitia nostra, [g] inquit Apostolus per Prophetam *ros Israel* appellatus, nunquã in hominũ corda descendit, vt ea viuis suarũ gratiarũ aquis irrigando, bonorum fœcunditate locupletet, nisi benè, iustèq. viuendo pacifici Christiana tranquillitate potiantur,

b Ioan ca 13. v. 34.

Concordia charitatis, & vnio pacis inter principes seculares, populosque cum Ecclesiasticis victrix daemoniorum perditorumque hominum fons omnium bonorum.

c Psal. 132.

d Ibid. v 4.

Christus D. non venit nisi in corda pacificorum.

e Psal. 75.

f Arist. lib. 1. Meteor. c. 10.

g 1 Cor. c. 1. v 30. Osee c. 3. v. 5.

A potientur verò plenissimè, & iucundissimè, si sacerdotalis, atque Pontificia maiestas, cum sublimitate regali, & regalis cum Pontificia mutuo charitatis affectu, sanctaque ad partium aduersarũ, Deoq; rebellantium destructionem conspiratione fœderentur: vnde mutuum vtriusq. principatus auxiliũ, in ruinã inimicorum eius. Hoc enim Henrico valde iuueni, pueroque tredecim annorum Germaniæ Regi Petrus Damianus talibus epistula ad illum comminatoria suggerebat & intimabat. [h] *Vtraque dignitas* (regalis scilicer & sacerdotalis) *sicut principaliter in Christo sibimet inuicem singularis sacramenti veritate conectuntur, sic in Christiano populo mutuo quodam fœdere copulantur. vtraque videlicet alterius inuicem vtilitatis est indiga, dum & sacerdotium regni tuitione protegitur, ac regnum sacerdotalis officij sanctitate fulcitur &c.* B Post hæc per obiurgationem salutarem, contra Dei hostes, eiusque sanctæ persecutores Ecclesiæ, schismaticos nefarios, quorũ princeps erat Cadolaus sceleratissimus pseudo-Pontifex pro defensione sedis Apostolicæ, Pontificiæque maiestatis, ab omni schismatici furoris oppressione vindicandæ sic arma sumere, vt officii regalis obligationi satisfaciat, exhortando prouocat. [i] *Si ergo tu es minister Dei* (iuxta illud Romanorum 13.) [k] *Dei minister est vindex in iram ei, qui malum agit. Quare non defendis Ecclesiam Dei? Cur armaris, si non prœliaris? Cur accingeris, si cõgredientibus non resistis? &c.* Quàm autẽ hæc amica bonæ voluntatis, concordiæque iustæ confœderatio principum laicorum per catholicam fidẽ, Ecclesiæ Christi filiorum, principatibus, regnisque salutaris sit apparet, ex eo quod dixit S. Grego- C rius, videlicet [l] *pacem reipublicæ ab vniuersalis Ecclesiæ pace pendere, ad cuius præsentiam fremit, & contabescit malignus spiritus*: videns illius virtute vires suas elidi, crudelesque potentias eneruari. Sicut ex aduerso Christus, cũ fidelibus suis, lætatur, & misericorditer exultat: vt Antonius Constantiensis in Africa episcopus Arcadio viro illustrissimo dicebat, in quẽ furor Genserici tyranni immanissimi, Africanam Ecclesiam persequentis crudelissimè desæuiebat. Tunc maximè Dei Christique Domini voluntas, in principibus catholicis, populisque completur, cùm concordes animis innoxiis, purisque voluntatibus sacro charitatis, pacisq. Christianæ vinculo cũ Romano Pontifice colligati, sociatique, in imperii diabolici ruinam, exitiũque, pacis, iustitiæque Christianæ se mutuo deosculantium virtute contendunt. Cuius quidem pacis magnas vtilitates, fru- D ctusque considerans Gelasius Papa, pro illius, iustitia Dei nunquã destitutæ, conseruatione, capitis sui periculũ subire constanter appetebat, cũ ita Anastasio Imperatori loquebatur. [m] *Volo ego, gloriose Imperator, Ecclesiarum pacem, quam etiamsi cum mei sanguinis impendio prouenire possem, amplector*. Potestne fortior, robustiorque ad vincẽdũ Dei Ecclesiæque catholicæ hostes visibiles, & inuisibiles vis, & machina excogitari potẽtior, quã illa, in qua diuinæ voluntatis executio cõspicitur?

Sequitur quarta, & postrema causa modi illius, ad euertendas diaboli vires, copias, exercitusque conuenientioris, nempe auxilium supernaturale Dei, Christique saluatoris nostri, per gratiarum suarum, miserationumque profusionem præsẽtis semper his verè catholicis principibus, & populis, qui hoc sacro pacis, charitatisq. fœdere cũ

h Ep P. Damiani comminatoria ad Henricum regem Ger.

Sacerdotalis & regia dignitas omnino inter se confœderatione sociari debent, vt hostes Dei vincantur mutuò se iuuando, & in Dei perfecto voluntatem complendo.

i o. Damian. ep. cad.

k Rom. 13.

l S. Greg. l. 4. ep. 32.

Antonii ep. Constans ep. ad Arcadium Hisp. illustriss.

m Gelasii ep. 10. ad Anastas. imp.

4. Causa modi supradicti conuenientioris auxilium supernaturale Dei per gratiã semper assistẽtiam hoc sacro inter se fœdere coniũctis.

Romano Pontifice, cæterisque Ecclesiarum fidelium rectoribus religiosè conspirant. Vt eos sic fœderatos, diaboli, eiusque ministrorum, qui sunt omnes peccatores terræ, præcipuè verò hæretici, atque schismatici victores efficiat. Quis enim desperare posset, hoc duce, & auspice Christo? Aut quis inimicorum Dei, Ecclesiæque persecutorum ad conspectum talium Christi Domini athletarum, hac Dei præsentia, armaturaque munitorum titubando non obstupesceret? Quis tandem contra hos diuinæ præsentiæ robore septos in certamine non deficeret: ac deficiens congressus impar non consterneretur, constratusque periret? Quid enim in profundo miseriarum constitutus aduersus omnes diaboli temporales persecutionum furias, turbinesque vexationum, aliud propheta patientissimus, quàm illam diuinæ gratiæ, fauorisque præsentiam exoptabat, & obtestabatur: vt de mediis diabolicarũ crudelitatum, oppressionumque fluctibus, illarũ patientia victor exiret? in cuius rei fidem, qualiter oret audiamus.

a Iob. 17. v. 3.

[a] *Libera me Domine, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.* Nunquid ille,

b Psal. 9. v. 2.

[b] *qui habitat in adiutorio altissimi, & in protectione Dei commoratur,* luctando contra eius hostes, ancipiti contentione distractus de victoriæ certitudine dubitare potest? Ratio in promptu est ab eo tradita propheta.

c Psal. 90. v. 9. 10.

[c] *Quoniam tu es, Domine, spes mea,* inquit verè iustus: inquiunt boni omnes catholici, in charitate Christi radicati, atque fundati sacra pacis, pietatis, obedientiæq. cum sede Apostolica firmiter vnione colligati: *altissimum posuiste refugium tuum. Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Idest, nulla vexatio inimici, calamitas nulla, nulla perfidia, iniquitas, calumniaque fidelibus tuis, sacro inter se pacis, charitatisq. tuæ fœdere sociatis, tuæ protectionis, gratiæque tabernaculo tectis nocere poterit. De ruina verò exitioque impiorum contra sic diuino munitos auxilio nequiter insurgentium securus erat, idem propheta, qui ante dixerat.

Dei præsentia per gratiam iustos omnium Dei, Ecclesiæque hostium victores facit.

d Ibid. v. 8

[d] *Quoniam oculis tuis considerabis, & retributionem* (scilicet vltionem) *peccatorum videbis.* Quam tu super eos, propter scelera multa contemnendos iratus effundes. Et alibi.

e Psal. 5. v. 8

[e] *Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges.* Videlicet impios, diaboli vexilla portantes, qui est rex super omnes filios superbiæ, qui cum gentibus, populisque suis frementes,

f Psal. 2. v. 2.

& meditantes inania, [f] *astiterũt, & conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* Ideoque vt semper staret indomitus, victorque se nefarie opprimere conantium, diuinæ eorum maiestatis religiose subsisteret, alio in loco dicebat.

g Psal. 108. v. 12.

[g] *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne cõmouear.* Quẽ experientia cognouit,

h Psal. 109. v. 31.

[h] *astare à dextris, vt saluam faceret à persequentibus animam suam.* Hac diuina protectione, auxilioque gratiæ supernaturalis armatus Apostolus in tribulationibus suis exultando clamabat.

i Philipp. c. 4. v. 13.

[i] *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Qui Deo patri gratias egit, quod sibi de hostibus triumphandi virtutem parta per gratiam Christi Domini victoria dederit.

k 1. Cor. 15. v. 57.

[k] *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.* Aliter enim hostes illos inuisibiles, diabolum, & angelos eius vincere, & omnes illorũ machinationes ad perdendas animas confringere sine hac diuinæ gratiæ, auxiliique supernaturalis

A Iesu Christi præsentia minimè possumus. Quod expertus agnoscens Dauid suæ nimiæ in proprijs viribus confidentiæ pœnitens hæc Deo suo confitebatur.

Diabolum, eiusque furias, omnes potentias visibiles, & inuisibiles sine diuina gratia adiutorio vincere nõ valemus.

l Psal. 29.

[l] *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum, auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* At Dominum sibi titubanti ne caderet, suæ gratiæ, miserationumque subsidiis occurrisse profitetur, cùm ait.

m Psal. 117.

[m] *Impulsus euersus sum vt caderem, & Dominus suscepit me.* Propter hoc sancti patres Concilii Palestini apud S. Augustinum

n S. Aug. ep. 106.

[n] contra Pelagium dicebant. *Fateatur,* scilicet Pelagius, *quando contra tentationes, concupiscentiasque illicitas dimicamus, quamuis & illic habeamus propriam voluntatem; non tamen ex illa, sed ex adiutorio Dei nostram prouenire victoriam.* Quod intelligens, ingenuéque profitendo defendens S. Innocentius huius nominis primus, per epistolam patres Carthaginiensis Concilii sic affabatur.

B

o Ep. S. Innocentii. ad Concil. Carthag. inter epistolas Augustini.

[o] *Nisi magnis precibus gratiam nos imploratam descendas, nequaquam terrenæ labis, & mundani corporis vincere conamur errores, cùm pares nos ad resistendum non liberum arbitrium, sed Dei solũ possit facere auxilium.* Et paulò post.

p Ibid.

[p] *Quotidiana præstat ille remedia, quibus nisi freti, confisique nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores.* Quibus hanc memorabilem, quæque perpetuò firmissimè cordibus nostris inseratur dignissimam sententiam pro potente assertionis suæ ratione subiunxit.

q Ibid.

[q] *Necesse est enim vt quo auxiliante vincimus, eodem rursus nos adiuuãte vincamur.* Ex qua solidissimum à contrariis deduximus argumentum, quo euanidas, infirmasque vires diaboli, eiusque ministrorum valde caducas, ruinæq. proximas, indomitæ virtuti, & inexpugnabili robori iustorum diuinis auxilii, gratiæque Christi præsẽtis armis munitorum aduersas esse probemus, necessarioque diabolum, cum suis, deuictum iri monstremus. Quem non modo auxilium diuinæ gratiæ, meritumque Christi Domini deiecit, sed etiam pro fidelibus catholicæ veritatis amatoribus stando conterit, eneruat, & à fundamentis euertit. Sapienter igitur, verèque dixit aduersus Pelagianos S. Hieronymus;

C

r S. Hier. l. 3. aduersus Pelagian.

[r] *nostram victoriam, & coronam victoriæ diuina gratia, auxilioque speciali Christi Domini protectione, clypeoque parari.* Atq. sunt illæ causæ præcipuæ ex quamplurimis aliis selectæ, quibus probare voluimus nullum conuenientiorem, aptioremque modum, regnũ diaboli destruendi, soloque Babylonem mysticam ciuitatem confusionis, & abominationis adæquandi, cuius ciues sunt omnes peccatores terræ, inueniri posse, quam sanctam illam, de qua toties supra, bonarum voluntatum vnionem, nexusque sacros amoris sinceri, Christianæque charitatis inter Christianos principes, & spiritualem illorũ, cæterorumque patrem Christianorum, vniuersalis Ecclesiæ principem, pastorem Christiani ouilis œcumenicum, Christi Domini in terris vicarium.

D

Cuius Monarchicam, sacramque maiestatem Christi D. institutione fundatam, dæmones, nefarii homines, hæretici, schismatici, aliique Christi, Ecclesiæque rebelles, sub rege superbiæ Satana, iunctis viribus, furiisque in exitiũ penitus effundere, nec quicquam toties, frustraque moliuntur. His causis positis, & euolutis: constat ex illa sacra, salutarique pacis veræ, charitatisque confœderatione, destructis diaboli, eiusque ministrorum machinationibus, atque viribus, salutem populorum, principumque ca-

tholicorum in tuto consistere. Quod breuiùs, quàm res tanta dici possit explicare deductione aliquot rationum, testimoniorumque fide potentium manifesta conabimur.

CAP. XVI.

Salutem populorum & principum Catholicorum hæc sancta charitatis vnio in tuto ponit.

1. *Feliciter cum regnis secularibus agitur, in quibus authoritas spiritalis Monarchia, Ecclesiasticique principatus, illæsa floret. Cui fideliter obedire de necessitate salutis est.*
2. *Summa maximi inter paganos super omnes Pontifices authoritas.*
3. *Principes pacem Ecclesia militantis minimè procurantes sperare, non debent gloriam triumphantis, diuisionem, & turbationem in imperio suo sensuri, si Ecclesia diuisionem causentur.*
4. *Certa victoria pios principes, Ecclesia, Romanique Pontificis defensores, contra rebelles impios expectat, prosperitates in hac vita percepturos.*



AC primum sit illud egregiũ pro assertionis fundamento S. Leonis [a] ad Pulcheriam Augustam axiomatis instar catholici testimonium dicentis. *Quoniam res humana aliter tuta esse non possunt, nisi quæ ad diuinam religionem pertineat, & regia, & sacerdotalis defendat authoritas.* Cui corrobotãdo Christianæ religionis axiomati, memorabilem illam S. [b] Bernardi sententiam appositè subiungam. *Regna terra, & iura regnorum tunc sanè sana suis dominis, atque illæsa persistunt, si diuinis ordinationibus, ac dispositionibus non resistũt.* Si enim amica episcopi particularis Ecclesiæ, cum clero, & populo confœderatio, vnioque charitatis omnes ab Ecclesia perdendæ saluti gregis inhiantes hostes arceant: quantò magis religiosa principũ Catholicorum, populorumque cum vniuersalis Ecclesiæ pastore consensio, furores omniũ Dei, Ecclesiæq. visibiliũ, & inuisibiliũ hostiũ, omnes eorum rabidos impetus, conatusq. longè à capite bonorum principum, sibiq. creditorum populorum, à salute secularis imperii, reique publicæ Christianæ communi confractos exterminabit, atque propellet? Huius argumenti à minori ad maius antecedens propositio præclara S. Basilii authoritate fulcitur, & in veritate roboratur, ita Nicopolitanos, vt suum recèns creatum Episcopum dilectione filiali, obedientia, honoreque colerent exhortãtis. [c] *Dispensationes Ecclesiastica sũt quidem per eos, quibus est illarum cura concredita, verùm à plebe confirmantur. Itaque quod Deo dilectissimos Episcopos concernebat impletum est: quod reliquum est, ad vos spectat, vt videlicet datum vobis Episcopum ex animo complecti dignemini, & pericula extrinsecus imminentia fortiter repellatis. Nihil enim tã absterret principes,* (scilicet malos Deo inuisos, & Ecclesiæ Catholicæ perduelles) *quàm reliquos* (scilicet hæreticos, & schismaticos) *pacatum hunc statum vobis inuidentes, ac concors erga creditum vobis Episcopum dilectio, & infracta resistentia. Incutis enim illis omnium malorum desperationẽ, si nec clerum, nec plebem inuentiones ipsorum amplecti viderint.* Hoc si est ita, quid facient inferni exercitus, dæmonibus, nefariisque hominibus conflati sub Lucifero, cum omnes catholicæ fidei reges, principes, cum fidelibus populis, indissolubili honoris, reuerentiæ, amoris, obedientiæque vinculo, nexuque diuinæ pietatis cũ sanctissimo patre Romano Pontifice sociari, copularique viderint? quæ spes potiundæ victoriæ illis affulgere poterit? Vel potiùs quis tremor, & pauor illam perdendi, cum omnium facultatum, virium que interitu illos fugere valebit? Et cùm de necessitate salutis imperio subnci Rom. Pontificis omnibus incumbat, nullusq. felicitatis æternæ gaudia sit consecututus, qui tale Romani Pontificis imperiũ in sua vita detractauerit: Vt catholica fides [d] grauissimorum Theologorum doctrinis, sacrisque canonibus illustrata docet. Quis in procuranda hac, per talem obedientiam, subiectionemque patri fidelium sanctissimo præstitam salute, robur fortissimum, potentissimãq. virtutem, ad eneruandas spirituales nequitias diabolique potestates sitam, radicatamque esse negabit? Atque sic post triumphatos Dei, Ecclesiæ principatuumque Catholicorum hostes, regum ac principum fidelium, sibique creditorum populorum salutem, tota cœli statione receptam esse nòn agnoscet? [e] Si salus eorum qui Papæ parere deprecantur, qui eius imperio reluctantur; qui sanctitatem maiestatis illius ostentui ducunt, fastidiunt, irrisione sacrilega contemnunt, atque in eo Christi Domini tunicam, idest [f] teste Augustino, *Ecclesiam scindentes* aspernãtur, [g] in ruinam periclitatur æternam, certum damnationis interitum incurrit, & in illum desperata præcipitatur. Quàm verum erit dicere pios principes, ac populos Catholica sanctitate fulgentes, Romanum Pontificem, vt patrem, vt pastorem, vt Monarcham omnium fidelium Christi signa, fide, vita, bonisque operibus irradiante, portantium, spiritualem, honore summo, amore puro, obsequio filiali venerantes, de sua salute securos, spe iam beatos æternæ felicitatis coronã certò, meritóque præstolari? [h] Quàm illud iniquum, monstroque simile, à capite membra discedere! quod faciunt omnes hæretici, schismatici, cæteriq. omnes impii rebelles, se ipsos ab obedientia visibilis Ecclesiæ capitis Romani Pontificis illius supremam super omnes fidelium animas authoritatem superbissima contumacia repudiando perniciosissimè diuellentes. Contra verò quàm religiosum, & æquum, quàm beatorum spirituum ordinibus, animabusque sanctorũm, iam sempiterna cum Christo beatitudine fruentibus in cœlo conforme, viua corporis Christi, quod est Ecclesia militans in terris membra capiti Ecclesiæ visibili ab inuisibili omnem suam virtutem, efficaciamque supremæ potestatis capite, quod est Christus Dominus accipienti sacra reuerentiæ, pietatis, obedientiæ, charitatisque compage copulari? Quod faciunt omnes pii, Catholicique reges, ac populi. Diabolus Dei simia eius semper in peruersum opera, vt incautos faciliùs, fraudu-

a S. Leo ep. 31

b S. Bernard. ep. 255.

Regum à minori.

c S. Basilii ep. 193 ad Nicopolitanos. Pia charitatis vnio cleri, & populi cum Episcopo omnes ab Ecclesia illius arcet hostes, quanto magis omnium fidelium cum Romano Pontifice.

Dæmoniorum principes eanorum Dominum & Christum eius, & Ecclesiam quomodo facit molitarunt.

Subijci imperio Papæ spiritu est de necessitate salutis.

d S. Thomas 1 contra errores Græcorum c 64. can. cuncta per mundum 9.q.3 can vnam sanctam de maioritate in 6.

Ibid. Glossa memor in verbo vnam, vbi dicitur inter alia quod nullus saluatur, nisi subsit Christo capiti, & eius vicario.

Nauarr. in 3 comment. de indulg. & nihil

e Hic argum. a contrario

f S. Aug. tractat. in c 19 S. Ioan.

g Extrau. Bonif. 8 vnam sanctam vers Hæc est inuincta illa ibi Glossa lib. 6.

h Cap cùm non liceat de præscript. l. 2. decretal tit. 26 c. 16. in princip.

lentiâſque ludificaretur, ludificatoſque perderet, æmulatus, inter gentiles, paganoſque ſuæ tyrannidi ſubiugatos antiſtitē ſuarum abominationum, nefandorumque ſacrorum primum, qui apud eos ſummus pontifex appellaretur, habere voluit. Quem ad inſtar ſummi, Dei veri, ſacerdotis, Chriſtique Domini vicarii tantæ pernicioſa fraudulentaque religionis falſæ perſuaſione, poteſtatis, & authoritatis eſſe fecit; vt omnes huius diabolicæ factionis, & ſuperſtitionis, non modo populi de fece vulgi, ſed nobiles, nec nobiles ſolum, ſed ſenatores, magiſtratus, magnates populis, ſub principe ſummo dominantes, nec ſolùm illi, ſed principes ipſi, magnique reges illius ſummi ſuperſtitionis diabolicæ Pontificis diaboli (quem deluſi Deum eſſe credebant) imperio ſubditi procumbere tenerentur. Qui apud Romanos hac authoritate, poteſtatiſque ſummæ priuilegio in ipſos conſules vtebatur, penes quos eiectis regibus ſumma reipublicæ reſidebat, totaque imperii adminiſtratio in illis inclinata recumbebat, vt[a] eos (ſi ita reipubl. expedire ſibi videretur) in prouincias ire vetaret. Propterea gentilium, paganorumque reges, ac principes ſupremi, ne Pontificum ſacris dęmoniacis præfectorum dominationi ſubiici cogerētur, in omnibus ipſi Pontificum dignitate fungentes, electique Pontifices ſacrorum, cæremoniarumque ſuperſtitionis gentilitiæ curam ſumere, adminiſtrationemque, teſte[b] Ariſtotele, gerere voluerunt. Quod poſtea Seruius[c] obſeruauit in illud Virgilii.

a. Part. Summo maximo inter paganos ſuper omnes diaboli Pontificis authoritas.

a Cornel Tacit. l. 3. annal. Cur reges paganis & Imperatores ſummi Pontifices creari voluerunt.

b Ariſt. l. 3. polit. c. 10. c Seruius in v. 80. l. 3.

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbique ſacerdos.

Itaut expulſis à Romana republica regibus regē ſacrificulum creàre neceſſè fuerit,[d] qui officio, quod reges exercere ſolebant, in ſacrorum adminiſtratione fungeretur. Propter eandem rationem[e] Romani Imperatores Pontificia dignitate decorari, eiuſque ſacris inanibus licat, vel potiùs nefandis inaugurari voluerunt, vt quæ religionis ſuperſtitioſæ, falſæque eſſe viderentur nullo vetante tractantes neminem ſe in imperio ſuperiorem poſſent agnoſcere. Veritatem ſupremæ Romani Ponoficis in omnes Eccleſiæ Catholicæ ſinu concluſos authoritatis diuinitus inſtitutæ diabolus agnoſcere potuit, cùm ad illius exemplar, velut execrabilis Dei, Chriſtique Domini ſimia, talem ſupremæ poteſtatis eminētiam in maximis ſuæ abominabilis, execrandæque ſuperſtitionis Pontificibus excogitare, excogitatam ad perdendas infidelium animas peruerſa Dei æmulatione conſtituere, tanta fraude furoreque contenderit. In quo hæreticis noſtri ſeculi, ſchiſmaticiſq. perditis fidelior apparet, qui hanc ſupremam Romanî Pontificis authoritatē, & in ſaluando omnes imperium non inficiantur modò, ſed, &, ô Facinus immane! extremo odio rabieque deteſtantur: & ita ſuam miſeri ſalutem perdunt, aliorumque animas, quas ſuis fraudulenter erroribus infatuant, eiuſdem ſuæ ſalutis interitu, naufragioque eruciatibus ſubiugandas æternis obruunt. Omnes principes ſeculi qui aliquid in ſua ſeculari ditione turbari non permittunt, ne illod adueniat, dent operam, & quidem diligentem, vt ſeruata Eccleſiæ pace, omniumque Catholicorum cum Romano Pontifice, cōcordia, reuerentia, amor, obſequiumque filiale illi præſtetur, honorque ſummus à Chriſto

d Pomponius Lætus in ſacerdot. e Dio. Caſſius l. 50.

Vt principes ſeculi pacificè ſuis principatibus fruantur ſummo Romano Pontifici principatum, honoremque cuſtodiant, atque conſeruent Chriſti D. regnum, quod eſt Eccleſia.

A Domino datus, & imperatus inuiolatè ſeruetur. Hinc illa Gelaſii Pontificis ad Anaſtaſium Imperatorem ſalutaris admonitio.[f] *Tuis certè legibus Imperator paterni nihil perire, Romano nomini nullum admittis ingeri detrimentum. Itane verum eſt princeps egregie, qui non ſolùm præſtantia Chriſti beneficia, ſed deſideras & futura, vt religioni, vt veritati, vt ſinceritati Catholicæ communionis, & fidei temporibus tuis patiaris quemquam inferre diſpendium? Qua fiducia, rogo te, illic eius præmia petiturus es, cuius hic damna non prohibes? Non ſunt grauia, quaſo te, quæ pro tua ſalutis æternitate dicuntur. Scriptum legiſti.*[g] *Meliora ſunt vulnera amici, quàm oſcula inimici. Quaſo pietatem tuam, vt quæ affectu dicuntur à me, eo tuis ſenſibus intimentur, nemo pietatem tuam fallat.* Nemo ſibi blandiatur, ſeque blandiendo decipiat, non ſperet ſe in futura vita locum inuenturum iubilationis in cœlo, qui

f Epiſto. Gelaſii ad Anaſt. imp.

3. Part. Qui non procurat Eccleſiæ militantis pacem, non ſperet gloriâ triumphantis in imperio ſuo diuiſionē turbationemque paſſurū ſi Eccleſiæ diuiſioni non conſentiat.

g Prouerb. 27.

B in hac renuerit per obedientiam vicario Chriſti Domini præſtandam, in Eccleſię Romanæ, ſediſque Apoſtolicæ contineri gremio! Contra ſalutare illud D. Auguſtini conſilium & admonitionem magno charitatis æſtu feruentem, dicentis.[h] *Dubitamus nos eius Eccleſiæ condere gremio, quæ vſque ad confeſſionem generis humani ab Apoſtolica ſede, per ſucceſſiones Epiſcoporum, fruſtra hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis ipſius iudicio, partim Conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maieſtate damnatis culmen authoritatis obtinuit.* Quam qui deſpiciēdo principes ſui muneris obliti diſſidio turbare, eamque rebellionū ſchiſmaticarum concuſſam turbine conuellere præſumpſerint, in pœnam tanti ſceleris atrociſſimam in ſuis regnis, principatibuſque diuiſionem ſentient, perturbatique ſtatus detrimenta patientur. Quod maiorum erit initium dolorum

h S. Aug. l. de vtilitate credendi.

C quibus in futuro ſeculo perenni, æternaque duratione torquebuntur: quod ſtylo vehementi zelum Dei ſpirante, Petrus Damianus Henrici Germaniæ regis adoleſcentuli tunc, vel pueri potius animo, per iuſtas, ſalutareſque commi- nationes his verbis imprimere, penituſque defigere oitebatur. *Scribantur annales; texatur hiſtoria, quæ dicat, quòd Nerua clementiſſimus Imperator potificauit Eccleſiam, Conſtantinus confirmauit, Theodoſius exaltauit, & cùm peruentum fuerit ad te, glorioſumne tibi erit, ſi dicatur Henricus diuiſit. Abſit hoc à te, vt hanc legat hiſtoriam poſteritas ventura de te &c.* Et paulò poſt.[i] *Cauendum eſt,* inquit, *ô Rex, ne dum pateris diuidi ſacerdotium, tuum quoque, quod abſit, diuidatur imperium. Nam ſicut ſacra teſtatur Eccleſia, mox*[k] *vt Saul apprehendit*

Principes ſeculi Dei Eccleſiam diuidere molientes ſentient in regno ſuo diuiſionem & ruinam.

Petri Damiani ep. ad Henricū Germaniæ Regem aduerſus Cadoleum Pſeudopont.

i Ibid.

k 1. Reg. c. 15. v. 27.

D *ſummitatem pallij Samuelis, & ſcidit: protinus illi Samuel, ſic,* inquit, *ſcidit Dominus regnum Iſrael hodie à te, & tradidit illud proximo tuo meliori te,* &c. Similia dixerat Leoni Iſaurico Iconoclaſtæ oratione a. de imaginibus, Damaſcenus. *Saul,* inquit, *ſcidit pallium Samuelis; & quid ei contigit? Abſcidit regnum eius Deus.* Pergit verò mirabilis gloriæ Chriſti, eius Eccleſiæ ſanctiſſimæ, ſediſque Apoſtolicæ zelator, hæreticorum, ſchiſmaticorumque contra ſublimem, ſanctumque verticem Pontificiæ maieſtatis inſanientium, atque ſacro-ſanctæ inter ſpiritualem, ſecularemque Chriſti D. in Eccleſia ſua Monarchiam confœderationis interitum machinantium, malleus, atque flagellum.[l] *Porro autem ſicut pallium illud veſtis erat Samuelis, ſic & ſancta Eccleſia veſtis eſt vtique redemptoris, cui per Prophetam dicitur.*[m]

l Ibid. Eccleſia veſtis Chriſti D. dicitur.

m Pſal. 103.

Confessionem, & decorem induisti, confessionem quippe Dominus induit, cùm sibi peccatores vsficiat pœnitendo sanatos. Decorem verò, cùm sibimet clementer adglutinat innocentes nitore iustitiæ speciosos. Palliū igitur Samuelis Saul abrupit, & regnum perdidit: Christi scinditur vestimentum, & licet non scindentis, tamen scindere permittentis stabit imperium? Inconsutilem vestem Iesu miles gentilis metuit scindere, & Christiani non verentur Ecclesiam per errorem schismaticorum separare? Cùm ergo vestis Christi sāncta dicatur Ecclesia, scissio vestis minatur diuisionē regiæ potestatis. Hinc est fortè quòd vrbes, oppida, siue prouincia huius regni ab externis quotidie cernimus nationibus vsurpari, &c. At solidissima compages est, & propugnaculum regnū seculare, solida firmitate in magnæ statu prosperitatis, pacis, concordiæ, sine vllo lapsus, diuisionisque metu conseruandi, pietas catholicorum principum generosa, heroicaque fortitudo in Christi charitate radicata. Quibus sanctissimo deuotionis æstu inflammati Ecclesiæ sponsæ Christi Domini sacratissimæ, & eius visibilis capitis, sub ipso Christo Domino dignitatem supremam, authoritatē Monarchicam, immaculatamque gloriam defēdere, conseruare, & illabata custodia protegere conantur: tanto cum affectu charitatis, vt omnibus temporalibus posthabitis, nihil ardentiùs, quàm immaculatum ipsius sanctissimæ matris, cum suo pastore œcumenico cultum, venerationemq. cōcupiscant. Hinc regnorum, rerumque publicarum prosperitates, hinc tuta fidelium populorum salus, & bonorum temporalium, spiritualiumque fœcunditas, hinc illorum principum hac tanta pietate, fortitudineque fulgentium iucundæ consolationes, & prædicationes, hinc palmæ, victoriæ, gloriosique triumphi de cunctis hostibus reportandi. Quæ principes illos in suæ virtutis, pietatisque præmium pro certo sempiternas beatitudinis diuinæ lauros expectantes in terra præstolantur. Vt confisus in infinita Dei misericordia S. Bernardus Conrado Germaniæ regi spondebat, cùm eum ad arma, & enses aduersus Arnoldistas hæreticos, schismaticosque nefandissimos Romani Pontificis osores, crudelissimosque sedis Apostolicæ persecutores his inter alia verbis hortabatur. [a] *Victoria sicut in Domino confidimus in manibus est, superbia, & arrogātia Romanorum,* scilicet Arnoldistarum rebelliū, *plusquam fortitudo eorū. Quid enim? Numquid quispiam magnus, vel potens, verbi gratia Imperator, aut Rex fœdam remissam eius imperium pariter sacerdotiumque præsumat? Sed potius hic maledictus, & tumultuosus* (scilicet Arnoldus hæresiarcha multorum corruptor in vrbe Romana ciuium) *qui suas nescit metiri vires, cogitare finem, considerare prouentum in insipientia, furore suo ausus hoc grande sacrilegium attentare* (scilicet se suosque contra Romanum Pontificem nefandissima factione, rebellioneque armare) *absit vt vel ad momentum stare possit ante faciem regis, popularis manus, vulgi temeritas, &c.* Et ita principes religiosi, dum Ecclesiæ Christi Domini, eius vicario pura pietate deuoti, & obsequentes, eius dignitatis, ac principatus sacri defensionem, protectionemq. procurāt, dum cum illius imperio spirituali se suosq. populos sacro pacis veræ, conspirationis sanctæ,

Schismaticus Ecclesiam Christi diuidens peior militibus tunicā inconsutilem Christi scindentibus & non diuidentibus.

Conseruatio dignitatis Ecclesiæ, & Papæ feliciter regna conseruat.

[a] Epist. 43. S. Bernardi ad Conradum Germaniæ Regem.

Certa victoria pios principes Ecclesiæ, Romanique Pontificis defensores contra rebelles impios expectat.

Felix status piorum principum Ecclesiæ, eiusque pastoris œcumenici authoritatem, honoremque defendentium.

A charitatisque fœdere sociare desiderant, & ardenter affectant, dumque virtute sacræ huius vnionis regnum diaboli destruere, omnes nefarios hæreticos, schismaticos, alios Christi, & eius Ecclesiæ sanctæ rebelles, terræ peccatores, exercitus diaboli milites, vt alter Dauid, exterminare contendunt: Regna sua, principatus, omnesque populos, Christo, Ecclesiæ, Romano Pontifici, sibique fideles, beatiores, fortunatioresq. Christo Domino super omnes illos suas largiter, atq. misericorditer effundente benedictiones efficiunt. Vt sicut Augustum Cæsarem hoc elogio solitum gloriari, Romanæ testantur historiæ. [b] *Vrbē lateritiam inueni, relinquo marmoream.* Sic & illi religiosi, catholicique principes multo gloriosiùs, multoque nobiliùs dicere valebunt: regnum principatumque meum, quem iacentem, B multis bellorum, aliarumque miseriarum tempestatibus iactatum ac titubantem accepi, per pietatem, charitatemque, quam Ecclesiæ Christi in eius defensione conseruaui, florentissimum cœlestibus affluentem beneficiis, populosque meos Christi Domini benedictionibus, gratiisque fœcundos, multo beatiores maioribus quam antea consolationibus exultantes effeci. Tantus inde amor, & affectus populorum illorum sinceræ charitatis in hos principes verè patres patriæ redundabunt, vt de illis sicut de illo quōdam [c] Imperatore Augusto populus Romanus, catholici illorum subditi, celebri dilectionis in eos, deuotionisque motu de puro corde pronuntient, & solemnibus vocibus effundant. *Vtinam aut non nascerentur, aut non morerentur.* Vt auctius, veriusque dicam, in illis principibus sic C piè regnando sacratissimam Ecclesiæ, eius visibilis capitis, pastorisque maiestatem defendentibus, illius pacem cum omnibus fidelibus religiosè procurantibus, illud implebitur: quod Dauid sibi Deum Israël locutum fuisse commemorat. [d] *Sicut lux auroræ oriente sole manè, absque nubibus rutilat, & sicut pluuia germinat herbam de terra:* Ita oriente sole iustitiæ Christo, in cordibus principum illorum, lux & splendor prosperitatis & pacis in ipsorum principatu, & regno, sine nubibus discordiæ, calamitatisque rutilabit, dum sacram, suæ dominationis legitimæ, cum spirituali sedis Apostolicæ Monarchia confœderationem indissolubili charitatis, fideique Christianæ nexu firmatam, tueri perpetuo, conseruareque intemeratam heroico studio Dei gloriam zelante conabuntur. Vt cum eodem regio propheta iustè meritòque iubilantes cantare valeāt. D [e] *Cuncta salus mea, & omnis voluntas, nec est quidquam ex ea, quod non germinet.* Precor, obtestorque regem regum, & Dominum dominantium, saluatorem mundi vtriusque legitimæ, ac iustæ in Ecclesia sua Monarchiæ conditorem, & restauratorem: vt hæc pro quibus mea ipsi vota, precesque fundo, protinus adueniant. Atque vtinam in ceruicis meæ iugulum securis vibrata desæuiat, dum modo sedes Apostolica, pastorisque vniuersalis Ecclesiæ sanctissimi maiestas, propriæ dignitatis, atque supremæ authoritatis apicem à Christo Domino in Ecclesia sua, diuinitus erectum, per pios, catholicosque Reges, ac principes reparatæ conscendant.

[b] Sueton. in Aug. & alii Petrus Damian. ep. ad Henricum Germ. regem alii hoc elogium Aureliano Imp. tribuunt, vide Lamprid.

[c] Suet. in August.

[d] L. 2. Reg. c. 23. v. 4. & 5.

[e] Ibid. v. 5.



QVARTÆ PARTIS,

LIBER QVINTVS.

IN QVO DE CÆCITATE, INSANIA, enormitateque criminis hostium Christi Domini, Ecclesiæ Catholicæ, nec non Pontificiæ dominationis, à Christo Domino institutæ, iustißimè coërcendis, atque puniendis agitur: postea de misero, & infelici eorum statu, tam Regum, ac principum, quàm eorum populorum, quandiu Ecclesiæ non obediuerint, eiusque pastoris Romani Pontificis Monarchiam sanctam, & piam agnoscere reuerenter noluerint. Postremo de eorum funesto exitu, quod in ista rebellione, & contemptu Ecclesiasticæ maiestatis perseuerare voluerint.

CAPVT I.

Cæca, & insana mens Dei Ecclesiæ hostium, principum, & populorum Catholicorum animos ab obedientia Apostolicæ sedis auertere nitentium, quàm execranda, in exitium vtriusque sanctæ Monarchiæ, licet frustra.

1. *Ecclesiæ, regno Christi reluctantium cæcitas deploranda à malitia profecta multis immersa blasphemijs.*
2. *Quàm nefarium SS. Patribus iniuria atroci, multiplicique affectis, in odium Rom. Pontificis hæresiarchas nefarios huius seculi præponere.*
3. *De miserabili hostium Dei Ecclesiæ, sedisque Apostolicæ dementia, cæcitatis peruersæ socia, arrogantia audacia inflata tumore, qui quotiescumque possunt, Catholicorum principum statum perturbare nituntur, Ecclesiastico principatui ruinam machinantes, extra Christi Ecclesiam reprobi.*
4. *Nouatorum, schismaticorumque consilia, conatusque contra Deum eiusque Ec-* A *clesiam irriti confringuntur: quorum est detestabilis, miserabilisque conditio, si non resipiscant.*



NEMINEM verè Catholicorũ salutaribus Christianæ veritatis ardoribus incensorũ esse iudico: qui funestã illam sanguineis deplorãdam, gemendãque lachrymis cæcitatem, & nimium audacem insaniam grauissimo tactus dolore intrinsecus non magnopere lugeat, atqoe lamentetur. Non hæreticorum modò contra Deum, & Christum eius in interitum Ecclesiæ sanctissimæ, eiusqoe pastoris, aperto furore debacchantium, sed etiam istorum homi- B num, pessimè de se præsumentium: qui nefario schismatis obstinati vulnere sauciati, detestandis hæreticorum blandientes erroribus, Apostolicæ sedis authoritatem imminuere, principatum Christi Domini vicario Monarchicum, schismatica substrahere contentione, impioque sacrilegio deprædari, nullo iudiciorum Dei metu perterriti conantur. Atque ita pacem Ecclesiæ turbare, obedientiam vna cũ veneratione Christianorum principum, à sanctissimo illo patre, omnium Christi ouium legitimo, supremoque pastore, fraudibus execrandis auertere, nullo pudore confusi perhorrescunt. Quæ maior hac cæcitas, & mentis auersio potest excogitari? Tot ista mala, tamque nefanda introspicere non posse? Vel quæ miserior, nequiorque dementia, tot nefanda cernere, & non detestari? Imo ea dili-

Cæcitatem, & insaniam hæreticorum & schismaticorum omnes boni Catholici meritò lugent.

Cæcitas hostiũ Dei & Ecclesiæ à malis ôs.

a Sap c.5.v.21.

gere, eorum effectus optare, quæque vt eueniãt, omni prauæ voluntatis impetu contendere? Cũ sapiente exclamare cogor: [a] *Malitia excæcauit eos vt videntes non videant*; intelligentes non intelligant, & in intelligentia sua præ nimia improbitate penitus obstupescant. Ne splendorem sanctitatis Ecclesiæ, claritatem Pontificiæ celsitudinis, sacram Ecclesiasticæ Monarchiæ à Christo Domino institutæ sublimitatem donis fœcundam cœlestibus intueri, mentisque oculis aspicere possint, suis nunc erroribus obcœcati, æternis postea, proh nefas! obuoluendi, ingurgitandique miseriis. De quibus appositè propheta regius lucem æternæ veritatis affando dicebat. [b] *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis, turbati sunt omnes insipientes corde*. Quos his verbis eleganter sapientia notauit. [c] *Dum persuasum habent iniqui posse dominari nationi sanctæ vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti iacent*. In tanta nempe peruersitatis, & erroris voluntarii caligine depressi, grauatique versantur. Vt, quod eadem postea subiunxit sapientia, [d] *vt ignis quidem nulla vis posset illis lumen præbere, nec syderum limpida flammæ illuminare possunt illam noctem horrendam*. (In qua isti miseri iacent) cùm & aërem, quem nulla ratione quis possit effugere, negent se videre: aërem dico catholicæ veritatis, absque mendaciorum nebulis, fugatisque tenebris errorum hæreticorum, schismaticorumque profundissimis, à sole iustitiæ Christo Domino iugiter illuminatum. *Quem latentes in obscuris peccatis* (vt cum eadem [e] sapientia loquar) *tenebroso obliuionis velamento dispersi*, voluntariè cæci fugiũt, & præterea in pœnam tam nefariæ, tam crassæ, afflictæque cæcitatis, [f] *pauentes horrendè, & cum admiratione nimia*, perturbati tabescunt, atque tristantur. Ista cæcitas misera schismaticorum, aliorumque sedis Apostolicæ perduellium, Pontificiæ eorum maiestatis atque regiæ fœdero cũm hæreticis execrabili sociatorum, vt Ecclesiæ sanctissimæ, Christi Domini sponsæ, eiusque pastori Monarchico plurimum nocere valeant, hoc in eis nefas operatur, vt vlla ratione ad illud absurdissimum nequeant attendere. Nimirum si vera esset illorum hæreticorum doctrina (cui scelerate in odium Romani Pontificis applaudunt, & adulantur) nempe Lutheri, Caluini, Bezæ, Mornæi, Molinæi, & cæterorum damnatę perfidiæ nouatorum, necessario sequeretur Ecclesiam Dei, semper in tenebris infidelitatis à Christo passo latuisse, & in errorum contagionibus sordidè iacuisse; atque ita Christum Dominum per Apostolos suos, aliosque gregis sui pastores omnes, per vniuersum terrarum orbem sparsos, Apostolicæ sedis alumnos, verosque Ecclesiæ Romanæ filios, cultoresque fefellisse. Hoc si ita esset (quod ne cogitari quidẽ sine scelere potest) *tandiune regnauit error* (vt cum Tertulliano [g] querar) *vt aliquos Marcionistas, & Valentinianos* (Lutheros ego dico, atque Caluinistas) *liberanda veritas expectaret? Ergo perperam euangelizabatur, perperam credebatur, tot millia millium perperam tincta, tot opera fidei perperam administrata, tot virtutes, tot charismata perperam operata, tot sacerdotia, tot ministeria perperam functa &c.* Iacto hoc impietatis hæreticæ, schismaticæque fundamento in cæterorum malitia, odioque Romani Pontificis, Ecclesiæque Dei hostium cordibus, sincera cultrix veritatis

b Psal. 75.

c Sap c.17.v.2

d Ibid. v 5.

e Ibid. v. 3.

f Ibid. v. 3.

Quantã ob- surda blasphemia sequerentur, si qua cæcitas, & insania hostibus Ecclesiæ suggerunt vera forent.

g Tertull. l. de præscrip. c. 2.

A sanctorum patrum doctrina exploditur, canones Ecclesiastici violantur, sacrorum conciliorum authoritatis acies hebescit, diuina in scripturis sanctis expressa, exarataque spiritus sancti calamo velociter scribentis oracula, sacrilegio expositionis adulterinæ polluuntur: verba denique Christi Domini sacratissima proprio, diuinoque illius ore prolata. *Pasce oues meas. Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum*, & quæ sequuntur, falsitatis insimulantur, & tanquã aniles fabulæ phreneticorumque delitia, ludibrio, contumeliisque blasphemantibus affecta criminantur. Quàm iustè hæc nobis contra tales tam miserè cæcatos S. Gregorii Nazianzeni, imo etiam fortasse iustiùs quàm illi competet exclamatio. [h] *O ingentem absurditatem. Absconditam post Christum sapientiam nobis annunciant, quod sanè lacrymis dignum est.* B *Nam si triginta duntaxat ab hinc annis fides initium sumpsit, cùm quadringenti iam ferè fluxerint*, (dicemus nos contra nouatores, eisque scelerate fauentes schismaticos non quadringentos, sed supra mille sexcentos annos) *ex quo Christus manifestatus est. Inane vtique tanto tempore fuit euangelium; inanis etiam fides nostra, frustraque martyres martyrio perfuncti sunt, & tales, tantique antistites plebi præfuerunt.* Quæ cæcitas, vel insania potiùs schismaticorum, sedisque rebellium Apostolicæ, nouos, ac impios hæreticos imperitię nefandæ, vitæque sceleratæ sordibus, pollutionibusque fœdatos, vt Pontificiæ maiestatis honorem, Ecclesiæ Romanæ intemeratam fidem, sanctitatemque vulnerent, antiquissimis, doctissimis, & sanctissimis patribus anteponere? Qui quidem tot virtutibus, Spiritus sancti charismatibus præfulgentes patres, doctoresque *Christianæ veritatis* (vt cum S. loquar Augustino) C *Quod inuenerunt in Ecclesia tenuerũt, quod didicerunt docuerunt; quod à patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt.* Vnde merito nouatoribus à nouis Satanæ ministris hæresiarchis, Luthero, Caluinoque, dementatis, atque schismaticis hæreticæ Megeræ cognatis, quod olim Iuliano Pelagiano S. Augustinus probro dabat dicere possumus, ac debemus. [i] *Tantumne apud te possunt Pelagius, & Cælestius?* (nos verò nostris hæresi, schismateque fascinatis) *Tantumne apud vos*, Lutherus & Caluinus possunt, *vt à solis ortu, vsque ad occasum tot ac tantos catholicæ fidei doctores, ac defensores antiquos, & nostra ætatis contiguos dormientes, & manentes non solùm deserere, verùm etiam Manichæos* (scilicet hæreticos) *audeas appellare.* D Hæc illa enormis cæcitas, insanię contigua detestabili hostium sponsæ Christi, sedis Apostolicæ, Pontificiæque maiestatis perduellium, blasphemantium. Qui omnes sanctissimos, doctissimos, antiquissimos patres, Ecclesię Christi Domini doctores, quod semper suis scriptis, & factis æterna benedictione dignissimis, sedem Apostolicam, solium regni Christi in terra, thronumque sacratissimum agnouerint, agnitum honore debito coluerint: Ecclesiam Romanam omnium, quæ sub orbe Christiano sunt, matrem, magistram, reginamque prædicauerint: ipsius præsulem Christi Domini vicarium, vniuersalis Ecclesiæ visibile caput, pastorem œcumenicum, Monarchamque sanctissimum religiosè confessi professique, hisdem honorum titulis, summisque, quibus eum Christus Dominus priuilegiis

h S. Greg Naz. orat. 32.

2. Pars. Quàm nefarium in odium Romani Pont. nouos diaboli ministros Lutherum, Caluinum & alios antiquissimis, sanctissimisque patribus anteponere.

S. Aug l. 2. contra Iulian. c. 10. t. 7.

i S. Aug l. 1. contra Iuliã. c. 15. in fin.

Atroces nouatorum, in sanctos patres iniuria in odium Romani Pontificis quod eum, vt sanctissimũ Ecclesiæ Monarcham debito honore, id est summo coluerint.

decorare voluit, laudibusque mectare, sublimiter extulerunt: impios idololatras, inferni pabula, diaboli mancipia, Antichristique satrapas, antesignanos, satellitesque fœtito ore, scatente blasphemiis appellarunt. Contra qoos sanctitatis, virtutisque Christianæ prostitutores, si ita vt & olim S. Augustinus, contra Iulianum, aliosq miserè futiis ebominationis Pelagianæ dementatos exclamem, quis me iure reprehendat? [a] *Vsque adeo prrmisi ut imus summa longue dies, vsque adeo tenebra lux, & lux tenebra esse dicnntur, vt videat Pelagius, Calestius, Iulianus*, (qoorum loco Lutherum, Caluinum, Bezam, Mornæum, cæterosque eiosdem bæreticæ dementiæ substituo) *& caci sunt Hilarius, Gregorius, Ambrosius*? Cæterique greuissimi, doctrina sublimi, salotari vita, moribusque senctissimi, & deuotissimis Christianæ cheritatis ardoribus inflammeti, imperitiæ, errorisqoe tenebris opacati delitnerunt?

a S. Aug. l. 1. contra Iuliã. c. 10.

B Qui post tempora Apostolorum vniuerso Christianæ religionis orbi feliciter, maximè huic Gallorum netioni lucē veritatis Cetholicæ prætolerunt, & salutari incendio fidelium corda diuini flammis amoris accense purificarūt? At quibus in mentem nisi exitiali cæcitate percussis, tā insana persuasio venire potest, vt tot clarissime mundi, cœlique Christiani lumina, à principio errorum malitiæque tenebris obuoluta, ab æternæ iustitiæ sole, veritatisque Cetholicæ fonte, qui est Christus Domious exorbitasse credant? *Miror si hoc aliquando ex istorum nouatorum potuit ore procedere*, (vt [b] S. Augustini verbis contre Iulianom Pelagianum insistam) *quod eos tamen clamare prauitas sui compulit erroris, sed mirum si in C facie hominis tantum interuallum est inter frontem, & linguam, vt in hac causa frons non comprimat linguam. Ecquid verisimile est* (exclamat [c] Tertullianos) *vt tot, ac tanta Ecclesia in vnam fidem errauerint? Nullus inter multos euentus, est vnus exitus: variasse debuerat error doctrina Ecclesiarum. Cæterum quod apud multos vnum inuenitur, non est erratum, sed traditum; audeat ergo aliquis illos errasse, qui tradiderunt? &c.* Non est profectò, non est hæc simplex errantium, grauissimeque in sedis Apostolicæ sacra, diuinaque Pontificis Romani iore peccantium cæcites; sed multiplex, sūmæq. copuiata dementiæ. Qui dum perfecto odio cathedræ S. Petri, maiestatisque Pontificiæ sanctitatem greuis opprimont, cæci voluntariè fieri volont, ne locem veritatis apprehendant, vt bene viuant, & ita miseri maledictione diuina conterantur. Quam iusta sanctorum Apostolorum Petri & Peuli indignatio, & apod Deum interpel- D lans expostulatio diuinæ fulmina vindictæ, super eos dioinæ cathedræ, Ecclesiæque Romanæ persecutores effundunt: quoruni propitiationes hāc sacratissimam sedem, Ecclesiamqoe (quem suo pretioso pro sui redemptoris gloria profuso sanguine purpurando decoraoerunt) honore, veneratione, obsequioque deuoto colentibus fausta omnia à Christo Domino impetreta propinant, etqoe largiuntur! Quod magne vi facundiæ Christianæ rebellibus ciuitatis Romanæ ciuibus in Romanum Pontificem sacrilega contumacia, & audacia conspirentibus eb Arnoldo hæresiarcha fascinatis S. Bernardus sic eos alloquendo representabat. [d] *An nescitis quia his offensis* (scilicet SS. Petro, & Peulo principibus Apostolorū) *nihilominus valetis? His propitijs nihil omnino ti-*

b S. Aug. l. 1. contra Iuliã. c. 5.

c Tertull. de præscript. c. 28.

3. Pars. De miserabili hostium Ecclesia sedisque Apostolica dementia caecitate sacin perversa, arrogantia audacia inflato tumore.

d Ep. S. Bernard. 242 ad seditiosos ciues Rom. ob Arnaldo hæresiarcha miserè deceptos.

A *metus? Non inquam, timebis sub horum tutela millia populi circumdantis te, Vrbs inclyta, ciuitas fortium. Reconciliare proinde illis simul, & millibus martyrū, qui quidem apud te, sed contra te sunt, propter grande peccatum, quod peccasti, in quo persistis.* Insania hæc hostium ecclesiæ Dei, Romanique Pontificis impiorum arrogantis eudaciæ superbæq. præsumptionis armis erecta, in eo maximè conspicitur & epparet: quod in omni stetu societatis humanæ, reique publicæ Christianæ, seditionibus omnie, tumultibusque miscere, atque confundere soleant: vt splendorem dignitatis Ecclesiasticæ extinguere, pacisque dulcedinem sua scelere, atque sacrilegia pietatis sub imagine falsę tegendo perturbare possint. Non aliter, quàm inter paganos [e] Ennius quondam in Silicia conditione seruus, qui fanatico furore simuleto, dum Syriæ deæ comas iactat ad libertatem, & erma seruos quasi B numinum imperio conciteuit, & comparato sexaginta millium armatorum exercitu Regem se palam, & publicè constituens vniuersam Siciliā suæ fanaticæ dominationi, tyrannidique subiugasset: nisi cum magno reipublicæ damno, atque pericolo, Romam totis suis vrbibus, copiisque dementi, furiosoque lerue pietatis, religionisq. munito restitissent. Adeo illud Liuii verum esse constat. [f] *Nihil in speciem fallacius quàm praua religio est, vbi deorum numen prætenditur sceleribus.* Quod faciunt Catholicæ religionis hostes, sedisque Apostolicæ perduelles. Qui dum [g] *contra Christum signa Christi portant, & contra euangelium de ipso euangelio gloriantur*, iniuriis, calumniisque puritatem Pontificiæ dominationis, culmenqoe C sanctitatis cathedræ S. Petri polluendo, lacessentes, dolis, & fraudibus Christianæ religionis ruinem, exitiumq. quandio viribus impares, eperrè non possunt, machinari non cessant, illud furore fecturi manifesto, vires illis vbicomq. succreuerint. quibus non ineptè illud Senecæ congruit. [h] *Multorum, quia imbecilla sunt, vitia latent, nō minus ausura, cum illis vires sua placuerint quàm illa quæ iam felicitas aperuit. Instrumenta illis explicanda nequitia desunt. Sic tuto serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore. Non desunt tunc illi venena, sed torpent. Multorū crudelitas, & ambitio & luxuria, vt paria pessimis audeat, fortuna fauore deficitur. Eadem velle eos cognosces, da posse quantum volunt.* Senè oullo modo dissimolandū nobis, qoin à nulla re maios periculū regnis, principatibusque secularibus, quàm ab hac insania simulatæ pietatis ad ioteritom veræ religionis, Ecclesiasticæqoe Monarchiæ prorumpere cre- D damos. Cuius quidem insaniæ morbo dementati nostri Absalones contra spiritualem patrem Dauid Romanum Pootificem, Christiqoe Domini sponsem immaculatam, matrem omnium fidelium sanctissimem, atrocibus armati conuitiis: vt suàm nefandissimam doctrinā maiori ed Cetholicæ veritatis oppressionem prauæ persuasionis robore fulciāt: hoc suę mortiferę animarū exitio fatale doctrinæ monstrum, per spiritum sanctum in sacris literis fundarū esse impudentissimè mentiuntur. In quibus quærentes illud sodando multum ed hæc vsque tempore nostra nusquā edhuc iouenire potuerunt; [i] semper quærentes, inuenientes nunquam, *sicut semper discentes, & nunquā propter scelera sua ad veritatis cognitionem perueniuntes.* Nullam verò aliam, qusm Cetholicæ, Apostolicæ, Romanæque fidei doctrinam, quæ

Hostes Ecclesia, sedisque Apostolica fuisse semper in omni statu politico perniciosissimos.

e Florus l. 3. c. 9. Diodor. Sicul in frag.

f Tit. Liu. l. 39

g S. Aug. ep. 60.

h Senec. ep. 42.

Nouatorum insania impudenter gloriantium suam impiam doctrinam in sacris literis doceri, cum nunquam in eis hunc potuerint inuenire, sed contrariam illi verā S. 13. Catholicam doctrinam, quā dementes agnoscere nolunt.

i 2. Timoth. c. 3 v. 7.

vera, vnicaque æternæ doctrina salutis est inuenientes, quam Christus Dominus per semetipsum, perque suos Apostolos, Ecclesiarum principes, pastores, & doctores in vniuerso mundo docuit; hanc nihilominus illi præ insania videntes, videre renuunt, eiusque veritatem, & sanctitatem æternæ indagatricem, procreatricemque felicitatis amplecti deprecantur. Quibus ob id iure optimo, quod S. Augustinus olim Donatistis, exprobrare debemus: [a] *Libenter in apertis immoramini, ne fateri aperta cogamini. Sentamini scripturas, & eruite aliquid manifestum, quo demonstretis Ecclesiam velin sola Africa permansisse*, dicam ego apud nouatores hæreticos, schismaticosque ex Lutheranæ, Caluinianæque contagionis antro furenter egressos, *vel ex Africa*, ex Babylonia vestra dico, putridoq. Geneuensis pestilentiæ lacu, *futuram esse, vt impleatur, quod Dominus dixit. Prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Sed aliquid proferte, quod non egeat interprete, nec vnde conuincamini, quod de alia re dictum sit: & vos ad vestrum sensū illud detorquere conemini.* Quid plura? rursus iisdem, quibus sanctissimus ille pater, doctorumque Catholicorum magister Donatistas, vos perditæ fidei sectatores verbis affabor. [b] *Si non ea de scripturis sanctis legūt* (scilicet vestræ abominationis antistites, atque patriarchæ) *credo illi quæ in scripturis sanctis leguntur, non credo ista, quæ ab hæreticis vanis dicuntur.* Vera Dei Ecclesia, vnicaque Christi Domini sponsa illa est, de qua Dominus in Euangelio dixit. [c] *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferni non præualebunt aduersus eam.* Hæc Christi Domini Ecclesia, quæ nostra, quæ Catholica est, quæ Romana est, vestra non est: cùm eam tam diris, nefariisque variarum persecutionum machinis opprimere conēdatis: cùm diuinam in ea Christi maiestatem fastu sacrilego despiciatis, cùm visibile illius caput pastorem, principem, rectoremque Monarchicū, S. Petri successorem blasphemantes in multis euitetis, abnuatis, repudietis: cùm sedem Apostolicam S. Petri cathedram, thronum regni Christi in terris, quod est Ecclesia, firmamentum & columnam veritatis, arcem sanctitatis, asylū securitatis omnium gentium, portum salutis æternæ immanibus inferni furoribus oppugnare non desistatis, conuitiis horrendis sedentes in ea, diuino Christi Domini mandato Romanos Pōtifices sine liuoris, odiique nefandi termino lacessere, atque dilaniare perseueretis. Quæ tanta hæc insania suos excæcans obsessos! ne hanc sanctitate sublimem maiestatem, plusquam augustam, diuinæ protectionis, fauorisque propugnaculis inexpugnabilem, Christiani arcem imperii videant, agnoscant, agnitamque procidentes in terram humilitate deuota reuereantur? Quæ est mystica illa domus Iacob, mōs Dei sublimis, & excelsus, quem his verbis prædixit Esaias. [d] *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons: domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes & ibunt populi multi, & dicent, venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius.* Quorum fidelium populorum piæ voces, lætique sermones valde sunt insanis nouatorum clamoribus oppositi, de cathedra pestilentiæ

a D. Aug. l. de vnit. eccles. c. 24.

b S. Aug. l. de vnit. eccles. c. 13.

c Matth. 16.

Vera Christi D. Ecclesia in S. designata scripturis Romana est nouatorum synagoga omnino contraria ab illis eradicata nefarieque vexata.

Romana Ecclesia est mystica domus Iacob, & mons Dei excelsus, quem tamen præ cæca dementia nouatores videre non possunt.

d Esaiæ c. 2. v. 2. 3.

A contra hanc sanctissimam domum magni Iacob Christi nempe sacratissimum habitationis diuinæ montem, purissimam ab omni errorum, scelerumque contagione Dei ciuitatem, blasphemias eructando vociferātium. Quibus hæc ciuitas Dei sancta [e] super montem polita abscondi nescia, tamen sicut Donatistis quondam inuisibilis abscondita, occultaque est. Contra quos S. Augustinus. [f] *Donatistis*, inquit, *hæc ciuitas* (scilicet super montem posita, quę abscondi non potest) *operta est: qui audiunt tam lucida, & manifesta testimonia, quæ illam toto orbe demonstrant, & malunt clausis oculis offendere in montem, quàm in eum ascendere. Qui cùm esset lapis præcisus de monte sine manibus creuit, & factus est mons ingens, & impleuit vniuersam terram, &c.* Hanc excelsam

B Dei ciuitatem, super montem sanctitatis, & infallibilis doctrinæ positam clarissima diuinæ veritatis luce coruscantem non cernere, hunc altissimum maiestatis diuinæ montem non intueri, cęcitatis profecto est non communis, sed crassæ, sed affectatæ, sed malitiæ singularis ab insania profectæ. Quæ eorū est, qui cū æterna nocte negotiantur, qui perditionem animarum suarum pro salute paciscuntur, quique pro vera Christi Domini sponsa, fidelium matre sanctissima, synagogam Satanæ criminibus vitæ sceleratæ ordinantur. Quales sunt á Luthero, Caluinoque voluntariè dementati, Donatistis in hoc antiquis persimiles, quos D. Augustinus omni vera, quæ vnica Christi est Romæ principatus sublimitatem tenens, vt S. Irenæus loquitur, Ecclesia priuari, hoc dilemmate conuincebat. [g] *Si temporibus Cypriani perdidit Ecclesiam malorum communio,*

C *non habent isti suæ communionis originem. Si autem non perdidit, non habent suæ præcisionis aliquam defensionem.* Simili ratiocinandi textura liceat nostros assari nouatores, si eum ex orco Lutherana phrenesis, & hæresis erupit, iam hominum flagitus Ecclesia perierat, vnde igitur Lutherani, & Caluinitæ suæ ortum, originemque Ecclesiæ mutuari, atque deducere possunt: si verò non perierat, cur se miserabili defectione præcisos ab illa diuulserunt? Sed schismaticorum insania, demensque cæcitas hæreticorum insaniæ valde conformis est, eiusque fœtores perniciosa cum illis factione redolet. Qui dum ad opprimendam Apostolicę sedis authoritatem, supremamque super omnes fideles in spiritualibus Pontificis Romani iurisdictionem, impiis hęreticorum dogmatibus assentiuntur, in eorumque diabolica deliria iurando conspirant: Ecclesię Catholicæ Apostolicæ, & Romanę, quę sola Christi Domini sponsa est, immaculata communione fune-

D stissimè priuantur, priuatique sempiternæ maledictioni subiugantur. Licet, vt suo in opprimenda Pontificii imperii maiestate furori satisfaciant, nihil sint valde sudando profecturi.

Cū vana, imbellia, irrita impiorū cōsilia, conatusque contra Dominum, contra eius sponsam, castissimam Ecclesiam, Catholicam, Romanāque diuina semper virtute confringantur. *Quæ cùm non commilitat*, vt Nicephorus [h] Gregoras memoriæ prodidit, *consiliis, actionibusque hominum, malis ijs exitus obuenit, & cogitationibus valde aduersus. Nam tunc neque vir consultus est, neque fortis.* Imo consilia quæ sapientissima putabantur, contra hanc Dei virtutem, gratiamque suscepta, á scopo, fineque proposito, non insipientes

e S. Matth. 5.

f S. Aug. l. de vnit. fidei c. 16.

Nouatores nō habere Ecclesiam, & esse extra veram sicut schismatici illorum blandientes insania.

g S. Aug. l. 3. de baptis.

a Paro. Nouatorum & schismaticorum consilia conatusque contra Deum, eiusque Ecclesiam virtute confringuntur.

h Niceph. l. 7.

pienter modò, sed & infeliciter excidisse, sic in nihilum euanuisse, atque facta fortia & generosa vti credebantur, turpes, infaustos, tragicosque exitus sortita fuisse legimus. Illi namque tyranno schismatico crudelissimo sedis Apostolicæ, Ecclesiæque Romanæ persecutori, tot pseudopontificum, contra legitimum Christi Domini Vicarium fautori, qui superbissimè gloriando, hæc ad Romanum pontificem scripserat.

a Fredericus 2.

[a] *Fata volunt, scriptura docet, animumque volatus*
Quod Fredericus ego malleus orbis ero.

A sanctissimo vniuersalis Ecclesiæ præsule responsum est.

b Alexander 3.

[b] *Fata volunt, scriptura docet, peccata loquuntur,*
Quod tibi vita breuis, pœna perennis erit.

c Prouerb. c. 2.

[c] Non est quippe sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum, exclamat sapiens. Qui vt cantat Boetius.

d Boet. l. 4. de consol. c. 6.

[d] *Sedet interea conditor altus,*
Rex, & Dominus, fons, & origo,
Rerumque regens flectit habenas
Lex, & sapiens arbiter æqui.

e Sap.

[e] *Qui perdit prudentiam prudentium, & sapientiam sapientium*, huius nempè seculi contra se suamque sponsam Ecclesiam proteruè, arroganterque surgentium, *reprobat*, [f] *qui dissipat consilia gentium, qui reprobat cogitationes populorum, & consilia principum.* Quem obscura naturæ luce Poëta Græcus illustratus, augere, minuereque vires hominum virtutesque ad nutum suæ voluntatis agnouit.

f Psal. 32. v. 10.

g Homer. l. 6. Odyss.

[g] Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε
Ὅππως κεν ἐθέλῃσιν.

Deus virtutem in hominibus auget minuitque
Vt voluit.

h Psal. 32. v. 11.
i Ibi. v. 18.
k Ibi. v. 12.

[h] *Cuius consilium in æternum manet, & cogitationes cordis eius in generatione, & generationem.* [i] *Cuius oculi super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius, vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.* Vnde [k] beata congregatio, nempe Catholicorum immaculato Ecclesiæ Romanæ sinu, bonorum operum meritis inclusorum, [l] *quæ est gens sancta, regale Sacerdotium, populus acquisitionis,* [m] *cuius est Dominus Deus eius,* itemque *Beatus populus, quem elegit in hæreditatem sibi. Beatus* inquam *cuius est* [n] *nomen Domini spes eius*, quique sicut pestilens nouatorum synagoga *non respexit in vanitates & insanias falsas.* Sic contra miseri, qui rebellione sua extra sacratissimam huius Dei populi, Christique Domini gregis congregationem egressi illius sanctitati, dignitati, tranquillitati mortales inimicitias intentant, insidias struunt, & quacumque armorum nefariorum violentia possint, audacissimè reluctantur. Quibus maledictionis titulis exprimi describique possunt, qui tot mala, totque scandala in regno Christi Domini, scilicet Ecclesia in terris anxiè militante pro tyranni-

l 1. Petri c. 2.
m Psal. 32. v. 12.
n Psal. 39. v. 5.
Psal. 39. v. 5.

Hostis Christi, eiusque sponsæ Romanæ Ecclesiæ detestatio.

A de dæmoniorum contra salutem fidelium in hac miseriarum valle causantur? Quibus imprecationibus detestari eos oportet? Qui modo sit, quod impuro ore, cordéque fœtido, contra sacrosanctam sedis Apostolicæ, Romanique Pontificis maiestatem insidiosè nefarieque debacchentur, nihil sibi ad explendam indignationis suæ, odiique libidinem defuturum arbitrantur? Quorum quidem duces antesignanos, atque Patriarchas, quos hodie superstites adhuc imitantur, super quos eminebat extremæ regnator impietatis Cadalous pseudopontifex, [o] Petrus Damianus in epistola ad Henricũ regem Germaniæ, *teterrimos dracones, perturbatores Ecclesiæ, euersores Apostolicæ disciplinæ, inimicos humanæ salutis, radices peccati, præcones diaboli, Apostolos Antichristi, sagittas de pharetra Satanæ productas, virgas Assur, filios Belial, filios perditionis, voragines libidinis, naufragium castitatis, Christianitatis opprobria,*

o Petri Damiani epist. ad Henricũ Germaniæ regem.

B *ignominiam Sacerdotum, genimina viperarum, fœtores orbis, spurcitias seculi, stercora hominum, latrinas criminum, sentinas vitiorum, abominationes cœli, proiectiones paradisi, pabula tartari, & stipulas ignis æterni*, in persona sceleratissimi pseudopontificis Cadaloi legitimum Papam Alexandrum secundum bello crudelissimo vexantis appellabat, contra quem ad vltiones, & arma seculares principes, vt Henricum illum Germaniæ regem, nondum ex ephebis egressum iustissimè compellabat, eorumque flagitabat auxilia, vt cùm ita puero regi loqueretur. [p] *Sentiat iste motũ regiæ maiestatis, & terrenum metuat principem, qui audacter prouocat in bella cœlestem.* Et quia *dixit insipiens in corde suo, non est Deus: experiatur inesse regio pectori Christianæ fidei pietatem, pro diuina militia castra non eneruiter configentem.* Audiant

p Petrus Damian. ibid. Psal. 52.

Catholici principes ad inimicorum Dei, & Ecclesiæ vltionẽ inuitantur.

C ista pij, religiosique congregationis Catholicæ principes, & per opera bona vindicatiox iustitiæ seriò talibus præsulis optimi votis acquiescant. Vt qui Dei Ecclesiam, regnaque Catholica suæ cæcitatis affectatæ, dementiæque furoribus effrenatæ perturbãt citò confundãtur, si resipiscere nolint, vt iustorum desideria postulant, deque Christianorum terra deleantur. quos vt celeriter ad conuersionem sceleratæ vitæ per pœnitentiæ salutaris itinere properent, ne in æternum pereant, iisdem quibus S. Bernardus seditiosis vrbis Romæ ciuibus pestilenti Arnoldi hæresiarchæ dementia contaminatis exitium ineluctabile, perenneque comminabatur, nisi ad Deum statim solide pœnitendo reuerterentur, verbis affabor. [q] *Annunciaui iustitiam, prænunciaui periculum, veritatem non tacui, hortatus sum ad meliora: superest vt aut de vestra citius correctione lætemur: aut de iusta imminenti damnatione certi inconsolabiliter lugeamus, arescentes, & tabescentes præ timore, & expectatione illarum calamitatum, quæ vobis vniuersis ad Dominum subito conuerti renuentibus in ictu oculi, & in momento superuenient.* At-

q S. Ber. ep. 242. ad ciues Romanos ab Arnoldo hæresiarcha seductos.

D que ita capitis huius finem facientes inter spem, metumque silemus.

CAP. II.

Quàm grauiter sibi, & societati Christianæ noceant improbi hæretici, schismaticique hac cæcitate, dæmentiaque capti, quos propterea non pœnitentes à Christiana societate repellendos, & legibus Ecclesiasticis, ciuilibusque coercendos, diuina, humanaque iura pronuntiant.

1. *Quàm sit periculosa, pestilensque talium peccatorum Dei Ecclesiæ, regnorumque Catholicorum hostium conuersatio, nocentior infidelium, Iudæorumque commercijs Ecclesiæ fideliumque paci inimica.*

2. *Sacris concilijs, canonibus Ecclesiasticis, Sanctorumque Patrum iudicijs condemnandos. & à societate Christiana reijciendos illos esse demonstratur.*

3. *Item principum Catholicorum legibus, edictisque coercendos.*

Diuina benedictiones in societate Christianorum cũ hæreticorum, schismaticorumque contagiosa iniquitia subsistere, & cohærere non possunt:

NON igitur sine causa, iustaque ratione sectæ illorum Ecclesiæ Dei pontificiæque maiestatis hostium tam miserabili cæcitate, stupendaque perculsorum dementia, regnorum Catholicorum, societatumque Christianarum pestes appellantur, & reuera sunt. Quos propterea vt pestilentes, perniciososque vehementer, iusta legum spiritualium, ciuiliumque animaduersione castigare, atque compescere, ab illis sanctis cœtibus, societatibusque fidelium procul amandare, relegareque præstaret, vt tanta nefariorum contagione fideles Catholicorum cœtus, congregationesque purgatos benedictiones diuinæ donis cœlestibus, terrenisque locupletarent: quæ cum tali peccatorũ Dei, Ecclesiæque perduellium contagione subsistere, atque virescere non possunt: *Sicut nec bene conuenit* (vt superius ex Tertulliano [a] notatum) *signo Christi, & signo diaboli castris lucis, & castris tenebrarum.* Et ex S. [b] Cypriano, *cohærere non potest amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cum serenitate, pugna cum pace, cum fœcunditate sterilitas, cum fontibus siccitas, cum tranquillitate tempestas.* Quale prodigium si quis viperam sinu suo gestaret illæsus? eptansque collo serpẽtem venenatis illius morsibus minimè vulneraretur? Quàm illud mirum hominem cum peste tacto commorari, in eodemque lecto cobere, nec tamen eius contagione fœdari? Poterit quis picem tangere, & ab ea non inquinari? Quis hoc dicet, nisi aperto naturæ lumini, necnon manifestæ repugnans experientiæ, [c] sapientisque reluctans oraculo? [d] *Præstantior est, qui se animis inserit, quàm qui oculis pro-*

a Tertull. l. de corona militis.
b S. Cypr. l. de vnit. Eccles.
c Eccles. c. 13.
d S. Ambros. ep. 9.

A *testatur, plus enim est mente connecti, quàm corpore copulari.* Ita animorum contagia, pestesque scelerum perniciosiùs, intimiùs, atque lethaliùs hominum perditis, nefariisque peccatoribus voluntariè sociatorum mentes, animosque contaminatura peruadunt, atque ocectura penetrant. [e] *Quo vultu* (dicebat Petrus venerabilis) *qua conscientia ad altare Saluatoris accedere, qua fronte ad colloquia pia matris ipsius venire tentabo, cum blasphemis hostibus eius blanditus fuero?* Quàm piè, verè, Catholicéque Constantio Ariano Imperatori dicebat Lucifer Calaritanus, priusquam illum miserè, nefarieque lues hæretica contaminasset. [f] *Quomodo poteramus nos, cùm simus serui Dei, vos vero serui diaboli in vnum conuenire? Quomodo sic inter nos, & vos separatum esse voluit Deus, quomodo inter lumen, & tenebras, inter vitam, & mortem, inter dulce, & amarum: Quomodo inter san-*
B *ctos Angelos Dei, qui suum semper magnificentiam eius magnificantes, & inter illos. Apostata as, quos in æternum tecum visurus eris torqueri, nisi temet eripueris ab eis.* Quantam puritatis animarum vastationem hæc hæreticorum, schismaticorumque cõtagio pariat, quantas inde miserias, detrimentaque pestes illæ hæreseos, schismatisque hominum cordibus infundant, si euentis, exemplisque demonstrare conueniret quem tandem finem illorum series esset allatura? Arius solertissimus, & furiosissimus diaboli minister, orbis ferè totius, qui se totum Arianum fuisse miratus est, incendiarius Alexandriæ, cùm sub ouine pelle lupus rapax latitaret conuersatione pestilẽti sceleratæ, hæreticæque vitæ, fictæ pietatis simulatione velatæ, sanctimoniales virgines numero septingẽtas, voto castitatis, paupertatis voluntariæ, obedien-
C tiæque Deo consecratas circumueniendo fefellit, & abominabilis erroris sui veneno misere deceptas intoxicauit; quas ne virgines elias sui fœtore contubernij, venenatoque hæreseos habitu lethaliter mœstarent ex vrbis mœnibus, regionisque totius oris, cum apostata suo Ario expellendas, eiiciendasque velociter Ecclesia curauit. Sic fraude diabolica hæreticus se Christianum profitetur, vt incautos, simplicesque ludificetur, & fallat: *quomodo & Christum diabolus persæpe mentitur*, inquit S. [h] Cyprianus, *Sicut verò ille Christus non est, quamuis fallat in nomine illius, ita nec Christianus videri potest, qui non permanet in Euangelij eius, & fidei veritate.* Qui nihilominus fallã sub imagine Catholici, [i] *in hominum cordibus, quodam pietatis fuco deceptis, Christi fidem, charitatem-*
D *que destruit, & euertit. Nec tam aperta violentia, quàm astucia fraudulenta*, vt loquitur Sanctus Basilius, [k] *simpliciũ mentes illaqueat.* Propter quas fraudes, & dolos ex erebi faucibus eductos, quibos hęretici, schismaticique, in exitium salutis animarum simplices, incautosque fallunt, atque larua religionis obleta ludificantur, [l] S. Ambrosius hos vulpibus Samsonis cauda ligatis, Philistinorum terres, & agros igne, flammaque vastantibus similes esse dixit, sic in trecentarum Sansonis vulpium expositione figuræ loquens. *Quo dimisit* (scilicet hæretici, atque schismetici) *prædicatione cõposita, & falsa, & simulata, vrere magis fructus conantur alienos, meritoque* (subiungit postea) *scriptum est in Canticis* [l] *Canticorum. Prendite nobis vulpes pusillas exterminantes vineas, vt vinea nostra floreant. Quo ostenditur, quod vel Dominus Iesus, vel Ecclesia fraudulentorum dolos à vinea*

e Petrus Cluniacens. l. 1. de miraculis. 15.
Serui De scilicet Catholici cum eius diabolicis hæreticis & schismaticis qui conuenire non possunt, nec debent.
f Lucifer. Calarit. in lib. de non conueniendo cum hæreticis ad Constantium imp. Arianũ.
Arij contagio hæretica quotas hominum animas infecit, & perdidit.
g Epiphan. hæres. 69.
Hæreticus simulat Catholicum, vt fallat, sicut diabolus Christũ.
h Cypr. l. de vnit. Eccles.
i S. Ambros. l. de fide c. 1. S. Basil. ep. 7. & 72.
k S. Ambros. serm. 12 in psal. 118.
Ad calce hæreticis, schismaticisque Cur vulpium Samsonis cauda igne similes esse dicuntur.
l Can. c. 2.

sua exterminandos esse præcipiant, ne pauxillulis vinceis noceant, scilicet simplicioribus Catholicis, *quia adultis iam viribus* (scilicet perfectis Catholicis) *nocere non possunt. Hæreticus enim imperfectum tentare potest; non potest supplantare perfectum.* Istorum verò vulpinantium, & per fraudes, dolosque ingentibus regna, resque publicas Catholicas detrimentis opprimere conantium, proditiones, machinationesque fraudulentas cùm S. Chrysostomus detexisset, ita suos fideles ab istorum pestiferorum hominum consortio discedere persuadebat. [a] *Cauete dilectissimi, scissa illa ab integritate Catholicæ fidei hæreticorum dogmata, Dominum nisi integra vestis non capit: fideles Domino non nisi integritatis captura constringat.* Et iterum: [b] *Cauete dilectissimi: multæ enim scissuræ sunt: ne quis aliquando ad schismaticum pannos, ab huius vestis integritate desciscat. Multi fidelium in captiuitatem deuenerunt: Multi hæretices dominos sustinere coguntur, sed si non coguntur ad sacrificia, quid refert si coguntur ad sacrilegia?*

a S. Chrysost. hom. 9 de resurrectione.

b Ibid.

Quocirca maximæ laudi datum fuisse legimus Placillæ imperatrici, Theodosij magni coniugi, quòd cùm audisset Eunomium hæresiarcham omni fraude, industriaque dolosa in conspectum Imperatoris, introitumque conniti: vt eum blandis sermonibus circumuentum, si posset, eluderet, atque deciperet; operam omnem, vigiliam, solicitudinemque impertiens prudentissima, religiosissimaque imperatrix, tantum apud maritum, sua virtute, potuit, vt eum, Sozomeno teste à tam vafri fraudulentique Christianæ veritatis hostis, venenato congressu, colloquioque reuocauerit. Nec solùm hæreticos, & schismaticos, sed & fautores eorum, & in eorum sceleribus conniuentes Imperatores, Regesque pij detestati sunt: eosque Pontificum recta monentium patentes imperiis, iusta legum suarum seueritate castigarunt. Hinc illa Galasij Papæ ad Imperatorem Anastasium. [c] *Sicut non potest peruersitatis communicatore suscepto, non pariter peruersitas approbari: sic non potest refutari peruersitas complice sectatore peruersitatis admisso. Legibus certè vestris criminum consij, susceptoresque latrocinantium, pari iudiciorum pœna constringuntur; nec expers facinoris æstimatur, qui licet ipse non fecerit, facientis tamen familiaritatem, fœdusque receperit.* Magna sunt detrimenta, graues ærumnæ, calamitates acerbæ, quas infideles Iudæique contra inexpugnabilem Sancti Petri nauiculam, submergi nesciam, veluti tempestates horribiles excitarunt: sed profectò grauiores, multoque acerbiores hæretici, schismaticique in eandem, regnaque Catholica commouerunt. Propter quod isti Dei, Ecclesiæque perduelles, longè illis peiores, nequioresque Sanctorum Patrum sententia, totiusque consensu Ecclesiæ iudicati sunt. [d] *Qui Iudæos falsa religione superant,* inquiebat S. Clemens, Græcos (scilicet ethnicos) impietate, *Qui Deo, qui est super omnia, maledicunt, & filium eius despiciunt, atque doctrinam Spiritus contemnunt, qui diuinos sermones negant, & per hypocrisim se eos recipere simulant, in contumeliam Dei, fraudemque, eos qui illos sequuntur inducunt. Qui Sacram scripturam derident: qui etiam Ecclesiam Dei labefactant, veluti vulpeculæ vineam quos monemus, vt fugiatis, ne laqueis animas vestras impediatis.* Quo

Sozom. l. 7. c. 8.

c Gelasij Papæ ep. ad Anast. Imp.

Hæretici, schismaticique non infidelibus Iudæisque peiores.

d S. Clem lib. 6 constit. c. 18. circa principium.

A rationis fundamento nititur Sanctus Augustinus, [e] vt id ipsum sibi firmiter, aliisque persuadeat? *Nempe quia peior,* inquit, *vtique desertor fidei, & ex desertore oppugnator eius, quàm ille, qui non deseruit, quam nunquam tenuit.* His igitur aliisque quamplurimis malis, quæ sponsæ Christi castissimæ doctrina, vitæque immaculatæ regnis secularibus, rebusque publicis, Catholicæ fidei luce fulgentibus hæretici, schismaticique perniciosissimè causantur, diligenter, prudenterque lance charitatis expensis, libratisque sanctissima mater Ecclesia, per Pontifices suus, per concilia, per sapientissimos, religiosissimosque doctores filios suos de gremio suo in admirabile sinceræ B doctrinæ, veritatis Christianæ, sanctitatisque lumen eductos, illud genus nocentium hominum, peccatoresque maximos à fidelium cœtibus exterminandos, castigandosque temporaliter, iustè, piè, clementerque iudicauit, vt resipiscere castigati discerent, ne æterna morte perirent. De qua tam iusta, salutarique subeuntibus animaduersione rebelles Ecclesiæ, regnorumque Catholicorum iniustissimè conqueruntur, qui æterna aliis mala pariunt, multorumque animas interimunt. [f] *Occidunt,* inquit Diuus Augustinus de Donatistis loquens, *animas, & illi affliguntur in corpore, sempiternas mortes faciunt, & temporales se perpeti conqueruntur,* &c. Hoc fuit decretum, vel potius oraculum S. Clementis, sicut à magistro suo Apostolorum principe Sancto Petro didicerat.

e S. Aug. l. 20. c. 25. de ciuit.

a Pars. Hæretici, & schismatici propter mala grauissima, quæ causantur iustè ab Ecclesia sancta iudicantur à cœtu fidelium exterminantur, & temporaliter puniuntur vt corrigantur & resipiscant, ne in æternum pereant.

f S. Aug. l. 2. contra ep. Parmen. c. 7.

Testimonium, Romani Pontificum

C [g] *Impios hæreticos non pœnitentes discludite, segregatos à fidelibus eiicite, atque à Dei Ecclesia exterminate, præcipiteque fidelibus, vt ab eorum consuetudine omnibus modis se abstineant, nec precum cum his, nec sermonis communionem habeant vllam.* Cur autem tam districtè, soliciteque Sanctus ille Pontifex hanc hæreticorum societatem, commerciumque pestilens animis, procul à se relegare fidelibus imperet, sequentia pro ratione, causaque legitima suggeruntur. [h] *Quia hi aduersarij, insidiatoresque sunt Ecclesiæ, qui gregem labefactant, & hæreditatem contaminant obscuratores, atque ex omni parte deprauati. De quibus dicebat Salomon in impietate eos simulare pietatem. Est enim, inquit, via, quæ videtur quibusdam recta, sed extrema eius respiciunt profunda inferni.* Quàm porrò sit enorme scelus eorum, propeque inexpiabile, ita D post insinuat. [i] *Hi sunt de quibus amarè, seueréque pronunciauit Dominus, dicens, quòd sunt pseudoChristi, & doctores falsi, qui blasphemia affecerunt Spiritum sanctum, eiusque donum post acceptam gratiam reiecerunt, quibus non remittitur,* (scilicet peccatum) *neque in hoc seculo, neque in futuro.* Quid si sanctissimus ille Pontifex Imperatorum, Regumque Christianorum seculo floruisset, numquid illis eum instam legum suarum districtionem in illos diuinæ, humanæque maiestatis reos persuasurum fuisse dubitabimus? Sicut fecit S. Leo primus eiusque prædecessores fortunato principum Christianorum imperio in Sancti Petri Cathedra religiosè sedentes, vt hæc illius ad Turbium scripta manifestè comprobant. [k] *Meritò patres nostri, sub quorum temporibus hæresis hæc nefanda prorupit per totum mundum instanter egêre vt impius furor ab vniuersa Ecclesia pelleretur: quando*

g S. Clem l. 6. constit. c. 18 in princip.

h Ibid. sententiæ.

Prou. c. 14.

i S. Clem. ibid. supra.

k a Testimonium S. Leonis 1 ep. 91 ad Turbium c. 2.

etiam principes mundi hanc sacrilegam amentiam ita detestati sunt, vt authoritatem eius, & plerosque discipulos legum publicarum ense prosternerent, & profuit diuisa districtio Ecclesiastica lenitati, quæ etsi Sacerdotali contenta iudicio cruentas refugit vltiones, seueris tamen Christianorum principum constitutionibus adiuuatur, dum ad spirituale nonnunquam recurrunt remedium, qui timent corporale supplicium. Quàm autem hæc in grauissimos illos vtriusque monarchiæ perduelles animaduersio, districtaque vindicatiuæ iustitiæ operatio, & vltio S. Gregorio Pontifici maximo placuerit, illa testantur, quibus Gennadium exarcham Africæ maximè laudat, in cœlumque prædicatione tollit; quod maximo diuini honoris, Ecclesiæque defendendæ zelo flagrans, hæreticos schismaticosque illius hostes Ecclesiæ armis secularibus generosè persequeretur, eumque vt contra eos incepta peragat, magna diuinæ eloquentiæ virtute concitat, ardoréque charitatis inflammat. Eadem præstat Ecclesia per congregationes Apostolicas, cœtusque sacros, tam generales, & œcumenicos, quàm nationales, & particulares. Inter canones Apostolicorum estat quadragesimus quintus, quo cauetur ne Episcopus, Presbiter, diaconusque hæreticorum, schismaticorumque communicationem, commerciaque subeant, vt qui secus fecisse conuinceretur, honoris, ordinisque gradu caderet. Pro multis conciliis illud Lateranense sub Martino primo nobis commemorasse sufficiat, in quo hæc aduersus rebelles hæreticos, schismaticos, eorumque fautores conciliari determinatione decernuntur. [b] *Si quis secundùm scelerosos hæreticos, quocumque modo, aut verbo, aut tempore, aut loco, terminos remouens illicitè, quos posuerunt firmiùs, Sancti Catholicæ Ecclesiæ patres, id est Sancta, & vniuersales quinque Synodi, nouitates præsumpserit temerè exquirere, & fidei alterius expositiones, aut typos, aut leges, vel definitiones, aut libellos, aut epistolas, aut conscripta, aut definitiones, & cætera, quæ sequuntur, contra pias orthodoxorum Catholicæ Ecclesiæ synodales prædicationes, ad euersionem syncerissimæ in Dominum Deum nostrum confessionis, & vsque in finem sine pœnitentia permanet, hæc impiè agens huiusmodi in secula seculorum condemnatus sit: & dicat omnis populus, fiat, fiat.* In generalissima verò illa Lateranensi sub Innocentio 3. synodo, tot patribus, super numerum 1215. conflata, quid contra hæreticorum fautores, receptoresque statutum? *Hæc videlicet S. Patres*, inquiunt, *credentes præterea receptores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subiacere, firmiter statuentes, vt postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure, sit factus infamis, nec ad publica officia, seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur*, &c. Iam verò quid per diuinos patres, sanctissimosque doctores, contra huiusmodi diuinæ humanæque maiestatis reos Ecclesia statuerit audiamus. S. Cyprianus [c] ad Cornelium Papam scribens hæc habet. *Declinent autem de cætero fortiter, & euitent dilectissimi fratres nostri verba, & colloquia eorum, quorum sermo, vt cancer serpit.* Et postea nonnullis interpositis. [d] *Nulla cum talibus commercia copulentur, nulla sint malis conuiuia vel colloquia misceantur, simusque ab eis tam separati, quàm sunt illi de Ecclesia profugi.* Libro verò de vnitate Ecclesiæ hæc ad pias Catholicorum mentes Ecclesiasticæ vnitatis amatrices. *Vos autem cauete (ecce prædixi vobis) omnia. Vitate quasi huiusmodi homines, & à latere, atque auribus vestris perniciosa colloquia, velut contagium mortis arcete.* Alexander Alexandriæ Patriarcha, postquam Arium de nefandissimæ hæreseos abominatione conuictum iuridicè condemnauisset, omnes per Epistolam Catholicos admonuit, vt ab illius impietatis peste, contagioneque diabolica sibi sedulo præcauerent: in qua hæc inter alia. [e] *Nam par est vt nos qui sumus Christiani, omnes qui contra Christum loquuntur, animoque sint ab eo alienato tanquam Dei hostes & corruptores animorum deuitemus, neque id genus hominibus* (sicut præcepit Beatus Ioannes) *vel aue dicamus, ne quando illorū peccatis cōmunicemus.* Quid verò S. Antonius tot in Ægypto monachorum Abbas, de arcendis, fugiendisque à fidelium cœtu hæreticis, schismaticisq; censuerit eshortatio illa ad suos monachos apud S. Athanasium testata declarat. [f] *Hæreticorū, & schismaticorum venena vitate, meumque erga eos odium sectamini. Scitis ipsi, quòd nullus mihi nec pacificus sermo cum eis vnquam fuerit.* Quis enim experientia magistra nō didicit, quod Apostolus [g] obseruauit. *Modicum fermentum totam massam corrūpere?* Vnde illa supradicta S. Hieronymi in hunc locum conclusio: [h] *Igitur scintilla statim, vt apparuerit extinguēda est, & fermentū à massa vicinia semouendum, secanda carnes, & scabiosum animal à caulis ouium repellendum, ne tota domus, massa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereāt. Arius vna scintilla fuit: sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est.* Eius verò S. Patris antecessor S. Hilarius non minori detestatione hæreticorum, schismaticorumque Ecclesiam Christi scelerate diuidentium commercia, societatesque, quàm ipsius diaboli perhorrescebat, tales reip. Christianæ pestes, ardentesque faces, ad ęternę salutis incēdia diabolo, vita, scelere, horroreque similes esse iudicans, ista de Auxentio Arianæ impietatis Episcopo proferens: [i] *Mihi verè ille nunquam aliud, quàm diabolus erit, quia Arianus est.* Iusta verò odia, indignationesq; pias, aduersus tales Dei, Ecclesiæ, regnorumque Catholicorum hostes, eorum fraudulentas, pestiferasque societates, satis D. August. expressit, cùm dixit. [k] *Omnis Catholicus illam partem detestatur, cui Ecclesiam vniuersalem Apostolicis sedibus roboratam, non communicare cognoscit, hi verò repellendi sunt, quia se ab vniuersali Ecclesia diuiserunt, nō habemus partem cum ipsis, qui faciunt partem.* Quid verò Optatus Mileuitanus? Nunquid iustas in hæreticos, schismaticosq; flagellationes, pœnasque, cum magno iustitiæ, clementiæque libramento seueras, diuinis Sanctarum Scripturarū oraculis, ab omnibus peruersorum hominū conuitiis vindicatas, purgatasque iustificauit? Cùm hæreticorum ægerrimè ferentium duos ex suis complicibus à Machario præfecto fuisse necatos calūniis satisfaciēs dixit. [l] *Videtis à Moyse, & Phinees & Helia, & Macario similia esse facta, quia ab omnibus vnius Dei vindicta processit.* Quia enim Christi D.10 terra regnū, quod est Ecclesia, in qua vtraq; monarchia viget, taliū hostiū, perduelliumq, insania furente, plenaria, sanctaque ad nutū desideriorū, votorūq, pace potiri nō potest, sicut domus Dauid furente, & in armis cōtra patrē sæuiēte Absalone, pacifice viuere ne quiuit, vt elegāter S. Aug.

5. Testimonium.

a S. Greg. l. 1. ep. 72.

b Concil. Lateran. sub Martino 1. an 648. consult. 5. can 20. e a concilio tum.

Concil. Lateran sub Innocentio 3 c. 3. Quod allegatur extra. de hæreticis c 13 cōtra fautores, receptoresque hæreticorū.

c S. Cypr. ep. ad Corneliū Papam Prim testimonium S. Patrū.

d S. Cypr. ibid.

1. Alexander Alexandriæ Patriarcha.

e Socrat. l. 1. c. 3.

3. S. Antonij.

f S. Athan in vita S. Antonij.

g Ad Galat 5.

4. S. Hieronymi in Iudæ

h Ad Galat. Modicum fermentum.

5. i S. Hilar orat. contra Arian.

6. k S. Aug. can. schisma. 24. q. 1.

7. l Optat Mileu l. 3 contra Parmen.

m S. Aug ep. 50. ad Bonifacium comitem. l. 2 Reg. c 15.

obseruauit, atque ita Dauid pace regni sui, mœrorem, tristitiamque de filij rebellis morte contractam consolando se mitigauit. Non mirum si hæc sanctissima Christi Domini sponsa, charissima omnium fidelium mater, licet cum sponso suo Christo Domino mortem nolit peccatoris, tamen vt vera pax sibi restituatur, animorumque salus procuretur, persæpe quod spirituali gladio facere non potest, secularem Catholicorũ principum efflagitat ensem, vt huiusmodi Christiani ouilis oppressores, pacisque publicæ perturbatores compressi, pro salute sua si attendere velint, pro Christianæ congregationis quiete, prosperitatéque castigentur. In qua iusta seueritate maxima pietas clementiaque relucet, quod his verbis docet S.[a] Augustinus. *Hoc contigit Donatistis, quod accusatoribus S.*[b] *Danielis. Sicut enim in illos Leones, sic in istos conuersæ sunt leges* (scilicet principum secularis ordinis Catholicorum) *quibus innocentem opprimere voluerunt, nisi quod propter misericordiam Christi magis pro eis sunt istæ leges, quæ illis videntur aduersa. Quoniam multi per illas correcti sunt, & quotidie corriguntur, & se esse correctos, & ab illa furiosa pernicie liberatos gratias agunt. Et qui oderant, diligunt, molestasque sibi fuisse saluberrimas leges, quantum in insania detestabantur, tantum recepta sanitate gratulantur, & in residuos, cum quibus fuissent perituri, iam simili dilectione nobiscum, vt pariter instemus, ne pereant, excitantur.* Ideoque inferiùs eos, qui legibus Imperatorum, pro Catholica veritate pugnantibus rebelles obsistunt, maximis ingurgitare se pœnis, considerata magna eorum legum vtilitate sic ostendit. *Quicumque legibus Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium.* Eamque legum Catholicarum seueritatem, districtionemque magna non carere misericordia exemplo Christi Domini talibus aperit. [c] *Quis enim nos potest ampliùs amare quàm Christus, qui animam suam posuit pro ouibus suis: & tamen cum Petrum, & alios Apostolos solo verbo vocasset, Paulum priùs Saulum Ecclesiæ suæ postea magnum ædificatorem, sed horrendum antea vastatorem, non solùm voce compescuit, verùm etiam potestate prostrauit, atque vt infidelitatis tenebris sæuientem ad desiderandum lumen cordis vrgeret, prius corporis cæcitate percussit. Si pœna illa non esset, non ab ea postmodum sanaretur.* Vnde Diuus [d] Bernardus, *Melius proculdubio* (inquit de hæreticis, schismaticisque loquens) *gladio coercerentur, illius videlicet, qui non sine causa gladium portat, quàm in suum errorem multos traiicere permittantur: Dei enim minister ille est vindex in iram, ei qui malè agit.* Post hæc occurrens obiectioni dicentium, perniciosum fortasse reipublicæ Christianæ, maximique scandali occasionem esse, hæreticos, schismaticos, aliosque pacis publicæ, Ecclesiasticæ perturbatores seculari principum gladio subiugare, quod eorum plerique non patienter modo, atque constanter, sed etiam læti exultantes ad mortem instar martyrum Christi concurrisse legantur ita respondet. [e] *Mirabantur aliqui quod non modo patienter, sed etiam læti, vt videbantur, ducerentur ad mortem: sed qui minus aduertunt, quanta sit potestas diaboli, non solùm in corpora hominum, sed etiam in corda, quæ semel permissus possederat. Nonne plus est sibimet hominem iniicere manus; quàm id libenter ab aliis sustinere.* Cùm enim ad impietatem etiam pertineat, familiaritas, & communicatio omnis, seu in cibis, seu in verbis, cùm his inita, vt cum Marcilio [g] Ficino loquar, qui ob nefaria scelera arcentur à sacris, qui & contaminati cæteros quoque vel ipsa propinquitate contaminant. Quid iustius quàm districtione imperatoriarum, regiarumque legum, gladio seculari, quod spirituali non potest istos facinorosos tanquam immedicabile vulnus rescindere, ne reliqua reip. Catholicæ pars sincera trahatur, atque contagione mortifera perimatur? Quamobrem Constantinus Magnus votis, supplicationibusque Sanctorum Patrum in Nicæna synodo congregatorum deuotè subseruiens, Arium hæresiarcham, execrabilem diuinitatis Saluatoris nostri blasphematorem, cum illius sectatoribus teste Sozomeno, exilij seueritate mulctauit. Impios, nefandosq; Donatistas varijs coercuit suppliciis, vt Ecclesiam Christi de illis expostulantem grauissimè, consolaretur. Sicut author est Diuus Augustinus, [h] qui epistola 66. refert hæreticos, schismaticosque diuersis errorum, impiorumque dogmatum fœtoribus inquinatos, sæpius Catholicorum Imperatorum, principumque iustè salutari gladio, legibusque impietatum hæreticarum vltricibus iure meritissimo subiacuisse. Lex illa præclara à magno illo Constantino contra hæreticos in Catholicorum fauorem edita illius in Ecclesiam Christi zelum charitatis, & in illios hostes indignationem apertà satis expressit. [i] *Priuilegia, quæ contemplatione religionis indulta sunt, Catholicæ tantum legis obseruatoribus prodesse oportet: hæreticos autem, atque schismaticos non tantum ab iis priuilegiis alienos esse volumus, sed etiam diuersis oneribus constringi, & subiici. Quos,* vt est apud Euseb.[k] in eius vita optimus Imperator *veritatis inimicos, hostes vitæ, internecionis authores, & consiliarios* appellabat. *Apud quos omnia essent veritati contraria turpibus consentientia, maleficijs, ineptiis, & commentitijs fabulis exsulantia, quibus mendacia struebant, premebant insontes, fidelibus veritatis lucem denegabãt, atque falsa visione, & specie pietatis semper delinquẽtes omnia contagione sua contaminabant, conscientias integras, & labe vacuas lethalibus plagis vulnerabant, ipsum denique diem pœnæ* (vt eiusdem Imperatoris verbis vtar) *hominum oculis adimebant.* Propter quæ & alia plura eorum flagitia, hanc contra illos legem statuit, & edidit: [l] *Sit igitur hoc ratum statutumque, vt post hunc diem nullo in loco, vel publico, vel priuato nefarij vestri conuentus in vnum coire audeant.* [m] Theodosius Magnus hæreticos, schismaticosque Catholicæ veritatis inimicos, à cœtu fidelium segregatos, exiliis, aliisque pœnis ad saniorem mentem, salutisque portum, ex quo errorum tempestatibus fuerant eiecti, reuocare conatus est. Cuius pietatem, zelumque Catholicæ religionis æmolatus nepos Theodosius iunior vna cum collega Imperij Valentiniano tertio hæc contra hæreticos, schismaticosque rescripsit. [n] *Manichæos hæreticos, siue schismaticos, omnemque sectam Catholicis inimicam, ab ipso adspectu vrbium diuersarum exterminari præcipimus, vt, nec præsentia criminosorum contagione fœdentur.* Et lege sequenti, nimirum 65. [o] *Quoniam,* inquit, *nihil his relinquendum loci est, in quo etiam elementis fiat iniuria.* Ante has

Marginal notes (left column):

3. Pars. Edicta principum Catholicorum ad preces Ecclesiæ, iussaque hostes illius, eiusque publicæ Catholicæ hæreticos, schismaticosque comprimendos.

a S. Aug. ep. 50 ad Bonifacium comitem

b Daniel. c. 6. v. 24.

In seueritate legum secularium contra hæreticos, schismaticosque maxima misericordia relucet.

S Aug. ibid.

c Ibid S Aug.

Pœna corporis persæpe sanat animam.

d S. Bernard. serm. 66. in cant.

e S. Bernard. ibid.

Marginal notes (right column):

g Marcilius Ficinus.

Imp. Constantinus Magnus.

Sozom. l. 1. c. 20.

h S. Aug l. 1. contra Parmen. c. 7. S. Aug ep. 66.

i L. Priuilegia. l. 1 de hæreticis Cod. Theodos. & Cod Iusti nian. eod. tit.

k Euseb l. 3. c. 61 62. de vita Constant.

l Euseb l. 3 c. 62 de vita Constantini.

m Nicephor. l. 12. c. 15.

n l 64 Manichæos Cod. Theodos de hæreticis lib. 16.

o l. 65. de hæretic. cap. Theodos.

a L. qui Catholicæ de hæret. c. Theodos.

b L. Quicumque de hæreticis. c Theodos.

leges vna cum patruo suo Honorio hanc legem A coodiderat. a *Qui Catholicæ sectæ sunt inimici intra patriam molstare prohibemus, nullus nobiscum sit illis aliqua ratione coniunctus, qui à nobis fide, & religione discordant.* Religiosum habetur b edictum, rescriptumqoe contra hæreticos Valentiniani 3. & Martij Imperatorum, quo quidem contra Catholicam fidem praua docere tentantes, extremo supplicio pœnaque mortis affici, plectique mandantur. Io quorum Dei, Ecclesiæ, regnique Catholici hostium correctione, iustaque vindicta dum religiosi, Catholicique alij Imperatores, Reges, supremiqoe principes illorum pietatem, iustitiamque sactantes Ecclesiæ, eiusque prælatorum, præcipuè verò romani Pontificis exhortationes, monita, precesqoe exaudiũt, B effectuque venerantur: à Christo Deo in die orationis suæ feliciter exaudiuntur, maiorem diuinarum sibi benedictionum, gratiarumque emolum pariunt, atque lucrãtur. quibus pacificè, gloriosè, prosperéque cum popolorum plena eordium possessione io terris imperant, postmodum in cælis æternæ gloriæ corona dooati feliciùs cum Christo regum rege, dominantiumque Domino regnaturi, vt sequentis libri nonnulla capita docebunt.

CAP. III.

Magnus misericordiæ fulgor in hac contra peccatores illos animaduersione C relucet: quam propterea Deus suæ voluit Ecclesiæ tradere, cum talium peccatorum impunitas illis reip. Ecclesiæque Dei sit perniciosissima.

1. *Hac misericordia in hac correctione, castigationeque lux innotescit, quod illi peccatores dum temporaliter plectuntur, ab æternitate pœnarum præseruari possint.*
2. *Hanc propterea correctionem misericordem Ecclesiæ suæ, eiusque rectoribus Papæ, aliisque prælatis sub illo Ecclesiam hanc regentibus mandauit Deus.*
3. *Istorum nefariorum Dei, Ecclesiæ, Christianorumque congregationi valde nocentium impunitas maximè timenda, quia perniciosissima.* D

Pietas est principes vtrusq; furi in hæreticos, schismaticosque vt resipiscant esse seueros.

IMPIOS nefariosque oei hostes, Ecclesiæ persecutores suis erroribus à via Catholicæ veritatis exorbitantibus reip. Christianæ perturbatores hæreticos, schismaticos, cæterosque cognatæ malitiæ salutem publicam priuatamque turbantes, iostis castigationibus, vt ad cor, mentemque saniorem redeant, compescere tantæ elementię, misericordisque dulcedinis esse creditur: vt summæ pietatis esse iudicetur in eos pro salote sua, publicæque bono pacis, principum Catholicorum leges esse seueras. Vnde illud Tertulliani. a *Ad officium hæreticos compelli, non inlici dignum est. Duritia vincenda, non suadenda. Et vtique satis*

a Tertull. tom. 3. in Scorpiaco c. 3.

A *optimum prædicabitur, quod probatur à Deo constitutum, atque præceptum.* Qualis est iusta in impios animaduersio à Deo sexcentis locis sacræ paginæ iussã, & impetata. Ne mala illorum voluntas suæ semper libertati permittatur, sed castigata ad salutis bonum, profectumque publicæ prosperitatis erigatur. *Nam si voluntas*, inquit Diuus Augustinus, b *semper sua permittenda est libertati, quare Israelitæ recusantes, & murmurantes, tam diris flagellis à malo prohibebantur, & ad terram promissionis compellabantur? Si voluntas mala sua permittenda est libertati; quare Paulus non est permissus vti pessima voluntate, qua persequebatur Ecclesiam; sed prostratus est, vt excæcaretur, & excæcatus est, vt mutaretur, mutatus, vt mitteretur,* B *missus vt qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur? Si voluntas mala semper sua relinquenda est libertati; quare monetur pater in Scripturis sacris filium durum non solùm verbis corripere, sed etiam latera eius tundere, vt ad bonam disciplinam coactus, & domitus dirigatur?* Propterea Deo dicebat Salomon in suæ flore sanctitatis, atque sapientiæ. c *Tu quidem percutis eum virga, animam autem eius liberas à morte.* Denique si mala voluntas semper soæ permittenda libertati, quare corripiuntur negligentes Pastores, & dicitur eis. d *Errantem ouem non reuocastis, perditam non requisistis?* Itaque Christus Dominus donans Ecclesiæ gratiam, virtutemque oues suas, Christianosque greges, pretioso suo redemptos sanguine, ad diuina veritatis, sanctitatisque Catholicæ pascua dirigendi, vt liberati à C peccato serui facti iustitiæ; sempiternæ felicitatis alimento satiati in cœlis tandem aliquando lætarentur: Eadem suæ beneficentiæ manu, ipsimet sponsæ suæ vim impios, peccatoresque cogendi concessit ad ea quæ recta soot, ab errore, obliquoque vitæ deprauatæ tramite, iustitiæ vindicatiuæ operationibus auulsos. Sine qua vi, potestateque coactiua, directiua prorsus esset, euanida, & inefficax, suoque frustrata fine languesceret, vt e Aristoteles agnouit. Hac potestate coactionis Ecclesia misericorditer armata, sponso suo Christo Domino sibique rebelles hæreticos, atque schismaticos, ad cognitionem, agnitionemque veritatis æternæ, & ad meritorias Christianarum virtutum operationes tractos euocat, iussisque misericordia temperatis, lenibusque compellat, oe seuerissimè, pessiméque pereant. *Quantò magis* D *vos*, Donatistas alloquens aiebat f Sanctus Augustinus, *ab errore pernicioso, in quo vobis inimici estis, trahendi estis* (scilicet quàm Episcopi cogendi, ad suscipiendum episcopatum bonum opus) *& perducendi ad veritatem vel cognoscendam, vel eligendam non solùm, vt bonitatem salubriter habeatis, sed etiam ne pessimè pereatis?* Ideo impios pro eorum salute hîc adeo per principes tam spirituales, quam temporales huius potestatis coactiuæ vigore puniri præstat, ne in æternum extremis sobacti soppliciis miserrimè torqueantur, sed potius ad Dominum coouersi, hoc aspero quidem, sed valde salutari remedio post hanc vitam gaudiis cœlestibus, sempiternisque potiantur.

Propter hoc dicebat Esaias secundum Septuaginta interpretationem. g *Tribulationem super tribulationem, spem super spem,* quod cõmunis versio transtulerat. *Manda, remanda, expecta re expecta.*

Mala voluntas peccatori non sua relinquenda libertati.

b S. Aug. ep. 204. ad Donatum tom. 2.

Eccles. c. 30.

c Prouerb. 23.

d Ezech.

Non solum Deus Ecclesiæ suæ, suoque vicario vim, potestatemque directiuam, sed etiam coactiuam dedit.

e Arist. l. 10. Ethic. c. vlt.

f S. Aug. ep. 204. ad Donatum.

Salutare valde hoc peccatores propter sua peccata puniri, ne in altera vita suppliciis crucientur æternum, sed potius per pœnam salutis sempiterna gloria fruantur.

g Esaiæ 28 c. Septuag.

A Qua quidem Septuaginta expoſitione per prophetam Spiritus ſanctus ſignificare voluit, tum demum in peccatoribus ſalutis ſpem ſupra ſpem euidenter affulgere, quando in illis ad expianda peccata tribulatio tribulationi connectitur, afflictioque recens, veteri ſe adglomerans, ſcelerum, criminumque contagia, ſordeſque radicitus de peccatorũ pœnitentium cordibus auellit. Quod quidem miſericordiæ, diuinæque clementiæ in hac temporali corruptorum hominum caſtigatione propheta patientiſſimus agnoſcens confidenter, viriliterque in ſuarum calamitatum profundo dicebat.[a] *Qui cœpit ipſe me conterat, ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me.* Quem locum ſanctus Gregorius mira deuotaque illuſtrans expoſitione hæc memorabilia de corde ſuo profudit eloquia.[b] *Cùm conditor amorem ſuum erga nos per verbera non exercet, quaſi ad ferienda noſtra vitia manum ligatam tenet. An non affectus ſui manum ligauerat, cũ populo peccanti dicebat?*[c] *Iã nõ iraſcar tibi, & zelus meus receſſit à te.*[d] *Soluere ergo sã manũ dicitur dicitur, cũ exercet affectũ. Idcirco regius vates poſtulat. Proba me, Domine, & tenta me, & alio in loco.*[e] *Ego in flagella paratus ſum. Quia enim ſancti viri corruptionis ſuæ vulnus ſine putredine non eſſe conſiderant, libenter ſe ſub manu medici ad ſectiones parant, vt aperto vulnere virus peccati exeat. Id quod idẽ Iob luculentiùs ſignificauit ſubiungens.*[f] *Et hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat: ac ſi apertiùs diceret: Qui ideo hic quibuſdam parcit, vt eos in perpetuum feriat. Ideo hic me feriat, vt non parcendo in perpetuum parcat.* Hæc ſanctiſſimus Papa.[g] *At impij, qui lætantur, cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis.* Dum impunè ſua hic ſcelera patrare peroptant; inſani quid deſiderant, ignorant. Et qui principes pios, Catholicoſque, crudeles, & immanes criminantur, quòd in ſe ſuaque crimina, iuſtè legum ſuarum flagra, ſecureſque conuertant, eos tales erga ſe fuiſſe confiteri cogentur. quod illi in ſcelerum ſuorũ contra Catholicã religionẽ, Chriſtianãque remp. nefandiſſimè furioſiſſimæ inſtar tempeſtatis excitatorum atrocitate, & horrore conniuendo, & non ea plectendo diſſimulauerint; pro quibus ad perpetuas ſe pœnas damnatos eſſe ſentient, & cum deſperatione ſempiterna dolebunt. Contra verò illi, quibus vexatio ſit intellectũ datura ſalutari pœnarum temporalium, principum decretarum legibus acerbitate correcti, cùm ſe hac correctione ad portum ſalutis æternæ perueniſſe cognoſcent. Hos principes ſic in ſcelera reſcindenda, & exterminanda iuſtitiæ Dei ſibi commiſſæ gladios euaginando non crudeles erga ſe, ſed maximè miſericordes, clementiſſimoſque fuiſſe iudicabunt, ſublimique ſemper encomio prædicabunt.

Hanc propterea correctionem, caſtigationemque, in qua tantus miſericordiæ, charitatiſque ſplendor effulget non ſolis iuriſdictionis, principatuſque ſecularis principibus Catholica religione coruſcantibus Deus credere voluit, ſed eam quoque ab Eccleſiæ ſuæ, principibus, paſtoribuſque Papæ videlicet, & aliis prælatis, ſub illo Chriſti Eccleſiam regentibus fieri, & exerceri mandauit, ſanctus Paulus à Deo poteſtatem in peccatores animaduertendi, illoſque manſuetè, clementerque caſtigandi ſe accepiſſe profitetur, vt in ſpiritu lenitatis, charitatiſque caſtigati ſalui fierent. Sic enim Corinthios affabatur.[h] *Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum.* Et poſtea ſuperioribus hæc annectens ait.[i] *In promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam.* Et ſtatim poſt.[k] *Nam etſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in deſtructionem veſtram non erubeſcam.* Quibus verbis clariſſimè demonſtrat Apoſtolus ſibi à Chriſto Domino Deo ſuo peccatorum, criminumque quorumliber reos, nocenteſque pro Eccleſiæ ædificatione, fideliumque ſalute caſtigandi, corripiendique poteſtatem eſſe datam. Quam quidẽ poteſtatem facultatemque, ſic in delinquentes animaduertendi Epiſcopi particulares ſe accepiſſe à Chriſto Domino iure optimo gloriantur;

B quantò magis, iuſtiúſque paſtor œcumenicus, Epiſcoporum Epiſcopus, pater omnium fideliũ ſanctiſſimus, monarchicus vniuerſalis Eccleſiæ princeps, id ſibi à Domino ſuo Chriſto, cuius vicarias in terra vices exercet, datum, largitumque eſſe defendet? Sanctus Chryſoſtomus hanc ſibi, vt patriarchæ ſingularis Eccleſiæ, prælatoque animarum, vnius diœceſeos orbe concluſarum, particulari diuinitus à Chriſto Domino conceſſam iure ſuo vendicabat, cùm diceret.[l] *Ad hoc potentiam accepimus, vt ædificemus: quòd ſi quis obluctetur, & dimicet, atque ita affectus ſit, vt nulla ratione ſanari velis, tum demum quoque facultate vtamur*, ſc. coactiua, *condirnentes, atque proſternentes.* Simili profeſſione huic ſancto, facũdoque doctori conſentiens Theophilactus:[m] *in promptu*, inquit, *habemus pœnam, & vltionem.* Et paulò pòſt.

C *Præcipuè quidẽ ad ædificationẽ accepi* (ſcilicet poteſtatem in peccatores animaduertendi, eoſque intra ſui limites officij vindicatiua, coactiuaque iuriſdictioneque continendi) *ſin quiſquã fuerit incurabilis, demolitione vtemur.* Adbuc inferius bis ſuperiora dicta, aſſertioneſque verbis aſtruit. *Si voluero glorisri, quod Deus aliquid amplius mihi dederit, vt poteſtatem habeam benefaciendi in primis, & quando cogor etiam puniendi, non erubeſcã.* Hoc eſt non mõſtrabor arrogans, aut mẽdax. Simili hunc Apoſtoli locũ expoſitione[n] Theodoretus, aliique Græci patres interpretantur. Quibus Latini in hunc locum ſanctus Anſelmus,[o] Caietanus, inter recentes, aliique doctores aſſentiuntur. Ex eoque ſancti Pauli loco ſanctus Auguſtinus ad Bonifacium[p] Africæ comitem

D ſcribens Eccleſiæ Catholicæ facultatem diuinitus à Chriſto Domino ſupplicijs hæreticos temporalibus, vt à ſuis erroribus, impietatibuſque ſanarentur afficiendi conceſſam eſſe probat: Cùm aduerſus iniuſtas Donatiſtarum, aliorumque hæreſi nefaria, ſchiſmateque rebelli ab Eccleſia diuiſorum querelas, præter alia multa hæc ait. *Quia ergo non poſſunt* (ſcilicet hæretici, atque ſchiſmatici) *malum eſſe oſtendere: quo coguntur, nec ad bonum ſe cogi oportere contendunt, ſed à Chriſto coactum oſtendimus Paulum*, vt conuerteretur: qui dixit, ſalutari Chriſti Domini tonitruo proſtratus, *Domine, quid vis me facere: Imitatur itaque Eccleſia in iſtis cogendis Dominum ſuum, qui prius vt neminem cogeret expectauit, vt de fide regum, atque gẽtium prædicatio prophetica impleretur.* His dictis ad ſuæ confirmationem aſſertionis hoc ſancti Pauli[q] teſtimonium ita continuato orationis fluxu, ſerieque ſubiunxit. *Etiam hinc non abſurdè intelligitur illa Apoſtolica ſententia, vbi Paulus Beatus dicit, parati vlciſci omnem inobedientiam, cùm*

[a] S. Greg. l. 7. moral. c. 17.
[b] Ezech. c. 16. v. 42.
[c] Pſal. 130. v. 2.
[e] Pſal. 37.
[f] Iob. c. 6 v. 10
[g] Pro. c. 2. v. 14
a. Pars. Valde miſericors eſt illa in hæreticos, ſchiſmaticos, aliſque grauiſſimos peccatores animaduerſio à Chriſto D. ſuauolẽta Eccleſia, cum quemogno paſtoribus ſub Papa imperio Dei regentibus Eccleſiam.
[h] 2. Cor. c. 10. v. 4.
[i] Ibid. v. 6.
[k] v. 8.
[l] S. Chr. ho. 22 in 2. epi. ad Cor.
[m] Theophil. in c. 10. 2. ad Cor.
[n] Theod. in 2. ad Cor.
[o] S. Anſelm.
[p] Caietan.
[p] S. Aug. epi. 50 ad Bonif. comitem.
[q] Act. c. 9.

completa fuerit prior obedientia vestra. Vnde & ipse Dominus (subdit postea sanctus ille [a] pater) *ad magnam cœnam suam prius adduci iubet conuiuas; postea cogi, &c.* Et paulò pòst. [b] *In illis ergo, qui leniter primo adducti sunt completa est prior obedientia. In his autem, qui coguntur, inobedientia coercetur.* Illam verò vindicandi, vlciscendique omnẽ peccatorum, rebelliumque in vtraque monarchia principibus inobedientiam datam Ecclesiæ, eiusque pastoribus, præcipuè verò pastorum pastori facultatem, in Scripturis sacris virgæ nomine Spiritus sanctus significare voluit: sicut apud Apostolum ita per epistolam Corinthios alloquentem. [c] *Vultis in virga veniam ad vos?* Hac significatione virgam propheta regius vsurpat. [d] *Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Et alibi Deo suo loquens. [e] *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Iuxta sancti [f] Hieronymi expositionem. Ita sanctus Augustinus Apostolum, loco citato, per virgam puniendi, coercendique noxios authoritatem, coactiuamque potestatem intellexisse contra Donatistas his verbis ostendit. [h] *Iam hic apparet eum loqui* (scilicet Apostolum) *de vindicta, ad cuius significationem virgam nominauit.* Sic sanctus Ambrosius hanc in sontes animaduertendi Ecclesiæ datam, eiusque prælatis facultatem, virgæ nomine designauit: hæc ad sororem Marcellam scribens. [i] *Quem virga sacramẽtis abdicauit cœlestibus, eundem mansuetudo restituit.* In eadem significatione hunc Apostolum virgæ nomen accepisse, ita libro primo de pœnitentia manifestat. [k] *Quid est in virga venire docet inuectio fornicationis, accusatio in astu, reprehensio tumoris, postremo contemnatio rei.* Ea fuit ante hos S. patres Tertulliani [l] mens, & intelligentia, & post illos sancti Gregorij, [m] vt cæterorum doctorum, huius Apostoli interpretum commemoratione supersedeam. His verò temporalibus pœnis præter spirituales, criminum reos, præsertim verò vtriusque læsæ majestatis, spiritualis, secularisque perduelles, hæreticos, schismaticos, cæterosque pacis Ecclesiasticæ, ciuilisque turbatores subijciendi potestatem diuinitus Ecclesiæ largitam magnopere salutarem, vtilissimamque iustis, & iniquis nemo negabit, qui sacram Ecclesiæ praxim diligenter obseruauerit, atque sanctorum Patrum monumenta prudenter, & attentè illorum assuefactus lectionibus euoluerit. Præsertim verò S. [n] Augustini, in epistolis 48. 50. & aliis, atque in libro 3. contra epistolam Parmeniani, cap. 1. aliisque quamplurimis, eiusdem S. Patris operum locis. Quæ enim (vt contra dicentes ratione potenti conuincam) vis atque virtus spiritualibus Ecclesiæ pœnis aduersus impios, rebelles, atque fanaticos inesse posset, si ab earum latere corporearum pœnarũ robur auelleretur? Nunquid ablata suppliciorum corporalium iusta seueritate, omnem spiritualium rigorem impij virtutis omnis osores, non cùm in maximorũ vitiorum profundum venerint aspernabuntur, magnaque irrisione ludificabunt? [o] *Si puer qui relinquitur voluntati suę matrem confundat*, vt ait Sapiens, quantò magis nefarij in suis obstinati erroribus, suo relicti furori, à pœnarum temporalium terrore, metuque liberi, impune virtutibus insultantes, spirituales comminationes, castigationesque nihili facientes, sanctissimæ matris Ecclesiæ, ferociùs, faciliúsque viscera confodiẽt?

[a] Aug. ibid.
[b] S Luc. c. 14. v. 17
Nomine virgæ potestas puniendi peccatores diuinitus Ecclesiæ data significatur in scripturis.
[c] 1. Cor. c. 4.
[d] Psal. 2. v. 9.
[e] Psal. 22.
[f] S. Hieron. in c. 1 Zach.
[g] Idẽ S. Hier. comment. in c. 6. ad Galat.
[h] S. Aug. l. 3. contr. ep. Parmenian. c. 1.
[i] S. Ambr. ep. 78. ad Marcellam Sororem
[k] S. Ambr. l. 1. de pœnit. c. 12
[l] Tertull. l. de pudicitia c. 14
[m] S. Greg. l. 1. epist. 4.
Potestas coercendi noxios pœnis temporalibus Ecclesiæ data maximè salutaris est.
[n] S. Aug. epi. 48. ep. 50. l. 1 contra ep. Parm. c. 1. &c.
[o] Prou. c. 29
Spirituales pœna ab impiis contemnuntur, si ab illis temporales absint.

A Nec hæc ad obiecta responsio satisfacit, principes videlicet suarum legum seueritate, gladioque vindicatiuæ iustitiæ seculari, sceleratos istos talia nefariè molientes, & audentes, vitæ nefandæ furiis armatos, ad Catholicæ religionis interitum, Ecclesiæ funus, sedisque Apostolicæ tumulum, non minùs sacrilegè, quã crudeliter aduolantes prohibituros, necnon vltiones illis viuis mortuisque grauissimas illaturos. Quoniam perditorum, improborumque hominum vindicta, & in illos animaduersio rigida, acerbaque, per se solùm principibus secularibus, eorumque magistratibus incumbit, quatenus illi facinorosi suorũ scelerum furoribus finem ciuilẽ perturbare, pacem nempe regni, reique publicæ destruere conantur: illos verò coercere, pœnisque compes- B cere, quatenus religionis catholicę vigorem, sanctitatemque labefactare, animarumque salutem naufragio perpetuæ calamitatis obruere moliũtur, per se sibi vendicat Ecclesia, spiritualisque potestas. Ideo temporalium pœnarum in illos nefarios rerum sacrarum, spiritualiumque turbatores districtio, vibratioque penes illam esse debet, vel eas per se inferendo, vel secularis potestatis ministerio illis rebelles, seditiososq; nefarios afficiẽdo, patrata scelera recusantes agnoscere, atq; detestari torquendo, vt sincera Theologorũ doctrina, omnisque diuinæ sapientiæ, fideique intemeratæ schola docet. Sine hac salutari, misericordique correctione impij nil sibi metuentes, neque Dei contra se iudicia metuerent, & apprehenderent: vt cum tremore apprehensa possent C effugere. Neque dolos, fraudes, tentationesque diaboli suis lethiferas animabus attẽderent, atq; considerarent, vt ab illis sibi præcauerent. Præsumptione nimium confidenti, & audaci decepti, & ita faciliùs ab hoste generis humani circumuenti fallerentur, falsique nihil de huius hostis immanissimi insidiis cogitantes infelicissimè vincerentur. [p] *Frequentissimum calamitatis initium, securitas. Nemo celerius opprimitur, quam qui non timet*, & vt apud Curtium. [q] *Nihil tutò in hoste despicitur, quem spreueris valentiorem negligentia facies.* Hoc si verum de hoste carnali, & mortali; quantò verius de nequitia spirituali, hosteque immortali diabolo perditis ab eo peccatorum nimium de se pręsumentium animabus apparebit? [r] Οἶδε γὰρ, οἶδεν ὁ πολυμήχανος διάβολος, καὶ διὰ χρηστῶν πράξεων τὸν οἰκεῖον παρασπείρειν ἰόν. D *Nouit enim, nouit artifex varius diabolus, vel per bonas actiones suum inter spergere venenum. Si enim* [s] *sancto Antonio securitatem dare non potuit vnus de diabolo triumphus, nec diabolo semel fracta deserere vires.* Quæ spes emergendi ab insidiis, machinisque diaboli peccatoribus illis affulgere potest, qui peccare grauissimè, & in Ecclesiæ Catholicæ, Christianæque reipublicæ confidentia impunitatis exitium machinari non cessant, cùm temporalium pœnarum asperitates à se procul arceri conspiciunt?

Atque talium peccatorum Deo, eiusque spõsæ atrociter inimicantium, valdeque Catholicorum congregationi nocentium impunè tolerata malitia, impietasque pertimescẽda maximè, cùm sit peccãtibus illis perniciosissima: ideo voluntariè peccantes, nefario hæreseos, schismatisque aliis immersorum flagitiis Ecclesiam Christi, remque Catholicam furore vastantes, à pœnarum temporalium grauitate liberos eximere non miseri-

[p] Velleius l. 2.
Impij tam demum à diabolo miserè vincuntur cùm eius insidias contemnunt.
[q] Curt. l. 6.
[r] S. Chrys. apud Stobæũ ser. 304.
[s] S. Basil. oras. de ieiunio.
3 Pars.
Improborum Deo Ecclesiæ Catholicorum que congregationi hostium impunitas maxime metuenda, quia perniciosissima.

Amicos Iesabelis mystica perdita vitiis rebellionibusque hæretici cordæ & schismaticorum animæ designantur.

cordiæ, sed crudelitatis summę genus esset. Quod sancto Euangelistæ prophetico Spiritus sanctus reuelare dignatus est, in persona mulieris nefandę Iezabelis mysticæ. Qua perditæ vitiis, & assiduitate peccandi, in sceleribus obduratæ hæreticorum, schismaticorumque animæ designantur. Cui securitas in blasphemando, aliosque sua peste contaminando, & impunitas in nefanda contra Christum, eius sponsam immaculatam, sedéque Apostolicam, sacrosanctum Christiani imperij solium patrando flagitia miserias peperit, atque procurauit æternas.ᵃ *Quæ se prophetam dicens, perniciosè docebat, docendoque sic seducebat seruos Dei, quæ fornicabatur cum diabolo, & manducabat de idolothytis. Cui cùm dedisset tempus Deus, vt pœnitentiam ageret, noluit tamen pœnitere à fornicatione sua.* In tanta scelerum abominatione quid facto opus? vt impudentissima, & nefandissima illa meretrix post longam securitatem, impunitatemque peccandi grauioribus tormentis, acerbioribusque pœnis miserrima torqueatur? Audiatur Dominus hæc dicens.ᵇ *Ecce ego mittam eam in lectum.* Quem lectum? Lectum lasciuiæ turpissimæ, dulcedinis apparentis, adumbratæ, fallacisque voluptatis; & in veritate lectum certissimæ tristitiæ, vetitissimique doloris, lectum perniciosissimæ securitatis, & miserrimæ impunitatis: à qua tanquam à prima scaturigine dolores innumerabiles, tormenta sine fine dorsæ ura seueritatis extremæ in hanc terram, immanéque meretricem mysticā, tot innocentium, iustórumque sanguine ferociter inebriatam, & in omnes ab ea venenatos, pestilentisque poculi Babylonici fæcibus intoxicatos, fascinatosque, per longam peccandi impunitatem, funestissimo, vt iustissimo vltionis diuinæ turbine redundabunt. Ideo dixit postea Dominus.ᶜ *Et qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint. Et filios eius interficiam in mortem:* (scilicet hæresi schismateque contaminatos æterna morte mactabo) *Et scient omnes Ecclesiæ* (scilicet Catholicæ filiæ matris omnium fidelium sedis Apostolicæ) *quia ego sum scrutans renes, & corda, & dabo vnicuique vestrum secundum opera sua.* Bona pars doctorum Catholicorum hunc Apocalypseos locum ad literam exponens lecti nomine (qui modò in bonam modò in malam partem, vt hic in Scripturis sanctis accipi solet) securitatem in peccando hæreticorum, schismaticorum, & eorum à Deo relictorum, tanquam Pharaonis instar induratorum cordibus impunitatem significari docet. *Ponitur* (ait interpres Ansbertus in c. 2. Apoc.) *hæc meretrix in lecto, non vt quiescat, sed vt febre languescat, & in frenesim incurrat, quatenus ea iam dicat, vel agat, quæ alij audiendo, & videre erubescant.* Hac enim fallaci, fraudulentaque securitate reprobi hæretici, schismatici, aliique grauissimi peccatores dementati vitiis vitia cumulare gestiunt, effrenatè, superbeque gloriantur, eùm post scelera multa, quibus suam aduersus diuina, humanaque iura vitam turpissimè fœdarunt, nulla diuinæ vindictæ fulmina contra se iactari, & ingruere sentiunt. Sic læti, securique nihil de sua repentina damnatione cogitantes, omnem à se salutaria pœnitentiæ speciem repellentes, eiurantesque, in ictu oculi, & in puncto superueniente æternæ mortis horrore protinus obruuntur. Nec enim

ᵃ Apoc. c. 2. v. 20.

ᵇ Ibid. v. 22.

ᶜ Apoc. c. 2. v. 22 & 23.

Lectus in scripturis modò in bonā, modò in malam partem sumitur.

ᵈ Ansbert. in c. 2. Apoc. 2. v. 22.

Securitas, & impunitas peccati grauissimæ peccatores

A sine ratione iustissima, sapientis os Deo plenè locutum est.ᵉ *Auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos.* Ex quo pestifero fraudulentæ securitatis, impunitatisque lecto peccatorem omnem potenter Apostolus educere cupiens, sic magna voce illius auribus inclamabat.ᶠ *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Quanta autem calamitas sit, quámque grauis pœna peccatores multorum criminum fœtore fordidatos temporalibus in hac vita minimè percelli, castigatique suppliciis, satis clare demonstrari potest ex his, quæ per Ezechielem prophetam Dominus populo rebelli, dura ceruice, incircumcisis cordibus, longa in sceleribus peccandi consuetudine putrescenti dixit.ᵍ *Israel iam non irascar tibi, & zelus meus recessit à te.*

B De eodem populo nequam proficuis veræ pœnitentiæ frenia indocili per Psaltem regium Deus antea dixerat.ʰ *Non audiuit populus meus vocem meam, Israel non intendit mihi.* Ex qua populi rebellione, quid magnæ calamitatis erupit? Ecce quod sequitur. *Et dimisi eos secundùm desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.* Scilicet vt ad tempus securi nihil à pœnarum corporearum seueritate sibi metuentes, postea pœna perennibus in vltionem scelerum suorum in hac vita, sub impunitatis velamento tectorum fine fine passuri conterantur. Hæc maxima Dei contra peccatores induratos indignatio, grauissimæ prænuntia calamitatis, & vltionis, cùm ab humanis afflictionibus, temporalibusque pressuris immunes *tradit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt.*

C Hac enim impunitate freti peccatores vitiis vitia coaceruant, in tantū cumulum, copiamque eonglomerant, vt sub illorum oppressi pondere diuinæ vindictæ nonamplius fulmen effugere valentes, in inferos dicto citiùs præcipitari cogantur. Quod præcipitium suppliciis exercitati trāsituris fortasse vitauissent. Cuius peccatorum, criminumque cumuli, quæ impunitas in aceruum struit immensum Esaias meminit, hæc dicens.ᵏ *Erit cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmonia, onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterum.* Si quid sibi volunt ista prophetæ: *Pilosus clamabit alter ad alterum:* scire desideras, audi sanctum Gregorium dicentem.ˡ *Tunc pilosus clamat alter ad alterum, cùm perpetrata nequitia ad aliam perpetrandam prouocat, & quasi quadam cogitationis commissatam culpa, culpam adhuc, quæ committatur, imitatur.*

D Quæ culparum, criminumque conglomeratio, dum ad Christianæ pacis exitium sæuius extenditur, majorem patrantibus illa calamitatem, miseriamque tantò funestiùs infundit, quantò scelestiùs interitum salutis illorum funestiorem peccando causatur. Propter quod Iob de talibus impijs loquens dicebat.ᵐ *Inuoluta sunt semitæ gressuum eorum.* Quoniam iuxta præclaram sancti Gregorij interpretationem.ⁿ *Quemadmodum id quod inuoluitur in semetipsum replicatur, ita impij quasi extra se tensi ad semetipsos per circuitum redeunt, multiplicatione vitiorum.* Quæ multiplicatio vitiorum impune patrata, tormentorum multiplicationem nullo claudendorum fine, super nefarios illos in die iudicij, sine pœnitentia defunctos euocabit. Vt illud Machabæorum verissimum esse cognoscamus.ᵒ *Multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vl-*

ᵉ Prou. c. 1. v. 32.

ᶠ Ephes. c. 5. v. 14.

ᵍ Ezech. 16. v. 42.

ʰ Psal. 80. v. 12.

ⁱ Rom. c. 1. v. 28

Impunitas peccandi crimina criminibus adglomerat.

ᵏ Esaiæ c. 34. v. 14.

ˡ S. Greg. in c. 2. Iob v. 18. l. 7. moral c. 7.

ᵐ Iob c. 6. v. 18.

ⁿ S. Greg. l. 7. moral c. 7.

Multiplicatio criminum in hac vita miserarum æternarum multiplicationem parit in altera

ᵒ 2 Mach. c. 6. v. 13.

tiones adhibere, magni beneficij esse indicium. Quod A suo damno murmurantes Israelitæ experti didicerunt. Qui vt est apud regium prophetam.[b] *Manducauerunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorum Deus attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo.* Quid porro sequitur? *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei descendit super eos.* Quàm hæc illustrata præclarè his verbis à Philone conspiciuntur? *Insignis pœna, & vindicta impietatis est conniuere Deum, atque etiam indulgere peccantibus: Nec solum longam eis impunitatem, verùm magnam, & diuturnam prosperitatem concedere. Hoc insipientes non damnum, sed lucrum, non supplicium, sed beneficium arbitrantur: & fortunatos iudicant, quorum omnia consilia, & vota, qualiacumque illa sint, optatos ipsis exitus, & successus habent. Cùm tamen desperatæ animæ indicium sit, peccare absque vllo impedimento, & prosperos maleficiorum successus habere.* B *Nam quisquis non est plane insanabilis, praoptauerit se potiùs consilio mentis destitui, quàm in malè agendo solertem, & prudentem ac felicem esse. Nam cohibitio maximum morbum arcet iniustitiam; quæ si adsit licentia peccandi, vitari non potest.* Hos tandem sua insania, & improbitate miseros diu vita scelerata delectatos, suas tam execrabili exitu animas exhalantes, in extremo illo Dei iudicio iustissimus, hisque maximè terribilis iudex Christus Dominus oculis suis, tanquam flamma ignis, illius iram magnam, & in damnatos improbos indignationis ardorem designante perterrebit, territosque consternet. Quibus iustos, & electos illuminando lætificabit, vt Richardus à S. Victore in hæc Apocalypseos[b] verba. *Oculi eius tanquam flamma ignis*, præclara, deuotaq; hac cõceptione meditatur.[c] *Flãma ignis lucem, & calorem tribuit, terrorem incutit, & exurit. Oculi igitur eius* (scilicet Saluatoris nostri) C *flamma ignis sunt, quia electos respiciens illustrat luce sapientiæ, calefacit amore iustitiæ: Reprobos autem respiciens terret, ferocitate comminationis, & incorrectos exurit incendio damnationis æternæ in altera vita.* Cuius asperitates piacula nulla resoluent. Quã vellent tunc miseri, reprobi hæretici, schismatici, cæterique rebelles Ecclesiasticæ monarchiæ, cùm Catholicorum bonorum, qui huius sanctissimæ monarchiæ in vita gloriam, & honorem vna cum seculari Catholicorum principum principatu semper generosissimè defenderant, felicitatem viderint, suamque æternam miseriam conspexerint, duris quondam pœnarum temporalium, quibus sua flagitia piarentur, subiacuisse doloribus! *Et in illa vita, qua cum vita morerentur*, vt cum S. lo- D quar[d] Augustino, *mala portasse ne ad illa æterna mererentur supplicia peruenire.*

b Psal. 77.

a Philo Iud. in l. de confusione linguarum.

b Apoc. c. 1. v. 14

c Rich. à S. Victore in c. 1. Apoc.

d S. Aug. ser. 66. de tempore qui est de iudicio to. 10.

CAP. IV.

Conniuentibus, & ad scelera monarchomachorũ, hæreticorum, schismaticorum, &c. contra spiritualem Pontificis Romani monarchiam, pacemque cum illa secularis principatus, furentia dissimulantibus seculi principibus irascitur Deus, vt faciat opus peregrinum à se, scilicet vltionem in nationibus, & populis hac fœda, perniciosaque monarchomachorum rebellium contagione pollutis.

B

1. *Quot, quantaque mala regnis secularibus, societatibusque ciuilibus ex hac impunita monarchomachorum, contra sedem Apostolicam rebellione nascantur.*

2. *Contra Christum Dominum immediatè pugnant & effrænatè dimicant, eiusque diuinum ius sacrilegio nefando violant, qui sacrasanctam spiritualis, pontificiaque monarchiæ maiestatem contumacia, nefariaque rebellionis armis adoriuntur, quod varia probatione dicetur.*

3. *Conniuentibus principibus, & dissimulantibus ad hac tam enormia flagitia tot causas malorum, nec ea punitant, Deus persæpe manum iustitia sua extraordinaria vltione, atque vindicta potenter armat.*

4. *Vt à spiritualibus parentibus Papa, & Ecclesia Dei meliùs quam à carnalibus, in bonos principes, & populos filios electionis diuinæ benedictiones, à quibus prosperitates magnæ, sic in rebelles impios maledictiones, à quibus calamitates maximæ, deriuantur.*



CVm omnis diuisio, animorumque dissensio in regnis, publicis in rebus, ciuilibusque hominum societatibus D perniciosa sit, iuxta diuinum illud Domini nostri Saluatoris[a] oraculum. *Omne regnum in se diuisum desolabitur*, tum illa perniciosissima penitus, quæ inter duos principatus, monarchiasque, spiritualem, & secularem, furenter assurgit: instatque cuiusdam serpentis attollentis iras, & cærula colla tumentis ceruicem cum vomitu contumaciæ, rebellionisque pestiferæ sibilis erigit: hæc quæ sunt Dei Deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari reddere recusans. Cuius diuisionis authores, vt sceleratissimos, nisi seuerissima, potentissimaque eos pœnitentia conteræt, æternis Deus suppliciis viuos, mortuosque mactabit. In quos hæc Imperator optimus Lu-

a S. Matt. c. 9.

Quanta mala dissensionis zizania inter ambos principatus seminato.

douicusquartus in bulla aurea grauiter inuectus, A magnoque diuini honoris zelo correptus effudit. [a] *Principes eius scilicet pestiferæ diuisionis facti sunt socy furum: ob quod Dominus miscuit in medio eorum spiritum vertiginis, vt palpent in meridie, sicut in tenebris. Et candelabra eorum mouit de loco suo, vt egestiet, & duces cæcorum. Et qui ambulant in tenebris offendunt, & cæci mente scelera perpetrant, quæ in diuisione contingunt.* A cuius ministerio nefando si res ad veritatis calculum sincere reuocerut, omnia quæcumque in genus humanum horrore quodam furoris ingruunt ab inferis, erupisse, imo inferos ipsos in damnationem diuisorum à Deo propter eādem quauis furia perniciosiorem constructos fuisse reperiemus. Quod ex eadem bulla aurea sic inductione, sermone per apostrophem ad varia scelera huius diuisionis genimina, B fœtusque mortiferos conuerso probatur. [b] *Dic superbia quomodo in lucifero regnasses, si diuisionem auxiliatricem non habuisses? Dic Satan inuide; quomodo Adam de paradiso eiecisses, nisi eum ab obedientia* (scilicet Dei) *diuisisses? Dic luxuria, quomodo Troiam destruxisses, nisi Helenam à viro suo diuisisses? Dic ira, quomodo Romanam rem publicam destruxisses, nisi in diuisione Pompeium, & Iulium sæuientibus gladijs, ad intestina prælia concitasses? & cætera quæ sequuntur.* Sic mihi similibus lernam illam malorum omnium hæresim, & illius, vt ita dicam, genitricem, schismaticam dementiam, quæ horrorem sui nominis à diuisione recepit, verbis licebit affari. Dicite mihi infernales insaniæ, quomodo diuinam, tremendamque C Dei, Christique Domini majestatem, honorem, & gloriam tot blasphemiarum horroribus fœdauissetis? Ecclesiam Christi tot diris, immanibusque persecutionibus toties oppressissetis? omnia sacra profanatione scelerum execrabili polluissetis? sedem Apostolicam, spiritualis Christi Domini in terris imperij solium, Catholicæ thronum sanctitatis, ad quem vestræ abominationis, exocrationisq; perfidia nūquā (vt cū S. Cypriano loquar) [n] accedere potuit, vestrarū contumeliarum, detractionum, mendaciorum, iniuriarumque colluuie contaminassetis, ipsumque Christi Domini vicarium in hac diuino, vt Ecclesiæ vniuersalis principem spiritualem, solio sedentem, tot, tantisque, vt Antichristum, proh horror! maledictis, imprecationibus, imposturis, odijs, rebellionibus, passionumque freneticarum insanijs D obruissetis? quomodo denique, vt vno verbo multa complectar, contra Christianos suos, legitimosque principes, populorum turbas vestro furore correptas, vestra exitiali dementatas insania, effractis omnis officij, obedientiæ, debitæque reuerentiæ repagulis armauissetis? tot Catholica regna, fame, ferro, flamma, facultatum, bonorumque vastatione, innocentum, piorumque cæde, sanguine, omnisque immanitatis acerbitate, dementiaque cruentauissetis? Nisi eos, quos diabolica fraude fascinastis, infatuastisque perfidissimè fefellistis, ab obedientia, & honore, obsequio, & amore filiali matris Ecclesiæ charissimæ, patrisque sanctissimi Pontificis Romani per huius horrendæ diuisionis insanias exturbauissetis? Quibus malis non occurrere, quibus furoribus non obsistere generosè, & tantorum malorum, sceletumque patratores legum regiarum, secularium que seueritate non refrenare, pœnisque nō aspere mactare temporalibus,

[a] Bulla aurea Ludo. 4. Imp.

Omnia mala à diuisione Deo, & regno eius, quod est Ecclesia in duos distributa principatus.

[b] Ex eadem bulla.

Hæresis, & schisma per diuisionem rebellem à sede Apostolica omnia mala in regna pepererunt.

[n] S. Cypr. ep. 55 quæ est 3. lib. 1. epist.

A maxima est impietas, atque crudelitas, indeque similis secutura miseria. Sub Caroli quinti regni finem exiliens ab inferis schisma nimia Caroli sexti nondum ex ephebis egressi, anno 13. circiter suæ ætatis inaugurati, cœlestique consecrati oleo, iuuenili illius principis ætate adolescentulaque fretum rabide Gallia tota, alibique, cum extrema omnium rerum desolatione volitauit. Dum permulti libertini, schismaticique in hoc regno adolescentia tenella, vel pueritia potius Regis abutentes, Antipapæ execrabili, nomine Roberto, Cardinali Geneuensi fauerent: qui se Clementem septimum, contra Vrbanum sextū Papam legitimum impudentissimè gloriabatur. Qui fuit præcursor cathedræ pestilentiæ, sedisque Satanæ, quæ postea Geneuæ collocata est B Caluino sedente, & contra Christum, eiusque Catholicam Ecclesiam in ea furiosissimè debacchante. Ex qua diuisione rebelli, schismateque nefario tot in Ecclesia Dei calamitates exortæ 40. aut 50. circiter annorum spatio innumeras prope Christianorum animas propriæ salutis naufragio perdiderunt, donec Rex Christianissimus Carolus proficiens ætate, & virtute huic nefario schismati, in concilio Parisijs habito ad Parisiensis academiæ supplicationem, anno regni sui 18. contra pseudopapam Petrum de Luna, qui se Benedictum 13. appellabat, huius Roberti dicti Clementis 7. successorem non modo renuntiauerit, sed & regio, Christianissimoque pectore restiterit. Ex quibus apparet, quam seueræ, acerbæque calamitatum publicarum, priuatarūC que colluctationes, cum regnis secularibus, principatibusque periculosè confligant, quorum principes, hæreticorum, schismaticorumque aduersus Apostolicam sedem rebellionibus, quacumque occasione conniuendo, dissimulandoque blandiuntur. Qui cum pacata rep. regnique securitate potiri percupiant, curare debent, vt sua Ecclesiæ Dei libertas, debitaque pontificiæ maiestati reuerentia, dignitasque inremerarè seruetur, sic optata desideria consequentur. Quemadmodum grauiter, sapienterque Henricum secundum Angliæ regem legatus à latere Pontificis Alexandri 3. Viuianus admonebat, vt constat ex illis, quæ ad Alexandrum Papam in causa S Thomæ Cantuariensis, inter alia multa, quæ facta sunt in colloquio suo cum Rege An- D gliæ rescripsit. [o] *Cum instanter*, inquit, *Episcopi nomine Regis postularent, vt verbum* (scilicet SALVA DIGNITATE REGNI, *emitteremus; Respondimus: stet ergo verbum Domini, id est salua libertate Ecclesiæ, &c.* Quæ valde imminuitur, & eneruatur, cùm data Christo Domino potestas vicario suo, dignitasque in Christiano solo suprema denegatur, vnde contra Christum Dominum immediatè aperto furore dimicare, digladiarique rebelles illi dicuntur, diuinomque illos ius violare: qui sacrosanctam spiritualis, pontificiæque monarchiæ maiestatem contumeliæ superbæ, nefandæque rebellionis armis adoriuntur.

Etenim cùm dixit Christus Dominus Diuo Petro, *Pasce oues meas*; nonne in persona sancti Petri omnibus illius successoribus in Apostolica sede sessuris loquebatur? Nunquid pastoris officium, cui oues suas pascendas, regendasque crederet, ordinarium, perpetuumque constituit, cùm illius ouile, quod est Ecclesia, vsque ad

Schisma in principio regni Caroli 6. mortalitate magnorum causa malorum.

[d] Annal Frāciæ, & alij huius temporis secuti.

[o] Ex endice Vatic l. 3. ep. 26.

2. Pars. Contra Christū immediatè pugnant, eiusque diuinum ius violant, qui supremam in vniuerso mundo Christiani mancipato legibus Rom. Pontificis authoritatem, monarchiamque repudiant ab ipso Christo immediatè institutam.

mundi consommationem duraturum esset? Potestne sine sacrilegio defendi Christum Dominum gregem suum, & oues sine pastore, rectoreque visibili in hac vita reliquisse? Nec immediatius Ecclesiam suam, ouile sacrosanctum Dominus, quàm illius rectorem, moderatoremque visibilem creauit, atque constituit. Nec magis Ecclesiæ sanctæ, & immaculatæ constitutio, quam illius princeps visibilis, pastorque œcumenicus iuris diuini firmamento fulcitur: cúmque dixit Dominus sancto Petro: *Pasce oues meas*: omnes fideles intellexit, non solùm ratione loci, sed etiam temporis. Secus dicendum esse Christum Dominum, mundi Saluatorem, minorem affectum induisse, curamque habere voluisse salutis venturis hominibus pariendæ, quàm antiquis tempore sancti Petri viuentibus, cùm illos

Non minùs est immediatè Christus institutor supremæ potestatis in Romanis Pontificibus, quàm in S. Petro, cui illi succedunt.

B pastore visibili, ordinarioq; destituerit, quo hos priscos, antiquosque frui voluit. Qood tanquam ab infinita Christi Domini misericordia, bonitateque alienum, grande nefas esset asserere, à qua tamen assertione non esse recedendum firma ratio persuaderet, si quam supremam pascendi oues suas, non has, aut illas, sed omnes, vt ait S. Bernardus, authoritatem, plenitudinémque ad id officij potestatem D. Petro Vicario suo per seipsum Christus Dominus largiri dignatus est, eandem in successoribus eius rescindere voluisse crederetur. Stet igitur hoc virtutis sempiternæ firmamentum, vt sicut institutio principatus supremi, spiritualisque monarchiæ in persona sancti Petri immediatè à Christo Domino in diuini iuris firmitate radicata penitus, atque fundata

Sicut institutio monarchicæ potestatis in S. Petro est à Christo immediatè, sic successio in ea.

C promanat: sic sancti Petri successores in Apostolica cathedra, spiritualisque imperij throno, eum eodem supremæ dignitatis, majestatisque Ecclesiasticæ vigore, necnon plenitudine potestatis à Christo Domino instituti pariiure diuino fulciuntur. Cùm hanc monarchicæ potestatis altitudinem, plenitudinemque in D. Petro vicario suo à se ipso creatam institutamque perenni duratione, vsque ad consummationem seculi perseueraturam, diuina sua Christus ipse Dominus ordinatione decreuerit, vt omnes, qui S. Petro in hac sublimissima principatus Ecclesiastici dignitate succederent, non aliunde, quàm ab ipsius Christi Domini, omnium dominantium regnatoris institutione, supremæ suæ potestatis claues, sacrosque fasces accepisse Catholica cer-

D titudine crederentur. Quæ pia, doctaque consideratione cogitans sanctus [a] Chrysostomus præclarè diait. *Quanam de causa ille sanguinem effudit suum? certè vt pecudes eas acquireret, quarum curam tum Petro, tum Petri successoribus committebat.* Nec minùs eleganter, atque verè post eum sanctus Leo locutus est, his magnificis vocibus nostræ assertionem veritatis illustrans. [b] *Manet dispositio veritatis, & Beatus Petrus in accepta fortitudine petræ perseuerans, suscepta Ecclesię gubernacula non reliquit. Perseuerat videlicet Petrus, viuitin successoribus suis.* Quàm illi nefariè contra Christum Dominum bella impia mouēt, quàmque illius ordinationi, & institutioni sceleratè reluctantur: qui Romani Pontificis illius Domini nostri Iesu Christi vicarii, sancti Petri successoris maiestatem blasphemant, authoritatem contemnunt, sanctæ sublimitatem iurisdictionis aspernantur? Qui quod dedit illi Dominus Iesus spiritualem in omnes fideles imperium sua rebellione

a S. Chrys. l. 2. de sacerdot. circa prin.

b S. Leo ser. 2. de anniuersario assumptionis suæ ad pontificatum.

A auferunt, insaniaque sacrilega furantur. Siccine diuina iura violare? Siccine opera Christi contemnere? Siccine diuinæ voluntati, ordinationique resistere, in oppressione Romani Pontificis maiestatis, monarchiæque contemptu spiritualis impunè licuerit? Quam à Christo Domino immediatè institutam, & à iure diuino profectam esse tot diuina S. Spiritus oracula in conciliis œcumenicis prolata, tot diuinæ illius Spiritus sancti voces, & inspirationes corde, oreque summorum Pontificum, sanctorum Patrum, Catholicorumque principum, veritatis Christianæ modulamine resonantes sępius auditæ testantur? Sic enim sancti Patres cōcilii Chalcedonensis hoc diuino afflati Spiritu ad S. Leonem pontificem scribentes, de Eutychianorum impietatę, lo-

Supremā monarchicamque Rom. Pont. potestatem, & authoritatem a Christo esse immediatè, & à iure diuino contra omnes seu apostolicos rebelles, & hostes variis conciliorum sanctorum Patrum, principumque Catholicorum testimoniis probatur.

B quuntur. [c] *Post hæc omnia insuper, & contra ipsum, cui vinea custodia à saluatore commissa est extendit insaniam, id est contra tuam Apostolicam sanctitatem &c.* Quid est sancto Leoni vt Romano Pontifici vineæ custodiam, à saluatore commissam, quàm illius supremum super vniuersalem Ecclesiam vineæ nomine designatam, imperium, principatumque monarchicum ab ipso saluatore profectum? Hanc veritatis Christianæ lucem idem spiritus Dei S. Patrum Nicænæ 2. concilii mentibus infudit, epistolam Adriani Pontificis ad Tarasium Constantinopolitanæ sedis antistitem, tanquam ex adyto cœli, diuinoque fusam tripode probantium, in qua hæc inter alia scripta legebantur. *Cuius* (scilicet Romanæ Ecclesiæ seu Romani Pontificis) *sedes per totum terrarum orbem*

c Epist. conc. Chalced. ad S. Leonem 1. Chalce. &c.

Actio 2 &c. Nicen. 2.

C *primatum obtinens lucet, omniumque Ecclesiarum Dei caput existit: vnde & ipse Beatus Petrus Apostolus, Dei iussu Ecclesiam pascens, nihil omnino prætermisit, sed vbicumque principatum obtinuit, & obtinet.* Notandum hoc in præsenti, *obtinet* etiam defuncto à multis abhinc seculis sancto Petri hæc sedes Romana Dei iussu, per totū mundum, super omnes mundi Ecclesias obtinet imperium. An non hæc illa conformia magni illius concilii, sub Innocentio tertio Lateranensis eloquia à Spiritu sancto dictata? *Romana Ecclesia, disponente Domino super omnes alias ordinarię potestatis obtinet principatum, vtpote mater vniuersorum Christi fidelium, & magistra.* Quid non ne ex Christi Domini institutione [f] generalis synodus Lugdunensis Romanum Pontificem, Christi Domi-

3.

Concil. Lateran. sub Innocentio 3.

4.

f Sub Gregorio in 6 c. Vbi periculū de electione.

D ni vicarium, sancti Petri successorem, vniuersalis Ecclesiæ pastorem, principem, ingenua confessione proclamauit? In quam Synodum Græci, Latinique coierunt, mutuoque consensu conspirarunt. In concilio verò Florentino consentientibus Græcorum, Latinorumque animis, ista per os illorum Spiritus sanctus decreta, sancitaque protulit. [g] *Definimus sanctam Apostolicam sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem, & doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, atque gubernandi vniuersam Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse.* Quàm hæc monarchomachis stomachum acerbè moueant, quantum tædii tristitiæque illorum cordibus, liuore dominante, foetenteque pariant, quis fidelium, veréque Catholicorum ignorat? Qui sine fastidio, magnaque ægritudine, hæc plaue diuina

5.

g Cōc. Floren.

Testimonia SS. Pontificum.
a S. Leon. ser. 1 de natali Apostol.

uina S. Leonis Papæ verba, contra errorum suorum, rebellionumque insanias audire non possunt: *Per sacram Beati Petri sedem caput orbis effecta,* (scilicet Roma) *latiùs præsidens religione diuina, quàm dominatione terrena. Quamuis enim multis aucta victoriis, ius imperij tui terra, marique protuleris, minus tamen est, quod tibi bellicus labor subdidit, quàm quod pax Christiana subiecit. Ipsa est Romana sedes, quæ*, vt ad Episcopos orientales Pelagius [a] 2. scripsit, *instituente Domino, caput est omniũ Ecclesiarum.* Sed qualiter de hac Catholica veritate S. Patres loquantur, audiamus. Hanc supremæ, pontificiæque potestatis in vniuersalem Ecclesiam à Christo Domino institutionem, S. Athanasius ad Felicem Papam scribens, auxilium pontificale pro afflictis orientis Ecclesiis efflagitans ita confitebatur ingenuè. [b] *Ob id vos, prædecessoresque vestros, Apostolicos videlicet præsules, in summitatis arce constituit Deus, omniumque Ecclesiarum curam habere præcepit, vt nobis succurratis, &c.* S. Thomas, & Gennadius Græcos author hoc S. Cyrilli Alexandrini testimonium ex his thesauri, qui hodie non extant libris, temporis perditis iniuria depromptum, ad id maxime quod asserimus accommodatum in sua scripta retulerunt: *Petro omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi, tanquam ipsi Domino Iesu obediunt.* Petri nomine non solum ipsam S. Petri personam intelligit, sed omnes Romanos Pontifices eius successores, in eiusdem cathedra sedentes: cùm huius S. Cyrilli tempore, à multis seculis S. Petrus Apostolorum princeps obierat, beataque eius anima ex hoc mundo ad Christum Dominum in cœlos abscesserat. Propter hæc S. Pater Alexandrinæ sedis antistes adiunxit illud. [e] *Debemus nos, vt qui membra sumus capiti nostro Romano Pontifici, Apostolicæ sedi adhærere, &c.* Quis autem hanc pontificiæ monar-

a S. Pelag. 2. ep. 1 ad episc. orient.
3. S. Patres, ac doctores Ecclesiæ.
b S. Athan. ep. ad Felicem Papam.
S. Tho. opusc. contra Græc. Gennadius Scolarius l. de primatu Roman. Pontificis.
e S. Cyrill. in Thesau. apud D. Thom. l. c.

C chiæ supremæ in Ecclesia potestatis institutionem à Christo Domino immediatè manare confiteri renuet, qui sancti Augustini scripta diligenter euoluerit, in illiusque verba sincere iurare voluerit? Audiet namque ab illo memorabilia hæc, quibus sanctum Innocentium Pontificem reuerenter affatur. [f] *Quia te Dominus gratia sua præcipuo munere in sede Apostolica collocauit, talemque nostris temporibus præstitit, vt nobis potiùs ad culpam negligentia valeat, si apud tuam venerationem, quæ pro Ecclesia suggerenda sunt tacuerimus, quàm ea tu possis vel fastidiosè, vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastoralem diligentiam quæsumus adhibere digneris, &c.* Huius Catholicæ, sempiternæque dignitatis non ignarus Sergius Cyprius, monasticæ professionis insi-

f S. Aug. epist. 92. ad Innocent. 1. pont. Hæc epistola est concilij Milenitani ad Papam anno D. 402.

D gne lumen, ita Theodorum Papam, pro turbata hæreticorum furentibus austris Ecclesia, precando reuerenter affabatur. [g] *Sanctissimo, & beatissimo à Deo honorabili Domino meo patri patrum, Archiepiscopo, & vniuersali Papa Domino Theodoro Sergius humilis in Domino salutem. Firmamentum à Deo fixum, firmum, & immobile, atque titulo formam lucidissimam fidei, vestram Apostolicam sedem constituit. O sacer vertex, Christus Deus noster. Tu es enim sicut diuinum veraciter pronunciat verbũ, Petrus, & super fundamentum tuum Ecclesiæ columna confirmata sunt. Tibi & claues regni cœlorum commisit, atque ligare, & soluere potestatiuè quæ in terra, & quæ in cœlis sunt promulgauit. Tu prophanarum hæresum depositor existis, vt princeps, & doctor orthodoxæ, & immaculatæ fidei. Itaque ne despicias patrum tuorum pa-*

g Sergij Cyprij epist. ad Theodorum pap. an. D. 650. *Papa pater patrum dictus.*

A *ter fidem æstuantem, & ab aliquibus hæreticis ventis violentatam, necnon periclitantem. Resolue nebulam insipientium lumine tuæ sapientiæ diuinæ, ò sanctissime.* Quid illa Christianissimi, & inter principes seculi sapientissimi Imperatoris Leonis huius nominis sexti confessio? [h] *Vnde manens*, inquit, *vsque in hodiernum diem Petrus sequens Christum in successore suo.* Reliquam assertionis nostræ comprobationem hoc vno S. Bernardi testimonio terminabo. [i] *Plenitudo potestatis super vniuersas orbis Ecclesias singulari prærogatiua Apostolicæ sedi donata est* (scilicet à Christo Domino) *Qui igitur huic potestati resistit, Dei ordinationi resistit.*

h Leo 6 Imp. confessio de pontificiæ potestatis institutione à Christo in quodam test. an. 880
i S. Ber. ep. 131.

Veréque de hac Ecclesiasticæ monarchiæ, supremæque dignitatis pontificiæ sublimitate, tutam stationem, sedemque perennè Romæ Christo volente, iubenteque, sortita, Christianus poeta cecinit.

B [k] *Roma caput rerum est, Romã Deus esse suorũ*
Pontificum sedem statuit, quibus omnia cedant
Regna, quibus reges ipsi, quoque sceptra Latini
Submittant, quorum acclines vestigia adorãt.

k Mantuanus de martyr. S. Dion. Areop. pag. l. 1.

De hac materia pluribus in locis secundæ partis huius operis abunde, copioséque disseruimus, quæ hoc loco contra monarchomachorum insanias compendiosè notauimus, instar supplementi sunto: ad propositum redeo. Cũ igitur supremã illã Rom. Pontificis authoritatem, monarchicũque illius in Ecclesia sua principatũ creatum à se, suoque immediato institutũ decreto, vt ex supradictis apparet, Christus D. sanctissimè firmare, atque inconcusso suæ voluntatis æternæ, iustisq; diuini firmamento stabilire voluerit: quale nefas, & scelus illud est tam salutare humano generi, tam sacrum diuinumque Christi D. opus, velle factione diabolica, nefariaque rebellione dissoluere? C Quid potest esse magis contra Christum in destructionẽ animarũ, quàm quod præcipuũ in Ecclesia sua constituit, auso sacrilego perfringere? Quibus piaculis tanta scelera resoluentur? Quæ pœnarum satis digna seueritas, suppliciorumque rigor, has impiorum contra Christum Dominum eiusque vicarium coniurationes, rebellionesque nefandas, iuxta diuinæ tenorem iustitiæ contere re, debitaque piare vindicta valebunt? Quàm perniciosum regnis, principatibusq; secularibus Reges, ac principes ad hæc scelera dissimulare, nullisque ea suarum legum frenis, correctionibusque compescere?

Conniuentibus namque principibus, & ad hæc enormia flagitia contra Christum manifestè pugnantia tantorum in imperio, atque republica D Christiana malorum causas, languente seculari iustitiæ brachio dissimulantibus, atque castigare negligentibus, vel quod peius est, illa potius approbantibus, patrantibusque, Deus manum iustitiæ suæ peccantibus voluntariè terribilem, stupenda, atque extraordinaria vltione, vindictaque potenter armat: vt hos, & illos tantorum nempe patratores scelerum, & dissimulando fautores, eaque refrenare contemnentes temporalibus, & æternis pœnis viuos, mortuosque pœnitere renuentes exterminet. Quid enim iniquius? quid Deo magis inuisum? eumque ad iram, vltionẽq; vehementiùs exasperat? quàm sinere rebelles istos diuinũ nostri Saluatoris opus eneruãdo, cõtra sponsam eius immaculatã, contra Ecclesiarum eius reginam, cõtra sacratissimũ eius in terris imperij thronũ, contra monarchicã illius vicariũ ma-

3. Pars. Deus principibus rebellium contra se, suam Ecclesiam, & pastorem eius visibilem scelera corrigere, negligentibus graui, extraordinariaque persæpe contra eos, vltione manum sua iustitiæ armat.

iestatem impunè furere? Quos iisdem quibus Donatistas Optatus quondam verbis licebit affari.[a] *O impietas inaudita! Vos contra opus Dei hostiliter militatis* (scilicet cùm quod per se instituit, iureque diuino firmauit, destruere molimini) *diuinum opus malitiæ vectibus destruentes. Appares ergo de vobis dictum esse in psalmo 10.*[b] *Quoniam quæ tu perfecisti, ipsi destruxerunt: fecit vos superbos impietas vestra, sed accusat vos prospiciens de cælo iustitia, & iniqua vos gerentes error hominum laudat; vt de vobis in 9. psalmo dixerit Spiritus sanctus.*[c] *Quoniã laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua egerit, benedicetur.* Contra quos à secularium dominantium gladio, vindictaque impune relictos arma Deus ex omnipotentiæ suæ sinu, vt eos conterat, educit. Sed quæ arma? Non carnalia, id est infima, & imbecillia, vt sanctus[d] Cyrillus, & Cassianus[e] exponunt, sed fortia, inexpugnabilia, terribilia, omnes dæmonum, impiorumque hominum munitiones, machinationesque fraudulentas, & apertas solo adæquantia, & conterentia, atque vt vno verbo loquar, cum Apostolo.[f] *Potentia Deo.* Quibus ipse per se vltione extraordinaria, pro sui defensione regni, quod est Ecclesia, pro vindicanda, roborandaque spirituali vicarii sui monarchia, quam ipse per se instituit, proque communi fidelium suorum salute contra impios suæ maiestatis diuinæ, sponsæque suæ perduelles asperè dimicat. Quibus ipsorum rebelliũ munitiones, ὀχυρώματα, id est flagitia, fastuosas vires, & tumorem deprimit, & omnes efferentes se captiuat, αἰχμαλωτίζει, id est, vt Theodoretus[g] suis, in hunc Apostoli locum commentariis exponit, quasi belli iure victos captosque proterit.[h] *In prõptu enim post longã patientiã Deus omnem inobediẽtiã impœnitentiã peccatorũ vlcisci solet,* sicut omnem fidelium obedientiam adimplere. Illud est in manu forti, brachioque extenso, vlcisci, nefanda rebellium Ecclesiæ, eiusque pastoris scelera, fraudesque inexpiabiles extraordinaria vindicare. Vt cùm rebellantes in spirituales omnium fidelium, sanctissimosq; parẽtes Ecclesiam Dei ac pastorem eius œcumenicum plerumque Deus à propriis filiis carnalibus eiici à suo principatu in vltionem scelerum, vincique permittit: quod vltionis genus in Henricum 3. Germaniæ regem, & Imperatorem schismaticum in sceleribus maximis inueteratum exercere voluit. Qui tot annos sacrilegio armorum nefandorum, tetroque dimicationum crudelium parricidio contra regnũ Dei sedem Apostolicam, Romanum Pontificem, vniuersalis Ecclesiæ pastorem, insaniendo luctatus est, & insanis bellicorũ furorum ardoribus efferbuit. In quorũ vindictã scelerũ tot annorũ decursu patratorum sacrilegus, atque schismaticus Imperator de imperii sui solio, à proprio filio, iusta Dei ordinatione, atque permissione deturbatus est, vt scribit Abbas[i] Vrspergensis, qui hæresim, schismaque paternum detestatus, *debitam sedis Apostolicæ Pontifici,* vt ille loquitur, *obedientiã professus est, creatusque loco patris Imperator, in consilio Catholicorũ Northusensi obortis lachrymis ipsum regem cæli testabatur* (inquit Abbas ille) *se nulla regnandi cupiditate paternum sibi regimen vsurpare, neque Dominum, & patrem suum à Romano depositum imperio exoptare, imo debitam pertinaciæ & inobedientiæ eius* (scilicet Romano Pontifici) *semper cõpassionem exhibere. Si que sancto Petr. suisque successoribus lege Christiana subiici velit, sine regno cedere,*

a Optat. Mil.
b Psal. 10.
c Psal. 9. v. 11.
Quibus armis extraordinariis regni Ecclesiastici persecutores à secularibus principibus impune relictos oppugnat Deus.
d S. Cyril. ho. ad Ioan. Antiochen.
e Cassiod. col. lat. 7. c. 5.
f 2. Cor. c. 10.
g Theodor. in c. 10. epi. 2. ad Cor.
h 2. ad Cor. c. 10.
Rebellantẽ in sanctissimos fidelium parentes Rom. Pontificem & Ecclesiam Christi, Henricum 3. Imp. filius proprius permittẽte Deo ab imperii gradu deturbauit.
i Conrad Abbas Vrspergẽsis in chron. ano. 1105.
Nota piam protestationem filii iusti aduersus patrem Ecclesiæ sedisque Apostolicæ rebellem pugnãtis pro defensione Ecclesiæ Dei.

A *siue seruiliter ipsi* (scilicet patri) *se subesse promisit.* Quàm acerbum illud armorum Dei genus, maledictio illa reputanda est, qua in vltionem læsæ maiestatis Ecclesiasticæ Deus conterit terras, regna subuertit, principes, populosque confundit, sicut illa prophetæ Isaiæ vaticinia comprobant.[k] *Gens, & regnum quod non seruierit tibi peribit, & gentes solitudine vastabuntur,* quem locum de sede Apostolica, spiritualique Romani Pontificis imperio sanctus Hieronymos exponens, ait. *Gentes, & reges earum qui seruire Ecclesiæ noluerint, bonam, & vtilem seruitutem, vt in Apostolicam transferatur dignitatem, peribunt ea perditione, quę impiis præparata est: & quidquid in eis fuerit redigetur in solitudinem, quia habere noluerunt hospitem Deum.* Notanda sunt ista diligenter, *in Apostolicam dignitatem,* vt inde perniciosissimas, sicut nefandissimas hæreticorum, schismaticorumque Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæque sedi scelus, exitiumque toties anhelantium rebelliones, tot malorũ fontes, miseriarumque causas agnoscamus, simul & agnoscentes amarissimè lugeamus, lugentes extrema abominatione detestemur. Non minus seuerè in hæreticos, schismaticosque Ecclesiæ Dei, eiusque pastoris monarchici perduelles, quàm in infideles, paganosque tyrannos illius Ecclesiæ sanctæ vexatores animaduertit Deus: cùm nequior sit illorum, quàm horum culpa, tetriusque flagitium. At infideles illos, quod hanc sponsam Christi dira, variaque persecutione contriuerint, Deum temporalibus, æternisque pœnis vehemẽter exercuisse Constantinus Magnus in suo pro Christianis, contra paganos edicto restatur, cùm post commemoratos graues, variosque martyrũ cruciatus, hæc contra illorum persecutores infideles effatur.[m] *Sed quid attinet pluribus mærores illos, & communem totius orbis luctum persequi? Scelerum verò authores, præterquam quod in Acherontis barathrum ad perpetuum cruciatum detrusi fuerunt, turpem præterea vitę exitum, quo miserè interierunt, sunt consecuti. Nã bellis intestinis mutuo extincti nec nominis, nec generis sui vestigium reliquerunt. Quod planè non obtigisset illis, nisi impia illa oraculorum Apollinis diuinatio, vim quandam adulterinam, & adumbratam, qua in fraudem inducebantur, in se suscepisset complexa.*

Sunt fortia Dei contra superbos, impiosque rebelles dimicantis arma maledictiones Dei contra impœnitentes, robustosque vetustate & assiduitate peccãdi: sagittæ sunt acutæ è pharetra diuinæ iustitiæ deductę, quibus obstinati peccatores diuino regni dominici throno, Ecclesiæque matri parere renuentes acerbissimè conteruntur. Vt Tobias de Ecclesia Christi D. ventura, eiusque pastoris imperio spirituali loquens ita vaticinabatur.[n] *Maledicti qui contẽpserint te, & cõdemnati erũt omnes, qui blasphemauerint te.* Cõtra verò, *benedicti omnes, qui ædificauerint te.* Nã *sicut*[o] *qui thesaurizat,* inquit alius propheta sapiẽs, ita, *qui honorificat matrẽ suã, & qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi dominis seruiet iis, qui se genuerunt. Ab istis enim benedictio, & maledictio.* Benedictio quidem à parentibus, cùm illi precibus, & orationibus Deum nobis conciliant, eius gratiam, misericordiamque venantur. Maledictio verò ab eisdẽ exorta super filiorum rebellium, proteruorũque capita fulmine exitiali detonat: cũ hanc gratiã Dei, misericordiãque ab illis sua rebellione se ipsos vexantibus sua expostulatione, imprecationeque repellunt,

k Esai. c. 60.
S Hieron. in c. 60. Isaiæ.
Ecclesiæ persecutores temporalibus æternisque pœnis à Deo contriti.
m Euseb. l. 2. de vita Constant. c. 47.
4. Pars. Vt à spiritualibus parentibus Papa, & Ecclesia Dei meliùs quàm à carnalibus in bonos principes & populos filios obedientes diuino benedictiones, quibus prosperitatem magnã, sic in rebelles impios maledictiones, à quibus calamitates maximæ, decimantur.
n Tob. c. 13.
o Eccles. c. 3.

& in earum locum iram, indignationemque diuinam suis lamentis, gemitibus, atque querelis euocant: quantò magis vtrumque spiritales illi parentes, Ecclesia Christi, nempe sanctissima, eiusque pastor œcumenicus filius suis cumulatè præstabunt? Benedictionem quidem iustis, obedientibusque filiis, qui boni Catholici sunt, qua per virtutum gradus, ad temporalia, sempiternaque gaudia conscendent: maledictionem autem nefariis hæreticis, infidelibus, schismaticis & aliis cuiuscumque sceleris sibi perpetua contumacia, odio, rebellione, dissidioque reluctantibus effundent. Cuius grauati, contritique pondere per varia vitiorum præcipitia in temporales, æternasque miserias, atque tormenta deprimentur, depressique cum luctu desperato perpetuo in mediis inextinguibilis ignis ardoribus, dentium stridore lamentabuntur. Et certè vt de temporali regnorum, imperiorumque prosperitate, vno verbo dicam, in quibus principum, populorumque erga sedem Apostolicam omnium Dei Ecclesiarum genitricem, atque reginam, debitus honor, & Catholica verè filialis obedientia viget, memorabilis illa profectò est[a] Iustiniani magni confessio, quam antea[b] Zeno Imperator, cùm adhuc fidei Catholicæ defensor esset non oppugnator, vt postea demens, & ingratus extitit, ingenuè fecerat. Qua nullum maius imperij præsidium esse, quàm puram fidei Catholicæ professionem, piumque Ecclesiæ sanctæ matris obsequium, obedientiamque, publicè professus asseruit. Digna sane confessio, quæ iisdem quibus prolata est verbis, & idiomate recenseatur. Ἀρχὴν καὶ σύστασιν δύναμίν τε, καὶ ὅπλον ἀκαταμάχητον τῆς ἡμετέρας εἶναι βασιλείας, τὴν μόνην ὀρθὴν καὶ ἀληθινὴν πίστιν, καὶ ἐκκλησίας μητέρα τῶν ἡμετέρων σκήπτρων. *Imperij nostri initium, conseruationem, (cum autem opus* vel potius opes, vt fert versio Nicephori) *& armaturam inexpugnabilem persuasum habemus esse solam, rectam, & veram fidem, & Ecclesiam matrem imperialium sceptrorũ esse*, à qua scilicet imperia defenduntur. Ex quibus à contrario manifesta consurgit illatio, nullum maius exitium regnis, eorũque principibus, quàm ab impietate hæretica, schismaticaque rebellione, rectæ, Catholicæque fidei, filiali, ac salutari obediẽtiæ in Rom Pontificem, matremque Ecclesiam sanctissimos parentes collatæ contrariis, effundi posse, & ingruere. Quia tunc Deus ipse in sua sponsa, vicarioq; despectus ab impiis rebellibus, non carnalibus, sed omnipotentibus armis, & cum eo militia cœlestis, & orbis terrarum contra huiusmodi insensatos pugnare creduntur.

a Iustiniani nouell 6

b Niceph l. 16 c. 12.

CAPVT V.

De stupendo diuinarum maledictionum fulmine, effectibusque earum terribilibus contra rebelles Ecclesiæ Christi persecutores hæreticos, schismaticos, cæterosque sedis Apostolicæ perduelles, & hostes.

Tom. II.

A 1. *Diuina maledictiones tunc maximè aduersus iniquos fulminant, cùm impiorum suauiter ad tempus in terra viuentium iudicio, & opinione fallaci quiescere videntur.*

2. *Varii illi indignationis, maledictionisque diuina effectus horribiles, terribilesque tot sunt fulgura, fulminaque iustitia diuina capita nefariorum conterentia.*

3. *Maledictio offerens spiritum & potentiam maximis peccatoribus magnum diuina fulmen indignationis.*

B 4. *Alterum maledictionis diuina fulmen, impios per alios vlcisci peccatores: vt impii Ecclesia Dei persecutores se inuicem exterminent.*

FELICITAS improborũm in hac vita lubricè transiẽs, & ad tempus superbiæ caput attollẽs, infelicitas, calamitasque maxima est: qui quò terrestribus bonis locupletãtur abũdantiùs, eo bacchari furiosiùs in iura Dei, sæuireque in iustitiæ, religionis, fidei, charitatis, aliarumque virtutum oppressiones effrenatiùs oblectantur. Non cogitantes insani! Dei,[a] *cuius natura est bonitas, cuius vita est misericordia*, iram nefandis illorum sceleribus grauiter exasperatam, ad vindictam lento gradu procedere, vt erga illos impios assiduitate peccandi robustissimos in sordibus impœnitentiæ remanentes,[b] tarditatẽ supplicij tandem grauitate cõpenset. Propter hoc eleganter, & egregie[c] Philo Iudæus ait. *Magnum profectò & maius quàm plerique putant malum est humanum animum per se indomitũ, & ad flagitia ruentem, sine fræno, ac rectore sinere: cùm is etiam habenis, & scutica, & prudenti rectore adhibitis, ægre tandem coerceri queat. Quam obrem oraculum proprij Dei, plenum benignitate spem egregiam ostentat disciplina amatoribus, quod sic est editum. Non dimittam te neque deseram; nam laxatis anima vinculis, quibus illa velut constricta in bono tenebatur, maxima sequitur calamitas, à Deo deseri. Caue igitur, quoties videris quempiam, quidquid ei libuerit inoffensè, & expedite facientem, mireris eum tanquam fortunatum, sed potiùs, vt infelicem misereare, cui scilicet virtutum sterilitas, vitiorum autem vbertas perpetuo contigit.* Hæc ipse. Nam post longã Dei grauissimos peccatores ad poenitentiam clementissimè præstolantis patientiam in ista bonorum caducorum, fallaciumque copia ab illis illusam, despectamque, grauissimus eos valde sua opinione securos, nihilque de proxima calamitate metuentes, dicto citiùs vltionis diuinæ turbo percellit. Impiam grauissimorum peccatorum in maximis sceleribos lasciuientiũ, Deique iudicia in effectibus suis terribilia deridentium, in suæ abundantia prosperitatis, vitam nondum diuinæ maledictionis ictam fulmine mirando propheta Deum sic alloquebatur.[d] *Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum? Veruntamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur, & bene est*

Infelicissima improborum in hac vita prosperitas.

a S Aug 1. Soliloq. S. Dion. l. de diu. nom.

b Lactant. l. de ira.

c Phil Iud. l. de cõfusione linguarum.

C

D

A Deo deseri calamitas maxima.

Despectam ab improbis longam Dei misericordia volentis patientiã tandem maledictionis vltionisque fulmen sequitur.

d Ierem. c. 12. v. 1.

omnibus, qui præuaricantur, & iniquè agant? Et ille propheta qui[a] *super senes intellexit, cui Deus abscondita, & occulta sapientiæ suæ manifestauit*, hanc impiorum fœlicitatem magis admiratus stupebat, nutabatque constantia exclamans.[c] *Zelaui super iniquos pacẽ peccatorum videns*. Quid plura? *Mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei, &c*. Sed expectando paulisper, de iustitia Dei contra peccatores diutiùs in scelerum abominatione gloriantes terribilia, stupenda, horrendaque cognouit, quod ingenuè sic postea confessus est.[d] *Veruntamen propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationem? Subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam*. Exitu nefariorum funesto, miserrimæ prosperitatis acta probantur, quámque illi in suarum fertilitate fallaciũ deliciarum, fallarumque prosperitatum miseri, & infœlices extiterint, calamitates securæ testantur. Quid est hoc? In impio nisi calamitas extrema![e] *Vidi impium exaltatum, & eleuatum super cedros libani*. Sed quàm infelicem, funestumque exitum exaltatio hæc sortita sit, audiamus.[f] *Transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius*. Quid verò Ieremias postiuam Deo factam interrogationem; *cur via peccatorum prosperatur?* Post longam in peccatis sordentium prosperitatem.[g] *Congrega*, inquit, *eos, quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis*. Scilicet taurorum instar, qui sacrificio destinati copiosiùs impinguantur, atque saginantur, vt acceptiùs Deo mactentur: Sic illi nefarij;[h] *qui in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellantur*, seculi huius affluant amœnitatibus; bonisque terrestribus incrassati pinguescant, vt postea prolõgantes impietates suas, & ex deliciarum transiturarum adipe sua scelera deriuantes, maledictionis diuinæ fulmine contriti temporalibus, æternisque supplicijs viui, mortuique torqueãtur. Vnde postea de iisdem perditis, & ad tempus terrenæ abundantia prosperitatis exultantibus, sed illico in miseriarum profundo sepultis ipse propheta dicebat.[i] *Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt, hæreditatem acceperunt, & non eis proderit. Confundemini*, ô impij' *à fructibus vestris propter iram furoris Domini*. Huius subitæ ex alto prosperitatis, perituræque gloriæ vertice in extremæ calamitatis abyssum mutationis exempla produci possunt innumera, quæ breuitatis causa subticeo, vnius solummodo facta mentione, Callinici videlicet Patriarchæ Constantinopolitani. Qui cùm diu, moltúmque furiata mente contra Vicarium Christi, sedemque Apostolicam suæ rebellionis ceruices schismaticus extulisset; in eandemque rebellionis, contumaciæque dementiam animum Iustiniani iunioris Imperatoris (qui Rhinotomos abscissis naribus dictus est) malis artibus, fraudibusque nefandis impulisset: quo tempore suæ perfidiæ, rebellionisque fructibus, id est Imperatoris à se corrupti fauoribus potiri cogitaret, magnas fortunas, honores, bona plurima speraret, gratiamque principis expectaret, illico vndique se ærumnis, miserijsque circumuallari, obruique persensit. Quæ mens, & voluntas principis ab eius amore alienata, in eum magnæ facto indignationis impetu profuderunt. Nam huius Imperatoris edicto oculis orbatus, magnis affectus contumelijs, alijsque pœnis Romam in exilium relegatur, spirituali principi Christi Domini vicario

a Psal. 118. v. 100
b Psal. 5a.
c Psal. 72.
n
Impij non cogitando vltiones diuinas citò conteruntur.
d Psal. 72.
e Psal. 36.
f Ibid.
g Ierem. c. 12. v. 4.
h Psal. 72.
i Ierem. ibid. v. 13.
Callinici patriarchæ ob rebellionem in Rom. pontificẽ ex alto prosperitatis solio in grauissimam lapsus miseriã

A tradendus, quem tot antea calumnijs, opprobrijs, odijs, rebellionibusque vulnerauerat. Vt[k] Theophanes, Cedrenusque scriptores Græci memoriæ prodiderunt. Cæca, & insana persuasio superborum contra Dominum Christosque eius bellantium! credere cum sceleribus, rebellionibusque suis aduersus Ecclesiam Dei, solioque præfectos regni Christi posse pacificè, feliciterque viuere! Hoc stulti quidem, dementesque populi credunt,[l] *Qui fortunam tyrannorum*, inquit Philo Iudæus, *suscipiunt, quibus non alia est quodlibet agendi lex, & regula, quàm propria ipsorum libido. Quoniam quia nullo obsistente proni volunt, explere possunt, fortunatos iudicant: sed profectò lugenda magis, & gemenda illorum est conditio: nimirum impia, & infirmitas malis prodest, bonis verò potentia cum*

B *opibus*. Quę si possideant ad tempus improbi dum illis ad scelerum suorum triumphos abutuntur, illico mutata sceleratæ, dissolutæq; vitæ prosperitate fallaci, turbulentis ærumnarum multatum tempestatibus Deo vltore concutiuntur; eo potissimum tempore, quo securiùs illi fausta omnia reprobi præstolantur. Quod Ieroboamo principi Dei beneficiorum ingratissimo contigit. Qui de stercore, seruilisque fœce conditionis, in regalis maiestatis arcem thronumque super decem tribus Israel, iusto Dei iudicio, Roboami filij Salomonis obedientiæ subductas sublimiter eleuatus: quo tempore sibi cæcatus amentia persuasit, se cum sua posteritate beatum fore: si discusso legis diuinæ, veræque religionis iugo, conculcatisque superbiæ, contumaciæque fastu, Dei man-

C datis per Ahiam Silonitem prophetam ipsi delatis, decem illas tribus idololatriæ nefandæ subiugaret, easque ne in Roboam regis obsequium redirent, templi Hierosolymitani, vt ibi vero, solique Deo sacrificarent, & sacrificando litarent, aditu prohiberet. Sed demẽs, & infelix omnes tandem in se, suosque calamitates, infortunia, atque dolores ex illo idololatriæ, rebellionisque cõtra Dei mandata, legesq; fonte redũdare cognouit. Qui in peccatis obdurescens, putrescensque, sui cordis obstinatione rebelli, *sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas*, ne *vocem incantantis sapienter* audiret, super petras aures aggrauans, ne Dei ad pœnitentiam longanimitate misericordi vocantis salutaria illis monita perciperet, ex altissimo maiestatis regiæ solio in miserri-

D mam mterirus, exitúque funestissimi sortem, cum tota posteritate, stirpeque præcipitatus expirauit. Sic enim de hoc calamitosissimo huius Deo ingratissimi cum tota familia principis exitu sacra Scriptura loquitur.[m] *Propter hanc causam peccauit domus Ieroboam, & euersa est, & deleta de superficie terræ*.[n] Etenim Nadabi filij huius Ieroboam, qui ab interitu patris, duorum annorum spatio regni Israel habenas, non sine magna rerum perturbatione tenuerat, Baasa manus suas sanguine cruentauit, totamque sacrilegi, hæretici, schismaticique regis familiã Deo permittente, prout Ahias propheta prædixerat, ferro, flammaque deleuit. Sic enim Deus aduersus impios, sæpiùs suæ maiestatis tremendæ blasphematores, religionis, Ecclesiæque suæ perduelles, dum vindictæ diuinæ tempus appropinquare non credunt, iustitiæ suæ fulmina torquet; vt cæteri serio perhorrescant, cæcique in diuinæ nubibus indignationis ignes.

Terrificant animos, ac inania murmura miscent.

k Theoph. & Cedrenus.
l Phil. Iud. l. de confusione linguarum.
3 Reg. c. 12. 13.
Ruina tota, extremaque calamitas Ieroboami regis eum totastirpe ab eo fonte idololatria, rebellionisque contra Dei legem, à quo summã æternamque prosperitatem sibi promittebat.
m 3 Reg. c. 15.
n 3 Reg. 15.

Vt qui peruersi diuinæ misericordiæ mansuetudine non flectuntur horribili vltricis sceleris inſtitiæ tonitruo, fulgureque perterriti cooerceantur, ne conterantur, & euertantur.

2. Pars. Terribiles diuinæ maledictionis effectus, qui sunt tot fulmina diuinæ iustitiæ. a Psal. 92.

ᵃ *Mirabiles elationes maris. Sed mirabilis in altis Dominus*: imo terribilis, qui ex nubibus cœli ſuæ indignationis in impios ſuæ contemptores majeſtatis ignes, & fulmina iaculatur. Cuius quot vltiones, & maledictiones à criminum, ſcelerumque contagione prouocatæ, tot fulmina ſuper verticem impiorum capitis, magno cum terribilis interitus, exitiique fragore tonantia perhibentur: adeò vt illi cū pro pheta merito cuilibet exclamare liceat. ᵇ *Quis ſimilis tui in fortibus Domine? Quis ſimilis tui magnificus in ſanctitate, terribilis, atque laudabilis faciens mirabilia: extendiſti manum tuam, & deuorauit eos terra* (hoſtes videlicet tuos tuæ Eccleſiæ, populique fidelis Pharaoni ſimiles oppreſſores) *Deus magnus, & terribilis, ipſe conſumet nationes has*, (nempe peccatrices, atque rebelles Eccleſiæ Dei) *in conſpectu populi acquiſitionis gentis ſanctæ* (in gremio ſanctiſſimæ matris conuerſatione commorantis) *paulatim, & perpartes*. Dicamus Deo enim propheta regio. ᶜ *Quàm terribilia ſunt opera tua Domine, in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui*. Tanta nempe tuæ ſummæ virtutis eminentia, tantum fortitudinis omnipotentis, ineffabiliſque potentiæ robur eſt, quę tuos omnes hoſtes mendacij conuincant, qui te his multo minora poſſe non credunt, & arbitrantur. Inter indignationis, iræque diuinæ tonitrua, fulminaque maledictionis illud magnum, quo ſapientia, potentiaque in principibus contemnuntur, dum à vero Dei cultu, fideque Catholica, hæreſeos, ſchiſmatiſque furoribus auertuntur: cæci, & imbecilles malitia, erroriſque nefandi ſordibus effecti, vt neque miſerias inſtantes, ſuiſque imminentes capitibus aſpicere præ cæcitate, neque eas auertere, præ infirmitate valeant. Verè terribilis Deus ſua manu iuſtitiæ fulmina portans, & contorquens in ſuæ religionis, & Eccleſiæ iuratos hoſtes. ᵈ *Qui aufert ſpiritum principum, terribilis apud reges terræ*. quos à ſuæ cultu religionis exorbitantes, & à ſuæ ſponſæ Eccleſiæ, ſediſque Apoſtolicæ obedientia recedentes cæcitate mentis, ſpirituſque vertigine percutit omni potentia, viribuſque priuatos. *Sapientia namque vera, ſalutariſque potentia* (vt præclare S. ᵉ Thomas obſeruauit) *vera Catholicaque religionis germana, comitesque eſſe creduntur*, itaque eū illa ſocietate conſpirant, vt ſine illa nulla ratione ſubſiſtere valeant; illa nutante, ruant; illa languente, viribus elidantur; illa moriente, penitus extinguantur, & intereant. Quod veriſſimum eſſe longa exemplorū inductione facile eſſet oſtendere, ſi capitis anguſtiæ, moderatique termini paterentur. Quot enim principes, populoſque vera ſapiētia, indomitoque potentiæ robora munitos, indeque victoras, triumphatoreſque Dei hoſtium inueniremus, quòd ſincera Chriſti fide, Catholicæque religionis ſanctitata micantes Eccleſiæ ſanctiſſimæ, Chriſti D. ſponſæ, eiuſque ſummo paſtori Chriſti D. vicario plenitudinem honoris, obſequij, reuerentiæ, dilectioniſque ſincerę conſecrarint? Contra verò miſeros quamplurimos, infatuatos, & debiles, prodentia viriſuſque deſtitutos offenderemus, quòd circa fidem naufragi, Babylonicæ meretricis poculo inebriati, lucem Catholicæ veritatis clariſſimam in ſa ipſis extinxerint, & Eccleſiæ matris ſanctiſſimæ, ſediſque Apoſtolicæ iuſſa reuerenter, imperiaque ſubire contempſerint.

b Exod. c. 15. v. 11. 12.

Deut. c. 7. v. 21

c Psal. 65. v. 3.

2. Maledictio auferens ſpiritum, & potentiam in mentis peccatoribus magnum diuinæ fulmen indignationis.

d Ps. 75. v. 12.

e S. Tho. opusc. 20. l. 2. de regim. princ. c. 16. in fin. Vera religionis germana, & comites ſapientia, & potētia.

Sed quale illud diuinę fulmen indignationis eſt, quo nefariorum ſuæ maieſtatis hoſtium capita Deus per alios hoſtes impietatis cognatę conſortes, & hos per alios ſicque de cæteris conterit, & euertit? Vt continuata vltionum in execrabiles vita, doctrina, moribuſque nefandis ſerie, fulmine diuinæ iuſtitiæ in diuinæ nubibus iræ murmurante, poſtea magno enim fragore ex illis erumpente ſcelerati omnes Dei contemptores, Eccleſiæ perſecutores, viſibilis Chriſti vicarij, ſpiritualis congregationis Chriſtianæ principis oſores, ſacrique inter ſe as Chriſti monarchias fœderis oppreſſores, eum tēpore miſerè deſtruantur, atque de facie terræ deleti, funeſta morte dilabātur? Vt quōdam per quatuor reges gentium remotarum, ᶠ Amraphel, Arioch, Chodorlahomor, & Thadal cognitione veri numinis orbatos, agreſtes vita, morumqua turpitudine pollutos, alios quinque reges Pentapolitanæ Paleſtinæ nequiores illis Deus afflixit, virgaque illius iuſtitiæ vigilante deſtruxit: ſicut per Aſſur alias nefarias gentes populoſque proſtrauit, quem propterea, ᵍ *virgam furoris ſui nominauit*. Sic ʰ ad vlciſcendas Indæorum contra ſe patratas impietates, eoſque propter illas variis vexandos afflictionibus Chaldæorum miniſterio, viribus, & armis vti voluit, ⁱ quos poſtea tanquam ſuæ maieſtatis læſæ reos, & oſores, per Medos, Perſaſque conſumpſit: ᵐ Perſas verò per Græcos, qui ⁿ deinde labentium annorum fluxu, progreſſuque temporis à Romanorum armis victi, ſuperatique perierunt. ᵒ Quos poſtea virtute ſceleribus inquinatos variis per barbaros, ferinoſque populos Gothos, Hunnos, Vuandalos, Longobardos alioſque erudelitatibus immanes, calamitatibus per multos annos, ærumniſque percuſſit. Malos verò Chriſtianos impiis motibus, operibuſque depratatis ſanctitatem fidei, religioniſque Catholicæ turpiter adulterantes per nefarios hæreticorum, ſchiſmaticorūque furores oppreſſit: hos verò tandem crudeliſſima Turcarum, Saracenorumque tyrannide, duriſſimaque ſeruitute tribulatos, contritoſque perdidit. Hoc modo variis ſuæ iuſtitiæ fulminibus omnes ſuæ maieſtatis perduelles variis impietatum fœtoribus inquinatos, Deus alternantium temporum, annorumque diuerſitate conterit, vltricibuſque indignationis, maledictioniſque ſuæ preſſuris ſubiugatos interimit. Vt adimplendum ſemper effectu tandem, quo res cumque cadant, illud regij vatis oraculū ingenuè confiteamur, certaque fide credamus. ᵖ *Deus confringet capita inimicorum ſuorum, verticem capilli perambulantium in delictis ſuis*.

3. Pars. Secundum maledictionis diuinæ fulmen impios per alios vlciſci & hos per alios, vt impij Eccleſiæ Dei perſecutores ſe inuicem conſumant, & exterminent.

f Gen. c. 14. v. 1. 2.

g Eſai. c. 10. h 4 Reg.

i Eſai. c. 13 v. 17 &c.

m 1 Macha.

n Plut. in Alexandro.

n Plut. in Pau. lo Æmil. &c.

o Procop. de bello Gothorum & Vuand. Paul. Diacon. &c.

p Pſ. 67. v. 22.

CAPVT VI.

Deus in puniendo grauissimos peccatores suam potentiam simul, & misericordiam manifestat. Quod solennium, terribiliumque vltionum diuinæ iustitiæ in maximos peccatores terræ comprobatur exemplis.

1. *Sex inter omnia vltionis diuinæ in peccatores fulmina ab orbe condito præcipua, magisque terribilia hic enumerantur.*
2. *Præter supradictas vltiones generales septima additur, magnum vltionis diuinæ fulmen, quod multa regna Christi Domini Ecclesiæ, sedique Apostolicæ inimica contriuit.*
3. *Octauum his Dei fulmen designatur in hæreticorum, schismaticorumque capita diruenda contortum.*
4. *Impij vires Ecclesiæ agnoscunt cum eam persequuntur.*



IN hac seuera eriminum, peccatorumque vindicta Deus ostendit potentiam, & misericordiā suam: potentiam, dum in ictu oculi ad nutum voluntatis suæ superbissimos peccatores, qui se præ magna rerum omnium temporali vicissitudini, corruptionique obnoxiarum abundantia, quibus affluebant, inexpugnabiles insolenti præsumptione credebant, exterminat. Misericordiā verò suam Deus clarissimè manifestat, dum post longam ab illis peccantibus irrisam patientiam subito tormentorum fulmine huiusmodi voluntariè peccantes, scelerūque rabie furiatos interimendo, debitas iustitiæ pœnas ad paucos, metum vero illarum ad omnes extendit: vt eos aliena cautos pericula faciant, ne sicut indurati, simili diuinæ indignationis ictu fulmine cōterantur. Quoties variis annorum, temporumque vicibus hæ diuinæ virtutes in hac peccatorum enormiū correctione obuiauerunt sibi? Atq; in his aduersus sceleratissimos diuinæ maiestatis hostes Ecclesiæ iustorumque filiorum Dei persecutores, iustitiæ, vindictæque diuinæ fulminibus deosculatæ sunt? Solennes, terribiles, stupendæque penitus, omniū ad illas cogitatione respicientium animos, horrore maximo cōsternētes huiusmodi præter cęteras diuinæ vltionis fulminū iaculationes, & eruptiones ab orbe condito ad cōterendas nefarias gentes. populosque sceleratissimè Deo, eiusque Ecclesiæ rebelles cum principibus suis extirere; quę omnibus, nisi planè mortuis, sensum resorgendi à peccatis, horrore suo præstare possunt.

Quas solū animus meminisse horret, luctuq; refugit.

Sex inter omnia vltionis diuina fulmina in peccatores ab orbe condito.

Quàm horribile illud, quàm tremendum, stupēdumque vltionis diuinæ fulmen extitit, quo in ipsius mundi conditi primordiis, vniuersum genus humanum, paucis exceptis, Deus ob vniuersam carnis corruptionem, effusosque in omne nefas incolas terrę cataclysmo generali disruptis apertisque cœli [a] cataractis; aquarum multarum inundatione deleuit. [b] Quale fuit in Sodomitas vltionis diuinę fulmen? Quū tota illa gens, regioque Pentapolitana enormiter contra naturam libidinibus inflammata, atque furens, perculsa, contritaque ignibus de cœlo missis, horribile dictu! deflagrauit? [c] Quale illud in decem plagas distributum, quo sæpius Ægyptios, eorumque crudelissimum in filios Dei Israelitas regē Pharaonem corde penitus sopra petras induratum, propter eorum vexationes in hos Dei electos populos immanissimas, percussit Deus contritosque vexauit? Tandemque in obstinata contumacia, impœnitentiaque perseuerantes cum rege suo rubri maris fluctibus absorpsit? [d] Quàm terribile diuinæ vltionis illud in Babylonios, Chaldæosque fulmen? Quo propter nefandissimas cuiusque generis superstitiones, propter execrabiles sacrarum rerum profanationes, crudelissimasque contra electos Dei populos immanitates eos Medorum, Persarumque gladiis internecionibus, vastationibus, flammisque destruxit? Quàm seuerum, & asperum, quàm atrox, exitiale, quàm terribile penitus, & horribile maledictionis illud diuinæ, & vltionis extremæ fulmen toties iteratum? quo Iudæos propter horrendas multiplicesque idololatrias, propter cruentatas innocentium cædibus in sanctissimæ religionis, honorisq; diuini destructionē abominationes, propter sanctorum Dei prophetarum trucidationes: & quod omnem superat abominationem, quod summæ impietati extremum est, supra quod scelus nullum subsistere potest, propter nefandissimam, immanissimam, turpissimāque omni execratione maiorem Saluatoris nostri necem tam varia crudelique passione consummatam, Deus ipse variis captiuitatibus, seruitutum turpissimarum asperitatibus, & quidem atrocissimis calamitatibus, ęrumnisque contriuit? perpetua patriæ regnique vastatione, nationis exterminatione, necnon miserrima per omnes gentes, populosque mundi relegatione dissipatos, ignominiosoq; captiuitatis durissimæ iugo grauatos extinxit? Quibus omnibus diuinæ maledictionis, iræque contra nefarias gentes, populosque Deo, Ecclesiæque rebelles fulminibus non minùs illud fortè terribile, & enorme videbitur, quo Deus Græcos in suis impietatibus obstinatissimos, hæresibus, schismatis, rebellionibusque contra sedem Apostolicam, supremamque in Ecclesia Dei potestatē, & authoritatem Rom. Pontificis execrabiles, funestissima omnium rerum desolatione, ruinaque consumpsit. De quorum miseriis extremis, calamitatibusque stupendis, propter rebelliones istas capitibus huius libri postremis tractationem, Deo duce, copiosam, pro instituti nostri ratione sumemus.

1. Diluuium. a Genes. c. 6.
2. Sodomitarū incendium de cœlo. b Genes. 19.
3. Plagæ Ægypti, & mors Pharaonis, & exercitus eius in mari rubro. c Exod. 6. & 14.
4. Babyloniorū Chaldæorumque vastatio. d Esai. Ierem.
5. Varia & multiplex Iudæorum destructio.
6. Destructio, & ignominiosissima Græcorum captiuitas, propter sua schismata, & defectiones ab obedientia Romano Pōtifici.

Ac ea quidē sunt magis vniuersa, solenniaque, maioribus tumentia, tonantiaque calamitatibus, & exitiis contra peccatores enormiter impios indignationis, maledictionisque diuinæ fulmina. Præter quæ, quàm multa alia grauissima, maximéque terribilia variis in orbis terrarū locis aduersus sceleratos, nefarios populos, principes, aliosque cuiusque conditionis status, & generis Deo, Ecclesiæque rebelles, diuulgato per orbem terrarū Euangelio Christi fulmina in honorū scriptorū fide dignorū monumētis consignata repe-

2. Pars. *Multa regna, ira, furorisque diuini fulmine contrita quod Ecclesiæ Christi Domini, sedique Apostolicæ obedire noluerint.*

a Micheæ c. 5 v. 8.

riemus? Qui salutari diuinæ eloquentiæ more Apostolorum, eorumque successorum suauissimè tonanti ictu fulmine populi, obediendo huius benefico cœlestis eloquentiæ tonitruo salui facti sunt: qui verò rebelles huic diuini tonitrui voci reluctando, terribili, exitialique vindictæ, furorisque diuini contriti fulmine periere. Quod Michæas Propheta his verbis lõgè ante prædixerat. [a] *Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi leo in iumentis sylnarum, & quasi catulus Leonis in gregibus pecorum, qui cum trãsierit, & conculcauerit, & ceperit, non est qui eruat, & exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt, & erit in die illa dicit Dominus: Auferam equos tuos de medio tui, & disperdam quadrigas tuas, & perdam ciuitates terræ, & destruam omnes munitiones tuas.* Quem locum eleganter, eruditione profunda Theodoretus exponens ait.

b Theodoret in Micheam. *Apostoli cum leonibus similes, eorumque successores doctrina Euangelica populos ad fidem Christi, eiusque Ecclesiæ gyrũ conuertentes.*

[b] *Apostolorum principia rorie similia iaciebantur, & quemadmodum agni impietatis gramen depascebantur doctrina, & miraculis in medio luporum versantes. Postea verò quàm orbis terræ Euangelij declarationem suscepit, & Reges, & Imperatores ad numerum Ecclesiæ adscripti sunt in veritate, in hostes metus incubuit: & iumentorum similes facti metu, & horrore complentur ex omnibus partibus auxilio destituti. Hi verò qui Euangelicam doctrinam docent leoninos animos gerentes, & robur cum summa libertate veritatis verbo expugnant.* Quibus conclusionem subiunxit. *Ergo hoc animi robur adipiscentur, qui verò in perfidia permanserint, suo regno spoliabuntur, & omnino peditatu, equitatuque priuabuntur, neque vrbes mœnibus munitas habebunt.* Ex quibus salutare in obedientes Euangelio, Christique regno, quod est Ecclesia, diuinæ misericordię fulmen apparet, cuius ictu benigno tacti saluantur: contra verò terribile lethiferumque iustitiæ vindicatiuæ, vltionisq; diuinæ tonitruũ contra rebelles, obstinatéque proteruos Christi Domini, eius Ecclesiæ, vicariique Pastoris œcumenici perduelles agnoscitur: cuius fragore terrifico contriti mortis æternæ tumulo deprimuntur. Quales præcipuè sunt hęretici, schismatici, libertini & alij obstinatæ malinæ Ecclesiæ Catholicæ, eiusque capitis visibilis, sob Christo Domino spirituali, & Ecclesiastico dominãtus imperio, potestati, implacabili odio dissidioque reluctantes. Contra quos per applicationem mysticam hæc diuini tonitrui intota vox intonat. [c] *Gens, & regnum, quod non seruierit illi*, non Nabuchodonolor, vt sensus literæ sonat, sed magno Regum Regi Christo, eiusque eum sponsa Vicario, *in gladio, & in fame, & in peste, visitabo super gentem illam dicit Dominus.* Quæ non tantùm de obedientia Christo Domino exhibenda, sed etiam eius Vicario sincerè, rectéque intelligenda veniunt: cùm gens, atque regnum, qualecumque sit, non obediens Christi Domini Vicario, ipsimet Christo seruire non possit, sed potiùs ipsi sæua, nefandaque rebellione reluctetur oporteat. Cùm non aliud sit in terra spirituale Christi regnum, quàm eius Vicarij Romani Pontificis: de cuius perenni duratione in hac miseriarum valle, campoque militiæ temporalis, Daniel Propheta vaticinando dixerat. [d] *Et dedit Dominus ei potestatem, & regnum, & omnes populi, &c. ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.* Quę cùm de Christo Domino Saluatore, eiusque spirituali in terris imperio dicta esse credamus, con-

3. Pars. *8. Fulmen Dei indignantis in hæreticorum schismaticorumque capita contorquenda commentum.*

c Hierem. c. 27. v. 8.

d Daniel c. 7.

A sequens est, vt cum pietate, & veritate eadem ad eius Vicarium Romanum Pontificem esse necessario reuocanda confiteamur: cùm ipse Pontifex in hoc spirituali imperio, regnoque, ipsius Christi Domini tanquam vicarius, visibilisque caput Ecclesiæ vices exerceat; nec sit alia Pontificis Romani, quàm ipsius Christi Domini monarchia, dignitas, atque maiestas: [e] *sub qua curuantur, qui portant orbem*: principes nempè seculi, populorumque orbis terrarum regnatores. Quos cum subditis Christianæ religioni mancipatos Romanus Pontifex loco Christi Domini spirituali iurisdictione gubernans, ac salutari directionis Catholicæ virga moderans, ad illud æternum cœleste Saluatoris nostri regnum, cuius nobis

e Iob. c. 9 v. 13

B suo sanguine iustitiæ portas aperuit, recto tramite, bonis cumolatos operibus meritoriè deducit. Quem quidem Christi Domini Vicarium vniuersalis Ecclesiæ sub illo rectorem, à tam salutari, religiosa, felicique ad æterna cœlorum tabernacula fideles omnes principes, populosque dirigendi functione, schismaticis furoribus auertere molientes, conantesque terribili Deus indignationis suæ fulmine percutit, tantò vehementiùs, quantò schismatis impij scelus est aliis etiam grauissimis enormius, dicente D. Augustino. [f] *Sacrilegium schismatis omnia scelera supergreditur.* Quod idololatria sceleratius, grauiusque iudicauit, ex grauitate pœnarum longè acerbiorum pœnis idololatras percellentibus; quibus tanquam vehementissimis iustitiæ, vltionisque suæ tonitruis, istud genus hominum nefario schismate pollutorũ

f S. Aug. l. 2 de baptismo c. 6

Schisma idololatria grauius qualiter dicitur.

C rũ Deus extinxit. [g] *Quis idololatriæ crimen solum vltore gladio puniera, at terra dehiscens alta barathra viscerum suorum mandante Deo pandit, vt viuos authores schismatis absorberet, descenditque ignis de cœlo, vt schismaticorum sectatores consumat.* [h] *Quis autem dubitauerit* (vt cum eodem S. Patre loquar) *hoc esse sceleratiùs commissum, quod est grauius vindicatum?* Quanta hæc fulmina? quanta tonitrua? quãtæ hę coruscationes tuę indignationis, & fulgura Deus bone, Deus immortalis? quãq; terribili fragore, impetuque mortifero, de iustitiæ tuæ manu, criminum, scelerumque vindice contra nefarios tuæ maiestatis illusores, Ecclesiæque regni tui persecutores emissa? [i] *Et intonuit de cœlo Dominus, & altissimus dedit vocem suam, & misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.* Tunc sanctissima Christi Domini sponsa omnium fidelium Ecclesia mater

g Numeri c. 16.

h S. Aug. ibid.

i Psal. 17. v. 15. 16.

D suos hostes sponsi sui armis vlciscitur, de hisque triumphalis vindictam gloriosè sumit: cùm petulantius, effrenatiusque premitur ab illis, sed nõ opprimitur. Tunc quanta sit sua virtus, suaque fortitudo Christi sui sponsi singulari beneficio collata manifestiùs illis ostendit, quantò sibi rebellantes immaniùs obsistunt. Hoc docet magnus, & Sanctus Doctorũm magister Augustinus, hæc contra Manichæos Christi, Ecclesiæque Catholicæ truculentissimos hostes verba pronuntiãs. [k] *Regnum terrenum seculi huius cuius figuram Reges gerunt, qui Saram polluere permissi non sunt, non expertum est, nec inuenit Ecclesiam esse coniugem Christi, nisi cùm eam violare tentauit. At propterea coercitũ est, in posterioribus regibus, ac eam honorauit munere, quam corruptioni suæ subdere in prioribus non eualuit.* Hoc quidem iuxta hanc Danielis prophetiam. [l] *In diebus regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum, cõminuet autem, & consumet*

4. Pars. *Impij agnoscunt vires Ecclesiæ cùm eam persequuntur.*

k S. Aug. l. 22. contra Faustum c. 38.

l Daniel. c. 2.

vniuersa regna hæc. Quam prophetiam de Romana Ecclesia spiritualis Christi in terris Imperij throno immaculato intelligendam esse probat Gnitmundus Auersanus Episcopus his verbis. [a] *Danielis locus de nostra Ecclesia luce clarius constat: ipsa enim imperium, cùm adhuc ferreum esset, cætera regna contriuit, scilicet Roma caput mundi, ipsa quoque scilicet facta Christi imperium, & solium regni eius, quod nemo negare potest, in ipso palatio Imperatoris domum obtinet Saluatoris.* Propterea Hesychius in psal. 2. vt in Græca catena legitur, ista dicere minimè dubitauit. [b] *A regno Christi, & ab eius possessione in terminos vsque terræ diuisa finem terreni principatus impositum esse.* Sicut Aggæus Propheta sub Zorobabelis nomine ita prædixerat. [c] *Subuertam solium regnorum, & conteram fortitudinem regni gentium, & subuertam quadrigam, & ascensorem eius, & descendent equi, & ascensores eorum: vir in gladio fratris sui. Hoc nimirum regnum*, Romanorum scilicet, inquit Otho [d] Frisingensis Episcopus, *circa finem suum, quem pedes significant; ferreum scilicet, secundùm Danielis* [e] *prophetiam, propter martem, fictile propter conditionem, in ea parte quæ firmior fuit, Ecclesia percussit. Dum regem orbis, non tanquam orbis Dominum vereri, sed tanquam de limo, per humanam conditionem factum fictilem, gladio anathematis ferire decreuit.* Hæc sunt victricia Ecclesiæ Romanæ, eiusque œcumenici Pastoris arma potentia Christi, & omnipotens virtus eius, quibus suos hostes contra se surgentes veluti magno vltionis iustæ tonitruo destruit, eosque propriis suis ensibus, gladiisque, quibus seipsam interimere conabantur, strenuè, fortiterque, ad interitum superbiæ, suæque tyrannidis atrocissimæ vulnerat, *instar Dauidis Prophetæ,* [f] *qui Philisthæum primo virtute Dei strauit, postmodum proprio gladio iugulauit.*

a Gnitmund. episc. Auers. l. 3. de sacram.

b Hesychius in psal. 2.

c Aggæi c. 2.

d Otho Frising. l. 6. c. 32.

e Daniel. c. 2.

f Otho Frising. l. 7. in prolog lib. 1. Reg c. 17.

CAP. VII.

Hoc & sequenti capite agitur de variis, ac funestis calamitatibus, infortuniisque miserrimis, quibus tanquam grauissimis diuinæ iustitiæ, vltionisque iustæ tonitruis principes impij, infideles, hæretici, schismaticique Dei Ecclesiæ, sedisque Apostolicæ persecutores immanissimi, contriti, perculsique sunt in vita sua, priusquam mors eorum pessima, sicque infidelissima adueniat.

1. *Post longam patientiam grauis ira Dei contra principes impœnitentes suam persecutos Ecclesiam, quod Scripturæ sacræ testimoniis ostenditur.*

2. *Diuinæ legis obseruatio, & in Deo fiducia magnam iustis prosperitatem parit; sic contra, &c.*

3. *Cæcitas, dementiaque magna grauissimè contra Deum, & eius Ecclesiam peccantium principum, suarum calamitatum, populique causas suis peccatis ascribere nolentium.*



SICVT mirabilis Deus in sanctis suis, sic terribilis in hostibus suis: vtque eius immensa bonorũ omnium in benemeritos de sua Ecclesia in sua cõfidentes misericordia, largitas, affluentiaque à fructibus ipsis agnoscitur; sic terribilis illius indignatio calamitatibus innumeris comitata contra sceleratos læsæ suæ maiestatis reos, suæque crudelissimos Ecclesiæ persecutores cum horrore, tremoreque conspicitur. Qui enim in longa patientia principes tot suorum beneficiorum ingratissima socordia, obliuioneque crassa immemores expectauit: vt conuersionis gustum aliquem salutaris acciperent, illorum peccata dissimulauit propter pœnitentiam, longoque tempore tacuit, siluitque, vt suis erga pœnitentes peccatores miserationibus indulgeret: tandem [a] *loquendo vt parturiens* nefariis, superbisque principibus indignatus exurgit, suoque illos vehementer in furore percutit. *Ipse æmulator, & vlciscens Dominus* (vt Nahus [b] loquitur Propheta) *habens furorem vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis.* In quorum interitum de seruorum, legatorumque suorum ab eis minimè receptorum pedibus excussum, sicut olim percussa [c] per Moysem Ægypto puluerem in cladem, exitiũque Pharaonis iusto, tremendoque iudicio conuertit. Quibus propterea in die iudicij tot Dei beneficiorum ingratissimè oblitis, Ecclesiæ Pastorisq; illius œcumenici iussa contemnentibus. [d] *Terra Sodomorum, & Gomorrhæorum tolerabilius erit, sic spes impij frustratur eum, vt videntibus cunctis præcipitetur.* Absalon parricida paterni cubilis incestu nefando prostitutor consilium Achitophelis vtilissimum Deo permittente despexit, vt sua expectatione cadendo miserè periret. Sic enim Scriptura loquitur. [e] *Domini nutu dissipatum est consilium Achitophelis vtile, vt induceret Dominus super Absalom malum.* Ita Deus Ægypti præfectis, atque principibus, extrema præparans exitia, ruinasque propter execrabiles eorum in ipsum Deum verum, vnicumque rebelliones, & idololatrias, eis suorum consiliorum præcipitationem, annihilationem, destructionẽque minitatur. [f] *Dirumpetur*, inquit, *spiritus Ægypti in visceribus eius, & consilium præcipitabo; & interrogabunt simulacra sua, & diuinos suos, & pythones, & ariolos, & tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium, & Rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituum.* Et postea quid sequitur? tonitruum vltionis iustæ in Dei manu ingruens, & ex ea terribiliter erumpens. [g] *Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt Ægyptum angulum populorum eius. Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis, & errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vomens.* Consilij huius insipientis, & stulti qui fructus? Quos supra idem Propheta prædixerat. [h] *Concurrere faciam*, inquit Dominus, *Ægyptios contra Ægyptios, & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum.* Magnam diuinæ legis

Post longam patientiam grauis ira Dei contra principes impœnitentes suam persecutos Ecclesiam.

a Esaiæ c. 42. v. 14.

b Nahi c. 1.

c Exod. c. 18.

d Matth. 10.

e 2. Reg. c. 17.

f Esaiæ c. 19.

g Esaiæ c. 19. v. 3. 4.

h Esaiæ c. 19. v. 13.

Obseruatio diuinæ legis.

i Esaiæ c. 9. v. 2.

obseruatio, in Dei auxilio misericordi fiducia, debitumque eius Ecclesiæ obsequium præstitum prosperitatem peperisse, sicut experientia magistra cognoscuntur, sic summam contrà miseriam illius legis contemptus, Ecclesiæque rebellio despicientibus eas propinasse sciuntur, atque ostenduntur,[a] quod præclaro vnius Iuda Regis Asa nomine exemplo clarissimè confirmatur. Qui cùm in Deum, cui magna sinceritate pietatis adhærebat, magnæ fiduciæ inclinatione propenderet, Æthiopum Regem Zaram, cum eius exercitu decies centum millibus armatorum conflato Dei pro illo pugnante manu destruxit, atque superauit, preces, votaque ad Dominum fusa, tot armatorum multitudini fiducialiter opponēs, nec frustra; nam Domino preces illius exaudiente; & vt Scriptura loquitur, *cædente contriti sunt, & exercitu illius præliante*. Contrà verò Dei mandatorum contemptus in magnam illum desperationem, ruinamque coniecit: cum spreta Dei voluntate, imperioque per Prophetas satis clarè notificato, ad mundana, ac vana remedia cæcus, insanusque cucurrit. In viribus, exercituque magno Benadad Regis Syriæ (cum quo fœdus contra Baasam Regem Israël, magnis auri, argentique impensis, [b] multis de thesauris domus Dei, & de thesauris regiis detractis, auulsisq; pecuniis ad ipsum Regem Benadad pro auxilio ferendo missis, pepigerat) potiùs, quam in Dei fidens adiutorio contrarios optatis euentus miserè sortitus est iuxta Hanani Prophetæ vaticinium dicentis.[b] *Oculi Domini contemplantur vniuersam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum. Stultè igitur egisti, & propter hoc ex præsenti tempore aduersum te bella consurgent.* Hoc diuinæ iustitiæ rectitudo deposcit, hoc Dei despectu à peccatoribus indignatio requirit; hoc iusta turpiter oppressæ, crudeliterque ab impiis, nefariisque diuexatæ tyrannis Ecclesiæ querela flagitat: vt nulli oppressores Ecclesiæ, contemptoresque eius præsulis sub Christo in orbe Catholico regnantis super fidelium animas, siue principes, siue Reges, siue Imperatores, siue quiuis alij cæteris principatus sublimitate præstantes, vitæ peruersæ cursum pacificè peragāt: quin rebellionis in Deū, eius Ecclesiā, vicariū nec nō Christi D. in terris, & improbitatis faeces bibant, grauissimis in vindictā scelerū pœnis, afflictionibusque tribulentur. Licet hęc illi vel superbè dissimulent, vel sua cæcati malitia minimè considerent, & aduertant. Cùm omnes animaduersiones illas, flagella, calamitatum, miseriarumq; pressuras de thesauris iræ indignationisque diuinæ contra flagitiosos eductas, non in scelera, criminaque sua, quibus aduersus æternam Dei maiestatem, potentiam infinitam, bonitatemque bellarunt, & eius sanctissimam sponsā variis persecutionibus attriuerūt: sed in aliquem fortuitum casum, necessitatemque fatalem, vel alias vanas, inanes, falsasque causas, ne peccare desistant reuocare soleant. Insani videre nolentes [c] *oculos Domini super regnum peccans, vt conterat illud de medio terræ*, Christumque Dominum in Ecclesia militāte per se ipsum inuisibili virtute, potentiaque ineffabili, & per Vicarium suum visibile Ecclesiæ caput, visibili iurisdictione, vsque ad consummationem seculi regnaturum, principes iniquos à suarum Ecclesiæque suæ legum obseruatione recedentes, à suæ dignitatis, principatusque solio deturbare, iustos suæ nutritios sponsæ,

a 1. Paral. c. 14.

2. Pars. *Diuina legis obseruatio, & in Deo fiduciam magnam in illis prosperitatem parit, & contra.*

b 2. paralip. c. 16. v. 2.

a 2. Paral. c. 16. v. 9.

3. Pars. *Cæcitas dementiaque magna grauissimè contra Deum, & eius Ecclesiam peccantium principum calamitatum suarum, populique causas peccatis suis ascribere nolentium.*

c Amos c. 19.

A eiusque procidentes imperiis in eorum locū misericorditer, potenterque sufficere, vt illa Sapiētis prophetia compleatur.[d] *In manu Dei potestas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem suscitabit in tempore super illam.* Quid sequitur postea? *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos.* Non minus hæc sequentia prioribus terribilia sunt pro improbis, nec minùs suauis pro iustis *Sedes ducum superborū destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit Dominus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus, terras gentium euertit Dominus, & perdidit eas, vsque ad fundamentum arefecit ex ipsis, & disperdidit illos, & cessare fecit eorum memoriam à terra.* B Tonitrua ista sunt diuinæ iustitiæ, in improborum caput elata: contrà verò suaues diuinæ miserationis, benignitatisque zephyri, in bonorū consolationem, remunerationemque principū. Audiant improbi, immitesque tyranni, alia diuinæ vltionis, indignationisque fulmina, ex eiusdē Sapientis hausta fontibus, vt territi conuertantur. [e] *Substantiæ iniustorum, sicut fluuius, siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt. Nepotes impiorum, non multiplicabunt ramos, & radices immundæ super cacumen petræ sonant.* Id est magno cum fragore contritę corruent, atque dissoluentur, & quasi impetu violento ex altissimæ rupis, scopulique cacumine præcipitatæ, profusæque commouentur, & exterminabuntur, iuxta illud Poëtæ de tyrannis, improbisque ad honores, fortunasque maximas citò sublimatis.

C [f] *Tolluntur in altum,*
Vt lapsu grauiore ruant.

Qui quantò cæteris omnibus magnitudine antestant, vt Lactantius[g] ait, *tantò maiore decidunt lapsu, quia plus habent ponderis ad ruinam, quā sunt cæteris altiores.* Vnde Esaias Propheta de talibus principibus; sua improbitate Deo, & hominibus inuisis, ad summum dignitatis, principatusque fastigium celeriter euectis vaticinando dicebat.[h] *Dat secretorum scrutatores, quasi non sint, iudices terræ velut inane fecit. Equidem neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra, truncus eorū repente flauit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos.* Quis enim nescit, magistraque non sæpiùs experientia didicit: Regum, principumque calamitates, interitusque funestos maximo mortalibus esse terrori? Quòs illico Deus illorum indignando sceleribus ab ingressu sui principatus per sæpe D de medio tollit, prole destituros, & sine liberis huius vitæ lucem cum luctu, gemituque relinquentes. Qui quandoque fracti viribus, spoliati fortunis, potētiaque collapsi in scelerum peccatorumque vindictam, amissa libertate, intolerabili seruitutis ignominiosæ iugo grauati, in dominatoris sui ditionem, seruitiumque miserè reuoluūtur. Sicut per Hieremiam Prophetā comminabatur Dominus, hæc dicens:[i] *Fortitudinem tuam, & omnes thesauros tuos in direptionem dabo: excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis, & relinqueris sola.* Ierusalem Princeps populorum, & domina gentium, regibus tuis victis, in captiuitatem missis, & interemptis, *ab hæreditate tua*, captiua miseraque pulsaberis, *quam dedi tibi, & seruire te faciam inimicis tuis, in terra, quam ignoras, quoniam ignem succendisti in furore meo, vsque in æternum ardebit.*

d Ecclesiast. c. 10.

e Eccles. c. 4.

f Claudian. l. 2. in Rufinū.

g Lactant. l. 7.

h Esaiæ c. 40.

i Hierem. c. 17. v. 3. 4.

CAP. VIII.

Exemplis aliquot confirmantur comminationes, tonitruumque diuinæ vltionis eruptiones ex Ecclesiasticis historiis, quibus in vita contriti principes impij ex beatis facti sunt miseri.

1. *Quanta impiorum Christianæ religionis, Ecclesiæque Catholicæ persecutorum diabolica phrenesis, & insania, irati Dei contra se fulmina suorum vltricia scelerum agnoscere, & nolle ea pœnitendo vitare: malleque dæmonibus, quàm ipsi vero Deo fidere: vt tribus execrabilium principum declaratur exemplis.*
2. *Multa post prosperitates caducas calamitatum temporalium fulmina in vitam Anastasij Imp. Belisarij, Tyberij Absymari, & Bardæ Cæsaris detonuerunt, vt converterentur ad Dominum, quod facere renuerunt.*
3. *Quàm miserum principibus iniquis propter sua peccata ex beatis fieri miseros.*
4. *Deus iustos principes ex magnis afflictionibus ad magnas euehit prosperitates: & contra, impios ex magnis prosperitatibus in magnas deprimit calamitates.*

NVNC fulstarum Dei comminationum, terribiliumque iustitiæ de manu eius emissorum fulminum, euentus exemplis confirmare vellemus, finis inuentu difficilior esset multò, quàm principium: ex innumeris tamẽ pauca ad ædificationem, salutaremque terrorem compendiosa narratione seligemus. Quæ quidẽ diuinæ iustitiæ tonitrua contra nefarios Ecclesiæ Catholicæ, Christianæ religionis oppressores, principes, tyrannosque contorta Iulianus Apostata non ignorauit. Quæ contra se iaculari permetiens à sacrarũ S. Martyris Babylæ reliquiarum profanatione, terribili Iuliani auunculi, & Felicis præfecti sacrilegorum pœna perterritus, nec tam Martyris virtutis amore, quàm horribilis tormenti formidine permotus abstinere voluit. [a] *Hunc nempe Imperatore æque atque Apollini* (inquit S. Chrysostomus contra gentes) *Babylæ S. Martyris virtus, & quam tum Deo haberet fiducia cognita erat: & ob id formidabat, si hoc fecisset, capsulam reliquiarum S. Babylæ in mare demersisset, ne fulmen diuinum, neue aliquem alium morbum in se ipse prouocaret. Multa enim habebat Christi virtutis tum in his qui ante se imperauerãt, tum in his, qui secum vna imperauerant spectata argumenta. Nam ex superioribus Imperatoribus hi, qui similia attentauerant,* (scilicet sacratum profanationes reliquiarũ, sanctarumque oppressiones Ecclesiarum) *multi, ii intolerabilibus calamitatibus accepti, fœda, & miserabili morte interierunt, itant cuiusdam, dum adhuc viueret sponte ex oculis pupillæ exilierint, Maximinus is fuit: alius autem furore, scilicet Diocletianus,*

a S. Chrys. l. contra gentes.

A *alius alia id genus calamitate vexatus, mortem cum vita commutauit.* Aliquando Christus Dominus Deus suum in terra Vicarium S. Petrum exurgere iubet, & *accingere gladium suum super femur potentissimè* mandat, vt suos, suæque sedis Apostolicæ inimicos vlciscatur, dissipet, atque conterat. Sicut stupẽdo plane Bardæ Cæsaris exemplo schismatici nefandissimi, sedisque Apostolicæ persecutoris immanissimi sacræ historiæ, & Annales Ecclesiastici comprobãt. De hac enim miraculosa, stupendaque S. Petri in sceleratissimum sedis Apostolicæ, monarchiæ spiritualis hostem Bardam vindicta Curopalates sui scriptor temporis hæc scripsit: [b] *Signa primum Bardæ interitum portendentia hæc fuere, trinitarum stellarum exortus, somniorum portentosa visio. Siquidem sibi visus est in somnis iste ad magnum templum cum Michaele Imperatore accedere, quasi Panegyris celebraretur. Vt igitur eò peruenere, & intra sacrum templum proces*B *sere, existimabat se videre quosdam albis vestibus indutos prætereuntes, qui ipsum ducebant ad cancellos altaris, nihilq; aliud conspexit, quàm in throno Patriarchæ sedentem quendam senem, quem Petrum esse arbitratus est principem Apostolorum: ad cuius pedes abiectus beatus Ignatius* (scilicet Patriarcha Constãtinopolitanus, quem hic impius Barda de throno Episcopali deturbauerat, vt schismaticum, pseudoque Patriarcham Photium sacrilego furore intruderet) *voluutabatur: malorum quæ sustinuerat vltionem requirens. Illum verò viri cuidam, qui aderant gladiũ dedisse, dixisseque hunc Deo inuisum* (scilicet Bardam) *in sinistro loco constitutum frustatim concide, impiumque filium* (hoc scilicet nomine Michaelem Imperatorem designabat) *numeratum his, qui sunt in dextra parte, sed simile supplicium futurum.* Quæ omnia eo ordine, quo visa sunt in somC nis euenere, vt ex eodem Curopalate, aliisque Græcorũ historiæ scriptoribus capite sequẽti videbimus. Quàm miserè, turpiterq; sua vana frustratus est fiducia, Magnũ vincendi prælio Theodosium execrabilis ille Christianæ religionis euersator, Saluatoris mundi blasphemator, eius sanctissimæ sponsæ fidelium matris Ecclesiæ crudelissimus oppressor, cultorq; dæmoniorũ Eugenius, qui à religiosissimo, generosissimoq. Imperatore miraculosa victoria superatus, miserus, opprobriisq; saturatus, quàm misero vitam postea finiuit exitio! Qui dum per dæmoniorũ fallacias, vires execrãdas, fraudesque nefandas plenam de Theodosio victoriam sibi promittit, illam Deo contra illum, eiusq. dæmonia, pro principe Christianissimo pugnante perdidit: dumque de Theodosio victo triumphos expectat, ipse triũphatus, ligatus catenis, ad Theodosium victorem, triũD phatoremque extrema habiturus mortis ignominiosæ tormẽta turpissimè ducitur. Sic enim Theodoretus; [c] *Iubet*, inquit, scilicet Theodosius, *parta miraculo victoria, tyrannum* (scilicet Eugenium) *celeriter ad se adduci. Illi igitur* (quibus hoc mandauerat Imperator) *propere collem ascendunt, in quo tyrannus ignarus rerum tam gestarum cõsidebat; cùm eos anhelantes* (scilicet à Theodosio missos) *videret, ipsa anhelitus crebritate aduentũ indicante eo celeritatem, victoriæ nuntios esse suspicatus est: rogatque num Theodosium, vt illis erat imperatum vinctũ adducerent. Cui illi; non enim, inquiunt, adducimus ad te, sed te hinc ad eum abducimus: hoc namque dedit in mandatis summus huius vniuersitatis Dominus moderator Deus. Quæ cùm dixissent, et è solio erepto-*

S. Petrus vltor mirabiliter schismaticorum monarchiæ Ecclesiasticæ persecutorum, vt Bardæ Cæsaris.

b Curopalates in Annal. an. D 867.

Misero sua vana spe frustratus Eugenius in dæmonum viribus confidens à Theodosio victus est miraculosè.

Eugenij calomitates temporales præter æternas.

c Theodoret. de victoria Theodosij de Eugenio.

vinculis iniiciunt, adducant vitulam, & qui paulò antè insolenter gloriatus fuerat, captiuum ad Theodosium deducunt. &c. Inde postea ignominiæ, opprobria, exprobrationes, irrisiones, maledictiones, pœnæ, tormenta, mors denique funestissima, tot illius horrendis sceleribus debita, tot diræ fulminum facies, speciesque hunc tristissimè perculsũ, lætantibus iustis eum cœlesti militia Catholicis: contra verò lugentibus impiis idololatrarum, aliorumque sceleratorum Christiana sacra, mysteriaque diuinę huius religionis Christi D. blasphemantium societatibus, & vlulantibus dæmoniorum turbis, vt iustissimè, sic & seuerissimè consumpserunt, & interemerunt. Vt pluribus alij scriptores Ecclesiastici Rufinus,[a] Socrates,[b] Orosius[c] cæterique commemorant.

a Rufinus. l. 2. c. 33.
b Socrat. l. 5. c. 24
c Oros. l. 7. c. 35

Mitto acerbissimos, funestissimosque variarũ percussionum, calamitatumq; temporaliũ casus, quibus tanquam violentissimis tẽpestatibus, fulminibusque Deus sceleratissimorũ Ecclesiæ suæ persecutorũ Maxentij, Maximiani, Maximinorum, Diocletiani, Licinij, Cõstantij Ariani, Apostatæ Iuliani, Valentis, similiumque bonorũ Catholicorum carnificum, religionis Christianæ, sedisque Apostolicæ vexatorum vitam, in brachio iustitiæ, suæque fortitudinis extento destruxit, & afflixit, cùm eorũ supra meminerimus. Aduersus execrabilem suæ Ecclesiæ persecutorem, nefandissimum hæreticum, hæreticos, schismaticos, atheos, aliosque in omnium improbitatum sordibus, fæcibusque volutatos, contra illam imperialibus armantem continuò viribus Anastasiũ Imperatorem Deus exacuit, vt fulgur gladiũ suum. Quem iamdiu spirituali anathematis percussum fulmine priusquam materiali tonitruo, è nubibus erumpente, contritum penitus exterminaret, grauissimis temporalium malorum ęrumnarumque famis, pestis, & gladij calamitatibus vna cum illius abominationis, impietatisque sectatoribus oppressit. Sub quarũ oppressus põdere, Dei contra se tonantis, indignantisque manum sentiens illico resipuisset, si sapuisset. Belisario duce strenuissimo, & generosissimo, qui in tribus mundi partibus Asia, Africa, Europa, de potentissimis, ferocissimisque Ecclesię, Romanique imperij hostibus, Persis, Vuandalis, Gothis, sub Iustiniani magni imperio triumphauerat, nullus ducum, principumque illius seculo gloriosior, nullus beatior, quãdiu se deuotũ, obedientẽque Ecclesiæ, patrique sanctissimo Romano Põtifici exhibuit. quẽ omnes, vt orbis miraculũ suspicere, & contẽplari lętabantur, adeo Imperatori Iustiniano gratum, dilectũ, acceptũque, *vt in percusso nũmo*, inquit Cedrenus,[d] *in altera parte se, in altera parte Belisarium armatũ affinxerit, cum inscriptione hac. Belisarius Romanorum decus.* At eodem nullus ignominiosior, contẽptibilior, miseriorque protinus euasit, simul atque in sanctissimum patrem vniuersalis Ecclesiæ principẽ Christi D. Vicariũ, Apostolicæ Cathedræ præsulem Siluerium Romanum Pontificem exilio, contumeliis, aliisque pressuris desæuire cœpit, vt Theodoræ nefariæ Imperatrici, Iustiniani Imperatoris vxori, Eutichianæ hæreseos contagione fœtenti, insano S. Siluerium Papam odio prosequenti placeret, adulationeque detestabili blãdiretur. Cœpit namque ex illo fluere, ac retro sublapsa referri huius sacrilegi ducis prosperitas, & gloria: qui conturbata rerum secundarum, feliciumque fortuna, in

Multorum Ecclesia persecutorũ breuis calamitatum narratio.

3. Anast. Imp.

Euagr. & alij in vita Anastasij Imp.

2. Pars. Multa calamitatum temporalium fulmina in vitã Anastasij Imp. sicut aliorum infra scriptorum detonuerunt vt conuerterentur

4. Belisarij ducis ex oppressione Silueri Papa facta mutatio vita funestissima

d Cedrenus in Iustiniano.

A ignominiosissimã, miserrimamq; viuendi sortẽ, conditionẽque lapsus, afflictus vitam in tenebris luctuque inglorius, irrisusque traduxit. Vt bonis omnibus, dignitatibusque spoliatus, oculis seuerissimè priuatus, excæcatus, ignominiosissimè mendicare, stipemque in poculo ligneo, vt miseræ vitæ subueniret, ore tremẽte, flagitare coactus sit. Quod Ioãnes Græcus[e] author in carmine iambico huius miseriam ducis deplorãre, Cedrenus,[f] Constantinus[g] Manasses in Annalibus, Crinitus[h] de honesta disciplina, Volateranus[i] Pontanus,[k] alij scriptores Græci, Latiniq; tã veteres, quàm moderni contra Alciatũ testati memoriæ tradiderunt.[l] *Sic altissimus*, vt sapiens loquitur, *redditor est patiens, cùm interdum vindices peccata patrum in filios, nepotes, ac pronepotes.* Et licet, vt fama est, Belisarius pœnitentia motus tot S. Siluerio factas à se contumelias, iniuriasque ægerrimo animo tulisse, ob easque dolore maximo se excruciasse dicatur: tamen, (*quia*[m] *honor regis iudicium diligit*, voluit Deus illius remissa per pœnitentiam culpa pœnas in hac vita producere temporales, ne in alteram subire cogeretur æternas.

B

e Ioannes Græcus author in carmine Iambico.
f Cedren. in comp. hist.
g Constant. Manasses in Annal.
h Crinitus de honesta disciplina l. 15:
i Volateran.
k Pontan. &c.
l Eccles.
m Psal. 98.

Tiberius Imp. huius nominis tertius, cognomento Absymarus in Rom. Pont. Ioannis 6. conspirans authoritatẽ, atque spiritualẽ principatũ, & eum misso à se contra illũ Exarcho opprimere volens, imperiũ in Italia perdidit, & postea[n] toto, cum vita, truncatione capitis, ablato imperio priuatus est. quem ad interitum secuti sunt nobiles plurimi, multo cum sanguine capitis abscissione mulctati, qui cum eo ad deturbandum de solio imperatorio Iustinianũ iuniorẽ coniurauerãt.

5. Tiberius Imp 3. dictus Absymarus contra Romanum Pontificem conspirãs in Italia perdidit imperiũ.

n Anastas. biblioth. in vita Ioannis 6.
o Theophan. in Annal. anno 703 & alij Græci scriptores Annalium.

Bardum Cęsarem immanissimũ sedis Apostolicæ perduellẽ, qui Imperatorem Michaëlem nefandis consiliis corruperat, corruptumque cõtra Ecclesiasticæ monarchiæ, potestatisq; sanctæ iura nimis atrociter armauerat: qui S. Ignatiũ de Patriarchali Constãtinopolitanæ Ecclesiæ cathedra tyrannico furore deturbauerat: quique in eius S. Patriarchæ locum, hominẽ nefandissimum, schismaticũ, hæreticum, omnium scelerum lernam, colluuiem cloacãque Photium pseudopatriarchã violentia crudeli, violatis Ecclesiæ legibus intruserat, grauissima perturbati animi, desperatique flagella stupendę prænuntia, atque prę ludia mortis, excruciarunt; vt Græci scriptores Curopalates,[o] Cedrenus,[p] Glicas,[q] Nicetasq.[r] testati sũt.

C

6. Bardam Cæsarem ante miserandum interitũ multa in vita calamitates afflixerunt.

o Curopalates.
p Cedrenus.
q Glicas.
r Nicetas.

Ex paucis illis improborũ principum variis calamitatum, miseriarumque turbinibus, atque fulminibus in vita perculsorũ, propter scelera multa suis inclusa rebellionibus aduersus Ecclesiam Dei patrata commemoratis exemplis, cæterorũ longè plurium similibus immersorum flagitiis ęrumnas, infortunia, funestosque rerum euẽtus in vita sua discamus. quibus exemplis in vnum caput plura velle cõgerere hominis esset intemperãter abutentis studiosi lectoris otio, & literis.

D

Nunc ad propositum diligenter & attentè cõsiderare bonũ erit quàm miserũ sit, & calamitosum principibus propter iniquitates suas contra Deum, Ecclesiamque eius, contra Christũ, eiusq; vicarium ignitarum sagittarum instar emissas ex beatis in vita sua fieri miseros. Quàm funestũ illud, & abyssi fletibus lachrymandum, cùm in principibus quondam fortunatis, & in sua prosperitate, contra veræ prosperitatis authorem Deum debacchãtibus, in eiusq. sanctissimos cultores impetu cæco desæuientibus, *Extrema gaudij*

3. Pars. Quàm miserũ principibus iniquis propter peccata sua ex beatis fieri miseros.

CAP. VIIII.

Quàm terribilia sint iustitiæ, vltionisque diuinæ fulmina, in morte tyrannorũ, hæreticorum, schismaticorumq. Ecclesiæ Christi persecutorum, sedis Apostolicæ perduellium, atque sacrosanctam charitatis, pacisque Christianæ vnionem inter vtramque Christi Domini in Ecclesia sua Monarchiam, suis rebellionibus, machinationibusque conuellere, atque confringere conantium, plurimis exemplis ostenditur.

1. *Mors peccatorum pessima dicitur, non solum propter æternos cruciatus, sed etiam ob temporales ærumnas hanc mortem circumdantes.*
2. *Exempla mortis pessimæ tyrannorum Dei persecutorum Ecclesiæ, ex sacris scripturis hausta.*
3. *Funestissima tyrannorum neces aliqua cõmemorantur, qui in Ecclesiam Dei à Christo passo vsque ad conuersionem Imperatorũ ad fidem, persecutionũ tempestates excitarũt.*

Deut. 32.



IGNea furoris Domini in impœnitentes, grauissimosq. peccatores, præsertim eos, quibus maiora longè, quàm alijs suæ beneficentiæ, largitatisque dona contulit Deus, quales sunt principes impij, non solùm in eorum vita accenditur, sed & vehementiùs in morte, vt ardeat vsque ad inferni nouissima. Propterea regius propheta dicebat.[a] *Mors peccatorum pessima, & qui oderunt iustum delinquent.* Pessimam dicit propheta mortem peccatorum sine pœnitentia animas impias exhalantium, quod eos sic expirantes cruciatus æterni, tormentaque raptos absorbeant, & sine sensus patiendi priuatione depascantur. Licet dulci naturalique mortalis vitæ cessione, pacificè vt vulgus opinatur, iacentes in lecto moriantur. *Vides*, inquit D. Augustinus,[b] *foris iacentem in lecto, nunquid vides intus raptum ad gehennam? Et qui oderunt iustum delinquent.* Id est, oppressores iustorum Dei seruorum, in Ecclesiæ matris sanctissimæ sino, gremioque Angelorum vitam æmulatione meritoria sapienter imitantiũ, in suis immanibus contra eos furoribus à via veritatis, veræque felicitatis exorbitabunt, à rectoque tramite, quo itur ad cœlos aberrabunt. Quod sua malitia excæcati serius intelligent, cum fletus, dentiumque stridore in medijs æternarum flammarum ardoribus desperando dicturi.[c] *Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia? Transierunt illa tanquam vmbra.* Sic desperati, desolatique mille dolorũ intolerabilium puncturis, aculeisque transfixi clamabũt:

a Psal. 33. v. 22.

Cur mors peccatorum pessima.

b S. Aug. in psal. 33. in illa verba, mors peccatorum pessima.

c Sap. c. 5.

Hebraismus.

A secundùm illam multorum linguæ Hebraicæ peritissimorum versionem, qui quod versio vulgaris habet; *& qui oderunt iustum delinquent*: ex Hebræo vertunt: *& qui oderunt iustum desolabuntur.* Per iustum S. Augustinus Christum Dominum exposuit, vt intelligeremus Ecclesiæ sanctæ, eiusque filiorum fide, religione, Catholicaq. charitate præstantium vexatores ipsum Christũ Dominum feritate sua, rebellione tetra, & immani persequi: iuxta illud in actibus ipsius Domini nostri Iesu Christi.[d] *Saule, Saule quid me persequeris?* *Quem iustum?* Quærit ille maximus Ecclesiæ doctor,[e] *nisi eum, qui iustificat impium? Quem iustũ? Nisi Dominum Iesum Christum, qui est etiam propitiatio peccatorum nostrorum. Qui ergo hunc aderiuntur, mortem pessimam habent: quia in peccatis suis moriuntur, qui per eum Deo nostro non reconciliãtur.*

B Quamuis autem causa præcipua propter quam mors peccatorum pessima sit, cruciatuũ, quibus nihil intolerabilius excogitari potest, æternitas esse credatur: tamen hac etiam ratione, causaque huiusmodi sceleratorum hominum, mors pessima iudicatur: quod Deus ipse post longã patientiam, suæque extensionem misericordiæ sceleratorum vltor pœnitere renuentium, horrendis, terrificisque suæ iustitiæ, & indignationis tonitruis huiusmodi nefarios suæ blasphemos gloriæ, immites, tetrosque suę persecutores Ecclesiæ in morte sua grauissimis attritos ęrumnis obruere, & extinguere soleat. Quod exemplorũ inductione, siue ex sacris petitorum scripturis, siue ex Ecclesiasticis ante conuersionem ad Christi fidẽ imperatorum, principumque terræ monumẽtis extractorum, siue ex Catholicis post illorum principum, imperatorumque conuersionem historia

C clarissimè constare poterit. Non sine causa Philippensibus consolationem in Christo Iesu, constantiamque ad patienter pro illo mala toleranda persuadendo dicebat Apostolus.[f] *In nullo terreamini ab aduersarijs: quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc à Deo.* Quis enim nescit docente spiritu sancto per os prophetarum, apostolorum, doctorumque sanctorum perniciosissimas illas humano generi pestes, nefarios Dei Ecclesiæ, regnorumque Catholicorum iuratos hostes, (quibus nullus acceptior ludus est, quàm Christianæ religionis extinctio, iuris diuini, humanique prophanatio, sanctorum Dei seruorum cruor, & internecio) veluti iræ diuinæ, correctionisque virgas esse? quibus suos Deus ab officio paulisper, quandoque grauiter aberrãtes erudiendo castigat, vt castigati conuertantur, at-

D que ad salutis portum prospere redeant? Vel esse flagella, quibus iustos, fidelesque maiestatis suæ seruos in Ecclesia sua militante patitur exerceri, vt sicut igne aurũ puriores, & ita beatiores euadant? Quæ postea rapacibus suæ iustitiæ, & vltionis ignibus, flammisque scelerum vltricibus deuoranda, vrendaque mandat? Inde fuit quod ad laudes Dei populi, gentes ita Moyses inuitauerit.[g] *Laudate gentes populum eius, quia sanguinem seruorum vlciscetur, & vindictam retribuet in hostes eorum.* Cædes tristissimas, funestissimos exitus, ruinas, & exitia contemplemor, quibus Ægyptios Pharaonem, Seon, Amorrhæorum, Og regem Basan, Chanaan, aliosque reges electi sui populi vexatores in excessu furoris sui Deus extinxit, qui in eum finem, vt Dauid propheta loquitur.[h] *Eduxit nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit. Qui pro-*

d Actor. c. 9.

e S. Aug. in psal. 33. v. 22.

Præter cruciatus æternos mors peccatorum dicitur pessima, propter ærumnas afflictionesque quibus Deus mortem peccatorum temporalem circumdat.

f Ad Philipp. c. 1. v. 18.

2. Pars. Exempla mortis pessimæ tyrannorum Dei persecutorum Ecclesiæ ex sacris literis hausta.

g Deut. 32. v. 43.

h Psal. 134. v. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

A *duxit ventos de thesauris suis, qui percussit primogenita Ægypti ab homine, vsque ad pecus, & misit signa, & prodigia in medio Ægypti, in Pharaonem, & in omnes seruos eius. Qui percussit gentes multas, & occidit reges fortes: Seon regem Amorrhæorum, & Og regem Basam, & omnia regna Chanaam. Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo.* Quale furoris diuini tonitruum, stupenda illa mors schismaticorum sacrilega rebellione Ecclesiæ, populique Dei principibus Moysi, & Aaron reluctantium Chore, Dathan, & Abiton extitit?[a] Quos cum sectatoribus, tabernaculisq. terra dehiscens viuos absorpsit, gehennæq. ignis æterni detrusit? Quanta iræ Dei, furoris, indignationisq. [b] fulmina in Babyloniorum, Assyriorum, Medorum, [c] Moabitarum, [d] Philistæorum

a Numer. c. 16. v. 12. &c.
b Esaiæ. 2.
c Hierem. 3.
d 1. Reg. 2.

B reges varios, tam horrenda, terribili, stupendaque morte, tot cumulata, fœcundaq. tormentis mactatos, contritosq. deronuerunt? Quid illa Iudæorum Megera, Iezabel, tot prophetarũ sanguine crudeliter inebriata? Quo tandem diuinæ vindictæ, iustitiæq. icta fulmine expirauit? [e] Quã ex altissima palatii fenestra in terram præcipitatã famelici canes dente crudeli totam, ad ossa vsque deuorarunt? Mitto funestos illius mariti Achab, Ioram, aliorumque impiorũ regum Israël interitus, necesq. crudeles. Quid ille (vt cæteros antiquiores Dei, Ecclesiæque teterrimos hostes, eorumque ex hac vita miserabiles, & horribiles exitus silentio præteruolem) crudelissimus populi Dei carnifex immanissimusq. ministrorũ Ecclesiæ Dei tortor sacrilegus, sacrarum rerum, templiq. admirabilis, super omnia mundi miracula prophanator Antiochus? Nunquid expertus

e L. 4. Reg. c. 9. 10.

C didicit, quàm terribilia sint indignationis, furorisque diuini contra suæ maiestatis hostes, suæq. vastatores Ecclesiæ fulmina? Quamque sit [f] *horrendum incidere in manus Dei viuentis?* [g] *Nam qui vniuersa conspicit Dominus Deus Israel, percussit eũ insanabili, & inuisibili plaga. Vt n. finiuit hunc ipsũ sermonẽ* (quo scilicet blasphemando contra Deũ superbéq. locutus est se venturum Hierosolymã, & congeriem sepulchri Iudæorum eam facturũ) *apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta, & quidem satis iustè: quippe qui multis, & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera: licet ille* (in tormentis illis) *nullo modo à sua malitia cessaret.* Nam induratus corde, vt alter Pharao, super pettas præ obstinatione superbiæ, furorisque incensus ardore. [h] *Ignem spirans animo in Iudæos præcipiebat accelerari negotium.* (Ferro nempe, flammaque vastãdi Hierosolymam, eãque in cineres, tumulumque Iudæorum redigẽdi) tunc renouatus diuinæ contra eum iustitiæ tonitrui fragor, & impetu ingruit, quo [i] *contigit il-*

f Hebr. 2.
g L. 2. Mach. c. 9. v. 5. 6.

Horrendus Antiochi immanissimi Dei Ecclesiæ in Iudæa persecutoris interitus multis, maximisque conglomeratus cruciatibus.

D *lum cum fortiata celeritate ad Iudæorum Dei populi trucidationes euntem de curru cadere, & graui corporis collisione vexari. Isque, qui sibi videbatur etiã fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram, in gestatorio portabatur: manifestam Dei virtutem in semetipso contestans. Itaut de corpore impij vermes scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius, & fœtore exercitus grauaretur: & qui paulò ante sydera cœli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare.* In quibus fœdis cruciatibus, [k] *Orabat hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus.* Quia desperatus, nõ propter offensas Dei,

h Ibid. v. 7.
i Ibid. v. 8.

Vermibus putrefactus & horribiliter fœtens viuus absumitur, & deuoratur Antiochus.

k Ibid v. 13.

A quas nefandissimis sceleribus, criminibusq. patrauerat, sed propter intolerabiles cruciatus, à quibus optabat eripi, impia sine fide vota precesque sine vera pœnitentia fundebat. Sic misertimus omniũ relictus ab hominibus, possessus à dæmonibus, in immanissimis tormẽtis illis eiulãdo, vociferando, gemendo, lamentando, sceleratissimã exhalans animam, ad pœnas properauit æternas. Quis diceret in horrẽda illa tã nefarii diuinæ religionis, Ecclesiæq. persecutoris vltione, accensũ Dei furorem, vsq. ad inferni nouissima non arsisse? Quale hoc diuinæ iustitiæ fulmen? Quod tam stupendo seueritatis extremæ fragore, furoreq. contra crudelissimũ omni truculenta barbarie, & immanitate ferina superiorẽ, infantulorũ innocentiũ carnificẽ, tortorẽ, trucidatorẽq. diaboli-

B ca rabie contra Christi D. recens nati vitã horribiliter efferatũ Herodẽ, vt taceã reliquos erupit? Vt execrabilem nimis horribilemq. necẽ, huius immanitatis super omnes truculentissimæ prodigii, describentes in stuporem lectores extra se rapiant, necnon sensum, fidemque narratis adhibendi prorsus illis adimãt? A cuius mortis maximè terribilis ac stupẽdæ, innumeris, atrocissimis, & acutissimis doloribus, tormentisq. sociatæ, vitæ sceleratissimæ flagitiis nefandissimis prostitutæ congruentis commemoratione, prolixiora fugiens, abstinebo, cùm satis omnibus nota, quam scriptores antiqui Iosephus, [l] Egesippus, [m] Eosebius, [n] & alii, satis copiosè, abundanterq. narrauerunt. Quid Pilatus ipsius Domini nostri Iesu Christi immitissimus cõdẽnator? Nonne hoc diuinæ iustitiæ fulmine in vltionẽ sceleris, tã super omne crudelissimę abominationis, immani-

Herodis S. Innocentium carnificis interitus horribilis.

l Ioseph. l. 17. antiq. c. 8. l. 1 de bello Iud. c. 21.
m Egesipp. l. 1. c. 45.
n Euseb. l. 1. c. 1. & 8.

C tatisq. prodigiũ detestabilis, & execrabilis ictus est? vt acerbissimorũ dolorũ, tormentorumque, quibus dirissime torquebatur impatiens, violẽtas sibi manus iniiciens, ipse suę sceleratæ vitæ in desperationis actus insanias interemptor extiterit? Hoc digni fide scriptores Iosephus, [o] Eusebius, [p] Eutropius, [q] Nicephorusq. [r] testãtur. Nec sacerdotes Iudæorũ nec eorũ principes, totaque gens illa sceleribus, idololatriis, impietatibus variis, & enormibus demẽtata Iudæa, ab huiusmodi vindictæ, vltionisq. diuinæ fulminibus immunes esse potuerunt: quin ab illis propter tot suas, rebelliones in Deũ, Christũq. eius Messiã saluatorẽ mũdi præuaricationes, idololatrias, hæreses, schismata, cæteraq. id genus flagitia penitus extincti, cõtritiq. corruerint, & expirarint: cũ tanta malorũ omniũ congerie, vt prope humana fide, quæ de his Iosephus, [s] Egesippus, [t] Eosebius, [u] aliiq. memorię prodiderũt, superiora esse videãtur.

Pilatò seuerissime cruciatur, & mors horribilis ob immitissimè à se condemnatũ Christum D.

o Ioseph. l. 18. ant. c. 5.
p Euseb. l. 2. c. 7.
q Entrop. l. 7.
r Nicephor. l. 2. c. 10.

Maxima in ipsum Dominum gloria, eius'que discipulos crudelitatos.

s Ioseph de bello Iudaico.

Iã verò si sacras, Ecclesiasticasq. à Christo D.

D passo, ad cõuersionẽ vsq. imperatorũ, principũq. paganorũ in Christi fidẽ, historias reuoluere velimus, sæpius murmorantia, & ingruẽtia diuinæ iustitiæ fulmina cõtra Ecclesiæ Catholicæ tyrãnos audiemus: quibus morti seuerissimæ quamplurimas cumulatæ miseriis hos iniquos principes, tyrãnosq. cõtritos Deus pro cõsolatione bonorum, pro terrore malorum (vt territi resipiscant) subiugare voluit. Suæ misericordiæ aures, sponsæ suæ precibus inclinãs, pro salute populi fidelis, proque illi procuranda fortitudine contra nefarios omnes Catholicæ religionis inimicos Moysen imitando, pro Leuitici generis incolumitate rogantem suppliciter deuoreque ita deprecantis. [x] *Benedic, Domine, fortitudini eius, & opera manuum eius suscipe. Percute dorsa*

t Egesippus.
u Eusebius. 5. Patr.

In qua funestissima tyrannorum, quien Ecclesiam Dei Christo posse vsque ad conuersionem imperatorum ad fidem fauentuns neces aliqua recitantur.

x Deut. c. 33.

inimicorum eius, & qui aderunt cum non consurgant. A His videlicet malis, infortuniisq. Christiani populi vexatores Ecclesię Christi D. sponsæ persecutores, eiusque pastoris œcumenici, patris fidelium omnium sanctissimi contemptores, & eius à Christo Domino creatæ maiestatis oppugnatores occubuisse legimus: cùm eorum doria diuinę iustitiæ, vltionisque fulmina sæuissime trãsuerberabant, cum eorum vires, roboraque impetu terrifico contrita deprimebant, & elidebãt. Vt postea refici, atque in pristinum potentiæ statum propter tot patrata scelera restitui minimè potuerint. Sicut longè ante his verbis Zacharias prædixerat. [a] *Et hæc erit plaga, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ pugnauerunt aduersus Ierusalem* (scilicet Ecclesiam Dei viui) *tabescet caro vniuscuiusque stantis super pedes suos, & oculi eius contabescent in foraminibus suis, & lingua eorum contabescet in ore suo.* Quid super hęc commentario suo S. Hieronymus? [b] *Nos autem dicemus,* inquit, *omnes persecutores, qui afflixerunt Ecclesiam Domini, vt taceamus de futuris cruciatibus, etiam in præsenti seculo recepisse quæ fecerint. Legamus Ecclesiasticas historias: quid* 1. *Valerianus, quid* 2. *Decius, quid* 3. *Diocletianus, quid* 4. *Maximianus? quid sæuissimus omnium* 5. *Maximinus, & nuper* 6. *Iulianus passi sũt? Et tunc rebus probabimus etiam iuxta litteram prophetæ veritatem esse completam; quod computruerint carnes eorum, & oculi contabuerint, & lingua in pædorem, & saniem dissoluta sit.* Quod ante hunc S. Patrem Tertullianus exemplis cõprobauit scribens ad Scapulam. [c] *Vigilius Saturninus, qui primus gladium in Christianos egit, lumina amisit,* 7. *Claudius Hermianus,* 8. *Cælius* 9. *Capella, & alij peste vastati, vermibus ebullierunt.* Si ad vetustiora respicere velimus exempla, quàm funestè, & tragicè, quàm exitu miserabili, calamitosoque mõstrum illud crudelitatis matricida Nero (qui primus immanissimæ persecutionis in Ecclesiam Dei, in eius charissimos, fidelissimosque filios pastores, & principes gladios euaginauit) terribili diuinæ iustitiæ percussus fulmine perierit, validoque illius impetu præcipitatus in æterna inferni tormenta conciderit, intelligemus. Quem profugum ex vrbe, hostem patriæ Senatusconsulto declaratum, sibi mortem manu propria cõsciuisse, vel Eunuchorum mucroni, sponte rabie tumentem desperationis occubuisse, [d] Suetonius [e] Eutropiusque commemorãt. Quis Domitiano in persequendis Christianis, opprimendaq. Christi Domini Ecclesia sæuior, & immanior? Et quis propter hoc illo in funesto mortis genere miserior, atque calamitosior? Quem ministri cõscia, coniuranteque coniuge eorundem scriptorum testimonio sæuissimè trucidarunt? Quid Traianus? Crederet quis diuinæ iustitiæ fulmen euasisse? minimè gentium? [f] quem propter acerrima, maximeque feralia in oppressionem Ecclesiæ Christi, Catholicæque religionis edicta mẽbrorum dissolutione, sensuumque stupore cor- D

a Zachar. c. 14.
b S. Hieron. in c. 14. Zachar.
Funesta mortes, & interitus exetrabiles tyrannorum Ecclesiæ.
1 Valeriani.
2. Decii.
3. Diocletian.
4. Maximian.
5. Maximini.
6. Iuliani.
c Tertull. ad Scapul.
7. Vigilii Saturn.
8. Claud. Hermian.
9 Cælius Capella.
10 Neronis miserabilis exitus.
d Sueton. in Nerone
e Eutrop. l. 8.
11 Domitiani mors crudelis.
12. Traiani.
f Lamprid. & alii in Traiano

A reptum misere vita cessisse, Romanorum scriptorũ monumenta testantur. Quanta verò morborum genera, quantę ęgritudines, cruciatusque corporis Hadrianum Traiani successorem illius sæuitiæ in opprimendis dira persecutione Christianis æmulatorem, ad tumulum, metamq. flagitiosæ vitæ traduxerint, supra notauimus, terumque Romanorum scriptores Dio Cassius, [g] Ælius Spartianus, Aurelius Victor [h], Eutropius, [i] S. [k] Epiphanius suis literis posteritati consignarunt. [l] 14. Antoninum verò apoplexia suffocauit: quo regnante [m] sæuissima pestis, maxima ex parte imperii populos extinxit. Symrnaque ciuitas, ob crudeles in Ecclesiam Christi, fidelesq. persecutiones, graui terræ motu concussa Eusebio teste corruit. Imperator 15. Seuerus malorum, B aduersitatumque magnitudine, multitudineque tam in se, quàm in familia, domoque propria, consternatus, atque grauatus, finem vitæ miseræ per venena flagitasse fertur. [n] 16. Maximum verò tyrannum crudelissimum Ecclesiæ Christianæ flagellatorem, eiusque filios necatos, trucidatosq. Romani milites in varias partes discerptos, ex eodem Aurelio, crudelissimè lacerarũt. Quid Decius? qui tanta cũ sæuitia, furoreq persecutionũ ferocitates, immanitatesq. cõtra Christianos, Ecclesiæ Dei filios immaculatos intermissas reuocauit? nonne egresso de manu iustitiæ diuinæ fulmine tactus, hiatu terræ, vna cum filiis absorptus, expirauit? [p] Valerianus quandiu iræ suæ contra Christianos furorique pepercit, tandiu gloriosè, feliciterque in imperio vixit. Simul atque verò deceptus, atque à quodam mago diaboli ministro dementatus, grauissimarum cala- C mitatum, oppressionumque turbines aduersus sanctam Dei sponsam, eius charissima pignora, filiosque, suæ potentiæ brachium immaniter attollendo contorsit: illico se diuinæ maledictionis, vltionisque fulmine contritum esse persensit. Qui victus à Persis in Asia, viuusque in hostium manus potestatemque delapsus, ignominiosissimè, crudelissimeque à domitore suo Sapore rege tractatus est. Qui post mille opprobria, indignitates, acerbitates, contumelias, & cuiusque generis atrocitates, eum tandem viuum excoriatũ, excarnificatumque crudelissimè necari, trucidariq. mãdauit. Quantus iste est tonitrui diuinæ vindictæ furor, & fragor, tantum imperatorem ex gloriosissimo fortunatissimoque, factum omniũ miserrimum illico conterentis? Cæteros immanissimos Ecclesię Christi, Catholicorumq. sanctorum persecutores, nefarios Dei perduelles Imperatores, principesque alios prætereo. Hæc pauca de plurimis sufficiant exempla. Quanto D verò turbine Deus indignationis suæ, vindictæque iustæ contra flagitiosos principes, reges, imperatoresque suæ religionis oppressores, sagittas fulminaque contorserit, à tempore susceptæ Christianæ pietatis à Constantino Magno, sequentis capitis narratione videamus.

13. Hadriani.
Dio Cassius.
g Spartian in Hadr.
h Aurelius Victor.
i Eutrop. in Hadr.
k S. Epiphan. l. de ponderibus, & mensuris.
14. Antonini.
l Aurel. Victor
m Idem Aurel.
Beda in chron.
Euseb in chron.
15. Seueri.
n Aurel Victor 10 Seuero.
16 Maximi Aurel Vict. in eius vita.
17. Decii.
Dionys. Alexandinus apud Euseb. L. 7 c 9
17. Valeriani.
Ignominiosissima seruitus & mors crudelissima.
p Euseb. in chron an. 262
Trebell. Pollio in Galieno.

CAPVT X.

Misera mors hæreticorum principum, & schismaticorum Ecclesiæ Christi, sedisque Apostolicæ violentia crudeli persecurorum, atq; pacis Ecclesiasticæ Monarchiæ cum Catholica seculari vastatorum, 21. Memorabilibus simul, & stupendis exemplis ostẽditur. Quæ facilioris causa methodi ad tres classes reuocantur.

1. *Prima classis miseram mortem complectitur Imperatorum Constantii, Iuliani Apostatæ, Valentis Ariani, Zenonis, Eutychiani, & Anastasii.*
2. *Secunda classis in se funestissimas neces imperatorum, Regum ac principum hæreticorum, atque schismaticorum continet, nempe Leonis Isauri, Constantini Copronymi, Leonis Copronymi, Leonis Armenij Iconoclastarum, similiter Theodorici Gothorum regis Ariani, Habdarrohgman regis Sarracenorum, Bardæ Cæsaris, Michaelis 3. Imp. Arnulphi regis, Alexandri Imp. & Henrici 3. Germaniæ Imp.*
3. *Tertia classis aliorum principum & imperatorum* Ecclesiæ *persecutorum interitus, exitusq. miserabiles comprehendit, nempe Friderici 2. Conradi, Mainfredi, Petri Arragonij, & Ludouici Bauarij.*
4. *Pro conclusione, nullus princeps peccans in prosperitatibus suis leuiter transiturus glorietur, sed expauescat iudicia Dei terribilia super impœnitentes terræ peccatores.*

CVM sanctissima Dei sponsa fideliũ mater Ecclesia, quo tempore pacis iucunditatem, prosperæq. tranquillitatis fruitionem existimabat sibi dari illico, & post, annorum labentium progressu, horribiles hæreticorũ, schismaticorumq. tempestates in se, suaque charissima pignora contractis errorum, impiorumq. dogmatũ ventis excitari sensit. Quibus diu multum iactata vehementer ingemuit, gemituque lachrymabili luxit, cum in pace sua amaritudinẽ amarissimam in corde, corporeq. suo seuerissimè persentiret. Harum tamen tempestatũ, turbinũque hæretici, schismaticique sceleris authores, & artifices Satanico correpti furore Ecclesiæ Dei, sedisque S. Petri, throni Christi Domini maiestatis in terris oppressionem, vexationemq. non impune tulerunt. Vt inter eos Constantius Ariana peste pollutus magni Constantini filius, quem inter dolores, lamenta, gemitusq. suo spoliatum imperio, iusto diuinæ vltionis ictum fulmine miseram, sceleratamq. animam euomuisse supra vidimus. De cuius interitu funesto, lugubriq. hæc Ammianus Marcellinus, ethnicæ sectator impietatis. *Vrente nimio calore venas, vt ne tangi corpus eius posset, in modũ foculi feruens, cum vsus deficeret medullarum, vltimum spirans deflebat exitũ. Deinde etiam anhelitu pulsatus lethali, diuque cũ anima colluctatus, iam discessura, abijt è vita.*

Primum exemplum Constantis Ariani.

A Quem in hac insania truculentaq. Dei Ecclesiam, omnesq. eius fideles alumnos persequendi rabie Iulianus imperator telis, & machinis armatus apostasiæ secutus est. Quibus Christum Dominũ, totamque eius fidẽ eiurando dici non potest breuissimi spatio temporis, quo dæmonibus sceleratissimè seruiuit, quàm atrociter immaniterq. vniuersalem ipsius nostri Saluatoris Ecclesiam sacratissimam S. Petri nauiculam, omnesque in ea sanctos fidelissimè, sanctissimèq. ad portum salutis æternæ nauigantes oppresserit. Quem propterea citò diuinæ iustitiæ fulmen extinxit: mortaliq. diuinitus vulnere læsum contra conditorem suum Deum, Christumq. Dominũ horrendis totum aëra blasphemiis impleuisse furentem scriptores Ecclesiastici narrant, vt Theodoretus hæc inter alia dicens.[a] *Deinde cùm milites quærerentur, & ingemiscerent* B *ex improuiso eum vulneratum effundunt, rabie contra conditorem suum furentem, &c.* Et paulò post.[b] *Itaque qui ante minas insolenter iactauerat iam miserè huius profectus iacuit.* Et quibusdam interpositis.[c] *Ferunt porro ipsum tyrannum simul ac plagam acceperat, manum protinus sanguine impleuisse, illumque proiecisse in aerem, ac dixisse.* VICISTI GALILÆE, *& simul tum confessum esse victoriam, & blasphemiam (adeo enim à mente abalienatus erat) in Deum impudenter locutum.* Ad quem execrabilem apostatam, eius stupendum, horrendumq. interitum sapiens visus est respexisse, cùm dixit.[d] *Homo apostata, vir inutilis graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat,* C *hinc extemplo, veniet perditio sua, & subitò conteretur, nec habebit vltra medicinam.* Quid de Valente Imperatore nefario, pestis Arianæ sectatore, & propugnatore in fidei Catholicæ, sanctiq. Petri cathedræ vexationem acerrimo dicemus? An nõ illud in eum terribile maledictionis, vltionisq. diuinæ fulmen fuisse credimus,[e] quo superatus à Gothis fuga ignominiosa saluti consulens, in tuguriolo, quò se tutandæ vitæ causa receperat, viuus ignibus tot illius flagitiorum vltricibus, vindicibusque consumptus est? Quid Zeno impius veneno intoxicatus Eutychiano, per hyprocrisim Catholicum plerumq. simulans, vt vehementiùs nocentiusque Ecclesiã Catholicã, Romaniq. Põtificis authoritatem cuniculis, dolis, fraudibusq. nefandis, vt fecit sæpiùs, oppugnaret, quasi diuinę iustitiæ tonitruo Deus bonus contritus est? cùm Ariadnæ vxoris proditione, & Anastasii eius adulteri ex silentiario postea facti Imperatoris ar- D tibus, & dolis, viuus cum morbo comitiali laboraret, vel vt vult Zonaras ebrius vino sepultus esset, in sepulchrum deportatus est? Ibiq. excitatus à somno, lethargiaque morbi, aut cũ crapulam edormisset, & exhalasset, cùm è sepulchro vociferando, eiulando, clamando, furendo flagitaret egressum, & in suis immanibus clamoribus non audiretur, præ desperatione vnguibus ora fædans, vultum lacerans, carnes suas præ nimia fame mandens, lacertosq. deuorans, cum extremis doloribus ex hac vita furiosissimè recessit. Vt Euagrius,[f] Cedrenus,[g] Zonaras, aliq. scriptores Græci retulerunt. Hoc horribili vitæ sceleratæ dignissimus exitu, vt viuens inter mortuos deputaretur, qui mortuus inter viuentes, sacrilegus inter religiosos, impius inter pios, hæreticus inter catholicos, hypocritaq. fraudulentus, inter sin-

a Iulianus apostata.

Apostata moriens blasphemat in Deum, & contra Christum suum manu haustum in aëra proijcit sanguinem

a Theodoret. l. 3. c. 20.
b Ibid.
c Ibid.

d Prouerb. c. 6.

3. Valentis Imp. Ariani.

e Ruffin. l. 11 c. 13.

4. Zenonis imp. qui viuus sepultus crudelissimè vitam finiuit.

Euagr. l. 3. c. 29.
f Cedren in chron an 492
g Zonaras in Zenone.

A

ccie, vereq. fideles, atq. iustns voluit adnumerari: sic per fallacem simulaoionem, hypocrisimq. prodiioriam Catholicæ iudicium Ecclesiæ decipiens, Deum verò minimè qui nec falli, nec irrideri potest. Cuius licet serum, dirum tamen indignationis vindictæ fulmen tandem miserabiliter expertus est, sentiés in seipso, quod de impiis patientiæ simulachrum propheta prædixit his verbis.[a] *Innolnta sunt semitæ gressuum eorum, ambulabunt in vacuum, & peribunt: considerate semitas. Thema, & itinera Saba, expectate paulisper, confusi sunt, &c.* Huius oefarũ, hæreticiq. peruersi principis in imperio successor, & illius fraudulentus vsurpator Anastasius, qui etiam decessorem illũ criminum magnitudine, multitudineq. longe superauit, non minori maledictionis, iræque diuinæ turbine perculsus interiit. Qui cum spirituale anathematis fulmen, quod Papa Symmacho, propter nefandas persecutionis, impietatis hæreticæ, schismaticæq. tempestatas ab eo in Ecclesiã Dei, sedemq. Apostolicam diutius excitatas ictus fuerat, irrisione maxima contempsisset, materiali de cœli nubibus erumpente diuinitus repente contritus est; & ita vtriusq. salutis, animi, & corporis amissione in ictu oculi mulctatus, in momẽto descendit ad inferos. hæc .n. de stupenda, prodigiosaq. eius icti fulmine morte Zonaras scripsit.[b] *Cum aliquando tonitrua horrendũ in modũ resonarent, & fulgura multa eliderentur, atque ipse perterritus è canaculo, in canaculũ descenderet, & alios atq. alios thalamos subiret, in quodam regio cubiculo mortuus inuentus est.* His adiecit ista Cedrenus.[c] *Anastasius cũ oraculo edoctus esset, igne sibi pereundũ fore, cisternam in palatio, quæ frigida dicitur, multis meatibus aperuit, quorũ cuiq. cadus appositus esset, conatus hoc pacto oraculũ irritũ reddere. Verũ id abs re fuit, fulmine .n. diuinitus est ictus.* Quid illi profuit superbia? Quid illi diuitiarũ, viriũq. terrenarum iactantia, cõtra Deũ cœli, & terræ, rebellionibus hæreticis, persecutionibus in Ecclesiã Dei, odiis, contumeliisq. atrocissimis in Romanos Põtifices furiosè dimicanti? Cũ *de cœlo* cõtra eum sicut[d] quondã iudicũ tẽpore *contra Sisaram dimicatum fit*, non solũ orbis terrarũ, sed etiam[e] *stellæ manentes in ordine*, & cursu suo aduersus hunc insensatum diabolico correptum furore pugnauerint? Quid opus insanum Tholorũ ędificium, in modum scuti arte magici Procli, industriaque constructũ, vt scribit[f] Zonaras, illi reprobo maledictoq. principi profuit? Vt tonitrua, fulguraq. diuinæ vindictæ de cœli nubibos erũpẽtia posset effugere? Cum omnis contra Dei iudicia in cassũ frustraq. mundana laboret audacia? In eo perdirè nefario, Catholicæ religionis hoste, tã iustè terribili tonantis, fulgurantisq. Dei manu contrito sapientis illud de superbis Dei iudicia peccando contẽnentibus exacte completum est.[g] *Ibunt directè emissiones fulminũ, & tanquam à bene armato arcu nubiũ exterminabũtur, & ad certũ locũ insiliẽt.* Et illud vatis regii.[h] *Vox Domini confringentis cedros, confringet Dominus cedros Libani.* Sceleratus quippe Catholicæ persecutor Ecclesiæ Anastasios eleuatus, & *exaltatus tanquam cedrus Libani*, fulmine de cœlo tactus exuritur, conteritur, & *ita in nihilum redigitur, vt non sit amplius inuentus locus eius.* Quod contra Deum, Christumq. eius tanto tempore pugnauerit, & hæreticorũ, schismaticorumque, contra Catholicã Ecclesiam, Apostolicamq. sedem, dux, princepsq. factus Rõ.

a Iob. c. 6.

5. Anastasius imp horribili fulgure necati.

b Zonaras in Anastasio imp

c Cedrenus.

B

C

d Iudicum c. 5. v. 20.

e Ibid.

f Zonaras in Anastas.

D

g Sap c. 5.

h Psal. 29.

Pontifices Christi D. vicarios vniuersales Ecclesiæ Monarchas, Felicem, Gelasium, Anastasium, Symmachum, & Hormisdam superbissimè contẽpserit. Hunc impium, nefariumq. imperatorem pleriq. alii principes iniqui hæretica, schismaticaque abominatione facientes in suis contra sedem Apostolicam, totiusq. Catholicæ Monarchã Ecclesiæ rebellionibus, enormibusq. flagitiis consectati, similes indignationis, maledictionisq. diuinæ fulgurationes, vltionumq. fulmina suo sunt experti tempore, quæ eorum conscelerata mentis duritiem conterendo refrænarunt, eosq. nulla de patratis criminibus pœnitentia motos miserabili morte puniendo à terræ finibus in profunda inferorum vsq. barathra præcipitarunt. Vt Leonẽ illum cognomine Isaurum, Iconomachorum hæreticorum antesignanum, quem grauissimus viscerum dolor atrociter exanimauit, exanimatũque ad inferna sempiternas suarum cõtra Catholicã, Apostolicã, Romanamq. Ecclesiã rebelionũ subiturũ pœnas amandauit. Similibus mortis subitæ, cruentæ, terribilisq. fulminibus Cõstantinus Copronymus, Leo Copronymus, pater, & filius, Leo Armenius, [illegible]dem hæreseos iconomachiæ, schismatisq. contra sedẽ Apostolicã furiis agitati, extremũ vitę diẽ funestissimè terminarũt. De misera Constantini illius Copronymi morte hæc Theophanes: *Anno 35. (inchato scilicet) sui imperij mẽse Augusto 13. indictionis, exiuit cõtra Bulgaros. Constantinus, qui diuinitus est in cruribus plaga percussus, quæ græcè ἄνθραξ appellatur: & hinc febre validissima detẽtus Archadiapolim rediit, à subiectis humeris in lectũ delatus &c. Et miserabiliter in Chelandio moritur, clamãs, & dicens: viuens adhuc igni sũ inextinguibili traditus.* Similia Cedrenus anno D. 775. & alii scriptores Græci testãtur. De Leonis verò Copronymi eius filii prodigiosa nece, quæ anno D. 780. cõtigit, hæc ipse Theophanes memoriæ prodidit. *Eodẽ mense Septẽbri quarta iã inchoata indictione mortuus est Leo filius Cõstãtini hoc modo. Cũ insaniret circa lapides pretiosos, nimis adamauit coronã magnæ Ecclesiæ, & accipiẽs portauit eã. Tunc exierunt carbunculi in capite eius, & captus valida febri mortuus est*, & in magnis doloribus eiulando desperans expirauit. Et istum Romani Pontificis interemptorẽ, atq. carnificẽ[i] Ariana peste contaminatũ, barbarie Gothica ferinum Theodoricum Gothorũ regem, subita rabies, horribilisq. furor arripiens, grauissimi morbi vulnere trucidarũt. Et immanissimũ sãctorũ, fideliũq. Christianorũ Ecclesiæ Cordubensis in Hispania trucidatorem, maiestatis Dei chtoni, S. Petri cathedræ blasphematorẽ, regẽ Sarracenorũ, nomine Habdarrohgmã violẽtissimus mortis subitaneæ, & quidẽ sæuissimæ, Deo fulgurante, turbo suffocauit. At Bardæ Cæsaris, de quo supra qui tãto cũ furore Catholicos, præcipuè verò S. Ignatiũ, Ecclesiæ Cõstantinopolitanæ patriarchã in fauorem hæretici schismaticique nefandissimi pseudopatriarchæ Photii vexauerat, qui tãto cũ sacrilegio maiestatẽ Romani Pontificis irriserat, contumeliisq. vulnerauerat, quã miserãdus, funestus, ignominiosus, atq. crudelis interitus exciterit,[l] Curopalates præter alios egregiè descripsit. Quẽ omnes per insidias, & conspirationes exceptum exercitus imperatorii milites, strictis gladiis cõfertim inuadẽtes, & ad pedes imperatoris .s. Michaelis, armatorũ in se furores euitare conando prostratũ,[m] *sed inde per vim abstractũ fru-*

5. Classis.

6. Leo Isauricus Iconomachus.

Cedrenus, Zonaras & alii.

7. Constantinus Copronymus.

8 Leo Copronymus.

9 Leo Armenius.

10. Theodoricus Rex Gothorum.

i S. Greg l. 4. dialog. c. 30.

i S. Eulogius l. 2. c. 10.

11. Habdarrohgmam rege Sarracenorũ.

12. Bardæ Cæsaris miserabilis interitus.

l Curopalates anno 867.

m Ex Niceta

A crudelissimũ, Catholicorũ Gallorũ proditorem, ac trucidatorem sedis Apostolicæ contemptorẽ, Romani Pontificis hostem, eiusq. spretorẽ mandatorũ, aspere vltio diuina detonuit, in eiusq. interitũ iustissimè fulminauit. Quem Franci causæ iustæ defensores magno stipatũ exercitu generosè ac fortiter exigua manu superarunt, & ad mortẽ vsq. inter medias acies, conflictusq. vulnerarũt. Qui in quoddã oppidulũ fugiẽdo receptus ex suscepto in pugna vulnere quadragenarius extremũ vitæ diem anathematis, maledictionisq. sordibus immersus funestissimè terminauit. Sic in grauissimorum vindictam criminũ cõtra sedẽ Apostolicã, aperta rebellione cõmissorũ, planeque suæ contumaciæ prostituẽdo debitã Romanis Pontificibus obedientiã, videlicet Clementi 4. Gregorio 10. Ioanni 21. Nicolao 3. Martinoque 3. hunc regni Siciliæ vsurpatorem, Carolo Andegauensi regi legitimo hoc regnum restitue- B re iubentibus, infeliciter expirauit. Hunc præterea funestum nefariæ vitæ terminum proditor immanis iuste demeruit propter tam nefãdas, tã tetra, immaniq. proditione machinatas vesperas illas, vt vulgo loquuntur, Siculas: quas generosus tot nobiliũ Frãcorũ sãguis effusus trucidatioq. sceleratissima cruẽtarũt. Propter quod tã immane, perfidumq. scelus, Rudolphus magister equitũ, ductorq. Francorũ exercitus sub Carolo rege in misericordia, iustitiaq. Dei tã atrocis perfidiq. flagitii vindice confidens, de hoc immanissimo proditore, Francorũ in solẽmni festo per insidias, & conspirationes execrabiles trucidatore, victoriã se certò reportaturũ, cũ exigua Francorũ manu sperabat. Quẽ spes sua minimè fefellit, hæc ad pugnã strenuè, generoseq. Francos nobiles exhortãdo præter alia dicens. [a] *Francis ñ nomen non gentis sed virtutis, gloriæq. bellicæ erat. His* C *paucis annis cũ virtute inuicti apud omnes fuissemus, nefarijs artibus, fraudibusq. impijs hostes nos adorti maculã illã nobis imposuere, quã hodierna die demere, abolereq. possumus: vt illi suis artibus, doloq. superarunt, ita nos viribus nostris, apertoque marte vincamus. Siculus vesper parricidio illorũ, clade nostra nobilitatus est. Hodiernus dies peruigiliũ assumptionis Virginis est. Hũc diẽ, nobilẽ festũ, latũ, insignẽ mactatus iusto bello sceleris auctoribus faciamus: vt nunquã illis memoria obuersetur dies ille, quin & hic sõtinuò tristitia, doloreq. pectus perstringat; & luctuosior hic illis dies, quàm ille latoos illuxerit, &c.*

Bossuel. 10. Æmilius in Philippo 3. Mariana l. 14. c. 9.

Laus Francorum quadam.

a Ex Æmilio in Philippo 3.

Vespera Siciliæ.

20. *Ludouici, Bauarij veneno extincti mors misera.*

Longiorẽ hic narrationẽ de misero tyrannorũ principumq. nefariorũ hæretica, schismaticaque peste contaminatorũ in vita sua Ecclesiã Catholicã, cathedrã S. Petri diris oppressionibus per- D secutorũ interitu sistã in Ludouici Bauarii misera morte, vitę sceleratæ conformi. Quẽ hæreticum, schismaticũ, perniciosissimũ Ecclesiæ, bonorũq. Catholicorũ vexatorẽ, & hostẽ, Clemẽs 6. Pontifex nulla ratione salutaria pœnitẽtię remedia recipientẽ iusto anathematis fulmine percussit. Postea in suis immanibus nefariæ vitæ Ecclesiã, sanctã sedẽ Apostolicã, imperiũ Romanũ, bonos omnes sine fine persequentis, opprimentisq. furoribus, perseuerantẽ vltionis diuinæ turbo, fulmenque, in mortẽ tẽporalem, æternamque depressit. Quem extinctũ veneno, sine pœnitentia, descendentem ad inferos diuina iustitia suã de sempiterna dãnatione sententiam audire coegit. De cuius prius Pontificii anathematis attritu fulmine, interitu funesto, morteq. misera, altero nẽpe diuinæ maledictionis, vltionisque fulmine producta in

A pœnã grauissimorũ cõtra Ecclesiã Dei, sedem Apostolicã, remq. publicã Christianã criminum, præter Nauclerũ, [b] Cuspinianũ, [c] Pantaleonem [d] Mutium [e] historicũ Germanũ, Tritemiũ, [f] hæc Henricus [g] Redborfus in annalibus præter alia, recensuit, suisq. scriptis impressit. *Et sic notabiliter diuina plaga interijt nõ sine causa, quia aliquos annos ante obitũ suũ officijs, & iudicijs suis præposuit tyrãnos, & excoriatores pauperũ minimã iustitiã faciẽtes, in expeditionibus suis permisit terrã, & pauperes excoriari: in hospitiis, ecclesijs, monasterijs secularibus & religiosis prælatis ipse, & filij sui grauissimi fuerunt. Clerum secularem odio cordis habuit: imo pluries dixit; quòd si thesauri fossei thesauros de luto, collegia secularia non fundaret. Et sic non absolutus à sententiis Ecclesiæ, quas Ioannes Papa contra ipsum fulminauit, miserrimè expirauit.*

b Naucler. General 45.
c Cuspinianus in Ludouico Bauario.
d Pantaleon in hist.
e Mutius German hist. l. 25.
f Trithemius in vtroque chron. an. 2147.
g Henricus Redborfus in annal.

Ex his omnibus funesta, miseraq. principũ ne- B fariorũ, rebelliũq. Deo, sanctissimæ eius sponsæ fideliũ matri Ecclesiæ, Christi D. vicario iusta, religiosa, salutariaq. iubenti reluctantiũ memorantibus extra historiis, *apparet: quã sit Deus terribilis in vltionibus, sicut consilijs suis super filios hominũ,* mundiq. regnatores, *auferens illis Spiritum,* & vitã pœnitere de scelerata vita renuentibus, & suis Ecclesiæ, vicariiq. sui iussis, & imperiis rebellare minimè desistentibus. Vt nulli principes, siue reges, vel imperatores, quantacumq. dignitate, excellentiaq. sublimes in rebus prosperis, & ad voluntatis nutum pro tẽpore fluentibus, sibi blandiri debeant, & in vitiorũ sordibus, sine affectu remeandi ad cor, conuersionemq. vitæ, commorantes de propagato ad plures annos, sine sensu diuinæ vindictæ dominio lætari. Hæc .n. longa prosperæ dominationis ad tẽpus in scelerata vita prolongatio, non miserationi diuinæ, sed potius C maledictioni deputanda est: secundùm quod patiens in spiritu Dei propheta cognouerat. [g] *Vidi stultũ firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Quid enim reprobi isti in medijs huius mundi corruptis prosperitatibus assiduè peccando vita scelerata prolongatione, quàm* [h] *thesaurum iræ Dei in die extremi iudicij sibi comparant?* Cũ Deũ grauissimè peccantibus, præcipuè verò principibus maximè tunc irasci cognoscamus, quando ad tempus suæ indignationis, vltionisq. tonitrua cõprimit, ne in illos tam cito fulminent. nã cũ acceperit tempus illorũ iniustitias iudicando, & veritatẽ exquirendo in illos superbos, ingratosq. principes, abundãter suæ vindicatiuæ iustitiæ turbines effundet. Quis non vehementer totis artubus ad hãc prophetę vocem deficiens animo contremiscet? [i] D *Ecce vigil & sanctus de cœlo descendit, & clamauit fortiter dicens: succidite arborẽ, præcidite ramos eius, & dispergite ramos eius.* Estne tempus vitæ longũ corã die æternitatis? In vtramq. partẽ, siue ad intolerabiles inferni miserias siue ad diuinas cœli prosperitates? [k] Tanquã *sagitta emissa in locum destinatum diuisus aer continuo in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius, sic & nos nati desiuimus esse,* damnati præ desperatione clamant apud inferos. Sed quid operis in hac vita mortaliũ iudicio longa, non Dei, fecere miseri? Loquantur ipsi. *Et virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere: in malignitate autem nostra consumpti sumus.* [l] *Eat igitur nunc quilibet peruersus, impiusque princeps Deo Ecclesiaque rebellis, & ad quaslibet blasphemias* (vt Sancti Gregorii verbis vtar) *præsumendo prorumpat? voluptatum suarum nequitias impleat, aliena rapiat, innocentium oppres-*

4 Pars. Pro conclusione. Nullus princeps peccans in prosperitatibus suis in momento transitoriis glorietur.

g Iob c. 5.
h Rom. 2.
i Daniel c. 4.
k Sap. 5. v. 12.
l S. Greg. l. 15. moral c. 5. in c. 34 Iob.

sione fatetur. Et quia necdum percutitur, vias suas à Domino aut non videri æstimet, aut quod peius est approbari. Veniet profectò, veniet æterna, & repentina percussio, & tunc cognoscet à Deo cuncta conspici, quando se improuiso exitui videbit pro cunctorum peccatorum retributione damnari, tunc in pœnasua oculos aperiet, quos diu clausos tenuit in culpa. Tunc cõsiderasse omnia verum iudicem sentiet, quando malorum suorum meritum tam euadere sentiendo non possit. Propterea S. Pater exponendo hæc propheta verba.[a] *Deus auferet violentum absque manu.* Ita concludit. *Iniquus ergo, qui diu expectatus est, idcirco est repentè sublatus, quia oculi Domini super vias hominum & omnes gressus eorum considerat, ac si diceret. Quia ea qua diu patienter conspicit, quandoque inulta non deserit. Nam ecce subitò violentum rapuit, & mala eius, qua expectando pertulit, animaduertendo resecuit. Nemo igitur dicat Deum humana facta nõ cernere: cùm iniquum quempiam iniquitates suas liberè prospicit cumulare. Subitò enim tollitur, qui diu toleratur.* Et talis Dei patientia, misericordiaque ad pœnitentiam vocantis abutendo, repentè diuinæ iustitiæ tonitruo contritus,[b] *in puncto descendet ad inferos, omnibusque videntibus* ad æternorum cruciatuum, tormentorumque loca *præcipitabitur.*

a Iob. 34.

b Iob 6. c. 40. v. 28.

CAPVT XI.

De ciuitatum, nationum, regnorumque hæresibus, schismatibusque pollutorum exitio, diuinæ iustitiæ fulmine contritorum, propter suas ab Ecclesia Catholica, sedeque Apostolica defectiones.

1. *Sacra scriptura testimonia de regnorum nationumque non obedientium Ecclesia, ac regno Christi in terris ruina.*
2. *Vrbes plurima, prouinciaque cum populis destructa propter suam contra Christi D. sponsam Ecclesiam, eiusque filios persecutionem.*
3. *Regna propter peccata destruuntur, per pœnitentiam restaurantur.*
4. *Vox impudentissima hæresiarcharum, & aliorum deceptorum ab illis, dicentium Ecclesiam Christi periisse, quia iam in eis illis non sunt amplius.*



AT non solùm regũ, principumq. reprobotum suæ sponsæ, sedique Apostolicæ sui imperii in terris throno, heretica rebellione, cõtumaciaque schismatica reluctãtiũ, eamque sæua, qua possunt persecutione vexantium capita, suæ iustitiæ, furorisq. fulmine conterit Deus,[c] *regendo eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringendo eos:* verum etiã eorum regna, ciuitates, & populos, eius tonitrui, fulminisque seueritate suorum facta rebellia nefariaq. principum sectantes, imitantesque destruit. Præcipuè verò seueriùs, & acerbiùs horum principũ, populorũq. corruptores, & in fide Christi polluenda, obedientiaq. Ecclesiæ Domini, eiusq. visibili capiti Romano Pontifici denegandæ detestabiles adulteros, hæresiarchas vide-

c Psal. 2.

A licet diabolicorũ dogmatũ, contra Christũ Dominũ, eiusq. sponsã Catholicã, Apostolicã, Romanãq. Ecclesiam progenitores, & auctores exterminat. Qui n. dixit in psalmis suis regius propheta.[d] *Dom nus à dextris tuis confregit in die iræ suæ reges,* ipse subiunxit. *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorũ.* Quem suo tẽpore Esaias prædixerat, populos, & reges suæ vexatores Ecclesiæ, eique parere renuentes fulmine iustitiæ vindicantis, tonitruoque iustæ vindictæ contriturũ, ad nihilumq. tanti turbinis impetu redacturũ, cùm dixit.[e] *Dabit Deus in conspectu eius* (.s. Ecclesiæ sub Abrahæ nomine intellectæ,) *gentes, & reges obtinebit.* Sed quid de his facturus est. Audire cætera. *Dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam, arcui eius persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit.* At de ruina, exitioque regnorũ,
B & populorum instar suorum fide, moribusque corruptorũ principum, sententiã per os eiusdem prophetæ hanc tulit Dominus sic suæ loquẽs Ecclesiæ.[f] *Gens, & regnum quod non seruierit tibi peribit, & gentes solitudine vastabuntur.* Hanc ciuitatum, gentium, populorumq. infidelium, inmani persecutione contra Ecclesiam Dei, sanctosque eius alumnos, & filios efferatorum ruinã, exitiũq. lugebant Christiani, quamuis in illius illi persecutionis pressura pro salute sua lætarentur, vt illa ad Scapulam Tertulliani verba restantur.[g] *Absit vt indignè feramus ea nos pati, quæ optamus, aut vltionem à vobis aliquam machinemur, quã à Deo expectamus: tamen doleamus necesse est, quod nulla ciuitas impunè latura sit sanguinis nostri effusionem.*
C Quod exemplorum inductione veteres euoluentibus historias clarissimè constabit. Nonne primis Ecclesiæ temporibus, anno nẽpe Christi D. sexagesimo sexto Hierapolim Philippi Apostoli sanguine cruentatã, vna cum Laodicea, & colossi terra dehiscensfuis absorptam visceribus, cum incolis miserabiliter abdidit, atq. demersit?[h] Nõne aurea domus magnis priuatę, publicæque rei sumptibus à Nerone Romæ constructa, sæuiente in Christianos Traiani persecutione, cũ multorum ciuium nece in tantæ vltionem crudelitatis, terribili deuorata flagrauit incendio? Nonne[i] Asiæ quatuor vrbes, Galatiæ tres, Græciæ duas eodem regnante, furenteque in Christianos imperatore, Deo de talibus suorum fidelium carnificinis vrbibus vindictam sumente terræmotus abstulit? Quanta cum multarum regionum, terrarumq. perditione, sub eiosdem Christianorum persecutoris immanibus edictis furiosè[k] Nilus
D inundauit?[l] Quantos huius temporis populos, indignante Deo, & propter suorum fideliũm neces imperii Romani maledicente prouinciis, pestis, fames, incendiaq. consumpserunt?[m] Hadriano imperãre, feralia Traiani prędecessoris sui cõtra Christianos edicta nouis, corroborante, contra hos Dei seruos suppliciorũ acerbitatibus Nicopolis, Cæsareaque ciuitates Dei indignatione suis obrutæ ruinis agnouerunt. Quã testatu sunt ignes de cœlo missi, qui Commodo[n] imperãre, capitoliũ, domosq. vicinas Romæ deuorarunt. Sicut postea grassãdo, sæuiendoq. per multas imperii Rom. prouincias pestis horribilis imperante Gallo, de qua[o] Cyprianus, hanc Dei omnipotentis in suorũ fideliũ parricidas indignatione palã vniuerso mundo manifestauit.[p] Quot Asiæ regiones, atque prouinciæ postquam

d Psal. 109.

e Esaiæ c. 41.

f Esaiæ c. 60. v. 12.

g Tertull. ad Scapulam.

2. *Vrbes plurimaque prouinciæ cum populis destructa, propter suam contra Christi D. sponsam Ecclesiam, eiusque filios persecutionem.*

h Euseb. in chron. & alii.

i Lamprid. & alii in Traiano.

k Vrbes in Asia, & Græcia terræ motu perditæ ex Augusta historia.

l Nili coinundatio.

m Fames, pestis, & incendia imperii prouincias populantia.

n In Hadriano Augustæ scriptores historiæ.

o Vopiscus Aurelius Victor in Commodo.

p S. Cyp. l. de mortalitate.

q Asiæ regiones factis hæreticæ schismaticeque à barbaris destructa.

CAPVT X.

Misera mors hæreticorum principum, & schismaticorum Ecclesiæ Christi, sedisque Apostolicæ violentia crudeli persecutorum, atq; pacis Ecclesiasticæ Monarchiæ cum Catholica seculari vastatorum, 21. Memorabilibus simul, & stupendis exemplis ostēditur. Quæ facilioris causa methodi ad tres classes reuocantur.

1. *Prima classis miseram mortem complectitur Imperatorum Constantii, Iuliani Apostatæ, Valentis Ariani, Zenonis, Eutychiani, & Anastasii.*
2. *Secunda classis in se funestissimas neces imperatorum, Regum ac principum hæreticorum, atque schismaticorum continet, nempe Leonis Isauri, Constantini Copronymi, Leonis Copronymi, Leonis Armenij Iconoclastarum, similiter Theodorici Gothorum regis Ariani, Habdarrohgman regis Saracenorum, Bardæ Cæsaris, Michaelis 3. Imp. Arnulphi regis, Alexandri Imp. & Henrici 3. Germaniæ Imp.*
3. *Tertia classis aliorum principum & imperatorum Ecclesiæ persecutorum interitus, exitusq. miserabiles comprehendit, nempe Friderici 2. Conradi, Manfredi, Petri Arragonij, & Ludouici Bauarij.*
4. *Pro conclusione, nullus princeps peccans in prosperitatibus suis leuiter transituris glorietur, sed expauescat iudicia Dei terribilia super impœnitentes terra peccatores.*

CVM sanctissima Dei sponsa fideliū mater Ecclesia, quo tempore pacis iucunditatem, prosperæq. tranquillitatis fruitionem existimabat sibi dari: illico, & post, annorum labentium progressu, horribiles hæreticorū, schismaticorumq. tempestates in se, suaque charissima pignora contrariis errorum, impiorumq. dogmatū ventis excitari sensit. Quibus diu multum iactata vehementer ingemuit, gemituque lachrymabili luxit, cum in pace sua amaritudinē amarissimam in corde, corporeq. suo seuerissimè persentiret. Harum tamen tempestatū, turbinūque hæretici, schismaticique sceleris authores, & artifices Satanico correpti furore Ecclesiæ Dei, sedisque S. Petri, throni Christi Domini maiestatis in terris oppressionem, vexationemq. non impune tulerunt. Vt inter eos Constantius Ariana peste pollutus magni Constantini filius, quem inter dolores, lamenta, gemitusq. suo spoliatum imperio, iusto diuinæ vltionis ictum fulmine miseram, sceleratamq. animam euomuisse supra vidimus. De cuius interitu funesto, lugubriq. hæc Ammianus Marcellinus, ethnicæ sectator impietatis. *Vrente nimio calore venas, vt ne tangi corpus eius posset, in modū foculi feruens, cum vsus deficeret medullarum, vltimum spirans deflebat exitū. Deinde etiam anhelitu pulsatus lethali, diuque cū anima col-*

Primum exemplum Constantii Ariani.

A *luctatus, iam discessura, abijt è vita.* Quem in hac insania truculentaq. Dei Ecclesiam, omnesq. eius fideles alumnos persequendi rabie Iulianus imperator telis, & machinis armatus apostasiæ secutus est. Quibus Christum Dominū, totamque eius fidē eiurando dici non potest breuissimi spatio temporis, quo dæmonibus sceleratissimè seruiuit, quàm atrociter immaniterq. vniuersalem ipsius nostri Saluatoris Ecclesiam sacratissimam S Petri nauiculam, omnesque in ea sanctos fidelissimè, sanctissimèq. ad portum salutis æternæ nauigantes oppresserit. Quem propterea citò diuinæ iustitiæ fulmen extinxit: mortaliq. diuinitus vulnere læsum contra conditorem suum Deum, Christumq. Dominū horrendis totum aëra blasphemiis impleuisse furentem scriptores Ecclesiastici narrant, vt Theodoretus hæc inter alia dicens.[a] *Deinde cùm milites quiescerentur, & ingemiscerent ex improuiso eum vulneratum offendunt,* B *rabie contra conditorem suum furentem, &c.* Et paulò post.[b] *Itaque qui ante minas insolenter iactauerat iam miserè humi prostratus iacuit.* Et quibusdam interpositis.[c] *Ferunt porro ipsum tyrannum simul ac plagam acceperat, manum protinus sanguine impleuisse, illumque proiecisse in aerem, ac dixisse.* VICISTI GALILÆE, *& simul eum confessum esse victoriam, & blasphemiam (adeo enim à mente abalienatus erat) in Deum impudenter locutum.* Ad quem execrabilem apostatam, eius stupendum, horrendumq. interitum sapiens visus est respexisse, cùm dixit.[d] *Homo apostata, vir inutilis graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat,* C *hinc ex templo, veniet perditio sua, & subitò conteretur, nec habebit vltra medicinam.* Quid de Valente Imperatore nefario, pestis Arianæ sectatore, & propugnatore in fidei Catholicæ, sanctiq. Petri cathedræ vexationem acerrimo dicemus? An nō illud in eum terribile maledictionis, vltionisq. diuinæ fulmen fuisse credimus,[e] quo superatus à Gothis fuga ignominiosa saluti consulens, in tuguriolo, quò se tutandæ vitæ causa receperat, viuus ignibus tot illius flagitiorum vltricibus, vindicibusque consumptus est? Quid Zeno impius veneno intoxicatus Eutychiano, per hypocrisim Catholicùm plerumq. simulans, vt vehementiùs nocentiusque Ecclesiā Catholicā, Romaniq. Pōtificis authoritatem cuniculis, dolis, fraudibusq. nefandis, vt fecit sæpiùs, oppugnaret, quasi diuinę iustitiæ tonitruo Deus bone contritus est? cùm Ariadnæ vxoris proditione, & Anastasii eius adulteri ex silentiario postea facti Imperatoris ar- D tibus, & dolis, viuus eum morbo comitiali laboraret, vel vt vult Zonaras ebrius vino sepultus esset, in sepolchrum deportatus est? Ibiq. excitatus à somno, lethargiaque morbi, aut cū crapulam edormisset, & exhalasset, cùm è sepulchro vociferando, eiulando, clamando, forendo flagitaret egressum, & in suis immanibus clamoribus non audiretur, præ desperatione vnguibus ora fœdans, vultum lacerans, carnes suas præ nimia fame mandens, lacertosq. deuorans, cum extremis doloribus ex hac vita furiosissimè recessit. Vt Euagrius,[f] Cedrenus,[g] Zonaras, aliiq. scriptores Græci retulerunt. Hoc horribili vitæ sceleratæ dignissimus exito, vt viuens inter mortuos deputaretur, qui mortuus inter viuentes, sacrilegus inter religiosos, impius inter pios, hęreticus inter catholicos, hypocritaq. fraudulentus, inter sin-

2 Iulianum apostata.

Apostata moriens blasphemat in Deum, & contra Christum suum manu haustum in aera proiecit sanguinem.

a Theodoret. l. 3. c. 20.

b Ibid.

c Ibid.

d Prouerb. c. 6.

3. Valentis Imp. Ariani.

e Ruffin. l. 11. c. 13.

4. Zenonis imp. qui viuus sepultus crudelissimè vitam finiuit.

f Euagr l. 3. c. 29.

f Cedren in chron an 491

g Zonaras in Zenone.

cere, vereq. fideles, atq. iustos voloit adnumerari: sic per fallacem simulaoonem, hypocrisimq. proditoriam Catholicæ iudicium Ecclesiæ decipiens, Deum verò minimè qui nec falli, nec irrideri potest. Cuius licet serum, dirum tamen indignationis vindictæ fulmen tandem miserabiliter expertus est, sentiés in seipso, quod de impiis patientiæ simulachrom propheta prædixit his

a Iob. c. 6.

verbis.[a] *Innolnta sunt semitæ gressuum eorum, ambulabunt in vacuum, & peribunt: considerate semitas. Thema, & itinera Saba, expectate paulisper, confusi sunt, &c.* Huius nefarii, hæreticiq. peruersi principis in imperio successor, & illius fraodolentus vsurpator Anastasius, qui etiam decessorem illũ criminum magnitudine, moltitudineq. longe soperauit, non miuori maledictionis, iræque diuinæ turbine perculsus interut. Qui cùm spirituale anathematis fulmen, quod à Papa Symmacho, propter nefandas persecutionis, impietaos hæreticæ, schismaocæq. tempestares ab eo in Ecclesiã Dei, sedemq. Apostolicam diotius excitatas ictus fuerat, irrisione maxima contempsisset, materiali de cœli nubibus erumpente diuinitus repente contritus est; & ita vtriusq. salotis, animi, & corporis amissione in ictu oculi molctatus, in momẽto descendit ad ioferos. Hæc .n. de stupenda, prodigiosaq. eius ictu fulmine morte Zonaras scri-

5. Anastasii imp horribili fulgure necati.
b Zonaras in Anastasio imp
c Cedrenus.

psit.[b] *Cùm aliquando tonitrua horrendũ in modũ resonarent, & fulgura multa eliderentur, atque ipse perterritus è cænaculo, in cænaculũ descenderet, & alios atq. alios thalamos subiret, in quodam regio cubiculo mortuus inuentus est.* His adiecit ista Cedrenus.[c] *Anastasius cũ oraculo edoctus esset, igne sibi pereundũ fore, cisternam in palatio, quæ frigeda dicitur, multis meatibus aperuit, quorũ cuiq. cadus appositus esset, conatus hoc pacto oraculũ irritũ reddere. Verũ id abs re* C *fuit, fulmine .n. diminutus est ictus.* Quid illi profuit superbia? Quid illi diuitiarũ, virium q. terrenarum iactantia, cõtra Deũ cœli, & terræ, rebellionibus hæreticis, persecutionibus in Ecclesiã Dei, odiis, contumeliisq. atrocissimis in Romanos Põtifices furiosè dimicanti? Cũ *de cælo* cõtra eum

d Iudicum c. 5. v. 20.
e Ibid.

sicut[d] quondã iudicũ tẽpore *contra Sisaram dimicatum sit*, non solũ orbis terrarũ, sed etiam[e] *stellæ manentes in ordine*, & cursu suo adoersos hunc insensatum diabolico correptum furore pugnauerint? Quid opus insanom Tholotũ ędificiom, in modum scuti arte magici Procli, industriaque

f Zonaras in Anastas.

constructũ, vt scribit[f] Zonaras, illi reprobo maledictoq. principi profuit? Vt tonitrua, fulguraq. diuinæ vindictæ de cœli nubibos erũpẽtia posset effugere? Cum omnis contra Dei iudicia io cassũ frustraq. mundana laboret aodacia? In eo perditè nefario, Catholicæ religionis hoste, tã iustè terribili tonantis, fulgorantisq. Dei mano contrito D sapientis illod de soperbis Dei iodicia peccando

g Sap c. 5.

conténentibos exacte completum est.[g] *Ibunt directè emissiones fulminũ, & tanquam à bene armato arcu nubiũ exterminabũtur, & ad certũ locũ insiliẽt.*

h Psal. 29.

Et illud vatis regii.[h] *Vox Domini confringentis cedros, confringet Dominus cedros Libani.* Sceleratus quippe Catholicæ persecutor Ecclesiæ Anastasios eleuatus, *& exaltatus tanquam cedrus Libani*, fulmine de cœlo tactus exuritur, conteritur, *& ita in nihilum redigitur, vt non sit amplius inuentus locus eius.* Qood contra Deum, Christumq. eios tanto tempore pugnaoerit, & hæreticorũ, schismaticorumque, contra Catholicã Ecclesiam, Apostolicamq. sedem, dux, princepsq. factus Rõ.

A Pontifices Christi D. vicarios vniuersales Ecclesiæ Mooarchas, Felicem, Gelasium, Anastasium, Symmachum, & Hormisdam superbissimè contẽpserit. Hunc impiom, nefariumq. imperatorem plerique alii principes iniqui hæretica, schismaticaque abominatione fætentes in sois contra sedem Apostolicam, totiusq. Catholicæ Monarchã Ecclesiæ rebellionibus, enormibusq. flagitiis consectati, similes indignationis, maledictionisq. diuinæ fulgurationes, vltionumq. fulmina suo sunt experti tempore, quæ eorum conscelerate mentis duritiem cooterendo refrænarunt, eosq. nulla de patratis criminibus pœnitentia motos miserabili morte puniendo à terræ finibus in profunda inferorum vsq. barathra præcipitarunt. Vt Leonã illom cognomine Isaurum, Iconomachorum

a. Clasis.
6. Leo Isauricus iconomachus.

B hæreticorum antesignanum, quem grauissimus viscerum dolor atrociter exanimauit, exanimatũque ad inferna sempiternas suarum cõtra Catholicã, Apostolicã, Romanamq. Ecclesiã rebellionũ subiturũ pœnas amandaoit. Similibus mortis

Cedrenus, Zonaras & alii.

subitæ, eruentæ, terribilisq. fulminibos Cõstantinos Copronymus, Leo Copronymus, pater, & filius, Leo Armenius, [illegible]dem hæreseos iconomachiæ, schismatisq. contra sedẽ Apostolicã furiis agitati, extremũ vitę diẽ funestissimè terminarũt. De misera Constantini illius Copronymi morte hæc Theophanes: *Anno 35.* (inchoato scilicet) *sui imperii mẽse Augusto 13. indictione, exiuit cõtra Bulgaros Constantinus, qui diminutus est in cruribus plaga percussus, quæ græcè ἄνθρακες appellatur: & hinc febre validissima detẽtus Archadiapolim rediit, à subiectis humeris in lectũ delatus &c. Et miserabiliter in Chelandio moritur, clamãs, & dicens: viuens adhuc* C *igni sũ inextinguibili traditus.* Similia Cedrenus anno D. 775. & alii scriptores Græci testãtur. De Leonis verò Copronymi eius filii prodigiosa necee, qoæ anno D. 780. cõtigit, hæc ipse Theophanes memoriæ prodidit. *Eodẽ mense Septẽbri quartasã ineboata indictione mortuus est Leo filius Cõstãtini hoc modo. Cũ insaniret circa lapides pretiosos, nimis adamauit coronã magna Ecclesia, & accipiẽs portauit eã. Tunc exierunt carbunculi in capite eius, & captus valida febri mortuus est*, & in magnis doloribus eiulando desperans expirauit. Et istum Ro-

7. Constantinus Copronymus.
8. Leo Copronymus.
9. Leo Armenius.
10. Theodoricus Rex Gothorum.
S. Greg. l. 4. dialog. c. 30.

mani Pontificis interemptorẽ, atq. carnificẽ[k] Ariana peste contaminatũ, barbarie Gothica ferinum Theodoricum Gothorũ regem, subita rabies, horribilisq. furor arripiens, grauissimi morbi vulnere trocidarũt. Et immanissimũ sãctorũ, fideliũq. Christianorũ Ecclesiæ Cordubensis in

k S. Eulogius l. 2. c. 16.

Hispania trucidatorem, maiestatis Dei throni, S. Petri cathedræ blasphematorẽ, regẽ Sarracenorũ, nomine Habdarrohgmã violẽtissimus mortis D subitaneæ, & quidẽ sæuissimæ, Deo fulgorante, turbo suffocauit. At Bardæ Cæsaris, de quo supra

11. Habdarrohgman regis Sarracenorũ.
12. Bardæ Cæsaris miserabilis interitus.

qoi tãto cũ furore Catholicos, præcipoè verò S. Ignatiũ, Ecclesiæ Cõstantinopolitanæ patriarchã in fauorem hæretici schismaticique oefandissimi pseudopatriarchæ Photii vexauerat, qui tãto cũ sacrilegio maiestatẽ Romani Pontificis irriserat, contumeliisq. vulnerauerat, quã miserãdus, funestus, ignominiosus, atq. crudelis interitus extiterit,[l] Curopalates præter alios egregiè descripsit. Quẽ omnes per insidias, & conspiraoones exceptum exercitus imperatoris milites, strictis gladiis cõfertim inuadẽtes, & ad pedes imperatoris .s. Michaelis, armatorũ in se furores euitare conando prostratũ,[m] *sed inde per vim abstractũ fru-*

l Curopalates anno 867.
m Ex Niceto

stratim concidunt : deinde genitalia ipsius membra hastæ a pensa per exercitum traducunt, sic ille execrabilis Ecclesiasticæ Monarchiæ blasphemator, Ecclesiæq. Catholicæ nefarius oppressor diuinæ iustitiæ tandē fulmine terribiliter oppressus expirauit, & vt ait [a] Propheta, *de furore omnipotentis bibit*. Hunc verò Michaëlē huius nominis tertiū orientis imperatorē tot scelerū, criminumq. cōtra Ecclesiam Catholicā, sedēq. Apostolicam patratorem, qui tot annos hæreticos, schismaticosque cōtra Pontificiæ maiestatis auctoritatē secū furenter armauerat: qui Romanis Pontificibus iusta monentibus, salutariaq. iubentibus tā perniciosa rebellione toties obstiterat : demū Deo vindictam sumente, suaq. cōtra eū maledictione fulminante, dum imperii [b] florē nobilitatis, vna cū magnis Ecclesiæ luminibus extinguere meditaretur, à suis relictum vino, somnoq sepultum coniuratores Basiliani necauerunt, lethaliq. accepto vulnere expergefactum à somno miserabiliter euigilantē, quidā ex Imperatoris Basilii ministris, ense, mucroneq. iteratis ictibus in eius pectus adacto, itaut enā traiecto ventre, intestina elaberentur, mortē illi [illegible]imam, miserrimamque consciuerunt. Tunc [c] *cognitus est Dominus iudicia faciens*. Et illud Prophetæ impletum. [d] *Cùm feceris Domine iudicia tua in terra iustitiam discent habitatores orbis*. Factoq. compleuit, quod dixerat in Euangelio Dominus. [e] *At non faciet Deus vindictam electorum suorum clamantium ad se die, ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis quia citò faciet vindictā illorū &c.* Sed prodigiosa planè mors, & horribilis vehementer Arnulphi Regis, qui sibi tyrannica Imperium vsurpatione vēdicauerat, flagitiis digna sceleratæ vitæ, terribile diuinæ tonitruū indignationis apparuit. De qua hæc Luitprandus sui seculi scriptor. *Profectus in propria turpissima valetudine expirauit: minutis quippe vermibus, quos pediculos aiunt, vehemēter afflictus, spiritum reddidit. Fertur autem quòd præfati vermes adeo scaturirent, vt nullis medicorum curis minui possent. Vtrum verò pro tam immenso scelere, Hungarorum scilicet immissione secundùm Prophetā [f] duplici sit contritione contritus. An vt ex præsenti supplicio consequeretur veniam in futuro, solius Dei scientiæ dimittamus. Quod & Apostolus dicit. [g] Nolite ante tempus iudicare quoad vsque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo.* Sed paulò ante idē author satis clarè indicat hanc turpissimam, maximeq. horribilē Arnulphi huius principis mortē à iusto Dei iudicio, propter atrocissima eius in Ecclesiā Catholicam in res, personasque sacras crimina profluxisse; cùm ait. [h] *Credo autem Arnulphum regē iusta seueri iudicis* (scilicet Dei) *censura huiusmodi pestē incurrisse. Secundæ enim res dum imperium huius vbicumque magnificarent, virtuti suæ cuncta tribuit, non debitū omnipotenti Deo reddidit. Sacerdotes Dei vincti trahebantur; sacræ virgines vi opprimebātur, coniugatæ violabantur, neque enim Ecclesia confugientibus poterat esse asylum. In his namque symbola faciebant, gestus turpes, cantus lubricos, & debacchationes; sed & mulieres eodem publicè prostituebantur.* Simili morbi putridi, & horrendi genere extinctum ferunt Alexandrum Imperatorē orientis, Leonis 6. imp. fratrem. Cuius spirantis adhuc putrefactas vermibus corrosas, & comminutas carnes ex inferioribus partibus effluxisse cū fœtore prorsus intolerabili [i] Aretas Archiepiscopus Cæsariensis scribit, & præterea vomitu per os sāguinis, exitiali morbo correptum misera vita cecidisse, alius author [k] Erempertus huius scriptor temporis commemorat, in vltionem sacrilegiorum eius, aliorumque grauissimorum scelerum. Quibus inquinatus sacra Dei tēpla profanauerat: diuina, humanaq. iura violauerat : sacratas Deo personas oppresserat, vt S. Euthymiū Constantinopolitanum patriarcham, quem indignissimè, & iniustissimè tyrannica ferocitate de suæ gradu dignitatis exturbauerat: sceleratis idolorū cultibus applauserat: ipsam deniq. omnium Ecclesiarum matrem, reginamq. sedem Apostolicā grauibus contumeliis, rebellionibusq. contempserat. Propter quæ ipse Apostolorum princeps Petrus de tam scelerato principe omnem exhortationem vt resipisceret execrante, vindictam Deo in eū fulgurante atq. tonante, sumere voluit. [l] *Cū enim impius idolorum fautor, occultusq. cultor intuitus statuas illas deorum Romanorum, Roma Constantinopolim olim delatas* (inquit Erempertus) *blasphemā hanc emisisset vocē. Heu quando ista colebant Romani potentissimi, & inuicti perseuerarunt. Iussitq. eas serico operiri, tunc sequenti nocte per quietē vir aspectu lucidus ei apparēs, seuerè admodū eū arguēs, & percutiēs dixit. Ego sū Romanorum princeps Petrus. Et statim euigilās timore vehemēti correptus, sāguinē ore vomēs, exitiali morbo correptus extinctus est.* At quis non stuperet? Quis non expauesceret? Ad considerationem, aspectumq. terribilium Dei iudiciorū, quibus tāquam variis iustitiæ, maledictionis, indignationisq. suæ scelerū grauissimorū vltricis tonitruis, turbinibusq sæpius in vita, tādēq. in morte cōtra sceleratissimū Ecclesiæ Catholicæ, sedisq. Apostolicæ persecutorē Henricum 3. Imperatorē hæreticū, schismaticumque fulminauit Deus, & intonuit? Qui tot annos cōtra ipsum Deum, Christumq. Dominum, hæreticis, schismaticisq furiis armatus, ceruicem superbissimę rebellionis erexerat? tot annos simoniaca hæresi sanctitatē ordinis Ecclesiastici fœdauerat? tot annos beneficiorū spiritualium venditione sacrilega candorē, puritatēq. Christianæ religionis adulterauerat? tot annos fidelissimis Ecclesiarum Christi rectoribus, & vigilantissimis orthodoxarū animarū pastoribus oppressiones, asperitatesq. tyrannicas intulerat? tot annos vniuersam Germaniā per rebelliones schismaticas, hæreticasq. furias, contra vnicam Christi D. spōsam, Catholicā, Apostolicā, & Romanam, cum tanta sacrarum rerum profanatione, fideliū innocentum cædibus, sanguinis inundatione, ferro flammisq. vastauerat? tot annos Romanos Pontifices bellorum, seditionum, conspirationum, factionum, rebellionumq. furoribus oppresserat? contra eorum authoritatē, sanctitatē, maiestatēq. diuinitus institutā antichristos solertissimos, inferni, diaboliq. ministros antipapas eleuauerat & dignitatis, sanctitatisq. ruinam Pontificię machinando suscitauerat? tot exercitus hæreticorum, schismaticorumq. copiis, legionibusq. conflatos in caput Romanorū Pontificum, exitiumq. sanctissimæ sedis parauerat, paratosq. irritis conatibus iusto Dei iudicio cōsumpserat, atq. perdiderat? tot deniq. annos tanta in Christiano orbe, & imperio ad illius opprobrium, & interitum mala, flagitiaq. patrauerat, quorū non est numerus? Ipse taudē tot lerna malorū intonante super caput

[a] Iob. 21.
23 *Michael 3. Imp. cædes cruenta.*
Curopalates.
[b] Zonaras in Michaele 3.
[c] Psal. 9.
[d] Esaiæ c. 26.
[e] Luc c. 18.
24. *Arnulphi regis.*
Luitprandus l. 1. c 9. an. D. 899.
[f] Hiere. c. 17.
[g] Rom c. 5.
Atrocissima Arnulphi crimina contra Christi D. Ecclesiam, atque res, personasq. sacras
[h] Lampr. ibi.
25. *Alexandri Imp. Leonis 6. fratris.*
[i] Aretas Cæsareens. episc.
[k] Erempertus in reb gestis Longobardorum.
Petrus vltor grauissimorū scelerum Alexandri imp
[l] Erempertus ibid.
Terribilis, & subitaneus Henrici 3. interitus.

Hec omnia abbas Vsper-gensis hoc an. D. 1106.

eius, diuinæ manu iustitiæ, misericordia Dei, quā nimium deniens toties irrisit, non amplius longam illius patientiam prorogante, à proprio filio spoliatus imperio, fugaque lapsus, furiosis contra Dominū, eiusq. vicarium, necnon contra augustissimum Christi D. in terris imperij thronū S. Petri cathedram debacchando blasphemiis insperata, repentinaq. morte, velut horribili diuinę vindictæ fulmine percussus maledictā, nefariam, miseramq. diabolo traditā animam infeliciter exhalauit. Cuius sic extincti putridum cadauer in monasterio Leodiensi sepultum, Leodiensis Episcopus, aliiq. præsules, & sacerdotes cum eo, vt sepultura iuxta sacros Ecclesiæ canones indignissimum extra Ecclesiā de sepulchro, Ecclesiæ legibus obedientes, auulserunt, auolsumq. in prophana loca proiecerunt. In defuncti scelera plurima, horrendaq. indignatione iusta, & execratione meritoria, boni omnes, Catholiciq. fideles inuehentes, *eum archipiratam simul, & hæresiarchā, nec non apostatam, persecutoremq. plus animarū, quā corporum*, vt scribit Vspergensis,[a] *appellarunt. Vtpote*, inquit, *qui nec naturalibus, nec consuetudinarijs contentus sceleribus, noua, & à seculis inaudita, adeoque nonnulla incredibilia excogitasse, & exercuisse infamabatur.* Inferius ista subiungens.[b] *Deo autem gratias, qui licet tardè tamen magnificè victoriā cōcessit Ecclesiæ suæ. Cui etiam eiusdē Nabuchodonosor quinquagesimum exaltionis annum iste Galilaus, qui Iulianum quondam vicerat, vertit in Iubilæum &c.*

a Vsperg. ibi.

b Vsperg. ibi.

Tertia classis. 17. Frederici 2. imp. à filio spurio Manfredo suffocati.

Matthæus Spinellus Iuuenatius in annalibus qui castra imperatoris Frederici sequebantur.

Sanderus l. 7. *De visibili Monarchia ex Nauclero Trithemio, Antonino, Vincentio Blondo, Platina, Sabellico &c.*

Huius contra Romanos Pontifices, Apostolicam sedem, vniuersamq. Ecclesiā scelera Fredericus 2. immania consectatus, diuinæ quoq. iustitiæ seueritatem contra se vehementi calamitatū, mortisq. funestissimæ fragore detonantis expertus est. Qui sicut sceleratè viuēdo, sāctissimā matrem Ecclesiā, patres spirituales diuersis temporibus in cathedra S. Petri sedentes, (qui puerum illum in suam charissimè tutelam, protectionēq. susceptum fouerant, conseruarant, honoribus, opibusq. fœcundauerant, regem Siciliæ, ac imperatorem creauerant) ingratissimè, crudelissimè, indignissimè, toto vitæ suæ tempore à sua in imperium per eos promotione vexauerat, offenderat, & omni, qua potuit, immanitate, periurio, fraudeq. persecutus oppresserat. Ideo iustissimè tandem tonantis irati Dei quatiente flagello, spoliatus imperio, innumeris, sæuissimisq. calamitatum temporalium tempestatibus iactatus sæpius anathematis, quod semper instar hæreticorum, vt brutum fulmen irrisit, tonitruo prostratus à proprio filio spurio Manfredo miserrimè suffocatus expirauit: vt huius temporis annalium historiarumq. scriptores memoriæ mandauerunt.

18 Conradi miserabilis interitus filij Frederici 2. Fazellus, Blōdus Nauclerus Iuuenatius.

Eius filios Conradus paternæ impietatis rebellionis schismaticæ, hæreticæque contumaciæ, cōtra Romanos Pontifices æmulus extitit, Catholicorum à partibus sedis Apostolicæ religiosè stantium sæuissimus oppugnator, proprij fratris Henrici pueri annorum duodecim, Ioannis Mauri capitanei crudeli ministerio, immanissimus obtruncator, vt thesauris à patre puero filio relictis iniustè potiretur. Postquam magnis stragibus, populationibus, cædibus, vastationibusq. Italiam, Calabriam, Apuliam, Siciliamq. repleuisset, tandem veneno in clystere à medico infuso extinctus, iamdudum ab Innocentio 4. anathematis fulmine percussus ex huius vsura lucis exitu misero, funestoque recessit. Exangue mortui corpus fœtore intolerabili putridum, scatensque vermibus fortuito incendio ex magna concrematum parte, sceleratam schismatici rebellis, cōtumacisque contra sedem Apostolicam animam æternis mancipatam ignibus esse significauit; vt illa sepulchralis epitaphij carmina, illius inscribenda, si habuisset, tumulo, testabantur.

[c] Funere Conradus caruit, tumuloque, rebelli
Vtraque namque negat munera religio.
Atque ossa illius medijs dum seruat in vndis,
Trinacris ignis edax intumulata cremat.
Discite vos reges diuos non temnere, punit
Vos natura Dei sæpe ministra reos.

c Epitaphiū Conradi sepulchrale.

18 Manfredi in acie multis confossi gladiis cædes, cum ingenti eius exercitus multitudine.

d Summatlus in Manfredo.

e Doctes.

f Bocatius de fluminibus.

Post horum tyrannorum, sceleratorumq. principum rebellione schismatica, hereticoq. furore diu multumq.[d] Dei Ecclesiam, arcem Christi in terris imperij, S. Petri cathedram, Pontificiæque sanctitatis maiestatem, omnes verè Catholicos populos, fidelesq. persecutorum[e] interitum, sæua, cruentaq. mors, ab irati Dei post longā patiētiam fulmine criminum vindice profecta,[f] Manfredum illum tot artificem scelerum, sacrilegiorum auctorem, tot immanitatum, aliarumq. huiusmodi abominationum patratorem, non diu remorata deuorauit. Manfredum, inquam, illum proprij patris suffocatorem, pueri fratris trucidatorem, alterius fratris, scilicet Conradi, arte medici proditoria veneni fætoribus extinctorē, tot stuprorum, libidinum, rapinarum, incendiorum, cædiumq. factorem, tot populatorem agrorum, tot prouinciarum, vrbiumq. vastatorem, diuinæ maiestatis, & humanæ violatorem, clarum Ecclesiæ irrisorem, sedis Apostolicę calumniatorē, tot annos Romanorum Pontificum ad necē vsque, interitumq. persecutorem. Quotum scelerū execrabilium, abominationum, immaniumq. criminum diræ, horrendæq. facies assiduæ, domesticæq. furiæ, aliquando tandē laxatis diuinæ vltionis habenis à scelestissimo Ecclesiæ, Petreæq. cathedræ persecutore pœnas, tot mētaq. repetiuerunt. Cū furiosè pugnans in aperto, latèq. patente campo prope Beneuentū oppidū, cum ingenti exercitu contra Carolum Andegauensem Siciliæ regem, sedis Apostolicæ, Romaniq. Pontificis Clementis 4. dono, ac munere, S. Ludouici fratrem multis confossus vulneribus, gladiorūq. ictibus obrutus, misera morte correptus occubuit. Cum tanta sui exercitus interfectorum, necatorumque multitudine, vt victor ipse Carolus Clementi Pontifici[g] scripserit. *Pugnæ campū amplum licet longè, latèq. patentem, superiacentia Manfredi militum exercitus occisorum corpora præ magno illorum cumulo, numeroq. spectantiū oculos abscondisse atq. celauisse.* Hic execrabilis Ecclesiæ, sedisque persecutor Apostolicæ, sic diuini iudicij turbine contritus, Catholicorum gladiis, armisque iustis interēptus, sepultura in loco sacro, quia anathematis percussus fulmine caruit, sed in prophana terra, vt alter[h] Absalon, sepultura asini tumulatus, hoc abominabilem nefariæ vitæ sortem miseramq. necē mortuus epitaphio cōfitebatur.

g Caroli Andegau. ep. ad Clementem 4. quæ est 151. inter ep. Clementis.

h 2. Reg. 2.

Epitaphium Manfredi.

Hic iaceo Caroli Manfredus marte subactus,
Cæsaris hæredi non fuit vrbe locus.
Sum patris ex odijs ausus confligere Petro,
Mars dedit, hic mortē, mors mihi cuncta tulit.

19. Petri Aragoniæ à Francis superati cædes.

Post hos Ecclesiasticæ dignitatis, Monarchiæq. Christi in sede Apostolica collocatę spiritualis, incēdiarios, Catholicæ societatis pestes, ardentesq. rebellionū contra dignitatē, maiestatēq. datā diuinitus à Christo D. Pōtificis Rom. faces, diuinæ iustitiæ fulmine cōtritos; in Petrū Aragoniæ regē

crudelissimũ, Catholicorũ Gallorũ proditorem, ac trucidatorem sedis Apostolicæ contemptorẽ, Romani Pontificis hostem, eiusq. spretorẽ mandatorũ, aspere vltio diuina detonuit, in eiosq. interitũ iustissimè fulminauit. Quem Franci causæ iustæ defensores magno stipatũ exercitu generoaẽ ac fortiter exigua mano superaront, & ad mortẽ vsq. inter medias acies, conflictusq. vulneratũt. Qui in quoddã oppidolũ fugiẽdo receptus ex susceptoin pogna vulnere quadragenarius extremũ vitæ diem anathemaris, maledictionisq. sordibus immersus funestissimè terminauit. Sic in grauissimorum vindictam criminũ cõtra sedẽ Apostolicã, aperta rebellione cõmissorũ, planeque suæ contumaciæ prostituẽdo debitã Romanis Pontificibus obedientiã, videlicet Clementi 4. Gregorio 10. Ioanni 21. Nicolao 3. Martinoque 3. hunc regni Siciliæ vsurpatorem, Carolo Andegaoensi regi legitimo hoc regnum restituere iubentibus, infeliciter expirauit. Hunc præterea funestum nefariæ vitę terminum proditor immanis iuste demeruit propter tam nefãdas, tã tetra, immaniq. proditione machinatas vesperas illas, vt vulgo loquuntur, Siculas: quas generosus tot nobiliũ Frãcorũ sãguis effusus trucidatioq. sceleratissima cruẽtarũt. Propter quod tã immane, perfidumq. scelus, Rudolphus magister equitũ, ductorq. Francorũ exercitus sub Carolo rege io misericordia, iustitiaq. Dei tã atrocis perfidiq. flagitii vindice confidens, de hoc immanissimo proditore, Francorũ in solẽmni festo per insidias, & conspirationes execrabiles trucidatore, victoriã se certò reportaturũ, cũ exigua Francorũ manu sperabat. Quẽ spes sua minimè fefellit, hæc ad pugnã strenuè, generoseq. Francos nobiles exhortãdo præter alia dicens.[a] *Francorũ nomen non gentis sed virtutis, gloriæq. bellicæ erat. His paucis annis cũ virtute inuicti apud omnes fuissemus, nefarijs artibus, fraudibusq. impijs hostes nos adorti maculã illã nobis imposuere, quã hodierna die demere, abolereq. possumus: vt illi suis artibus, doloq. superarunt, ita nos viribus nostris, apertoque marte vincamus. Siculus vesper parricidio illorũ, clade nostra nobilitatus est. Hodiernus dies peruigiliũ assumptionis Virginis est. Hũc diẽ, nobilẽ, festũ, lætũ, insignẽ mactatis iusto bello sceleris auctoribus faciamus: vt nunquã illis memoriæ obuersetur dies ille, quin & hic cõtinuò tristitia, doloreq. pectus perstringat; & luctuosior hic illis dies, quàm ille lætior illuxerit, &c.*

Bossius l. 10. Æmilius in Philippo 3. Mariana l. 14. c. 9.

Laus Francorum quãdam.

a Ex Æmilio in Philippo 3.

Vespera Siculo.

20. *Ludouici, Bauarij veneno extincti mors misera.*

Longiorẽ hic narrationẽ de misero tyrannorũ principumq. nefariorũ hæretica, schismaticaqoe peste contaminatorũ in vita sua Ecclesiã Catholicã, cathedrã S. Petri diris oppressionibus persecutorũ interitu sistã in Ludouici Bauarii misera morte, vitę sceleratæ conformi. Quẽ hæreticum, schismaticũ, perniciosissimũ Ecclesiæ, bonorũq. Catholicorũ vexatorẽ, & hostẽ, Clemẽs 6. Pontifex nulla ratione salotaria pœnitẽtię remedia recipientẽ iusto anathematis fulmine percussit. Postea in suis immanibus nefariæ vitæ Ecclesiã, sanctã sedẽ Apostolicã, imperiũ Romanũ, bonos omnes sine fine persequentis, opprimentisq. furoribus, perseuerantẽ vltionis diuinæ turbo, fulmenque, in mortẽ tẽporalem, æternamque depressit. Quem extinctũ veneno, sine pœnitentia, descendentem ad inferos diuina iustitia suã de sempiterna dãnatione sententiam audire coegit. De cuius prios Pontificii anathematis attritu fulmine, interitu funesto, morteq. misera, altero tẽpe diuinæ maledictionis, vltionisque fulmine producta in pœnã grauissimorũ cõtra Ecclesiã Dei, sedem Apostolicã, remq. publicã Christianã criminum, præter Nauclerũ,[b] Cuspinianũ,[c] Pantaleonem[d] Mutium[e] historicũ Germanũ, Tritemiũ,[f] hæc Henricus[g] Redborfus in annalibus præter alia, recensuit, suisq. scriptis impressit. *Et sic notabiliter diuina plaga meruit nõ sine causa, quia aliquot annis ante obitũ suũ officijs, & iudicijs suis præposuit tyrãnos, & excoriatores pauperũ minimã iustitiã faciẽtes, in expeditionibus suis permisit terrã, & pauperes excoriari: in hospitiis, ecclesiis, monasterijs secularibus & religiosis prælatis ipse, & filij sui grauissimi fuerunt. Clerum secularem odio cordis habuit: imo pluries dixit; quòd si thesauri fossent thesauros de luto, collegia secularia non fundaret. Et sic non absolutus à sententiis Ecclesiæ, quas Ioannes Papa contra ipsum fulminauit, miserrimè expirauit.*

b Naucler. General 45.
c Cuspinianus in Ludouico Bauario.
d Pantaleon in hist.
e Mutius German hist. l. 25
f Trithemius in vtroque chron. an. 1147.
g Henricus Redborfus in annal.

Ex his omnibus funesta, miseraq. principũ nefariorũ, rebelliũq. Deo, sanctissimæ eius sponsæ fideliũ matri Ecclesiæ, Christi D. vicario iusta, religiosa, salutariaq. iubenti reluctantiũ memorantibus exitia historiis, *apparet: quã sit Deus terribilis in vltionibus, sicut consilijs suis super filios hominũ,* mundiq. regnatores, *auferens illos Spiritum*, & vitã pœnitere de scelerata vita renuentibus, & suis Ecclesiæ, vicariiq. sui iussis, & imperiis rebellare minimè desistentibus. Vt nolli principes, siue reges, vel imperatores, quantacumq. dignitate, excellentiaq. soblimes in rebus prosperis, & ad voluntaris nutum pro tẽpore fluentibus, sibi blandiri debeant, & in vitiorũ sordibus, sine affectu remeandi ad cor, conuersionemq. vitæ, commorantes de propagato ad plures annos, sine sensu diuinæ vindictæ dominio lætari. Hæc .n. longa prosperæ dominationis ad tẽpus in scelarata vita prolongatio, non miserationi diuinæ, sed potius maledictioni deputanda est: secundùm quod patiens in spiritu Dei propheta cognouerat.[g] *Vidi stultũ firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Quid enim reprobi isti in medijs huius mundi corruptis prosperitatibus assiduè peccando vitæ scelerotæ prolongatione, quàm[h] thesaurum iræ Dei in die extremi iudicij sibi comparant?* Cũ Deũ grauissimè peccantibus, præcipuè verò principibus maximè tunc irasci cognoscamus, quando ad tempus suæ indignationis, vltionisq. tonitrua cõprimit, ne iri illos tam cito fulminent. nã cũ acceperit tempus illorũ iniustitias iudicando, & veritatẽ exquirendo in illos superbos, ingratosq. principes, abundãter suæ vindicatiuæ iustitiæ turbines effundet. Quis non vehementer totis artubus ad hãc prophetę vocem deficiens animo contremiscet?[i] *Ecce vigil & sanctus de cœlo descendit, & clamauit fortiter dicens: succidite arborẽ, præcidite ramos eius, & dispergite ramos eius.* Estne tempus vitæ longũ corã die æternitatis? In vtramq. partẽ, siue ad intolerabiles inferni miserias siue ad diuinas cœli prosperitates?[k] Tanquã *sagitta emissa in locum destinatum diuisus aer continuo in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius, sic & nos nati desiuimus esse*, damnati præ desperatione clamant apud inferos. Sed quid operis in hac vita mortaliũ iudicio longa, non Dei, fecere miseri? Loquantur ipsi. *Et virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere: in malignitate autem nostra consumpti sumus.*[l] *Eos igitur nunc quilibet peruersus, impiusque princeps Deo Ecclesiæque rebellis, & ad quaslibet blasphemias* (vt Sancti Gregorii verbis vtar) *præsumendo prærumpat? voluptatum suarum nequitias impleat, aliena rapiat, innocentium oppres-*

4 *Pars. Pro conclusione. Nullus princeps peccans in prosperitatibus suis in momento transitorio glorietur.*

g Iob c. 5.

h Rom. 2.

i Daniel c. 4.

k Sap. 5. v. 18.

l S. Greg. l. 15. moral. c. 5. in c. 34 Iob.

fione fatetur. Et quia necdum percutitur, vias suas à Domino aut non videri æstimet, aut quod peius est approbari. Veniet profectò, veniet æterna, & repentina percussio, & tunc cognoscet à Deo cuncta conspici, quando se improuiso exitu viderit pro cunctorum peccatorum retributione damnari, tunc in pœna sua oculos aperiet, quos diu clausos tenuit in culpa. Tunc cõsiderasse omnia verum iudicem sentiet, quando malorum suorum meritum iam euadere sentiendo non possit. Propterea S. Pater exponendo hæc prophetæ verba.[a] *Deus auferet violentum absque manu.* Ita concludit. *Iniquus ergo, qui diu expectatus est, idcirco est repẽte sublatus, quia oculi Domini super vias hominum & omnes gressus eorum considerat, ac si diceret. Quia ea quæ diu patienter conspicit, quandoque inulta non deserit. Nam ecce subito violentum rapuit, & mala eius, quæ expectando pertulit, animaduertendo respexit. Nemo igitur dicat Deum humana facta nõ cernere: nimi iniquum quempiam iniquitates suas liberè prospiciat tumulari. Subito enim tollitur, qui diu toleratur.* Et talis Dei patientia, misericordiaque ad pœnitentiam vocantis abutendo, repentè diuinæ iustitiæ tonitruo contritus,[b] *in puncto descendet ad inferos, omnibusque videntibus* ad æternorum cruciatuum, tormentorumque loca *præcipitabitur.*

a Iob. 34.

b Iob 4. c. 40. v. 28.

CAPVT XI.

De ciuitatum, nationum, regnorumque hæresibus, schismatibusque pollutorum exitio, diuinæ iustitiæ fulmine contritorum, propter suas ab Ecclesia Catholica, sedeque Apostolica defectiones.

1. *Sacræ scripturæ testimonia de regnorum nationumque non obedientium Ecclesiæ, ac regno Christi in terris ruina.*
2. *Vrbes plurimæ, prouinciæque cum populis destructæ propter suam contra Christi D. sponsum Ecclesiam, eiusque filios persecutionem.*
3. *Regna propter peccata destruuntur, per pœnitentiam restaurantur.*
4. *Vox impudentissima hæresiarcharum, & aliorum deceptorum ab illis, dicentium Ecclesiam Christi perijsse, quia iam in ea isti non sunt amplius.*



T non solùm regũ, principumq. reproborum suæ sponsæ, sedique Apostolicæ sui imperij in terris throno, heretica rebellione, cõtumaciaque schismatica reluctãtiũ, eamque sæua, qua possunt persecutione vexantium capita, suæ iustitiæ, furorisq. fulmine conterit Deus,[c] *regendo eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringendo eos:* verum etiã eorum regna, ciuitates, & populos, eius tonitrui, fulminisque seueritate suorum facta rebellia nefariaq. principum sectantes, imitantesque destruit. Præcipuè verò seueriùs, & acerbiùs horum principũ, populorũq. corruptores, & in fide Christi polluenda, obedientiaq. Ecclesiæ Domini, eiusq. visibili capiti Romano Pontifici denegandæ detestabiles adulteros, hæresiarchas videlicet diabolicorũ dogmatũ, contra Christũ Dominũ, eiusq sponsã Catholicã, Apostolicã, Romanãq. Ecclesiam progenitores, & inuctores exterminat. Qui n. dixit in psalmis suis regius propheta.[d] *Dominus à dextris tuis confregit in die iræ suæ reges,* ipse subiunxit. *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorũ.* Quem suo tẽpore Esaias prædixerat, populos, & reges suæ vexatores Ecclesiæ, eique parere renuentes fulmine iustitiæ vindicatiuæ, tonitruoque iustæ vindictæ contriturũ, ad nihilumq. tanti turbinis impetu redactũrũ, cùm dixit.[e] *Dabit Deus in conspectu eius* (.s. Ecclesiæ sub Abrahæ nomine intellectæ,) *gentes, & reges obtinebit.* Sed quid de his facturus est. Audite cætera. *Dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam, arcui eius persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit.* At de ruina, exitioque regnorũ, & populorum instar suorum fide, moribusque corruptorũ principum, sententiã per os eiusdem prophetæ hanc tulit Dominus sic suæ loquẽs Ecclesiæ.[f] *Gens, & regnum quod non seruierit tibi peribit, & gentes solitudine vastabuntur.* Hanc ciuitatum, gentium, populorumq. infidelium, immani persecutione contra Ecclesiam Dei, sanctosque eius alumnos, & filios efferatorum ruinã, exitiũq. lugebant Christiani, quamuis in illius illi persecutionis pressura pro salute sua lætarentur, vt illa ad Scapulam Tertulliani verba testantur.[g] *Absit vt indigne feramus ea nos pati, quæ optamus, aut vltionem à vobis aliquam machinemur, quã à Deo expectamus: tamen doleamus necesse est, quod nulla ciuitas impunè latura sit sanguinis nostri effusionem.* Quod exemplorum inductione veteres euoluentibus historias clarissimè constabit. Nonne primis Ecclesiæ temporibus, anno nẽpe Christi D. sexagesimo sexto Hierapolim Philippi Apostoli sanguine cruentatã, vna cum Laodicea, & colossi terra dehiscens suis absorptam visceribus, cum incolis miserabiliter abdidit, atq. demersit?[h] Nõne aurea domus magnis priuatæ, publicæque rei sumptibus à Nerone Romæ constructa, sæuiente in Christianos Traiani persecutione, cũ multorum ciuium nece in tantæ vltionem crudelitatis, terribili deuorata flagrauit incendio? Nonne[i] Asiæ quatuor vrbes, Galatiæ tres, Græciæ duas eodem regnante, furenteque in Christianos imperatore, Deo de talibus suorum fidelium carnificinis vrbibus vindictam sumente terræmotus abstulit? Quanta cum multarum regionum, terrarumq. perditione, sub eiusdem Christianorum persecutoris immanibus edictis furiosè[k] Nilus inundauit?[l] Quantos huius temporis populos, indignante Deo, & propter suorum fideliũm neces imperij Romani maledicente prouincias, pestis, fames, incendiaq. consumpserunt?[m] Hadriano imperãte, feralia Traiani prędecessoris sui cõtra Christianos edicta nouis, corroborante, contra hos Dei seruos suppliciorũ acerbitatibus Nicopolis, Cæsareaque ciuitates Dei indignationẽ corruendo, suis obrutæ ruinis agnouerunt. Quã testati sunt ignes de cœlo missi, qui Commodo[n] imperãte, capitoliũ, domumq. vicinas Romæ deuorarunt. Sicut postea grassando, sæuiendoq. per multas imperij Rom. prouincias pestis horribilis imperante Gallo, de qua[o] Cyprianus, hanc Dei omnipotentis in suorũ fideliũ parricidas indignationẽ palã vniuerso mundo manifestauit.[p] Quot Asiæ regiones, atque prouinciæ postquam

c Psal. 2.

d Psal. 109.

e Esaiæ c. 41.

f Esaiæ c. 60. v. 12.

g Tertull. ad Scapulam.

2. Pars. *Vrbes plurimæque prouinciæ cum populis destructæ, propter suam contra Christi D. sponsam Ecclesiam, eiusque filios persecutionem.*

h Euseb. in chron. & alij.

i Lamprid. & alij in Traiano.

k Vrbes in Asia, & Græcia terræ motu perditæ ex Augusta historia.

l Nili exundatio.

m Fames, pestis, & incendia imperij prouincias populantia.

n In Hadriano Augustæ scriptores historiæ.

o Vopiscus Aurelius Victoria Commodo.

p S. Cyp. l. de mortalitate.

q Asiæ regiones factæ hæreticæ schismaticæque à barbaris destructæ.

A

B

C

D

hæreticum, schismaticumque in se virus admiserunt, barbarico subactæ furori miserabiliter labefactatæ, vastatæque perierunt? quod omnes prope temporis antiqui scriptores obseruarunt.

a Victor Vticens. Saluian.

[a] Africa diu hæresum, schismatumque pestibus incestata, suis in visceribus fouens hæresiarchas Pontificis Romani maiestatem calumniando denigrantes, sedis Apostolicæ despicientes authoritatem, Monarchiamque blasphemantes crudelissimorum barbarorum Vuandalorum,[b] Scytarum, Sarracenorum, aliorumque similis abominationis infidelium furores, rabidasque persecutiones experta est. Ne plura ad rei, quam asserimus, institutam probationem spectantia producere pergamus, Britannia magna Pelagii, Cælestiique hæresiarcharum polluta fætoribus, illico post crudelibus angelorum fernorum tunc, tetrorumque infidelium incursionibus, feritatibusque vastata est. [c] Heraclio ingratissimo diuinorum beneficiorum imperatore ab Ecclesiæ, sedisque Apostolicæ obedientia per execrabilem Monothelitarum hæresim detestabili rebellione recedente, & eius apostasiam, defectionemque hæreticam filiis, nepotibusque sequentibus, orientalis imperii splendor, & fulgor maiestatis, Mahumetanorum, Turcarum, Sarracenorum, aliorumque immanitate truculenta barbarorum furoribus extinctus est: & huius populi, nationesque imperii sub crudelissimo istorum barbarorum iugo seruitutis attriti gemendo, suspirandoque perierunt. Quanta mala Pannonia, Germaniaque à barbaris, Hungaris, Scythis, Hunnis, Gepitis, Bulgaris, aliisque humanum sanguinem sitientibus infidelibus cum innumerabili suorum populorum strage, cædeque tolerarũt? Cũ primũ [d] Arnulphus Imperator, qui cœpit anno octingẽtesimo octuagesimo septimo imperii in Germania Romani habenas pessimè moderari, in omnia se scelera, sacrilegiaque ingurgitando, sedis Apostolicæ, Romanique Pontificis fidem, obedientiam, iussaque salutaria hæreticus, schismaticusque demens eiurauit? [e] Vitiza sceleratissimus Hispaniæ Rex cùm se per diuortium, hæreticæ, schismaticæque impietatis à Romana, Catholicaque fide substraxisset, & à Romani Pontificis obedientia penitus auulsisset, magnam a barbaris Sarracenis suum vastandi, destruendique regnum ansam, occasionemq. præbuit. Qui à Roderico eius successore vita spoliatus, & imperio, multas in Hispania tragœdias, vastationes, incolarum trucidationes vita cadens excitauit. Cuius successor, & homicida Rodericus, illius sectator abominationum ab obedientia sedis Apostolicæ factus apostata, maioris occasionis, & facultatis Hispanias inuadendi causa Mauris Sarracenis extitit. Quia cum libidinis inflammatus insania, filiam virginem comitis Iuliani per vim indignissimam, violentiamque cõstuprauisset, pater virginis tam petulco conatu corruptæ, tam ignominiosę iniuriæ protsus impatiens, intolerabili dolore accẽsus, & ira in Hispaniam Sarracenos euocat; qui anno 714. victo cum exercitu, trucidatoque inter medias acies Roderico rege, facili negotio illud Hispaniæ regnum suæ dominationi, seruitutiq. crudeli subiugarunt. Cùm nulla iam in regno illo propugnacula, nullæ munitæ arces, nulla vrbium mœnia amplius extarent, quæ dudom impius ille, atque ferox tyrãnus Vitiza demolieda, vt ante notauimus, adæquandaque solo curauerat: ne subditi harum munitionum præsidio suis tyrannicis oppressionibus obsistere possent. Aliud assertionis meę corroborandæ exemplum non ampliùs addam. Stet hoc pro huius partis conclusione, propter peccata grauissima, maximè hæreseos, schismatis, rebellionisque in Ecclesiã Dei, Christique Domini vicarium, regna, nationes, imperia, magnosque principatus cum subditis ciuitatibus, earumque incolis exitio, ruinæque præcipitari, atque destrui: per conuersionem verò ad Deum, pœnitentiamque salutarẽ denuo stabiliri, restaurari, atque firmari, quod promittente per Hieremiam prophetam Deo didicimus, ita populum suum alloquente:[f] *Si quiescentes mãseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam, plantabo, & non euellam, iam enim placatus sum super malo, quod feci vobis, quod si seruis fereritis, gladius deuorabit vos.* Vt Micheas aliis verbis sed eundem sensum sortitus asseuerauit.[g] *Et erit in illa die, dicit Dominus, auferam equos tuos de medio tui, & disperdam quadrigas tuas.* Idest omnibos te bellandi munitionibus, armis, viribusque spoliabo, quibus te contra sponsam meam, eiusque pastores munire voles. Addit prætcrea.[h] *Et perdam ciuitates terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas.* Hinc S.[i] Cyrillus in cap. 41. Esaiæ omnes populos, nationesque mundi, admonendos esse docet, ne Dei Ecclesiam, eius pastorem, caputque visibile temerę, superbaque rebellione eludant, atque contemnant, ac eius imperia, legesque, vt Septuaginta loquuntur [Greek word, illegible], id est transgrediantur, neue eorum metas, terminosque transiliant. Cum maxima in regna principatus eorumque populos calamitatum, miseriarumque colluuies ex hoc contemptus, rebellionisque fonte redundet. Ex quo populos suas haurire contumacias, irrisiones, & opprobria, contra sanctissimam Christi Domini sponsam, sanctamque Petri cathedram, nouorum errorum, dogmatumque contra Christum D. eiusque religionem, ac fidem Catholicam impiorum progenitores, & inuentores hæresiarchæ suis infatuatos præstigiis, fraudibusque cõpulerunt. Qui cum suis defectionibus, assectionibusque, omni detestandis execratione extra ecclesiam Dei, sedisque Apostolicæ doctrinam, fidemque positi, ad diaboli castra, pestilentiæ cathedras auolarint: hanc sanctissimam Christi D. sponsam, omnium Catholicorum fidelium matrem perisse mordicus asserere, ac mentiri impudentissimè nõ perhorrescunt, vt de Donato, Parmeniano, aliisque Donatistarũ ministris, & antesignanis S. Augustinus suo tempore dicebat, sic Parmenianum eiusque dogmata impia confundendo.[k] *Christus vnus est, Ecclesia vnitas, non respondet vni nisi vnitas. Sed existunt qui dicunt. Iam hoc factum est; respondit ei, in omnibus gentibus Ecclesia pariens filios plures, quàm illa, quæ habebat virum. Respondit ei in via virtutis suæ: Credidit enim Christum resurrexisse, crediderunt in eum gentes. Sed illa Ecclesia, quæ fuit omnium gentium, iam non est, periit, hoc dicunt qui in illa non sunt. O impudentem vocem! Illa non est, quia tu in illa non es? Vide ne tu ideo non sis; nam illa erit, etsi tu non sis.* Subdit postea continẽtet.[l] *Hanc vocem abominabilem, & detestabilem, præsumptionis, & falsitatis plenam, nulla veritate suffultam, nulla sapientia illuminatam, nullo sale conditam, vanam, temerariam, præcipitem, perniciosam*

b Procop. de bello Vuandal. & alii.

Beda in hist. Angl. Surius in vita S. Augustin. tom. 3 Maii 25

c Cedrenus, Theophanes, Nicephorus, Zonaras & alii.

d Luitprandus in Arnulpho.

e Rodericus Archiep. Tolet. l. 3. c. 15. Mariana de reb. Hisp. l. 6. c. 19.

Annales Hispaniæ.

Hispania barbaris subiugata Sarracenis propter iniuriam sedi Apostolicæ Romanoque Pontifici obedientiam per hæreticam, schismaticamque rebellionem.

3. Pars. Regna propter peccata destruuntur, per pœnitentiam restaurantur.

f Hiere. c. 42.

g Michææ c. 5.

h Ibid.

i S. Cyrillus in Esaia c. 41.

4. Pars. Vox impudentissima hæresiarcharum, & aliorum deceptorum ab illis dicentium Ecclesiam Christi periisse quia iam in ea non sunt amplius.

k S. Aug. l. 1. c. 1. contra Parmen. to. 7

l S. Aug. ibid.

prandis Spiritus Dei, & tanquam contra illos cùm A *annunciaret vnitatem,*[a] *in conueniendo populos in vnum, & reges, vt seruiant Domino.* Et paulò post. [b] *Quoniam quidam dicturi erant contra, fuit* (scilicet Ecclesia Catholica, Romæ principatum tenens) *& non est.* [c] *Exiguitatem,* inquit, *dierū meorum annuntia mihi. Quod est quod nescio! qui recedentes à me* (inquit Ecclesia sancta) *murmurant contra me? Quid est quod perditi me periisse contendunt? Certè enim hoc dicunt, quæ fui, & nō sum? Annuntia mihi exiguitatem dierum meorum. Non à te quæro dies illos æternos, illi sine fine sunt: Vbi ero non ipsos quæro, temporales quæro, temporales dies mihi annuntia. Quandiu ero in isto seculo, annuntia mihi propter illos, qui dicunt, fuit, & iam non est: propter illos, qui dicunt, impleta sunt scripturæ, crediderunt omnes gentes, sed apostatauit, & periit Ecclesia de omnibus gentibus.* Contra quas impiorum errorum, dogmatumq. sacrilegorum insanias, atque furores, primis sponsæ suæ principibus, prælatis, atque magistris, apostolis videlicet, atq. discipulis dixit Dominus. [d] *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.* Ergo Ecclesia, fidelium sancta mater, cum sponso suo saluatore nostro semper per charitatem perfectionis vinculum, gratiáq. sociata nec perire vlla ratione, nec ab eo apostatare potest. Quid ad hæc nefarii hæresiarchæ, hæreticorum diabolico semine progenitores tam nostri seculi Lutherus, Caluinus, Beza, vel eorum sectatores abominationis, quàm temporum priscorum, vt Donatus, Nouatus, Nouatiani, & ab illis exorti, respondent? qui Christianū orbem fœtido nefandissimæ doctrinæ halitu, hæreseosq. peste contaminarūt? Audiatur rursus S. Augustin. his huiusmodi furiosissimū hominū genus verbis in eodem loco confundens.[e] *Sed hic existunt, & dicunt. Vobiscum sum,* inquit, *vsque ad consummationem seculi, quia nos prædicebas, quia pars Donati* (ita pars Lutheri, Caluini &c.) *erat in terra.* Quos ita sanctissimus pater, doctorque sapientissimus hac responsione conuincit. *Nunquid ipsa est, quæ dixit. Exiguitatem dierum meorum annuncia mihi, ac non illa potius, quæ superius loquebatur. In conueniendo populos in vnum, & regna, vt seruiant Domino? Vnde vobis cor doleri? Quia & imperatores contra hæreticos leges proponunt, ibi impletum est, & regna, vt seruiant Domino &c.*

a Psal. 101.
b Ibid.
c Psal. 101.
Impia & scelerata hæreticorum vox Ecclesiam Catholicam Apostolicam, & Romanam periisse, & apostatasse.
d Matth 28.
e S. Aug. ibid.

CAPVT XII.

Mors maximè horribilis, & funestissima D hæresiarcharum terribili in fine vitæ nefandæ, vltionis diuinæ fulmine cōtritorum, qui humanas societates, de quibus superiori capite dictum est, schismaticis hæreticisque dogmatis sceleratissimè contaminarunt.

1. *Mors pessima, atque funestissima veterum hæresiarcharum.*
2. *Similiter & Neotericorum Lutheri, Caluini, & eorum sectatorum in cathedra pestilentia veritatem Catholicam Ecclesiæque sanctitatem diabolicis erroribus oppugnantium interitus execrabilis.*
3. *Reproborum perditionem Ecclesia, Rom. Pontifex, omnesque boni lugent, pro eorum conuersione ex cordis intimo vota Deo facientes.*

ATQVE isti sunt maiestatis diuinæ blasphematores, rerū sacrarū prostitutores, fœdissimæ, perniciosissimæq. generis humani pestes, crudelissimi animarum carnifices, atque tortores, sanctissimi fœderis inter spiritualem, secularemque Monarchiam sacrilegi, quantum in illis est interemptores, sedis Apostolicæ hostes immanissimi, & sceleratissimi Romani Pontificis, eiusq. principatus augustissimi calumniatores. Qui tā sæpe dirissimis odiorum, inimicitiarūq. furiis à Christo passo sanctitatem Christianæ fidei, puritatéq. B Catholicæ religionis adulterare, immundissimo suæ detestabilis doctrinę semine cōstuprare, omni impetu conando tentauerunt. Qui tot furiosissimis dissidiorum, odiorū, seditionū, tumultuū, aliarumq. grauissimarū calamitatum, hanc vnicā sponsam Christi, S. Petri nauiculam immaculatā, omni ruga, labeq. carentem Ecclesiam tempestatibus agitare nullo tēpore cessarūt. In quos merito propterea, *intonuit de cælo Dominus*, & seuerissimæ condēnationis aduersus eos *altissimus dedit vocem suam*, cuius attriti fulmine turpissimè omnes expirarunt. Inter quos Simon Magus, primus inter hæresiarchas diaboli minister in apertum campū contra Christū D. eiusq. Ecclesiam militaturus erupit. [g] Qui cum præstigiis dæmonum euectus in aëra volatum nitendo, S. [h] Petri precibus, orationibusque Christo D. fusis, subito diuinæ iustitię fulmine percussus in C [i] terras impetu magno præcipitatus, fractis cruribus, tibiis, luxatisque totius corporis membris miserrima morte, sceleratissimæ vitę cursum abripuit, finemque horribiliter imposuit. Huius præstigiosi volatus [k] artibus dæmonum, & lapsus funestissimi precibus S. Petri descriptionem S. [l] Clemens sicut à magistro suo didicerat S. Petro contexuit. Huius primogeniti satanę discipulos Menandrum Antiochenum, Basilidem Alexandrinum, Carpocratem, (à quo turpissima, & fœdissima Gnosticorum secta) magicas Simonis præstigias, non occultè, (vt exercebat ille) sed in apertum, publicumq. producentes, vario, terribiliq. diuinę iustitiæ tonitruo prostratos, contritosq. miserrimè periisse, & protinus ad inferna cecidisse, Ecclesiasticæ historiæ scriptores [m] Eusebius, aliiq. referunt. Quem finem miserum D & acerbum Maneti, seu Manichæo [n] nefandissima vita, execrabilis contra Dei Ecclesiā, eiusque in terris imperii thronum S. Petri cathedrā, doctrina, horribilesq. quos in eius anima diabolus inseuit errores attulerunt? Nonne iusti Dei iudicii ingruente, & de manibus eius erūpente in caput nefarii hæresiarchæ tonitruo, excoriatus, viuusque detracta pelle de corpore violēter, sententia Persarū regis excarnificatus interiit? Montanū verò Theodotū, eorūq. Pythonicas meretrices prophetissarū falso, mendaciq. nomine nefanda scelera tegētes, nōne diabolica [o] desperatio ad laqueos adegit, vt extinctis suffocatione corporibus, execrabiles eorū animæ sempiterna tormenta subituræ citiùs infernorū hiatibus absorherētur? Quid Donatistæ? Nonne quosdam eorum

1. Simonis Magi.
g Arnobius l. 2. contra gentes
h Euseb. hist. l. 2. c. 14.
i S. Cyrill. Hierosolym. catechef. 6.
i S. Epiphan. hæref 21
k Philostrius de hæresib. c. 3.
l S. Clem. l. 6.
2. Discipulorū Simonis.
m Euseb l. 4. c. 7.
3. Manichæi seu Manetis.
n S. Epiphan. hæresib. 66.
4. Montani Theodoti & eorum prophetissarum.
o Euseb l. 5 c. 16
5. Donatistarum à canibus deuoratorum.

ministros Episcopos diabolici seminatores erroris sacrosanctam dominici corporis Eucharistiā canibus (horribile dictu!) proiicientes [a] ipsimet canes in rabiē versi dente vindice de cœlo contra tanti sceleris authores, fulminante Domino dilaceratos, dilaniatosq. maxima ex parte deuorarūt?

a Optat. Milev. l. 2. contra Parmen.

6 Arij.

At stupēdus nimiū, valdeq. miserabilis, & horribilis Arij, qui Saluatoris nostri diuinitatē nefanda blasphemia furiosissimus diaboli satelles oppugnauerat, interitus omnibus notus est; quē purgādi ventris occasione [b] latrinis inhærentē, intestinorū omniū cū excrementis effusione mors teterrima, crudelissimaq. [c] corripuit: atq. veluti subitaneo contritū fulmine cum diaboli, cui nefandissimè seruierat, in ima perpetuorum cruciatuū tartara depressit. Ebionē balnei ruina inspetata, & improuisa contriuit, & oppressit, inquit S. Epiphanius.

b S. Athanas. orat. 2. contra Arianos.
c Ruff. l. 10. c. 13.
7 Ebionis.
S. Epiphan. in hæresi Ebionist.

B Circūcelliones, Donatistas mania, rabieq. dæmoniaca correptos, voluntaria ex altissimis turribus, rupibusq. præcipitia necauerūt, vt S. Augustinus testis est. [d] Nestorius lingua qua cōtra Christū Dominū, eiusq. sanctissimā matrē Virginē, verè [e] Theotôcū tā dirè, atrociterq. blasphemarat, fœtidis esesa vermibus, in Oasi insula multis agitatus furijs scelerū suorum vltricibus, ærumnisque consumptus, sceleratissimam vitam cum funestissima morte commutauit.

8 Donatistæ Circumcellionum.
d S. August.
9 Nestorij.
e Euagr. l. 1. c. 7

2. Pars. Neotericorum hæresiarcharum interitus.
f Cochlæus in vita Lutheri.
10. Lutheri.

Si relictis antiquis de miserrima priscorū hæresiarcharū morte à terrifico iustitiæ Dei vindicatiuæ fulmine profecta historiis, in nouas, recētioresq. nostri seculi descendere velimus, [f] intelligemus nefandissimū apostatā Lutherū subitaneo, eoq. stupendo valde interitu de tabernaculo C immūdissimi libidinibus, crapula, gula, ebrietate corrupti corporis ad inferos miserabiliter excessisse. Qui cū vespere cibis, potuq. se porcorū instar ingurgitauisset, & in ista ciborū, poculorūq. repletione malè sui cōpos, omnes turpibus, lasciuisq. dicteriis, dictis sordidis, gestibusq. histrionicis, ad risum, insanasq. facetias incitauisset: lætitia gestiēs insolenti mimicaq. cubitū secedēs, vt ibi crapulā edormiret, & eshalaret, animā, manè sceleratissimam eshalasse repertus est. Scribit Thomas Bosius [g] se audiuisse haud ita pridē compertum, testimonio sui familiaris, qui tū puer illi seruiebat, *Lutherū sibimetipsi laqueo iniecto necē miserrimā attulisse, sed datū cunctis domesticis res conscijs iusiurandū, ne factum diuulgarent, ob honorem euangelij.* Oecolampadium [h] plena sanitate, cum dormitū iuisset, repentinæ mortis turbo suffocauit in lecto: quē sic interēptū manè eius vxor inD uenit. Huius mortē tā inopinatā, celerēq. [i] Lutherus audiēs ipsi inimicissimus, quod à suis deficiens partibus ad nouas hæreses, erroresq. nefarios Lutheranis dissimiles impietatibus aduolasset, editis libellis quibusdam exclamasse fertur, *sibi esse exploratissimum Oecolampadium igneis diaboli telis fuisse confossum.*

g Bosius l. 23. c. 3. de signis.
11. Oecolampadij.
h Cochlæus in actis Lutheri an. 1531.
i Hoc Bosius l. 23. c. 3.

Si ministris [k] Basiliēsibus adhibeatur fides Carolstadio solertissimo suæ abominationis, impietatisq. ministro diabolū violēto vulnere mortem detestabilē peperisse cognoscemus. Ipsūq. diabolū alteri suæ tyrānidis, execrabilisq. suæ dominationis satelliti nefario Zuinglio [l] mortē infelicissimā, crudelissimāq. accelerasse ex historiis seculi nostri didicimus. Quē in medio castrorū cāpo pro diabolo eiusq. nefandis erroribus contra Christum Dominū, eiusque sanctissimā sponsā

12. Carolstadij.
k Ministri Basilienses in epist. quam de morte Carolstadij ediderunt.
13. Zuinglij.
l Cochlæus in actis Lutheri an. 1531. & alii.

A Ecclesiā, apostolicā, Catholicāq. furiosè pugnātem Catholici Heluetij generosè, strenuèque pro Christo, & eius religione sanctissima, contra diabolum, eiusque hæreses detestandas, dogmataque nefanda dimicantes Christo pro illis pugnante trucidarunt.

At Caluini omnium hæresiarcharū, ministrorumque diaboli, qui vnquā contra spiritualem Rom. Pontificis secularemq. Catholicorū principum maiestatē maiori cum insania furoreq. luctati sunt, effrænatiusque cunctis fidei Christianę Catholicæque religionis articulis obstiterūt, perniciosissimi, atque scelerarissimi, qualis extitit interitus? Qualis mors miserrima vitæ nefandissimæ debita, tamque detestādis hæresiarchæ nefandissimi factis, operibusque dignissima? Si Bezæ testimonium vitam sui nefarij magistri describentis admittere velimus, vt par est in tali B materia, in qua veritatem ab inimicis nostris licet inuitis & præter eorum intentionem pro Catholica fide vtiliter extorquemus. Hunc abominabilem Catholicæ fidei blasphematorem, & osorem, per quatuor ferè annos nouem morbis horridis, acerbissimisque fuisse discruciatū scimus, nimirum cholica, calculo, morbo articulari, hæmorroidibus, febri Phthysica, asmate, Hemicranio, catharro continuo, & vomitu sanguinis. Erubuit Beza decimum morbum, omnium fœdissimum, acerbissimumque, meminisse nempe viuæ carnis, per vermes fœtidos, putridosque consumptionem exitialiter horribilem. Quibus vndequaque cū fœtore intolerabili, de corpore moriente, per intolerabiles cruciatus, doloresC que scatentibus, instar Antiochi, Herodis, Maximini, Hunerici, & similiū impietatis, crudelitatisque prodigiorum (vt [m] Hieronymus Bolsecus in eius vita testis est) expirando, miserrimā sempiternis destinatam tormentis animam dæmonibus, quos prius blasphemando, execrandoq. moriens inuocauerat, non sine magno astantiū stupore, terroreque tradidit. Et ita clarissimè patet ex his enumeratis paucorum hæresiarcharū interitus exemplis, quàm terribilis Deus sit non modò super principes, eorumque populos suæ desertores Ecclesiæ & oppressores, sui in terra vicarii maiestatem contemnentes, odioque prosequentes exitiali, sed etiam maxime super hæresiarchas sacrilegos, abominabiles principum, populorumque illorum suis nefandis erroribus, dogmatibusque corruptores, truculentos animarum, carnifices quas suis hæresibus, schismaticisque rebellionibus infatuarunt. Quos prius ecD clesiastico fulmine percussos, suæ tandem iustitiæ terribilisque vindictæ tonitruo conterit; contritosque perpetuis agitandos torquendosque cruciatibus in profunda gehennæ barathra præcipitat. Atque illos sic infeliciter vtraque vita, temporali, & æterna cecidisse, quòd eos nulla tā immanium scelerum contra Christum D. eius sanctam religionem, fidemque patratorum pœnitētia cœperit, merito luget Ecclesia charissima mater. Cuius tanto reproborum exitio viscera torquentur, quæ sicut sponsus Christus mundi saluator omnes vult saluos fieri. Luget & sanctissimus pater, eius fidelium matris Christi Domini sponsæ pastor œcumenicus, cui Dominus ipse dominantium Christus in ædificationē, non in destructionem, in animarum salutem, non in ruinam, interitumque potestatem summam in

14. Caluini.
Beza præfat. commentariorum Caluini in Iosue, & in vita Caluini.
m Hieron. Bolsecus in vita Caluini.
3. Pars. Ob perditionem reproborum Ecclesia, Romanus pontifex, omnesque boni lugent pro eorum conuersione Deo vota facientes.

in sua Ecclesia tradidit, vt Orientalis Ecclesiæ, A per Illyricum dispersæ præsules, & Episcopi ad Symmachũ Papam ita scribebant.ᵃ *Neque in eradicando, aut diruendo, sed in plantando, atque in ædificando potius, secundùm Beatum Ieremiam, magis vero secundum Saluatorem mundi Christum in cuius ille extitit typo, tibi potestas est tradita in soluendo quoque diu vinctos ad imitationem magistri.* Omnes denique boni, fidelesque Catholici, huius sanctissimæ matris, patrisque spiritualis animarum filij obsequentissimi, Pontificiæ sicut regiæ maiestatis obseruantissimi, istorum reproborum morte, interituque funestissimo compassione tacti charitatis in cordibus vehementissimè contristantur. Quos vellent Christi D. per eius misericordiæ viscera seruasse mandata, Catholicæ Ecclesiæ paruisse, Rom. Pontificis authoritatem, maiestatemque religiosè, vt par est, respexisse, deuotéque coluisse, vt non perijssent. Sed cùm in inferno nulla sit redemptio, saltem hæc vna illos in medio tristitiæ suæ consolatio sustentet, vt omnes perditi propter hæreseos, schismatisque, quibus adhuc in hac vita superstites exitialiter loquuntur, damnatorum hæresiarcharum præstigiosis, impijsque persuasionibus infatuati, suos agnoscant errores, hæreses, schismataque nefanda serio detestentur. Hæc salutari, potentique pœnitentia deleant, sic in charissimum Ecclesiæ sanctæ matris sinum meritoriè se conferant, illius, Romanique Pontificis imperia obsequio filiali reuerenter amplexatum, vt cum electis Dei verè Catholicis triumphantis Ecclesiæ tandem aliquando gaudiis æternis, præmijsque potiantur.

ᵃ Orient. Ecclesiæ ad Symmachum Papam Epistola.

Votum bonorum Catholicorum pro salute, & conuersione hæreticorum, & schismaticorum.

BREVIS AD LECTOREM
ADMONITIO.

De stupendis, exitialibusque diuinæ iustitiæ tonitruis contra Græcos, propter nefarias illorum rebelliones, hæreticaque schismata, contra supremam sedis Apostolicæ dignitatem, monarchicamque Pontificis Romani maiestatem, priusquam tractemus postremo huius libri capite, duo notabimus: primum erit de sincera, Catholicaq; fide Cõciliorum, Imperatorum, antiquorũ patrum, doctorumq; Græcorum, necnon sanctissima eorum Rom. Põtifici, vt supremo vniuersalis Ecclesiæ principi præstita semper obedientia. Secundum est de nefandissima, superbissimaque recentium neotericorumque Græcorum rebellione aduersus sedem Apostolicã monarchę spiritualis Ecclesiasticiq; maiestatẽ huic antiquorũ patrũ, imperatorum, conciliorumque obedientiæ, fideique sinceritati maximè contraria.

CAP. XIII.

De puritate fidei, confessioneque Catholica œcumenicorum conciliorũ, in Græcia habitorum, & Imperatorũ Græcorũ, supremã in omnes fideles, Pastores, prælatos Ecclesiæ, & populos Romani Pontificis, vt vniuersalis Ecclesiæ monarchæ potestatem, primatumque sincera religione colentium, & impiam Neotericorum Græcorum aduersus illum patris sanctissimi primatum, rebellionem potentissimè confundentium.

1. *Ex opposita Sanctorum Græciæ patrum pietate principatum sedis Apostolicæ sincerè suo tempore confessorum impietas Neotericorum huic principatui reluctata conspicitur, tantò miseriorum rebellando, quantò sancti eorum Patres Rom. Pontifici obediendo beatiores extitere.*
2. *Orthodoxa œcumenicorum conciliorum in Græcia factorum de monarchico Pontificis Rom. principatu confessio.*

A 3. *Eandem Imperatores in Oriente commorantes confessionem piè, religioséque ediderunt.*



T impietates, abominationesque recentiorum Græcorum, schismatica, hæreticaque rebellione contra supremã in Ecclesia Christi, Romani Pontificis authoritatem, primatumque nefariè, pertinaciterque armatorum clarius agnoscamus; atque propterea confiteamur, quàm illi iustè, terribilis diuinæ iustitiæ, maledictionisque fulmine conteri, perellique mereantur. In lucem, aspectumque lectorum prudentia, & æquitate præstantium prodocenda venit, sancta, Catholicaque confessio, B quam de sublimi, summaque super omnes fideles Romani Pontificis authoritate data diuinitus, sacrosancta concilia generalia, in Græciæ partibus habita, Christianissimi Græciæ, ac Orientis Imperatores, Græcique sanctissimi patres, atque Doctores antiquissimi ingenuè, fideliterque non solum verbo, & ore, sed facto, & opere protulerunt. Cùm supremam ipsi obedientiam supremæ debitam potestati, ipsi sanctissimo omnium Catholicorum parenti religiosissimè præstiterint.ᵃ Quorum sanctitatem, obedientiæque Christianæ deuotionem, si posteri rebelles huic sanctissimæ Ecclesiæ principi deosculari,

Ciuitas Constantinop. quamdiu vt filia deuota Ecclesiæ Romanæ, & matri omnium Ecclesiarum paruit, felix extitit, secus misera.

operéque venerari voluisset, non in bas extremas calamitates, & miserias, de quibus inferiùs, adacti funestissimam Catholicæ religionis, imperij, artiom bonarum, sublimiumque disciplinatum iacturam vna cum vtriusque salutis corporis, & animæ naufragio subiuissent. Ipsaque Constantinopolitana ciuitas, princeps reginaque vrbium Orientalis imperij, quamdiu Romani Pontificis paruit imperio, sedisque Apostolicæ communicatione, sanctificata resplenduit, inexpugnabilis barbaris, infidelibus, indomitaque perstitit. Cui propterea vatis illud apposité quadrare poterat. [a] *Vrbs fortitudinis nostræ Sion, positus est in ea Saluator murus & antemurale.* Et cum Saluatoris auxilio simul illi Virginis Deiparæ semper affulsit intercessio dicentis cum sponsa in canticis, in illius fauorem ciuitatis. [b] *Ego murus, & vbera mea turris.* Sed vbi ab ipsius diuinæ Sancti Petri cathedræ, obseqoio, obedientia[...] defecit, Romanique Pontificis imperiis obed[...]e reluctando negauit: tunc lugubri illi, mœstoque Prophetæ Ieremiæ carmini locum dedit, *Luxit antemurale, & murus pariter dissipatus est.* Vt in vtramque partem exẽpla, quæ produci possunt clarissimè manifestant. Quàm obstinatè facti rebelles, & proterui recentiores Græci! Qui fatui, & insensati suaui super petras, & silices durissimos aures aggrauauisse criminantur, oe sanctissima, maximeque custodiendo bus salutaria, œcumenicorum conciliorum in Oriente coactorum oracula audirent, & iotelligerent. Vt illud Concilij Niceni, quo Spiritus sanctus supremam Romani Pontificis super omnes principes, ac populos authoritatem verbis istis solidissimè firmauit. [d] *Vt omnes Episcopi, qui in quibusdam grauioribus pulsantur, vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, liberè Apostolicã appellent sedem, atque ad eam, quasi ad matrem confugiant, vt ab ea, sicut semper fuit, piè fulciantur, defendantur, & liberentur. Cuius dispositioni omnes maiores Ecclesiasticas causas, & Episcoporum iudicia antiqua Apostolorum, eorum successorum, & canonũ authoritas reseruauit. Quoniam culpantur Episcopi, qui aliter erga patres egerint, quàm quod eiusdem sedis Papæ fieri placuit.* Quid hac concilij authoritate, testimonioque ad huius supremæ Pontificis Romani, super omnes Ecclesiæ Pastores, & oues potestatis assertionem clarius? Principem vero omnium fideliũ non modo qui agoorũ spiritualiũ loco sunt, sed etiã omniũ Sacerdotũ, Pastorũ, prælatorum, Episcoporum simplicium, per oues intellectorũ, nec solum illorũ Ecclesiarũ rectorum, verum etiam maximorum prælatorum Episcopis simplicibus iurisdictione sicut dignitate præeuntium, Patriarcharum dico Orientalium Romanum Pontificem contra hanc insanam, dementemque Græcorum contumaciam, rebellionemque schismaticam eadem sacrosancta synodus agnouit: & sicut à Spiritu sancto didicerat, diuinitus ordinatum fide Catholica credendo, talibusque verbis affirmando comprobauit. *Considerat Patriarcha ea, quæ Archiepiscopi, & Episcopi in prouinciis suis faciunt, & si quid reperiat secus quàm oportet, factum mutet, & disponat, prout sibi videbitur: siquidem est pater omnium, & illi filij eius. Et quãuis sit Archiepiscopus inter Episcopos, tanquam frater maior, qui curam habet fratrum suorum, & ei debent obedientiã quia præest: est tamẽ Patriarcha hic omnibus, qui sub potestate eius sũt. Sicut ille qui tenet sedẽ Romæ, caput, & Princeps est omnium Patriarcharum:*

a Esaiæ c. 28.

b Cant. c. 4.

c Ierem. c. 2.

d Concil Nicen 1.

e Part. 1. De supremo Rom Pontificis super omnes fideles imperio testimonium.

Con 2. in canonibus collectio ep Iulij Papæ.

Rom. Pontifex omnium Patriarcharum Princeps sicut Patriarcha aliorum Episcoporum, & Sacerdotum Princeps appellatur.

Concil Nicen. 1. can. 39. in canonib. ex Arabico translatis. Vide Turrian. in hunc canonem.

A *quandoquidem ipse est primus, sicut Petrus cui data est potestas in omnes principes Christianos, & omnes populos eorum, vt qui sit Vicarius Christi Domini nostri, super cunctos populos, & vniuersam Ecclesiam Christianam, & quicumque contradixerit, à synodo excommunicatur.* Hæc diuina Catholicæ veritatis oracula in Orientali imperio, vbi Græcorum sapientia vigebat in medio illorum Ecclesiæ Spiritus sanctus ore tot orthodoxorum patrum, toto Christianorum orbe, mundoque clarissimè circumsonantia pronuntiauit. Ad quæ nihilominus obstinatorum, indeque maledictorum Græcorũ scelerata semper in sedem Apostolicã rebellione furentium obsurdescunt aores, quas ne salutaria sibi intelligerent, super petras aggrauauerunt. In hoc Arianis ipsis iniquiores, qui hanc supremam Romani Pontificis super omnes fideles laicos, & Ecclesiasticos tam maiores, quàm minores au- B thoritatem confiteri, & agnoscere palam, publiceque minimè deprecabantur. Erroris sui veniã à Romanæ sedis præsule Iulio, tanquam ab vniuersalis Ecclesiæ principe precibus humilibus obsecrantes, licet id dolo malo facerent, vt Orientalium Catholicorum facilius fraudibus illuderent, prælatorumque Orientalis Ecclesiæ iurisdictionem hac ad pontificiam maiestatẽ prouocatione declinarent. [f] Sic enim S. Athanasius. *Vt olim, inquit, Pharisæi summoti reiectique à iudicanda causa S. Petri, & suam, & cæterorum Iudæorũ contra ipsum coniurationem perfecerunt: vtque beatũ Dauidem præter meritum persecutionibus agitari voce ipsius persecutoris innotuit, ita peccatum suum confitentis [g] peccaui, inquiens, fili Dauid. Ita quoque nunc Ariani victi à veritate veniam scriptis literis à Iulio Romano Pontifice poposcerunt, & ad nos pro pace* C *epistolas* (scilicet Iulij Papæ) *misere.* Si isti rebellionis cæcati dementia non essent gemmina viperarum, si suorum patrum famam, & candorẽ nominis, ab illorũ sanctitate, religione, fide, doctrinaque Catholica deficientes, rebellione schismatica, hæreticaque contumacia non adulterauissẽt infamiæque macula misere polluissent. Nonne [h] decretum Sanctorũ Ephesini concilij patrum honore debito obedientia respexissent? Quo ad Cælestinum Papam scribentes ab eo veluti vniuersalis Ecclesiæ principe eorum, quæ in œcumenico concilio contra Nestorium hæresiarchã facta sunt confirmationẽ, humiliter, obnixéque rogauerũt? Si non rebellionis insania fascinati, cur oblatum honorem à Sanctis Patribus Calchedonẽsis synodi maximum Sanctissimo Leoni [i] Papæ, D eiusque successoribus, quo quidem eum cum orthodoxæ fidei sinceritate totius Ecclesiæ principem, vniuersalemque Christianorum Episcopũ reuerenter appellarunt, ipsi postea Romano Põtifici sopesbissima contumelia negauerunt? Qui patres huius œcumenicæ coronæ alio loco in supremi Romano Pontifici dati diuinitus honoris confirmationem, referente Diuo Thoma dixerunt. [k] *Si quis Episcopus prædicatur infamis, liberã habeat sententiam appellandi beatissimum Episcopum antiquæ Romæ, quia habemus Petrum petram refugij, & ipsi soli libera potestate loco Dei sit ius decernendi Episcopi criminati infamiã secundum claues à Domino sibi datas.* Et inferiùs. *Et omnia ab eo definita teneantur tanquam à Vicario Apostolici throni.* Idem ipse doctor Angelicus supra. [l] *Legitur*, inquit, *in Calchedonẽsi cõcilio, quod tota synodus clamauit Leoni Papæ: Leo sãctissimus, Apostolicus, & œcumenicus. s.*

In quo Græci schismatici nequiores Arrianis sunt.

S. Athanas. orat. 2.

f In ep. ad Apost.

g 1. Reg. 26.

h Ephes. synodi epist. ad Cælestinum Papam an. 430.

Romanus Pontifex à Concilio Calched. Princeps Ecclesiæ, & vniuersalis Episcopus appellatus.

i Leo 9 ep. adversus præsumptiones Michaelis Constantinop. & Leonis Acridani Episcoporũ.

k D. Thom. c. 67. opusc. contra Græcorum errores.

l Ibid. p 28.

vniuersalis Patriarcha per multos annos viuat. Similiter sicut in Ephesina synodo supra notauimus, huiusconcilij patres omnium quæ contra Eutychetem, Dioscorum Alexandrinum Patriarcham, aliosque Eutychianos decreuerāt à S. Leone Papa, Ecclesiæ principe confirmationem his verbis humiliter, deuotéque precando flagitarunt.[a] *Rogamus igitur & tuis decretis nostrum honora iudicium. Et sicut nos capiti in bonis adiecimus cōsonantiam, sic & summitas tua filiis quod decet adimpleat.* Audiant ista Græci contumaces, in quibus omnes illi Sancti Patres in œcumenica synodo congregati, prout Spiritus sanctus per eorum voces, & ora loquebatur coniunctis cordibus, sicut corporibus S. Leonem Romanum Pontificem, communem, spiritualemque patrem suum, seque illius obedientissimos filios appellant?[b] Nūquid Nicena 2. Synodus erat orthodoxa, nullis circa fidem erroribus obnoxia? At illa Romanam ecclesiam omnium matrem, caputque ingenuè confessa est. Sed si verum, quod schismatici Græci, Romanoque Pontifici rebelles mordicus affirmant, obstinatéque defendunt, hæc in Constantinopolitano primo concilio generali fuisse decreta:[c] *Constātinopolitanus Episcopus habeat priores honoris partes post Romanum Episcopum, eo quod sit ipsa noua Roma.* Quare igitur priores honoris partes Romano Pontifici non deferunt, quare suum Constantinopolitanum Patriarcham hoc Pontifice Romano minorem dignitate tam impatienti ferunt animo? Quare suum Orientalem præsulem huic vniuersalis Ecclesiæ principi, Pastorique cedere, & obedire, prout diuina iura dictant à conciliis confirmata generalibus minimè patiuntur? Pudeat te ciuitas meretrix, plena mendacij, schismatici monstri genitrix, hæretici erroris indagatrix, Catholicæque veritatis expultrix! quondam pietatis, fideique Christianæ magistra, illius imperatoris, qui te suo nomine decorauit, te ad tantam magnificentiam, sublimitatemque construxit, tuæ gloriæ splendorem, honorisque super omnes Orientalis orbis ciuitates caput extulit, sanctitatem confessionis orthodoxæ, sinceræ fidei confessionem, filialem, salutaremq; Romano Pontifici, vt vniuersalis Ecclesiæ principi summo præstitam obedientiam, tuis rebellionibus schismaticis, hæreticaque superbia, infamiæ, turpitudinique prostituisse![d] Qui S. Syluestrum, eiusque successores Romanos Pontifices, Ecclesiæ vniuersalis principes, rectoresque œcumenicos agnouit: qui eos à Christo Domino principatus summi super omnes Ecclesiæ Pastores, prælatosque diuinitus accepisse confessus est, fideque Catholica credidit: quibus humiliter procidere, vt filij patribus, omnes Pastoribus maxima cum deuotione voluit. Quid alij tui imperatores Orientis, Græciæque illis optimi vestigiis Imperatoris insistentes crediderint, atque in agnitionem supremi huius Episcoporum principis honoris, principatusque fecerint, audi. Sunt enim illa summam super omnem Christi Domini Ecclesiam, eiusque Pastores potestatem, primatumque confitentia Imperatoris religiosissimi Martiani, ad S. Leonem sedis Apostolicæ præsulem

a Concil. Calced. act. 16. relatiuus ad beatum Papam Leonem de omnibus gestis generaliter.

b Nicen. 2. synod. act. 2.

c Can. 3. concil. 1. Constantinop. Hic supposititius canon sed ex quo tamen argumentum firmū ad hominem educitur.

3. Pars. Confessio Constantini magni, & honor summus ab eo Rom. Pontifici exhibitus.

d Constantini epist. ad S. Syluestrum Papam.

A verba, cum pro cogenda synodo contra Eutychianos humiliter, ardenterque deprecantis.[e] *Superest, vt si placuerit tuæ beatitudini in has partes aduenire, & synodum celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur. Nostris vtique desideriis sanctitas vestra satisfaciet, & sacræ religioni quæ vtilia sunt decernet.* Si hanc impiam, qua vos polluimini de infirma, egenaque Romani Pontificis authoritate opinionem in suum animum pertinaciter induxisset, si vestrum Patriarcham illi Pontifici minimè subditum putauisset, si huic sanctissimo omnium fidelium parenti plenitudinem potestatis à Christo Saluatore nostro, super omnes tam Orientales, quàm Occidentales Ecclesias, earumque prælatos, & Episcopos fuisse datam fide Catholica minimè credidisset: itane eum vt in Orientales partes concilium generale constituturus propria authoritate veniret, tam obnixè humiliterque rogando compellauisset? Sed quid B postea subiungat attende.[f] *Si verò hoc onerosum est, vt tu ad has partes aduenias, hoc ipsum nobis propriis literis tua sanctitas manifestet, quatenus in omnem Orientem, ac in ipsam Thraciam, & Illyricum sacra nostra litera dirigantur, vt ad quendam definitū locum, vbi nobis placuerit, omnes sanctissimi Episcopi debeant conuenire, & quæ Christianorum religioni, atque fidei Catholicæ prosint, sicut sanctitas tua secundùm Ecclesiasticas regulas definierit, sua dispositione declaret.*

Similem huic confessioni supremæ super omnes Ecclesias Romani Pontificis authoritatis professionem pro eadem cogenda synodo, contra Eutychianam hæresim & deprædatoriam synodum Ephesinam, huius Imperatoris vxor S. Pulcheria, sic ad S. Leonem Pontificem scribens edidit.[g] *Propterea tua reuerentia, quocumque modo* C *prospexit, significare dignetur, vt omnes etiam totius Orientis Episcopi Thraciæ, & Illyrici, in vnam ciuitatem velociter valeant conuenire, & illic facto concilio, & de Catholica confessione, & de his Episcopis, qui ante hoc congregati sunt, sicut fides, & Christiana pietas exigit, te authore decernant.* Quid Iustinus senior, nonne Hormisdam Papam omnium Episcoporum, fideliumque Catholicorum patrem in scripta ad eum epistola[h] nominauit? Quid Iustinianus magnus illius Iustini nepos? Qualiter Ioanni Papæ in epistola ad eum missa loquitur?[i] *Nec enim patimur quicquam,* inquit, *quod ad Ecclesiarum statum pertinet, quamuis manifestum, & indubitatum sit, quod mouetur, vt non etiam vestra innotescat sanctitati. Quæ caput est omnium sanctarum Ecclesiarum. Per omnia enim (vt dictum est) properamus honorem, & authoritatem crescere vestræ sedis,* Et in principio authenticæ, *vt Ecclesia Romana* D *centum annorum gaudeat præscriptione,* scribens ad eundem Romanum Pontificem hæc ait.[k] *Vt legum originem anterior Roma sortita est, ita & summi Pontificatus apicem apud eam esse nemo est qui dubitet,* &c. Sed quid Sancti Patres nationis vestræ, clarissima Orientalis Ecclesiæ lumina contra vos vestramque rebellionem, hæresi schismateque nefario fœdatam pro veritate Pontificij principatus, in Romana S. Petri cathedra diuinitus erecti loquantur, audiamus.

e S. Martiani ep. ad Leonem.

f Martiani Imp. ep. ad S. Leonem.

g Epistola Pulcheriæ Augustæ ad S. Leonem.

h Iustini senioris epist. ad Hormisdā Papam

i Iustiniani Imp. epist. ad Hormis.

k Iustinian. Authētica vt Ecclesie Romana &c.

CAP. XIV.

Sanctorum, antiquorumque patrum Græcorum præclara testimonia contra Neotericos schismaticos, hæreticosque Græcos, pro veritate principatus Monarchici à Christo D. in Ecclesia sua S. Petro, eiusque successoribus in eius cathedra Romana sedentibus diuinitus oblati, atque concessi.



IAM verò si Sanctorum Patrũ vetustorumq; Græciæ Doctorũ monumenta replicare, ac euoluere iuuet, vt profectò iuuat: quanta in eis testimonia, illorum sinceræ, Catholicæque religionis indicia manifesta, pro stabilienda, roborandaque Romani Põtificis authoritate monarchica, super omnes Ecclesias, aduersus has Græcorũ modernorũ impietates schismaticas, hæreticasque prauitates inueniemus? Atque in primis qualiter S. Athanasius ad Felicem a. Rõm. Pontificẽ vna cũ omnibus Ægypti, Thebaidis, Lybiæ Episcopis scribat audiamus [a] *Ideo, pater beatissime, quia semper antecessores nostri, & nos à vestra Apostolica sancta sede auxilium hausimus, & nostri vos curã habere agnonimus, præfatam Apostolicam, & summã experimus, iuxta canonũ decreta, sedem, vt inde auxiliũ capiamus, vnde prædecessores nostri ordinationes & dogmata, atq; subleuationes ceperunt: ad eam quoq; quasi ad matrẽ recurrimus, vt eius vberibus nutriamur: quoniã non potest mater obliuisci infantem suum, sic & vos nolite obliuisci nos vobis cõmissos,* &c. Quid potuit S. pater eximiusque ouium Pastor, omnibus Orientis Ecclesiæ Patriarchis superior clariùs, & apertiùs affari, vt suam de sublimitate Pontificiæ monarchiæ, principatusque super omnes Pastores, prælatos. Episcopos, Archiepiscopos, primates, Patriarchasque omniũ Ecclesiarum tam Orientalium, quàm Occidentalium mentem, sententiamque omni ambiguitate deposita manifestaret? Illum verò sanctũ, religiosumq; Patriarcham, singulari doctrina, pietatéque fulgentem, alius sanctissimos, eloquentissimusque Græciæ doctor in hoc Catholicæ religionis, veritatisque tramite secutus est, S. Basilium intelligo: qui hanc pro remedio calamitatum Orientalium per multiplicatas hæreses, atque schismata exortarũ animi sui sentẽtiam Sãcto illi doctori Athanasio per literas ita patefecit. [c] *Visum autem est mihi consentaneum, vt scribatur Episcopo Romæ, vt quæ hic geruntur consideret, detque* [d] *iudicium* (seu consilium) *& quoniam difficile est, vt communi, & synodico decreto aliqui illinc mittantur; ipse scilicet Romanus Pontifex sua authoritate in ista causa vsus viros eligat ad ferendas quidem itineris molestias idoneos, verùm iuxta ad hoc quoque accommodos, vt mansuetudine, & facilitate ingenij, eos, qui distorti, & obliqui apud nos sunt, corrigant.* S. Greg. Nazian loquens de condemnatione quorũdam Arianorum, à Damaso Papa, qui vt Orientaliũ Episcoporum Catholicæ congregationis iudiciũ de sua damnatione effugerent, ad hunc Ecclesiæ principem, summumque rectorem prouocando, causam dicturi confugerant, ad Cledonium ista scripsit. [e] *Quod etiam in causa fuisse reor, cur ipse quoque Damasus papa, cùm postea rectiùs edoctus fuisset, simulque in pristinis eos expositionibus perstare audiuisset, eos ab ecclesiæ cœtu abdicarit, fideique libellum, cum anathematismo deleuerit. Tum etiam quod fraudem eam in quam per simplicitatem inciderat, permolestè ferret.* [f] Petrus verò Alexandrinæ ecclesiæ patriarcha è cruentis Arianorum manibus elapsus, Romam ad ipsum Damasũ Ecclesiæ principem ibi sedentẽ, ab eo contra horum barbaricũ Arianorum furorẽ iustitiam postulaturus obnixè humiliterque confugit: agnoscens supremã super omnes Christiani orbis Ecclesias Romani Pontificis à Christo D. traditam diuinitus authoritatem, ad quam oppressis omnibus, cuiuscũque dignitatis essent in Ecclesia patere deberet accessus. Cuius rei historiam breuiter ita cõstringit S. Gregorius Nazianz. [g] *Pro cadaueribus cruentas vestes Ecclesia Romana protulit* (scilicet Petrus Patriarcha Alexandrinos quas Arianorum furor orthodoxorum sanguine tinxerat, atque cruentauerat) *ac per tacitam accusationem omnibus lachrymas mouit, vt calamitatis magnitudinem in oculis, & aspectu desigeret, atque auxilium nancisceretur: quemadmodum etiam nactum esse scimus. Fit enim ferè, vt qui opibus, ac potentia præcellit, ad infirmi, afflictique miseriam subleuandam maximè inflectatur, ac spontaneo beneuolentiæ affectu, ad eum qui dignitate imminutus est se adiungat.* Iuisset, credo, Romam magnus ille Patriarcha cunctis eo tempore Patriarchis superior Oriẽtalibus, à Damaso Papa. In sua tã crudeli per Arianorũ furores persecutione, & oppressione auxilium, iustitiãque flagitaturus; si supremum illius Pontificis principatum supra se, omnesque Orientalis Ecclesiæ, sicut Occidentalis Episcopos, atque prælatos Christi Domini statuto diuinitus extensum esse non agnouisset? Huius supremi principatus sublimitatem exprimere cupiens, sic Christum Dominum S. Petro Vicario suo loquentem apud D. [h] Thomam S. Cyrillus Hierosolymitanus introducebat. *Tu cum fine, & ego siue fine cum omnibus, quos loco tui ponam plenè, ac perfectè sacramento, & authoritate cum eis ero, sicut sum, & tecum.* At S. Chrysostomus quãti fecerit, quàm magnificè quàm vere dictante conscientia, iubentéque Catholica fide, Romani Pontificis eminentiam supremæ dignitatis supra se, omnesque Orientales Patriarchas extulerit, qui non vident cæci sunt, & omnino in eius operum lectione hospites, peregrinique versantur. Qui apud Innocentiũ primum sedis Apostolicæ præsulem, de sua iniustissima, maximeque sacrilega condemnatione, perfidis, iniquisq; Alexandrini Patriarchæ, Theophili schismatici, eiusque suffraganeorum similis cõsortium impietatis artibus, & dolis, vt Eudoxiæ Imperatricis improbæ tyrãnidi blandiretur, expostulans, hac supplicatione iustitiam contra eos ab ipso Pontifice, Pastorum omniũ principe requisiuit. [i] *Obsecro te, quod hæc tam inique facta, & absentibus nobis, & non declinantibus iudicium non habeant robur, sicut neque sua natura habẽt: illi autẽ qui iniquè egerũt, pœnæ Ecclesiasticarũ legum subiaceant. Nos autẽ insontes neq; cõuictos, neque deprehẽsos, neq; illius criminis reos cõprobatos Ecclesiis nostris iubete restitui, vt charitate frui, ac pace cũ fratribus nostris cõsueta possimus.* Qua Sancti Patris, tantique Patriarchæ iniustissimè

a Ep. S. Athanasij & Episcoporum Ægypti, Thebaidis, atque Lybiæ ad Felicem a. Papam.

c Basil ep. 52. ad Athanas.

d Græcè est γνώμην quod vtrumque significat iudicium, sententiam, consilium, ea sunt in thesauro, atque hic pro decreto, seu iudicio ponitur.

e 4 S. Greg. Naz ep. 2 ad Cledonium, seu orat. 52.

f Petri Alexandrini confessio per epistolam.

f Socrat. l. 4 c. 22 & 30.

g S. Greg. Naz. orat. 33. quæ est oratio in laudẽ Hieronis Alexandr. in exiliũ missi.

h S. Thom. opusc contra errores Græcorum c. 67. S. Cyrilli Hierosolym.

7. S. Chrysostomo confessio, & testimonia.

i S. Chrysost. epist. ad Innocẽt. Papa.

ab aulicis prælatis, ſchiſmaticiſque condemnati ſupplicatione per litteras à quatuor Epiſcopis à S.Chryſoſtomo miſſis, Romano Pontifici præſentatas, audita, *Beatiſſimus Papa Innocentius* (inquit Palladius[a] Heluopolitanus) *admiſſa S. Patris* (Chryſoſtomi) *communione Theophili* (Alexãdrini Epiſcopi) *iudicium caſſum; & irritum eſſe decreuit, dicens oportere conflari aliam irreprehenſibilem ſynodum Occidentalium, & Orientalium Sacerdotum.* Hoc ſupremæ iuriſdictionis in Eccleſia Pontificis Romani ſolium, thronumque principalis iuſtitiæ confidenter adibat, atque requirebat pater ille ſanctiſſimus, & Græcorum ſui temporis eloquentiſſimus, qui de ſublimitate monarchica tanti illius ſuper omnem Eccleſiam à Chriſto Domino diuinitus traditi, donatiq; principatus, tam verè Catholicéque ſublimia teſtimonia perhibuerat à D. Thoma ſub hoc tenore verborum, contra Græcorum errores commemorata.[b] *Et Chryſoſtomus ſuper Matthæum, filius, qua patris eſt & ipſius filij poteſtatem Petro vbique terrarum conceſſit, & homini mortali omnium, qui in cœlo ſunt, dedit authoritatem, dando ei claues ad hoc, vt Eccleſiam vbique terrarum amplificet.* Et ſuper Ioannem homilia 85.[c] *Iacobum loc aliter in loco terminet* (ſcilicet Chriſtus) *Petrum autem totius orbis ordinat magiſtrum, & doctorem.* Item ſuper actus Apoſtolorum.[d] *Moyſes in gente vna, ſed in vniuerſo orbe, quod etiam traditur ex authoritate Sacra ſcriptura. Nam Petro indiſtinctè oues ſuas Chriſtus commiſit dicens,[e] paſce oues meas:[f] vt ſit vnum ouile, & vnus Paſtor.* Idem S. pater Chryſoſtomus ad cõſulta Bulgarorum ex perſona Chriſti loquens apud eundem D. Thomam dixit. *Ter te interrogo an ames, an ames, an diligas, quia ter me trepidus, & timidus negaſti. Nunc autem reductus, ne credãt te fratres gratiam, & clauium authoritatem amiſiſſe, quia amas me coram ipſis, id tibi iam confirmo quod meũ eſt plenum. Hoc etiam trahitur* (ſubiunxit Pater ſanctos) *authoritate ſcripturæ. Nam Dominus vniuerſaliter Petro dixit.[g] Quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* Chriſtus Dominus D. Petro eiuſque ſucceſſoribus, S.Chryſoſtomi teſtimoniis, authoritate Sacræ ſcripturæ firmatis ſummæ plenitudinem poteſtatis ſuper omnem Eccleſiam ſuam diuina ſua miſeratione, munereque donauit, ipſis ouile ſuum, quod eſt vniuerſalis Eccleſia regendum, moderandumque credidit; ipſiſque oues ſuas, non has, aut illas, ſed omnes paſcendas, nutriendaſque ſpirituali, cœleſtique cibo commiſit. Certè ſi Eccleſia veſtra, ô ſchiſmatici, rebelleſque Græci, S. Petri, eiuſque ſucceſſorum Romanæ ſedis Pontificum, iuriſdictioni, poteſtatique monarchicę ſubiecta non ſit: ſi huius Eccleſiæ veſtræ populi, Paſtores, prælati, Epiſcopi, Patriarchæque omnes ab illorũ S. Petri ſucceſſorum, Chriſti Domini Vicariorum, ſicut in ſua vita S.Petrus erat, authoritate, principatuque liberi, & immunes eximantur, veſtram profectò Eccleſiam non eſſe de grege Chriſti, nec vos de ouibus eius eſſe fateamini neceſſe eſt.

a Palladius in vita S. Chryſoſt.
Iudicium Papæ Innocentij I. contra Theophilum Alexandrinum iniuſtum S. Chryſoſtomi depoſitorem.
9 Tria alia S. Chryſoſtomi præclara teſtimonia.
b S. Thom. c. 63. contra errores Græcorum.
c Homil. 85. in Ioan.
d In act. Apoſt.
e Ioan. c. vlt.
f Ioan. c. 10.
Chryſ. apud D Thomam opuſc. contra errores Græcorum c 66.
g Matth. 16.
10.
5 Cyrill. Alexand.

Dignitate eminentiaque iuriſdictionis primus erat inter Orientales Epiſcopos, atque prælatos S. Cyrillus Alexandrinæ præfectus Eccleſiæ: qui tamẽ Romanum Pontificem ſeipſo ſuperiorem, ſuumque principem in Orientali Eccleſia, cui ſuperior omnibus Oriẽtalibus authoritate Patriarchali præſidebat agnouit: ipſoque confeſſus eſt effectu. Qui congregatis ſecum Eccleſię prælatus

A Orientalis, Neſtorium hæreſiarcham nefandiſſimum, Chriſti D. virginiſque Deiparæ blaſphematorem; inſcio, & inconſulto Romano Pontifice fugere, anathemare ferite, ſuo, totiuſque Orientalis Eccleſiæ iudicio condemnare noluit, ſed ſupremum huius rei iudicium à Cæleſtino Papa poſtulans, & expectans, hæc ad ipſum Pontificẽ ſuo aliorumq; Orientalium prælatorum nomine reſcripſit.[h] *Quoniam verò Deus hiſce in rebus prudentiam à nobis exigit, longaque Eccleſiarum conſuetudo ſuadet, vt iſtiuſmodi ſanctitati tuæ communicentur, non poſſum equidem id, quod apertum eſt ad pietatem tuam non perſcribere &c.* Poſt hæc. *Quamuis hæc ita ſe habeant, non prius tamen Neſtorij communionẽ confidenter deſerere auſi ſumus, quam hæc ipſa pietati tuæ indicaremus. Digneris proinde, quid hic ſentias declarare, quo liquidò nobis cõſtet, communicarene nos cum Neſtorio oporteat, an vero libere eidem denunciare neminem cum eo communicare, qui eiuſmodi erroneam* B *doctrinam ſonet, ac prædicat, porro tuæ integritatis mens, ac ſuper hac re ſententia non modo piiſſimus, deoque deuotiſſimus Macedoniæ Epiſcopis, ſed totius quoque Orientis antiſtitibus perſpicuè per literas exponi debet.* Ad quid hæc clara Pontificis Romani ſententiæ notificatio cunctis Orientis Eccleſiis declaratio mentis illius, in condemnando hæreſiarcha tanto, Eccleſię Conſtantinopolitanę Patriarcha? Niſi vt cognitæ Pontificis Romani menti voluntatique, omnes illæ Orientales Eccleſię pareant, & obſequantur? Huius S. Patriarchæ Alexandrini præclara teſtimonia D. Thomas ex libris eius theſaurorum, Romani Pontificis, ſicut S. Petri plenitudinem poteſtatis ſuper omnem Eccleſiam à Chriſto D. donatã clariſſimè probantia in opuſculum contra Græcorum errores, ſub hac C verborum ſerie deduxit.[i] *Habetur etiam ex prædictorum Doctorum authoritatibus, quòd Romanus Pontifex habeat in Eccleſia plenitudinem poteſtatis* (dicit Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in libro Theſaurorum)[k] *Sicut Chriſtus accepit ducatum, & ſceptrum Eccleſia gentium, ex Iſrael egrediens ſuper omnem principatum, & poteſtatem, ſuper omne quodcumque eſt, vt ei cuncta curuentur pleniſſimam poteſtatem: ſic & Petro, & eius ſucceſſoribus pleniſſimè commiſit. Et etiam[l] nulli alij quàm Petro Chriſtus, quod ſuum eſt plenum, ſed ipſi ſoli dedit.* Et infra.[m] *Pedes Chriſti humanitas eſt, ſcilicet ipſe homo, cui tota æternitas pleniſſimam dedit poteſtatem, quem vnus trium aſſumpſit in vnitate perſonæ, tranſuexit ad patrẽ, ſuper omnem principatum, & poteſtatem, vt adorent eũ omnes Angeli Dei, quem totum dimiſit per Sacramen-* D *tum, & poteſtatem Petro, & Eccleſiæ eius.* Ex eodem S. Cyrillo Alexãdrino probat D. Thomas authoritati, ſummoque Pontificis Romani principatui competere, ea quæ ad fidem pertinent decidere, atque determinare, vt in pace, gaudioque pleno ambæ inter ſe charitatis vinculo fœderatæ monarchiæ viuant.[n] *Dicit enim Cyrillus in libro theſaurorum,* inquit S. Thomas, *vt membra maneamus in capite noſtro Apoſtolico throno Romanorum Pontificum, à quo noſtrũ eſt quærere, quid credere, & quid tenere debeamus.* Quis poteſt maior eſſe in Eccleſia Dei illo Pontifice, qui hoc habet à Chriſto Deo, vt ea quæ ſunt fidei determinet. Eandem veritatis Catholicę doctrinã alius grauiſſimus doctor Græciæ nõ minus re, quàm nomine maximus appellatus, qui in epiſtola Orientalibus directa, dixit.[o] *Omnes fines orbis, qui Dominum ſincerè receperunt, & vbique terrarum Catholici veram fi-*

h S. Cyrilli Alex. ep. ad Cœleſt. Papã.
11. Alia præclara D. Cyrilli teſtimonia apud S. Thomã opuſc. cõtra errores Græc.
k 1. S. Cyrilli Alex. in theſaur.
l 2. S. Cyrilli Alex.
m 3. eiuſdem.
Ad Rom. Pontificem ſpectat determinare ea quæ de fide ſunt.
n D Thom. ibid. c. 68. ex S. Cyrillo Alex.

tris S. Maximi, alias Maximiani Episcopi Constantinop. qui sedebat anno 430. eodem tempore quo S. Cyrill. Alexandrio ep. ad Orientales.

a D. Thom. c. 88. op. contra errores Græcorum

b Matth. c. 16.

c Matth

Ex epist. Maximini ibid.

dem confitentes, in Ecclesiam Romanorum tanquam in solem respiciunt, & ex ipsa lumen Catholicæ, & Apostolicæ fidei recipiunt, nec immeritò. Nam Petrus legitur primo perfectam fidem esse confessus, Domino reuelante, cùm dixit, [a] *Tu es Christus filius Dei viui.* Vnde & idem Dominus dixit. [b] *Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua.* His adiunxit ille Patriarcha Maximianus, seu Maximus. *Decebat tanta dignitatis, & sapientiæ virum non ab alio cœlestis mysterij arcana requirere, nisi ab eo potissimum, quem non potuit caro, & sanguis instruere, sed cui Dominus ipse sua secreta dignatus est aperire.* [c] *Beatus est*, inquit, *Simon Barioна &c. Hunc enim de cæteris mortalibus ex toto terrarum orbe conditor orbis elegit, cui cathedram magisterij principaliter possidendam tenere perpetuo priuilegij iure concessit, vt quisquis diuinum aliquid, aut profundum nosse desiderat, ad huius præceptionis oraculum, doctrinamque recurrat, nec illi humiliter referre quod soluendum est, erubescat, etiam si ipse, quod quæritur,* B *non ignoret.* Sozomenus supremam Romani Pontificis super omnes orbis Christiani tam orientalis, quàm Occidentalis Ecclesias authoritatem, iurisdictionemque solida demonstratione, probauit facto S. Innocentij Papæ, qui electos iniustissimè de sedibus Patriarchalibus S. Athanasium Alexandriæ, & Paulum Constantinopolitanæ ciuitatis, Ecclesiæque Patriarchas in suos Episcopales thronos, authoritate pontificia restituit: verba sunt Sozomeni. [d] *Athanasius fugiens Alexandria Romam aduentauit. Eodem etiam tempore Paulus Constantinopolitanus Episcopus fortè illuc accessit &c. Quorum criminationes cùm Episcopus Romanus intellexisset, & omnes concilij Nicæni fidei consentientes reperisset, in communionem recepit. At cùm propter sedis dignitatem, curam omnium ad ipsum spectaret singulis suam Ecclesiam re-* C *stituit: scripsitque ad Episcopos orientis, eosque accusauit, quod inconsultò se de hisce viris iudicassent, Ecclesiasque perturbassent.* Hunc Romani Pontificis super omnes Ecclesias principatum Anatolius Constantinopolitanus Patriarcha, licet ambitiosissimus agnouit, cum se de ambito, nimiaque præsumptione apud S. Leonem Papam humiliter excusauerit, quod omnibus Orientalis Ecclesiæ Patriarchalis dignitatis gradu præire voluisset, primumque sibi honoris locum, superba præsumptione, super illos omnes arrogauisset. Quod ex epistola 71. S. Leonis ad ipsum Patriarcham euidenter apparet: in qua hæc inter alia pater ille Sanctissimus ait. [e] *Illam autem culpam, quam de augenda potestate, aliena vt asseris, adhortatione contraxeras, efficaciùs, atque sincerius tua charitas diluisset, si quod tentari sine tua voluntate non potuit, non ad sola clericorum consi-* D *lia transtulisset. Quia sicut in mala suasione delinquitur, ita & in mala consensione peccatur. Sed gratum mihi, frater charissime, est, quod dilectio tua profitetur sibi displicere, quod tunc etiam placere non debuit, sufficit in gratia communis regressum, professio dilectionis tuæ, & attestatio principis Christiani. Nec videtur tarda correctio, cui tam venerabilis assertor accessit, &c.* Ioannem illum hypocrisi nefaria fraudulentum, Constantinopolitanæ sedis Episcopum, qui primus sacrilega rebellione schismatis abominabilis, contra sedem Apostolicam signa leuauit, & illius antecessores, supremam super oues, & agnos, super populos pastoresque ouilis Christi, quod est vniuersalis

83. Sozomeni

Pulchra pronatio principatus supremi Rom. Pontificis super omnes prælatos vniuersalis Ecclesiæ.

d Sozomeni l. 3. c. 7. in princip. p. 444.

4. Anatholij Constant. Patriarcho.

e Ep. 71. S. Leonis Papæ ad Antalinum Patriarcham Constantinop.

85. Ioannes Constantinop. episc. qui primus nomen sibi vniuersalis Episcopi arrogando in sedem rebellauit Apostolicam, & eius prædecessores monarchiam principatumque Rom. Pontificis super omnes Ecclesiasticos agnouerunt.

A Ecclesia, Romani Pontificis authoritatem monarchicamque potestatem, humillimam illi obedientiam, obsequiumque per literas religiosè præstando, sæpiùs agnouisse Pelagius 2. Pontifex huius nominis apertè, manifesteque docuit. Cùm illos Orientis Episcopos, Sacerdotesque, qui peruersa, illicitaque Ioannis illius Patriarchæ vocatione, in vrbem Constantinopolitanam concilium celebraturi peruenerant, his instè carpendo verbis per literas affatur. [f] *Prædecessores Ioannis, & ipse Ioannes non semel, sed sæpissimè epistolas, atque libros propria manu subscriptos sanctis antecessoribus nostris miserunt, quibus coram Deo protestati sunt, se nihil vnquam proterue contra Apostolicam sedem agere: nec de illius, aut aliorum priuilegiis quidquam vsurpare, qui hactenus in archiuo sanctæ Romanæ Ecclesiæ sub sigillis, & chirographis eorum roborati habentur integri.* Theodoretus Episcopus oppressus, & electus B ab Euthychianis hostibus auxilium Romani Pontificis implorat, ad illius thronum suam causam dicturus accurrere desiderat, vt ab iniustis oppressoribus liberatus authoritate Pontificia suæ reddatur Ecclesiæ. Sic enim post multa dicta S. Leoni Papæ supplicat. [g] *Ego verò suffragium sedis Apostolicæ expecto, & supplex oro, atque obsecro sanctitatem vestram, vt eame, tribunal vestrum iustum, ac rectum appellantem defendat, ac protegat, iubeatque vt ad vos accurram, & doctrinam meã vestigiis Apostolicis insistentem ostendam, &c.* Et postea. *Vestram sententiam expecto, quod si sententia eorum, qui condemnarunt acquiescere iusseritis acquiescam, nulli deinceps futurus molestus: qum potius expectabo, incorruptum Dei, & Saluatoris nostri tribunal.* Idem crudelitates, immanitatesque barbaras hostium religionis Eutychiana im- C pietate fœdatorum, sacrilego aulicorum quotidam facilitate Theodosij iunioris ab illis decepti abutentium fauore, superbientium contra se concitatas exaggerando exprimendoque deplorans Renatum presbyterum Romæ à consiliis S. Leonis papæ degentem per litteras orabat, vt sanctissimo patri, Ecclesiæ Dei principi, iustam tantarum immanitatum, scelestatumque crudelitatum vltionem persuaderet, quatenus authoritate Pontificia (cui omnes mundi catholici potestates humiliatæ procidunt, & Ecclesiasticæ prælaturæ, cunctæque dignitates obediendo eurantur) huiusmodi perditorum hominum furores, insaniasque puniendo comprimeret. Sic enim de tam crudeli istorum (qui deprędatoriam Synodum Ephesinam concitauerant) erga se vexatione conquerendo precatus. [h] *Nudarunt me sacerdotio, eiiciuntque ex ciuitatibus, nec senectutem reueriti, neque caniciem in religione, & pietate nu-* D *tritam. Quamobrem deprecor te, vt sanctissimo Archiepiscopo* (sancto Leoni Papæ) *suadeas, vt Apostolica authoritate vtatur. Iubeatque ad vestrum concilium adire.* Quod facere, & imperare, vt perfacilè esse, huic sedis Apostolicæ pastori illiusque muneri incumbere maiestatis ostendat, eminentiam supremæ illius super omnes Ecclesias, earumque pastores, authoritatis potestatisque sequentibus ita verbis exprimit. [i] *Tenet enim sancta ista sedes gubernacula regendarum cunctis orbis Ecclesiarum, cum propter alia, tum quia semper hæreticæ fœtoris expers mansit, nec vllus vnquam, qui contrarium sentiret, in ea sedit: Quin potius Apostolicam gratiam puram custodiuit. Quare quæ ab isto vestro*

f Epist. 1 Papæ Pelagij ad illicite cõgregatos Episcopos Constantinopol.

86 Theodoreti.

g Theodoreti ad S. Leonem epist.

h Theodoreti ep. ad Renatum Presbiterum.

Romana Ecclesia omnes mundi Ecclesias vt domina, reginaque moderatur & regit

i Theodoret. ibid.

Nullus vnquam in cathedra Petri sedens errauit in fide.

Theodoretus ibid.

tribunali, scilicet Romana Ecclesia, profitescentur, A *qualsacumque cenus, iudicij vestri integritate consisi amplectemur: oramusque vt ex ijs, quæ hactenus scripsimus iudicemur; scripsi enim libros amplius triginta.* Sed quæ sana, sinceraque fuerit mens, & opinio Archimandritarum, sanctorumque monachorum orientalis Ecclesiæ, contra contumacias, schismaticas, hæreticasque Græcorum pro potestate supremæ Romani Pontificis asserenda, ex epistola Martiani monachi, Archimandritarumque orientalium, ad Agapetum Papam Anthimi hæresi Eutychiana deprauati, iustum de sede Constantinopolitana, cui præficiebatur, expulsorem, deiectoremqua consideremus. In qua hæc illi pro titulo.[a] *Domino nostro sanctissimo, ac beatissimo Archiepiscopo antiquæ Romæ, & œcumenico patriarchæ Agapeto Martianus, &c.* Deinde exprimentes B afflictiones, quas à schismaticis, & hæreticis Eutychianis, Seuerianis, aliisque patiebantur, ita pergunt.[b] *Hæc quidem duntaxat portamus licet incredibilia, & à diris doloribus incuenati, spem habentes ad clementissimum Deum, qui in tempore opportuno vestrum aduentum nobis ostendit. Quod sicut Petrum Apostolorum principem his, qui Romæ erant in depositione Simonis misit, sic & vos misit in depositione, & expulsione Seueri, Petri, & Zara, & eorum qui similia ijs sapiunt: dabit vobis potestatem cooperulante vobis pijssimo, & à Deo custodito Imperatore nostro istos expellere de omni Ecclesia, tanquam insidiatores, & violatores non solum sanctissimarum Ecclesiarum, sed & politia ipsius, &c.* Quid vester Mennaa patriarcha Constantinopolitanus? Nonne contra schismatica vestra, hæreticaque dogmata ingenuè Catho- C licéque professus, Romanos Pontifices, vt vniuersalis Ecclesiæ principes, quatuor œcumenicis conciliis per legatos suos Apostolica iurisdictione præsedisse: sic enim de quatuor illis generalibus Ecclesiæ synodis loquens, Papam Vigiliũ affatur.[c] *In quibus* (scilicet conciliis) *iuxta tempora prædecessores sanctitatis vestræ beatissimi Papæ senioris Romæ ipsis synodis præsederunt:* Sed vt maior impietatis vestræ confusio vos apprehendat, vtinam ad salutem vestram! alia quæ contra illius extirpationem auulsionemque penitus à cordibus vestris, mox à nobis pro pontificij principatus erecti Romæ veritate, probationia solidæ propugnacula dirigentur, quæso diligenter attendite.

Martiani Monachi & Archimandritarum orientalium.

a Ep Martiani monachi, & Archimandr. ad Agapetum Papam ann. D circiter 534.

b Ibid.

Menna patriarc. Cõstãt.

c Mennæ patriarch Constans. libellus, vel ep ad Vigilium Pap. De quatuor conciliis œcumenicis.

CAP. XV.

Conciliorum, Imperatorum, doctorumque Græcorum testimonia Catholica continet, qui post exortum, & ex infetis eductum hæreticum Græcorum schisma in Græciæ, orientisque Ecclesia floruerunt.

1. *Ab ortu schismatis Græcorum testimonia conciliorum œcumenicorum contra illud.*

2. *Catholicorum Imperatorum testimonia.*

3. *Sanctorum Patrum, doctorumque simillia* A *aduersus illud hæreticum schisma testimonia.*



HÆc sunt vera, religiosa, Catholicaque œcumenicorum conciliorum, Imperatorum, veterum sanctorumque patrum, ante excitatum ab inferis Græcorum contra monarchicum à Deo datum pontificis Romani principatũ, execrabile schisma pluribus hæresum, iniquitatum fœtoribus testimonia. Quæ ex quamplurimis pauca selegimus, quibus tanquam propugnaculis Catholica de prin- B cipatu sanctissimi patris Christi Domini in vniuersa eius Ecclesia vicarii super omnes Ecclesiarum orbis Christiani pastores, rectoresque monarchico veritas asserta firmatur, & inexpugnabilis astruitur. Cõtra verò sunt illa œcumenicorũ conciliorũ, Catholicorũ Imperatorũ, doctorum Ecclesiæ sanctorum antiquorumque testimonia, veluti fulmina: quibus impietas obstinata, rebelloque demens schismatum hæresumque accensa facibus Græcorum Neotericorum, peruersorumque conterantur. Sed post illud execrabile schismatis, hæreseosque detestandæ prodigium, de profundo putei infernalis edoctum, non concilia generalia, non Imperatores Catholici, non multi patres sancti, doctoresque sapientia Catholica, admirabilique sublimes eruditione defue- C runt; qui pro defendenda maiestatis pontificiæ monarchia, super omnes Ecclesiæ sanctæ filios, diuina sancto Petro, Romanisque præsulibus illius in Apostolica sede successoribus miseratione donata stantes, monstrum illud schismatis, ac hæreseos ingens, & enorme, confessionis Catholicæ, fideique Christianæ professionis armis interemerunt. Habemus in primis[a] sanctam, œcumenicamque synodum septimam, in vrbe Nicæa secundùm congregatam, quæ actione 2. Romanam Ecclesiam omnium caput Ecclesiarum, palam, publicéque Spiritu sancto dictante pronuntiauit.[b] Habemus octauam synodum œcumenicam, quæ primum honoris gradum, titulum principatus super omnes Ecclesias à Christo Domino concessi diuinitus Romano Pontifici detu- D lit, Photiumque pseudopatriarcham, quod effrænata sacrilegaque rebellione se contra hoc visibile totius Ecclesiæ caput armauisset, anathematis percussum fulmine condemnauit. Habemus post aliquot secula Florentinum concilium, in quo Græci cum Latinis mirabili, Catholicaque animorum coniuratione conspirarunt. In quo Græcorum Imperator Ioannes Palæologus, Constantinopolitanus patriarcha, quamplurimis comitati orientalis Ecclesiæ prælatis, & Episcopis præsentes astiterunt. In quo ab vtrisque partibus Græcis, & Latinis quæstione de primatu Romani Pontificis diu solidéque non altercationis studio, sed animo charitatis, perscrutandæque veritatis exagitata, tandem omnes tam Græci, quàm Latini vnanimes in Domino hoc auditum à Spiritu sancto, fidei, Catholicæque veritatis oraculum ore, eodemque confitendo pronuntiarunt.[c] *Definimus sanctam Apostolicam sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorē*

a 2. Nicen. concil 2. act 2.

b 8. Octaua synod. can. 21

3. Florentina synodus sub Eugenio 4. anno D. 1438.

c Præclarum concilii Florentini decretum, pro primatu Romani Pontificis cui Græci omnes ibi præsentes assensere.

A *esse Beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque Ecclesia caput, & omniū Christianorum patrem, & doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Domino Iesu Christo potestatem plenam traditam esse, quemadmodum etiam gestis œcumenicorum conciliorum, & in sacris canonibus continetur.* Iamuero si quid de hac veritate Catholica Græcorum Imperatores orthodoxi senserint, aliquot exemplis peruestigare, atque disquirere velimus, in medium Basilius Imperator primus post illud exortum Græcorum schisma detestabile producatur; cuius vox illa fuit, index animi sensus, fideique confessio, pro primatus Romani Pontificis asserenda veritate, proque restituendo in sedem Constantinopolitanam sancto Ignatio, à Photianis eiecto, publicè coram patribus octauæ synodi pronunciata.

2. Part. Confessio Imperatorū Græcorū post exortū schisma. 1. Imp. Basilij.

B *Neque enim,* inquit, *vt sanctissimus patriarcha* (scilicet Ignatius) *ad proprium regrederetur thronum, imperij mei opus vel excogitatio facta est: sed multum ante sanctissimus, ac beatissimus Papa Nicolaus, qui circa illum erant, certissimè discens, synodicè decreuit reddi ei ius proprij throni, & anathema cum tota sancta Romanorum Ecclesia pronunciauit, contra resistentes huiusmodi decreto, atque sententia. Hoc autem nos olim scientes, & patentes iudicium anathematis promulgari, obsecundari, synodico iudicio Romana Ecclesia necessarium duximus, & huius rei gratia, reddidimus ei proprium thronum.* Agnouit ex his Imperator supremam Romani Pontificis anathematis fulmine feriendi omnes pastores, principes, populosque orientalis Ecclesiæ potestatem,

C vtpote spirituale in hos omnes dominium habentis, cui spontanea docilitate, & obedientia parens sanctum Ignatium in suum patriarchalem thronum Imperatorio contra Photianos auxilio remisit, & restituit. Eius filius Leo 6. cognomento philosophus, propter singulares animi virtutis, doctrinæ, pietatisque, dotes sermone de S. Petro: in hæc verba, *Tu me sequere*: dixit. *Hoc est sequere me baculo pastorali, & sicut ego cùm eram vobiscum seruabam vos vt pater vester & caput ac magister vigilans pro vobis: sic & tu esto meo loco, & sequere principatu, & potestate istâ fratres tuos confirmans: te enim volo esse meo loco, vnde manet vsque in hodiernum diem Petrus sequens Christum in successore suo.*

2. Leonis Imp 6. dicti philosophi.

a Ser. de S. Petro dixit.

D Si liceat in recentiora tempora descendere, Michaelem Palæologum imperii orientalis fasces, habenasque moderantem proponemus, ista Gregorio decimo scribentem. *Sanctissimo, & beatissimo, primo, & summo pontifici Apostolicæ sedis vniuersali Papæ & communi patri Christianorum omnium, venerabili patri imperij nostri Domino Gregorio, Michael à Christo Deo fideliter Rex, & Imperator, & moderator Græcorum, Ducas, Angelus Comnenus, Palæologus, & spiritualis filius magnæ sanctitatis vestræ decentem honorem, & reuerentiam cum sincera, & pura affectione, & omni postulatione.*

3. Michaelis Palæologi epi. ad Greg. 10. an. 1274.

Andronicos Græcorum Imperator licet in multis valde deprauatus, atque corruptos, præclaram nihilominus contra Græcorum erroneas insanias pro veritate supremæ Pontificis Romani potestatis fidei professionem ore, scriptoque prodidit, cùm ita loqueretur. *Hæc similiter sacrosancta Romana Ecclesia supremum, absolutumque principatum, potestatemque super vniuersam Catholicam Ecclesiam habet. Quam quidem potestatem in se ipsa vere, & humiliter agnoscit esse, atque accepisse, cum plenitudine authoritate ab ipso Domino in beato Petro Apostolorum principe, ac vertice, cuius Romanus Pontifex est successor. Et quemadmodum præter alias Ecclesias, habet potestatem de fide iudicandi, sic & quæ de fide subortæ quæstiones fuerint, huius iudicio dissoluenda sunt. Ad hanc vnusquisque vexatus prouocare potest, & in omnibus causis, quæ ad examen Ecclesiasticum spectant, ad huius iudicium potest quisquis recurrere. Et huic omnes Ecclesiæ sunt subiectæ.*

4 Andronici Imp. Græcorū.

b Epist. extat Græcè in bibl. Palatina & in Vaticano.

Nunc qualiter strenuè, Catholicæque veritatis armis aduersus insanas illas, sacrilegasque Græcorum recentiom, contra supremam in omnes fideles Pontificis Romani monarchiam, maiestatemque omnibus quæ sunt in mundo longè sublimiorem rebelliones, atque contumaces errores, hæreseos peste fœtentes, à tempore exortæ schismaticæ abominationis Partes sancti, doctoresque Græciæ eximii dimicauerint, ex illorū testimoniis audiamus. Vnum erat de fulgentioribus sanctitate, fidei sinceritate, sapientiaque luminibus Græciæ, sanctus Theodorus Studita, monasticæ vitæ professor Archimandrita, pastorque mirabilis animarum: qui ad Paschalem Papam scribens, talibus eum honorum titulis, dignitatumque decorabat. [c] *Audi,* inquit, *Apostolicum caput, pastor ouium Christi, à Deo electe, claniger regni cælorum, petra fidei, super quam ædificata est Ecclesia Catholica, &c. Huc ades* (vel accurre) *ab occidente exurge, & ne repellas in finem. Tibi namque dixit Christus Deus noster. Tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Quos omnes summæ dignitatis honorisque primarii titulos, soli Diuo Petro, eiusque successoribus Romanis Pontificibus cōpetentes, à Christoque Domino traditos religiosa persuasione Michaelis Imperatoris animo, hic vitæ sanctitate, fidei Catholicæ firmitate mirabilis Archimandrita cupiens imprimere, his illum Imperatorem verbis affabatur. [d] *Cùm nos in vnum conuenissemus, venerabilis imperij vestri iussu minimi Episcopi, &c. Nos diluimus omnes dubitationes vestras, si verò aliquid dubitare, vel non credere videtur vestra diuina magnificentia, eius rei explicatio à pontifice piè est postulanda: magna, & à Deo firmata manus vestra, vt publicę cupida vtilitatis iubeat à veteri Roma capere declarationem, vt à principio à patribus nostris est traditum. Eo, ô Christi imitator Imperator, inter omnes Ecclesias Dei summum, & supremum obtinet locum: cuius Petrus tenuit primam sedem. Ad quem dicit Dominus. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam.*

3 Pars Patrum, Græcorum qui doctorum testimonia post schisma exortum Græcorū contra sedem Apostolicam.

c 1 S Theodori Studitæ ep. ad Pasch Pap. an. D 810.

d Ep S. Theodori Stud. ad Mich. Imp.

Sanctus verò Ignatius, quem Photiana rabies Bardæ Cæsaris, & Michaelis Augusti tyrannide roborata, ab Ecclesiæ Constantinopolitanæ throno deturbauerat: qualem veritatis confessionem, pro vindicanda à schismaticorum impetu hæreticorumque furore suprema Romani Pontificis in omnes fideles authoritate, ore, cordeque protulit, Nicolao Papę huius nominis primo, ita per literas loquendo? [e] *Eorum vulnerum, atque liuorum, qui in membris humanis consistunt, multos medicos ars protulit. Hanc quidem passionem alio accipiente, & alteram altero, & per experientiam amputante, & medente. Eorum verò quæ in membris sunt Christi, & Dei Saluatoris, omnium nostrum capitis, & Sponsæ Catholicę, & Apostolicę Ecclesiæ vnum, & singularem, pręcellentem, atque Catholicissimum medicum, ipse princeps summus, & fortissimus sermo, & ordinator, & curator, & solus ex toto magister Deus*

2. S Ignatij patriarchæ Constantinop. an. D. 860.

e S. Ignat Cōstantinop patriarch. ep. ad Nicol primū quæ extat in action 1. conc. 8 œcumenica Rom. Pontifex à Christo D. constitutus summus medicus sanandis omnia Ecclesiæ suo membra.

omnium produxit: videlicet tuam fraternam sancti- A *tatem, & paternam almitatem, propter quæ dixit Petro magno, & summo Apostolorum. Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. Tales enim beatas voces, non secundum quandam vtique sortem Apostolorum principis solum circumscripsit, & definiuit: sed per eum ad omnes, qui post illum, secundum ipsum existitendi erant summi pastores, & diuinissimi, sacrique pontifices senioris Romæ transmisit. Et ideo ab olim, & à prisco tempore in exortis hæresibus & præuaricationibus eradicatores, & interemptores malorum zizaniorum, & tabefactorum, & penitus insanabiliter ægrotantium membrorum multi multoties facti sunt eorum, qui sanctitatem, & summam paternitatem tuam illic præcesserunt, successores videlicet principis Apostolorum, & illius zelum in fide, quæ secundum Christum est imitantes, & nunc nostris temporibus beatitudo tua dignè* B *tractans datam sibi à Christo potestatem, &c.* Iam vero si relictis mediæ ætatis Græciæ doctoribus, qui non tam longe à tempore schismatis recedentes ante septingentos annos in Græcia floruerũt: nouissimorum temporum extremæ Græcorum desolationi, Constantinopoleosque vastationi, per furiosas Turcarum copias exercitusque proximorum historiis refricare voluerimus: Gregorium Pachimerium capitula pacis, reconciliationisque Græcorum cum Latinis referentem audiemus, ea videlicet inter cætera. [a] *Principatus sit Romanæ sedis: liceat ad eam appellare, & memoria Romani Pontificis, vna cum patriarchis celebretur, &c.* Leonicum Chalcondilam facta inter Latinos, & Græcos Romano Pontifice pro horum reconciliatione, & salute vigilare non cessante, in C concilio Florentino, alibique gesta breuiter sic commemorantem intelligemus. *Romani, inquit, & illorum Pontifices nullam prorsus omittentes occasionem, legatos miserunt ad Græcos, vt conuenientes in vnum, conciliumque celebrantes, quantum ad religionem Christianam attinet, inter se conglutinarent. At Græci cum plurimis annis aduersus Romanos contentiones mouissent, noluerunt patrium religionis suæ cultum perturbari. Tandem Ioannes Palæologus Græcorum rex, assumptis Bizantij Episcopo, & Græcorum doctis, ad colloquium venit, cum Pontifice Romano Eugenio quarto. Demum Græci pariter, & Romani in religionis negotio consenserunt. Sed Græci, qui domi remanserant, noluerunt stare iis, quæ decreta erant in Italia synodo.* Hinc perpetuò discordes fuisse Græcos aduersus Romanos constat. Hinc extre- D ma Græcorum fuodi calamitas, vt vltimo libri huius capite videbitur. Quàm autem prosperè, feliciterque rebus suis, imperio, præcipuè verò saluti animarum suarum Græci consoluissent, si quæ gesta sunt, pro primatu Romani Pontificis, in concilio Florentino sincera fidelitate seruare, supremamque à Christo Domino iussam illius vicario, Romano Pontifici, Ecclesiæ principi vniuersalis, obedientiam præstare voluissent: docuit exemplo suo Iosephus patriarcha Constantinopolitanus, qui moriens hanc Catholicam, salutaremque, pro primatu sedis Apostolicæ, monarchicaque Romano Pontifici potestate firmãda, cõfessionem de purioribus animi sui sensibus ore suo mortis vicinia tremente, scriptamque postea, protulit. [d] *Quoniam ad extremum vita mea peruenit, idcirco meo munere dilectis filiis benignitate Dei meam sententiam his literis palam facio. Nam quæ Domini Iesu Christi Catholica, & Apostolica Ecclesia Romæ veteris sentit, ac celebrat, omnia me quoque sentire, & credere profiteor, ac ipsi plurimum acquiesco. Beatissimum autem patrum Patrem, ac summum Pontificem, Romæque veteris Papam Domini nostri Iesu Christi vicarium esse concedo, atque animarum purgatorium esse non inficior. Datum Florentia die 8. Mensis Iunij anno D. 1439.*

Quod Christus S. Petro dedit pro vniuersali sua totius Ecclesiæ id omnibus eius successoribus concessit.

4. Testimonia doctorum, scriptorumque Græcorum nouissimi temporis, non. o vastationem Constantinopolitanam sentientium.

Pachim. l. 5. histor.

[a] Leonici Chalcondilæ l. 1. de rebus gestis Turc.

d Declaratio Ioseph Constantinop. confessio quæ habetur scripta in sessione vltima concilij Florentini.

Alius patriarcha eiusdem Constantinopolis Ecclesiæ Gennadius Scholarius in cõcilio Florentino pro Latinis contra Græcos & eorum errores confundendos, egregio veritatis Catholicæ zelo certauit, qui vnum ex quinque, quæ scripsit capitibus de suprema Romani Pontificis in omnes Ecclesias authoritate, iurisdictione, principatuque composuit, cuius veritatem multis sanctorum, veterumque Græcorum doctorum sententiis, doctrinisque comprobauit.

4. Gennadij scholarij patriarchæ Constantinop. lib. de primatu Rom. Pontificis.

B Hæc habui, quæ pauca de multis aduersus insanas Neotericorum Græcorum rebelliones, schismaticasque prauitates, œcumenicorum conciliorum, Imperatorum Catholicorum, sanctorumque Patrum Græciæ testimonia colligerem. Quæ precor attendant rebelles, ista suæ voluntariè schismaticæ hæreticæque obstinationis insania miseri, diligenter obseruent, suisque sæpius animis, cordibusque reuoluant, atque reuoluendo, pudore salutari confundantur. Vt confusi in Christi Domini sponsæ vnicæ, omni ruga, maculaque carentis, Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ gremium, velut in salutis æternæ portum, ex quo rebellionis, contumaciæque pertinacis, & induratæ turbine fuerant eiecti, miseratione diuina reuertantur. Ne scelerum tanto- C rum contumaciæ, detestandæ diuisionis ab Apostolica sede, schismaticæ, hæreticæque factionis luituri pœnas in æternum reprobi, maledictique damnentur.

CAPVT XVI.

De rebellione, diuisioneque Græcorum hæretica, ab obsequio, obedientiaque Romani Pontificis Christi Domini in terris vicarij.

1. *Huius rebellionis quæ causa fuerint.*
D 2. *Quo tempore tentata & incœpta, sed post interrupta & suppressa hæc Græcorum rebellio.*
3. *De huius rebellionis alteratione, interruptione, & ad illius vomitum Græcorum reuersione.*



ANTÆNE animis Neotericorum Græcorũ contra Romanum Pontificẽ, vniuersalem Christi Domini vicarium, eiusque pastorem Ecclesiæ rebellibus, iræ? Quorum maiores tanta cum pietate, religione, & obedientia filiali, maiestatem illius, sanctitatemque sedis Apostolicæ suspexerant? Qui propter tot augusta, diuinaque priuilegia, quibus à Christo Domino, vt sanctus Petrus suo tempore decoratus

Priuilegiis tot diuinis honoratus à Christo Rom. Pontifex, debet sine fine omnium Ecclesiarum solicitudini vacare.

a Nicolai 1. ep. 1 ad Mich. Imp.

est, omnium Ecclesiarum, sub Christiana ditione contentarum solicitudine sine fine grauatur, anxiusque sub illius pondere gemere laborando compellitur. Vt Michaeli Imperatori valde dyscolo Nicolaus Papa significabat his verbis.[a] *Ista priuilegia huic sanctæ Ecclesiæ à Christo donata, à synodis non data, sed solummodo celebrata, & venerata, per quæ non tam honor, quàm onus nobis incumbit, licet ipsum honorem non meritis nostris, sed ordinatione gratiæ Dei, per B. Petrum, & in B. Petro simus adepti, nos cogunt omnium habere solicitudinem Ecclesiarum.*

Causa Græcorum rebellionis.

Multæ passionum iactationes, multi vitiorum turbines, Græcos recentiores perniciosè, dementerque cientes, & agitantes, ad has rebellionis, contumaciæque schismatis hæresibusque fœdatæ contra reuerentiam, obedientiãque supremam Rom. Pontifici debitam, insanias, furoresque concitarunt. Quę passiones, vitiaque, corruptæ Græcorum vitæ dominantia, præcipuè huiusce rebellionis, schismaticæque contumacię causæ fuisse iudicantur.

1. Leuitas, & inconstantia Græcorum.

Prima fuit leuitas animi Græcorum, inconstansque natura mobilitate vigens, nouitatibusque procliuis, excogitandis, arripiendis, illicoque relinquendis. Quæ quidem ipsis Neotericis corruptis, & à sãctitate maiorũ, doctrinæ rectitudine, motumque grauitate deficientibus, schismata, prauas, doctrinas, hæresesque cõmiscendi, excogitandi, posteaque excogitatas, pertinaciter, & sine consideratione, cæco mentis impetu defendendi occasionem perniciosam infeliciter exhibuit.

2. Causa inuidia, & ambitio superba patriarchæ Cõstant.

Causa rebellionis huius altera maledicto liuori, & inuidiæ ambitione comitato superba Patriarchæ Constantinopolitani Ioannis, magni ad pompam, fastumque ieiunatoris attribuitur: qui primus superbissimum cæteris omnibus Ecclesiarum prælatis, excepto Romano Pontifice, denegatum vniuersalis Episcopi nomen arrogantissimè sibi vendicauit. A quo posteri schismatici similem rebellandi contra cathedram sancti Petri, Romanique maiestatem pontificis impietatem, in totius Græciæ exitium salutis hæreditarunt.

3. Causa superba tyrannis Imp. Græcorum schismatis, hæresibusque contaminatorum.

Præter has causas adiungitur tertia superbissimę Græcorum Imperatorum schismatis, hæreseosque sordibus inquinatorum tyrannidi deputata. Quorum alii non modò hæreticorum pestium, contagionumque fautores, sed & inuentores, nec solùm hæretici, sed & hæresiarchæ, artificesque diabolicæ abominationis extiterunt.

Theophan. Cedren. & alij

Quales fuerunt Leo Icõnomachus, eiusque filius Constantinus Copronymus, qui cũ suos execrabiles errores, hæresesque detestabiles Romano Pontifici minimè placere sentirent, illius obedientiam protinus eiurarunt: & paciscentes cum inferno, æternaque morte sacra fœdera, & obsequia in sua inauguratione, Catholicæ religioni, sedique Apostolicæ promissa perfidissimè violarunt.

4. Priuatio Italia, quapropter tyrannicas oppressiones hæresum atque schismaticas, exacti fuerunt iustò spoliati abominationes.

Æstum Græcorum odii in Romanum Pontificem, Latinosque Catholicos huic fideliter Ecclesiæ principi seruientes auxit, maioremque illis ansam rebellandi præbuit, terrarum, vrbiumque Italiæ priuatio, qua illi propter hæreses, schismaticas maculas, variasque nimis duræ & asperæ tyrannidis oppressiones, iusto Dei iudicio mulctati sunt. Illa autem Græcorum insanientium rebellio, schismaticaque ab Apostolicæ sedis obedientia, obsequioque Romani Põtificis auersio, sub finem Tiberii 2. imperatoris incœpisse visa est, & fasces imperii suscipiente Mauritio erupisse foras apparuit tumente superbia, & contra sedem Apostolicam rebellione sacrilega furente nefario, fraudulentoque schismatico Ioanne illo patriarcha, qui primus arrogantissimè sibi nomen Episcopi vniuersalis arrogare, eoque impudentissimè gloriari non exhorruit.

Ioannes Const. patriarcha maximus hypocrita ieiunator appellatus primus author schismatis contra professione monachum circa an. D 586.

Maximus ante suam in thronum promotionem hypocrita, fraudulentusque sanctitatis, austeritatis, humilitatisque simulator: vt his artibus dolisque ad tanti patriarchatus solium communibus Ecclesiasticorum suffragiis eueheretur: antea professione monachus, dictus ex iugi ieiunio, quo se, vt popularem auram venaretur, assiduè macerabat, ieiunator. Qua larua pietatis, sanctitatisque successit in episcopatu Constantinopolitano, maximo præsuli S. Eutychio, qui adhuc viuens (vt ait[b] Eustathius in eius vita) noluit huic simulachri virtutis, hypocritæque Ioanni monacho, suo elogio suffragari: vtpote qui nihil boni præuiderat de homine cautè, fraudulenterque vera pastoris virtutes simulante: qui ex assidua omnibus nota ieiunandi consuetudine auram popularem malitiosè venabatur.

b Eustath. in vita S. Eutychii.

Qua postea supra modum inflatus intumuit, & vt plenum hominea fallendi campum laruæ suæ subministraret, finxit se fuga ab omni hominum conspectu substrahere, ne Constantinopolitani patriarchatus throno, solioque præficeretur: cui in rei veritate vehementer inhiabat, eiusque possidendi desiderio tabescebat. Et secundum illud poetæ in Eclogis.

[c] *Et fugit ad salices, & se cupit antè videri.*

c Virgil Eclog. 3.

Ita fugere voluit, vt ne fugeret à suis detineretur. Qui statim vt electus, ordinatusque, thronum dignitatis episcopalis ascendit, deposita fictæ pietatis larua, omnique abiecta dissimulatione, ambitiosissimum, superbissimumque se demonstrauit, dum se vniuersalem Ecclesiæ Episcopum insolentissima, & impudentissima præsumptione vocitans Ecclesiæ pacẽ tot antea prædecessorum partam, quæsitamque laboribus nefandissimè turbauit.

Impius hypocrita Ioannes fugit se fuga nolle patriarchalem sedem, cui ardentissimè re ipsa inhiabat.

Contra cuius diabolicam superbiam sanctus Gregorius tunc diaconus sub Pelagio Papa postea Romanus presbyter inuectus, iustissimis expostulationibus, atque querelis excanduit: vt cùm hunc superbissimum patriarcham his verbis affatur.[d] *Eo tempore, quo fraternitas vestra in sacerdotalem honorem prouecta est, quantam Ecclesiarum pacem, atque concordiam inuenerit, recolis, sed quo ausu, quoue tempore nescio, nouum sibi conata est nomen accipere, vnde omnium fratrum corda potuissent ad scandalum prouenire: qua in re vehementer admiror, quia ne ad episcopatũ venire potuisses, fugisse velle te memini: quem tamen adeptum ita exercere desideras, ac si ad eum ambitiose desiderio cucurrisses. Qui enim indignum te fatebaris, vt Episcopus dici debuisses, ad hoc quandoque perductus es, vt despectis fratribus, Episcopus appetas solus vocari.* Et alibi.[e] *Quo enim ardore,* inquit, *quo studio Episcopatus pondera fugere volueritis, scio.*

d S Greg. l. 4. epist. 38. ad Ioan. Const. patriarch.

e S Greg. l. 1. epist. 4.

Sed hæc fuga facta fuit in hypocrisi, & spiritu fraudulento, vt dictum est. Fuitque planè loco monstri reputatum, vt qui agnus antea creditus, malè licet apparebat, statim, veroque celerius ad patriarchalis fastigium, culmenque dignitatis elatus, superbissimi, furiosissimique leonis iubas assumeret. Cuius cùm intolerabilis arrogantiæ, præsumptionisque nefandæ tumorem in principio Pelagius Papa pontificia potestate repressisset, & à tam superbi œcumenici Episcopi nominis vsurpatione recedere coegisset, tamen eadem

Tempore S. Greg. Ioannes Constant. à Pelagio Papa refrenatus ad priorem superbiæ vomitum vsurpandæ œcumenici nomen, redijt.

quæ prius in animũ impudentissimi, & audacissimi hominis insania recurrit, S. Gregorij tempore pontificatus. Quem contumacia, rebellioneque soperbissima sceleratus ipse Ioannes armatus indignissimè contempsit, cùm ipsum sanctissimum Papam à Mauritio Imperatore, sed maximo tandem, proh nefas! illius principis exitio despici sentiret. Cuius superbissimam præsumptionem, & execrabile rebellionis, contumaciæque, aduersus sedem Apostolicam, primatumque pontificis Romani sacrilegium posteri in Constantinopolitano post illum solio sedentes imitati, per quadringentos, hisque plures annos, hac se ferè omnes sacrilega œcumenici nominis vsurpatione polluerunt. Anathemata conciliorum, Romanorumque Pontificum nullo tremore vetiti, quorum propter tantum animo, opereque patratum nefas, fulmine conterebantur: Vt videre est in epistola Leonis [a] 9. aduersus insanas Michaelis patriarchæ Constantinopolitani, & Leonis Acridani episcopi præsumptiones.

A tempore Ioannis Const. multi episcopi Cõst. superbissimè vniuersalis episcopi nomen sibi vsurparũt.
a Ep Leon. 9 contra præsumptiones Micha. Cõst. patr. & Leon. Acrid episc.

o. Pars.

Quo tempore tentata & incœpta, sed post interrupta atque suppressa sit Græcorum rebellio.

Constat autem hanc Græcorum rebellionem, & à Romani pontificis obedientia defectionem, sub finem imperii Tyberij 2. tentatam, inchoatamque ab ipso nefario hypocrita Ioanne fuisse, ab eodemque imperante Mauritio vires, neruosque progrediendo sumpsisse; sed vigilantia, generosoque pontificum Romanorum Pelagij, sanctique Gregorij pectore repressam ad tempus delituisse silendo. Postea verò diuersis temporibus, prout illis patriarchis Constantinopolitanis aura principum, Imperatorumque orientalium, malè in sedem B. Petri affectorum suauis affulgebat, vel aduersa bonorum principum, zelo pro Romani pontificis honore certantium Catholico, reflabat, modo hæc rebellio corroborata crescebat, modo infirmata quiescebat. Nec ab huius Ioannis seculo tanta vnquam rebellio extitit; vt ea fœdari Constantinopolitani patriarchæ, imperatores, nisi planè hæretici, vt Iconomachi, populi Græciæ, Romano pontifici principatum adimere, supremãque ei debitam obedientiam prorsus eiurare voluerint: vsque ad nouissima Photij pseudopatriarchæ in sedẽ prius Constantinopolitanam per Bardæ Cæsaris tyrãnicum nefas intrusi tempora, ab obitu S. Ignatij patriarchæ sedis illius: quem Nicolaus primus in sedem Pontificio mandato, Imperatori Basilio facto, in concilio 8. generali restituerat: & ab eodem intrusum pseudopatriarcham Photium deiecerat. Quo tẽpore certo certius est Ecclesiã Cõstantinopolitanam Romani Pontificis agnouisse principatum, & Nicolao primo (qui tunc sedebat) inter omnes, qui à tempore S. Gregorij sedis Apostolicæ habenas moderati sunt, [a] sanctissimo paruisse. Nam Imperator Michael, & Bardas Cæsar Photii fautores contra S. Ignatium, indignissima iniustissimaque à throno violentia, tyrannideque deturbatum, Romam literas ad ipsum pontificem rogaturi miseruot: vt Photiũ illum in solio patriarchali cõfirmare dignaretur, Vt videre est in epistola Nicolai Papæ ad omnes veræ religionis cultores, ministrosque directa: in qua hæc inter alia Nicolaus pontifex habet. [b] *Imperator Michael, qui & ipse Bardæ patritij versutijs suasus Photij parti fauebat, ad Apostolatum nostrum legatis, cum epistolis destinatis accusationes quasdam aduersus Ignatium deferentibus petiuit, vt à sede Apostolica missos daremus, qui scandala illa sedarent.*

Vsque ad nouissima Photij tempora Const. Ecclesia primatũ Rom. pontificis agnouit.

a *De quo hoc Rhegino anno D 868. post B. Gregorium vsque ad tropons nullus præsul in vrbe Nicolao videtur æquiparandus. Sic Otho Frisingensis l 6. c. 3 cum religiosum, ac Dei zelo plenum. Et Ado in chronic. virum religione præcipuum.*
b Ep Nicolai 2 ad omnes veræ religionis ministros.
c Ibid.

A Et postea. [c] *Legatus imperialis, nomine Leo à secretis, duo volumina obtulit. quorum vnum depositionis Ignatij gesta continebat; alterum de sanctis imaginibus habebat acta. Detulit præterea idem Leo imperiales literas, vt in depositionem Ignatij subscriberemus, quod corã tota Ecclesia nos facturos non esse professi sumus.* Ex quibus clarissimè notum est principatus in Ecclesia vniuersali, supremi Romani pontificis obedientiam, nondum Græcos tunc eiurasse. Id etiam solidissimè, & manifestissimè ipse pontifex, Imperatori Michaeli scribens, talibus insinuat. [d] *Priuilegia Ecclesiæ Romanæ Christi ore in D. Petro firmata, perpetua sunt, diuinitus radicata, atque plantata: impingi possunt, euelli non possunt, quæ ante imperiũ vestrum fuerunt, & permanẽt (Deo gratias) hactenus illibata, manebuntque post B vos, & quousque Christianorum nomen prædicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutilata, &c.* Quod sub hæreticis Imperatoribus Rom. Pontifici rebellionis armis obstiterint, & sub Catholicis plenam obediẽtiam deuotè præstiterint, ipse summus pontifex in eadem epistola docet his verbis. [e] *A sexta synodo Imperatores, aut hæretici, aut sanè perpauci Catholici fuerunt, & hæretici quidẽ si mittere ad nos dedignati sunt, non est mirum: nouerat enim per gratiam Dei, nos nunquam penitus sibi socios futuros, Catholici verò nostrum præsidium quæsierunt, sicut synodus sub Constantino, & Irene facta indicat.* Alternationem verò illam Græcorum modò rebellionis, modò deuotæ reuerentiæ, obedientiæque filialis, qua iussis humiliter Romani Pontificis inclinabant, eleganter, perspicuéque C Sigonius libro 8. de regno Italię descripsit dicendo, *Constantinopolitanam Ecclesiam à Romana multis iam annis defecisse, tempore scilicet Leonis 9. qui in thronũ pontificalis anno Domini 1049. culmen ascendit, qui ad Ecclesiam Constantinopolitanam principatum sibi tunc, Constantino imperatore, & Michaele patriarcha illius temerè, superbéque vendicantem, tres legatos ad eam superbiam retundendam destinauit. Federicum Archidiaconum, cancellarium suum, Vbertum Episcopum Syluæ Candidæ, & Petrum Archiepiscopum Amalphitanum. Interea,* (inquit Sigonius) *Leo in morbum incidit, & eius legati Constantinopolim peruenerunt, qui quidem honorificè sunt ab Imperatore suscepti, & mox concilium indixerunt, ad Græcorum hæreses cognoscendas: & eò Imperator, & patriarcha vocati venire recusarunt: nam patriar-* D *cha sibi principatum Ecclesiæ vendicabat, Federicus verò pontificis, à quo fuerat missus legatus animi magnitudinem imitatus, rem dignitate Romanæ Ecclesiæ congruentem effecit, quippe qui vrbe egressus sandalia more Apostolorum è pedibus detraxit, & super ipsos Græcos puluerem excussit. Quo facto tantum terrorem omnibus Constantinopolitanis incussit, vt imperator, & patriarcha, cum clero, & populo postridie sacco, & cinere obuoluti ad eum perrexerint, & Apostolicam authoritatem, ad terram vsque prolapsi venerati sint. Inde cùm nuntium de morte pontificis accepissent, hæresibus & Michaele patriarcha, & Leone Episcopo Acridano damnatis in Italiam redierunt muneribus eximiis, quæ S. Petro offerrent ab Imperatore donati.* Hæc Sigonius.

Mira profectò stupendaque planè Græcorum leuitas extitit, & inconstantia in recedendo ab obedientia sedis Apostolicæ, & ad eandẽ cessante rebellione redeundo. Scribit enim S. Antoninus, *Græcorum orientales, easque principales Ecclesias se per duodecim vices ab obedientia Romana Ec-*

d Ep. Nicolai Papæ ad Michaelem Imp.

3. Pars. Græci rebellionem in sedem Apostolicam, & obedientiã ipsi sedi debitam alternauerunt.

e Ep. Nicolai ad Michaelẽ Imp.

Sigon l. 8 de regno Italiæ.

Græci Ecclesiæ sæpius obedientiam Rom. Pontificis denegarunt, & sæpius ad illam obsequium redierunt.

S. Antoninus Florent parte 3. hist tit 22. c. 13. §. 5.

A *clesia substraxisse, siue coniunctim, siue diuisim, quandoque vnam, quandoque aliam, maximè verò Constantinopolitanam, quæ quasi fuit causa diuisionis aliarum.* Easdem verò Ecclesias orientales, mutata suæ contumaciæ rebellionisque velificatione, ad agnitionem principis Ecclesiæ Romani pontificis sæpius restituta, ei obsequii, obedientiæque debitæ reuerentia reduxisse, earum replicantibus historias apparebit. Certum est enim ipsos Græcos ter publicè, & aperta erroris, atque rebellionis eiuratione ad sedis Apostolicæ fidem, religionemque redeuntes, debitam Romano Pontifici obedientiam, obsequiumque filiale reddidisse, eique se perpetuo seruaturos iurauisse in cõcilio nempe [a] Lateranensi, sub Innocentio 3. In concilio [b] Lugdunensi sub Gregorio 10. & [c] in Florentino sub Eugenio 4. Nec verò quoties Constantinopolitani patriarchæ schismate diuisi à cathedra Beati Petri, rebellione sacrilega, Romani pontificis imperia, legesque subire contempserunt, alios orientalis Ecclesiæ patriarchas, in suę rebellionis immanitatem semper impulerũt. Eo namque tempore, quo patriarchæ Constantinopolitani superbiendo, nefariè se ab obsequio Rom. pontificis auulserant, aliarum principaliũ sedium orientalis Ecclesiæ Alexandrinæ, Antiochenæ, Hierosolymitanæ patriarchæ suæ fidei consensum Romanæ fidei professioni conformauerãt, Romanoque pontifici per legatos obediẽtiam fidelitatemque præstiterant. Vt constat ex epistola Leonis 9. aduersus Michaelis Constantinopolitani patriarchæ, & Leonis Acridani Episcopi præsumptiones.

Ter publicè Græci ad obedientiam Rom. Pontificem, eius confitentes primatum redierunt.

a Concil. Lateranen. sub Innocent 3.
b Lugdun. sub Greg. 10.
c Florens. sub Eugenio 4.

Rebellantibus patriarcha Constant. non semper alij orientalis Ecclesiæ patriarchæ cũ eo rebellarũt.

Epi. Leon 9. contra præsumpt. &c.

CAPVT XVII.

Græci perniciosè contumaces, propter suam ad prioris rebellionis vomitum reuersionem, non modò schismatici, sed etiam hæretici iudicati sunt: odio execrabili superbè crudeliterque tumentes in sedem Apostolicam, Romanum Pontificem, omnesque Latinos, huic sedi, patrique sanctissimo in illa loco Christi Domini sedenti, Catholica fidelitate seruientes.

1. *Principales Christiani orbis Ecclesiæ à religionis Catholicæ sanctitate deciderũt, quia à Romana Ecclesiæ fide, obedientiaque defecerunt, sicut Ecclesia Græcorum rebellium.*
2. *Ex superbissima Græcorum rebellione ortum est ingens istorum odium in Rom. Pontificem, & omnes Latinos vere Catholicos. Quod quidem multos sacrilegos, valdeque diros produxit effectus infra declaratos.*
3. *Ambitio Græcorum rebellis, & auersio sacrilega, arcem pontificis Romani sedisque Apostolicæ pro Constantinopolitano patriarcha furari conata est: propterea sæpius ab œcumenicis conciliis condemnata.*
4. *Detestatio, atque ex charitate deploratio Græcorum obstinatæ rebellionis.*



HÆc autem rebellio Græcorum superbissima, sacrilegaque ab obedientia romani pontificis auersio, non illos solùm schismaticos, sed & execrabiles hæreticos effecit. [a] *Sic enim*, D. Bernardus ad Eugenium Papam. *Ego addo & de pertinacia Græcorum, qui nobiscum sunt, & nobiscum non sunt, iũcti fide, pace diuisi, quamquam & in fide ipsa claudicauerint à rectis semitis.* Hæresis namque est, eaq; B detestanda maximè, asserere mordicus obstinatamente romanum pontificem vicariũ Christi D. monarchicum non esse vniuersalis Ecclesiæ principem, quod detestabili Græci contumacia defendere contendunt, more quidem hæreticorum omnium. Quę quidem similis est illorum hæresi, qui negant Spiritum S. à filio sicut à patre procedere. Atque hæc est S. Thomæ doctoris Angelici doctrina, quæ est vniuersalis Ecclesiæ, ita contra Græcorum errores ad confundendos eos assurgentis. [b] *Similis autem est error dicentium Christi vicarium Romanæ Ecclesiæ Pontificem non habere vniuersalis principatum Ecclesię, errori dicentium Spiritum sanctum à filio non procedere: ipse enim Chri-* C *stus Dei filius suam Ecclesiam consecrat, & sibi consignat Spiritu sancto, quasi sub charactere, & sigillo, vt supra positis authoritatibus manifestè habetur. Et similiter Christi vicarius suo primatu, & prouidentia vniuersam Ecclesiã, tanquam fidelis minister à Christo subiectam, conseruat.* Hæc doctor Angelicus, abyssus doctrinæ.

a S. Ber. l. 3 de cõsiderat. ad Eugen. Pap. cap. 2.

b D. Thom. opusc. 1 contra errores Græcor. c. 64

Quis luctus celsior, quis dolor amarior, quæ tristitia vehementior excogitari potest illa, quã in iustorum, verèque Catholicorum singulari reuerentia, obsequio, & amore Ecclesiam Christi Domini, venerantium cordibus, Ecclesiarum mundi præcipuarum, quibus pastores, doctoresque nostri Saluatoris Apostolici præfuerunt, occasus, interitusque pepererunt? Quare illæ tam D miserabili animarum exitio naufragauerunt à fide? Quare omnem salutis æternæ doctrinam, à sanctis illis patribus acceptam primis Ecclesiæ Christianæ magistris, principibusque, tam horribili tot errorum nefandorum, diabolicorumque dogmatum absorptam diluuio perdiderunt: Nisi quòd voce, sibiloque serpentis inferni delectatæ, per os ministrorũ diaboli deceptæ, veridicas, salutaresque suæ matris Ecclesiæ romanæ voces, sicut Rebeccæ quondam matris suæ patriarcha Iacob, audire noluerint, auditasque factis operibusque mandare despexerint? Nisi quod visibilem Ecclesiæ Christi mundi restauratoris in terra monarchiam, in sede Apostolica Romæ fundata tanquam in arce tutissima, donisque cœlestibus altissima ab omni putrido perfidiæ, falsæ doctrinæ, pestiferique dogmatis aëre libera radicatam, malitiæ, errorisque tenebris ingurgitatæ profundis oppugnauerint: Nisi quod prędominantem super fideles omnes Christi sanguine redemptos, toto terrarum orbe diffusos S. Petri in successoribus eius authoritatem,

Principales Christiana religionis Ecclesiæ ab hac religionis sanctitate deciderunt, quia à Romana Ecclesiæ fide, obedientiaque defecerunt, sicut Ecclesia Græcorum.

supremumque

supremumque principatum Christi D. virtute donatum, ordinatumque agnoscere recusantes, monstrũ pro corpore Christi, quod est Ecclesia, horrendum, ingens, tetrum, truncatum, sine capite visibili, acephalumq; suis deliriis, phantasticis imaginationibus, furiosisque commentis efformare voluerint? Hoc pertita furore, erroreq; fascinata Hierosolymis Ecclesia à D. Petro, cæterisque Apostolis erecta, Christi D. iussu cuius pastor primus Apostolus Iacobus minor rexit habenas, qui proprio illam sanguine, pro Christi D. fide profuso nobilitauit, miserabilis, extorris à domo Dei, Christique relegata consortio, proh dolor! euanuit. Alexandrina Ecclesia regularium canonicorum fons, & origo, quæ tanto sanctitatis, doctrinæque diuinæ splendore, magisterio S. Marci primi sui præsulis illustrata, tot annos mirabili cum animarum fructu terrarum orbi, veritatis Christianæ radiis illuxerat, hoc ab Apostolica sede diuortio, in tenebras infidelitatis abscedens ignominiosa, maledictaque corruit. Vbi fides Achaiæ tot quondam sanctissimis S. Andreæ Apostoli eruditæ documentis? Hac cum Romana sede rebellione de illius nationis, Ecclesiæque gremio indignata recessit, euasit & erupit! Vbi tot Asianorum populorum Ecclesiæ? Quas tanta cum Dei veritate, sapientia cœlesti, admirabili charitate, pietateque discipulus ille, quem diligebat Iesus, Apostolus, Euãgelista, propheta cõdiderat, rexerat, ornauerat? Nonne extremæ calamitatis, perfidiæ, ruinæque boni vitæ naufragium eas omnes absorpsit? Quòd à sanctitate doctrinæque Christianæ veritate, qua S. Petri cathedra inuiolabili perennitate refulget, auulsæ, contra sanctas Rom. Pontificis Christi D. vicarij leges, sanctionesque rebellauerint? Infelix Armenia fides Catholicæ spoliata lumine, ex alto salutis æternæ fastigio collapsa periit: quod suaue sedis Apostolicæ iugum, salutariaque pontificiæ maiestatis imperia perfregerit. Quæ quondam S. Bartholomæi Apostoli magisterio gloriabatur. Cuius regem Polemonem, eiusque coniugem, vnà cum duodecim ciuitatibus Apostolus ille Euangelicæ fulgore veritatis illuminauerat. Cur in animæ suæ, salutisque perennis India ruit interitum? Quã tot D. Thomæ Apostoli documenta religiosæque præceptiones ad lucrum vitæ sempiternæ formauerant? nisi quod nescia obedientiæ stare loco, quam ante reuerentia filiali suspexerat, maiestatem sedis Apostolicæ contumacia, superbiaque rebelli despexerit? Sic Persæ in quotum præruptis, vastissimisque locis S. Iudas Euangelium Christi Domini, mira vitæ sanctitate, miraculorumque multorum magnitudine plantauerat: ab hac Christi Domini fide, salutiferaque religione defecerunt, quod puritatem Christianæ veritatis in Apostolica sede fulgentem, pastori eius œcumenico obedientiam præstando, retinere noluerint. Sic à facie Catholici orbis rebellio hæc, contumaxque superbia Æthiopum Ecclesiam penitus abrasit, funditusque à fundamentis salutis euersam tenebris infidelitatis immersit: quam in his partibus tam piè, religiosèque Matthæi Apostoli, tot labores, atque sudores ædificauerant, ædificatam tot salutaria documenta sanctificauerant, sanctificatamque firmauerant. Ad quid in nihilum salutis æternæ redacta Phrygia, quam S. Philippus Apostolus Christi D. fugatis infidelitatis, tot-

1 Ecclesia Hierosolymitana perdita à negata Ecclesiæ Romanæ, eiusdem pastori obedientia Cui S. Iacobus Minor.
2. Alexandrina cui S. Marcus.
3. Achaia, cui S. Andreas.
4. Asiæ Ecclesiarum, quibus S. Ioannes Euangelista.
5 Armenia, cui S. Bartholomæus.
6. India cui S. Thomas.
7. Persarum Ecclesia cui S. Iudas.
8 Æthiopum Ecclesia cui S. Matthæus.
9 Phrygia cui S. Philippus.

Tom. II.

A ruptæque vitæ tenebris, Christianæ luce veritatis sanctitatisque claritate decorauit? Nonne quia discusso, fractoque obedientiæ, docilitatisque filialis iugo ad contemptum sedis Apostolicæ, Romanique pontificis odium rebellionibus armata conuolauit. Denique, vt habeat modum oratio, & redeat illuc vnde deflexit, quid omnium nationum propter scelera sua miserrimam Græciam (de cuius execrandis contra sedem Apostolicam, pontificisque Romani principatum rebellionibus discursus agitur) ex tam alto quondam honoris, sanctitatis, doctrinæ, prosperitatisque culmine, in tam profundã turpitudinis, ignominiæ, corruptionis, vitæ, imperitiæ, calamitatisq; abyssum, nisi hæc superbissima Græcorum contra debitam Rom. Pontifici reuerentiam, obedientiamque rebellio depressit? Cuius tot ciuitates B præcipuas Domino volente, vas illud electionis, doctorque gentium S. Paulus tanta cum veritatis Christianæ luce, ardoreque charitatis instruere dignatus est? Ex hac superbissima Græcorum rebellione, qua tumentes, sacrilega inflati præsumptione in latrocinium Ecclesiastici primatus atrociter, & arroganter auolare non dubitarunt, ingens, & execrabile ipsorum contra sedẽ Apostolicã, Latinosque orthodoxos, huic sanctissimę sedi, eiusque œcumenico pastori religiose deuotos, & obsequentes partum est odiũ. Vt constat ex epistola Nicolai primi ad Hincmarũ Rhemensem Episcopum, & ad alios in regno Caroli Calui manentes Episcopos: in qua hæc in principio. [a] *Hi enim* (scilicet Imperatores Græciæ, Photius pseudopatriarcha Constantinopolitanus, & alij Græci schismatici) *odio, & inuidia contra nos inflammati, quæ inferius annotabimus, nobis quasi crimina hæreseos impingere moliuntur. Odia* C *quidem, quia Photij adulteri, & inuasoris Ecclesiæ Constantinopolitanæ, atque Neophyti à depositis, & anathematizatis factam promotionem non approbauerimus, fratris scilicet & comministri Ignatij eiusdem Ecclesiæ patriarchæ deiectionem: vtpote à subiectis, & ab imperiali potentia factã nullo suscipientes assensu.* Post hæc de illorum immani, crudelique inuidia hæc subnoxit. [b] *Inuidia verò, quia regẽ Bulgarorum Michaelem nomine cum gente sua Christi fide suscepta, à sede B. Petri institutores, & doctrinam expetiuisse audierunt. Volentes quippe & nimiũ anhelantes eosdem Bulgaros à S. Petri subiectione subducere, suoque imperio sub prætextu Christianæ religionis callidè subiugare: talia de sancta Romana Ecclesia non habente maculam, neque rugam, aut aliquid huiusmodi prędicant, quatenus illi, vtpote adhuc in fide rudes,* D *hæc audientes nos quasi noxios, & diuersarum hæreseon squalore respersos vitent, detestent, atque penitus deserant, &c.* Tantum sæuitiæ, & immanitatis Græcorum, Imperatorumque Constantinopolitanorum schismatis, hæresibusque prostitutorum in Rom. Pontifices, Latinosque fideles omnes his Ecclesiæ Christi rectoribus obedientissimos, ira, odium, liuor que sacrilegus exercuit, vt etiam in eorum indignationem, contumeliãque Michael ipse schismaticus imperator, linguę Latinæ in cruce Domini sanctificatæ improperium, iniuriamque indignissimè, barbaram illã Scythicamque nominando non leuiter inflixerit. De qua iniuriæ atrocitate Nicolaus Papa indignatus expostulabat in epistola ad Michaelem Imperatorem sic exclamando.

[c] *O furorem! qui nec linguæ nouit parcere, quam*

a Patr. Ex superbissima Græcorum rebellione ortũ ingens eorũ odium in Rom. pontificem, & omnes Latinos verè Catholicos Cuius odij sacrilegi valde q; diuersi illius multi producti, vt patet exemplo
a Ep. Nicol 1. ad Hincm. & alios. &c.
b Ibid. Inuidia Græcorum crudelis, & immanis Bulgaris suam inuidentes conuersionem in odium Papa à cuius obedientia eos conantur auocare.
In odium sedis Apostolicæ, orthodoxorũque Latinorũ linguam Latinam contumeliis. iniuriisq; afficiebat Michael Imperator schismaticus.
c Ep Nicolai 1 ad Michae. Imp.

Deus fecit, & qua inter cæteras, in nomine Domini confitetur. Quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris, & quæ cum Hebræa, atque Græca in titulo Domini à reliquis discreta insignem principatum tenens omnibus nationibus prædicat Iesum Nazarenum Regem Iudæorum. Et paulò pòst. *In principio epistolæ vestræ, imperatorem vos nuncupastis Romanorum, & tamen Romanam linguam barbaram appellare non veremini. Ecce quotidie, imo vero inprimis festiuitatibus inter Græcam linguam velut quiddam pretiosum, hanc, quam barbaram, & Scythicam linguam appellatis, miscetis.* Et paulò pòst. *Istius enim ditione linguæ Constantinopolitana Ecclesia lectionem Apostolicam, & Euangelicam in stationibus fertur primitus recitare; sicque demum Græco sermone propter Græcos, vtique ipsas lectiones pronunciare.* Immaniora maiori conspurcata B sacrilegio ad maiorem huius execrabilis odij, inuidiæque detestationem narrabo. Eò nempe furoris, & amentiæ Græcos illos principes, patriarchas Constantinopolitanos, & illis subditos inferiores pastores, populosque huius odij inuidiæque æstu concitatos excreuisse: vt omnes Latinorum Ecclesias in suis partibus erectas impie clauserint, religiosis cœnobitis obedientiæ, honorisque pontificij obseruantissimis monasteria abstulerint, nisi suis moribus, & institutis, id est corruptionibus, erroribusque viuere se velle profiterentur. Contra quam immanis odij, inuidiæque atrocitatem Leo nonus iusto dolore commotus ad Michaelem patriarcham Constantinopolitanæ sedis, & Leonem Acridanom Bulgarorum Archiepiscopum scribens, per op- C positionem Romanæ Ecclesiæ mansuetudinis inuehebatur his verbis. [a] *Ecce in hac parte Romana Ecclesia quanto discretior, moderatior, & clementior vobis est, siquidem cùm intra, & extra Romam plurima Græcorum monasteria siue Ecclesiæ, nullus eorum adhuc perturbatur, vel prohibetur à paterna traditione, siue sua consuetudine; quin potius suadetur, & admonetur eam obseruare, scit nempe quia nihil obsint saluti credentium pro loco, & tempore consuetudines, quando vna fides per dilectionem operans omnia quæ potest, vni Deo commendat omnes.* Sed quod maioris in illis abominationis sapiebat horrorem, nefarii illi schismatici, sacrilegique pontifici Romano Ecclesiæ principi rebelles, adeo odij, inuidiæque mor- D bo contra Latinos sedis Apostolicæ defensores, cultoresque pontificiæ maiestatis insaniebant, vt altaria, in quibus orthodoxi Latini sacrificauerant, tanquam polluta superstitiosis ablutionibus mundarint, baptizatosque à Latinis denuo iteratione sacrilega baptizare voluerint. Quas quidem inexpiabiles nouorum sacrilegiorum maculas factas fuisse docet Lateranense concilium sub Innocentio 3. celebratum, hæc dicens. [b] *Licet Græcos in diebus nostris ad obedientiam sedis Apostolicæ reuertentes fouere, & honorare velimus, mores, ac ritus eorum in quantum cum Domino possumus sustinemus. In his tamen illis deferre nec volumus, nec debemus, quæ periculum generant animarum, & Apostolicæ derogant honestati.* Quibus postea synodus sequentia subiunxit. [c] *Volentes ergo tantum ab Ecclesia Dei scandalum amouere, sacro suadente concilio districtè præcipimus, vt altaria in quibus Latini celebrarunt lauare, & baptizatos ab illis rebaptizare de cætero non præsumant, conformantes se tanquam Ecclesiæ filij sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ matri suæ, vt sit vnum ouile, & vnus pastor.*

Sub Constantino Monomacho Græci Latinorum Ecclesias claudebant, monachis cœnobia auferebant in Græcia in odium Ecclesiæ Romanæ.

a Ep. Leon 9. ad Michael. Constāt. patriarch. & Episcop. Bulgarorū c. 29.

Altaria in quibus Romani consecrabant Græci in odiū illorum tanquam polluta abluebant, & baptizatos ab Ecclesia Catholica rebaptizabant.

b Concil. Lateran. sub Innocent. 3. c. 4.

c Ibid.

A *Si quis autem quid tale præsumpserit, excommunicationis mucrone percussus ab omni officio, & beneficio Ecclesiastico deponatur.*

Hæc præterea Græcorum inuidia, odiumque in Romanum Pontificē, in Latinos fideles, orthodoxosque populos vsque ad perfidias, fidefractiones, imposturas, synodicarum veritatum prostitutiones, violationesque prorupit. Sic enim contra hanc Græcorum perfidiam in odium Ecclesiæ Romanæ synodos adulterare, falsareque fuerorom Anastasius bibliothecarius in præfatione ad octauam synodum loquitur, rationem reddens, cur nonnulla de Græcorum inuidia, & calliditate nimium fraudulenta contra sedem Apostolicam, Catholicosque Latinos intexuerit. [d] *Hæc itaque diximus inuentos reddere studiosos* B *curantes, ne fortè processu temporis quidquam de subijcienda diœcesi Constantinopolitanæ Bulgarum* (seu Bulgariorum) *terra statutum, vel definitum, ab vniuersali, & octaua putent synodo, vel actionum illius codici à Græcis hinc aliquid adijci præsumatur. Nam familiaris est illis ista præsumptio, & singularis quodammodo ambitionis indicium. Siquidem in secunda synodo contra statuta magna Nicænæ synodi, & sanctorum decreta præsulum Romanorum, Alexandrinæ priuilegia sedis, Constantinopolitanæ contulerit pontifici.* Postea hæc iniusta superbaque Græcorum ambitio, & insania dominandi in clero cupiditas progressu temporis vires acquirendo, inuidiæ, odiique insuper in sedem Apostolicā furore corroborata, non solū voluit Alexādrino, alijsque Græciæ patriarchis Constantinopo- C litanos gradu præferre dignitatis, sed etiam quod instar monstri est, monarchicam sedis Apostolicæ arcem inuadere contendit: à qua Romani Pontificis authoritatem, maiestatemque rabie sacrilega deturbaret, & Constantinopolitanum patriarcham in eius locum violenter intruderet. Hoc prodigium, monstrumque superbissimæ præsumptionis apparuit in Photio pseudopatriarcha Constantinopolitano. Qui furore inuidiæ, odiique contra sanctitatem matris, principisque omnium Christiani orbis Ecclesiarum, Ecclesiæ Romanæ, principatumque Romani pontificis armatus, simul & tyrannide schismatici Michaelis Imperatoris, reliquorumque rebellium contra Christum, eiusque spon- D sam Romanam Ecclesiam factione firmatus conciliabulum coegit, in cuius pestilente cathedra sedens, ausus est (horrendum dictu, sed factu horribilius) Nicolaum primum Romanum Pontificem tanquam illo superior in Ecclesia Dei rabidi, sacrilegique anathematis fulmine percutere, quod Nicetas in annalibus comprobat his verbis. [e] *Cùm Imperator ad regiam vrbem quamprimum reuerteretur, & cùm esset pentecoste Basilium patricium, & excubitorem stemmate ornans Imperatorem illum proclamat. Photius verò versutus, multa aduersus Nicolaum Papam dolosè scribens, cùm nihil aliud aduersus eum efficere posset, persuadet Michaeli Imperatori multis rationibus synodum congregare, vt Nicolaū* (scilicet Papam) *damnare, atque omnes qui cum illo communicarent. Vt hoc pacto pro ea damnatione, quam Nicolaus aduersus eum miserat, vicem redderet. Congregatis igitur generosus* * *ille Photius omnibus suis Episcopis, & quibusdam sordidis homuncionibus, & curpibus, necnon quasi legatis quibusdam patriarcharum orientalium in medium adductis, & facta pseudosynodo Nicolaum Papam nulla ratione, ana-*

Odium & inuidiam Græcorum fidefragos perfidosque synodorum violatores eos efficit.

d Anastas. biblioth. in præfat. ad 8. synodum.

3 Pars. Ambitio Græcorum rebellis & auersio sacrilega arcem dignitatis pōtificiæ, sedisque Apostolicæ pro Constantinopolitano patriarcha furore conata est, propterea sæpius ab œcumenicis concilijs condemnata.

Photius pseudopatriarcha in conciliabulo à se coacto Nicolaum pōtificem excommunicat.

e Nicetas in annal. an. D. 867.

* Ironicè, id est, ignauus & amens.

themate vt ipse putabat, damnamit. Cùm primum Græci ad rebellionem, contumaciamque sacrilegam contra sacramentum fidelitatis, & obedientiæ, quas Romano Pontifici, secundum mandata Christi præstare tenebantur, fenestram impudenter aperire cœperunt, atque ad contentiones, litesque nefandissimas de primatu, imperioque Ecclesiæ spirituali, aditu, ianuaque præsumptionis arrogantissimæ patefacta prorumpere: vix vnquam quiescere, cessareque dementes, ab hac nefanda vsurpandi res alienas persuasione potuerũt. Licet de hoc Ecclesiæ principatu, cum Romana Ecclesia nefariè sceleratèque dimicantes sæpius explosi, conuicti, atque ab vniuersali in œcumenicis congregata conciliis Ecclesia condemnati fuerint: quãdoque suos agnoscentes errores, aususque superbos, quos opposita confessione, contrariaque veritatis Catholicæ professione libenter ad tempus eiurarunt. Vt in concilio generali [a] Lateranensi sub Innocentio 3. anno Domini 1215. ad quod patriarchæ Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus, metropolitani septuaginta, Episcopi quadringenti, abbates duodecim, priores conuentuales octingenti, occidentis, orientisque Imperatorum legati, Regum Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, & Cypri oratores accesserunt. Eandem suæ præsumptionis, ausique superbi condemnationem etiam postea Græci audierunt: cum ipsi Romani pontificis primatum agnoscentes voluntarie subscripserunt: [b] vt in concilio Lugdunensi sub Gregorio 10. anno salutis 1274. & in Florentino sub Eugenio 4. anno 1438.

Græci sæpius nefaria obstinatione de primatu Ecclesiæ contendentes à generalibus conuicti, condemnatique fuerunt concilijs.

a Concil. Lateran. sub Innoc. 3. a. 1215.

b Cõcil. Lugdun. sub Grego. 10. a. 1274.

c Conc. Flor. sub Eugenio 4. anno 1438.

Deploranda profectò guttis sanguineis misera Græcorum voluntaria cæcitas, obstinata illorum, superbaque rebellio, à longo tempore ceruicem inuidiæ, odiique contra Ecclesiarum omnium dominam, matremque S. Petri cathedram ex inferis erigere cœpta, diris imprecationibus execranda. Quam iam natam Constantinopoli in cunis serpere instar cancri considerans, & exhorrescens S. Theodorus Abbas, furente Leonis Armenij Imperatoris Iconoclastæ, contra sacras Dei, sanctorumque imagines persecutione, illius vrbis tale monstrum rebellionis schismaticæ, hæreticæque fœtentis impietatem, mœstissimè lamentabatur, simul & indignissimè detestabatur. Cùm talibus hanc corruptissimam schismatum, hæreseonque fœtoribus incestatam, contaminatamque ciuitatem verbis affabatur. [d] *Audi cælum, & auribus percipe terra, Moab spreuit, Byzantium videlicet Angelicum iugum excussit, velut vitula lasciuiens, imperium detrectauit: vias tuas scire nolo, factis verbisque pronunciauit. Corybantium more agitur, furit, sanguinem bibit, vt leæna, vt aspis, aures obturat, reprehensa reluctatur. Venit ad eam vox commonitoria, velut è cælo missa, à supremo, & Romano throno. Quid fecisti clamans Christum negasti, Christi abrogans imaginem, & Deipara, & sanctorum omnium, &c.* Similes lamentationis, increpationis, exhortationisque paternæ voces, de profundis misericordiæ, compassionis, pietatis, charitatisque Christianæ visceribus editas, sanctissimi Patres Romani Pontifices iterare, atque sæpius ingeminare non cessarunt. Vt Græcos amentia rebelli furentes ad interitum voluntarium, obstinata contra sponsam Christi D. contumacia ruentes, his lugubribus, salutaribusque vocibus reprimerent, repressos-

4. Pars. Detestatio simul, atque ex charitate deploratio Græcorum obstinatæ rebellionis à longo tempore ex inferis excitari cœpta.

Lamentabilis contra corruptam Constantinopolim increpatio S. Theodori abbatis multis crudelissime iconoclastarum persecutione verberibus afflicti, ad suos dispulsos monachos.

d Epi. ad dispersos fratres l. 2. ep. 38.

A que correptione misericordi, in tutum pacis, reconciliationis, fidei, pietatis Catholicæ, salutisque portum, omni rebellionis, contumaciæque schismaticæ tempestate sopita, deducerent. quas voces commiserationis, tristitiæque paternæ lachrymis ob pereuntes filios, suspiriisque interruptas, quoniam ad extremum indurati cordibus audire noluerunt: Propterea tandem omnes illi, proh nefas! proh superborum effrenata rebellio! miserè perierunt, vt proximi capitis ordinata materiarum series, discursusque manifestabunt.

CAPVT XVIII.

B In quo de extrema Græcorum miseria, déque eorum imperio funditus à Turcis euerso agitur, propter eorum schismaticam hæreticamque ab Ecclesia Rom. defectionem.

1. *Græci vt obedientia Christi Domini vicario Romano pontifici præstita felices extiterũt, sic schismatica, sacrilegaque contra ipsum rebellione pugnando miseri, innumeris oppressi calamitatibus euasere.*

2. *De calamitatibus Græcorum ante captam Constantinopolim à Turcis.*

C

3. *De alijs afflictionibus, miserijsque eorumdem, in obsidione, expugnationeque Constantinopolis, postque domitam, superatamque illam ciuitatem orientalis imperij caput, in vltionem rebellionis obstinatæ, superbæque contumaciæ, schismate, hæresique polluta.*

4. *Sic Nicolai quinti vaticinium de eorum ruina, propter schismaticas hæresum pestilenti fætore sordidatas contra sedem Apostolicam rebelliones, adimpletum est.*

D



VM abominabiles Græcorum à sanctorum, doctorumque vetusti temporis patrum, maiorumque suorum fidei, pietatisque Christianæ virtutibus aberrantium, rebelliones, schismata, contumaciasque hæreticas in Romanum Pontificem, odio, inuidiaque superbissima scatentes, superiori capite viderimus: restat vt hoc postremo præsentem librum clausuro capite diuinas in eos vltiones, quæ tot fuerunt vindicatiuæ Dei iustitiæ tonitrua, atque fulmina, consideremus. Quibus miserrimi rebelles ad extremum malorum, calamitatumque perducti, funestissimas animas, & corpora, vnà cum libertate, fortunis, imperioque contriti perdiderunt. Qui non tantum principatum vniuersalis Ecclesiæ Saluatoris nostri gratia, atque benignitate sancto Petro, eiusque successoribus oblatũ, Apostolicæ sedi deprędari voluerũt, sed deprædatũ, ablatũque præsũptione superbissima

Post rebelliones Græcorum sequuntur diuinæ in illos vltiones.

vendicare sibi voluerunt. Nec solùm hoc Romanum Pontificem primatus honore spoliare, sed contra ipsum, ad illius maiestatis exitium, principatus, potestatesque secularium principũ, Regum, & Imperatorum eleuare potenter, & armare crudeliter, magno vltionis incensi desiderio conati sunt; vt sic sacrosanctum pacis, beneuolentiæ, charitatisque Christianæ fœdus inter ambas Christi D. monarchias, principatumque spiritualem, & secularem conatu illo contentioneque frangeretur. Eò proditoriæ nefandissimi pseudopatriarchæ Constantinopolitani Photij machinationes, conatusque furiosi plurimi tetenderunt. Qui Ludouicum 2. Regem Franciæ, & Imperatorem Romanum, vna cum eius vxore suis artibus fraudulentis, calidisque perfidijs, contra Nicolaum Papam huius nominis primum, ad arma, dissidiaque prouocare tentauit, Niceta teste, ita scribente.[a] *Magnus etiã muneribus, præsertim Regem Franciæ Debecchum* (sic Græci Ludouicum appellant) *& Angelbernã eius vxorem sibi propitios reddens, eos Imperatores in vrbe Constantinopolitana se proclamaturum pollicebatur, si ipsi opem ferrens in hac re, adeo absurda, & iniusta, vt S. illum virum Nicolaum Ecclesia vi eijcerent.* Certè quoad mens mea longissimè respicere potest, veteremque præteritorum temporum recordari memoriam, vix apprehendere valet, & intueri grauiorem indignantis Dei, contra magis enormia flagitia vindictam, vltionemque terribiliorem de sceleratissimis populis susceptã, illa: cuius fulmine sæpius iterato Deus Græcorum gentem, sibi vehementer inuisam, fidei Catholicæ perduellem, rebellionis, dissentionisque schismaticæ contra S. Petri cathedrã, vetustate corroboratam, immanibus Rom. Pontificis sanctitatem, imperiumque calumnijs, odijsque persecutam calamitatũ nouarũ in dies magis excrescentium multitudine contriuit, & funditus extinxit. Quę cùm olim musarum princeps esset, bonarũque literarum mater omnium, pietatis Christianæ fulgore splendesceret, & orientalis imperij possessione gloriaretur: postea contra principẽ vniuersalis Ecclesiæ, cõtumacibus irritata conatibus, & ausis erecta rebellibus, ex docta, & erudita, barbara, & imperita; reddita ex pia, religioseq; Catholica, impia, schismatica, hæretica, & ex domina, regnatriceque orientalis imperij, serua, captiua, trucolentissimæ Turcarum subiugata tyrannidi, afflictam vitam in tenebris, luctuque trahendo, innumeras vitæ suæ prolongatione calamitates desperata deuorauit. Tãdem post varios casus infaustos, post tot aduersarum discrimina rerum, priùs salutem animæ perdendo, deinde corporis, libertatis, gloriæ temporalis, fortunarumque omnium iacturam faciendo miserabiliter expirauit. Cùm sit de necessitate salutis Romano parere pontifici, eiusque Ecclesiæ Christi D. seruare mandata, quod qui præstare dedignãtur, salutis animæ naufragio absorpti suffocãtur. Vt S. Thomas duorum sanctorum, antiquorumque patrum Cyrilli Alexandrini, & Maximi, natione Græcorum testimonio cõprobauit dicẽs.[b] *Ostenditur etiam quod subesse Rom. Pontifici, sit de necessitate salutis. Dicit enim Cyrillus in libro thesaurorum. Itaque, fratres, si Christum imitemur, vt ipsius oues, vocem eius audiamus, manentes in Ecclesia Petri, & non inflemur vento superbiæ, ne fortè tortuosus serpens, propter nostram contentionem nos eijciat, vt Euam olim de paradiso. Et Maximus in epistola O-*

Photius Ludouicum 2. Franciæ Regem, & Imp. eiusque coniugem contra Nicolaum Papam nemare conatus est.

a Nicetas in annal. an. 867

Exterminatio, ruinaque Græcorũ vna est de grauissimis, horrendisque maxime diuinæ inflictis vltionibus, quæ vnquam in terris apparuerint.

Obedire Rom. Pontifici est de necessitate salutis.

b D. Thom. opusc. cõtra errores Græcorum c. 70.

A *rientalibus dicit.*[c] *Coadunatam, & fundatam super petram confessionis Petri dicimus vniuersalem Ecclesiam, secundùm definitionem saluatoris, in qua necessario salutis animarum nostrarum est remanere, & ei est obedire suam seruantes fidem, & confessionem.* Quam obedientiam abijcientes Græci, etiam suę animæ salutem retinere non potuerunt, qui cum temporale imperium, in spiritualis exitium conseruare cupientes, iusto Dei iudicio vtrumq; perdiderunt, instar Ieroboami, qui sicut est in libro 3. Regum, vt temporale regnum sibi, & posteris longa diuturnitate firmaret, Dei regnum, id est veram, vnicamque Dei viuentis in medio Israel, fidem, religionemque contempsit. Sed illo contemptu sacrilego, hoc spirituale Dei regnum, à suo regno temporali relegando, & idololatriæ,
B hæreseosque pollutionibus adulterando, tẽporale hoc, quod sibi posterisq; nullo defuturũ tẽpore sperabat, vnà cum vita, totiusque interitu familiæ diuinæ iustitiæ super eum, ad vltionẽ abominationum eius, tonitruo fulgurante funditus amisit. Quod quidem Gregorius 9. insinuare cupiens Constantinopolitano patriarchæ Germano huius nominis secundo, cæterisque Græcis, simili cum illo schismatis horrore fœdatis sic illum literis per legatos suos, apocrisiariosque delatis alloquebatur.[d] *Cum iuxta testimonium veritatis, occasio sit errorum ignorãtia scripturarum, cunctis expedit illas legere, vel audire, quia quæ in eis inspiratio diuina reposuit pro doctrina sequentium, ad cautelam voluit trahere modernorum. Sanè sub Ieroboã,*[e] *qui peccare fecit*, vt legitur, *Israelem, præsumpta di-*
C *uisio tribuum, patenter signat schisma Græcorum, & multitudo abominationum Samariæ, diuersas hæreses multitudinis à veneratione veri templi Domini, Romana videlicet Ecclesia reuerẽtia separata.* Post hæc breuiter disputatione de vtroque Ecclesiæ gladio tractata, quantæ maledictioni, miseriæq; subdantur illi, docet qui vnitatem Ecclesiæ, eiusque principatus maiestatem schismatica rebellione temerant, & adulterant, exemplo Lamech *homicidium* sonantis. Qui[f] *quoniam vxorem diuisit in duas, sanguinarius factus, & virum in suum vulnus occidit. &c.* Simili prorsus ratione, analogaue collatione sanguinarij Græci rebelles, schismaticiq; dicti sunt, non tam corporum, quam animarum, dum sua contumacia, dissidioque superbo Christi D. inconsutilem tunicam, id est Ecclesiam
D Romanam proscindunt, eius principatum, quantum in eis est, euertunt, maiestatem illius monarchicam conuitiando, blasphemando, atrociterq; dimicando dilacerant: & ita in vulnus suum, ruinam scilicet temporalem, & æternam suas, aliorumque animas multo crudelius, quàm corpora occidunt, atque trucidant. In quem tot desolationum, vastitatum, calamitatum, animæ, corporis, amissarumq; omnium fortunarum gurgitẽ Græci obstinatè pertinaciterq; rebelles nunquã profectò cecidissent: si sinceram maiorum suorum, SS. patrum ([g] de quibus multa supernis) Catholicæ fidei doctrinam, vitęque religiosæ puritatem secuti, sui Imperatoris Michaelis Palæologi confessionem veræ fidei per literas Gregorio 10. præstitam, inuiolabili custodia retinere, profiterique voluissent. Quarum literarum veram Catholicæ fidei confessionem continentium, hic erat titulus.[h] *Sanctissimo & beatissimo, primo, & summo pontifici, Apostolicæ sedis venerabili Papæ, & communi patri omnium Christianorum, & venerabili patri imperij nostri Domino Gregorio Di-*

c Maximi epist. ad orient.

Græci dum spirituale malum Christi D. monarch. am in Rom. Ecclesia constitutam deponunt, & eius eam rebellando violant, vtrumque regnum spirituale, & temporale perdiderũt. Gentis schismatis Ieroboamo similes.

d 3. Reg. c. 13. & 15.

d Ep. Greg. 9. ad Germanũ Constant. patriarch. ann. 1233.

e 3. Reg. 12.

f Genes. 4.

Græci in extremas, corporales, spiritualesque calamitates non incidissent si SS. Patrum maiorum suorum fidem, professionemque fecuti Michaelis Palæol. Imp. Græcorũ confessionem fidei factam Gregorio 10. seruare voluissent.

g c. 13. & 14. huius libri.

h Imperatoris Græcorum Palæol. sincera veræ fidei professio Gregorio in directa per literas an. 1274

chaelin Christo Deo fideliter Imperator, & moderator Romæorum, &c. Post multa de sancta Trinitate, de Incarnatione filii Dei, de Spiritu sancto, aliisque fidei Christianæ articulis, hæc de summo monarchicoque Romani Pontificis, atque sedis Apostolicæ principatu, subiunxit.[a] *Ipsa quoque sancta Romana Ecclesia summum, & plenum primatum, & principatum super vniuersam Ecclesiam Catholicam obtinet: quem se ab ipso Domino, in Beato Petro, Apostolorum principe, siue vertice, cuius Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter, & humiliter recognoscit. Et sicut præ cæteris tenetur fidei veritatem defendere, sic & si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, suo debent iudicio definiri. Ad quam potest grauatus quilibet super negotiis ad Ecclesiasticum forum pertinentibus appellare, & in omnibus causis ad examen Ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius potest iudicium recurri, & eidem omnes Ecclesiæ sunt subditæ, ipsarumque prælati obedientiam, & reuerentiam illi dant.*

a Paleol. Imp. Monarchicũ Pontificem Rom. principatum agnoscit super vniuersam Ecclesiam in eadem epist. Ad Rom. Pontificem spectat subortas de fide quæstiones definire. Ex omnibus Ecclesiis ad Romanam prouocatio.

Post hæc hoc de illius plenitudine potestatis confitetur. *Ad hanc autem sic potestatis plenitudo consistit, quod Ecclesias cæteras ad solicitudinis partẽ admittit, quarum multas, & patriarchales præcipuè diuersis priuilegiis eadem Romana Ecclesia honorauit: sua tamen obseruata prærogatiua tum in generalibus conciliis, tum in aliquibus aliis semper salua.*

Soli Romanæ Ecclesiæ competit plenitudo potestatis, & diuersis priuilegiis omnes Ecclesiæ principales, vt patriarchales honorauit.

Insuper profitetur se omnia credere fideliter, immobiliterque velle seruare, quæ sancta Romana Ecclesia credit, docet, iubet, humiliter ad pedes sanctissimi patris Gregorii 10. per suos legatos procidendo, et hac reuerentia, & humili inclinatione plenam obedientiam, fidelitatemque præstando.

2. Pars. Calamitates varias, funestasque casus Græcorum anteo captam Constantinopolim continens.

Sed insanis, dementibusque Græcis, contra Romani Pontificis maiestatem, dignitatem monarchicam, odii, rebellionisque rabie furentibus, hæc sancta, tam salutaris fidei, religionisque Catholicæ professio non diutius arrisit: sed illam protinus eiurantes, ad priora præsumptionis arrogantis, deprædatoriæ vsurpationis, obstinationisque contumacis deliria recurrunt. Verum *non dormitauit, neque dormiet qui custodit Israel*, Catholicum nempe gregem Saluator mundi inexpugnabilis suæ Romanæ Ecclesiæ murus, & antemurale. Ipse namque Dominus arripiens manu iustitiæ suæ, fulmen vltionis iustæ in reprobos, schismaticosque dementes horribili fragore detonuit. Cùm anno secundo circiter ab hac noua rebellionis insania, barbaros, infidelesque Turcas, fortes, viribusque magis expeditos effecit: quos aduersus illos armauit, iteratisque præliis partim apertis, partim occultis per insidias, dolosque susceptis adeo illorum schismaticorum vires, & omnes imperii sui neruos eliserunt, vt tandem fractos, superatosque deleuerint.[c] *Quam pugnam*, inquit Nicephorus Gregoras, *initium vtique excidii Romani* (scilicet in oriente) *esse oportebat, Deo superbiam, & contumaciam Græcanicam castigante.* Vt autem Græcorum creuit abominando rebellionis, ita contra eos diuinæ magnitudo efferbuit vltionis. Hanc enim schismaticam rebellionem, obstinatamque contumaciam vetustate corroboratam, funestissimi casus, ærumnæque innumerabiles secutæ miseriores illos in dies, calamitosioresque crediderunt. Hinc ea Gennadii patriarchæ Constantinopolitani de infortuniis, desolationibusque Græcorum rem acu tangentis, veritatemque confiteri compulsi lamentatio.

c Nicephor. Gregoras.

Ob rebellionem Græcorum schismaticam, hæreticamque contra Rom. Pontificem omnia illis infortunia contigerunt.

[d] *Si dixeritis, vt dicere cõsueuistis* (inquit rebellibus Græcis) *ob nostra delicta euenisse, nõ ita se res habet. Ego dicam quoniam non magis nos, quam cæteræ Christianorum gentes, nostris criminibus Deum irritamus. Sunt enim & aliæ nationes magis sceleribus, & peccatis obnoxiæ, quomodo non affliguntur, vt nostra infelicissima, & miserrima natio? Væ mihi misero! aliud ex alio subinde fio, cùm ad hæc animum conuerto, cor meum conturbatur, & spiritus meus æstuat. Nonne reliquum est probare, & lamentari, ac disquirere causam, & videre propter quæ patimur hæc, ego vero aliã non possum inuenire, nisi schisma, & quod se substraxerit ab obedientia, & subiectione Romanæ Ecclesiæ. Eã & solã decerno esse causam interitus nostræ gentis, quia postquã ab ea diuisi sumus, maledictionem accepimus, & patimur, quæ nos patimur: nec ideo pœnitet nos, sed deteriores euadimur, & maledictis impetimus, vel impedimus, ipsam Ecclesiã. Dicẽda & tacenda aduersus eã impudenter euomimus.* Generatio Græcorũ praua, & adultera, populus insanus, & sacrilega rebellione funestus, gens suis effrænata dissidiis propter schismata, hæresesque maledictionibus oppressa, cõsumptaque diuinis! infelix absque consilio, & sine prudentia, vtinam sapuisset, & intellexisset, & nouissima prouidisset. Sapuisset! Quid? maiorũ suorum sanctitatem, sincerã Catholicæ fidei professionem, & salutarẽ eorũdem, deuotãque Ecclesiæ principi Christi D. vicario Pontifici Rom. præstitam, inuiolabilique fidelitate seruatã semper obedientiã, inde suauissimos ab ea fructus corporis animæq; profectos. Intellexisset! quid? Suã detestabilẽ contra sanctæ sedis Apostolicæ leges, imperiaq; iusta rebellionẽ inueteratã, obstinatã in obsistendo, resistendoq; piis Rom. Pontificis admonitionibus insaniã, & superbissimã in arrogando sibi primã Christi D. Ecclesiæ cathedrã, principatũque præsumptionẽ. Et nouissima prouidisset! Quæ? Terribilia diuinæ iustitiæ diuersis tẽporibus in grauissimorũ quæ contra Christũ, eiusque sponsam sanctissimam pleno iure omniũ fideliũ dominantem animabus Ecclesiã Rom. furiosissimè patrarunt, scelerum vltionẽ contra se fulmina: diuinarũ eiusdẽ Christi D. gratiarũ, animæque salutis, quod passi sunt rebellionis furore, naufragiũ, & luctuosissimã omniũ bonorũ temporalium corporis, fortunæque vastationem. Quam schismatica hæreticos exhalante fœtores, ab Ecclesia Romana defectione, necnon conspiratione odii, inuidiæque truculenta in exitium supremæ Rom. Pontificis authoritatis sibi funestissimè procreauit. quæ cùm adhuc anno septingentesimo decimo octauo, quamplurimas gentes, prouincias, nationes, & maximã Italiæ partem Siciliã, Cretã, Cypriũ, Illyricum, multas finitimas Græciæ regiones, Asiæ minoris etiã, populos non paucos, aliasque per plures orbis vtriusque prouincias suo subditas imperio possideret, totoque orbe diffusã fama, gloria, prosperitateque super omnes mundi populos, gentesq; florere, atq; triũphare videretur: paulatim labentibus annis vndique grauissimis calamitatum diuersarum, infortuniorumque iactata tempestatibus, in extremam redacta miseriæ, oppressionisque sortem hac sua scelerata rebellione durissimam seruiens seruitutem crudelissimæ Turcarum tyrannidi subacta corruens expirauit.

d Gennadij patr. arch. Const. lamentatio ex monacho qui sedit anno D. 1458. post captam Constãt. vixit aliquot annis 8 vel, vt alii volunt 9

Ruina extrema Græcorum à rebellione contra Rom. Pontificem orta.

Exaggeratio, & lamentatio rebellionis impiæ Græcorum, & miseria extrema propter illam.

Deut. c. 32.

Quot terrarũ possessiones, prouincias, & nationes schismatica rebellio Græcis abstulit.

Venit tãdem diuinæ in Græcos vltionis dies, & ineluctabile tempus, extremæ illorũ desolationis atque miseriæ, in funesta, dira, & immani Con-

3. Pars. De miseriis Græcorum in captura vrbis Constant. post longam obsidionem, & post illam

stantinopolis, orientalis imperij capitis, obsidione protinus apparuit: sed multo tristius in funestissima, crudelissimaque illius superbissimæ ciuitatis captura, atque vastatione, Turcico furori, sacrilegisque barbarorum infidelium gladijs subiugatæ, & immolatę citiùs, quàm obstinati rebelles opinarētur, accurrit. Tunc lugubri, desolatoque clamore rebellibus illa sua contumacis miseris eiulare, lamentariq; licuit. Fuimus Græci! Fuit quondam florentissima à magno Constantino constructa ciuitas, orientalis caput imperij! Fuit ingens Græcorum gloria! Iusta terribilisque Dei viuentis, nostris sceleribus indignati vindicta contra nos intonuit: nosque vexationis, & vltionis acerbissimæ, sicut iustissimæ fulmine contriuit, cum *incensa Turca dominantur in vrbe.*

a 2. Æneidos accommodatio

[a] *Quis cladem illius* florentissimæ quondam ciuitatis, quis illius *funera fando*
Explicet? aut possit lachrymis æquare dolores?
Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos,
Plurima perque vias sternuntur inertia passim
Corpora, dant soli pœnas cum sanguine Gręci.

Constantinopolitana ciuitas capta a Turc. an. 1453.

Hæc strages, hæc merces efferatæ diutius odijs, inuidia superbiaque contumacię schismaticorū! Anno millesimus quadringentesimus, quinquagesimus tertius, superbissimam, audacissimamq; ciuitatem innumeris cuiusque sexus, fortisque populis fœcūdam sub truculentissimo crudelissimorum infidelium Turcarum mucrone cadentē vidit, suorumque sanguine cruentatam, extremos vitæ nefariæ spiritus afflantem, spectaculo miserabili conspexit. Cuius imperium tādiu gloriosè, beatéque floruit, quandiu Catholica religio, grataque Deo iustis romani Pontificis imperijs obedientia filialis in ea viguit. Qua recedente, illius quoque prosperitas illico recessit, imperiique splendor emarcuit. In cuius locum super eam, eiusque ciues ignominiosa captiuitas, seruitus, inopia, inusitatum quondam in Græcia regnantium interitus, strages incolarū, internecionesque; exitia, calamitates, aliorumque huiusmodi casuum aduersorum, malorūque colluuies inundarunt. Et ab illius captæ, subiugatæque furioso Turcarum iugo rabidæque tyrannidi ciuitatis tempore, semper in dies illorum creuit ærumnarum calamitatūque rigor, & asperitas, sicut eorumdem creuit exasperatæ in Romani Pontificis authoritatem contumaciæ, rebellionisque furor, & indurata peruersitas: præsertim verò superbissimorum patriarcharum, latrocinio, sacrilegioque nefandissimo sibi, Romanis pontificibus supremam in Ecclesia diuinitus à Christo Domino concessam dignitatem impudentissimè vendicantium. Qui tot causæ malorum, tot sceleratarum in Apostolicam sedem rebellionum artifices, sanctissimæ principi Apostolico præstitæ semper obedientiæ Catholicæq; religionis incendiarij, simul dentes pacis Ecclesiasticæ faces, atque pestes, pro mensura delicti, sic & plagarum modū Turcarum barbarica feritate in hoc seculo, grauiores multo in altero luituri tolerarunt. Qui post captam, domitamque à Turcis Constantinopolim, thronum illius Ecclesiæ schismatum, hæresεonque libidinibus, contagionibusque prostitutæ, auri, argentique corruptione, tyrannica Turcarum principis indulgentia possederunt. Ad cuius nutum arbitriumque tyrannicum necnon eius satellitum, tyranni truculentissimi passioni vel furori potiùs illius blandientium, in il-

Patriarcharū Constantinop. sacrilega artificum rebellionis, ignominiosa captiuitates, & afflictiones turpissima Turcarū crudelitate, iusto Dei iudicio.

A lo throno veriùs pestilentię cathedra mille pressuris, afflictionibusque quotidie voluuntur. De illius gradibus modo deijciuntur, modo ad illos restituuntur: modo ad tempus throni illius aditu prohibentur, modo illum repetendi licentiam pecuniarum profusione consequuntur: modo per vim barbaricam ex illius pręcipitati culmine, in exilium, fortunis omnibus, libertateque spoliati, tanquam mancipia vilissima relegantur, & cæteris id genus calamitatibus obruuntur. Insuper præter illas intolerabiles prope pressuras, & afflictiones, quibus patriarchæ, sacerdotes, totus clerus, & populus ille schismatica dementati insanis, horum Christiani nominis hostium nefandissimorum truculentia quotidie subduntur: illi mutuò sibi lupi sunt; se inuicem perpetuis **B** odijs, dissentionibus, contentionibusque consumentes, atque lacerantes: quasi feritas Mahometanæ seruitutis, Turcicæque captiuitatis immanitas illis satis non esset oneris ad miseriam. O insensati, & fascinati Ecclesiæ sanctę, sedisque Apostolicæ rebelles! qui in profundo calamitatum animæ, corporisque iacentes; vt aliquando, miserante Deo, valeant ex illis emergere, suas aures ne audiant, his salutaribus sui quondam patriarchæ Gennadij consilijs, exhortationibusque supra petras obdurare semper, & aggrauare voluerunt, in eaque deprauatæ voluntatis obstinatione perseuerant! Qui sic eos ex animo, ad studium pacis, charitatis, obedientiæque Romano Pontifici præstandæ, per viscera Dei misericordiæ, suæque pretium salutis æternæ, piè coniurando prouocabat & animabat. **C** [c] *Accedamus vera Christianorum vnionem, agnoscamus peccata nostra, ne peiores Iudæis euadamus, neue falsa suasione, malitia, & præsumptione, ita aures obstruamus, vt nec audiamus, nec intelligamus; audiamus Christum clamantem Apostolis.* [d] *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Verè ergo licet dicere: qui Papam audit Dominum audit: qui verò Papam non audit, Dominum non audit: qui verò Dominum non audit, audit captiuos, & gladijs communitos.* Id est Ianizaros, & Bassas quos Gennadius intelligit, horribili Christi Domini blasphematores, & nefandissimos eius sanctissimæ religionis eiuratores, qui ex captiuis, & baptizatis circumcisi facti Mahometanæ sectæ seipsos execrationi mā-**D** ciparunt. Quorum oppressionibus Græci schismatici, hæreticique rebelles addicti meritò cum Hieremia lamentari possunt: [e] *Serui dominati sunt nostri, non fuit qui redimeret de manibus eorum.* Mitto præter alias ærumnas atrocissimas, quibus Græci Turcarum mancipati seruituti, libidinique sæuiendi quotidie torquentur, illud omnino calamitosissimum, quod nullis satis dignè sanguineis lachrymis deplorari potest: cùm videlicet illi miserabiles schismatici, in propria terra captiui, filios his truculentissimis barbaris, nefandissimis Christiani nominis hostibus, vbi voluerint, dare cogantur. Qui ad execrandos vsus illis inseruiant, Mahumeti pseudoprophetæ sceleratissimo impostori, præcipuoque Luciferi ministro consecrati. Qui vbi sacrilegis illis placuerit, contra proprios parentes arma conuertant, seque ipsos, vt diabolo famulentur acceptiùs, in illorum effuso sanguine tingant, proluant, atque cruentent.

c Gennadij patriarcha ad Græcos schismaticos, vt conuertantur exhortatio, in lib. quem aduersus Græcanicos errores edidit.

d Luc. 10.

e Hiere. lam. c. 5 v. 8.

Græci filios Turcis ad vsus execrabiles aere compelluntur.

a. Pars Nicolai 5. vaticinium de Græcorum propter schisma enorme contra sedem Apostolicam ruina completum.

Sic infortunio, damnoque Græcorum maximo vaticinium Nicolai 5. Rom. Pontificis adimpletum est: quo ipsis Græcis rebellione schismatica hæreticaque nimium contra supremam Apostolicæ sedis aothoritatem, & Romani Pontificis efferatis, concilij Florentini pro sua cum Romana Ecclesia reconciliatione decreta superbissimè respuentibus, & eiurãtibus (quę eorum Imperator paulò antè Michael Palęologus reuerentia solenni iurauerat) extremam ruinam, calamitatemque prædixit. Illos nempè intra tres annos, vt eorum Patriarcha Gennadius memoriæ prodidit, crudelissimum Turcarum iugum, laqoeumque victos ab illis, vastata, captaque ab iisdem Constantinopoli durissimæ, turpissimæque seruitutis in vltionem rebellionis suæ, cum maximarum sequentibus annis aduersitatum prolongatione subituros: nisi protinus ab hac rebellionis insania, ad obedientiæ portum salutaris emergerent. Quæ omnia prout sanctissimus pater velut alter Ieremias, prædixerat, illis sanctas exhortationes tanti Pontificis, monitaque despicientibus, mala, infortunia, funesti casus, & exitus aduenerunt. Hoc modo Dei misericordia, longaque apud induratos, obstinatosque peccatores patientia languente, nihilque ad illorum coouersionem proficiente; eius tandem acerbissima iustitiæ, vindictæque contra illos con- A terendos, mactandosque fulmina detonant. Sed de his variis iustitię diuinæ, vltionisque tonitruis, atque fulminibus, contra omnes impios Ecclesiæ Dei persecutores, Apostolicæ sedis hostes infestissimos, Rom Pontificis principatum iniuriis, blasphemijsque proscindentes, sanctissimamque inter vtramque Christi Domini in Ecclesia sua monarchiam, pacis, vnionis, charitatisque perduelles infideles, hæreticos, schismaticos, aliosque simili improbitate fœdatos, huc vsque toto hoc libro dictum satis. Sopereest vt lætiore stylo, discursuque amœniori sequenti libro dicamus, de benedictionibus diuinis, de maximarum prosperitatum largitionibus, de bonorom tempo- B ralium, spiritualiumque fœcunditate, quæ in bonos, pios, Catholicosque principes, eorumque populos Deus cumulatissimè in hac vita, cum spe felicitatis æternæ profundit. Qui pij veræ fidei, cultores Catholicæque religionis amatores Ecclesiæ Apostolicæ, Catholicæ, & Romanæ supremam reuerentiam, obsequium, & amorem consecrantes, exhibentes, & impendentes, sanctissimum pacis, charitatisque inter duos Ecclesiæ Catholicæ principatus spiritualem, secularemqoe fœdus vnicè diligunt, singulari dilectione prosequuntur, summaque religione, ac obseruantia sincera perpetuò inuiolabile custodire, tutarique conantur.

a Gennadius in lib. contra Græcanicos errores.

Breuis dictorum in hoc libro repetitio, & propositio dicendorum in sequenti.



QVARTÆ PARTIS,


LIBER SEXTVS.

IN QVO AGITVR DE PROSPERITATE temporali, cum expectatione sempiternæ de certis, gloriosisque victoriis, atque triumphis virtute diuina partis, pacifico statu, firmo, sincerè iucundo fortique ad perfringendas omnes diaboli vires, & machinas piorum, Catholicorumque principum vnà cum fidelibus populis, sibi à Deo creditis; quod sacrosanctam pacis, charitatisque Christianæ, inter ambas Christi Domini monarchias vnionem inuiolabili obseruatione, custodiaque venerati fuerint, patremque sanctissimum, Christi Domini Vicarium suprema, filialique obedientia, & obsequio puro coluerint; qua quidem religiosa obedientiæ meritoriæ, obsequijque præstatione non minuitur horum principum Catholicorum, dominationis, principatusque authoritas, gloria, atque prosperitas, sed miseratione diuina magis augetur, & crescit.

CAPVT I.

De piorum principum sacram hanc Christianæ charitatis inter ambos Christi principatus vnionem inuiolatè custodientium, & Vicario Christi in S. Petri cathedra sedenti fideliter, deuoteque quoad spiritualia parentium, prosperitate.

1. *Comparatio nequitiæ, & miseriæ occultorum, & apertorum* Ecclesiæ *persecutorum cum proditore Iuda.*
2. *Benedictio* Dei *fœcunda temporalibus bonis, & æternis super pios, Catholicosque principes, beatos illos faciens ex promissionibus Dei in sacra Scriptura contentis; sicut maledictio* Dei *in nefarios plena, fœtaque miseriis; vt supra dictum est.* B
3. *Prosperitas, fœcunditasque bonorum temporalium, sicut spiritualium, diuina miseratione in pios, Catholicosque principes* A *effusa, exemplis diuersorum Regum, principumque confirmatur.*
4. *Atque hæc est pura sinceraque, prosperitatibus mundanorum principum valdè contraria, & opposita, multorum malorum permixtione miseris, eò illustrior, beatiorque crescens, quò magis illi religiosi principes regnum Dei, ad maiorem ipsius gloriam, cum sua populorumque salute amplificare conantur.*



B SVPERIORI libro fulgura, tonitruaque vltionis, maledictionisque diuinæ, super impios, vnicæ Christi Domini sponsæ persecutores, osores sanctæ pacis, sacri inter duos principatus spiritualem, secularemque fœderis perturbatores, & oppressores vidimus, & audiuimus. Qui quidem instar Iudæ proditoris, tradentis sanguinem iusti Christi D. ipsum Dominum gloriæ in corpore quod est Ecclesia, & in vicario suo sedis Apostolicæ præsule

Comparatio nequitia & miseria occultorum & apertorum Ecclesia persecutorum cum proditore Iuda.

a Pſal. 108 v. 16.

flagitioſiſſimè perſequentes.[a] *Dilexerunt maledictionem, & veniet ei, & noluerunt benedictionem, & elongata eſt ab eo.* Cuius maledictionis diuinæ vt Iudas proditione nefandiſſima Christum Dominum perſequendo, ſic illi Eccleſiam Chriſti Domini ſponſam ſanctiſſimam, partim aperta, partim occulta perſecutione vexantes, fulminibus vndique foris, & intus contriti ſicut ſceleratiſſimè, ſic & funeſtiſſimè perierunt. Quod vt exprimeret Dauid, loquens de proditore Iuda, dixit.

b Pſal. 108. v. 17.

[b] *Et induit maledictionem ſicut veſtimentum, & intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſſibus eius.* Diuerſis comparationibus oſtendẽs diuinam illam ſuper impios Eccleſiæ, inſtar Iudæ proditoris maledictionem, velut fulmen malis omnibus externis, & internis corporis, & animæ tumens, omnia in eis bona conterere, & eos omnibus calamitatibus, ærumniſq; ſubiugare. Cùm enim illam maledictionem veſtimẽto compararet, omnes totius corporis partes externas tegenti, omnes afflictiones externas, impius illis, vndique dolorem propinantes, cauſamque triſtitiæ grauiſſimæ præbentes, ſatis apertè deſignat. Et quoniã non externis tantum malis, ſed internis quoque à diuinæ fulmine maledictionis erumpentibus, reprobi illi torquentur, ideo maledictionem illam aquæ Propheta comparauit.[c] *Et intrauit ſicut aqua in interiora eius,* quæ hominem maris obrutum fluctibus non modo exterius abluit, ſed illum, partes corporis internas ſtomachum, pulmonem, cor, iecur, ventrem, reliquaque viſcera penetrando ſuffocat. Nec dum ſatis Prophetæ ſimilitudines illæ fuerunt, vt diuinæ maledictionis fulmen, aduerſus execrabilem Chriſti Domini proditorem, eiuſque ſectatores, ſuorum ſcelerũ abominationes in corpus illius, quod eſt Eccleſia, huiuſque caput viſibile deſpumãtes omnium malorum cumulum eſſe declararet: verùm maledictionem illam non aquæ modò, ſed oleo comparauit.[d] *Et ſicut oleum in oſſibus eius.* Quod quia ſubtiliſſimum eſt, non modo carnes, neruos, venas corporis, quod non facit aqua, penetrat, ſed & oſſa ipſa tenuiſſimo, ac planè imperceptibili meatu peruadit, in eaque licet cæteris rebus inacceſſa, & inuia ſe diffũdit. Sic illa maledictio diuina, Chriſti Eccleſię, monarchię eius, ſacrique in ea fœderis & pacis proditorum perſecutorum, perturbatorum, corpora non modo, parteſque omnes illorum externas, & internas, ſed animas quoque ipſorum, omneſque illarum potẽtias inferiores, & eminentiores, atque ſuperiores penetrando, peruadendoque, vehementiſſima preſſura, non ſpatio temporis exigui, ſed æterni cruciabit. Ideo quartam ſimilitudinẽ à veſtimento corpori ſemper adhærente, & zona firmitate continua conſtringente deductam Propheta ſubiũxit dicens.[e] *Fiat ei ſicut veſtimentum* (illa maledictio) *quo operitur, & ſicut zona, qua ſemper præcingitur.* Sicut corpus hominis nunquã denudatur aliquo veſtimento, quo tegitur: ſic ille proditor, eiuſque ſectatores ab illa tempore nullo maledictione liberabuntur. Cuius fulmine, atque tonitruo in rota torquebuntur, nec modo ſicut tale veſtimentũ maledictio illis adhærebit: ſed etiam tenaciſſimè, firmiſſiméque inſtar cinguli, atque zonæ variis, multiſque miſerarum temporalium, ac æternarũ circulis, nodiſque conſtringet.[f] *Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum, & qui loquuntur mala aduerſus animam meam* (inquit Chriſtus D. per Prophetã ſuum) id eſt vt ait S. Hieronymus

Perſecutores Eccleſiæ occulti, & aperti omnibus malis ſicut Iudas externis, & internis temporalibus, & æternis ſequuntur.

Cur maledictio Dei in impios veſtimento comparatur.

Cur maledictio illa aquæ comparata.

c Pſal. 108. v. 17.

Cur oleo comparata.

d Ibid.

Cur veſtimento ſemper corpori adhærenti, & zona fortiter corpus conſtringenti hæc comparata maledictio.

e Ibid. v. 18.

f Ibid. v. 19.

A

[g] *Hæc eſt retributio à Domino his qui mihi aduerſantur, & qui loquuntur mala aduerſus animam meam.* Non ſolùm qui Chriſtum D. perſecuti ſunt in corpore, animaque ſua naturali, dum viueret, ſed etiã qui eum quotidie in corpore myſtico, quod eſt Eccleſia ſancta, Catholica, Apoſtolica, & Romana, calumniis, iniuriis, proditionibus, blaſphemiis, aliiſque perſecutionibus excruciant. Atque de his quidẽ diuinæ maledictionis fulminibus in impios Chriſti, eius Eccleſiæ, regnique in hac vita perſecutores, & ſalutaris vnionis vtramque monarchiam inter ſe charitate perfectionis vinculo copulantis oppreſſores, libro ſuperiori copioſè dictum. Nunc ad dicendum de proſperitatibus variis, magniſque noſtra feſtinat oratio; quas Chriſtus D. in pios, veréque Catholicos principes ſuæ eccleſię, ſacri illius principatus, ſanctique inter ſpiritualem & ſecularem Catholicam mo-

B

narchias fœderis acerrimos protectores, & amatores à ſuis benedictionibus profectas affluẽtiùs effudit, effunderque ſamper, quamdiu in principum Catholicorum, populorumque fideliũ cordibus pietas, obedientia filialis, charitaſq; Chriſtiana vigebunt. Si enim Deus ſuam Abrahæ ſeruo ſuo benedicẽtibus benedictionem multis affluẽtem proſperitatibus ſpoponderit, atque promiſerit, promiſſamque poſtea compleuerit effectu: quid mirum ſi tot bonis, beneficiiſque à ſua benedictione manãtibus ſponſam ſuam, vicariũque in terris Abrahamo longè dignitate maiorẽ venerantes, obſequioq; filiali colentes religioſoa cum fidelibus populis Reges, principeſque, ſacrę inter ſuum, Eccleſiæque principatũ, vnionis obſeruantiſſimos affecerit? In quibus illud de viro iuſto complere voluit.[h] *Omnia quæcunque faciet*

C

proſperabuntur. Illudque:[i] *Gloria, & diuitiæ in domo eius.* Quare hoc? Quia *iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.* Eas autem proſperitates tẽporales, vt poſſeſſionum, dominationumque iuſtarum maximis bonis affluentium dilatationes, illis principibus promiſſas à Deo tempore ſuo feliciter aduenisſe, Chriſtianorum hiſtoriæ teſtantur, prout antea illis iam in figuris veteris teſtamenti contigerat. etenim in libro Geneſeos hoc pactum Deus cum Abrahamo fecerat dicens.[k] *Semini tuo dabo terram hanc à flumine Ægypti, vſque ad fluuium magnum Euphratẽ.* Si modo poſteritas, illius pias, ſanctaſque virtutes imitaretur. Quod pactum tẽpore Dauidis, propter illius diuinas virtutes, & tempore illius filij Salomonis in principio regni, paternarũ virtutum æmuli Deum effectu cõpleuiſſe[l] Scri-

D

ptura ſacra comprobat: ſcribens Dauidem cum exercitu profectũ eſſe, vt dilataret imperiũ vſq; ad Euphratẽ, ſuperque fluuiũ Euphratem, imperij ſui terminos extẽderet. Tunc ipſũ Rex virtute, benedictioneque Dei in ſerui ſui merita reſpiciẽtis, imperio ſuo dominationique Philiſthæos, Idumæos, Moabitas, Ammonitas, regnũ Soba, Syriãque vniuerſã vſque ad Euphratẽ ſubiugaſſe dicitur. Quas gentes, nationeſq; varias, ſuo parẽtes imperio Salomonem tenuiſſe paternarum virtutum apud eum, adhuc vigente meritò S. ſcribit Auguſtinus illis lib. 3. Reg. c. 4 verbis fretus, atq; firmatus. *Salomon erat in ditione ſua, habens omnia regna ſecum à flumine Euphratis, vſque ad terram Philiſtiim, & vſque ad terminum Ægypti offerentiũ ſibi munera, & ſeruientium cunctis diebus vitæ eius.* Poſt hæc, quibuſdam interpoſitis addidit.[m] *Ipſe obtinebat omnem regionẽ, quæ erat trans flumen, quaſi à Tapſa, vſque ad Gazam, & cunctos reges illarum*

g Hieron. in pſal. 108.

h Pſal. 1.

i Pſal. 111.

k Geneſ. c. 15. v. 18

Amplitudo terrarum, quã Deus in veteri teſtamento Dauidi, & Salomoni ſeruantibus mandata ſua dederat, præfigurabat amplitudinem regnorum, dominationumque, quas Deus pijs Catholicisque principibus ſuæ, Eccleſiæque iuſſa inuiolate ſeruantibus daturus erat.

l 2 Reg c 8. l. 1. paral. c. 18. Caiet. Oleaſter in 15. Geneſ.

Magna regni Dauidis amplitudo.

S August. l. quæſt. ſuper Ioſue q. 21.

m Ibid.

regionũ, & habebat pacem ex omni parte in circuitu. A

Atque hanc maximarum, fertilissimarumq; terrarum possessionem non modò Abrahamo spoponderat Deus, sed & Iosue sic illi loquẽdo. [a] *Omnem locum, quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradã, sicut locutus sum Moysi, à deserto, & Libano, vsque ad magnum flumium Euphratem*, &c. Sed sub conditione se daturum Deus filiis Israel tot terras, regionesque Iosue spopondit, modò scilicet custodirent, & facerent omnem legem, quã per Moysem seruũ suũ præceperat illis. Quã quidẽ legẽ quia custodiuit perfecta obseruatione Dauid, ideo pacti, promissique Domini copiosè feliciterque effectu potitus est tot nationibus, sublimi potestate dominãdo. A qua eius posteri, Reges Iudæorum, cum populorũ rebelliũ Deo, calamitate miserè ceciderunt: quia eius leges, diuinæ religionis, Ecclesiæque sanctæ cultum, nefaria, sacrilegaque transgressione violarunt.

a Iosue c. 1. v. 5

Ibid. v 7.

B At quod Deus in veteri testamẽto bonis principibus, populisque fidelibus, suarum legum, præceptorumque cultoribus promisit, illud abundãtiùs, cumulatiùsque in lege gratię, erga religiosos principes, regesq; Catholicos Ecclesiæ suæ, atq; Vicarij Rom. Pontificis honorem, dignitatem, principatũque sũma reuerentia, amore, obedientiaque colẽtes adimpleuit. Cuius probationis, illustrationisque seriem, atque primordia, à Christianissimis Francorũ Regibus ducere nos oporteret: nisi de eorum virtutibus, meritis, erga sanctissimam sedẽ, laudibusque, nihil, aut pauca, pręterea, quæ superioribus libris cõmemorata sunt dicere hoc in libro statuerimus. Cũ toto sequẽti libro in cõmemorandis istorũ principũ Christianissimorũ virtutibus illis, rectèque factis ęterna laude, gloriaque remunerãdis nostrę orationis stylũ simus effuluti. His igitur Galliæ Regibus, C silẽtio prætermissis in lucẽ conspectũque lectorum suo tẽpore reuocãdis, primò se nobis offert Germania optimis Regibus, principibusque Catholica pietate præstantibus quondam non sine causa, rationeq; gloriata. Cuius Rex primus Ludouicus, qui illius octingẽtesimo quadragesimo secundo anno rexit habenas, annorum triginta quatuor spatio, solus immensas illius regni possessiones, nationes, & gentes prospere, fortiterq; possedisse dicitur, propter honorẽ, obedientiam, amorẽque maximũ, quibus Ecclesiã Dei, eiusque Pastores, & Prælatos, præcipuè verò prælatorũ principẽ, Rom. Pontificẽ vnicè coluerat, vt [b] Sigebertus, [c] Helmoldus, & illius scriptor tẽporis [d] Rhegino cõmemorãt. Post hunc regem relictis alua, Henricũ primum huius nominis Germaniæ Imperatorẽ, & Regem recensebo. quẽ præcipua insignẽ pietate, religione super omnes sui tẽporis D principes Catholica celebrem, singulari castitate fulgentẽ, perpetuã cum vxore Chuneguide virginitatem in matrimonio colentẽ, & præter hæc Christianissimi principis gratiarũ diuinarũ ornamenta, charismatũque insignia, omni obsequio, amore, obedientia, veneratione que in sedẽ Apostolicã, patremq; sanctissimũ, visibile caput Ecclesiæ propensissimũ, maximis antiquitas admirata laudibus extulit. Cuius viui, defunctiq; miraculis coruscantis Christianissimæ virtutes fausta omnia, læta, honorifica, pacifica, Germaniæ populis, imperioque pepererunt. Si res Hispaniarũ Regũ religiosè, prosperéque gestas, discursu sermonis exiguo placeat attingere, occurret nobis præter cæteros Ferdinandus secundus hono-

2. Part. *Has Regum, principumque piorum prosperitas à diuina benedictione profecta multis in lege gratia probatur, & illustratur exemplis.*

De Germaniæ regib.

1. *Ludouicus* 5. *anno* 842.

b Sigebert. in chron. an. 842 &c.
c Helmold l. 1. c 4 & 7.
d Rhegino.
2. *Henricus* 1. *Rex, & Imp.*

Otho Frigens. l. 6. c. 27.
Reges Hisp.
3. *Ferdinandus dictus castus ex annal. Hisp.*

A rabili cognomento castus appellatus, quod nuptialẽ thalamũ pari cum vxore, qua Henricus ille optimus Imperator, virginitatis obseruantia sanctificauisset. qui spiritualẽ Ecclesiæ Christi principatum in Rom. Pontifice summa reuerentia, & amore suspiciens, suũq; cũ illo sacra pacis, & charitatis vnione connectens, cunctos Hispaniarum populos in summa prosperitate, ac pace, diuina Christi D. benedictione, bonorũ omniũ temporaliũ, spiritualiũque larga manu desuper imbres effundẽte, annorũ quinquaginta duorũ decursu, vsque ad mortẽ [e] paterna mansuetudine gubernauit. Huic sancto sanctũ alium regem Hispanię gentis adiungã, Ferdinandũ videlicet 3. post futura clarũ miraculis, [f] teste Vasæo, qui res Hispaniæ diligentissima fidelitate descripsit. Quem propter vitæ sanctitatẽ, summamq; in Ecclesiã Catholicã, Apostolicã, & Romanam, fidelitatis, obedientiæ, reuerentię, amorisq; propensionẽ [g] Marinæus au- B thor Hispanus inter Hispaniæ Reges felicitatis, potentiæque summæ, maximis illustratæ virtutibus abundantia, cum mansueto, pacificoque subditorũ regimine potitũ fuisse scribit. Qui Sarracenos omnes partim Hispaniæ finibus eiectos, partim suę ditioni subiugatos, addictosque tributis prosperè, generoseque superauit. Quo suum piè Deo spiritum reddente, animamque feliciter exhalante, postquam annos quinquaginta quinq. regnauisset, diuinæ de cœlo voces auditæ. [h] *Eminstus moritur, & non est qui consideret.* Ex Hispania migremus in Lusitaniã: ita videbimus Alfonsum regio primũ Portugalliæ nomine decoratũ; qui quod regnũ hoc suum magno, sanctoq; in Ecclesiã Dei deuotionis, reuerentiæque incensus ardore, S. Petri Cathedræ, Romanoque Pontifici cõsecrauerit, tributariumq; religiosè facere volue- C rit: huius regni sui terminos, atque fines lætantibus religiosè, pacificéq; viuentibus populis, oẽo labores illius benedicente, cum magna rerũ prosperarũ fœcũditate longè latéque protulit. Emanuelis primi his Lusitanię populis quondam prosperè dominati notæ res præclarè gestæ, nota arma bene fortunata. qui quod eandẽ pietatis, deuotionis, obediẽtię, qua prior, in sedem Apostolicã, Romanũque Põtificẽ, sanctitatẽ, puritatẽque coluerit, magni sui regni dilatatione, & amplitudine fortunatus euasit. qui multas oriẽtis gẽtes, & populos Arabes, Persas, Indos citra, vltraq; Gãgẽ positos, vna cum Africanis, armorũ suorũ fortitudine perterritos sæpius iteratis certaminibus gloriosè superauit. Ad Anglorũ reges, huiusque principes insulæ veniamus. Quid Egbertus, qui totã hãc suæ dominationi insulã subiugauit? Qui illi primus insulæ Angliæ nomẽ imposuit? Nõne D maximis se, vnà cũ populo fideli, diuinæ benedictionis virtute prosperitatibus abũdare cõfessus est: quod Catholicæ pietatis inflammatus amore regnũ hoc Vicario Christi, Ecclesiæq; Romanæ vectigale consecrare voluerit? Quid Eduardus 3. Sanctorũ albo propter admirabilẽ vitæ sanctitatẽ, virtutesq; egregias adscriptus, vt alios sanctos reges illius tẽpore priores omittã: Nõne felicissimè regnauit? Glotiã imperij, vehementerq; subditorũ fortunas adauxit, quòd fidelissimã semper obedientiã Rom. Pontifici, cum religiosa sui regni cõsecratione præstitisset? Quàm contra principes illi infelices cum populis valdè à piorum illorũ regũ virtutibus alieni! qui Ecclesiæ Catholicæ rebelles, illius iura violantes, paterna Rom. Pontificis imperia contẽnentes Sanctorũ Præla-

e Quæ contigit anno 824.
4. *Ferdinandus* 3
f Vasæus Hisp. scriptor.
g Marinæus scriptor Hisp.
h Rodericus Sanctius c. 40 in eius vitã
Portugalliæ Reges.
5 *Alfonsus* 1. Ex Annal. Lusit.
6 *Emanuel primus ex iisdem Annalibus.*
Angliæ Reges.
7. *Egbertus.*
8. *Eduardus* 3.
Ex Annal Angliæ.

torum, paſtorumque cauſa necis extiterunt, vt in Henrici Regis Angliæ 2. progenie, atque ſtirpe euidẽter apparuit, cuius magna ex parte ſanguis effuſus Angliæ terras multis in locis iuſto Dei iudicio cruẽtauit: iuxta S. Bernardi eius regis tempore viuentis oraculũ in vltionẽ parricidij, quod ipſe Rex aduerſus S. Thomã Cantuarienſẽ Epiſcopum ſacrata Eccleſię ſanctę iura intrepidè defendẽtẽ ex occaſione patrauerat. Cuius oraculi mẽtionem fecit Polydorus Virgilius. Sed parcius iſta nunc, ne optimorũ principũ, Catholica fide, pietate, ſanctitate præſtantiũ felicitatis ſeries interrũpatur. Aliorũ populorũ hiſtorias breui cõmemoratione replicemus. S. Stephano Hungarię regi ſanctitas, Chriſtiana pietas, ſummaq; in ſedem Apoſtolicã reuerẽtia, & obediens humilitas, miraculoſas victorias & illius populis proſperitates maximas lætiſſimaſq; pepererunt: ſicut Ladiſlao Regi poſtea ſimilibus fulgenti virtutibus, & Vinceſlao Bohemiæ regi, atque Cazimiro Poloniæ, aliiſq; pluribus ſãctitatis maximæ, religioſiſſimæque in Apoſtolicam ſedem obedientię luce coruſcantibus, quos breuitatis cauſa prætereo, vnius ſolũmodo pro multis Danorũ regis nẽpe Canuti reminiſci cõtentus. Qui Catholicæ religionis amantiſſimus, Apoſtolicæ ſedis ſanctitati, Pontificiæque maieſtatis obſequio ſuper omnes ſeculi principes profeſſionis Chriſtianæ, deuotiſſimus, gentes varias, populoſque plurimos Sueuos, Gothos, Noruegios, Danos, Friſios, Northmanos, Anglos, aliosq; plagarũ Septentrionaliũ, non tam armorũ, quàm Chriſtianarũ virtutũ fortitudine, atq; robore ſuę dominationi domitos adegit; vt Albertus Cratius, Saxo Grãmaticus, Polydoruſq; Virgilius ſcriptis hiſtoriis poſteritati cõmendarunt. Atque hæc pauca pro multis exẽpla cõmemoraſſe ſufficiat, vt intelligamus Dei promiſſa, de tẽporali principũ piorũ, fideliũque populorũ proſperitate, veriſſimè in nouo teſtamento ſub lege gratiæ completa effectu ſemper apparuiſſe. Quoties Catholici principes Chriſti D. mãdata, ſacraſq; eius Eccleſiæ leges inuiolabili religione, intemerataq; deuotione ſeruarũt. Illa autem Catholicorũ principũ, obſequentiſſimorũ Eccleſiæ Chriſti filiorũ proſperitas tẽporalis, præuia ſempiternæ, diuinę innixa benedictioni, pura ſemper, atque ſincera eſſe ſolet, nullis aduerſitatũ, deſolationũq; iactata turbinibus, mundanorũ principũ vitiorũ luto ſordidatorũ maximè proſperitatibus oppoſita, quas multorũ infortuniorũ, calamitatũque tempeſtates vehemẽter in hoc mũdo conturbant, continui inopinatarũ vexationũ, aduerſorũque caſuum fluctus elidunt, ac verſa vice miſeras efficiunt: vt exẽplis maximorum regum, Imperatorumque veritas, in promptu manifeſta cõſurgit. Vnius ſolũ Imperatoris exemplũ proponam, illius maximè, cuius omniũ profanorũ, mundanorumq. iudicio, felicitas cunctorũ regũ, principumque terræ proſperitatibus multorum graduũ magnitudine longiſſimè præiuiſſe credebatur. Cæſarem Auguſtum intelligo, cuius vitæ felicitatem triſtiorem multo, quàm lætiorem, ſi Plinio ſit fides, extitiſſe cõperiemus. Authorem illum iſta de tot permixta malis Auguſti proſperitate miſera dicentem audiamus.[a] *In Diuo quoque Auguſto, quem vniuerſa mortalitas in hac cenſura nuncupat, ſi diligenter æſtimẽtur cuncta, magna ſortis humanæ reperiuntur volumina Repulſa in magiſterio equitum apud auunculũ, & contra petitionẽ eius præ-*

Oraculum S. Bernardi de ruina ſtirpis Henrici 2. Angliæ Regis ob necem S. Thomæ Cantuarienſis.

Polydor. Virg. in vita Henrici 2 l. 17 c. 20 hiſt. Angliæ.

Hungariæ reges.

9 Stephanus cu Cariſsimo in eius vita.

10. Ladiſlaus Rex etiam Hungariæ.

11. Vinceſlaus Rex Bohemiæ.

12. Cazimirus Poloniæ Rex.

13. Canutus Daniæ Rex.

Crant l. 4. c. 20 Saxo Gram. l. 10. Polyd. Virg. l. 7. ſub fin.

§ Pars. Proſperitas piorum principum pura, atque ſincera eò ſemper in illis illuſtrior, & maior, quò per eos magis regnum Dei, quod eſt Eccleſia, nomſque principatus creſcit & augetur. Non ſic de impiis & infidelibus.

Auguſti proſperitas multis miſeriis aduerſiſque permixta rubens.

a Plin. l. 7 c. 45.

A *latus Lepidus, proſcriptionis inuidia, collegiũ in triũuiratu peſſimorũ ciuium, nec æqua ſaltem portione, ſed prægrauis Antonio: Philippenſi prælio morbus, fuga, & triduo in palude latebra ægroti: Et (vt fatentur Agrippa, & Mæcenas) aqua ſubter cutem fuſa turgida latera, naufragia Sicula; & alias ibi quoque in ſpelunca occultatio: iam in nauali fuga, vrgente hoſtiũ manu, preces pro periculo mortis admotæ, Cura Peruſinæ contentionis: ſolicitudo martis Actiaci; Pannonici belli ruinæ turri, tot ſeditiones militum, tot ancipites morbi corporis: Suſpecta Marcelli vota:* pudenda Agrippæ ablegatio: toties petita inſidiis vita: incuſatæ liberorũ mortes, luctuſque non tantum orbitate triſtes: adulteriũ filiæ, & conſilia parricidæ palam facta: contumelioſus priuigni Neronis ſeceſſus: aliud neptis adulte-* B *riũ: iuncta deinde tot mala: inopia ſtipendij; rebellio Illyrici: ſeruitiorũ delectus; iuuentutis penuria; peſtilentia vrbis; fames ſitiſque Italiæ; deſtinatio expirãdi, & quatridui inedia: maior pars mortis in corpus recepta: iuxta hæc Variana clades; & maieſtatis eius fœda ſuggillatio: abdicatio Poſthumi Agrippæ poſt adoptionem, deſideriũ poſt relegationẽ: inde ſuſpicio in Fabiũ, arcanorumque† proditionem: hinc vxoris, & Tyberij cogitationes: ſuprema eius cura in ſũma, Deus ille, cœlumque neſcio adeptus magis, an meritus hærede hoſtis ſui filio exceſſit.* Hæc principum terræ, qui verum Deum neſciunt felicitas plena malis, hæc potentiorum mundi fœta miſeriis, curiſque ſociata triſtibus proſperitas præter ægritudines, terroreſq; venturæ mortis, deque ſtatu miſero poſt mortẽ grauiſſima ſolicitudo, anxietas, & apprehenſio, vnde illa luctuoſa, gemebundaque morientis C Imperatoris Hadriani lamentatio.

> [b] *Animula, blandula,*
> *Hoſpes, comeſque corporis,*
> *Quæ nunc abibis in loca*
> *Pallida, rigida, nebula,*
> *Nec, vt ſoles, dabis iocos.*

Non ſic, non ſic religioſos principes Chriſtiana ſanctitate beatos, vitæ peruerſæ, mortiſque funeſtæ territamenta conturbant. Non ſic eos inter proſpera mundi, dori caſus angunt, triſteſque ægritudines exedunt: non illi de calamitatibus ſcelerũ in hac vita patratorũ vltricibus poſt funera corpori, animoque vẽturis, anxij, ſoliciti, tremulique premuntur. Sed in pace, Dei parentes imperio viuunt: eius cuſtodientes Eccleſiæ mandata, miſſis deſuper à Chriſto D. benedictionibus affluentes exultãt. Atque cum ea, eiuſque Paſtore œcumenico, bonæ intelligentiæ, concordiæ D ſanctæ, charitatiſque fœdus inenntes, ac illud indiſſolubili honoris, obedientię filialis fidelitatiſq; Catholicæ vinculo retinentes, bonorum diuerſorum, ab his benedictionibus exundantiũ poſſeſſione lætantur. Adhuc mortis tẽporalis expectatione lætiores: quod eam, ſempiternæ gloriæ ianuam, aditumque ſibi promittant, ſecuréque confidant. Quorum gloria temporalis ſinceraque proſperitas æternæ prænuntia felicitatis eò illuſtrior, boniſque fecundior excreſcit, & augetur, quò magis in terra regnum Chriſti D. monarchicum, ſcilicet Eccleſiæ Catholicæ, Pontificiſque Romani principatũ Catholica generoſitate tueri inuiolabilẽ, atque conſeruare, conſeruatumque nobiliori in fidelium populorũ cordibus dominatione propagare conantur: ſicut fecit Ferdinãdus 3. Hiſpaniæ Rex Maurorum domitor: qui cum in amplificando, propagandoque longius Chriſti D. eiuſque ſponſæ immaculatæ regno to-

* ſeu vita.

† vet. ed. proditorẽ.

Tedium vitæ Hadriani miſeri inter pompas ſeculi, mundanaſque fortunas in vita, miſeriorum in morte, quam deſperatus ſibi timendam conſcius.

b Stephanus in Hadriano.

Boni, Catholicique principes laeti glorioſi victores beati que in vita, in morte, & poſt mortem. Vt piorum Regũ Imperatorumque patet exemplis.

Ferdinandus 3. Hiſp. Rex, amplificando regnum Dei ſuum maius, beatiuſque effecit.

Rodericus Sanius part. 3. hist. Hisp.

tis viribus, conatibusque sudans, laboransque A contenderet, suum multis auctum regionibus, nationibusque regnum temporale feliciter, honorificéque dilatauit. Cuius contra Mauros, aliosque barbaros infideles pugnantis in ore semper illud propheticum precando resonabat.[a] *Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.* Qui cùm aliquando interrogaretur, cur suis patribus, maioribusque fortunatior, beatiorque in propagandis imperij sui limitibus, super quos illi constituerant terminos, euasisset, responsum hoc sempiterna celebrandum prædicatione dedisse fertur.[b] *Patres mei, inquit, fortaßis animo gerebant principatum terrenum exaltare potius, quàm fidem plantare; augere sibi populum multum, sed non stabilire diuinum cultum: ideo decepti sunt in adinuentionibus suis. Itaque in ipsa acie solebat ad cœlum attollens oculos orare, & testari. Tu, Domine, qui scis corda, & renes hominum nosti, quia non meam, sed* B *tuam gloriam requiro; non tam caducorum regnorum, quàm fidei Catholicæ, Christianæque religionis augmẽtum desidero.* Hac pietate, religiosoque Christi regnum amplificandi desiderio feruidus, victis, superatisque Mauris infidelibus regnum legionis, & Castellę in Hispania in vnum monarchiæ corpus restituit. Hispalim, Cordubam, Vuandaliam Beticam, ex immanibus, crudelibusque infideliũ, tyrannorumque Maurorum manibus eripuit, regem Granatensem vicit, victumque suæ sanctæ dominationi tributariũ potenter adegit. Hæc autem omnia præclarè suscepta, & fortiter aggressa, vnius anni spatio feliciter expleuit, atque confecit. Quid mirum si Carolus Magnus (de quo multa sequenti libro dicturi sumus) tot nationes, ac populos imperio suo, deuictis tot barbaris ferocissimis Christianæ religionis hostibus C adonauerit? Cum hoc sancto animo, affectuque pio fuerit, longè à regno suo bellare, & propugnaculis sui imperij, viribusque, potius Ecclesiæ Christi, quæ est regnum Dei, fortunas, supremã in omnes fideles authoritatem, spiritualemque principatũ, quàm regni sui tecta defendere? Quique Romano Pontifici, alijsque sub illo prælatis Ecclesiæ pia præcipientibus religiosè parere maluit, quàm ingẽtibus populis, suo mancipatis imperio, suprema, regiaque potestate dominari? Cuius illa magnifica vox, & egregia tanto digna principe, in eius vita legitur.[c] *Si Ecclesiarum Dei seruis magnificentiam nostram impertimus, eorumque studiis libenter obsequimur: id nobis ad augustalis excellentiæ culmen proficere credimus.* Sic ille Imperator optimus, sacræ vnionis, fœderisque salutaris, D tor vtrumque Christi D. principatum in terris amantissimus,[d] primum, *quærebat regnum Dei, & iustitiam eius, vt omnia sibi postea, quod factum est, adijcerentur.* Sic alij Catholici principes similis pietatis, atque deuotionis æmuli, deuotæque appetentes obedientiæ minimè terrena bona sperantes, nec optantes, his nihilominus tanquam centuplo, laxatis vndequaque super eos benedictionis diuinę fõtibus, copiosissimè locupletabũtur. *Sicut ipse vir iustus, qui timet Dominum* (inquit[e] D. Augustinus) *& in templum sanctum Dei* (videlicet Ecclesiam Catholicam, quæ est corpus Christi) *conuersione recti cordis aptatur: Nec gloriam hominum quærit, nec terrenas diuitias concupiscit: & tamen gloria & diuitiæ in domo eius.*

a Psal. 55. v. 4.

Dignum rege Catholico responsum Ferdinandi regis Hisp. qui regnabat circa annum 1231.

b Ex eodem Roderico.

Oratio pulchra, & deuota Ferdinandi 3. ad Deum in medio Asia pugnantis.

Carolo Magno quærenti regnum Dei omnia temporalia, & spiritualia donantur à Deo.

c Sigonius l. 4 de regno Italiæ.

d Matth. c. 6. v. 33.

e S. Aug. in psal. 111. v. 3.

CAPVT II.

De certa, perfectaque victoria, necnon glorioso triumpho bonorum, Catholicorumque principũ, quem de omnibus Dei, suisque hostibus reportarũt, posteaque venturi reportabũt, in præmium pietatis, & obedientiæ, quam Ecclesię Dei, eiusque Pastori œcumenico Rom. Pontifici, tanquam parentibus charissimis obedientes filij religiosè præstiterunt, atque præstabunt.

1. *Pax cum Ecclesia Dei, & cum eius Pastore œcumenico, Rom. Pontifice, & vtriusque parentis fidelium omnium defensio principes verè Catholicos, atque pios illi deuotè obsequentes de hostibus victores facit.*
2. *Vt obedientes Ecclesiæ, eiusque pacis amatores & promotores, victores ac beati, sic contra rebelles eiusdem sanctæ pacis perturbatores, victi miserique fiunt.*
3. *De fiducia religiosorum principum, in Deũ, eius Ecclesiam, Vicariumque, Romanum Pontificem pro viribus defendentium in aduersis, rebusque difficilibus, quæ eos minimè confundit.*

C ERE dictum est à Spiritu sancto per os sapientis regis, & Prophetæ.[a] *Vir obediens loquetur victoriam.* Quam scilicet virtute Dei de hostibus retulit, & loquendo laudẽ dicet Deo.[b] *Qui dedit sibi victoriam per Iesum Christum*: in præmium obedientiæ, & obsequij, quod exhibuit illius sponsæ, matri suæ charissimæ, eiusq. Pastori capiti visibili eius. Verè enim Catholicus Princeps, Ecclesiæ sanctæ iussis obsequens, illiusque dignitatem defendẽs, vir ille obediens antonomasticus merito vocabitur. Qui victorias loquetur, & narrabit pæana canendo, triumphans, & exultans: quas Christo D D. duce, secumque præliante, de hostibus gloriosè reportauit. Agnoscens eum Iuda Machabæo,[c] *Non in multitudine exercitus victoriam belli, sed de cœlo fortitudinem esse.* Ex qua hæc victoria manat: hæcque religiosi, Catholicique principis obedientia pacifica est, & sancti monarchiæ secularis, cum Ecclesiastica, fœderis amatrix, obseruatrix, procreatrix, omnisque inter vtramque dissensionis expultrix. Cuius obedientis, pacificæque charitatis in Ecclesiam Dei, eiusque Vicariũ fructus insignis est, victoriæ laurus: cuius non defluente folio præcincti pacifici principes, Ecclesiæque sanctæ matri non mediocriter ex ardore charitatis obsequentes, hic exultant, atque triumphant, æternis postea gloriæ trophæis in cœlo lætaturi. Quid enim mirum si tanta principibus bonis religionis Christianæ cultoribus Ecclesiæ Catholicæ pacem, dignitatemque magno chari-

tatis

a Prouerb. c. 21. v. 28.

b 1. Cor. 15.

c 1. Machab. c. 3. v. 19.

Obedientia Ecclesiæ, & procurat. pacis Ecclesiastica temporales, & aeternas victoriis triumphos Catholicis principibus parit.

A minori ad maius argumentum.

Ethnicũ Probum imp Rõ. victorem Deus fecit de hoſtibus, quod Eccleſiæ ſuæ pacem ſopitis perſecutionibus dederit, quanto magis &c.

a Ex S. Greg. Tur. l. 1. c 32.

b Euſeb & Caſſiod. in chro. an. 280.

c Vopiſc. in Probo.

A tatua affectu protegentibus, victoriarum de omnibus hoſtibus illuſtriſſimarum, in piæ remunerationem obedientiæ, temporalia Deus, & æterna trophæa largiatur: Cùm tã memorabiles ethnico principi Romano Imperatori Probo magnis morum virtutibus, eius nomini cõformibus illuſtrato, victorias dare voluerit? Quòd Eccleſiæ ſuæ pacem tot grauiſſimis antea perſecutionum tẽpeſtatibus iactatæ reſtituerit? Illique eum ſuis fidelibus sãctitatis Chriſtianæ filiis, extinctis crudeliſſimarũ preſſurarum, afflictionumq. publicarũ ardoribus, quibus ipſa perſecutorũ immaniũ, Valeriani, Gallieni, Aurelianique furore, poſtea Barbarorũ graſſatione[a] in his Galliarum partibus exarſerat, copiã tranquillè, pacificèq. viuẽdi fecerit? Quarum memorandarum victoriarum, triumphorumq. de crudeliſſimis, ferociſſimiſque hoſtibus relatorum, præter Chriſtianos ſcriptores[b] Euſebiũ, & Caſſiodorũ, [c] Vopiſcus his verbis in Probi vita reminiſcitur. *His geſtis, cũ ingenti exercitu Gallias petit* (ſcilicet Probus imperator) *quæ occiſo poſtumo turbatæ fuerant, interfecto Aureliano à Germanis poſſeſſæ, tota autem illic prælia feliciter geſſit, vt à barbaris ſexaginta per Gallias nobiliſſimas receperit ciuitates: prædam deinde omnẽ, quæ illis præter diuitias efferebantur ad gloriã, & cùm iam in noſtra ripa, imo per omnes Gallias ſecuri vagarentur, cæſis prope quadringentis millibus, qui Romanum occupauerant ſolum, reliquias vltra fluuium nigrum, & Albim remouit*, &c. Hic fructus pacis, & tranquillæ vitæ (vt Chriſtiani ſcriptores aſſerũt) Eccleſiæ Chriſti D. reſtitutæ.

1. Pax, & obedientia Eccleſiæ Pipinum, & Carolum magnum ſæpius victores de hoſtibus fecerunt.

d Nicolai 1 ep 32 ad Ca rolum Cal. Regem.

Pipino, & Carolo Magno filialẽ obedientia ſedi Apoſtolicæ, Romanoq. Pontifici prẽſtitã & illibata, ab illis Ec- C cleſiæ Romanæ conſeruata priuilegia, mirabiles de fortiſſimis, potentiſſimiſq. hoſtibus victorias, gloriã maximam, & temporalis præter æternam felicitatis incrementa peperiſſe teſtatur[d] Nicolaus primus, ad Carolum Caluum ſcribens, eũq. ad ſimilem obedientiæ, defenſioniſq. Eccleſiaſticæ pietatẽ exhortatione paterna cõpellens. Quã quidem effectu cõplenti Dominus glorioſiſſimã de Northmannis ferocibus tunc, Eccleſiæ Chriſtianæ perduellibus, & hoſtibus, victoriã diuinæ ſuæ virtutis auxilio conceſſit. Pro qua ſanctiſſimus pater ipſi Regi Carolo in ſuę ad eũ epiſtolæ fine gratulatur.

2. Carolus Caluus de Northmannis, victor maiorum pietatem & obedientiã in Eccleſiam Catholicam ſecutus.

Simili mirabilis victoriæ gloriã, & honore coronatus Ludouicus imperator huius nominis ſecundus, exultauit ouans, atq. triũphans, cũ Nicolai 1. pontificis hortantis imperiis obediens, ingenti cõparato exercitu, copiis adiutus Lotharii fratris Frãcorum Regis Sarracenos D Cãpanorum, Samnitumque terras crudeliſſimè deuaſtantes adortus, fortunatis proſperiſq. præliis, virtute diuina deſtruxit, ad vnumq. omnes interemit. Vrbes poſtea ab illis vſurpatas, aſpera cõpreſſas obſidione, captaſq. tãdẽ ſuæ poteſtati, imperioq. ſubiugauit: Seodã Sarracenorum regẽ exercituumq. ductorẽ victũ, captumque in diuturnę illorum, erga Eccleſiã Romanã, eiuſq. fideles alumnos immanitatis vltionẽ ferro, flãmaq; trucidari, præcepit, vt copioſius[e] Rhegino, & Leo Oſtiẽſis ſcriptis ſuis poſteritatis memoriæ cõmendarunt.

3 Ludouicus 2. imp. adiutus fratris Lotharij copiis Nicolao 1. hortanti, filiali parens obſequio mirabilem de Smoncenis victoriam retulit.

e Rhegino in chron an. 266

f Leo Oſtiẽſ. l. 1 c. 17. & 38 hiſt. Caſſin. Ditmarus l. 7. hiſt.

[f] Sic ad vocẽ, imperiumq. Benedicti 8. Papæ fideles omnes ad defenſionẽ Eccleſiæ, à Sarracenis crudeliſſimè vexatæ, & oppreſſę in Longobardia, circaq. Italiæ littora, authoritate Apoſtolica prouocãtis, principes Italiæ populiq. Catholici armati, barbarorũ, ſacrilegorumq. Dei, ac Eccleſię hoſtiũ terras regioneſq. Italiæ,

A quas illi vaſtauerãt, ſanguine cruentarunt, eoſq. memorabili victoria ſuperatos à gladio Catholicorũ victricis aciei, cuſpideq. fugientes, vna cum Sarracenorũ rege, reginaq. ſuperbiſſima, terra, mariq. omnes, diuina eos vltione perſequente, plagis lethalibus exterminarunt.

Roberti Guiſcardi ducis Northmannorum mirabilis victoria Gregorio 7 obedientis.

Sic Robertus Guiſcardus Northmãnorũ dux recèns ad Chriſtianã conuerſus religionẽ, in omnibus Gregorio 7. ſalutaria monẽti obediẽs, Catholicãque Eccleſiã, in cuius ſe ſinũ, gremiũq. recenti, ac ſalutari conuerſione receperat, omnibus viribus, neruiſq. defendens, mirabilẽ de Alexio Comneno imperii vſurpatore Conſtantinopolitani cum illo de Pontificis mandato iuſtè confligens victoriã patua manu reportauit. De qua hæc Leo Oſtienſis eius æquæuus breui narratione recẽſuit.[g] *Hoc anno Robertus dux cũ quindecim millibus armatorũ, tranſito mari Thraciã debellaturus ingreditur:* B *aduerſus hunc Alexius imperator cũ centũ ſeptuaginta millibus pugnatorũ ad præliũ exiens ſuperatus eſt.*[h]

g Leo Oſtiẽſ. l. 3. c 45 10 fin. hiſt Caſſin.

h Greg 7 l. 9. ep 17.

Qua reportata victoria Gregorius ſeptimus papa literas congratulatorias huic Northmannorum duci reſcripſit. Præter hãc victoriã, quã pedeſtri, equeſtriq. certamine in terreſtri cãpo de hoc imperatore retulerat, poſt tres annos ipſe Guiſcardus eundẽ imperatorem pugna nauali generosè, fortiterq. deuicit. Hac memorabili victoria donatus eſt atq. decoratus à Deo, quòd penitus ſedis Apoſtolicæ ſeruitio conſecratus, Romanum [i] pontificẽ de crudeli, furioſaq. Henrici 3. pſeudoimperatoris manu liberauiſſet. Cuius victorię Romualdus Archiepiſcopus[k] Salernitanus eorũ ſcriptor tẽporũ ita meminit. *Dux Robertus collecto agmine iterũ in vltramarinas partes ſtatuit proficiſci, quod dũ imperatori Alexio cõpertum eſſet, ſuum* C *direxit exercitũ cũ multitudine nauiũ ſimul cũ exercitu Venetianorum, vt maris iter duci prohiberetur, contra quos dux Robertus, vnà cũ filio ſuo Rogerio tũ nauibus ſuis non ſegniter progreſſus, cum eis atrociter conflixit, menſe Nouẽbris, & nauali bello cõmiſſo, dux Robertus, vnà cũ filio ſuo Rogerio victoriã capiẽs, maxima cæde proſtrauit eos, quorũ quidem multi in mare demerſi, plures autẽ capti, nonnulli vero vix per fugã elapſi ſunt. Sicque proſtratis hoſtibus, dux ipſe ſimul cum filio ſuo Rogerio exultans tripudio adiit Boamundum filium, quem in terris, quas ſibi conquiſierat, dereliquit, cũ ſuo exercitu Conſtantinopolitanũ imperiũ inuadere cupiens.* Hæc Romualdus.

i Ex Leon. Oſtienſ. l. 3. c. 32. hiſt. Caſſin.

Idem Guiſcardus qui primus victor fuerat in terra fuit poſtea etiam nauali prælio.

k Romualdus Archepiſc. Salernit.

Premium obedientiæ & defenſoris Pontificis, Eccleſiæque Romanæ.

Conrado Regi S Bernardus de Rom. Pontificis oppreſſoribus Arnoldiſtis certo victoriam prædicit.

Quid verò S. Bernardus, nonne non tanquam à ſeipſo ſed à ſpiritu ſancto loquens Conrado Germaniæ regi, contra hæreticos ſeditioſiſſimos Arnoldiſtas, ſedis Apoſtolicæ, Romaniq. Pontificis op- D preſſores plenã victoriã pro certo ſpopondit, ſi matri ſanctiſſimæ Eccleſiæ Romanæ obediens, illam de manu, teliſque crudeliſſimorum hoſtiũ liberare feſtinaret? Sic confidens illi loquendo.[l] *Victoriam ſi in Domino confidamus præ manibus eſt: ſuperbia, & arrogantia Romanorum,* (ſcilicet Arnoldiſtarum hæreticorum) *plusquã fortitudo eorũ. Quid enim? Nunquid quiſpiã magnus vel potens, verbi gratia imperator, aut Rex, fœdam rem etiam in imperium pariter, ſacerdotiũque præſumit? Sed populus hic maledictus, & tumultuoſus, qui ſuas neſcit metiri vires, cogitare finem, conſiderare prouentum, in inſipientia ſua, furore ſuo, auſus hoc grande ſacrilegium attentare* (ſcilicet aſſurgere in armis contra Romanum Pontificem.) *Abſit vt vel ad momentum ſtare poſſit ante faciem regis popularis manus, vulgi temeritas*, &c. Vt igitur certa, ſecuraque victoria in obedientia principis

l S Bernardus ep. 243. ad Conradum regem Germaniæ.

2. Pars, Vt obedientes Ecclesiæ, eiusque pacis amatores, & promotores victores & beati sunt contra rebelles eiusdem pacis perturbatores victi miserique fiunt. Hoc exemplis comprobatur.

A Ecclesiæ, Romanoque pastori, cius pacis amatoris, & vindicis manibus est, sic contra victoriæ perditio, ruinaque militarium copiarum rebellem his spiritualibus parentibus, seditiosumque pacis Ecclesiasticæ perturbatorem percellit, & caterminat: quod duorum fratrum principum, Henrici Regis Angliæ, & Roberti Normaniæ ducis caemplis illustrari potest. Hic Pontificis Romani iussa, monitaq. despiciens, per summũ potestatis tyrannicæ nefas, duos episcopatus vni personæ Ranulpho violenter impertiendo, atq. tradendo, pacẽ Ecclesiasticã non mediocri dissẽtionis, tumultusq. turbine perturbauit: ideoq. in taliũ vindictã criminũ, Deus illũ à fratre proprio vinci, superariq. permisit. Ille verò rex Pontificiis obediens imperiis S. Anselmum Cantoariẽsem Archiepiscopũ in thronũ suum, sedemq. restituendo pacẽ iurgiis, dissentionibusq. concussã **B** Ecclesiæ restituit, ideoq. seditiosi fratris victor, atq. triumphator euasit, vt Edinerus [a] author est, in S. Anselmi vita.

a Edinerus l. 2. de vita S. Anselmi apud Surium.

Religiosos principes Rom. Pontificis imperiis, & exhortationibus obsequẽtes, pro Ecclesiæ pace viriliter, & animosè dimicantes, de futura victoria, deque sua salute, securos esse docet generosa hæc Caroli Andegauensis S. Ludouici fratris à Romano Pontifice Clemente 4. in Siciliæ regem honorificè prouecti responsio legatis Manfredi crudelissimi Ecclesiæ Romanæ persecutoris pacem ab eo sui nomine principis postulantibus facta. [b] *Renunciate*, inquit, *Sultano Nucerino* (ita Manfredum appellabat, quod is Sarracenorum auxilio præsideret) *Breui tempore ferrum inter nos decreturum, quod aut illum in inferioribus barathri deponet, aut me in cœlesti patria collocabit.*

Præclara Caroli Andegauensis responsio Manfredi legatis pacem poscentibus.

b Ex Summaniis in vita Manfredi.

Vt autem Catholicus Princeps pietatis fulgens Christianæ splendoribus possit cum Ecclesia Matre sanctissima, **C** eiusque spirituali Monarcha piriùs, atque beatiùs optata pace lætari: ad faciliùs, gloriosiúsque subigendos illius sanctæ pacis osores, & tranquillæ Christianorum vitæ perturbatores, dare operam debet, & eam piè strenuam, vt cum subditis, populisque suæ directioni tam in domo, quàm in regno creditis, illos iustè, clementer, religioseque regendo, salutari, & amica pace fruatur, sicut hac memorabili, veréque aurea Carolum Andegauensem Siciliæ Regem sententia Clemens huius nominis 4. Pontifex hortabatur: *Profecturum ad bella Principem, pacem decet in domo propria, & in regno solidare, ne dũ pugna domestica lacessẽte distrahitur, minus ab externis timeatur.*

Princeps pium debet habere pacem cum suis, antequã cum extraneis hostibus pugnaluctetur.

Clementis 4. Papæ sententia memorabilis

3. Pars De fiducia in Deum bonorum, Catholicorumq. principum in arduis, aduersisque rebus. quæ eos minime confundit.

At pios illos, Catholicosques Principes, sic Ecclesiæ Dei, eiusque Vicario sanctissimis, quoad **D** spiritualia parentibus obsequentes, de illorũ pace, vitaque tranquilla solicitos, atq. sui principatus temporalis cum spirituali sacri fœderis appetentes, & auidos, maxima in Deo fiducia minimè confundens, rebus in aduersis, arduisque magnopere reficit, atque consolatur. Non aliter quàm [c] Ezechiã illũ regẽ Iudæorũ, tã immani, crudelique obsidione à tot incircũcisorũ millibus duce Sennacherib Assyriorũ rege obsessum: cuius in Deo fiducia tot circundati pressuris armatũ Angelũ dicto citius euocauit è cœlo, cuius gladius omnes illos maiestatis diuinæ blasphematores in momento iugulatos, æternarũ miseriarum orco demisit, inferniq. barathro præcipitatos extinxit. Qua fiducia religiosi illi Christiana fide, charitateq. fulgentes principes erecti, atq. consolati, [d] omnia possunt in eo, qui eos confortat Christus D. omnia sperant in medio periculorũ, sinistri nihil apprehendunt, victoriamq. de cunctis hostibus, licet fortissimis, atq. ferocissimis non defuturã sibi pollicentur.

c L. 4 Reg. c. 19. v. 15. & seqq. & v. 23 vsque ad fin.

d Philipp. 4.

A Vt alter Iudas Machabæus; de quo [e] Nicanor cũ summa superbia erectus, *cogitauerat cõmune triũphũ statuere, ipse tamen semper confidebat, cũ omni spe, auxiliũ sibi à Deo affuturũ, & hortabatur suos ne formidarent ad aduentum nationũ, sed in mente haberent adiutoria sibi facta de cœlo, & nunc sperarẽt ab omnipotente sibi affuturam victoriã*, &c.

e L. 1 Machab. 1. v. 8. & 9.

Si mihi cũ ethnicis res esset, vt eos ad hanc in verũ Deũ salutis ergò fiduciã generoso pectore concitarẽ, suum illis [f] Platonẽ obiicerẽ. *Bella à principibus geri, sed victoriã à solo Deo tribui veraciter asserentẽ*, Sophoclis [g] cothurnum illis ob oculos ostenderẽ Aiacẽ per superbiã perire facientis, quod humanis fretus viribus, Dei omnipotẽtis opẽ proteruè contẽpsisset, consilio **B** patris irriso, qui proficiscenti ad bellũ filio nihil præter Dei reuerentiã, auxiliũ, imperiumque vt victor euaderet, attendere iusserat.

f Plato l. 4. de legib.

g Sophocles in Aiace.

Sed Christianis Christiani loquimur, idcirco Christianissimi, religiosissimiq. principis maximam in Deũ verũ, Christumq. redẽptorem mũdi victoriarum procreatricẽ fiduciã, vt illis ostentemus, nobis Christiana pietas imperat. Constantinũ Magnũ intelligo, cuius Ecclesiæ sanctæ pacẽ, vitãq. Catholicorũ filiorũ eius pacatam, tranquillãq. promouentis solida, & potens in Deũ verũ fiducia omniũ Dei, imperiiq. hostiũ arma viresq. confregit. Qui in tyrannũ apostatã à Christiana religione, crudelissimũque fideliũ Christi persecutorẽ Liciniũ, bellicã parans expeditionẽ, vt sine cunctatione salutarem potentiæ imperatoriæ dextram Christianis, tyranni huius oppressione crudelissima in extremas prolapsis ruinas, afflictionesque **C** porrigeret. [h] *Consuetum*, inquit Eusebius, *militares apparatũ expeditionis instituit; vniuersa agmina tã peditũ, quã equitũ ad eũ confluunt, quæ omnia antecedebant certa in Deũ fiducia, quæ crucis effigiem supra monstratũ pulchrè repræsentabant, precibus p̃ vnquam alias tã etiã sibi opus esse probè intelligens, Dei solicitare sacerdotes, vt semper cũ ipso versari, semperque præsto esse vellent, hosque tanquam quosdam animæ custodes ducere.*

Magna Constantini Magni fiducia in Deum eiusque crucem omnes Dei, Ecclesiæque hostium vicit.

h Euseb. l. 2. de vita Constantin. 14.

Hac sancta in Deum fiducia munitus Constantinus, armatusque virtute crucis, Liciniũ [i] prælio duplici, omnes illius exercitus, armatosque illius castra, signaque sequentes ad vnum vsq. destruxit. Qui postea victo Licinio, iustum Byzantinis sibi rebellantibus iugum obedientiæ discutere volentibus, bellum eodem anno parans, ad solita suæ potentis ad victoriam **D** fiduciæ in Christũ D. eiusq. virtutẽ crucis auxilia recurrit. De qua hæc Nicephorus. [k] *Vespera dies erat, & imperator lãguidus, & mæstus inopia consilij*, (.i. propter multos de exercitu suo, à Byzantinis duplici cõflictu necatos) *continuo oculos ad cœlum contendit, atq. ibi rursum vidẽ, vt Romæ, cum contra Maxentiũ bellũ gereret scripturã stellarũ ordine, atq. distinctione conformatã videt hoc significantem, innoca me, in die tribulationis eruã te, & liberabo te, & glorificabis me. Stupore igitur percitus rursus oculos in cœlũ sustulit, & iterũ crucẽ stellis effigiatam sicut antea in cœlo, & inscriptionem circum eam conspexit: cuius hæc verba erant.* IN HOC IPSO SIGNO, HOSTES OMNES VINCAS: *& confestim in memoriam ei quæ ante acciderant venere. Postridie ergo classicum canere iussit, præliumque rursum cum Byzantiis cõmisit, & quod trophæum, & signum crucis præferri in acie mandasset, fortiter*

Licinium duplice prælio vicit hac fiducia.

i Euseb. l. 2. c. 7. 8

Byzantinos miraculosè omnes subiugauit hac in Deum fiducia.

k Nicephor. l. 7. c. 47.

Miracula partæ victoriæ ob fiduciam in Deum.

illos vicit, ſimulque vrbem ipſam cepit: victoria autem eius trophæum, & ſignum eo loco ſtatuit, vbi nunc porphyritica eius columna in magnam amplitudinem ampliter exurrit, &c. Hactenus Nicephorus.

Maxima Theodoſii M. fiducia in Chriſtum D. eiuſque virtutem crucis.

At Theodoſii Magni, Eccleſiaſticæ pacis obſeruantiſſimi, Eccleſiæque ſanctiſſimæ fidelium genitricis iuſſis, & imperiis obſequentiſſimi fiducia in Chriſto D. eiuſque virtute crucis non minor, quàm Conſtantini M. rebus in aſperis, & periculoſis extitiſſe iudicatur. Qui cum ancipiti, aduerſoque marte duos dies integros aduerſus innumerabiles Eugenii copias, nec ita proſperè pugnauiſſet, vireſque ſui exercitus magna ex parte fractas, debilitataſque ſentiret: nihilominus fiducia in Deum, Chriſtum D. eiuſque crucem admirabili corroboratus quibuſdam exercitus ſui ducibus, reditum ad prælia diſſuadentibus, pugnarumque dilationem in vernum tempus affectu magno perſuadentibus imperator fideliſſimus eorum conſilia repudiando reſpondit.[a] *Non committendum eſt vt Saluatoris crux tanta arguatur imbecillitatis, Herculis verò ſtatua tantùm virtutis noſtro teſtimonio tribuatur, quippe vt crux noſtrum exercitum, ita illa hoſtium antecedit.*

Theodoſii magna in aduerſis fiducia in Deum.

a Theodoret.

Inde illa miraculoſa planè huius tam pii, tamque in diuino Chriſti Saluatoris auxilio confidentis imperatoris victoria, de qua ſupra. Quàm autem menſura referta, & abundanti Deus Honorii huius Theodoſii Magni filii pietatem, fiduciam in ſe, auxilioque deſuper à crucis merito veniente, remunerauerit, apparet ex Oroſio, aliiſque ſcriptoribus fide dignis Eccleſiaſticis. Qui hunc imperatorem fiduciam ſuam in Dei miſerantis auxilio, virtuteque diuina iactantem omnes imperii Romani, Eccleſiæque Catholicæ crudeliſſimos hoſtes infideles, & barbaros, ſiue enſe Romano, gladiiſque deſtruxiſſe, ipſis barbaris propriorum ſcelerum, patratorumque criminum vindicibus, mutuo inter ſe conflictu, certamineque ſe ipſos, iuſto Dei iudicio trucidantibus, memoriæ poſteritatis annunciauerunt. Quod Dei iudicium pro ſalute imperii, ruinaque barbarorum, in præmium fiduciæ in Deum, atque pietatis Imperatoris Oroſius ipſe de Vualliæ regis Gothorum facti, poſt mortem Segerici, qui ſucceſſit Ataulfo, erga Rom. imperium ſtudio loquens, his verbis expreſſit. *Romanæ ſecuritati periculum ſuum obtulit,* (ſcilicet Vuallia rex) *vt aduerſus cæteras gentes, quæ per Hiſpanias conſediſſent, ſibi pugnaret, & Romanis vinceret: quamuis & cæteri Alanorum, Vuandalorum, Sueuorum reges eodem nobiſcum placito depactiſſerent, mandantes imperatori Honorio. Tu cum omnibus pacem habe, omniumque obſides accipe. Nos nobiſcum confligimus, nobis perimus, tibi vincimus. Immortalis verò quæſtus erit reip. tuæ, ſi vtrique pereamus. Quis hoc crederet, niſi res doceret? Itaque nunc quotidie apud Hiſpanias geri bella gentium, & agi strages, ex alterutro barbarorum crebris, certiſque nuntiis diſcimus: præcipuè verò Vualliam Gothorum regem inſiſtere patrandæ paci ferunt.*

Pietas, & fiducia in Deo omnes imperii Rom. hoſtes incendiariosque barbaros ſine enſe Romano deſtruxit.

Honorius imp. miſerante Deo ſalutem ſuam, & imperii de hoſtibus ſuis & de manu omnium barbarorum, qui oderunt eum mutuis pugnis ſe ipſos deſtruentes accepit.

A Hæc Oroſius. Si relictis externis, domeſtica, quibus abundamus, exempla ſcrutari velimus, mirabiles, glorioſoſque fiduciæ ſalutaris in Deo, virtuteque dominicæ crucis, qua contra barbaros, infideleſque Sarracenos[b] Carolus Martellus armatus eſt, fructus proſperitateſque comperiemus. Qui innumerabiles multitudine barbaros, ferociſſimoſque Sarracenos parua fidelium armatorum manu comitatus vno prope Ligerim conflictu ad vnum vſque deſtruxit, necatoſque proſtrauit. Qui Friſios infideles, paganica tunc impietate fœdatos ſuperauit, ſuperatoſque verum Chriſtianorum Deum agnoſcere, eique in ſpiritu, & veritate litare coegit. Qui eadem victrice, ſanctaque in Chriſto Deo fiducia munitus, Viſigothos, & Sarracenos B conſpirantes inter ſe, contra Chriſtianos, animis viribuſque, prælia renouare, Narbonenſiſque prouinciæ terras, agros, oppidaque vaſtare, vaſtatoſque poſſidere crudeliter auſos aggreſſus, campos prouinciæ eius, eorum cadaueribus, texit, ſtrauit, atque repleuit, ſanguineque fluuios infecit. Qui hac roboratus, ſeptuſque fiducia, Gregorio 3. Romano Pontifici rebus Eccleſiæ, ſuiſque diffidenti opem, auxiliumque, pro cathedra S. Petri flagitanti feliciter opitulando, Luitprandum Longobardorum regem, Apoſtolicæ ſedis hoſtem, Eccleſiæ Romanæ perſecutorem ab obſidione ciuitatis ſanctæ ſui nominis authoritate deterruit, eumque ſui in Italiam aduentus rumore perterritum, longè ab hæreditate S. Petri fugientem vehementiſſimè repreſſit.

Caroli Martelli fiducia in Deo infinitam prope Sarracenorum multitudinem parua manu ſuperauit.

b Annales Franciæ.

Luitprandum hoſtem ſedis Apoſtolicæ reprimit Martellus.

C Fidens in Deo, bonitatẽ faciẽdo, & in illius miſericordia ſuum cogitatum bene viuendo iactãs, nullis hoſtium minis, machiniſque terretur, ſed maiora ſemper auxilia de Dei bonitate confidẽter expectat potiùs, quàm aduerſas de hoſtium crudelitate, & inſania preſſuras apprehendit. Vt illuſtriſſimo Benedicti Pontificis huius nominis 8. maxima in Deo generoſitate fidentis exemplo conſtat apertum.[c] *Ad quem cùm Rex Sarracenorum,* inquit Ditmarus, *morte coniugis, & ſuorum* (quos ſcilicet Italiam inuadendo perdiderat) *admodum turbatus ſaccum caſtaneis refertum miſiſſet, & per eius portitorem tot ſe in proxima æſtate milites eſſe laturum intimauiſſet: percepta hac legatione papa* (hominis ſcilicet ſuperbiſſimi iactantias, ampullas, ſeſquipedalia verba, minaſque contemnens) *marſupium eidem milio plenum internuncio talibus dictis reddidit. Si non ſufficiat tibi* D *Apoſtolicam ſatis læſiſſe dotem, ſecundò venias, & tot loricatos, vel plures hîc inuenturum pro certo ſcias. Homo cogitat, & loquitur, Dominus iudicat, quem ſuppliciter fidelis quiſque oret, vt talem plagam miſericorditer amoueat, & neceſſariam optatæ pacis ſecuritatem piis indulgeat.*

Fiducia in Deo bene ſperare facit fideles ventura proſpera, & auxilia, auertens à cordibus eorum omnem metum venturæ calamitatis vt patet exemplo Benedicti 8.

c Ditmarus l. 7.

CAP. III.

Victoriæ de hostibus non tam multitudine, & fortitudine militum, quàm ducum, imperatorumque virtute, fide, atque obsequente in Ecclesiam Dei pietate comparantur. Vt multis & quidem illustribus comprobatur exemplis.



VERUM memorabiles non in manu forti, robustaque multitudinis armatorum militantium sitæ sunt victoriæ, sed in ducum, imperatorumque religiosorum virtute, fide obsequenteque in Ecclesiam Dei pietate consistunt. Non illæ de furiosissimis, ingentibusque hostibus pugnantium numero, ac robore, sed imperantium fida Deo, Ecclesiæque deuotione comparãtur. Quod exemplis, à veteri testamento desumptis imperatori Gratiano, eius fidem, pietatemque in Deum, Ecclesiamque Christi Domini magnificando sanctus Ambrosius insinuat, illum sic affando.[a] *Petis à me fidei libellum, sancte imperator, profecturus ad prælium: nosti enim fide magis imperatoris, quàm virtute* (scilicet fortitudine, & robore corporis) *quæri solere victoriam.*[b] *Nam & Abraham trecentos decem & octo duxit ad bellum, & ex innumeris trophæa hostibus reportauit, signoque dominicæ crucis, & nominis, quinque regum, victriciumque turmarum subacto robore, & vltus est proximum, & filium meruit, & triumphum.*[c] *Iesus quoque filius Naue hostes quos totius exercitus manu valida superare non poterat, septem tubarum sacerdotalium sono vicit, vbi ducem militiæ cœlestis agnouit. Ergo & tu vincere paras, qui Christum adoras, vincere paras, qui fidem vindicas.* Et in fine libri secundi, illi propter fidem in Christum, obedientemque erga sponsam eius pietatẽ, pro certo victoriã de hostibus vaticinãdo pollicetur, eũ sic ad prælia cõtra barbaros Gothos, Christianæ religionis osores exhortãdo. *Progredere planè scuto fidei septus, & gladiũ spiritus habens, progredere ad victoriam, superioribus promissam temporibus, & diuinis oraculis prophetatam. Nam & futuram nostri depopulationem, & bella Gothorum Ezechiel illo iam tempore prophetauit: sic enim habes propheta,*[d] *Propheti za, fili hominis, & dic, ô Gog. Hæc dicit Dominus.* Et postea de Gothis vincendis, recitata prophetia subiunxit.[e] *Gog ipse Gothus, quem videmus exijsse, de quo promittitur nobis futura victoria, dicente Domino, & deprædabuntur eos, qui deprædati eos fuerant, & despoliabunt eos, qui sibi spolia detraxerant, dicit Dominus, eritque in die illa, &c.* O mirabilis Deus, multumque misericors, in suis fidelibus, mandata sua Ecclesiæque sponsæ sincera pietate, promptoque obsequio religiosè custodientibus largiendo victorias? & impios, ingratosque principes, religionis suæ, Ecclesiæ Catholicæ crudeli, hæreticaque abominatione vastatores, ruinæ, ac interitus funestissimi iaculis de manu iustitiæ suæ contortis fodiendo, vltionisque fulmine con-

a S. Ambros. l. de fide ad Gratianum c. 1.

b Genes. c. 14.

c Iosue c. 6. & 7.

d S. Ambros. l. 2.

e Ezech. c. 38.

Domina Gothorum vaticinium.

e S. Ambros. ibid.

A terendo! Nam eodem ferè tempore nefarius imperator Valens Arrianus tanta ferocitatis, & immanitatis amentia Ecclesiam Dei Catholicam, vt Arrianæ trophæa execrationis erigeret, persecutus, à Gothis superatus est, viuusque flammis vltricibus tantæ, tamque abominabilis impietatis extinctus; optimus verò Imperator Gratianus, fidelis, pius, Ecclesiæ, Pontifici Romano, sanctisque sub illo præfectis Ecclesiæ pastoribus obsequens, de illis Gothis, Alemannis, Alanis, aliisque barbaris victorias egregias, illustresque maximè reportauit. Vt cognoscamus, quàm verè dixerit Iudas Machabæus.[g] *Deum prodigia facientem, non secundùm armorum potentiam, sed prout ipsi placet dignis* (scilicet fidelibus) *dare victoriam.* Vt Anastasius papa ad pietatem, fidem, obedientiamque verè Catholicam Christo D. & sponsæ eius Anastasium imperatorem B paterna charitate cõpellando cõprobauit:[h] cùm ei per epistolam significauit hanc fidei, pietatis, obedientiæque Christianæ, *virtutem principes in hac vita de hostibus efficere victores, & in cœlo sempiterna gloria coronare.*

S. Augustinus Bonifacium comitem Africæ Catholica fide, pietateque Christiana sublimem hortabatur vt suam magis, ac magis in Deo, Christique Domini virtute, fiduciam collocaret, in eiusque misericordia sperantibus in se succurrente, spei suæ firmiter anchoram figeret: quo faciliùs triumphum de hæreticis, infidelibus, schismaticis, aliisque Ecclesiæ, ac imperii rebellibus, hostibusque nefariis, sicut de tyranno illo Ioanne à Catholica religione transfuga, Africanarũ regionum inuasore memorabili victoria reportaret. Hæc enim S. Augustini ad illum comitem Epistolæ verba sunt.[i] *Africa littus milites attigit transmarinus* (scilicet Ioannes tyrannus) C *sed enim meritis dux, qui à Catholica veritate dissentit? Quid orem* (sicut oportet) *ignoro. Adest quidem Africa olim paratum in Italia bellum; sed tamen non inuideo, fili charissime, Romania: sed dico, quod sentio. Non dabit, diuinitate iuuante, Catholicus hæretico terga. Tui cordis intentio dirigatur ad Dominum, non militem timebis, non Gothum, non Hunnum.* Ad cuius salutaris in Deum confidentiæ virtutem huius sancti patris exhortatione ardentior erectus certam tutamque de cunctis Christianæ religionis hostibus victoriam Christi Domini adiutorio præstolabatur. Vt hæc illius ad S. Augustinũ epistolæ verba designant.[k] *Obuiamus ad mortẽ vltro tendentibus, quos nostra victoria* (vt credimus) *faciet Christus addictos.* Et D paulò post. *In pugna vtriusque desæuit furor, sed Deus omnipotens causas. Igitur ora* (vt dixi) *& vincet vna sancta Trinitas nobis.* Quàm diuersa, oppositaque Constantini Magni patris, & Constantii filii fortuna, vitæque cõditio extiterit, quis ignorat? Illius quia optimi Catholici, religiosissimi, & obedientiæ Christianæ in Ecclesiam Christi, sedem Apostolicam, Ecclesiæque prælatos obseruantissimi prospera semper gloria, mille laureata trophæis apparuit. Huius verò, quia nefandissimi hæretici, quia enormiter impii, perpetuo rebellis Ecclesiæ Dei, eiusque Monarchico rectori, misera semper aduersa, casibusque acerbissimis obnoxia. Ille propter Catholicas, heroicasque virtutes nũquã cũ hoste conflixit, nisi victor, hic propter hæreticas abominationes nunquam ancipiti contentione distractus in Acie di-

Gratianus fide, pietate Christiana de hostibus triumphat, Valens vero impius hæresi Ariana pollutus Ecclesia Christi in qua vicarius ... misere à Gothis barbaris vincitur.

g 2. Machab. c. 15 v. 21.

h Anastas. papæ ep. ad Anastas. imp.

Hæreticus Catholicum non vincet.

i D. Aug. ep. ad Bonifaciũ comitem, quæ est 4. in appendice.

Iustam fiduciam habens in Christo certam de hostibus victoriam expectat.

k Bonifacii comitis ad S. Aug. epist. apud S. Aug. ep. 5. in append.

Quàm varia fortuna Constantini M. patris & Constantii filii fuit, quia vere Catholicus prospera semper, hic vero quia nefarius hæreticus semper aduersa.

a Oroſius de miſerns Conſtantii Arianitconna Perſas prælns.

micarit, niſi victus ab hoſte. [a] Nouem Oroſius enumerat prælia', quibus ipſe nefarius imperator tanti proles indigna parentis, cũ Sapore Perſarum rege conflixit, à quibus non niſi victus ignominia confuſus, & ſtragibus, cladibuſq. ſoorũ calamitoſus effugit. De infelicibus ipſius hæretici principis, cũ Perſarũ rege, pugnis, atq. cõflictibus Eutropius ita loquitur.

b Eutrop l.10

[b] *Diuerſa Conſtantij fortuna ſuit, à Perſis enim multa, & grauia perpeſſus ſæpe captis oppidis, obſeſsis vrbibus, caſis exercitibus, nullumque ei contra Saporẽ Perſarũ proſperũ prœliũ ſuit.* Quòd ſi poſtea in occidente cõtra Magnentium tyrannũ proſperè conflixerit, in cauſa fuit vltio innocentis ſanguinis Conſtantis Imperatoris religioſiſſimi, proditione, conſpirationeque huius tyranni nefanda necati, & quod Deus hoc tantæ victoriæ beneficio hunc hæreticũ principẽ ad conuerſionem impiæ, hæreticæ, ſceleratæq. vitæ impellere, clementerq. prouocare voluerit. Sed mens ingratiſſimi principis in ſuæ hæreſeos, impietatiſque ſordibus, atq. contagionibus immota manſit. Imperatoris Iuliani apoſtaſia generalis à Chriſtiana fide, impietas execrabilis, ſacrilegaque contra Chriſtum Dominum, eiuſque immaculatam Eccleſiam rebellio Perſis profuerunt barbaris.

Apoſtaſia, impietaſque rebellis atque ſacrilega in Chriſtum D. eiuſque Eccleſiam Iuliani apoſtata Romano exercitui victoriam perdidit, at Ioniniani fides pietas, atque obediens, Catholicaque religio reparauit.

c S. Greg. Naz orat 2 in Iulian & alii.

[c] Vt memorabilẽ de Romano exercitu victoriam, cum turpiſſima infamiæ, ignominiæque Romanis inuſta macula reportarent. Sed Iouiani ſtatim ab exercitu creati poſt tot funera, Romanorumque cædes, imperatoris, fides, pietas obediens Chriſto, eiuſque Eccleſiæ religio hanc turpitudinis iniuſtam Romano nomini macolam reparatione victoriæ perditæ deleuit, barbaros ad pacem poſcendam, fœduſque cum Romanis paciſcendum, victores C licet inuitauit: diuina miſericordia Catholico principi in aduerſis animum minimè deſpondenti, & in ſe confidenti de cœlo ſuccurrente, auxiliumque ex alto mittente, quo victoria inſperata Romanis affulſit, vt hæc Ruffini verba deſignãt.

d Ruff l.2.c 1.

[d] *Eo modo, à Iouiniano ſuſcepto imperio, ſtatim et affuit diuina clementia, contraque omnem ſpem, cùm clauſi vndique hoſtibus tenerentur, nec euadendi facultas vlla ſuppeteret, ſubito emiſſos à barbaris oratores eſſe vident, pacemque depoſcere, exercitumque tuedia conſumpto, cibos, cætera neceſſaria in mercimonijs polliceri, omnique humanitate noſtrorum temeritatem emendare.* Quid Theodoſios ille magnus bellica virture, ſed fide Catholica, pietate Chriſtiana Deo, Eccleſiæ, eiuſque prælatis obſequentiſſima maior, & aoguſtior? Nonne his Chriſtiano principe digniſſimis virtutibus Gothos barbaros, multitudine D innumerabiles, immanitate ferociſſimos, Chriſtianorum ſanguine tanquam muſto inebriaros, cruda, recentiqoe victoria de Valente imperatore abominatione Ariana contaminato relata ſoperbiſſimos, ad vnum vſque, victos, debellatóſque deleuit? Quorum paulò ante victricibus armis Romano ſanguine cruentatis ipſe Valens infeliciſſimus propter Apoſtaſiam à Catholica religione, naufragus circa fidem, Ariana pollutus execratione ſuccubuerat? His eoim memorabilem propeque dioinam imperaroris Chriſtianiſſimi, nonquam digna ſatis laude prædicatiooeq. mactandi victoriã verbis Theodoretus extulit.

Theodoſius fide, pietateque Chriſtiana munitus Gothos Valentis Arianæ victores ſuperat.

f Theodoret. l 5 c. 5.

[f] *Theodoſius fide communitus alacri animo, & erecto iter ſuſcepit, & ingreſſus in Traciã, barbaroſq. ex aduerſo venientes cõſpicatus, aciẽ velut præliũ facturus inſtruit. Facta autem leui pugna tum barbari Romanorum impetus ſuſtinere non poſſent, aciem deſtruũt,* A *atque tergadantes fugæ ſe mandant: quos Romani quantum poterant perſequuntur: magna barbarorum fit cædes. Nam non à Romanis ſolùm, ſed à ſe mutuo interfecti ceciderunt, quare cùm quampluimi eſſent ad hunc modum trucidati, & pauci, qui latere poterant, Iſtrum tranſierunt. Dux ille longè præſtantiſsimus Theodoſius copijs ſuis ad vicinas vrbes diſtributis ad imperatorem Gratianum celerrimè, quò ſuæ victoriæ ipſe nuntius eſſet, proficiſcitur.* Hæc Theodoretus, à cæteris ſcriptoribus in eo diſſimilis, quod dixerit Theodoſium hac fuiſſe victoria potitũ, priuſquam imperator à Gratiano crearetur. Quanti autem hęc præclara, mirabiliſque victoria pro imperii Romani ſalute momenti fuerit, Claudianus his verſibus, de quarto Honorii conſulatu B ſignificauit.

Quanti momenti pro ſalute imperij hæc fuerit victoria.

g Claudian. de 4. Honorii Conſular.

[g] *Nulla relicta foret Romani nominis vmbra,*
Ni pater ille tuus iamiam ruitura ſubiſſet
Pondera, turbatamque ratem certaque leuaſſet
Naufragium commune manu, &c.

Ipſe autẽ imperator Chriſtianiſſimus cũ expertus in ſe ipſo veræ fidei, pietatiſq. Chriſtianæ ad victoriã, magnoſq. gloriæ ſalutaris, proſperitatiſque ſucceſſus vires, neruoſq. cognouiſſet, Valẽtinianũ iuniorẽ (quẽ corruptũ Iuſtina mater hæreſis Arianæ contagione pollota, certamine inferiorẽ Maximo tyrãno perdiderat) ad Catholicam fidem, pietatẽq. reducere exhortãdo conatus eſt. Quod vt potẽtiùs efficeret, illi magnas victorias, proſperitateſq. ab hac ſancta fide, pietateq. Catholica profectas exẽplis oſtẽdit: cõtra verò miſerias, calamitateſq. principũ bello, conflictuque ab hoſtibus domitorũ à perfidia, hæreſi, impieta- C teq. ſacrilega contra Chriſti religionẽ, Eccleſiãque Catholicã rebellante promanãtes, erũpenteſq. furioſè repræſentabat: vt elegãter verbis illis Suidas expreſſit:

Præclara Theodoſii M. ad Valentinianum Iuniorem à Maximo propter hæreſim victum exhortatio ad veram fidem, pietatemque conuertentis docentiſque fide, pietateq. Catholicos victores, impietate verò hæretica victos fieri.

h Suidas in verbo Valentinianus.

[h] *Cũ autẽ veniſſet Valentinianus* (ſcilicet iunior eiectus ab imperio viribus Maximi tyranni) *ad Theodoſiũ, in recta fide eſt inſtitutus, docebat enim et Theodoſius imperatoriã aciẽ ſtare non armis, ſed iuſtis cauſis. Et nos* (inquit) *Valentiniane, religioſiſsimos imperatores quieſcente exercitu victoriã obtinuiſſe, & hoſtes ſubactos tributarios factos eſſe periculo integreſſo. Sed & Conſtantinus Magnus erectũ Licinium tyrannum naufragio trucidauit ſic etiã Valentinianus pater tuus fideliùs imperiũ, & ab hoſtibus illæſũ gubernauit, Deo eũ defendente, innumerabilibus præliis victor multis, & diuerſis barbaris ſublatis. Valens verò patruus Deum diuellens, inquinauit Eccleſiã, homo prophanus cæde ſanctorum & ſanctorũ relegatione, diuina prouidentia à Gothis* D *oppugnatus, cõbuſtus eſt. Recte Chriſtũ colit is, qui non immerito te eiecit, incredulitas tua Maximo ſat vltatem dedit. Si Chriſtum non videmus, quem inuocabimus pugnaturi? Hæc & plura; etiam his admonitus à Theodoſio Valentinianus ad fidem rectam adductus eſt.* Hæc Suidas.

Fides & pietas principibus parit victorias hæreſis, & impietas aufert.

Idem ipſe fortunatiſſimus imperator, quia religioſiſſimus ſuam ſemper in Dei miſericordia, auxilioq. fiduciã eleuans, fortiùſq. ſemper adoerſis in rebus, arduiſq. corroborans, cõtra Eugeniũ omneſq. idololatras, infideleſq. mũdi, quibus huios inſtatua exercitus, & adglomeratus erat, pro ſalute totius Chriſtianæ religionis, & imperii pugnaturus, magis fidei ſinceræ, pietatiſque viribus, quàm corporeæ fortitudinis, armorumque temporalium ſubſidus erectus, atque ſtipatus apparuit. Qui procidens humiliter in terram, fuſa ad Deum oratione deuotiſ-

a Pars,
Vt obedientes Ecclesiæ, eiusque pacis amatores, & promotores victores & beneficijs contra rebelles eiusdem pacis perturbatores victi miseriques fiunt.
Hoc exemplis comprobatur.

Ecclesiæ, Romanoque pastori, eius pacis amatoris, & vindicis manibus est, sic contra victoriæ perditio, ruinaque militarium copiarum rebellem his spiritualibus parentibus, seditiosumque pacis Ecclesiasticæ perturbatorem percellit, & exterminat: quod duorum fratrum principum, Henrici Regis Angliæ, & Roberti Normaniæ ducis exemplis illustrari potest. Hic Pontificis Romani iussa, monitaq. despiciens, per summū potestatis tyrannicæ nefas, duos episcopatus vni personæ Ranulpho violenter impetriendo, atq. tradendo, pacē Ecclesiasticā non mediocri dissētionis, tumultusq. turbine perturbauit: ideoq. in taliū vindictā criminū, Deus illū à fratre proprio vinci, superariq. permisit. Ille verò rex Pontificiis obediens imperiis S. Anselmum Cantuariēsem Archiepiscopū in thronū suum, sedemq. restituendo pacē iurgiis, dissentionibusq. concussā Ecclesiæ restituit, ideoq. seditiosi fratris victor, atq. triumphator euasit, vt Edinerus [a] author est, in S. Anselmi vita. Religiosos principes Rom. Pontificis imperiis, & exhortationibus obsequētes, pro Ecclesiæ pace viriliter, & animosè dimicantes, de futura victoria, deque sua salute, securos esse docet generosa hæc Caroli Andegaoensis S. Lodouici fratris à Romano Pontifice Clemente 4. in Siciliæ regem honorificè prouecti responsio legatis Manfredi crudelissimi Ecclesiæ Romanæ persecutoris pacem ab eo sui nomine principis postulantibus facta. [b] *Renunciate*, inquit, *Sultano Nucerino* (ita Manfredum appellabat, quod is Sarracenorum auxilio præsideret) *Breui tempore ferrum inter nos decreturum, quod aut illum in inferioribus barathri deponet, aut me in cælesti patria collocabit.* Vt autem Catholicus Princeps pietatis fulgens Christianæ splendoribus possit cum Ecclesia Matre sanctissima, eiusque spirituali Monarcha puriùs, atque beatiùs optata pace lætari: ad faciliùs, gloriosiúsque subigendos illius sanctæ pacis osores, & tranquillæ Christianorum vitæ perturbatores, dare operam debet, & eam piè strenuam, vt cum subditis, populisque suæ directioni tam in domo, quàm in regno creditis, illos iustè, clementer, religioseque regendo, salutari, & amica pace fruatur, sicut hac memorabili, veréque aurea Carolum Andegaoensem Siciliæ Regem sententia Clemens huius nominis 4. Pontifex hortabatur: *Profecturum ad bella Principem, pacem decet in domo propria, & in regno solidare, ne dū pugna domestica lacessitur distrahitur, minus ab externis timeatur.* At pios illos, Catholicosques Principes, sic Ecclesiæ Dei, eiusque Vicario sanctissimis, quoad spiritualia parentibus obsequentes, de illorū pace, vitaque tranquilla solicitos, atq. sui principatus temporalis cum spirituali sacri fœderis appetentes, & auidos, maxima in Deo fiducia minimè confundens, rebus in aduersis, arduisque magnopere reficit, atque consolatur. Non aliter quàm [c] Ezechiā illū regē Iudæorū, tā immani, crudelique obsidione à tot incircūcisorū millibus duce Sennacherib Assyriorū rege obsessum: cuius in Deo fiducia tot circundati pressuris armatū Angelū dicto citius euocauit è cœlo, cuius gladius omnes illos maiestatis diuinæ blasphematores in momento iugulatos, æternarū miseriarum orco demisit, inferniq. barathro præcipitatos extinxit. Qua fiducia religiosi illi Christiana fide, charitateq. fulgentes principes erecti, atq. consolati, [d] omnia possunt in eo, qui eos confortat Christus D. omnia sperant in medio periculorū, sinistri nihil apprehendunt, victoriamq. de cunctis hostibus, licet fortissimis, atq. ferocissimis non defuturā sibi pollicentur. Vt alter Iudas Machabæus; de quo [e] Nicanor cū summa superbia erectus, *cogitauerat cōmune triūphū statuere, ipse tamen semper confidebat, cū omni spe, auxiliū sibi à Deo affuturū, & hortabatur suos ne formidarent ad aduentum nationū, sed in mente haberent adiutoria sibi facta de cœlo, & nunc sperarēt ab omnipotente sibi affuturam victoriā*, &c. Si mihi cū ethnicis res esset, vt eos ad hanc in verū Deū salutis ergò fiduciā generoso pectore concitarē, suum illis [f] Platonē obiicerē. *Bella à principibus geri, sed victoriā à solo Deo tribui vel auctor asserentē*, Sophoclis [g] cothurnum illis ob oculos ostenderē Aiacē per superbiā perire facientis, quod humanis fretus viribus, Dei omnipotētis opē proteruè contēpsisset, consilio patris irriso, qui proficiscenti ad bellū filio nihil præter Dei reuerentiā, auxiliū, imperiumque vt victor euaderet, attendere iusserat. Sed Christianis Christiani loquimur, idcirco Christianissimi, religiosissimiq. principis maximam in Deū verū, Christumq. redēptorem mūdi victoriarum procreatricē fiduciā, vt illis ostentemus, nobis Christiana pietas imperat. Constantinū Magnū intelligo, cuius Ecclesiæ sanctæ pacē, vnāq. Catholicorū filiorū eius pacatam, tranquillāq. promouentis solida, & potens in Deū verū fiducia omniū Dei, imperiiq. hostiū arma viresq. confregit. Qui in tyrannū apostatā à Christiana religione, crudelissimūque fideliū Christi persecutorē Liciniū, bellicā parans expeditionē, vt sine cunctatione salutarem potentiæ imperatoriæ dextram Christianis, tyranni huius oppressione crudelissima in extremas prolapsis ruinas, afflictionesque porrigeret. [h] *Consuetum*, inquit Eusebius, *militaris apparatū expeditionis instituit; vniuersa agmina tā peditū, quā equitū ad eū confluunt, quæ omnia antecedebant certa in Deū fiducia, quæ crucis effigiem supra monstratā pulchrè repræsentabant, precibus si vnquam alias tā etiā sibi opus esse probè intelligens, Dei solicitare sacerdotes, vt semper sū ipso versari, semperque præsto esse vellent, hosque tanquam quosdam animæ custodes ducere.* Hac iuncta in Deum fiducia munitus Constantinus, armatosque virtute crucis, Liciniū [i] prælio duplici, omnes illius exercitus, armatosque illius castra, signaque sequentes ad vnum vsq. destruxit. Qui postea victo Licinio, iustum Byzantinis sibi rebellantibus iugum obedientiæ discutere volentibus, bellum eodem anno parans, ad solita suæ potentis ad victoriam fiduciæ in Christū D. eiusq. virtutē crucis auxilia recurrit. De qua hæc Nicephorus. [k] *Vespera dies erat, & imperator lāguidus, & mœstus inopia consilij*, (.i. propter multos de exercitu suo, à Byzantinis duplici cōflictu necatos) *continuo oculos ad cœlum contendit, atq. ibi rursum vidē, vt Romæ, cum contra Maxentiū bellū gereret scripturā stellarū ordine, atq. distinctione conformatā vidit hoc significantem, inuoca me, in die tribulationes eruā te, & liberabo te, & glorificabis me. Stupore igitur percitus rursus oculos in cœlū sustulit, & stellarū crucē stellis effigiatam sicut antea in cœlo, & inscriptionem circum eam conspexit: eius hæc verba erant.* IN HOC IPSO SIGNO, HOSTES OMNAS VINCES: *& confestim in memoriam ei quæ ante acciderant venere. Postridie ergo classicum canere iussit, præliumque rursum cum Byzantiis cōmisit, & quod trophæum, & signum crucis præferri in acie mandasset, fortiter*

a Edinerus l. 2. de vita S. Anselmi apud Surium.
Praeclara Caroli Andegauensis responsio Manfredi legatis pacem postulantibus.
b Ex Summontio in vita Manfredi.
Princeps pius debet habere pacem cum suis, antequā cum extraneis hostibus pugna ineatur.
Clementis 4. Papæ sententia memorabilis.
3. Pars.
De fiducia in Deum bonorum, Catholicorumq. principum in arduis, aduersisque rebus, quos nō minimè confundit.
c L. 4. Reg. c. 19. v. 15. & seqq. & v. 23 vsque ad fin.
d Philipp. 4.

e L. 2. Machab. 15. v. 8. & 9.
f Plato l. 4. de legib.
g Sophocles in Aiace.
Magna Constantini Magni fiducia in Deum eiusque crucem omnia Dei, Ecclesiæque hostium victrix.
h Euseb. l. 2. de vita Constantin. 14.
Licinium duplici prælio vicit hac fiducia.
i Euseb. l. 2. c. 7. 8.
Byzantinos miraculosè omnes subiugauit hac in Deum fiducia.
Nicephor. l. 7. c. 47.
Miraculo partā victoriā ob fiduciam in Deum.

illos vicit, simulque vrbem ipsam cepit: victoria autem eius trophæum, & signum eo loco statuit, vbi nunc porphyritica eius columna in magnam amplitudinem ampliter excurrit, &c. Hactenus Nicephorus. At Theodosii Magni, Ecclesiasticæ pacis obseruantissimi, Ecclesiæque sanctissimæ fidelium genitricis iussis, & imperiis obsequentissimi fiducia in Christo D. eiusque virtute crucis non minor, quàm Constantini M. rebus in asperis, & periculosis extitisse indicatur. Qui cum ancipiti, aduersoque marte duos dies integros aduersus innumerabiles Eugenii copias, nec ita prosperè pugnauisset, viresque sui exercitus magna ex parte fractas, debilitatasque sentiret: nihilominus fiducia in Deum, Christum D. eiusque crucem admirabili corroboratus quibusdam exercitus sui ducibus, reditum ad prælia dissuadentibus, pugnarumque dilationem in vernum tempus affectu magno persuadentibus imperator fidelissimus eorum consilia repudiando respondit.[a] *Non committendum est vt Saluatoris crux tanta arguatur imbecillitatis, Herculis verò statua tantùm virtutis nostro testimonio tribuatur, quippe vt crux nostrum exercitum, ita illa hostium antecedit.* Inde illa miraculosa planè huius tam pii, tamque in diuino Christi Saluatoris auxilio confidentis imperatoris victoria, de qua supra. Quàm autem mensura referta, & abundanti Deus Honorii huius Theodosii Magni filii pietatem, fiduciam in se, auxilioque desuper à crucis merito veniente, temunerauerit, apparet ex Orosio, aliisque scriptoribus fide dignis Ecclesiasticis. Qui hunc imperatorem fiduciam suam in Dei miserantis auxilio, virtureque diuina iactantem omnes imperii Romani, Ecclesiæque Catholicæ crudelissimos hostes infideles, & barbaros, sine ense Romano, gladiisque destruxisse, ipsis barbaris propriorum scelerum, patratorumque criminum vindicibus, mutuo inter se conflictu, certamineque se ipsos, iusto Dei iudicio trucidantibus, memoriæ posteritatis annunciauerunt. Quod Dei iudicium pro salute imperii, ruinaque barbarorum, in præmium fiduciæ in Deum, atque pietatis Imperatoris Orosius ipse de Vualliæ regis Gothorum facti, post mortem Segerici, qui successit Ataulfo, erga Rom. imperium studio loquens, his verbis expressit. *Romanæ securitati periculum suum obtulit,* (scilicet Vuallia rex) *vt aduersus cæteras gentes, quæ per Hispanias consedissent, sibi pugnaret, & Romanis vinceret: quamuis & cæteri Alanorum, Vuandalorum, Sueuorum reges eodem nobiscum placito depacti forent, mandantes imperatori Honorio. Tu cum omnibus pacem habe, omniumque obsides accipe. Nos nobiscum confligimus, nobis perimus, tibi vincimus. Immortalis verò quæstus erit reip. tuæ, si vtrique pereamus. Quis hoc crederet, nisi res doceret? Itaque nunc quotidie apud Hispanias geri bella gentium, & agi strages, ex alterutro barbarorum crebris, certisque nuntiis discimus: præcipuè verò Vualliam Gothorum regem insistere patrandæ paci ferunt.* Hæc Orosius. Si relictis extraneis, domestica, quibus abundamus, exempla scrutari velimus, mirabiles, gloriososque fiduciæ salutaris in Deo, virtuteque dominicæ crucis, qua contra barbaros, infidelesque Sarracenos[b] Carolus martellus armatus est, fructus prosperitatesque comperiemus. Qui innumerabiles multitudine barbaros, ferocissimosque Sarracenos parua fidelium armatorum manu comitatus vno prope Ligerim conflictu ad vnum vsque destruxit, necatosque prostrauit. Qui Frisios infideles, paganica tunc impietate fœdatos superauit, superatosque verum Christianorum Deum agnoscere, eique in spiritu, & veritate litare coegit. Qui eadem victrice, sanctaque in Christo Deo fiducia munitus, Visigothos, & Sarracenos conspirantes inter se, contra Christianos, animis viribusque, prælia renouare, Narbonensique prouinciæ terras, agros, oppidaque vastare, vastatosque possidere crudeliter ausos aggressus, campos prouinciæ eius, eorum cadaueribus, rexit, strauit, atque repleuit, sanguineque fluuios infecit. Qui hac roboratus, lepiusque fiducia, Gregorio 3. Romano Pontifici rebus Ecclesiæ, suisque diffidenti opem, auxiliumque, pro cathedra S. Petri flagitanti feliciter opitulando, Luitprandum Longobardorum regem, Apostolicæ sedis hostem, Ecclesiæ Romanæ persecutorem ab obsidione ciuitatis sanctæ sui nominis authoritate deterruit, eumque sui in Italiam aduentus rumore perterritum, longè ab hæreditate S. Petri fugientem vehementissimè repressit.

Fidens in Deo, bonitatē faciēdo, & illius misericordia suum cogitatum bene viuendo iactās, nullis hostium minis, machinisque terretur, sed maiora semper auxilia de Dei bonitate considērer expectat potiùs, quàm aduersas de hostium crudelitate, & insania pressuras apprehendit. Vt illustrissimo Benedicti Pontificis huius nominis 8. maxima in Deo generositate fidentis exemplo constat apertum.[c] *Ad quem cùm Rex Sarracenorum,* inquit Ditmarus, *morte coniugis, & suorum* (quos scilicet Italiam inuadendo perdiderat) *admodum turbatus saccum castaneis refertum misisset, & per eius portitorem tot se in proxima æstate milites esse laturum intimauisset: percepta hac legatione papa* (hominis scilicet superbissimi iactantias, ampullas, sesquipedalia verba, minasque contemnens) *marsupium eidem milio plenum internuncio talibus dictis reddidit. Si non sufficiat sibi Apostolicam satis læsisse dotem, secundò veniat, & tot loricatos, vel plures hîc inuenturum pro certo sciat. Homo cogitat, & loquitur, Dominus iudicat, quem suppliciter fideles quisque oret, vt talem plagam misericorditer amoueat, & necessariam optatæ pacis securitatem pijs indulgeat.*

Maxima Theodosii M. fiducia in Christum D. eiusque virtutem crucis.

Theodosii magna in aduersis fiducia in Deum.

[a] Theodoret.

Pietas, & fiducia in Deo omnes imperij Rom. hostes iniquos, diuersosque barbaros sine ense Romano destruxit.

Honorius imp. miserante Deo salutem suam, & imperij de hostibus suis & de manu omnium barbarorum, qui oderant eum mutuis pugnis se ipsos destruentes accepit.

Caroli Martelli fiducia in Deo infinitam prope Sarracenorum multitudinem parua manu superauit.

[b] Annales Francic.

Luitprandum hostem sedis Apostolicæ repressit Martellus.

Fiducia in Deo bene sperare facit fidentes ventura prospera, & auxilia, auertens à cordibus eorum omnem metum venturæ calamitatis vt patet exemplo Benedicti 8.

[c] Ditmarus l. 7.

a Orosius de miseriis Constantii Ariani eonstra Persas prælio.

micauit, nisi victus ab hoste.[a] Nouem Orosius enumerat prælia, quibus ipse nefarius imperator tanti proles indigna parentis, cũ Sapore Persarum rege conflixit, à quibus non nisi victus ignominia confusus, & stragibus, cladibusq. suorũ calamitosus effugit. De infelicibus ipsius hæretici principis, cũ Persarũ rege, pugnis, atq. cõflictibus Euttupius ita loquitur.[b] *Diuersa Constantij fortuna fuit, à Persis enim multa, & grauia perpessus sæpe captis oppidis, obsessis vrbibus, cæsis exercitibus, nullumque ei contra Saporẽ Persarũ prosperũ prælium fuit.* Quòd si postea in occidente cõtra Magnentium tyrannũ prosperè conflixerit, in causa fuit vltio innocentis sanguinis Constantis Imperatoris religiosissimi, proditione, conspirationeque huius tyranni nefanda necati, & quod Deus hoc tantæ victoriæ beneficio hunc hæreticũ principẽ ad conuersionem impiæ, hæreticæ, sceleratæq. vitæ impellere, clementerq. prouocare voluerit. Sed mens ingratissimi principis in suæ hæreseos, impietatisque sordibus, atq. contagionibus immota mansit. Impetaroris Iuliani apostasia generalis à Christiana fide, impietas execrabilis, sacrilegaque contra Christum Dominum, eiusque immaculatam Ecclesiam rebellio Persis profuerunt barbaris.[c] Vt memorabilẽ de Romano exercitu victoriam, cum turpissima infamiæ, ignominiæque Romanis inusta macula reportarent. Sed Iouiani statim ab exercitu creati post tot funera, Romanorumque cædes, imperatoris, fides, pietas obediens Christo, eiusque Ecclesiæ religio hanc turpitudinis inustam Romano nomini maculam reparatione victoriæ perditæ deleuit, barbaros ad pacem poscendam, fœdusque cum Romanis paciscendum, victores licet inuitauit: diuina misericordia Catholico principi in aduersis animum minimè despondenti, & in se confidenti de cœlo succurrente, auxiliumque ex alto mittente, quo victoria insperata Romanis affulsit, vt hæc Ruffini verba designãt.

b Eutrop. l. 10.

Apostasia, impietasque rebellis atque sacrilega in Christum D. eiusque Ecclesiam Iuliani apostata Romano exercitui victoriam perdidit, at Iouiniani fides pietas, atque obediens, Catholicaque religio reparauit.

c S. Greg. Naz orat 2 in Iulian & alii.

d Ruff l. 2. c 1.

[d] *Eo modo, à Iouiniano suscepto imperio, statim ei affuit diuina clementia, contraque omnem spem, cùm clausi vndique hostibus tenerentur, nec euadendi facultas vlla suppeteret, subito emissos à barbaris oratores esse vident, pacemque deposcere, exercituique inedia consumpto, cibos, cætera necessaria in mercimonijs polliceri, omnique humanitate nostrorum temeritatem emendare.* Quid Theodosius ille magnus bellica virtute, sed fide Catholica, pietate Christiana Deo, Ecclesiæ, eiusque prælatis obsequentissima maior, & augustior? Nonne his Christiano principe dignissimis virtutibus Gothos barbaros, multitudine innumerabiles, immanitate ferocissimos, Christianorum sanguine tanquam musto inebriatos, cruda, recentique victoria de Valente imperatore abominatione Ariana contaminato elata superbissimos, ad vnum vsque, victos, debellatosque deleuit? Quorum paulò ante victricibus armis Romano sanguine cruentatis ipse Valens infelicissimus propter Apostasiam à Catholica religione, naufragus circa fidem, Ariana pollutus execratione succubuerat? His enim memorabilem propeque diuinam imperatoris Christianissimi, nunquam digna satis laude prædicationeq. mactandi victoriã verbis Theodoretus extulit.[f] *Theodosius fide communitus alacri animo, & erecto iter suscepit, & ingressus in Traciã, barbarosq. ex aduerso venientes cõspicatus, aciẽ veluti praliũ facturus instruit. Facta autem leui pugna cum barbari Romanorum impetus sustinere non possent, aciem destruũt, atque terga dantes fugæ se mandant: quos Romani quantum poterant persequuntur: magna barbarorum fit cædes. Nam non à Romanis solùm, sed à se mutuo interfecti reciderunt, quare cùm quamplurimi essent ad hunc modum trucidati, & pauci, qui latere poterant, Istrum transierunt. Dux ille longè præstantissimus Theodosius copijs suis ad vicinas vrbes distributis ad imperatorem Gratianum celerrimè, quò sua victoria ipse nuncius esset, proficiscitur.* Hæc Theodoretus, à cæteris scriptoribus in eo dissimilis, quod dixerit Theodosium hac fuisse victoria potitũ, priusquam imperator à Gratiano crearetur. Quanti autem hęc præclara, mirabilisque victoria pro imperii Romani salute momenti fuerit, Claudianus his versibus, de quarto Honorii consulatu significauit.

Theodosius M. fide, pietateque Christiana monstrosos Gothos Valentis Ariano victores superat.

f Theodoret. l 5. c. 5.

A

Quanti momenti pro salute imperij hac fuerit victoria.

g Claudian. de 4. Honorii Consulat.

B

[g] *Nulla relicta foret Romani nominis vmbra,*
Ni pater ille tuus iam iam ruitura subisset
Pondera, turbatamque ratem certaque leuasset
Naufragium commune manu, &c.

Ipse autẽ imperator Christianissimus cũ expertus ex se ipso veræ fidei, pietatisq. Christianæ ad victoriã, magnosq. gloriæ salutaris, prosperitatisque successus vires, neruosq. cognouisset, Valẽtinianũ iuniorẽ (quẽ corruptũ Iustina mater hæresis Arianæ contagione polluta, certamine inferiorẽ Maximo tyrãno perdiderat) ad Catholicam fidem, pietatẽq. reducere exhortãdo conatus est. Quod vt potẽtiùs efficeret, illi magnas victorias, prosperitatesq. ab hac sancta fide, pietateq. Catholica profectas exẽplis ostẽdit: cõtra verò miserias, calamitatesq. principũ bello, conflictuque ab hostibus domitorũ à perfidia, hæresi, impietateq. sacrilega contra Christi religionẽ, Ecclesiãque Catholicã rebellante promanãtes, erũpentesq. furiosè repræsentabat: vt elegãter verbis illis Suidas expressit:[h] *Cũ antẽ venisset Valentinianus* (scilicet iunior eiectus ab imperio viribus Maximi tyranni) *ad Theodosiũ, in recta fide est institutus, dicebat enim ei Theodosius imperatoriã aciẽ stare non armis, sed iustis causis. Et noni* (inquit) *Valentiniane, religiosissimos imperatores quiescente exercitu victoriã obtinuisse, & hostes subactos tributarios factos esse periculo antegresso. Sed & Constantinus Magnus erectũ Licinium tyrannum naufragio trucidauit sic etiã Valentinianus pater tuus fideliùs imperiũ, & ab hostibus illæsũ gubernauit, Deo eũ defendente, innumerabilibus prælijs victor multis, & diuersis barbaris sublatis. Valens verò patruus Deum diuellens, inquinauit Ecclesiã, homo prophanus cæde sanctorum & sanctorũ relegatione, diuina prouidentia à Gothis* D *oppugnatus, cõbustus est. Rectè Christũ colit te, qui non immerito te eiecit, incredulitas tua Maximo facultatem dedit. Si Christum non videmus, quem inuocabimus pugnaturi? Hæc & plura; etiam his admonitus à Theodosio Valentinianus ad fidem rectam adductus est.* Hæc Suidas.

Præclara Theodosii M. ad Valentinianum Iuniorem à Maximo propter hæresim victum exhortatio eum ad veram fidem, pietatemque conuertentis docentisque fide, pietateq. Catholica victores, impietate verò hæretica victos fieri.

C

h Suidas in verbo Valentinianus.

Fides & pietas principibus parit victoriam hæresis, & impietas aufert.

Idem ipse fortunatissimus imperator, quia religiosissimus suam semper in Dei misericordia, auxilioq. fiduciã eleuans, fortiùsq. semper aduersis in rebus, arduisq. corroborans, cõtra Eugeniũ omnesq. idololatras, infidelesq. mũdi, quibus huius inflatus exercitus, & adglomeratus erat, pro salute totius Christianæ religionis, & imperii pugnaturus, magis fidei sinceræ, pietatisque viribus, quàm corporeæ fortitudinis, armorumque temporalium subsidiis erectus, atque stipatus apparuit. Qui procidens humiliter in terram, fusa ad Deum oratione deuotis-

Oratio Theodosij M. deuota ad Deum, Eugenium eiusque exercitum superauit potius, quàm corporalium armo.

a Ruffin. l. 2. c. 33.

Oratio deuotione feruens Theodosij ad Deum.

b Psal. 113.

ssima mirabiliter omnes huius tyranni potentissimas copias, viresque funditus euertit: vt his verbis Ruffinus, tanti descriptor prælii, pugnæque sæpius iteratæ declarauit.[a] *Tunc verò Theodosius, vt vniuersus suorum acies videt, stans in ardua rupe, vnde & conspicere, & conspici ab vtroque posset exercitu, proiectis armis, ad solita se vertit auxilia, & prostratus in conspectu Dei. Tu, inquit, omnipotens Deus, nosti quia in nomine Christi filij tui vltionis iusta (vt puto) prælia ipse suscepi, si secus in me vindica: si verò cum causa probabili, & in te confisus huc veni, porrige dexteram tuis:*[b] *Ne forte dicant gentes vbi est Deus eorum. Quam supplicationē pij principis certi à Deo esse susceptam, ij qui aderant duces animantur ad cædem.* Et cætera quæ sequuntur. Inde miraculosa victoria, vt pluribus ipse Ruffinus prosequitur. Similia Socrates,[c] Sozomenus,[d] Theodoretus,[e] & alii commemorant. *Deus*, ioquit Sozomenus, *exaudiuit confestim, sicut probauit euentus &c.* Quid de Mauritio nondum imperatore, sed copiarum Imperatoris Tyberii ductore dicemus; cuius fidem, pietatemq. Deo, & Ecclesiæ maximè deuotam, & obseqoentem multas imperio orientis, dominoque soo Tyberio peperisse victorias Euagrius commemorat; vt cùm inter alia, quæ de præclare gestis eius aduersus Persas, aliosque osores imperii dixit, ista subiungens.[f] *Tantum tamen hoc loco dicam Tamecosrhoem in acie nō exercitus Romani fortitudine, sed sola ducis pietate, & in Deum fide cecidisse: Adaarmanem autem viribus in prælio profligatum, at multis amissis copijs versum in fugam, &c.*

c Socrates l. 5. c. 24.

d Sozomen l. 7. c. 24.

e Theodor. l. 5

f Euagr. l. 5. c. 20.

Victorio Mauritij ducis ob eius sinceram fidem, pietatēque Catholicam.

Cæterum si paulò recentiora, nec ita prisca velimus exempla perscrutari, annales euoloamus Hispanicos, inueniemus Veremundum Hispaniæ regem, eo maximè tempore, cum omnia in hoc regno bellorum tum extraneorum, tum domesticorum assiduitate vastata languerent, & ad exitii nouissimi terminos eneruata ruerent, fide, atqoe pietate Catholica munitum fidelium armatorum paocitate stipatum, Almanzoris regis Arabum oumerosissimum exercitum tanta com barbarorum cæde soperauisse: vt de tanto exercitu septuaginta millia peditum, equitum verò quadraginta millia Catholico mucrone, reliquis in fugam versis, trucidata perierint. Cuius cladis tam numerosæ, paroa Catholicorum manu cōfectæ Maurorom historiæ, annalesque Hispaniæ testimonium fidele perhibuerunt. Qua militum strage, cladeque accepta, exercitus illius Arabici dox in desperationem fortiter actus, & insania percitus mortem sibi inedia, ciborumqoe carentia consciuit.

Fide, & pietate Catholica potius quàm armis materialibus Arabum exercitum destruxit Veremundus rex Hisp.

Fide & pietate Catholica potius quam armis materialibus Arabum exercitū destruxit Veremundus Rex Hispania.

Annales Hisp. an. D. 995

Atque vt finem plura commemorandi exempla in S. Stephano Hungariæ rege sistam, ipse princeps sæpius victoriarum de hostibus partarū trophæorumqoe lauro coronatus incedit, fide magis Christiana, pietate Catholica, deuota, religiosaque in apostolicam sedem obedientia, cæterisque virtutibos Christiano rege dignissimis, qoàm militum fortitudine potentior Bolgaros Deo pro illo pugnante superauit. Guilam Trāssiluaniæ principem auunculum suum, idolorum cultorum dæmonibus impio, paganicoque cultu seruientem, sibi interitum, regnique deprędationem proditoriè machinantem domuit, domitum cepit, captumque ad Catholicam fidem Ecclesiæ sanctæ gremium, obsequiomque fidele Pontifici Romano præstaodum conuersione salutari reuocauit: sicut Bonfinus author est, sancti huius regis vitæ scriptor. Vt iam tot in medium adductis exemplis dubitare minimè debeamus, quin io bello principis fidem sinceram, pietatem Catholicam, obsequiūque religiosum Christo Domino, sponsæ eius, atque vicario spirituali omnium fidelium principi præstitum, maioribus ad comparandas victorias triumphosque pollere viribus quàm numerosos armatorum exercitus constanter, sicut veraciter asseramus.

S. Stephanus Rex Hungariæ Transsiluanorum, & Bulgarorum fidei pietatisq. Christiana virtute victor.

Bonfinus huius scriptor temporis l. 1. vita S. Stephani an. D. 1002.

CAP. IV.

Iusti fidelesque principes vna cum populis Catholica religione sibi coniunctis aduersus diabolum, eiusque ministros pugnantes à spiritu sancto, diuinaque virtute potenter adiuuantur, qua confortati omnia possunt: vnde certa, & indubitata victoria nascitur.

1. *Iusti principes, at populi Christianæ fidei, pietatisque septi robore contra Dei, & Ecclesiæ perduelles, inimicosque pugnando à Christo Domino, eiusque spiritu diuino velociter adiuuantur.*
2. *Cuius adiutorij diuina virtus sæpe per Angelorum, apparitiones pro salute piorum principum deprecantium, tam in cælo, quàm in terra ostenditur.*
3. *Eandem suam Deus virtutem pro bonis principibus ad victoriam pro sua gloria pugnantibus per apparitiones animarum sanctorum, in Domino defunctorum quandoque miraculosè demonstrat.*



ECVRITAS illa, certaque futuræ de cunctis hostibus victoriæ principis pios bene sperantes minimè confundens expectatio, ratione potenti, nusquam à tramite veritatis aberrāte maximè firmatur, atque fallax ne sit illa fulcitur. Quod videlicet iusti, religiosique principes, Ecclesiæ Catholicæ votis, filiali, atque pia obedientia conformes, vnionisque sacræ sui eum Ecclesiastico principatus appetentes, & auidi vehementer, dum contra diabolum, eiusque satellites perditos, execrabilesque ministros, omnes nempe Dei Ecclesiæ, imperiique Catholici perduelles, & hostes, forti, seriaq. dimicatione præliantur, acti spiritu sancto, tanquam filii Dei, virtote missa de cœlo diuina protegantur, atque iouentur. Cui portæ inferi, & omnes malignantium exercitus resistere non possunt. Eaque virtute supernaturali à Christi Domini merito promanante, principes illi religiosi, atque fiducialiter Ecclesiæ sanctissimæ matri obsequentes cōfortati,[g] *cum apostolo omnia possunt.* Cuius diuinæ

Ratio optima cur pij Catholicique principes pro Ecclesiæ regnique fideli defensione pugnantes de victoria sint securi.

g Philip. c. 4

Diuina virtutū vires inuincibiles pugnātibus bonis pro Ecclesia principibus, & populis.

a S. Aug. ſer. 4 de verbis Domini tom. 10.
b Et ſerm. 13. de verbis Apoſtoli 10 10.

virtutis ad bonum omnes Dei filios impellentis, & ad prælia contra omnes Dei, Eccleſiæque partes aduerſas excitantis, feliciterque prouocantis vires omnipotentes D. Auguſtinus efferens magnopere dicebat. [a] *Non ſunt filij Dei ſi non aguntur Spiritu Dei: ſi autem Spiritu Dei aguntur pugnāt, quia magnum habent adiutorem.* Et alibi. [b] *Dicit mihi,* inquit, *aliquis, ergo agimur, non agimus. Reſpondeo, imo & agis, & ageris, & tunc bene agis, ſi à bono agaris. Spiritus enim Dei, qui te agit agentibus adiutor eſt, ipſum nomē adiutoris præſcribit tibi, quia & tu ipſe aliquid agis.* His poſt quędam interiecta ſubiunxit. [c] *Nemo adiuuatur, ſi ab illo nihil agatur, quotquot enim Spiritu Dei aguntur* (inquit ſcilicet[d] Apoſtolus) *hi filij Dei ſunt non litera, ſed Spiritu: non lege præcipiente, minante, promittente, ſed Spiritu exhortante, illuminante, adiuuante.* Alio in loco ſanctus ille pater, eiuſdem virtutis Chriſti Domini præliantibus pro ſua fide, & gloria, proque ſuæ ſponſæ defenſione collatæ, energiam vireſque contra Pelagianos attollens. [e] *Profectò,* inquit, *vt agant quod bonum eſt, ab illo aguntur, qui bonus eſt.* Clarius adhuc hanc diuinæ virtutis efficaciam his verbis alibi manifeſtat. [f] *Sed potiùs intelligant, ſi filij Dei ſunt, ſe agi, vt quod agendum eſt agant, aguntur enim vt agant, non vt ipſi nihil agant, & ad hoc illis oſtenditur, quid agere debeant: vt quando id agunt, ſicut agendum eſt, id eſt cum dilectione, & delectatione iuſtitiæ, ſuauitatem, quam dedit Dominus, vt terra eorum daret fructum ſuum, accepiſſe ſe gaudeant.* Ipſa eſt diuina ſpiritus ſancti virtus, quæ pios, Catholicoſque facit principes, quæ eos vt bene contra Dei hoſtes, Eccleſiæque præliari velint, impellit, quæque bene volentibus adiutorium effectu bona vota, deſideriaque complendi largitur, denique cum illis efficaciter contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus, & contra nefarios ſpiritualis, diabolicæque nequitiæ miniſtros in terris omnipotenti marte congreditur, vt illi bonum certamen certantes optata ſubactis hoſtibus, victoria, triumphoque potiantur. Vt ſic acti ſemper ſpiritu Dei, bene viuendo, fortiterque contra perduelles omnes, vtriuſque læſæ maieſtatis diuinæ, & humanæ reos pugnando verè filij Dei ſint, ſicque tandem ęternam filiorum Dei hæreditatem, æternæ gloriæ pręcincti lauro conſequantur. Quò illud S. Chryſoſtomi referri debet. [g] *Ad comparandam filiorum hæreditatem non ſatis eſt diuino ſemel imbui Spiritu, niſi eius ducatu perpetuo regamur, cùm nauclerus ſit animæ noſtræ & auriga, & ductor, agens nos in prælium cōtra Spirituales nequitias in cœleſtibus.* In quo prælio contra has diabolicas nequitias, earumq. miniſtros in terra fortiter inito, *tantum præſtat* (inquit Proſper[h] Aquitanicus) *voluntatibus noſtris gratia Saluatoris, vt non dubitet Apoſtolus dicere, quotquot Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt, nec aliquid in nobis libera voluntas melius agere poteſt, quàm vt illi ſe commedet, qui malè agere non poteſt.*

c S. Aug. ibid. d Rom. c. 8. v. 14.

e L. de gratia Chriſti c. 25. contra Pelag. & Cæleſtium.

f S. Aug. l. de corrcep. & gratia c. 2.

g S. Chryſoſt. in illud Rom. c. 8. qui ſpiritu Dei aguntur ſi filij Dei ſunt.

h Proſper lib. ſententiarum ex D. Aug. 11. 310.

2. Pars. Virtutem ſuā Deus quo pios principes pro ſe pugnantis victores facit multis ſignis miraculis, oſtentiſque de cœlo ſolet oſtendere, & in

Illam verò diuinam virtutem, qua principes pij, de cunctis Dei, Eccleſiæ, regnique Catholici hoſtibus glorioſè triumphant, Deus multis ſignis, miraculis, prodigijs, aliiſque naturæ terminos excedentibus oſtentis, ex alto ſæpius, modo per Angelos, modò per ſanctorum defunctorū animas apparentes, modo per ſe ipſum ſanctæ crucis oſtenſione, aliove ſancto, proſperoq. portento demonſtrare dignatus eſt. Apparuit Ioſue [i] in agris Hiericuntinis verſanti morantique Angelus ſub ſpecie hominis armati ſtrictū gladium tenentis: qui ſciſcitanti Ioſue, dicentique, *noſter es, an aduerſariorum? reſpondit, nequaquam, ſed ſum princeps exercitus Domini, & nunc venio.* Gedeone [k] contra madianitas bellum mouente, *immiſit Dominus* (ſcilicet per Angelos ſuos) *gladium in omnibus hoſtium caſtris, & mutua ſe cæde truncidabant.* Rex Syriæ, (inquit ſcriptura) *miſit in Dothain, vt caperet ducereturque Eliſeus equos, & currus, & robur exercitus: qui cum veniſſent nocte circumdederunt, conſurgens autem diluculo miniſter viri Dei, egreſſus eſt, viditque exercitum in circuitu ciuitatis, & equos, & currus, nuntiauitque ei dicens. Eheu, Eheu, Domine quid faciemus? At ille reſpondit. Noli timere, plures enim nobiſcum ſunt, quàm cum illis. Cùm oraſſet Eliſæus ait. Domine, aperi oculos huius, vt videat: & aperuit Dominus oculos pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum, & curruū igneorum in circuitu Eliſæi.* Quinam illi erant equi armatis viris onuſti? Qui currus ignei? niſi Angeli Dei, ſub ſpeciebus his & formis apparentes, à Deo prophetæ ſuo miſſi, ad terrendos, exterminandoſque hoſtes illos Dei Eccleſiæ, iuſtorūque congregationis inimicos, & oſores? Vt poſtea factum eſt aduerſus crudeliſſimum Iudæorum hoſtem horribiles in ſpiritu ſuperbiæ contra maieſtatem Dei Iſraël deſpumantem execrabili vomitu blaſphemias Sennacherib Aſſyriorum regem crudeliſſima Hieroſolymam obſidione prementem, [m] illiuſque ciuibus extrema, & miſera quæque minitantem: cùm de caſtris, & exercitu eius vna nocte Angelus Domini in ictu oculi centum octoginta quinque millia armatorum, lethali vulnere percuſſa, necataque proſtrauit. Pugnantes verò Machabæos contra incircunciſos religionis Iſraelitarum veræ, ſanctæque blaſphematores Timotheo illorum exercitus ductore, equeſtribus Aſianorum copiis corroborato dimicantes, nonne Angeli de cœlo ſub ſpecie pulchrorum, generoſorumque iuuenum, in equis ſonipedibus, ferocibuſque, fræna aurea geſtantibus adiuuerunt, victoriaſque adiuuando, atq. trophęis de ſacrilego exercitu relatis glorioſè decorarunt? Vt hæc ſacræ paginę verba ſignificant. [m] *Sed cùm vehemens pugna eſſet, apparuerūt aduerſarijs de cœlo viri quinque in equis frænis aureis decori, ducatum Iudæis præſtantes, ex quibus duo Machabæum medium habentes armis ſuis circumſeptum incolumem conſeruabant, in aduerſarios autem tela, & fulmina iaciebant: ex quo & cæcitate confuſi, & repleti perturbatione cadebant &c.* Hæc quidem & alia in veteri lege mirabilia de cœlo per Angelos ſuos in fauorem bonorum principum, fideliumque populorum, pro ſua gloria, religioneque pugnantium generosè, ac fortiter operatus eſt Deus. At in noua lege, gratiæque euangelicæ temporibus miraculoſa per Angelos bonos auxilia iuſtis, religioſiſque principibus pro ſuæ gloriæ, Eccleſiæque defenſione vitam, ſanguinemque fundere paratis, aduerſus nefarios Chriſtianæ religionis hoſtes dimicando minimè denegauit. Quod paucis exemplis breuiter enarrans clarum, perſpicuumque conſtabit. Roilam Scytharum ducem, ingenti cum exercitu, prope innumerabili, contra Theodoſium iuniorem ad certamen furioſè properantem, iamiamque Cōſtantinopoli appropinquantem, iaculatis per Angelos ignibus immiſſiſque de cœlo fulminibus,

terra per Angelorum bonorum SS. apparitiones. Viſiones Angelorum

i Ioſue c. 5. v. 14.

k Iudic c. 7.

2. Apparitio Angelorum. L. 4. Reg c. 6.

3 Apparitio.

m 4 Reg c. 19. 4 Contra Sennacherib.

5. Pro Machabæis contra Timotheum, & alios infideles.

m L. 2. Machab c. 10. v. 29.

Virtus Dei omnipotens per Angelos principibus pijs contra Dei Eccleſiæque hoſtes pugnātibus, in nouo teſtamento communicata.

6 Theodoſio iuniore contra Scythas pugnante.

Nicephorus l. 14. c. 38.

vt pio imperatori diuinitus opitularetur, contritum, consumptumque cum copiis omnibus exterminauit. Huius miraculosæ victoriæ Angelorum ministerio de cœli nubibus Deo præcipiente, ignes, fulgura, & fulmina iaculantium, Theodoretus huius temporis scriptor meminit his verbis. [a] *Atque ex his pietatis* (scilicet in leges diuinas, & Ecclesiasticas) *seminibus fructum continuum percepit*: (imperator Theodosius auitæ virtutis, & obedientiæ, Ecclesiæ pastoribus consecratæ æmulus) *nam hac de causa omnium moderator Deus eius saluti sedulo prospexit. Etenim cum Roilus* [*] *rex Sytharum, qui Nomada dicuntur, traiecto Istro, cum ingentibus copijs, Thraciam populari, & prædas agere incipieret, & Constantinopolim vrbem primariam obsessurum, momentoque temporis capturum, atque adeò solo æquaturum minaretur: Deus fulminum ictu, & facibus cœlitus demissis, tum illum combussit, tum vniuersum eius exercitum penitus absumpsit.* In eiusdem imperatoris optimi remunerationem virtutum, simili miraculo Deus Persas, Sarracenosque cum immenso exercitu contra ipsum imperatorem furiosissimè pugnantes ferro, flamma, incendioque destruxit. [b] Dimicante namque generosè, fortiterque contra eos Ardaburio Theodosii iunioris exercitus ductore, Angeli Dei nonnullis è Bythinia Constantinopolim pergentibus apparuere, iubentes, vt omnes in exercitu Theodosii sub Ardaburio duce, magno animo, fiduciaque de barbaris victoriam, triumphumque præstolari monerent, dicendo se missos esse à Deo, vt Romano exercitui in magnas coniecto angustias in faoorem virtutum imperatoris optimi succurrerent, & opitularentur. Indeque protinus accidit, vt commissa pugna, initoque certamine Sarraceni, quorum tunc in armis, copiisque Persarum fortitudo, victoriæque spes inclinata recumbebat, terrore subitaneo, tantoque horrore perculsi, se vndequaque legionibos exercitus Romani maximis, circumcludi, & per imaginationem earum armis circumfundi credentes expauerint, & omnes centum millium numero constantes fuga salutem, mortisque effugia quærentes, se in Euphratē exanimati præcipitauerint. Annales Hispaniæ quantum possit, & valeat Catholica fides, pietasque Deo, & Ecclesiæ in principibus Christianis obsequens, ad diuina comparanda per Angelos booos auxilia, pro debellandis hostibus memorabili Garsiæ Fernandi Castellæ comitis historia demonstrarunt. [c] Qui Arabes prope Gormatium oppidum, pietate, fide, sanctimoniaque vitæ Ferdinandi Antolini generosi, illustrisque nobilitate viri, pognante sub illius specie Angelo Dei miraculosè superauit. Cum enim pius ille, generosusque Christi miles, paulisper in Ecclesia illic posita moraretur, vt precibus suis victoriam de hostibus, quàm materialibus armis se consequi posse diffidebat, à diuina miseratione posset impetrare, ignominiæ illi ab æmulis tributum est: quod numerosi, formidolosique exercitus hostilis aspectu perterritus, Ecclesiam seruandæ vitæ causa pro latibulo quæsiuisset. 6. At Deus euidentibus signis ostendere dignatus est fide, pietateque ducum potiùs, quàm armatorum fortium multitudine parari victorias. Quoniam sub eius specie, visus est angelus ante alios fortiter præliari, hostes sternere, in fugam adigere, adeò vt victoria ipsi tributa fuerit, cuius

a Theodoret. l. 5.

Sive Roilas.

7 In fauorem eiusdem principis contra Persas pugnantis.

b Niceph. l. 14.

8 De Garsia Fernande Comite Castellæ contra Arabes pugnante.

c Annal Hisp. an. 998.

6. Angelus Dei pugnat in exercitu Garsiæ sub specie Ferdinandi Antolini.

A equus, & arma diuino miraculo conspersa sanguine cernerentur: cùm tamen ipse non tam iaculis, quàm precibus hostes in veritate superasse crederetur. [d] Bohemiæ produnt historiæ Vēceslaom, huius prouinciæ, nationisque regem, fide Christiana, pietate Catholica, vitæque sanctitate fulgentem, Corinensi duci regni sui fines magno cum exercitu, vt illud popularetur ingresso, suis armatum, stipatomque copiis occurrisse, atque quo vtriusque exercitus cædibus parceretur, hosti suo singulare certamen obtulisse: quod aggredienti, manusque cum hoste conserenti astitere Angeli illum protegentes, illique arma ministrantes. Quo territus ostento, atque visu Corinensis dux ex equo promptè desiliens, concidit ad pedes Vencesl ai, sibi ignosci postulans, erratique veniam petens. Quam pius, clemensque princeps misericorditer indulsit, illum
B mansuetè, Christianaque charitate exhortando, ne postea terras alienas furente deprædatione populaturus inuaderet. Robertus monachus scribit in historia sua Christianos in oriente pugna sacra, contra Sarracenos, Arabes, Turcas, Persasque infideles pro terra sancta dimicantes, dum multitudine innumerabili, crudelitate ferocissimo Corbonæ Persarum ducis exercitui resistere vix ampliùs possent, proprium, opportunumque ab Angelis auxilium in barbarorum ruinam pro salute sua suscepisse. Qui in formam bene ordinatorum agminum, sub specie albatorum equitum, barbaris contra Christianos furiose dimicantibus apparentes, tantum illis incussêre tremorem, vt trepidatione, stuporeque
C semianimes, conturbato exercitus ordine, magnis gressibus fugam, passibusque maturarent. Quos Christiani persequentes ex illis equitum centum millia, peditum verò præ multitudine inoumerabiles barbaros Christiani nominis bostes infestissimos, vltore iustitiæ diuinæ gladio, victoreqoe necaoerunt.

Nec vero suam Deus omnipotentem virtutem solùm per beatos Angelos, suæ diuinæ ministros voluntatis, ad pariendum mirabiles piis, religiosisqoe principibus victorias ostendit: sed illam etiam per appariționes animarum sanctorum, vita religiosè peracta functorum miraculosas quandoque manifestare dignatur. Sicut in veteri testamento Iudæ Machabæo in somnis exhibuit. Cui Onias sanctissimus Pontifex iam à mortalis vsura lucis exemptus apparebat, ardenter orare pro omni populo Iudæorum, & Hieremias propheta dudum temporali vita priuatus aoreum si-
D bi porrigere gladium, hæc dicendo. *Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo deijcies aduersarios populi mei Israel.* Quantam securitatem, certitudinemque victoriæ futuræ omnino miraculose, per virtutem Dei, magnum illum imperatorem Theodosium contra sacrilegum apostatam à religione Christiana, naufragumque circa fidem Eugenium, omnesque idololatrarum exercitus, quos ille ductabat pugnaturum ex apparitione facta sibi diuinitus sanctorum apostolorum Ioannis, & Philippi suscepisse credimus? Cuius appariti oois, visionisque mirabilis securum principem religiosissimum de futura victoria facientis meminit ita Theodoretus. [a] *Qua oratione, cum tantam Deo fiducia, habita ab ipso principe suis exercitus ducibus, eos ad pugnam, pro religione Christiana defensione confidenter exhortante, cùm*

d Pro Venceslao Bohemiæ rege contra Corinensem ducem, Bohemiæ terras inuadentem.

Bohemiæ anal.

10. Crucifero rum Christianorum in expeditione sacra contra Corbonam Persarum ducem

Ex Roberto monacho circa an 1100

3. Pars. Virtutē suam Deus pro bonis principibus per apparitionem animarū sanctorum in Domino defunctorum quandoque demonstrat.

2 Machab. cā 15. v. 12. 13. 14. 15. 16.

2. Apparitio SS. Apostolorum Ioannis, & Philippi in somnis Theodosio ante pugnam contra Eugenium.

a Theodoret. l. 5. c. 24.

copia relicta, & pauca admodum essent, & animis fracta, sacra ade in vertice montis vbi castra fecerat, reperta, totam noctem huius vniuersitatis gubernatorem precibus sollicitauit; sub tempus autem noctis, quo galli cantare solent, somnus eum oppressit, qui humi stratus videre sibi visus est duos viros, cãdido vestitu amictos equis albis vehi, qui ipsum bono animo esse, timoremque abycere, prima luce arma capere, & exercitum in aciem educere iubent, nam se auxiliatos, & velut antesignanos ad eum missos esse dicunt, & alterum esse Ioannem Euangelistam, Philippum Apostolum alterum. Hac oblata visione, imperator preces fundere non destitit, sed attentiore cogitatione eas Deo adhibet. [a] Atque hanc quidem visionem, quæ etiam vni militi per quietem apparuit, vt ipse testatur author, minimè fuisse vanam monstrauit euentus. Nam re ipsa B duo illi apostoli in equis albis antesignani, in capite præeuntes exercitus militaturi fortiter, in hora conflictus apparuerũt, vt his verbis author ipse commemorat. *Cum autem tela vtrinque coniyci cœpta sunt, tũ antesignani imperatores verè promissa præstitere. Nam ventus violentus è regione hostibus irruens, illorum sagittas, iacula, speculaque in ipsos retorquet, adeo vt nullum teli genus eis adiumento fuerit: neque miles grauis armaturæ, neque sagittarius, neque iaculator imperatoris exercitum lædere potuerit, quin etiam tanta pulueris copia in eorum facies impetu ferebatur, vt palpebras occludere, & pupillas oculorum pulueris vi grauiter oppugnatas tegere, ac tueri eos coegerit: Imperatoris autem exercitus bellatores armati, nullo damno, incommodoue ex illo turbine accepto fidentibus animis, hostes trucidant. Qui quidem his rebus perspectis, & diuino auxilio quod imperatoris copys allatum erat cognito abiectis armis veniam ab imperatore supplices petunt,* C &c. Quæ mirabilia, & prodigia quæ fecit Deus super terram in fauorem serui sui fidelis, imperatoris optimi admirans, obstupefactusque planè considerans, poëta licet non Christianus canere compulsus est.

a Theodoret. ibid.

b Claudianus in Panegyr. ad Honoriũ imp.

[b] *Te propter gelidis aquilo de monte procellis*
Obruit aduersas acies, reuolutaque tela
Vertit in authores, & turbine reppulit hastas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas acies, cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Hoc tam memorabile, miraculosumque exemplum ad sufficientem eius, quod quærimus cõfirmationem sufficere posset, tamen quia auidũ auditorem ad has diuinam omnipotentemque Christi Domini Dei virtutem in pariendo bonis principibus victoriæ lauros admirandi epulas suscepimus, ne non satiatum discedere patiamur, illud vno, aut altero sociabimus exemplo. D

5 *S. Andreas apparet Christianis pugnãtibus contra Sarracenos viros, animosque illis insicientes penè eneruatis, fameque consumptos.*

Christianis in terra sancta, pro fide Christi cõtra Sarracenos, Turcas, Persasque infideles pugnantibus, suæ diffidentibus saluti, maxima rerum omnium penuria oppressis, territisq. multitudine hostium innumerabili, spes, fiduciam, animosque S. Andræas erexit: eosque per clericum quendam, cui apparuit, bene de futura victoria sperare monuit, virtute lanceæ, quæ latus Christi transfixerat: quam humi defossam in ecclesia S. Petri latere significauit: eamque repertam gestantes in bello contra Sarracenos illos, aliosque crudelissimos Christianæ religionis hostes pro certo victoras illos de his barbaris fore prædixit. [c] Quod sicut à S. Apostolo prædictum A est, illis accidit; maxima spolia, copiosissimamque rerum omnium vbertatem de victis, triumphatisque barbaris diuina virtute reportantibus. Huic exemplo vnum & vltimum addã S. Georgii, qui in agris Iacobi regis Aragoniæ pro illo rege Catholica religione præstante contra Sarracenos sub specie equitis armis induti fulgentibus, & equo albo ephippiisque candidis, splendente vesti pugnans apparuit: vnde magna Sarracenorum facta strage, cruoreque occisorum effuso, vt Bernardus Gomesias author est; gloriosa Catholico principi victoria cessit.

c Guill. Tyrius l 6 c. 4. & 10. de bello sacro an 1098

B

CAP. V.

Christus quandoque per suæ apparitionem humanitatis diuinam suam virtutem, pro parienda piis principibus victoria monstrauit: spectans suorum agones, vt generose pugnando victores efficiat.

1. *Apparitiones Christi tam malis principibus ad eorum ruinam, quàm bonis ad salutem, certamque victoria consecutionem.*

2. *Christus suorum pugnas fidelium pro sua gloria, suaque defensione Ecclesiæ præstantium respicit, respiciendo iuuat, iuuandoque victores facit.* C

3. *Cum Deus pugnat pro suis humanæ vires non valde illis necessariæ, vt exemplorum inductione probatur.*



AT non modò Christus Dominus Deus diuinæ suæ, omnipotentisque virtutis vires, roburque inuisibile per Angelos, sanctorumque defunctorum animas, sed etiam sæpe per semetipsum, qua pii principes adiuti de hostibus triũpharent, ostendere voluit. Qui ante incarnationem, vt plerique orthodoxi doctores asserunt, ex illa columna ignea, nocte Israelitis ex Ægypto egressis rectum [d] iter viamque monstrante, Pharaonem corde induratum cum omni eius exercitu Israëlitas illos rubrum mare ingressos furio- D sissimè persequentem, scelus anhelantem, omnibusque illis Dei populis ferrum, flammam, diluuiumque aquarum multarum minitantem, velut ex alta specula respiciebat: vt saluando populum suum [e] in mari rubro tyrannum illum cum omni exercitu, curribusque eius, tanquam plũbum in profundo maris obrueret. Qui bis Constantino Magno vt supra monstrauimus, pugnaturo, contra furiosissimos hostes Maxentium, Byzantinos, & alios, illi suæ diuinæ virtutis copiam faciens, vt vinceret illos, apparuit, sub illa stellarum multitudine in formam litterarum dispositarum, hanc efficientium scripturam. IN HOC SIGNO VINCES. Qui nefandissimo apostatæ, sceleratissimoque Christianæ religio-

d Exod c. 14

1. *In veteri testamento Christi D. nondum incarnati apparitio.*

e Exod c. 15.

2. *Constantino M.*

Euseb l 1. de vita Constantini, & alii scriptores.

nis hosti contra Persas pugnanti, mortem, funestumque exitium, sua præsentia, & apparitione horribilis ictu vulneris attulit. Contra quē blasphemando execrabilis Christianæ religionis eiurator, actus in furorem sanguinem suum impetu magno, de lethali fluentem vulnere plena manu coniecit, cum his blasphemiæ vocibus: VICISTI GALILÆE, SATIA TE SANGVINE. Cuius prodigioso interitu, de diabolo, eiusque ministris nefariis, fidei Christianæ persecutoribus victrix Ecclesia Catholica triumphauit. Qui Alphonso primo Portugalliæ regi, seu duci, cōtra quinque Sarracenorum reges pugnaturo in somnis apparuit, eumque nutantem constantia, animoque labentem maximè confirmauit. Iussit in aciem contra barbaros procedere, suæ virtutis adiutorio illum de futura securum victoria faciens, modo in prælium proficiscens vexillum sanctum secum pictura quinque plagarum, quas ipse Dominus in cruce susceperat, nobilitatum, insignitumque deferret. Quo Domini mandato effectui tradito, illustrissimam de his quinque regibus victoriam Alphonsus Christo Domino pro illo pugnante retulit: vnde postea in perpetuam tantæ victoriæ, huius vexilli sancti virtute partæ memoriam, Portugalliæ reges insigne vexillum his quinque plagarum Domini figura decoratum religiosè gestare voluerunt. Denique vt vnico hoc, postremoque totum probationis institutæ robur exemplo perficiam, ipse Dominus Iesus sub specie crucis in aëre videntibus cūctis apparentis, claraque luce coruscantis Alphonso regi, huius nominis 8. contra innumerabiles, propeque infinitas Arabum, Sarracenorumque phalanges, & copias laboriosè, periculosèque certanti protinus ope diuinæ suæ virtutis affulgens, admirabilem de his barbaris, infidelibusque victoriam, atque triumphum largitus est, in quo terribili certamine ducenta hostiū millia, lethalibus plagis, Catholico mucrone fortiter inflictis occubuere.

Christus D. apparuit apostata Iuliano in ruinam eius & salutem Ecclesiæ. Sozomen. l. 6. & alii.

4 Alphonso 1. Portugalliæ regi seu duci, apparuit Christus in somnis victoriam promittens de Sarracenorum quinque regibus an 1139. Annal. Portugal.

Alphonsum 8. Christus ei apparens sub specie crucis facit de Sarracenis, & Arabibus triumphare.

Sic sic Christus Dominus sua miseratione diuina piorum, Catholicorumque principum, atque sub illis fidelium populorum, strenuè, religioséque certantium pugnas, sudores militares, agonesque spectat, atque de cœlo prospicit, vt spectando iuuet, iuuandoque victores efficiat. [a] *Non enim Deus* (inquit sanctus Augustinus) *sic nos spectat, quomodo spectat populus venatores, populus venatori fauere potest, periclitantem adiuuare non potest.* Non sic Dominus Deus, non sic, qui fideles sibi, fidosque Ecclesiæ suæ bene viuendo, deuoteque parendo principes populosque Catholicos aduersos inimicas, hostilesque potestates armis dimicantes ita conspicit, vt conspiciendo foueat, ita foueat, vt fouendo periclitantes liberet, ita liberat, vt liberando corroboret, ita corroborat, vt corroborando gloriosos de cunctis hostibus suæ virtutis, gratiæque subsidio victores efficiat. Contra verò sic impios contra se, suamque Ecclesiam furialibus armis sceleratè viuendo, & peruersè credendo pugnantes respicit, vt despiciat, despiciendo deserat, deserendoque confundat. Verè namque ille dux Ammonitarum Achior, gentilis licet, Holoferni Getuliæ ciuium graui obsidione pressorum ab exercitu suo constantiam admiranti, seque interroganti dicebat. [b] *Vbicumque ingressi sunt* (scilicet filii Israel) *populus Dei electus sine arcu, & sagitta, & absque scuto, & gladio Deus eorum pugnauit pro eis & vicit, & non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui. Quotiescumque autem præter ipsum Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium.* His dictis ista subiunxit, hoc Holoferni dādo cōsilium. *Nunc ergo mi Domine, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum, & ascendamus ad illos. Quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ: si vero non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis; quoniam Deus eorum defendet,* eos scilicet, *& erimus opprobrium vniuersæ terræ.* O quoties hæc in vtramque partem experientia, praxique vera cognouimus, vt boni principes vna cum bene, fideliterque moratis populis immensos hostium exercitus Dei virtute cum illis dimicante victos, superatosque necauerint? Contra verò corrupti principes, à Christiana probitate aberrantes, & de sola Catholici nominis vmbra gloriantes, vita moribusque deprauati, Christianos exercitus, quorum ductores erāt indigni perdiderint, & barbaros infideles, hæreticos, schismaticos, aliosque huiusmodi Catholicæ religionis, Ecclesiæque Romanæ nefarios hostes, suis vitiis fortes, ipsique victi victores effecerint? Ex hoc improbitatis, nequitiæ, corruptæque vitæ fonte, hodie hæreticorum, schismaticorumque vires, conniuentibus, languentibusque Catholicis, autoritate, potentiaque valentibus, proh dolor, atque nefas! in multis orbis Christiani partibus, cum stupendo animarū interitu, exitioque conualescont. Miseri nos professione, verbisque magis, quàm vita, factisque Catholici, qui tam Deo corruptione sceleratæ vitæ displicemus, vt ipsius in nos per barbaros, infideles, hæreticos, schismaticosque feruor indignationis, iræque desæuiat! In hoc longè miseriores, quòd cùm tot mala, infortunia, calamitatesque quibus vndique publicè, priuatéque circumfundimur, agnoscamus, acriterque sentiamus, earum nihilominus causas, scelera nempe nostra sincerè recognoscere, confiterique renuamus. At omnino miserrimi, quod cum tot mala non ab alio, quàm à sceleribus vitæ nostræ fonte redundare sciamus, palamque profiteamur, ab eorum tamen contagione liberare nos salutari pœnitentia deprecemur. Sed vt eò, vnde breui digressione paululum nostra deflexit oratio, redeamus; nobis cum Hormisda sancto Pontifice, ad omnes orthodoxos orientales scribente liceat exclamare. [c] *Spectat agones suorum* (scilicet Deus, Christusque Dominus) *qui magnorum est retributor munerum. Nam quis non frangeretur malis, nisi eum ex aduersis præmia consolarentur? Spes illa est, quæ non finit in desperationem deficere, siquidem excludit amaritudinem passionum, dulci sapore virtutum. Quis enim magni facias præsentia sciens æstimare ventura? Quis dispendia vitæ renuat, si quæ sunt recipienda considerat.* Quibus præmiis Deus pios, Catholicosque principes vna cū fidelibus populis sub illorū vexillo imperioq. pro se, suæque Ecclesiæ defensione religiosè, generoséque certantibus afficit, remunerat, atq. perfundit. Cùm post pugnas, victorias illis, post victorias, triumphos, coronasque largitur. Semper ille victor de hostibus euadet, cui Deus suæ gratiæ largitate præsens affulget. [d] *Deum namque semper victoria sequitur, & ad eos accedit, qui-*

2. Pars. Spectat Deus agones suorum pro sua gloria, Ecclesiaque sua defensione pugnantium, & spectando iuuat, iuuandoque victores facit

a S. Aug. ser. 4. de verbis Domini.

Deus iustos iuste pugnantes respicit vt iuuet & iuuando victores faciat, impios verò impie dimicantes conspicit vt despiciat & despiciendo confundat.

b Iudich. c. 5.

Luctus maximi causa vnde quòd mali principes, & populi nomine tenus Catholici suis vitiis temp. Christianum perdunt, & Dei religionisque Catholicæ hostes victores suos vitiis efficiunt.

c Hormisdæ epist. ad presbyteros diaconos archimandritas secundæ Syriæ, & ad omnes orientales orthodoxos quæstione 21.

Vbi per gratiam præsentiam Deus affulget, ibi victoria.

d Theodoret. l. 4. hist. c. 35.

Valentis, & illi ſimilium principum Theomachia obſtitit victoriis.

bus ſe Deus ducem præbet. Vt præclare dux pius, Catholicuſque Traianus imperatori Ariano Valenti dicebat, exprobrando illi, quod ſua hæretica improbitate Deum, eiuſque gratiam expellendo à ſe, victoriam Romano exercitui, factus per abominationem hæreſeos, apoſtaſiamque à Catholica fide, Gothis barbaris inferior, ignominioſiſſimè perdidiſſet. Sic enim Ariano principi ſibi ignominiam, timiditatemque, quòd victus eſſet à Gothis exprobranti, *liberè, vt fortem virũ decebat* (inquit Theodoretus) *reſpondit. Non ego ſum victus, ſed tu victoriam cõrumpis, imperator, qui aduerſus Deum aciem inſtruis, & fortunam belli concilias barbaris, quia enim in bello perſequeris eum, tranſit ad barbaros: quem & victoria ſequitur: conſequunturque eam Deo duci parentes.* Atque vt ſpectator ſimul, & pugnator adeſt iuſtis, pro quibus virtus Dei pugnat, parum humanarum virium opus eſt ad victoriam. Vt exemplo admirabilis victoriæ de Radagayſo Scytharum rege, cum ducentis armatorum, dimicantiumque millibus Italiam ingreſſo, diuinitus à Catholicis, Chriſtianiſque ducibus, imperante Honorio, eiuſq. virtutum meritis obtentæ comprobat Oroſius, cũ poſt multa hæc ait.[a] *Quid multis moror? non diſpoſita in bellum acies fuit, non furor, timorque incerta pugna prætulit, non cædes acta, non ſanguis effuſus eſt: non poſtremo (quod felicitatis loco deputari ſolet) damna pugna, euentu compenſata victoria, edentibus, bibentibus, ludentibuſque noſtris, tanti illi, tamque immanes hoſtes, eſurientes, & ſitientes, languenteſque confecti ſunt.* His præterea adiungit hos magnos diuinæ virtutis effectus in prælijs, pro conſequenda tuto victoria.[b] *Parum hoc eſt niſi captũ, & catenatum, ac ſubiugatum ſciant, quem timuere Romani, illumque idololatram ſuum, cuius ſacrificia ſe magis pertimeſcere, quàm arma fingebant, ſine prælio victum ac vinctum ſub iugo, catenisque deſpiciant. Igitur rex Radagayſus ſolus ſpem fugæ ſumens clam ſuos deſeruit, atque in noſtros incidit, à quibus captus, & paulisper retentus, deinde interfectus eſt.*

3. Pars. Cùm Deus pugnat pro ſuis, parum his opus virium humanarum.

a Oroſius l.7.

Memorabilis de Radagaiſo Scytharũ rege victoria virtute Dei.

D. Aug. l.5. de ciuit. c.23.

b Ibid.

Non valde verò magna humanarum virium copia Catholicis, religioſiſque ducibus, atque principibus ad ſuperandas magnas hoſtium religionis Chriſtianæ phalanges opus eſſe, vbi diuina virtus, gratiaque Chriſti D. miſericors in adiutorium ſuccurrit illis, & aduentat, quid euidentius, apertius manifeſtare poteſt, quàm factum illud miraculoſum Catholici principis ducis Foroiulii in Italia Vuectatis, qui in gratia Chriſti diuino eius confidens auxilio, cum viginti quinque armatis pari cum eo pietatis, fideique Chriſtianæ incenſis ardore, in medium quinque milliũ Sclauorum infidelium armis, viriumque robore potentium adeò confidenter, generoſéque propriæ vitæ pro defenſione Catholicæ religionis obliti proſiliunt, vt omnes illos barbaros præter admodum paucos elapſos fuga morti cruentæ dediderint. Quod breuius quàm res tam miraculoſa poſſet explicari hoc tenore verborum Paulus diaconus euulgauit.[c] *Venientes Sclaui caſtra metati ſunt in loco, qui Broxas dicitur, non longe à Foroiulij: ſecundum autem diuinam diſpoſitionem cõtigit, vt dux Vuectari ſuperiori veſpere à Ticino reuerteretur, neſcientibus Sclauis, cuius comites iam ad propria (vt aſſolet fieri) remeaſſent: ipſe hoc nuntium de Sclauis audiens, cum paucis viris, hoc eſt cũ viginti quinque contra eos progreſſus eſt: Quem Sclaui cum tam paucis venire conſpicientes irriſerunt, dicentes patriarcham contra ſe cum clericis aduentare.* Quia ſcilicet patriarcha Aquileienſis primùm, poſtea ex inſula Grado pulſus tunc temporis in caſtro Chermone apud Forumiulii morabatur, quem Chermonem redire Sclaui illi barbari crudeles arbitrabantur. Pergit ita poſtea Paulus mirabilem Vuectaris victoriam de illis infidelibus narraturus.[d] *Qui cum ad pontem Natiſonis fluminis, qui ibidem eſt, vt Sclaui reſidebant propinquaſſet,* (ſcilicet Vuectari) *caſsidem ſibi de capite auferens, vultum ſuum Sclauis oſtendit: erat enim caluo capite. Quem dum Sclaui, quia ipſe eſſet Vuectari cognoſcerent, mox perturbati Vuectarim adeſſe clamitant:* DEOQVE EOS EXTERRENTE, *plus de fuga, quàm de prælio cogitant, tunc ſuper eos Vuectari cum paucis, quos habebat irruens, tanta eos ſtrage proſtrauit, vt ex quinque millibus virũ vix pauci qui euaderent remanerent.*[e] Hæc Paulus. Quis hanc victoriam Dei partam virtute ſublimiter admiratione minorem dicet illa victoria, quam dedit Ionatæ Saulis filio Deus cùm in cacumine montis, cum armigero ſuo Philiſtæis apparens ex illis multos ſuo perterrens aſpectu fugauit, atque magna ex parte conſtrauit. Quid enim homine Catholico diuinæ Chriſti gratiæ viribus armato ad vincendum omnes Dei, Eccleſiæq. ſanctæ perduelles, hoſteſque fortius? Quid ad triumphandum de illis hoc diuinæ virtutis adiutorio potentius? Teſtis ſit illa generoſa nobiliſſimæ, ſanctiſſimæque mulieris Azoes martyrio proximæ ad præſidem. *Mulierem,* inquit, *Marti ſacrificare compellis? Vt oſtendas Martem veſtrum fœminis delectari. At ſi ille potuit impudiciſſimæ veneri pudorem eripere, mihi certè triumphum fidei in fronte geſtanti non poterit præualere. Non enim ego contra eum luctor meis viribus, ſed Domini mei Ieſu Chriſti freta virtute, & vos, & illũ pariter contemno.* Deus namque principibus fide, pietate, fiducia, obedientiaque filiali erga ſe ſuamque Eccleſiam præſtantibus contra hoſtes ſuos certatoris auxilium cumulatiùs abundantiori ſuæ benignitatis, miſericordiæque menſura præſtare ſolet, quàm quod Cyro Perſarum regi his verbis in veteri teſtamẽto ſpoponderat.[f] *Perge fortiter, ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo. Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam, & dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum.* Quod attente cõſiderans Heraclius, ſibique pro Dei, Chriſti D. cauſa, fideque iuſtè dimicanti promittens, rurſus prælia contra Perſas iterare paratus *ad ſuos,* inquit Theophanes, *quos videbat animo conſternatos,* propter ſcilicet auctas Perſarum vires, & copias, *concionem habuit monens eos ne timerent, utpote qui Deum haberent ſecum, cuius ope facillimè accidere poſſet, vt vnus mille inſequeretur, & vinceret, &c.*

Memorabilis victoria Catholici, religioſique ducis Vuectaris ſolum viginti quinque comitatis equitibus de quinque millibus infidelium Sclauorum.

c Paulus Diaconus l.5. c.8. & 9. in veteri editione.

d Ibid.

e 1 Reg. c.14. v.13. & 14.

Dei muniti gratia duces vincunt hoſtes ex Azoes martyris in eius actis reſponſione.

f Eſaiæ c.45.

Heraclius in Dei confiſus auxilio Perſas vicit.

Theophanes l.18. Miſcellan. an. imperii Heraclii 14.

CAP. VI.

Agnoscentes pij Principes suam à Dei virtute procedere victoriam, se ipsos humiliando vehementer in conspectu Dei, & illum magnificando, sublimiter totis corporis, & animi viribus exaltando, sponsæ eius Ecclesiæ sanctissimæ matri sapienter obediendo, & fortiter opitulando, maximas Deo meritoriè gratias agunt de parta victoria exultantes, æternæ postea gloriæ recepturi coronam.

1. *Solennes Iudæi orationes sacrificiaque publica Deo in actionem gratiarum, pro partis victoriis præstare, & exhibere solebant, sicut ethnici dæmonibus, suis diis faciebãt.*
2. *Catholicorum Christianorumque principũ actiones Deo gratiarum pro victoriis, triũphisque acceptis, Quorum causam non fortunam, vt ethnici dementati, sed Dei veri gratiam agnoscunt.*
3. *Religiosi principes non tantum armis materialibus, sed & spiritualibus precibus nempe, bonis moribus, & operibus pugnare debent: vt virtus Dei eis ad victoriam affulgeat.*
4. *Religiosi Reges, ac principes nihil de proprijs viribus præsumentes omnem victoriarum gloriam, soli Deo deuotissimè referunt; Qui dum eorum merita remunerat, sua dona coronat.*

Hoc autem omnipotens auxilium, gratiam, virtutemque diuinam in se ipsis (quibus eos armatos Christus Dominus eorum spectator agonum de cunctis hostibus victores triumphare fecit) agnoscentes prudenter, ingenuéque confitendo præ se ferentes, religiosi illi, Catholicique reges, principes, & Imperatores, in se sanctitate vitæ, puritatem fidei Christianæ, religionisque monstrantes: humiliant se ipsos in conspectu Dei, illum magnificando, sublimiter totis corporis, animique viribus exaltando, sponsam eius Ecclesiam sanctissimam D matrem, vnà cum Vicario Romano Pontifice omni veneratione, amore, obedientiaque colunt, omnibus eos imperij, principatusque sui propugnaculis protegunt. Et ita protegendo maximas Deo meritoriè gratias agunt, de partis illius virtute victoriis exultantes, æternæ postea gloriæ lauro coronandi. In eam verò maximas agendi Deo gratias pro victoriis adeptis rationem iusti sapientesque principes impelluntur, considerantes attentè victorias illas, non à suis viribus, & industria, non à multitudine, ac fortitudine militum, sed ab ipsius Dei miserantis, adiuuantisque virtute, gratiaque processisse. Vnde pro hac Deo gratiarum actione solemnes preces fundere, sacrificia publica in honorem Dei, exhibitionemque supremæ adora-

A tionis, in veteri testamento, pro victoriarum de hostibus consecutione principes Iudæi, atque populi præstare solebant. [a] Holoferne Nabuchodonosor Assyriorum regis exercitus ductore, capite virtute Dei mulieri sanctæ cõmunicata truncato, cuncti populi, & Principes Iudæorum Hierosolymam celeribus maturarunt itineribus: vt ibi holocaustorum consecratione, piarum supplicationum votorumque profusione Deum suprema venerantes adoratione, immortales, maximasque pro tantæ lauro victoriæ ipsi gratias singulari deuotione referent. Religiosus, piusque Rex Iudæorum [b] Iosaphat admirabilem eadem Dei miserantis, auxiliantisque virtute de Moabitis, Idumæis, Ammonitisque victoriam gloriosè consecutus, in similes cum exercitu toto gratiarum actiones profusus, Deum cœli, & ter-B ræ, exercituum Dominum summa cum pietate, religioneque sincera sublymiter adorauit. Eodem veræ pietatis, religionisque sanctæ fulgore Machabæi coruscantes, similibus honoribus, laudibusque diuinis Deum pro domitis, triumphansque veræ Iudæorum religionis hostibus, gratias illi referendo victores adorarunt. Id ne mirum videri debet? Minimè gentium! Cùm ethnici impiæ superstitionis imaginatione delusi, dijs suis, id est inferni dæmonibus ad puluinaria supplicationes facturi properando, ibi sacrificia peragendo, pro victoriis, triumphisque, quos illorum adiutorio se percepisse credebant, solennes gratiarum actiones, magnificasque pompa publica reddiderint? Id Romæ factum est cùm propter egregia, prosperaque [d] Iulij Cæsaris aduersus Gallos, in Gallia certamina, senatus C supplicationes, publicasque gratiarum actiones diis suis, quindecim dierum spatio fieri decreuit. Sic & Cicero propter res præclarè, feliciterque gestas ab Octauio [e] Cæsare, habita in senatu concione, per quinquaginta dies supplicationes fieri diis reip. tutelaribus, gratiarũq. actiones referri persuasit. Totidẽ supplicationũ publicarum dies senatus cõsulto decreti dijs in gratiarũ actiones, postquã Brutus Antoniũ, hostẽ patriæ iudicatum Mutinensi prælio profligauisset. In quibus grãdes natu matres manibus amplexæ, atq. viri semotim coronati procedebant, cũ faustis acclamationibus, omnibusq. prosperis, in tẽpla properabant: ibique dijs suis, quos diabolica fraude fascinati veros esse credebãt, gratias quas poterãt maximas humiliati iacẽtes ad puluinaria profundebãt. Ita Maximino tyrãno cũ filiis, & amicis eius partes sequentibus, à Romani militibus D exercitus ignominiosè, seuereq. trucidato, eius aliorũq. cũ illo necatorũ capitibus Romã delatis, [f] *quæ non ad aras, & tẽpla festinaret*, inquit Herodianus, *nulla fuit ætas*. Quantò autẽ iustiùs, sanctiùs, religiosiusq. Christiani principes, reges, imperatoresq. pietate Catholica, fide, deuotioneq. Deo, Christo D. eius sponsæ, vicarioq. obsequẽtissima præstantes, post victorias, potenti manu Dei, Christiq. D. meritoria virtute de hostibus vniuersis acceptas in preces supremæ adorationis exercitia, votaq. religiosa fũduntur; vt acceptissimas Deo, Christoque Domino gratiarum actiones pro tantis beneficiis, qua possunt ope, affectuque referre conentur? Hoc fecit Constantinus Magnus Maxentio, Licinioque superatis, hoc Magnus Theodusius, qui in actiones gratiarum Deo, Christoque suo Domino

Solennes orationes sacrificiaque publica Deum actionem gratiarum pro partis victoriis Iudæi præstare & exhibere solebant.

a Iudith. c. 15.

b 2. Paral c. 20

2 Machab 10

Ethnici de hostibus victores diis suis gratiam oblatione sacrificiorum supplicationumque retulerunt.

d Plutarch & Suet in Iulio Cæsare.

e Philipp 14. Appianus l. 3 bellorum ciuilium.

Vide Alexandrum ab Alexandro lib 5. genialiũ dierum c. 27. & ibi Tiraquellum.

f Herodianus in Maximino tyranno l 8.

2. Pars.

Catholicorum Christianorumque principum gratiarum Deo actiones pro victoriis, triumphisque ab illo acceptis. quorum causam non fortunam vt infideles insensati sed Christi gratiam agnoscunt.

3. *Constantinum Magnum.*

Nicephorus l. 7. c. 40.

a. Theodosius in gratiarum actionem Deo ob obtentas ab eo victorias idola, lupanaria, aliasque impietatis paganicæ reliquias extirpanda curauit.

b Prudentius l. 1. carminū contra Symmachum.

mioo victori victoriarum ab eius gratia virtutéque profectarum triumpho, idolorum Romæ [a] lupanarium, aliarūque impietatum superstitionis paganicæ reliquiarū extirpationē, Christianæ religionis incensus amore, honorisque zelo Christi redemptoris adiungere voluit, vt Prudentius, D. Augustinus, Socrates, aliique scriptores Christiani testātur. Ait enim D. Augustinus.[b] *Post adeptas ab eo diuina ope victorias, simulachra gentilium euertenda vbiq; præcepit, satis intelligens nec terrena munera in dæmoniorum, sed in Dei veri esse posita potestate* &c. Lupanariū verò turpissima Romanorū consuetudine meretricatorū, factæ à religiosissimo Imperatore post victorias extirpationis ita Socrates meminit.[c] *Si qua mulier in adulterio esset deprehensa, eam cùm delinqueras supplicij genere non ad tollendū peccatū, sed ad augendum coercere solent Romani. Nam illam in Augustū lupanar inclusam turpiter impudenterque scortari coegerūt. De qua flagitiosa consuetudine Imperator certior factus, eam omnino non ferendā putauit: sed Sestra,* (sic enim lupanaria nuncupabātur) *demoliri iubet, aliasque leges, quibus mulieres deprehensæ in adulterio coercerentur, sanxit.*

c D. Aug. l. 5. c. 26 de ciuit.

3 Theodosij iunioris pietas in agendo gratias Deo pro consecuta de tyranno Ioanne victoria aui sui virtutes æmulantis.

Huius Imperatoris optimi pietatē, fidē, sanctitatēq; in supplicādo Deo, eiq; purissimas pro acceptis beneficiis, vt victoriis admirādis, gratiarū actiooes agēdo, nepos Theodosius iunior æmulatus est. Qui propter cōsecutā celeberrimā de tyrāno Ioāne Rauennæ capto, necatoq. victoriā, per ductorē sui exercitus Asparē, Christi D. virtute Angelico cōmunicata ministerio, relictis ludis Circēsibus, maximas Deo, Christoq; D. huius largitori victoriæ solēnibus supplicationibus, votiq; publicis, omni populo cuiusq; cōditionis, & sexus ad Ecclesiā Dei, relicto circo properāte gratiarū actiones magna cum deuotione peregit. Vt [d] Socrates his verbis est author: *Quo tempore Imperator etiam sanctissimus* (scilicet Theodosius iunior) *cui ludos Circenses peragenti significatum est tyrannū è medio sublatū esse, suam eximiam erga Deum pietatem perspicuè declarauit, sic enim populū affatur. Relictis his oblectamentis, hæc potius (si videtur) nos referamus, & ad Ecclesiam profecti preces Deo, quibus illi pro tyranno ipsius manu occiso agamus gratias, piè fundamus. Quæ cùm dixisset, non modo spectaculis finis impositus fuit, verùm etiam omnes illis neglectis, per mediū circum vna voce gratiarum actionē pariter cum Imperatore decantantes iuerunt, rectaque ad Ecclesiam Dei contenderunt.* Notæ sunt omnibus Gallicarum historiarum, annaliūque studiosis, apud [e] Teganū, [f] Egiarthum, & alios, qui res Francorū describunt, toties iteratæ religiosissimę supplicationibus publicis, missarumque solennis actæ Deo gratiarū actiones Caroli Magni, Regūque Imperij Gallici Christianissimorū, quotiescumq; illius miseratione, diuinaque virtute de hostibus Dei, Ecclesiæ Catholicæ, suique regni victorias, gloriæ præcinctis lauro retulerunt. Alphōsus Aragoniæ Rex, illustri, gloriosaque de hostibus, matutino tempore, in Campania Italiæ victoria, pontus eam diuinæ virtutis auxilio acceptam referēs, non prius armis exuere se, suique curā corporis habere voluit, vt defatigatum magnis pugnæ laboribus paulisper sublevaret, atque reficeret, quàm maximas Christo D. tanto largitori victoriæ, singularibus precibus, votisque præcipuis gratiarū actiones deuotè persolueret. Has quidē dignissimas Deo verò gratiarū actiones, Christiani, boniq; Catholici principes religiosa, qua possunt pietate præstare solent, quòd illius gratiam,

d Socrates l. 7. c. 23.

4. Caroli Magni, & Regum Franciæ.

e Teganus vetustus historicus Francorū. Eginorthus. Annal Franc.

5 Alphonsi Aragoniæ. Ludouicus Dominicus l. 16 de varia historia. Gratiam Dei p. j Catholici que principes victoriarum causam agnoscunt, non fortunam, vt malè pagani opinabantur.

A misericordiā, virtutem, omniū victoriarū memorabiliū procreatricē, eamque in bello cūcta posse credāt. Non sicut demētes ethnici, & insensati pagani fortunā in prælijs, bellisque præsidere, quæ quibus vellet largiretur victorias impiè sibi persuadebāt, & arbitrabātur. Sicut ille Gallorū domitor: & postea propriorū ciuiū, Quiritumque Cæsar,[g] qui dicebat, *Fortunā plurimum posse tum in reliquis rebus, tum potissimū in bello, & paucis momētis magnas rerū cōmutationes efficere.* Sicut ante illū Eschines magnus Græciæ orator, Demosthenis æmulus rerū bellicarum facta fortunæ opus esse cōtendebat. Et propterea illi boni principes Catholicæ puritatis fidēres in Deo, in illius miserāte B gratia, virtuteq; sola sperātes verè sicut Apostolus[a] pugnāt, *non quasi aërem verberātes, sed castigāt corpus suum,* id est duris præliorū laboribus, sudoribusq; cōtinuis assuefaciūt, [i] vnde pro causa Dei *bonum certamē*, cum Apostolo, *certant*; quod cum illis præliāte virtute diuina, necessario semper victoria triūphusq; sequūtur, quę illis Deus per Iesum Christū, eiusq; merita largitur. Quam virtutē in dimicādo, vt semper retinere valeāt, nō solùm armis, manuq; corporis, sed lingua, corde, id est precibus, bonis moribus, votisque ad Deū deuotè, pieq; sine intermissione profusis, inuictissimè præliātur, vt accidat illis prosperè, quod libro numerorū scriptū est de populo, cum Amalechitis pugnante.[k] *Quia sicut vitulus ablinget in cāpis herbā virentē, ita ablinget populus hic populum, qui super terrā est. Per quod,* inquit Origenes, *vt à maioribus accepimus, indicatur populum Dei non tam* C *manu, & armis, quàm voce, & lingua pugnare, id est orationē ad Deum fundendo,* lingua triplici oris, cordis, operis. Cumq; sic prosperè diuina virtute victoriā cōsecuti dimicauerint, post victoriā canēdo, læti triumpho, gratias Deo, eius tāti beneficij memores ingētes humillimè, sicut religiosissimè persoluere, referreq; conātur. In cuius rei fidem nō sine mysterio Spiritus sancti vox in cāticis affatur.[l] *Quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum.* Quis nō diceret huius ignarus mysterij verba hæc ex diametro inter se pugnare? Quæ enim cōnexio chororū cum castris? Cùm chori, pacificis, & iubilantibus; castra verò turbulētis discordiarū, contentionumque volutis turbine conueniāt? Sed hæc sacri loci, in specie diuersa, & opposita Theodoretus doctè, eleganterque conciliat cùm ait.[m] *Sponsam Christi D. Ecclesiam ex multis cōgregatā fidelibus, propter fortitudinē, ingentes, quos in* D *filiis suis gestat animos, indomitum constātia, patientiaque robur, armaque militaria, quibus assiduè contra sponsi sui Christi D. perduelles exercetur, meritò castris esse similē, choris etiam cōparari, quod perpetuò diuinas laudes Deo gratias referendo, in ore, cordeque gerat, & cū iis exultās de spōsi, suisque superatis hostibus, lætabunda triumphet.* Addit præterea Theodoretus[n] in canticis Spiritum sanctum nō dixisse, *castra chororum, sed choros castrorum, vt significetur Ecclesia sancta de suis hostibus victoria, quā laudes diuinæ pro gratiarum actionibus Deo consequuntur; itaque ex castris chori fiunt. Cùm enim in castris vicerint virtutis milites, nō pæana, sed hymnos sacros Deo vero canentes reuertuntur, & choros ducētes victoria præconium laudibus celebrant.* Hæc ipse. Sed quoniā[o] *vita hominis militia est super terram*, cui nūquam deficiunt hostes visibiles, inuisibilesque debellandi virtute Dei, principes religiosi, vereq; Catholici hoc sibi proponentes sibi persuadere debēt, nunquā se ab armis cōtra omnes Dei, Ec-

g Cæsar l. 3. de bello Gallico

Eschines orat. De male gesta legatione.

a 1. Cor. c 9 v. 07.

i Ad Timot. c. 6. Corinth. c 15. 3. Pars.

Religiosi principes Catholici, non tantum armis materialibus, sed & spiritualibus, precibus scilicet operibus, bonis moribusq. pugnare debent, vt virtus Dei eis ad victoriā effulgeat.

k Numer. c. 22.

Orig. comment. in c. 9. ep. 1 ad Cor.

Mysterium cōnexionis chororum cum castris.

l Cantic. c. 7. v. 6.

m Theodoret. in c 7 cātic. v. 6.

Cur Ecclesia Dei, & choris & castris assimilētur in canticis.

n Theodoret. ibid.

o Iob c. 7 v. 1.

Principes quã diu in mundo viuunt cum Dei, Ecclesiæ suisque apertis, & occultis hostibus legitimè certare debent, vt vincant, & postea coronentur.

clesię, suosque aduersarios, & hostes fortissimos, ferocissimosque feriari debere, quamdiu sunt in hac vita superstites, confectoque vno feliciter prælio, quibusdam deuictis hostibus ad aliud cõtra nouos hostes superandos, eiusdem diuinę virtutis armis munitos, repetitis belli sudoribus illico properare, vt eorum labor in dimicando sit semper actus in orbem. Nunquam enim illis deficient hostes, si enim visibiles, & externi superati quiescant, inuisibiles, & intestini furiosiùs renouaturi pugnas, præliaque cõtra principes illos de peccatoribus, impiisque carnalibus hostibus victores aduolabunt. Quales sunt dæmonia,[a] *Principes tenebrarum, mundi rectores, spiritualia nequitiæ in cælestibus*: quibus caro, & mundus contra seruos Dei perniciosè coniurati militant: quos omnes vincere non poterunt, nisi legitimè certauerint, vt possint postea coronari, secus nunquam, Iuxta illud Apostoli.[b] *Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit.* Quid sit autem secundùm Apostoli mentem legitimè certare doctores sancti, vt S.[c] Augustinus ostendũt, nimirũ certare secundum leges agonis à Deo latas, hoc est ipsius humiliter, Ecclesiæ sanctæ præceptis, imperiisque parendo, atque dociliter obediẽdo. Et hac ratione, formaq; legitima certantes impossible est huiusmodi principes religiosè dociles sic eos semper adiuuãte Deo nõ vincere. Propter hoc dixerat sapiẽs.[d] *Vir obediens loquetur victorias.* Quod videlicet iuxta S. Hieronymi in hunc locum cõmentarij expositionem: *dum quis per obedientiã sua desideria vincere satagit, per iustitiam iudicis postea victoriæ palmam percipit.* Quam expositionem hisdẽ planè verbis postea Beda[e] probauit. Et talibus principibus obediẽtibus, Dei voluntatẽ, non suam, facientibus, gloriosa post dimicationes, pugnasque legitimas, victoria promittitur. Dei autem voluntas est, vt cõtinuo, quoad victuri sunt in hoc mũdo contra omnes hostes suos visibiles, & inuisibiles, cuiuscumque impietatis diuinis legibus obsistentis armis iustis, legitimisque digladientur, meritoriaque pugna luctẽtur. Propterea non sine mysterio dixit in Apocalypsi Christus D. Saluator mundi, & de omnibus sui patris hostibus triumphator.[f] *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.* Vbi obseruandũ Christum D. non dixisse, *dabo ei qui vicit*, in præterito, sed in præsenti, *vincenti*, sicut alibi in eodem huius libri capite.[g] *Vincenti dabo manna absconditum.* Quia non sufficit principibus Christi o. militibus ad plenam victoriã, gloriæque perpetuæ coronã semel Dei hostes vicisse, vel sępiùs renouato certamine superasse, nisi semper vincãt, semperque post domitos hostes, vel eosdẽ semel, atque iterũ superatos, sed reparatis viribus, nouisque copiis renouantes prælia paratiores assurgãt. Bene cum S. Basilio scientes,[h] *S. Antonio vincẽdi securitatem vnum de Diabolo, eiusque fraudulentis artibus, & machinis triũphũ minimè dedisse: neque ipsi diabolo, eiusq; satellitibus semel fractas defecisse vires.*[i] Nec illud Ethnici scriptoris ignorantes, *frequentissimũ calamitatis initium esse securitatem, neminemque celeriùs opprimi quàm qui nihil timet*; illudque Alexandri Magni apud Curtium semper obseruantes animo.[k] *Nihil tuto in hoste despicitur, quem spreuerit valentiorem negligentia faciet.* Neque præ modestia, consensu pugnant cum eo, qui experientia magistra dixit.[l] *Incertus exitus pugnarum, Mars communis, qui sæpe spoliantem, & iam*

a Ephes. c. 6.

Quid sit certare legitimè.

b 2. Ad Timot. 2.

c S. August. l. de gratia, & lib. arbitr. c. 6.

d Prouerb. 21. v. 28.

e Beda Cõm. in c. 21. v. 28. prouer.

Semper pij principes cum Dei, Ecclesiæ regnique hostibus legitimè pugnare debent vt vincant feliciter vsque in finem.

f Apoc c. 2. *Nota conceptionem.*

g c. 2. v. 17. Apoc.

Hostium vires quamuis debiles non spernenda.

h S. Basil.

i Velleius l. 2.

k Curtius l. 2.

l Seneca.

A *exultantem euertit, & perculit ab abiecto.* Itaque sapienter pauidi semper, propriis diffidentes viribus, in solo Dei adiutorio spetantes in pace, ad instar magni illius apud[m] Plutarchum ducis Atheniensium Philopemis, res bellicas, militaresque pertractant, ne ab hostibus incauti circũueniantur. Clypeum, & arma contra partes aduersas abiiciendo nunquam, quamdiu halitum vitæ superstites in terra spirabunt: maximi ducis Iosue, diuini ductoris exercitus in Israel virtutem factumque diuinitus imperatum sapienter, constanter, & fortiter imitãtes.[n] Qui in Hai ciuitatis oppugnatione manum minimè contraxit, quam in sublime clypeum tenens ex mandato Dei porrexerat, & eleuauerat; donec omnes Hai habitatores, & incolæ neci crudeliter in ore gladij traderentur. Sic illi clypeum de manu nunquam, armaque ex Dei præcepto deponũt, donec omnes

B Dei Ecclesiæ, regni, suæ propriæ, populorumque salutis hostes ad suum vsque ruinæ, internecionique demiserint. quod nonnisi in extremo morientis vitę suspirio illis, cæterisque fidelibus visibilia Dei, inuisibiliaque certantibus prælia contingere potest, quod inter cęteros magni nominis, meritique principes, & Imperatores Theodosio Magno contigit. Qui cum vsque ad vltimum vitæ diem, spiritumque contra omnes Dei, Ecclesiæ, imperij perduelles, inimicosque victor semper plus fidei, pietatis, obedientiæ, charitatisque virtutibus, quàm materialibus armis prosperè pugnasset: moriens ad eadem sancta contra omnes religionis Christianæ, publicæ, priuatæque animarum salutis hostes, hisdem virtutum armis certamina filios suos Arcadium, & Honorium, quibus mundi imperium

C distribuerat, exhortatione paterna concitauit. Vt bene viuendo aduersarios omnes fortiter, feliciterque domarent: & ita Dei miseratione, gratiaque victores, temporalis in hac vita, & æternæ, in altera gloriæ à Christo Deo corona donarentur. Sic enim Theodoretus de eius Imperatoris factis, verbisque nouissimis in morte loquitur.[o] *Hac parta victoria* (scilicet de Eugenio) *Theodosius in morbum delapsus, filiis imperium distribuit: ac maiori natu eam partem, quam ipse rexerat, minori autem Europæ tradit gubernacula: vtrumque veram pietatem colere hortatur, ea enim, & pacem conseruari, bellum extingui, hostes in fugam verti, trophæa erigi, & victoriam denique constare. Hac hortatione filiis adhibita, obiit mortem, cuius gloria sempiternæ memoriæ commenda-*

D *ta est.* Et in fine superioris capitis prosperitatem, felicitatemque in vincendo triumphandoque de cunctis hostibus Dei, à fiducia, pietateque in Deum, eiusque misericordiam in dubiis vitæ periculis auxiliatricem promanasse docens, caput illud ita concludit.[p] *Talem se Theodosius tum in pace, tum in bello præstitit, quippe semper diuinum implorans auxilium, semperque illud consecutus est.* Sed dum religiosi, conspicuique sanctitate Catholica principes de parta victoria iustè, honesteque lætantur, & exultant, modestè quidem hoc, humiliterque faciunt: nihil de suis viribus, potentiaque præsumentes, omnem victoriæ gloriam, honorem, partaque trophæa Dei virtuti, gratięque cuius auxilio freti gloriosè vicerũt, accepta referunt, dicentes cum Propheta regio.[q] *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Et cum Apostolo.[r] *Gratia Dei sum id*

m Plutarch. in eius vita.

n Iosue c. 8.

Theodosius M. cum semper in vita bene viuendo contra Dei hostes feliciter victor pugnauisset, filios ad sui imitationem moriens cohortatur.

o Theodoretus l. 5. c. 25.

p Theodoret. c. 24. in fine l. 5.

4. Pars

Pij principes omnem victoriarum gloriam soli Dei gratiæ acceptam referũt nihil de proprijs viribus præsumentes

q Psal. 113 v. 9

r 1. Cor 15 v. 10.

quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit: ſed abundantius laboraui, non ego autem, ſed gratia Dei mecum. Sienim duces exercitus regom, imperatorum, ſupremorumque principum præfecti copis omnem laudem, gloriamque victoriæ in principes illos ſub quorum autboritate militant refundere ſoleant, vt ſæpius [a] Ioab Dauid Regis ductorem exercitus feciſſe literæ ſacræ teſtãtur. Beneque moneat ſalutari conſilio Tacitus huiuſmodi ducem: *Ne ad famam tuam geſtus exultes, ſed ad autborem, & ducem, vt miniſter fortunam referas. Cùm ea ſit conditio Regum, vt caſus tantùm aduerſos hominibus tribuant, ſecundos fortunæ ſuæ.* Quantò magis ſummi illi, Chriſtianæque pietatis luce fulgentes omnem ſuarum victoriarum gloriam, honoremque Chriſto D. principi regum terræ, per cuius gratiam, virtutemque victores euaſere, refundere tenentur? Sicut fecit valde meritoriè, & honorificè noſtro ſeculo Carolus Quintus, heroica, Catholicaque generoſitate valdè sublimis Imperator: qui miraculoſo planè certamine omnibus Lutheranæ factionis, abominationiſque recens exortæ ab inferis, hereticæ principibus, proteſtantibuſque deuictis ſubiugatiſque, Deo, Chriſtoque D. omnem mirabilis, ſubitæque victoriæ gloriam referens, & attribuens Iulij Cæſaris ex parte verba vſurpãdo dixit. [b] *Veni, vidi*, & non (vt ille addidit) *vici*: verùm illa. [c] *Et Deus Chriſtus Dominus per ſe in me vicit.* Quod facientes alij pij, Catholicique reges, ac principes, ſicut per Chriſti Domini virtutem, vincunt hoſtes, de hiſque domitis glorioſè triumphant: ſic per eandem Chriſti D. virtutem, gratiam, miſericordiamque, propter ſua opera bona, reſque præclarè, religioſèque geſtas felicitatis æternæ lauro coronabuntur. Quæ dum Saluator noſter *Rex Regum, Dominus dominantium, Princeps Regum terræ*, in illis pijs, Catholiciſque principibus, ſicut in cæteris fidelibus ſuæ gloriæ, & honori, per bona fidei, diuinæque charitatis opera velificantibus operatur, illorum coronando merita, nihil aliud agit, quàm ſua munera coronare, vt eleganter, & eruditè S. [d] Auguſtinus aſſerit. Propterea regius Propheta cecinit. [e] *Miſericordia eius præueniet me.* Et alibi. [f] *Miſericordia eius ſubſequetur.* Vnde & *ipſa vita æterna*, inquit idem ſanctiſſimus doctorum magiſter, *quæ meritis præcedentibus redditur, tamen quia eadem merita quibus redditur, non à nobis parata ſunt per noſtram ſufficientiam, ſed in nobis facta per gratiam* (Chriſti nempè Domini) *& ipſa gratia nuncupatur.* In cuius myſterij intelligentiam S. Paulus poſteaquam dixit. [g] *Stipendium peccati mors*: ſubiunxit. *Gratia autem Dei vita æterna, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Non dixit*, inquit S. [h] Auguſtinus, *ſtipendium autem iuſtitiæ vita æterna, ſed gratia Dei vita æterna.* Quare hoc? Ratio in promptu eſt, his ab eodem S. Patre concepta verbis. *Etenim ſi accepturus es vitam æternam, iuſtitiæ quidem ſtipendium eſt, ſed tibi gratia eſt, cui gratia eſt, & ipſa iuſtitia: quia de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam, pro gratia: id eſt non ſolùm gratiam, qua nunc iuſtè in laboribus vſque in finem viuimus, ſed etiam gratiam pro hac gratia, vt in requie poſtea ſine fine viuamus.* Atque hæc de magnificis, ſublimibuſque victoriis iuſtorum, Catholicorumque principum, fidelibus comitatorum populis, per virtutem, gratiamque Domini noſtri Ieſu Chriſti comparatis, deque earum triumphis, & æternæ gloriæ lau-

Tom. II.

A reis, ab eiuſdem Chriſti Domini gratia, miſericordia, meritoque profecturis dicta ſufficiant.

a 2. Reg. c. 19. 10.
Tacit. in Agric.
Æmilius Probus in Datame.
Memoranda Caroli 5. Imp. verba.
b Genebr. l. 4. Chron.
c Surius an. 1547.
Apoc.
Chriſtus D. coronando merita bonorum principũ, Catholicorumque populorum, ſua munera coronat, quia omnia illorum bona opera ab eius gratia procedunt.
d S. Aug. ep. 105. ad Sixtũ Presbyt.
e Pſal. 58. v. 11.
f Pſal. 22. v. 6.
g Rom. c. 6. v. 23.
h S. Auguſt. ibid.
i Ioan. c. 1. v. 16.

CAPVT VII.

Quamdiu viguit obedientia principum, & populorum Chriſtiani fori in ſedem Apoſtolicam, ac ſummum Eccleſiæ præſulem, in ea ſuper omnes populos, principeſque Catholicos ſedentem, tamdiu floruit pax, & proſperitas in Eccleſia Dei, & in regnis orthodoxis.

1. *Fructus temporalis bonæ ſalutariſque pugnæ, atque victoria inde inſecuta pax eſt, donum Chriſti Domini maximum hominibus bonæ voluntatis, id eſt verè Catholicis pro centuplo in hac vita datum.*
2. *Obedientia principum, populorumque fidelium Apoſtolicæ ſedi ſincera, veram parit pacem, multa ſecum bona adferentem.*
3. *Quantum laudis, & gloriæ bonus Princeps Eccleſiaſtico principatui obediens apud Deum, homineſque mereatur.*
4. *Obſequens ſacris Eccleſiæ legibus Catholici principis pietas pacem, vnionemque charitatis inter vtramque monarchiam Chriſti D. inuiolatè cuſtodit, vel alteratam magna ſolicitudine, conſtantiaque reparat: vnde illi magna proſperitas & gloria.*



C ELLA *iuſtè geruntur, vt ſuauiter in pace viuatur*: dulcis boni certaminis, quod ſemper victoria ſequitur fructus, pax Dei, opus Chriſtianæ iuſtitiæ, quam mundus dare non poteſt. Hæc nunquam à regno principatuque Catholico relegatur, & exulat; quamdiu ſalutaris erga ſpirituales, ſanctiſſimoſque Eccleſiam Catholicam, Romanumque Pontificem parentes obedientia in eo plena iuriſdictione triumphat. Et ad eos qui filiali obſequio ſic matri parent Eccleſiæ, eamque pura pietate diligunt, illud Prophetæ à Spiritu ſancto intelligitur myſticè pronuntiatum. [a] *Lætamini cum Ieruſalem, & exultate cum ea omnes qui diligitis eam. Gaudete cum ea gaudio vniuerſali, qui lugetis ſuper eam.* (ſcilicet laboribus, & D ſudoribus veſtris, nitentes eam de ſuis liberare afflictionibus, omnes illius hoſtes, perduelleſque perſequendo, donec deficiant, & opprimantur) *vt ſugatis, & repleamini ab vbere conſolationis eius, vt mulgeatis, & delitiis affluatis, ab omnimoda gloria eius: quia hæc dicit Dominus.* [b] *Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam gentium quam ſugetis.* Quid præter hæc ad maiorem piorum, veréque obedientium filiorum matri ſuæ Eccleſiæ conſolationem adiunxit Dominus? [c] *Ad vbera portamini, & ſuper genua blandientur vobis, quomodo ſi cui mater blandiatur: ita & ego conſolabor vos, & in Ieruſalem* (ſcilicet Eccleſia)

S. Aug. l. de ciuit.
Eſaiæ c. 32.
Iuſti certaminis fructus ſuauis, bona pax.
Magna conſolatio, & verum gaudium obedientibus & fideliter ſeruientibus Eccleſia Dei.
a Eſaiæ ibid. v. 12.
b Eſaiæ ibid. v. 13.

Sola pax, quæ Christi est vera, data est, & communicata piis, & obedientibus Ecclesiæ filiis qui sunt boni Catholici & hæreticis, aliisque cognatæ impietatis improbis denegata.

consolabimini, videbitis, & gaudebit cor vestrum. A Ad huius pacis consolationem, & fruitionem in hac vita soli Catholici veri perueniunt, qui matris Ecclesiæ mandata cordis aure vt exequentur fideliter attendunt, non hæretici, aliique huius sanctæ matris, & eius œcumenici Pastoris osores, quod S. Hilarius orthodoxis, quibus scribebat, insinuauit his verbis.[a] *Speciosum quidem nomen est pacis, & pulchra est opinio vnitatis, sed quis ambigat eam solam Ecclesiæ, atque Euangeliorum vnicam pacem esse? Quæ Christi est? quam ad Apostolos post passionis suæ gloriam locutus est, quã ad æternum mandati sui pignus commendauit abiturus?* Ad cuius pacis recuperationem, possessionéque recuperatæ, ipse S. pater, quanto studio contenderit, ita persequendo docet.[b] *Hanc nos fratres dilectissimi, & amissam quærere, & turbatam componere, & repertam tenere curauimus. Sed huius ipsius fieri nos vel participes vel authores, nec temporis nostri peccata meruerunt, nec imminentis Antichristi præcursores, ministrique sunt passi: qui pacis suæ, id est impietatis suæ vnitate se iactant, agentes se non vt Christi Episcopos, sed Antichristi Sacerdotes,* &c. Hæc salutaris pacis abundantia repleri, repletique consolari nõ possunt impij Ecclesiæ sanctæ rebelles, quæ eos primo sacris regenerationis vndis Christo D. sponso suo genuerat. Quia illam eiurantes pro matre, & eius Pastorem œcumenicũ, Vicarium Christi D. pro patre spirituali, capiteque visibili Ecclesiæ vniuersalis agnoscere dedignãtes, Christum Deum pro patre regeque sempiterno, & inuisibili habere non possunt, qui est Princeps pacis huius, in talibus impiis non viuẽs, sed in eorum potius sceleribus exitiali funere moriens, atque isti propterea non bonum, sed malum certamen certant. Non pro illo, sed contra illum pro diabolo, eiusque imperio Babylonico, rebellionibus, tumultibus, blasphemiisque digladiantur: proinde eos non sequitur victoria, sed ruina, cum ab authore salutis, & pacis,[c] per quem dat iustis Deus victorias, obstinationis contumaciæque furoribus auertãtur. Verùm viuit Christus in iustis sponsæ suæ filiis obsequentissimis, in illis vincit, triumphat, & regnat cum abundantia pacis, prosperitatis, totiusque consolationis, vt cuilibet illorum liceat cum Apostolo dicere.[d] *Viuo ego, non ego, viuit verò in me Christus.* Cuius vita viuere, est omni bono potiri. Egregiè sanè in eam rem D. Augustinus.[e] *Non viuimus nos, sed viuit Christus in nobis, si & ad pugnam contra concupiscentias exercendam, & ad victoriam vsque ad consumptionem eorumdem hostium capessendam in illo fidimus & non in nobis. Ipse quippe factus est nobis sapientia à Deo & iustificatio, & sanctificatio, & redemptio: vt quemadmodum scriptum est,[f] qui gloriatur, in Domino glorietur.* Vera pax non nisi à gratia diuina, gratos Deo faciẽte, quos informat, cuius fons, & origo Christus D. de cuius plenitudine saluandi virtutẽ omnes accipiunt. Propterea Apostoli in epistolarum frõte, quibus ad æternam gloriam diuina doctrina fideles imbuebant, salutantes eos, gratiam paci prætermittere solebant: vt S. Paulus sic suam ad Romanos epistolã orditur.[g] *Paulus seruus Iesu Christi, omnibus, qui sunt Romæ dilectis Dei, vocatis sanctis, gratia vobis, & pax à Deo Christo nostro, & Domino Iesu Christo.* Vnde Tertullianus.[h] *Nam & hodie Iudæi,* inquit, *in pacis nomine appellant, & retro in scripturis sic salutabant. Sed deinde pacis nomine salutationem & gratiam addiderunt, imo & promiserunt, quod videbit et tam sublimis gratiæ restituta per Christum generationi humanæ annunciatores essent.*

a S. Hilarius ep. ad orthodoxos Arianam hæresim detestantes.

b Idem ibid.

Impij Ecclesiæ rebelles Antichristi sectatores huius veram Christi pacem turbant.

Soli obedientes Ecclesiæ Dei, eiusque vicario boni Catholici vera pace, quæ Christi est fruuntur.

c 1. Cor. c. 15.

d S. Paul. ad Gal. c. 2.

e S. Aug. l. 3. contra Iulianum c. 21.

f 1. Cor. c. 7. v. 31 Ierem. c. 9 v. 24.

Vera pax fluit à Christi D. gratia.

Ioan. c. 1.

g Rom. c. 1. v. 1.

h Tertull. l. 5. in Marcionẽ c. 5.

S. Clemens magistrum suum principem Apostolorum, & alios, vt S. Paulum imitatus eorum in salutando formam retinens in principio constitutionum Apostolicarum quibus scribebat salutabat.[i] *Gratia vobis, & pax ab omnipotenti Deo, per Dominum nostrum Iesum Christum abundet in cognitione ipsius.* Votum, & salutatio Latinorum regnante in eorum cordibus ethnicæ superstitionis insania talis esse solebat. *Si vales bene est.* Sed Seneca maximus moralis Philosophiæ cultor, & amator, melius addidit, vt ipse testatur.[k] *Si philosopharis bene est, valere enim hoc demum est, sine hoc æger est animus.* At Christiani omnium optimè sequentes Apostolos Christi. *Gratia vobis, & pax.* Id est vobis Christi Domini gratiam, omnium bonorum fontem vobis precamur, vt B per eam vera pace fruamini, quod est perfectè, feliciterque viuere, plenaque animi sanitate potiri. Quæ gratia Christi cùm humiles, pios, obedientesque mandatis Ecclesiæ perpetuò sequatur, cùm hi tales sine gratia esse non possint: quid mirum, si illi tam piè, religioséque patris, & matris spiritualium præceptis obedientes, ad votum salutaris illa gratiarum Christi fontibus hausta pace fruantur? *Qua nihil in rebus creatis,* inquit D. Augustinus,[l] *gloriosius soles audiri, nihil delectabilius concupisci, nihil vtilius possideri.* Cuius possessores beati, qui filij Dei per gratiam in hac vita sunt, vt postea sint per gloriam. Propterea descendendo ad turbas Saluator mundi salutaris eas pabulo doctrinæ pasturus, clamabat.[m] *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.*[n] *Negas Deum sibi patrem, qui pacificus esse* C *contemnis.* Pacificus porro ille nequit esse, qui suis Ecclesiæ matri, patrique spirituali Vicario Christi rebellionibus obsistit. *Meritum namque Christiana virtutis vilescit in cunctis si vnitatem non habet pacis;* quam rebelles isti perfidè violant, dissentiones, tumultus, iurgia, contentiones, odiaque inter ambos Christi D. in Ecclesia sua principatus pestifera seminantes. Sic donum illud optimum Christi Domini quo illi meritò priuantur, in aliis inuidiosè, malitioséque polluere, & adulterare conantur, pacem videlicet Catholicam, suauissimum boni certaminis victoriæque fructum.[p] *Quæ plebis sanctitas est, gloria Sacerdotis, patriæ lætitia, terrorque hostium visibilium, & inuisibilium.*

Hanc pacem salutarem, veramque multa secum bona ferentem principum Catholicorum, D populorúmque fidelium pietas obsequens, & obedientia pia generant, fœtuque diuinæ benedictionis in obsequentium cordibus multiplicato pariunt. Quod agnoscens, ac prese ferens Valentinianus Imperator huius nominis tertius, sapienter, veréque dixit.[q] *Tunc demum Ecclesiarum pax vbique seruabitur, si rectorem suum agnoscat vniuersitas.* Huius vero pacis stabilitatem, atque cum multis aliis bonis fœcunditatem in regnis Catholicis Christo Domino eiusque sponsæ, atque vicario fideliter obsequẽtibus permansuræ Spiritus sanctus diuersis loquendi formulis expressit.[r] *Orietur,* inquit, *in diebus eius* (scilicet Ecclesiæ Christi D. temporibus) *iustitia & abundantia pacis donec auferatur Luna* (id est semper, quãdiu hęc pietas, obedientiaq; Catholicorũ principum, populorũque in terra vigebit)

i S. Clem. in principio Apostolicarũ constitut.

k Seneca ep. 15.

Optima salutatio, & votum fidelium gratia vobis, & pax per Iesum Christum, &c.

l D. August. serm. 162. de tempore.

m Matth. c. 5.

n S. Aug ibid.

o Idem ibid. S. Aug.

p Idem ibid. August.

a. Pars. Principum, populorumque fidelium pietas, & obedientia sedi Apostolicæ pastorique œcumenico pacem veram multis bonis fœcundatam pariunt.

q Nouell. Valenti. 17. post Nouell. Theodos. cod. in 34 de episc. ordin.

r Psal. 71. Psal 71. v. 16.

Pſal 71. v.16. Item alibi. *Erit firmamentum in ſummis montium, ſuperextolletur ſuper libanum fructus eius.* Propterea omnes ſponſæ Christi amatores cultores, & obſequentes ad veram idem ſpiritus Dei lætitiam hortabatur; *Lætamini cum Ieruſalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam, gaudete cum ea gaudio vniuerſali*; & cætera, quę ſupra meminimus. Hæc etiam quæ poëta Latinus ex Sybillinis hauſit, collegitque verſibus ad fœcunditatem temporalium bonorum referri poſſunt.

Virgil Ecloga 4. ex Sybilla.

Molli paulatim flaueſcit campus ariſta,
Incultiſque rubens pendebit ſentibus vua,
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

Creſcit numerus populorum in regno principũ fideliter Deo, eiuſque Eccleſiæ ſeruientium, & B affectu filiali, deuotoque parentium: creſcit & robur, eorumque fortitudo in ſuperandis regni, Eccleſięque hoſtibus, in protegendo, atque firmando ſuorũ principum, regũque principatu, vt luce hac clariùs, manifeſtiuſque cõſtabit, ſi res pręclarè, heroicéque geſta sarma, pugnas, victorias omnes, atque triũphos Conſtãtini magni, Theodoſij, Caroli Magni, aliorũque ducũ, atque principũ, ſimili pietatis Chriſtianę luce micantium euoluere, & explicare narrando tẽpus eſſet. Neq; enim in lege gratiæ minus abbreuiata eſt manus Domini, quàm in veteri teſtamento, & tamen fideles populos regum Catholicorũ Deo, eiuſque Eccleſiæ maxima deuotionis, obedientiæque ſinceræ inclinatione procidentiũ, mirũ in modũ cũ proſperitate, fortitudine, magnaque temporaliũ fœcunditate bonorũ excreuiſſe ſacrarũ Scripturarũ monumẽta teſtantur.

Pietas obedēs principum bonorum populos cum magna fortitudine, & bonorum multorum fœcunditate multiplicat.

C Mirum ſanè illud omnino eſt, quod de immenſa caſtrametantiũ, armatorũq; multitudine, & fortitudine Paralipomenon libro 2. legitur, qui in tam paruo, exiguoque Iuda regno, duabus ſolùmodo tribubus conſtãte ad certamina, pugnaſque fortiter ineundas, feliciterque cõficiendas apti, idoneiq; reperti ſunt, ſub pio, fidelique rege Aſa Dei veri ſeruitio tunc eiuſque Eccleſiæ religioſiſſimè mãcipato militantes; de quibus ita S. Scriptura loquitur. [a] *Habuit autem Aſa in exercitu ſuo portantiũ ſcuta, & haſtas de Iuda trecenta millia: de Beniamin verò ſcutariorũ, & ſagittariorum ducenta octoginta millia: omnes iſti viri fortiſſimi.* Hac immẽſa armatorũ fortiſſimorũ multitudine ſtipatus iuit obuiã Zaræ Æthiopũ regi ad vaſtationẽ Iuda regni, cum decies centenis militantiũ millibus, & cum trecẽtis curribus furiosè conuolanti. quem vnà cum toto illo tam D immẽſis, innumerabilibuſque prope militãtibus exercitu conflato per inuocationẽ diuini auxilij cõſtrauit, ſuperauit, penituſq; deſtruxit.

Immenſa fortium, armatorumque multitudo ſub rege Iuda Aſa militantium propter eius regis piam Deo, & Eccleſiæ obedientiam.

a Paral 2. c. 14. v. 5

Quæ mirabiliter Deo pro Iuda pio tunc populo Regis ſui ſequente virtutẽ pugnante, parta victoria, cũcti populi extranei à gente, religioneq; Iudæorũ hoſteſq; eorum perterriti fuſcere, & aſpicere Iuda ad nocendum vlterius auſi nõ fuerũt. Interea ſub præſidio tot fortiũ, regnante religioſo principe omne regnũ Iuda in magna bonorum tẽporalium, ſpiritualiũque copia, tranquilla, pacificaque vita geſtiuit, & exultauit. Sed vnde tanta populorum militãtium armis aptorum multitudo, vnde tanta eorum fortitudo, indeque tãta quies, tranquilla vita, tot fructibus, boniſque fœcunda, niſi à pietate, ſanctitate, religioſaq; principis huius obedientia Deo, Eccleſiæque eius oblata manarunt? Quas quidem regis Aſa virtutes ab operibus earum S. Scriptura ſuis verbis manifeſtas aperuit. [b] *Fecit Aſa quod bonũ, & placitũ erat in conſpectu Dei ſui, & ſubuertit altaria peregrini cultus, & excelſa, & confregit ſtatuas, lucoſque ſuccidit: & præcepit Iudæ, vt quæreret Dominum Deum patrum ſuorum, & faceret legem, & vniuerſa mandata, & abſtulit de cunctis vrbibus Iuda, aras, & fana, & regnauit in pace.*

Pietas, & religio ſancta Aſa regis Iuda multiplicauit, & beatiſſimũ populum Iuda.

Tom. II.

A

b 2. Paral. c. 14.

Pacem verò illam multas ſecutas proſperitates ita perſeqoendo Scriptura docet. [c] *Ædificauit quoq; vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla temporibus eius bella ſurrexerant, pacem Domino largiente*, &c.

c Ibi. v. 6. 7.

Nemo mediocriter in Eccleſiaſticis verſatus hiſtoriis inficias ibit, iuſtéque negare poterit, magnos Chriſtianæ religionis aſſertores, Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæque protectores, principes, Reges, Imperatores, Conſtantinũ magnum, Theodoſium Seniorem, Iuſtinum primum, Iuſtinianũ verò eius nepotem primis ſui imperij temporibus, & Carolum magnum, vt cæteros cauſa breuitatis omittam, pietate ſua, religione pura, obedientia ſincera in Chriſtum D. eius in terra Vicarium, cathedram S. Petri, cæteriſque alijs, quibus ornabantur in vita virtutibus ſua regna, & imperia multis populis magnis, nationibuſque amplificaſſe, ea maximis proſperitatibus Deo benedicente, eaſque largiente fortunaſſe.

Chriſtiani principes ſua pietate obſequente Deo, & Eccleſiæ alijſque virtutibus imperia ſua populis, & proſperitatibus amplificarunt.

Secundùm promiſſa Dei in veteri lege obſeruãtibus mandata ſua principibus, & populis optatam pacem, cum magnis opibus, fructibuſque terræ ſine vllo amittendi metu ſpondentis, dicentiſque: [d] *Facite præcepta mea, & iudicia cuſtodite, & implete ea, vt habitare poſſitis in terra,* C *abſque vllo pauore, & gignat vobis humus fructus ſuos, quibus veſcamini vſque ad ſaturitatem, nullius impetum formidantes.*

d Leuit. c. 25. v. 18.

Eſt autem inter omnia Dei præcepta illud ſingulare, vt ſanctam illius Eccleſiam audiamus, eiuſque Paſtores, præcipuè verò paſtorum principem Pontificem Romanum, quos qui deſpexerit, audireue noluerit ethnici, & publicani, id eſt, infidelium, reprobrorum, & excommunicatorum maledictionibus inoluetur, æternæque mortis atrocitati ſubiugabitur: ſicut in veteri lege, [e] qui Sacerdotis ſummi imperio parere detrectabat mortis ſupplicio temporalis adiudicabatur.

e Deuter. c. 17.

Et ſicut obedientia Pontifici maximo, ſedique ſanctiſſimæ Apoſtolorum principis præſtita pacem parit Eccleſiæ, & principum Catholicorum imperio, vt ſupra vidimus, ſic cõtra rebellio, violataque per inobedientium, contumaciumque contemptum Romani Pontificis D authoritas perturbationes, bella, diſſenſiones, tumultuſque maximos, in Eccleſia, ſæculariumque principum regno, & imperio mille ſecum deſolationes, miſeriaſque trahentes excitant.

Violata, ſpretaque Rom. Pontificis authoritas ſeditiones, diſſenſiones, perturbationes, tumultuſque maximos excitat in ſeculari regno, & Eccleſia.

Vt Valentinianus huius nominis tertius Imperator nouella ſua contra Hilarium Arelatenſem Epiſcopum (qui temerario, ſacrilegoque auſu ordinationes inconſulto S. Leone Pontifice Romano facere præſumpſerat) non obſcurè ſignificauit, cùm ita præter cætera in ea loquitur: *Et erat ipſa quidem ſententia* (ſcilicet S. Leonis Romani Pontificis aduerſus Hilarium) *per Gallias etiam ſine imperiali ſanctione valitura. Quid enim tantis Pontificis authoritate in Eccleſias non liceret? Sed noſtram quoque præceptionem hæc ratio prouocauit, ne vlterius vel Hilario, quem adhuc Epiſcopum nuncupari ſola manſueti præſulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri Eccleſiaſticis rebus arma miſcere, aut præceptis Romani Pontificis liceat obuiare.*

Valentinianus 3. Nouell. inter Nouell. Theodoſij poſt cod. Theodoſ. tit. 24. de Epiſcoporum ordinatione.

Aufibus enim talibus fides, & reuerentia nostri violatur imperij. Nec solum quod est maximi criminis submonemus, verùm ne leuis saltem inter Ecclesias turba nascatur, vel in aliquo minui religionis disciplina videatur. Græci scriptores Theophanes, atque Cedrenus memoriæ prodiderunt Iustinianũ secundum, quo tempore cœpit Romani Pontificis imperia contemnere, Ecclesiæ Christi causam prodere, Apostolicosque legatos ad se missos contumeliis, & iniuriis afficere, iusto Dei iudicio à suis ducibus proditiones, insidiasque fuisse passum. Tunc prodita, expoliataq; Armenia robore militari peramplus patefactus est aditus barbaris Sarracenis, ad inuasionem, vastationemque Romani imperij: atque ita dum proditionem, rebellionemque Ecclesię parat Imperator, suorum proditione torquetur. Qui eiectus à Leontio prius carceri mancipato imperium eius inuadente, naso, auribusque truncatus in exilium Chersonam relegatur, vbi per decennium miserè viuens, infelicemque in luctu, squalloreque vitam traducens, furores scelerum, quos in Ecclesiam Dei, Romanũque Pontificem patrauerat agnouit, quibus suas acceptas ferebat ærumnas. Ita Deus manu iustitiæ suæ scelera principum sicut populorum tandem aliquando vindicans, ad ima calamitatis extremæ, infortuniique superbum principem Ecclesiæ, Romanique Pontificis imperia spernentem, contra Catholicam fidem spuriæ Quinisextæ Synodo fauentem, terribili indignationis fulmine depressit. Sed non vsque ad mortem, exitiumque nouissimum: vt post decennium miseratione diuina reuersus in thronũ, scelerum patratorum pœnitẽs, cum Ecclesia matre, Rom. Pontificem patrem spiritualem fidelium omnium tam principum, quàm populorum, humilitatis religiosæ, obedientisque pietatis obsequio veneraretur: quem antea cum detrimento principatus Ecclesiastici nimium superbè, proteruéque persequendo contempserat. Quod nefas immane, & morte piandum Deus de cœlo respiciens, fortiter, iratoque ore detonuit.[a] *Succidite arborem, & præcidite ramos eius, excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiant bestiæ, quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius. Veruntamen germen radicum eius in terra sinite.* Ita profectò iustitię fœmenum super principem grauissimè peccantem Deus eleuauit, dum à tyranno Leontio imperij inuasore, eum imperij spoliatum fascibus, naso, naribusque truncatum ignominiosè, miseréque in exilium relegari permisit. Veruntamen misericordiam suam non abstulit ab eo, dum noluit euelli radicem, quę iterum germinaret, cùm illum principem, post decem annorum reuolutionem, in imperij sui soliũ reducere dignatus est. Vt calamitatum, infortuniorũque tam atrocium perpessorum à se bini lustri spatio fontem, causamq; neglectum Vicarij Christi, Ecclesiæque Romanæ dignitatis oppressionem fuisse sciens; postea quoad viueret Ecclesiam Catholicam defendere, & honorare, patremque sanctissimum eius Pastorem, & principem sub Christo Domino visibilem, summa obedientia, amore, & honore venerari non cessaret, sic imperium suum bene feliciterque longo tempore possessurus. quod dubio procul euenisset, nisi aliis, nouisque sceleribus inquinatus Dei Optimimaximi, contra se iram, indignationemque concitauisset.

Proditionem patitur à suis Iustinianus 2. & à suis defectionem imperio, quod Dei causam proderit, Romanamque Ecclesiam oppresserit.

Theophanes, & Cedrenus in Annal. anno D. 693 Iustiniani 2. Imperij 8.

Sic Zonaras, & alij scriptores Græci.

Deus Iustiniannum a extremis propter scelera immissis in exilio perculsum miserius est post decennium reuocando eum in thronum, vt agnosceret crimina commissa contra Ecclesiã Christi, eiusque Vicarium in pœnitentia salutare exponere.

[a] Daniel. c. 4.

3. Part. Quantum

Iam verò, vt quod tertio loco nobis in hoc capite tractandum proposuimus, attingamus: quis cogitatione, nedum verbo satis digne concipere, nec non exprimere potest, quanta laude, gloriaq. leuari, mactarique mereatur, apud Deum, hominesque princeps ille verè pius, & obsequens Ecclesiasticæ, Pontificiæque maiestati, sanctam Ecclesiastici principatus, cũ Catholico seculari charitatis vnionem, pacemque custodire nitẽdo, vel alteratam reparare conando? Qui hac salutari obedientiæ, pietatisque Catholicæ virtute refulgens ingenue se, suas imperatorias, regiasque leges sanctis Ecclesiæ, Pontificisque Romani regulis, & institutis (vt quondam[b] Iustinianus senior magnus Imperator profitebatur) agnoscẽs religiose subiici, meritoriéque subiugari: omnes suæ potestatis neruos intendit, vt Ecclesiæ sanctissimæ matri, patrique spiritali, Rom. Pontifici, quod auxilij à se, opis, adiutoriique merito deposcũt, promptè, fideliter, opportunè, filiali pietate largiatur. Pro quo præstito pietatis, obediẽtięq. imperatoriæ adiutorio, vnde pax Ecclesiæ, quasi postliminio reuersa, refloruit, Iustino seniori religiosissimo Imperatori, Rom. Pontifex Hormisda gratias maximas egit, his verbis.[c] *Ago gratias quantò amplius, & si quantas debeo, non possum: sed solatiũ mihi est, quod de beneficiis mecum vestris mũdus exultat, & lacerata hactenus Ecclesiæ membra ad compagem suam reuocata gloriantur. Reduxisti populis fidem, persecutus errorẽ: inclinata est superbia inimicorum Ecclesiæ Dei*, scilicet hæreticorũ, & schismaticorum, qui tempore Anastasij hæretici Imperatoris suæ impietatis ceruices contra Catholicam Ecclesiam, eiusque fideles filios arrogãter, atque crudeliter erigebant: *& humilitas erecta fidelium.* Quanta vero pro religione Catholica, proque sua, totiusque imperij salute ipse fecerit Imperator, pacem turbulentis hæreticorũ, schismaticorũque rebellionibus, dissentionibusque côturbatam, Ecclesiæ sanctæ restituisse, pergit postea sic ostendere.[d] *Magna res tibi contigit, Imperator, magna in te emolumenta cum potestate creuerunt. Quæ merearis intellige, non exiguã in te partem boni operis illius, quod vadens ad cœlũ Dominus noster Iesus Christus contulit, transtulisti. Nam pacem quam ille discipulis dedit, per te mundus inuenit, non est dubium congratulari tibi Angelos cœli:[e] nã si iuxta assertionem Euangelicam, lætitia est super vno peccatore saluato, quæ potest esse populo?* &c. Quam gloriosum, suaueque tandem principibus orthodoxis, iustisque pro hac Ecclesiæ restituenda pace duris se vexasse, generoséque laboribus exercuisse? pro qua S. Basilius licet assidua morborũ acerbitate côuulsus vsq; ad mortem grauissimos exanthlare molestias, sudoresq; peroptabat, vt illa quę ad Synodum Thianensem scribebat verba restãtur.[f] *Quare ob hæc omnia in pace manere vitæ nostræ residuos dies precamur: in pace esse dormitionem optamus. Pro hac neque laborem effugere qualemcũque decreui: non humile quicquam sonare, vel facere, non itineris longitudini abhorrere, nõ aliud quid molesti detrectare, vt ex præmiis pacificationem consequamur,* &c. Magna profectò gloria, vera animi tranquillitas, sinceraque principi, Deo largiẽte, prosperitas effulget ex Ecclesiæ pace, vnitateque charitatis inter spirituale, seculareque regnum ab illo rectè, fortiterq; custodita: vt egregiè, sapienterq; ad Iustinianũ magnum Ioãnes Papa hoc nomine secũdus scribẽs his verbis insinuabat.[g] *Pax Ecclesiæ, religionis vnitas, auctorẽ factis in sublime prouectũ*

Laudis, & gloriæ apud Deum, & homines bonus, pius, & obsequens Ecclesiæ Princeps meretur obedendo pacem Ecclesiæ cum Imperio conseruans.

[b] Iustiniani authentica vt clerici apud proprios Episcopos primum conueniantur. Coll. 6 § final. Si vitũ.

[c] S. Hormisdæ ep. 75. ad Iustinũ Imp.

Quanta fecit pro religione Christiana, qui pacem dedit Ecclesiæ Dei.

[d] Hormisdas in eadem epistola.

[e] Luc. 15.

Honorificum, & iucundum principi pio pro salute, paceque Ecclesiæ grauissimos labores exantlare.

[f] S. Basil. ep. 68 ad Synodum Thianensem.

4. Part. Magna gloria, & felicitas principi pro pacem Ecclesiæ custodisse, vel interruptam restaurasse.

[g] Ioan. 2. ep. ad Iustinian. M. quæ est in l. 8. C. de summa trinitate.

grata sibi tranquillitate custodit: neque enim parua A
a Prou. c. 10. *et vicissitudo à potentia diuina tribuitur: per quem nullus regum Ecclesia diuisa secernitur, nullis infertis maculis variatur.* a *Scriptum est enim: cùm rex iustus sederit super sedem, non aduersabitur ei*
b Psal. 95. *quidquam malignum.* Et paulò pòst, interiectis quibusdam subiunxit. *Opportunum est ergo voce exclamare prophetica.* b *Iucundetur tibi, & abundet cælum desuper, effundent montes iucunditatem, & colles lætitia lætabuntur.* Huius verò gloriæ, prosperitatisque temporalis fœcunditatem, & abundantiam, qua Deus in hac vita pro centuplo pios, Catholicosque principes pro sua pietate in Ecclesiæ seruādo pacem, eiusque honorando pastores, maximè verò pastorum, prælatorumque principem remunerare solet, præter vitam æter-
c Ep. 74. Hormisdæ ad Iustinū seniorē. nam, quam postea possidebunt, Horsmida Papa B ad Iustinum seniorem scribens, clarius, copiosiusque his verbis exprimere videbatur. c *Quod celsitudo vestra animi circa me sui beneuolentiam dignatur ostendere, facit rem Deo placitam, & rectæ conscientiæ congruentem: sed si non parua sunt nobis huius emolumenta propositi, maior in vos fructus de tali bonitate reuertitur: neque enim vacua honorificentia est, quæ defertur antistiti, indubitatum siquidem est, quia honor ministri, cultus est Domini, & qui personam sacerdotis magnis habet, maiorem re-*
d Matth. 10. *munerationem ab eo cui sacerdos famulatur, accipiet, dicente Domino Iesu his qui prophetas in honore suscipiunt, suam mercedem esse reddendam. Et apud me quidem magni est gratia vestra momenti, eo tamen pretiosior, quia quidquid mihi gratiæ dignanter impenditis, in Ecclesiarum defensione monstratis.* Ex qua C vera pax, & cœlestis benedictio prosperitatis humanæ parens, in regna, imperiaque eorum regū, principumque redundant; qui omne suum studium, industriam, vires, & neruos in Ecclesiæ protectione, in conseruanda quiete illius, inuiolatéque tuenda sedis Apostolicæ dignitate consecrarunt: quæ pax Dei, quia bona, iusta, sic quoque perpetua est, sicut mala pax diuturna esse non potest. Iuxta illud vnius ex legatis Pri-
e Liu. l. 8. c. 21 in princip. uernatibus in senatu, apud Liuium; cùm de fœdere eum illis ineundo deliberatio voluerctur. e *Si pacem bonam dederitis, & fidem habebitis, & perpetuam, si malam haud diuturnam.* Hanc veram, bonam, perpetuamque pacem, quæ duplices Christi Domini inter se monarchias sancta fide-
f 1. Cor. c. 15. Oratio breuis ad Deum pro pace vera. litatis, charitatisque coniuratione connectit à D Christo Domino, f *non dissensionis Deo sed pacis,* precibus his, & quidem breuibus, sed deuotione
g Ierem. 47. h Ierem. 29. feruidis cum propheta flagitemus. g *O mucro Domini, quousque non requiesces, ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & sile.* h *Cogita super nos cogitationes pacis, & non afflictionis, vt des nobis finem, & patientiam, & innocabimus te, & viuemus.*

CAPVT VIII.

Omnes principes ac populi si salui esse, piéque viuere velint Ecclesiastico, spiritualique Romani Pontificis imperio parere, sinceramque obedientiam in tribus præcipuè sitam præstare debent.

1. *Vicarium Christi Domini piè, religioséque venerantes in terris principes cum populis diuinarum benedictionum cumulo replebuntur.*
2. *Qui ab obedientia Ecclesiæ matris & illius patris, principisque fidelium omnium quoad spiritualia decidit, ab omni alia Catholicæ professionis virtute meritoria benedictioneque cadere videtur.*
3. *Obedientia principum Catholicorum Ecclesiæ Romanæque Pontifici præstanda in tribus maximè consistit.*



SALVS principum, populorumque fidelium in tuto est, eosque prosperitas temporalis, & æterna postmodum minimè derelinquet, si benè, fideliterque in sinceritate cordis imperio cœlesti, spiritualique Romani Pontificis obtemperauerint. Quod sapienter animo Anastasii Imperatoris insinuans Anastasius Papa, post multa ad persuasionem conuersationis vitæ deprauatæ, potentia, valdeque efficacia dicebat. a *Illud verò peculiarius pro amore imperij vestri & beatitudine, qua consequi poteris regnum, pro Apostolico officio prædicamus, vt* (sicut decet, & Spiritus sanctus dictat) *monitis nostris obedientia præbeatur, vt bona omnia vestram remp. consequantur.* Hac obedientiæ, pietatisque via ad tutissimum salutis, veræque gloriæ portum, passis intentionis sinceræ velis, misericorditerque flantibus diuinæ gratiæ ventis Catholici principes, reges, imperatores prospere perueniunt. Quod attentè considerans, sæpiusque reuoluens animo Ioannes Papa 2. Iustinianum Magnum per epistolam sic affabatur. b *Inter claras sapientiæ, & mansuetudinis vestræ laudes, Christianissime principum, puriore luce tanquam aliquod sydus irradiat: quod amore fidei, quod charitatis studio edocti, Ecclesiasticis disciplinis Romanæ sedis reuerentiam conseruatis, & ei cuncta subiicitis, & ad eius deducitis vnitatem, ad cuius authorem hoc est Apostolorum primum, Domino loquente, pasce oues meas: quam esse omnium verè Ecclesiarum caput, & patrum regulæ, & principum statuta declarant, & pietatis vestræ reuerendissimi testantur affatus.* Eundem Imperatorem Facundus in Africa Episcopus, ad veram gloriam, felicitatemque per ianuam obedientiæ Romano Pontifici, alijsque sub illo Ecclesiæ prælatis exhibendæ, proposito Theodosii magni exemplo, sic loquens exhortando compellabat. c *Maior Theodosius Imperator, cuius semper memorabilis erit in Ecclesia Christi memoria: quamuis sæpe de magnorum barbarorum prælijs, & de maximorum Imperatorum triumphauerit. Non tamen in huiusmodi victoriarum frequentia, in quibus Traiano filio gehennæ comparari non potest, veram meruit gloriam: sed in supplici, & publica peccati sui pœnitentia: quam expugnato regali fastigio placidè, ac humiliter Ambrosio Episcopo castigante suscepit, & indictum sibi debitæ satisfactionis tempus, ab Ecclesiæ communione remotus impleuit: pie admodum credens, & sapienter intelligens, quod non ex temporali potestate, quasi fuerat etiam Dei sacerdotibus præpositus, sed ex eo peruenire posset ad vitam, quod illis erat ipse subiectus. Vnde credendum est,*

Marginalia (right column): Principes sua ac populi salus, & gloria Ecclesiæ, eiusque capiti visibili obsequendo. — a Anastas. papæ ep. ad Anast. Imp. — b Epi. Ioan. 2. ad Iustin. M. quæ habetur cod. de summa Trinit. l. 8. — c Facundi episc. in opusculo pro defensione trium capitulorum sub finem. — Boni pastoris Ecclesiæ bonos faciunt principes.

quod si nunc Deus aliquem Ambrosium suscitaret, etiam Theodosius non deesset.

1. Pars. *Qui cadit ab Ecclesia obedientia ac Romani Pontificis ab omni alia virtute meritoria benedictionsque cadit.*

Tanti meriti, valorisque obedientia, qua principes Christiani pontificio, spiritualique Christi Domini vicarij mandato, documentoque procidunt, coram Deo creditur esse, vt qui ab ea decidit à cæterarum virtutum merito, præstantiaque cecidisse censeatur: vt non minus vera, quàm eleganti Iulianus Cardinalis quondam Pontificis Romani legatus in concilio Basiliensi, & post improbatum illud tanquam conciliabulum denuo legati pontificij fungens honore, pro reconciliandis Græcis schismaticis cum Latinis orthodoxis oratione, disputationeque probauit. Quam cum Ænea Syluio, nondum pontifice creato habuit. Si ab omni alia virtute decidens ab obedientia sedis Apostolicæ, Romanique Pontificis escidisse censeatur; sanè & ille quoque ab omni Domini nostri Iesu Christi benedictione lapsus in maledictionum diuinarum præcipitia corruisse credetur. Notum quippe illud Esaiæ, cuius supra meminimus.[a] *Gens, & regnum, quod non seruierit tibi peribit, & gentes solitudine vastabuntur.* Quem locum de sede Apostolica Christique Domini vicario in ea sedente sanctus Hieronymus exponens aiebat.[b] *Gentes, & reges earũ, qui seruire Ecclesiæ noluerint, bonam, & vtilem seruitutem, vt in Apostolicam transferantur dignitatem* (notent hæc nouissima verba contra suam rebellionem hæretici, & schismatici) *peribunt ea perditione, quæ impiis præparata est, & quidquid in eis fuerit, redigetur in solitudinem, quia habere noluerunt hospitem Deum.* Eius scilicet Ecclesiæ resistentes, vicariumque illius à Domino Ecclesiæ præfectum contumacia superbissima reprobantes. Innocentius sextus Ioannem Regem Galliæ paterna charitate rogando, & obtestando monuerat, vt ab Ecclesiasticorum regni sui incolarum oppressione, bonorumque Ecclesiæ deprædatione cessaret, vt fœcundiori diuinarum benedictionum, largitionumque fructu ipse cum populo suo ditaretur, indignationẽque Dei maledictionibus, vltionibusque fœcundam à se suisque longissimè repelleret. Quam quidem pro certo fulminis instar aduenturam per literas sanctissimus pater illi prædixit, si se ipsum iusta salutariaque monentem, rogantemque docilitate filiali efficaciter audire deprecaretur. Quas Pontificis Rom. literas acceptas rex Ioannes aspernatus, illico maledictionis, indignationisque diuinæ tonitruum sibi sensit ingruere: eùm certando maioribus copiis aduersus Anglos magna cum nobilium, militumque Gallorum clade victus est ab illis, quem postea captum vna cum filio in Angliam triumphantes de illo, cum maxima Gallici nominis ignominia deduxerunt. In signum obedientiæ summæ, fidelitatisque Catholici principes ab omni tempore Romanum præsulem recens ad solium dignitatis Apostolicæ, pontificiæque maiestatis euectum, per suos legatos, oratoresque filiale obsequium, reuerẽtiamque præstando salutarunt. Quod cùm Anastasius Imperator facere renueret, quia hæreticus, & impius ab omni virtutum Christianarum splendore, meritoque decidisse iudicatus est. A qua impietate, & erroris improbitate hunc reuocare conatus Imperatorem sanctus Symmachus illi piam recenter creatos pontifices salutandi Catholicorum principum consuetudinem his verbis aperuit.[c] *Catholici principes quidem semper Apostolicos præsules institutos suis literis præuenerunt, & illam confessionem, fidemque præcipuam tanquam boni filij quasi fuerũt debitæ pietatis affectu. Cui noscis ipsius Domini Saluatoris ore curam totius Ecclesiæ delegatã. Quod quia per occasiones fortasse publicas tua creditur prætermisisse tranquillitas, ne magis honorem meũ, quàm solicitudinem dominici gregis appetere iudicarer, appellare non destiti meis te sponte colloquijs.* Maledictionem postea Dei, secum maledictorum ruinam, exitiumque ferentem, quæ voluntariè lapsos ab obedientia sedis Apostolicæ, Ecclesiæque Romanæ potenter insequitur, postmodum ita contumacis Imperatoris, hæreticæ furiæ inflammati facibus animo suggerit.[e] *Circumspiciat cunctos, qui ab initio dogmatis Christiani Catholicam fidem diuerso proposito persequi, vel affligere sunt conati, quemadmodum ipsi, qui intulerunt ista præualendo defecerunt: & orthodoxa veritas hoc præualuerit magis, quo putaretur oppressa, quæ sicut sub infestatoribus suis creuisse mõstratur, sic obtriuisse cognoscitur insequẽtes.* Eam verò obedientiam principes per legatos eùm per se commode non possent recens creato pontifici, vel ipsi, cùm primũ in thronum imperij fuissent euecti, præstare recusantes à Catholicæ fidei sinceritate, communioneque cecidisse, sub finem Apologetici verbis illis ostendit.[f] *Omnes Catholici principes siue cum imperij gubernacula susceperunt, siue cùm Apostolicæ sedis nouos agnouerunt præsules institutos, ad eam sua protinus scripta miserunt, vt se docerent eius esse consortes. Itaque qui hoc non fecerunt ab eadem se profitentur alienos.* Dicebat quondam Lucifer Calaritanus Constantio, hæresis Arianæ peste contaminato Imperatori.[g] *Quomodo dicere potes iudicare te de Episcopis, quibus nisi obedieris, iam quantum apud Deum mortis pœna fueris mulctatus?* Quãtò magis (vt de meo hoc dicam) si Romano Põtifici, Episcoporum omnium principi obedientia minimè præstetur, inobedientes principes illa mors in foro Dei corripiet? Nihil prodest principibus multa Ecclesiæ munera largiri, nisi illius imperia, pastorisque œcumenici honore suscipiant obediendo, & honorificent ea faciendo. *Si enim* (loquiebat Nicolaus primus Carolo Frãciæ Regi, pro defensione Rhodaldi Suessionensis Episcopi in suam sedem restituendi Apostolica authoritate) *millia gemmarum, & pretiosarum specierum Beato Petro dederis, nec ille tam accepta, nec vobis, quàm si nobis super hoc obediatis profutura extiterint: nimirum cùm illius sit hominum salutem exquirere, non cumulos thesaurorũ coacervare.* Alludit pontifex ad vestem pretiosissimam auro, gemmis, lapillisque maximi valoris discretam, ornatamque, quam rex ipse Carolus ad Ecclesiam sancti Petri paulò ante, pro magno dono, in signum suæ deuotionis, & in sedem Apostolicam beneuolentiæ, amorisque miserat.

Illa autem obedientia, quam principes Christiani Romano Pontifici Ecclesiæque Catholicæ præstare tenentur, vt salui fiant, in tribus præcipuè consistere dicitur. Nempe in rebus fidei; in Ecclesiæ, sedisque Apostolicæ defensione; & in amplificanda eius authoritate per omnes populos, paceque procuranda. Vt de primo breuiter, verboque vno dicam; Christianus princeps altissimis veritatis radicibus in vera Christi fide, religioneque Catholica fundatur, quãdo iubenti iustè, monenti piè, vetcque salutaria de cathedra

Marginal notes:

Sententia cardinalis Iuliani.

a Esai. c. 60.

b S. Hieron. in c. 60. Esai. v. 12. tom 4.

Ep. Innocentij 6. ad Ioannem Regem Galliæ.

Ioannis Rex Galliæ victus ab Anglis, quòd iusta, salutariaque monentem Rom. Pontificem audire contempserit ex anno 1356.

Mos antiquus principum Catholicorum salutandi Papã recens creatum.

c Symmachus Papa in Apologetico aduersus Anast. quod extat tom. 1. bibli. SS Patrum.

d Ioan c. 21.

e Symma ibi.

f Idem ibid.

g Ep. Luciferi Calar. ad Cõstant. Imp. Arian.

Nihil prodest principibus multa munera Ecclesiæ dare, nisi illi, Romanoque Pontifici obediant.

h Ep. Nicola ad Carolum Galliæ Regẽ.

3. Pars. *Obedientia Catholicorũ principum Rom. Pontifici, & Ecclesiæ in tribus præcipuè consistit.*

Primum est fidei, seu vera fides princip. animo insidens altissimè

Princeps Chriſtianus ſincerè obediens Rom. Pontifici nunquam aberrat à fide.

docenti paret, & obtemperat: qui ſecus facit, nõ habens conſcientiam à ſinceritate fidei Chriſtianæ, religioniſque Catholicæ puritate naufragare conuincitur: cùm omnes hæreticorum furias, inſaniaſque dogmatum impiorum non aliunde proficiſci, manareque, quàm quod vicario Chriſti pontifici maximo, in cathedra ſancti Petri ſedenti non obtemperetur, & obediatur, vt ſupra ſæpius ex ſacris Scripturis, patribuſque oſtendimos.

2. Eccleſiæ ſediſque Apoſtolicæ defenſio.

Sequitur Eccleſiæ, ſediſque Apoſtolicæ cõtra omnes illius aduerſarios, perſecutoreſque defenſio, quam principes Catholici pia docilitate, religioſaque promptitudine Rom. Pontifici obedientes, tempore nullo deſerunt. Cuius cauſa, ſua omnia ſceptra, vires, arma Chriſti Domini Eccleſiæ conſecrant, vt eam ab omni hoſtium, perſecutorumque oppreſſione liberent, B atque ad pedes Chriſti Domini in perſona vicarij ſui deuote proſtrati tueantur. Quod præter alios Chriſtianiſſimos reges, & imperatores, de quibus iam dictum ſupra, ſed infra copioſiùs adhuc ſermo referetur. Saporem Perſarum regem [a] Ioannes monachus in vita S. Epiphanij feciſſe narrat. Qui inclinato, proſtratoque corpore, capite humiliter in terram dependente, ſurgens è ſolio regio ſceptrum diademaq; depoſuit in terra, vt Eccleſiæ ſanctæ ſponſæ illius Domini, cuius terra eſt, ſubiectum ſe eſſe profiteretur.

a Ioan. Monachus in vita S. Epipha. Biblio. patrũ veterum.

Procopius in hunc Eſaiæ locum. [b] *Ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & Reges eorum miniſtrabunt tibi. Hodie*, inquit, *Romanorum copiarum duces, regumque timor inſidias ab Eccleſia propellit, vel certè cum aſtandi verbo* (vt legunt Septuaginta viri loco illius miniſtrabunt tibi) *vſus eſt propheta, reges obedituros eſſe ſignificauit. Parent enim diuinis oraculis, & quod iubet Eccleſia, omni ratione venerantur, & ſeruant.* C Hanc in defendendo, ab omnique inimicorum iniuria vindicando Eccleſiam Chriſti Domini principum piorum, Catholicorumque obedientiam, ſanctus Cyrillus Alexandrinus his verbis illius prophetæ locum interpretando clarius adhoc expreſſiſſe videtur. [c] *Reges hic dicit principes populorũ, qui aſſiſtũt Eccleſiæ Chriſti ſatellitio munientes eam, & liberos eius veluti ſcuto protegentes, ac omnem impetum propellentes, qui ſummis ornati honoribus, & regium ſceptrum habentes Eccleſiæ aſſiſtunt, id eſt obediunt: Aſſiſtentia enim obedientiam ſignificat. Credunt enim diuinis, ac ſacroſanctis vaticiniis, & precationem Eccleſiæ ſummo in pretio habent.*

b Eſai. c. 60. v. 10. Procop. in hũc locum.

c S. Cyrill. l. 5. in Eſai. c. 60.

Aſſiſtere Eccleſiæ eſt illi obedire.

D His duobus antiquior patribus ſanctus Hieronymus in eiuſdem prophetici loci interpretatione dixit. [d] *Videmus Cæſares Romanos Chriſti iugo colla ſubmittere, ædificare Eccleſias expenſis publicis, & aduerſus perſecutiones gentium, & hæreticorum inſidias legum ſcuta pendere.* Memorabile illud, cuius ad propoſitum noſtrum Iſidorus Peluſiota S. Chryſoſtomi diſcipulus, ad Iſidorum monachum epiſtola meminit; videlicet Hebræorum populis cùm nimis carnales, atque rudes eſſent, regnumque poſtulaſſent, vtilitatis cauſa conceſſum eſſe, eo quidem conſilio, vt reges reprimerent lapſus illorum, qui ſacerdotio parere renuebant.

d S. Hiero. in c. 60. Eſai.

e S. Iſid. Peluſ. ep. ad Iſidor. Monachum.

3. Propagatio Eccleſiæ regni, atque ampliſ. catea dignitatis, & potentiæ.

At pia hæc meritoriaque Catholicorum principum Eccleſiæ Chriſti, eiuſque vicario patri ſãctiſſimo obedientia conſecrata in hac ſola illius Eccleſiæ defenſione minimè conquieſcit, ſed vlterius progreſſa dignitatem illius, authoritatemque Pontificis Romani monarchicam à Chriſto A Domino diuinitus inſtitutam, latius per populos, nationeſque plurimas amplificare, & extendere, pacemque ſpiritualis huius principatus cũ ſeculari Catholico, bonis fœcundatam melioribus procurare, conſecrare, tuerique conatur. Hoc Conſtantini Magni, hoc Theodoſij ſenioris, hoc Martiani, hoc Iuſtini primi, hoc Caroli Magni, hoc denique cæterorum piorum, Catholicorumque principum ſincera in Chriſti Domini ſponſam ſanctiſſimam ſedem Apoſtolicam, patremque fidelium chariſſimum pietas, & obedientia religioſiſſimè præſtiterunt. Quod abundè, copioſéque ſupra ſæpius, pluribuſque demonſtrauimus. Vnde eorum principum proſperitas præter æternam temporalis etiam ſparſis toto orbe bonæ famæ, prædicationiſque radiis effulſit. B Si enim Chriſtianus priuatus Deo, Eccleſiæque fideliter obediens, & pro illius amplificanda dignitate, paceque procuranda, nil nõ aduerſi, laborioſique ſubire conſtanter appetẽs, miſer eſſe non poſſit, vt Minutius Felix inſignis Romæ Cauſidicus in Octauio ſuo dicebat: ſed in mediis tormentis pro Chriſto, eiuſque ſancta ſpiritualis regni ſede perpeſſis, melius, ac verius quàm [f] Tullianus ſapiens in Phalaridis tauro lætus, beatuſque de aduerſitate triomphet. Quanto minus pios, Catholicoſque principes, perſonas gerentes publicas, tam ſtudioſè, ac meritoriè pro Chriſto Domino, pro eius Eccleſia Catholica laborantes filialem, religioſamque paſtoris œcumenici monitis, & imperiis obedientiã præſtando aduerſitas audebit adorire? C Sed contra potius ad eos benedictione ſedis Apoſtolicæ, quæ Dei, Chriſtique Domini benedictio eſt, compellante, maxima celeriter proſperitas accedet? A qua benedictione rebelles Apoſtolicæ ſedi principes excluduntur; vt plurima illos infortunia, miſeriæque percellant. Vnde illa literarum Gregorij 7. Henrico Germaniæ regi ſcribentis inſcriptio. [g] *Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Henrico regi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionẽ:* SI TAMEN APOSTOLICÆ SEDI, VT CHRISTIANVM DOCET REGEM, OBEDIERIT, &c. Maledicta quippe poteſtas, maledicta corona regis imperatoris, aut cuiuſcũque principis inobedientis Eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedi, eiuſque principatum ſpiritualem iuriſdictionis anguſtia comprimere D molientis: quem Deus eiuſque ſceptrum deſpicit, & maledictione contumaciæ rebellantis vltrice conterit. Benedicta verò religioſi, verè Catholici principis, obedientis Eccleſiæ, Pontificiæ dignitatis, & pacis amplectitudinem procurantis corona, regiaq; poteſtas. Quam propterea Deus Chriſtus Dominus mille benedictionibus vera bona, magnopere deſiderata parentibus ſui vicarii miniſterio, ſponſæque ſuffragio perfundit. [h] Scribit Rogerius in annalibus Angliæ, ſui ſcriptor temporis, Papam Cæleſtinum tertium Henricum quintum filium Frederici primi Imperatorem vnà cum vxore coniugem coronaturum in pontificali ſede tenentem coronam auream imperialem inter pedes, Imperatorem verò inclinato capite, & Imperatricem ſimiliter coronam de pedibus Domini Papæ recepiſſe. *Dominus autem Papa* (inquit ille) *ſtatim percuſſit cum pede ſuo coronam Imperatoris, & deiecit eam in terram: ſignificans quod ipſe poteſtatem eiiciendi eum ab imperio habet, ſi ille demeruerit: ſed Cardinales ſtatim corripientes coronam, impoſuerunt eam capiti*

Minutius Felix in dialogo Octauius inſcripto, in quo Chriſtianus, & ethnicus diſputant.

f Cicer. in paradoxis, & 5. Tuſc.

Chriſtianus verus pœnitus miſer eſſe non poteſt, quãto minus princeps verè Catholicus.

g Greg. 7. l. 3. ep. 10.

Maledicta poteſtas rebellãtis principis. Eccleſia contra benedicta obedientis, & eius dignitatem propagantis.

h Rogerus in annal. Angl. an. D. 1191.

Expositio vere mentarum coronationu Imperatoris ex mente authoris contra dicitam & non secondam Rogery expositionem.

imperatoris. Hæc Rogerius duriusculus in expositione, seu potiùs imaginatione sua. Ego humaniùs, & benigniùs ceremonias huius coronationis illas interpretari vellē dicendo: ad pedes pontificis positam fuisse coronam, vt eam pater sanctissimus sua prosperitatibus benedictione fœcūdaret: illā verò pedibus à se eiecisse, vt ostēderet hanc coronam temporalem, præ spirituali, & æterna nihili esse faciendam: Christumque Dominum, (cuius vices in terra Romanus pontifex exercet) hanc Imperatoris, & Augusti coronam omninò despicere, suaque maledictione grauatam longe à sua gratia proiicere: si illa cōtra suas, Ecclesiæque sanctæ leges, & decreta perniciosè, & arroganter Imperator abuteretur. Imperator autem ille Romanorum vnicus in orbe Christiano, quàm iuste, iureque meritissimo debitam obedientiam Romano pontifici præstare, supremamque illius dignitatem tueri teneatur, patet ex eo maximè quod ipse illius nutu, & authoritate pontificis ad arcem fastigiumque augustæ maiestatis, imperatorii principatus, dignitatisque conscenderit, vt præter antiquas Ecclesiæ constitutiones, [a] Viennense concilium sub Clemente 5. confirmauit: cuius extant duæ Clementinæ ad huius rei confirmationem, quarum prima [b] libro 2. Clementiniarum tit. 9. de iureiurādo, cap. Romani principes habetur: altera in c. 2. pastoralis, titulo 11. de sententia, & re iudicata. Quas constitutiones in concilio Viennensi comprobatas sæpius Carolus Imperator huius nominis quartus, Innocentium sextum rogauit obnixè, summisque eum precibus obtestatus est, vt reuocaret, & suo vigore frustraretur eas, atque priuaret, sed frustra, quod diceret Innocentius sibi non esse integrum reuocare, quod tam maturè, prudenterque in tot purpuratorum patrum concilio consessuque constitutum, decretumque fuerat.

Imperator meritò Papa summam, filialemque obedientiā præstare tenetur, à quo creatur.

a Concil. Viennens.

b Clem. de iureiurādo cap. Rom. principes.

c Cap. 2. pastoralis tit. 11. de sentent. & re iudic.

CAPVT IX.

Quatuor modis, titulisque præcipuè superioribus obedientia debetur, secundum quos omnes fideles principes, & populi Romano Pontifici debent obedire.



CVm autem quatuor modis obedientia soleat accipi, totidemque titulis debita præstari. Secundùm omnes illos principes Christiani, cùm populis sibi creditis Romano Pontifici, Christi Domini vicario, ad illius imperiis obsequia præstanda procidere tenentur. Primus est per quem Dei imperio fideles obtemperant, eiusque Catholicæ fidei regulis, atque legibus obsequuntur. Ad quam obedientiæ speciem, acceptionemque omnes tam principes, quàm populi, tam Ecclesiastici, quàm laici, tam pastores, prælati, Ecclesiarumque rectores, quàm oues, Christianique greges obligantur, à cuius obedientiæ præstatione, nullus in Ecclesia militante, nec ipse summus

Prima species, & acceptio obedientia Dei imperio fideique regulis parere.

A pontifex eximitur, nec ipsimet Ecclesiarum principes prima post Christum Ecclesiæ fundamenta mundique lumina Apostoli, dum viuerent, erant immunes, vt sanctus Paulus testatur cùm ait, [a] *sibi à Deo gratiam, & Apostolatum collatum esse, ad obediendum fidei in omnibus gentibus*. Quod videlicet hoc Apostolatus honore, diuinique gratia ministerii à Christo Domino decoratus, salutarem illam omnes mundi populos ad obsequium fidei, Christianæque religionis obedientiam perducēdi prouinciam accepisset. [b] Eam veritatis assertionem, legemque in epistola inculcat, cum scribit, *Domini Euangelium per scripturas prophetarum secundùm præceptum æterni Dei patefactum fuisse ad obedientiam fidei*. Et sanctus [c] Petrus, *illos obediētiæ filios appellat purificātes perficiētesque in obediētia veritatis, & Spiritus*, quam obedientiā sacrificio potiorem esse sanctus Gregorius [d] asseruit,
B *quod in illa propria voluntas, in hoc vero aliena caro mactata Deo consecraretur*. Est præterea species obedientiæ secunda, cuius tincti colore, lustratique lumine, omnes suæ salutis appetentes, & auidi, parentibus suis, tam carnalibus, quàm spiritualibus obtemperare iubentibus, & obsequi, sicuti Dei lege tenentur, summopere percupiūt, & affectant. Illis obedientia præstita communi nomine pietas, his obseruantia, reuerentiaque, cum externa corporis veneratione nominatur, quā S. Bernardus his verbis intellexisse videtur. [d] *Obedientia est corporis veneratio, reuerentia verò est internus animi cultus*. Estne aliquis Catholicorum, qui titulo harum duarum obedientiæ specierum, summam reuerentiam, obsequiumque filiale à principibus, populisque fidelibus Romano Pontifici præstari debere iure possit inficiari? Cùm Dei loco visibili iurisdictione in Ecclesia
C sedeat, vt ab eius ore, de cathedra docentis, tanquam ab oraculo diuino fidei, religionisque Christianæ veritas intellecta prodeat, & infallibili documento scaturiat? Cùm præterea spiritualis fidelium omnium pater, pastorque omnium, tam populorum, quàm prælatorum, Dei Ecclesias in cunctis orbis Christiani partibus dispersas regentium, communi bene credentium voce cognoscatur? Quod significauit satis apertè sanctus Damasus; cùm, teste Nicephoro, [e] *omnes Episcopos suos filios appellauit*. In cuius veritatis confirmationem Galliarum [f] præsules, Episcopi, seipsos omnes filios, famulos, discipulosque Romani Pontificis profiteri, maximæ sibi laudi, honori, prosperitatique duxerunt. Præter hos duos obedientiæ salutaris, meritoriæque titulos, ter-
D tius astruitur, religiosis, illisque qui omnia propter Christum relinquentes, regulis se monasticis astrinxerunt, maximè conueniens: qui prælatos suos monasteriorum, cœnobiorumque rectores, tāquam puros Christi Domini ministros, maxima reuerentia colunt, obseruantia valde religiosa suspiciunt, eorumque iussis ardenti charitatis, bonæque voluntatis Deo consecratæ studio suffragantur. Hæc obediētia religiosa, monasticaque persæpe deuotio nuncupatur, ad pietatis speciem generaliter sumptæ relata. Est postremo quarta species, acceptioque obedientiæ, quæ reip. rectoribus, principibusque legum cōditoribus in ciuilis, humanæque societatis vtilitatem, salutemque defertur: quos despectu, rebellioneque temerare, eorumque imperio reluctari, maximum piaculum grauiterque puniendum

a Rom. c. 1.

b Rom. c. 16.

c S. Petr. ep. c. 1

d S. Greg. l. vlt. moral. c. 12.

2. Species obedientia, qua parentibus vtrisque carnalibus, & spiritualibus paretur.

d S. Ber. serm. 3. de aduētu.

Titulo duarū primarum obedientia specierum principes, & populos Christianos obedire Rom. Pontifici debere ostenditur.

e Niceph. l. 15 c. 17.

f Aimoni l. 5. c. 47 Francorum hist.

3. Titulus obedientia

4. Obedientia acceptio.

Strictiùm duas poſtremas obedientia ſpecies, parere tenentur Rom. Pontifici principes cum populis.

dum nefas eſſe iudicatur. At verò ratione tituloque duarum illarum obedientiæ formarum, acceptionumque poſtremarum, fideles quoſque principes, ac populos ad reuerenter obediendū, humiliterque parendum Romano Pontifici teneri, quis negare poterit? Cùm ipſum Eccleſiæ vniuerſalis principem, Chriſti Domini vicarium, omnium ſub religionis Chriſtianæ vexillo militantium ducem, omnium Catholicam fidem, Apoſtolicæque veritatis profitentium regulas prælatum, ſpiritualis militiæ ductorem, doctrinæ Chriſti, diuinæque ſapientiæ aſſertorem, & vindicem, omnium cœleſtis intelligentiæ doctorum magiſtrum ſupremum, vniuerſalemque ſacrarum legum canonumque legiſlatorem eſſe cognouerit? quos per omnes orbis Chriſtiani regiones, & oras pro ſalute fidelium, diaboliciquo regni excidio promulgare, ſciſcere, atque ex officio ſuo condere poteſt, atque debet? Vt ſancti, vetuſtique, eminentis pietatis doctrinæque patres, atque doctores Irenæus,[a] Auguſtinus,[b] Optatus[c] Mileuitanus, aliique cum certitudine fidei mordicus aſſeuerando profitentur? Illa autem, quæ à principibus, populiſque fidelibus obedientia Romano Pontifici diuino iure debetur longe illa, quę parētibus exhibetur iure naturali potior eſt, atque præſtantior. Vnde illa præclara, religioſaque Hērici quinti Imperatoris publicè facta proteſtatio. *Velle ſe videlicet voluntariè imperio paterno cedere, ſi pater eius Henricus 4. ſpiritualis parentis Romani Pontificis imperio vellet obedire.* De qua hæc Vrſpergēſis Abbas.[d] *Henricus 5. contra patrem ſuum rebellans, debitam promittit Papę obedientiā. Qui in conuentu Epiſcoporum habito in villa regia Northuſij, 4. Cal. Iunij magnam exhibuit ſacerdotibus Dei reuerentiam, & obortis lachrymis, regem cœli, cunctamque cœli militiā teſtabatur, ſe nulla regnandi cupiditate paternum regnū vſurpaſſe, neque Dominum, & patrem ſuum à Romana depoſi imperio exoptaſſe, imo debitam pertinaciæ, & inobedientiæ compaſſionem exhibere, ſi ille ſancto Petro, & eius ſucceſſoribus lege Chriſtiana ſubijci vellet, aut debitæ ſe ſubiecerit obedientiæ iugo, ſe regno cedere, & ſeruiliter patri ſubeſſe promiſit.*

a S. Iren. l. 3. c. 3.
b S. Aug. epi. 165.
c Optat. Mileuit. l. 1.

Obedientia Pontifici Rom. præferendu eſt parentibus debita obedientia exemplo Henrici 5. Imp. docetur.

d Abbas Vrſperg. in Henrico 5. Imp. anno 1105.

Atque hanc Catholicæ veritatis regulam principes Chriſtianos, maximè pios, à principio ſuæ creationis ad Chriſti D. fidem facto ipſo ſemper obſeruaſſe Beda venerabilis aſſerit; cùm, de Chriſto D. loquēs, ita dixit.[e] *Aſſuit quondā cōfortaturus ſuo ſpiritu Eccleſiā, cùm ab infidelibus premeretur, & ad publicum venire, ac dilatari prohiberetur: adeſt eidem, & nunc tum inclinato ad fidem culmine regali, terror quieuit perſecutionis, & omnis, mūdi ſublimitas Apoſtolicis eſt ſubdita veſtigiis, &c.* Vnde cùm hæc obedientia pontifici maximo, Chriſti Domini vicario, Eccleſiæque Romanæ præſtanda, ſit de neceſſitate ſalutis, vt ſuperius oſtendimus; non immerito Innocentius huius nominis primus, omnes, ſiue principes, ſiue populos, ſiue ſacerdotes, de grege cleri, ſiue laicos admonuit, qui rerum ad æternam ſalutem ſpectantium ſatagere deſiderant, omnia ſeruare debere, quæ Romanus Pontifex, atque ſedes Apoſtolica decreuit, atque cuſtodit: cùm ad Decentium Eugubinæ Eccleſiæ præſulem ita reſcripſit.[f] *Quis neſciat, aut non aduertat id, quod à principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc vſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari? Nec ſuperinduci, aut introduci aliquid quod aut authoritatē*

Omnes principes veri Catholici dignā ab omni tempore Rom. Pontifici obedientiam præſtiterunt.

e Beda in c. 28 S. Matt.

Omnes qui ſolus eſſe volunt immaculate ſeruare tenentur, quæ Romana Eccleſia decreuit, & ſeruat.

f S. Innoc. 1. ep. ad Eugub. epiſc. Decēt. can. 11 Quis neſci. diſt. 11.

A *non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? præſertim cùm ſit manifeſtum in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque Siciliam, inſulaſque interiacentes, nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus, aut eius ſucceſſores conſtituerunt ſacerdotes. Vel aliquis ex eius mandato, vt ſanctus Paulus* (inquit ibi Gloſſa[f] communiter recepta) nam certum eſt D. Petrū S. Paulo authoritate Domini poteſtatem prædicandi dediſſe, cùm in[g] actibus dixit Spiritus ſanctus.[h] *Segregate mihi Paulum, & Barnabam, &c.* Pergit S. Innocentius. *Aut legant ſi in iſtis prouinciis[i] alius Apoſtolorum inuenitur, aut legitur docuiſſe. Quòd ſi non legunt, quia nuſquam inuenitur, oportet eos hoc ſequi, quod Eccleſia Romana cuſtodit, à qua eos principium accepiſſe non dubium eſt. Ne dum peregrinis[k] ſermonibus ſtudent: caput inſtitutionū videantur omittere, &c.* B Atque hanc Catholicæ doctrinæ veritatem, vt orientalium Epiſcoporum cordibus S. Iulius pontifex altiùs infigeret, quam cunctos populos Chriſtianos, principeſque docerent, ſic per epiſtolam inſtruebat illos.[l] *Nolite errare fratres mei charisſimi, doctrinis variis, & extraneis nolite abduci. En inſtituta Apoſtolorum, & Apoſtolicorum virorum, canoneſque habetis. His fruimini, his circumdamini, his delectamini, his armamini, vt his freti, circundati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum iacula perſiſtere valeatis. Satis enim indignum eſt quemquam vel pontificum, vel ordinum ſubſequentium hanc regulam refutare, quam B. Petri ſedem, & ſequi videat, & docere. Multum enim conuenit, vt totum corpus* C *Eccleſiæ in hac ſibimet obſeruatione concordetur, quæ inde authoritatem habet, vbi Dominus Eccleſiæ totius poſuit principatū.* O incredibile huius ad ſalutem obedientiæ robur! quo ſepti Catholici principes, & armati, non de cunctis exteris, Chriſto pro illis pugnante, hoſtibus triumphant, ſed etiā quod longè laudabilius eſt, ſe ipſos, animumque ſuum piè, & humiliter obediendo ſalutari certamine ſuperant, vt ita victi feliciter coram Deo victores euadant, ab eiuſque manu munificentiſſima tam ſalutaris victoriæ præmio immarceſſibilem ſempiternæ coronam gloriæ conſequantur. Hoc modo *vir obediens loquitur victorias* (inquit S.[m] Gregorius) *quia dum alienæ voci humiliter ſubdimur, noſmetipſos in corde ſuperamus.* Et ita obediē do vicario Chriſti, ipſi Chriſto meritoriè religioſi D principes obtemperant, à quo ſaluati, tandem in proſperitate vitæ conſequentis glorioſiſſimè coronabuntur. *Qui* (vt loquitur[n] Apoſtolus) *factus eſt* (ſcilicet per paſſionem, & glorificationem ſuam) *omnibus ſibi obtemperantibus cauſa ſalutis æternæ.* Qui propterea in cantica ſponſæ ſuæ, vnicuique nempe fidelium animæ dixit. *Veni de Libano, ſponſa mea, veni de Libano,* veni, ſubiunxit poſtea *coronaberis.* Quoniam videlicet omnes illi fideles, qui voci Chriſti, dominantium Domini, principiſque omnium terræ regum vocantis, iubentiſque, vt Eccleſiā ſuam, ſuumq; in ea vicariū reuerenter audiant obediendo, prōptè, religioſè, fideliterque parent, & obſequūtur, pro talis obediētię mercede, perpetuæ beatitudinis lauro præcincti gloriabūtur. At iam cum concilio Romæ habito ſub Gregorio 7. Apoſtolorū principes SS. Petrum, & Paulū humillimè, deuotiſſimèq; deprecemur, vt ſuis interceſſionibus, verę ſaloraris que principibus omnibus, populiſque à Chriſto Domino, cui fideliſſimè in terra ſerui-

f Gloſſ. verbo Petrus Apoſt. ibi.
g Actor. c. 13.
h Can. quod dic diſt. 75.
i Alius, id eſt, conterraneus, vt ibi gloſſa.
k Al. aſſertionibus.
l Iul. Pap. epi. 1 ad Epiſc. orientales can. 3 Nolite diſt. 11. col. 36.

Quam magna ad ſalutem obedientia fortitudo.

m S. Greg. l. 34 c. 34.
n Hebr. c. 5. v. 9.
o Cāt. c. 4 v. 8.

Exhortatio ad omnes principes, vt ſedem Apoſtolicam religioſè venerentur.

p An. 1080.

Christus est, caput adoratur in corpore, & si ad quosdā dicitur. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius: non quo scabellum adorandum esset, sed quo maiestas pedum eius indicaretur. Cur non adoratur Ecclesia, quæ totum corpus Christi amplectitur? vt impleatur illud Sophonia, adorabunt singuli illum de loco suo. Hæc autem Ecclesię adoratio fit in persona Romani Pontificis, illius majestatem diuinitus augustam repræsentantis: dum illius filij fideles principes, & populi pedes huius patris sanctissimi, vultu in terram demisso religiosè, deuoteque deosculātur; quod hoc alio Esaias vaticinio prædixit.[a] *Et venient ad te curui filij eorum.* Quem locum Diuus[b] Augustinus de regibus, & principibus, qui prius infidelitatis oppleti sordibus, Ecclesiam Dei violentissimis persecutionum tempestatibus afflixerant, intelligendum esse iudicauit. Qui postea ad fidem Christi conuersi, illum in vicario suo illios osculando pedes maximis honoribus, virtutumque operibus adorauerunt. In cuius magistri sententiam discipulus S.[c] Prosper assensus est. Ad quod venerandi Christi Domini vicarium pedum osculo, alioque externo reuerentiæ cultu honorandi mysterium, reuocari illa quidem mysticè patriarchæ Isaac ad filium natu minorem Iacob prædictio potest.[d] *Seruiant tibi populi, adorent te tribus, esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ.* Gloriosa illa verè regia seruitus omni libertate humana potior, qua principes pij, populique fideles seruiunt, primum Deo, Christoque Domino Saluatori nostro, & ita gloriosè, feliciterque cum eo regnant iam spe secura, minimeque confundente beati: deinde secundùm Christum in terris illius sponsæ sanctissimæ matri suæ, vicarioque huius sponsæ visibili capiti, meritorio famulentur obsequio. Illudque caput visibile Ecclesiæ adorant tribus, & earum rectores ἄρχοντες principes videlicet terræ, populorūque dominatores. Ita fit ipse Christi Domini vicarius, dominus fratrum suorum, scilicet omniū fidelium, qui habent cum illo communem patrē in terra, sicut in cœlo Deum, Christumque Dominum: quique etiam filij Ecclesiæ sanctissimæ, sponsæ Christi meritoriè nuncupātur. Quæ sanctissima sponsa generali quadam ratione, etiam mater Romani Pontificis appellatur, quatenus est de Christi corpore, eiusque filius nuncupatur: quem illa Christo suo sponso, & Domino sicut ceteros fideles sacro regenerationis fonte peperit, licet alterius rationis consideratione illius pastor, & rector agnoscatur. Quo nomine sublimatus à Christo Domino merito hac pedum osculatione, alioque externo cultu, interioris indice ab omnibus fidelibus principibus, & populis honoratur, & adoratur. *Vt agnoscamus* (inquit Otho Frisingēsis[n]) *non fortuitis casibus, sed Dei profundissimis, ac iustissimis iudiciis id factum. Vide pridie latitantem* (scilicet S. Syluestrum ab infidelium tyrannorum crudelissimis persecutionibus effugientem) *ad quemlibet infimæ conditionis virum fugientem, in breui tantæ authoritatis fieri, vt regibus imperet, de regibus iudicet: vide tantæ à seculo venerationis haberi, vt veniant curui, vestigiaque pedum eius, in solio sedentis, adorent orbis Domini.*

a Esaiæ c. 60.
b S. Aug. l. de vnitate Eccl. tom. 7 contra ep. Petiliani c. 7.
c S. Prosper l. de promissionibus, & prædicationibus parte 3 promiss. 36.
d Genes. 27.
Quomodo Papa dicitur filius Ecclesia Dei, & pastor diuerso respectu.
n Otho Frising. l. 4. in prolog.

Hic autem honor Romano Pontifici in osculo pedum exhiberi solitus, ex honoris summi ab Apostolis, aliisque aliis personis Christo Domino religiose delati imitatione robur suum, rationēque desumpsisse videtur. Quo quidem illi ipsum Dominum gloriæ, regumque regem prouoluti, prostratique in terram ad eius pedes eos amplexibus, osculisque venerantes adorarunt. Hunc Dominum gloriæ, regumque terræ principem[f] introductum in orbem terræ omnes Angeli Dei, ex præscripto patris æterni, prout regius[g] Vates in spiritu cognouerat, protinus adorarunt.[h] Vix natum in præsepio sapientes reges, ab oriente veniētes humillimè, & deuotissimè procidētes adorauerunt; positis nempe humi genibus, prono capite, demissa ceruice, in terram magna cum reuerentia procumbentes, dando pedibus oscula venerati sunt, supremoque honore decorarunt. Quod vox illa *procidentes* apertè demonstrat. Græcè πεσόντες, scilicet depresso in terram vultu, humi decūbētes.[i] Sic faciebat *illa mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, quæ post errores suos, stans retro secus pedes Domini lacbrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.* Stabat quidem tunc illa, quia prouoluta in terram, humique defixa vultu pedes Domini lachrymarum fontibus irrigatos, capillis capitis sui tersos, vnctosque deosculari non potuisset: eo quod Christus Dominus[k] secundùm veterem Iudæorum, Romanorumque morem in eminenti, editoque loco mensæ accumbebat. Quē honorem pedibus suis Christus Dominus à grauissima peccatrice quondam, sed tunc maxima pœnitente præstitum, tantum abest, vt improbauerit, atque mulierem talia per summam reuerentiam, amoremque facientem à pedibus suis expulerit, quin potius illum sibi ab illa honorem religiosè delatum gratissimum habere se ex responsione hoc Simoni hospiti facta manifestauit.[m] *Vides hanc mulierem, Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem rigauit lacbrymis pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti:* (sicut moris erat hospites apud Iudæos osculorum suauitate, atq; dulcedine domum intrantes excipere) *hæc autem ex quo intraui, non cessauit pedes meos osculari.* In testimonium honoris maximi, signumque flagrantis amoris, propter quem *dimisit illi Dominus peccata multa, quia dilexit multum.*

a. Pars. Honor osculandi pedes Rom. Pontificis honori ab Apostolis, aliisque piis personis Christo vincenti in terris exhibito cōformis, atque vendicatus inde.
f Heb. 1. 6.
g Psal. 96. v. 8.
h Matt. 2. v. 11.
Magi procidētes reges natū Dominum adorant, eiusq; pedes deosculantur.
i Matt. 7. Luc 7. v. 38.
Cur S. Magdalena stans non prostrata humi Christi D. pedes deosculata est.
k Plutarch. in conuiualibus Valer. Max. l. 2.
m Luc. 7.

Similiter & cæcus ille à natiuitate lumine orbus corporeo, omnipotenti Christi Domini virtute lucē oculorū, visumque consecutus, ipsum maiestatis Dominum pronus in terram, illam prius ore tangens, in tanti agnitionem beneficij Christi D. pedes amplexatus, illique oscula libās, adorauit: vt hunc S. Ioannis locum Nonnus[n] Panopolitas his verbis exponit. *Domine, credo, dixit, caputque terræ admouens, & pedibus immortalibus curuatum ceruicem flectens, Nitidum sursum amplexus est calceorum.* Similem procidendi in terram, pedesque deosculandi honorem Christo Domino[o] discipuli, qui cum eo transfretauerant, impertiuerunt, sicut[p] mulier Cananæa, pro filia à diabolo possessa illi humillimè supplicans, & mater filiorum[q] Zebedæi, *pro filiis suis aliquid petens ab eo.* Quo reuerentiæ externæ cultu, postea deuotæ illæ mulieres, quæ facultatum suarum largitione Christo Domino religiosè famulabantur, ipsum Dominum de morte, inferoque post admirabilis gloriam resurrectionis triumphantem, prouolutæ ad pedes eius adorauerunt; vt ille cantus hymnusque Ecclesiæ docet.

a. Cæcus natus pedes Christi deosculatus est luminis restitutus oculorum.
3. Discipuli Christi.
n Nonn. Panopol. in c. 9. S. Ioan.
4. Cananæa.
o Matt. 14.
p Matt. 15.
q Matt. 20.
6. Mater filiorum Zebedæi.
6. Deuotæ mulieres post resurrectionem Domini.

a Hymnus Ecclesiæ.

[a] Illa dum pergunt concita,
Apostolis hoc dicere,
Videntes eum viuere,
Osculantur pedes Domini.

Tertull. l. 3. aduers. Marc.

Inter quas *mulieres pias, deuotasque*, si Tertulliano fides habeatur, vxor regij procuratoris adnumerabatur. Cur autem Christum Dominum deuotæ illæ mulieres adorando pedes illius osculabantur, rationem his verbis [b] Theuphilactus reddidit.

b Theophil.

Quare illæ cum plurima reuerentia, & honore Christum colerent, eius pedes tenuerunt? Quia ob summam erga Christum Dominum reuerentiam, & cultũ nullas alias corporis partes contingere sunt ausæ: cùm pedes omnium partium corporis sint, atque extremi. Ex his scripturis locis, in quibus apparet pios religiososq; viros, necnon deuotas mulieres, vtpote S. Magdalenam Christum Dominum illius pedes magna cum reuerentia, & deuotione deosculantes adorauisse Innocentius tertius legitimum deduxit fundamentum: in quo religiosus ille ritus Romanum Pontificem per pedum oscula venerandi, & adorandi radicetur, atque firmetur. Hæc dicens. [c] *Subdiaconus, vel diaconus nõ manus, sed pedes Romani Pontificis osculatur, vt sũmo Pontifici summam exhibeat reuerentiam, & eum illius ostendat esse vicarium, cuius pedes osculatur mulier illa, quæ erat in ciuitate peccatrix. Adorãdum est enim scabellum pedum eius, quoniam sanctum est: cuius pedes tenentes mulieres resurgentem à mortuis adorauerunt.*

c Innoc. 3. l. 2. mysteriorum missæ c. 17.

3. Pars. S. Petri viuentis pedes per summum honorem deosculati.

Et cùm religiosi, piique, tam viri, quàm mulieres, tam principes, quàm populi, tam Ecclesiastici, quàm laici, Christum Deum iam super omnes cœlos ad dexteram æterni patris exaltatum in propria persona corporeque naturali adorare tãgendo illud, osculandoque non possint: eum in persona sui vicarii Romani Pontificis adorare, puréque venerari conantur. Quod in persona B. Petri vicibus in terra Christi Domini fungentis sæpius factum fuisse legimus. Nam S. Clemẽs sic S. Petrum magistrum suum, eius amplexatus pedes, & osculatus honorauit cùm ad huius prouolutus vestigia, summis eum precibus obtestabatur, ne tantam, tamque grauem vniuersæ regendæ Ecclesiæ prouinciam, suis longè superiorem humeris imponeret. [d] Mulierem à S. Petro sanitati restitutam, ipsius pedes amplexatam, deosculatamque prouolutam terræ in gratiarum actionem fuisse legimus. Sicut [e] illius sancti Apostolorum principis scriptores vitæ, Tripoli homines diutius à dæmonibus vexatos, postea virtute Christi, precibus S. illius Petri liberatos in terram ad huius proruisse pedes, eos in gratiarũ actione osculando commemorant. Qui aliarum piarum mulierum recordantur, insulam Anchiradi nomine incolentium, quæ honorantes Apostolum, illius pedes iteratis osculis religiosè coluerunt. At defunctum hunc Christi Domini vicarium, vniuersalis Ecclesiæ rectorem & principem multi principes populiq; de religione Christiana optimè meriti prostrati ad pedes eius, quos vt licuit osculati sunt, diuinis prosecuti honoribus adnrauerunt. Cuius rei testis locupletissimus S. Augustinus habetur, cùm ait. [g] *Itaque quis tam desperet de magnitudine criminis, aut de humilitate generis? Nam beatum Petrum piscatorem, modo gentibus prouolutis adorat gentium multitudo credẽtium.* Ipsemet epist. 42. [h] *Imperij, inquit, nobilissimi eminentissimum culmen nunc videtur ad sepulturam piscatoris Petri submisso diademate supplicare.* Similia S. Chrysostomus habet in oratione contra gentes hæc dicens. [i] *Roma, quæ vrbium est regalissima relictis omnibus ad sepulchra piscatoris, & pellionis currunt reges, & præsides, & milites. Et Constantinopoli reges nostri magnam gratiam putant, si extra Apostolorum vestibula corpora sua sepeliantur, fiant piscatorum ostiarij.* Memorabile illud, & singulari dignum obseruatione, quod in vita S. Martialis Lemouicorum Episcopi, illuc à S. Petro missi [k] Aurelianus Episcopus scriptis suis posteritati mandauit; nimirum Lemouicorum ducem, ac principem nomine Stephanum, magno, strenuoque comitatum exercitu, Romã religionis causa profectum Vaticana sacraria magna cũ religione petiuisse, ibique summa cum humilitate nudis pedibus, indutum cilicio, ad S. Petri pedes, eos qua potuit religione, & honore deosculando proruisse.

g S. Aug. ser. 23. tom. 10.

h S. Aug. 42.

d Abdias & alij

e Ibid.

In vita S. Petr.

f S. Clemens Epist. ad S. Iacob.

Defuncti S. Petri pedes osculis venerati.

i S. Chrys. in 5 orat. contra gentes.

k Aurel. Episc. in vita S. Martial.

CAPVT XI.

Ostenditur inductione exemplorũ summum honorem, reuerentiam, & obedientiam prælatos Ecclesiæ, imperatores reges ac principes Romanis põtificibus præstitisse, eorum pedes reuerenter osculando, & equorum quibus vehebantur fræna per deuotam humilitatem propria manu stratoris instar regendo.

1. *Episcopi prælatique Ecclesiæ pedes Romani Pontificis deosculantur.*
2. *Exempla imperatorum & regum Christianorum qui deuote ac religiose proni in terram Rom. Pontificis pedes deosculati sunt.*
3. *Maxima imperatorum, ac regum Catholicorum humilitas, summusque ab illis Rom. Pontifici præstitus honor, qui stratoris officio fungentes equi quo Romanus Pontifex vehebatur frænum propria manu tenere, ac regere voluerunt.*



AT verò quem honorem, reuerentiam, amorem, & obsequium summum pedum deosculatione significatum Catholici, religiosique principes Beato Petro, quatenus Christi Domini vicario, vniuersalisque Ecclesiæ principi monarchico viuenti, defunctoque detulerunt: eundem postea successoribus illius eadem qua ipse dum viueret authoritate præditis Romanis Pontificibus ab omni tempore reuerendissimè consectarunt. Nec verò id solum principes, populique de sorte laica, pietatis, obedientiæ, honorisque summi munus Romano Pontifici locum Christi Domini in terra visibili iurisdictione tenenti præstiterũt; sed etiã Episcopi, prælati, magnique Catholicarũ Ecclesiarũ rectores, cũ cæteris sub illis in Ecclesia Dei militantibus clericali functioni mãcipatis honorifica pietate detulerũt. Vt patet illis oriẽtalis

Eccleſiæ prælatorum, Eccleſiaſticorumque literis ad Symmachum Papam, quibus illum deprecantur, ſummiſque tanquam vniuerſæ Eccleſiæ principem, ſancti Petri ſucceſſorem votis interpellant, vt ſibi hæreticorum furoribus imperãte Anaſtaſio vehementer agitatis, & oppreſſis, ſua velit authoritate ſuprema ſuccurrere. Inter has quippe literas ipſa orietales illi ſubiunxerũt.[a] *Quod ſi parua exſisteret ægritudo orietalis Eccleſiæ, vel ab ea facilè ſine animarum periculo poſſimus abeſſe, nos forſitan ad ſpiritualem noſtrum medicum* (te ſcilicet beatiſſime pater) *curreremus, quatenus & paſtiones bonorum medicorum, veſtrorumque doctorũ* (ſcilicet SS. Petri, & Pauli) *& ſancta adoraremus tua veſtigia, vt & præuaricationis medicinam, & ſolutionem vinculorum, & delicti remiſſionem de hoc ſanctᵒ ore ſuſciperemus.* Hunc oſculandi pedes honorem Cardinales omnes Honorio 2. ad ſacras Apoſtolicæ dignitatis arces euecto recenter exhibuiſſe, eius Papæ ſcriptor vitæ teſtatur. Cuius honoris Rom. Pontifici ab omnibus fidelibus Eccleſiaſticis, & laicis exhibiti antiquitatem Bibliothecarius Anaſtaſius in Leonis 4. creatione demõſtrans ita dixit.[b] *Tunc omnes* (ſcilicet poſt creationem Leonis 4.) *vt ſuperius annotatum eſt, pergentes cum gaudio, multaque iucunditate, & lætitia in Eccleſia in qua degebat beatorum quatuor coronatorum, inde eum coactum, & iuſſum abſtrahentes in hymnis, laudibuſque præcipuis ad Lateranenſe patriarchium perduxerunt: Cuius, morem & ſeruantes antiquum, omnes oſculati ſunt pedes, tam Eccleſiaſtici, quàm laici de more vetuſto, quanta autem in eius pontificali electione concordia, vel vnanimitas fuit, nullus breuiter enarrare hominum poteſt.* Neque vnquam barbara infidelium crudelitas, paganorum, tyrannorum ferităs, diſque ab illis excogitati cruciatus furentibus eõtra ſactam D. Petri nauiculam perſecutionum acerbiſſimarum auſtris, fideles, piosque cuiuſcũque conditionis, & ſortis Chriſtianos indomito Catholicæ cõſtãtiæ robore ſeptos à tam ſancto, religioſoque Romani Põtificis oſculandi pedibus officio, & honore reuocare potuerunt. Acta vitæ S. Caii Papæ martyrisque legantur, in quibus ſcripta hæc inueniuntur.[c] *Maximus rei priuatæ comes miſſus à Diocletiano, vt de Suſannæ nuptijs quid eſſet actũ cognoſceret, videns germanum ſuum Claudium in aſſiduis precibus perſeuerantem, & eo habitu, ac ſtatu corporis, quo diximus ſtatim conuerſus eſt: poſtquam eum perduxiſſet Claudius in domum Gabinij, deinde baptiſmum accepturus ad Caium Papam deductus, ille deoſculatis Caij Papæ pedibus ipſi Diocletiani aperuit conſilium* (ſcilicet de tradenda Suſanna Gabinij filia in matrimonium Galerio filio adoptiuo huius Imperatoris) *poſtea autem Maximus à Papa baptizatus, erogauit bona ſua pauperes.*

Ad hunc oſculandi pedes honorem S. Ambroſius Gratianum, aliosque Imperatores Chriſtianos hac exhortatione ex magna charitate compellabat.[d] *Ergo imperator* (ſcilicet Theodoſi magne) *vt iam non ſolum de te, ſed etiam ad te verba conuertam, quoniam aduertis, quàm grauiter Dominus conuenire ſoleat,* ſcilicet nonnullos peccantes, *quò glorioſior factus, eò amplius authori deferendum honorem. Scriptum eſt enim, cùm te introduxerit Dominus in terram alienam, & manducaueris fructus alienos, ne dixeris virtus mea eſt, iuſtitia mea hoc mihi dedit, ſed Dominus Deus donauit, ſed Chriſtus miſericordia ſua contulit, & ideo corpus eius, id eſt Eccleſiam dili-*

Tom. II.

[a] Epiſt. orient. ad Symmach. Papam.

Honorij 2. pedes deoſculatos cardinales anno D. 1120 author vitæ Honorij 2. ſcribit. Quàm antiquus ille mos religioſus Papæ pedes oſculandi.

[b] Anaſtaſ. Bibliothec. in vita Leon 4.

Perſecutionũ temporibus pij Chriſtianum Rom. pedes etiam fideles oſculari non ceſſabant.

[c] In actis S. Caii Papæ, & martyris.

S. Ambr. Imp. Chriſtianos ad hũc pedum oſculationem inuitat.

[d] Ep a ad ſororem Marcellinã tom. 5. ep. vlt. l. 2.

[e] Deut. 9.

A *gẽdo aquam da pedibus eius, oſculare pedes eius* (ſicut Chriſti in perſona vicarii ſui, & illius viſibilis Eccleſiæ capitis, Romani nempe Pontificis) *vt non ſolum abſolua eos, qui in peccatis deprehenſi ſunt, ſed etiam pace ſua donet, concordia & quiete relaxet, &c.*

Cuius quidem pietatis, & honoris Conſtantinus M. beatæ memoriæ, cæteris poſt ſe regibus, & imperatoribus exemplum reliquit, teſte eodẽ S. Ambroſio, & illud omnibus ad imitãdũ expoſuit.[f] *Ipſe enim primus non ſolùm Sylueſtrũ pontificia dignitate ampliſſimum venerarus eſt, ſed etiam Eccleſiã Romanam magnificentiſſimis decretis honeſtauit, auxit, nobilitauit, vt opibus firmam, gloria inſignem, copiis locupletem redderet.* Quidni tantum ille honorem, obedientiãq; Epiſcoporum principi, & vniuerſalis Eccleſiæ rectori ſummo, in terrã proſtra-

B tus ad pedes prouolutus tãti paſtoris impertiuiſſet, atque detuliſſet, qui ſanctis Eccleſiarũ particularium paſtoribus Epiſcopis[g], venerandiſque patribus, ad concilium Nicenum proficiſcentibus caput diademaque tanta cum humilitate, deuotioneque ſubmiſit? Quis mediocriter in Eccleſiaſticis verſatus hiſtoriis ſummum quo veneratus eſt Ioannem primum Rom. Pontificem, Iuſtinus ſenior religioſiſſimus imperator honorem ignorare poteſt? Cum eum à Theodorico rege Gothorum ad ſe miſſum, non ſolùm honorificè, reuerenterque, variis cumulatũ honoribus, põpiſque laudabilibus excepit, ſed etiã in maioris venerationis indicium pedes illius deuotiſſimè proiectus in terram iteratis oſculis honorauit? *Quod fuit in cauſa,* inquit Paulus diaconus, *quamobrem*

C *Theodoricus malitia ductus illum ſemel cũ ſociis carceris afflictione peremerit.* Eundẽ honorẽ Romano Pontifici poſteri imperatores huius Iuſtini ſenioris exempla ſecuti præſtiterunt, vt Iuſtinianus ſecundus, poſt à ſuo exilio reditũ: quod his verbis Anaſtaſius Bibliothecarius expreſſit.[h] *Dominus autem Iuſtinianus imperator audiens eius* (ſcilicet Papæ) *aduentum, magno repletus gaudio à Nicæna Bithynia miſit ſacram* (ſcilicet epiſtolam) *gratiarum actione plenam: & vt debuiſſet pontifex occurrere Nicomediam, & ipſe veniret à Nicæa. Quod & factum eſt. In die autem, qua ſe inuicem viderũt, Auguſtus Chriſtianiſſimus cum regno in capite ſeſe proſtrauit pedes oſculãs pontificis, deinde in mutuum amplexum corruerunt, & facta eſt lætitia magna in populo, omnibus aſpicientibus tantam humilitatem boni prin-*

D *cipis, &c.* Eadem de hoc imperatore Paulus Diaconus,[i] Beda,[k] Blondus,[l] Platina,[m] Sigonius,[n] aliique referunt. Hac deuota pedes oſculandi reuerentia ROMANOS Pontifices ab imperatoribus religioſis Carolo magno, Ludouico iuniore, Lotharii filio, Frederico 1. Conrado Henrici 3. Imp. filio, & Palæologo orientis imperatore, fuiſſe decoratos inferius oſtendetur. Veniamus ad reges. Pipinus rex Francorum venienti in regnum ſuũ Stephano Papæ auxilium à ſe contra Aſtulphum Longobardorum regem, Romanæ oppreſſorem Eccleſiæ petituro, cũ maxima reuerentia ſui regni nobilibus, magnatibuſq; comitatus accurrit: & priuſquã in illius proruerei amplexum, humillimè pronus in terrã pedes deoſculatus eſt, vt prę-ter[o] Gallicos annales[p] Franciſcus Ioannetus ex Ginonis, Lupoldi, aliorũq; ſcriptorũ authoritate fretus memoriæ prodidit. Huc eodẽ quo pater Carolus M. Hadrianũ põtificẽ honore decorauit, & coluit, pedibus illius ſuauia oſcula religioſè humiliterque libando, vt Platina,[q] Iacobus

[f] Magnus honor, & veneratio S. Sylueſtro à Conſtantino M. exhibita.

[f] S. Amb. orat. de obitu Theodoſ.

[g] Euſeb. l. 1. de vita Conſtant.

[4] Iuſtinus ſenior Ioanni 1. Papæ pedes oſculatus eſt. In vita Ioan.

[1] Paul. Diac. l. 17. rerum Rom.

Iuſtinianus 2. Conſtantino Papæ natione Syro Conſtantinopolim venienti pedes religioſè deoſculatus eſt.

[h] Anaſt. bibl. in Conſtant. Pap.

[i] Paul. Diaco. l. 6 de geſtis Longobard. c. 10.

[k] Bed l de ſex ætatibus ann. ab orbe condito 4665.

[l] Blond. l. 10. decad 1.

[m] Platina in vita Conſtãt. Pap.

[n] Sigon. l. de regno Italiæ.

Pipinus rex Galliæ Stephani Papæ pedes deoſculatus eſt.

[o] Annal Frãc.

[p] Frãciſ. Ioãnetus in lib. põtific. c. 9.

Carolus M.

[q] Plat. in Hadrian. primo.

[a] Vnymphe,[b] & ipse, qui supra Ioannetus citato loco testificantur. Et præter alios Gallicarum rerum scriptores[c] Aimoinus, & Paulus[d] Æmilius, cuius hæc verba sunt. *Præstolabatur Regem Carolum Hadrianus cum sacro cœtu, pro gradibus ędis sancti Petri: illic vbi in congressum venit, prius pontificis pedes osculo contigit, quã sesse complectendum daret.* Ludouicus filius Lotharii anno Domini 844. summum Sergio Papæ impertiens honorem illius aduolutus pedibus illos religiosè contrectando deosculatus est. Id ipsum omnes Christianissimos reges in honorem Romanorum Pontificum fecisse semper, siue per se ipsos, siue per suos legatos, oratoresque, Francorum scriptores clarissimè demonstrant, vt copiosius libro sequenti docebimus. In quorum persona illud Esaiæ vaticinium adimpletum piè, fideliterque videmus.[e] *Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.* Aliarum gentium, nationumque Catholicarum reges similem Romanis Pontificibus, in eorum pedes reuerenter osculando honorem, obedientiamque præstitisse scriptores illarum suis monumentis posteritati mandarunt: quos hoc loco breuitatis causa prætermittere iuuat.

Sed illud summæ humilitatis indicium est, maximique honoris, obedientiæque testimonium, quæ Romanis Pontificibus Catholici, verè religiosi principes, reges, imperatoresque vouent, atque consecrant, cum erga illos nomine Christi, stratoris maxima sublimes humilitate officio defungi voluerunt, hoc humillimo obsequio se veros Christi, Ecclesiæque filios obsequentissimosque seruos agnoscentes. Quod quidem summæ humilitatis, reuerentiæ, obedientiæque munus primus sancto Syluestro exhibuisse magnus ille Constantinus creditur, qui tanto hunc S. Pontificẽ honoris, obedientiæ, reuerentięque cultu venerabatur, vt nullum amoris, nullum studii, nullum pietatis officium prætermitti pateretur, quo magis ac magis hunc Romanæ, Apostolicæque sedis præsulem decoraret, & honoraret. Nam[f] ob S. Petri reuerentiam, equum in quem sublatus erat pontifex fræno egit, stratoris officium exhibuit, sacratissimo vertici coronam imposuit, vt apex pontificiæ dignitatis insignior appareret. Huius pietatis, humilitatis, atque in Rom. Pontificem obsequij, Hadrianus primus epistola ad Constantinum, & Irenem imperatores filium & matrem, & Theodorus Balsamõ Antiochiæ patriarcha in nomocanone Photij meminerunt. Apud hunc Theodorum sic Cõstantinus Magnus loquitur.[g] *Nos autem tenentes frænum equi S. Syluestri propter venerationẽ, & reuerentiam S. Petri stratoris officio functi sumus.* Idipsum tantæ pietatis, obedientiæ, religiosæ humilitatis, honorisq; maximi erga S. Syluestrũ Christi D. vicarium, à Christianissimo imperatore, qui toto terrarum orbe primus sanctæ Crucis trophæa triumphator erexerat, exhibitum munus, & officium S. Leo nonus[h] in epistola aduersus Michaelis patriarchæ præsumptionem[i] Anastasius Bibliothecarius, Ado[k] Viennẽsis, S.[l] Anselmus,[m] Petrus Damianus in synodali disceptatione, inter regiorum aduocatum, & Ecclesiæ Romanæ defensorem Godfredus[n] Viterbiensis, Gratianus[o] in decreto, aliique quamplurimi rerum Ecclesiasticarum scriptores sua testatione bene rationum subnixa ponderibus, testimoniisque cõprobarũt.

- a Iacobus Vnymphe in epitome rerũ Germanicarum c. 93.
- b Franciscus Ioannetus in l Pontificum c. 39.
- c Aimon. l. 4. de gestis Frãcorum c. 90.
- d Paulus Æmil. l. 2. hist. Franc.
- *Ludouicus Lotharij filius Sergij pedes papæ osculatus est, ex Sigonio, de regno Italiæ p. 214.*
- e Esaiæ c. 49.
- *3 Pars. Maxima humilitas, summaq; obedientia erga Rom. Pontificem Catholicorum principum stratoris officio fungentium, & frænum equi pontificis manu tenentium.*
- *1 Primus hoc præstitit S. Syluestro Magn. Constant.*
- f Vide S. Amb. orat. de obitu Theodosij. Hadr. 1 ep. ad Const. & Irenem quæ extat act. 2 7. synod.
- g Thodor. Balsam in nomocanone Phot. tit. 8. can. 1.
- h Leo 9. epist. contra præsumptionem Mich. amp. c. 13.
- i Anast. Bibl. in vita S. Leo. 9.
- k Ado Vien. in comment. ætatis 6
- l S. Anselmus l. 4. c. 32.
- m Petr. Dam. in disceptat. synodali
- n Godfr. Viterb. in chron. parte 6. c. 2.
- o Gratia. dist. 96.

Hunc Imperatorem armis, terrarum amplitudine, pietate, religioneque Christiana maximũ, postea plerique principes, reges, imperatores, in hac pia humilitate, obedientia, honoreque Romano Pontifici præstando sequi voluerunt: vt inter alios Pipinus rex Francorum.[a] *Qui Stephano Papæ,* (inquit S. Anselmus Lucensis) *ad trium milliarium spatium occurrit, & de equo descendens, & per frænum stratoris officium exercens, cum vsque ad suum palatium deduxit.* Eadem de hac Pipini in Rom. Pontificem reuerentia Iuo[b] Carnotẽsis in chronicis vberius multo, copiosiusque refert. Fredericus primus huius nominis Imperator, post octodecim annos, quibus ferocitate continua sedem Apostolicam, Romanumque Pontificẽ immanissimè, sceleratissiméque persecutus, vehementer afflixit, tandem ad se reuersus, conspectaque scelerum suorũ fœditate, pœnitentiæ lachrymis tot vitiorum sordes eluere, Spiritus sancti gratia cooperante in eius animo statuens, ad pacem, reconciliationemque cum Ecclesia, Romanoque pontifice, quos tot annos oppresserat, magno suæ salutis inflãmatus amore redire voluit. Qui stratus humi coram pontifice cum humili deuotione pedes deosculando, erratorum veniã dolore tactus intrinseco petiit, & per ianuam reconciliationis, in cõmunionem Catholicorũ Ecclesiæque pacem, ab anathemate liberatus admitti cum maxima humilitate, deuotioneque flagitauit. Deinde à pontifice maximo benignè, misericorditerque ad amplexus, & oscula paternæ charitatis exceptus ipse imperator in summã humilitatem, meritoriamque sui abiectionem erga pontificem stratoris, & apparitoris officio fungi voluit. Hæc pluribus scriptor actuum Alexandri 3. Rogerius,[c] & Romualdus[d] Episcopus Salernitanus, præter multas Alexandri Papæ huius epistolas, ad diuersos scriptas, ista fidelissime commemorantes, de conuersione huius Imperatoris, atque pedum osculatione Rom. Pontificis ab illo Imperatore breuiter in historia commemorat. *Cumque ad Papam appropiasset* (scilicet Fredericus Imperator) *tactus diuino spiritu Deumin Alexandro venerans imperiali dignitate postposita, reiecto pallio ad pedes Papæ, totum se extenso corpore inclinauit, quem Alexander Papa cum lachrymis benignè eleuans recepit in osculo, & benedixit, moxque à Teutonicis, Te Deum laudamus est excelsa voce cantatum.* Qualiter postea in maiorem pontificia honorem stratoris officium reconciliatus Ecclesiæ Imperator exercere voluerit, idem author talibus persequitur.[f] *Imperator autem, vt humilitatẽ, quam corde cõceperat, opere demõstraret, sumpto stratoris officio pallium deposuit, manu virgam accepit, laicos de choro expulit, & Papa ad altare solemniter, & processionaliter venienti viam tanquam bestiarius præparauit.* Et paulò post.[g] *Finita missa cum Papa ad suum palatium vellet redire, imperator dextram eius accipiens, eumque vsque ad portas Ecclesiæ satis honestè deduxit, cumque equum suum album de more vellet ascendere, imperator ex alia parte accedens frænum eius tenuit, & postquam equum ascendit, ipsum aliquantulum stratoris more, per fræni lora deduxit: quem Papa benedicens ad hospitium redire permisit.*

Eodẽ stratoris officio Cõradus rex Italiæ Henrici 3. imperatoris iniqui filius erga Vrbanum secundum functum fuisse[h] Bertoldus sui temporis scriptor in annal. an. D. 1095. refert eodẽ humilitatis, obediẽtiæ, reuerentiæq; munere Carolus 4.

- a Pipin. rex Franc.
- a S. Anselm. Lucen. l. 1. collectaneat.
- b Iuo Carn. in chron.
- *3. Fridericus 1. pedes Papæ Alexandri 3. osculatur post stratoris munus equum Papæ fræno manu capto rexit, & deduxit.*
- c Roger. in annal. Angl.
- d Romuald. Episc. Salern.
- Ep. Alexãd. 3.
- f Romual. ibi.
- *Stratoris, & apparitoris officio Fredericus erga Rom. Pontificem fungitur.*
- g Ibid.
- *4. Conradus rex Italia.*
- h Bertold. in annal. an. D. 1095
- *5. Carolus 4. Imp. an. 1369.*

imp. & Ferrariæ marchio Vrbanũ Pontificẽ huius nominis quintum coluit, & honorauit: cuius pietatẽ, religionẽque colens filios Vincelaus, ſimilẽ reuerentiam, & honorem Gregorio vndecimo religioſe profudit: cum Pontificiã conſecratione ad ſoliũ euectus imperii, ipſum põtificẽ, frænum equi, quo vehebatur manu tenendo, magna cum humilitate, honoreque comitari voluit, vt [a] Bernardinus Corius fideliter aſſeruit. Quod etiã Palæologum Imperatorẽ orientis, poſt errores et[r]ores Græcorũ, & profeſſionẽ Catholicæ fidei factam ſolemniter, [b] Vrbano 5. præſtitiſſe, annales Eccleſiaſtici commemorant. Qui Põtifici Romã Viterbio venienti obuiã procedens, prius de more vetuſto, pedes eius deoſculatus, frænũ equi põtificis nudato capite, pedibus incedens tandiu tenuit, donec ad gradus Baſilicæ Vaticanæ equo inſidentẽ Vrbanũ deduceret: ſtratoris deinde officio, pontifice ex equo deſcendente, cũ humili, deuotaque reuerentia fungi voluit. Simili reuerentia, pietate, obedientia, & honore affectos erga Pouuficem Rom. propter Chriſtum D. cuius vicarias exercet in terra vices, quamplurimos alios principes, reges, imperatoreſque Catholicos fuiſſe paſſim in hiſtoriis Eccleſiaſticis reperire facile eſt. In quorũ cõmemoratione longius orationis filũ texere metus faſtidij vetat. Ex quibus apparet quãto ſemper honore, obſequio, reuerentia, obediẽtiæq; ſinceritate Catholici virtutibus eminentes heroicis, Chriſtianiſque principes patrem ſanctiſſimũ, Chriſti D. vicariũ, vniuerſalis rectorem Eccleſiæ coluerunt, cui tantæ humilitatis, abiectionis voluntariæ, deuotionis, meritoriæque pietatis officia ad maiorẽ Chriſti D. gloriam relata præſtiterunt. Sed ad maiorẽ pontificiæ majeſtatis, Apoſtolicæque dignitatis exaltationem, ſimulque ad clariorem, atque digniorem Catholicorũ principũ pietatis in illam, honoris, obedientiæ, amoriſque prædicationẽ, adhuc eximia quædam, præclaraque magnis minimè vacantia myſteriis breuius, quàm res tanta dici poſſit exponamus.

a Bernardin. Corius parte 3 hiſt. Mediolanenſ.

b Vincelaus Imp. filij Caroli 4.

6 Palæol. Imp. b Vrbano 5. ann 1369. ex 14. annal. Eccleſ. ann. 1352. n. 3.

CAPVT XII.

De myſteriis in cruce aurea calceis Romani Pontificis impreſſa, & in eleuatione, portationeque in altum eiuſdẽ pontificis Chriſti D. vicarij latentibus, ad maiorem pontificiæ maieſtatis exaltationem.

1. *Quænam myſteria per impreſſionem ſanctæ crucis calceis Rom. Pontificis deſignantur.*
2. *Quanta dignitatis põtificiæ ſublimitas, & eminentia fidelibus ſalutaris, hac Pontificis eleuatione deſignatur.*
3. *Myſteriũ arcæ in veteri teſtamento eleuatæ, eleuationem Rom. Pontificis honorificam innuendo deſignabat. Cuius comparationes cum Rom. Pontifice præclara recitantur.*
4. *Eleuatio Rom. Pontificis antiquiſſima, ſicut honorifica, argumento à minori iuſtificatur.*



NE quis autem ſiue de nobili principum ſorte, ſiue de cõmuni populorũ grege miretur, vel potius ſtupeat, quod ad Rom. Põtificis, cũ pietate deuota pedes oſculandos inuitetur: illud in eis impreſſum ſignaculum vitæ, inſtrumentumque ſalutis humanæ, crucem nempe Domini conſideret. Quã huius impreſſam pedibus, dum piè, religioſẽque deoſculando veneratur, ſciat ſe non tam hominẽ purum, quam in puro homine, vniuerſalis Eccleſiæ rectore, Deum verum pro nobis incarnatum, & crucis immolatum patibulo venerari, & adorare. Vt ipſa crux, ſignum prius maledictionis, & improperii, contactu corporis Chriſti, tanquam diuinitatis calcei, non ſolum facta ſit glorioſa, ſed etiã ipſam fidelium omnium matrem, Chriſti D. ſponſam Eccleſiam, illius ſanguine mundatam, ad ſummam gloriam, felicitatẽque prouexerit. Cuius quidem gloriæ, felicitatiſque, cùm verbum caro factum, per incarnationem, poſtea vero in ara crucis paſſione crudeli conſummatum in calceamento cruce ſignato repręſentatum, meritoria cauſa extiterit: tantum beneficium gentibus, pro quibus res tam mirabilis apparuit in terris, notum facere volens Deus, per prophetam dixit. [a] *In Idumæam extendam calceamentum meum*, id eſt gentium populis incarnationem, paſſionemque meam conſpicuã, manifeſtãque reuelabo. Carnis enim indumento diuinitas quodãmodo calceata fuiſſe dicitur, cruce vero ſignata, cùm hęc immaculata Chriſti D. caro *per paſſiones in cruce conſummata eſt*, vt Apoſtolus [b] loquitur. Ergo pedes Rom. Pontificis ſigno crucis ornatos, inclinato capite, pronoque in terrã corpore humiliter deuotẽq; deoſculari nihil aliud eſt, quàm incarnationem, paſſionẽque dominicã, cũ ſummo charitatis ardore meditando venerari, eãq; in calceis crucem, pedibuſque defert Rom. Pontifex Chriſti D. vicarius, vt omnibus eam colẽtibus oſculando tutum, rectumque ad cœlos ſternat iter, & aperiat. Non immerito propterea dictus pontifex, quaſi *pontẽ faciens*, cuius lapides, ex quibus conſtruitur, ſunt opera bona, vitæ probitas, ſalutaris doctrinæ puritas, ſupremæque ad ædificationem poteſtatis adminiſtratio: quibus directi, inſtructi informatique fideles per hunc orthodoxæ religionis, fideique Chriſtianæ põtẽ, ad æternæ beatitudinis portũ, quę iuſtos pręſtolatur in cœlo, proſperè, ſecureq; deducantur. Nec ſolũ Papa ſimpliciter põtifex appellatur; ſed etiã vox illa *Maximus*, adiũgitur: quod in Eccleſiis militante Chriſti D. fontis omnis poteſtatis, gratiarũq; cœleſtiũ, vices, vicariaſq; majeſtatis illius diuinę functiones exercens ſummo omniũ ſacerdotũ, paſtorũ, prælatorũque animarũ ſaluti vacantiũ principatu potiatur. Qui ideo calceatus pedes *in præparatione euangelij diuinæ pacis* incedit, vt ſit ſequentibus ſe via ſalutis ad illius æternæ, diuinæque pacis aſſecutionẽ. In cuius pignus ſecuritatemque, pedum ſuorum tegmentum crucis aureæ ſigno reuerenter exornat: quod eſt ſalutare ſignum *in cœlo futurum, cùm Dominus ad iudicandum venerit*: per quod itur ad aſtra. Vt hoc myſterio veloti potenti lingua doceat, & erudiat omnes, qui volunt *in Chriſto pie viuere, perſecutiones per crucem ſignificatas pati debere*, & eam ſanctiſſimam crucem, quæ eſt *lignum vitæ his qui apprehendunt eam*, non modo deoſculando venerari, ſed illam quoque ſuper ſe ipſos inclinare, & labore inexhauſto, vt ſanctus Bernardus loquitur, *infatigabiliter portare illam*,

Per calceamentum pontificis cruce ſignatum aureã, noſtra ſalutis myſteria incarnatio, & paſſio Chriſti D. adumbrãtur.

a Pſal. 59.

b Hebr. c. 2.

Cur Papa dicitur pontifex maximus.

S. Bern. ſer. de paſſione Domini.

inquam, diuinissimam trucem suis humeris imponere. Cuius latitudo est charitas, cuius longitudo est aternitas, cuius sublimitas est omnipotentia, cuius profundum est inscrutabilis sapientia. Huic sanctissimo oostræ redemptioois instrumento, quicumque manus suas, & pedes,[a] *hoc sentiendo in se, quod in Christo Iesu* deuotè, religioséque cõfixerit: Ipse tandem proculdubio huius sacratissimi vexilli, vitæque ligni virtute, *gloria, & honore coronabitur,* & sicut *fidelis seruus, & prudens super omnia opera Dei constituetur.* Sic sic crux sancta quondam opprobrio, ignominiæque prostitura, sed postea per Christi Domini mortem in ea toleratam, gloriosa, & honorabilis effecta meritoriè, oec sine maximo præmio nunc à fidelibus adoratur, vt Christianus poeta verissimè cecinit.

a Philipp. c. 2.

b Aurel. Prudent. in Apotheosi l. 1. cõtra Symmach. c In alio epigrammate.

> [b] *Iam purpura supplex*
> *Sternitur Æneadæ victoris ad atria Christi,*
> *Vexillũque crucis summus dominator adorat.*

Et alibi. [c] *Complexus pedes victoris ad inclita flendo*
Procubuit, vexilla iacens, tunc ille senatus
Militiæ vltricis titulum, Christique verendũ
Nomen adorauit, quod collucebat in armis.

Merito igitur omnes siue principes, siue populi, qui suæ salutis appetentes bonæ, sanctæque vitæ lucra reportare concupiscunt, maximo pontifici Christi vicario in terram proni deuotè, humiliterque procidunt; & nostræ redemptionis signaculum, sublime perennis gloriæ monumentum, atque pignus, hæreditatis æternæ, illius sanctissimi patris impressum calceis religiosissimè deosculantur, supremoque cultu deosculantes adorant. *Iustum quippe est* (aiebat S. [d] Leo 9.) *vt ibi gentes pro Christi nominis confessione colla flectant, vbi eorum sanctus Paulus Apostolus, pro Christo extenso collo martyrio coronatus est. Ac ibi proni, & humi prostrati cœlestis regis Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi gloriæ famulentur, vbi superbi, terreni regis seruiebant imperio. Sic æquum profectò est, vt ibi oscula Romani Pontificis pedibus iaciant, vbi & olim imperatoribus imprimebant.*

d S. Leo 9. ep. aduersus præsumpt. Mich. patriarchæ Constant.

2. Pars. De eleuatione veneranda, portationeque Rom. Pontificis, eminentem super omnes, supremamque illius dignitatem in Ecclesia Dei significante.

Sed ad aliud, imo potius ad alia multiplicisque religionis Catholicæ mysteria transeamus, quæ religiosa, & augusta Romani Pontificis eleuatio, atque portatio nobis insinuant. Vt reuerentiam, & amorem, obedientiam, & honorem summum tantæ illius maiestati, diuino iure debitum, ardentiori charitatis affectu principum Catholicorũ, populorumque fidelium cordibus inculcemus. Eleuatio qoippe hæc religiosa, fidelibusque eam magnifacientibus valde salutaris, supremæ in omnes fideles authoritatis eminentiam, sublimitatemq; potestatis, in vniuersali Christi D. spirituali regno designat. Quos benedictionibus sic in altũ sublimatus ipse põtifex cœlestibus à merito Christi D. prouenientibus feliciter impingoat, vt fausta illis omnia, prosperaq; cõtingãt. Quas quidem benedictiones earumq; fructus Renulphus rex Merciorum in Anglia, quibus qoondam maiores sui fœcundati prosperauerant, sibi à Ioanne 3. Romano Pontifice dari, deuotè precando flagitauerat, cùm ita Romanum Pontificem alloqueretur.[e] *Hanc benedictionem omnes, qui ante me fuerunt Merciorum reges, meruerunt ab antecessoribus tuis adipisci, hanc ipse humilis peto, & à vobis, ô sanctissime, impetrare cupio, quatenus in primis adoptionis sorte, me tibi filium suscipias, sicut te mihi personã patris delego, & totis obedientiæ viribus semper amplector.* Illam verò religiosam, honorabilemq; Rom. Pontificis eleuationem maximo in pretio,

e Renulphi regis Merciorũ in Anglia ad Ioannem 3. Papam epist. Apostolicam benedictionẽ postulantis.

A reuerentiaque pii principes, fidelesque semper habuerunt, illamque iustissimam iudicauerunt, propter eminentiam sanctissimæ dignitatis, quã Christus vicario suo largiri dignatus est. Quẽ Latislaus[f] Hungariæ rex pontificem maximũ, vnicũ Christianorũ principẽ, regẽ regũ quoad spiritualia, in terrisq; deũ, magna cũ reuerẽtia, deuotioneque nominauit.[g] Et Leonara regina Angliæ apud Cælestinum Papam, de enormi, tyrannicaq; proditione Archiducis Austriæ, (qui filium suum Richardum, de expeditione terræ sanctæ cõtra Saracenos, in regnum Angliæ redeuntem magna perfidia exceptum, circumuentumque ceperat, captiuumque carceri duro mancipauerat) expostulans, eius pontificis, cuius auxilia contra proditionem ducis illius efflagitabat, dignitatem super B omnes quotquot sunt in terra sublimem, principatumque talibus efferebat.[h] *Quem* (scilicet põtificẽ) *Deus super gẽtes, & regna in omni plenitudine potestatis constituit.* Et postea põtificem alloquẽs. *Nec ista dissimulare potestis sine criminis, & infamiæ nota, cum sis vicarius crucifixi, successor Petri, Deus etiam Pharaonis.* Cùm que deinde perfidum hũc, proditoremque Archiducem claues regni cœlorum S. Petro, eiusq; successoribus à Christo D. traditas cõtemnere, ludibrioque habere ipsi pontifici hæc regina retulisset, pro conclusione subiunxit. *Et si vestram non vultis iniuriam prosequi, vobis tamen Petri opprobrium, & iniuriam Christi dissimulare non licet.* Cùm enim exaltationis huius eleuationisque in humeros selectorum virorum tanti pontificis, Ecclesiæque principis sancta, so- C lennisque põpa animo meo, consideratione succurrit, mihi videor magnũ illud de arca fœderis in veteri testamento, à Leuitis sacerdotibusque portari solita detectũ, euolutũque cõspicere. De qua non in figura, sed in rei veritate dictum est in [m] Apocalypsi, *Et apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca testamenti in tẽplo eius, & facta sunt fulgura, & voces, & terræ motus, & grando magna.* Sicut enim sancti patres illud præcipuè, & primario de sacratissima Christi D. humanitate, post passionẽ mortis, & gloriosam resurrectionem super omnes cœlos admirabiliter eleuata, sinuq; patris æterni recepta veraciter interpretãtur: sic secundario, & post Christũ etiã sacrarũ Scripturarũ oraculis, illustriũq; Ecclesiæ doctorũ testimoniis D freti, firmatique, de vicario Christi D. in medio tẽpli Dei, scilicet Ecclesiæ militãtis, cũ maxima reuerentia, & honore portato, & eleuato, factis obseruatisque arcæ proprietatũ, cũ qualitatibus põtificis Rom. cõparationibus exponere merito valemus. Cõfecta fuit arca veteris testamenti ex lignis cedrinis, putredinis expertibus, quibus Catholica veritas, puritasq; fidei Christianæ ab omni falsitatis, erroris que putredine libera, & immunis in vicario Christi D. repræsentabantur, pro quo rogauit Christus D. ne hæc eius fidei sinceritas, puritasque deficeret: neue aliquis error cathedram S. Petri vicarii sui sanctitatemque Apostolicæ sedis vnquam posset inficere; vt supra ex SS. patribus abundè, copioséque probauimos.

Præclara Rom. Pontificis elogia.

f Latislai reg. Hungar. orat. ad Nicolaum 5. Papam

g Leonar. reg. Angl. epi. ad Cælest. Pap.

h Apud Petr. Bles. ep. 144.

e Deut. c. 10. v. 8.

k Iosue c. 8. v. 33.

l 2. Reg. c. 15. v. 24.

m Apoc. c. 11. v. vlt.

3 Pars. Mysterium arcæ eleuatæ eleuationẽ Rom. Pontificis in Ecclesia militãte repræsentabat.

Comparatio-nes arcæ cum Rom. Põtifice. 1. Arca facta ex lignis imputribilis, sic maiestas põtificia ab omni in fide lites libera putredine.

Insuper ad maiorem arcæ dignitatem, & excellentiã foris, & intus aurum rutilabat in ea, vndique laminis aureis coruscãte, quo fulgore, sanctitas vitæ, charitasque Rom. Pontificis declarãtur, & exprimuntur, ad instar Domini sui, cuius vicarius est, Iesu Christi. Qui totus aureus sapiẽtiæ, innocẽtiæ sanctitatisque diuinæ luce refulgẽs: totus flãmeus immensæ charitatis ignibus æstuãs:

2. Arca deaurata intus, & foris charitatẽ Rom. Põtificis significans.

intus & foris, tã in diuinitate, quàm in humanitate ſua admirabili lumine miſericorditer ardente rutilabat: qui quatenus Deus apud Prophetã ſuum dicebat.[a] *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans.* Quatenus homo dicitur à ſponſa ſua[b] *candidus, & rubicundus*: candidus ſapientia, innocentia, vitæque ſanctitate, rubicundus charitatis ardore. Quem ardorem ſuper omnes filios Dei, & electionis æternę debet ęmulari Vicarius Chriſti, Princeps Eccleſiæ, fidelium omnium pater, vt tanta dignitate, & authoritate, qua à Chriſto Domino ſuper omnes Eccleſiæ ordines ſublimatus eſt, dignum ſe cooperando cœleſtibus gratiis, benedictionibuſque præſtet, & exhibeat.

a Hierem 31 v. 3
b Cantic c. 5.

Tertio in arca ſolido ex auro factum reperio propitiatorium, quod erat veluti quoddam ipſius arcę opertorium: at longè præſtantius illo aliud inuenio in arca noſtra myſtica pontificia nẽpè propitiatorium, quod eſt Chriſtus Dominus: qui eſt velut tegumẽtum, & opertorium ſui ſerui fidelis, vicariique multitudinem infirmitatum humanarum operiens, id eſt ſuarum communicatione gratiarum euellens, & abſtergens; vt de charitate virtutum regina, ait S. Auguſtinus,[c] nobiliori modo manens in illo, quàm in cæteris Eccleſiæ ſuæ membris per potentiam ſpiritalẽ, per authoritatem ſupremam, per monarchicum ſuper omnes fidelium animas principatum. Quorum dono, ac munere illum ſuper omnes ſuo redẽptos ſanguine fideles ſua ſola, & immediata virtute, nullo interueniente electionis humanæ, arbitriique conſenſu, diuinitus in Eccleſia ſua ſublimauit. Cùm Pontifex ipſe Romanus, vera ipſius Chriſti D. expreſſa magis in ſe, quàm in aliis Eccleſiæ membris imago ſit, eius ſolus in Eccleſia vniuerſali vicarius, fidelis ſeruus, & miniſter conſtitutus ab eo ſuper omnem familiam ſuam, Eccleſiam videlicet, eius viſibile caput, ſummus legiſlator, atque ſupremus ſub illo redemptore noſtro moderator exiſtat. Quod autem verum, proprium, diuinumque per illud arcæ veteris figuratum Chriſtus D. propitiatoriũ redemptionis humanę meritò nuncupetur, Apoſtolus teſtis eſt, iſta dicendo.[d] *Quem propoſuit Deus propitiationem per fidem, in ſanguine ipſius.* Seu vt alij vertunt propitiationem: ἱλαστήριον, quod eſt in Græco, vtrumque ſua ſignificatione deſignat. Atque hoc propitiatorij myſterium de Chriſto D. Sancti Doctores,[e] Hieronymus,[f] Gregorius, poſt[g] Origenem, ſunt interpretati. Cur enim Chriſtus D. propitiatorium non hominum manufactum, ſed Spiritus ſancti virtute, granaque in virginis vtero ſabricatum, non verè, propriéque diceretur? cùm per eius ſanguinem, interitumque crudelẽ, nobis Deum propitium, miſericordemque conſecuti ſimus? Cuius antea, propter ſcelerum noſtrorum fœtores, indignationũ, & irarum æſtus, ardoreſque ferre non poteramus?[h] Qui ignis idcirco conſumens, &[i] vltionis Deus appellabatur. Propterea de hoc propitiatorio dicebat Apoſtolus.[k] *Pacificans per ſanguinem crucis, ſiue quæ in terra, ſiue quæ in cœlis ſunt.* Et alibi.[l] *Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ ſoluens.* Cauſa fuit cur Propheta regius propitiam ſibi ad euellendas peccatorũ ſordes, & arcendas illis debitas à ſe pœnas, pietatem, miſericordiamque Dei patris poſtulans, illum ve in diuinum illud propitiatorium reſpicere dignaretur, ita precabatur.[m] *Protector noſter aſpice Deus,*

3. Comparatio. Aureum propitiatoriũ erat in arca, ſed nobilius multo in Rom. pontifice ſcilicet Chriſtus Damiani verum ſalutis humanæ propitiatorium.
c S. Aug. in illud S. Petri. c. 4. v. 8. Charitas operit multitudinem peccatorum.
Vnam Chriſti D. imaginem Rom. Pontifex perfectius quàm cæteri fideles in ſe repræſentat, atque refert.
Chriſtus D. verum ſalutis humanæ propitiatorium.
d Rom. 3. v. 25.
e Hieron. in c. 43. in Ezech.
f S. Greg. hom. 6. in Ezech.
g Origen l. 3. c. 3. ep. ad Rom.
h Deut c. 5.
i Pſal. 39. v. 1.
k Coloſſ. c. 1. v. 20.
l Epheſ. c. 2. v. 14.
m Pſal. 83. v. 10.

& reſpice in faciem Chriſti tui. Quaſi diceret in hoc ſacroſanctum, diuinumque propitiatoriũ, filium nempè tuũ, pro noſtra ſalute crucifixũ (more loquendi Prophetarũ præterita pro futuris vſurpãtiũ) reſpiciẽs iraſci nobis amplius nõ poteris. Agnoſco præter ſuperiora in illa fœderis arca, virgam Aaron, qua poteſtas, iuriſdictioq; regẽdi, dirigẽdique in viam ſalutis omnes fideles deſignatur, quam immediatè Chriſtus D. vicario ſuo cõmunicauit, atque credidit. Quæ regẽdi, dominandiq; poteſtas in ſalutẽ animarũ à Propheta virga virtutis apellata eſt.[n] *Virgam virtutis tuæ, emittet Dominus ex Sion.* Scilicet Chriſtus Saluator mũdi Deus verus, de Deo vero, lumẽ de lumine, cõſtituet in Eccleſia ſua vicariũ, cui dabit virgã virtutis ſuæ, id eſt ſummã poteſtatẽ regendi oues ſuas, in Eccleſia militãte. Quę quidẽ dominãdi, gubernandiq; ad ſalutẽ animæ poteſtas ſequẽtibus, illis verbis clarius exprimitur:[o] *Dominare in medio inimicorũ tuorũ.* Scilicet peccatorũ, quos virga iuriſdictionis tuæ mãſuetè, & ex charitatis ardore dirigendo ab improba ſcelerataque vita conuerſos in amœnũ ſalutis, felicitatiſque ſempiternæ portum, proſpero diuinæ gratiæ flatu deduces.

4. Comparatio Virga Aaron in arca, qua poteſtas, & iuriſdictio Chriſti D. omnes regendi Rom. communicata Pontifici ſignificatur.
n Pſal. 109. 10.
o Ibid.

His comparationibus vnicam, pręter mittendo cæteras, adiungã, quod in arca tabulæ legis antiquæ aſſeruabantur, ſcilicet in arca fœderis antiqui tabulæ legis aſſeruarentur, & quidem nõ ſine myſterio: vt ex his in arca Pontificia condendi leges Eccleſiaſticas, quarũ obſeruationi omnes Chriſti D. cuiuſcumq; cõditionis eſſent aſtringerentur, authoritatem ſummam diuinitus datam à Chriſto D. reſidere cognoſceremus, ac intelligeremus. Contra quarũ violatores, atque contemptores, ſanctũ eleuationis honorẽ huic ſpirituali fœderis arcæ delatũ ſuperbiſſimè blaſphemãtes, & irridentes, quamdiu illa myſtica, pontificiaque noui, Euangelicique fœderis arca in templo Dei, militante videlicet Eccleſia, viſibiliter apparebit eleuata, fulgora indignationis diuinæ voces iuſtitiæ Dei clamãtis vltiones, terræ motus, & grando magna, nempè calamitates, aduerſitateſque plurimæ temporales, & æternæ vltrices ſcelerum, ab extento irati Dei contra illos brachio fortiter emiſſæ fulminabunt.

5. & vlt.
Apoc. c. 11. v. vlt.

Etenim ſi pro manifeſtãda terrenæ maieſtatis excellentia electi in reges, & Imperatores apud gentiles, prophanoſque populos, in humeris eleuati portarentur; quanto iuſtius illud erit, ſi pro cœleſtis, ſpiritaliſque gloriæ manifeſtatione id in Rom. Pontifice ad maiorẽ Chriſti D. reuerentiã, & honorẽ, cuius ille vicarius eſt, cum puræ abundãtia deuotionis obſeruetur? Huius ſuperſtitioſæ, ſuperbæque apud ethnicos, & infideles eleuationis exẽpla plurima nõ deſunt, quærẽtibus illa. Ammianus Marcellinus de Iuliano Apoſtata à militibus Gallicanis Imperatore renũciato ſcripſit hæc.[q] *Impoſitus ſcuto pedeſtri, & ſublatus eminens a populo ſilente, Auguſtus renuntiatus, iubebatur diadema proferre.* Et Tacitus.[r] *Impoſituſque, inquit, ſcuto, more gẽtis, & ſuſtinentiũ humeris vibratus dux eligitur.* Quò poterit etiã appoſitè Caſſiodori illud referri.[s] *Iudicamus parẽtes noſtros Gothos inter procinctuales gladios, more maiorũ, ſcuta ſuppoſito, regalẽ nobis tãſiluiſſe, pręſtãte Deo dignitatẽ, vt honorẽ arma darẽt, cui bella opinionẽ pepererãt.* Herodianus de puero, vel infãte potius, de Gordiani Imperatoris defũcti ſãguine ſato loquẽs, ait. *Erat puer quidã infãs, ex Gordiani filiis natus, nomẽ aui referẽs. Hũc ſubmiſ-*

4. Pars. Eleuatio Rom. Pontificis vt antiquiſſima, ſic honoriſicentiſſima, argumento à minori iuſtificatur.
Exempla eleuationis, & portationis apud Ethnicos Regum, & Imperatorum.
q Ammianus Marcell l. 22.
r Tacitus. l. 20.
s Caſſiod. l. 10 ep. 31.
Herodianus l. 7.

A *fis quibus solā adferri ad se iusserūt, qui cū domi ludibū-dum offendissent, impositū in humeros per mediā ferr-bant multitudinē, plebs ostentantes, ac nepotulum Gordiani dictitātes eum nominatim populo acclamāte, & conspergente puerū frondibus.* His ita positis, & pro rei veritate productis in mediū, quis nisi Catholicæ religionis inops Rom. Pontificē, in maiorem Christi D. gloriam, cuius vicarias exercet vices in terris vniuersalis Ecclesiæ principē, communem omniū fidelium parentē, hoc eleuationis, exaltationisque selectorū hominū humeris honore dignissimū esse negabit? Quem ab omni tempore, quoad mēs lōgissimè respicere potest, nulla præscripto memoria, tanto Ecclesiæ principi, patriq; sanctissimo, Christi D. nomine collatū fuisse confiteri nos historiæ Ecclesiasticæ, veritatisque Catholicæ cōpellit antiquitas.

Ritus, & mos eleuandi, & portand. Rom. Pontificem antiquissimus.

B Etenim ante Gelasiū Papā conscriptus ordo Romanæ rituū Ecclesiæ vetustissimus, hæc habet inter alia.[b] *Cùm verò Ecclesiā introierit pontifex, nō ascendit continuo ad altare, sed primo intrat sustentatus à diaconibus, qui cū susceperūt, de sellari[*] descēdente.* Et alio huius ordinis loco ista legūtur.[c] *Diacones eū descendētem de sellario accipiūt, obuijs, vt aiūt, manibus, vbi dū venit, & in sella sua sederit, diacones salutato Pōtifice egrediūtur de secretario.* Alibi in eodē ordine.[d] *Pontifex primo intrat in secretariū, sustētatus à diaconibus, qui eum susceperāt, de sellario descendentē, vbi dū venerit, sedet in sella sua.* Sic, vt vetustiores prætermittā, Stephanū 2. lecticarij humeris suis in basilicā Cōstātini, ex qua in Lateranā portarū, eleuatumque honorificè, religioseq; deduxerunt.

b Ordo Romanorum rituū vetustissimus.

** Sellaro dicitur sella curulis insignis in qua à lecticarijs hominibus Papa portatur.*

c Ibid.

d Ibid

Exempla pontificum portatorum à sellarijs, seu lecticarijs hominibus.

C Eodem eleuationis, atque portationis honore Hadrianus secundus affectus est in basilicā Lateranēsem à clero, proceribusque deportatus, & eleuatus: vt illa capitis:[e] cùm Hadrianus. distinct. 63. verba testātur. *Cùm Hadrianus 2. ad Rom. Pontificatū ab Ecclesia Dei genitricis Dominæ nostræ, quæ dicitur ad præsepe, traheretur ad Lateranēse Patriarchiū, certatim à clero, & proceribus, & plebe deportatus est.* Sic Leo 8. postquā sūmus, & vniuersalis Papa *Ecclesiæ Romanæ tertio, cōmunibus omniū votis, desiderisque fuisset acclamatus, ad Lateranū palatiū, secundū antiquū morem eleuatus, portatusque dicitur* (inquit Luitprandus) *& certo tēpore in Ecclesia S. Petri ad summū sacerdotiū, facta consecratione attollitur.* Simili reuerētiæ, deuotionisque pōpa Gregoriū 9. in vestibus pontificalibus, auro, gemmisque refulgentem in Lateranum eleuatum, honorificeque portatum publicæ acclamationes, iubilationesque populi comitatæ sunt. D

1 *Stephanus 2.*

e Platina in eius vita, & Ioannetus l. de pontificibus c. 90.

2. *Hadrianus 2.*

Cap. cùm Hadrianus. dist. 63.

3. *Leo 8.*

Luitprandus l. 6. c. 11.

4. *Gregorius 9.*

CAPVT XIII.

Hæc eleuatio, atque portatio significat fideles omnes, vt salui fiant Christum D. eiusq. salutare iugū in corporibus, cordibusque suis debere portare.

1. *Salomonis in ferculo, seu throno magnifico sedētis cū Christo in cruce charitatis scala subleuato cōparatio.*
2. *Animo corporeque Christū, ab eo liberati de seruitute Diaboli, emptique pretio magno portare debemus.*
3. *Vt meritoriè Christum D. portemus, asinæ, quæ eum portauit, similes esse debemus.*
4. *Cur iusti Christum sustando, portandoque tam animo quàm corpore suo dicuntur in hac vita labores suos manducare.*

A Quod vnum mysteriū restat aliud in hac eleuatione, portationeq. Pontificis Rom. latēs, & inuolutum, quod enucleandū nobis, & euoluendum in hoc capite proposuimus. Quo mysterio quotquot fideles sunt in orbe Christiano, in hac miseriarum valle, contra hostes Dei, animarumque visibiles, & inuisibiles, strenuè, meritorieque pugnare volētes admonentur, vt Christum D. eiusque salutare iugum in cordibus, corporibusque portent, atq; ipsum suarum virium, facultatūque omniū humeris viriliter, & animosè sustineant.[a] *Ferculū fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureū media charitate constrauit, propter filias Ierusalem.* O

a Cantic. c. 3. v. 9.

B magnū mysteriū, sub taliū cortice verborū abscōditū! Salomon ille mysticus Rex pacificus, Rex magnus super omnes Deos, id est potentes terrarū dominos Christus D. est. Ferculum illud sella gestatoria est, ex quorundā expositione doctorū, siue thronus, in quo sedens, suorū fideliū humeris, id est cordibus, corporibusq; meritoriè portatur. Propterea subiūgitur. *Media charitate constrauit*; id est illud ferculū, sellam gestatoriā thronumque curulem, se ipso repleuit: vnde alij teste S. Hieronymo ad nostrum propositū transtulerunt, *& medium tenet ipse accensus igne, scilicet charitatis amatorio.*[b] *Christus enim Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Christo manet, & Christus in illo.* Qui propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, fecit ascensum purpureum, ad passionem mortis, per crucis ascensum suo pur-

b Ioan. 1. ep. 4.

C puratum, cruentatumque sanguine, propter filias Ierusalē, scilicet animas hominum, quas hoc crucis ascensu mortifero, purpureaque sanguinis effusione preciosi redimere voluit. Sed dum sic corpore, animoq; fideles magnū illum Salomonē Regem Regū, Dominum dominantiū Christum portamus, sentiētes in nobis, *quod & in illo Christo Iesu, recogitantes illum, qui talem à peccatoribus, aduersus semetipsum* pro nobis *contradictionem suscepit*: ita sustinentes illum, atque portantes patiendo, crucēque illius gestando, cùm *non defatigamur animis vestris deficientes*, maximam ex hac salutari ipsius gestatione requiē, pacē, felicitatēque consequemur. Quod ne nobis dubium, incertūque videri possit, consideremus in hoc ferculo, quod fecit magnus ille Salomō reclinatoriū aureum inuenit: quo quietis æternæ, perennis pacis, & gloriæ spem fidelibus ita Dominū suum,

Philipp. 2. Hebr. c. 2.

Reclinatoriū ferculi magni Salomonis Christi aureū, spem pacis, & quietis æternæ repræsentat.

D regēque Christū portantibus adumbratā fuisse, Beda[c] Venerabilis, piè, sapiēter, & eleganter obseruauit. Quā Christus noster magnus, mysticusq; noster Salomō suis discipulis, Apostolis, & eorū sectatoribus certa pollicitatione spopōdit, eoque verborū, quibus error, mendaciūque subesse nō potuit, tenore repromisit.[d] *Tollite iugum meū super vos; & discite à me quia mitis sū, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.* Ad hanc spiritualē, sacram, salutarēque Christi D. eleuationē, gestationēque super nos, (cuius expressam in vicarij eius, Pōtificis Rom. portatione, & eleuatione imaginē clarè conspicimus) Apostolus, sicut Corinthios suo tēpore, nos inuitat, proposito maximo, præstātissimoque pretio, quo Christus nostræ miseritus ærumnæ nos redimere dignatus est.[e] *Empti enim estis pretio magno, glorificate, & portate Deū in corpore vestro.* Sicut in animo nēpè, vt ex omnibus vtriusque hominis exterioris, &

c Beda in cantic. c. 3. v. 9.

d Matth. c. 11. v. 29.

2. Pars. Animo corporeque Christū ab eo liberati à seruitute diaboli, empti que pretio magno portare debemus.

e 1 Cor. c. 6. v. 20 & vlt.

interioris, corporis ſcilicet, & animi mẽbris, quæ caro, magnoque pretio Chriſtus redemit, illum glorificemus, & glorificãdo imitatione vitæ ſanctiſſimæ portemus, illius non noſtrã ab eo liberati voluntatẽ religioſè facientes. Nam vt in hunc locũ S. Ambroſius [a] ait. *Manifeſtum eſt, quia qui emptus eſt, non eſt ſui arbitrij, ſed eius à quo emptus eſt, vt non ſuam, ſed illius faciat voluntatem: & quia caro pretio empti ſumus, propenſiùs Domino noſtro ſeruire debemus, ne offenſus, à qua nos redemit, morti nos reddat.* Quandoqoidẽ *emptionis pactũ reſcindere videtur*, inquit S. Hieronymus, [b] *quiſque conculcauerit ius teſtamenti, & à ſeruili conditione alienus eſt, qui libertate ſua voluntate non impeditur.* Id eſt (vt cum patribus expono) qui voluntatem ſuam diuinæ legis penitus imperio ſubiugat, ſubiectãque mancipat. Et illud eſt de mente S. Ambroſij, *glorificare, & portare Deũ in corpore ſuo.* Nimirum diuina illius iuſſa, legeſque capeſſere, illiſque cognitis puro corde, atque corpore parere, nec tam verbis, quàm operibus aſſentiri. *Hæc enim verba*, inquit S. Chryſoſtomus *eo pertinent, vt non corpore ſolùm fugiamus fornicationẽ, ſed etiam in ſpiritu animæ nihil mali cogitemus, neque gratiã abigamus.* Cùm enim animarũ, corporumque factor, creator que ſit Chriſtus D. nec ſolùm creator, ſed & redemptor eorum, quæ per peccatum morti, diaboloque ſubdita, de vtriuſque ſeruitute crudeli moriẽdo liberata reparauit. *Propter hoc oportet* (inquit Theodoretus [c] fideles Chriſti redemptos ſanguine compellans) *vos & per corpus, & per animam ipſum glorificare illa & facientes, & dicentes, quæ omnes linguas ad laudandũ, boniſque verbis proſequendum moneant.* Et vt non corpore ſolùm, ſed & præcipuè animo nos Chriſtum Deũ glorificare, & portare Apoſtolũ velle credamus, Tertullianũ iſta dicentem audiamus. [d] *Sit & cùm aliquas laudes operas carnis indicit, glorificate*, inquit, *& tollite Deum in corpore veſtro, certus & hos conatus ab anima agi, idcirco tamen & carni eos mandas, quia & illi fructum repromittit.* Hanc verò portationẽ, eleuationemque Chriſti D. vtriuſque humeris, & vlnis corporis, & animæ fieri debere, à fidelibus ſignificatam per viſibilem, corporeãq; Rom. Põtificis ipſius Chriſti D. vicarij geſtationẽ, exaltationẽq; monet alibi S. Apoſtolus, cùm dixit. [e] *Nox præceſſit, dies autem appropinquauit; abiiciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis, ſicut in die honeſtè ambulemus, non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione, & æmulatione. Sed induimini Dominũ Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis veſtris.* Induere, ſiue indui Chriſtum D. quid aliud, qoàm illũ corpore, animoque portare? quàm omnibos modis illius vitã moreſque repræſentare? *qui enim* (ait S. Chryſoſtomus in hunc locũ) *Chriſtum induit, omnem ſimul in vniuerſum virtutem habet.* Energia vocis, *induimini*, conſideranda venit, & obſeruãda: veſtimenta quippè non externa, ſed & interna ſunt, quæ portamus, quibuſque regimur. Qui ergo Chriſtũ D. induuntur, non ſolùm exterius inſtar hypocritæ triſtis, ſed & interius illius ſanctitatẽ, innocentiam, charitatẽ, cæteraſque virtotes affectibus, & operibus æmulantur, *nec ſolum in abſcondito Chriſtiani ſunt, ſed etiam in aperto, non ſolùm corde credẽtes ad iuſtitiam, ſed etiam ore confitentes ad ſalutẽ.* Illam terribilem Chriſti D. maledictionẽ ſibi pertimeſcentes, atque perhorreſcentes [f] *Qui me negauerit coram hominibus; negabo & eum corã patre meo* & illam huic ſimilem. [g] *Qui erubuerit me, & ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet, cùm venerit in maieſtate ſua.* Tuto autem, ſecurè, meritorieque Chriſtum D. animo, corporeque portabimus, eumque ſuper virium, facultatumque noſtrarum humeros feliciter eleuabimus, ſi aſinæ, qua vectus in humili pompa, abiectioniſque voluntariæ triumpho Ieruſalem iogreſſus eſt, aſſimilari voluerimus: cum Propheta regio dicentes. [h] *Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecũ.* Cuius animalis aſcenſu, propter eius natioas qualitates, multarũ indices virtutum, Chriſtianis ad ſalutem valde neceſſariarũ, Chriſtus D. in triũpho ſuo delectatus eſt. *Qui aſcendere noluit ſuper ſecundum equum*, inquit [i] S. Chryſoſtomus, *diſcordiæ amatorem, & lite, qui gloriæ iactantiæ corpus habet repletum, qui de longè odorat bellum, & cùm viderit ſanguineã pugnam dicet in corde ſuo, benefactum iſt, ſed ſedet ſuper aſinam, tranquillitatis, & pacis amicam.* Quæ patientiæ, humilitatiſque ſymbolũ eſt, quæ mortificationis, auſteræque vitæ, dignis pœnitẽtiæ fructibus illuſtratæ gerit imaginẽ: cùm aſperè, duriterque viuat, & vt plurimum ſpinis, tribuliſque veſcatur. quod abiectũ, & humile animal, tanti propterea fecit S. Romualdus Abbas, vt illud generoſo, maximique valoris equo præferre voluerit; ſicut Petrus Damianus in eius vita talib' verbis author, atque teſtis eſt. [k] *Habebat autem equum ſatis egregium, quem ſibi Buſclaminus Sclauinici regis filius dono dederat, factus ab eo monachus. Hunc vir ſanctus humilitatis ſtudio permutauit, & pro eo aſinam laudabilis negotiator accepit. Nimio quippe redẽptoris noſtri deſiderio, qui aſellæ tergo inſedeat, vir venerabilis hoc ipſum animal libentius equitabat*, &c. Sed quis his meditationibus exitus? pro concluſione, dicamus cum Apoſtolo. [l] *Sicut portauimus imaginem terreni* (ſcilicet hominis) *portemus & imaginem cœleſtis* (nempè Ieſu Chriſti.) [m] *Et expolianses veterem hominem, cum actibus ſuis, induamus nouum* (de cœlo cœleſtẽ) *qui renouatur in agnitionem ſecundùm imaginem eius, qui creauit illum.* Quòd ſi labor aliquis eſt in portando Deũ, & Chriſtũ humeris animi noſtri, corporiſq; per ſanctas, ac ſinceras præceptorum illius obſeruationes eleuãdo, atque geſtando per vitæ purioris opera bona: At certè copioſa merces ab illo labore non aberit, nec optata meritorum corona, huius laboris ſudore madidos, laſſoſque pondero fruſtrabitur. Sicut aſſeuerãter affirmat S. Paulus his vocibus amicis, paternaſque fideles Chriſti D. bene, ſanctèque viuendo portatores exhortans. [n] *Itaque fratres mei dilecti ſtabiles eſtote, & immobiles, abundantes in opere Domini, ſemper ſcientes, quòd labor veſter non eſt inanis in Domino.* Sed ampliſſimum illius fructum, præmiumque refe retis.

Quoniam iuſtus iudex (inquit [o] Theodoretus) *& athletis coronas contexit, & operariis reddet mercedem.* Non ſine cauſa clamabat Eſaias. [p] *Dicite iuſto quoniam bene, quoniã fructum adinuentionũ ſuarũ comedet.* Et ante ipſum Propheta regius, mira, nouaque loquendi forma iuſtorũ in laboribus ſuis portantiũ Deum ſecuritatẽ, atque certitudinem vẽturæ præſentiſque fclicitatis exprimebat. [q] *Labores manuũ tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Vbi cùm D. Auguſtinus loco, *labores manuum tuarum*, legiſſet, *labores fructuum tuorum*, per interrogationem, exclamationemque ſciſcitans. [r] *Quis*, inquit, *manducat labores?* Nempe inquã

[a] S. Ambroſ. in c. 6. 1. ad Cor. v. vlt.

[b] S. Hieronym. in 1. ad Cor. c. 6. v. vlt.

S. Chryſoſt. hom. 18. in hunc locũ & 55. in Matth.

[c] Theodoretus in c. 6. 1. ad Cor. v. vlt.

[d] Tertull. l. de reſurrectione Chriſti. c. 16.

[e] Rom. c. 13. v. 12. 13. 14.

S. Chryſ. in c. 13. v. vlt. ep. ad Rom.

Nota energiã vocis induimini.

[f] Matth. c. 10.

[g] Luc. c. 9.

3. Pars. *Vt meritoriè Chriſtum D. portemus Aſino, quo eum portauit ſimiles eſſe debemus*

[h] Pſal. 72. v. 22.

[i] S. Chryſ. hom. 37. in c. 21. ſ. Matth.

S. Romualdus generoſo equo aſinam prætulit.

[k] Petrus Damianus in vita S. Romoaldi.

[l] 1. Cor. c. 15. v. 49.

[m] Coloſ. c. 3. v. 9.

[n] 1. Cor. c. 15. v. 58. & vlt.

4. Pars. *Cur iuſti Chriſtũ imitando portandoque animis corporibuſque ſuis dicuntur in hac vita ſuis laboribus manducare.*

[o] Theodoret. in hunc locũ.

[p] Eſaias c. 3. v. 10.

[q] Pſal. 127. v. 2.

[r] D. Auguſt. in pſal. 127. v. 2

sed quod labore nascitur (id est fructus laboris) ideo interrogando subiungit.[a] *Quid sibi vult, labores fructuũ suorum manducabis? Modo labores habemus, fructus postea erit: sed quia & ipsi labores non sunt sine gaudio, propter spem, de qua paulò antè diximus spe gaudentes in tribulatione patientes, modo nos ipsi labores nostri iucundant, & lætos nos faciunt de spe. Si ergo labor noster potuit manducari, & potuit iucundare, manducatus fructus ipsius laboris qualis erit?* Addit præter illa S. pater ad maiorẽ iustorum laboribus animi, corporisque sui meritoriis Christum D. portantium consolationem: *Manducabant labores suos, qui*[b] *euntes ibant, & flebant mittentes semina. Quantò iucundius manducabunt fructum laborũ suorum, qui venientes venient cum exultatione, portantes manipulos suos.* Tales autem iustos in viis Domini ambulantes, illum operibus bonis animi, corporisque portãtes, pater ille sanctissimus, doctorũ magister eruditissimus, feliciter infelices, sicut contra seculi homines infeliciter felices appellabat,[c] *Erant enim*, inquit, de martyribus loquens *illi ad tempus infelices, sed in æternum felices. Et in eo ipso quòd erant ad tempus infelices, putabantur magis infelices, quàm erant.* Sed hæc omnia de Christi D. portatione, necnon corporis, animiq; viribus tanquam humeris eleuatione mystica ad mores, vitæq; melioris informationẽ, occasione, religiosæ, atque venerabilis portationis, & eleuationis Romani Pontificis dicta sunto.

a Ibid. Rom. 12. v. 12.
b Psal. 127. v. 5. 6.
c S. Aug. in psal. 127.

CAP. XIV.

Monarchia politica licet sit supremum, & imperium merum in ordine suo; tamen Ecclesiasticæ monarchiæ quæ est superioris ordinis pro æterna salute, gloriæq; sempiternæ respectu, subordinata, subiectaque esse debet, cuius bona intelligentia, religiosaque cõcordia cum Ecclesiastica, maximarum virium est ad societatum Catholicarum prosperitatem, territis, domitisque dæmonibus, eorũq; ministris.

1. *De fide est, principes temporales, eorumque populos in spiritualibus, Romano Pontifici, Ecclesiastico monarcha parere debere: vt sacra Scriptura, concilia œcumenica, patresque sancti testificantur.*
2. *Imperatorum, regum, principumque fidelium confessio Catholica, professioque huic veritati fidei suffragantur.*
3. *Bona intelligentia, sanctaque concordia bonorum principum, cum Romano Pontifice potentissima est ad securitatem prosperitatis, & pacis Catholicarum congregationum, & ad fortitudinem, roburque inexpugnabile, pro terrendis, superandisque dæmonibus, cum eorum ministris, Dei, Ecclesiæque sanctæ iuratis hostibus.*

VMANA fides, moralis veritas, populorumque iure, rationeque sociatorum consensus ingenuè confitentor, & clamant, monarchas politicos, Christiana religione perbeatos, supremo, meroque in terris imperio potiri, neminem, præter Deum, in temporalibus superiorem agnoscentes; qualis est in Gallia Rex Christianissimus. Verùm Christiana fide, Catholicaque veritate credere tenemur illos in spiritualibus Ecclesiasticæ Rom. Pontificis debere dominationi parere: quæ est potestas, monarchiaq; superioris ordinis. Cuius omnes, quotquot sunt in orbe Christiano fideles, nec minus principes, quàm populi, imo longè magis obsequi diuina ordinatione iubentur, vt salutis æternæ tandem aliquãdo iucunditate fruantur. Cùm enim Rom. Pontifex Christi D. Vicarius, in persona S. Petri, pastor omnium fidelium, ab ipso Domino immediatè, cum eadẽ potestate, imperioque supremo, quod S. Petrus habuit in vita, constitutus fuerit, & ordinatus: vt longa, solida, copiosaque probatione, ex Scripturæ sanctæ, põtificum, decretorum, doctrinę, conciliorum, sanctorum Patrum, rationumque fontibus hausta, superioribus libris ostendimus. Profectò principes, ac reges baptizati, cùm de Christi D. ouium numero censeantur, sicut cæteri fideles iussa Pastoris œcumenici subire, eiusque directioni subiacere, in his quæ spiritualia respiciunt, obligantur; si sempiternæ vitæ fructificare concupiscant. A cuius directione, obedientiaque principes illi nullo iure immunes esse, exemptique possunt. Alias sequeretur Regum, principum, Imperatorũque secularium dignitatem obedientiæ Christianæ reluctari; & cum Catholica fide, religioneque pugnare. Ne igitur ad huius euidentiam veritatis Christi D. verba, sacrarũque Scripturarum testimonia, vetustorũ, sanctorũque doctorũ illustrata sententiis, in mediũ superiùs adducta, denuo hîc iterare cogamur, ad cõcilia, pontificum decreta, SS. Patrum testimonia pro præsentis assertionis, veritatisque confirmatione migremus. Pro qua notandus in primis est 39. ille canon Niceni concilij inter octuaginta ex Arabico translatos ascriptus: in quo hæc de Rom. Pontifice scripta legũtur.[a] *Ipse est primus sicut Petrus, cui data est potestas in omnes principes Christianos, & omnes populos eorũ, vt qui sit Vicarius Domini nostri Iesu Christi super cunctos populos, & vniuersam Ecclesiam Christianã.* Cuius potestatis, dominationisque supremæ in omnes principes, sicut populos, non inscius Symmachus Papa, talibus Imperatorem Anastasium verbis affabatur.[b] *Tu si Christianus Princeps es, qualiscumque præsulis Apostolici debes vocem patienter audire.* Et eundem Imperatorem, alius Pontifex[c] Anastasius nempè secũdus paternis hortabatur monitis, vt sibi spirituali parenti, pastorique, tanquam filius obsequens, & ouis gregis Dominici, salutaria iubenti pareret, & obediret. Memoranda fuit illa Gelasij Papæ, huius primi nominis, eidem Imperatori, valdeque proficua, si attendere voluisset, admonitio, his concepta vocibus.[d] *Licet præsideas humano generi, dignitate rerum terrenarũ, tamen præsulibus diuinarum deuotus colla submittis.* Et postea.[e] *Subdi te debere, cognosce religionis ordine.* Si enim singularum Ecclesiarum præsulibus, Episcopisque diuina lege principes seculi, mũdique rectores obedientiam prestare tenẽtur; quãtò magis vniuersalis Ecclesię particulares omnes Ecclesias, tanquam matris filias suo gyro, sinuq; comprehendentis hierarchæ, principique parere debebũt? Ita enim temporalẽ principem S. Gregorius Nazianz. alloquebatur.[f] *Suscipe vocem liberiorem, scito te esse ouem gregis mei.* Et S. Chryso-

De fide est vt omnes principes sicut populi Christiani, pro salute æterna Pontifici Romano in spiritualibus obediant.

Id probatur conciliorum, pontificumque decretis, SS. Patrum testimoniis.

a Can. 39. cõcilij Nicen. ex Arabico. *Huius canonis supra factu mentio pro alia assertione.*

b Symmachus Papa in Apolog. ad Anastas. Imp.

c Anast. 2. ep. 1. ad Anastasium August.

d Gelasij ep. ad Anastas. Imp.

e Ibid.

Argumentũ à minori.

f S. Greg. Naz. orat. ad populum timore percussum.

ſtomus ſic præfectum Eccleſiæ ſuæ, ſalutiq; animarū ſub ſua poteſtate inuigilantē admonebat. [a] *Si is qui diademate coronatur indignè adeat, cohibel Maiorem illo poteſtatem habes.* Ideo S. Ambroſius dicebat, [b] *regum colla ſubmitti pedibus Sacerdotum.* Quantò iuſtiùs, veriuſque Symmachus Papa in 6. Synodo Romana dixit. [c] *Non licet Imperatori, vel cuiquam pietatem cuſtodienti quidquam, quòd Apoſtolicis regulis obuiet agere.* Quarum violatores, temeratoreſq; principes execrationi ſummæ, anathematiq; Hadrianus primus hoc canone, legeque pontificia ſubiugauit. [d] *Generali decreto conſtituimus, vt execrandū anathema ſit, & veluti præuaricator Catholicæ fidei, ſemper apud Deum reus exiſtat, quicūque Regum, vel potentū, deinceps Romanorū Pontificum, decretorum cenſuram in quocumque crediderit, vel permiſerit violandā.* In his enim quę ad animæ ſpiritualiū rerū, perſonarūque Eccleſiaſticarū ſtatū pertinent, obtēperare ſeculi principes Rom. Pontifici, lex Dei, conſcientiaque cōpellunt. Qui propterea timoratę conſcientiæ, tactique Catholicæ religionis affectu, matris ipſius ſanctiſſimæ [e] canones imitari, ſequi, revereri, confirmare, tuerique magnopere deſiderāt. Nec ideo [f] *Eccleſiaſtica iura poſſūt imperiali iudicio diſſolui:* vt Epiſcopis in concilio apud Conuiciniū congregatis Nicolaus Papa primus iudicabat. Et Felix Papa tertius Imperatorē vt in his quæ res Eccleſiæ, ſpiritualeſque tangerent humiliter pro ſalute ſua ſubderetur, his verbis hortabatur. [g] *Certū eſt hoc rebus eſſe ſalutare, vt cùm de cauſis Dei agitur, iuxta ipſius conſtitutionē, regiam voluntatē Sacerdotibus Chriſti ſtudeatis ſubdere non præferre, & ſacroſancta per eorum præſules potiùs diſcere, quàm docere, Eccleſiaſticā formā ſequi, non huic humanitus ſequendam præfigere, neque eius ſanctionibus velle dominari, cuius clementiæ Deus voluit tua pia deuotione colla ſubmittere. Ne dum menſura cœleſtis diſpoſitionis exceditur, eatur in cōtumeliam diſponentis.* Cùm eum Imperator, aut Rex, aut quilibet Princeps in tēporalibus nullius ſuperioris dominationis legibus alligatus, filius ſit Eccleſiæ non præſul, ſi Catholicus ſit: ([h] *quod ſalua ipſius pace dixerimus*) aiebat Ioannes Papa ſecūdus, *quod ad religionē competit, diſcere ei conuenit [i] nō docere: habet priuilegia ſuæ poteſtatis, quæ adminiſtrādis legibus publicis diuinitus cōſecutus eſt, vt eius beneficiis non ingratus contra diſpoſitionem cœleſtis ordinis nihil vſurpet.* Quàm beati, fortunatique reges, principeſque terrę, qui ſe Eccleſiæ, ſummique paſtoris illius filios agnoſcētes docilitate filiali, his ſpiritualibus parētibus obſequūtur! Et poteſtatē ſuper omnes homines in tēporalibus ſibi datā miſeratione diuina recognoſcētes, ea pro ſalute bonorū contra amentiā perditorū, proque defenſione, & ſeruitio ſuę matris Eccleſiæ moderatè, piè, clemēter, atq; ſapiēter vtūtur. [k] *Vt quibonu appetunt adiuuētur, vt cœlorū via largiùs pateat, vt terreſtre regnū cœleſti regno famuletur.* Quam proſperitatē, benedictionēque ſibi à Deo aduenire cupiētes Catholici, religioſi principes, Reges, Imperatores magno ſemper in honore duxerūt in ſpiritualibus, in illiſque rebus, quæ animarū ſalutem conſcientiāque reſpicerēt, Rom. Pontificū legibus ſubditos ſe profiteri. Quales Conſtātinus Magnus, Theodoſius ſenior cum filiis Arcadio, & Honorio, Theodoſius iunior, Marcianus, Iuſtinus, Iuſtinianus, Carolus Magnus, aliiq; plurimi quorū ſupra diuerſis in locis meminimus extitere. Vnde videmus Ioanē 2. Pontificē maximis Iuſtinianū Magnū

A mactauiſſe laudibus, honoribuſque cumulauiſſe quod ſe, ſuaq; omnia imperio Rom. Pōtificis Eccleſiaſtico ſubmittere, omniaq; ad pacē Eccleſię, vnitatēq; referret. *Romanæ ſedis* (inquit) *reuerētiā conſeruatis, & ei cūcta ſubiicitis, & ad eius deducitis vnitatem.* Quam præclara, ſalutariſq; illa Caroli M. ſuę obediētię, ſubiectioniſq; volūtariæ, atq; religioſę Rom. Pōtificis imperio cōſecratę cōfeſſio ſuperius cōmemorata, quęq; hic propter eius excellētiā, ſi nō decies, ſaltē ſemel repetita placebit. [l] *In memoriam beati Petri honoremus ſanctam Romanā, & Apoſtolicam ſedem, vt quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat magiſtra Eccleſiaſticæ rationis, quare ſeruanda eſt cum māſuetudine humilitas, & licet vix ferendū ab illa ſancta ſede imponatur iugū, tamē feramus, & pia deuotione toleremus.*

B Eius Imperatoris nepos Carolus Caluus, ſicut pater Ludouicus pius fecerat, Hadriani 2. ſe obedientiſſimū filium eſſe profeſſus eſt; cùm hæc ita ſcriberet. *Sanctiſſimo patri Hadriano ſūmo, & vniuerſali Pontifici Carolus Dei gratia Rex, & ſpiritualis filius veſter.* Si filius ergo bene obſequēs patri, filiorū quippè eſt bene natorū, naturali, diuinoq; iure parētibus obedire. Hugo verò Capetus tertiæ Regū Frāciæ ſtirpis fons, & origo, in eandem veri filij obedientiā propenſus admodū, hæc Ioāni 15. Pōtifici ſcribebat: [m] *Hoc ex integro affectu dicimus, vt intelligatis, & cognoſcatis nos, & noſtros veſtra nolle declinare iudicia.* Federicus primus poſt reconciliationē cum ſede Apoſtolica, Pontificeque Romano Emanuelem Orientis Imperatorē vt Romano Pōtifici, tanquā fideliū omniū

C patri humiliter obediret, eique tanquā vniuerſalis Eccleſiæ principi honorem ſummū exhiberet, hortabatur. Cui inter alia dicebat. [n] *Summo Pontifici, quē nomine tenus ſanctū appellas, debitam obedientiā exhibeas, & honorem.* Nec eſt S. Ludouici morientis ad filiū Philippū memorabilis hæc, atq; religioſa admonitio ſilētio prętermittēda. [o] *Sis deuotus, & obediēs matri Romanæ Eccleſiæ, eiuſq; Pontifici, tāquā ſpirituali patri te morigerū præbeas.* Memorabilia ſunt hæc, quæ ſapiētiſſimus, religioſiſſimuſq; Rex Hiſpaniæ Alphōſus in legibus ſuis de excellētia dignitatis ſummæ, deq; ſupremæ, ſuper omnes terræ reges, & principes eminentia poteſtatis Rom. Pontificis, de obediētia, ſubiectione, reuerentiaq; ipſi ſpirituali monarchæ, Eccleſiæq; principi præſtāda ſcripſit, cum eum ſpeciali modo, rationeq; præcipua [p] Vicariū Chriſti, & ſucceſſorē S. Petri, propterea per antonomaſiā, ex-

D cellentiāque [q] *Apoſtolicū paſtorē, præſulēque nominauit, palāque ibi [r] profeſſus Papā illum dici, quòd pater patrū, & Epiſcoporū, cæterorūque orbis Chriſtiani prælatorū caput eſſet: & propterea Chriſtianos omnes totius orbis, quādo ad ipſum accedūt iure optimo illius debere pedes oſculādo venerari.* Aſſeruit inſuper eū, *qui negauerit Pontificē habere hanc poteſtatē, vel eſſe caput Eccleſiæ nō ſolum excōmunicatum eſſe, ſed etiā hæreticū.* Tandē in lege 5. generali [s] concluſione reſoluit, Chriſtianos omnes nemine excepto, ſiue principe, ſiue rege, tanquā præcellēti ad legū Rom. Pōtificis obſeruantiā in ſpiritualibus obligari, eiuſq; Eccleſiaſtico principatui ſubditos in conſciētia ſummā obedientiā, honorēque debere pro ſua ſalute præſtare. Non minora ſūmæ dignitatis, & excellētiæ Leo Armeniorū Rex Innocētio 3. Rom. Pontifici præconia detulit, [t] qui eū Eccleſiæ Dominū, & in Chriſto patrē, & vniuerſalē Papā, paſtorēque, quem Deus Eccleſiæ ſuæ præeſſe voluit, appellauit. De ſumma porro obe-

a S. Chryſ. hom. 10 Matth.
b S. Ambroſ. de dignit. Sacerd. c. 2.
c Symmach. Papa in 6. Rom. Synodo tempore Theodorici regis Can. 2. diſt. 10.
d Hadrian. Papa in capitulis c. olt. can. generali 25. q. 1.
e l. Omni innouatione Cod. de ſacroſ. Eccleſiis.
f c. 1. lege Imperatorum. diſt. 10 ex Nicolao 1.
g Can. 3. certum eſt diſt. 10. felix 3.
h Ioan. Papa 2. Can. ſi Imperator diſt. 96.
i Can. adiicimus 56 q 1.
k S. Greg. l. 2. indict. 11. ep 61
2. Pars. Confeſſio Catholicorum principum imperio Rom. Pontificis in ſpiritualibus ſe ſubditos profitentium.

1. Iuſtiniani magni obedientia Rom. Pontifici.
l. 4. §. inter claros C. de ſummo trinitate, & fide Catholica.
2. Caroli Magni confeſſio ſuo Rom. Pontifici obedientia præclara.
l Ex Nouclerio volum. 2. generat. 28. apud Gratianum c 3. diſt. 12
3. Caroli Calui ep. ad Hadrianum 2.
4. Hugonis Capeti epiſt. ad Ioannem 15.
n Federicus 1. Imp. ep ad Emanuelem Imp. uniens.
o S. Ludouici ad filium Philippum pia admonitio. Nangius de geſtis S. Ludouici, & apud Surium.
7. Alphonſi Hiſp. regis confeſſio in legib. 1. parte Tit. p l a 1. 4 & 5.
q Ibid. l. 1.
r in fin. legis 4.
s l. 5 Alphonſi regis.
t Leo Armeniæ Rex Epiſt. eius ad Innocentiū 3.

A dientia, qoam se in consciētia teneri huic sanctissimo patri præstare credebat, ista deinde subiungit.[a] *Vestri luminis gratia informati omne regnū nobis à Deo cōmissum, & omnes Armenos ad vnitatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, diuina inspirante clementia, renouare cupimus, & optamus.* Si Anglorum historias replicare voluerimus, pręclaras admodū, piè magnificas, Catholicaque religione illustres, de summa Rom. Pontificū super omnes fideles monarchici principatus authoritate, supremaq; à regibus, principibusq; secularibus illis obedientia præstāda, primorū huius oationis regū confessiones, professionesq; reperiemus. Lucius primus illius Rea regionis, tunc Britānię magnæ dictę, nōdū Angliæ, simul atq; diuina miseratione, gratiaque, fidei Christianæ lumine, Catholicæque religionis irradiatione refulsit, ad Eleuteriū tūc Romæ sedentē humiliter, deuoteque rescripsit,[b] *obsecrās*, ioquit Beda, *vt per eius mandatū Christianus* B *efficeretur, & post effectū pia postulationis consequutus est.* Cur ipse Rea per sacrū baptisma regenerari Christo percopiēs ad Romanū potius pręsulē misit, quàm ad alios Episcopos Britanniæ? vel si tunc nondū eatarēt, cur nō ad regiones alias, ipsi Britānię regno viciniores, quàm esset ipsa Roma, vtpote in Galliā, Germaniā, Hispaniā, in quibus, teste Sancto Ireneo,[c] plurimę iam fundatæ, dicatæque Christiano cultui Ecclesiæ, suis Episcopis pastoribusq; religiosis abundabāt, suos nuntios, legatosq; direxit potiùs, quàm Romā? vt ea illarū pastore, prælatoq; aliquo catechizatus, baptizatusque Christianus fieret, factusq; hac salutari regeneratione, Christi D. Ecclesiæque Catholicę filius, adoptionē postea filiorū Dei cōsequeretur? Nisi quia supremū Ecclesię Christianæ principatū, imperiūque Rom. Pontifici diuinitus à Chri- C sto D. traditum fuisse credidit; cui omnes principes, & populi, fideliter obediendo procūbere deberēt, si salui esse vellēt? Alterius regis Britāniæ vetustissimi Osuui nomine Catholicam de hac principatus Pontificij sublimitate monarchica, deque subiectione omniū populorū, & principū, ac obedientia filiali, huic principatui præstanda confessionē ipsemet Beda recensuit. Quem cùm accepisset Sancto Petro claues à Christo D. regni cœlorū fuisse traditas, Romanūque Pontificē pari cum dignitate, atque potestate, huic primo Christi D. vicario, sanctitate singulari fulgenti successisse, ita dixisse refert.[d] *Ego vobis dico, quia hic est ostiarius ille* (scilicet Rom. Pontifex) *cui ego tōtradicere nolo, sed in quantū noui, & valeo, huius cupio in omnibus obedire statutis.* Subdit postea Beda. D [e] *Hac dicēte rege fauerūt assidētes & ad ea quæ meliora cognouerāt, sese transferre festinabant.* Hoc sublime, supremūque Rom. Pontificis in spiritualibus imperiū, cum debita huic spirituali principi à Regibus, principibus, atq; populis obediētia, pleriq; alij huius insulæ reges agnouerūt, agnitū confessi sunt, confessumq; maximo honore, reuerētia, obsequioq; venerabili prędicauerūt, vt illa litterarū Eduardi regis ad Nicolaū 2. apud Polydorū Virgiliū inscriptio testatur.[f] *Summo vniuersalis Ecclesiæ Pastori Nicolao Eduardus gratia Dei Anglorum Rex debitā subiectionē, & obedientiā.* Simili forma aliæ Regū Angliæ literarū ad Rom. Pontificem inscriptiones, vt alterius Eduardi ad Bonifacium [g] octauū, & alterius ad Clementē sextū conceptæ legūtur. Quas sicut alias similes Angliæ regum, aliarumque regionum confessiones, breuitatis causa silentio præteruehimus.

a Ibid. Leo Rea Armeniæ.

Confessio Regum Angliæ.

b Lucij 1 Regis Angliæ confessio. Beda hist. Angl. l. 1.

c S. Irean. l. 1. c. 2.

ms Osuui regis Angliæ confessio.

d Beda l. 3. c. 25.

f Ibid.

is. Eduardi eorum confessio.

f Polyd. Virg. l. 4. c.

Vide Baroniū anno D. 1060. n. 9.

g Eduard ep ad Bonifaciū Alterius ad Clemeatē 6.

A Quamdio hæc sincera supremæ in Ecclesia Dei potestatis agnitio, & huic potestati spirituali religiosa à principib' Christianis, suę deuotionis, obediētisque affectus exhibitio viguit, tādiu in illorū principū terris, regnisq, omnia salutaria bene, feliciterque cessere. Hinc enim bonæ intelligentiæ concordiæq; principū Catholicorū, cum Rom. Pōtifice fons, & origo, à qua bona cuncta procedūt, & in principes, populosq; redundāt.[h] *Sic enim diuina, humanaq; pariter consentiētia vnam consonātiā rectis sentētiis faciūt*, vt dicebat Iustinianus Imperator. Vnde terror, interitusq; hostiū religionis, & imperij, splēdor pacis, securitatis, prosperitatisque maximus exoritur, & effulget in illa Catholicorū cōgregatione: cui hæc cōsonātia, bona intelligētia, cōcordiaq; dominātur. Io memoriā quippe illa Baldi iuris vtriusq; peritissimi doctoris assertio reuocanda sēper, cuius supra meminimus, nō tam ab illo inuēta, quàm à veteribus sa- B pientū prædictionibus accepta, Romanū nempè Pontificē, ac Regē Galliæ Ecclesię filiū, natu maiorē, mutuæ beneuolētiæ, dilectionisq; sāctæ vinculo sociatos, pro salute Catholicorū, Ecclesiæ sanctæ protectione contra furores, insaniasq; reproborum Christi, eius sponsæ, Catholici regni, Christianæque reipublicæ hostium omnia posse. Exclamabo libere. O ter, quaterq. felices, atque fortunati reges, ac principes, qui se à Rom. Pōtifice, vt à patre filios in spiritualibus dirigi, gubernariq. patiūtur![i] *Quoniā iustiorē exitū sacta principū sortiūtur*, aiebat Richardus 2. rex Anglię, in sua ad Clemētē 3. epistola, *cùm à sede Apostolica robur, & fauorē accipiūt, & Sācta Romana Ecclesia colloquio dirigūtur. Propterea dignū duximus*, inquit, *ad* C *notitiā beatitudinis vestræ trāsmittere, quæ inter nos, & dominū Tācredū illustrē Siciliæ Regē, publice nuper, & necessario sūt celebrata contractu.* Vnde postea precibus, orationibusq. ab eodē Pōtifice cōtēdit, vt suę interpositione potestatis, charitatisq. litē inter se, & Regē Siciliæ subortā pacificè, benigneq. cōprimere dignaretur, spōdēs, tactis aris, se, suosq. in omnib', ipsius imperia, decretaq. subituros, cùm hæc sequētia subiūxit.[l] *Sāctitatē vestrā, & sanctā Romanā Ecclesiam obnixè rogamus, vt sācta sedes Apostolica fideiussionē pro nobis suscipiat, & vt cōfidēter id faciat testimonio præsentiū literarū vobis liberā cōcedimus potestatē, nos, & hæredes nostros, & terrā nostrā distinctiùs coercere, si cōtra præfatā pacē venerimus.* &c. Nulla igitur breuior, nulla securior, tutiorq. via principibus Christianis ad sūmmā gloriā, prosperitatē, & pacē, cū subditis, D populisq. fidelibus, quàm sācta bonæ volūtatis vnio, Catholica pietate, obsequioq. filiali corroborata, cū sāctissimo patre Christi D. vicario potest excogitari. quod exēplis religiosorū principū memoratorū manifestissimè vnicuiq. legenti cōstare potest, præsertim verò Regū Frāciæ Christianissimorū, de quorū pietate, honore, & amore obsequētissimo, in Apostolicā sedē, Romanūque Pontificē sūmè prędicādis copiosior, adhuc libro sequenti nobis narratio restat. Vt propositis tot bonis, tot benedictionib' ex alto, totq; prosperitatibus ab hac sacra vnione, concordia, bonaque intelligētia prodeuntibus: illam bonorum operū virtute, vitæque reformatione prioris, à Deo patre votis omnibus, precibus, supplicationibusq. magno charitatis ardore flagrantibus, per viscera misericordiæ Iesu Christi filij eius, interpellante pro nobis passionis illius merito, sanguineque pretiosissimo, quo redempti sumus, indulgētias,

misera-

3. Paer. Bona intelligentia, concordiaque principum Catholicorum cū Rom. Pontifice illis voluntas à in spiritualibus subd. terri, omnia pro pace parit omnibus destrui In Dei, & Agni hostibus.

h Iustiniani M. nouella 42. aduersus hæreticos.

Baldus in L. 1. ff. de constitut. princip.

Similia habet Nicolaus Boerius in additien. ad Ioan. Montan. de Ancona.

Beati principes, qui se in spiritualibus à Rom. Pontifice regi sinunt.

i ep Richardi 2. ad Clementem 3.

l In eadem ep. Richard.

miſetationeſque clamante, impetrare conemur, & ita conando, proſpere conſequi mereamur. A

CAP. XV.

Eccleſiaſtica Monarchia tantum abeſt, vt noceat, & obſit politicæ, ciuſque minuat maieſtatẽ, vt impiè hæretici, ſchiſmaticique mentiuntur: quin potius proſit plurimum, ciuſque ſplendorem maieſtatis vehementer, atque feliciter amplificet.

1. *Id ſcripturis ſanctis, decretalibus Romanorum Pontificum epiſtolis, ſacris canonibus, ſanctorumque patrum teſtimoniis docetur.*
2. *De magna ſolicitudine, plena charitatis cura, labore, & affectu Rom. Pontificis, in procuranda ſalute regum, & principum ſecularium, Catholicorum, eorumque pacificè, atque proſperè conſeruando principatu.* B
3. *Electores imperatoris à Romano Pontifice conſtituti pro maiori imperij, ac religionis Catholicæ bono.*

S. Thomas. Axioma Theologicum.

SICVT iuxta tritum Theologorũ axioma, *gratia non deſtruit naturam, ſed perficit:* ita Chriſtus Dominus poteſtatem in terris ſpiritualem inſtituendo pro reipublicæ Chriſtianæ in aſtra directione, ſaluteque ſui ouilis æterna, mundi reſpublicas, regnaq. ſecularia deſtruere nõ intendit, ſed perficere magis; nec eripere iuſtis poſſeſſoribus dominationes terrenas, qui vt pia canit Eccleſia, [a] *regna dat cæleſtia.* C Quid enim Apoſtolus. *An legem*, inquit, *deſtruimus per fidem? Imo & ſtatuimus.* [b] Ita regum, principumq. ſecularium maieſtas, Monarchicaq. poteſtas, per Eccleſiaſticæ, Pontificiæq. Monarchiæ factam diuinitus erectionem, perque honorem, ac fidelitatem obſequentem, à ſecularibus illi præſtandam, lege Chriſti, faſcibus, non hebeſcit, non eneruatur, non illius vires eliduntur, ſed contra ſtabilitur illuſtrior, glorioſior corroboratur, diuturnioriſque vigens abundantia proſperitatis in hoc ſeculo ab omnibus honorata refulget. O ad propoſitum noſtrum digniſſimam Nicolai primi ad Michaelem imperatorem non tam hominis, quàm Angeli vocẽ! [c] *Mediator Dei, & hominũ homo Deus Chriſtus Ieſus, ſic actibus proprijs, & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit, propria volens medicinali humilitate ſurſum efferri, non humana ſuperbia rurſus in inferno* D *demergi: vt Chriſtiani imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur: quatenus ſpiritualis actio carnalibus diſtaret incurſibus.* Quàm verè ſalutarique documento Anaſtaſium imperatorem papa Symmachus inſtruebat, ſi attendere voluiſſet, his illum verbis affando. [d] *Conferamus honorem imperatoris cum honore Pontificis, inter quos tantum diſtat, quantum ille humanarũ rerũ curã gerit, iſte diuinarum.* Quãtum verò ſublimis illa ſpiritualis, Pontificiæque poteſtatis maieſtas, imperatoriæ, regiæque maieſtati proſit, & ad æternã ſalutem principibus huius ſecularis maieſtatis honore ſublimatis opituletur, breuiter vno verbo ſubiunxit. [e] *Tu humana adminiſtras, ille tibi diuina diſpẽſat.* Hæc eſt Chri-

a Cantus Eccleſiæ.

b Rom. 3.

c Nicolai 1. epiſtola ad Michaelem imp. circa finem.

Spiritualis, Pontificiaque Monarchia maximè Catholicæ ſeculari prodeſt.

d Symmachi papæ ad Anaſtaſ. imp. epiſtola.

e Ibid.

A ſti Domini doctrina ab Apoſtolo, de ſinu patris æterni ſuſcepta, poteſtatem ſcilicet Eccleſiaſticã, ſpiritualemque principatum à Chriſto Domino fuiſſe pro conſecutione æternæ principum, populorumque ſalutis inſtitutam, iuxta illud ipſius Apoſtoli. [f] *Ad conſummationem ſanctorum, &c.* Propter quod ipſe Hebræos, & in perſona eorum ſaluandos omnes admonebat, vt obedirent præpoſitis ſuis, ſcilicet Eccleſiæ paſtoribus, [g] *quod peruigilarent, tanquam rationem pro illorum animabus reddituri.* Deus immortalis! quæ diſpendia politicis principum ſeculariũ dominationibus, ſtatibuſq. Catholicis timeri poſſent ab illis ſpiritualis Monarchiæ rectoribus, à quibus non niſi lucra auxiliaq. ſaluris æternæ principes Chriſtiani, decreto diuino præſtolari iubentur? Propter B quod imperatores & reges ſeculares, ſed Catholicæ fidei, religioniſq. Chriſtianæ ſplẽdore coruſcos, vt poſt tẽporales triumphos, honoreſq. fragiles, ac lubricos felicitate in cœlo ſtabili, gloriaque conſequentis, æui potirentur, Romanis magnopere Pontificibus indigere, Nicolaus papa Michaeli imperatori eius magno deſiderio ſalutis inflãmatus inſtanter, ſæpiuſq. paterna exhortatione ſuggerebat. Vt imperatorios faſces Eccleſiaſticis monitis obediendo ſubmittẽs piè tẽporaliter imperãdo gaudia regni cœleſtis æterna lucraretur. [h] *Nolite*, inquit, *præiudiciũ Dei Eccleſiæ irrogare: illa quippe nullũ imperio veſtro præiudiciũ infert, ſed omne potius aufert.* Et vt auctius dicã, non dãna, ſed lucra, laborioſè enixa pro vobis orãdo, profundit: non terreni pacẽ turbat imperii, ſed cœleſtis æternas gloriæ lautos vobis ſua potẽter accumulãdo vota, preceſq. parturiẽdo, ſe- C curè parat, & acquirit. *Neq. n. Romanus Pontifex* [i] aiebat grauiſſimus author Innocentius 3. papa ſapiẽtiſſimus, *ſuper ſceptra principum, iura que, vt ea perturbet, aut imminuat poteſtatem habet, ſed ſuper eorum conſcientias, & animas, vt eas in æterna cœleſtis imperij tabernacula tuto, rectoque Catholicæ veritatis, charitatiſq. tramite deducat.* Quid ille alibi? [k] Nõne ſe in patrimonio Eccleſiæ tãtũ plenã ſe in tẽporalibus poteſtatẽ gerere, non ſic in alienis regionibus ſecularium principum iuriſdictioni, dominioque mancipatis, ingenue profitetur, quod alieno iuri præiudicari nolit? Itaq. regum, principumq. orbis Chriſtiani ſeculariũ maieſtas, auguſta poteſtas, & Monarchica dignitas, per Eccleſiaſticã, per honorem ſummum, perq. ſupremã in Eccleſia principi hierarchico creditã iure diuino poteſtatẽ, tantũ abeſt, vt deſtruatur tantillũ ve minuatur: quin ſalutari potius ſtabi- D lita fundamento creſcat diuina benedictione potentior, & corroborata glorioſior ſummæ faſtigiũ proſperitatis attingat. Quid mirum ſi beatus Bernardus [l] tã religioſus pacis ſalutaris vtramq. Chriſti D. Monarchiã inter ſe ſanctè, fideliterq. cõnectentis amator regem illũ vehementer increpuerit, qui religionẽ, ſpiritualẽq. dominationẽ regni ſui deſtructionẽ, ſuæq. coronæ pronũtiabat inimicã? & vt alter *Herodes Chriſtũ non tã in cunabulis habebat ſuſceptũ ſed in Eccleſiis inuidebat exaltatũ.* Væ propterea perduellionibus fraudulentiſq. religionis, ac reip. hoſtibus, qui ſuper bonũ concordiæ, charitatiſq. ſemẽ in agro Chriſtiano zizania ſuſpicionũ malarũ, odiorũ, calumniarũq. malitioſe ſuperſeminãtes ſãcta, feliciaq. ſacerdotalis, regiæq. poteſtatis fœdera nõ modo diſſuere ſed infringere ſcelerarè conãtur. Quæ Chriſtua

f Epheſ. 4.

g Hebr. 13.

Eccleſiaſtica poteſtas nullo modo politicæ nocet, ſed valde prodeſt.

h Nicolai 1. ad Michaelẽ imp. epiſtola.

i Innocent. 3. cap. nouit de iudiciis l. 2. decretalium.

k Cap. per venerabilem: Extra qui filii ſint legitimi.

l S. Bernard. ep. 49 ad Honorium papam pro Henrico Senonenſi Archiepiſc.

A Dominus in corpore suo, quod est Ecclesia, cuius ipse caput est inuisibile, atq. principale, voluit immortaliter diuino charitatis nexu pro salute mundi coniungere, vt eiusdem S. Patris ad Cōradum Germaniæ regem hortamenta testantur, sic post multa concludentis. [a] *Ergo quod diuina sanxit authoritas, humana studeat adimplere voluntas, iungant se animus, qui iuncti sunt institutis, inuicem se foueant, inuicem se defendant, inuicem onera sua portent; ait quippe sapiens.* [b] *Frater adiuuās fratrem, ambo consolabuntur. Quod si alterutrum se (quod absit) corroserint, & momorderint, nonne ambo desolabuntur.* Ideoque iustè hos talium zizaniorum seminatores, tanquam societatis Christianæ pestes execrando Pater sanctus aiebat. [c] *Non veniat anima mea in concilium eorum, qui dicunt vel imperio pacem, & libertatem Ecclesiarum, vel ecclesiis prosperitatem, & exaltationem imperij nocituram: non enim vtrunsque instituit Deus in destructionem ea coniunxit, sed in ædificationem.*

a S. Bernardi epist. 241. ad Conradum Germaniæ regem.
b Prouerb. c. 18. 19.
c S. Bernard. ibid.

B Tantum honoris & authoritatis, Ecclesiæ, Pontificisque Romani pastoris eius, charitas, atque pietas, fideliū principum affectibus, & institutis deferre solet: vt anathematis ictos fulmine, & à fidelium societate, communioneque per sententiam excommunicationis extorres, si principum clementia mensa regia dignos effecerit, statim in fauorem principum illorum ab omni vinculo excommunicationis absoluere soleat. Sicut ex libro capitulorum regalium episcoporum sententia constitutorum, & Apostolicæ sedis authoritate Hadriani papæ decreto confirmatorum, manifestè claret, & apparet. In quo ista pro canone authentico leguntur. [d] *Si quos culpatorum regia potestas aut in gratiam benignitatis receperit, aut mensæ suæ participes effecerit, hoc & sacerdotum, & populorum conuentus suscipere Ecclesiastica communione debebit, vt quod principalis pietas recipit, nec à sacerdotibus extraneum videatur.* Huius canonis, atque constitutionis duobus in locis epistolarum suarum Iuo Carnotensis meminit, primo epistola ad Sanctionem Episcopum Aurelianensem, altero epistola 193. ad Dambertum Senonensem Archiepiscopum sub finem.

Excommunicatos quos benignitas principum sua mensa dignos efficit, Ecclesia absoluit.
d Lib. capitulorum regalium scilicet Caroli Magni.

Quantæ sunt probationes, & certa ex ipsarum euentu rerū, ipsisq. Romanorū Pontificū gestis argumenta perita, quibus pia, & anxia solicitudo, cura vigilans, labor improbus, affectus maximus illorū in salute regū, principumq. Catholicorū procurāda, necnō gloria ipsorū principatus exaltanda, luce clariora manifestantur? Si solū leuiter annales Ecclesiastici replicentur, abundantiùs, quàm necesse confirmationes inuenientur. D Antiquiora prætermitto, minimè cōmemoraturus affectus, conatusq. maximos singulari pietate charitateq. nobilitatos S. Syluestri [e] quibus per vota, preces, paterna consilia, aliarūq. Christianarum virtutū operationes, Constantini Magni fortitudinem, fidē, pietatē, animæ salutem illius, & imperii felicitatem, maxima diuinæ benedictionis, gratiæque largitate propagauit, & adauxit. Nihil dico de cœlestibus, diuinisque benedictionibus, quas pietas, sanctitasque [f] Damasi papæ sicut S. Ambrosii Theodosio Magno procurauit, impetrauitq. de sinu patris æterni, quibus cumulatus imperator (vt ipse quādoq. fassus est) tot victoriarū lauros, tot veræ gloriæ triūphos, totque in vita prosperitates assecutus est. Taceo immensos bonorū tēporaliū, cœlestiumq. cumu-

2. Part. *Dopea, magnaque solicitudine, cura labore, affectuque charitatis Romanorum Pontificum in procuranda salute principum, & exaltando eorum principatuum gloria, & prosperitate.*
1.
e Ex actibus vitæ S. Syluestri.
2.
f S. Damasi in Theodosium & alios imperatores pietas, & charitas.

A los, quibus Christus Dominus Marcianū imperatorem, eiusque sanctissimam coniugem, & virginem Pulcheriam, cum toto orientis imperio (cuius habenas illi duo moderabantur) propter maximas sui vicarii S. Leonis papæ virtutes, vigilias, labores, solicitudines assiduè pro illis angustis, viro, & vxore vota, precesque ipsi suo D. Christo deuotissimè profundētis, clemētissimè locupletauit. Cuius sapientiā, paternamq. in procuranda Augustorū prosperitate charitatē, imperii salutē, populi benedictionē, felicitatēq. Augusta [g] illa Pulcheria nūcupare solebat. Nec recēsebo quæ sæpius à Iustino seniore imperatore optimo repetita legimus, scilicet à Pontificis Hormisdæ vigiliis, curis, laboribus piis, virtutibusq. de imperatoris, imperiiq. reformandi salute soliciti, maximam bonorū, prosperitatūq. copiam diuina sibi, imperioq. largitate profusam copiosè manare. B Magni quoque Iustiniani confessiones sæpius in corpore iuris iteratas, de benedictionibus, ac bonis cuiusq. generis sibi, imperioq. merito virtutū Ioannis primi, secundi, aliorūq. Pontificū, sedis Apostolicæ Christi D. benignitate collatis spōte reticebo. Etiā recētiora meminisse quid opus? Nonne clarū est Syluerium Pontificē summo studio, solicitudine religiosa, labore strenuo, prudentiq. curauisse, vt Romana ciuitas, Italiaq. à rapacibus Gothorū manibus erepta, atq. vindicata Iustiniani Magni ditioni, imperioq. subdita sēper obediret? Ioānes verò tertius, nōne quanta potuit opera, vigilātia, consilio Lōgobardorū furori, irruptioniq. restitit, ne tyrānica illorū barbarorū dominatio, captis imperii possessionibus crudeliter insultaret? Quid Gregorius magnus nisi studio solerti, vigilantia pastorali, & amore in oriētis imperatorē paterno C prouidisset, anxieq. ex magna charitate laborauisset: [h] nōne Romam, multas alias Italiæ regiones, & vrbes Longobardi crudeles, ter ab huius imperatoris obediētia, ditioneq. deprædatas, vastatasq. diuulsissent? In vita vero Bonifacii 5. nōne hūc Pōtificē legimus generositate Pontificia, Christianaq. pietate vehemēter obstitisse, quominùs Eleutherius exarchus vrbes in Italia, Heraclii imperatoris imperio subactas, impetu tyrānico, furoreq. deprædaretur? Martini 1. generositatē in execrabiles imperii grassatores, oppressoresq. Christianorū Sarracenos plusquā virilē, necnon paternā illius in Constantē Heraclii nepotē imperatorē magnis licet sordidatū vitiorū, scelerūq. contagiis, charitatē, huius vitæ scriptores admirātur. Qui sua solerti sagacitate, magnanimo labore, paternaq. prouidētia Siciliā, à Sarracenorū incursionibus crudelibus immunem, liberāq. seruauit: atq. ne subacta immanibus illorū armis orientis imperatori deperiret, summa vigilantia, generositateq. prouidit. [k] Licet postea pro tantæ pietatis in imperiū, charitatisq. mercede, illius imperatoris ingratissimi, nefandissimi fidei Catholicæ persecutoris, ferali, tyrānicoq. decreto ipse S. Pōtifex in exilio cōsūptus ærūnis vitā glorioso martyrio consummauerit. Sed quid præterea, si in recentiora paulò sæcula descēdamus, nōne ex historiis, grauissimisq. scriptoribus apparebit, imperiū in occidēte valde debilitatum propeque collapsum, Romani Pontificis authoritate, studio, sapientia, pietate restauratū fuisse, posteaq. solido robore firmatū? Quis electores imperatoris in Germania cōstituit? Nūquid Grego-

S. Leo. 5.
g Epist. Pulcheriæ ad S. Leonem.
4. *Iustini senioris testimonium de imperij sui felicitate virtutibus Hormisdæ.*
4 Ioannes 1. & 2.
5 Pontifices.
6 Liberius papa. Procop l. 2. de bello Gothico. Sigonius de regno Italiæ.
7. Ioannes 3.
8. S. Greg. ex epist. eius, & Ioanne diacono in eius vita.
h 9. Bonifacius 5. eius vitæ author.
10. Martinus 1. ex Anastas. Biblioth. in eius vita.
k Anastas. Biblioth. in eius vita an. D. 654.
3. Part. *Electores imperatoris à Rom. Pontifice constituti an. D 996.*

rius 5. annuente, conſulenteque Ottone 3. Imperarore Epiſcoporum Concilium Romæ congregauit. In quo præter multa ſeria, ad ſtatus eccleſiaſtici ſtabilitatem ſpectantia, de electione imperatorum pacificè, abſque tumultu in poſterum facienda, ſolida, maturaq. deliberatione ſolemniter actum eſt. Atque hanc electorum imperatoris Romani in Germania ereationem, Romani Pontificis authoritate firmatam, roboratamque, ne ipſi quidem nouatores inficiari ſeu diſſimulare potuerunt: quin potius compellente, eoſque conuincente veritate, ſunt confiteri coacti. Aiunt enim illi centuria 10. cap. 10. [a] *Gregorius ſuam patriam inſigni aliqua dignitate ornaturus, ſanxit, vt penes Germanos eſſet ius eligendi, qui poſt diadema à Romano Pontifice acceptum, Imperator, & Auguſtus appellatur.* Hæc ipſi erronei centuriatores, veræ, Catholicæque fidei, ſuorum impiorum dogmatum, errorumque contagiis inceſtatores. Qui in eadem centuria [b] aſſertionem ſuam Blondi teſtimonio comprobant. Romani Pontifices, vt Innocentius 3. & Clemens 5. in cõcilio Viennenſi hanc eligendi regem Romanorum, imperatoremque poteſtatem principibus Germaniæ, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus conceſſam ab Apoſtolicæ ſedis authoritate produxiſſe, fluxiſſeque teſtãtur. Ait enim Innocentius ad ducem Turingiæ, ſcribens. [c] *Illis principibus ius, & poteſtatem eligendi regem in imperatorē poſtmodum promouendum recognoſcimus, vt debemus, ad quos de iure, antiqua conſuetudine noſcitur pertinere, præſertim cùm ad eos ius, & poteſtas huiuſmodi ab Apoſtolica ſede peruenerit, quæ Romanum imperium in perſonam magnifici Caroli à Græcis tranſtulit in Germanos.* Eandem planè Clemens 5. in Concilio Viennenſi his verbis aſſertionem veritatis confirmat. [d] *Romani principes orthodoxæ fidei profeſſores ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, cuius caput eſt Chriſtus redemptor noſter, & Romanum Pontificem, eiuſdem redemptoris vicarium feruore fidei, & claræ deuotionis promptitudine venerantes, eidem Romano Pontifici, à quo approbationem perſonæ ad imperialis promptitudinis apicem aſſumendæ, necnon vnctionem, conſecrationem, & imperij coronam accipiunt, ut ſua ſubmitterent capita non reputauerunt indignum, ſeque illi, & eidem Eccleſiæ, quæ à Græcis imperium tranſtulit in Germanos, & à qua ad certos eorum principes ius, & poteſtas eligendi regem in imperatorem promouendum peruenit, aſtringere vinculo iuramenti, &c.*

Electores imperatoris authoritate Rom. Pontificis creatos centuriatores confitentur.

a Centur. 10. c. 10.

b Centuria 10 c. 16.

Teſtimonio Pontificum Romanorum hæc imperatoris electio comprobatur.

c Innocent. 3. ep. ad ducem Turingiæ.

d Clemens 5. in Concilio Viennenſi. Clement. de iureiurando c. 1. l. a.

Hoc beneficium, honoremque eligendi in Romanorum regem poſtea ad verticem imperii ſublimandum ſibi à Romano Pontifice fuiſſe collatum electores ipſi non inficiantur, ſed ingenuè profitentur; quod ex eorum aſſertionibus, teſtimoniis, & literis, quas illi in huius veritatis approbationem conſcripſerunt clariſſimè conſpi-

A citur. Quæ quoniam ſimilis formæ ſunt omnes, ſatis erit literas ex aliqua parte ad noſtrum inſtitutum factura vnius electoris pro cæteris commemorare. Cùm, vt monuimus ſupra, idem planè ſit argumentum earum, eadem forma, ſtylus, & verba. Literarum Palatini comitis titulus talis eſt. *Ludouicus Dei gratia comes Palatinus Rheni, dux Bauariæ, vniuerſis præſentem paginam inſpecturis ſalutem in authore ſalutis.* Poſt hæc ita ſuas exorditur literas, *complectens ab olim ſibi Romana mater Eccleſia, quadam quaſi germana charitate Germaniam, eam eo terrenæ dignitatis nomine decorauit, quod eſt ſuper omne nomen temporaliter tantum præſidentium ſuper terram, plantans, in ea principes, tanquam arbores prælectas, & rigans illas gratia ſingulari, illud eis dedit incrementum miranda potentia,* B *vt ipſius Eccleſiæ authoritate ſuffulti velut germen electum, per ipſorum electionem illum qui ſrana Romani imperij teneret, germinaret. Hic eſt illud luminare minus in firmamento militantis Eccleſiæ, per luminare maius Chriſti vicarium illuſtratum &c.* At Imperatores Germaniæ, faſcibus ſe imperialibus, diademateque, hac electionis via, Romani Pontificis authoritate ſublimatos, quàm ſincerè, liberéque profiteantur, ex literis imperatoris Alberti clariùs apparet, quàm vt in dubium reuocari iure poſſit. In quibus Pontificem Bonifacium 8. poſt multa ſic reuerenter affatur. [e] *Recognoſcens igitur, quod Romanum imperium per ſedem Apoſtolicam de Græcis tranſlatum in perſona magnifici Caroli in Germanos, & quod ius eligendi Romanorum regem in Imperatorem, poſtmodum promouendum certis principibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus* C *eſt ab eadem ſede conceſſum, à qua reges, & imperatores, qui fuerunt, & erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladij poteſtatem, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, piâ deuotione, & ſincero corde profiteor, quod Romanorum reges, in imperatores poſtmodum promouendi per ſedem eandem, ad hoc potiſſimè, & ſpecialiter aſſumantur, vt ſint ſanctæ Romanæ Eccleſiæ aduocati Catholicæ fidei, ac eiuſdem Eccleſiæ præcipui defenſores &c.* Eo ſpectare illa Glabrii Rodolphi videntur. [f] *Illud nimium condecens eſt, ac perhoneſtum videtur, atque ad pacis tutelam optimum,* decretum ſcilicet, *vt ne quiſquam audacter Romani imperij ſceptrum præproperus geſtare princeps appetat, ſeu imperator dici aut eſſe valeat, niſi quem Papa ſedis Romanæ morum probitate delegerit aptum reipublicæ, eique commiſerit inſigne imperiale.* Quis hanc electionem, electorumque poteſtatem Apoſtolica authoritate decernendo, conſtituendoque Romanum Pontificem, imperii temporalis maieſtati magnopere fauiſſe, necnõ eius ſaluti, cõſeruationi gloriæ, & D honoris, inq. multa ſæcula prorogandæ proſperitati maximè proſpexiſſe, ſudando multũ, pieq. laborãdo nõ credet, aut quis iure poſſet inficiari?

Electores imperij confitentur ſe hanc eligendi imperatorem poteſtatem ab authoritate Romani Pontificis accepiſſe

Literæ comitis Palatini electoris.

Imperatores hoc imperiali faſtigio per electionem Rō. Pontificis authoritate decretam ſe ſublimatos agnoſcunt.

e Alberti imp. confeſſio.

Hanc imperatoris electionem Rom. Pontifex conſtituens, quantum imperij temporalis gloriæ, proſperitatique ſecularium ſaluti proſpexit, declaratur.

f Glabrii hiſtorici l. 1. c. 5.

CAP. XVI.

Magnus charitatis affectus SS. Pontificum erga salutem principum secularium, vt bene beateque viuant hîc, & in æternum, contra detestabiles imposturas contumeliosaque mendacia nouatorum Christianis societatibus ad exitia fatalium.

1. *Scopus piorum affectuum studiorumque Romanorum Pontificum propositus est, Christianos principes cum populis sapientes beatosque videre. Quod illustri quatuor annulorum lapillis pretiosis ornatorum mysterio Innocentius 3. Pontifex Anglorum regi declarauit.*
2. *Execratio calumniarum, imposturarumque nouatorum contra pietatem, & charitatem Romanorum Pontificum erga Catholicos principes.*
3. *Haretici tolerati, & non castigati regna multa, resque publicas perdiderunt.*



NON fuit vnquam alia Romanorum Pōtificum Christi Domini, cuius extitere superstites in terra vicarii, vestigia sequentium mens, & affectio, quàm vt reges, principesque seculares, Catholicæ fidei professores, C sanctissimè viuerent, & ita in gloria temporali, sempiternaque crescerent. Quod Innocentius 3. Angliæ regi significare voluit, quatuor annulorum aureorum, quatuor lapillis preciosis ornatorum oblatione illi facta: in hoc munere virtutes regias, verè Christianas, earūq. præmium mystica expositione reserans: ad quas regem illum inuitat, vt earum præmio tandem, gloria, post temporalem videlicet, æterna potiatur. Epistolæ Pontificis huiusmodi verba sunt. [a] *Inter opes terrenas, quas oculus mortalis concupiscit, quasi chariora desideras aurum obryzum, & lapides pretiosos. Licet autem his, alijsque diuitijs excellentia regalis abundet, in signum tamen dilectionis & gratia, quatuor annulos aureos, cum diuersis lapidibus pretiosis, tua magnitudini destinamus: in quibus te volumus spiritualiter intelligere formam, & numerum,* D *materiam, & colorem: vt mysterium potius, quàm donum attendas. Rotunditas enim aternitatem significat, qua initio caret, & fine. Habet igitur regalis prudentia, quid in annuli forma requirat, vt de terrenis transeat ad cœlestia, de temporalibus ad aterna procedat. Quaternarius autem qui numerus est quadratus, constantiam mentis insinuat, qua nec deprimi debet aduersis, nec prosperis eleuari. Quod tunc laudabiliter adimplebit, cum quatuor virtutibus principalibus fuerit adornatus, videlicet iustitia, fortitudine, prudentia, temperantia. Intelligas igitur in primo iustitiam quam exerceas in iudicijs: in secundo fortitudinem, quam exhibeas in aduersis: in tertio prudentiam, quam obserues in dubiis: in quarto temperantiam, quam in prosperis non dimittas. Per aurum verò sapientia designatur. Quia scilicet aurum pracminet vniuersis metallis, sic sapientia donis om-*

[a] Innocent. 3. ep 206 ad regem Aug.

Mysticus quatuor annulorum aureorum, quatuor lapillis ornatorum expositio euoluit mysterium virtutum regiarum, quibus principes Catholici ad aeternam gloriam consecutionem peruaniunt.

Rotunditas annulorum quid significet: scilicet gloriam aeternam.

A *nibus antecellit, Propheta testante, qui ait.* [b] *Requiescet super eum spiritus sapientia, & intellectus. Nihil est enim quod magis oporteat regem habere. Vnde rex ille pacificus Salomon solam à Deo postulauit, vt sibi populum commissum sciret prouidè gubernare. Porro Smaragdi viriditas fidem, Saphiri serenitas spem, granati rubicunditas charitatem, topazij claritas operationem significat. De qua Dominus ait.* [c] *Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.* His dictis, pro conclusione Pontifex regi subiungit. *Habes igitur in Smaragdo quod credas, in saphiro quod speres, in granato quod diligas: in topazio quod exerceas: vt de virtute in virtutem ascendas, donec Deum deorum videas in Sion.* En præclara, mysticaque munerum suorum expositio, B quam cum muneribus pro documento Innocentius papa ad regem Angliæ mittit: quibus dat intelligere, nihil sibi charius esse, quàm regem sanctissimum, sapientissimumque videre, vt Christianis virtutibus, tanquam gradibus post præsentis æui stadium sanctè, iustè, pacatèque traductum in cœlum gloriosè posset ascendere. Hic Pontificum Christi D. vicariorum in reges, principesque Catholicos affectus, hoc illorum votū, hæc charitas, illorum temporalem, æternamque procurare salutem: & vt illi cum populis, hîc quieta, tranquilla, prosperaque vita fruantur, in cœlis expectantes, sperantesque meliora, omni ratione contendere. Quod pii semper, deuotiq. in sedē Apostolicā reges, principesq. crediderūt, experientia persenserunt. Quales fuerūt ambo illi religiosi Rogerii, primus, & secundus Siciliæ reges, de quibus hæc Innocētius 3. ad omnes prælatos, episcopos, clericosq. in Siciliæ regno commorantes. [d] *Nostis qualiter inclita recordationis Rogerius Vuilhelmus primus, & secundus reges Sicilia illustres in Apostolica deuotionis permanserint firmitate, qualiter pradecessores nostros fuerint humiliter venerati, qualiter etiam in Ecclesia Romana post Deum sua spei posuerint, & gaudij fundamentum, & in ea, & per eam se crediderint exaltari,* &c. Quotiescumq. seditiosi, perduelles nefarii in proprios reges, legitimosq. principes rebellionibus, machinamentisque nefandis assurrexerūt, vt eos statū illorū vexando de sede regia deturbare niterentur: nunquā principibus afflictis aduersus has regnorū pestes, & faces Pontifices Romani defuerūt, vt suppetias ferendo, hostes eorū quibus possent auxiliis, viribusque refrænando, protinus aduersis illorū principū fortunis opitularentur. Polidorus [e] Virgilius author est in Anglicana hi- D storia, Pontificē illū Innocētiū, omnes illos principes, primatesque Anglorū regni, quod armati contra Ioannē Angliæ regē rebellauissent, non modo patriæ, sed & Christianæ religionis hostes, & vtriusq. maiestatis diuinæ, & humanæ reos iudicauisse. Petroq. Vuitoniēsi episcopo, necnō abbati Redingensi præcepisse, vt eos extremo perculsos anathemate, omnibus execrabiles, maledictioniq. subiectos æternæ denunciarent. Quid verò Innocentius Octauus? Defuitne subsidiis, & auxiliis Iacobo 3. Scotorū regi sub sæua nobiliū regni rebellantiū in illū conspiratione gemēti? nonne acceptis principis afflicti literis, quibus in aduersitate sua sedis Apostolicæ flagitabat auxiliū, statim legatū ad rebelles, conspirantesq. regni magnates misit? qui nomine suo, & Apostolica authoritate illis arma deponere iuberet? Qui-

Praclara instructio ad omnes principes vt per virtutes ad aterna gloria coronam laurosque perueniant.

2. Quaternarium virtutes 4. cardinales significat.

3 Aurum sapientiam designat.

[b] Ezech c 11.

4. Smaragdum fidem, saphirum spem, granatum charitatem, topazium operationem significant.

[c] Matth. c. 6.

Scopus laborum piorumq. affectuum RR. Pontificum est principes Catholicos quàm sapientissimos, & felicissimos cum populis videre.

[d] Innocent. 3. ep. ad Archiepiscopos, episcopos, prælatos, Catholicosque regni Siciliæ.

Proprium Rom. Pontificum aduersis principum Catholicorum fortunis succurrere.

[e] Polid. Virg. l. 15 hist. Angl.

Polid. Virg. ibid.

bus ſtatim non obedientibua Eccleſiæ, cœlique fulmina ptotinus euibraret, maledictionis ſempiternæ fragores prætet temporales ærũnas, pœnaſque minitaretut? Sed proh nefas! priuſquam Anglico littoti legatus appropinquaſſet, cõmiſſo prælio rex infeliciter pugnans, ſceleratis parricidarum telis confoſſus in acie moriens occubuerat. Hanc charitatis opem, auxiliumque pietatis non ſemel allatum à Rom. Pontificibus, vt ſaluti Regum Chriſtianiſſimotum periclitanti, gloriæque labenti ſuccurrerent, pluribus exemplis ſequenti capite demonſtrabimus.

a. Pars. Execratio calumniarum, impoſturarum mendaciorum nouatorum, contra pietatem, & charitatem Rom. Pontificum erga Catholicos principes. Impoſtura nouatorum de conculcato pedibus Pontificis capite Frederici imperatoris.

Vnde impudentiſſimas, nefandiſſimaſque calumnias, impoſturas, iniurias, mendaciaque ſceleratiſſima nooatorum noſtrotũ, hæreſi uon vna, ſchiſmateqoe vario truculẽtis inquinatorum dignè ſatis execrari non poſſumus. Quibus contra pietatem, affectus paternos charitatemqoe ſinceram Romanorum Pontificũ, erga reges, principeſque Chriſtianos, veréque catholicos calumniando blaſphemare non ceſſant: contraria tot illotum vittutibus crimina nefariè euormiterque illis affigentes, vt illotũ candotem uominis, bonã famã, vitęque ſanctitarem, hoc tam fœdo mendaciotom adulterio pollutã principum odüs, auerſionibus animi, liuoribuſq. proſtituant. Iſti ſunt calumniatores, impoſtoreſq. deteſtandi, qui, vt vnum pro multis execrabilis impoſturæ exemplũ ptoducam, faſtum in Alexandro 3. ſuperbiſſimũ, immaniſſimumque erga Fredericum Imperatorem, poſt longas rebelliones, auerſioneſq. à ſede Apoſtolica, in Eccleſiæ Romaoæ gyrum, per ſalutares pœnitentiæ vias, itineraq. redeuntem nefariè mentiendo, comminiſcuntur. Per ſummam impoſturam, execrabilemque calumniam, dicentes pontificem illum, alioqui natura, vitæ profeſſiooe mitiſſimum, clementiſſimumque, vt eius vitæ acta loquuntur, Imperatoris ad ſuos pedes humiliati caput pedibus indigniſſimè protriuiſſe, & illi arrogãtiſſimè his verbis ex Pſalmo 90. petitis inſultauiſſe.[a] *Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.* Et cùm læſus Imperator in Alexãdrum pontificem illud intorſiſſet, *Non tibi, ſed Petro:* tunc illi reſpondiſſe Põtificem: *& mihi & Petro.* Deus immortalis! Quàm abominabilis impoſtura! Quàm prodigioſum mendaciũ! oon aliunde, quàm è profundo abyſſi, puteique ſempiternæ damnationis egreſſum! Quomodo ſuperbiſſima hæc, & immaniſſima conculcatio pedibos, & inſultatio cum manſuetiſſima huius Pontificis natura, cum clementiſſima animi, morumque compoſitione, de qua tam multa præconia ſcriptores edidere, cohærere potuiſſent? Qui tã libera, clementiq. indulgentia ſchiſmaticis omnibus pet pœnitentiã, ad Eccleſiæ gremiom redeuntibus præcipuè verò ſceleratiſſimo illi quondam pſeudopontifici Calliſto, peccatorũ fœditates agnoſcenti flẽs, gemenſq. præ magno conuerſionis eorũ gaodio ex maxima charitate pepercerat? Quomodo manſuetiſſimus Pootifex errantiũ ſalutis amore, æſtuq. charitatis ardentiſſimus, qui tot annos imperatorem extra ſalotis ſepta furioſe vagantẽ ad reditum cordis, vitæq. conuerſionẽ vt pater clementiſſimus filiũ prodigũ, perditũq. tanta cum patientia, deſiderio, manſuetudineq. Pontificia largiter expanſis, effuſiſq. paternæ miſericordiæ viſceribus, expectans expectando præſtolabatur: illum tandẽ veræ coutritionis intrinſecus ictum

a Pſal. 90.

Confunditur, atque refutatur impoſtura.

ſtimulo, ad piæ matris viſcera confugiẽtem, tam duriter, aſperéq. contumelia percuſſiſſet! Quomodo tantũ Monarchã, imperii Romani faſcibus, habeniſq. præfectum, poſt tot funeſtos perditæ ſalutis errotes, tot inſanas animi ſæuiſſimis ingurgitati vitiis, induratiq. iactatiooes, ab immani, ſceleratãq. vita redeuntẽ, corde cõtritũ ſub ſalutaris pœnitentiæ pondere triſtè gementẽ, patrata ſcelera cũ deteſtatione lugentẽ, cũ maxima humilitate, abiectioneq. maieſtatis imperatoriæ voluotaria ad ſe venientẽ, vt per reconciliationis ianuã Eccleſiæ matri clementiſſimæ reuiuiſcẽs, qui mortuus fuerat: inuentus, qui perierat illico redderetur: tã cõtumelioſè attociter, arrogãter, & quod barbari proſtrato facere perhorreſcerent, immaniter inſultãdo tractauiſſet? Hæc execrabilis impoſtura ſi mendacii prodigium non eſſet, ſi tantillum veritatis, aut probabilitatis in ſe retineret: quare fide digni ſcriptores huius temporis, qui quæ viderunt ſcriptis memoriæ mandarunt, omnibus illius imperatoris conuerſionis & reconciliationis actibus præſentes adfuerunt, qui ſingula quæque huius hiſtoriæ tã memorabilis, prout geſta ſunt, & à ſe viſa diligentiſſimè obſeruata ſcriptis ſuis fideliſſimè prodiderunt: hoc portentũ immanitatis Põtificiæ, ſi vera foret, erga pœnitentẽ Romanorũ imperatorẽ, homiliatumq. ad pedes Pontificis, obrutũ ſilentio diſſimulauiſſent? Quales ſunt imperatoris legatus, vitæ Alexandri ſcriptores, Rogerius in annalibus Angliæ, præcipuè vt cæteros omittã, Romualdus Archiepiſcopus Sſleroitanus: qui ſoper omnes, qui quæ viderant memoriæ, ſcriptiſq. mandarũt, totã hiſtoriã copioſiſſimè, diligentiſſimè, atq. fideliſſimè deſcripſit, præſens ſemper omnibus, vt ipſe teſtatur, actibus, quæ in ſcripta redegit. Sed ſi factũ illud Romano Pontifici execrabiliter affictũ aliquid in ſe coniecturæ tantiſper veriſimilis haberet: cur non illud tã enorme atrocitatis exceſſu, tã ſingulare nouitate, tã indignatiooe ſtupendũ, tã inſultatione ſuperbũ, tã deniq. immanitate prodigioſum, malitioſi illi, qui tunc reſtare poterant æmuli, oſoreſq. Pontificiæ gloriæ ſchiſmatici, ſedis Apoſtolicæ rebelles, perſtrepentibus vociferationũ ſuatũ clangoribus euulgauiſſent? Vt immaculatã honoris, pudoriſq. Pontificii famã alicuius naufragio turpitudinis obruere poſſent? Sed commentum hoc vt cætera multa, hæreticorũ, ſchiſmaticorũq. poſterioris ſeculi, furoris opificium eſt: quibus nulla iucunditas acceptior eſt, quàm innocentiam, ſanctitatẽq. Pontificiæ maieſtatis impoſturis, calũniiſq. blaſphemantibus opprimere: vt ab illa principũ, regũq. Chriſtianorũ puros affectus, filialeſq. amicitias, hac maledicendi, calũniandiq. fraude diuellẽtes, ſancti inter vtrãq. Chriſti D. Monarchiã, fœderis ruinã citius, interitũq. moliantur. Sic miſeri illi tenebriones, aſpido detractionis, blaſphemiæque veneno, ſub labiis armati, linguis ſuis doloſè agentes, regna plurima, reſq. publicas tolerati, & oon caſtigati proficua tegnis fidelibus ſecularũ legũ ſeueritate perdideroot. Sic furore Pelagianorũ in Britannia minimè cohibito, nec lõgè ab hac inſula relegato, infideles Angli captam inſulã, ferro totam, flammaque vaſtaruur; vt in vita S. Auguſtini, huius regionis Apoſtoli [b] Beda confitetur. Sic Donatiſtis, Manichæis, aliiſq. peſtis hæreticæ ſectatoribus in Africa manere permiſſis, & oon pœnarũ rigori ſubactis, Vuandalos

Huius conuerſionis, & reconciliationis cum Eccleſia Rom. hiſtoriã fideliter ſcripſerunt author vitæ Alexandri, legatus Frederici, Rogerius in annal. Angl. & Romualdus Arch. Salern. præter alios.

3. Pars. Hæreſes tolerati, & non caſtigati multa regna, reſque publicas perdiderunt. Pelagiani in Britanniam illam Anglis vaſtandam tradiderunt.

b Beda in vita S. Auguſtini.

crudelissimos Christianæ religionis hostes, & A barbaros, in vltionē sceleris hæreticorū [a] acerba Dei indignaotis hominum flagitiis ira in hanc latissimam, amplissimáq. terræ partem omnia destructuros euocauit. Sic impietas hæretica Vitizæ, Rodericiqoe principum Romani Ponoficis obedientiam nefariè abiurantiom ad Hispaniæ populationes, & incolarum neces atrocibus immanitate [b] Mahumetanis aditus, ianuasq. patefecit. [c] Si sceleratus imperator Zeno Eutychianę sectator abominationis in Italia ministros impietatis hæreticæ minimè fouisset, non illā Herulis, Gothisque barbaris in prædam, interitumq. tradidisset. Nisi schismatici Episcopi, rebellesq. Romano Pontifici magnā Italiæ Cisalpinæ partem errorum suorum contagione corrupissent, illa nunquam Longobardorum furores tam duros asperosque persensisset. Quid verò Gallia Lugdunensis? si ad insanias hæreticorum, schismaticorumq. sacrilegiis vndique scatentiom conniuendo nō siluisset, totne postea cladibus Northmannorum incursione patratis, & illaos funestissima succubuisset? Hungaria verò si nascentes hæreticos instar cancri serpentis cornua paulisper, atque fraodulentet attollentes in radice suffocauisset, iugumoe postea sæuissimum Turcarum, nefandissimorum Christianæ religionis hostium nimium desolata, facta sub barbarorū tributo subire coacta, tam tristè nunc miserum suæ sortis casum sine spe melioris fortunæ lamentaretur? Inductionis exemplorum inchoatæ progressu supersedeo, nec vltra filum orationis extendo, ne in nostræ nationis infortunia cum aperto sacrilegio, funestasq. desolationes nimiū propter hæreticorum in ea impunè grassantiom cōtagia sordidatæ, descendere cogamur. Adeo dementes in afflictionibus nostris, propter fidei, morumq. crimina propriæ nimium salutis oblitı, vt causas illarum agnoscere nolimus, super petras aggrauantes aures nostras ad ea, quæ Gallicani quondam Episcopi in Concilio Francofordiensi sub Hadriano 1. regnante Carolo magno Hispaniæ Episcopis mala, miseriasq. ab hæresi Felicianain Hispaniæ grassante partibos, velut à primo fonte scatutientia proponebant, vt illi occasionē resipiscendi pręberent, dicentes. [d] *Vt notū sit omnibus, vnde vos traditi sitis in manus infideliū* (scilicet Sarracenorū) *quia hominē Christū verū Dei patris filium negastis, qui ideo vobis defensor esse noluit, sed tradidit vos in manus inimicorum suorum, vt dominentur vestri, qui eum recipere noluerunt, & cui illi publicè detrahūt, vos occultè illi derogetis.* Quod videlicet Elipandus Toletanus Archiepiscopus, D eiusq. consortes erroris Christum Dominum Dei filium esse naturalem negarent, sed adoptiuum solummodo perditè, sceleratéq. crederet. Consideratis igitur abominationibus scelerom, quibus hæretica furia perciti fœdantur, horrendis impostutis, mendaciis blasphemantibus, quibus in honore Christi violādo, eiusq. vicarii prostituenda sanctitate scatent: item malis innumeris, ac ærumnis grauissimis, quas ad interitum regnorum, rerumq. publicarum exitium sceleratè causantur: qua possumus aptiori eos descriptione depingere, atq. describendo detestari, nisi ea, qua suis temporis principes Arianos in persona Cōstantii, execrabilis Ariani ad opprimendā Christi D. Ecclesiam imperii crudeliter armis abutentis [e] Lucifer Calaritanus, antequam naufragauisset

a Salu a ius. 7. de prouid. seu iudicio Dei.

b S. Aug. ser. 511.

Procop. l. 2. de bello Gothico & alii.

c Annales Hisp.

Italia ab Herulis, Gothisq. propter hæreticorum præsidium vastata

Euagr. de bello Gall.

Gallia Cisalpina à Longobardis.

Paulus diaconus l. 2 de gestis Longobardorum, & alij.

Gallia Lugdunensis.

Hungaria à Turcis magna ex parte subiugata in pœnam toleratæ heresis.

Propter hæreses Deus per barbaros regna perdit.

d In Concil. Francfort.

e Lucifer Calarit. l. 1 pro S. Anastasio.

Descriptio hæreticorum.

à fide descripsit? Vt cum eo videlicet illos pestilentiæ filios, nequitiæ capita, sentinas omnium blasphemiarum, seditionum, discordiarum, perditionumque fomites, amaritudinis mortiferæ radices, arbores igni destinatas, inimicos Dei, Ecclesiæqoe hostes ferocissimos appellemus.

CAP. XVII.

Quanto honore, & charitatis affectu Romani Pontifices Reges Franciæ Christianissimos coluerint semper, de illorum salute, & imperii splendore valde soliciti.

1. *Post breuem dictorum superiori capite repetitionē, benedictiones variæ, votaq. prospera, quibus Stephanus 3. Pipino Regi, vnà cum coniuge & filijs benedixit, commemorantur.*
2. *Leo 3. post magnos honores, muneraq. Carolo Magno exhibita illum in thronum imperatorium gloriosè sanctéque prouexit; quem imitati sunt Ioannes 8. & Gregorius 7. in honorandis Francorum regibus.*
3. *De Pontificum Rom. vigilijs, laboribus, & curis, pietate, atque iustitia nobilitatis in protegendo Regum Christianissimorum regno, fortunas, honorem, & salutem.*
4. *Multi Regum Franciæ filij Ecclesiasticæ vacationi, ordinique consecrati: à quorum, aliorumque Regum virtutibus magna huic regno gloria, & prosperitas affulsit.*

QVANTVM Monarchia spiritualis ab omni tempore, secularibus regnis, & imperiis, Christianæ fidei lumine fulgentibus, pro temporali, æternaq. salute profuerit: quantus charitatis affectus Romanorum Pontificum Catholicos principes, eorumque populos saluādi, fortunandiq. cordibus insederit, quaqoe solicitudine, cura, labore, studio vehementi, & quidem valde religioso semper contra oouatorum imposturas in eum finem sanctissimi illi fidelium patres, vniuersalis Ecclesiæ priocipes sodauerint, duobus postremis supra capitibus probatione multiplici satis abunde, copioseque demonstrauimus. Nunc pro totios libri corooide idipsum exemplorum à Galliæ Regibus, imperatoribusq. petitorum inductione probandi non mediocris nobis labor incumbit. Vt ex his perspicuè cognoscamus, quanto charitatis ardore Francorum Reges Christianissimos Romani Pontifices amauerint, quanto semper eos honore prosequēdo benigne suspexeriot, quanto denique salutis illorum temporalis, & æternæ desiderio, ardoreque flagraoerint. At ne solicitè nimis omnia, quæ Francorum nobis ministrant annales exempla rimari, nimisque curiosè perscrutari videamor: in media nostrorum Regum tempora descendamus, & à benedictionibus variis, multiplicibusq. ordiamur: quibus Stephanus papa nomine tertius Pipinum Regem, acerrimum, religiosissimumq Ecclesiæ Romanæ defensorem, vnà cum

Breuis dictorum capite superiori repetitio.

Regina coniuge, filiisque gloriosè, sanctè, feliciterque cumulauit, ita loquendo. [a] *Benedictus es eximie fili à Deo excelso, qui fecit cœlum & terram* (scilicet quòd Ecclesiæ Romanæ contra Astulphi Longobardorum regis crudeles oppressiones vindex, & liberator extiteris) *& benedictus Deus, quo protegente in manibus tuis hostes sunt: Benedicat tibi Deus pulchritudo iustitia, & tuos amantissimos natos, meosq. spirituales filios Dominũ Carolum, & Carolemannum, à Deo institutos Reges Francorũ, & patritios Romanorũ, cũ Christianissima eorũ matre excellentissima regina, dulcissimaque coniuge, fideli Dei spiritualis nostra commatre tueatur, & in omnibus protegat: dilatet Deus semen vestrũ, & benedicat in æternũ, atq. soliũ regni fruendum perenniter concedat, & vniuersam gentẽ Francorũ sub vestra ditione permanẽtẽ illæsam custodiat. Vale in Domino, Rex benignissime: quia per te sancta Dei Ecclesia inimici humiliati sunt, & magna lætitia ipsa Dei Ecclesia est releuata, & eius peculiaris populus iucundatur, & per te benedicitur Deus, pro quo & eius benedictio super te plenius est effusa. Gaudiũ enim vberrimũ in vniuersum orbem terrarum intulisti. Magna sunt, hæc, & omnipotentis Dei laudibus sunt tribuenda: sed inter hæc misericordissimi Dei nostri clementiã indesinenter petimus, vt cœlestis sui regni gaudio vobis tribuat vicissitudinẽ &c.* Dicite quo charitatis ardore, veriq. honoris affectu in hos principes inflãmetur, pro quorũ salute, & gloria tẽporali, & æterna tot desideria, totq. Deo vota precesque profundat. Iã vero Carolus M. Romã veniẽs, vt sanctã Romanã Ecclesiã, populũ fidelẽ à durissimo Longobardorũ, tyrãnica crudelitate immaniũ regũ iugo, sceptroq. sacrilego liberaret: sub quo illa fideliũ mater cũ Catholicis Italiæ populis, longioribus tẽporũ spatiis, progressibusq. nimis oppressa afflictaque gemuerat: qua honoris amplitudine ab Hadriano papa susceptus est, qua dilectionis, amoris, beneuolentiæque profusione complexus: non melioribus, efficacioribusque quàm illis Anastasii Bibliothecarii verbis exprimi poterit. [b] *Cùm enim omnis vrbs, & omnes ordines Ecclesiastici, & laici, ei eius obuiã venieẽti Carolo, & omnis militia, à quibus maximo eum honore susceptus est, & obuiã illi sanctitas eius,* (scilicet Hadriani) *dirigens venerãdas cruces* (idest signa sicut mos est) *exarchorũ, & patriciorũ Romanorũ, ipse Carolus qua hora easdẽ sanctissimas cruces, & signa sibi obuiã aduenisse conspexit: descendẽs de equo, in quo sedebat, ita cũ suis iudicibus ad beatũ Petrũ pedestris properare studuit, quẽ Pontifex Hadrianus in sabbato sancto, cũ vniuerso clero, & populo Romano in Ecclesia S. Petri honorificentissimè recepit, eũq. manu tenens in aulã Beati Petri introduxit, laudẽ Dei, & gratiarũ actiones persoluturus. Tunc vniuersus clerus, & cuncti religiosi Dei famuli extensa voce acclamarunt, Benedictus, benedictus, benedictus qui venit in nomine Domini.* Fuit illud tẽpus quod felicissimũ Ecclesiæ Romanæ omniũ Christiani orbis alũnorum reginæ, matrique pulsis tristitiæ, calamitatisq. tenebris, inclaruit, & illuxit: quo Carolo M. ad auxilium eius aduolante, meritò prophetiçũ illud omnium fidelium auribus circumsonare debuit. [c] *Consurge, consurge, induere fortitudine tua, Sion induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalẽ* (scilicet Roma) *ciuitas sancta.* Quare hocsquia iugum oneris eius, ô Christe redemptor, per virtutẽ, quã famulo tuo Carolo cõmunicasti. [d] *Et virgam humeri eius, & sceptrũ exactoris eius superasti, sicut in die Madiã.* Leo autẽ 3. simulacq. Pontificali corona, sacrisq. inauguratus est vnctionibus, ad Carolum M. illustrissimã, cum pretiosis, sanctisque muneribus legationẽ honorificentissimè deputauit, vt tantum principẽ, [e] de Apostolica sede optimè meritũ, dignis muneribus, honoribusq. decoraret. Quã legationẽ cum muneribus scilicet clauibus aureis de S. Petri cõfessione, sepulchroq. eductis, vexilloq. Romanæ ciuitatis, benedictione Pontificia consecratis cum honorifice, magnaq. cum reuerẽtia suscepisset princeps Christianissimus reciproco honore Pontificẽ, ad Ecclesiasticæ maiestatis apicẽ recẽs assumptum venerari, atq. decorare cupiens, ad eũ nobilissimã legationẽ, cum præclarissimis, locupletissimisq. muneribus ex thesauro Hunnorũ, & Auarũ à se bello victorũ desumptis cũ summæ reuerẽtiæ, obedientiæq. filialis oblatione direxit; vt Eginartus, [f] Francorum [g] annales, & Anastasius [h] in Leone 3. testãtur. Rursus verò Rex ille Christianissimus, terq. maximus, militari fortitudine, virtute morali, Christiana religione, atque sapientia Romam veniens, vt Ecclesiã, sanctamq. sedẽ impiorum factionibus perturbatã, vexatãq. in securitatẽ pristinã, quietẽq. reduceret: quibus honoribus, lætisq. solẽnitatibus, & põpis honestis ab ipso Leone Põtifice decoratus est, Frãcorũ cũ Anastasio Bibliothecario breuiter annales ita cõmemorant. *Pridie quã Carolus Romã veniret, Leo Papa apud Numentiũ, seu Nomentanũ,* vt scribit Aimonius *occurrit, & cũ magna veneratione ibi suscepit, post cœnam, qua simul refecti sunt, ibi illo manente, Pontifex ad vrbẽ processit, posteroq. die missis obuiã Romanæ vrbis vexillis ordinatis etiã, atq. dispositis per congrua loca, tã peregrinorũ, quã ciuium turmis, qui venienti laudes dicerent. Ipse Leo cũ clero, & episcopis equo descendens, gradusq. ascendentẽ suscepit, data oratione in basilicam B. Petri psallentibus cunctis introduxit &c.* Hi quidem honores Carolo veniẽti Romã die 8. Decẽbris exhibiti sunt ab ipso Pontifice, & à cũctis ordinibus cleri, & populi illo iubẽte, & præcipiẽte. Qui paucos post dies, nempe 25. eiusdẽ mensis, quo solemnitas natalis Domini in Ecclesia celebratur: hunc Christianissimum principẽ, propter tot in Ecclesiã Christi, sedẽq. Apostolicã collata merita, & effusa seruitia in augustũ, imperatorẽq. cõmunibus omnium fideliũ votis, lætis, piisq. cleri ac populi ad gloriã maximã, honoremq. Caroli M. cũ ipso Põtifice conspirantis, acclamationibus, cũ maxima veneratione fusis ad Deũ precibus, gratiarũ similiter actionibus inaugurauit, atq. sacrauit, vt his verbis Anastasius enarrauit. [k] *Post hæc adueniente die natali D. nostri Iesu Christi, in iã dicta basilica B. Petri Apostoli omnes iterũ congregati sunt, & tunc venerandissimus, almificus pontifex manibus suis pretiosissima corona coronauit eũ, tũc vniuersi fideles Romani videntes tantã defensionẽ, & dilectionem, quam erga sanctã Romanã Ecclesiã, & eius vicariũ habuit: vnanimiter altisona voce, Dei nutu, atq. B. Petri clauigeri regni cœlorũ exclamauerunt.* CAROLO PIISSIMO, *Augusto à Deo coronato, magno, & pacifico imperatori,* VITA ET VICTORIA. *Ante sacram confessionem beati Petri Apostoli, plures sanctos inuocantes ter dictum est ab omnibus, & constitutus est imperator Romanorum. Illico sanctissimus antistes, & Pontifex vnxit oleo sancto Carolum, & excellentissimum filium eius Regem in ipso die natali Domini nostri Iesu Christi, &c.*

Benedictiones varia, prosperaque, quibus papa Stephanus 3. Pipino, coniugi, filiisque benedixit.
a Epist. Stephani 3. ad Pipinum de regno Longobardorum regis desiderio tradito.

a Pars.
Maximus honor, & amor Carolo M. à papa, & vniuerso clero, & populo vniuersi Romani exhibitus.
b Anastas. Biblioth. in Hadriano.

c Esaiæ c. 52.
d Esai c. 9. v. 4.

Leo 3. assumptus in pontificatum illustrissimã legatiõnẽ, cum pretiosis muneribus ad Carolum M. destinauit.
e Anastas. Biblioth. in Leone 3.

Præterea Caroli M. legatio cum pretiosis muneribus de Hunnorum victorum spoliis ad Leonem 3.
f Eginartus.
g Annal. Franc.
h Anastas. Biblioth.

Annal. Franc. sub Ludouico Pio Caroli M. filio conscripti.
Quantis honoribus Carolus M. Romam veniens a Leone 3. decoratus est.

Leo 3. honorificentissimè Carolum M. imperatorem consecrat.
k Anast. Biblioth. in Leone 3.

Leo 3. exemplo suo vniuersum fidelium cœtum ad summum colendum Carolum M. honoribus permouet.

A Quem sic honorifice, religioseq. coronatum ipse Pontifex, vt suo exemplo vniuersum populũ, & clerum ad maioris in hunc imperatorem venerationis, & honoris debiti propensionẽ, præstationemq. concitaret, maximæ reuerẽtiæ, honorisq cultu salutando venerari, & colere voluit. Quem cultũ adorationis nomine Aimoinus expressit hæc dicẽs.[a] *Postquas laudes* (scilicet acclamantis populi vnanimiter in coronatũ Carolum publica solennitate transfusas) *ab eodem Pontifice more antiquorũ principum adoratus est, idest maxima cum reuerentia, laude, prædicatione, & honore imperator salutatus est.* Hac .o. salutatione adorationis nomen vsurpari solitũ,[b] Prateius iurisconsultus ab imperatoribus, vt Constantino,[c] Zenone, & aliis obseruauit, ideq. adorationis vocabulũ in eadẽ accepisse significatione Græcos sæpissimè B notauit. Hunc igitur maximũ honorẽ, adorationis expressum nomine, Leo Pontifex Romanos Carolo M. in arcem maiestatis imperialis eleuato voluit impendere, vt omnis fideliũ congregatio maiori illum amoris, reuerentiæ, honorisque studio sublimaret: quẽ tot honoribus, gloriæque titulis illustratum Pontificis authoritate, exemploq. videret. Migremus hinc, recentiora secula reuoluturi. Ioannes 8. maxima paternæ beneuolentiæ, charitatisq. Pontificiæ in Francos, eorũq. Reges inclinatione propensus, Carolum Caluũ Franciæ regẽ, licet non ita semper Apostolicæ sedi morigerum, defuncto eius nepote Ludouico 2. imperatore, ad dignitatis imperatoriæ fasces, honoresque imperatorios, in Cõcilio Ticinẽsi prouexit, vt ex Concilii huius actis constat. In quibus post laudes Ludouici Pii imperatoris, & Caroli Calui, ista Ioannis Papæ verba subiungũtur. C *Vnde nos tantis iudiciis diuinitus incumbentibus luce clarius agnitũ superni secreti consilium manifestè cognouimus, & quia pridẽ Apostolicæ memoriæ decessori nostro papæ Nicolao idipsum iam inspiratione diuina reuelatum fuisse comperimus, elegimus merito & approbamus, vnà cum annisu, & voto omnium fratrum, & coepiscoporum nostrorum, ampliquę senatus, totiusque Romani populi, gentisque togatæ, & secundũ priscam consuetudinem solemniter ad imperii Romani sceptra proueximus, & Augustali nomine decorauimus, vngentes eum oleo extrinsecus, vt interioris quoque Spiritus sancti vnctionis monstraremus virtutem, qua vnxit eum Dominus Deus suus præ consortibus suis Christus, hunc oleo lętitiæ delibutum extrinsecus faciens, & principem populi sui constituens, ad imitationem scilicet veri regis Christi filii Domini nostri. Itaut quod ipse possidet per naturam, iste consequeretur per gratiam.*

a Aimoinus l. 4 de gestis Francorum c. 90.

Adorationis nomen quid hic significet.

b Prateius in l. 2 de Fabricensibus l. 11. c. 11s 9

c L. Sancimus c. de consul. & non spargenda pecunia.

Carolum Caluum Ioannes Papa 8 in imperatorem elegit, & confirmat ex actis Concilij Ticinensis an 876. in veteribus Francorum annalibus à Pithœo editis.

Quanti autem Gregorius 7. virtutes Regum Francorum heroicas, Christianasq. fecerit, quãD tisque illas laudibus mactauerit, apparet ex illius ad Philippum primum Franciæ Regem epistola. Qua eum paterno hortatur affectu, vt eiurata, & execrata omni Symoniaca hæresi, cuius suspicione non obscura culpabatur, res præclarè, religioséque gestas antiquorum Galliæ Regum in protegenda, tuendaq. Christi D. Ecclesia, in fideli Apostolicæ sedi obsequio præstando, sapienti, deuotaq. imitatione feliciter amplecteretur.[d] *Attendere enim*, ait ille Pontifex post multa, *te nobiscum & diligenter considerare volumus, in quãta dilectione sedis Apostolicæ, quantaque gloria, & laudibus ferè per orbem terrarum antecessores tui Reges clarissimi, & famosissimi habiti sunt, dum illorum regia maiestas, in amplificandis, defendendisque Ecclesiis, pia, & deuota constitit, in tenendo iustitiam libera, ac districta* * *permansit.*

d Greg. 7. ep. ad Philipp. 1. Galliæ Regẽ.

* Alias d. stricta.

Sed solicitudinem magnam, curam anxiam, laboriosamque vigilantiam Romanorum Pontificum, in procuranda Regum Franciæ salute, eorum protegendo ab omnibus hostium incursibus imperio, honore tuendo, fortunisque consideremus. Stephanus 3. de quo supra, post sacris inauguratum regiis, coronatumq. Pipinum à se, in S. Dionysii monasterio, post elargitas ipsi, posterisque de cœlo benedictiones, *illis omnibus, qui temeritate aliqua* (vt[e] loquitur Gaguinus) *aduersus Francos bella mouerent, communione Christiana interdixit*: (seu vt Paulus Æmilius[f] ex Sigeberto refert) *omnes & singulos anathemate percussit:* B *qui contra hunc regem, eius filios, venturosque nepotes aliquid aduersi molirentur.* Ludouicum Piũ imperatorem simul, ac Regem Franciæ, vnà cum vxore Iudith, ab impiis de potestate regni, imperiiq. solio filiis eiectum authoritas suprema, vigilantia, industrius labor, piusque sudor Gregorii 4. Pontificis in imperii fastigium, paterniq. regni hæreditatem, summo omnium bonorum desiderio, studioq. restituerunt, ac honorificè reduxerunt. Hoc enim pluribus Francorum annalium scriptores veteres, & moderni non obscurè narrarũt. Nithardus .n. scriptor eius seculi quo parricidalis impiorũ filiorũ in patrẽ Augustũ, Regẽq. Galliæ cõiuratio ex inferis erupit, memoriæ prodidit, Galliæ episcopos, prælatosq. iunctis nobilium, procerumq. regni fideliũ animis, manu armata, paratorum ad bellum structis, beneq. pro C liberando imperatore copiis ordinatis, exhortante, atque per viscera misericordiæ Dei prouocante, iubenteq. Pontifice, piè inter se, religioséque ad restitutionem huius sancti Regis, imperatorisque conspirauisse, factosq. voti compotes in basilica S. Dionysii, vicina Parisiis, ipsum pium principem, de coniuratorum manibus ereptum, exultantibus omnium fidelium Gallorum cordibus in imperiũ, regnumq. gloriosè restituisse, ibi denuo corona imperiali ab illis capiti restituta decoratum, armisq. redditis illustratũ fuisse narrat. Cui quidem imperatoriæ restitutioni authoritatem Gregorii Romani pontificis magnopere suffragatam, Paulus Æmilius clarè denuntiat, cùm ait.[g] *Iniustum Ludouici Pii abrogationis ab imperio decretum, opposito decreto Pontificis illius, cũ detestatione coniuratorum sceleris parricidarum rescissum, abrogatumq. concidisse.*[h] Marianus Scotus addidit imperatricem Iodith, cum Augusto cõiuge, captiuam, & ad claustra relegatam, ipsius etiam papæ mandato, iussioneque in pristinũ cum D marito imperialis, regiæque maiestatis honorem fuisse restitutam. Ex qua imperatoris optimi in imperiale solium, regiumque restitutione, tanta lætitia communis iubilatioq. publica prosiliit, & omnes regni Gallici, imperii, totius denique orbis Christiani fines, orasque peruasit: vt nõ modo populi rationis, sensusq. capaces, professionis Catholicæ lumine coruscantes, sed etiã res inanimatæ, cæli, & elementa naturali sensu lætari, gaudioque animalium sensibus ignoto gestire viderentur, sicut imperatoris illius scriptor vitæ verbis ipsis expressit.[i] *In qua re* (scilicet imperatoris pii huius in imperium regnumque restitutione) *tanta exultatio populi excreuit, vt etiã ipsa elementa viderentur iniuriã patienti compati, & re-*

3 Pars. *De magna solicitudine, & labore pro Ro. Pontificum in procuranda Regum Franciæ salute, & eorum honore regno, fortunisque incolumitate conseruandis, & augendis.*

1. Exemplum Stephani 3.

2. Exemplum Ludouici pii quem vigilantia Rom. Pontificis, & authoritas in imperium, regumque restituit.

e Gaguin. l. 4

f Paul. Æmil. l. 2.

Nithard. vetustus scrips. historiæ.

g Paulus Æmil. in 2 anal.

h Marianus Scotus in chron & historia sua an. 834.

Communis lætitia non solum hominum Catholicorum sed etiam rerũ sensus expertium ob restitutionem in imperium Ludouici pii.

i Scriptor vitæ Ludouici P.

leuato congratulari. Etenim vſque ad illud tempus tanta incubuerat procellarum vis, pluuiarumque vehementia, vt extra ſolitum aquarum ſuperabundantia excreſceret, flatuſque ventorum impermeabiles fluminum alueos redderet, ſed in illius abſolutione, ita quodammodo viſa contraxiſſe elementa, vt mox, & venti ſemetipſos mitteſcerent, & cæli facies in antiquam & multo tempore inuiſam ſerenitatem rediret, &c. Hiſtoriarum fidelium, ſincerarumq. lectione clariſſimè cognoſcimos Romanos Pontifices quantum fuiſſe, quantoque potuerunt poteſtatis Eccleſiaſticæ robore regnorum, præſertim verò Franciæ, Regum Chriſtianiſſimorum legitimæ dominationis, contra nefarias vſurpatorum, inuaſorumque machinationes, ac impetus furioſos ſe ſemper protectores, atque defenſores exhibuiſſe. Quod facto Hadriani ſecundi verum maximè clareſcet, & apparebit: qui multum ſudauit anxius, ſolicituſque laborauit, pro reſtituendo regno Franciæ Belgicæ hæredi legitima Ludouico imperatori, defuncti Lotharii Regis fratri, quòd iniuſtè, contra patriæ leges Carolus Caluus huius Ludouici patruus vſurpabat. Quē propterea multis exhortationibus paternis, cōminatoriiſq. per literas [a] admonuit, vt à tam iniuſta, deprędatoriaq. vſurpatione deſiſteret, ne conſcientiam, animamque ſuam mortifero tam iniquæ oppreſſionis, inuaſioniſque vulnere cruētaret. Extant præter has Hadriani 2. ad Carolum Caluum epiſtolas, duæ aliæ eiuſdem pontificis epiſtolæ; prima ad omnes duces, comites, cæteroſque primores de regno Caroli Calui, qua eos imperando monet, & hortatur, vt Regi ſuo Carolo Caluo precibus, monitis, bonis conſiliis, & omnibus, quibus poterunt iuſtis rationibus, & modis perſuadeant, vt ab vſurpatione regni Lotharii nepotis defuncti iure hæreditario ad fratrē eius Ludouicum imperatorem pertinentis abſtineret, atque ab iniuſta illius inuaſione ſe temperaret. Altera ipſius papæ epiſtola eiuſdem argumenti ad epiſcopos, prælatoſque de ipſius Caroli Calui regno miſſa eſt, quibus eaſdem preces, vota, exhortationes, admonitiones, piaſque perſuaſiones Carolo Caluo Regi faciendas inſinuat & iniungit: vt eum à tanta vſurpandi nepotis regnum iniquitate deterreant, propoſitiſque anathematis fulminibus, quibus ferietur, & Dei maledictionibus, quas incurret, eū ad deteſtandum huius vſurpationis immane ſcelus impellāt. Quāto autē pietatis officio, quantoq. charitatis affectu Nicolaus primus, in ſalutē Caroli Calui Frācorū Regis, eiuſq. regni flagraret, apertè ſatis Irmintrudæ reginæ eius vxori illis ad illā verbis epiſtolæ manifeſtauit. [b] *De exaudiendo, vel non exaudiendo filio noſtro Carolo coniuge veſtro, per Guidonem venerabilem, idoneam vt reor, vobis miſimus rationē: verū nos quidquid illō admonendo, vel hortando, vel etiā increpando mittimus, ad eius & dilectorum illius ſalutem, atque ad regni eius incolumitatem proficere non dubitamus.* Carolus cognomēto ſimplex Franciæ rex valde iuuenis, vel puer potius, auxilium, benedictionēq. Apoſtolicam à papa Formoſo per legatos contra oppreſſorem ſuum Odonem, ſui prædatorē, inuaſorēq. regni precibus efflagitans, benigniſſimam, promptiſſimamque huius Pontificis opē, ſubſidiumq. perſenſit. Qui huius pueri Regis patrocinium ſuſcipiens, Odonem contra ius omne, faſq. Francorū quorundā potentiū factionibus regni huius pue-

3. *Exemp. Ludouici 2. imp.*

a Aimoinus l. 5. c. 34.

Habetur hoc epiſtola tom. 10. Baron. an. 869.

4. *Nicolai 1. charitatis affectus in ſalutem Regis Frācorum, & reginæ eius maximus.*

b Nicolai 1. ep. 8. ad Irmintrudam Caroli Calui vxorem.

5. *Formoſi papæ erga Carolum ſimplicem valde puerum regem contra vſurpatorem regni illum Odonem.*

A ri detentorem tyrannicum, ſuis literis admonuit, vt à tam immani contra puerum Regem deprædatione recederet: quod ni protinus Pontificio mandato, monitiſq. pareret, ſe illum ſtatim anathematis fulmine percuſſurum minatus eſt vt Flodoardus [c] author eſt. qui poſt, literas eiuſdem Papæ [d] refert ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos Galliarū: quibus præcipiebat Pontificiaq. authoritate illis imperabat, vt conuenirent, atque commonerent eundem Odonem, factum tyrānica, deprædatoriaq. factione Regē, vt ab vſurpatione regni violenta, vehementer iniqua ceſſaret. *Ne illicita perpetrētur* (verba Flodoardi ſunt) *& ne aliena vſurpentur, ſed bellum ſedetur, & omnis hoſtilis cōmotio ſopiatur, vel induciæ belli, donec Fulco* (Rhemenſis epiſcopus) *Romam ſicut dictum eſt adeat, edicantur, ipſique ſtudeant interim cuncta differre, & pace, ac vnanimitatis concordia recreare.*

B Ipſi quoque regi valde iuueni vel puero potius. *Congruam* (inquit idem [e] ſcriptor) *dirigit admonitionem, eiuſque congratulatur eminentiæ, atque deuotioni, quam Rex idem ſe ſignificauerat erga ſedem Apoſtolicam gerere, qualiter ei ſit in regno agendum ſuccinctè luculēque demonſtrat, quem petierat ei panem benedictum pro pignore mittens.* Quid verò, nunquid ſalutares miſericordeſque affectus paterni motus, viſceraq. Pontificiæ charitatis, Martinus 4. Gallorū genti, regnoque clariſſimè demōſtrauit? Quando propter barbaricam, nimiumq. crudelē veſperarū Sicularum in Gallos de ſua præſenti calamitate nihil cogitantes, ad vnū omnes in die ſanctæ paſchæ necatos trucidatoſque ſæuitiam, Siculorum tot Gallorum internecionis artificum, tamque crudele ſcelus agnoſcere recuſantium, regno ſacris omnibus interdixit? Et Petrum Aragoniæ regem, tanti conſortem, patratoremque ſceleris poſt tot Francorum neces Siciliæ regno tyrannica vſurpatione potitum, eoq. cedere renuentem, anathematis fulmine contriuit? Cogor dicere minimè reticendo veritatem Gallorum quorundam ſub Carolo Rege, S. Ludouici fratre in Sicilia militantium inſolentiam togatam, libidinoſam, ſuperbam, deprędatoriā, crudelemque grauiſſimè Siculorū animos, omnino præ nimia oppreſſione deſperatos exaſperaſſe, & pro ſalute, libertate, fortuniſque ſeruādis ad tam immane nefas, crudeleque facinus vtcumque neceſſitate coactos adegiſſe. En fructus inſolentiæ intolerabilis amariſſimos! ſed ſuſpiriis iſta præ nimia triſtitia de corde trahuntur, quæ detegere, coactus licet, rubore ſuffundor. Aliò diuertamur. Quanto pietatis affectu regnū Frāciæ Philippo Valeſiu Rege illius habenas moderante, ſaluum, pacatum, incolume, & ab omnibus hoſtium incurſionibus liberum Benedictus duodecimus optauerit, ex eo claret apertè: quod Eccleſiæ, ſedique Apoſtolicę Ludouicum Bauarum imperii inuaſorem reconciliare, & ab anathemate abſoluere noluerit, niſi prius pacta cum hoſtibus Regis Galliæ Philippi Valeſii facta, cōuentaque diſſolueret. Quis iuſtorum ardentem paternæ charitatis affectum non mirabitur, mirandoque ſingularibus non magnopere laudibus efferet? Quo in ſalutem Regum noſtrorum, gloriamque Innocentius 4. vehementer incenſus, magnis indulgentiis cuilibet fideli gratificari dignatus eſt, qui pro ſalute Francorū Regis piis apud Deū, deuotiſq. precibus intercederet? Intelligebat videlicet maximus ille pōtifex quā magne

c Flodoardus in vita Fulconis Rhem. Archiep.

d Idem ibid.

e Flodoard. ibid.

Regem puerum, valdeque iuuenem papa Formoſus paterna inſtructione admonet, qua ratione illum iuxta Deo oporteat ambulare, pro ſua, regnique ſalute.

6. *Martini 4. pro Gallis contra authores veſperarum Sicularum crudelitatis in Gallos.*

Crudeles veſperæ Siculæ patratæ ſunt an. D. 1281 in die ſancta paſchæ de quibus ſcripſerunt Leonardus Aretinus in Florentin. Mariana l. 14 c. 6. Paulus Æmil. in Philippo 3. & alii.

7. *Benedicti 12. in Philippum Valeſ. Regem Galliæ amor, & affectus.*

Ex regeſt. Benedicti 12.

Indulgentia ab Innocentio 4. orantibus Deum pro ſalute Regum Franciæ conceſſa

D. Thom. in 4. ſententiarū diſt. 20. q. 1. art. 3 ſub fin.

C

D

A vniuersalis Ecelesiæ booo,emolumentoque persona Regis Christianissimi salua, incolumique verreretur.[a] Sic ante eum Pontificẽ alius Innocentius Papa,tertius nempe,desiderii paterni æstom de salute Regis Franciæ,honoreque tuẽdo dissimulare non potuit, cum Phippum Augustũ Francorum Regem ita per literas affabator: *Nos in his quæ ad honorem tuum spectant, quantùm cum Domino possumus libenter intendimus, & circa personam Regiam paterna gerimus charitatis affectum.*

a Innocen. 3. ep ad Philippum August.

4. Pars.

Multi Regum Franciæ filij Ecclesiasticæ vacationi, ordinique consecrati à quorum aliorumq. Regum virtutibus magna huic regoo gloria, & prosperitas affulsit.

Quis hoc non faceret Pater sanctissimus? considerato antiqoo Regum Franciæ erga sanctam Dei Ecclesiam pietatis, deuotionis,charitatisque feruore? Vt plerique Regum ipsorum maximo sibi honori, felicitatique duxerint,proprios filios clericali vacationi consecrare, & sacris Ecclesiæ muneribus,ordinibusque maneipare?[b] Carolomannus Martelli filius,frater Pipini Regis, hoc
B honore,prædicationeque magnifica sui memoriam patris extulit, & in perpetua benedictione tadicauit: quòd cum fratre Pipino Rege,religionem Christi in Germaniæ partibus S. Bonifacio huius regionis Apostolo factus adiutor propagasset,Ecclesias, monasteriaque magnis sumptibus extruxisset, factus ipse Monachus Cassineosis mundo,regnoque religiosa deuotione renuntiauerit.[c] Gloriosum fuit Carolo M. filiũ Trogonem peperisse; qui paternarum æmulator virtutum Ecclesiastici principatus amannissimus, electus Metensis episcopus propter virtutes, Ecclesiastica munera dignissimus obiret: quique fratri suo Ludouico Pio, quoad vixit, in omnibus conscientiæ negotiis confessarius religiosissimus opitularetut. Et ipse Ludouicus Pius plenior virtutibus quàm annis, Christiana teligione maior quàm imperiali dignitate, magnam sibi gloriam,
C honoremque comparauit Lotharium filium genuisse: qui monasticæ sanctitatis inflammatus amore,post susceptos, deinde eiuratos fasces imperatorios, sanctam monasterii abiectionem pro Romani sublimitate imperii post pii fata parentis pacisci voluit, tantò viuus,defunctusq. in monasterio volũtariè humilior, quantò fuerat in imperio sublimior pompisq. peritoris altior. Vnde epitaphium eius affixum tumulo io monasterio Prumiensi, anno 885. sepulti.

b L a c i j vitæ S. Bonifacij.
Vetus Francia chron.

c Pithæo editum Sigebertosis chroo. & Lambertus in hist. an. 747.
E a scriptore Anonimo vitæ Ludouici Pii.

Cæsar tantus eras quantus & orbis:
At nunc exigua clauderis vrna.
Post hac quisque sciat se moriturum,
Et quod nulla mors gloria tollat.

D Quid Ludouicus Crassus? Nonoe ex pluribus filiis, quos Ecclesiæ Dei,regnique Gallici bono in lucem vitæ feliciter eduxit, duos Ecclesiasticæ professioni consecrauit?[d] Quorum vnus Henricus nomine,primò Monachus Clareuallensis sub signis, regulisque S. Bernatdi deuota fortitudine militauit. Deinde factus Episcopus, Bellouacensis diœcesis habenas aliqoot annos religiosè, sapienterque moderatus est. Postremò crescente, & vbique volitante percelebri de magnis illius virtutibus fama, communibus cleri,ac populi votis, ad Rhemẽsis Episcopatus apicem prouectus

d Annal. Franc. Tilletus in collectione Regũ Franciæ in Ludouico Crassu c. 1.

A Christo, eiusque Ecclesiæ, cum mirabili salotis animatum proueotu religiosissimè seruiuit. Alter Regis Ludouici filius Philippus appellatus, sola Archidiaconatus Parisiẽsis dignitate contẽtus, Episcopus eios Ecclesiæ licet electus fieri noluit: vt virtuti,doctrinæque singulari Petri Lõbardi senteotiarum magistri cederet: quẽ in hoc Episcopatu sibi præ summa benignitate, atque modestia præferre voluit. Per tales reges, regumque filios hoc Franciæ regnum eò gloriæ, & excellentiæ prouectum fuisse legimus: vt in eo cõpletum, veritate clamante videamus, nimirum. *Francorum regnum, cæteris in orbe vigentibus magna præ summis ipsius Regum virtutibus excellentia præstare*: vt ex[e] S. Gregorio supra notauimus. Quem secutus Pius 2. Papa tantum honoris, & meritotiæ prædicationis Galliæ Regibus non tã oratoriè, quàm[f] verè detulit: vt his Regibus
B proprium, germanumque esse diserit, *fidem Catholicam inuiolabili fortitudine defendere, maximo honore, ac reuerentia Ecclesiasticos afficere, necnon imperij sui propugnaculis Ecclesiam Dei, eiusq. thronum Apostolicum contra omnes hostes gloriosè protegere.* Adde præterea quod regnum Francorum,[g] Iuone teste Carnotensi, *præ cæteris regnis sedi Apostolicæ semper fuerit obnoxium, eiusque Reges obedientia verè Christiana erga Romanos Pontifices, ardentique charitatis super omnes de Christi grege principes lumine corruscauerint.* Sic inter duo Christi regna, seculare, & spiritale, mutuum semper apparuit auxilium. Sic parilis inter principes vtriusque Monarchiæ feruor exarsit amoris. Sic honor inter claues Apostolicas, & Gallica lilia reciprocus meritoria claritate refulsit.[h] *Sic lilia ex aureo candelabro procedentia, super lucernas ardentes collocata*, ad cœlestes lauros diuinitus illu-
C minantur & ardent, dum heroicæ Regum Christianissimorum virtutes, Ecclesiæ Christi, eiusqoe throno, Apostolicæ sedi, subseruiunt. Ex cuius reciproca charitate, multa bona mutuantur, & æternę vitæ inestimabiles margaritas, thesaurosque consequuntur. Sic duæ columnæ,[i] *quas statuit* Salomnn *in porticu templi*, duas figurantes in Ecclesia Christi Mnnarchias, Pontificiam, & regiam, noo sine magno mysterio speciosis, albicantibusque liliorum floribus ornabantur. Vt intelligeremus, spirito sancto nobis monstrante veritatem, Christum D.[k] *qui pascitur inter lilia*, in dominationis vtriusque medio stãtem, ad omnes principes, & populos miserationom suarum odores perflare suauissimos, benedictionũq. cœlestiũ fructus saluriferos spargere: quos sacra pie-
D tatis, sanctæ pacis, intelligẽtiæ bonę, charitatis, aliarumq. virtutũ, per lilia significatarũ fœdera, cũ spiritali principatu, similibus virtutibus, & reciprocis erga illos dilectionibus affecto religiosè constringunt. O sanctissima pacificæ, Christianæque pietatis vnio! Quid non boni temporalis, & æterni progeneras? Vbi semel Gallicanæ Monarchiæ lilia, cum sacratissimis maiestatis Pontificiæ clauibus, indissolubili bonæ intelligentiæ, honoris mutui, charitatisque vinculo fœderasti?

e S. Greg. l. 5. ep 5 & 6.

f Epist Pii 2. ad Ludouicum 11. Galliæ Regem.

g Iuo Carnot. ep. 240 ad Paschalem 2.

h Exod. c 25. v. 31.

i 3. Reg. c. 7.

k Cant. 2.

CAP. XVIII.

Pia ad principes Christianos exhortatio, vt antiquorum principum deuotionem, & religiosam in obediendo Ecclesiæ, eiusque prælatos, præsertim Rom. Pontificem honorando virtutem sapienti imitatione complectantur, sicque eorum fiât gloriæ, felicitatisque participes.

1. *Obedientia religiosa, & humilis in principe Christiano Ecclesiæ, eiusque pastoribus præstita maximi apud Deum meriti est, inter alias virtutes multam secum ferens prosperitatum copiam, vt patet exemplo Theodosii M. & aliorum.*
2. *Propter sedem Apostolicam Roma caput religionis Christianæ, & salutis portus appellatur.*
3. *Beati principes in vtraque vita, qui obediendo matris Ecclesiæ decretis eius Monarchiam diuinitus institutam propugnaculis imperij sui imperante charitate Christi generosè tutantur.*
4. *Principes Catholici Ecclesiæ Christi defensores, eiusque obsequentes imperijs, quibusnam rebus in veteri testamento similes esse perhibentur.*

SVPEREST vt quo possimus ardore charitatis, affectuque Christianæ pietatis omnes Reges, principesque Christianos hortemur, & hortando humillimè, religiosissiméque, per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi deprecemur, & obtestemur: vt maiorum suorum, & antecessorum variis regnis & imperiis, vbique terrarum sparsis quondam, atque diffusis, dominantium virtutes verè regias & heroicas, idest Christianas, Catholicasque, pietatem, fidem, charitatem, deuotionem, religiosumque in obediendo, sanctissimæ Christi D. sponsæ, eiusque prælatos, præsertim vero Romanũ Pontificẽ omniũ Christiani gregis, pastorũ principẽ honorãdo affectũ, sapienti, generosa, meritoriaque imitatione complectantur. Illarũ operatione sincera, pro salute Catholicæ religionis, Christianæque reipublicæ secularis ardentibus amoris diuini stimulis delectabiliter agitati, non minus gloriosè, quàm fortiter occupentur: vt eorum felicitatis, gloriæque metas tandem generoso bonæ vitæ cursu contingere possint. In quorum virtutibus imitandis omne vitæ suæ tempus, animi studium, amoris affectũ, vigiliarum æstus, industriæ conatus laboresque conterere debent. Inter quas virtutes obedientia pia, & humilitas in summa maiestate honorata animarum pastoribus, maximè verò pastorũ pastori Christi Domini vicario, zelo charitatis,

Totius libri conclusio peroratoria.

Obedientia religiosa, & humilis in principe Christiano Ecclesiæ, eiusque, pastoribus maximè apud Deum meriti est inter alias virtutes, multam secum ferens prosperitatum copiam.

A Christianæque pietatis obsequens, immensi apud Deum meriti est, magnarumque prosperitatum procreatrix, qualis illa fuit, quam in pœnitentia sua S. Ambrosio Episcopo Magnus ille Theodosius exhibuit: qui sic pie voluntariéque humiliatus, vera secundùm Deum tristitia, quæ [a] *pœnitentiam in salutem stabilem operatur*, affectus omnium subditorum suorum ad maximam commiserationem animos inflexit. [b] *Vt imperatoriam celsitudinem pro illo populus orans magis fleret videndo prostratam, quam peccando timeret iratam.* Cuius honoratę in tanto principe humilitatis, maximis apud Deum meritis cumulatæ, præconia ad hoc vsque tempus nulla potuit abolere vetustas, sicut nec vlla de his posteritas consequentis æui perpetuo duraturis silere valebit. A qua virtute
B maiestatem imperatoriam, regiamque Ecclesiæ salutaria iubenti parendo meritoriè submittente, tantæ cuiusque generis in illum imperatorem Ecclesiæ prælatis obsequentissimum, prosperitates diuinitus de cœlo missæ redundarunt, quantas optare nullus auderet. Etenim nihil in principe splendet illustrius, nihil fortius ad statum reipub. regni Catholici secularis pacificè, ac prospere stabiliendum, firmandumque viget: nihil potentius ad gloriam, meritumque vitæ futuræ roboratur, quàm obsequens ille, & humilis Ecclesiæ, eius prælatis, maximè vero prælatorum principi, sedis Apostolicę præsuli parendi zelo Christianæ charitatis affectus, & effectus, fidei Catholicæ, religionisque sinceritati sociatus. Quod insinuare volebat Michaeli Palæologo imperatori Græcorum Nicolaus 3. bis
C illum verbis affando. *Quid purior sluce relucet in principe, quàm fidei recta sinceritas, & vera religio? Qui in lumine, & vita diriguntur authorem tenebras respuunt, subiacere defectui nesciunt, nec verentur occasum.* Quid postea sequitur pro illa humili & obsequente, præscriptis Ecclesiæ virtute in principe Catholico maximè prędicanda? [c] *Probans autem laudabilem tuæ in his sinceritatis affectum, eiusdem veræ, Catholicæque fidei tua fidelis clara, & aperta professio, primatus sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ deuota recognitio, spontaneaque susceptio debitæ sibi obedientiæ prompta, & humilis ipsius corporaliter à te præstito iuramento firmata &c.* Hæc est illa sacrosancta omnium Ecclesiarum, toto terrarum orbe diffusarum, omniumque fidelium in earum sinu meritoriè degentium mater, ac regina. Est illa sedes Apostolica, illa diuinæ doctrinæ lapsæ de cœlo, cultores suos fideliter ad astra portantis cathedra, in qua prius Apostolorum vertex, princepsque sedet: propter quam Roma sicut quondam ethnicorum tem-
D pore imperatorum mundi caput, ista postea Christianorum seculo, religionis diuinæ caput, fons æternæ salutis, & origo nominata est. [d] *Vt in magnis domibus interiorem ornatum vestibula ipsa declarant* (aiebat Panegyristes Nazarius) *sit nobis venturis ad ingentium virtutum stupenda penetralia debet laudationis ingressum, & prædicationis ianuam Roma præbere.* Ludebat ille splendore fumoso, fragilique paganicæ Romæ stupefactus ista canens.

[e] *Terrarum Dea gentium Roma,*
Cui par est nihil, & nihil secundum.

Sed serio verèque locutus est ille sanctus Christi Domini vicarius, [f] qui dixit, *per gloriosos præcipuorum Apostolorum exitus, per triumphales ex hac*

a 2. Cor. c. 7. v. 10.

b S. Aug. l. 5. de ciu. c. 26. in fin.

Prosperitates non maThe odosii ob eius humilitate Ecclesiæ prælatis obsequente.

Nihil illustrius, & honestius in principe fulget, quam humilis affectus & charitatis effectus in Ecclesia sedique Apostolica parendo vero fidei, religionique coniunctum.

c Ibid.

2. Pars: *Propter sedem Apostolicam Roma caput religionis Christianæ dicitur.*

d Nazarius in Panegyr. ad Constantinũ.

e Martialis epig 8 l. 12.

f S. Leo ser. 1. in natali Apostolorum Petri, & Pauli.

Excellentia Romæ à S. Petri cathedra & maiestate Pontificis Ro. suprema.

A *vita ianua martyrij egressus, per cathedram diuinæ sapientiæ, doctrinæque salutaris, in qua primus Apostolorum princeps salutis æternæ iura dedit, Christi Domini euangelio Romam resplenduisse. & quæ erat magistra erroris, factam postea disciplinam veritatis, vt per sacram beati Petri sedem caput orbis effecta latius præsideret religione diuina, quàm dominatione terrena.* Ad quam sedem, Ecclesiamque Romanam, *propter potentiorem*[a] *principalitatem*, scilicet propter summum animarum in omnes fideles à Christo Domino diuinitus S. Petro eiusq. successoribus imperium datum necesse est, *omnem conuenire Ecclesiam, hoc est eos, qui sunt vndique fideles*, cum cuius œcumenico præsule[b] *totus orbis vt saluus fiat commercio formatarum, in vna communionis societate concordare debet*, in cuius cathedra quę S. Petri est, [c] *vnitas ab omnibus fidei, salutisque seruatur.*[d] Et quamuis Roma multis aucta victoriis ius imperii sui terra, marique protulerit;

[a] S. Irenei l. 3. n. 3.
[b] Optat. Milenit. l. 2. aduersus Parmen.
[c] Idem ibid. infra.
[d] S. Leo ibid. supra.

B minus tamen fuit quod illi bellicus labor subdidit, quam quod per hanc cathedram, potentioremque principalitatem pax Christiana subiecit. Quæ cathedra salutis æternæ vbicumque esse dicitur, vbi vicarius Christi moratur: sicut ethnici seculo imperii, vt est apud Herodianum.[e] *Ibi Roma censebatur esse, vbi princeps, & imperator esset.* Propter hoc egregie Petrus Damianus Alexandro 2. Pontifici Romano dicebat.[f] *Quia vos Apostolica sedes, vos Romana estis Ecclesia, ad deponendum, reddendumque, quod baiulare nequineram, integrum mihi visum est non adire fabricam lapidum, sed eos potius in quibus viget ipsius Ecclesiæ sacramentum: sub persecutione quippe Iudaica vbicumque erant Apostoli, illic esse primatiua dicebatur*

Vbi papa, ibi sedes Apostolica, & Ecclesia Romana.

[e] Herodianus in Cõmodo.
[f] Petrus Damian. l. 1. ep. 10.

C *Ecclesia. Nunc etiam cùm Simon ille veterum suis videlicet trapezita malleos, & incudem reparet, cùm Romanam vrbem velut officinam sibi per nummularios pestiferæ negotiationis vsurpet: quò vos Petrus vobiscum fugiens attrahit, illic esse Romanam Ecclesiam omnibus indubitanter ostendit.* Quandiu S. Petri successoris Christi Domini vicarii suprema potestas Romæ viget, quandiu Monarchica eius sedentis in S. Petri cathedra maiestas Ecclesiastica, iurisdictionis in spiritualibus supremæ radiis Romæ refulget, tandiu Roma, *portus salutis est, nomenque Romæ virtutis habetur*,[g] S. Paulini iudicio: ipsamque tunc sanctam, diuinamque ciuitatem verbis S. Hieronymi verissimè licebit affari.[h] *Vrbs potens, vrbs orbis domina, vrbs Apostoli voce laudata, interpretare vocabulum Romæ, aut fortitudinis nomen est, apud Græcos, aut sublimitatis iuxta Hebræos.* Verè fortis, sublimisque virtuti-

Roma salutis portus cum ibi viget Rom. Pontificis authoritas.

[g] S. Paulini ep. 34.
[h] S. Hierony. l. 2. aduersus Iouianum.

D bus ciuitas Dei Roma dicenda, in quam beneficio, ministerioque pontificiæ maiestatis, supremæque in Christi Domini vicario potestatis in omnes fideles inuiolabili religione à cunctis Christianis agnitæ, & honoratæ, tot cœlestia dona, tot diuina charismata, gratiæ, benedictionesque profunduntur. Qualis nobis esse pater ille debet spiritualis, per cuius benedictiones, directionesque in eius suprema dignitate fundatas, & authoritate Pontificia radicatas, tot miserationibus Christi Domini saluamur; tot eius muneribus temporalibus, æternisque cumulamur? Quis iam fidelium si tantisper sapiat, præsertim vero principum, summam eius Ecclesiastici Monarchæ potestatem, principatumque in omnes orbis Christiani gentes, & oras, diuina ordinatione, diffusum non magnopere veneretur, & amet?

A considerata tot bonorum omnium fœcunditate quæ in omnes illius patris sanctissimi, Ecclesiæque pastoris œcumenici cultores, & amatores copiosa largitate rependuntur?

Fortunati principes hîc & in altera vita beati, qui suę secularis authoritatis dextras cum Ecclesiastica Pontificis Romani potestate diuinitus de cœlo missa coniungunt; qui sacro sanctum pacis, concordiæ, charitatisque Christianę fœdus, inter suam secularem, & huius œcumenici pastoris spiritualem Monarchiam intemerata fidelitate custodiunt! Ingenuè, atque prudenter agnoscentes, vt his vltimis ostensum est capitibus, Pontificiam Monarchiam, maiestatisque Ecclesiasticæ in vicario Christi Domini sublimitatem nulla ratione suæ temporali Monarchiæ, potestatique nocere: sed maximè prodesse, sed suæ felicitatis temporalis, & æternæ causari progres-

3. Pars. Beati principes in vtraque vita, qui obediendo matri Ecclesiæ dicentis, vltimam Monarchiam admittunt iustitiam pro viribus suis defendere conantur.

B sus. Magni sunt prosperitatum temporalium cumuli, quibus principes, regesque Christiani, verè Catholici per fidam obedientiam, obsequium filiale huic patri sanctissimo procidentes, eiusque salutaria iussa factis honorantes, vnà cum populis sibi à Deo creditis abundant. Sed certè ventura bona, quæ illos propter hanc obedientiam, honoremque Romanæ Ecclesiæ, Pontificiæque maiestati religiosè delatum in cœlo præstolantur, tanta sunt, tantæque excellentiæ, felicitatis, & gloriæ, vt præ illis quæcumque prospera possidentur in terris, prope nihil habeantur. Quę propterea ab omnibus piis, iustisque principibus, & populis meritò negliguntur: cum ad illa futuræ vitæ bona suorum iusta rectè fa-

C ctorum præmia tam inflammato concupita desiderio matura cogitatione rapiuntur. Eo salutaris illa[i] Gregorij 7. ad Alphonsum Hispaniæ regem optimè de sede Apostolica, Ecclesiaque Romana meritum, propter præclata eximiaque in eam collata seruitia, obsequiaque illi deuoto affectu consectata, exhortatio spectabat: *Quoniam deuota corda semper admonitione gaudent, & ista quoque virtutes exercitio indigent, hortamur eminentiam vestram, vt ab hac terrena, & caduca dignitate, ad illam quæ cœlestis, & æterna est, mentem leuet, hac vtatur sicut transitoria, & cito peritura, illa appetat, quæ æternitatem pariter habet, & gloriæ plenitudinem.* Vtramque gloriam, felicitatemque temporalem, & ęternam, sibi, populisque suis principes Catholici fideliter, affectuque charitatis Ecclesiæ matri, patrique spirituali piam obedientiam obsequiumque filiale præstando pariunt, atque luctantur: dum sic obediendo pa-

[i] Gregorii 7. ep. ad Alphõsum regem Hisp. l. 7. ep. 6.

Vtramque gloriam temporalem & æternã pia Catholicorum principum obedientia Ecclesiæ, Christique D. vicario consecrata illis, populisque parit.

D cem æternam, castosque hymæneos inter suam, Ecclesiæque potestatem exercere conantur. Dũ sceptra, coronasque clauibus S. Petri salutari deuotione subiicere desiderant, omniaque temporalis potentiæ, iurisdictionis, & honoris fastigia, religionis, Ecclesiæque Catholicæ incolumitate, protectione, gloriaque posteriora ducere. Longè melius, & beatius, quàm ethnici Romani suæ superstitioni religionis prætextæ nomine, omnes imperii sui vires, potestates, fortunasque obsequendo subiugabant. De quibus hæc Valerius.[k] *Omnia post religionem ponenda semper nostra ciuitas* (scilicet Romana) *duxit, etiam in quibus summæ maiestatis decus conspici voluit. Qua propter non dubitauerunt sacris imperia seruire: ita se futura regimen humanarum rerum existimantia, si diuinæ potentię bene, & constanter fuissent famulata.*

[k] Vales. l. 1. c. 1.

Hæc

Principes Catholici verè pij obediendo, & seruiendo fideliter Ecclesiæ matri, & vicario Christi vitamque sibi proponunt pro fine felicitatem temporalem, & æternam.

Hæc illi diabolica fraude decepti, pro vanitate inanis gloriæ, & sub specie veri pro turpitudine falsitatis operabantur. At Christiani principes diuina gratia fideliter instructi, libera, docilique obedientia salutarem matris Ecclesiæ, patrisque spiritualis vocem audientes, præceptaque cordibus altissimè defigentes, hæc Christianæ pietatis officia regno Christi, quod est Ecclesia, diuinaque religio, pro veritate, consecutioneque temporalis, & æternæ salutis impendunt. Ethnici illi rerum publicarum, principatuumque terrenorum rectores, moraliter bona facientes opera, suæ reip. congregationisque pacem, quietem, vitamque beatam, temporalibus in terra bonis affluentem, sibi tantùm pro scopo proponebant. Hinc illa Africani Scipionis apud Tullium. [a] *Itaque vt gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria; sic huic moderatori reip. beata ciuium vita proposita est, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla; virtute honesta sit. Huius enim operis maximi inter homines, atque optimi, illum perfectorem esse volo.* At desideria, vota, conatus, & opera Catholicorum principum in obsequendo Christi charitatis ardore fideliter eius Ecclesiæ sponsæ, atque vicario fidelium omnium animabus, earumque saluti præfecto, non in temporalis solummodo prosperitatis assecutionem, fructusque percipiendos aspirant, sed ad consequendas æternæ gloriæ lauros, beatitudinisque cœlestis coronas pro rectè factorum præmio collineant rectáque flectuntur. Isti sunt reges beati, ac veri principes, suis obsequiis, seruitiisque sanctissimæ Christi Domini sponsæ Ecclesiæ defensores in figura veteris testamēti per principes illos Israëlitici populi repræsentati, [b] qui ad portandum per vastissimas deserti solitudines Dei tabernaculum, sex plaustra tecta, duodecimque boues obtulerunt. Illi namque verum, mysticumque Dei tabernaculum, quod est Ecclesia seruitio, viribus, amore, opibus, auxilioque portant, & subleuant; illudque per has mundi corrupti vitiorum spinis, dumetisque deformis, & asperi, solitudines, inuiolabile, intemeratum, & ab omnibus hostium insidiis, incursionibusque liberum deducere, gestareque nituntur. Isti sunt verè [c] currus Israël, currus inquam, qui sic seruiendo, obediendo, bona multa faciendo sacrum hoc tabernaculum Dei, diuinamque arcam, sedem videlicet Apostolicam, Ecclesiamque Rom. gestant, in suosque humeros suaue Christi Domini iugum por- D

[a] Ex fragmēto l. 5. de rep. Cicer.

[b] Numer. c. 7.

4. Pars. Defensores Ecclesiæ eius obedientes imperiis principes Catholici quibus similes.

[c] 4. Reg. 2.

A tando subleuant: currus quoque falcati, quòd eam contra omnes inimicorum furias generosissimè defendant. [d] *Cognoscant reges, ac principes sæculi*, dicebat S. Isidorus, *Deo se debere reddere rationem, propter Ecclesiam quam à Christo Domino tuendam suscipiunt*, [e] *Considerent sæpè per regnum terrenum, cæleste regnum proficere*, vt qui intra, extraque Ecclesiam positi contra fidem, & disciplinam Ecclesiasticam agunt, iustæ principum potestatis rigore conterantur. Hoc modo librum legis diuinæ, principes Catholici, Dei præcepta seruando, & eius vicarij, Ecclesiæque matris imperata faciendo portant, pro vt in veteri testamento figuratum est, in quo hæc non sine mysterio leguntur. [f] *Postquam Rex sederit in*
B *solio regni describet sibi Deuteronomium, legis huius in volumine accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, leget illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & ceremonias eius. Quæ in lege præcepta sunt.* Quibus verbis euoluto, detectoque mysterio, quis non videt. Reges, principesque Catholicos, à Romano Pontifice, prælatisque magnis Ecclesiæ, per Sacerdotes Leuiticæ tribus significatis accipere legem Dei debere, eiusque sensum ediscere? vt sciant, qua ratione beneregnando, populisque sibi creditis in sanctitate, atque iustitia dominando, per rectas bonorum operum semitas ab Ecclesia matre erroris, culpæque nescia, & eius Pastore demonstratas, ad metam non modo temporalis, sed etiam sempiternæ felicitatis vnà cum
C populis, subditisque peruenire valeant. Propterea diuina voce, vt omnes principes exaudirent illos sic affando sapiens feliciter intonuit. [g] *Cura disciplinæ dilectio est, & dilectio custodia legum illius est; custoditio autem legum consummatio incorruptionis est; incorruptio autem facit esse proximum Deo.* Post hæc ita concludit, omnes principes suæ sempiternæ salutis auidos hortando. [h] *Si ergo delectamini sedibus, & sceptris, ô Reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis. Diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis populis.* Sic itur in cœlum: sic cum Deo, Christoque Domino conuersaturis principibus summa, sempiternaque gloria parietur. O quanta illa felicitas! In qua, vt ait D. [i] Augustinus, nullum aberit bonum, nullum aderit malum, in qua Deus omnia erit in omnibus. Vno verbo.

Felix cui deitas merces, cui sydera sedes.

[d] S. Isid. l. 3. de summo bono c. 51.

[e] S. Aug.

[f] Deut. c. 17. 18. 19.

[g] Sap. c. 6.

[h] Sap. 1. 6.

[i] S. Aug. l. 22. de ciuit. c. 30.

Versus vlt. Epitaphij S. Stanislai.



QVARTÆ PARTIS,

LIBER SEPTIMVS.

QVI TOTVS IN REFERENDIS, COMmemorandisque honoribus, beneficiis, obsequiis filialibus, & aliis dilectionis, fidelitatis, obedientiaque generibus insumetur: quibus Ecclesiam Dei, Romanos Pontifices, principes spiritualis regni sub Christo Domino supremos, vnà cum aliis Ecclesiis fidelibus, earumque rectoribus, Reges Francorum Christianissimi religiosè prosecuti semper ornarunt, atque decorarunt. Sic perfectè sacrosanctam pacis, concordia, Christianaque charitatis vnionem inter suam secularem maximè Catholicam, & Rom. Pontificis Ecclesiasticam monarchiam, inuiolabili, pia, meritoriaque obseruatione custodientes.

CAPVT I.

Post breuem ad heroicas, Christianasque Franciæ Regum virtutes apparatum, res egregiè, ac religiosè in salutē, honorem, & obsequium sponsæ Christi, ac sedis Apostolicæ, à Clodouæo primo Franciæ Regum Christiano gestæ, breui cōmemoratione notantur.

1. *Causa præsentis suscepti tractatus.*
2. *Nomen* CHRISTIANISSIMI, *&* PRIMOGENITI *Ecclesiæ* FILII, *sanctissimum, suis præclarè sancteque factis Galliæ Reges optimo iure sibi pepererūt.*
3. *De religiosis, regiisque Clodouæi erga Dei Ecclesiam, Apostolicamque sedem virtutibus, gestisque magnificis.*



QVONIAM præcipuè nobis res est cū hæreticis, & schismaticis, maximè verò his, qui se veros immeritò Frācos esse gloriantur. Qui vt sanctissimam in hoc regno Apostolicæ sedis authoritatem, necnō supremam, monarchicāque, in Ecclesia Dei, Pontificis Rom. potestatē à Christo D. concessam diuinitus, infringāt, & radicitus euellant: incolumitatē, cōser-

A uationēque Regum nostrorum Christianissimorū salutis, authoritatis, gloriosæq; maiestatis obtendūt: inflatisq; buccis proponētes assiduè vociferātur: quam facto sibi nimio, pontificię dignitatis sanctitatisque splēdore hebescere, opacari, infirmarique iniuriosè mentiendo clamitant. Propterea toto libri huius progressu discursuque nobis pro subiecta materia, fineq; proposuimus, talium publici boni perturbatorum nequitiæ proditoriæ ad sanctę vtriusq; Christi D. monarchię subuersionem, tacita, clandestinaque machinatione collimanti resistere, eamque confundere. Cum ei Regum nostrorum Christianissimorum, fidei, religionisque Catholicæ sinceritatem maximam, in Ecclesiæ Christi D. sedisque Apostolicæ fideliter imperiis obsequendo, deuotionē
B ardentē, denique charitatis Christianæ zelū in amando, & honorādo Christi D. Vicario, eiusque supremā in omnes principes, populosq. fideles, quoad spiritualia, potestatē ingenuè confitendo, agnoscēdoq; nō minus verè quā cōstāter, atq; firmiter opponemus. Vt illorū os iniqua loquētiū fortiter obstruatur: & sole hoc tot regiarū virtutum mirabiliter meritorieq; per omnia ab huius ortu regni sæcula coruscante, fœtidę, pestiferæq. istorū, vtriusq. sacrosāctæ Christi D. Monarchiæ perduellium, erroris, odij, calumniæ, exitialisque flagitij, tenebrę dissipatę, & sicut fumus per aëra deficiens ascendendo discussæ concidant. Atque nobis veritatis huius, assertionisque probationem ordientibus, hoc Iuonis Carnotensis clarissimi inter Galliæ prælatos Ecclesiæ luminis ad Paschalem Pontificem verba memorabilia ma-

a Iuonis Carnot. ep. 240. ad Paſchalem Pontif.

gnopere ſuffragabuntur.[a] *Nouit veſtra paternitas, quia regnum Francorum pra cæteris regnis ſedi Apoſtolicæ ſemper fuit obnoxium; ideirco quàntum ad ipſas regias perſonas pertinuit, nulla diuiſio fuit inter regnum, & ſummum ſacerdotium.* Vnde propter hãc ſinceram, ſanctamque concordiæ, pacis, charitatiſq; cum Apoſtolica ſede Regum ipſorum Frãciæ coniurationem, propter innumera ſeruitia, & beneficia, quæ illi magna pietate, obedientiaque nitentes ſummæ zelo deuotionis accenſi in hanc ſanctiſſimam ſedem, Rom. Pontificem, aliaſque Chriſti particulares Eccleſias ſub Romana religiosè militantes diuerſis ſeculis, temporibuſque contulerunt, merito Chriſtianiſſimi necnon filij Eccleſiæ prærogatiua ſublimi ſpecialis, atque primogeniti nomine decorati meruerũt: vt ſuperius tertia operis parte copiosè, lateq; demonſtrauimus. Vnde Innocẽtius tertius Philippũ Auguſtũ Frãciç regẽ ad maiorũ ſuorũ paternas in honorẽ, defenſionẽ, obeſquiũq; Eccleſiæ virtutes cohortando, ſimul atq; in Pontificiæ maieſtatis arcem, thronũque cõſcẽdit, per literas ancyclicas, huius illuſtriſſimi nominis, ſpecialis Eccleſię filij, honore dignatus eſt.[b] *Conſiderãtes, inquit, quantũ regnũ Frãciæ in Eccleſiæ ſemper permãſerit vnitate, tibi tãquã ſpeciali Romanæ Eccleſiæ filio, literarũ noſtrarũ primitias duximus deſtinãdas; ſerenitatẽ regiã rogantes, monẽtes, & exhortãtes in Domino, & in remiſſionẽ peccatorũ tibi iniungentes, quatenus ſanctã, Romanãque Eccleſiã matrẽ tuam taliter venereris, & honorare procures, vt inclitæ recordationis Ludouici patris tui veſtigia in ipſius deuotione ſequaris, & nobis ad Apoſtolicæ ſedis gubernationẽ Domino diſponẽte aſſũptis humiliter, & deuotè, ſicut decet principem Chriſtianũ aſſiſtas.* Poſtea huic principi Chriſtianiſſimo patris, maiorũque ſuorũ virtutes æmulãti, reciproco honore, & amore ſe parẽ relaturũ gratiã, beneficiũque promittit, hæc addẽs.[c] *Nos enim in his quæ ad honorẽ tuũ ſpectãt, quantũ cum Domino poſſumus libẽter intẽdimus, & circa perſonã regiã paternæ gerimus charitatis affectũ.* Ea fuit religioſa Regum noſtrorũ de ſedis Apoſtolicæ ſãctitate cogitatio, cùm primũ eorũ diuinitus animos Chriſtianæ fidei ſincera cœpit imbuere perſuaſio, iis optimi, de ſupremæ Pontificis Rom. dignitatis in Eccleſia Chriſti neceſſitate, iudicij ſenſus: vt de Pontificia maieſtate in regio Dei ſpirituali, illud quod Seneca de imperatoria in Romano imperio dicebat vſurpare alienũ minimè à ratione crediderint.[d] *Illud vinculũ per quod reſpublica cohæret, ille eſt ſpiritus vitalis, quẽ tot millia hominũ trahunt; illa eſt mẽs, qua ſubſtracta nihil aliud eſſe poteſt reſp. niſi onus, & præda, ſi mens illa imperij ſubtrahatur.* Illi videlicet Chriſtianiſſimi Reges ingentes in Eccleſiæ, reiq; publicæ Chriſtianæ defenſione geſtãtes animos, fideiq; Catholicæ cõſeruatione cogitationes altiſſimas, in põtificiæ poteſtatis, & authoritatis incolumitate, tanquã in firmiſſimo propugnaculo maximũ religionis Chriſtianę, imperijq; ſui pręſidiũ fixũ, collocatũque cõfeſſione profitẽtes ingenua iudicarunt. Veraciter, præterea arbitrati ſunt firma ratione perſuaſi, nunquam luxuriãtes corruptorũ morũ propagines, nunquã errorum contra fidẽ naſcentiũ ſemina melius à radice ſuffocari, nunquã adultam hæreticorum, ſchiſmaticorũque nequitiã profligari, & ad ſaxum veritatis allidi poſſe potẽtius, quàm ſi hęc Eccleſiæ principis, rectoriſq. ſuprema poteſtas, diuiniſque ſublimata priuilegiis authoritas inuiolata in medio orbis Catholici retineretur, & retenta ab omnibus fidelibus honore debito coleretur. Contra quæ publici exitij monſtra, deſolationiſq. Eccleſiaſticæ portẽta Chriſtianiſſimi illi, diuiniſq. virtutibus armati, maximo ſemper patrẽ illum ſanctiſſimũ honore venerati, ſinceriſq. Chriſtianę charitatis affectibus diligere voluerũt. Agnoſcẽtes illũ cum Tertulliano,[e] *Pontificẽ maximũ, Epiſcopum Epiſcoporũ, Papã Apoſtolicum.* Et cũ S.[f] Cypriano, *Dei Sacerdotẽ*, antonomaſticè, cum 4.[g] Synodo Romana,[h] aliiſq; conciliis, *œcumenicũ vniuerſalis Eccleſiæ caput*, cũ[i] Caſſiodoro, *Epiſcoporũ Patriarchã*, cum Petro[k] Cluniacẽſi *ſummũ Eccleſiæ Paſtorẽ*, cum Rothaldo[l] Sueſſionẽſis Eccleſiæ præſule, *patrem patrũ*, cum Hugone[m] à S. Victore, *Papã vniuerſalẽ*, cum Lupo[n] Ferrarienſi, *Apoſtolicum principẽ*, cum S.[o] Bernardo, *formã iuſtitiæ, ſãctimoniæ ſpeculũ, pietatis exẽplar, aſſertorẽ veritatis, fidei defenſorẽ, doctorẽ gentiũ, Chriſtianorum ducem*, &c. Quid præterea? Dicã illos Chriſtianiſſimi regni ſceptro potitos, ſic Rom. Pontificẽ Chriſti D. in terra vicariũ honorãtes, & ſupremũ, monarchicumque eius in omnes fideles, quoad ſpiritualia principatum fidei Catholicæ firmitate potẽter agnoſcẽtes, illũ cum eodẽ S. Bernardo reuerenter appellauiſſe,[p] *malorũ metũ, bonorũ gloriam, virgam potentiũ, malleum tyrannorũ, Regũ patrem, legũ moderatorẽ, canonũ diſpenſatorẽ, ſal terrę, orbis lumẽ, Sacerdotẽ altiſſimi, vicariũ Chriſti, Chriſtũ Domini*, poſtremo *Deũ Pharaonis*. At ſunt præterea illuſtriſſimi honorũ tituli, quibus illũ noſtri Reges ſpeciales Eccleſiæ Catholicæ filij honorificẽtiùs, ornatiùſque ſuo tẽpore decorarũt, cum eodẽ S. Patre optimo Gallo nominãtes,[q] *Sacerdotem magnũ, Epiſcoporum principem, hæredem Apoſtolorum, primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, authoritate Moyſem, iudicatu Samuel, poteſtate Petrum, vnctione Chriſtum.* Quæ quidẽ omnia ne oratoriè magis, quàm verè à nobis dicta fuiſſe videãtur, inductiones exẽplorũ, quæ ordine ſumus infra producturi, vera fuiſſe, quę diximus, manifeſtè cõprobabũt.

a. Pars. Reges Franciæ propter ſuas Catholicas virtutes, ſeruitiaque in Eccleſiã Chriſti, ſedemque Apoſtolicam Chriſtianiſſimi, ſpeciales primogenitique Eccleſiæ filij dici meruerunt.

b Innocentij 3. ad Philippum Auguſtum ep. a. l. 1.

c Innocent. 3. ibid.

d Seneca l. 1. de clemẽtia. Sine authoritate Rom. Pontificis reip. & Eccleſiæ ſalus ſubſiſtere non poteſt.

Maxima honorum elogia à Regibus Galliæ Rom. Pontifici attributa.

e Tertull. l. de pudicit.

f Cypr. l. 4. ep. 2.

g Synod. Rom.

h Concil. Calched.

i Caſſiodor. l. 9. ep. 15. p. 391. c.

k Petrus Cluniacenſ. l. 1. ep. 2.

l Rothald. Sueſſ. epiſc. ad Nicolaũ 1.

m Hugo à S. Victore 1. de officiis Eccleſ.

n Lupus Ferrar. ep. 12.

o S. Bernard. l. 4. de conſiderat. c. vlt.

p S. Bernard. ibid.

q S. Bernard. l. 2. de conſideratione c. 8.

Atque vt ab illo Rege, qui primos Chriſtiana fide Frãciæ coronã, ſceptrũque nobilitauit, ordiamur: quo honore, dilectioneque Hormiſdam Rom. Põtificẽ à Clodouæo illo primo inter Frãcorũ Reges, Chriſtiano monarcha honoratum, cultumque fuiſſe putamus?[r] Qui cùm præter illuſtriſſima alia dona, coronã aureã maximi pretij, & põderis, arte contextã mirabili, plurimis ingentis valoris lapillis, gẽmis, margaritiſque decoratã, atque fulgentẽ ab Anaſtaſio Imperatore, tunc tẽporis in Meſopotamia cõmorante honoris cauſa nõ mediocris, accepiſſet: illam protinus per legatos, oratoreſq; Romam miſit; qui nomine ſuo per ſummã reuerentiã Hormiſdæ Rom. Pontifici, in honorẽ S. Petri, hanc cum ſui obedientiæ cõſecratione principis offerrent. In cuius muneris oblatione non tam pretioſiſſimorum lapillorum, vnionum, gemmarũque coruſcantiũ multitudo, quã Clodouæi Regis Chriſtiana religio, pietaſq; refulſit. Qui hoc tã magnifico dono, atque legatione ſuæ mẽtis affectũ exprimere voluit, quo piè, ſãcteq; Eccleſiæ Romanę dici filius, pontificiæ maieſtatis protector, honorator, & amator haberi, eſſeq; flagrabat. At regni ſui ſplendorẽ, proſperitatẽq; cõſecratione ſuæ Rom. Põtifici obediẽtię, eiuſque patris ſanctiſſimi benedictione fulciri, ſuam benedici, bearique coronam Chriſti D. benedictionibus per illũ eiuſdem Domini vicarium ſibi, regnoque ſuo communicatis,

3. Pars 1. Exemplum, Clodouæus maximo Hormiſdam Papam affecit honore oblatione coronæ aureæ.

r Greg. Turon. l. 2. c. 31. Hincmarus Archiep. Rhem. in vita S. Remigij apud Surium tom. 1. die 13. Anaſtaſ. Bibliot. l. de Rom. Pontificib. in Hormiſda.

quã sinceræ cupiditatis æstu desiderauerit. Omnes vitæ totius actiones, quibus piè regnauit in certa testatione manifesta cõprobãt. Cuius principis tãto pietatis Christianæ, Catholicæq; in Ecclesiã Dei, eiusq; pastorem œcumenicũ charitatis ardore flagrantis exẽplo,[a] *Gens Francorum*, inquit purissimus, & elegans Italicæ scriptor historiæ, *Christi fidẽ, nomenque tanto ardore, tantaque constantia coluit, vt vsque ad nostrã ætatem omnes hæreses labes respuerit, & firma in Ecclesia Catholica disciplina, ac R. Pontificis authoritate permãserit. Vnde Rex eius merito Regis Christianissimi cognomen accepit.* A

a Sigonius de regno Italiæ.

Bellorum causa Clodouæi defensio religionis Christianæ, & sedis Apostolica, honoris, authoritatisque promotio.

Cuius principis Ecclesiastici maiestatẽ tuẽdi causa, Ecclesiæque Catholicę sanctitatẽ ab hostili ferocitate vindicandi, zelo Christianę religionis accẽsus bella cõtra Arianos, aliosque Dei, fideique Christianæ inimicorũ furores, vt fortiter aggressus, sic teste Gregorio[b] Turonẽsi, Hincmaro,[c] alijsq; huius tẽporis Ecclesiasticæ historiæ scriptoribus feliciter inchoata perfecit, qui vt citius, potẽtiusque Arianos impios sub Alarico rege, aliosque similis impietatis Christianæ religionis hostes exterminaret, belloq; vinceret,[d] principis Apostolorũ S. Petri, & vasis electionis S. Pauli, bonã gratiã, fauorẽque tẽpli, ac Ecclesiæ in honorem Dei, benedictãque eorũ memoriã electione magnifica in Parisiorum ciuitate demerere conatus est.[e] Qui magnis expeditionibus ad prælium cõtra Alaricũ Gothorum regẽ maturans, victoriæ futuræ signũ diuinitus accepit, cum ingredientibus eius principis nũtiis, quos miserat in basilicam S. Martini Turonẽsis Primicerius hanc ex improuiso antiphonã alta voce canẽdo pronũtiauit.[f] *Præcinxisti me, Domine, virtute ad bellũ. supplantasti insurgẽtes in me subtus me, & inimicorũ meorũ dedisti mihi dorsũ, & odiẽtes me disperdidisti.* Aliud felix de futura victoria illi portentũ apparuit: vt his idem S. Gregorius verbis exponit.[g] *Veniẽte autẽ Rege apud Pictauos, cũ eminus in tentorio cõmoraretur, pharus ignea de basilica S. Hilarij egressa visa est ei tãquã super se aduenire;* scilicet vt lumine beati cõfessoris adiutus Hilarij liberius hæreticas acies, cõtra quas sępè idẽ Sacerdos pro fide cõflixerat, debellaret. Generoso conflictu, pugnaq; prospera, domito, cum toto exercitu, rege Alarico, propria Clodouæi manu trucidato, muri ciuitatis Angolismæ instar vrbis Hyerico ad præsentiã victoris principis Clodouæi miraculoso lapsu corruerũt. Vt destructis Gothorũ Arianorũ reliquiis, vniuersa Galliæ terra, quondã Alarico tyrãnicè subacta, ipsi triumphatori Regi, propter pietatẽ Catholicæ fidei, propter eius obsequentis erga sedẽ Apostolicã, patrẽque sanctissimũ, zelum æstu deuotionis ardentẽ, ab omni liberata hæreticorũ, infideliũque seruitute gloriosè, prospereq; traderetur. Tot eius gesta principis, tot erãt miracula, quæ propter illius Christianas, heroicasq; virtutes diuina in eo gratia mirabiliter operabatur, ac pro illius nõ minus piè, quàm generosè Ecclesiã Dei defendẽtis certa salute, necnõ vt Hormisdę[h] põtificis ad Iustinũ Imperatorẽ verbis vtar, *pro sempiternæ illi cõparandæ felicitatis arce* pugnabat. Sed de Christianissimis huius principis actis, gestisq; in præsidiũ, honoremq; Ecclesiæ Christi D. in arcis eius, Apostolicæ nẽpè sedis protectionẽ, illiusq; præfecti Pastoris obsequiũ transfusis, cætera reticebo: ne in eorũ quæ pluribus, discursu copioso, de præclaris huius principis virtutibus, elogiisq; supra[i] prædicauimus, repetitionẽ ex improuiso non cogitantes incidere cogamur. B C D

b Greg. Turon. l. 2 c. 37.
c Hincmarus in vita S. Remigij Flodoard. &c.
d Idem ibid.
e Greg. Turon. l. 2. c. 37. hist.

De Alarico Ariano victoria futura signum diuinitus datum Clodouæo sicut Deum orauerat.

f Psal 17.

Aliud signum victoria ex basilica S. Hilarij Pictauiens. Clodouæo miraculosum apparuit.

g Ibid.

Muri Angolismæ ciuitatis ad præsentiam Clodouæi corruunt, instar vrbis Hierico.

Ex eodem Greg. Turon.

h Hormisdæ ep. ad Iustinũ Imp. ep. 38.

i Part. 3 l. 7. c

A

CAPVT II.

De Childeberti Theodorici, Clotarij 2. Dagoberti, & eius filiorum Sigeberti atque Clodouæi 2. Regum Franciæ magnis in Ecclesiam Catholicam, Romanamque virtutibus.

CHILDEBERTI secũdi Regis Galliæ, de Clodouæi sanguine creti, in iuuenili ætate[a] defuncti, in honorãdo Christi D. vicario, Ecclesiaq; Romana religiosè, obediẽterque colẽda virtutes tã egregiæ, præclaræq. fuisse cõprobantur, vt propter eas S. Gregorius miris regnũ Francię super omnia regna mũdi laudibus extulerit: cùm sic hunc principẽ Christianissimũ per literas alloquebatur.[b] *Quanto cæteros homines regia dignitas antecellit, tãto cæterarum gentiũ regna regni vestri profectò culmẽ excellit.* Cur principis huius occasione tot præconia in hoc Franciæ regnũ pater sãctissimus effudisset, nisi sũmã ipsius principis in Deũ, Christũq; Dominũ religionẽ, singulares in eius Ecclesiã deuotionis æstus in Cathedrã S. Petri arcẽ Catholicæ religionis, obediẽtiã, ardentẽque erga se ipsũ Põtificię maiestatis honore sublimatũ diuinę charitatis ardorẽ experiẽtia cognouisset? Pergit verò postea. *Esse autẽ Regẽ, quia sunt & alij, nõ mirũ est, sed esse Catholicum, quod alij nõ merentur, hoc satis est. Sicut enim magnæ lãpadis splendor in tetra noctis obscuritate luminis sui claritate fulgescit: ita fides vestræ claritas inter aliarũ gentiũ obscuram perfidiam rutilat, & coruscat. Quidquid autẽ reges cæteri se gloriãtur habere, habetis. Sed ipsi in hac re vehemẽtius superantur, quòd hoc principali bonũ nõ habent, quod habetis, vt ergo sicut fide, ita & actione vincãtur; benignã se excellẽtia vestra suis subditis semper exhibeat.* Quod quidẽ hũc piũ, religiosumq; principẽ, patris sanctissimi monitis obedientẽ fecisse maximè ex eo patet: cum illũ vita functũ ætatis anno 25. subditi omnes sui principis virturũ maximarũ desiderio tabescẽtes, maximis tacti doloribus intrinsecus lachrymis, suspiriis, lamẽtisq; gemuerint, tam priuata, quàm publica tristitia, funareoque luctu cõsternati, tãto principi parẽtauerint. Eius filius Theodoricus Rex illius Gallię partis quę Burgundia dicitur, virtutũ patris insistens vestigiis, quàm se humilẽ, obsequẽtemq; S. Gregorio Rom. Pontifici prę stiterit, quàm de soprema illius in omnes fideles principes, populosq; religiose sẽserit, declarauit ipse pater sãctissimus, bis eum verbis per literas affando.[c] *Et quoniã adhortationẽ* (scilicet nostrã) *adeo regiis animis vestris per laudis prædicamenta placuisse signastis: vt quidquid ad Dei nostri cultum, quidquid ad Ecclesiarũ reuerentiam, quidquid ad honorẽ pertinere cognoscitis Sacerdotũ, & studiosè statui, & velitis in omnib⁹ custodiri, iteratò vos pro magna vestra mercede, pulsamus.* Quãta verò obediẽtię, quãta deuotionis, & amoris in sedem Apostolicam inclinatione Brunichildis Francię regina propenderit, quantoque Romani Pontificis imperiis parendi desiderio procubuerit, hęc eiusdẽ sanctissimi patris eloquia designant.[d] *Qualiter adhortationem nostram excellentia vestra amplexa sit, quantaque eam deuotione gestiat adimplere, scriptorum vestrorum emissa dudum pagina testis est.* B C D

De Clotario 2. qui extincta Sigeberti Regis sobole totius Galliæ Dominus in summa pace cum suis, & exteris gentibus suo regno finitimis reliquum vitæ suæ cursum religiosè peregit, scri-

b Epist. S. Greg ad Childebertum 2. Regem.

Pulchra similitudo.

3. *Theodorici Childeberto Regis filij obedientia, & honor Rom. Pontifici exhibitus.*

c S. Greg. l. 9. ep. 51.

4. *Brunichildis regina.*

d S. Gregorij l. 7. ep. 57.

5. *Clotarij 2.*

a Scolaſticus in appendice apud Maſſonium l. 5 in Clotario 2. in fin.

bit Scholaſticus[a] in appendice. *Tria illi Regi maximè placuiſſe, pietatem, litteras, venationē, ſed ſuper omnia pietatem, qua Deum, Chriſtumque Dominum puro, ſupremoque cultu, in ſinceritate ſpiritus, & veritatis adorauit*, eius ſponſæ Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanę matri ſuæ, patrique Apoſtolico Chriſti D. vicario fideliter obediuit, deuoteque ſeruiuit, vtrumque parentem ſpiritualem maximo reuerentiæ, & charitatis affectu proſequendo. His cōformia ſunt, quæ Aimoinus de eius Regis virtutibus, ita ſcribit.[b] *Patiens fuit* (ſcilicet Clotarius) *litteris eruditus, timoris Dei plenus, pauperibus neceſſaria tribuens, Eccleſiarum Domini, atque Sacerdotum vtilitati conſulens*, &c. Eius Regis filius Dagobertus vt paternæ coronæ, ſic & pietatis, Chriſtianæque virtutis hæres, tanto fidei, Chriſtianæ religionis, & fidei exarſit amore, vt edicto publico, regioque, omnes ſuo ſubditos imperio, huius fidei, religioniſque Catholicæ ſanctitatem amplecti, maieſtatemque ſedis Apoſtolicæ debita deuotione, & obſequio reuereri renuentes intra certam diem, niſi reſipiſcere vellent, vel à regni ſui finibus amandatos, longeque relegatos exilio, bonorumque temporalium iactura mulctari, vel ſi perſeuerare contumaces obſtinatè niterentur, extremo plecti, afficique ſupplicio mandauerit. Qui tanta magnificentia, tam pia honorum effuſione, largitateque in omnes Chriſtianæ, Catholicæque ditionis Eccleſias, & Eccleſiarum Paſtores, miniſtroſque reſplenduit, vt illas pro ſalute animæ ſuæ honorum ſuorū hæredes facere voluerit. Id quod illa quibus valdè pia inſtructione paterna ſuos apud Aimoinum filios, cum regni potentibus hortabatur, verba teſtantur.[c] *Cauſa mihi modo amantiſſimi filij, & quicumque adeſtis Francorum potentes viri, ac ſinctuoſa viſa eſt, vos conuocandi incentio, vt de his quæ pro remedio animæ meæ agere inſtituo, non ego ſolus mihi applauderem. Quia etenim caduca gerimus corpora, animaſque immortales magna nobis fidè diſſimulare nolumus, & indicta probitatis neceſſitas; ne ſi quod abſit minus fuerimus intenti, non ſolùm incorruptionem, quam ſperamus corporum, verum & ipſam æternitatem animarum perpetuis tradamus incendiis. Ideoque ego reminiſcens iuſtis repromiſſa præmia, & præparata iniquis ſupplicia, memor etiam malorum quæ geſſi, teſtamentum ſcribere decreui: quo omnes regni noſtri ſanctorum baſilicas iſto tempore famoſas hæredes faciamus earum quæ eis à nobis tradita ſunt rerum*, &c. Ea ampla multorum, locupletumque munerum largitione Eccleſiis gratificari voluit, earumque redditus augere,[d] vt Paſtores, & Epiſcopi, cum toto earum Eccleſiarum clero pro ſuæ ſalute animæ vota Deo preceſque funderēt, terque in hebdomada ſacroſanctum corporis Dominici ſacrificium, tremendumque myſterium æterno patri litantes offerent.

b Aimoinus l. 4. c. 16.

6. Dagoberti.

c Aimoinus l. 4. c. 30. Dagobertus in ſuæ regni Eccleſias munificentiæ ob pro ſalute animæ ſuæ bonorum ſuorū hæredes faciente.

Dagobertus pro ſe defuncto poſtulat orari

d Aimoinus ibid.

In eodem teſtamento apud Aimoinum filios ſuos Sigebertum & Clodouæum iuniorem, ad veram meritoriamque Chriſtianæ religionis obſeruationem, ſuorumque executionem mandatorum poſtea ſic hortabatur.[e] *Vos autem boni filij conſiderantes primum religionem, cuius gratia eſtis beſtias ligat, manete, fratres nolite exuere, quo onerati eſtis: deinde reueremini me patrem veſtrum, qui rogare malo, cùm poſſim iubere, vt ſtatuta noſtra inconuulſa ſeruetis, ſicut veſtra à ſucceſſoribus veſtris ſeruari velitis. Profectò ſcientes quod ſi à nobis ſancita contemptui habueritis (quod non arbitror) pari modo & veſtra à poſteris decreta contemnentur.* Hæc autem magnificæ pietatis, religioſæ largitionis exercitia in Eccleſias Dei voluit operari, vt cœleſtia beneficia à Chriſto Domino miſericorditer ſibi conceſſa recognoſceret, quibus ſolus imperio Galliæ ſubactis hoſtibus multis proſperitatibus affluens glorioſè, feliciterque regnauit. Vt Aimoinus antè prædicta his verbis ſignificauerat.[f] *Eo anno* (ſcilicet 14. regni huius) *Rex Dagobertus omnibus circumpoſitis gentibus, nationibuſque ſibi ſubiugatis, paceque per circuitum facta, ad pietatem intendit, vtque ſe gratum cœleſtibus in ſe ſupra modum fluentibus beneficiis demōſtraret, vniuerſas pene Galliæ Eccleſias patrimonij ſui hæredes inſtituit.* Huius autē regis pietatem, religioſam in Eccleſias Dei, miniſtroſque earum, effuſionem honorum, aliaſque principe Chriſtiano digniſſimas virtutes filius Sigebertus non modo imitatus eſt, ſed etiam eas multis Chriſtianæ perfectionis gradib[us] exceſſit, atque ſuperauit. Propter quas diuinas, cœleſteſque virtutes, qoibus Deo, Chriſto D. Eccleſię, Apoſtolicæ ſedi, vicarioq. Chriſti D. fideliſſimè, atque religioſiſſimè ſeruiuit, populoſque Galliæ Belgicæ, & Auſtraſiæ ſuæ dominationi ſubditos monitis, vitæque ſanctiſſimæ exemplis ad eas virtutes bonis operibus amplectendas excitauit,[g] Chriſtiana apotheoſi donari, ſanctorumque albo canonizatus adſcribi meruit. Cuius natalis dies primo Februarij quotannis ab Eccleſia memorari celebrarique ſolet: quem defunctum religioſè, præclareque factorum in vita virtute, meritiſque, miraculorū illuxiſſe claruiſſeque fulgore, Sigebertus[h] Gemblacēſis author eſt. Ipſe ſuæ futuræ ſanctitatis, fidei, pietatis, charitatis, aliarūque virtutum admirabilium ſigna certiſſima, maximo portento, præſagioque dederat: cùm in baptiſmo infantulus paucorū dierum nempè quadraginta regenerāti ſe S. Amādo Epiſcopo Tungrenſi ſacro lauacro, rectè formata & articulata voce reſpondit: AMEN. Hic ſanctiſſ. Princeps, vt Catholicæ religionis amantiſſimus, Eccleſiæ Chriſti, eiuſque vicario Pontifici Romano obſequentiſſimus, ſic æquitatis, iuſtitiæque ſeruantiſſimus, ſolus inter omnes principes, Regeſque Chriſtianos, pro raro, ſingulari, vereque admirabili modeſtiæ, contemptuſque mundani principatus exemplo, indomitæ dominādi libidini fręnos inieciſſe fertur.[i] Cùm paterni regni maior ipſe natu minori regni parte contentus, maiorem fratri Clodouæo natu minori concedere, & impertiri voluit, vt liberius operibus miſericordiæ, deuotioni Chriſtianę, diuinarumque rerum contemplationi vacaret. Sed & Clodouæus ipſe huius nominis 2. minor natu fratrem natu maiorem in pietate Catholica, diuinoque in Deum, eiuſq; eccleſiā cultu proximè ſecutus eſt, qui iuxta Chriſti D. præſcriptum, magis quęrere regnū Dei, & iuſtitiam eius, quàm ſecularia deſiderans, hæc in Synodo Clypiacēſi corā patribus, Rege digniſſima Chriſtianiſſimo, dixit.[k] *Quamquā Frācigenæ cines terreni nos intra principatus admonuerit publicis nos rebus conſultores aduocare: tamen prius nobis conuenit ea quæ Dei, & Sanctorum ſunt diſponere, vt poſtmodum ea quæ noſtra ſunt, Deo dante ex ſententia cedant*, &c.

Dagobertus filios ſuos hortatur ad piam religionis Catholicæ deuotionem, ſuorumque obſeruationem mandatorum.

e Aimoinus ibid.

Nota patris dulcitudinem in monendo filios.

f Aimoinus l. 1 cap. 3. l. 4.

7. Sigiberti Regis in Sanctorum numerum relati filij Dagoberti an. D. 657.

g Molanus in natal. SS. Belgiæ die primo Febru.

h Gemblacēſis libro de miraculis Sigeberti Regis.

Sigibertus Rex Franciæ cùm eſſet infans 40. dierum baptizanti ſe reſpondit Amen. ex Aimoino l. 4. c. 20.

i x Baudemūdo in vita S. Amandi apud Surium tom. 1 die 6. Febr. & Hugbaldo monacho in vita S. Richtrudis Nocienſis apud Surium 12. Maij.

8. Clodouæi 2.

k Aimoinus l. 4 c 41. Clodouæus 2. prius quærere voluit regnum Dei quam ſuum.

Concilium Clypiacum hab. tom. conc. 2. tom. 2. concil.

Sed pauca hęc pro multis de prima Regū Chriſtianiſſimorū ſtirpe dedocta nobis hoc loco ſufficiat exēpla produxiſſe, longe plura ſequēti capite ad propoſitum noſtrū de ſtirpe ſecūda relaturis.

CAP. III.

De Pipini I. Carolique Martelli aulæ præfecti regiæ, virtutibus, gestisque præclaris in Ecclesiæ Dei sedisque Apostolicæ defensione & exaltatione contra omnes illius hostes consumptis, quæ illorum posteris imperium Galliæ compararunt.

1. *Probitas, & pietas in Ecclesiæ Christi Domini protectione, & in eius obsequia præstando mandatis, meretur imperium, vt trium Pipinorum, & Caroli Martelli probatur exemplis, sicut contrà vitium, & impietas hæretica & schismatica perdit.*
2. *Admirabiles Martelli de Sarracenis victoriæ Romano Pontifici pro Ecclesia defensione obedientis.*
3. *Pietas Martelli maximè laudanda in conuersione infidelium: vt latiùs per orbem Ecclesiæ Catholicæ potestas, dignitasque dilataretur.*

a Hormisdæ ad Iustinum Seniorē Imp. ep 16. quæ extat tom. 2. ep Rom. Pontif.

Probitas, & pietas in Ecclesiam Dei meretur imperium.

a Ibid.



Vere, iustéque dictum fuisse constat ab[a] Hormisda Pontifice Iustino Imperatori loquente, pietatem, probitatemque, in succurrendo, & obediēdo sponsæ Christi, om- C nium fidelium parenti imperium in alios, principatumque mereri, ex quo cognita principis huius magnitudine virtutum, intulit ipse Pontifex.[a] *Hinc est, quod principatus vobis, ac honores publica iura commiserunt. Nam quod merito eum insignia, generalitatis facta sunt: vota, nemo ita rerum arbiter iniquus extitit, qui passim vos existimet Arcbes inclyta accepisse titulos; cùm negari nequeat dignè vos meruisse imperij culmen, quorum probitatem mundus agnouit.* Quod exemplo clarissimo à tribus Pipinis, maximarum virtutum principibus educto verissimum apparet. Quorum primus sua religione in Deum, pietate in Ecclesiam, sedemque Apostolicā, fidelitate in Regem Dominum suum, iustitia in temp. æquitate mansueta, moderataque in populū suæ fidei, administrationiq. cōmissum, aliísque Christianis virtutibus, viam posteris suis ad arcē Gallici stra- D uit imperij. Qui fuit dux Neustriæ relictus à Clotario 2. filij sui Dagoberti moderator, morūque director, ab eodēque Rege, propter egregias virtutes aulæ præfectura nobilitatus. A quo duo illi Pipini prodierunt, Pipinus 2. eius primi ex filia Begga, religiosissima fœmina Ansegiso filio S. Arnulphi postea coniuge defuncta Metensis Episcopi, matrimonio iuncta, nepos, pater Caroli Martelli, patris Pipini 3. primi secundæ Regum stirpis Franciæ Regis; vt pluribus scribit Stephanus Abbas. qui summatim virtutes Pipini præclaras agens de eius vxore femina sanctissima S. Modoaldi sorore facili hoc, leniq; stylo perstrinxit.[c] *Fuit nāque,* scilicet Pipinus primus,

Magna Pipini primi aulæ præfecti sub Dagoberto I. virtutes posteris ad regnū strauerunt iter.

c Stephanus Abbas in vi-

A *probatissima vita, ac purissima fama, sapiētia domicilium, consiliorum thesaurus, defensio legum, controuersiarum finis, munimentū patriæ, decus curiæ, via ducum, & disciplina Regū.* Et infra de eodem.[d] *Clarebant tunc tēporis in palatio viri strenuissimi, idemque religiosissimi, inter quos eminebat Pipinus Carolomanni filius, dux clarissimus, & maior domus sub Clotario, & Dagoberto, & Sigeberto potentissimis regibus.* Et quibusdā interpositis addidit. *Ea tempestate Dagobertus rerū potiebatur, sub quo idem dux dignitate modicū à sublimitate regia differente præditus, omnia regni negotia, prudētissima regni dispositione ordinabat, præstabatque tam in bello fortitudine, quàm iustitia in pace. Erat enim erga Regē fidei seruātissimus, erga populū verò tenacissimus æquitatis, & in disceptāda vtrorūq. causa fortissimo animi indicio persistens; nec munera populi ad subuertendū ius regiū respiciebat, nec gratiā regis ad obruendā populi iustitiā attendebat, siquidem Deum Regem, hominis Regi præferebat, cuius* B *mandatum prohibitum nouerat, vultū potentis honorari, & personā pauperis in iudicio attendere. Tam ergo quæ plebis erāt plebi defendebat, quàm quæ Cæsaris Cæsari restituebat.* Atque hæ quidē singulares virtutes in principe tanto, in diuina Christi D. gratia, fundatæ, & penitus in charitate Dei radicatæ, solida comparandæ stabiliendæque monarchiæ fundamenta posteris eius extitere. Sicut illis oppositæ peruersitates, iniquitates, impietatesq. magna, fortiaque vetustæ durationis imperia mutatione funesta labefactarūt. Vt videre est in imperio Heraclij erga Deū ingratissimi principis, quod per eius Apostasiam à fide Catholica, impietatem hæreticam, aliaque scelera, eodem ferme tēpore, quo suis virtutibus regni Gallici suę posteritati Pipinus ille fundamēta prospere iaciebat, à barbaris dissipari, vastarique cœpit, cùm sub Mahu- C metis successore Eububezer, Arabes, Sarraceni Gazensem regionem truculenter inuadentes deplorabili, horribilique vastatione populando deuastarūt, præside huius regionis interempto, vnà cum suis cohortibus, & copiis: quas barbaris illis furiosè ad interitum regionis imperialis accurrētibus opposuerat. Quo tempore signa in cœlo visa, indignationis diuinę prænuntia pro Sarracenis aduersus Catholicæ veritatis eiuratores, desertoresque pugnaturæ, Theuphane testante, dicēteque.[e] *Apparuisse ferunt in meridie cometem, gladij speciē præ se ferentem Arabum, (vt euenta declararunt) inualescens imperium demonstrātem.* Completumque tunc est illud Ezechielis.[f] *Mucro, mucro, euagina te ad occidendū, limate, vt interficias, & fulgeas.* Hanc quippè vindictæ vocem, clamoremq; diuinæ iustitiæ impietatē Heraclij, eiusdem abominationis hæreticæ consortium, in vastandis O- D rientalis imperij terris, necandisque populis vlcisci meditantis audire, miserabilesque postea funesti clamoris euentus sentire peccata populi, principisq. meruerunt, adeò vt nec ipse furoris, vltionisque diuinæ gladius semel eductus districtusq; iussus sit in vagina recōdi, secundùm quod apud eundē Prophetam mox sequitur.[g] *Reuertere ad vaginam tuam in loco in quo creatus es, in terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundam super te indignationem, in igne furoris mei sufflabo in te.* Sed missis his Oriētalis imperij ærumnis ab apostasia, & hæretica principum, populorumque contagione profectis ad fausta, feliciaque properemus, quæ Carlouingis in regno Franciæ virtutū meritis aduenere, quas in defensiona Ecclesiæ Dei, honorī-

12 S. Modoaldi Archiepisc. Treuirens.

Magna ob egregias virtutes Pipini primi laudes.

d Idem ibid.

Virtus, & pietas Christiana religionis sinceræ imperium acquirit & firmat: vitium verò & impietas hæretica, schismaticaque dissipat, & perdit.

Romanum imperium à barbaris Sarracenis sub Heraclio propter hæreseon abominationes impunè grassantes dissipari capit.

e Theophan. an. D. 632.

f Ezech. 21.

g Ezech. 21.

da ſedis Apoſtolicæ ſanctitate, colendaque illius præſulis, paſtoriſque maieſtate, ſecundæ Regum Galliæ ſtirpis authores exercuerunt. Atque prætertis antiquioribus patribus, Pipino primo, & ſecundo, à virtutibus, geſtiſque præclaris in eum honoris Eccleſiaſtici finem directis, Caroli Martelli diſcurſus noſtri primordia capiamus.

1. Pars. Admirabiles Martelli de Sarracenis victoria Rom. Pontifici pro Eccleſiæ defenſione obedienti

Cuius in Eccleſiam Chriſti pietas ardens, religioſaque Gregorio 2. Pótifici illum ad arma pro Chriſtianorum ſalute contra Sarracenos cohortanti obedientia conſecrata admirabilem de his Sarracenis multitudine innumerabilibus ſanctorum, præcipue verò Beati Martini precibus victoriam ipſi Martello duci pepererunt.[a] De qua apud Gregorium Turonẽſem appendice, aliſque rerum Gallicarum ſcriptores iſta teſtantur. Cùm Sarraceni (ſcilicet ab Eudone Aquitaniæ duce ex Hiſpaniis euocati in Galliam) irent, *vt baſilicam ſancti Martini Turonenſis incenderent* (poſt igni traditas alias multas ſanctorum, vt S. Hilarii Pictauienſis baſilicas) *Carolum Martellum occurriſſe cũ exercitu, à quo ipſi victi ſunt, deletoque exercitu eorum, rex Abdirama necatus eſt.* Paulus Diaconus his addit.[c] *Sarracenorum necata fuiſſe à Martello trecenta quinquaginta millia, Francorum verò mille tantùm & quingentos in acie generosè, fortiterque dimicantes glorioſa morti occubuiſſe.* Super hunc occiſorum Sarracenorum numerum Anaſtaſius[d] Bibliothecarius addidit numerum viginti quinque millium, nempe Martelli exercitus gladiis teliſque trecenta ſeptuaginta quinque millia trucidata in certamine cecidiſſe. Eundem trucidatorum barbarorum numerum Marianus[e] Scotus aliique recentiores annotarunt.

a Greg. Turon in appẽd.
b Vetus chro. à Pithæ. editũ an. 725.
c Paul. Diac. l. 6. c. 14.
d Anaſt. bibl. in Greg. 2.
e Maria. Scot. in chron an. 725.

Gregorius 2. cum Carolo Martello, ſacrorum iniit fœdus aduerſus Imperatorem impium Leonem Iſauricũ Iconoclaſtam.

Huius principis generoſam pietatem, religioſãque fortitudinẽ in pugnando pro Eccleſia Chriſti, ſedeque Apoſtolica Gregorius 2. agnoſcens illius arma in Italiam, vireſque exercitus Gallici, pontificia euocauit authoritate, vt Leonis Iſaurici imperatoris Iconoclaſtæ furoribus, crudeliſſimiſque contra Eccleſiam Romanam, ſanctique Petri cathedram conatibus obſiſteret, eoſque obſiſtendo confringeret. Quod audiens imperator impius, nefariuſque hæreticus, Italiam, Eccleſiamque in ea Romanam abſtinuit armis impetere, armorum Martelli virtute perterritus: vt[f] Zonaras, & author appendicis ad[g] ſanctum Gregorium Turonenſem teſtes ſunt, qui mutua, reciprocaque munera Gregorij 2. ſancta, religioſaque ad Martellum, Martelli verò ad Gregoriũ Pontificẽ exquiſita, magnificaq; recordatur. Hęc obſequens principi ſpirituali fidelium, Apoſtolicæque rectori ſedis, pietas atque ſincera Chriſto, eiuſque Eccleſiæ ſeruiendi deuotè cupiditas ipſi Martello artis militaris incrementum dedit, virtutem auxit, præliantium ſecum authoritatem conciliauit, felicitatem denique maximã in præliando prælia Domini comparauit. Vnde memorabiles ſecutæ victoriæ.

f Zonaras.
g Appendix ad S. Gregor. Turon. c. 10.

Sarraceni iterum à Carolo Martello in Gallia Narbonenſi vincuntur an. 732

Nam præter ſupradictam victoriam de Sarracenis, fugatiſque Iſaurici imperatoris Iconomachi copiis rurſus Sarraceni, qui agmine, & innumerabili prope exercitu Galliam Narbonenſem occupauerant, illius Martelli indomita fortitudine ſuperantur: ab occupatis munitionibus expelluntur, penituſque fugantur cum inundatione necatorum ſanguinis maxima. Reliquos, qui fuga vitæ cõſuluerant, naues ingreſſos vt in Hiſpanias redirent, luctantes venti, tempeſtatumque turbines naufra-

g Franc. ann. à Pithæo editi ann. D. 731.

A gio demerſos interemerunt; vt Francorum teſtantur[g] annales. Huius principis maxima in Deũ, Eccleſiamque iuncta bellandi fortitudini pietas innotuit; quod in aggrediendis, ſuſcipiendiſque contra Chriſtiani nominis hoſtes præliis ſibi ſemper barbarorum, infideliumque ad fidem Chriſti Domini conuerſionem, pro ſcopo propoſuerit.

3. Pars. Pietas Martelli maximè laudanda in conuerſione infidelium, vt latius per orbem Eccleſia Catholica propagaretur, dilataretur.

Vt ex his quæ ad S. Bonifacium Germaniæ Apoſtolum ab Apoſtolica ſede miſſum Gregorius 3. ſcripſit euidenter apparet, in quibus vtrumque Bonifacium, & Carolum Martellum magnis laudibus effert: quod cum S. Bonifacio ipſe Martellus ſaluti, conuerſionique centum millium infidelium in Baioaria Germaniæ cooperatus vehementer inſudauerit. Sic enim ſanctum Bonifacium per literas pontifex alloquitur.[h] *Doctoris*

B *gentium egregij, & beati Pauli Apoſtoli vox eſt dicentis. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Agnoſcentes itaque ex ſyllabis fraternitatis tuæ, quia de Germaniæ gentibus, quas ſua pietate Deus noſter de poteſtate Paganorum liberauit, & ad centum millia animas, in ſinu ſanctæ matris Eccleſiæ tuo conamine, & Caroli principis Francorum aggregare dignatus eſt.* Sic bellica virtute, armata pietate, religioſaque fortitudine Caroli Martelli, conatibus, laboribuſque ſanctis Apoſtolici præſulis cooperãte, Eccleſia Romana, omnium fidelium mater, noua conuerſorum prole fœtuque multiplicata, latioribus, amplioribuſque principatus, authoritatiſque monarchicæ ſplendores per orbem terrarum finibus expandit, & cum religionis diuinæ profectu dilatauit.

h Ep. Greg. 3. ad S. Boniac. Germ Apoſt.
i Rom. c. 8

Cùm Eccleſia Romana

C vnà cum populo fideli in Italia à Luithprando Longobardorum rege poſt tyrannicas Leonis Iſaurici Iconomachi imperatoris oppreſſiones dirè, crudeliterque vexaretur: vnicum poſt Deũ Gregorius 3. pontifex refugium in vnius Martelli Francorum principis virtute bellica, piaque fortitudine repoſuit. Vt illa literarum huius pontificis ad illum per legatos præter alia clariſſimè verba poſt multas commemoratas hoſtium immanitates iniuriaſque declarant.[i] *Nulla nobis abs te, excellentiſſime fili, refugium facientibus peruenit hactenus conſolatio, &c.* Et poſt multa ita eũ Martellum ad cito ſuccurrendum Eccleſiæ Romanæ coniuratum, per Dei viui nomen, per ſanctas ſanctorum Apoſtolorum reliquias, clauéſque efficaci perſuaſione concitat.[k] *Coniuro te per Deũ vi-*

i Ex epi. poſteriore Gregor. 3 ad Carolum Mart.
k Ibid.

D *uum, & verum, per ipſas ſacratiſſimas claues confeſſionis Beati Petri quas vobis ad regnum direximus, vt non præponas amicitiam regum Longobardorum* (quia ſcilicet Luitprandus eum Carolum ad debellandos Sarracenos iuuerat) *amori principis Apoſtolorum: ſed velocius ſub ſumma feſtinatione ſentiamus poſt Deum tuam conſolationem ad noſtram defenſionem, vt in omnibus gentibus declaretur veſtra fides, & bonum nomen quatenus & nos cum propheta mereamur dicere.*[l] *Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob.* Quod autem non tam celeri, deuotoque obſequio præſens auxilium pontificia iuſſione flagitatum Gregorio parere non potuerit, cita mors ipſius Caroli prohibuit. Adde quod Luitprandus pœnitentia motus ab his contra Eccleſiam Romanam oppreſſionibus abſtinuerit. Quod verò per ſe Eccleſiæ, Romanoque Pontifici omnia quæcumque vellet præſtare non potuit, filius eius Pipinus poſtea cumulatiſſimè, ac religioſiſſimè præſtitit, vt abundè capite ſequenti ſumus Deo duce declaraturi.

l Pſal. 19.

CAPVT IV.

De Pipini heroicis virtutibus, gestisque præclaris in Ecclesiæ Romanæ defensionem, honorem, pacem, incrementumque prosperitatum conuersis.

1. *Præclarè gesta pro Ecclesia seruitio Pipini à S. Ioanne in Apocalypsi prauisa ex Lyrani expositione.*
2. *Deuotio Pipini in gratias agendo Deo pro victoria sine sanguine parta. Eius in Francorum regem prouectio, & inauguratio: postremo eius contra Astulphum Longobardorum regem Romana oppressorem Ecclesia expeditio gloriosa.*
3. *Pipinus venienti pontifici in Galliam procedit in occursum cum maximo honore, & cum humilitate deuota, ad pedes pontificis prosternitur. Hinc eius magna prosperitates.*
4. *Miris laudibus Pipinus propter illius egregias, diuinasque in bonum Ecclesia conuersas virtutes fertur in cœlum à Gregorio 3. propter liberatam ab Aistulphi oppressione Romanam Ecclesiam, cum bonis Catholicis religiosè iubilante.*



PIPINI regis mirabilia, heroicaque facta non mediocri exiguaque pietate, atque deuotione Christiana nobilitata, pro Ecclesiæ Romanæ, sedisque Apostolicæ defensione, eius conseruanda, propagandaque gloria videtur ipse S. Ioannes in Apocalypsi cognouisse, atque denuntiasse: præsertim illa, quæ generosè gloriosèque aduersus Aistulphū Longobardorum regem Ecclesiæ Romanæ, pōtificiæque maiestatis oppressorem fecit, & exercuit. Si sit Lyrano fides adhibenda hæc Apocalypseos cap. 14. verba exponenti. *Et vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.* Vbi per nubem cādidam Franciæ regnum intelligit, moribus, & fide præ cæteris candidatum, per sedentem verò super nubem illam candidam, Regem nempe Franciæ Pipinum Caroli Magni patrem, Martellique filium interpretatur, aurea insignitum corona, vt moris erat Francorum Regem tali corona decorari. In cuius Regis coronati manu, scilicet in potestate fax erat acuta; id est exercitus summè bellicosus, cuius fortitudine, roboreque Pipinus multas memorabiles, gloriosasque pro Ecclesiæ Romanæ defensione, pro conseruando, augendoque eius patrimonio, & gloria victorias consecutus est, præsertim contra Astulphum Longobardorum Regem, grauibus

Præclarè gesta pro Ecclesia seruitio Pipini à S. Ioanne in Apoc. præuisa ex Lyrani expositione mystica.

A sedem Apostolicam, subditosque ipsi Romanos pressuris, vexationibusque prementem. Aliam Angeli visionem mysticè similiter exponit, cùm ad propositum nostrum sic ait.[a] *Et alius Angelus, scilicet Stephanus Papa, exiuit de templo, scilicet Romana Ecclesia clamans voce magna, id est deprecās ex magno affectu ad sedentem super nubem, id est Pipinum Regem. Mitte falcem tuam, & mete, scilicet dirigendo tui exercitus potentiam contra Astulphum tyrannizantem, quia venit hora, vt metatur, id est, vt eius tyrannis per armorum tuorum virtutem, exercitusque potentiam de medio tollatur. Quoniam aruit messis, id est ipse Astulphus, & exercitus eius indurati sunt in iniquitate sua, & misit qui sedebat super terram. Quia Pipinus Italiam valida manu penetrauit, eiusque terram messuit, cùm aduersus hunc* B *tyrannorum Astulphum viriliter, fortiterque pugnauit.* Eum sæpius victum sancti Petri, Romanique Pontificis imperio subiugauit, ablataque deprædatione violenta, Romanæ Ecclesiæ restituere compulit. Hunc ita Lyranus Apocalypseos locum in laudem, prædicationemque pietatis, & fortitudinis religiosæ seruitio, obsequioque Ecclesiæ Christi Domini consecratæ Pipini Regis exposuit. Cuius virtutes non tam humana, quàm diuina miraculis approbatio, quod est admirabilius, videtur magnopere sublimasse. Meritoque de Pipino virtutum heroicarum, Catholicarumque gradibus ad solium Gallici regni non minus approbatione diuina, quàm electione humana prouecto dicere possum, quæ de Iustini senioris electione, promotioneque ad imperii fastigium C Hormisda Papa sentiebat, hunc illis principem recèns imperatoria maiestate nobilitatum verbis affando.[b] *Sed parum est, quamuis iudicio vniuersitatis, suscipere loco præmij iura regnandi, illud magis admirabile, quod ita voce hominum laudabilitate firmatos suscipiunt imperia, vt iudicia sint diuina. Non est dubium electos suos venerabili prædestinatione diuinitatis ad tanta potestatis ornamenta venire, quos sincera fidei documenta circumuallant, vere vobis prophetici Spiritus conuenire verba dixerimus.*[c] *Priusquam te firmarem in vtero noui te.* Tantus Christianæ pietatis, diuinæque charitatis animum, præcordiaque Pipini principis ardor incesserat, tam sanctè vehemens, & ardens Christianæ religionis, fideique Catholicæ, per exteras, ethnicasque nationes longè, latéque propugnandæ D in illius corde altissimis defixa radicibus cupiditas insederat; vt vnà cum fratre Carolomāno, ad conuertendos in Christi fidem, in eiusque sponsæ gremium, per vias lucis Euangelicæ deducendos Germaniæ populos sancto Bonifacio huius nationis Apostolo, socius, & adiutor esse voluerit. Quem propterea Zacharias pontifex miris laudibus, & encomiis efferebat, cum ita ad sanctum illum Bonifacium inter alia multa rescripsit.[d] *Indicasti nobis quomodo, & qualiter tetigisset Deus corda excellentissimorum filiorum nostrorum Pipini, & Carolomāni: vt tibi in prædicatione socij, & adiutores esse mereantur ex inspiratione diuina, quorum merces copiosa manet in cœlis, quoniam benedictus homo, per quem benedicitur Deus.* Quam expectando viuens in terra sic pro centuplo, temporalique remuneratione prosperitatum cumulis abundauit: vt omnia illius fortunæ, felicitatique cederent, gratiaque submixæ diuina celeriter obsecundarent. Quod memorabilis, veréque miraculosa, quam iterato conflictu de Saxonibus,

[a] Lyran in c. 14. Apoc.

Vide Cassian. part. 5 de gestio mundi cōsid. 31.

Approbatio principis virtutum, & iustorum propter eas honorum iudicio diuino longo admirabilior est, quā humano.

[b] Hormisdas ep. 26 ad Iustinum seniorem.

[c] Hierem c. 1.

Magna pietas atque laus Pipini, & eius fratris Carolomanni in propaganda Christi fide, ac religione.

[d] Ep. 9. Zach. ad S. Bonifac. ex to. 2 epist. decret. Rom. Pontif.

Vueſphaliſque Germaniæ populis infidelitatis contagione pollutis S. Suniberti precibus, interceſſioneque reportauit, euidentibus ſignis victoria declarauit, de qua hæc Ludgerus Epiſcopus Monaſterienſis, epiſtola ad Rixfridum Traiectẽſem Epiſcopum de ſancti Suniberti miraculis enarrauit.[a] *Contigit vt idem egregius princeps Pipinus anno ſequenti, ſcilicet 749. Saxones, & Vueſphalos debellans, potituſque victoria cum triumpho cum ſuo exercitu multum laſſo ad Coloniam Agrippinam reditum maturaret, Vueſphali verò dolentes Chriſtianos eis dominari (licet Deo auxiliante triumphali gladio ipſius Pipini victi, profligati, & proſtrati succubuiſſet) indignati valde exercitũ fortem animis feſtinantes denuo congregantes, per compendia itinerum, & deuia exercitum Chriſtianorum praeuenientes poſitis inſidiis multum hoſtiliter, & callidè propè Verdam Pipinum cum ſuis Chriſticolis animosè inuadere, & bellum rurſus inſtaurare, & committere decreuerunt.*

a Epiſtola Ludgeri epiſc. Monaſterienſ. ad Rixfrid. Traiect. epiſc. de miraculis S. Suniberti apud Surium in appẽdic. ad vitam S. Suniberti die 1. Martij.

Quomodo autem idem ipſe Pipinus fidens in Dei auxilio vota nuncupando, preceſque fundendo deuotas, eoſdem Dei, Chriſtianæque religionis hoſtes fortiores, maioreſque quàm antea reparantes exercitus, & copias precibus S. Suniberti fortiter, feliciterque denuo ſuperauerit, idem qui ſupra ſcriptor ita perſecutus eſt enarrare.[b] *Quod inclytus princeps per ſuos exploratores percipiẽs primo parum doluit, tum propter laſſitudinem exercitus ſui, tum propter defunctos, & ſauciatos, fiduciam tamen firmam habens in Deum, recordatuſque miraculorum ſanctiſſimi Suniberti, deſcendens de caballo ſuo proſtratus in terram flexis genibus S. Sunibertum deuota mente inuocans, & auxilium, & patrocinium implorans vouit Deo, & ipſi ſancto Suniberto, quod ſi is pro honore nominis Chriſtiani à Chriſto ſibi, & exercitui ſuo ſuis meritis, & precibus victoriam contra paganos impetraret, & populum Chriſtianum protegeret, vt ſaluum inde reduceret, ipſum in Verda cum ſuis primatibus ſuppliciter peregre viſitaret. Quo emiſſo voto ſtatim lux immenſa ſuper exercitũ Chriſtianorum ſplendens non ſolùm paganos exterruit, ſed & ferè excæcauit, pauorque ingens eos inuaſit, quod cernentes pagani timore valde perculſi formidantes manum omnipotentis Dei Chriſtianorum ſuper eos ſæuire, cœlumque ſuper eos ruere, conſilio celeriter inito, miſerunt duos ſatrapas ad Pipinum petentes quæ ſunt pacis, eique ſe ſubdentes, ac referentes conſtanti animo quæ viderant, & eis contigerant. Pipinus verò cùm hoc audiuiſſet, intelligens hoc meritis S. Suniberti acceſſiſſe, latus in terram cum precibus proſtratus Deum adorans, & gratias deuotè referens receptis à paganis pacis obſidibus Verdam cum ſuo exercitu humiliter intrauit; diſcalceatuſque cum ſuis inclytis primoribus, & præcipuis miniſtris, ſepulchrum S. Suniberti regalibus muneribus, & oblationibus viſitans benedixit Deum, & S. Sunibertum, qui abſque effuſione ſanguinis humani victoriam ſibi contra perfidos praſtitiſſet, & deinceps S. Sunibertum in ſuum protectorem, & patronum, ac ſpecialem elegit aduocatum.*

Vueſphali infideles denuo reparantes prælium callidè & inſidioſe exercitum Pipini inuadentes miraculosè S. Suniberti precibus vincuntur ab ipſo Pipino in Deo omnem ſuam fiduciam iactante.

b Ludgerus epiſc. ibid.

Deuotio Pipini in agendo Deo gratias, pro victoria ſine ſanguine parta.

Hæc pluribus commemorare placuit, quod in illis egregiæ virtutes Pipini, tum maxima Dei miſericordia, benignitaſque in ſoccurrendo principi propter illas virtutes, vt vinceret, appareant. His virtutibus in Eccleſiæ Chriſti tutelam, defenſionemque conuerſis regia corona, cœleſtis, æternæque præuia debebatur: qua tandem poſt varias, diuerſaſque de hoſtibus Dei, eiuſque ſanctæ religionis obtentas victorias omnium Fran-

A corum votis, deſideriis, affectibus, interueniente Romani Pontificis authoritate, pro Eccleſiæ bono, regnique ſalute potitus, regius victor, triumphatorque refulſit. Qui vt electus, ſic illico à Bonifacio Moguntino Epiſcopo, iubente Zacharia pontifice ſacro voctus chriſmate in Francorum Regem benedictionibus cœli cumulatus inauguratus eſt, vt veteres Francorum his verbis teſtantur annales.[c] *Septuageſimo quinquageſimo ſecundo anno ab incarnatione Domini Zacharias Papa ex authoritate Petri Apoſtoli mandat populo Francorum, vt Pipinus, qui poteſtate regia vtebatur, nominis quoque dignitate frueretur. Itaque Hildericus Rex, qui vltimus Merouingorum Francis imperauit, depoſitus, & in monaſterium miſſus eſt, Pipinus verò in ciuitate à ſancto Bonifacio Archiepiſcopo in Regem*

c Anno 751. ex chro. Frãc. à Pithœo edito & Aimoin. 2 Paos Pipinus in Regẽ Franciæ electio & inauguratio an. 752.

B *vnctus regni honore ſublimatus eſt.* Hæc in annalibus, quibus reliqui rerum Gallicarum ſcriptores literarum ſuarum monumentis, teſtimoniſque ſuffragantur. Hoc verò regni tanti ſublimatus honore, quantum Eccleſiæ Catholicæ profuerit, quanta ſancto Petro, eiuſque cathedræ beneficia, ſeruitiaque conſecrarit: quantis reuerentiæ, obedientiæ, beneuolentiæ, & amoris officiis Romanum Pontificem deuotè coluerit, quanta vigilantia, cura, ſolicitudine, ardoreque charitatis vnionem S. Pacis, ſacrumque dilectionis Chriſtianæ, necnon bonæ intelligentiæ inter ſecularem, Eccleſiaſticumque principatum fœdus, ſocietatemque conſeruare, tueri, nexu indiſſolubili firmare contenderit, tota ipſius vitæ religioſæ, iuſtæ laudabiliter actæ ſeries, omnia re-

Annal. Franc. à Pithœo editi. Et reliqui verò Gall. ſcriptores vt Teganus Aimoinus, Gagui. Petrus Æmil. &c.

C ctè facta, nobis ſilentibus ſatis clarè, aperteque loquuntur & clamant. Euectus in tanti ſolium regni maiori diuini honoris zelo carpitur, ſanctiori defendendæ protegendæque eius Eccleſiæ feruore charitatis accenditur. Audit periurum Longobardorum regem Aſtulphum in ſacratiſſimam ſedem, Romanam aliarum matrem, reginamque Eccleſiam, immanibus ad illius ruinam, vt ſancti Petri patrimonium deglutiret, cupiditatibus efferari. Protinus ad arma ſuos vocat, vt collecto exercitu Alpium cacumina prætervectus in medio Italiæ contra impium tyrannum aduolans iubenti præſidium, flagitantique præſens auxilium Romano Pontifici totis viribus opitularetur. De huius periuri, fidefragi-

D que tyrannicis in ſedem Apoſtolicam, Romani Pontificis iura, principatumque molitionibus, de Romani Pontificis votis, ſupplicationibuſque ad Deum, vt tantam malorum inſtantium nubem à capite vniuerſalis Eccleſiæ miſericorditer auerteret: ita loquitur Sigonius.[f] *Aſtulphus Longobardorum rex initio regni ſui pacem cum Zacharia pontifice Romano, deinde cum eius ſucceſſore Stephano 2,* (qui tertio die à creatione ſua repentino interitu exceſſit è vita, bibliothecario Anaſtaſio teſte) *innouatam iuramento confirmarat. Sed quoniam ambitio, & imperij latius propagandi cupiditas tantùm incęs in animis principum habet, iureiurando per ſummum facinus contempto, & exarchatu Rauennate in ſuam poteſtatem redacto, Romam armis laceſſere cœpit, vt eam ſi poſſet ſuæ ditioni adiungeret, cùmque multis fruſtra tentatis ad fidem ſeruandam induci, placarique non potuiſſet, ſanctiſſimus pontifex Stephanus* (ſcilicet huius nominis tertius) *ad Deum ſupplex confugit, vt orationibus, & lachrymis obtineret quod ab impio rege impetrare non poterat. Mandat igitur iuriſiu-*

Oppreſſionem Eccleſiæ Romanæ, eiuſque principatus Aſtulphus tyrannus Longobardor. rex aggreditur, à Pipino rege poſtea repreſſus, atque ſuperatus pro ſede Apoſtolica laborante.

f Sigon. l. 3. de regno Italiæ. Pietas, & deuotio Rom. Pontificis in ſupplicando Deo contra tyrannum Aſtulphum Deum ad miſerandũ & ſuccurrendum Eccleſiæ exiſtente.

randi ab illo præstiti formulã tabulis exceptã ad crucẽ prælatã affigi. Ipsi verò cũ populi Romani, Clerique instructo agmine in solemni publicæ supplicationis pompa nudis pedibus incedens multis antistitum comitãtibus, seruatoris imaginem miraculis illustrem humeris gestabat. Tam religiosas preces sic exaudit Deus, vt armis Pipini Galliæ Regis coactus Astulphus reddiderit Ecclesiæ quidquid per vim abstulerat. Et non multo post miserandum in modum è viuis excesserit, excussus, & ab equo preceps lapsus (vel vt aly narrant) ab equo dilaniatus. Hæc Sigonius. Sed præstat vt merito Pipini pietatem, deuotionemque religiosam in sedem Apostolicam, Romanique Pontificis honorandam maiestatem, magis admiremur, honores illos maximos considerare, quibus ipse Rex Stephanum pontificem venientem in regni sui partes auxilium à se contra perfidi Loogardorum regis oppressiones petiturum, vnà cum coniuge natisque suis, magna nobilium caterua comitatus affecit. Quos his verbis in Stephano 3. Anastasius expressit.[a] *Audiens verò idem rex eiusdem beatissimi pontificis aduentum præuio Christo*, inquit Anastasius, id est præeunte sacrosancta Eucharistia, vt moris est peregrinantibus Rom. Pontificibus *vnà cum coniuge, filiis, etiam & primatibus, pro quo & offerens centum millia, filium suum nomine Carolum in occursum ipsius coangelici Papæ direxit, cum aliquibus ex suis optimatibus. Ipsique in palatio suo in loco qui dicitur Pontico ne ad ferè trium millium spatium descendens de equo suo, cum magna humilitate terra prostratus, vnà cũ coniuge, & filiis, & optimatibus, eundem sanctissimũ Papam suscepit. Cui & vice stratoris, vsque ad aliquantum locum, iuxta eius sellarem properauit.*[b] Addit postea Anastasios Pipinum regem post maximos honores præstitos, summamque obedientiam sanctissimo patri delatam in regium palatiũ honorifice deducto, omnia quæcumque poposcerat auxilia, pro sedis Apostolicæ defensione, contra Astulphi tyrannicas insanias se illi præstiturum prompetissimo animo spopondisse, eiusque tuendæ, honorandæque maiestati spirituali se totum, vna cum liberis, regno, eiusque viribus religiosè consecrauisse. Tantis affectus honoribus pontifex à Pipino rege, eius pietatem, deuotionem, obedientiam, charitatem erga se, sedemque Apostolicam admirans, vt eum regem honore, reuerentiaq; reciproca amantissimè coleret *in Ecclesia S. Dionysii prope Parisios in cuius monasterio morabatur, inquit Anastasius, post oblationem sacratissimi sacrificii, vnxit in reges Francorũ florentissimum regem Pipinum, & duos filios eius Carolum, & Carolomannum, sed & Bertradam ipsius inclyti regis Pipini coniugem, indutam Cycladibus regiis, gratia septiformis Spiritus sancti in Dei nomine consecrauit. Atque Francorum proceres Apostolica benedictione sanctificans, authoritate B. Petri sibi à Domino Iesu Christo vero Deo tradita obligauit, & obtestatus est, vt nunquam de altera stirpe per succedentium temporum curricula ipsi vel quique ex eorum progenie Regem super se præsument aliquo modo constituere, nisi de eorum propagine. Quos & diuina prouidentia ad sanctissimam Apostolicam sedem tuendam eligere, & per eum videlicet vicarium sancti Petri, imo Domini nostri Iesu Christi in potestatem regiam dignata est sublimare: & vnctione sacratissima cõsecrare.* Hęc Anastasius, qui postea celeritatẽ Pipini regis describit Alpes illico cũ exercitu magno prætervectũ in

Similia habet Anast. bibl. in Steph. 3.

a Anast. bibl. in Stephan.

3. Pars: Pipinus venienti pontifici in Galliam procedit in occursum cum maximo honore, & cum humilitate deuotam ad pedes pontificis aduenientis prosternit.

b Ibid. Anast.

Pipinus totum se cum imperii viribus Stephani pontif. defensioni, seruitioque consecrat.

Stephanus Pipinum, & filios vnà cum coniuge sacra vnctione consecrat diuinaque perfundit benedictione.

c Anast. bibl. in Stephan. 3.

Præclarum Stephani de regis Pipini, & filiorum virtutibus pro Ecclesia defensione elogium, ac vaticinium.

A conficiendo bello contra tyrannum Astulphum, quem suis victum, subiugatumque armis, omnia de patrimonio sancti Petri, quæ violenta ipse deprædatione rapuerat, restituere coegit. Quod se facturum Astulphus iureiurando ipsi Pipino victori promisit.

Sed periurus, & datæ fidei temerator iniquus, quod spoponderat minimè compleuit effectu.[e] Sed per regressum Pipini in Galliam nihil sibi mali, sinistrique metuens, multo crudeliùs, multoque immaniùs, quàm antea ad interitum, vastationemque Romanæ ciuitatis efferatur. Quã dirissima per tres menses obsidione premens, omnes terras, Ecclesiæque Romanæ possessiones, cum truculenta incolarum cæde ferro, flãmaque cum extrema omnium rerum desolatione populabatur. Clamans, atque instar furentis, rabie diabolica perciti Pharaonis, iustorum sanB guine satiari cupidi, vociferans, [f] *persequar, comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea, euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.* Quod per literas Stephani Pontificis rex Pipinus intelligens, omni sublata mora, collecto celeriter exercitu in Italiam ad auxilium Romani Põtificis, Ecclesiæque, sub grauissimo calamitatum maximarum pondere gementis non tam currendo, quã volando properat; ibique felicitate mirabili crudelissimum hostem Ecclesiæ, execrabili periurio fœdatum, sceleratissimum sedis Apostolicæ, vicariique Christi persecutorem, subito omnibus spoliatum viribus, copiisque internecioni traditis exterminauit, exterminatumque Pontificis Romani pedibus, imperioque subiugauit: quem arrogantet, atque superbè paulo ante suæ tyrannicæ dominationi subiicere conabatur. Vt iam de illo humiliato, domitoque tyranC no illud regii vatis occinere decuit. [g] *Humiliasti sicut vulneratum superbum*, & à tanta tyranni, perfidique crudelitate liberatus pontifex, virtute Pipini cum exultatione, illud sancti Petri decessoris sui merito canere potuit. *Nunc scio verè quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis.* Et illud Dauidicum. [h] *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me: multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me, nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi.* Victo igitur triumphato tyranno Astulpho præter illa tam memorabilia seruitia, meritoriaque pietatis, fortitudinis, atque charitatis officia, quæ Ecclesiæ Romanæ, pontificique maD ximo in liberandis illis à tanti tyranni ferocitate contulit, generosoque pectore profudit: rursus pietatis, charitatisque suæ in eandem omnium fidelium matrem Ecclesiã sinus largius expandere cupiens, antequã in suũ Galliæ regnũ remearet, multarum possessionum, vrbium, regionum, terrarumque Romanam Ecclesiam magnifica donatione locupletare voluit; vt sic ampliorem Dei misericordiam, gratiamque sibi, posterisque thesaurizaret. De qua hæc Leo Ostiensis.[i] *Fecit autem idem rex inclytus vnà cum filiis concessionem B. Petro, eiusque vicario* (scilicet successori) *de ciuitatibus Italię, & territorio per designatos à Lunis cum insula Corsica, inde Suranam, inde montem Bardonem, Versetum, Parmam, Regium, Mantuam, & montem silicis, simulque vniuersum exarchatum Rauennæ, sicut antiquitus fuit, cum prouinciis Venetia-*

Idem ibid.

Pipinus Astolphum a extremis armatus transgreditur contra Astulphum quem vicit.

3 Pars. Prosperitate Pipini, ac trophæo dicto benedictione à suo et sedem Apostol. pietate & charitate professo

e Idem ibid.

f Exod. c. 15.

Secunda Pipini in Italiam expeditio, qua tyrannum Astulphum penitus exterminauit.

g Psal. 18.

Actor. 12.

h Psal. 70.

i Leo Ostiens. l. 1. hist. Cassinen.

rum, & Iſtria, cunctumque ducatum Spoletinum, & Beneuentanum, eamque donationem manu propria, & filiorum, plurimorumque medicum & optimatum ſubſcriptione roborauit. Demum idem rex unà cum Romano Pontifice in Italiam veniens Rauennam, & alias viginti ciuitates eidem Aſtulpho memorato ſublatas Apoſtolicæ ſedi ſubiecit. Cuius rei gratia Romanus patricius conſtitutus eſt, &c. Hæc Leo. Quãtis verò laudum, prædicationumque titulis, encomiiſque heroicas, & admirabiles benedictione cœleſti, gratiaque Spiritus ſancti fœcundas Pipini Regis Franciæ virtutes, quibus tot ſeruitia, tot auxilia, tot obſequia, tot præſidia, tot denique cuiuſque generis in ſedem Apoſtolicam, Eccleſiamque Romanam beneficia redundarunt, Stephanus pontifex extulerit, elataſque pro ſingulari gratiarum actione religioſiſſime mactauerit: teſtis eſt illa præclara ſingularis eruditionis, & eloquẽtiæ eiuſdem põtificis ad ipſum Regem Pipinum religioſiſſimis plena votis, affectibus, gratiarum actionibus, exultationibus, iubilationibuſque cœleſtibus epiſtola, longa quidem, ſed magnarum multitudine rerum breuior quàm res tantæ dici poſſent; & quò longior, eò præclarior, & legentium auribus, animiſque ſuauior. Huius initium eſt, [a] *Explere linguâ, excellentiſſime fili, non valemus quantum tuo opere tua vita delectamur. Facta quippe diebus noſtris virtute diuina miracula vidimus. Quod per excellentiam tuam ſancta omnium Eccleſiarum mater, & caput fundamentum fidei Chriſtianæ Romana Eccleſia, quæ valde ab hoſtiũ impugnatione lamentabatur, magna nũc gaudij ſoliditate mirum eſt tranſlata, atque confirmata, & mœrentes Chriſtianorum animæ tuo fortiſſimo præſidio, maxima ſunt releuatæ lętitia.* Poſt hæc quantam ſibi gloriam, meritumque futuræ felicitatis ex liberata Eccleſia Romana, releuataque in priſtinam libertatem, dignitatem, & honorem ipſe Pipinus acquiſiuerit, ita læto, grati, exultanteque triumphantis orationis ſtylo demonſtrauit. [b] *Propter quæ veſtro opere, & exultatione noſtra libet cum Angelis exclamare.* [c] *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Et quia elapſo anno iſto in tempore valdè ab hoſtium depopuloſa impugnatione ſanciati, & vltra citraque circumdati affligebamur: nunc autem tuo potentiſſimo auxilio erepti ab imminentibus periculis immenſo exultamus gaudio, & benedicendo nomen Domini cum Pſalmographo conſona dicimus voce.* [d] *Hæc eſt mutatio dexteræ altiſſimi: Et rurſus.* [e] *Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Cuius enim vel ſaxeum pectus tam benigno opere à tua præclara bonitate peracto, cognitoque non ſtatim omnipotentis Dei laudibus, atque in tua excellentia amorem emolliſcat? Hæc me fateor excellentiſſime fili, & ſpiritualis compater, quæ per te mirabiliter facta ſunt ſæpe cõuenientibus ex orbe vniuerſo terrarum nationibus dicere, ſæpeque cũ illis pariter admirari, delectas & extenſa voce melliflua excellentiæ tuæ laudes perſoluere indeficienter.* Et cætera quæ magna virtute dicendi præ nimia conſolatione, & lætitia in laudes ipſius principis ſingulares, eximias, immortaleſque pontifex effundit. Quas benedictiones cœleſtes, diuinæque ſequuntur, quibus ipſum Pipinum, eius vxorem, & filios ad temporalem præſentis vitæ, omni bonorum cumulatam genere proſperitatem, æternamque felicitatem maxima deuotione perfudit: de quibus ſuperiori libro nonnulla recenſuimus. Earum propterea hîc cõmemoratione merito ſuperſedemus. Nunquam illum principem quoad vixit, propter tot, tantaque in Eccleſiam Romanam collata beneficia, ſeruitiaque, cœleſtibus perfuſum benedictionibus proſperitas, gratiaque diuina deſeruit. Quã in bellicis, arduiſque rebus anno ſequente à liberata Romana Eccleſia hoſtes bellicoſiſſimos [f] fortiſſimoſque Saxones, compreſſit, domuit, domitoſque tributarios ſibi factos in legum ſuarum obſequia, ſeruitiaque iurare coegit, vt Rhegino Sigebertuſque [g] memorarunt.

4 Pars. Miris laudibus Pipinus à Greg. 3. propter illius egregias dotes, aſque in bonum Eccleſiæ conuerſas virtutes fertur in cælum.

a Habetur hæc epiſt. in ſcriptis Cod. Pamini & apud Baron. to. 9. an. D. 765. n. 8 & ſeqq. ad fin.

Ex maxima triſtitia, & calamitate Romana cum ſuis fidelibus Eccleſia in maximam iubilationem ſelicitatemque per virtutes Pipini conuerſa eſt.

b Ibid.

c Luc. c. 1.

d Pſal. 76.

e Pſal. 29.

Saxones victos ſibi fecit tributarios Pipinus

f Rhegino. Sigebert. an. D. 757.

g Vetus chro. & Aimoinus.

Poſtea anno ſalutis 760. vindicem ſe rerum Eccleſiaſticarum, vt ſemper fecerat exhibens, magnum in Aquitaniam exercitum direxit, aduerſus illius ducem Vuaifarium, violentum Eccleſiæ bonorum deprædatorem, quem vicit, victumque deprædata bona Eccleſiæ reddere coegit. At periurio commaculatus Aquitaniæ dux ipſe, cùm Pipino promiſſa facere renueret, ablataque Eccleſiæ reſtituere deprecaretur: coacto rurſus exercitu, Pipinus aduerſus eum ducem celeriter accurrit: cuius victi, necatique toto Aquitaniæ ducatu Rex ipſe Pipinus belli iure potitur. Et ſicut iuit de virtute in virtutem, ſic de proſperitate in proſperitatem, vſque ad vltimum vitæ ſpiritum eundo beatiſſimus euſit, quẽ vt ſapienter, religioſéque vixit, ſic feliciter glorioſeque ſpiritum Deo reddidit, illico ad æterna cœlorum tabernacula aditu, ianuaque bonorum operum, patefacta peruenturus.

Ob defenſam Eccleſiæ cauſam bona iure belli Aquitaniæ ducatu potitur Pipinus.

CAPVT V.

Caroli Magni pura fides, ſincera Catholicaque de ſuprema Romani Pontificis in Eccleſiam Chriſti poteſtate, ſediſque Apoſtolicę ſuper omnes Chriſtiani orbis Eccleſias principatu, confeſſio. Propter quod ſummis honoribus, obſequiis, muneribuſque maximis, hanc ſacratiſſimam ſedem, eiuſque præſulem, Chriſti Domini vicarium quoad vixit, coluit, & honorauit.

1. *Magna Caroli M. humilitas in obediendo, & fides in credendo ſupremæ Pontificiũ Rom. authoritati.*
2. *Epitaphium Hadriani Papæ defuncti à Carolo Magno compoſitum, eius principij fidem de ſummo Pontificis Rom. principatu, & in eum ipſius principis amorem, honoremque teſtatur.*
3. *Liberat Carolus Magnus à tyrannide Græcorum electionem, & approbationem Pontificii Rom. cui ſe totum cum imperio conſecrat.*

4. Honor à Carolo Magno Leoni 3. oblatus ad se in regnum Franciæ veniente; item eius munificentia in Ecclesiam Romanam maxima.



SECVNDVM multitudinem, magnitudinemque virtutum pleruḿque solet Deus misericors, & iustus in terra pro centuplo fidelibus suis æternā præterea vitam expectāribus abundantiam rependere prosperitatum. Quod in Carolo Magno adeo clarum, perspicuumque innotuit, vt hoc non videre, & cognoscere obscurius esset cæcutire, quā velut in tenebris sole lucente palpitare. Illo namque principe potentissimo, regeque Christianissimo alium feliciorem inuenire inter mundi potentes arduum plane, atque difficile credimus. Quia maiorem illo ad obediendum Christo Domino, eius sponsæ, vicarioque paratiorē reperiri posse non arbitramur. Qui in ista gloriosa imperii latitudine, triumphantique regnandi dominatione, tot victoriarum coronata lauris, quantò principatibus, armisque potentior, quantò facultatibus, honoribus, opibusque locupletior extitit, tantò humilior sponsæ Christi Domini, eiusque vicario obsequentior, tantoque in supremā illius Dominici vicarij super omnes fideles quoad spiritualia potestatem credendo fidelior apparuit. Illius Regis, principisque capitula consideremus, præsertim illa viginti tria, quæ ad omnes imperii sui nationes, prouincias, populosque suæ dominationi subditos, victoriæ palmis, trophæisque saturatus, fideliter obseruari iubendo direxit. In quorum vno suam in parando Romanæ Ecclesiæ rectori obedientiam, fidelemque de summa sedis Apostolicæ super omnes Ecclesias authoritate persuasionem cunctis illud legentibus expressit. [a] *In memoriam Beati Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam, & Apostolicā sedem, vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat Ecclesiasticæ magistra rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas, vt licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus.* Cuius principis amor, & honor in hanc sedem Apostolicam, eiusque pastorem, religiosæ maximorum munerum in eius supremæ potestatis agnitionem, agnitionisque fidem oblationes his scripta versibus in eius annalibus inueniuntur.

Carol. M. humilitas magna in obediendo, & fides in credendo suprema pontificiæ Rom. potestati.

a Caroli M. c. vnum de 23. ex Iuone, & Nauclero volu. 2 gen. 25. Can. in memoriā dist. 19

Lib. 5. annal. Carol M. an. 890. scriptor.

Præque locis sanctis aliis specialiter eius
Mentis Romanæ sedis inhæsit amor.
Nam sanctum venerās Petrum, qui claniger extat
Cæli, quique chori primus Apostolici.
Eius ad Ecclesiam donaria maxima sæpe
Mittens, thesauros contulit innumeros.

Cuius in Ecclesiam Dei pietas tanta fuit, tanta in sedem Apostolicam reuerentia, deuotioque tanta in exaltanda, promouendaque Ecclesiæ Romanæ maiestate, vt non tam regem terrenum, quàm summi Dei, regisque regum sacerdotem omnes boni per honorem principis tanti maximum, fideles que vocitarent. Hæc enim de rege tanto Teganus scriptor antiquus enunciauit. [b] *Caroli Magni regis quidem circa diuinum cultum, & sanctę Ecclesiæ exaltationem possimus nitebatur animus, etiam non regem, sed vociferarentur sacerdotem.*

b Tegan. antiquus Franc. annalista in vita Carol. M.

Quanta reuerentia, & honore Hadrianum pontificem huius nominis primum, tāquam vniuersalis Ecclesiæ principem, Christique Domini vicarium ipse rex Christianissimus affecerit, quanto amore, dilectioneque, vt sanctissimum omniū fidelium parentem religiosè dilexerit: quanta denique de illius sublimi supremaque super totum Christi Domini gregem potestate, principatuq; diuinitus instituto, fidei Catholicę luce refulserit, illi versus egregij epitaphij, quod à se compositum in honorem illius pōtificis ipse rex inclytus eius tumulo iussit apponi, manifestè, perspicuéque testimonio fideli comprobant; ex quibus hos collectos hic apponemus.

2 Pars. Epitaphium Hadriani Papa defuncti à Carolo M. depositum eius principis fidem de summo Pontificis Rom. principatu, eiusque in illū amorem & honorem testatur.

Hic pater Ecclesiæ, Roma decus, inclytus author,
Hadrianus requiem Papa beatus habet.
Vir cui vita Deus, pietas lex, gloria Christus,
Pastor Apostolicus, promptus ad omne bonum.
Nobilis ex magna genitus, iam gente parentum,
Sed sacris longè nobilior meritis,
Exornare studens deuoto pectore pastor
Semper vbique suo templa sacrata Deo.
Ecclesias donis, populos & dogmate sancto
Imbuit, & cunctis pandit ad astra viam.
Pauperibus largus, nulli pietate secundus,
Et pro plebe sacris peruigil in precibus.
Doctrinis, opibus, muris erexerat arces,
Vrbs caput orbis honor inclyta Roma tuas.

Postea ingentem animi sui ex illius, quem suum honorificè patrem appellat, obitu dolorem summi amoris indicium sic exprimit.

[c] *Post patrē lachrymas Carolus hæc carmina scripsi:*

c Ibid.

Tu mihi dulcis amor, te modo plango, pater.
Tu memor esto mei, sequitur te mens mea semper,
Cum Christo teneas regna beata poli.

Et circa finem se filium Hadriani, & Hadrianum patrem suum ex summo charitatis, & honoris affectu nominat hæc dicens.

Tu memor esto tui nati, pater optime, posco,
Cum patre dic natus pergat & iste meus.
O pete regna pater felix cœlestia Christi,
Inde tuum precibus auxiliare gregem.
Dum sol ignicomo rutilus splendescit ab axe,
Laus tua, sancte pater, semper in orbe manet.

Nec vnquam ab hac sancta de primatu sancti Petri, eiusque successoris Romani Pontificis fide desciscere, nec ab illa filiali dilectione, obedientia, honoreque in patrem sanctissimum etiā factus imperator recedere voluit. Quin imo hac imperatoria maiestate sublimatus, summissiùs, se humiliùsque erga summum illum vniuersalis Ecclesiæ pastorem gerere desiderauit, vt ex capitulo [d] illo supra in huius capitis fronte posito clariùs innotuit.

d Hoc capitulum in cōcilio Tiburtī repertum legitur c. 30.

Hac sincera tantæ majestatis, dignitatisque pontificiæ, à Christo Domino diuinitus institutæ persuasione, fideque confirmatus tanto hunc Christi D. vicariū, Ecclesiæque Romanæ sanctitatem sublimem honore, reuerētiaque cōplexus est, vt non modo Rom. Pontificis electionem à Græcorum imperatorum tyrannide liberauerit, sed vice versa statuerit, vt in posterum Rom. imperator non haberetur, debitoque honore minimè coleretur, nisi quem Rom. Pontifex confirmauerit, diuina benedictione, vnctioneque consecratum, ad moderandos imperij fasces inaugurauerit, teste [e] Krantio, contra imposturā, & cōmentum Sigeberti, qui vt assentator imperatori schismatico

3. Pars. Liberat Carolus M. à tyrannide Græcorū electionem, & approbationē Pōtificum Rom.

e Krant. l. 1. metrop. c. 14.

Sigiberti schismatici impostura de Hadriano data Carolo M. eligendi pontificem refellitur.

In fine chron. ann. D. 1112.

schismatico Henrico 4. (cuius viuebat tempore) A blandiretur, magno mendacio suis scriptis affinxit, Carolum M. victa, captaque Papia vrbe, Romam venisse, ad concilium, in quo (planè commentitio, & ficto) comminiscitur impostor schismaticus ab Hadriano pontifice concessam fuisse Carolo M. Rom. Pontificem eligendi potestatē, sicut inuestituræ. Quod commentum, imposturamque homo dolosus, & malæ fidei, in gratiam schismatici imperatoris sibi tunc Ecclesiarum inuestituras contra Romani Pontificis, Ecclesiæq; decreta perfidè, & iniustè vendicantis, post annos trecentos & triginta octo ab illo commentitij, fabulosique concilij tempore confinxit. Nullum sibi scriptorem conscium habens, qui ante eum hoic mendacio, ne leui qoidem coniectura assensum præbuisse censeatur. Nullus enim rerum Francorum descriptor huius imposturæ meminit, & apud Eginhardū, qui Caroli M. lateri semper inhærebat, vitam eius fidelissimè, copiosissiméque descripsit, de hoc commentitio concilio, profectioneque Caroli M. Romam, capta Papia, mirum silentium. Statim enim Carolus à capta Papia magnis itineribus maturauit in regnū, quod videbat crudelibus Saxonum bellis ardere. Sed misso hoc commento, explosoque, redeamus ad Carolum Magnum, qui sanctitatem, & sublimitatem potestatis à Christo Domino pontificiæ maiestati diuinitus attributam sincera fide cognoscens, & religiosa beneuolentia colens, imperium suum, sicut à Romano Pontifice acceperat, sic ab eius benedictione dependere, conseruarique desiderabat zelo Christianæ charitatis inflāmatus, non cupiditate regnandi latius, vt orientalis ille imperator Emanuel. Qui imperium suū, se, suaque omnia Alexandro 3. Romano Pontifici subiicere, & consecrare volebat, modò sibi occidentale imperium Frederico deposito Ecclesię romanæ, sedisque Apostolicæ perduellione, hosteq; nefario restituere dignaretur: quod Leo 3. tēpore Caroli magni ab oriētali diuulserat. In qua re præstāda Alexander oriētali imperatori gratificari omnino recusauit. Sic.n. huius oriētalis imperatoris apocrisiarius, vt habebat in mandatis Domini sui, Alexandro 3. loquebatur, cùm Beneuentū peruenisset, vbi tūc pōtifex ille morabatur. C

Carolus M. imperium suum ab authoritate & benedictione Rom. Pontificis pendere optauit, melioré intentione, quàm Emanuel imperator orient.

a Ex actis Alexand. 3 Papæ an D. 1170.

b Ioan. 10.

[a] *Dominus imperator tādiu desiderio desiderauit exaltare, & honorare Ecclesiam Romanam matrem suam, & personam vestram. Nunc autem cùm videat Fridericum imperatorem eius aduocatum, qui ex officio suo eam deberet ab aliis tueri, atque defendere; autem esse illius impugnatorem, & persecutorem, magis vult eidem Ecclesiæ seruire, atque succurrere. Et vt temporibus istis illud Euangelicum impleatur verum.* [b] *Et fiet vnum ouile, & vnus pastor, Græcam suam Ecclesiam in eo statu in quo antiquitus fuisse dignoscitur, eidem Romanæ Ecclesiæ vnire desiderat, atque subiicere, dummodo sibi velitis iura restituere. Vnde rogat, & postulat, quatenus prædicta Ecclesia aduersario imperij coronam tam priuato schismatis causa sibi eam prout ratio est, & iustitia exigit restituatis. Pro cuius rei complemento, quidquid videritis necessarium in sufficienti pecuniarum summa, atque in potentia, & virtute armorum, iuxta vestrum beneplacitum paratus est elargiri, atque soluere, absque mora.* Quæ bonorum oblatio pro salute Ecclesiæ placuit Alexandro Pontifici: licet bona oblata non accepe- D

A rit, pro qua gratias egit: coronam verò, quam postulabat, precibusque sibi concedi flagitabat, dare, eaque orbem occidentalem spoliare planè renuit, qua illum Leo 3. in persona Caroli Magni glorificauerat.

4 Pars. Honor à Carolo M. Leoni 3. oblatus ad se in regnū Francia venienti mirobiliter per SS. Apostolorū intercessionem oculis linguaque sanatus, quibus illum sceleratissimi Hadriani nepotes mutilauerant.

c Anastas. in Leone 3.

Cùm Leo 3 in lingua, oculisq; miraculosè SS. Apostolorum precibus sanatus, quibus eū crudelissimè Hadriani defuncti de cleri grege nepotes sceleratissimi mutilaoerant, in Franciam ad Carolum M. tanquam ad sacram anchoram, asylumque refugij, hostium suorum immanissimas fugiens crudelitates accurrisset: tantis eum Carolus M. honoribus affecit, obsequijsque religiosis vnà cum filijs, cunctisque regni sui ordinibus prosecutus est, quantis maiores excogitare difficile videbatur: vt pluribus Anastasius [c] in Leone 3. commemorauit. Quantæ verò magnificentiæ, quàm celebres, & eximiæ sæpius in romanam B Ecclesiam, sedemque Apostolicam copiosissima largitate profusæ, hunc principem serenissimum, Christianissimumque nobilitauerint, cōmemorare longum esset. Qui cùm Saxones sæpius à se victos, posteaque sæpius denuo contra pacta cōuenta, promissaque contra datam fidem, factumque solemniter iuramentum rebellantes, ad extremum tandem omnino debellauisset, bello cōtra illos Eginhardo teste, vsque ad triginta septē annos producto: propterea totam hanc gentem, tam numerosam populis, tam fortem armis, belloque potentem, opera, & intercessione S. Petri, suo tandem viribus penitus enervatam, agnoscēs se post tot prælia, pugnasque terribiles imperio subiugasse in tanti beneficij agnitionem, animique grati memoriam totam illam nationem, multis, & magnis vrbibus, prouincijsque distinctā S. Petro eiusque romanæ Ecclesiæ vectigalem, C sicut suam antea Galliā fecerat princeps religiosissimus obtulit. Vt Gregorius 7. testis est, [d] epistola ad Petrum Albanensem Episcopū, & principem Salernitanum sua in Galliæ regno legatione fungentes. Alterius munificentiæ, qua romanæ Ecclesiæ in honorem S. Petri gratificari voluit alio factæ tempore Eginhardus his verbis in vita Caroli M. meminit. [e] *Colebat Carolus præ cæteris sacris, & venerabilibus locis apud Romam Ecclesiam Beati Petri Apostoli: in cuius donaria magna vis pecuniæ, tā auri quàm argenti, necnon & gemmarum ab illo congesta est, multa, & innumera pontificibus munera missa, nec ille toto regni tempore quidquam duxit antiquius, quàm vt vrbs Roma sua opera, suoque labore veteri polleret authoritate, & Ecclesia sancti Petri, non solum per illum tuta & defensa, sed etiam in suis opibus præ omnibus Ecclesijs esset ornata, & ditata.* Qui sub fine anni D. 795. Hūnorum, siue Auarum à se domitorum thesauros omnes in hanc Ecclesiam romanam largiter effudit, detracta eorum parte, quam alijs Ecclesijs, officialibusque regni, Adone teste Viennensi, distribuit. Cuius ardens adeo benefaciendi Christi D. sponsæ, romanæque Ecclesiæ matri cæterarū pietas emicuit, & efferbuit, vt sua bona in illam ex deuotione rependentes liberos ab omni tributo esse voluerit. Paternāque donationem non solùm confirmauit, sed eam noua terrarum, pagorum, vrbium, regionumque donatione multo fœcundiorem, ampliorem, auctiorem que reddidit. Cuius donationis synopsim supra contexuimus.

Munificentia Caroli M. in Rom. Ecclesiam immensa.

a Galliam Ecclesiæ Rom. vectigalem fecit Carolus M sicut Saxoniam per magnam deuotionem, & charitatis ardorem.

d Greg. 7. l. 8. ep. vlt. nu. 03.

e Eginhardus in vita Caro. M.

3. Alia maxima Caroli Magni in Ecclesiam Rom. munificentia.

Ado Viennens.

CAP. VI.

De laboribus, sudoribus, prælijsque maximæ deuotionis, atque pietatis, quæ Carolus Magnus exanthlauit, pertulit, atque confecit, in liberanda, & defendenda, cum suo pastore, Ecclesia Romana, augendaque eius potestate, & gloria.

1. *Quatuor Caroli Magni in Italiam, sanctamque ciuitatem profectiones, totidem expeditiones armatæ contra omnes sedis Apostolicæ perduelles, felici exitu coronatæ.*
2. *Obitum Hadriani Papæ Carolus Magnus valde defleuit, quia viuum vehementer adamauit.*
3. *Leonis Papæ misericordia pro suis mutilatoribus parricidis deprecantis Carolum Magnum.*
4. *In virtutibus Caroli Magni salus Ecclesiæ, sedisque Apostolicæ requies inclinata recumbebat.*



AT quantis laboribus, sudoribus, vigilijsque, maximam laudis, gloriæque prædicationem merentibus anaerit se voluntariè, fortiterque propriæ vitæ minimè parcendo perculerit, quis oratione dignè satis explicabit? quis ipsa animi cogitatione complectetur? quatuor hunc in finem transactis arduis, peneque inuiis asperarum Alpium culminibus in Italiam expeditiones armatas, indomito pectore, incredibilique labore suscepit: vt sedem Apostolicam, Romanumque Pontificem, de crudeli, tetraque hostium, tyrannorumque manu potenter eriperet, de turpissima, & durissima eorum inimicorum seruitute, oppressioneque vindicaret,[a] vt Egiohardus aothor est. Horrentia Martis prælia contra potentissimom, fortissimumque Longobardorum regem Desiderium, mortem, exitiumque fetale, vrbi, Ecclesiæ Romanæ, Pontifici Christi Domini vicario, cunctisque sedis Apostolicæ fidelibus, igne ferroque crudeliter intentantem exercet, & mooet. Illum, cum toto exercitu, victum, prostratumque, Papiæ mœnibus inclusum forti, celerique obsidione premit, pressum vnà cum vaote capit, captum in Galliam cum coniuge relegat, & amandat. Interea gloriosus ipse victor Carolus omnibus regis captiui terris, possessionibusque suo subactis imperio, vota Apostolorum principi redditurus, proq; mirabili victoria Deo gratias acturus in sanctam ciuitatem maturat. *Cui venienti cùm omnis vrbs, & omnes ordines Ecclesiastici, & laici irent obuiam,* (ioquit Anastasius) *& omnis in litta, à quibus maximo cum honore susceptus est: venit postea illi obuiam sanctitas eius scilicet Hadrianus, deigens venerandas cruces, id est signa, sicut*

[a] Eginhardus in vita Caroli M.

Carolus M. victo Desiderio Romam venit ad limina Apostolorum Deo pro victoria, & SS Apostolis gratias acturus, votaque facturus, quà ibi honore maximo Hadrianus Papa cum vniuerso clero & populo suscepit.

A *mos est, exarchorum, & patriciorum Romanorum. Ipse Carolus qua hoc ad easdem sanctissimas cruces, & signa sibi obuiam aduenisse conspexit, descendens de equo, in quo sedebat, ita cum suis iudicibus ad sanctū Petrū pedestris properare studuit. Quem pontifex Hadrianus in Sabbato sancto, cum vniuerso clero in Ecclesia sancti Petri honorificentissimè recepit, cumque manu tenens in aulam Beati Petri introduxit, laudem Deo, & gratiarum actiones persoluturus. Tunc vniuersus clerus, & cuncti religiosi Dei famuli extensa voce acclamarunt. Benedictus qui venit in nomine Domini.* Hæc Anastasius. Post duos annos à prima in Italiā profectione, audiens Carolus Magnus Longobardos suos priores iterare conatus, & impetus seditiosos, ad Ecclesiæ Romanæ oppressionem Christi D. vicarij vires sanctissimæ potestatis

B elidendas, sub duce Rodgaudo Foroiuliensi noua conante, sibique Longobardorum regnum vendicare studente: protinus in Italiam, collecto exercitu, properauit, mira celeritate tyrannom io certamine superauit, superatumque necauit: & ita Ecclesiam Romanam cum tota Italia à tyrannica Longobardorum ducis oppressione liberauit. Post aliquot annos, scilicet anno 786. cùm accepisset Carolus Magnus adhuc res Ecclesiæ turbari, Romanomque Pontificem oon libere ditione sua, patrimonio sancti Petri, donationeqoe à patre Pipino, & à se Ecclesiæ facta potiri, propter insultus, grassationesque Heresigij ducis Beneuentani, Longobardorum reliquijs præfecti, eò statuit armatus ire; vt eum ducatum à Longobardis possessum suis armis eapugnaret,

C ne quid vltrà Longobardi in Italia iuris haberēt. Itaque firmans in Saxonia religionis Christianæ rebus, Ecclesiæ Romanæ in huius nationis barbaræ partibus authoritate propagata, eiusq; populis sacro baptismatis fonte regeneratis, propterea feliciter à tāto principe eorum salutis appetente superatis: dū religionis causa sacra Apostolorum limina visitaturus, illisque Apostolorū principibus gratias acturus pro conuersione horum Saxoniæ populorum ad fidē Christi, simulq; de his omnibus, quæ in concilio Lippiæ in Saxonia ciuitatis habito gesta, statutaque sont, cum Hadriano Pontifice communicaturus, Romam tertiùm proficisci festinauit: Simul effrenatos ducis Beneuentani Lombardici, contra Romanam

D Ecclesiam, eiusque patrimonium insultus, & ausus compescere, atque retundere proposoit apud se, atque determinauit. Quod sicut propositum, ita & ab eo celeriter executioni mandatū: vt secura pace sedes Apostolica, cum Pontifice sño, libereque bonorum à piis principibus, Regibusque Galliæ Christianissimis oblatorum possessione frueretur: sicut pluribus Francorum annales, eorumque collector Rhegino[c] describunt; subduntque victo duci Carolum Magnum acceptis ab eo obsidibus, præstitoque perpetuo se Romanæ Ecclesiæ obedientiam præstiturum iuramento pepercisse, eique in ducatu suo morandi copiam fecisse. Dici non potest quantis sanctorū desideriorum, animiqoe affectuū ardoribus perpetuitatem, firmitatemque pacis, voionisq; sanctæ inter seculares fidei Christianæ sanctitate roboratos principatus, & Ecclesiam Rom. Pōtificis authoritatē, monarchiamque maximos ille princeps appetiuerit, cū tā sancto, vehementi, vereq; filiali amoris æstu pontifices Romanos tanquam patres in spiritu Dei charissimos vnicè dilexerit.

Carolus M. pedestris venit ad D. Petri.

a. Caroli M. in Italiam profectio an. D. 776

Ex Eginhardo, & aliis.

3. Caroli M. in Italiam profectio contra ducem Beneuentanum Ecclesiæ possessionū turbatorem an. 786. & 787.

Eginhard. in vita Caroli M.

[c] Annal. Franc. Rhegino an. D. 786 & 787

Quanto desiderio Carolus vnionem charitatis inter vtramque monarchiā semper optauerit.

2. Paro Obitum Hadriani Papæ Carolus M. valde defleuit quia viuum vehementer amauit.

[a] Eginhardus in vita Caroli M.

vt Hadrianum: quem vt viuũ ardenter amauit, ita defonctom triſtiſſimè defleuit, vt his verbis Eginhardus oſtendit.[a] *Nunciato etiam ſibi Hadriani Pontificis obitu quem amicum præcipuum habebat, ſic fleuit, ac ſi fratrem, aut filium chariſſimum amiſiſſet.* At non fletu tantum, lachrymiſque eius obitum, funeraque decorauit, ſed etiam religioſis officiis, atque ſuffragiis eius quietem, ſalutemque animæ proſecutus eſt: dum pro eius anima per omnes prouincias longè, latéque diffuſas ſuo ſubditas imperio, per que alias exterois regibus ſeruientes largas, ingenteſque bonorum ſuorum erogationes elemoſynaſque maximas effudit. Sicut ex eius principis epiſtola ad Offam Merciorum regem in Anglia conſtat. Quibos miſericordiatum in pauperes, operibus, eleemoſynarumque largitionibus addictiſſimum fuiſſe Carolom Magnum Eginhardus, qui fuit earum inſpector ita in eius vita declarat.[b] *Circa pauperes ſuſtentandos, & gratuitam liberalitatem, quam Græci eleemoſynam vocant, deuotiſſimus, vt qui non in patria ſua ſolùm, & in ſuo regno facere curauit, verùm trans maria in Syriam, & Ægyptum, atque Africam, Hierofolymam, Alexandriam, atqoe Carthaginem, vbi Chriſtianos in paupertate viuere comperera, penuriæ eorum compatiens pecuniam mittere ſolebat, ob hoc maximè tranſmarinorum regum amicitiam expetens, vt Chriſtianis ſub eorum dominatu degentibus refrigerium aliquod, & releuatio proueniret.* Cùm autem in locum defuncti Hadriani Leo 3. ſuffectus, creatuſque pontifex crudeliſſimè ab Hadriani nepotibus mutilatus, atque vulneratus ad Carolum Magnum in Galliam ſub vmbra C protectionis eius, auxilijque confugiſſet, vt ſupradictum eſt, hic sereniſſimus, Chriſtianiſſimuſque princeps, tam horrendum ſcelus, tam immane oefas, tamque deteſtabile parricidium, cum horrore maximo vehemẽter execratus quartam aggreditur profectionẽ ad ſanctã ciuitatẽ, vt eò honorificenoſſimè electum, oppreſſumque crudeliſſimè ſanctiſſimom patrem reduceret, & in ſedem Apoſtolicam, à qua parricidæ atrociter exturbauerãt cũ omni reuerentia, honoreque reſtitoeret, grauiſſimas poſtea de parricidis immaniſſimis pœnas, iuſtiſſimaque ſupplicia ſumpturus. Sed à tali, iuſtaque in parricidas vltione religioſiſſimum principem Leonis Papæ charitas, atque clementia, pro ſuis parricidis mutilatoribus miſericordiret, benigneque deprecantis, orantiſque reuocauit. Sicque pœna mortis ſeueriſſimæ, vt ioſtiſſimæ, in leuem exitij caſtigationem, mulctamque conuerſa eſt, vt hæc vitæ Caroli Magni per ſingulos annos ſcriptæ verba teſtantur.[c] *Poſt paucos autem dies, iuſſit Carolus eos, qui Papam anno ſuperiori dehoneſtauerant, exhiberi, & habita deciſione, decies ſecundùm legem Romanã, vt maieſtatis rei,* A *capite damnati ſunt, pro quibus tamen Papa pio affectu apud imperatorem interceſſit, & vita, & membra eis conceſſa ſunt, ſed pro facinoris magnitudine exilio deportati ſunt.* Similia Rhegino, annales ſcripti ſub Ludouico Pio, eius Caroli Magni filio, & alij huius temporis Francorum ſcriptores hiſtoriæ; quod factum tradunt anno 800. poſt Caroli Magni in imperium aſſumpoonem, ſacræ que vnctionis inaugurationem. Quot labores exantlare, quot ſudores emittere, quot peregrinationes, profectioneſque in tam longinquas à regno, domoque regiones aggredi, quot vigilias, ſolicitudines, defatigationeſque ſubire, quot denique ardua, periculoſa, horrida bella, præliaqoe contra tot fortes, bellicoſoſque hoſtes, principẽ Chriſtiaoiſſimum in Eccleſiam Chriſti Domini deuotio, in ſedem Apoſtolicam pietas, & in Romanos B Pontifices Chriſti Domini in vniuerſali Eccleſia ſuo tempore vicarios religioſus amor, vereque filialis, non minus dulciter, quam fortiter, nec minus voluntariè, quàm ſtrenuè, generoſéque ſuſcipere eoegerunt? Vt Alcuinus ille in Caroli Magni virtutibus, armiſque religioſis Eccleſiæ, ſediſque Apoſtolicæ ſalutem inclioatam recuboiſſe mihi verè dixiſſe videatur: cùm ſic Carolum illum, doctrina, armis, pietate maximum, ad parricidarum iſtorum tam execrabili inquinatorom ſcelere vltionem, maximas breui ſermone principis contexens ſummatũ virtutum laudes, exhortando prouocat, & impellit.[d] *Ecce in te ſolo tota ſalus Eccleſiarum Chriſti inclinata recumbit, tu vindex ſcelerum, tu rector errantium, tu conſolator mœrentium, tu exaltator bonorum. Nonne Romana* C *in ſede, vbi religio maxima pietatis quondam claruerat, ibi extrema impietatis exempla emerſerunt? Ipſi cordibus ſuis excæcati excæcauerunt caput proprium, nec ibi timor, nec ſapientia, nec charitas eſſe videtur, quid boni eſſe poterit, vbi nihil horum inuenitur: ſi timor Dei eſſet in illis, non auderent, ſi ſapientia, nunquam voluiſſent, ſi charitas, nunquam feciſſent, &c.* His Caroli Magni virtutibus, ſanctiſque laboribus in Eccleſiarum Catholicarum, præcipuè verò Romanæ cæterarum matris, & Reginæ bonum conuerſis conformia ſunt illa, quæ rerum Caroli Calui geſtarum ſcriptor, huius Caroli Magni nepotis, ſub hac verborum ſerie deſcripſit.[e] *Nepotem Caroli Magni, qui temp. prælijs anxit, victoriis dilatauit, ſapientia decora-* D *uit. Qui cùm omnes Eccleſias ſublimaſſet, ſemper hoc erat ei in voto, ſemper in deſiderio, ſicut in geſtis, quæ de eo ſcripta ſunt, legitur, vt ſanctam Romanam Eccleſiam in antiquum ſtatum, & ordinem reformaret. Vnde & hanc multis honoribus extulit, multis munificentiis, & honoribus ampliauit, adeo vt amiſſas olim vrbes ei reſtituiſſet, & ei regni quoque ſui partes alias non modicas contuliſſet, &c.*

Pro anima Hadriani Carolus M. magnas erogat eleemoſynas.

[a] Epi. Caroli M. ad Offam regem Merciorum quæ extat cuſa in hiſt. Angl. in addit. ad Bedam l. 2. c. 14.

[b] Eginhardus in vita Caroli M.

Carolus M. in opera miſericordiæ erga pauperes effuſiſſimus.

Quarta Caroli M. Romam profectio pro reducendo reſtituendoque Leone in ſedem Apoſtolicam vlturuſque parricidarum ſcelus.

3. *Pars. Leonis Papæ miſericordia pro ſuis mutilatoribus parricidis deprecantis Carolũ M.*

[c] Hiſtor. vitæ Caroli M. Rhegino in Annal. Annal. Franc. ſub Ludouic. filio Caroli M.

Quanta fecit Carolus pro Eccleſia Dei, eiuſque vicario pontifice Rom.

4. *Pars. In virtutibus Caroli ſalus Eccleſiæ, ſediſque Apoſtolicæ requies inclinata recumbebat.*

[d] Alcuin. ep. 4. ad Carolũ M. to. 1. antiq. lectionum.

[e] Auctor. vitæ Caroli Calui.

CAPVT VII.

De prosperitatibus, & benedictionibus, quibus abundare fecit Carolum Magnũ Deus in præmium tantarum virtutum, charitatis, pietatis, obedientiæ, fortitudinis, & aliarum id genus in Ecclesiæ Dei, Romanique Pontificis obsequia conuersatum.

1. *Prosperitates Caroli Magni ab obsequio, amore, honoreque Ecclesiæ Dei, eiusque pastoribus præstito promanarunt, vt ipse imperator cum Hadriano Rom. Pontif. credidit.*
2. *Hunni fortissimi, & ferocissimi Ecclesiæ Catholicæ hostes duobus exercitibus Carolum Magnum aggressi superati ab illo, & post octauum annum à suscepto bello penitus extincti, & Franci domitorum thesauris maximè ditati.*
3. *Pietas & religio, aliaque virtutes egregia Carolo Magno imperium Rom. pepererunt.*
4. *Felix ex hac vita Caroli Magni egressus in cælum.*

INDE natæ prosperitates maximæ, benedictionesque prodierunt; quibus in præmium temporale præter æternum, tot heroicarum immortalis meriti virtutum factis, operibusque, in seruitium, præsidiumque Ecclesiæ Catholicæ, ac sedis Apostolicæ, effusarum, hunc serenissimum, Christianissimũq; Regẽ Deus honorificentissimè superstitem in hac vita cumulauit. Quas quidem prosperitates ab his virtutibus Ecclesiæ seruitio, protectioni, honorique consecratis in principes orthodoxos diuina miseratione deriuari religiosissimus ipse Rex agnoscens, & ingenue profitendo præ se ferens apud Sigonium, illoque scriptores antiquiores dicere solebat. [a] *Si Ecclesiarum Dei seruis munificentiam nostram impertimus, eorumque studiis libenter obsequimur, id nobis ad augustalis excellentiæ culmen proficere credimus: & quod cunctis pretiosius est dignitatibus, æternum retributionis præmium capessere non diffidimus.* Et profectò tantarum expectatio, fiduciaque prosperitatum ab hoc pietatis, obedientiæ in Ecclesiam Romanam, aliarumque virtutum fonte in principes pios redundantium, illum minimè fefellit. Fuit enim semper victor gloriosus, magnificusque de cunctis hostibus triumphator, veræ gloriæ lauro redimitus, bonis circumfluens temporalibus, præter æterna ventura, quæ illum præstolabantur in cœlo, tot, ac tanta: vt illas eius principis prosperitates admirans Hadrianus pontifex, earumque causas, eiusdem nempe virtutes illustrissimas, dignis efferens prædicationis encomiis orientalibus Augustis Constantino,

a Sigon. l. 4. de regno Italiæ.

A & Irenæ matri, pro magnæ felicitatis, sanctitatisque typo proponeret illos ad illius virtutum imitationem cohortando, vt per eas ad prosperitatum huius apicem peruenire possent. [b] *Et nunc super omnes barbaras nationes*, inquit, *Beato Petro principe Apostolorum vobiscum comitante eritis in triumphis victores, sicut filius, & spiritualis compater noster Dominus Carolus Rex Francorum, & Longobardorum, & patritius Romanorum, nostris obtemperans monitis, atque adimplens in omnibus voluntates, omnes Hesperiæ, occiduæque partes barbaras nationes sub suis prosternens conculcauit pedibus omnipotentatum illarum domans, & suo subiiciens regno adunauit. Vnde per sua laboriosa certamina eidem Dei Apostolicæ Ecclesiæ ob nimium amorem plura dona perpetuo contulit possidenda, tam prouincias, quàm* B *ciuitates, seu castra, & cætera territoria, imo, & patrimonia, quæ à perfida Longobardorum gente detinebantur, brachio forti, eidem Dei Ecclesiæ restituit: cuius & iure esse dignoscebantur. Sed & aurum, atque argentum quotidie pro luminariorum concinnatione, seu alimonia pauperum non desinit offerre, quatenus eius regalis memoria non derelinquatur in seculum seculi.* Quod vulgo dici solet adagij instar. *Virtute duce, comite fortuna*, In Carolo Magno copiosè, & abundanter adimpletum est; quem natura ad res maximas formauit, virtus extulit, & gratia Dei, diuinaque benedictio (quæ est vera, bonaque fortuna Christianorum) non seruauit modo, sed multis laureatum, saturatumque victoriarum trophæis, super omnes mundi principes, atque reges secundatum, prosperatumque re- C rum cumulo locupletauit. Quò enim eius in Christum D. eiusque Ecclesiam pietas, in illius defensionem fortitudo, obsequensque charitas, & amor in eius pastorem œcumenicum vicariũ Christi crescebant altiùs, magisque florebant, bonorum operum multitudine fructificantes, eò maiores illi victoriæ, de hostibus Ecclesiæ, reique publicæ Christianæ, augustiora trophæa, florentiores gloriæ lauri, fortunæ opulentiores, fœcundioresque bonis generis cuiusque prosperitates accurrebant. [c] *Quot prælia in eo* (scilicet bello formidoloso, terribilique contra Hunnos, siue Auares, quod octo annorũ spatio durauit) *gesta sunt*, inquit Eginhartus, *quãtùm sanguinis effusum sit, testantur vnà cum omni habitatore Pannonia, & locus in quo regia Cagani* (scilicet Hũnorum regis) *erat,* D *ita desertus, vt ne vestigium quidem in eo humanæ habitationis appareat. Tota in hoc bello Hunnorum nobilitas perijt, tota gloria decidit, omnis pecunia, & congesti ex longo tempore thesauri direpti sunt, neque vllum bellum contra Francos exortum humana potest memoria recordari, quo illi magis ditati, & opibus aucti sint, quippe cum vsque ad id temporis pene pauperes viderentur, tantum auri, & argenti in regno apertum est, tot spolia preciosa in prælijs sublata, vt merito credi posset, hoc Francos Hunnis iustè eripuisse, quod Hunni prius alijs gentibus eripuerant.* Sic Caroli M. pietas semper illæsa per ignes, & enses certaminum, semper hostium victrix, eorumque iure belli spoliatrix facultatum, magnis, diuina largitate, cumulata diuitijs in bonũ reip. Christianæq; religionis abundauit. Quæ illum principem fortissimorum hostium, & ante viribus humanis inuictissimorum Hunnorum, & Auarum, eo maximè tempore victorem fecit: quo Constantinus orientis Imperator propter impietatem, crudelitatemque in suos consanguineos,

Caroli M. obedientiam, obedientiam, & pietatem, aliasque virtutes erga sedem Apostolicam imitandas proponit Hadrianus Augustis, vt eius prosperitatum sint participes.

b Ep. Hadria. 1. pro cultu imaginum ad Cõstantinũ, & Irenem matrẽ Augustos.

Carolus M. quo melior, & in Ecclesiã Dei religiosior, eò semper extitit beatior.

c Eginhartus in Caroli M. vita an. 788.

2 Pars. Hunni fortissimi, & ferocissimi Ecclesiæ Catholicæ hostes duobus exercitibus Carolum M. aggressi superati ab illo. & post 8 annum à suscepto bello penitus extincti. & Franci victorum thesauris maximè ditati.

a Theophanes in Miſcel. b Rhegino in annal. c Pithœus in chron Franc. à ſe edito.

aliosque innoxios à Bulgaris certamine victus eſt, vt ſcribũt Theophanes,[a] Rhegino,[b] & alij[c].

Mitto quamplurima alia prælia, bellaque periculoſa, vehementer ardua, & aſpera, quæ ipſe Chriſtianiſſimus princeps pro religionis Chriſtianę, Eccleſię que Romanę defenſione, libertate, honoreque, contra barbaros ferinos, ferociſſimi roboris hoſtes, Sarracenos, Mauros, alioſq; ſimilis amentiæ, furoriſque populos, non tã corporeis, quàm pietatis, religionis, fidei, charitatis, obedientiæ, aliarumque virtutum ſpiritualibus indutus, atque munitus armis generosè ſuſcepit, ſuſcepta feliciter abſoluit, confecitque proſpere. Pro quibus diuini, immortaliſque meriti factis, & geſtis, in bonum Chriſtianæ religionis, Eccleſiæque Romanæ conuerſis temporale præter alia regna tanto principi debebatur imperium in terra: dum Chriſtus Dominus, cui tam fideliter, religioſéque ſeruiuit, diuinas æterni regni, cœleſteſque lauros illi præparabat.

3 Pers. Pietas, & religio, aliaque virtutes egregia Caroli M. imperiũ Rom. pep ererunt.

Vnde iuſtiſſimè, meritiſſiméque occidentalis imperij Leo pontifex in ſanctiſſimo natali Domini die principem illum, tot regnis, terriſque potentem, ſacris inauguratum vnctionibus, exultantibus omnium fidelium cœtibus corona donauit; donatumque ſuper omnes Chriſtianæ dominationis principes, dignis cumulatum honoribus extulit, de qua ad imperij verticem prouectione, & inauguratione Bibliothecarius Anaſtaſius in Leone 3. hæc enarrauit.[d] *Poſt hæc adueniente die natali Domini noſtri Ieſu Chriſti in eam dicta baſilica Beati Petri Apoſtoli, omnes iterum congregati ſunt, & tunc venerandiſſimus, almificus pontifex manibus ſuis proprijs, pretioſiſſima corona coronauit eum. Tunc vniuerſi fideles Romani videntes tãtam defenſionem, & dilectionem, quam erga ſanctam Romanam Eccleſiam, & eius vicarium habuit, vnanimiter altiſona voce Dei nutu, atque Beati Petri, clauigeri regni cælorum, exclamauerunt.* CAROLO PIISSIMO AVGVSTO, *à Deo coronato, magno, pacifico imperatori vita, & victoria, ante ſacram confeſſionem beati Petri Apoſtoli plures ſanctos inuocantes. Ter dictum eſt ab omnibus, & conſtitutus eſt imperator Romanorum. Illico ſanctiſſimus antiſtes, & pontifex vnxit oleo ſancto Carolum, & excellentiſſimum filium eius Regem in ipſo die natali Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Hæc Anaſtaſius. Ipſe autem Carolus in iſta læta acclamatione iubilationeque publica creatus imperator, maximis à pontifice Romano cumulatus honoribus, tantò ad protectionem ſedis Apoſtolicæ, Pontificiæ maieſtatis honorem, dignitatemque inuiolatè cuſtodiendam, & augendam erectior, & ardentior extitit, quantò ſublimiores in illo dignitates, principatuſque ſupremi maiori, ampliorique temporalis gloriæ fulgore coruſcarunt. Vixdum enim corona redimitus imperatoria ſe ipſum ad perpetuam ſedis Apoſtolicæ Romanique Pontificis quoad viueret defenſionem, præſidiumque, cui omnia ſua poſtponeret, iureiurando publicè ritu ſolenni præſtito, princeps optimus obſtrinxit, ſub hac verborum formula. *In nomine Chriſti ſpondeo, atque polliceor ego Carolus imperator coram Deo, & Beato Petro Apoſtolo me protectorem ac defenſorem fore huius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in omnibus vtilitatibus, quatenus diuino fultus fuero adiutorio, prout ſciero, poteroque.* Magnus verè imperator, bonis auibus orbi Chriſtiano donatus, hoc honoris

d Anaſt. bibl. in Leone 3. *Carolus M. à Leone 3 imperator Rom. creatur, atque ab eodem ſancto oleo vnctus inauguratur imperatoriã corona.*

Defenſorem ſe fodus Apoſtolica Romanique Pontificis perpetuum iuramento ſolemni ſpondet Carolus M. factus imperator In libro ſacrorũ ritiuũ, qui dicitur vulgo Romanus ordo.

summi faſtigio tantò dignior, quantò ad illud inuitus acceſſit, ab illo voluntariè alienior. Vt his verbis teſtatur Eginhardus. *Romam veniens propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, Eccleſiæ ſtatum, ibi totum hyemis tempus protraxit. Quo tempore imperatoris, & Auguſti nomen accepit, quod primo tantum auerſatus eſt, vt affirmaret ſe eo die, quamuis præcipua ſolennitas eſſet, Eccleſiam non intraturum fuiſſe, ſi conſilium pontificis præſcire potuiſſet, &c.* Sed hoc à Domino factum eſt, nec tam humana quàm diuina electione talis creatio facta iudicatur: conſiderata magnitudine rectè, religioſéque factorum, heroicorum operum, quæ rex ipſe geſſit: vt Eccleſiæ ſanctiſſimæ, Chriſti Domini ſponſæ, eiuſque vicario periclitantibus, atque ſub grauiſſimarum aduerſitatum à furentibus hoſtibus immiſſarum pondere gementibus ſtatim generoſo, fortique pectore ſeptus opitularetur: Sicque completum illud Danielis in illo cerneretur.[e] *Quod dominetur excelſus in regno hominum, & cuicumque voluerit dabit illud, & humillimum hominem conſtituet ſuper illud.* [f] *Per quem reges regnant, principes imperant, & legum conditores iuſta decernunt.*[g] *Quia regnum à gente in gentem transfertur,* [sic: *transfersefoſes*] *propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos*, datque illud ſi mereatur populus optimo principi, iuxta illud, quod ibidem à Sapiente dictum eſt.[h] *In manu Dei eſt poteſtas terræ, & vtilem rectorem ſuſcitabit in tempore ſuper illam*, qui impio populo, gentique peccatrici dixit in Euangelio.[i] *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* At generoſiſſimus, atque religioſiſſimus imperator non ſolum in vita, ſed etiam poſt mortem Eccleſiam Dei, ſedem Apoſtolicam, Romanum Pontificem in ſua maieſtate ſpirituali, poteſtate ſuprema, principatuque monarchico protegere & tueri, atque ab omni inimicorum iniuria defendere voluit. Suis namque tribus filiis, Ludouico, Pipino, & Carolo, poſt diuiſum illis imperium hanc ſanctam principibus Chriſtianis digniſſimam, meritoriam que defenſionẽ teſtamento diſtrictè præcepit, & vt exẽplo ſuo patris, & aui rerum omnium quæ ad honorem, præſidium, gloriamque vicarii Chriſti, Eccleſiæque Romanæ, cum aliarum ſalute pertinerent, ex charitate maxima diligentiſſime ſatagerent. Sunt enim hæc inter alia teſtamenti illius aurea verba.[k] *Super omnia autem iubemus, vt ipſi tres fratres curam, & defenſionem ſancti Papæ ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam ab auo noſtro Carolo, & beatæ memoriæ genitore Pipino rege, & à nobis poſtea ſuſcepta eſt, vt eam cum omni adiutorio ab hoſtibus defendere nitantur, & iuſtitiam ſuam quantum ad ipſos pertinet, & ratio poſtulat habere faciant. Similiter & de cæteris Eccleſiis, quæ ſub illorum fuerunt poteſtate, præcipimus, vt iuſtitiam ſuam, & honorem habeant, & paſtores, & rectores venerabilium locorum habeant poteſtatem rerum, quæ ad ipſa pia loca pertinẽt, In quocũque de his fratribus illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint, &c.* Quis aliquando regum, imperatorũ, principũq; Catholicorũ illo rege ſanctiſſimo, inuictiſſimoq; imperatore plus Eccleſię Chriſti D. profuit? Eius vicario Rom. Põtifici plus hõnoris, obedientiæ, amoriſque retribuit, & conſecrauit? Quis huic ſanctiſſimo Patri carior illo, quis amantior, & obſequẽtior? Et propterea quis illo felicior, & maioribus à Deo benedictionibus auctior, atq; fœcũdior? Qui vt ſanctiſſimè, atque

Pro modeſtia maximo in ſumma poteſtate Carolus M. ægrè tulit ſe factum imperatorem.

Electio Caroli M. in imperium potius diuina, quàm humana.

e Dan. c. 4.

f Prou. c. 8.

g Eccleſ. 10.

h Ibid.

i Matth. 21.

k Ex teſtam. Caroli M ex Pithœi bibl. io ſuæ edito.

4. Pars. Felix ex hoc vita Carolus M. egreſſus in cælum.

religiosissimè vixit; ita fine vitam temporalem sanctissimo, atque beatissimo clausit. Sacratissima Dominici corporis refectione deuotissimè saturatus, sacramento vnctionis extremæ, in hoc habitaculi mortalis egressu roboratus, signoque crucis sanctissimæ, contra spiritualia nequitiæ munitus, spiritum, animamque suam læta, sacraque maximarum, quas coluit in vita virtutum comitatam caterua in manus Dei, Christique Domini sui commendans ex hac miseriarum valle in æterna cœlorum tabernacula feliciter euolauit, vt Eginhartus,[a] Monachus[b] Angolismensis, & Teganus[c] in eius vita veris literis, non fictis fabulis posteritati mandarunt. Hic postremus Teganus præpter alios hæc de signo sanctissimæ crucis addidit, quo se moriens toto corpore signauit. *In crastinum verò luce adueniente, sciens* B *quod facturus erat, extensa manu dextra, virtute qua poterat signum sanctæ crucis fronti imprimens, & super pectus, & omne corpus consignauit, nouissimè autem colligens pedes suos extendens brachia, & manus super corpus, clausit oculos, psallens hunc versum leniter. In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum, statim post hæc in senectute bona plenus dierum perrexit in pace, &c.* Quem defunctum omnes lamentando tristissimè luxerunt, etiam pagani, eodem dicente Thegano. *Nemo autem referre potest, quantus planctus, & luctus pro eo fuerit, per vniuersam terram, etiam inter paganos plangebatur, quasi pater orbis.* Cui religiosissimè defuncto inter Diuos maximarum virtutum meritis assumpto, placuit Ecclesiæ fidelium omnium matri sanctissimæ pro diuinis, C immortalibusque in seipsam beneficiis, & obsequiis, diuinos, & immortales honores retribuere.

a Eginhartus. b Monachus Angolismens. c Teganus in eius vita

Post sumptam sanctam Eucharistiam, & extremam vnctionem se signo crucis toto corpore Carolus M. deuotissimè signauit Deo animam suam commendans

Omnes lugent obitum Caroli M. etiam pagani

De canonizatione Caroli M. Baron. to. 9 anno 814.

CAP. VIII.

De Ludouico Pio Imperatore, & Rege Francorum.

1. *Ipse pius princeps in defendenda, & honoranda Christi Domini Ecclesia, Catholica, Apostolica, & Romana, eiusque pastore æcumenico, vicario ipsius Christi Domini, patris Caroli Magni, aui Pipini, & proaui Caroli Martelli Christianarum heroicarumque virtutum imitator extitit religiosus.*
2. *Filiorum ad easdem aui virtutes hortator.*
3. *Qui propter eas prospere vixit, & beato fine quieuit.*



Vi viret in foliis venit à radicibus humor,
Et patrum in natos abeunt cum semine mores.

Et præclarè Poeta Lyricus.[b] *Fortes creantur fortibus, & bonis, est in iuuencis, est in equis patrum virtus, nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbam.* Quod in A Ludouico Pio Caroli Magni filio adimpletum fuisse constat. Quem exempla, monitaque magni patris ad summum heroicarum virtutum verticem, seruato ætatis ordine pro sua, populorumque salute sublimarunt. Qui quàm semper præceptis, iussisque paternis obediens extiterit, omnes totius vitæ laudabiles actiones, gesta religiosa, operaque pro gloria Dei, eius defensione religiosius piè, fortiterque suscepta docuerunt. *Ipse pius imperator interrogatus à patre Carolo magno morti proximo, si semper obediens* (inquit[c] Teganus) *præceptis suis esse vellet, coram omni multitudine pontificum, & optimatum suorum respondit se libenter obedire, & cum Dei adiutorio omnia præcepta, quæ mandauerat custodire. Tunc iussit eum pater pro-* B *priis manibus coronam quæ erat super altare eleuare, & capiti suo imponere, ob recordationem omnium præceptorum; at ille iussionem patris impleuit. Quo facto audientes missarum solemnia ibant ad palatium, sustinuit enim filius patrem eundo, & redeundo, quandiu cum eo fuerat filius.* Altissimis defixa radicibus suo in animo iussa, mandataque charissimi patris insedisse satis manifestè pius imperator ostendit, cùm illius donationes Ecclesiæ factas his verbis confirmare voluit.[d] *Ego Ludouicus imperator Augustus statuo, & concedo per hoc pactum confirmationis nostræ tibi Beato Petro Principi Apostolorum, & per te vicario tuo Domino Paschali summo pontifici, & vniuersali Papæ, & successoribus eius, perpetuum sicut à prædecessoribus nostris vsque nunc in vestra potestate, & ditione tenuistis,* C *& disposuistis Romanam ciuitatem cum ducatu suo, & suburbanis, atque viculis (id est villulis) omnibus, & territoriis eius montanis, & maritimis littoribus, & portubus, seu cunctis ciuitatibus castellis, oppidis, ac villis in Tusciæ partibus, &c.* Quæ omnia nõ se dare dicit, sed solùm confirmare, à maioribus antecessoribus suis patre, auo, & proauo data; quibus possessionibus terrarum longè plures supra meminimus à Carolo M. patre, & auo, pia, regia, Christianaque largitate Ecclesiæ Romanæ donatas, quæ quamuis immensæ videri possent, nihilominus ab imperatore nunquam iure reuocari potuerũt. Quoniam, vt aiebat imperator Iustinianus.[e] *Sola immensitas est mensura rerum donatarum in Ecclesia.* D Quarũ immensarum diuitiarũ à Carolo Martello, Pipino Rege eius filio, & à Carolo M. datarũ, & à Ludouico Pio confirmatarũ partem tantum donationis Gratianus in decreto suo posuit; Sed Baronius integram ex Vaticanis monumẽtis donationem collegit, collectamque in nonum tomum annalium anno Domini 817. transtulit. Post numeratas verò prouincias integras, vrbes, oppida, castella, seu cæteras pensiones, quæ quotannis in palatium regis Longobardorum inferri solebant, aliaque munera, donationesque amplissimas, & magnificentissimas à Pipino, & Carolo Magno sancto Petro, & successoribus eius Romanis Pontificibus oblatas, consecratasque in perpetuum fruendas, hæc postea pro solida nusquam irritanda, alterandaque confirmatione pius ille princeps, ac imperator adiunxit. *Cæterum, sicut diximus, omnia superius nominata ita ad nostram partem* (seu potestatem) *per hoc nostræ confirmationis decretum roboramus, vt in vestro, vestrorumque successorum permaneant iure,*

b Horat. l. 4. carm. Ode. 4.

In confessione patris, an imperaturus imperator Ludouicus respondet se semper patris præcepta seruaturum.

c Tegan in hist. francor.

d Con sti. Ego Ludouic. dist. 63 Anton part. 2 tit. 16. c. 1 §. 2. Volater. l. 3. Ansel. l. 4. c. 39

e Leg. Sola C. de sacros. Ecclesiæ Authẽtic sed hodie eodem.

In eadem Ludouici cõstitutione apud Baron. ibid. supra.

A *principatu, atque ditione, vt neque à nobis, neque à filiis, & ſucceſſoribus noſtris, per quodlibet argumentum, ſiue machinationem, in quacumque parte minuatur veſtra poteſtas, aut vobis de ſupra ſcriptis omnibus, vel ſucceſſoribus veſtris inde aliquid ſubſtrahatur*, &c. *Itaut neque nos ea ſubſtrahamus, neque quibuslibet ſubſtrahere volentibus conſentiamus, ſed potius omnia, quæ ſuperius leguntur, id eſt Prouincias, ciuitates, vrbes, oppida, caſtella, territoria, patrimonia, atque inſulas, cenſus, & penſiones Eccleſiæ Beati Petri Apoſtoli, ac Pontificibus in ſacratiſſima illius ſede in perpetuum reſidentibus, in quantum poſſumus defendere nos promittimus, ad hoc vt omnia ea in illius ditione ad vtendum, & fruendum, atque diſponendum firmiter valeat obtinere, nullamque in illis nobis partem, aut poteſtatem diſponendi, aut iudicandi, ſubſtrahendiue, aut minuendi vendicamus: niſi quando ab illo, qui eo tempore huius Sanctæ Eccleſiæ regimen tenuerit, rogati fuerimus.* Hanc autem B in Eccleſiam Dei, eiuſque Paſtorem omnium fidelium in ſpiritualibus moderatorem, principem monarchicum munificentiam, ſolidamque, frangi neſciam, tantorum in eos bonorum largitorum confirmationem ſumma principis huius pietas, religioſiſſimaque in Chriſtum mūdi Saluatorem, eius ſponſam, vicariumque deuotio faciebat. Quæ tanta in illum ab adoleſcentia refulſit, vt in regno Aquitaniæ ſibi à patre Carolo Magno tradito Chriſtianiſſimam diſciplinam, viuente adhuc parente ſuo, collapſam bonorum morum, rectarumque regularum alteratione ſordidatam reſtituere, atque repurgare maximè laborauerit. Erectis in eo regno multis monaſteriis, illud ſpiritualium aquarum irriguis, tanquam alterum Dei paradiſum, omnium virtutum floribus, fructibuſque fœcundum, cum magna tem- C poralium bonorum ab his virtutibus emanantiū fertilitate reddiderit. Itaut propter pietatis tam eminentis, conſpicuæque fulgorem hunc principem ſicut de patre ex Tegano ſupra diximus, *non tam Regem, quàm Sacerdotem honoris cauſa fideles omnes, bonique Catholici conclamarent.* Sic enim Aimoinus.[a] *Et Regis quidem ab ineunte ætate, ſed tunc quàm maximè circa diuinum cultum, & Sanctæ Eccleſiæ exaltationem piiſſimus incitabatur animus, itaut non modo Regem, ſed ipſius opera potius eum vociferarentur Sacerdotem.* Qualiter autem ipſe pius Princeps, viuente patre Imperatore corruptum Aquitaniæ clerum, & in deprauationes multas, ſordeſque diſſolutæ vitæ collapſum reformauerit, his verbis Aimoinus ipſe ſubiungit.[b] *Nam to-* D *tius Aquitaniæ qui videbatur clerus, antequam ei crederetur (vtpote ſub tyrannis agens) magis equitationi, bellicæ exercitationi, miſſilium librationi, quàm diuino cultui operam dare nouerat. Regis autem ſtudio, undecumque adductis magiſtris, tam legendi, quàm cantandi ſtudium, necnon diuinarum, & mundanarum literarum intelligentia citius quàm credi poterat, inualuit. Præcipuè tamen illorum ducebatur affectu, qui ſua pro Domini amore cuncta relinquentes, contemplatiua curabant fieri participes vitæ. Nam antequam Aquitania ſub eo regnaret, collapſus erat in eo huiuſmodi ordo, at ſub eo adeo inoleuit, vt etiam auum ſuum fraterumum Carolomannum imitari geſtiens memorabile exemplum, ipſe quoque Theoricæ comprehendere mereretur culmina vitæ. Sed huius voti ne compos fieret, obicem ſe poſuit refragatio patris, vel potius diuinæ nutus voluntatis, quæ tantæ pietatis virum, voluit ſub ſua cura ſolius ſalutis delitescere, ſed po-* A *tius per eum, & ſub eo multorum ſalutem adoleſcere.* Enumerat poſtea Aimoinus monaſteriorū multitudinem, piorumque locorum, quæ ipſe Rex in Aquitania ſuis ſumptibus ædificari curauit. At quàm proximè ad patris, auique pietatem, deuotionem, religionemque, æternæ meritoriam vitæ in colendo omni reuerentia, obſequio, amoreque deuoto Romanum Pontificem pius ipſe Princeps defuncto patre factus Imperator acceſſerit, teſtantur honores, & obſequia religioſa, quæ Stephano 5. Leonis 3. ſucceſſori, in Galliam venienti, piè, humiliterque detulit, & exhibuit his verbis à vetuſto ſcriptore Tegano huius Imperatoris res egregiæ geſtas, factaque præclara deſcribente concepta.[c] *Deſcendit vterque de equo ſuo, & Princeps ſe proſternens omni corpore in terram, tribus vicibus, ante pedes tanti Pontificis, & tertia vice erectus ſalutauit* B *pontificem iſtis verbis, dicens. Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus, Dominus, & illuxit nobis.*

Quæ vero ſummæ pietatis, Chriſtianæque religionis in Eccleſia Chriſti Domini protegenda, colendoque Romano Pontifice piè, deuotè, humilique obſequio patris, & aui virtutes æmulatus obſeruauerit, illa filiis ſuis inuiolatè, religioſeque ſeruanda præcepit. Sed in primis charitatis immenſæ ſui patris erga ſe memor, à quo tot, tātaſque virtutes Imperatore Chriſtianiſſimo dignifſimas verbis, factiſque didicerat, illum parentem charitate reciproca venerando, pro eius animæ ſalute theſauros omnes ab illo relictos in pauperes, Eccleſiamque religioſa profuſione, largitateque copioſa voluit effundere. De qua hæc Teganus.[d] *Poſt patrem ſedit in ſupradicto pa-* C *latio, & in primis cum magna feſtinatione iuſſit oſtendi ſibi omnes theſauros patris in auro, in argento, in gemmis precioſiſſimis, & in omni ſuppellectili; dedit ſororibus ſuis partem earum legalem, & quidquid remanſerat, dedit pro anima patris: maximam partem theſauri miſit Romam, temporibus Beati Leonis Papæ, & quidquid ſuper hæc remanſerat, Sacerdotibus, & pauperibus, aduenis, & viduis, orphaniſque omnia diſtribuit, nihil ſibi reſeruans, præter vnam menſam argenteam, & quæ triformis eſt in medio, quaſi tres clypei, in vnum coniuncti ipſam ſibi retinuit, ob amorem patris, & tamē eam dato pretio redemit, quod pro patre tradidit*, &c. Veniamus ad mandata, quæ pro defenſione Dei, Eccleſiæ, eiuſque colendo Paſtore filiis ſuis ſua, auique Caroli ſequentibus exempla præcipiebat, maiori natu Lothario Italiæ regi apud Teganum dicere ſolebat.[e] *Memor* D *eſto, fili, quia quando regnum Italiæ tibi donaui, etiam curam ſanctæ Eccleſiæ tibi commiſi.* Vnde cùm poſtea intellexiſſet hunc[f] Lotharium filium regnādi laxiùs ambitione cæcatum ſuis Eccleſiam Romanam armis affligere, moleſtiamque illi militum ſuorum inſolentia faceſſere, ſtatim illum, vehementer monendo, terruit, territumque cōpeſcuit, vt à tanto ſcelere mentem, affectus, vires, conatuſque regios auerteret. Qui diſtribuens imperium filiis teſtamento ea paterna iuſſione, qua ſibi, fratribuſque ſuis antea pater Carolus Magnus defenſionem Eccleſiæ, Romanique Pōtificis ſuper omnia deuotam obediendi propenſionem eis vehementer, ſapienterque mandauit, & imperauit, hæc dicens.[g] *Super omnia autem iubemus, atque præcipimus, vt ipſi tres fratres curam, & defenſionem Eccleſiæ S. Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam à proauo noſtro Carolo & auo noſtro Pipino* [...]

Pietas Ludouici Pij in reparanda diſciplina Chriſtiana collapſa patris Caroli M. veſtigia ſequendo.

a Aimoin. l. 5. c. 8.

b Aimoin. ibid.

Clerum corruptum Aquitaniæ reformat Ludouicus Pius.

Magna Ludouici Pij amor diuinarū contemplationis deuotio, qui voluit relinquere regnum, vt monachus fieret, ſed ne fieret pater prohibuit, vt Deo magis Rex, Eccleſiæque ſeruiret.

c Teganus de geſtis Ludouici Pij c. 16.

Magna reuerentia, & humilitatis obſequium Ludouici Pij proſternentis ſe ad pedes Stephani 5. ad ſe in Galliam venientis.

Quam pietatem in honorando Pontifice Rom. iuandaque Eccleſia Dei exemplo patris & aui coluerat, filiis obſeruare præcepit.

d Teganus in Ludouico Pio.

Maxima Ludouici Pij in patrem defunctum charitas pro eius anima omnes ab eo relictos theſauros in Eccleſiam, pauperesque profundentis.

e Tegan. in geſtis Ludouici Pij.

Regnum donando Italiæ filio Ludouicus Eccleſiæ Rom. defenſionem ei præcepit.

f Scriptor vitæ Ludouici.

g Scriptor vitæ Ludouici Pij.

Ludouicus Pius diſtribuens filiis imperium defenſionē Eccleſiæ, Romanique Pontif. & vtrique obedientiæ ſacramentum teſtamento præcipit, aliiſque Eccleſiarum [...]

A *& beatæ memoriæ genitore nostro Carolo Imperatore, & à nobis postea suscepta est, vt etiam cum Dei adiutorio ab hostibus defendere nitantur, & iustitiam suam, quantum ad ipsos pertinet, & ratio postulauerit habere faciant. Similiter de cæteris Ecclesiis, quæ sub illorum fuerint potestate præcipimus, vt iustitiam, & honorem habeant, & Pastores, atque rectores venerabilium locorum habeant potestatem rerum, quæ ad ipsa pia loca pertinent; in quocumque loco de his fratribus illarum Ecclesiarum possessiones fuerint, &c.*

5 Pars. Ludouicus Pius propter seruitio, beneficiaque à magnis suis perfecta virtutibus in Ecclesiam Dei Romanamque Pontificem collata pro pero victo subactis hostibus, & bono se pius quieuit.

. Sed pius Imperator dum pro Ecclesiæ, eiusque Pastoris, Christi Domini Vicarij, pace, salute, & gloria laborat, vehementerque suarum virtutum operibus angitur, atque desudat, Deus eum temporalium prosperitatum cumulo fœcundat, atque dum rerum ad illius Ecclesiæ Romanæ incolumitatem, dignitatemque spectantium, diligenter, viriliterque satagit, Deus pro eo contra eius aduersarios ineruento marte depugnat. B Et vt testis est huius vitæ scriptor, de illius inimicis, regnique non minus quàm religionis hostibus, quibus ipse pius Imperator pepercerat, vltionem, vindictamque in extento diuinæ suæ iustitiæ brachio sumpsit, cùm principes seditionis in eum turbati imperij, Christianæque religionis artifices pestilentię gladio deuorauit; grassantesque Northmannos infideles in Frisonum regionem imperij partem, absque vlla hominum eius imperio subditorum cæde versos in fugam spiritu vertiginis actos exterminauit. In victoriarum messe pietas, misericordiaque Imperatoris huius, immensa erga hostes suos non mediocri compassionis radio refulsit, in logendo suorum aduersariorum mortem, atque pro illis deprecando. Propterea non immeritò per admirationem eius vitæ scriptor exclamauit.[a] C *Quis Imperatoris animum dignè miretur? Quanta temperantia, & mansuetudine, diuina cum clementia gubernauit? Etenim hoc suscepto nuntio nihil ipse exultauit, nec mortis inimicorum insultauit; sed pugno pectore tacto, lacrymisque oculis oppletis, Deum illis propitium fieri cum gemitu ingenti precatus est. Hoc tempore Britonum impetus emotus est, sed tam facilè conquienit, quàm Imperator in eum spem posuit, cui veracissimè dicitur: sit testimonium tibi Domine, cum volueris posse.* Hæc ille.

Deus pro Ludouico Pio pugnat contra hostes exterminando.

a Idem huius vitæ scriptor.

Pietas Ludouici Pij lugentis hostium interitum, & pro eorum animæ salute Deum deprecantis.

Vt sanctè vixit pio Ecclesiæ Romanoque Pontifici obediens, sic fideliter ex hac vita migrauit.

At pius Imperator postquam multos annos patris æmulando virtutes, religiosè Deo, fideliterque Vicario eius ac sponsæ sanctissimæ seruiuisset: ab ipso Deo per prodigia, ipsi non infausta conspecti cometæ micantibus spaciosa luce crinibus ardentis misericorditer admonetur, vt domui suæ disponat, suæque saluti recogitando omnes annos suos in amaritudine animę suæ prospiciat. Ita sicut piè, religioseque vixit, spiritualibus parentibus Ecclesiæ Christi, Romanoque Pontifici bene semper obsequens, sic feliciter in Domino moreretur. Quo viso cometa, astronomo fatales exitus, & euentus huius astri criniti raro impunè fulgere visi, sciscitanti futuros, dicentique ne mentem principis ostenti terrore concuteret illud Prophetæ:[b] *à signis cæli, ne timueritis, quæ pauent gentes*, optimus Imperator fidens animi, de sola Dei misericordia præsumēs, atque in vtrumq; paratus, siue viuere siue mori, A omnem appetitū, desideriūque suum diuinæ volūtati subiugando respōdit, solita vsus magnanimitate, & prudentia, vt retulit astronomus in historia sua. *Non alium timere debemus præter illum, qui noster, & huius sideris creator est. Sed eius clementiam non satis laudare, & admirari possumus, qui nostram inertiam, cùm simus peccatores, & impœnitenter, talibus indiciis dignatur admonere; quia ergo & me, & omnes communiter hoc ostentum tangit, omnes pro posse, & sapere ad meliora festinemus, ne forte misericordiam illo prorogante, & nostra impœnitudine impediente, nos illa inueniamur indigni.* Itaque hūc cometam sibi ex hac vita prænunciare egressum sapiēter agnoscēs, intrepideq; iussa Dei capessēs, eius voluntati consecratus, cùm vnumquemque ad sua se recipere præcepisset:[c] *Illam noctem, vt nobis perlatum est* (inquit ille astronomus, quem consuluerat Imperator) *peruigilem duxit, ac Dei laudibus, & obsecrationibus honoratam lucis superuenientis præsentauit: in cuius crepusculo ministros aulicos vocauit, & Eleemosynas, quàm largissimè pauperibus, ac seruis Dei, tam monachis quàm canonicis porrigi iussit: missarumque solemnia, per quoscumque potuit, celebrari fecit, non tam ùm sibi metuens, quantum Ecclesiæ sibi creditæ prospiciens.* B Qui postea morti proximus graui morbo perculsus iacens in lecto valdè debilis, viribus exhaustus morbi grauitate, iter sibi parans ad astra bonis stratum operibus, quotidie sacrosancto dominici corporis pro sui viatico egressus sacramento communicabat. Atque per quadraginta dies, vsque ad spiritus sui de tabernaculo corporis exitum sine cibo, potuque, iam mortuus mundo, sibique; sed Christo Domino Deo suo viuens, vt religiosissimè fecerat in vita, solius Eucharistiæ sacratissimæ communione roboratus victitabat: C & ad spem futuræ gloriæ recreatus anhelabat, vt domesticus eius vitæ scriptor in historia sua testatus est.[d] *Laudante eo*, inquit ille, *iustitiam Dei, & dicente, Iustus es, Domine, quia quadragesimæ tempus non ieiunatus exegi saltem coactus, idem ieiunium tibi exolui*. Addit prætera idem vitæ Lodouici scriptor,[e] per Drogonem fratrem Imperatoris Episcopum Metensem. *Quotidie confessionis munus, sacrificium spiritus conturbati, & cordis humilitatis, quod Deus non despicit, obtulisse.* Demùm in bonis operibus vsque ad vltimum spiritum vitæ perseuerando, thesaurorum per fratrem Drogonem Ecclesiæ Metensis Episcopum facta Ecclesiæ pauperibus, filiisque distributione: suam Deo commendans animam, oculis in cœlum suspiciens, diuinis affluens benedictionibus, valdè consolatus, lætusque pius Imperator expirauit. Ad requiem felicitatis æternæ commigraturus, D cœlestisque gloriæ coronam à Christo Domino recepturus, sic animam feliciter exhalauit, eamque Deo reddidit: qui illam in corpore sapienter, religioseque gubernauerat, atque bonis eam operibus ad gloriam Dei, eius Ecclesiæ defensionem, seruitium, obsequiumque conuersis exercuerat:[f] *quia veraciter dictum est à veridico doctore* (inquit scriptor huius vitæ) *Non potest malè mori qui bene vixerit.*

b Hierem c. 10

Hæc ex illo astronomo, qui historiam totam descripsit in annalibus Franciæ.

Responsio præclara Pij Imperatoris diuinæ voluntati se totum conformantis.

Imperator Ludouicus bene vtens admonitione diuina per ostensum cometa declarata suæ vitæ consuentia, salutique prospicit bonis intentus operibus.

c Ex astronomi relatione ibid.

Pietas magna Imperatoris Ludouici non tam de sua, quàm de Ecclesiæ salute solliciti.

Morti proximus Ludouicus Pius sola S. Eucharistiæ communione sine cibo materiali victitabat per 40. dies ante mortem.


d Ex Scriptore vitæ Ludouici Pij.

f Scriptor vitæ Ludouici Pij.

CAP. IX.

De Lothario Rege Italiæ Imperatore. Carolo Caluo Rege Galliæ. Ludouico iuniore Imperatore, filio Lotharij.

1. *Lotharij in Rom. Pontificem, ſedemque Apoſtolicam pietas, obſequium, & munificentia; qui relicto imperio vitam monaſticam profeſſus eſt.*
2. *Caroli Calui pietas, honor, amor, & obedientia in Eccleſiam, Romanumque Pontif.*
3. *Ludouici 2. in Romanum Pontificem pietas humillima, amor, obſequium, ſummaque reuerentia.*
4. *Quanti fecerit Ludouicus Imp. authoritatem, & maieſtatem Rom. Pontificis diuinam, in transferendo imperium ad Francos.*



IAM verò Martelli, Pipini, Caroli Magni, Ludouici Pij virtutes heroicas, vereque Chriſtianas in protegenda Chriſti Domini Eccleſia, in eius firmanda pace cum ſeculari poteſtate, eius amplificanda proſperitate, in honorando Romano Pontifice Chriſti Domini Vicario, vindicandoque contra omnes Apoſtolicę ſedis aduerſarios eius principatu monarchico, in filiis, nepotibus, poſteriſque, nec defeciſſe, nec elanguiſſe demonſtremus. Atque inprimis Lotharius Rex Italiæ, Ludouici patris in imperio ſucceſſor, licet non ſemper boni conſilij compos, [a] memor tamen intentionis paternæ, iuſſioniſque, vt curam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, eiuſque tuendæ dignitatis Prouinciam impensè, ſoliciteque ſuſciperet, propter quam pater ei regnum Italiæ dono contulerat, quod potuit obſequium, honorem, reuerentiam, auxiliumque Romano Pontifici præſtitit. Nam cùm Leo 4. Pontifex opus ingens aggredi vellet, nimirũ vt nouam ciuitatem ædificans, altis ſolidiſque muris templum Sancti Petri tutiſſimè muniret, atque cingeret, vt illud à crudeliſſimorum Sarracenorum furioſis in poſterum, quibus antea patuerat incurſibus eximeret, atque vindicaret. [b] *Cùm in his diuturnis curis, & angoribus deſiderares*, inquit Anaſtaſius Bibliothecarius, *Deo reuelante huiuſmodi prorſus conſilium ſumpſit, vt hoc ipſum ſuo dilecto, & ſpirituali filio Lothario luce clarius indicares Auguſto, quatenus per illius Deo annuente adiutorium, atque conſilium ciuitatem illam ædificaret*, &c. Paulò poſt hæc de pietate, & munificentia in ſedem Apoſtolicam Lotharij ſubiunxit. [c] *Hoc piiſſimus, ac sereniſſimus Cæſar agnoſcens, magna eſt illico lætitia, & exultatione repletus, rogansque eum ſanctum ſummopere præſulem, patremque per omnia ſpiritualem, vt tanti operis, & temporis fabricam ſedulo labore perficeres, ad eam ipſe vnà cum fratribus ſuis non modicas argenti libras direxit, vt ſicut dictum* A *eſt, tam proficuum opus indeliberatum minimè remaneret*, &c. Eius pietas, amor, & obedientia in Catholicam Eccleſiam, eiuſque paſtorem œcumenicum quanta fuerint, vitæ terminus, exituſque docet. Qui cùm annos quindecim circiter imperaſſet, mundo, eiuſque pompis renuntians, ſe imperatoriæ fulgore maieſtatis abdicauit. Atque diuiſis regnis, cum Ludouico Italiæ regnum cum imperiali dignitate, Lothario regnum, quod habebat in Francia conceſſiſſet, cæteriſque rebus ritè, ſapienterque diſpoſitis, Prumacenſis monaſterij mœnibus ſe, clauſtriſque ſepiuit: vt in eo Angelorum vitam, reliquo vitæ tempore factus monachus imitari conaretur, vt Rhegino, [d] aliiq; B huius temporis ſcriptores, memoriæ prodiderunt. Quem propterea, vt generoſiſſimum mundi ambitioſæ celſitudinis, animique proprij victorem miris [e] Rabanus, & Angelonius [f] laudibus, prędicationibuſque extulerunt. Frater huius erat ex altera matre filius Ludouici Pij Carolus Caluus, qui quanto honoris, obedientiæ, fidelitatis, & amoris ſedem Apoſtolicam, Romanumque Pontificem officio complecteretur, illud ad Nicolaum primum literæ teſtantur, quarum hæc erat inſcriptio. [g] *Sanctiſſimo, & Reuerendo Patri Nicolao Catholicæ, & Apoſtolicæ ſedis ſummo Pontifici, & vniuerſali Papæ Carolus Dei gratia Rex, & ſpiritualis filius veſter*, &c. Qua ſic concepta ſubſcriptione hoc exordio ſuæ obedientiæ, honoris, & amoris affectum in hunc ſanctiſſimum patrem, ſedemque Apoſtolicam Rex ipſe Chriſtianiſſimus expreſſit. *Quę ſicut deuotio noſtra erga* C *Sanctam ſedem Apoſtolicam, omniumque Eccleſiarum matrem, atque magiſtram, & erga ſancti Apoſtolatus veſtri honorem in iſtis ciſalpinis regionibus longè, lateque, gratias Deo, cognoſcitur rata & colenda cum ſummi honoris veneratione paternitatis veſtræ benignitas erga filialem noſtram dilectionem non ſolùm noſtris beneuolis, ſed & æmulis authore Deo certis indiciis veluti ſanctitatem veſtram ſcilicet religionis culmen decet*, innotuit &c. Quam quidem Regis huius Chriſtianiſſimi pietatem, obedientiam, humilem reuerentiam, & amorem erga ſe, ſedemque Apoſtolicam conſiderans, approbans, vehementerque laudans Nicolaus Pontifex ita ſcribebat ad illum. [i] *Cùm vos tanta humilitate, tantaque deuotionis incuruatione ſub potenti manu Dei ad reuerentiam præcipuorum ipſius Apoſtolorum flecti conſpicimus, impletum videmus quod Sanctus Iob de Domino loquitur dicens.* [h] *Sub quo curuantur qui portant orbem.* [l] Alibi ipſe Rex monenti ſe, & exhor- D tanti Nicolao Papæ vt Clericorum iniuſtè ab Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo depoſitorum cauſæ faueret, daretque operam, vt quamprimum in gradus, tituloſque ſuos reſtituerentur, ſe ipſius Pontificis in omnibus voluntatem facturum promittit, ea diligentia, & promptitudine qua ipſe iubebat. At Ludouicus 2. Imperator, Lotharij filius, quo ſtudio deuotionis, & honoris, Nicolaum primum recens in apicem Pontificiæ maieſtatis euectum coluerit, quo in eum amoris ardore, qua obedientiæ, ſeruitiique religioſi propenſione proruerit, declarat ſatis apertè verbis illis Anaſtaſius Bibliothecarius. [m] *Quem cùm vidiſſet excellentiſſimus Auguſtus* (ſcilicet Nicolaum Papam ad ſe venientem ex vrbe à qua creato Pontifice Imperator datis huic Pontifici oſculis, & obſequiis recenter exierat) *obuius in aduentum eius occurrit, ſi animumque Cæſaris ſuis*

a Teganus in Ludouico Pio.

Clotarij in Rom. Pontificem pietas, obſequium, & munificentia.

b Anaſtaſ. Biblioth. in Leone 4.

c Idem ibid.

Lotharius relicto imperio fit monachus.

d Rhegino in Annal.

e Rabanus lib. de anima.

f Angelonius præf. in cantico.

2. Pars. Caroli Calui pietas, honor, amor, & obedientia in Eccleſiam Romanumque Pontificem.

g Ep. Caroli Calui ad Nicolaum 1.

Nota quod ſanctiſſimus Papa ſeu ipſe Papa à Rege Carolo culmen religionis appellatur.

i Nicolai 1. ep. 7. ad Carolum Caluum.

h Iob. c 9 v. 13.

l Epiſt. Caroli Calui ad Nicolaum 1. an. D. 866. data, extat apud Baron. tom 10. Annal an 866. n. 83. ex monumentis Bibliothecæ Nicolai Fabri.

3. Pars. Ludouici 2. in Rom Pontificem pietas, amor, obſequium, humillima, ſummaque reuerentia.

m Anaſtaſ. Biblioth. in Nicolao 1.

manibus apprehendens pedestris more, quantum sagitta iactus extenditur, equum traxit, cum quo imperiale ingressus tentorium, salubribus adinuicem fruebantur colloquiis, mensisque epulis perornatis, spirituali alacritate cibum pariter sumpserunt. Ante hæc, paterni amoris affectum Nicolai Pontificis erga hunc Imperatorem, illis verbis Bibliothecarius expresserat.[a] *Tertia consecrationis eius die cùm Augusto conuesciens* (scilicet Papa Nicolaus) *sapientiæ famine resplendebat, charitateque plenus epulabatur in Christo: finito communi apparatu consurgens, Cæsaremque spiritualem, & veluti charissimum deosculatus filium immenso circumdedit amore; his ita gestis, serenissimus Imperator ab vrbe discessit: sedemque in loco, qui dicitur Quintus, collocauit.* Post hæc subiunxit author quomodo Nicolaus Papa vrbe egressus ad eum Imperatorem amoris studio visendi causa perrexerit, his verbis.[b] *Beatissimus autem præsul hoc audiens, dilectionis eius compulsus plenitudine, atque amoris, ad eundem locum cum proceribus, & optimatibus properauit. Quem cùm vidisset excellentissimus Augustus.* Et cætera, quæ supra diximus.

a Anastas. ibid.

b Anastas. ibid.

Quanti verò Pontificis authoritatem fecerit, quantæ virtutis maiestatem eius ad legitimè stabilienda imperia crediderit, Imperator ipse satis clarè manifestauit, cùm imperium Francorum etsi nouum, legitimum tamen fuisse non minus verè, quàm firmiter asseuerauerit, quod Dei nutu in Carolum Magnum Leo 3. propter admirabiles ipsius Caroli virtutes heroicas, Christianasque transtulerit. Sic enim in responsione ad iniustas querelas, indignasque Basilij Imperatoris Orientis expostulationes imperium Occidentis in Francos translatum illegitimum, iniustumque calumniantis, legitimú iustumque imperij sui titulum, à proauo Carolo M. deriuatum, iusta contestatione, solidaque probatione demonstrabat.[c] *Illud autem mirari merito possumus, quod sublimitas tua ad nouam, & recentiorem appellationem aspirare nos autumat: cùm quantum ad lineam generis pertinet non sit nouum vel recens, quod iam ab auo non vsurpante, vt perhibes, sed Dei nutu, & Ecclesiæ iudicio, summique Pontificis per impositionem, & vnctionem manus obtinuit, sicut in codicibus tuis inuenire facilè poteris. Verùm quid mirum si nouum sit cum omne vetus à nouo principium habeat, & non nouum à veteri. Et certè cùm primi Romani principes imperare cœperunt nouum fuit, sed de die in diem deuenit in vetustatem; non ergo quæcumque nouitas in culpa est, scilicet irreprehensibilis nouitas. Vnde enim Apostolus[d] dilecto filio scriberet quod ait vocum nouitates deuita, sed prophanas vocum nouitates deuita. Sanè antiquam esse imperij nostri dignitatem nullus ambigit, qui vel nos successores antiquorum Imperatorum esse non nescit, vel diuinæ pietatis diuitias non ignorat. Nam quid mirum si in fine temporis palam exhibuit, quod ante tempora in abdito consilio suo prædestinauit.*

4 Pars. Quanti fecerit Ludouicus Imperator authoritatē, & maiestatem diuinam Rom. Pontificis, vt imperium in Francos translatū etsi nouum, tamen legitimum asserueri, quia à Rom. Pontifice Dei nutu translatum sit.

c Epistola Apologetica Ludouici 2. Imperatoris contra iniustas Basilij Imp. Orient. querelas.

Non omnis nouitas culpanda.

d 1. Ad Timoth. c. 6.

Quod verò diceret Basilius in sua expostulatione Romanum Pontificem non potuisse imperium in Carolum Regem Francorum in præiudicium Imperatorum Orientalium transferre, respondet Ludouicus id iure potuisse Romanum Pontificem, atque ius illud Imperatorem constituendi Scripturæ Sanctæ testimonio, ita vindicat, atque tuetur.[e] *Porro si calumniaris Romanum Pontificem, quod gesserit, calumniari poteris & Samuel, quod spreto Saule, quem ipse vnxerat, Dauid in regem vngere non renuerit.* Et cùm rursus instaret Basilius vt si Ludouicus Occidentis Imperator dici vellet saltem à se ipso Orientis Imperatore titulum Imperatoris accipere non dedignaretur; quod facere Ludouicus planè negauit, istamque superbam Basilij præsumptionem improbando, vituperandoque, imo etiam detestando repudiauit, dicens ei.[f] *Quod à Domino per summum Pontificem accepimus, ab homine prophano & laico accipere noluimus.*

Ius Imperatorem creandi, constituendique à Rom. Pontif. Ludouicus vindicat, atque Scripturæ authoritate defendit.

e Ibid. in eadem epist.

Præclarum dictum Ludouici Imp.

f Ibid.

CAP. X.

De Ludouici Germaniæ Regis, filij Ludouici Pij Imp. & Lotharij Regis Franciæ filij Lotharij Imp. & Ludouici Balbi Imper. & Regis Franciæ sincera fide in confirendo supremum Rom. Pontificis imperium, atque principatum monarchicum, de eorum obedientia, honore, & amore huic Ecclesiæ vniuersalis principi exhibitis.

1. *Honorem, & reuerentiam, qua supremam Romani Pontificis maiestatem, dignitatemque venerantur Ludouicus Rex Germaniæ, & Lotharius Rex Franciæ suis ad Nicolaum 1. literis exprimunt.*
2. *Quanta potestatis, & authoritatis illi Reges esse credunt Romanum Pontif. apud Reges Francorum, ad cohibendos sedandosque motus, tumultusque bellorum.*
3. *Lotharius Rex Franciæ tanti fecit Pontificiam maiestatem, vt eius splendorem, præ reuerentia ferre non posse dicat. Cui perfectam in omnibus vouet obedientiam.*
4. *De Ludouici Balbi Regis Franciæ pietate, & obedientia, in Rom. Pontificem, à quo Imperator creatus est.*



IAM verò si sit de fide sincera mouenda quæstio, & inquisitio, quam Ludouicus natione Gallus Germaniæ Rex, Pij Ludouici filius, & Lotharius Rex Franciæ Belgicæ, huius Pij Imperatoris nepos, Lotharij Imperatoris, & Regis Italiæ filius, de suprema, monarchicaque super omnes in Ecclesiæ Catholicæ sinu manentes, viuentesque spiritu Dei, fideles potestate firmiter habuerunt. Si eorum quanta fuerit deuotio in honorando, & amando hunc vniuer-

silis Ecclesiæ principem; eique propter eminentiam tantæ potestatis, & authoritatis datæ diuinitus, summa cum humilitate reuerenter obediendo disquerere vellemus, illarum solummodo literarum ad Nicolaum primum de tyrannica Caroli Calui, alienarum terrarum inuasione, deprædatoriaque irruptione expostulantium examen sufficeret. In ipsarum namque literarum fronte, & inscriptione, sincera de hac suprema Romani Pontificis authoritate Monarchica clarissimè illorum fides his verbis apparet. [a] *Domino verè beatissimo, ac sanctissimo, totiusque sanctæ Dei Ecclesiæ rosco Pij Regis Christi sanguine acquisita, Pontifici, & vniuersali Papa Nicolao, Ludouicus Magnus, & Lotharius, diuina præueniente gratia, Reges, in principe Pastorum Christo sempiternam summæ felicitatis pacem, & gloriam.* Amorem autem istorum principum, obedientiam, deuotamque humilitatem in Romanum Pontificem, illa literarum principij verba euidenter explicant. [b] *Nullus mortalium sanctissimi Apostolatus vestri sospitatem largiùs audire, & vberiùs videre desiderat, quàm nostra vnanimis affectio, & sicut spirituales, & deuotissimi filij almissimam paternitatem vestram, toto cordis affectu, amplexamur. Nos verò diuina largiente clementia sani, & incolumes vigemus, & pro nobis omnipotentia Dei victrici dextera pugnante, sopitis per omnia, in regnis nostris, paganorum infestationibus, in vestris obsequiis, & vtilitatibus paratissimi existere desideramus.* Atque vt pleniori honore, reuerentia, amore, & obsequio præsentem deosculentur, & amplectantur, ipsum sanctissimum omnium fidelium parentem in sua regna descendere maximis sinceræ cupiditatis, charitatisque flammis ardescunt. Propterea sic ad eum inter multa alia rescribunt. [c] *Postquam de vestro pio studio, & vigilantissima pastorali cura semel aliquid hausimus, nostrum multipliciter flagrat desiderium, vt si Deus omnipotens nostris votis annuerit, quem absentem mente veneramur, aliquando quidem præsentem diuina largitione dulciter amplexemur, atque Christianissimorum principum more, ad vestra sacra vestigia prouoluti de vestro desiderio recreari mereamur.* Suos postea vehementes animi, & cordis affectus, ardentesque suorum desideriorum motus adeundi Romam ostendunt, vt ibi visitando cum summa veneratione conuentus Apostolici principum limina, sacrasque reliquias præsentes, ipsius Romani Pontificis maiestatem, sanctitatemque pari deuotione humiliter adorarent: nisi iniustæ Caroli Regis pactorum fœderum violatoris excursiones in regna sua hac se peregrinatione, sanctæque ciuitatis aditu prohiberent. [d] *Si enim*, inquiunt, *huiusmodi lamentabilis cessasset ambitio* (scilicet Caroli Calui) *& venena pullulantis inuidiæ saltem Apostolico antidoto mederentur, pura mente disponebamus sanctorum Apostolorum limina, vestramque desideratissimam, ac sanctissimam paternitatem humiliter ac reuerenter visitare, præsertim cum pugnante pro nobis, vt diximus, Christo, ex omnibus nostræ ditionis finibus paganorum infestatio viriliter sit repulsa, & nostri desiderij votum sola intercipiat pseudo-Christianorum discordia.*

Deinde summis Romanum Pontificem precibus obtestantur, vt in partes Galliarum, Franciæque descendere dignetur, quo præsens ipse violentas illas bellorum, dissidiorumque commotiones, quas ruptor fœderum Carolus prauis turbulentorum hominum consiliis deceptus excitauerat, authoritate Apostolica, sapientiaque Pontificia compescat, dissipet, atque rupta fœdera, pactaque violata, strictiori quàm antea, pacis, concordiæque vinculo restaurata coniungat. Sic enim illi loqui Pontifici pergunt. [e] *Oportet præterea vestræ authoritatis iubar, propter generalem solicitudinem, nostros inuisere fines, vt quos nulla pacis fœdera, nulla mouent fraternæ charitatis viscera, nulla nectunt consanguinitatis ligamenta, Apostolica iunctio ad censuram Ecclesiasticam venire compellat.* Has verò tumultuum, bellorumque commotiones facilè sanaturum Nicolaum Papam præsentem Pontificiæ maiestatis authoritate, ex factis antecessorum Pontificum similibus, ita colligunt. [f] *Et quidem sanctissimi prædecessores vestri per suam præstantiam, ac pium laborem plurima correxerunt, imo per legatos, ac literas absentes corpore, sed Spiritu sancto præsentes innumera quæ in abruptum peruersitatis lapsa fuerant reuocantes ad rectam iustitiæ tramitem reduxerunt.* Ad extremum rursus obedientiam filialem subiectionemque suarum personarum, regnorumque Romano Pontifici Nicolao deuotè consecrant, illius maiestatis supremæ, Pontificiæque dignitatis diuinitus ordinatæ protectionē totis suis viribus, defensionemque spondent, & vouent, Deum pro illius dignitatis, maiestatisque spiritualis incolumitate religiosè deprecando ista circa Epistolæ finem de puro mentis affectu dicentes: [g] *Nos ergo propriis limitibus, ac terminis contenti, illi sanctæ sedi Apostolorum principis, & vestræ ab omnibus reuerendæ authoritatis humilem subiectionem vnanimes modis omnibus obseruare decernimus, eique collatam diuinitus immunitatem salubriter tueri peroptamus. Igitur quasi ad vestra sacra vestigia prouoluti, propter amorem Dei, & reuerentiam Beati Petri multipliciter precamur, vt ex nostra vnanimitate nihil sinistrum, nihil falsidicam credere dignetur vestra sancta paternitas*, &c. In fine. *Omnipotens Deus tanti Pontificis sanctissimum apicem ad consolationem matris Ecclesiæ, ac filiorum eius, nostramque perpetuam pacem diu incolumem custodiat pro nobis apud pium iudicem* (scilicet Christum Iesum) *feliciter interpellando. Amen.* Hæc quidem Lotharius Rex Franciæ vnà cum patruo suo Ludouico Germaniæ Rege ad Nicolaum Papam rescripsit. In quibus quanti maiestatem Romani Pontificis Ecclesiasticam, quanti illius sublimitatem supremi honoris, principatusque fecerit; quoque amore, reuerentia, & obsequio sanctissimum illum patrem, considerata celsitudine dignitatis monarchicæ simul cum eodem patruo coluerit, nemo est nisi mente cæcus, egenusque iudicij, qui non videat. Nec minus clarè ea omnia ipse solus in epistola demonstrauit, qua ad ipsum Nicolaum primum rescribens, scelus suum quantum poterat extenuare nitebatur, grauique se accusatione purgare, qua apud eum summum Pontificem grauiter, meritoque maximi criminis insimulabatur, illum videlicet nuptialem torum turpi, fœdoque diuortio violauisse, maculisque concubitus adulterini polluisse. In qua quidem epistola post multa magnæ reuerentiæ, obedientiæ, atque humilitatis indicia, tanti se maiestatem, dignitatemque supremam ipsius Romani Pontificis diuinitus datam facere pro-

[a] Epistola Ludouici Regis Germaniæ, & Lotharij Regis Franciæ ad Nicolaum 1.

Amor, honor, obedientia deuotio, & humilis horum erga Rom. Pontificem Regum.

[b] Ex principio epistolæ huius.

Optant Reges illi Nicolaum in sua regna venire, vt illum maiori obsequio, & honore corporaliter spiritualiter venerentur & adorent.

[c] Ibid.

Affectum amoris in Pontificem ostendunt dum vt eum visitando venerentur Romam adire percupiunt, nisi iniusta Caroli Regis in eorū terras excursiones obstarent.

[d] Ibid. n. 29.

2. Pars. Quanta potestatis, & authoritatis illi Reges esse credunt Romanum Pontificem apud Reges Francorum ad cohibendos, sedandosque motus, tumultusque bellorum.

[e] Ibid. n. 30.

Præsentia Rom. Pontificis in Gallia multa deprauata correxit imo & per epistolas absens

[f] Ibid.

[g] Circa epistolæ finem. *Votum obedientiæ, subiectionis humilis, & defensionis sedis Apostolicæ, Pontificiæque maiestatis offerunt Reges Ludouicus, & Lotharius Nicolao Pontifici.*

3. Pars. Lotharius Rex Franciæ quanti fecit maiestatem Pontificiam, vt eius splendorem præ reuerentia ferre non posse dicat.

testator, vt ipsius fulgorem maiestatis, splendoremque dignitatis, præ reuerentia, honorisque tremore respicere non valeat, cum ait. [a] *Denique almifluo apostolatui vestro dudum scripsimus, quod quasi de paradisiaco Sacratissimi vestri pectoris fonte salutis nostræ pocula haurire desideramus. Sed vt verè fateamur non modicè purum in vestra fidelitate nostri cordis intuitum, & humana conditionis aciem obnubilat, quod fulgurro vestri Pontificij iubare nos non solùm illustrari, verùm etiam crebro terreri placuit; vnde attonita nostra mansuetudo, vix tanti fulguris radios ferre valuit. Nostra tamen salutis monita* (scilicet à vestra sanctitate profecta) *auidissimè excepit, atque abundantissimè amplexata est.* Idem Rex Lotharius in alterius Epistolę subscriptione ad ipsum Pontificem per Cancellarium regni sui missæ, qua animum Pontificis contra se valde commotum occasione Vualdradæ pellicis, (qua loco repudiatæ suæ sine causa coniugis, illum abuti rumor erat) placare, placatumque sibi reconciliare conabatur: Romanum Pontificem vniuersalem Papam appellat, sic enim se habet titulus epistolæ. [b] *Sanctissimo, & perbeatissimo summo Pontifici, & vniuersali Papa Nicolao Lotharius, diuina præueniente clementia Rex summæ felicitatis, & præsentis prosperitatis pacem, & gloriam.* In principio autem huius epistolæ se in honorando, diligendo, exaltaodo Romanum Pontificem, & ei in omnibus humiliter obediendo, pareodoque, maiorum suorum Christianissimorum principum pietatem, religionemque imitari se velle sicut se dicit hactenus fecisse, profitetur, cùm suos sic cum Pontifice per literas orditur affatus. [c] *Postquam nobis gratuita misericordia Dei regni gubernaculum commisit more prædecessorum nostrorum Christianissimorum videlicet principum, semper & in omnibus sublimatam Beati Petri Apostolorum principis sedem, vestrique Pontificij Deo dignum apicem, vt dignum est, reuerenter dileximus, atque instanter illam exaltare, quantum in nobis fuit, paratissimi fuimus, & de vestro tanquam spiritalis patris regimine spiritualia, et salubria inhianter audire desideramus: imo quasi de paradisiaco fonte vitæ pocula in posterum haurire parati sumus. Quippe puramus nostræ mentis aciem, quasi ad athereum iubar, & totius sanctæ Ecclesiæ pharum ad custodiam gregis Christi in eminentissimo apice constitutam confidenter, & humiliter direximus.*

Postea ægrè ferens quorumdam maleuolorum rumusculis de se, calumniasque redolētibus sermonibus Pōtificis aures circumsonuisse, quas ipsum Pontificem, sanctissimum omnium Regū, populorumque Catholicorum parentem vellet talibus calumniantium æmulorum vocibus obstruxisse; ista subiunxit. [d] *Sed quod non modicè plangimus, quia vestra pia paternitatis circumspecta sollicitudo vltra quàm nobis necesse esset, æmulorum vocibus credula fuit, paternas increpationes nuperrimè, & inopinatè excepimus. Reueraquia* [e] *meliora sunt vulnera diligentis, quàm oscula inimici, quidquid nobis à vestra pia paternitate dirigitur, vltra quàm credi potest, omni melle dulcius, omni thesauro charius in palato nostræ mentis dulciter saporatur, & in arca nostri pectoris reuerenter amplexamur.* Post multa vero, ita se subditum, obedientemque Rom. Pontifici profitetur, seque talem fore semper sicut antea, spondet, atque promittit. [f] *Si vestra paternitas aliquid nobis nuntiare decreueris, legatos, aut certè literas mittere placeat, pro certo enim nunquam vestræ beatitudinis iussa despexerimus, sed modis omnibus*

a Epistola Lotharij Regis ad Nicolaum I. ex codice Treuirensi apud Baron.

b Ep. alia Lotharij ad Nicolaum primum ex eodem codice Treuir. *Valde & perfectè diligere, honorare, & superexaltare maiestatem Pontificis, eique in omnibus parere maiorum Regum Christianissimorum Lotharius Rex profitetur.*

c Principium Epistolæ Lotharij ad Nicolaum Papam.

Omnes paternas Pontificis Rom. increpationes se patienter non modo toleraturum, sed & ardenter eas pro sua salute amplexaturum spondet.

d Ibid.

e Prouerb. c. 27. v. 6.

f In eadem ep.

Lotharius deuotam in omnibus, quasi vnice salutis suæ tanquam submissionem, obedientiamque Rom. Pontifici Nicolao vouet, & offert.

A *veneramur, amplectimur, atque diligimus; nulli prorsus homini subiecti esse volentes, nisi Deo, & Sancto Petro, ac cæteris sanctis, vestraque paternitatis culmini (mi pater, & Domine) in quo, vt præsulimus, post Deū, & sanctos eius nostræ salutis spes multipliciter maneat. Quodcumque significaueritis aut per vestros, aut per nostros legatos, seu per literas pro amore Dei, & Apostolica reuerētia libēter obedire volumus propter vos*, &c. Rursus eiusdem Regis pietas, & deuotio in agnoscēdo fideliter, & religiosè colēdo patris sanctissimi maiestatē, atque principatū, his quæ ad successorem Nicolai primi Hadrianum secundum scripsit manifestatæ patuerunt. [g] *Quia Deus*, inquit, *omnipotens Princeps pastorum*

B *in illa sancta sede vestri Pontificatus apicem sublimauit, vestrum multipliciter desideramus conspectum.* Sed ad Ludouicum Balbum Regem Franciæ simul ac Imperatorem, Caroli Calui filium, & ad eius pias, Christianissimas erga sedem Apostolicam virtutes discursu breui veniamus: quarum fructus vberiores Ecclesia Dei, sedes Apostolica, Romanusque Pontifex proculdubio gustassēt, si ille religiosus Princeps diutius superstes in hac vita remansisset. Ad ipsum Regem mortuo patre Carolo Caluo, extinctoque veneno perfidia Iudæi medici, Ioannes octauus in Galliam auxilium petiturus accessit, contra Lambertum ducem Spoletanum, & Adelbertum Tusciæ marchionem, rebellionum, persecutionumque in sedem Apostolicam furias horribiles excitantes, vrbemque Romanam hostili crudelitate ferociter inuadētes. De quorum furiosis insultibus au-

C sisque sacrilegis veteres [h] Francorum Annales breuiter scribunt: sed longè fusius Ioannes octauus in varijs epistolis ad diuersos Ecclesiarum præsules; vt ad [i] Anspertum, alias Auspertum Mediolanensem Episcopum, [k] ad Ioannem Archiepiscopum Rauennatem, & ad plures principes laicos, vt ad [l] Berengarium naturalem Caroli Calui filium, & [m] ad Ludouicum Baioariæ regem, Ludouici Germaniæ Regis filium, & ad alios, à quibus Pontifex, contra hos tyrannos crudelissimos, sacrilegosque Ecclesię Romanæ persecutores, auxilium, præsidiumque flagitabat. Ipse rex Ludouicus [n] Balbus, etsi ægro, languentique corpore infirmatus, Pontifici in suas terras venienti, hospiti charissimo cum maximo honore processit, eumque cum summa reuerentia, pompaque solenni recepit: coegitque Ioannes Papa Synodum in vrbe Trecensi, cui præsens ip-

D se præfuit. Quò conuenerunt Episcopi Galliarū, & Belgicarum Prouinciarum constituta die mensis Augusti: at tunc Ludouicus rex Franciæ, propter acerbitatem ingrauescentis morbi, quo vehementer angebatur, accedere non potuit, suamque in eo concilio præsentiam, propter hāc infirmitatem, vsque ad kal. Septembris differre coactus est, vt scribit Aimonius. [o] In eo concilio fulmine anathematis sacrilegos illos ecclesiæ romanæ persecutores, vrbisque cum S. petri patrimonio furiosissimos inuasores Lambertum, & Adelbertum, eorumque sectatores, ictos, percussosque Ioannes Pontifex annuentibus, & consentientibus huius concilij patribus, execrabiles Satanæ tradidit, vt eorum tandem salua fieret anima resipiscendo conclamauit. In eodem [p] concilio Ioannes Pontifex Luduuicum regem sacra ad imperij verticem inauguratione prouexit, coronatumque sublimauit: & Bosonem magnatū virtutum principem in filium adoptionis iure recepit;

g Lotharij Regis ep. ad Hadrian.

4 Pars. *De Ludouici Balbi Regis Franciæ, & Imperatoris pietate & obedientia in Rom. Pontificem.*

h Veteres Francorum Annales an. D. 578.

i Ioan. 8. ep. 80 ad Anspertum Mediol. episc.

k ep. eiusdem 84. ad Ioan. ep. Rauennatem.

l ep. ad Berēgarium.

m ep. ad Ludouicum Baioariæ Regē.

n Ex Masson. Annal. l. 3. in Ludouico Balbo in principio.

Concilium Trecense coactum à Ioanne 8. in quo Ecclesiæ Romanæ sacrilegi persecutores anathematizati sūt.

o Aimonius l. 5. c. 37.

p Aimon. ibid.

Ludouicus Rex à Ioanne 8 Imperator creatur.

A recepit: cuius adoptionis rationem Carolo (scilicet Crasso) Regi per epistolam his verbis reddidit.[a] *Cuius consilio, nempe Ludouici imperatoris, atque hortatu, Bosonem gloriosum principem, per adoptionis gratiam filium meum effeci, vt ille in mundanis discursibus, nos liberè, in his, quæ ad Deum pertinent, vacare valeamus.* In illa porro Synodo Ludouicum Regem ad auxilium Romanæ Ecclesiæ periclitanti, valde laboranti, atque sub crudelissimæ tyrannis sacrilegorum pondere suspirāti ferendum, celeriter his verbis Ioannes papa cohortatus est.[b] *Vos charissime fili Ludouice gloriose Rex, precor in defensionem, liberationem, atque exaltationem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sicut prædecessores vestri fecerunt, & vobis sub obtestatione facere mandarunt, sine procrastinatione, & vlla dilatione succurrite: quia ministri Dei estis,*[c] *vindices in iram in his, qui male agunt, & non sine causa gladium portatis, ne fortè, quod absit, illa vos, & regnum vestrum* B *culpa contingat, quæ quosdam veteres reges, inimicis, & infidelibus Dei parcentes, quondam damnabiliter strinxit, vel si aliud placet, præsentialiter in isto loco date, per Deum, & per beatum Petrum vos cōiuro, sine mora responsum.* Cuius rogantis, cooiurantisque per Deum, sanctumque Petrum pontificis votis, monitisque Ludouicum Regem acquieuisse cōstat, quia cùm ipse per grauem imbecillitatem, ex graui, recentique morbo contractam per se ipsum, cum exercitu, papam illum aduersus hostes sedis Apostolicæ Romam reducere nō potuisset, per Bosonem comitem, quem nuper in filium pontifex adoptauerat, id ipsum præstare voluit. Qui desideriū pium hostes Ecclesiæ Romanæ, Pontificiæque maiestatis oppressores ex- C terminandi effectu pleno morte præuentus complere non potuit, quem elogio breui, sed sensu maximo, non mediocribus Rhegino[d] laudibus extulit, cùm illum *pacis, iustitiæ, religionisque obseruantissimum* fuisse scripsit. In quo reliquorum stirpis Carolinæ Regum Franciæ commemorationem virtutum, pro Ecclesiæ salute, sedis Apostolicæ, Romanique pontificis protectione, & honore sistemus, exempla de multis pauca pro instituti nostri ratione in medium produxisse cōtenti.

a Ep. 116. Ioā. 8. ad Carolū Germaniæ regem.

b Ex actis Synodi Trecens. apud Aimon. ibid. supra.

c Rom. c. 13. v. 4.

d Rhegino in annal. de Ludouico Balbo.

CAPVT XI.

Nepotes, posterique Caroli Magni ab illius virtutibus in Ecclesiæ Dei, & sedis Apostolicæ defensionem, & hono- D rem conuersis recedentes, ab illius quoque prosperitate Imperij, regnique gloria recesserunt.

1. *Diuinæ benedictiones, à quibus bona cuncta procedunt, virtutes parentum in filiis florescentes sequuntur: sicut contra maledictiones filiorum peccata à parentum, maiorumque virtutibus exorbitantium, vlciscendo persequuntur, cum magna reip. imperiique desolatione.*

2. *De nobilitate parentum inani gestiendo lætitia gloriantes, & eorum abnegantes virtutem, maledicti à Deo, exhæredari merentur.*

3. *Romanum imperium, quod priorum imperatorum sceleribus in Ecclesia Christi Domini, eiusque vicarii dignitatis oppressionem, vastationemque principatus Ecclesiastici fulminantibus collapsum est, Carolus Magnus suarum heroicarum, Christianarumque virtutum laboriosis operationibus pro salute, pace, prosperitate, & gloria, eiusdem Christi Domini Ecclesiæ, vicariique Romani Pontificis, cum singulari animarum fructu, gloriosissimè reparauit.*

B 4. *Carolus M. exemplo suo posteros ad Christianas virtutes pro salute, gloriaque spiritalis Monarchiæ prouocauit, vt gloriosi, beatique post se regnarent.*



MAGNA filiorum, posterorumque gloria, cum patribus, maioribusque generoso labore de virtutum palma contendere: quas cùm in se ipsis, non minore luce fulgentes, quàm in parentibus, maioribusque retinere conantur: benedictionibus prosperitatum genitricibus, quas Deus in parentes illos abundanter effudit in hac vita, maiores in altera præstolantes, mensura bona, confertaque cumulabuntur. Ma- C xima laus, eaque non inops, optatæ prosperitatis in parentum virtutes imitatione respicere. Propterea monebat sapiens prophanus, apud Euripidem.

Benedictiones Dei virtutes parentum in filiis sequuntur, sicut contra maledictiones scelera filiorum à parentum virtutibus recedentium.

Magna, & prospera laus filiorum, virtutes parentum imitari.

Μιμοῦ τρόπους
Πατρὸς δικαίου, παισὶ γὰρ κλέος τόδε
Κάλλιστον, ὅστις ἐκ πατρὸς χρηστοῦ γεγὼς,
Εἰς ταὐτὸν ἦλθε τοῖς τεκοῦσι τοὺς τρόπους.

Euripides in Hercule.

Imitare mores
Patris iusti, filio enim gloria hæc
Pulcherrima, qui ex patre probo natus,
Consentit cum parentibus, moribus.

Atque ita laus illa crescit, in filiis, & vires acquirit eundo, vt in parentum vita functorum commendationem, prædicationemque valde redundet, iuxta illud Ciceronis.[e] *Marcus Cato sententiā dixit, huius nostri Catonis pater, vt enim ceteri ex patribus, sic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio est* D *nominandus.* Scribit Seneca[f] filios virtute nobiles maiorem parentibus nobilibus adiicere nobilitatem, & propè finem libri 3. de beneficiis, ait.[g] *Sunt qui parentes suos ex infimo ad summum protulerunt, & è plebe, acetuoque ignobili nunquam tacendos seculis dederunt.* Vereque dictum à propheta.[h] *Filius sapiens, gloria patris, honoratque Deus patrem in filiis iustis.* In cuius rei confirmationem Plinius recenset.[i] *Hoc fuisse Romanorum legibus cautum, vt si quis sua virtute ciuicam coronam sibi peperisset, hunc patri, auoque honorem lucraretur, & acquireret, vt sicut ipse, illi in fauorem filij virtutum, rectèque factorum munerū omnium vacatione gauderent.* Vt non sine causa Ptolomæus ille primus rex Ægypti dixerit, apud Iustinū,[k] *omni regno pulchrius regis esse patrem.* Quò spectare debet illa paganorum persuasio, credentium filiorum virtuti-

Virtutibus filiorum nonnunquam parentum aucta nobilitas, & gloria.

e Cicer. l. 3. offic.

f Senec. l. 3. de benef. c. 30.

g Seneca l. 3. c. 38 & vlti. de Benef.

h Ecclesiastici c. 3.

i Plin. l. 16. c. 4.

k Iustin. l. 16.

bus beatiores, honoratioresque fieri parentes, si- A cut Castorem Hylacis filiū apud Cretenses, propter nobiles virtute, gloriosósque filios, pro Deo cultum fuisse scribit[a] Homerus: sed ethnica mittamos. Hanc Dei veri misericordiã, benedictioneq. filii virtutum suis per Christū D. gratiã sibi promerentur: vt dũ parentũ virtutes imitatione studiosa coæquare nituntur, aut aliquando superare, & parentes gloriosiores, & se ipsos beatiores efficiant. Contra verò dum illi peccando gloriæ, & bonæ famæ parentum partæ virtutibus, turpitudinis maculas inurunt, se ipsos misere dedecorant, diuinæ maledictioni subiugatos. A qua mala cuncta in peccatores, sceleratosque prorumpũt: à quibus parentum nobilitas, & gloria, non honori, sed dedecori, non prosperitati, sed infelicitati maximæ vertitur. Vnde Iuuenalis.

a Homer. l. 14. Odyss.

Iniquitati peccatis filij à parentum virtutibus recedentes Dei maledictionibus aeternitatis infamiis, & miseris.

b Iuuenal. Satyr. 10.

[b] Si te praecipitem rapit ambitus, atque libido,
Si frangis virgas sociorum in sanguine, si te
Delectant hebetes lasso lictore secures,
Incipit ipsorum contra te stare parentum
Nobilitas, claramque facem praeferre pudendis.
Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò qui peccat maior habetur.

Apposite Marius in hanc sententiam apud Salustium in Iugurtha, de his socordibus nobilibus, scelestibus vitæ fortia, generosaque parentum facta sordidantibus, de illorum nihilominus sanguine gloriantibus loquens. [c] *Cùm apud vos*, inquit, *aut in senatu verba facimus, plerique oratione maiores suos extollunt, eorumque fortia facta memorando clariores sese putant, quod contra est: nam quantò vita illorum praeclarior, tantò horum socordia flagitiosior.* Quàm luctuosum, & acerbum reipublicæ, quàm ignominiosum, atque miserum, illustrium familiæ filios, nepotesque patrum, maiorumque gloriam, bonamque famam, præclare factis innixam, suorum vitiorum contagione fœdare? Vt fecit ille de quo hæc Lucanus.

c Ex orat. Marii apud Salust. in Iugurth.

Quanta mala in remp. regnaque redundant, cùm boni principes malos filios pariunt regnorum & populorum pestes, & exitia.

d Lucanus.

[d] Sextus erat magno proles indigna parente,
Qui mox Scyllaeis exul grassatus in vndis,
Polluit aequoreos Siculus Pyrata trophaeos.

Quantæ malorum, infortuniorumq. tempestates in regna, imperia, cæterasque hominum iure, legumque vinculo coniunctorum societates furēter irruunt, & in eorum exitia rabidè despumãt: *cùm heroum filij noxa fiunt.* [e] Cùm Cyri generosi Persarum reges, magnarumque virtutũ fulgore micantes, [f] Cambyses temulentos, vesanos, crudelissimosque progenerãt: cùm Germanici principes, mites, beneuoli, benigni, innoxii Romano populo, militibusque chari, barbaris etiam ipsis venerabiles, & amabiles Caligulas filios, propter horrendas vitæ sceleratæ turpitudines, & immanitates, vulgo generis humani portenta dicto post se regnaturos in terra pariunt.[g] Cum Vespasiani benignitate naturæ, morumque facilitate conspicui, aditu, colloquioque faciles, in administrando imperio iusti, diligentes, magnifici, Domitianos superbos, iracundos, crudeles, atrocissimosque tyrannos, furiosissimos Ecclesiæ Christianæ persecutores à se genitos imperio moderando post se mutatione deplorabili substituunt. [i] Cum Marci Antonini Aurelii cognomento Philosophi bonarum artium, scientiarumque illustrium in omni genere luce fulgentes, virtutum moralium indagatores, ore sque victoriũ, omnibus grati, Commodos atroces, truculentos rabie, luxuriaque turpissima delectatos orbi, im-

e Herodot. l. 2. & 3.
f Suet. in Caligula.

g Suet. in Vespas. & Zonaras tom. 2.

i Lamprid. in Commodo. Zonar. tom. 2

perioque, cum exitio fatali procreant. Et vt de sacris historiis exempla promamus: cùm Dauides secundùm cor Dei regnantes Absalones parricidas in lucem vitæ producunt:[k] cùm Ezechiæ reges Iudæorum religiosi principes populorum fidelium, secundùm diuina mandata regnatores, filios Manasses omni flagitiorum, impietatumque genere sordidatos, diuini templi violatores crudelissimos, prophetarum Dei trucidatores, post se regnorum suorum hæredes, possessoresq. relinquunt. Cùm denique, vt exempla nõ amplius addam,[l] Constantini M. delitiæ mundi, monstrorũ omnium, id est vitiorum, tyrannorumque orbis, Dei, eiusque sanctæ religionis hostium crudelissimorum gloriosi domitores, miraculorum Dei virtute omnium Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ persecutorum victores, triũphatoresq. magnifici Constantios Arianæ perfidiæ, ex- B ecratioñisq. hæreticæ cõtagione, fœdatos, tot prostitutos sceleri ũ cumulo de suo sanguine eretos ad vitales auras, post se præficiendos imperio proueb̃ut: qui tot annos Christi D. spõsam, Ecclesiã Catholicã, Ariana signa portantes immanissimè persequantur. Quàm huiusmodi nefariorum filiorũ generi tam misere, sceleratéq. ab illustribus parẽtum, genitorumque virtutibus exorbitantiũ paterna nobilitas perniciosum, nefandumq. malitiæ impietatisque velamentum est! Vt non immeritò inter ethnicos, prophanosq. philosophos[m] Diogenem talium nobilitatem, & gloriam, cæteraq. huiusmodi vanitatis mundanæ ludibria, à quibus propria virtus abesset, risisse eredamus, cùm ea κακίας προκαλύμματα, nempe velamenta malitiæ nominauit. Vnde degeneres improbi, maiorum virtutes, factaq. fortia plena Deo, scelerũ suorum pollutionibus adulterantes, dum de sola illorum C nobilitate inaniter gestiendo superbiunt, maledictionum Dei fulminibus attriti, paterna hæreditate spoliati merentur: vt de reprobis Iudæis dicebat S.[n] Augustinus. *Aberrantes à fide Abrahæ, de illius sanguine, non de virtute gloriantes exhaeredari meruerunt.* Quibus propterea de sanguine Abrahæ superbè gloriantibus, & eum fastu superbo, arrogantique dicentibus: *Abraham pater noster est*, Christus Dominus in euangelio respondit.[o] *Si filij Abrahae estis, opera Abrahae facite.* Quę quia hos duræ ceruicis nequam populos reprobare, & operibus contrariis polluere videbat, adiecit:[p] *Vos ex patre diabolo estis, & opera patris vestri facitis*: vt eorum per opera mala operibus Abrahæ cõtraria reprobationem maledictioni iustæ subiugatam manifestiùs indicaret. Ideo sanctus Pau- D lus ad magistri sui trutinam, normamque nobilitatem examinans, ponderansque dicebat.[q] *Non omnes, qui ex Israel sunt, hi sunt Israëlitae, neque qui semen sunt Abrahae, omnes filij.* Significans illos non verè nobiles, nec iustè ex maiorũ nobilitate laudandos, & honorandos, nisi parentum virtutes, à quibus deriuata nobilitas in illos inclaruit, factis, gestisque venerarentur. Vnde S. Chrysostomus hanc Saluatoris nostri sententiam exponens.[r] *Quid prodest*, inquit, *ei, quem mores sordidant, generatio clara? Aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Ipse enim se vacuum ab omnibus bonis ostendit, qui gloriatur in patribus.*

k 4 Reg. 2.

l Eusebius, Socrates, Sozomenus Theodoret. &c.

Nobilitas parentum filijs sceleratis perniciosum valde nefariumq. malitiae velamentum.
m Diog. Laert. in vita Socratis.

2. Pars
De nobilitate maiorum male gestiendo latriæ gloriantes eorum abnegantes virtutem malitiae, dicti à Deo exhaeredari merentur.
n S. Aug. in psal. 84.
o Ioan. 8.
p Ibid.

Filij insterum vt Abrahe filij dicendi qui tot imitantur: secus diabolo potius filii appellandi.
q Rom. 9.

r S. Chrys. in c. 8 S. Ioan. hom.

[s] *Nam genus, & proauos, & quae non fecimus ipsi, Vix ea nostra voco.*

s Ouid l. 13. Metam
t Seneca in Hercule furente.

Dicebat ille Ouidianus Vlysses, cui conforme illud Senecæ tragici poëtæ.[t] *Nobiles non sunt mihi*

Qui nec aliis inclytum titulis genus,
Sed clara virtus. Qui genus iactat ſuum,
Aliena laudat.

Sanctus Chryſoſtomus multa in eos, qui inquinantes ſe vitiorum putredine, nihilominus generis ſui nobilitate ſuperbè ſe nimis efferebant, congerendo, dicebat hæc inter alia. [b] *Dic quaſo, quid genus eſt? Nihil aliud certè quàm verbi ſonitus, ab omni re deſtitutus, quod in extremo illo die probè ſcietis. Verùm quoniam nondum dies illa adeſt, rationibus, quantum in nobis ſitum eſt, nullam in genere fieri præſtantiam vobis perſuadebimus. Conſidera igitur, quando bellum erumpit, quando fames premit, quando cætera huiuſmodi mala incumbunt, quando vniuerſus nobilitatis huius ſtatus euaneſcit, neſcit inter diuitem, & pauperem vllo modo morbus diſcernere, glorioſum, & inglorioſum, nobilem, & ignobilem non cognoſcit. Mors quoque, alıæque rerum humanarum mutationes pariter omnes aggrediuntur. Imo verò quod mirabile fortaſſis videbitur, multo magis diuites inuadere ſolent.* In quo vindictæ diuinæ contra delinquentes diuites, & nobiles facta maiorum illuſtria, virtuteſque malè viuendo deturpantes ardor apparet. Quos flagitioſa vita, parentum virtutibus illuſtriũ nobilitate, facit indignos. Quoniam, vt ait Apoſtolus, [c] *Semen Abraha non ſunt filij carnis, ſed fidei.* Ideſt qui Abrahamum in fide charitate formata, præclara, ſalutarique imitatione ſequuntur, illi ſunt tanti patriarchæ ſemen, cũ quo Dei pactum intercedit, quod huic ſeruo ſuo Deus ipſe Dominus hæc dicendo ſpopoderat. [d] *Ego ero Deus tuus, & ſeminis tui poſt te.* Et certè ſicut vnuſquiſque ſemen Abrahæ incipit eſſe, cũ incipit credere, & bene viuere, ſic cum à vera Abrahæ fide, vitæque ſanctitate recedit, illius meritoriè ſemen eſſe deſinit.

b Chryſoſt. hom 59. in Matth.

Nulla in nobilitate præſtantia, deſeentu virtute.

c Rom. c. 4 & 9.

d Geneſ 17.

9. Pars. *Imperiũ Rom. priorum imperatorum ſceleribus in Eccleſia Dei, eiuſque vicarij dignitatu, principatuſque ruinam efferatis collapſum Carolus M. virtutibus ſuis in eiuſdem dignitatis principatuſque Eccleſiaſtici reſtaurationem conuerſis cooperante virtute, gratiaque Chriſti reparauit.*

Nunc qualiter imperium Romanum nefariis priorum imperatorum flagitiis, in Eccleſiaſticæ dignitatis, principatuſque oppreſſionem, & exitium furioſè concitatis, collapſum, ſepultumque ruinis, Carolus Magnus à Deo in regni poſt ſereniſſimi, Chriſtianiſſimique fata parentis, imperiique verticem miſericorditer eleuatus ſuis diuinis, heroicisque virtutibus in Eccleſiæ ſanctæ Chriſti D. eiuſq. paſtoris defenſione, protectione & gloria, ſapienter, generoſè, fideliterq. conſumptis, & occupatis glorioſiſſimè reparauerit, examine ſtudioſo, diligentique ſciſcitemur, & inquiramus. Atque in primis minimè diſſimulandum, quod diuina veteris, nouique teſtamenti ſæpius oracula manifeſtè loquuntur, necnon ſacræ, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ factis, euentiſque proclamant. *Deum ſæpius contemptum ſacerdotum ſuorum tyrannide,* [e] *aliiſque ſua iuſtitia flagellis,* ſancto Cypriano teſte *vindicauiſſe*: itemq. principes impios ſuæ vexatores Eccleſiæ ſui vicarii huius principis Eccleſię dignitati ſupremæ honorem debitum, reuerentiamque denegantes, contra verò illum contumelia, odio, rebellioneque perſequentes, inter alia mala, ſcelerum vltricia, imperii ſui cum vitæ priuatione mulctauiſſe, vt illud quod per ſuum prophetam dixit, effectu compleatur. [f] *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei,* ſuæ præfectos Eccleſiæ, & prophetas alloquens. Sed quid inde ſequitur? *Quia ecce ego leuo manum meam ſuper eos, & erunt præda his qui ſeruiebant ſibi.* Propter hoc non ſine cauſa per aliũ prophetam dicebat. [g] *Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Quis iuſtus iraſ-

e Cypr. l. de vnit. Eccleſ.

f Zachar. 2.

g Pſal. 104. v. 15.

A cetur Deus, vt faciat opus peregrinum ſibi, ſcilicet vltionem in eos, qui euangelii ſui præcones aſpernantur, qui Eccleſiæ Catholicæ ſponſæ ſuæ in æternũ charitatis vinculo ſibi copulatæ præfectis rectoribuſq. parere humiliter, & obſequi religioſè dedignantur: cũ in Euangelio dixerit illis. [h] *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit.* Ipſe eſt Deus vltionũ Dominus, [i] qui Baltaſatum Nabuchodonoſoris filium, ob violata ſacra tẽpli vaſa, imperio, vitaque priuauit: qui [k] Aſſyriorum imperium, propter hoc Baltaſari ſacrilegium ad Medos, Perſaſque trãſtulit. Quid mirũ ſi tyrannos ſuæ oppreſſores Eccleſiæ, qui non aurea, argenteaq. veteris tẽpli vaſa prophanis vſibus inique polluerunt, ſed qui ſacra Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, & Apoſtolicæ iura impietate ſacrilega violarunt, imperium pontificis Romani ſpirituale temerarunt, ſuiſque perſecutionibus vehementer B oppreſſerunt, Chriſtus ipſe Dominus Deus ſuæ gloriæ, ſponſæq. zelotes, imperii ſui, vitæq. ſpoliatione percuſſerit? Hinc miſerrima Conſtantii, Iuliani apoſtatæ, Valentis, Zenonis, Anaſtaſii, & aliorum imperatorum, & principum ſimilis impietatis amentia fœdatorum, vitæ nefariæ exitus cum imperii eorũ vaſtatione, tragici valde, caſibuſq. funeſtiſſimis horribiles. Quod à maiorũ, patrumq. ſanctitate, religione, fide, & in Eccleſiam Catholicã, eiuſq. paſtorem ſpiritualem fidelium Monarchã pietate recedentes, hanc Chriſti D. Eccleſiam, eiuſq. vicarium multis contumeliis, iniuriis, odiis, calũniis, aliiſq. quã plurimis oppreſſionibus immaniſſimè vexauerint, vt illius ſpirituale imperiũ, omni qua poſſent furoris atrocitate funditus euerterent. At Carolus M. plagas, C vulneraq. vaſtati imperii ſceleribus imperantium contra Eccleſiã Dei, eiuſq. ſpiritualis imperii iura grauiter efferatorũ, oppoſitis virtutibus, atq. rebus piè, religioſèq. geſtis potenti, efficaciq. remedio ſanauit, & imperiũ diuina miſeratione reſtauratum ſibi diuinitus authoritate Pontificia donatũ, poſteriſq. ſuas virtutes æmulantibus acquiſiuit, & acquiſitum longa proſperitate ſeruauit. Quod non minus verè quàm eleganter Ludouicus iunior imperator Lotharii filius, & Ludouici cognomento Pii nepos, his verbis poſt alia multa Baſilio imperatori, ad illius literarum, ſeu potius querelarum immeritò factarum reſponſiones indicauit. [l] *Ergo, frater charisſime deſine in hoc contẽtioſus agere, deſine adulatoribus quibuſcumque aures tuæ puritatis inflectere. Denique gens Francorũ iuſtos & fœcundiſsimos Domino attulit fructus, non ſolum cito credendo, verũ etiã nonnullos alios (vt fecit Carolus Magnus) ſalutiferè conuertendo. Verũ vobis à* D *Domino iure prædictum eſt,* [m] *auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur genti fructũ facienti eius. Sicut ergo potuit Deus* [n] *de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ, ita potuit de Francorum duritia Romani ſuſcitare ſucceſſores imperii. Et ſicut ſi Chriſti ſumus, ſecundùm* [p] *Apoſtolum, Abrahæ ſemen exiſtimus, ita ſi ſumus Chriſti, omnia poſſumus per gratiã ipſius, quæ poſſunt illi, qui euidenter exiſtunt Chriſti. Et ſicut nos per fidem Chriſto Abrahæ ſemen exiſtimus, & Iudæi, per perfidiam, Abrahæ filij eſſe deſierunt, ita quoque nos per bonam opinionem, ideſt orthodoxiam, regimen imperij Romani ſuſcepimus; Græci verò propter cacodoxiam, videlicet malam opinionem, Romanorũ imperatores exiſtere ceſſauerunt, deſerentes ſcilicet non ſolũ vrbem, & ſedem imperij, ſed & gentẽ Romanã, & ipſã quoque linguam penitus amittentes, atque ad aliam*

h Luc. c. 10. v. 16.

i Daniel c. 5. v. 30.

k 4. Reg. & Daniel c. 5.

Carolus M. ſibi, ſuiſque poſteris pietate & fidelitate in Romanam Eccleſiam imperium peperit.

l Ex epiſt. Apologet. Ludouici 2 imp. ad Baſilii imp. expoſtulationes.

m S. Matth. c. 21.

n Matth. 3. Luc c. 3.

p Ad Galat. 3.

Scilicet fortitudine, & conſtantia indomita ad durios perferendos labores pro Eccleſia Dei.

4. Pars. Carolus M. exemplo suo posteros ad Christianas virtutes pro salute, gloriaque spirituali Monarchia prouocauit, vt gloriosi beatique post se regnarent.

vrbem, sedem, gentē, & linguam per omnia transmigrantes. A Cùm autem Carolus Magnus suis meritis adeptus imperium in familia, posterisque diuturnioris imperii suarum operatione virtutum fundamenta locaret: eos ad magnarum virtutum studia suo prouocauit exemplo, subque illorum pectore illas in animum penitus infundendi stimulos admouit; quos qui à se proiecerint, ignaui ab illius sanctitate vitæ, Christianaque fortitudine recedentes, ab illius quoque prosperitate, gloriaque recesserunt. Hic quippe maiorum virtutes imitandi, contemptus posterorum, degeneres animos arguit. Cùm, vt multis illustrat [a] Panormitanus, maiorum nobilitas posteros ad virtutes suo exemplo, resque maximas inflammare soleat. Propterea Cicero nobiles adolescentes oratione pro Sextio sic hortabatur. [b] *Vos adolescentes qui nobiles estis, ad maiorum vestrorum imitationem excitabo.* Et in eadem oratione. [c] *Omnes,* B inquit, *boni semper nobilitati fauemus, & quia vtile est reipublicæ nobiles esse homines, dignos maioribus suis: & quia valet apud nos clarorum hominum senex de republica meritorum memoria etiam mortuorum.* Et secundâ in Verrem actione, hæc ait. [d] *Circumstant te summæ authoritates, quæ te obliuisci laudis domesticæ non sinant, quæ te dies, noctesque commoneant, fortissimum tibi patrem, sapientissimū auum, grauissimum socerum fuisse.* Vnde illud Andromachæ apud Virgilium, Æneam de Ascanio filio interrogantis.

a Panormit. in cap. venerabilis coll. de præbend. Parētum maiorumque nobilitas virtutibus acquisita posteros ad eas virtutes excitare solet.
b Cicero orat. pro Sextio.
c Ibid.
d 2. in Verrē.

e Æneid 3.

> [e] *Ecquid in antiquam virtutem, animosque viriles,*
> *Et pater Æneas, & auunculus excitat Hector?*

In eandem sententiam Salustius in præfatione belli Iugurtini dicebat. [f] *Sæpe audiui ego Quintum Maximum, Publium Scipionem, præterea ciuitatis nostræ præclaros viros solitos ita dicere, cùm maiorū imagines intuerentur, vehementissimè animum sibi ad virtutem accendi.* C Hæc parentis verba maximum virtutis amorem in filiorum cordibus ingenerant.

f Salust. in proem. belli Iugurt.

g Æneid 9.

> [g] *Disce puer virtutem ex me, verumque laborem.*

Ad cuius virtutis amorem, studiumque Iudæos parentum exemplo Esaias excitare cupiens ipsos ita alloquebatur. [h] *Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Sarā, quæ vos genuit.* Et Menedemus [i] apud Plutarchum, vt Antigonum iuniorē, senioris Antigoni filium, qui suis omnem Asiam domitam armis subegerat: ardentiori studio ad virtutis amores accenderet, sæpius illius animo suggerebat, vt se maximi regis non minus virtute, quàm sanguine nobilis, nec minus iustitia, quā imperio potentis filium esse recordaretur. Atque hæc quidem virtutum, quæ parentum vitam bonæ famæ, gloriæque veræ irradiatione illuminarunt, D consideratio, potensque amoris illarū persuasio, si in posterorum Caroli Magni mentibus fixa, immotaque permansisset: nunquam à sanctitate vitæ, pietateque in Ecclesiam Dei, tanti principis aberrantes, illius quoque prosperitatis, gloriæque in hac vita splēdore refulsissent. Nec fortunæ fallentis, variantisque vices infaustas vlla ratione pertimuissent, illiusque tela terrentis sæpius, quàm blandientis impetu cæco vibrata feliciter effugissent.

h Esaiæ c. 51. v. 2.
i Plutarch opusc. ad sapiens curare debeat negotia, regimenque reip.

CAPVT XII.

Posteri Caroli M. ab illius virtutibus aberrantes regno Franciæ imperioque ceciderunt.

1. *Res Ecclesiastica à posteris Carolinis iniquè tractata Ecclesia oppressa, & malè culta pontificia maiestas.*
2. *Ludouici iunioris imp. factum iniquum, pro pseudopapa, pontifici legitimo resistentis, hinc illius ærumnæ, sicut Caroli Calui rebellis, & ingrati in Ecclesiam Romanumque Pontificem.*
3. *Ludouicus cognomento Ignauus, Carolus Simplex, Carolus Crassus, à virtutibus Caroli M. recedentes, ab eius quoque prosperitatibus varia perculsi calamitate recesserunt.*
4. *Ludouicus 5. vltimus Regum Franciæ de stirpe Caroli M. moritur vix anno potitus regno. Cui hæres Carolus Lotharingus succedere non potuit, iusto Dei iudicio duas ob causas præcipuè.*



AT tanti principis malè cauta, prouidaque prosperitas, nobilitatem virtute vacuam totam esse, cum illustrissimo iuris vtriusque doctore [k] Hostiensi agnoscere recusans, diū longè à stirpis suæ virtutibus elongata, non in vanitatibus modo, sed & in criminibus vitæ sibi conniuendo blanditur: illico se gloria, & honore principis, atque progenitoris sui spoliatam esse persensit. Constat enim ex [l] Aimonio nouissimis posterorum Caroli Magni temporibus Ecclesiarum bona militibus, & aulicis, ausu sacrilego distributa fuisse, rerum Ecclesiasticarum administrationem in manus castra sequentium indignissime venisse, pontificiam verò maiestatem non eo cultam honore, & veneratione fuisse, sicut Carolus Magnus, & eius filius Ludouicus Pius ex diuino præscripto religiosissimè coluerant. Atque hæ deprauationes sacrilegæ sacrorum prophanationes, peruersæque rerum Ecclesiasticarum vsurpationes, non longo tempore ab obitu Caroli Magni cœptæ paulatim crescentes vsque ad finem propaginis Carolinæ, totam tandem quæ supererat tanti principis posteritatem regni, imperii gloria, & prosperitate nudatā, spoliatamque deuorarunt. Etenim hæ sanctorum patrum, prælatorumque in Concilio Aquisgranensi circa annum octingentesimum trigesimum tertium habito, iustæ querelæ, expostulationesque tristi lamentatione resonabant. [m] *Principalis potestas diuersis occasionibus interuenientibus, secus quàm authoritas diuina se habeat, in causas Ecclesiasticas prosilijt.* Et in Concilio Meldensi, circa annum 845. hæ querulæ patrum Episcoporum, lugubresque voces audiebantur: [n] *perlatū siquidē est ad nos, quod auditu lugubre, & dictu nefas, actu-*

k Hostiens. in caput tuo nos de consanguin. & affinit. &c. Nobilitas vota quadam est.
l Aimon l. 5. c. 15. 34. 42. &c.
m Concil. Aquisgran. an. 833.
n Concil. Meldens. an. D. 845. c. 10.

que horribile, ac nimis triste dignoscitur, quia contra omnem authoritatem, contra patrum decreta, & totius Christianæ religionis consuetudinem in monasterijs regularibus laici in medio sacerdotum, & leuitarum, & in medio religiosorum virorum, vt Domini, ac magistri resideant, & velut abbates de illorum vita, & conuersatione decernant. Et in eodem Concilio capite 18. [a] *Episcopi petebant hæc à Carolo* (scilicet Caluo) *Ludouici filio, sic eum obnixè rogantes: vt ab Ecclesiis vestræ ditioni subiectis indebitas consuetudines, & iniustas exactiones de cætero non exigatis, sed eas ita conseruetis, sicut ordo docet canonicus, & tempore aui, & patris vestri conseruata fuerunt.* Similes in Ecclesia corruptiones canonum, iuriumque Ecclesiasticorum dissipationes fieri pari luctu, gemituq. sancti patres Concilij [b] Suessionensis anno Domini 853. coacti, Conciliique [c] Valētini, anno Domini 855. congregati lamentabantur. Ita labentibus annis, violata Ecclesiæ iura, legesque sacræ suo imminutæ vigore, conniuentibus Carolinæ propaginis, stirpisq. principibus, ad manifestam eorum ruinam, interitumque honoris, & gloriæ fenestras, ianuasque recludebāt: & ex illo fluere, ac retro sublapsa referri spes Carolinorum diuturnioris, feliciorisque in regno, imperioque durationis. Si quotundam huius illustrissimæ prosapiæ principum, Regum, & Imperatorum malè facta, gestaque rebellia, contra sacrosanctam Ecclesiæ Dei, eiusque pastorum, præcipuè verò Romani Pontificis authoritatem commemorare liceat, Ludouici iuuenis Imperatoris, imperatore Lothario, Italiæ rege nati, conatum impium Benedicto tertio pontifici legitimo, in gratiam, fauoremque pseudo Pontificis Anastasii, anathematis ictū fulmine, reluctantis, contradicentisque propter criminis atrocitatem reticere vellem, de quo copiose irato iustè stylo Bibliothecarius [d] Anastasius in Benedicto 3. retulit. Qui tamen princeps postea Dei misericordiā, & veniam pro tanto scelere consecutus est, quia valde iuuenis id quasi ignorans perpetrauit. Etenim id per legatos circumuentus ab illis, deceptusque fecit, à quo crimine etiam postea resipuit, motusque pœnitentia dedit operam, vt per eosdem legatos suos, qui in tantum scelus impegerant, ignominiosè scelerato pseudopapa depulso legitimus Papa Benedictus in Pontificale solium, cum summo honore, restitueretur: sed postea maturus ætate, annisque grandis, in alios contra obedientiam Ecclesiæ, Romanoque Pontifici debitam errores impegit, propter quos permittente Deo captus à suis in carcerem Adelgisi proditione detrusus est, vt Rhegino, Leo Ostiēsis, Herembertus, & alii commemorant. Sed inter alios Herembertus huius scriptor temporis, capturæ illius vlciscente Deo misericorditer hac permissione, causas duas præsertim verbis illis expressit. [e] *Cur autem tam dicto Augusto supradictum opprobrium Domino permittente Beneuentani inferre quiuerunt: de multis duo inferam. Primo, quia veniens quodam tempore Romam, vt duos episcopos condemnatos ad pristinam reduceret dignitatem, nempe Guntarium, atque Teutgaudum, & nollet ei consentire Nicolaus papa, vir Deo plenus secundùm antiquum morem ei obuiam venit, cum candidato sacerdotali ordine. At ille spreto timore Dei, fustibus clerum cedi fecit. Cruces verò omniaque sancta ministeria pedibus calcari, Romaque pene milliari spatio depredata est, vicariumque Beati Petri, quasi vile mancipium ab officio sui ministerij, nisi Dominus restituisset priuare voluit. Secund. quia capta Bari, Se dam omnium hominum flagitiosissimum, non iuxta voluntatem Domini protinus, vt dignum erat, crudeliter interficifecerit, oblitus videlicet, quod* [f] *Samuel coram Saule, de Agag pinguissimo rege Amalechitarum egerit, qui modo in frusta discerpi cum nō feceris, quemadmodū etiam quidam propheta Samariæ regi, de quodam scelerato dixit.* [g] *Quia dimisisti virum morte dignum, erit anima tua pro anima illius.* Hæc Herembertus. At neque semper quoad vixit imperator Ludouicus in his scelerum, contra Ecclesiam, Romanumque Pontificem patratorum sordibus contagionibusque maculatus inhæsit, atque computruit: verum per ianuam reconciliationis salutari pœnitentia patefactam in gremium Ecclesiæ matris sanctissimæ, gratiamque Pontificis Romani reuersus, longè maiori, quàm antea charitatis in obedientiam, protectionem, honorem illorum patris, & matris spiritualium zelo, ardoreq. conflagrauit, reliquumque vitæ suæ cursum bonis operibus pro Ecclesiæ, imperiique salute vacando, cursum, quem diuina miseratio dederat, piè, feliciterque peregit. Cuius virtutes hac verborum breuitate Rhegino præclare complexus est. [h] *Fuit iste princeps pius, & misericors, iustitiæ deditus, simplicitate purus, Ecclesiarum defensor, orphanorum, & pupillorum pater, eleemosynarum largus largitor, seruorum Dei humilis seruitor, vt iustitia eius maneret in seculum seculi, & cornu eius exaltaretur in gloria.* Sed hæc maximè in nouissimis illius vitæ bene spiritualibus Ecclesiæ, pontificiq. Romano parentibus reconciliati diebus euenerunt. Eius defuncti imperium patruus Carolus Caluus Franciæ rex obtinuit, non semper Romano Pontifici, sedique Apostolicæ rectè vt debuit obediens, & in hoc ab auo Carolo Magno, patreque Ludouico Pio, longè, pernicioséq. recesit. Qui Hadriano 2. Pontifici Romano [i] Hincmarū Rhemensem Archiepiscopum Romam ad se venire, vt se de obiectis criminibus purgaret, imperanti vehementer obstitit, atque literas huius Pontificis acceptas indignatus excepit, [k] easque contumeliis affecit, quibus irato respondēs animo, Pōtifici Hadriano amarissimas literas, contemptu maiestatis pontificiæ plenas ipse reddidit, & in his à se ita, indignationeque percito scriptis, cùm præ iracundia non esset apud se, omnis modestiæ, obedientiæque claustra effregisse visus est. Quæ in animis principum Christianorum ad obsequēdum in omnibus pro salute sua, & imperii, patri sanctissimo residere debent: in qua rebellione mandata patris, & aui transgrediendo sibi, posterisque suis pessimè consuluit. Cum præsertim in rugitu suo, id est ira, vt cum sapiente [l] iram regis, leonis rugitui comparante loquar, inclamauerit, indignari se patri suo spirituali, Romano Pontifici, *quod sibi iubere aliquid ausus fuerit*, quasi vero patribus non esset iubere filiis, & ille dicendus esset filius Ecclesiæ, qui illi illiusque pastori sanctissimis parentibus, pia, salutariaque iubentibus reluctari vellet. Cum hanc carnalibus filiis exhortationem, præceptumque salutare sapiens dederit. [m] *Conserua fili præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, liga ea in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. Cum ambulaueris, gradientur tecum, & cùm dormieris custodient te, & cùm euigilaueris loquere cum eis, quia mandatum lucerna est, & lex lux,*

[a] Cap. 18 eiusdem Cōcil.

[b] Concil. Suess an. 853.

[c] Valentinense an. 855.

a. Pore Ludouici iunioris imp. factum iniquum pro pseudopapa legitimo Pontifici obstantis.

[d] Anastas. Biblioth. in Benedicto 3.

Alia Ludouici imp. crimina atrocia.

Ludouicus imp. captus à suis proditione Deo permittente, propter rebellionem in Rom. Pontificem Nicolaum 1. & contumelias in res sacras, personasque.

[e] Herembertus in hist. anni 872.

1. Causa.

[ee] Nefas illud contra honorem papæ, resque sacras, & personas clericalis admodum enorme.

2 Causa.

[f] 1. Reg. c. 15.

[g] 3. Reg. c. 20.

[h] Rhegino nudo Ludouici imp. e virtutibus breue sed præclarum elogiū rebus amplissimum in cuncon. an 875.

Caroli Calui in Ecclesiam, papamque rebelliones.

[i] Epist. Hadriani 2. ad Carolum Caluum.

[k] Epist. Regis Caroli ad Hadrianum.

[l] Prouerb 20.

[m] Prouerb 6.

& via vitæ increpatio disciplinæ, &c. Si tanti facienda sint præcepta patris secundùm carnem, quanto in maiori pretio & honore illius habenda sunt, qui secundùm spiritum pater est? Verum hunc principem tantæ contumaciæ, rebellionisque in spiritualem patrem suum pœnituisse facilè mihi persuadeo, atque illi pœnitenti Deum cum culpa pœnam sempiternam misericorditer indulsisse: veruntamen remissa culpa, cum æterna damnatione, pœnam temporalem remansisse productiorem diffiteri non debeo, quæ non mediocrem ruinæ temporalis ictum,[a] vulnusque lethale prosperis inflixit. Cuius accensum irarum flammis animum, paterna, mansuetaque per literas exhortatione Hadrianus papa lenire, placareque conatus est, memor illius symboli Pythagorici.[b] *Ne fodias ignem gladio*. Atq. illius sapientis.[c] *Responsio mollis frangit iram*. In cuius postea caput, Hadriani 2. successor Ioannes 8. carbones, præceptum secutus Apostoli coniecit,[d] dum eius oblitus in sedem Apostolicam rebellionis, eum imperij corona, gloriaque Romæ, in basilica S. Petri, in sacrosancto natiuitatis dominicæ die sublimauit: illudque postea in Ticinensi Concilio impetium Pontifex ipse, concordibus patrum Concilij votis, animisque, anno sequenti, confirmauit illi. Qui vecors, & ignarus tanti beneficij recens à Romano Pontifice collati immemor, ipsius Pontificis preces, feruentesque supplicationes ab eo, contra Sarracenorum crudelissimos incursus Ecclesiæ terras immanissimè populantium, flagitantis auxiliom, opemque despexit. Victus tandem diuturnis, ardentibusque Papæ precibus, collecto exercitu in[e] Italiam venit, auxiliumque contra Sarracenos Ecclesiæ laboranti, vehementerque sub magno crudelitatis barbaricæ pondere gementi laturus: quod tamen præstare non potuit, violēta morte sublatus, proditioneque Sedechiæ Iudæi medici veneno necatus. Venio ad Ludouicum Carolomanni Regis filium, cognomento Ignauum, qui sua ignauia, socordia, vitæque luxuriosæ libidine magnas splendori Carolinæ gloriæ tenebras turpitudinis offudit, cursumque longioris Carolinorum prosperitatis infamia vitæ præripuit. Qui sic dedecoris causa dictus Ignauus,[f] *siue quod regno potitus* (inquit Aimoinus) *nihil strenue gessit, siue quod in annalibus est, Northmānis licet victis se cesbutarium fecit; siue quod sanctimonialem quandam, sicut à maioribus accepimus Kale monasterio puellarum abstractam coniugio copulans suo, peccatum, quo nullum maius esse nescitur, perpetrauit*. Post eum regnauit Carolus, cognomēto Simplex, infans adhuc sex annorum, filius Lodouici Balbi, ex Adeleide coniuge natus, omnium Franciæ Regum, qui extitere hactenus infelicissimus. Qui factus ætate grandior, inops prudentiæ, & Concilij, dū procerum, primatumque regni sui sana despicit consilia, seductus à misero infimi, abiectique generis Haganone, cui soli credebat omnia regni negotia, contemptis principibus, nobilibusque regni, eumque solum domi, forisque omnia administrare volebat, ab omnibus proceribus, nobilibus, primatibusque regni deseritur. Viribus, imperijque propugnaculis omnino spoliatus, destitutusque facilè in manus hostium venit, quem captum ignominiosissimè carceri mancipant Peronæ, ibique Regum miserrimus in vinculis extremum vitæ diem funestissimè moriendo clau-

[a] Hadriani 2. ep ad Carolum Caluum.

[b] Pythagor. symbolum

[c] Prouerb. 15.

[d] Annon. l. 5. c. 38.

Ioannes 8. in imperatorem Carolum Caluum coronat an. 875.

De Concil. Ticinensi.

Ingratitudo Caroli Calui in Rom. Pontificem.

[e] Annal. Frāc. Annon l. 5. c. 39.

5. Pars. Ludouicus cognomento Ignauus Curso dictus.

[f] Aimoin l. 5. c. 42.

Carolus Simplex omnium Franciæ Regū miserrimus cur fuit.

Annales Frāc. vt Massonis in fine, & aliorum in Carolo simplice.

A B C D

sit. In has miseræ vitæ, sortis lamentabilis angustias, funestæque mortis exitia principem plus æquo simplicem, pię nimia malè sanæ dilectionis impotentia, iudicij, rationisque vigore carentem iniusta in immeritum collata gratia, fauorque vehementior æquitate coniecit.[h] *In quo docuit experientia, quàm misera sit illa regnantium seruiens paucorum, & quidem abiectæ sortis, & stirpis hominum cæcus amor, & impotens.*

[h] Ex Massonio in Carolo Simplice.

Inter omnes principes illustrissimæ Caroli magni prosapiæ, qui ab eius ter maximi imperatoris virtutibus aberrantes, ruinam, interitumque huius gloriosissimæ, sanctissimæque stirpis, atque propaginis, vitiis, factisque nefandis accelerarūt fuit Carolus Crassus rex Germaniæ, Ludouici regis Germaniæ filius, successor in[i] imperio Ludouici Baldi, qui vocatus à prælatis, vt Fulcone Archiepiscopo Rhemensi, & à primatibus Franciæ regni, vt illud in minoritate Regis infantis Caroli Simplicis, tanquam illius tutor iustè, fortiterque regeret, atque protegeret, adeo se in illius administratione malè gessit, sua non populi quærens, vt post quinquennium commotis, & coniuratis aduersus eum Franciæ proceribus, inferior illorum viribus, & armis, Gallia cedere coactus sit. Ipse ingratissimus tot acceptorum beneficiorum à Ioanne 8. qui eum in imperatorē coronauerat, eius Pontificis voces lamentabiles, luctus, lachrymasque largissimas, ab illo repentinum, velox, & salutare pro salute Romanæ Ecclesiæ afflictissimæ, atque per furores turbulentissimos,[k] crudelissimasque Sarracenorum, aliorumque tyrannorum, Italiam totam vastantium irruptiones periculosissimè laborantis, ardentissimo mentis affectu flagitantis audire, atq. respicere dedignatus est, & auxilium tam salutare, necessariumque tantis cum precibus imploratum præstare contempsit. Vnde tot epistolæ huius Pontificis ad hunc imperatorem,[l] ad eius vxorem,[m] multosque regni, imperijque illius episcopos frustra missæ, irritæ, suoque optato fructu caruerunt. Ex qua principis ingratissimi, crudeli duritia cordis, cuius mens ad tot Ecclesiæ miserias immota mansit, iræ Dei, indignationes, maledictionesque in eum, eiusque posteros vltione terribili redūdarunt. Qui in conuentu Triburiensi, propter scelera multa repudiatus à suis, regno, imperioque spoliatus in has calamitatum antequam afflicta, miseraque vita cederet, angustias redactus est, vt quotidianum victum ab Arnulpho eius regni possessore supplex petere cogeretur, sicut pluribus Rhegino[n] descripsit. Atque ita postquam vitam miserabilem, afflictus in tristitiæ, ac ignominiæ tenebris, luctuque funestissimo traduxisset, vndique circumdatus angoribus infeliciter expirauit, gloriamque Carolinæ stirpis posteris funditus amputauit. Hic fuit vltimus imperator Francorum de stirpe Caroli Magni, post cuius obitum scissum est occidentis imperium, per tyrannos multos variis in locis imperij, seuerè, iniustè, crudeliterque grassantes. Hinc calamitates plurimæ, immitesque vastationes, Galliam, Italiam, Germaniam, aliasque regiones occidentis, deprædatione publica, rapinisque terras omnes impunè populantibus acerbissimæ deuorarunt. Quas vt populis ad sua mala, miseriasque insensatis, saxoque ad lachrymas durioribus Deus exprimeret: largos fletus, & lachrymas imagini suæ crucifixæ, per magnum

[i] Flodoardus in vita Fulconis Rhem Archiepisc.

Annales Francicarum Carolo Simplice. Massonus ibid.

[k] Carolus Crassus imp. ingratissimus, Ioanni 8 Rom. pont. auxilium pro afflictissima R m. Ecclesia flagitanti præstare noluit.

[l] Ioan 8 ep. 269 277. 279 293.

[l] Epist 298

[m] Epist. 299.

[n] Rhegino anno 888.

Hæc Chronographus an. D. 888.

Imago crucifixi Aurelianensis miraculosè calamitates publicas deflet, largas vberiim lachrymas effundens

a Glaber l. 2. c. 5.

A miraculum, copiosè largitus eſt, quas abundanter effudit, vt tot, ac tantas publicas ærumnas, calamitateſque defleret: quas homines ipſi non ſatis dignè, velut ſenſibus orbati, lamentari videbantur. De quo prodigio iſta Glaber. [a] *Anno Chriſti incarnati 888. contigit in vrbe Aureliana Galliarum admodum memorabile, atque ferme dolendum portentum. Conſtat ergo in eadem vrbe monaſterium in honorem Apoſtolorum principis antiquitus conſtitutum, in quo primitus collegium ſanctimonialium virginum omnipotenti Deo deſeruiſſe dignoſcitur, quod etiam exinde cognomento puellare dicitur: in cuius denique monaſterij medio fixum ſtabat crucis vexillum, præ ſe ferens ipſius Saluatoris pro ſalute humana mortem patientis imaginem: à cuius ſiquidem imaginis oculis per aliquot dierum ſpatium continuè multis cernentibus riuus emanauit lachrymarum,* B *ad quod nimirum terribile ſpectaculum inſpiciendum multitudo maxima conuenit hominum, plerique tamen cum illud cernerent admodum animaduertentes quoddam eſſe diuinitatis præſagium, videlicet illius vrbis ſuperuentura calamitatis,* &c. Nec illius ſolùm, ſed & Galliæ, & aliarum prouinciarum vt prodigii veritatem probarunt exitus.

4 Pars. Ludouicus 5. vltimus Regũ Franciæ de ſtirpe Caroli M. moritur, vix anno potitus regno, cui hæres Carolus Lotharingus ſuccedere non potuit iuſto Dei iudicio, duas ob cauſas præcipuè.

Odorannus Monachus in monaſt. S. Petri cognomento viuiso vrbe Senonenſi, qui vixit ſub Roberto, & Henrico Regibus.

Vltimus Regum Franciæ de generoſiſſima, religioſiſſimaque Caroli Magni ſtirpe, Ludouicus huius nominis quintus fuit Lotharii Lodouico quarto nati, (quem Carolus Simplex genuerat) filius, qui vnius vix anni ſpatio Franciæ regno potitus vita cadit: cumque ſine liberis exceſſiſſet è vita regnum Franciæ ad Carolum Lotharium defuncti Regis patruum, Lotharii verò Regis Ludouici quinti patris fratrem iure pertinebat hæreditario; quod tamen minimè conſe- C cutus eſt, Franciæ proceribus, nobilibuſque, populorum deſiderio ſociatis, illud Hugoni Capeto Pariſiorum duci conferentibus, vt breuiter his verbis Odorannus huius ſcriptor temporis exponit. *Anno 987. obijt Ludouicus Rex iuuenis, qui nihil fecit, donato regno Hugoni duci, qui eodem anno Rex eſt factus à Francis, & eodem anno Robertus eius filius Regum piiſſimus Rex eſt ordinatus.* Similia ſcribit eiuſdem temporis auctor Glaber Cluniacenſis Monachus. Cur autem Francorum proceres Carolum Lotharii Regis fratrem, & defuncti Ludouici patruum repudiare voluerũt, eam potiſſimum rationem ſcriptores afferunt,

Cur Carolus Lotharingus Rex non fuit Franciæ cui hæreditario iure hoc regnũ competebat.

quod ipſe nimis eſſet principibus Germanorum addictus, Francos autem non facilè paſſos externis eſſe ſubiectos. Sed potentiorem, valentioremque ea rationem ſciſcitantibus illa de iudiciorum Dei, abyſſi multæ penetralibus hauſta ratio nobis occurrit: quod videlicet capta ciuitate Rhemenſi, proditione cuiuſdam nefarii presbyteri, nomine Giſleberti, ſeu Adalgeri, vel Adalgurii, eaque ip- D ſi Carolo Lotharingo tradita, ipſe Carolus ſuis militibus, prædonibus nefariis, anno Domini 990. non modo ciuitatem dilapidandam, diripiẽdamque, cum omnium ciuium deprædatione facultatum, & execrabili pudoris virginum, matronarumque oppreſſione tradiderit, ſed etiam ipſammet ſacroſanctam ſacratiſſimæ Deiparæ virgini in Dei honorem conſecratam Eccleſiam, cæteraque huius ciuitatis Deo dicata templa, monaſteria horrendis ſacrilegiis, graſſationibus, rapiniſque ſubiugauerit: Cũ tanta legum omnium diuinarum, humanarumque profanatione, vt barbari ipſi infideles, atque Sarraceni ſimilia patrare perhorruiſſent. Propter quod tam immane

Carolus Lotharingus captam proditione presbyteri ſcelerati vrbem Rhemenſem deſtruxit, ſanctaſque eius Eccleſias ſacrilegiis polluit, atque vaſtauit, vnde eius fundis calamitas.

A nefas, horrendumque ſcelus [b] Arnulphus Archiepiſcopus Rhemenſis, vnà cum ſuffraganeis epiſcopis, in Concilio Siluanectenſi diris execrationibus hunc ſacrilegum Carolum, cum omnibus tantæ ſatellitibus abominationis, compliciburque deuouerunt: & in eum, cæteroſque tot ſcelerum, ſacrilegiorumque patratores terribilis anathematis fulmina contorſerunt. Cuius vltrice virtute factum eſt, vt ipſe maledictus à Deo, anno ſequẽti, ſcilicet 991. ab Hugone Capeto victus, captuſque æterno mancipaterur carceri, in quo miſeram vitam finiuit: & ita ex eius ſtemmatis ramo Francorum ceſſauit imperium, ac penitus in eo Carolouingorum gloriæ, proſperitatiſque ſplẽdor euanuit. Vt adimpleretur quod ſcriptum eſt per ſapientem dicentem. [c] *Regnum de* B *gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & diuerſos dolos.* Exclamare nobis pro cõcluſione liceat. Felix terra, cui ſapiens Rex imperat. [d] *ſtabilimentum populi* [e] *diſſipans impios, & incuruans ſuper eos fornicem:* ſeu vt eſt in Hebræo, *rotam ad conterendum, atque inſtar tritici triturãdum eos &c.* Nec malè ille ethnicorum philoſophorum princeps, [f] *tum demum reſpublicas fore beatas putabat, in quibus philoſophi regnabant: aut qui regerent, omnem ſuam operam in ſapientiæ ſtudio collocarent.* Vereque dictum à Lanfranco, Dorobernenſis Eccleſiæ in Hibernia Archiepiſcopo, ad Hiberniæ regem ſcribente: [g] *magiſtra didicimus experientia nullam Deum maiorem terris miſericordiam impendere, quàm cùm pacis, & iuſtitia amatores ad animarum, ſeu corporum gubernacula prouehit, & maximè cum bonis regibus regna huius mundi regen-* C *da committit.* Hinc namque pax oritur, diſcordia ſopitur, & vt breuiter cuncta complectar, Chriſtianæ religionis obſeruantia ſtabilitur.

b Ex Gerberto in actis Concilii Rhem. c. 12. & 24. & in ep. ad Vildeiodũ epiſcop.

Cur Carolus Lothar. anathemate perculſus maledictus à Deo victus, captuſque eſt ab Hugone Capeto.

c Eccleſ. c. 10.

d Eccleſ. c. 6. v. 26.

e Prouerb. c. 20. v. 26.

f Plato de rep. apud Ciceronem ad Quintum fratrem.

g Lanfranci ep. 2. ad regẽ Hiberniæ Terdeluacum in principio.

CAPVT XIII.

De ſtirpe tertia Regum Franciæ Hugone Capeto.

1. *Hugo Capetus ex materno latere de Caroli M. ſanguine progenitus.*
2. *Ex repromiſſione ſanctorum Franciæ regnum in Hugonem Capetum nutu diuinæ voluntatis tranſlatum eſt.*
3. *Honores, & amores maximi, atque puriſſimi in Dei ſanctos à regibus primis tertiæ* D *ſtirpis exhibiti, baſes fuerunt firmiſſimæ, ſolidiſſimaque fundamenta glorioſiſſimæ fortiſſimaque Regum Franciæ durationis.*
4. *De honore, obedientiaque pura ab Hugone Capeto Ioanni 15. Papæ exhibit s.*



HVc vſque inductione exemplorũ à Regibus Franciæ primæ, & ſecundæ ſtirpis ſcilicet Clodouææ, atque Carolinæ petitorum, Chriſtianiſſimorum Regum pietatẽ, fidelitatem, deuotionem, charitatem, cæteraſque virtutes in ſalutem, obſequium, &

honorẽ Ecclesiæ Catholicæ, sedisque Apostolicæ conuersas, atque reuocatas obseruauimus. Atque quãto sancti desiderii, deuotionisque feruore reges illi Christianissimi sacrosanctam, valdeque salutarem suorum principatuum secularium, cũ spirituali, Ecclesiasticaque Romani Pontificis Monarchia confœderationem, inuiolabili fidelitate, perennique beneuolentia seruare contenderint, vario, multiplicique probationum genere demonstrauimus. Nunc in Regibus tertiæ radicis, atque prosapiæ ab Hugone Capeto, tanquam primo fonte regiæ scaturiginis, & emanationis exortis easdem heroicas sanctas veréque Christianas virtutes ostendere nobis incumbit. Vt autem ab Hugone illo, tanquam à capite nostræ seriem orationis arcessamus, discursusque futuri primordia deducamus: illud pro fundamento nobilitatis eius illustrissimæ statuendum est, illum principem non ita à Caroli[a] Magni sãguine alienum esse, quin ab illo suæ nobilitatis originem, spiritumque vitæ traduce materna deduxerit. Hoc docet vetus Guillelmi Mangii Sandionisiani monachi chronicum, in lucem non ita pridem à Pithœo editum:[b] similiter author, qui sancti Arnulphi genealogiam contexit, ex quo Carolinum genus manasse constat, id ipsum astruit, atque demonstrat, quem authorem volumini à se edito chronici, idem Pithœus inseruit.[c] Et Innocentius 2. epistola ad Ludouicum Crassum huius nominis sextum, eius principis ab Hugonis Capeti sanguine creti genus ex Caroli Magni progenie promanasse docet. Huius autẽ materni stemmatis, & emanationis seriem sic ex annalibus Franciæ contexere, atque deriuare facile poterimus, si dicamus prout historiæ veritas asserit, Arnulphum Imperatorem Carlomani, quẽ Ludouicus Germaniæ Rex, Caroli Calui imperatoris frater peperit, filium Ludouicum iuniorem Vuidonis in imperio successorem anno Domini 900. genuisse: ex quo duæ tantum filiæ natæ Placentia, & Maheuta. Placentia natu maior Conrado comitis Conradi filio, qui post Ludouicum iuniorem imperii rexit habenas, in matrimonium data est: Maheuta verò iunior Henrico Othonis Saxoniæ ducis filio nupsit: qui in imperatoris culmen Conrado defuncto sublimatus est. Pater Othonis huius nominis primi, Romani imperatoris, præter hunc filium, duas peperit filias, vnam nempe Gebergam, seu Eugebergam nomine, quam in vxorem Ludouicus quartus Franciæ Rex, filius Caroli Simplicis accepit, ex qua Lotharium Regem patrem Ludouici 5. Regis Francorum Carolinæ prosapiæ nouissimi progenuit: alteram Auidam, seu Haygõdam, quæ fuit vxor magni illius Hugonis, quæ illi marito suo hunc Hugonem cognomine Capetum tertiæ Regum Franciæ stirpis caput, fontẽque procreauit. Ex qua deductione originis manifestè, conspicuéque claret, hunc Regem Franciæ Capetum, ab ipsius Caroli sanguine, ex parte materni stemmatis ortum vitæ suæ traxisse. Quẽ non sine nutu diuini numinis, deique miraculo conspecta volũtate, ad tam sublime Francici regni fastigium fuisse prouectum, scriptores, qui res Francorum descripsere commemorant. In primis Mangius Monachus, qui ex repromissione sanctorum Regnum Frãciæ in Hugonem Capetum miraculosè translatum fuisse, quod honorificè sanctorum Ricarii, & Valerici corpora

1. Hugo Capetus ex materno latere de sanguine Caroli M. progenitus.

a Chron. Mangii.

b Author Genealogiæ S. Arnulphi.

c Innocentius 2. ep. ad Ludouicum 6.

Annales Francorum sup. vita Ludouici huius nominis 6. an. 987.

a Pers. Ex promissione sanctorum, Franciæ Regnũ in Hugonem Capetum translatum.

A transferenda curauerit, eosque sanctos æuo sempiterno fruentes in cœlo sicut pater eius[e] Hugo magnus cum deuotione coluerit, his verbis in suo chronico declarauit. In primis hunc Hugonem Capetum regni Franciæ non fuisse vsurpatorem nec inuasorem ita docens. *Qui tamen nec inuasor regni, nec vsurpator aliqualiter est iudicandus, quem ad tantam dignitatem eiusdem regni proceres elegerũt, & erexerunt, quemque & diuinum patri suo factum oraculum ad istud regnum prædixerat assumendum. In gestis enim sanctorum Richarii, & Valerici legitur, quod Hugo magnus comes Parisiensis, pater istius Hugonis istorum sanctorum corpora, quæ translata de Ecclesiis suis in Flandriam fuerant, & reposita in Ecclesia sancti Bertini, apud sanctum Audomarum terrore Northmannorum, qui tunc Franciam vastabant per visionem admonitus, ad suas fecit Ecclesias reportari. Ipsi autem Hugoni magno post hoc factum per*

B *visionem à S. Valerico dictum fuit, quod propter hoc factum eius generatio post ipsum in regno Francorum vsque in septimã se. in perpetuum regnaret. Sic Hugo iste Rex Francorum factus videtur per Domini voluntatem. Istum igitur Hugonem, qui & de genere Caroli descendit, & qui velut Aaron honorem regni non sibi assumpsit, quin potius ab omnibus regni Baronibus præcedente diuino oraculo electus est, dicamus ad prædictum regnum communi omnium consensu ritè electum, & non temerarium inuasorem.* Hæc ille. Ex quibus apparet primates regni occulto Dei iudicio, iusto tamen, illorũ cordibus loquẽtis, Hugonem illum ad sublime regni fastigium cognita per miraculum, oraculumque diuina voluntate prouexisse, sicut[g] principes Israël, simul atque

C nota sibi facta est Dei voluntas de Iehu electione ex Sacra per vnum ex prophetarum filiis electione, sicut Elisæo Prophetæ præceperat Dominus, illico hunc super se Regem agnouerunt, salutauerunt, eique se regẽdos cum populis amantissimè, voluntarieque tradiderunt, & vt loquitur Scriptura,[h] *Festinauerunt, & vnusquisque tollens pallium suum, posuerunt sub pedibus eius in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt:* REGNAVIT IEHV. Ita cognita Dei voluntate per sanctum oraculum, magno Hugoni factum,[i] *per quem Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt:*[k] *quique Reges in solio collocat in perpetuum, & illi eriguntur:* vt Iob Propheta loquitur: Francorum Principes, magnatesque rectè sibi consentientibus populorum animis Hugonem Capetum regio diademate, honoreque decorarunt. Qua Dei voluntate non bene cognita, conspectaque, alium à Carolo Lotharii Regis

D fratre, & Ludouici 5. recens sine liberis defuncti Regis patruo, etiã filió Regis nempe Ludouici 4. in regiæ maiestatis solium, thronumque sublimasse peccauissent. Cùm huic Carolo regia corona, sceptrumque hæreditario iure competeret, regnumque Franciæ non electione, sed successione, velut hæreditas paterna tunc sicut semper deferri soleret. Vnde rectè scriptum in historiæ Aquitanicæ fragmento, quod Pithœus edidit.[l] *Regnum pro Ludouico accipere voluit Carolus patruus eius, sed non potuit; quia Deus meliorem elegit, occulto iudicio.* At vt clarius intueamur, quam huius tertij Regum Franciæ stemmatis erga Ecclesiam Christi Domini Catholicam, eiusque pastores, maximè verò pastorum principẽ sedis Apostolicæ præsulem fida pietas, obedientia humilis, deuota, pura, ardensque charitas

e Mangius in chron. an. D. 987. sc. et alii volunt Mangius.

Hugo Capetus non inuasor regni Franciæ, quem diuinum, & humana electio Regem fecit.

Idest in omnem vniuersalem cum numero septenario vniuersitatem omnes vt SS. Cyprianus in orati. dominicam, & Ambrosium in 17 S. Lucæ comprehendi docent.

g 4 Reg c. 9. v. 1. 2. 3. 4. &c.

h Ibid. v. 13.

i Sap. c. 8.

k Iob. c. 36.

l Fragment. historiæ Aquitan.

ſemper extiterit animaduertere debemus, atque diligenter obſeruare, hanc progeniem, ſtirpemque tertiam Regum noſtrorum ſuæ gloriæ, proſperæque durationis in montibus ſanctis fundamenta ieciſſe, ideſt in immaculato honore, maximo, eoque puriſſimo amore ſanctorũ, quos Hugo cognomento magnus eius filius Capetus, atque Robertus Capeti filius religioſiſſimè coluerunt. De quibus hæc Helgaldus in vita Roberti Regis.[a] *Erant ſiquidem huic generationi* (ſcilicet Hugoni cognomine Magno, eius filio Capeto, & Robertu Capeti nato) *ſpeciales amici, ſancta ſcilicet Maria, & pater, & dux Monachorum S. Benedictus, ſanctus quoque Martinus, necnon ſanctus Anianus, atque victorioſiſſimi martyres Chriſti Cornelius, & Cyprianus, optatiſſimus verò glorioſus martyr Dionyſius, & inclyta Virgo beata Genoueſa &c.* Addit inſuper idem author digniſſimam rege Chriſtianiſſimo Hugonis Regis ad filium Robertum exhortationem, vt ſanctos ſacra, Chriſtianaque apotheoſi donatos poſt Deum, matremque eius ſacratiſſimam virginem, & inter eos præcipue S. Benedictum Monachorum patrem deuotiſſimè veneraretur, & adoraret, vt iam de Chriſtianiſſimæ propaginis tam longa, proſperaque regnandi duratione mirari minimè debeamus. Cum ſuper protectione ſanctorum[b] baſes illius tam firmiter extiterint ſolidatæ: cum eius[c] fundamenta in montibus ſanctis iacta ſint: cùm hæc regia domus[d] ſic fundata fuerit ſuper firmam petrã: quæ hactenus propterea tanto firmitatis, fortitudiniſque innixa robore, contra tot aduerſitatum procellas, tot impietatum tempeſtates, tot furioſus religionis Catholicæ, regnique Chriſtianiſſimi hoſtium, inimicorumque fluctus, generoſo pectore victrix immota permanſit, duratura ſemper ſi religioſè hæc iacta fundamenta indomita pietate perſiſtant. Secus funeſto lapſura caſu, (quod omen Deus exitiale deteſtetur, & auertat) ſi religioſæ illæ collocatæ baſes ab his ſalutaribus, immotiſque pietatis, honoris, reuerentiæ, & charitatis erga Deum, eiuſque ſanctos, erga ſanctorum matrem Eccleſiam, eiuſque paſtorem fundamentis rebellione nefaria reuellantur, & emotæ, reuulſæque confringantur. Iam verò ſi breuitatis cauſa vnico exemplu Hugonis Capeti pietatem, & religionem Catholicam in honore, obedientia, amore, reuerentiaque Ioanni papæ decimi quinti præſtitis exaltare liceat, eliminanda foras, in lucemque deducenda eſt illius ad eum Pontificem Regis epiſtola, in qua ſe apud ipſum Pontificem ob eiectionem à Rhemenſis Archiepiſcopatus ſolio Arnulphi Regis Lotharii filii naturalis, de obiectis malè factis purgare deſiderãs, his Pontificem reuerenter alloquitur, quibus iratum propter hanc, inconſulta ſede Apoſtolica, eiectionem, Pontificis animum emolliret, atque placaret.[e] *Beatitudini veſtra ego, & Epiſcopi mei regni per Ioãnem Archidiaconũ Rhemẽſis Eccleſiæ ſcripta direximus, in quibus Arnulphi rationes vobis explanauimus: ſed nunc obſecrando ſuperaddimus, vt mihi, meiſque iuſta decernatis, ne dubia pro certis reſpiatis. Nihil nos contra Apoſtolatum veſtrum egiſſe ſcimus, quod ſi abſentibus non ſatis creditis, præſentes de præſentibus vera cognoſcite. Gratianopolis ciuitas in confinio Italiæ, & Galliæ ſita eſt, ad quam Romani Pontifices Francorum Regibus occurrere ſoliti fuerunt. Hoc ſi vobis placet, iterare poſſibile eſt. At ſi nos, & noſtra inuiſere libet ſummo cum honore deſcendentem de Alpibus excipiemus, morantem, ac redeuntem debitis obſequiis proſequemur. Hoc ex integro affectu dicimus, vt intelligatis, & cognoſcatis nos, & noſtros veſtra nolle declinare iudicia. Petimus itaque vt Ioannis Archidiaconi legationem benigne ſuſcipiatis, vt dum quod petit obtinuerit, nos in ſuo aduentu efficiat lætos, & in veſtro obſequio feruentiſſimos.* Hæc Chriſtianiſſimus princeps Romano Pontifici obſequentiſſimus.

3 Pars. *Honores, & amores maximi atque puriſſimi in Dei ſanctos à Regibus primis tertia ſtirpis exhibiti baſes fuerunt firmiſſima, ſolidiſſimaque fundamenta glorioſiſſima, & fortiſſima Regum Francia durationis.*

a Helgaldus in vita Roberti Regis.

b Iob. 38.
c Pſal. 86.
d S. Matth. c. 7.

4. Pars. *De honore, obedientia, & obſequio ab Hugone Capeto Ioanni 15. papa exhibitis in cauſa Arnulphi à ſede Rhemenſi eiecti.*

e *Epiſtola Regis Hugonis ad Ioannem 15. Pontificem, qua extat inter Gerberti Rhemenſis archidiaconi literas, qui fuit poſtea papa Romanus dictus Silueſter 2.*

A

B

C

D

CAPVT XIV.

De Roberti Regis pietate, charitate in pauperes, humilitate, & reuerentia admodum religioſa erga Eccleſiam Dei, eiuſque prælatos, maximè verò erga prælatorum principem Rom. Pontificem, Cuius filius Henricus 1. virtutes imitatus eſt.

1. *Piæ humilitatis quanta vis, præſertim in principe honorata. Quæ maxima in Roberto Rege charitate in pauperes illuſtrata refulſit.*

2. *Roberti Regis pietas, & æquitas in procurando Eccleſiæ beneficia religioſis, doctiſque perſonis, & cumulando eas donis, & honoribus. Eiuſdem maxima in Domini feſtiuitatibus deuotio.*

3. *Rex Robertus acerrimus, & iuſtiſſimus hæreticorum, & ſchiſmaticorum vltor, & perſecutor, eius glorioſus vitæ exitus.*

4. *De Henrici 1. virtutibus, patris, & aui virtutum ſectatoris.*

CAPETI regis filius Robertus pietate, & humilitate deuota erga paſtures Eccleſiæ patre non inferior, mirabiles amores in ſuorum populorum cordibus excitauit ſui. Inter cuius memoratu digniſſima pietatis, reuerentiæ, ſinceræque humilitatis in prælatos, Eccleſiæque Catholicæ paſtores in Synodis congregatos exempla, atque facta illud celeberrimum Helgadus in eius vita recenſet, qui quæ vidit illius Regis acta conſcripſit.[f] *Colloquium cum Epiſcopis regni ſui habens Rex humilis, inter colloquium vnumquemque aſpiciens, vidit quemdam eorum mole carnis grauatum, pedes ſuos dependere ab alto, pietate ductus à longè quærens ſuppedaneum reperit vnum, quod manibus Deo, & hominibus charus apprehendens illud tanto Pontifici offerre non recuſauit, & ſub pedibus eius ponere non eſt dedignatus. Erat autem hic Epiſcopus Lingonenſis, Lambertus nomine dictus, ſcientia, religione, & bonitate pollens. In magna etenim ex hoc admiratione pro tali facto omnes Epiſcopi, & principes habuere ſæpe ſactum Robertum humillimum, & inclytum Re-*

f Helgadus, in vita Roberti.

Humilitatis quanta vis, præsertim in principe honorato, vt sine ea nullius virtutis splendor possit subsistere.

a Ibid.
b Prouerb. 1.
c S. Gregor.
d In vita patrum.
e Ibid.

Sem. Subiungit post hæc author. [a] *Is quippe Rex Deo dilectus Robertus semper meminit sanctæ legis, qua memor fuit operis Dei, in omnibus vijs suis, sciebat enim scriptum,* [b] *scientia virtus, custos virtutis humilitas sancta. Et illud Beati papæ Gregorij.* [c] *Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in ventum puluerem portat. Legerat quod dixerat quidam ex patribus.* [d] *Omnis labor sine humilitate vanus est, humilitatis signum dat regnum cælorum.* Ob eas memorabiles Regis religiosissimi, & humillimi virtutes ex vota fundit author, pro æterna tanti Regis felicitate. [e] *Nos ergo oremus*, inquit, *omnipotentem Deum, vt hic Dei electus, qui deposito omni tumore superbiæ coniunctus est Christo Deo, sanctæ humilitatis virtute ita iungatur in seculo venturo, &c.*

Maxima Roberti Regis in pauperes misericordia, & charitas ex Helgaldo.

Hoc misericordiæ, & charitatis in pauperes incendebatur ardore, vt singulis diebus mille pauperes alimēto corporeo pasceret, panem, vinum, cibos singulis distribuenda curaret, in sanctissimo cœnæ Domini die trecentis pauperibus accumbentibus mensæ propriis manibus ministraret, incuruato poplite, flexoque genu in terram herbas, pisces, panem, vinum, argentum singulis distribueret, pedesque lauaret. De illius principis summa in Deum, ecclesiam, eiusque ministros Ecclesiasticos pietate, mundo, ad arcenda publica mala à populorū sceleribus erūpentia valde salutari ista Glaber egregia retulit. [f] *Robertus Rex tunc prudens atque eruditus, dulcisque eloquio, ac pietate insignis, sed diuina prouidente clementia huiusmodi virum ad Catholicæ plebis regimen omnium Dominus, illo præcipuè in tempore dignatus est destinare. Nam diebus regni ipsius elementorum etiam signis præeuntibus nō modicæ clades incubuere Christi Ecclesiæ, quibus nisi idem Rex sapienter, Deo se iuuante, restitisset, saeuiendo multipliciter in longinquum processissent.*

Maximo eius pietas valde mundo salutaris in bonis liberis versatissimi.

f Glaber.

Quanta principis pii, singulariter religiosi animam deuota propagandi in pace, & tranquillitate Ecclesiastici status, principatusque gloriam, & honorem, ipsius cum regno, imperioque seculari Christiano amicam societatem sanctamque consœderationem firmandi solicitudo peruaserit, Segebertus in chronico testatur. Dum congressum, colloquiumque huius Christianissimi Regis cum optimo imperatore Henrico huius nominis primo, super Carum fluuium, apud Euasium describit, in quo ambo illi principes optimi, & Christianissimi inter se valde piè, sincereque consultarunt, atque deliberarunt pro corroborando status Ecclesiastici vigore, paceque cum eo secularis potestans, principatusque Christiani firmanda. In quem finem Romanum Pontificem Benedictum 8. eos Papiæ præstolantem, cum omni honore, & reuerentia conuenire voluerunt: cuius ab ore, tanquam ab oraculo Dei penderent, suæque consultationis, atque desiderii, instar arresti responsa mutuarētur, & acciperent. Status autem ille Ecclesiasticus vera pace, sinceraque cum seculari, eoque Catholico principatu, charitatis vnione roboratus, vt magis in puritate, vitæque sanctitate professioni Christianæ consormi cresceret, quanta potuit vigilantia conuiti, curaque contendere Rex ille Christianissimus dedit operam, soliciteque prouidit: vt non nisi piis, sanctis, erudiòs, sapientibusque de sinu cleri personis Ecclesiastica beneficia donarentur. Hoc ita loquens Glaber ostendit. [g] *Hic itaque Rex, vt sapientissimus Dei cultor semper fuit, humilium amator, superborumque vt*

Cura, solicitudoque deuota Roberti Regis roborandi puritatem status Ecclesiastici, pacemque illius cum statu seculari firmandi.

Sigebertus in chron. an. D.1023.

2. Post.

Roberti Regis pietas, & æquitas in procurandis Ecclesiæ beneficiis religiosis, doctis, d. ilisque personis pro animarum salute, & puritate status Ecclesiastici.

g Glaber l. 3. c. 2.

valuit osor; si qua enim Pontificalis sedes in suo regno proprio viduaretur præsule, cura erat illi maxima, vt vtilis pastor, licet genere infimus restitueretur Ecclesiæ potius, quàm nobilitatis eligeretur persona secularis pompæ. Qua de causa etiam primates regni sensit plurimum contumaces, qui despectis humilibus sui similes eligebāt superbos. hæc Glaber. Sola pro Dei gloria, & honore, vitæ puritas Ecclesiastici, & secularis status vera pax, & concordia inter vtrumq. statū, salus populi, fidelibus defunctis requies, consciētiæ bonæ securitas, delictorum remissio, indulgentiaque principis religiosissimi gustui sapiebāt. Huius rei testis est deuotissima illa singularis efficaciæ, plena virtutis, & meriti, expleta, perfectaque basilicæ à se constructæ sancti Aniani dedicatione, huius optimi principis ad Deum deprecatio: de qua Helgandus [h] hæc ait. *Expleta benedictione solenni, & omnibus, quæ ad dedicationem templi pertinebant, vadit cum reuerentia nominandus pater patriæ Robertus ante altare sanctissimi Petri, & dilecti Domini Aniani, in conspectu omnium populorum, & exuens se vestimento purpureo, quod lingua rustica dicitur roccus, vtroque genu flexum terram toto de corde ad Deum supplicem fudit precem, in his verbis. Gratias, inquit, ago tibi bone Deus, qui ad effectum meam voluntatem, meritis S. Aniani perduxisti, lætificans animam meam, de corporibus sanctorum, cum eo hodierna die triumphantium. Da ergo Domine, per hos sanctos tuos* (scilicet S. Petrum, & Anianum) *viuis delictorum indulgentiam, defunctis omnibus vitam, & requiem sempiternam tempora nostra prosperè regnum tuum, quod tua pietate, misericordia, bonitate nobis datum est, dispone, custodi ad laudem, & gloriam nominis tui, sancti Aniani virtute mirabilis patris patriæ, ab inimicis mirabiliter libera.* Illius præterea principis in Ecclesiasticos, pauperesque clericos quanta fuerit charitas in eos nutriendo, & humilitas deuota, in lauando exemplo Domini eorum pedes, & eosdem ad instar sanctæ Magdalenæ capillis capitis sui tergendo idem, sicut ipse vidit Helgandus, ita narrauit. [i] *Hora itidem sexta,* (scilicet diei cœnæ Domini,) *postquam hora tertia eiusdem diei trecentos pauperes nutriuisset, eisque proprijs manibus, vt diximus supra, ministrasset, centum clericis pauperibus præbendam panis, piscis, & vini concedebat, duodecim vnumquemque eorum honorans denariis, corde, & ore Dauidicos semper decantans psalmos. Post mensam verò præparans se ad Dei seruitium Rex humilis, ponebat vestimenta sua intus ad carnem cilicio, adiunctoque clericorum collegio centum sexaginta, & eo amplius numero, ad exemplum Domini eorum pedes lauans capillis capitis sui tergebat, & ad mandatum Domini singulos eorum duobus solidis remunerans, clero præsente, & diacono astante, qui lectionem legeret secundùm Ioannem, in cœna Domini dictam, & factam. Talibus factis occupabat se Rex meritis gloriosus, loca sanctorum perlustrando toto die sancto parasceues, & crucem Domini adorando, vsque in vigiliam sanctæ resurrectionis, &c.* Quanto verò deuotionis, charitatisque feruore dies, noctesque aliarum sanctarum Christi Domini festiuitatum religiosissimos princeps traducere soleret, pergit postea sic Helgandus exponere. [k] *Sanctas noctes, hoc est natiuitatis Domini, sanctæ paschæ, & Pentecostes, sic totas ducebat insomnes, vsque ad summum mane, vt nec sedens, nec stans somnum caperet, donec quam expectabat, & desiderabat salutiferam corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi perceptionem*

h Helgandus in vita Roberti.

Deprecatio deuotissima Regis Roberti ad Deum peracta basilica S. Aniani dedicatione, incolumitatem, & pacem Ecclesiæ & regni requiem defunctis æternam, viuis salutem, & pacem, delictorumque indulgentiam, remissionemq. postulantis.

Charitas, & deuota Roberti Regis humilitas in Ecclesiasticos nutriendis, & post pedes eorum lauantis instar Domini, & S. Magdalenæ capillis capitis tergentis.

i Helgandus ibid.

Noctes festiuitatum Domini insomnes precibus, deuotionibusque totas addictus Rex Robertus traducebat.

k Helgandus ibid.

perriperet. Sed super omoes sanctos quanto deuotionis æstuans ardore duodecim Apostolorum, præcipuè verò sancti Petri eorum principis post Dei, sacratissimæque Deiparæ virginis cultum, seruitio, inuocationique vacaret, ex eodem scriptore licet agnoscere, ista dicente. *Hic autem post Deum specialis gloria regum pro sanctorum Apostolorum numero, quos semper amabat corde benigno, & quorum solennes festiuitates votiuo praueniebat stiuuio, ad horum exemplum duodecim pauperes secum ducebat, quos specialiter diligebat, quibus ipse erat vera requies post labores. Nam his sanctis pauperibus comparans fortissimos asinorum pullos ante se vbique pergebant lætantes, Deum laudantes, &c.* At sicut sanctorum omniom, præcipuè Apostolorum, eorumque principis sancti Petri maximus cultor Christianæ Catholicæque religionis deuotissimus adorator Ecclesiasticorum, maximè verò eorum pastoris principisque Romani Pontificis acerrimus propugnator, atque defensor, Ecclesiasticarum, Pótificiarumque legum vindex fortissimus & amantissimus obseruator, ita prostitutionis hæreticæ, schismaticæque abominationis vehementissimus osor, & generosissimus sceleratorum hæreticorum, schismaticorumque persecutor, eorum nefandissimæ impietatis vt iustissimus, sic & seuerissimos vltor extitit: vt hæc Glabri verba clarissimè designant. [a] *Tredecim præsente Roberto Rege igni traditis, cùm iam cœpissent acrius aduri, cœperunt voce, qua poterant, ex eodem igne clamare, se arte diabolica deceptos nuper de vniuersorum Deo, ac Domino malè sensisse. His verò à pluribus circumstantibus auditis, humanitatis pietate permoti accedentes, vt vel semiustos ab igne illos eriperēt, minimè valuerunt. In antiquis quoque tabulis apud diuum Maximum hæc sunt verba: actum Aureliæ publicæ, anno incarnationis Domini millesimo vigesimo secundo, regni Roberti Regis vigesimo octauo, indictione quinta, quando Stephanus hæresiarcha, & complices eius damnati sunt, & arsi Aureliani.* Quæ verò nefandarum hæreseon portenta, nefariaque abominandæ doctrinæ dogmata quibus Lutherani, Caluinistæque nostri hodie detestabili consensu suffragantur, hæresiarcha ille cum suis, quos infatuauerat pertinaciter asseuerabant ex epistola Ioannis Monachi Floriacensis ad Oliuam abbatem sanctæ Ecclesiæ Ansonensis intelligitur apertè: in qua inter alia scripsit. [b] *Volo vos interea scire de hæresi, quæ die sanctorum Innocētium fuit, in Aurelianensi ciuitate. Nam verum fuit si aliquid audistis. Fecit Rex Robertus viuos ardere de melioribus clericis, siue de nobilioribus laicis prope quatuordecim eiusdem ciuitatis, qui Deo odibiles, perosique cælo, & terra abnegando abnegabant, sacri baptismatis gratiam, dominici quoque & sanguinis consecrationem, cum hoc, post perpetrata scelera, vitiorumque negabant posse recipi veniam peccatorum. Enimuero cum his assertionibus nuptias detrahebant, à cibis etiam, quos Deus creauit, & adipe tanquam ab immunditiis abstinebant.* Has errorum nefandorum insanias, hæreseonque furores, ardor, pietatis Roberti Regis gloriam Dei, eiusque immaculatæ sponsæ Catholicæ Ecclesiæ sanctitatem zelantis, iusta legum sanctarum seueritate compressit, & extinxit. Propter quod memorabile, religiosumque facinus Rex Christianissimus æternum sibi decus, gloriamque comparauit, qui vt sanctissimè regnando vixit Ecclesię Catholicæ

Ibid Helgaudus. *Rex Robertus SS Apostolorum super omnes sanctos maximus cultor.*

5. Pars. Rex Robertus acerrimus & iustissimus hæreticorum, & schismaticorum vltor, & persecutor. a Glaber. l. 3.

Hæretici Aurelia igne combusti sententia Roberti Regis.

Hæresiarcha Stephanus combusti cum sociis.

b Ep. Ioannis Monachi Floriacensis ad Oliuam Abbatem. Vide Masson. l 3.

* Scilicet principalis.

Hæc impia dogmata nouatores nostri.

A regnoque Christianissimo maximè salutaris, ita moriens in Domino felicissimè quieuit. De cuius glorioso, sanctoque ex hac vita discessu Helgaodus ista memoriæ sempiternæ, benedictionique consecrauit. [c] *Exire ipse de hoc seculo paratus, Dominum Iesum Christum suæ salutis, atque vtilitatis magistrum semper inuocabat, ad videndum Regis æterni insuperabilem potentiam, Angelos, Archangelos, & omnes Dei sanctos in auxilium suum venire voce, & signis indesinenter orabat, muniens se semper in fronte, & oculis, naribus, & labiis, gutture, & auribus, per signum sanctæ crucis memoria dominicæ incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectionis, & ascensionis, & gratia Spiritus sancti, habuit hoc ex more in vita, cui nunquam defuit volunt*ate aqua benedicta. His verò, aliisque refertus bonis*

B *virtutibus, sexagenarius vt credimus, morte operiebatur intrepidus: & inualescente valida febris langore, petiit viaticum salutare, & salubre viuifici corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpto eo, & pauco interuallo facto, ad Regem Regum, & Dominum dominorum demigrans felix, feliciter sibi cita promeruit regna.*

De sancto, gloriosoque Roberti Regis obitu vita sanctissima conformi.

c Helgaldus in vita Roberti Regis.

* Seu volente.

Hoc tanto Rege, tantisque refulgente virtutibus in Domino, tam piè, beatéque defuncto velut auulso de nobilissima, religiosissimaque Capetana stirpe, ramo, multis virtutum floribus, fructibusque fœcundo non defuit alter aureus, & simili virtutum frondescens virga metallo, nempe Henricus huius nominis primus, Roberti Regis filius, paternæ pietatis, atque sanctitatis imitator egregius, Ecclesiæ, regnoque valde profuturus: simul atque per sacræ vnctionis aditum ad

C gubernacola imperii, sceptraque regenda peruenit. Sicut Folbertus Carnotensis ad Guidonem Episcopum epistola prædixerat his verbis, causas cur non potuerit sacro Regis Henrici Rhemis interesse, reddens. [d] *Ad benedictionem Henrici regiæ prolis voto quidem raptor, sed aduersa me corporis valetudo retardat. Tentarem tamen vtcumque moderatis equitationibus eò peruenire, si non absterreret sæuitia matris eius* (scilicet Constantiæ, præferre volentis in regno iuniorem filium Robertum maiori natu Henrico, cui propterea Fulbertus restitit, inde mulieris iræ) *cui satis creditur, cum mala promissis, fidem facientibus multis, & memorabilibus gestis eius. Qua difficultate prohibitus, rogo vestram charitatem dilectissime, vt vice mea suadeatis Domino Archiepiscopo Rhemensi, cæterisque primoribus, ne qua occasione differant benedictionem iuuenis supradicti, spero enim illum Deo, & b[...]s hominibus placiturum.* Hæc Fulbertus verè de bene nato, religiosè educato iuuene principe vaticinatus, vt eius vitæ præclarè facta, pro Ecclesiæ ser-

D uitio, regnique salute postea demonstrarūt. Cuius pietatis, atque iustitiæ factum apud Glabrum memorabile narratur. [e] *Abbas quidam quod sibi, familiaque bonam Regis gratiam venaretur, generosum equum Regi dono dedit, furtiuum quidem, sed illud nesciens abbas emptor equi. Quodam die Rex huic incedens equo, & in eo exultans ab illius equi Domino, cui furto sublatus fuerat conspectus, dicenteque Regi. Tu ò Rex qui iustitiam subditis reddere teneris, scias hunc equum, quo veheris meum esse, respondit Rex: si tuus est, accipe eum, meque illi insidentem trahe, quocumque volueris quousque tibi satisfactum fuerit. Hic nobilis credens se irrideri à Rege, valde perplexus turbatusque, velut immobilis, gelido per ima currente ossa tremore substitit: sed coactus à*

4. Pars. De Henrici primi virtutibus, patris, & aui virtutum imitatoris.

d Epistola 49. Fulberti ad Guidonem Episcopum.

e Factum Henrici 1. magnæ pietatis, & iustitiæ memorabile. Glaber l. 3.

A *Rege serio loquente equum eum Rege equitante in suum castellum deduxit. Mirantibus aulicis, Regisque seruis, hoc spectaculum conspicientibus, maximeque rei nouitate stupentibus. Quibus Rex domum nobilis ingressus dixit. Quid sum facturus abbati, cuius occasione carceri mancipori? Accersite ad me illum: cui in conspectum suum adducto dixit. Amoue pedum tuum, baculumque pastoralem, quem tibi fauore principum secularium conseruari debere credis, & arbitraris. Relictum igitur, depositumque hoc pedum pastorale ab abbate Rex accipiens manibus imaginis Christi Domini tradidit, mox abbati dicens: Ito nunc, & pastorale pedum notam monastica tua prælaturæ de manu Regis omnipotentis accipito, & ne post hac pro hmus consecutione, securitate, & conseruatione Regibus terræ, seculique potentibus obligari te esse putes, aut credas, desque operam, eamque solertem, & diligentem, vt secundùm Deum, pro Ecclesiæ seruitio, pro* B *ena, tuorumque tuæ fidei in monasterio creditorum salute, hac præfectura monasticæ dignitate, officioque fungaris.* Qua correptione monitoria princeps iustissimus, & religiosissimus indignas, intolerabilesque quorundam de cleri foro prensationes, ambitusque soperbos iusta reprehensiooe, censuraque condemnabat; qui importuna, & infami solicitatione principum aures obtundunt, vt pinguioribus Ecclesiæ beneficiis, quibus tui piter inhiant, indignissimè potiantur. Hic Rex Christianissimus paternæ pietatis in Ecclesiam Catholicam, fortitudinis, & zeli sanctissimi contra hæreticos, aliosque religionis Christianæ, Ecclesiæ Catholicæ perduelles, hostesque trophæa, quæ illum quiescere oon sinebant, dies, noctesque sibi ob oculos erigens, patris sanctissimi Benedicti 9. Romani Pontificis iussa capessens, & aodiens C fideliter obsequendo Berengarianam hæresim, furiamque nuper patris sui Roberti tempore ex infernalibus antris emersam, illico sanctarum legum gladio confodit, iustæque seueritatis io eius sectatores, laqueo strangulari iussit. Vt illa animarom pestis, quoad vixit Rex ille Christianissimus hiscere non ausa, sub vmbra silentii, tenebrisque sepulta, quasi mortua delituerit. Atque dum ipse Christianissimus princeps ad huius furiæ belluæque Berengarianæ, iam veritatis laqueis irretitæ, ne posset effugere, vel euagari, destructionem, Concilium Episcoporum in regno suo congregari curaret: admonetur à disertissimo, sanctissimoqoe Durando ecclesiæ Leodicensis Episcopo, per egregiæ, singularisque eruditionis epistolam. Vt potios ad coercendos, puniendosqoe huios hæreticæ furiæ sectatores, acerbas pœnas tantæ abominationis vltrices, sanctarum le- D gum editione, sanctioneque decerneret: quam ad istorum perditorum Berengarii Archidiaconi Turonenlis, Brunonis Andegauensis Episcopi, cæterorumque tantæ impietatis sectatorum errores refellendos, confundendosque Concilium Episcoporum in regno suo Romani Pontificis authoritate congregaret. Ipse Rex religiosissimus salutaribus tanti Episcopi monitis obediens, relicto Concilio ad confundendos horum hæreticorum errores, ad exterminandos illos impietatis hæreticæ sectatores, suarum legum pietate, atque iustitia muoitarum, gladios, enseśque distrinxit. Quorum terrore omnes isti animarum lupi rapaces illico defecerunt, & euanoerunt. In hac verò Durandus ille sanctitatis egregiæ Leodicensis episcopus ita pro fine, recitatis scilicet contra

Henricus 1. Rex Franciæ hæreticorum hostis acerrimus, & violatæ ab illis Catholicæ veritatis vltor.

Henrici 1. Regis zeli Catholici, summique feruor ad exterminandam Berengarianæ hæresis recens natæ furiam anno D. 1035.

Epist. Durandi episc. Leodicens. ad Regem Henricum quæ extat tom. 3. biblioth. sanct. patrum in fine.

A Brunonem, & Berēgarium, SS. Leonis papæ, Cyrilli, Ambrosii, Augustini, Basilii, Eusebii, Hilarii, & Toletani Conciliò ad verbum sententiis, perorando concludebat.[a] *Quamobrem Brunonem & Berengarium iam anathematizatos arbitramur: quod si ita est, verè illis audientia Concilij deneganda est: & cum vestris, cumque nostris Episcopis, si ita vobis videtur, cum amico vestro imperatore, cum ipso Papa, quæ vindicta in eos statuatur, Deliberandum. Est enim iustum, vt quorum manus sunt contra omnes, omnium manus etiam contra ipsos excitentur.* Hoius præclaræ, sanctæque epistolæ [b] Guitmundus in eo opere, commentarioque de veritate corporis, & sanguinis dominici in altaris sacramento realiter existentis edito mentionem fecit.

Sed migremos hinc, atque ad alia huius Regū Franciæ stirpis tertiæ præclarissima, pietate Chri- B stiana, Catholica religione illustrissima, benedictæ memoriæ perpetuitate dignissima, pro bono Ecclesiæ, regnique Christianissimi salute facta, gestaque commemoranda transeamus.

a Finis epistolæ Durandi.

b Guimundus l. 1. de SS. corpore, & sanguine Domini in sacramento altaris

---

CAPVT XV.

De Philippo primo, & Ludouico Crasso, patre & filio.

1. *Philippus 1. Rex patre viuente inauguratur, eius solenne iuramentum, obedientia Gregorio 7. adolescentia errores per aulico-* C *rum corruptorum fraudes contractos agnoscentis.*

2. *Quanti faciat Gregorius 7. Regum Franciæ antiquorum virtutes, quas Philippo 1. imitandas proponit.*

3. *Philippus Rex mores in adolescentia corruptos factus vir obediendo Pontifici Romano reformauit: ab eo liberari ab excommunicatione humiliter efflagitans.*

4. *De Ludouici Crassi reuerentia, & honore vnà cum patre Philippo in Galliam venienti Vrbano papæ præstito.*

D 

ENRICVS huius nominis primus, aui, patrisque virtutes qooadvixit æmulatus, vti supra moostratum, illud præcipuè viuēs moriēsq. in votis habuit, vt filium, quem genitum Dei seruitio, Ecclesiæ paci, & ornamento, regnique saloti vouerat, sibi quàm simillimum, in bene viuendo, regnandoque relinqueret. Atque ita suarum illom virtutū tinctura imbueret, vt mortuus, defunctusque seculo, reuiuiscere in filio piarum, Christianarumque virtutum, quas à se didicerat, operatione videretur. Qood desiderium, affectumque paternum, quo facilios ad effectum, tanquam ad optatam metam, scopumque perduceret, dedit ope-

ram

ram, priuſquam ex hac vita migraret, vt filio adhuc puero, vel infanti potius, intra pubertatis annos conſtituto, bene prius inſtructo, & religioſis præceptionibus edocto, ſacroſancta vnctio, inauguratioq; præberetur. Per quam inuocata benignitas, clementiaque Saluatoris noſtri, virtutibus ſanctis, regiuſque coronatum principem ſeptem natum annos, pro Eccleſiæ pace, regnique ſalute copioſè cumularet. Qui pro fundamento futurorum bonorum operum, antequam vnctione ſacra, cœleſtique inaugurraretur, hac ſe iuramenti præſtatione publica, Deo, Eccleſiæ, regnoque fideliter obſtrinxit.[a] *Ego Philippus, Deo propitiante, mox futurus Rex Francorum, in die ordinationis meæ promitto coram Deo, & ſanctis eius, quod vnicuique de vobis mihi commiſſis, canonicum priuilegium, & debitam legem, atque iuſtitiam conſeruabo, defenſionem, adiuuante Domino, quantum potero, exhibebo, ſicut Rex in ſuo regno vniuſcuique Epiſcopo, & Eccleſiæ ſibi commiſſæ per rectum exhibere debet. Populo quoque nobis credito me diſpenſationem legum in ſuo iure conſiſtentem noſtra authoritate conceſſurum.* Hæc ipſe Princeps, ſeptennis adhuc. Ipſe creſcētibus annis, in ipſo iuuenilis ætatis ardore, ebullientis ſanguinis adoleſcentiæ feruore, humana paſſus multa, contra ſplendorem, pacemque Eccleſiæ non rectè facta, vt pote quæ ſimoniç crimen in beneficiorum Eccleſiaſticorum venundatione redolerent; prauo corrupto que ſycophantarum aulicorum conſilio patrauit. Propter quæ iuſta indignatione, iræque Dei, & Eccleſiæ zelantis bonorem, commotione percitus Gregorius 7. eum per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti deprecatus eſt, atque paternæ charitatis affectu, per Rodericum[b] Cabilonenſis Eccleſiæ præſulem, Regis ipſius à conſilijs, illique valdè familiarem dulciter admonuit: vt à talibus vitijs, quibus apud ſedem Apoſtolicam diſſimulabatur, malè factorū pœnitens celeriter arceretur. Qui ſe à prauis aulicis deceptum agnoſcens, iuuētute ſua nequiter abutentibus monenti, iubentique Pontifici humiliter obedientia filiali paruit. Et qui Dauidem,[c] Theodoſiumque[d] maximos principes peccantes ſecutus fuerat, pœnitentes conſectari vehementer exarſit. Quod colligitur ex his Gregorij 7. verbis.[e] *Sed quoniam anteactis diebus per familiarem ſuum cubicularium, videlicet Albertum, ad noſtri cenſuram iudicij, & vitam corrigere, & Eccleſias firmiter nobis reſpondit: rigorem canonicū interim exercere diſtulimus.* Quamobrem ipſe licet nimium in poteſtate ſumma iuueniliter exultaret: tamen vt quantæ humilitatis, & obedientiæ filialis inclinatione in cuſtodienda ſanctiſſimi patris imperia propendere ſe demonſtraret, illico his acceptis per Rodericum epiſcopum, papæ Gregorij monitis, iuſſiſque paternis, honorificam ad eum legationem, venerabilemque deſtinauit. Qua ſe in omnibus eius Eccleſiæ principis monitis, pręceptiſque ſemper obſecuturum data fide promiſit. Quod ſatis clarè, perſpicuèque ex literis Pontificis, ad eum Regem poſtea miſſis intelligitur, in quarum exordio principem illum ſic alloquitur.[f] *Significaſti nobis per literas, & legatos tuos te Beato Petro Apoſtolorum principi deuotè, ac decenter velle obedire, & noſtra in his quæ ad Eccleſiaſticam religionem pertinent, monita deſideranter audire, atque perficere* &c. Cuius adoleſcētis mores ſceleratis prauorum aulicorum fraudibus inquinatos, eò Pontifex ille ægrius, moleſtiùſque ferebat, quò Regū

Philippus Rex patre viuente inauguratus.

[a] Iuramentū Philippi Regis in ſacro pręſtito apud Maſſonium l. 3. in Henricu 3.

Philippus ab aulicis deceptus Simoniæ ſuſpicione ſordidatus Pontifice Greg. 7. arguenti & monenti paret.

[b] Ep. Greg. 7. ad Rodericū. l. 1. ep. 55.

[c] 2. Reg. [d] Theodoret. l. 5.

[e] In eadem ep.

[f] Ep Greg. 7. l. 2. ep. 35.

Tom. II.

A Franciæ illius patrum, maiorūque virtutes ſubliniores, magiſque Eccleſiæ ſalutares extitiſſe cōſiderabat. Vt in eadem epiſtola his verbis expreſſit.[g] *Quam rem* (ſcilicet Eccleſiarum oppreſſionē ſimoniaco ſcelere principis adoleſcentis ita decepti authoritate firmato, impuneque tolerato) *de illo tamen regno profectò tulimus moleſtiùs, quantò, & prudentia, & religione, & viribus noſcitur fuiſſe potentius, & erga Romanam Eccleſiam multò deuotius.* Ad quas maiorum virtutes ita hunc principē alibi, accepta legatione, cohortatur.[h] *Attēdere enim te nobiſcum, & diligenter conſiderare volumus, in quanta dilectione ſedis Apoſtolicæ, quantaque gloria, & laudibus ferè per orbem terrarum anteceſſores tui B Reges clariſſimi, & famoſiſſimi habiti ſunt; dum illorum regia maieſtas in amplificandis, & defendendis Eccleſiis pia, & deuota conſtitit in tenendo iuſtitiam libera, ac diſtricta permanſit.* Poſtea vt hunc Regē adoleſcētē à prioris vitæ corruptionibus, in quas perniciosiſſimorum aulicorū fraudibus impegerat, penitus auerteret, proponit illi quàm mirificè Regum Franciæ propter à ſe Eccleſiam Chriſti, ſedemque Apoſtolicam defenſam, deuotéq; illi obſequia pręſtita, gloria, proſperitaſq; creuerint, quæ poſtea illius Eccleſiæ ſanctæ contemptu infeliciter emarcuerunt, cùm ita illum perſequitur affari.[i] *Poſtquā verò diuina, & humana iura ſubuertendo, tanta virtus in poſterioribus cœpit hebeſcere, totius regni gloria, decus, honor, & potentia cum peruerſis moribus immutata ſunt, & nobiliſſima fama, & ſtatus regni à culmine ſuæ claritatis inclinata ſunt. Hæc quidem, & alia talia frequenter, & ſi oportet, aſpero etiam ſermone tibi inculcare, ſuſcepti nos officij C cura compellit. Quoniam licet verbum prædicationis abſcondere, & vſpiam tacere non ſit tutum, aut liberum; tamen quantò dignitas eſt amplior, & perſona ſublimior, tantò propenſiorem curam, & clamorem pro eius rectitudine nos habere conuenit,* &c.

Ipſum autem principē in ætate iuuenili mores peruerſis aulicorū iniquorū conſilijs deprauatos in virili, ſanis Gregorij 7. Pontificis exhortationibus, atque iuſſis obediendo reformaſſe cōſtat, ex literis ad ipſum Regem eiuſdem Pōtificis (qui eos, vt potuit, ſpe futuræ emendationis, ex indulgentia, clementiaq; Pontificia tolerauerat) ſic enim vt ad hanc morū reformationem animaret, ſcripſit ad eum.[k] *Sępè per nūtios tuæ celſitudinis audiuimus, te gratiā Beati Petri, noſtrāque amicitiā cupere: quod & tunc nos libenter accepiſſe, & adhuc, ſi eū animū geris, nuncs admodum nobis placere. In hoc e-* D *nim te tuæ ſalutis amicū, ſolicitūque eſſe demonſtras: ſi Apoſtolicā benedictionē, ſicut Chriſtianū Regē decet, aſſequi, & obtinere deſideras. Quam quidē hoc pacto adipiſci multo facilius, ac dignius poteris, ſi te in Eccleſiaſticis negotiis diligentē, deuotūque reuerenter exhibueris. Qua in re procul dubiò minus vigilāter, multoque negligētius, quā ſanū fuerit olim habuiſſe te cerneris: ſed nos adoleſcētia tuæ pręterita delicta ſpe correptionis tuæ portātes, vt deinceps caſtigatis moribus, ad ea, quæ oportet inuigiles ex debito officij noſtri monemus.* Poſt hęc ad imitandas maiorum ſuorū virtutes, ita deſtructis corruptionibus vitæ prioris hortatur.[a] *Igitur inter cætera virtutum ſtudia, Regiæ excellentiæ ornamenta, quæ tibi ineſſe optamus, cùm te iuſtitiæ amatorem, miſericordiæque cuſtodem exiſtere, Eccleſias defendere, pupillos, viduaſque protegere ſit neceſſarium, non minus ad interna ſalutis cuſtodiam tibi eſſe prauorum conſilia ſpernenda, maximeque familiaritates excommunicatorum* (qua-

[g] Ibid.

2. Part. Quanti faciat Regum antiquorum Franciæ virtutes Greg. 7.

[h] Ep. 75. Greg. 7. ad Philippum Regem.

Ad imitationem virtutū maiorum Regum Franciæ hortatur Philippum Regē Gregorius 7.

Gloria Francorum Regum mirificè creuit in defendenda, & innouanda Eccleſia, quæ poſt emarcuit ea negligenda, & opprimenda.

[i] Ibid.

Quanto perſōna maior & illuſtrior, tanto laborandū magis in eius conuerſione.

3. Part. Philippus Rex mores in adoleſcentia corruptos, factus vir obediendo Rom Pontifici reformauit.

[k] Ep Greg. 7. ad Philipp. Regem ex l. 8 ep. 26.

Quanti fecerit gratiam, & fauorem S. Petri, Romanique Pontificis Rex Philippus pro ſalute animæ ſuæ

Et qua ratione hanc gratiam aſſequatur docet.

Delicta adoleſcentiæ Philippi Regis, vt potuit, tulit Gregorius 7. ſpe emendationis futuræ.

Ex eadē ep.

Ad maiorum suorum virtutes amplectendas hortatur Regem Gregorius 7. & detestanda prauorum auliccorum consilia, & excommunicatorum familiaritates.

b *Io fine eiusdem ep.*

Paterna Gregorij 7. ad Regem admonitio, vt misericordiam Dei acquirat.

Acc. Ad principes post delicta iuuentutis factos viros.

liserat Manasses, Archiepiscopus Rhemensis, propter scelera depositus, & excommunicatus) *detestandas arbitramur, atque asseremus.* Et post multa alia, quæ pro salute animæ, & prosperitate regni facienda Regi præcepit, sic eum paternè ad virtutum amplexum, vitiorumque extirpationem, vt diuinam Dei gratiam, misericordiamque, necnon Sancti Petri intercessionem pro efficaci benedictione mereatur, monendo, obtestandoque concludit. [b] *Age ergitur, & iam ætate vir factus, in hac re procura, vt non frustra tuæ iuuentutis culpis pepercisse, nec in vanum te ad emendationem expectasse videamur: ac maximè enitere, vt Beatum Petrum, in cuius potestate est tuum regnum* (scilicet quoad spiritualia) *& anima tua, qui te potest in terra, & in cælo ligare, & absoluere, tibi facias debitorem; & non pro negligentia, & veritatis dissimulatione iudicem, sed pro diligentia, iustitiaque executione ipsius gratia æternum dignè merearis auxilium.* Hæc ad Philippum Regem Gregorius 7.

c *Bertholdus in rebus gestis in synodo Galliæ anno D. 1094.*

d *Scil. Bertradam vxorem comitis Andegauorũ illios affinis.*

Idem ipse Rex à synodo Gallicana, habita in ciuitate Hostione, præside Hugone, Archiepiscopo Lugdunensi, sedis Apostolicæ legato, ab Episcopis ibi sedentibus excommunicatus: [c] *eo quod* (inquit Bertoldus) *viuente vxore Bertha,* [d] *alteram superinduxerat.* Suam tactus dolore intrinseco cordis agnoscens culpam, atque claues Ecclesiæ, censurasque cum reuerentia reformidans, vt alter Theodosius Magnus, ad Vrbanum 2. tunc in Gallia commorantem, totumque in synodis, pro salute Ecclesiæ tam Orientalis, quàm Occidentalis congregandis, & agendis occupatum humiliter absolutionem petiturus, deposita, per pœnitentiam, purpura, perrexit. A quo clementissimè receptus, & tanquam prodigus ad se reuersua filius à patre effusis commiserationis paternæ visceribus amplexatus ab omni anathematis vinculo liberatus absoluitur, atque per sanctæ reconciliationis ianuam Ecclesiæ restituitur, vt his verbis Bertholdus declarauit. [e] *Philippus Rex Galliarum iamdudum pro adulterio excommunicatus, tandem Domino Papa, dum adhuc in Gallijs moraretur, satis humiliter ad satisfactionem venit, & abiurata adulteraia gratiam receptus est, seque in seruitium Domino Papæ promptum exhibuit.* At proh nefas! perturbatione nefandæ libidinis, suadente humani generis hoste, conuulsus, malè suæ saluti, huiusque consulens, ad vomitum reuersus, iterum in Pictauiensi concilio, præsidentibus duobus Cardinalibus legatis Apostolicis, à Paschali 2. in Gallias, propter hunc ipsius incestum, adulteriumque duplici fœdatum crimine excommunicationis sententia percussus est. Cuius Iuo Carnotensis epistola ad Rudolphum, seu Reginaldum Rhemensem Archiepiscopum meminit, his verbis. [f] *Propter quam accusationem, & patrati incestus comprobationem excommunicatus est Rex Philippus à Domino Papa Vrbano, in Claromontensi concilio, & cùm post factum diuortium prædictus Rex esset reuersus ad prædictæ mulieris consortium, excommunicatus est in Pictauiensi concilio à Cardinalibus Ioanne, & Benedicto, &c.* Tandem Rex ipse post varios corruptæ vitæ lapsus, postque varios ad priora delicta recursus, serò ad se, Spiritus

Philippus humiliter liberationem ab excommunicatione postulās ab Vrbano 2. Papa clementer absoluitur.

e *Berthold in hist. an. D. 1096.*

Iterum Philippus ad vomitum reuersus excommunicatur.

f *Iuonis Carnot. ep. 212. ad Rudolphũ Rhemens. Archiepisc.*

sancti illius animu affulgente gratia reuertitur, & solida contritione, cordisque dolore, suum detestatus incestum, [g] cōsilium capit de adeunda Roma, ad Rom. Pontificem Paschalem 2. ab eo cum summa humilitate plenariam peccatorum omnium remissionem, & ab anathematis vinculo relaxationem, absolutionemque eiurato affinis suæ Bertradæ pellicis infami consortio flagitaturus. Quò tamen ne in propria persona proficisceretur, vrgentia regni negotia prohibuerunt: sed suo nomine ad Paschalem legatos misit, hanc pro se absolutionem precibus, orationibusque deuotis impetraturos. Quos humanissimè Pontifex accipiens; in verè pœnitentē Regem paterna miseratione commotus, Richardum Cardinalem, Episcopum Albanensem legatum à latere suo destinauit in Gallias ad absolutionem Regi præstandam, quæ solemniter facta est Parisijs, vt [h] fragmenta historię Francorum, vnà cum Glabro, [i] alijsque rerum Gallicarum scriptoribus non ita pridem edita testantur. Vbi ipse Rex, & Bertrada coram Richardo Albanensis Episcopo tactis sacrosanctis Euangelijs omnem illicitam consuetudinem, atque adeo mutuam collocutionem abiurantes solemniter absoluuntur. Quidam [k] annalistæ post Iuonem Carnotensem epist. 169. ad Paschalem 2. hoc Bulgentiaci ad Ligerim factum fuisse scribunt. Ita bene purgatus, & ab omni crimine, anathematisque vinculo liberatus, in fide Catholica, Ecclesiæ communione, Rom. Pontificis obedientia, fidelitatéque deuotè permanens, aliquantò pòst feliciter in Domino quieuit. Sed ad filium eius Ludouicum Crassum veniamus: de cuius honore summo, reuerentia, & obedientia, quæ vnà cum patre suo Philippo, Vrbano 2. Pontifici, in Galliæ regnum venienti præstitit, hæc Sugerius Abbas S. Dionysij narrauit. [l] *Occurrit & ibidem Rex Philippus, & Dominus Ludouicus filius eius, gratanter, & votiuè amore Dei maiestatem regiam pedibus eius incuruantes, quemadmodum consueuerant ad sepulchrum piscatoris Petri Reges, submisso diademate inclinari; quos Dominus Papa manu erigens, tanquam deuotissimos Apostolorum filios, ante se residere fecit.* Idem Abbas de huius Regis Ludouici, eius vxoris, filiorūq; Innocentio 2. Papæ venienti in Galliam ab Antipapa Petro Leonis, & schismaticis eius fautoribus eiecto obuiam euntium pietate, atque deuotione præstita loquens hæc ait. [m] *Vt autē vsque S. Benedictum super Ligerim descendit Dominus Rex, cum Regina, & filijs ei occurrens, & nobilem diademate sæpius coronatum verticem, tanquam ad sepulchrum Petri inclinauit, pedibus eius procubuit, Catholicum affectum, & deuotissimū effectum ei, & Ecclesiæ promisit. Cuius exemplo & Rex Angliæ Henricus ei Carnotum occurrens deuotissimè pedibus eius prostratus, votiuam sui, suorumque in terra sua susceptionem, & obedientia filialis promisit plenitudinem.* De Ludouici Crassi naturæ bonitate, & in Ecclesiam Dei, sedemque Apostolicā pietate, hoc fuit Iuonis Carnotensis ad Paschalē 2. pro Ecclesia Nouiomense scribentis iudicium. [n] *Quia ergo, inquit, Rex Francorum vtpote homo simplicis naturæ in Ecclesiam Dei est deuotus, & sedi Apostolicæ beneuolus; petimus, & consulimus, vt à beneuolentia eius nulla vos subreptio substrahat, nulla persuasio disiungat.*

g *Iuonis Carnot. ep. 91. ad Paschal. 2.*

h *Fragment. hist. Franc.*

i *Glaber. & alij.*

k *Vt Massonius l. 3. in Philippo 1. in fin.*

2. De Ludouico Crasso.

l *Abbas Sugerius.*

4. Pars. De honore à Ludouico Crasso cū patre præstito veniēti Papæ in Galliam.

m *Sugerius in vita Ludouici Crass.*

Maximus honor ab ipso Rege, vna cum vxore, & filiis venienti in Galliam Innocentio 2. præstitus.

Iuonis Carnot. de Ludouici Crassi in sedem Apost. deuotione iudicium.

n *Ep. ad Paschalem 2.*

CAP. XVI.

De Ludouico 7. Craſſi filio, Philippo Auguſto, & Ludouico 8.

1. *Ludouicus 7. honorifice eiectum ab Arnoldiſtis Eugenium Pontificem Pariſiis excipit, eius factum mira pietatis in colendo, & defendendo ſupremam Alexandri 3. Papæ maieſtatem.*
2. *Quàm humiliter Alexandro Papæ Ludouicus Rex cum Rege Anglorum ſubſeruit, ſtratoris fungens officio.*
3. *Pietas Regum Franciæ in afflictos pro Dei iuſtitia, & obedientia in ſedem Apoſtolicam ſeruanda laborantes,*
4. *De Philippo 2. Auguſto cognomine Deodato, de eius in Eccleſiam, ſedemque Apoſtolicam magnis virtutibus, & filij eius Ludouici 8.*



VA pietatis ſinceritate, obedientiæ promptitudine, & charitatis ardore in Eccleſiam Dei, ſedemque Apoſtolicam patre Craſſo nõ inferior filius Ludouicus 7. dictus, alio nomine Iunior extitit: ob has propterea virtutes cognomine Pius appellatus eſt.[a] Quem Tyrios *piiſſimum, Chriſtianiſſimumque Regem nominauit.* Qui cùm ſe ad bellum ſacrum præpararet, profectionem tantiſper remoratus eſt, dum Eugenij 3. Papæ in Galliam ab Arnoldiſtis eiecti, præſtolatur aduentum: quem Pariſiis exceptum honoribus affecit maximis, vt[b] Sugerius Abbas, in eius Ludouici vita, memoriæ prodidit. Qui Alexandrum tertium legitimè creatum Pontificem contra vſurpatorem ſedis Apoſtolicæ pſeudo-Papam Octauianum, Frederici Imperatoris tyrannica fultum potentia generosè defendit, defenſumque in principem Eccleſiæ, œcumenicumque Paſtorem religioſiſſimè recepit. Aiunt enim acta de legationibus eius Pontificis, in diuerſas orbis Chriſtiani partes, & oras deſtinatis.[c] *Diuulgata itaque veritate tum dictæ electionis, & indubitanter cognita, Ludouicus Chriſtianiſſimus Francorum Rex, cuius regnum nunquam in ſchiſmate pollutum recolitur vnà cum Henrico Anglorum Rege Dominum Alexandrum in patrem, & animarum ſuarum Paſtorem Deo authore receperunt &c. recognoſcentes ipſum in toto orbe, tum Regibus Hiſpaniæ, Siciliæ, Ieruſalem, Hungariæ, & Imperatore Græcorum, cum Patriarchis, Epiſcopis, principibus, vniuerſo clero, & populo eis ſubiectis, Papam Chriſti Vicarium, & S. Petri ſucceſſorem Catholicum; dum Fredericus Imperator, cum complicibus ſuis in erroris ſui pertinacia, obſtinationeque permanens ipſum Pontificem vehementer oppugnat, acriterque perſequitur, aliosque Eccleſiarum prælatos, qui cum eo viriliter ſtabant.* Idem religioſiſſimus Francorum Rex fugientem ipſum Pontificem vexationes immanes, crudeles perſecutiones, oppreſſioneſque tyrannicas ipſius Frederici, ſchiſmate fœdati, & anathemate perculſi humaniſſimè recipiens ho-

a Tyrius de bello ſacro l. 22.

Ludouicus 7 eiectum ab Arnoldiſtis Eugenium 3 Pont. Pariſiis honorificè excepit

b Sugerius in vita Ludouici 7.

c Acta legationum Alexandri 3.

Ex actis Alexandri 3.

Tom. II.

A norifica deuotione veneratur, obuiamque factus illi, deoſculatus eius pedes, fixis coram illo genibus, & inclinato capite tanquam ſanctum, primumque Chriſtianorum Paſtorem, Pontificem ipſum reuerenter adorat. Sed audiamus, & attentè conſpiciamus admirabile ſummæ in protegendo, honorandoque ſupremam in Eccleſia Chriſti, Pontificis Romani, Alexandri 3. dignitatem, maieſtatiſque Pontificiæ principatum, pietatis Lodouici Regis generosè ſuperbiſſima Frederici Imperatoris, impiè ſibi electionem Romani Pontificis arrogantis, verba deſpicientis factum, æterna laude, prædicationeque decorandum. Cùm enim ipſe ſacrilegus, ſchiſmaticus, & excõmunicationis laqueo tunc irretitus Imperator, per Rainaldum Cancellarium, & alios fautores ſuos, vt eſt in actis Alexandri 3. & in Chrónico Roberti de monte egregio Regi Francorũ Ludouico locutus eſſet, in hæc verba.[d] *Mandat vobis Dominus noſter Fredericus Imperator Romanorũ, & ſpecialis Romanæ Eccleſiæ aduocatus, quod ad nullos Eccleſiarum Prælatos de cauſa electionis Rom. Pontificis iudiciũ facere pertinet, niſi ad eos tantùm, qui ſub Romano imperio exiſtunt: ideoque bonum videtur, & iuſtum, vt cum Epiſcopis, & clero veſtro ad eundem Imperatorem, tanquã amicum, & ſocium accedere, & illius ſententiam audire debeatis.*

B

At quid ad impia, ſacrilega, ſuperbaque verba Ludouicus Rex dignum Chriſtianiſſimo principe reſponderit, ita Robertus de monte, actaque Alexandri 3. anni 1162. pergendo deſcribunt.[e] *Quibus verbis auditis, Rex modicum ſubridens, reſpondit ei in hunc modum: Miror prudentem virum vana mihi, & fabuloſa verba miſiſſe. An ignorat prædictus Imperator quod Dominus noſter[f] Ieſus Chriſtus cum eſſet in terris Beato Petro, & per eum vniuerſis ſucceſſoribus eius oues ſuas paſcendas commiſit? Nonne audiuit in Euangelio ab eodem Dei filio, eidem principi Apoſtolorum dictum.[g] Simon diligis me? Paſce oues meas. Numquid ſunt hi Francorum Reges, vel antiqui prælati excepti? An Epiſcopi regni mei non ſunt de ouibus, quas filius Dei Beato Petro commiſit? Et his dictis vertit habenas equorum cum contemptu, & ſtatim ad arma cum baronibus, & reliqua militia ſua conſurgens (ſcilicet pro Eccleſia Romana, regnique ſui contra Fredericum Imperatorem defenſione) debiliora regni ſui loca muniuit, & tanquam vir prudens, & fortis ad ſedem ſuam cum gloria, propitiante Domino remeauit.* &c. Quàm verò humiliter religiosè, & reuerenter Alexandro tertio in Gallias venienti ſimul & cum eo Rex Anglorum ſubſeruierint; ſcribit idem Robertus de monte fideliter his verbis: *Fridericus Imperator Alemannorum, & Ludouicus Rex Francorum, cùm ſuper fluuium Sugonnam, qui antiquitus Arar dicebatur, de pace tractaturi conuenire debuiſſent, repente mutato animo, propter ſchiſma Octauiani, cuius partes Imperator adiuuabat, infecto negotio ad propria redierunt. Exinde paruo ſpatio temporis intercecto Ludouicus Rex Francorum, & Henricus Rex Anglorum ſuper Ligerim apud Tociacum conuenientes, Alexandrum Papam Romanum honore congruo ſuſceperunt, & vtrinque ſtratores pedites dextra, lævaque frenum equi ipſius tenentes, eum vſque ad præparatum papilionem perduxerunt, quo mediante, Deo fauente pax inter eos firma reſtituta eſt.* Aliud egregiũ ſũmæ humilitatis, & deuotionis erga Rom. Pontificẽ ipſius Ludouici Regis in actis Alexandri 3. commemoratur

C

D

Ludouici Regis factum mira pietatis in defendẽdo, colendoque ſupremam Alexandri 3. potentiam in vniuerſali Eccleſia, & fortitudinis generoſa in deſpiciendo ſuperbiſſima Frederici Imp. verba, memorabile.

Superbiſſima Frederici verba.

d In actis Alexandri 3. an. D. 1162.

Et ex Roberto de monte in appendice ad Sigebertum fideliſſimum rerum Eccleſiaſticarum, ſuique temporis ſumma breuitate ſcriptore.

Reſponſio generoſa, & maximè religioſa Ludouici Regis ſuperbiſſimis & maximè impiis verbis Frederici Imp.

e Ibid.

f Ioan. 21.

g Ibid.

Memorabilis vera fidei prolatio Regis Ludouici Pij.

a. Pari.

Quàm humiliter Alexandro Papæ Ludouicus Rex cum Rege Anglorũ ſubſeruit, ſtratoris fungens officio

Robertus de mõte Chron. in appendice ad Sigebertũ anno D. 1162.

> Ludouicus Rex venienti Parisios Alexandro fit obuiam per duas leucas, eique cum magna regni parte nobilitatis accurrens pedes eius prostratus in terram deosculatus est valdè reuerenter.
> a In actis Alexandri 3.

exemplum sub ea formula verborum. *Adueniēte quadragesima colloquium habiturus Alexander Papa cum Rege Francorū ad Parisiensem ciuitatem properauit. Quam cum ingressurus esset, tanquā pius, & mitis Rex cum baronibus, & militibus suis, per duas leucas illi occurrit: quo viso statim descendit ad streguam eius festinātèr accurrens, humiliter deosculatus est pedes ipsius, & statim ad eius oscula cum deuotione fuit receptus: deinde singulariter procedentes intrauerunt prædictā ciuitatem; cui clerus cum maxima, & deuota processione obuiam venit, & pontificē, & eius fratres Cardinales deduxit in gaudio, & exultatione ad maiorem Ecclesiam.* Huius Regis diuinas, Christianasque virtutes considerans, & admirans simul regni Francorum illius Regis exemplo, fidē, pietatē, sinceram erga sedem Apostolicā, Romanū Pontificem obedientiam, affectumque filialem laudibus efferens singularibus Iuo Carnotensis, ita ad Alexandrū 3. scribebat.[b] *Inter omnia regna mundi, non est ex animi mei sententia regnum, quod fidem sinceriorem, charitatem feruentiorem, deuotionē vberiorē Apostolicæ sedi semper exhibuit, quàm Frācorum: non est inter Reges, & principes, qui benignius exaudiat preces vestras, qui mandatis obediat humilius, qui Ecclesiam, & viros Ecclesiasticos deuotius honores, & studiosius tueatur Christianissimo Rege nostro: non est Ecclesia quæ Ecclesiæ Romanæ fuerit vtilior in omnibus angustiis suis, quàm Gallicana, &c.* Denique ipse Rex Christianissimus tanto honore, reuerentiaque maiestatē Pontificis Rom. suspexit, tanto illum veri, filialisque dilexit amore, vt eum solum in terris habere Dominum, ei plenissimo seruire obsequio, deque corde puro humiliter obedire voluerit. Vt cōstat ex epistola S. Thomæ Cantuariensis furorem Regis Angliæ fugientis, in Galliā refugiū, hospitiumque nacti, sub protectione Christianissimi Regis, ad Hubaldū Cardinalem, Episcopum Osthiēsem scripta iustè de Henrico Angliæ Rege conquerentis: quod suis artibus, iratisque conatibus seipsum à Regis Francorū Ludouici protectione diuellere niteretur. Circa cuius epistolæ finē hæc ait:[c] *Nuper autem misit idem Rex Angliæ nuntios suos, Episcopum videlicet Sagiensē, & Gregorium Cantuariensem archidiaconū ad Christianissimum Regem, sollicitans cū precibus, vt nos eiceret de terra sua, sed vir Deo plenus respondit se hoc ius hæreditarium ab antecessoribus contraxisse, & semper fuisse consuetudinis regni Francorū, vt omnes pro iustitia exulantes benignè reciperet, & eis debita humanitatis solatia impenderet. Et dixit se numquam tam laudabilem hæreditatem, & Deo gratam ex causa qualibet deserturum. Adiecit etiam quod nos receperat de manu Domini Papæ, quem solum in terris habet Dominum, nempè quoad spiritualia tantum, & ideo nec pro Imperatore, nec pro rege, nec pro aliqua mundi potestate dimissurum, quin foueat nos, & causam nostram, quamdiu necesse fuerit, quoniam Deus nobiscum est, & pro tuenda lege ipsius, tot iniurias, & damna sustinemus, &c.* Huic Christianissimo Regi tam heroicæ, Christianæq; virtutes filiū patre dignū à Deo impetrare meruerūt, Philippū s. videlicet; qui propterea Deodatus appellatus est. Quod precibus, & orationibus assiduis pura deuotione flagrantibus, & illustribus pietate, religione, charitate, obedientia in sedem Apostolicam operibus, aliarumque virtutum, principe Christianissimo dignissimarū splendore coruscantibus patris Ludouici, reginæque Aliæ seu Adellæ matris, iunctis publicis, & assi-

> Maximo Regis Ludouici, regnique laudes, & maximis in sedem Apostolicam Romanumque Pontificem virtutibus orta.
> b Iuo Carnot. ep. 37. ad Alex. 3.

> 3. Pars. Pietas Regum Franciæ in afflictos pro Dei iustitia, & obedientia erga Romanū Pontificem ferumnda laborantes.
> c Ep. S. Thomæ Cantuar. ad Humbaldum Cardinalem episc. Ostiens.

> Ludouicus 7. solum post Deū in terris Papam suum agnoscere vult Dominum, sicut patrem spiritualem.

> 4. Pars. De Philippo 2. Augusto dicto Deodato, Ludouici 7. filio.

A duis totius cleri, populique Gallici supplicationibus, & votis à Deo fuerit impetratus. Idem dictus Augustus, propter prosperitates maximas, quibus in amplificando, triumphatis hostibus, imperio, quoad vixit, abundauit; de cuius Philippi viuente, volenteq; patre, in Regē Franciæ coronati, virtutibus, gestisq; pro religionis Catholicæ, sedisque Apostolicæ defensione & honore præclaris, mirabiliterque factis, ita breuiter Rigordus.[d] *Rex pro defensione Ecclesiarum, & cleri libertate collecto exercitu terram eorum intrauit.* Quibus conformia illa Britonis.

> d Rigordus in vita Philippi Augusto. e Brito in l. 1. Philippid.

Summam virtutum cupiens hanc esse suarum,
Vt per eum status Ecclesiæ, fideique resurgens,
Catholicum sumat ipso moriente vigorem.

B Post hæc verò ipse Rigordus de huius Philippi institutione loquens, ita subiunxit.[f] *A prima namque ætate timorem Domini pro pædagogo habuit, quia initiū sapientiæ timor Domini, rogans in orationibus suis, & humiliter deprecans Dominū, vt humiliter omnes actus, & gressus eius dirigeret: iustitiam quasi propriā matrē dilexit: misericordiam exaltare iudicio contendit: veritatem nunquam à se alienari permisit, continentiam coniugalē præ omnibus aliis Regibus in dotam suam transtulit. Veruntamē quia à tenera ætate in his gloriosis virtutibus seipsum exercitari placuit; ideo tempore præcedente factum est, quod sicut Rex Dominū timebat, & venerabatur, ita ab omnibus in curia sua manētibus obseruari præcepit, & quod mirabilius est, iuramenta, quæ ab aleatoribus frequenter in curiis, vel in tabernaculis aleatorū fieri solebant enormia in tantum exhorruit, quod quando fortuito casu miles, vel* C *quilibet alius ludens præsente Rege, ex improuiso iuramentum incurrebat, statim ad mandatum Regis in flumine, vel in lacu aliquo proiiciebatur, & tale edictum ab omnibus firmissimè seruari in posterū iussit. Macte virtute, cuius talia erant principia, qualis erat finis? Etenim manus Domini erat cū illo.* His ornatus, insignitusque virtutibus, dici non potest quanta obedientiæ, amoris, & obedientiæ in sedem Apostolicam eiusque præsulē, sinceræ, meritoriæque propensione deuotus inclinaretur. Id agnouit Innocētius 3. agnitum magnis honoribus, laudibusque præclaris extulit, in illa epistola ad hunc regē, monarchāque Franciæ scripta, cùm primum sedis Apostolicæ fastigium, culmenque conscendit; in qua hæc inter alia.[g] *Considerantes, inquit, quantū regnum Franciæ in Ecclesiæ semper permāserit vnitate, tibi tanquā speciali Ecclesiæ Romanæ filio literarū nostrarum primitias duximus destinādas, sere-* D *nitatem regiam rogantes, monentes, & exhortantes in Domino, & in remissionē peccatorū tibi iniungentes, quatenus Sanctam Romanā Ecclesiam matrem tuam taliter venereris, & honorare procures, vt inclitæ recordationis Ludouici patris tui vestigia, in ipsius deuotione sequaris, & nobis ad Apostolicæ sedis gubernationem, Domino disponente assumptis, humiliter, & deuotè, sicut decet Christianū principē assistas. Nos enim in his, quæ ad honorem tuum spectant, quantum cum Domino possumus, libenter intendimus, & circa personam regiam paternæ gerimus charitatis affectum.* Quæ pia sanctissimi patris exhortatio, præter antecedentes virtutes, earumq; opera præclara Deo potentia, currenti principi ad incremēta virtutū, religioséque factorū non exiguę facultatis calcar addidit: vt series gestorum sequentiū illius vitæ principis postea manifestauit. Hunc Regem propter res sanctè, religioséque gestas in obsequiū, bonumque Ecclesię Christi D. ac S. Petri Cathe-

> f Rigordus in vita Philippi Augusti.
> Varia, eaque præclara Philippi Augusti virtutes, quas suo exemplo à subditis obseruari præcepit, præcipuè verò nobilibus, & sui palatij domesticis.

> g Innocētius ep. ad Philippum Augustum.
> Ad paternas virtutes sequendas Philippum Regem Innocentius 3. monitat, & hortatur.

> De Ludouico 8. patre S.


dræ Deus filio sanctitatis egregiæ, Christianaque prædito fortitudine benedixit: *qui consummatus in breui expleuit tempora multa*,[a] vt cum sapiente loquar; tribus enim tantùm regnauit annis. Erat ipse Ludouicus 8.[b] *vir vtique Catholicus, & miræ sanctitatis*, inquit author[c] eius vitæ, *qui cognominatus est Leo*, vt Nangius[d] ait, quod Leonis instar aduersos rebelles, & impios religionis Catholicæ, regniqoe perturbatores, zelo diuini honoris, & amoris accensus insurgere soleret, quales erãt Albigenses, quos Rom. Pontificis obediens mãdato, per Cardinalem legatum declarato captis eorum hæreticorum peste cõtaminatis vrbibus, vt Auenione, subiogauit. Cuius virtutes crescendo semper diutius in filio, Sancto nempè Ludouico permanserunt; de quo multa copiosè dicenda nos capite sequenti præstolantur.

a Sap. 5.
b Annal. Masson. in princip pag. 292.
c Author vitæ Ludouici 8.
d Nangius.
Annales Frãcia in Ludouico 8. l. 3.

CAP. XVII.

De Sancto Ludouico, & eius filio Philippo maiori natu.

1. *De eius admirabili pietate, religioneque sanctissima in Deum, Christum Dominum, eius sanctissimam sponsam, Ecclesiam Catholicam, Apostolicam, & Romanam.*
2. *De eius sancto charitatis, & deuotionis ardore in protegendo, amando, honorando, Vicarium Christi D. Romanum Pontificem, eique in omnibus, quæ sunt ad Deum, animarumque salutem obediendo.*
3. *S. Ludouici obitus, eius ad Deum morientis oratio, & ad filium exhortatio.*
4. *Post hæc de sanctissimo rege, pauca eaque relatu dignissima, de filio eius natu maiore Philippo 3.*



NVNC diuina, admirandaque Sancti Ludouici Christianæ pietatis, Catholicę religionis, aliarumque virtutum heroicarum species, atque pulchritudo nobis occurrũt, in quas tanquam in clarissimum perfectæ, suis omnibus absolutæ numeris, vitæ speculum Christiani principes, qui salui esse volunt, pura imitatione respicere debent. Cum quibus ab infantia prima, primisque, vt Gręci loquũtur, vnguicolis, sublimis ille bonorum principũ, Catholicorumque Regum vertex ita conuersatus est, vt eas religioso matris optimæ, de sancta filij charissimi Regis educatione, piè, vehemẽterque solicitæ studio, cum lacte nutricis suxisse videatur. Cuius charitatem matris, & eius ardentẽ in se ipsum pietatis affectũ tacitus apud se recognoscens, & admirans Sanctus ille Deo gratissimus: illam semper in infantia, pueritia, adolescẽtia, iuuentute, totoque cursu suæ, quoad vixit, ætatis, adeo singulari obsequio, reuerentia, obedientiaque coluit, vt ab illius imperio, præscriptoque materno nunquam recedere voluerit. Propter quam volũtariam, meritoriamque matris imperio subiectionem, occasionem S. Ludouicum satis iniustè, indigneque ridendi Sordellus[a] Mantuanus, illius temporis Satyricus Poëta, sumete voluit; quod ipse Sanctus aliquid aggredi, tentareque memorabile, propter eum filialem, quo illam vnicè colebat, honorem, reuerentiamque, matris iniussu vereretur. Quæ pia filij erga carnalẽ matrem obediẽtia, certum erat auguriũ, omenque salutare, prænontians Sanctum illum Ecclesiæ sãctissimæ spirituali matri, necnõ Rom. Pontifici charissimo principum Catholicorũ, sicut populorum omnium fideliũ, quoad spiritualia parenti fore semper obsequentissimũ. Quos vt vbique terrarum, vsque ad vltimam sanguinis sui guttam, propriæ minimè vitæ parcens, generosè, fortiterque defenderet, in honore Christi D. vindicando (cuius illa sponsa charissima, hic vicarius est) ardua omnia, magnisque fœta periculis, vt formidolosum illud, multisque vallatũ difficultatibus contra Sarracenos in Oriente bellum aggredi, subireque lætus exarsit. In qua sancta defixum cogitatione, desiderioque religioso, cùm grauissimus morbus, ægritudoque violenta corripuisset, vt pene mortuus, exanimatusq; crederetur, in eam vocem protinus erupit: *Crucem sacræ militiæ signum posco*. Quod sicut optauit, illi statim Episcopus Pariensis obtulit, Blancha matre ex sanitate filij lætitiam, ex voto dolorem cõcipiente. Nec solùm vt honorem Christi D. supremũ, diuinumque indomita fortitudine protegeret, summam eius sanctissimæ sponsæ, vicariiq; per omnẽ terrarum orbem dignitatem, authoritatẽ, principatũque, inuiolabili defensione tuetetur, barbaros, infideles, Sarracenos armis, viribusque regiis profligandos, exterminandosq; longè à regno suo suscepit, sed etiam hæreticos omnes, nefandarum contra Catholicam fidem opinionũ fœtidos exhalatores, Catholicorum terras venenato doctrinæ pestilentis halitu contaminãtes, & incestantes, iusta regiorum edictorum, armorũque seueritate coercendos, refręnandos, puniendos cõprehendere, captioareque curauit. Habemus illius hac de re edictũ salutare societatibus Christianis, illarũq; hostibus terribile, anno millesimo ducentesimo vigesimo octauo, Aprili mẽse promulgatũ. Eoque tẽpore Tolosanum comiti Raymundo, qui diu in Albigensiũ hęreticorum contagionibus, sordibusque iacuerat immundus, ita demum pepercit; modò hæreticas detestatus impietates, iudiciorum, scholarum, cæterorũque huiusmodi munerum publicorum præfecturas nullis crederet, atque mandaret, qui tantillũ prauarum contra fidem Catholicam, Ecclesiamque Romanã opinionũ quadam etiam leui suspicione laborarent. Erat nempè frequenter illud in ore sanctissimi Regis[e] *Galliæ regnũ, aliosq; de gremio sedis Apostolicæ principatus perpetuo pacis & gloriæ, flore, prosperitatisque splẽdore potituros, quamdiu tria hæc in illis iustitia, sapientia, Catholicaque religio fortiter ordinata charitate sibi cohærentia regnabũt.* Sed missis his, quæ longiorem, ampliorem que dicendi campum postularent: solum quod institutum nostrum intimiùs, propiùsque tangit, de studio pietatis, obedientiæ, & charitatis ardenti illius Christianissimi principis super omnes sui seculi, priorumque Reges in sedem Apostolicam, Romanumq. Põtificem breuiter, & pauca dicamus.

Atque in primis S. Ludouicus, vt quanto pietatis, reuerentiæ, obsequiique verè filialis, atque charitatis affectu Rom. Pontificem, vt patrem suum in spiritualibus sanctissimum, monarchicũ spiritualis imperij principem, cõplecteretur,

S. Ludouicus à prima infantia studio charitatis materna virtutibus Christianis imbutus.
S. Ludouicus matri suæ obedientissimus.
a Sordellus Satyricus apud Masson. l. 3. de S. Ludouico.
S. Ludouicus pro defensione Ecclesiæ Dei, sanctique Petri Cathedra bellum contra Sarracenos, tanquam à Deo monitus per miraculũ recuperata sanitatis aggreditur.
Edictum S. Ludouici contra hæreticos.
Annal. Frãc. Masson. l. 3. in S Ludouico p. 197. & seqq.
e S. Ludouici dictum memorabile.
2. Pars. De studio pietatis, obedientiæ, & charitatis egregio S. Ludouici erga Rom. Pontificem.

ostenderet, simul atque Innocentium 4. in ciuitatem Lugdunensem, Synodum generalem ibi, præsertim contra tyranniсos Friderici 2. Imperatoris, aduersus omnes Ecclesiæ Catholicæ, sedisq. Apostolicæ cultores sæuientis immanissimè furores, celebraturum aduentasse per suos accepit, eo magna procerum, nobiliumque regni, exercitus instar ingentis corona, cateruaque comitatus ire properauit, vt Rom. Pontifici honorem, quem potuit excogitare in conscientia maximum tanquam patri sanctissimo filius obsequentissimus humiliter exhiberet. Cuius prostratus in terrã pedes religiosè deosculatus, se, suosque, cũ totius regni subsidiis, viribusque illi, pro illius sacrosancta maiestate, dignitateque contra omnes Catholicę religionis hostes tuẽda, protegendaq; consecrauit, se iam paratissimum esse professus, quidquid polliceretur effectu præstare. Quæ pia tanti Regis oblatio Innocentij Pontificis animũ maxima cõsolatione perfudit. Postea verò cum circiter annũ Domini 1265. fortunas Rom. Pontificis Vrbani 4. viresq. labascere, eius hebescere dignitatis aciẽ, S. Petri patrimoniũ, hæreditariasque possessiones vastari, denique Ecclesię Romanæ, vrbisque cum totius Italiæ strage salutẽ, crudelissima Manfredi rursus excõmunicationis fulmine contriti spurij Friderici 2. Imperatoris exitialiter extincti tyrannide, incursioneque furiosa periclitari religiosissimus Princeps intellexisset. Magna celeritate ab ardore charitatis imperata exercitum speciosa strenuorum bellantium multitudine conflatũ ipse collegit, collectum magnis itineribus festinantẽ ad Vrbanũ Pontificem contra Manfredi Ecclesiæ, Catholicæque religionis hostis truculentissimi furias, rabidosque conatus misit dicto citius, atque destinauit; quo furiosissimi perduellis insanos impetus cohibuit, viresque confregit.

Paulus Aemil. in hist. Franc. & alij, vt Masson. l. 3. de S. Ludouico.

Ad auxilium Vrbani 4. contra Manfredum S. Ludouicus mittit.

Blondus Ciacconius.

Post tres annos sedente in Apostolico throno Clemente 4. reparatis, crescentibusq; in dies maiori perditorũ hominum schismaticorũ numero Manfredi diratum, maledictionũque toties execrationi deuoti viribus, maiori vastandi, æquãdique solo Ecclesiæ Romanæ terras, atque possessiones furore tumentibus: denuò sanctissimus Princeps mirabili celeritate maximum conflare exercitũ, strenuis, ac generosis cõstantẽ ducibus, militibusq; festinat. Quẽ, fratre Carolo ductore, protinus alpes superare curauit, vt periclitanti Pontifici, gementique, sub magnarum priuatarũ, publicarũque calamitatũ pondere, sponsę Christi sine mora succurreret, & opitularetur. Vnde subito factũ est, vt ipse Carolus Andegauẽsis S. Ludouici frater de sceleratissimo illo tyrãno, destructis omnibus eius copiis, viribusq; militaribus in ore gladij Gallici, nobilissima victoria diuino Christi miserantis Ecclesiæ suæ affulgente subsidio triũpharet: eiusque tyranni, qui tot Romanã Ecclesiam, Pontificẽ maximũ, Catholicum clerum, populosque fideles immanissimè, atque crudelissimè sacrilegus nefãdissimus oppresserat, inter medios enses, & arma præliando miserrimam exhalantis animam, interitum, exitiumque morte cruenta produceret. In qua victoria de tanto Catholicæ religionis hoste, Ecclesiæque Romanæ tyranno truculentissimo diuina miseratione reportata, tam immensus, propeque innumerabilis occisorum hostium numerus extitit, vt Carolus victor, atque triumphator Rom. Pontifici scri-

Alius exercitus S. Ludouici ad defensionem Ecclesiæ Romanæ ad Clementẽ 4. missus aduersus Manfredum, cuius ductor erat Carolus Andegauensis frater S. Ludouici.

Manfredus tyrannus, superato eius exercitu, Caroli Andegauensis gladio in acie interfectus occumbit.

Summonsius in Mãfredo Dantes.

Roccensus in fluminibus Ricordamus in Florẽtina historia illius temporis scriptor.

A pserit, [a] *campum oculis corpora mortuorum superiacentia celasse.* Huius Manfredi tumulo, pro epitaphio illi versus inscripti sunt.

[b] *Hic iaceo Caroli Manfredus marte subactus,*
Cæsaris hæredis non fuit orbe locus.
Sum patris ex odiis ausus confligere Petro,
Mars dedit hic mortem, mors mihi cuncta tulit.

Aliud præterea factũ est, in quo S. Ludouici magnum pietatis officiũ, obsequiumque meritò singularis erga Rom. Pontificem magnoperè prędicare, laudibusq. miris in cœlũ tollere debeamus. Cùm monẽte, hortãte, perque viscera misericordiæ Dei cõiurante Clemẽte 4. Pontifice, per nũtium suum Petrum Cambellanum Caroli Regis Siciliæ familiarẽ, perque preces assiduas oratoris sui Symonis, secundã expeditionẽ in terram sanctã generosissimè aggredi voluit, sacrũque bellũ cupidissimè, sicut religiosissimè suscipere: vt afflictis, deploratisque Christianorũ in Syria rebus, B Christiana charitate succurreret. Quod simul atque Pontifici spopondit, eius parẽdo mandatis, in effectus illico sua promissa deduxit, Matthæo S. Dionysij Abbate, & Simone Claromõtano equite Domino, seu comite Neellẽsi, in procuratione, regimineque regni relictis: vt mandatorũ tabulæ ex publicis monumẽtis exscriptę à [b] Massonio, & epistolæ Clemẽtis [c] 4. ad S. Ludouicum, aliæque testãtur. Christi ergo, eiusque Vicarij Rom. Pontificis iussa properè facere desiderans, Orientaliũ Christianorũ calamitates extremas, afflictionesque miseratus rebus omnibus ad hanc sacrã expeditionem ritè paratis, atque dispositis, Sanctus Princeps mira in Deum, Ecclesiamque Catholicam deuotione, charitateque conspicuus tribus filiis, & genero Theobaldo Nauarrorũ Rege comitatus C cum armatorũ selectorumque nobiliũ, militumque magno stipatus exercitu è Massiliæ portu sine mora soluere festinat, directoque nauigationis cursu per Sardiniã mox Africanis allabitur oris, sperans, spirausque voto, atque desiderio conuersionẽ ad fidem Christi, Regis Tunetani: qui sibi paulò antè per nuntios suam religionis Christianæ se sacris initiandi cupiditatem, desideriũque significauerat, si modo suis piis conatibus, votisq; sui regni proceres minimè reluctarẽtur. Erat exiguũ oppidum super Carthaginis quondã florentissimæ ciuitatis, (quæ Romanæ fuit æmula) ruinas erectũ, non longè à Tunete regia Pænorum, quod Sanctus Rex aduẽtu suo protinus expugnauit. At dum magnam fratris Caroli Regis Siciliæ classem multis, & expeditis cõfertam, D munitamque militantium copiis ibi præstolatur, cruenta pestis in castris Francorum sæuiens exoritur. Cuius fœtore Ioannes Regis filius, deinde patris sanctissimi legatus tacti, percussique mortui ceciderunt, post quorum, aliorumque neces, Rex ipse sanctissimus, proh dolor! sanguinis profluuio perculsus ex hac vita migrauit, omnium exercitus Christiani maximo dolore consternatis animis, piisq; omnibus tãto religionis Christianæ vulnere tristissimè lamẽtantibus. Verũ in extrema, lethalique defixus ægritudine, iamiam piam, sanctãque animã Deo deuotissimè redditurus, & exhalaturus, hanc humilẽ, deuotãque pietate sũma feruentem, iteratam sæpius orationem, Deo, Christoq; Domino profundebat. *Fac nos Domine prospera mundi despicere, & nulla eius aduersa formidare.* Deinde pro populo sibi credito. [d] *Esto, Domine, plebis tuæ sanctificator, & custos.* Iamque mortis

[a] Epistola Caroli victoris Manfredi ad Clemen. 4. quæ est inter Clemẽ. tis epistolas 151 epistola.
[b] Manfredi Epitaphium.

Secundam in terram sanctã contra Saracenos S. Ludouicus monente, & hortante Clemente quarto expeditionem aggreditur.
[b] Ex Massonio l. 3 in S. Ludouico, & alius.

[c] Epist. 274. Idib. Nouembr. & ep. 117. 4 Idib. Martij anno 1266 & 1267.

3. Pars. Obitus Sancti Ludouici.

Oratio S. Ludouici morientis ad Deum.
[d] Oratio eius pro populo,

tempus inſtare ſentiens, oculis, vultuque, ſicut animo ſublatis in cœlum, in hac verſus Dauidici prolatione, [a] *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo, Domine*, beatiſſimè, ſicut ſanctiſſimè vixerat, obdormiuit in Domino. Qui vt ſuæ virtutis, atque puriſſimæ religionis ſicut regni filium natu maiorem, Philippum nempe 3. Chriſtianiſſimo regno, Eccleſiæque Romanæ profuturum valde relinqueret, priuſquam vitæ ſuæ lumina clauderet, extremumque ſpiritum efflaret, ſanctiſſima, religioſiſſimaque exhortatione, ipſi morienti à Spiritu ſancto dictata, vt toto vitæ tempore ſanctiſſimè viueret, & iuſtiſſimè regnaret, illum inſtruere, piéque deſiderauit erudire. Qua quidem exhortatione ſublimiores, diuina ſapientia, pietateque Christiana Theologi ſanctiorem, doctrinaque cœleſti peritiorem excogitare non poſſent. Hanc Ioannes [a] hiſtoricus, Nangiuſque dignissimum æterna benedictione monumentum in ſcripta redegerunt. Quam hîc exſcriptam commemorare quamuis non inutile, nec ingratum, lubẽs tamen breuitatis cauſa prætermitto, exceptis aliquot articulis, ab inſtituto noſtro non alienis, quales ſunt illi, qui pietatem in orando Deum; vitæ bene traducendæ puritatem, rerum Eccleſiaſticarum, perſonarumque curam, ſolicitudinemque tangunt, vt cùm in principio filiũ monendo ſic affatur. 1. [c] *Deum libera mente amato, ſine quo, nemo ſaluus eſt. 2. Nullo illũ crimine offendito. 3. Tolerabilior tibi mors eſto, quàm peccatum. 6. Perito, & ſapienti ſacerdoti tuam frequẽter conſcientiam aperito, qui te intrepidus malè operantem libere reprehendat, doceatque quid ſequaris. 7. Diuinam rem, atque Eccleſiaſticam religioſè auſcultato, non confabulator huc, atque illuc circumſpectans, ſed voce menteque Deum orato, illo maximè tempore, cum hoſtiam conſecrat, tractatque ſacerdos.* Quam ab hac ſancta Chriſtianiſſimi principis exhortatione alienæ ſunt irreligioſæ aulicorum noſtri ſeculi, peruerſæque actiones tempore ſanctæ miſſæ, illam audiente Rege, impudenter, impieque garrientium oculis, vultu, totoque corporis motu, ſicut animi huc, illucque inſolentiſſimè vagãtium! quos loci ſanctitas, ſacroſancti ſacrificij celebritas, Chriſti Domini in altaris ſacramento realis præſtantia, Dei viuentis habitantis in cœlo irridentis eos oculi ſuper regoum peccans, & incolas eius luſtrantis omnia, Angelorum, ſanctorumque in cœlis æuo ſempiterno fruentium indignatio, denique regis vota Deo fundentis in miſſa, aut veſperis, bonorumque ibi deuote ſacris aſtantium vultus, & ora mouere non poſſunt, vt à tam nefaria impudentis animi dementia recedant, & auertantur. Sed ad alios exhortationis diuinæ articulos pergamus, vtpote ad eos, qui rerum, perſonarum Eccleſiaſticarum, rei publicæ curam gerentium defenſionem, honoremque reſpiciunt. [d] 20. *Si dubia res eſt, inquiſitoribus, qui verum pretium perendeant, committito. In hoc enim maximè te verſari decet, vt ij, qui magiſtratus gerunt, quique tibi ſubduntur, quietiſſimè viuant, & in primis viri religioſi, & diuinis rebus addicti. Ego enim à maioribus accepi Philippum optimũ regem, vnde noſtrum genus deducitur, id diligentiſſimè obſeruaſſe. Cùm enim ex conſiliariis eius aliquot ad eum detuliſſent Eccleſiaſticos homines ditionem, & regia iura vſurpare, vnde ſua dignitas, & amplitudo læderetur. Credo*, inquit, *id quod loquimini à vero nõ abhorrere, ſed Dei beneficiorum memor mei, aliquid rebus detractum iri malo, quam Dei, & Eccleſiæ, ſeruos in contentionem adducere, propter quod ſcandalum oriatur. Igitur Dei famulos quam maximè potes diligito, & paci conſulito. 22. Sacerdotia, id eſt Eccleſiaſtica beneficia bonis, & optime merentibus conferto, cùm hac facturus eris prouidos ante homines conſulito.* [e] *Exſtirpanda iuramenta prohibeto. Nouos ſectis, & hæreſibus capita, id eſt initia praſcindito.* His, aliiſque quos prætereo ſanctæ, multumque ſalutaris admonitionis finitis articulis pro fine vitæ, poſtremoque charitatis paternæ complemento, has filio quibus viuus in terra, defunctuſq; proſperetur, benedictiones pater ſanctiſſimus elargitur, & magno filij inceſus amore de cordis intimo profundit hæc nouiſſima locutus. [f] *Illud ad extremum fili chariſſime, Deum precor, det tibi quaſque benedictiones, quibus probatiſſimus pater filio benedicere poteſt. Et qui trinus, & vnus colitur, te cuſtodiat, aduerſum omnia mala te protegat, itaut à te iugiter honoretur, vnaque cum illo poſt huius vitæ exitum viuere, & illũ laudare mereamur.* Hęc, & alia plura rex ſanctiſſimus moriens filio pro rectiſſimis bene, religioſéque viuendi, atque regnandi regulis inculcauit. Quibus filius patris amantiſſimus, & obſequentiſſimus, dies, noctéſque cogitatione, ſicut affectu defixus, paternas pro Eccleſię Catholicæ ſeruitio, & honore, necnon pro ſua, populorumque ſalute, quoad vixit, & potuit virtutes imitatione ſincera venerari, amplexarique conatus eſt. Qui mandata patris obſeruãs, & eius exẽpla ſecutus ſimul atque reſciuit Gregorium 10. Lugdunum aduenisse ad eum nobilium magna caterua comitatus, veneraturus accedere properauit, ei ſummos, & debitos honores magna cum reuerentia, & humilitate humi proſtratus exhibuit, quibus pater ſanctiſſimus alios Romanos Pontifices antea decorauerat, illum militari præſidio ſtipauit, regia caſtellorum quorumdã, aliorumque donorum pretioſorum munificentia cohoneſtauit. [g] Qui antea defuncto patre redeundo de Africa Romam, rediturus in regnum ſuum Galliæ, religionis, deuotioniſque cauſa venire voluit, vt ibi Apoſtolorum limina veneraretur, & Romano Pontifici, vt primogenitus Eccleſiæ filius humile, atque religioſum obſequium ad patris ſancti, atque maiorum inſtar, reuerentiam præſtaret. In æde ſacra fratrum prædicatorum Lutetiæ buſtum ſeu tumulus eſt, in ſacello Borboniorum, in quo hoc de rege illo Philippó præclarum legitur elogium Gallicè ſcriptum, quod latinitate donaui. [h] *Hic tumulata iacent viſcera regis Philippi, veri Catholici S. Ludouici filij.* De quo iſta dixiſſe pro inſtituti noſtri ratione ſufficiat: prout in capitis huius inſcriptione ſpopondimus.

Side notes:

a Pſal.

Sanctiſſima S. Ludouici morientis ad filium Philippũ exhortatio.

a Ioan. hiſt. b Nangius.

Quidam ex multis SS. exhortationis articulis hic aſcripti.

c Prim. artic. & ſeq. ſcilicet 2. 3. 6. 7.

Querela in aulicos rege præſente in miſſa, veſperis, & aliis precibus publicis impudenter, inſolentique impietate garrientes, & confabulantes indigniſſimè.

d Articul 20.

21. Articulus.

e c. 17.

f Filius S. Ludoui. moriẽs benedictiones largitur.

4. Pars. *De Philippo 3. rege S. Ludouici filio, qui cognominatus eſt audax, & generoſus.*

Honores oblati Gregorio 10. à Philippo 3. rege.

Annal. Franc. & ex actis Gregorij 10. ex Maſſonio l. 3. in Philippo.

g Annal. Franc. c. 4. in Philippo 3.

h Elogium præclarum Philippi 3. S. Ludou. filij.

CAP. XVIII.

De Philippi 4. dicti vulgò Pulchri pietate, fide, reuerentia, & obsequio deuoto in sedem Apostolicam Romanumque Pontificem, maiores suos imitantis, discussa prius dissidij, quod babuit rex ipse cum Bonifacio 8. Pontifice controuersia, vt qualiter excusari, vel accusari debeat, intelligatur.

1. *Causa dissidij Philippi Pulchri cum Bonifacio 8. pontifice.*
2. *De vera fide, quam de summa Romani Pontificis in vniuersam Christi Domini Ecclesiam potestate, authoritate, atque dignitate, voce, & opere Philippus Rex professus est.*
3. *Quæ malefacta in Bonifacium 8. partim passione turbatus ira, partim ignorantia deceptus egit Philippus rex agnouit, factique pænitens ab anathematis sententia meruit absolui.*

EVNDEM quem ab initio huius libri tenuimus ordinem, in referendis, prædicandisque Regum nostrorum virtutibus erga sedē Apostolicam, omnium Christiani orbis Ecclesiarum matrem, obseruātes: nunc ad actiones præclaras virtutum plurimarū splendore fulgentes, gestasq; laudabiliter, in Romanos Pontifices religiosè honorificeque colendo, Philippi 4. cognomento Pulchri commemorandas, nostræ orationis texturam, seriēque conuertimus. Sed quoniam quæ de pietate, obedientia, reuerentiaque in Romanos Pontifices, sedēque Apostolicam principis huius dicturi sumus, suspecta, & minimè veritati cohærentia merito credere, nec inaniter opinari multi possent: propter illa magna dissidia, propter asperos irarum, odiorumque motus, quorum Philippus Pulcher aduersus Bonifacium octauum Romanæ sedis antistitem non leui fluctuauit æstu, nec mediocriter indignatus efferbuit. Idcirco priusquam ad illius regis virtutes in Ecclesiæ Catholicæ reuerentiam, Romanorumque Pontificum cultum deriuatas, vera, maturaque consideratione veniamus, motam de dissidijs illis inter vtrumque principem spiritualem, & secularem exortis quæstionem dissoluere est animus: vt in quo culpari, vel excusari princeps ille Christianissimi regni possit, appareat. Sic vt vitia regis illius, passionesque nimis impotentes, & infirmas, quæ ad rem nostram nil faciunt, profundius à radice non euoluamus, & virtutes eius, quæ multū instituti nostri probationes augent, valdeq; corroborant minimè taceamus. Quis enim magnos etiam viros præcipuè in sublimi potestate collo-

A catos sæpius humana pati, lineasque debitæ moderationis, officijque sui transilire nō dicet? *Quis stellas*, vt est in prouerbio *de cælo cadere*, sed eo tamen plerumque redire non videt? Infortunia multa, casus acerbi, varijque malorum euentus, quæ Philippi regis animum, mentemque turbarunt, his dissidijs, odijsque fomitem in illius pectore ardentem, sæuumque ministrarunt.

Cùm precibus multis per legatos suos Cassanus Scytha, regis Armeniorum Christiani gener, Christianam professus religionem, superatis Persis, eiectoque Ægyptiorum rege, Syriæ dominās à Bonifacio 8. occidentalium Christianorum auxilia, copiasque contra Sarracenos, & Persas, qui post victoriā eius ab eo defecerāt, instāter efflagitauisset: collecto Romę cōcilio, vt eius Cassani facti Christiani votis recenter acquiesceret, ad Catholicos reges, principesq; ipse Bonifacius nūtios legatosq; misit: præcipuè ad regē Francorū Philippum Pulchrum. Quem nuntij sui Ecclesiæ Ariminensis Episcopi ministerio, per amorē Dei, per labentis Christianæ religionis in oriente casus aduersos, per Christianorum ibi calamitates acerbas, multiplicesque affectu paterno rogauit, & exhortatus est; vt singulare Christo Domino, eiusque Ecclesiæ seruitium facturus, ipse valido munitus exercitu ad propitium, valdeque salutare Christianis afflictis auxilium præstandum in oras Palæstinas aduersus Christi Domini, eiusque religionis hostes pergere maturaret, festinaretque citius quàm posset. Collectas in regno suo decimasque pro sacro bello Gallis fidelibus impositas recipi, exigique iustè pateretur, iuberetque iam exactas sedis Apostolicæ mensarijs numerari. Quibus exhortationibus, iussisque paternis Bonifacij pontificis Philippus Pulcher acquiescere recusauit, grauissimis, periculosisque distractus, & implicatus negotijs: propter acerbissimum, ardentissimumque bellum, quod tunc contra Flandros, Angliæque regem eorum fautorem iniustum, protectoremque gerebat. Quos cùm superiori anno, scilicet 1299. per Carolum Valesij comitem patruum generosè vicisset, suæque dominationi subegisset: Postea rebellantibus multarum Flandriæ vrbium populis se à Francis seuerius quàm par sit tractari querentibus, conspirantibusque contra Francos regis Angliæ ministris, omnia quæ sibi iure, armorumque virtute comparauerat, cum maxima subditorum Gallorum, proditorijs hostium fraudibus interemptorum trucidatione perdidit. Rex itaque hac audita calamitate, totque strage suorum animo valde consternatus, ingēti doloris vulnere saucius, non tamen inops omnino consilij, ad reparandas illico nouas copias, exercitusque non modo collectas iā pecunias, decimasque pro bello sacro impositas, exactasque, quas poscebat pontifex ad hæc belli munera obeunda pro se retinuit: sed præterea vt [b] Nangius author est à laicis, & clero regni sui omnium bonorum centesimam mox quinquagesimam, vt ingentes tanti belli sumptus sustinere posset, exegit. Alijs plurimis clerum, Ecclesiæque ministros in regno suo illum regem vexationibus oppressisse, ex litteris ad illum Bonifacij pontificis apparet. Propter quas ipse pontifex valde indignatus, anxiusque contristabatur, qui sanctione facta, has à clericorum ordine exactiones auertere conatus est, regemque Philippum

Causa dissidiorum, & odij Philippi Pulchri contra Bonifacium 8. & indignationis Bonifacij contra Philippum Regem. [a] Summ. tit. 1. 4. Paulus Æmilius in Philippo Pulchro, & alij anno D. 1300.

Cur Philippus Pulcher Bonifacij Papæ non acquieuit monitis deprecatoriis.

Paul. Æmil. ib.

Spoliatione bonorum pro bello gerendo clerum Galliæ Philippus valde premit.

[b] Nangius in Philippo Pulchro. [c] Masson. l. 3. in Philipp. Pulchro.

Querela, & expostulationes Bonifacij in regem Philippum.

per legatos regios, vt ab his cleri vexationibus auerteretur, instantibus, validisque precibus exhortatus est. At cùm illius mens in oppressione hac immota maneret, nec vllas pontificis voces tractabilis audiret: ipsum pontificem literas ad se per Iacobum Normannum notarium suum acrimoniæ, indignationisque plenas mittere coegit. quibus ipse Bonifacius Papa, cùm omnes reges, principesque Christianos Romano Pontifici, sedique Apostolicæ in spiritualibus saltem, pro suæ salutis incolumitate subesse debere monstrauisset, de ipso multa rege Christiano indigna contra iustitiam, æquitatemque faciente, grauiter, & iniquo animo querebatur. Clerum nempe, populumque exactionum seueritate vexari: Ecclesiæ beneficia, contra sacros canones, ab eo conferri: Ecclesiasticos bonorum reditu spoliari: sua iurisdictione priuari, illustrissimam, & florentissimam quondam Lugdunensis ciuitatis Ecclesiam ad maximam redactam esse penuriam: in qua ipse Bonifacius aliquando canonicatus officio functus fuerat, fructibus illius sedium vacantium annuis per vim, reclamãte iustitia fisco delatis: regnicolas, extraneosque pecuniarum deprædatione valde grauari, damnisque maximis subiugari. Quas Pontificis Bonifacij querelas rex Philippus non modo contẽpsit, sed etiã delatorem literarũ, in quibus querelæ illæ scriptæ continebantur, affectum indignatione, iniuriaque dimisit. Quæ audiens pontifex ignem oleo fouere nolens, vt animum regis Philippi iniquiùs iræ facibus exasperatum dulci deprecatione placaret, ad eum Ioannem SS. Marcellini, & Petri presbyterum cardinalem natione Francum misit, illum blandè, amicéque moniturũ: vt ex conscientia sedi Apostolicæ meritò de se expostulanti, proque eius salute solicitæ, tãquam primogenitus Ecclesiæ filius dociliter obediret, sed hoc mansuetudinis lenitatisque remedio factus nihilo placatior, illũ Cardinalem velut captiuitatis, seruitutisque mancipiũ custodiæ mandat, districtè omnes cum illo colloquiorum, sermonumque commercio prohibẽs, vetansque ne ipse literas alteri dare, neue ab alio posset accipere. Quod audiens Papa indignationis regiæ motus, fluctusque vehementiùs sine causa tumescere videns, per Nicolaum Benefractum Cardinalis custodibus traditi seruum literas scribere coactus est Cardinali captiuo tradẽdas, ne aciem dignitatis pontificiæ diutius hebescere sineret: quibus imperabat, vt regi significaret se sacris interdictum esse, propter à se sacra dominationis Ecclesiasticæ iura, manifesta rebellione violata. Sed ipse seruus antequam literas pontificias Domini sui Cardinalis manibus tradere potuisset, captus carceri mancipatus est, frustra reclamante Cardinali Domino, atque vt domesticus seruus liber abiret, postulante. His odijs, irisque, aduersus pontificem maximum regis in animo calumniator, & impostor Sarra, seu vt alij volunt Sciarra Columna de gente Columnensium, & sanguine cretus, ignes pluribus mendacis, calumniis, & imposturis vehementius accenderat. Qui vt imposturis mendacijsque suam, suorumque Columnensium à patria eiectionem, relegationemque, decreto Bonifacij 8. Romani Pontificis vlcisceretur, atque in illius pontificis exitio vindicaret: cognito dissidio regis in pontificem Bonifacium, exul à patria in Galliam ad ipsum regem veniens, per varias criminationes

Iussa, precesque Papæ Philippus rex cõtemnit.

Philippus rex Bonifacij querelas iterum contemnit.

a Causa odij Philippi Pulchri calumniator Serra Columna regis iram in Rom. Pontificem maledictis, atque mendacijs exacerbauit.

A sparsos iniuriosos, & atroces de rege ipso sermones, pluribus mendaciis ipsi pontifici nequiter affictos, eius regis animum aduersus pontificem grauioribus odijs inflammare conatus est.

Aliam præter supradictas odii dissensionisque causam, atque seminarium alienatæ regis à Bonifacio pontifice voluntatis scriptores alij commemorant, occasione episcopi noui in ciuitate Apamæa sita in prouincia Narbonensi creati: quam creatione noui episcopi Bonifacius pontifex à Tholosani archiepiscopi iurisdictione substraxerat. Quæ creatio valde Philippo regi displicuit. Cuius nouæ creationis episcopus postquã mandato pontificis ad hunc regem minus ideo gratus illi venisset: vt eum ad expeditionẽ orientalem B contra Sarracenos pontificis Romani nomine cohortaretur: cùm nihil so precibus à rege sibi indignato consequi, ac efficere videret, imprudentiùs principi summo, vt quidam narrant, locutus est, minasque precibus subrogãdo, adeò regis animum iam erga eum episcopum malè sanctis affectum iracundia commouit, vt eum nulla habita dignitatis episcopalis ratione vinculis, carcereque castigandum, mulctandumque sine mora mandauerit.[a] Franciæ annales scribunt regem solummodo illum episcopum custodiæ sui metropolitani Narbonensis archiepiscopi tradidisse. Quod intelligens Bonifacius, sicut alia supra dicta iustæ indignationis, querelæque facta à Philippo rege in contemptum sedis Apostolicæ cõmissa, non existimans, vlterius se iustè posse ad C has iniurias conniuendo dissimulare: Philippum tandem regem spirituali anathematis gladio percussit, vt salua eius anima hac correctione, censuraque fieret. Inde iræ maximæ, inde vehemẽtiores solito, odiorum, indignationũque æstus in animis vtriusque principis, pontificis, atque regis vltro, citroque flagrarunt. Extant pontificis, & regis alternæ literæ vtrinque missæ, mutuis scatentes conuicijs, iniurijs onustæ reciprocis, turpibus proximæ vindictis: quas cum Paulo Æmilio[b] ab hæreticis, schismaticisque, tempore grauissimas illis, alijsque sedis Apostolicæ, regnorũque Catholicorum perduellibus, potius confictas, & imposturis ementitas, quàm ab ipsis pontifice Christi Domini vicario, regeque Christia- D nissimo compositas, missasque credimus. Ilas isti teneant instar Euangelij sui Lutheranæ, Caluinianæque prostitutionis abortiui fœtus. Sed ad rem, propositumque veniamus; quid ex tota hac historia certè tristi, atque lamentabili, contra regem Philippum colligere possumus, nisi ipsum odio graui priuatam pontificis personam minimè impeccabilem, non ipsam pontificis Romanam dignitatem, atque maiestatem fuisse persecutum. Qua in re licet ipse grauiter peccauerit, sicut ipsius Bonifacij papæ iratæ passionis, nimiæque indignationis ardores, immunes à peccato non extitere, tamen de gremio matris Ecclesiæ Catholicæ non excessit, nec vlla sedis Apostolicæ maiestatem rebellione, & sanctitatem contumelia dedecorauit.

Nam experientia, factisque ipsius regis probare facile est, quanto honore, pietate, obsequio, & amore, eoque sincero reliquos Ecclesiæ Romanæ rectores, Christi Domini vicarios dominationis spiritualis, & Ecclesiasticę monarchas affecerit, quos semper, quoad vixit, vt filius obse-

Villan. Nangius, & alij recitatores, vt Massonius ex antiquis huius temporis scriptoribus.

Tertia causa odij Philippi Pulchri.

Cum prudentia, magna reposita, modestiaque principibus summis loquendum ne ad iram irritentur.

a Franciæ annales in Philippo 4.

Excommunicat Philippum regem Bonifacius ob supradictas iniurias

b Pauli Æmil. iudicium de literis Bonifacij, & Philippi, quas merito confictas ab vitiosque monarchiæ osoribus credit.

a Pari. Quanta pietate, honore, & obedientia Philippus Pulcher alios Rom. Pontifices excepto Bonifacio 8. coluerit.

quentissimus, patres fidelium animarum sanctissimos ardenter amauit, & vnicè coluit. Nam mortuo Bonifacio 8. multis vt priuata persona passionibus, infirmitatibus, atque vitijs obnoxio, cum primum à sacrosancto purpuratorum Cardinalium senatu Benedictum 11. in pontificiæ maiestatis, sanctitatisque fastigium fuisse prouectũ cognouit, illico literas ad illum gratulatorias illustri legatione mittere curauit, & ab eo absolutionem anathematis, quo eum Bonifacius 8. innodauerat, & irretiuerat, magna cum reuerentia, & humilitate precando postulauit. Quarum literarum inscriptione in quanta honoris maximi parta Romani Pontificis maiestatem, dignitatẽque reponeret, his verbis ostendit. [a] *Sanctissimo patri in Domino Benedicto diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ, & vniuersalis Ecclesiæ summo pontifici, Philippus Dei gratia Francorum rex, deuota pedum oscula beatorum.* Quanta verò gestiat lætitia, exultetque gaudio, ab illius Papæ creatione profectò sic in epistolæ docet initio. [b] *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ, & erexit cornu salutaris nobis in domo Dauid pueri sui; quia fecit mirabilia magna solus, qui cœlestia pariter, & terrena salubri moderatione dirigens, ac perpetua ratione gubernans in hac valle miseriæ miserationes innumeras, liberalis in gratijs, & in misericordia copiosus exercet. Ipse quidem circa Ecclesiam suam sanctam Petrinauiculam, matrem fidelium, Christi sponsam, quam à fundationis initio splendore virtutum mirabiliter illustrauit, piè semper eam tuens miserationis affectum, & paternæ exequens pietatis officium*, & quæ sequuntur. Et postea ad summam exultationem, iubilationemque omnes fideles, ipsamque fidelium matrem Ecclesiam Romanam, propter huius pontificis in Apostolicum thronum euectionem diuinitus prouisam ita prouocat, & inuitat. [d] *Exultet igitur eadem sacrosancta mater Ecclesia, & in iubilum supernæ laudis assurgat, tenebrarum semota caligine nouæ lucis radio illustrata, & abiecta iugo tyrannicæ seruitutis, status debiti, & pristinæ libertatis resumpsisse decorem iucundetur, deposito vidualis desolationis nubilo lætitia nuptialis illuxisse serenum, vnum adepta pastorem suæ sterilitatis, & approbrij redemptorem.* Deinde quibusdam sermonibus interpositis, quantam ipse rex ex Benedicti 11. creatione iubilandi, vera, solidaque lætitia gestiendi materiam habeat, ita docet. [e] *Nos autem pro bonis affectibus exultamus, qui meretricalia deliramenta perpessi diutius, patrem confidimus successiuè beneuolũ, qui prædecessoris erronea corrigat, malefacta reformet, pacem nutriat, iustitiam foueat, & diligat, æquitatem, in cuius affectione sincera deuotio filialis, in cuius deuotione filiali paterna benignitas conquiescat. &c.* Tandem in eius epistolæ fine se, suumque regnum Ecclesiæ sanctæ Romanæ, ipsiusque pontificis obsequio, honori seruitioque hia verbis, cum magno charitatis affectu, dicat, consecrat, atque deuouet. [f] *Cæterum nos, & regnum, cuius moderamini, disponente Domino præsidemus, & Ecclesiam Gallicanam sanctitatis vestræ fauoribus fiducialiter commendamus, & ad expanendum perfectiùs, & plenius exhibendum beatitudini vestræ omnimoda reuerentiæ, & deuotionis indicia, ecce dilectos, & fideles Bernardum Dominum Mercolij, magistrum Petrum de bella pertica canonicum Carnotensem, & Guillelmum de Plesiano militem nuncios nostros ad Sanctitatis vestræ præsentiam destinamus, quos benignè recipere, ac eorum relatibus paternæ clementiæ audientiam præbere placidam, & fidem non dubiam adhibere dignetur.* Hæc Philippus Franciæ rex Benedicto vndecimo recenti creatione ad apicẽ põtificiæ maiestatis euecto. Atque in principio sequentis anni, nempe 1304. regem salutari pœnitentia purgatum, dignaque bonorom operum satisfactione reformatum pro excessibus, quos ardor odij, & iræ in Bonifacij 8. personam, non Põtificis Romani sacrosanctam dignitatem extorserat, ipse Papa Benedictus ab omni anathematis vinculo, quo illum Bonifacius 8. astrinxerat, per gratiam Domini nostri Iesu Christi, Apostolicamque benedictionem, sacræ fidelium communioni restitutum clementer absoluit.

Vniuersalis Ecclesiæ principem Benedictum vndecimum Philippus rex appellat, cuius pedes absens per literas deosculatus est.
a Inscriptio epi. Philippi regis ad Benedictum 11.
b Iubilatio Philippi regis 4. gratiarumque actio ob creationem Benedicti 11. Papæ.
c S. Luc. 2.
Maxima laudum elogia Ecclesiæ Rom.
d In eadem ep.
e Ibid.
Quanta exultandi gaudio materiem habeat ex creatione Benedicti 11. demonstrat rex Philippus.
Philippus rex se, cum toto regno Ecclesiæ, & Rom. Pontifici seruitio vouet.
f In fine epi.
Ab excommunicationis vinculo Philippum regem Benedictus 11. absoluit.
Paul. Æmil. & alij.

Postea ipse rex Franciæ Benedicto 11. ex hac lucis vsura sublato, qui annum in suo pontificatu non expleuit, Clementi quinto recens ad fastigium maiestatis pontificiæ sublimato Lugdunum venienti obuiam maxima cum honoris exquisiti pompa proficiscitur, ad pedes pontificis deuotè procumbit, vestigia pedum illius deosculando religiosè veneratur, & adorat. Proficiscentem pontificem magna cum reuerentia, & humilitate subsequitur: duoque principes de illius regis familia, & sanguine Carolus Valesius, & Armoricæ Britanniæ comes Asturconis Papæ frænos pedestri itinere moderabantur, vt Flandriæ chronica [a] testantur. Ipse est Clemens 5. Benedicti vndecimi successor, qui interpretando constitutionem VNAM SANCTAM. Bonifacij 8. regnum Galliæ quoad temporalia sedi Apostolicæ nullo modo subijci declarauit. Etenim cum pauci non essent, qui Bonifacium 8. ex his quæ fortasse nimis imperiosè, ne ambitiosè dicam, aduersus reges, ac principes, præcipuè regem Franciæ Christianissimum in excessu suo minus pontificiam clementiam, paternamque benignitatem redolentia fecerat, atque scripserat, non sine multa indignatione, stomachoque criminarentur. Quasi ipse pontifex in lucem missa illa famosa celebrique constitutione VNAM SANCTAM, &c. in principes Christianos, sedis Apostolicæ filios, maximè verò in primogenitum Ecclesiæ regem Francorum, eiusque regnum sibi, Romanæque cathedræ præsulibus plus authoritatis, iurisque, quàm Christi regum regis, dominãtiumque Domini charitas, ordinatioque benigna concesserit, arrogaret. Cumque plurimi inuidiosè multa de ipso Bonifacio 8. fingere, & calumniosè comminisci in illius defuncti dedecus, famæque maculã minimè vererentur: Illum videlicet loco sancti Petri, Cæsaris officio defungi voluisse, & tanquam corona, vesteque purpurea regnantis Augusti decoratum, ensoque præcinctum regio, in orbis Christianissimi theatrum tertore omnibus mundi principibus incusso prodire voluisse. Qui duplici supremo pontificis simul ac imperatoris fastigio sublimis omnia iura regnorum, secularium que principatuum sicut spiritualium in manu sua possideret: omnes Christianæ congregationis reges, principes, cæterosque in summa dignitate constitutos sub iura sua, legesque mitteret: illis regna daret, his auferret, pro voluntaria arbitrio, gladiumque vindicatiuæ iustitiæ in vnũquemque principum, populorumque, prout ipse iudicaret expedire, distringeret. Quas calumnias, imposturasque Clemens 5. pontifex vt clarè, manifesteque confunderet, atque pruri-

Maximum Philippus Pulcher Clementi 5. Lugdunum venienti honorem suum principibus suis exhibet.
a Flãdr. chro. an. 1305.
Regnũ Galliæ in temporalibus sedi Apostolicæ subijci neganur.
Calumnia à maleuolis in Bonifacium 8. excogitata.

cipes, regesque Catholicæ societatis, præcipuè A verò regem Francorum Philippum hoc errore malè persuaso, cõfictoque terrore liberaret; cùm primum in pontificatus apicem canonica creatione prouectus est, hanc, quam hic describere operæpretium iudicaui declarationem Bonifacianæ constitutionis euulgare voluit. [a] *Meruit carissimi filij nostri Philippi regis Francorum illustris sinceræ affectionis ad nos, & Ecclesiam Romanam integritas, & progenitorum suorum præclara merita meruerunt. Meruit insuper regnicolarum puritas, & deuotionis sinceritas, vt eum regem, quàm regnum fauore beneuolo prosequamur: hinc est quod nos regi, & regno, per definitionem, & declarationem bonæ memoriæ Bonifacij Papæ 8. prædecessoris nostri, quæ incipit* VNAM SANCTAM, *nullũ volumus, vel intẽdimus præiudicium generari, nec quod per illam rex,* B *regnum, & regnicolæ prælibati amplius Ecclesiæ sint subiecti Romanæ, quàm antea existebant, sed omnia intelligantur in eodem esse statu, quo erant ante definitionem præfatam, tam quantum ad Ecclesiam* (scilicet Gallicanam) *tum etiam ad regem, regnum, & regnicolas superius nominatos.* Hæc Clemens aduersus constitutionis Bonifacianæ tortores, & adulteros. At qualiter regum Christianissimorum, regnique Franciæ ante hanc constitutionem iura extiterint, sæpius supra etiam, summorum pontificum testimoniis, iudiciisque diximus, nimirum, *Reges Francorum primogenitos Ecclesiæ cum regno suo sedi Apostolicæ quoad spiritualia tantùm subiectos esse, quoad temporalia verò neminem in terra superiorem præter Deum eos agnoscere.*

a Declaratio constitutionis Bonifacij 8. per Clementem 5. pontif. *Laus Philippi 4. regis ob sincerum pietatis affectum in sedem Apostolicã maiorũ suorũ in ea virtute sequentis.*

Sed vt ad Philippum regem redeamus; non C modo sedi Apostolicæ, Romanisque Pontificibus filium se, exceptis contra Bonifacium octauum dissidiis, obsequentissimum maiorum pietatis insistens vestigiis exhibuit, verùm illius sedis, Ecclesiæque Romanæ perfidorum rebelliũ, & hostium hæreticorum schismaticorumque seuerissimum, necnon acerrimum vindicem, & vltorem se præbuit. Qui pias, iustasque sancti Ludouici aui sui contra hæreticos, aliosque religionis Catholicæ perduelles leges, edictaque venerando, generali constitutione, & edicto sanciuit: vt quicumque ab inquisitoribus fidei diœcesanisque prælatis impietatis hæreticæ condemnati fuissent, omnes illi auxiliari ducum, comitum, baronum, prouincialium regni prætorum, manu, D vindictaque plecterentur. Quæ regis constitutio inter tabulas forenses, iudiciorum, consiliorum, & arrestorum, quæ expedita sunt in parlamento, vigilia omnium sanctorum anno 1296. scripta legitur.

Philippus Pulcher auum S. Ludouicum secutus in hæreticos, schismaticosque castigandos iustitiæ gladium distrinxit.

Constitutio Philippi Pulchri cõtra hæreticos anno 1296.

Postremo vt ad mutuas Bonifacii, Philippique regis iras odiaq; pro fine capitis illud breuiter conclusuri reuertamur, ipse Bonifacius occasione regiæ indignationis, & odii in se, à Philippi fautoribus indignissimè tractatur Sarræ Columnæ exulis proditione, & Guillelmi Nogareti calliditate, astutia, fraude, quibus præstabat cæteris in ciuitate Anagnia patria sua multis affectus contumeliis, opprobriis, iniuriisque capitur. [b] Nogareto contumeliis illudenti, & minitanti se illum in Galliam pertracturum, vt Lugduni in synodo patrum pontificia dignitate spoliaretur, in sacra veste captus, pontificio vestitus ornatu cõstantissimè respondit, *Paterini minas nullum sibi metum incutere.* Paterini vox hæreticum hominem significabat: cuius criminis reus auus Noga- A reti igne crematus fuerat.) *Quo responso Nogareti ferocia, arrogansque sæuitia concidit.* [c] Triduo post è manibus coniuratorum pontifex elapsus, Anagninis ciuibus pro pontifice, illius vicem aduersam indigna ferentis gementibus, & contra conspiratores arma corripientibus, Romam venire properat. Vbi statim dolore nimio, atque tristitia cordis acerbissima, ex prioribus proditorum iniuriis, atrocibusque cõtumeliis concepta, prius sanctis bene munitus sacramentis in Vaticano palatio spiritum Deo reddidit: nec furenti similis, vt quidam falsò calumniatorum, hæreticorũ, schismaticorumque deliria secuti scripsere, sed pleno iudicio integroque rationis sensu vera cõmissorum peccatorum tactus contritione cordis excessit è vita. Quem ita in Domino mortuum B post nouem annos scilicet anno Domini 1312. [e] Clemens 5. annuentibus trecentis patribus in concilio Viennensi, vbi præsens aderat rex Franciæ Philippus Pulcher, verum Catholicum, nullaque vnquam hæreseos labe pollutũ fuisse pronuntiauit. Omnes maleuolorum, inimicorumque calumnias, imposturas, opprobria, mendaciaque in illius pontificis famam, honoremque contorta, qui illum atrocibus criminibus insimulauerant, vt Francorum regi Philippo placerent, placendo illuderent, illusum blãdiciis fallacibus, fraudibusque deciperent, ipse pontifex cum toto concilio detestatus execrationi subiecit. Omnes sacrilegos, conspiratores, oppressores, detentores, captoresque huius Bonifacij octaui, qui captum atrocibus opprobriis, iniuriisque sceleratissimè læserant, simili execrationis, anathematisque C fulmine contriuit, nisi quos grauissima pœnitentia ad agnitionem, cum detestatione tantorum scelerum plena contritione, satisfactioneque conuertisset. Ipsi verò regi Philippo agnoscenti dissidiorum crimina contra Bonifacium octauum patrata, eaque per ignorantiam se commisisse, proditorũ sycophantarum illusionibus, calumniatorumque falsimonis perfidis elusum, deceptumque profitenti Clemens 5. cum vniuerso concilio clementer ignouit. Qui cum valde metueret, ne illa criminum falsorum accusatio, quæ maleuolorum impostorum persuasione fraudulenta deceptus Bonifacio innocenti turpiter affinxerat, sibi, ac posteris dedecori verteretur; propterea Clemens pontifex regi Philippo D gratificari desiderans, cum vniuersa synodo sanciuit: quidquid atrocitatis, iniuriarum, calumniarum, & similium id genus indignationum iniustarum, à quoquam de Columnatorum familia, & aliis regis Philippi ministris in opprobrium, famæ bonæ Bonifacij læsionem, vulnusque gestum est, Nunquam Philippo regi tanquam innocenti, aut saltem nescienti, proditorum decepto fraudibus, ac posteritati eius exprobratum iri: [f] vt Ioannes Villaneus, & Bernardus Guido Dominicanus scriptorum suorum monumentis memoriæ prodiderunt. Propterea in eodem concilio Clemens papa quæcumque Bonifacius octauus suus in Apostolica sede prædecessor, contra regem Galliæ Philippum, eiusque regnum, velut in vltionem pontificiæ læsæ maiestatis sub forma anathematis, & interdicti fulminauerat; omnia, cùm Philippum regem innocentem sceleris huius declarauisset, abrogauit; atque ex tabulis Bonifacii mandato confectis, Ecclesiæque Romanæ registris expungi, vnaque litura circumduci præce-

5. Pars. Philippus pœnitens malefactorum, quæ in Bonifacium 8. iratus patrauit, absolutus est ab excommunicatione in concilio Viẽnensi.

b Masson. l. 3. in Philippo Pulchro.

c Villaneus in Bonif. 8 ann. D. 1303.

e *Innocentia, & bona fides Bonifacij 8. in concilio Viennẽsi comprobatur. & asseritur contra omnes eius bonæ famæ calumniatores.* Ex concilio Viẽnens. sessione 2. & 3.

In calumniatores detentores & oppressores Bonifacij 8. anathema. Ibi.

Philippo regi per fraudes calumniatorum decepto in opprimendo Bonifacium 8. Clemens 5. cũ tota synodo pœnitentia moto pepercit, & ignouit.

f Ioan. Villaneus l. 9 c. 66. g Bern. Guid. prædicatorũ ordinis in Clem. 5.

pit; postquam omnes famosos libellos calomniatum, imposturarumque codices, contra Bonifacij memoriam ausu sacrilego conscriptos vstulandos, ardentibos mandari flammis imperaoisset. Hæc, & alia plurima in sempiternam dissidiorum odiorumque inter Pontificem Bonifacium octauum, regemque Franciæ Philippum obliuionem, interitumque Clemens pontifex edixit:[a] vt ex libro 7. registri Clementis 5. epistola 32. & Betnardo Guidooe in Clemente 5. perspicuè, copioséque comprobatur, & apparet.

a l 7. Regist. Clem. 5 ep 32
b Bernardus Guido prædicator in Cle 5

His omnibus ritè, & ad amussim veritatis esaminatis, res ipsa loquitur, Philippum Pulchtum in colendo pontifice Romano, & in summa cathedræ sancti Petri obedientia deferenda nunqoam à majorum suorum Christianissimorum tegum pietate recessisse: licet in Bonifacium octauom, vt priuatam personam, malcoolorum deceptus imposturis, odii, & iræ feruore plus æquo fortassis indignatus excanduerit. Sed quid facias? Etiam humana cœlestes animæ quandoque patiuntur, stellæ cadunt de cœlo, & in Angelis suis Deus repetit prauitatem. Nemo bonus ex omni parte nisi solus Deus. Pergamus ad alia.

Iob.

CAP. XIX.

De Philippo sexto cognomine Valesio, Carolo 5. Carolo 6. Carolo 7. & Ludouico 11.



Valesii reges vnde dicti.

EFVNCTO Philippo Pulchro, eiosque abscissa à radice per mortem fœcunda sobole, Francici regni sceptrum, coronaque in potestatem hæreditario iure Philippi sexti deuenerunt. Cuius cognomētum Valesius erat à Valesia exigua Galliæ prouincia, quam in comitatum erectam Philippus 3. sancti Ludouici filius Carolo filio suo natu minori, eios Philippi sexti patri dederat, & ab eo Philippo Valesio reges omnes postea de eius latere progeniti, vsque ad Henricum quartom Borbonium, molris rebos præclarè, generoséque gestis MAGNI cognomine iure meritissimo decoratum, Valesij oominati sunt. Ipse Philippus Valesius à pietate, charitate, obsequentisque reuerentiæ & bonoris in sedem Apostolicam propeosione minimè recedens, nondum rex Galliæ creatus, regnante Philippo Longo, Pontificis Romani Ioanois 22. iussis obsequens animo prōpto, & alacri, iubente rege Philippo tūc regnante, in Italiam cū exercitu peruenit, Ecclesiæ Romanæ opitulaturus, Romanumque Pontificem Matthæi vicecomitis, eiusque filiorum, Ecclesiæ sanctæ rebellium armis vehementer oppressum, Christiana fortitudine defēsurus. Cuius adhuc in honorē Dei zelos, ardorque charitatis in Ecclesiā eius Catholicā Apostolicāq; sedē clarior innotuit: cū rex factus, multiplici heroicorū operom fœtu crescens in dies illustriùs arduum, formidolosumque bellum contra Turcas, omnia, quæ Christianæ religioms erant in Thracia, Græciaque ferro, flammaque vastantes bortatu Ioannis 22. pontificis aggressus est.[a] Quos ipsius pootificis, Venetorumque copijs adiutus memorabili prælio nauali cum tota hostium barbarorum, infidelium que strage, & sacrilegorum saoguinis effusione superauit. Vt domitorum, triumphatorū que Turcarum naues ducentæ quinquaginta incensæ, oræ illorū maritimæ vastatæ, direptæque, plurimi seruituti, captiuitatique mancipati, reliqui sine numero, præ multitudine, gladio, ferro, naufragioque deleti, maxima ex parte Turcico imperio vires ademerint, neruosque superbissimæ potestatis eliserint. Postea Philippus pro Romano pontifice Benedicto 12. contra Ludouicum Bauarum Siciliæ regni vsurpatorem imperialis maiestatis signa, fascesque sibi contra Ecclesiæ iura, & pontificis authoritatem vendicantem, multis hæreseon, aliorumque criminom erroneorum abominationibus fœdatum, Eduardo Angliæ regi Galliæ regem se iniustissimè oominanti, eiusque regni possessioni rapaciter inbianti confœderatum viriliter, strenuè, religiosoque pectore pugnauit. Sicut ipse Benedictus papa Christianissimi Francorum regni studiosissimus, & amantissimus caosam regis ipsius Philippi Valesij, & hæreditatem regni eius Francici contra hunc tyrannum Ludouicum, Angliæque regem pootificia charitate, & authoritate defenderat,[b] protestando solemniter, iurandoque se nunquā hunc Ludouicum per absolutionem anathematis Ecclesiæ reconciliaturum, nisi prios omnia fœdera cum hostibos regis Galliæ iniustè pacta, & inita coofregerit. Caroli quinti Francorum regis in Apostolicam sedem, Romanumque Pontificem pietas, & honor io hoc apparuit,[c] quod cùm Carutiensis legatus à latere pontificis in Galliam venisset, ei obuiam processerit, Lutetiā cum bonore, applausuque magno deduxerit, multis iosuper colloquiis grauissimis, maxima benignitate conditis, regiisque muneribus quāplurimis honestauerit. Hoc facto significans, quàm sublimi, supremoque bonore, reuerentia, & amore Dominum illius Papam complecteretur, cuius legatum tanta cum veneratione, & applausu non paruo, rex sapiens meritò nuncupatus excepisset.[d] Qui moriens suis consiliariis strictè mandauit, vt suo nomine Carolo sexto filio suo dicereot, nunquam bene victurum, nec vnquam prospere regnaturum, nisi Ecclesiam veluti matrem sanctissimam, eiusque pastorem spiritualem, fidelium omnium patrem quacumque ope posset, adiuuaret, eisque deuotissimè, vt primogenitus inter omnes principes, regesque Catholicos, ditionis Christianæ filius obediret.

Philippus Valesius nondum rex in Italiam ad defensionē Papa contra tyrannū Matthæum, eiusq; filios armatus venit.
Villanæus l 9 annal.
a Villanæus l. 11 annal
b Massōn l 4. in Philippo Valesio.
b Ex registro Benedicti 12. an. D. 1336.
2 De Carolo 5. rege.
Honor magnus ab ipso rege pontificis exhibitus à latere legato.
c Annal. Frāc.
d Annal. Frāc.

Ipse Carolus sextus patris sui mandata memorans, vt faceret, oō immemor nouissimorum patris sui verborum, honori, & obedientiæ patris sanctissimi Romani Pootificis semper addictissimus extitit.[e] Quem viseodi studio, vt hooorarer, filialique reuerentia deoscularetur, cùm Auenionem rex ipse venisset, præstitis de more regum Christianissimorum sanctorum Pootificis maximi pedum osculis, publico honorificè exceptus conuiuio, infra pontificem magna cum modestia, atque reuerentia sedeos epulabatur.

3. De Carolo 6.
e Floard. l. 4. c. 4.

De Carolo septimo quid dicemus? Quid de sua fide, reuerentia, & obsequio deuoto erga sedem Apostolicam, Romanumque Pontificem,

4. De Carolo 7.

vt Chriſtianiſſimum principem decebat profeſſus fuerit, ex illis verbis, quæ Pius ſecundus in epiſtola, ad eum Regem retulit, apertiſſimè conſpicitur.[a] *Dicis te obſequentiſſimum, & obedientiſſimum ſanctæ ſedis Romanæ filium, &c.* Et quod voce, literiſque profeſſus eſt, opere, ipſoque facto compleuit.[b] Cùm Baſileenſe Concilium tanquam ſpurium, & adulterium, velut alteram deprædatoriam Synodum Epheſinam fuerit execratus: propter erronea multa, ſed præcipuè iniuſtiſſimam, maximéque ſacrilegam Eugenij 4. legitimi Pontificis à radice reuulſo omnis æquitatis, & iuſtitiæ diuinæ, & eccleſiaſticæ fundamento, de ſummo maieſtatis pontificiæ gradu deiectionem: & propter execrabilem Amedei à ſchiſmaticis Felicis quinti cognominati pſeudopontificis, in ſolium pontificalis principatus euectionem. Suamque de tam impia legitimi papæ degradatione, déque tam nefaria antipapæ promotione indignationem miſſo numeroſo contra ſchiſmaticos, & pſeudopapiſtas exercitu conteſtatus eſt. Nec vnquam ab irritando iuſtè, & laceſſendo religiosè, Baſileenſes, alioſque Germanos, tam prodigioſæ contra legitimum Chriſti Domini vicarium electionis opifices, certamine, belloque feruido deſiſtere, atque quieſcere voluit, quouſque pſeudopontifex Amedeus abdicatus ſui ſpurij pontificatus authoritate, execrationis commiſſæ pertæſus, legitimo Papæ Nicolao quinto, Eugenij quarti defuncti ſucceſſori erratorum veniam humiliter deprecando ſubderetur. De pietate filiali huius regis in Romanos pontifices hæc Poggius.[c] *Regis Franciæ* (ſcilicet Caroli 7.) *animus ſemper firmus, & inconcuſſus ſtetit pro ſeruanda vnitate Eccleſiæ, ſemper habuit vero vicario Chriſti, ſemper Eugenium, & Nicolaũ viros ſanctiſſimos pontifices ſumma coluit veneratione.* Eius Caroli ſeptimi filius Ludouicus vndecimus in zelo ſecundum Deum, ſcientiamque iuſtorum protegendi, honorandique ſanctitatem poteſtatemque ſublimem legitimi pontificis nõ fuit patre minor. Quem Ludouici Regis zelum admirans, mirifique ſublimans præconus, Pius ſecundus pontifex hunc ita principem valde dulciter, tametſi grauiter affabatur. *Carolus Magnus, & plures ex primogenitoribus tuis immortale nomen, & inextinguibilem conſecuti ſunt gloriam, quia Romanam Eccleſiam matrem ſuam debito ſunt honore proſecuti. Quorum te veſtigijs inhærentem & diligimus toto præcordiis, & laudamus, & omnis te poſteritas celebrabit.* Hic Catholicus, veréque religioſus Regis Chriſtianiſſimi zelus ab initio regni illius illuxit egregiè: cùm pragmaticam ſanctionem ſanctis maieſtatis pontificiæ iuribus inimicam, multumque illius ſanctiſſimi patris, à quo ſacri canones, ſanctæque Eccleſiæ leges oriuntur, authoritati detrahentem Baſileenſis rebellionis, ſeditioſique ſchiſmatis temporibus excogitatam meritoria cõſtitutione ſuſtulit; vt[e] Cominius in eius Regis vita teſtatur. Cuius euerſionis vt certiorem pontificem faceret, Pium ſe-

a Pius 2. Pontifex ep. 375 ad Carolum 7. regem Galliæ.

b Epiſtola Caroli 7 ad Baſileenſes patres hic illegitimè, & inuito Romano Pont. congregatos. Pius 2. ep 387. ad Ludouicum 11.

Æneas Syluius epi 87. huius belli meminit Serranus in ſynopſi hiſtoriæ Franciæ in Carolo 7.

c Poggius Florent orat. inuect. cõtra Amedeum Sabaudiæ ducẽ pſeudopapã 5. De Ludouico 11 filio Caroli 7.

Pius 2. ep 387 ad Ludouic. 11

e Philippus Cominius in vita Ludouici 11.

A cundum, data ad eum epiſtola, ita rex ipſe reſcripſit.[f] *Itaque ſicut mandaſti pragmaticam ſanctionem, vtpote quæ ſchiſmatis tempore, atque per ſeditionem nata ſit, à regno noſtro Viennenſi delphinatu, & omni ditione noſtra per præſentes tollimus, deijcimus, ſtirpituſque abrogamus.* Cuius ſanctionis (antequam abrogaret) euertendæ conſilium ceperat, & illud pontifici Pio ſecundo manifeſtauerat, quod regis conſilium ipſe pontifex epiſtola ad regem pleno ore, puroque corde laudauit.[g] *Inter cætera,* inquit, *commendamus, quod abſque conuentu, & conſultatione multorum pragmaticam auferre conſtituiſti. Sapis certè, & regem te magnum oſtendis, qui non regaris, & regas. Optimus enim princeps eſt, qui per ſe recta cognoſcit.* Quam altis defixa radicibus pietas, amor, & obedientia in huius B animo principis inſederint, hæc alia eius ad Piũ ſecundum epiſtolæ verba demonſtrant.[g] *Te vicarium Dei viuentis ea veneratione proſequimur, vt ſacra tua monita, præſertim in Eccleſiaſticis rebus, velut vocem paſtoris audire, illiſque parere prompta mente velimus. Te Dominici gregis paſtorem profitemur, & ſcimus, teque iubentem ſequimur, &c.* In hoc rege reliquarum Franciæ regum virtutum, protectioni, honori, obſequioque deuoto Eccleſiæ Dei, Apoſtolicæ ſedi, Romanoque Pontifici religiosè præſtando conſecratarum cõmemorationem gratam, honorabilemque terminabo. Nec vlterius in referendis recentium regum Franciæ ad noſtra vſque tempora, in quibus gloriosè, ſancteque Ludouicus decimus tertius imperij Gallici faſces diuina miſeratione C moderatur, magnis, heroiciſque virtutibus ad eundem pietatis, charitatiſque Chriſtianæ ſcopum, metamque reuocatis, orationis meæ ſtylus excurret. Nec in illis honore ſingulari, laude ſpeciali, prædicationeque celebri mactandis, exultando laboriosè, hilariterque ſudando triumphabit. Quod illæ regiæ virtutes vnicuique etiam plebeio, non tam ſcriptorum defunctorum lectione, quàm viuentium adhuc relatione notiſſimæ ſint. Addo quod digna earum relatio, magniſque fœcunda laudibus expreſſio iuſti voluminis, nedum capitis lineas, terminoſque ſuperarent, & excederent. Has principum noſtrorum virtutes in tuendo religiosè Eccleſiam Chriſti, in honorando eius vicarium, dignitatem ſedis A- D poſtolicæ ſupremam, tota mente, corde, viribuſque protegendo, atque ſanctiſſima beneuolentiæ, concordiæ, Chriſtianæque pacis ſuam cum Eccleſiaſtica monarchiam vnione fœderando, vna Chriſti Domini charitas (quæ patriæ parentum, omniumque charitates meritoriè complectitur) ſacratiſſimo perfectionis, gratiæque Spiritus ſancti vinculo connectens, hos Chriſtianiſſimos reges temporali proſperitate, ſempiternæque felicitatis fruitione dignos efficit. Qua nulli gaudebunt ab huius ſanctæ conſortio charitatis auulſi.[h] *Adde charitatem, & proſunt omnia: deme charitatem, & nihil proſunt cætera.*

f Ludouici 11. ep ad Pium 2. Papam.

g Epiſt. Pij ad Ludouicũ 11.

g Ep. Ludouici 11 ad Piũ.

Cur de recentium regum Galliæ virtutibus author ſilere vult.

h S. Aug. ſer. 50 c. 6. de verbis Domini.

CAP. XX.

Totius libri epilogus expostulationem de monarchomachorum malignitate continens, & exultationem de gloria Regum Christianissimorum cœlesti, quam sanctis heroicisque factis, Ecclesiæ Dei, sedique Apostolicæ religiosè seruientes in hac vita sibi comparatunt.

1. *Contra monarchomachos vnionis sanctæ inter secularem, & spiritualem monarchiam inimicos, pontificiaque maiestatis hostes.*

2. *Quàm meritoriè Reges Christianissimi Dei Ecclesia, eiusque pastori œcumenico fideliter seruiendo, pieque in aduersis opitulando gloria nunc in cœlo potiuntur, pro qua caduca mundi bona contempserunt.*

3. *Rectus in cœlum breuisque callis vita iustorum, quò neglectis temporalibus, perituris que bonis Reges Christianissimi in hac vita bene viuenda collimarunt, in Dei misericordia sperantes.*

TOT tantisque virtutibus in charitate Christi Domini radicatis, penitusque fundatis pro sua regnique salute maturè, sapientarque consideratis, quas in tam sancto religiosoque subiecto, in tam fetaci tot benedictionibus cœlestibos solo oostri illi Christianissimi Reges meritoriis operibus exercuerunt: quis non magnopere faces illas incendij publici, pestesque reipublicæ Christianæ non minus prosperæ regni Catholici sortis, quàm pacis Ecclesiasticæ vastatores monarchomachos hæreticos, schismaticosque detestatut? Qui cum religiosissimi illi Christianissimi Reges tot semper à primo Gallorum regni nascentis ortu, charitatis, munificentiæ, obedientiæ, honoris, pietatisque singularis officia tam liberaliter, & effusa deuotione in hunc sanctissimum fidelium principum, populorumque parentem, vniuersalis Ecclesiæ caput, pastoremque contulerint; illi nihilominus malè feriati homines, suis fraudibus, falsimoniis, odiis, dissidiorum seminibus, calomniosis sermonibus, proditorúsque persuasionibus principom illorum, Catholica fide præstantium auersionem bonæ voluntatis ab honore, amoreque Romani Pootificis moliri non cessant. Vt illom spiritualem animarum suarum patrem, Christi Domini vicarium spiritualis regni sub rege regum, dominantium-

A que Domino monarcham ipsi piissimi, Christianissimique Reges suarum virium robore destruant: ac ipsius majestatem spiritualem, dignitatemque monarchicam de cœlo missam, ad extremum vsque exitium, interitumque persequantur. O furor! O insania! O insatiabilis opprimendæ religionis, Ecclesiæque Catholicæ libido! O execrabilis diabolicæ furiæ rabies! Quid mali non efficis? Vbi semel obstinata, & indurata hæreticorum, schismaticorum, aliorumque perditorum hominum ingenia occupasti? super quorum tandem [a] *impietatem, & iniustitiam reuelabitur ira Dei de cœlo, quod veritatem Dei in iniustitia detineant.* Dum cótra manifesta Dei loquentis in scripturis suis oracula, contra sacrosancta œcumenicorum conciliorum de- a Rom. c. 1.

B creta, contra sanctorum Patrum testimonia, contra communem principum Catholicorum, populorumque fidelium sensum, sinceramque professionem fidei: isti nihilominus quasi cæci quibusdam vitiorum nubibus, densaque pertinacium errorum caligine velati, acie mentis obducta, hanc Catholicã de Romano Pontifice professionem perniciosissimè repudiant. Ipsam supremæ maiestatis, authoritatisque pontificiæ veritatem intra se veluti suæ malitiæ, iniquitatisque tyrannide captiuam, perfidiæque laqueis irretitam nefariè detinent. Ne sua se luce foras eliminet: ne se in eorum obstinatorum mentes, & animos insinuet: & ne (quod salus æterna requirit) in pias, iustas, religiosasque actiones erumpat. Contra quos Deus in suæ

Monarchomachi dignitatis osores pontificia, & sancta vtriusque monarchiæ societatis hostes, Dei veritatem in iniustitia detinent & quomodo.

C veritatis oppressæ vindictam iræ suæ flammas, & ignes accendet: vt contra Marcionistas dicebat Tertullianus.[b] *Ergo,* inquit, *& veritas eius erit, cuius & ira, quæ reuelari habet, in vltionem veritatis. Hæc insuper adiciens Apostolus. Scimus enim iudicium Dei esse secundum veritatem, & iram ipsam probanit: ex qua venit iudicium pro veritate. Et veritatem rursus* (scilicet iudicium) *Dei confirmanit, cuius iram probanit, probando iudicium. Porro ira Dei vlciscitur iudicium, & iustitiam receptam primum, deinde explosam.* Rectè propterea dixit sanctus Petrus. [d] *Melius erat illi non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illi traditum est sancto mandato.* Ideo non minus schismatici, aliique mali Christiani, qui se fi-

In Dei veritas, & ira, sed veritas in vltionem illius oppressa ab impiis veritatis.

b Tertull. l. 5. contra Marcionistas c. 13.
c Ibid Tertul.
d S. Petri c. 2. v. 21.

D lios sedis Apostolicæ, Ecclesiæque Romanæ verbo, linguaque profitentur, sed corde, factoque negant; quam hæretici, cæterique manifesti perduellas, & hostes aperto suæ rebellionis, impietatisque furore Ecclesiam Dei Catholicam, eiusque vicarij supremam in ea dignitatem scelestè criminando, pertinaciter oppugnantes, Dei iudicium, iræque flammas effugient. Notum namque illud est Apostoli.[e] *Tribulatio, & angustia in omnem animam operantis malum, Iudæi primum, & Græci.* Nec illi minus, quàm hi Ecclesiæ perniciosè nocent, Deoque abominatione minori displicent: nec minus indignè veritatem Dei in iustitia detinent; qui quod sermone astruunt, opere destruunt. Qui dum voce Catholicos se profitentur, facto Catholicæ veritatis fundamentã labefactant: qui dum pro Catholica religione, Ecclesiaque stare se verbo gloriantur, illius arcem, roburque, caput illius visibile, suæ potestatis summæ vigore frustrãtes, à radica facto ipso fun-

Schismatici, & mali Catholici non minus Ecclesia Dei nocent, quam hæretici.

e Rom. 2.

ditus eruere, demolirique conantur. Contra quos illud Caſſiodori memorabile producere merito licebit.[a] *Omnium malorum probatur extremum, inde detrimenta ſuſcipere vnde credebantur auxilia prouenire. Exaggerat enim culpam in contrarium verſa crudelitas, & maius relatu pondus eſt inopinata deceptio.* Sed erit, erit aliquando illa dies cum domeſtici illi, & inteſtini ſponſæ Domini, eiuſque vicarij hoſtes ad cor, melioremque mentem redire deprecantes ſua ſpe vana, expectationeque decepti, ſuis quos ſperauerant malorum deſideriorum effectibus orbabuntur. *Imo creſcendo cadent, & votis in damna ferentur.*

a Caſſiodori dictum præclarum.

Quam alieni ab iſtis Catholicæ ſocietatis oſoribus, ac ſacrati inter vtramque ſpiritualem, ſecularemque monarchiam fœderis, & vnitatis benedictæ peſtibus, noſtri Chriſtianiſſimi reges extitere! Qui vt toto libri huius decurſu vidimus, non leuiter exultando gloriati ſunt, ſancta, ſalutariaque principatus Eccleſiaſtici in ordine ad æternam gloriam iuſſa ſubire, ſacraque factis Apoſtolicæ ſedis imperia perficere. Cuius ſpes gloriæ iam in illis, vt credimus, cœlorum poſſeſſoribus, in fruitionem diuinitatis, felicitatiſque ſempiternæ conuerſa, omnia regna mundi, eorumque pompas fecit eos præ cœleſti regno deſpicere: nec minus feliciter, quàm fortiter aſpernari. Spes vera, ſanctaque pios bene ſperantes nunquam confundens! quæ vt Caſſianus[b] aiebat. *Mentem noſtram de præſentibus auocans, vniuerſas corporis voluptates cœleſtium præmiorum expectatione contemnit. Cuius virtute electi diuinitus ipſi reges religioſiſſime tantò fidentius,* vt ſancti Gregorij[c] verbis vtar, *tetenderunt ad præmium, quantò in hac vita robuſtiùs ad laboris incrementum pro Chriſto Domino, eiuſque Eccleſia perdurarunt.*[d] *Prouidentes Dominum,* cum regio propheta, *in conſpectu ſuo ſemper,* ne *commouerentur.* Et in medijs humanæ vitæ laboribus in regalis ſolii ſoblimati verticem pro ſua, populique ſalute vigilando, cum altero propheta patientiæ ſpeculo dixerunt.[e] *Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea, repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* Qui[f] *quæ retro ſunt obliuiſcentes cũ Apoſtolo ad ea quæ ſunt priora extendentes ſe ipſos ad deſtinatũ perſequẽtes ad brauiũ ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu occurrerũt.* Et nõ indecoro puluere ſordidi, pro veritate Catholicæ fidei contra prauitatis hæreticæ mendacia, pro defenſione Chriſti Domini ſponſæ, contra Babyloniæ diabolicæ meretricẽ, pro ſedis Apoſtolicę, Eccleſiæq; Romanæ Eccleſiarũ orthodoxarũ matris, & reginę protectione, cõtra cathedrã ſchiſmaticorũ hæreticorumque peſtilentiæ, ſynagogamq; Satanæ dimicando, laboribus exanthlatis anhelando ad æterna tabernacula glorioſè peruenerũt. Hoc modo ipſorum principum Chriſtianiſſimorum vita ſic generoſè pro Chriſto Ieſu, eiuſque ſponſa ſanctiſſima fidelium matre, in ſanctis operibus, valdeque meritoriis occupata fuit.[g] *Quaſi lux ſplendens, quę proceſſit, & creuit vſque ad perfectam diem* felicitatis æternæ. Fuit ſemita recta, quæ eos itinere breui perduxit in cœlum, reliquorum inſtar iuſtorum, iuxta illud Eſaiæ.[h] *Rectus callis iuſti ad ambulandum:* quo breuior, & tutior in cœlum migrandi via dari non poteſt, ſicut lineam rectam mathematici deſcribunt, qua breuior dari non poteſt. Hæc virtutis Chriſtianę via eſt: hoc illius opus, quæ multo verius, & tutius, quàm paganorum philoſophia.[i]

2. Pars. Quã merito-rie Chriſtia-niſſimi reges Eccleſia Dei, eiuſque paſtori fideliter ſeruiendo, pieque opitulando gloriam æternã in cœlo cõſequũtur, cuius ſpes in terra ſemper eos omnia mũdi bona præ illa gloria feliciter aſpernari [docuit].

b Caſſian. coll. 11. c. 6.

c S. Greg. l. 8. Moral.

d Pſal. 15. v. 8.

e Iob c. 14.

f Philip. c. 3. v. 13.

g Prou. c. 14.

h Eſaiæ 26.

3 Pars. Rectus & breuis in cœlum callis via iuſtorum, quã ia[m] ...

A

> *Recludens immeritis mori,*
> *Cœlum negata tentat iter via,*
> *Cœtuſque vulgares, & vdam*
> *Spernit humum fugiente penna.*

Hac præditi bonorum operum virtute[k] *bene ſperabant in Deo facientes bonitatem;* vnde iam[l] *ſpe in terra beati credebantur* expectantes piè viuendo, & religioſe regnando beatam illam Chriſti Domini ſanguine partam conſequentis æui gloriam, qua nunc in cœlo iucundiſſimè cum illo potiuntur. Qui dum viuerent[m] *decurſus præſentis temporis penſantes, dies cum operibus numerantes, ne à labore vacua tranſirent vitæ momenta formidabant:* aduerſis interea quæ magno animo pro Chriſto, eiuſque Catholica religione tolerabant,

B

valde gaudebant, paſſione reficiebantur, mœrore refouebantur. Quia ſubſequentis vitæ præmiis tantò ſe remuneratum iri largius conſpiciebant, quantò pro amore illius quotidianis ſe mortibus verius impediebant dicentes Chriſto Domino Deo ſuo cum propheta regio:[n] *Propter te mortificamur tota die.* Et quod Apoſtolus Corinthiis ſic illi populis Chriſtianis ſuæ dominationi ſubditis loquentes.[o] *Quotidie morimur propter veſtram gloriam* (quam vobis bene dominãdo procuramus) inſuper eundem Apoſtolum alibi loquentem, vt imitarentur audientes.[p] *Ob quam cauſam* (ſcilicet Chriſti gloriam, æternamque vitam) *hæc patior, ſed non confundor, ſcio enim cui credidi, ac certus ſum qui potens eſt, depoſitum meum ſeruare in illum diem.* Illi igitur Chriſtianiſſimi reges quot labores pro

C

Chriſtianæ religionis, Eccleſiæque Catholicæ protectione, veritati ſempiternæ Chriſto nempe Domino commendantes exhibuerunt, tot iam remunerationis pignora, intra ſpei cubiculum clauſa tenentes, futura præſtolantes cœlorũ gaudia, velut in conſpectu Dei, vera perfuſi conſolatione lætabantur. Qua quidem ſpe vera futurorum bonorum in ſolius Dei bonitate, miſericordia, æternaque munificentia repoſita cuncta mũdi regna, omniaque illius bona caduca rapidia humanæ inconſtantiæ, fallaciſque fortunæ ludibria ventis, indigniſſima meritò iudicabant. Si enim ſapiens prophanus Seneca dixerit.[q] *Quid præcipuum in rebus humanis? Erigere animum ſuper minas, & promiſſa fortunæ nihil dignum putare quod ſperes.* Quanto magis id dicent religioſi princi-

D

pes, & reges Catholica pietate conſpicui, quos in ſchola Chriſti, diuina Spiritus ſancti gratia de cœlo miſſa ſupernaturalibus indutos virtutibus educauit, & inſtruxit. Cuius gratiæ ſic educatione refecti, poſtquam,[r] *guſtauerunt quam ſuauis eſt Dominus diligentibus eum,* circa inania, perituraque mundi ludicra, cum rege ſapiente, *ceſſare voluerunt, renunciauitque cor eorum vltra laborare ſub ſole,* Patriarchæ Iacob aſſimilari appetentium. Qui poſtquam Deum vidiſſet: cum eoque de diuinis eius myſteriis confabulando in raptu ſuo contuliſſet: quod erat veluti myſtica lucta, conflictuſque ſpiritualis: illico *neruo eius emarceſcente vno pede claudicauit,*[s] vt ſcriptura loquitur,[t] *Quia profectò,* inquit ſanctus Gregorius, *ſancti debiles ſe eſſe, & infirmos reputant, qui ſe ad videndum Deum, per ſtudium ſanctæ contemplationis leuant: qui dum ſpem ſuam in carne ponere deſinunt, quaſi vnius cruris vires amittunt, eoque aſſueſcunt cœleſti deſiderio niti, quo ſenſerunt ſe à ſpe rerum temporalium debilitari;*

duuis neglectis reges Chriſtianiſſimi in hac vita bene viuendo collimarunt in Dei miſericordia ſperantes.

i Horat. l. 3. ode 2.

k Pſal. 36 v. 3.

l Rom. 2. v. 24

m. S. Gregor. ex l. 8 Moral.

n Pſ. 43. v. 22.

o 1. Cor. c. 15. v. 31.

p 2 ad Timot. c. 1. v. 12.

q Seneca.

r Pſal. 33. v. 9.

Eccleſ. c. 2. v. 20.

Qui neglectis terrenis ſolum cœleſtibus inhiant claudo Iacob poſt colluctationem cum Deo ſimiles ſunt.

s Geneſ. c. 30.

t S. Greg. in pſal. 129. De profundis.

& omnia quæ ſub cælo ſunt vanitatem æſtimant. A Beatus ergo princeps,[a] *cuius Dominus ſpes eius:* at contra,[b] *maledictus, & miſer, qui confidit in homine, & ponit carnem, brachium, ac fortitudinem ſuam.* Ille verè ſapiens, iuſtus, & felix; hic ſtultus, homo miſeriæ, & peccator, inſanus. Quia[c] *homini bono*, ſed præcipuè regi, *in conſpectu ſuo dedit Deus ſapientiam, & ſcientiam, & lætitiam; peccatori autem dedit afflictionem, & curam ſuperfluam, vt addat, & congreget, & tradat ei qui placuit Deo.* Hæc habui quæ pro totius libri præſentis epilogo, regum Franciæ Chriſtianiſſimorum occaſione dicerem. Qui[d] iactantes cogitatus ſuos in Domino, in illiuſque miſericordia ſperantes, bonitatem faciendo, pro illius Eccleſiæ ſanctæ, atque vicarii ſpiritualis omnium fidelium principis, patriſque defenſione ſudando, pro ſancta pace, & charitate, inter vtramque Chriſti Domini monarchiam firmiter, feliciterque retinenda, laborando, temporalem in terris ſibi proſperitatem, & in cœlis ſempiternam gloriam, pro bonorum operum mercede, præmioque compararunt.

a Pſal. 1. v. 6
b Hieremi. c. 17. v. 5.
c Eccleſiaſt. c. 2, v. 25 in fi.
d Pſal. 54. v. 23



QVARTÆ PARTIS,

LIBER OCTAVVS.

IN QVO, QVOD SVPERIORI LIBRO probatum est de Regibus Franciæ Christianissimis, illud de vniuerso Galliæ clero, quem reliqui huius regni ordines secuti sunt, clarissimè demonstratur.

CAPVT I.

Generali discursu veluti totius libri procemio, quàm fuerit semper venerabilis, vereque Christiana Gallici cleri confessio, atque meritoria de monarchiæ Ecclesiasticæ, pontificiæque maiestaris veritate professio docetur.

1. *Magna Gallici cleri virtus, ac pietas in agnoscendo, profitendo, & honorando supremam Romani Pontificis in Ecclesia Christi potestatem.*
2. *Eiusdem magna deuotio in obediendo huius supremi Ecclesiastici principis imperiys.*
3. *Nullus in tota Christiano orbe Ecclesiasticorum cœtus illo Gallico clero fuit vnquam Romanæ Ecclesiæ, eiusque pastori œcumenico, & ad seruiendum vtilior, & ad auxilia religiosè præstanda promptior, atque paratior.*
4. *Ad cuius æmulandas virtutes, & amplectendas, omnes qui nunc viuunt in Gallia persona Ecclesiastica cohortantur.*



VOD toto superioris libri decurso de Christianissimis Francorum Regibus ordine temporum, seculorumque seruato verissimè, sicut clarissimè, in quantum styli nostri tenuitas, ingeniique ferre potuit infirmitas, ostendimus: Illud ipsum de nobilioribus, præstantioribusque hu-

Tom. II.

A ius serenissimi, Christianissimique regni membris, præcipuè verò statu Ecclesiastico huius libri præsentia tota serie, discursuque, prout doctrinæ, methodique ratio postulat, probare nobis incumbit. Fuit namque semper à prima Ecclesiæ in Gallia nascentis origine clericorum, Ecclesiasticorumque Galliæ deuotionis ille, pietatisque feruor, in matrem Ecclesiarum Catholicarum Romanam Ecclesiam, eiusque præsulem monarchicum: vt à quo fidei suæ, religionisque Christianæ primordia manasse crediderunt, in eo summi principatus authoritatis, supremæque iurisdictionis in se ipsos, omnesque fideles populos fontem residere profiterentur, & agnoscerent. Cum tanta huic principi spirituali, Ecclesiæque Romanæ, cæterarum reginæ fideliter obediendi, seruiendique deuotione, vt pro illo patre,
B matreque sanctissima cuncta non modo peritura bona perdere, verum etiam vitam multo cum sanguine profundere lætarentur. Quorum præcipuè patres, atque pastores Episcopi, cum nondum essent in Gallia reges, nec horrida imperij Romani laceratio in oras occidentales irrupisset, scribentes S. Leoni Pontifici, Deo singularibus verbis, votisque gratias egerunt, quod tantæ fidei, sanctitatisque antistitem illum, videlicet S. Leonem Magnum, Apostolicæ sedi concessisset.[a] *Vnde*, aiebant, *religionis nostræ propitio Christo fons, & origo manauit.* Quam fidei, Catholicæque veritatis agnitionem, necnon pietatis puritatem in Galliæ clero recognoscens, eamque mirificè laudans S. Gregorius, ita Virgilio Arelatensis Ecclesiæ præsuli scribebat.[b] *Quia cunctis liquet vnde in Galliarum regiones fides sancta prodierit, cum priscam consuetudinem sedis Apostolicæ fraternitas vestra repetit, quid aliud quàm bona soboles ad sinum matris Ecclesiæ recurrit?* Isti sunt sancti, vetustique Gallorum fidelium patres, & pastores, qui de sanctitate, supremaque sedis Apostolicæ dignitate factis, professioneque dixerũt quod postea his D. Bernardus ad Eugeniũ Papã verbis expressit.[c] *Locus in quo stas terra sancta est, locus Petri*

Sincera fides, & pietas magna veterum Gallo Ecclesiasticorum in agnoscẽdo supremam, monarchicamque Rom. Pontificis authoritatem, prop eius defensione mortem constanter oppetendo.

[a] Epist. Episc. Galliæ ad S. Leon quæ extat inter epist. S. Leon 52.

[b] S. Greg. l. 4. indict. 13 epist. 50.

[c] S. Ber. epist. 237. ad Eugenium Papam

Sedes Apostolica sancta, & ab erroribus immunis, totius Ecclesiæ, ut earũ princeps iurisdictione dominans in dioecesi cleri Gallici.

a S. Bern. l. 2. ad Eugen de consideratione.

est, locus principis Apostolorũ, vbi steterũt pedes eius: A *locus illius est, quem constituit Dominus Dominum domus suæ, & principem omnis possessionis eius.* Et libro 2. de consideratione, de sancto Petro loquens hæc ait. [a] *Instar Domini gradiens super mare, vnicum se vicarium Domini designauit, qui non vni populo, sed cunctis præesse deberet, siquidem aquæ multæ, populi multi.* Quam iurisdictionis supremæ in omnes fideles amplitudinem, dominandique cũctis ouilis Christi gregibus authoritatem, qui non corde credit interius, & ore confitetur exterius, hunc à peccatorum vinculis exolui posse, ianuæ cœlestis aliquando beatitudinis intromitti Rabanus Maurus talia fando plane negauit. [b] *Sed ideo Petrus specialiter claues regni cœlorum, & principatum iudicariæ potestatis accepit, vt omnes per orbem credentes intelligant, quod quicumque ab vni-* B *tate fidei, vel societate illius quolibet modo se ipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum absolui, nec ianuam posse ingredi regni cœlestis.* Qui alibi maiestatem Romani Pontificis magnificis laudum titulis, variisque honorum gradibus, tanto spirituali principi debitis efferens, ita Rom. Pontificem Gregorium quartum, carmine de laude sanctæ crucis affatur.

b Rabanus Maurus in c. 17 S. Matth. Alcuini discipulus factus postea Archiepisc Colon. an 840 circiter.

Sine fide, & professione supremæ in Ecclesia potestatis pontificiæ nemo saluatur.

c Rabanus Maurus de laude S. crucis an. D 840.

Præclara titulorum sublimis honoris Rom. pontifici debitorũ professio, atque cõfessio Rabani.

[c] *Sedis Apostolicæ princeps, lux aurea Roma,*
Et decus, & doctor plebis, & almus amor.
Tu caput Ecclesiæ es, primus patriarcha per orbem,
Præclarus meritis, & pietate potens.
Sal terræ, mundi lux, atque vrbs inclyta Christi,
Perpetua præbens lucis iter populo.
Vestra valet cœlum reserare, ac claudere lingua,
In terra positus claniger æthereus. C
Tu renouator ades patriæ, spes, rector, honorque,
Dulcis amor cunctis, dignus amore Dei.

Cuius supremæ potestatis, diuinæque dignitatis sancto Petro, eiusque successoribus diuinitus oblatæ, atque traditæ gladium salutarem, aduersus hæreticorum, schismaticorum proteruiam, insaniamque superbam, pro salute Catholicorũ, Ecclesiæ tranquillitate distringi, summis his humiliter precibus votisque Carnotensis Episcopus à Paschali pontifice contendebat. Huius epistolæ inscriptio valde ad eius rei, quam intendimus, confirmationem notanda est: [d] *Domino, & patri suo Paschali summo pontifici Iuo humilis Ecclesiæ Carnotensis minister, quidquid obedientia, quidquid famulatus ferre potest eius humilitas.* Post quã D inscriptionem, sic aduersus refugã Ecclesiasticæ militiæ desertorẽ, quẽ propter criminũ excessus excommunicauerat, ucditur. *Nouerit paternitas vestra Guidonem Puteacensem, refugam, & clericalis militiæ desertorem, propter sacrilegia sua, propter* * *lamentationem, & oppressionem pupillorum, & viduarum, propter indebitas angarias, propter intolerabiles exactiones, quas exercet in possessionibus Ecclesiæ Carnotensis, nos tanquam putridum membrum à corpore Ecclesiæ præcidisse, & Satanæ, cui pene per omnia famulatur, cum suis sequacibus, eradidisse.* Post quæ nuntiata, sic rogat summum pontificem. *Vnde flexis genibus paternitati vestræ supplico, vt sententiam anathematis iustè in eum factam, authoritate Apostolica confirmetis, & Archiepiscopo Senonensi, Episcopo Aurelianensi, Episcopo etiam Parisiensi, vt idem anathema faciant, vestra authoritate Apostolica iniungatis.* Ad eandem gladij spiritualis euaginationem, potestatisque pontificiæ vires contra perditos fidei, Ecclesiæque Romanæ hostes exercendas Innocentium Papam Diuus Ber- A nardus precando ita religiosè prouocabat. [e] *Tempus est vt vestrum cognoscatis, pater amantissime, principatum, probetis zelum, ministerium honoretis. In eo planè Petri impletis vicem cuius tenetis & sedem: si vestra authoritate conteratis fidei corruptores. Habemus in Francia nouum de veteri magisterio Theologum, qui ab ineunte ætate in dialectica lusit, nunc verò in Scripturis sacris insanit.* Et contra schismaticos pontificiæ maiestatis iniurios, atque contemptores, alibi sanctissimum patrem vt accingatur gladio vindicatiuæ iustitiæ, super femur potentiæ supremæ potentissimè, his sermonibus impellit. [g] *Suscitauit Deus furorem schismaticorum in tuo tempore, vt tuo opere contererentur. Capite, pater sanctissime vulpeculas, quamquam non tam paruulæ, aut pauculæ, sed grandiusculæ, & multæ sunt, nec nisi in manu forti, vel à vobis exterminabuntur.*

d Iuo Carnot. ep 140. ad Paschal. Rom Pont.

* *Alias propter lamentabilem oppressionem.*

e S Bern epi. 190 ad Innocent 2.

g S. Bernard.

Illam autem sublimitatem, eminentiamque prælationis supremæ in Romano Pontifice venerantes, & adorantes Gallicanæ Ecclesiæ prælati, populorumque Galliæ pastores, summa semper in obediendo, parendoque tantæ maiestati pietate claruerunt, vt Aimoinus, rerum descriptor Gallicarum authnr est. [h] Apud quẽ omnes Galliarum præsules, & Episcopi, se Romani Pontificis filios obsequentissimos, discipulosque profiteri gloriabantur. Pro cuius honoris summi, supremæque dignitatis defensione semper contra omnes illius osores, rebellesque non modo fortiter, sed etiam gloriosè, feliciterque pugnauerunt. Sicut suo tempore fecerunt sanctus [i] Hi- C larius, Saluianus, Hucherius Lugdunensis, Vincentius Lyrinensis, & alij illius seculi, atque recentioris, vt Hincmarus Rhemensis, Odo Belloucensis Episcopi, aliique permolti: [k] qui lectis literis Nicolai primi, de superbia intolerabili, mendaciis, erroribusque variis Græcorum, schismaticorũ iusta indignatione conquerentis, illico se ad eorum schismatum, mendaciorum, errorumque pestiferorum refutationem accinxerunt, seque fortibus contra eos rationibus armarunt. Inter alia Græcorum præsumptionis superbissimæ portenta, errorumque nefandorum delitia maximè detestati, & vt monstrum horrendum execrati sunt, illud immanissimum, atque superbissimum ausum: quo patriarcha D Constantinopolitanus libellum fidei impudentissimè à legatis Apostolicis, Constantinopolim venientibus, exigere voluerit, vt Papa Romanus de plenitudine potestatis facere solet: atque ad Christifideles decretales epistolas scribere. Ac si de plenitudine potestatis, cum successore S. Petri, Christique Domini vicario ambitiosissimè cõtenderet, supremaque qua Pontifex Romanus in Ecclesia, dignitate, primatuque frueretur.

2 Pars. *De magna Gallici cleri pietate, & humilitate obsequentis in obediendo Pontifici Rom.*

h Aimoin l. 4 c. 17.

i Hilarius. Saluianus. Eucherius. Vincentius. Lyrinens.

k Flodoard. in hist. Rhemens. l. 4 c. 17

Superbissima patriarchæ Constantinop. præsumptio, decretales literas instar Rom. pontificis scribentis.

Hanc verò iustam meritoriamque improbitatis schismaticæ, hæreticæque abominationis, contra pontificię maiestatis authoritatem, sanctitatemque superbè, & impudenter assurgentis execrationem, in animis Ecclesiasticorum Galliæ, piis obediendi, dociliterque parendi patris sanctissimi Romanæque matris Ecclesiæ iussis, ardor inseuit. Qui ideo semper pro legitimo pontifice Christi D. vicario, contra perditos schismaticos, horrenda pseudopontificũ in Apostolicã sedem monstra nefando intrudere sacrilegio conatos viriliter, generoseque steterunt. Vnde illa præclara Arnulphi Lexouiensis Episcopi ab

Gallicano Ecclesiæ laus fidelis semper pro legitimo pontifice contra omnes schismaticos, eorumque persecutores Apostolicæ.

A Alexandro 3. in Galliarum, Angliæque partibus à latere facti legati Episcopos Galliç, sicut Angliç, vt fideliter pro Alexandro 3. contra perditi pseudo-Pōtificis Octauiani demenoā Catholica contentione dimicarent exhortantis epistola: in qua hæc inter alia in honorem Gallici cleri obseruatione dignissima scribūtur.[a] *Benedictus autē pater misericordiarū, & Deus totius cōsolationis, qui Ecclesia Gallicana solitam misericordiam benignus impendit, vt eam semper & agnitione veritatis illustret, & pedes eius à iustitiæ tramite nullatenus aberrare permittat. Sicut enim omnes quos ad oppressionem Romana Ecclesia rabida Teutonici furoris prouexit inuidia, virtus altissimi manifesta deiecit. Sic omnibus, quos deuotio Gallicana suscepit, victoriam semper contulit, & triumphum. Cúmque malis constet cateras regiones abundasse portentis,*[b] *sola Gallia nostra nō habuit, sed sinceritate fidei, doctrina veritate, virtutum quoque titulis, & plurima operū exhibitione præfulsit*, &c.

Arnulphi Lexouiens. episc. ad Galliæ Episcopos epistola.

b Similia sūt hæc iis, quæ ex S. Hieronymo, & Agathia supra vidimus.

B Inde manifestè constat nullam Catholicarum Ecclesiarum quæ sub cœlo Christiani terminis orbis inclusæ claruerunt, vtiliorem Apostolicæ sedi, & ad auxilium Rom. Pontifici præstandum promptiorem Gallicā extitisse. Cuius rei testes sunt literæ Vuillelmi electi Carnotensis Episcopi ad Alexandrum 3. pro defensione S. Thomæ Cantuariensis Episcopi, contra Angliç Regis oppressiones, in quibus hæc ait.[c] *Non est Ecclesia quæ Ecclesiæ Romana fuerit vtilior, in omnibus angustiis suis, quàm Gallicana.* Quæ cum sanctissimis sapientia, religione Catholica, eruditaque pietate præstantissimis viris, officij Pastoralis honore dignissimis abundauerit: quid mirum, si ab ea filia diuinitus obsequente, mater carissima, Romana sedes tot protectionis auxilia, defensionisque subsidia semper in opportuno tēpore receperit? Ex quibus veterum Gallorum clericali dignitate à populo segregatorum, parta iam in cœlo splendido ad perpetuas æternitates trophæa refulgent.

3. Pars. Nulla Ecclesia sedi Apostolica vtilior vnquam ad auxiliandum quàm Gallicana.

c Ep. 57. Vuillelmi Carnot. ad Alexandrum 3. an. 1165.

C 4. Quæ viuentibus hodie Gallici regni Sacerdotibus, Pastoribus, Episcopis, cæterisqoe de foro cleri stimulos generosæ, sanctæque cupiditatis admouent, vt nunquam quiescant: quousque eorum virtutes operibus amplexati, similia fortitudinis Christianæ, Catholicæque charitatis auxilia sanctissimæ matri Ecclesiæ Romanæ in dubiis vitæ suorum, salutisque periculis laboranti præstando, se maiorum immortali laude, prædicationeque dignos exhibuerint. Quos vt tandem illud effectibus feliciter exequantur, his sapientis regij verbis compellabo.[d] *Laudemus viros gloriosos parentes nostros in generatione sua.* Qui vt eiusdem sapientis verbis vtar.[e] *Dominantes in potestatibus homines, magna virtute, & prudentia præditi.*[f] *Homines diuites in virtutibus, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis;*[g] *viri misericordia, quorum pietates non defuerunt* Domino Deo, Christoque omnium gratiarum largitori fidelissimè seruiuerunt, & nunc in cœlo beatissima illius gloria potiuntur. Horum vitam tot virtutum luminibus coruscantem pia imitatione sectentur; in pręclara illorum pro Ecclesiæ religionisque Christianæ defensione facta, & opera, sua collineant; sicque se spiritualibus illis dignos parentibus efficiant; vt de se ipsis merito sapientis illud audire mereantur.[h] *In testamento stetit semen eorum, & filij eorum propter illos vsque in æternum manent, semen eorū, & gloria illorum non derelinquetur.* Sed hæc instar preludij pro tractandarum

4. Pars. Exhortatio ad viuentes Galliæ Ecclesiasticos, vt maiorum suorum virtutes imitentur.

d Eccles. c. 44. v. 1.

e Ibid. v. 3.

f Ibid. v. 6.

g Ibid. v. 10.

h Eccles. c. 44. v. 12. 13.

A introitu materiarum dicta sint: nunc ad instituti, propositique nostri confirmationem, facta dicendorum per ordinem, rectamque seriem distributione procedamus.

CAP. II.

Pietas, religio, Catholicaque charitas, in honorando, diligendo, obsequiisque deuotis colendo Romanum Pōtificem, cleri Gallicani collectiuè in conciliis tam Prouincialibus, quàm nationalibus, imo etiam generalibus, quò Prælati, Pastoresque Gallicanæ Ecclesiæ conuenerunt, copiosè, perspicueque demonstrantur.

B

1. *Pietas, obedientia, & charitas non ficta cleri Gallicani antè tempora Francorum monarchia erga Romanum Pontificem, eius decreta de S. Petri cathedra prolata tanquam fidei symbolum ad confirmandos fideles, & infideles conuertendos magni facientis.*
2. *Parati sunt Episcopi Galliæ suam cum sanguine profundere vitam pro veritate fidei, quam ab Apostolica sede se didicisse profitentur; inde magna eis laus à S. Leone 1. data.*
3. C *Præclara, Catholicaque Ecclesiasticorum Galliæ confessio de supremo in Ecclesiam Dei, Pontificis Romani principatu, atque summus ab illis ipsi Pontifici honor exhibitus in conciliis in Gallia factus. Nempè,*

1. *Aurelianensi 4. anno D. 556.*
2. *Turonensi 2. an. 570.*
3. *Trecensi an. 878.*
4. *Lemouicensi an. 1032.*
5. *Rhemensi an. 1131.*
6. *Carnotensi an. 1146.*
7. *Turonensi 4. an. 1163.*
8. *Lugdunensi 2. œcumenico sub Gregorio 10. an. 1274.* D



QVOD capite superiori generaliter de his Gallici cleri virtutibus breuiter ostendimus, illud nunc per partes, membraque huius illustrissimi, Christianissimique Ecclesiasticorum Franciæ cœtus copiosiùs, potentiùsque comprobare instituti nostri ratio requirit. Atque in primis disquirere, sciscitarique mens nobis, & animus est, qualiter his in sedem Apostolicam, Romanumque Pontificem prælati, pastoresque Ecclesiarom per Gallias sparsarum in conciliis congregati, fuerint affecti virtutibus: priusquam Reges Christianissimi Galliarum Prouinciis, diuiso nondum, laceratoque Romanorum impe-

A

rio dominarentur, celeberrima erat toto terrarum orbi, conspicua Ecclesiæ Gallicanæ Episcoporum, Prælatorum, aliorumque Pastorum in principem vniuersalis Ecclesiæ fides, obedientia, pietas, & amor, frequenter literas Pontificias voluntatis sanctissimi patris internuntias, Apostolicaque mandata postulantium. Quibus hæretici, schismatici, cæterique Christianæ religionis hostes potenti exterminio à facie terræ delerentur; ludibriisque Satanæ, vt salua fieri posset anima eorum, per sacra anathematis fulmina subiugarentur. Sic omnes Galliç Episcopi S. Leonem primũ cum omni reuerentia exultantibus præ gaudio, eorum animis à recenti eius sanctissimi patris in Pôtificale solium creatione profectis, circa principium per literas alloquebantur. [a] *Exultauimus itaque Christo propitio, lectis beatitudinis vestræ literis, & omni instructione patefacta omnes intra Gallias constitutos exultare mox fecimus, dolentes pariter pro his vobiscum, qui Catholica fidei lumine derelicto in*

B

errorum tenebras inciderunt. Postea verò docere volentes, ab illis fidelibus doctrinæ, & præceptionis orthodoxæ, tanti Pontificis obseruatoribus omnes hæreticos, aliosque erroneorum dogmatum sectatores facilè posse confundi, subiũgũt. [b] *Qua Apostolatus vestri scripta, tanti symbolum fidei, quisquis redemptionis sacramenta non negligit, tabulis cordis adscripsit, & tenaci quoad confundendos hæreticorum errores paratior sit, memoriæ commendauit. Multi itaque in ea gaudentes pariter, & exultãtes, recognouerũt fidei suæ sensum, & ita se semper ex traditione paterna tenuisse, vt vester Apostolatus exposuit, iure latantur.* Et paulò pòst maximam Pontificiæ doctrinæ, documentique virtutem, ad confirmandos, magisque corroborandos fideles in Christi D. fide, infidelesque sana instructione cõuertendos ostendentes, hac continentis orationis

C

serie persequũtur. [c] *Doctrina post Deum vestra debet fidelis, vt constanter teneat, quod credebat, debet etiam infidelis, vt à perfidia sua, agnita veritate discedat: vt Apostolicæ institutionis luce perfusus, errores sui tenebras derelinquat, magisq; sequatur, & credat, quod per os vestrum Dominus noster Iesus Christus de sacramento incarnationis suæ docet, quàm id teneat, quod Diabolus humanæ salutis, & veritatis inimicus sibilat.* Post multa alia partim summã Rom. Pontificis in Ecclesia Christi potestatem, & infallibilem veritatis fidei doctrinam exprimentia, partim gratiarum actiones, Deo singulariter oblatas, ob tanti Pontificis, in thronum sedis Apostolicæ prouectionem, & exultationes animi cõplectentia pro conclusione in epistolæ fine ardẽtem deuotionis, charitatisque zelum, sanguinem suum vnà cum vita, pro veritatis Catholicæ, quã à sedis Apostolicæ Christi D. propitiante gratia,

D

didicerunt defensione profundendi nouissimis illis verbis aperiunt. [d] *Nos autem et si impares meritis, pares tamen fide, si quid (quod absit) contra Ecclesiam Catholicam profana infestatione tentetur, parato sinus confortante Domino cum beatitudine vestra, pro veritate fidei animas nostras ponere, & vitam hanc authori salutis nostræ, & largitori æternitatis impendere.* Hunc tantæ charitatis, pietatisque zelũ Galliæ Prælatorum, necnon egregiæ virtutis, atque meriti, deuotionis obsequia pater ipse sanctissimus agnoscens, amore suspiciens, dignisque celebrans encomiis, illis spiritualibus Gallorum patribus, plurimis exultando gaudiis, magna cum paternæ dilectionis effusione gratulatur, cum sic

a Ep. Galliæ Episcoporũ ad S. Leonẽ 1. quæ inter epistolas S. Leonis extat antè ep. 52.

b Ibid. n. 5. *Obseruator doctrina, & mandati Pontificij, hæreticorum, aliorumque impia doctrina sectatorum facilis domitor.*

c Ibid. *Doctrina Apostolica Pontificis Rom. fideles in fide corroborat, & infideles si ad eam velint attendere, conuertit.*

2. Pars. *Paratò sunt Episcopi Galliæ suam cum sanguine profundere vitã pro veritate fidei, quam ab Apostolica sede se didicisse profitentur.*

d In fine ep. n. 11.

A

ad eorum literas respondet. [e] *Cùm obstacula multa inopinatam nobis intulerint tarditatem* (scilicet recipiendi literas vestras) *quantumlibet seras, & diu expectatas epistolas* (scilicet antè introitum concilij Chalcedonensis) *per fratrem, & coepiscopum nostrum Ingenuum gratanter accepimus, easque cũ gaudio recensentes probauimus, sicut confidebamus, eruditione Spiritus sancti cælestem in vobis vigere doctrinam; quam in Orientalibus Ecclesiis versutia vetus hostis antiqui per eos, quos sequaces suos reperit, falsitasque fatigare conata est, cùm Catholica fides, quæ nulla sui est parte mutabilis, per ipsas aduersantiũ exercitationes, & validior efficiatur semper & clarior, operante hac gratia Dei, vt si qui fortè ad hæc subtilia inimici iacula declinanda minus erant instructi, minusque solerti, percepto veritatis armis, fierent contra impiorũ mendacia fortiores.* Post hæc continenti oratione. *Quod ergo sicut causa poscebat, fiduciam nostrã, quam de vobis habemus in Domino fideliter, atque obedien-*

B

ter auxistis, multa exultatione gaudemus, &c. Anno 550. Aureliæ quartam Episcopi, prælatique Galliç in vnum coacti, synodum celebrantes, motam de celebritate Paschali quæstionẽ dissoluere cupientes, resolutionem illius à Rom. Pontificis, sedisque Apostolicæ decreto capere voluerunt; dicentes. [f] *Quoties aliquid de solemnitate paschatis dubitatur, inquisita, vel agnita per metropolitanos à sede Apostolica sacra constitutio teneatur.* Quantum verò pondus obedientiæ, authoritatis, honorisque supremi summorum Pontificum decretis, atque sedis Apostolicç statutis sacer Galliç clericorum cœtus à prima Ecclesiæ Christianæ in Gallicis oris, prouinciisque statione detulerit, secunda Turonẽsis synodus his verbis, post recitatum Innocentij primi Pontificis decretum, clarissimè demonstrauit. [g] *Quis sacerdotum contra decreta talia,*

C

quæ à sede Apostolica processerunt, agere præsumat? Et quorum authorum valere possit prædicatio, nisi quos sedes Apostolica semper intromisit? Et patres nostri hoc semper custodierunt, quod eorum sedis et decretorũ sedis Apostolicæ præcepit authoritas. Atque quantis gloriæ, honorisque titulis, quantis bonæ voluntatis obsequiis, obedientiæque filialis oblationibus Episcopi Galliarum, vnà cum Belgicis in concilio Trecensi præsentem Pontificem Ioannem 8. anno 878. coluerint audiamus. Cum enim Ioannes Papa in concilio Trecẽsi, quod ex Episcopis Gallicis, atque Belgicis coegerat declarauisset: *qualiter*, vt ait Aimoinus, [h] *Lambertum, & Adalbertum Formosum quoque, & Gregorium Nomenclatorem.* Et complices eorũ (scilicet Romanæ Ecclesiæ persecutores, sedis Apostolicç perduelles, qui in Romanum Pontificem armati rebellauerant) Romç excommunicauerit, eamque excommunicationẽ

D

in synodo relegi fecisset, super qua quid sentirent Episcopi Galliæ Belgiçq; quæsisset, illi in crastinũ quod sequitur diploma Papæ porrexerũt. [i] *Domine sanctissime, ac reuerendissime pater patrũ Ioannes Catholicæ, & Apostolicæ* (sanctç videlicet Romanç primæ sedis) *Papa, nos filij, famuli, & discipuli vestra authoritatis, Galliarum, & Belgicarum Episcopi, hos, qui super vulnera dolorum vestrorum maligni homines, ac ministri Diaboli addentes sanctam matrẽ nostram, & magistram omnium Ecclesiarum commiserunt, compatimur, & dolori vestro consentientes condolemus; atque iudicium vestra authoritatis (quod priuilegio Beati Petri, & sedis Apostolicæ in eos, & cõplices eorum, iuxta sacros canones spiritu Dei cõditos, & totius mundi reuerentia consecratos, ac secundũ eiusdẽ*

e Ep. [illegible] Leo[illegible] [illegible] liæ.

Eorum Episcoporum obedientiam sibi sed quæ Apostolica laudat, & propterea latatur.

3. Pars. *In esse distributa synodos habitas in Gallia*

f Concil. Aurelianense 4. an. 550.

g n. Concil. 2. Turonense an D. 570. c. 21.

3. Concil. Trecẽse. an. D. 878. *Præclara confessio de summa Romani Pôtificis potestate, atque dignitate Episcoporum Galliarũ, & eorũdem sua obedientia, sinceraque voluntatis consecratio Rom. Pontifici in concilio Trecensi.*

h Aimoinus l. 5. c. 37.

Diploma Episcoporum Galliæ excommunicationem contra rebelles, & persecutores sedis Apostolicæ comprobans.

i Episcopi Galliæ, ac Belgiæ se filios, seruos ac discipulos Papæ profitentur.

*sanctæ Romanæ sedis, Pontificũ vestrorũ prædecessorũ decreta protulistis) voto, voce, & vnanimitate vestra, atque authoritate sancti Spiritus, cuius gratia in Episcopali ordine sumus cõgregati, gladio Spiritus sancti, quod est verbum Dei, vos intersinẽtes, persequamur, sc. quos, sicut prędiximus, excõmunicaueastis, excõmunicatos tenemus; quos ab Ecclesia abiecistis, abiicimus; quos anathematizastis, anathematizatos esse iudicam*⁹*; & quos regulariter satisfacientes vestra authoritas, & Apostolica sedes receperit, recipimus.* Insuper opẽ, & auxiliũ in Apostolica radicatũ authoritate, ad opprimẽdos, conterendosq; Ecclesiarũ Galliæ perturbatores, & oppressores, ita eundem Pontificẽ illi in hac Trecensi synodo precantur. [a] *Sed vt in sacra historia de plaga* [b] *Ægyptiaca dignè à Deo illata legimus, quod non erat domus, in qua non iaceret mortuus, & non erat, qui alium consolaretur, quoniam in domo sua vnusquisque quod lugeret habebat. Nos in nostris quoque Ecclesiis lugenda lugemus, & ideo vestra authoritate nobis subuenir, cum omni mentis humilitate deposcimus: petentes vt promulgetis capitulũ vestræ authoritatis, qualiter nos ergo Ecclesiarum nostrarum peruasores agere debeamus, vt censura Apostolicæ sedis muniti robustiores, ac promptiores Domino opem ferente contra peruersos Ecclesiasticarũ rerũ, & facultatũ raptores, ac vastatores, sacriq; ministerij Episcopalis contemptores, nos, fucetissoresque nostre persistere concordi sententia valeamus. Vt iuxta egregij prædicatoris vocem, & vestræ authoritatis promulgationem traditi Satanæ spiritu salui fiant in die Domini Iesu Christi.* Hæc Aimonius ex actis Synodi Trecensis. Ecclesiarum Franciæ præfecti, prælatiqoe Galliæ, cùm in concilio [c] Lemouicẽsi ancipiti inter se contentione distracti, de honoris titulo S. Martialis Christi D. discipuli dimicarent, an videlicet Apostoli nomine, an verò solùm cõfessoris appellatione decorandus veniret: omnes Pontifici Romani Ioanni 20. Sanctum illum honoris Apostolici vocabulo dignanti, [d] iubentique hoc nomine decorari ab omnibus assensere, motosque suæ contentionis, controuersiæque fluctus in illius decreto composuere. Si pręter hæc su pradicta vlterius sciscitari voluerimus, quæ fuerit mens sincera, Catholicusque patrum nostrorũ in conciliis Franciæ congregatorũ sensus, de suprema Rom. Pontificis authoritate, de honore, ac summa reuerentia supremæ huic authoritati, maiestatique Pontificiæ præstanda, quã semper illi exhibuerunt. Examinanda diligenter, esset & attentè consideranda pręclara hęc, & elegans oratio, quã in concilio Rhemensi anno 1131. vnus prælatorum in eo sacro cœtu præsente, iubenteque Pontifice Innocentio 2. omnibus silentibus, & cum mentis affectu audientibus habuit; quam sic illi prælato placuit exordiri. [4] *Graue est quod mihi iniũgitur, videlicet vt doceã doctores, rostrum patres, præsertim cùm scriptum sit:* [e] *interroga patres tuos, & annunciabunt tibi. Sed præcipit mihi Moyses iste,* [f] *cuius manus graues sunt. Cui obediendũ est, non solum à me, sed etiam ab omnibus, & plusquam Moyses hic: Moysi commissa fuit vna plebs Israelitica, isti autem vniuersa Ecclesia: Et plusquam Angelus hic: Cui enim Angelorum dixit aliquãdo Deus.* [g] *Quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis? Secundùm officium dico, non secundùm meritum. Præter Deum, non est similis illi, nec in cælo, nec in terro. Hic est Petrus qui misit se in mare, cũ alij discipuli nauigarent ad Iesum. Vnusquisque vestrum contentus est nauicula sua, hoc est Archiepiscopatu suo, Abbatia*

a Ibid. Contra Gallicarum Ecclesiarum vastatores, & oppressores Episcopi Galliæ auxilium à Rom. Pontifice postulant.
b Exod. c. 12.
4. Concil. Lemouicensis an. 1032.
c Ex actis cõcilij.
d In ep. Ioannis 20. ad Patres concilij Lemouicensis.
5. Concilium Rhemense anno 1131.
Hæc oratio extat inter sermones S. Bernardi.
e Exod. 17.
f Deut. 30.
Magna Rom. Pontificis elogia.
g Matth. 16.

A *sua, præpositura sua, ipse autem misit se in omnes Archiepiscopatus, Abbatias, præpositura,* &c Nec sine mysterio dicitur se in mare misisse nõ motu proprio, nec suæ propẽsione naturæ, sed Spiritus sancti instinctu, atque diuina reuelatione: vt magnũ, altumque mysterium plenitudinis potestatis in omnes Ecclesias à Christo Domino datæ manifestaretur. Detestanda porro, omnique maledictione conterenda impudentissima illa Mornæi calumnia, super hæc verba, *Misit se in mare,* dicentis. [h] *Et verè misit se, id est se in Archiepiscopatus, Abbatias, prælaturas, & cætera se intrusit, si illis et Rom. Pontifex Petri successor, missus à seipso, non à Deo, sine missione, vel commissione vlla,* &c. Sed germanum hoc, propriumque hæreticorum, præsertim dogmatizantium, & hæresiarcharũ, qualis hodie in Gallia Mornæus habetur, semper fuit, Deum, Christumque Dominũ blasphemando, Christi signa contra ipsum gloriæ Dominũ portãdo, illius sanctos Ecclesiæ suæ ministros, præsertim verò illorum Pastorẽ, & principẽ Pontificem Rom. sceleratè, nefariéque criminari. Nullus Sanctorum Patrum in illo concilio præsentium inuentus est, qui non huic orationi non minus verę, quàm eleganti, sententiarum grauitate firmatæ suffragando magnopere fauerit. Anno D. 1146. mandato Eugenij Papę Carnuti concilium indictum est, quò [i] ex omnibus Galliarum Prouinciis Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates quamplurimi, ipse etiam Rex Christianissimus Ludouicus 7. cum principibus, & magnatibus regni sui conuenerunt. Atque in eo omnes C voluntati sanctæ Rom. Pontificis ad bellum sacrum paterna exhortatione prouocantis, & impellentis, obsecundantes sacram illam contra Sarracenos terram sanctam opprimentes, expeditionem vno fœderati cõsensu decreuerũt, vt S. Bernard. [k] ad Petrũ Cluniacẽsẽ epistola testis est.

In concilio Turonensi quarto Alexandri 3. qui tunc in Gallia commorabatur, ordinatione collecto, patres orthodoxi honore debito, iuteque sincero, maiestatẽ Rom. Pontificis, super omnes orbis Christiani principatus, attollentes, imperatoriæ maiestatis iura, fascesque dignitatis Pontificiæ sancto principatui subesse debere, vt antea creditum, & à Carolo Magno sapienter obseruatum, synodali decreto confirmarũt. Vt in oratione synodali ab Arnulpho Lexouiẽsi Episcopo iubente Rom. Pontifice illic præsente, & præsidente in medio patrum consessũ pronuntiata videre D est. In qua hæc inter alia scripta leguntur. [l] *Vtinã humilietur* (scilicet Fredericus Imperator, tot annos Ecclesiæ rebellis) *sub potenti manu Dei, & principatũ Ecclesię suo præesse principatus recognoscat: vtinam intelligat, quia si Christum sponsum,* scilicet Ecclesiæ, *Dominum confitetur, necesse habet & Ecclesiã, quæ sponsa est, dominam confiteri.* Postea verò idem Arnulphus orator synodicus, nomine totius Sanctorum Patrum cœtus, atque coronæ, ingratissimum Frederici Imperatoris in Rom. Pontificẽ, sedemque Apostolicam animom volẽs exprimere; ita sequentibus verbis exponit quanto potiori iure Romanus Imperator Ecclesiam Dei, sedẽque Sancti Petri contra omnes inimicorum conatus, impetusque furiosos, quàm cęteri de religionis Christianę foro Reges, atque principes tueri, atque protegere teneãtur; cùm ipse iura sui imperij, fascesque sacros ab illa sede, eiusque pręsule se accepisse negare non possit. [m] *Prætereaspe-*

Impudentissima Mornæi calumnia in Pontifices Rom. & r. bl. mysterio iniquitatis progresso sub Innocentio 2.
6. Concil. Carnot an. D. 1146.
i Petrus Cluniacensis ep. ad Sugerium S. Dionysij Abbatem.
k S. Bernard. l. 6 epist. 19.
7. Concil. Turon. 4.
l Arnulph. Lexouiens. epist. orat. Synodalis in concil Turon. 4.
Principatus Ecclesiæ laico imperio præesse debet, quoad spiritualia.
Imperator Romanus magis quam alij Reges, & principes ad defensionem Ecclesiæ obligatur, cum ab ea iura acceperit imperij.
m Io eadem epistola.

A *cialem causam habet, qua sanctam Romanam Ecclesiam dominam recognoscere debet: alioquin manifestissimè poterat reus ingratitudinis apparere. Si enim ad veteres recurramus historias, certum erit prædecessores eius imperium non de alio iure, quàm de sola sanctæ Romanæ Ecclesiæ gratia percepisse. Nihil igitur plus iuris vendicare principes possunt, quàm quod in eos contulit dignatio largientis,* &c.

8. Concil. Lugdun. sub Greg. 10.

Præsens caput concilij Lugdunensis sub Gregorio decimo decretali sententia concludam, in quo Latini, Græcique conuenerunt, & in eandem Catholicæ veritatis, doctrinæque metam concordibus animis, suffragiisque conspirarunt. Patres Galli cum cæteris aliarum nationum prælatis in illa œcumenicæ congregationis corona sententiā rogati Rom. Pontificem, Christi D. Vicarium, S. Petri successorem, Ecclesiæ rectorē vniuersalis, cum maxima reuerentia, filialis obedientiæ oblatione, honoreque conclamarunt. Atque hunc sūmum semper honorem, reuerentiam, obsequiūque filiale Gallicana Ecclesia sedi Apostolicæ, eique in ea præsidenti Vicario Domini merito cōsecrauit, & obtulit. A qua religionis veræ, Christianæque sacros latices, fluuiosque salutares tanquam à primo fonte, & origine, in se suosque populos dimanasse, publica ad Sanctum [a] Leonem primum scribens testatione professa est. Sed hæc pauca de multis Gallicana retulisse concilia, pro instituti mei ratione sufficere credidi.

a Ex epistola Rauennij &, aliorū Galliæ episc. ad S. Leonem 1.

CAPVT III.

Quod supra de patribus Gallicis collectiuè sumptis in publico conciliorum Galliæ consessu congregatis dictū est, illud modo dicendum singulariter de Archiepiscopis, Episcopisque Ecclesiarum Franciæ regni seorsim sumptis tam natione Gallis, quàm dignitate Episcopali in Gallia.

C

QVOD igitur superiori capite de sācltis, antiquisque patribus in conciliorū corona cōgregatis, natione, patriáq; Gallis multorum conciliorum inductione demōstratum est, illud ipsum de Episcopis, atque Archiepiscopis, tam qui natione, quàm qui respectu dignitatis Episcopalis in Galliæ regno fundatæ, merito Galli nuncupari meruerunt, ostendere nobis operæpretium est. Vt ab antiquioribus exordiar, primus prodibit in lucem S. Irenæus, patria quidem Græcus, sed affectu, dignitateque Archiepiscopali, qua Lugduni in martyrio suo refulsit verè Gallus; quanti supremum Pontificiæ maiestatis in vniuersali Ecclesia principatum, sublimesq; sedis Apostolicæ datas à Christo D. prerogatiuas, honoresque fecerit, notum cuilibet Christiano fideli facere voluit, aduersus Valentinianos ista rescribens. [a] *Sed quoniam valdè longum est in hoc tali volumine omnium Ecclesiarū enumerare successiones, maximæ, & antiquissimæ, & omnibus cognitæ à gloriosissimis duobus Apostolis, Petro, & Paulo Romæ fundatæ, & constitutæ Ecclesiæ, eam, quam habet ab Apostolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placentiam malam, vel per vanam gloriam, vel per cæcitatem, & malam sententiam, præter quam oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam,* scilicet Romanam, *propter potentiorem principatum, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est eos qui sūt vndique fideles, in qua semper ab his, qui sunt vndiq. conseruata est, ea quæ est ab Apostolis traditio.* Hæc ipse Lugdunensis Archiepiscopus, in quibus verbum hoc, *necesse est*, diligenter obseruandum, quo antiquissimus ille Galliæ prælatus, & Martyr declarare voluit, de necessitate salutis, omnes quotquot fideles sunt, esse de gremio sedis Apostolicæ, atque supremam Romani Pontificis in vniuersali Ecclesia potestatem agnoscere, eamque obsequio, & honore summo colere, teneri.

a Primū testimonium Episcopi S. Irenæi Archiepisc. Lugdun. & martyris l. 3. c. 3. anno D. 180.

Obseruando hoc verbo necesse est.

2. Testimoniū Verranij Archiep. Arelat.

Extat epistola Verrānij Arelatensis Archiepiscopi ad S. Leonē huius nominis primum, in qua suam de eminentia maiestatis pontificiæ, eiusque admirabili in iudicandis Ecclesiæ controuersiis sapientia confessionem his breuissimis expressit. B *Merito illic*, scilicet Romæ, *principatum sedis Apostolicæ constitutū confitemur: vnde adhuc Apostolici spiritus oracula referentur.* Prosper Aquitanicus natione Lemouicus, maximus S. Augustini doctrinæ æmulus, & amator, de amplitudine principatus Rom. Pontificis, eiusq; super omnes Christi D. Ecclesias sublimitate loquens, ita libro secundo de gēntium vocatione scribit. [b] *Ad cuius rei effectum,* scilicet dilatandæ Christianæ religionis, *credimus prouidentia Dei Romani regni latitudinem præparatam, vt nationes vocandæ ad vnitatem corporis Christi, prius iure vnius consociarentur imperij. Quāuis gratia Christiana non contenta sit eosdē limites habere, quos Roma: multosque iam populos sceptro crucis Christi illa subdiderit, quos armis suis ista non domuit. Quæ tamen per Apostolici Sacerdotij principatum amplior facta est arce religionis, quàm solio potestatis.* Mitto quod cecinerat versibus alibi, quia supra notatum est.

3 Prosper Aquitanicus.

b Prosper. Aquit. l. 2. de vocatione gentiū cap. 16 an D 466.

Roma facta maior, & amplior authoritate Pontificia, quàm potestate imperatoria.

Extat Epistola Aduentij Metensis Episcopi ad Nicolaum primum, in cuius inscriptione his Pōtificē honorū titulis sincerè credendo veneratur. [c] *Gloriosissimo Dominici gregis Pastori Domino, & beatissimo Nicolao summo, & vniuersali Papæ Aduentius humilis Metensis sedis Episcopus nunc, & in æternum valere,* &c. Similibus honoris, dignitatisque summæ titulis eūdem Pontificē Hincmarus Rhemensium Archiepiscopus venerādo decorauit, cùm hunc epistolæ ad illum missæ titulum affixit. [d] *Domino sanctissimo, & reuerendissimo patrum patri Nicolao primo, ac summæ sedis Apostolicæ, vniuersæ Ecclesiæ Papæ, Hincmarus Rhemorū Episcopus, & vestræ sāctissimæ paternitatis deuotissimus famu-* D *lus.* Qui sensum Catholicum, mentēque suam de suprema Rom. Pontificis super omnes fideles authoritate, summaque ei propter illam obediētia præstanda à cunctis fidelibus aperiens pro defensione sua, & ab obiectis criminibus expurgatione, ita in synodo, apud S. Medardum habita, loquebatur. [e] *Ego Hincmarus eligo mihi iudices in hoc dumtaxat causa quæ ventilatur, Vuenilonem Senonensem Archiepiscopum, Amolricum Turonensem Archiepiscopum* &c. *Salua etiam reuerētia Apostolicæ sedis, cui in omnibus causis debet reuerentia exhiberi, sicut Innocentius Papa ad Victoriū Rhotomagensem scribit Episcopū, & sancti etiam canones præfigere dignoscuntur.* Qui absens quàm humiliter ad pedes Hadriani Pontificis huius nominis secundi procidere concupisceret his verbis per literas ostendit. [f] *Hanc meæ subiectionis humillimam suggestionem in benignitate suscipite, qua primus Apostolo-*

4. Aduentij Metensis Episcopi.

c Ep Aduentij ad Nicolaum 1. an D. 863.

5. Hincmari Rhemorum Episcopi.

d Ep. Hincmari ad Nicolaum 1.

e Hincmarus in Synodo apud S. Medardum.

f Epist. Hincmari ad Hadrianum 2

rum, non solum minoris sui redargutionem pro simulatione suscepit, verum & minorum suorum quæstionē, cur ad præputiatos intrauerit, lenire curauit. A

6. Landrami Turon. Archiepisc. an. D. 850.

Quantum sit scelus, & maledictio sceleris vltrix, Rom. Pontificis authoritatem, iussaque contemnere, declarauit Landramus Ecclesiæ Turonensis Archiepiscopus, cùm ad refractariū schismaticū, rebellemq; Pontificij imperij Nomenū, gentis Britannicæ priorē ita scriberet. [a] *Hæc ad tuam perditionē sufficiebant, sed ad cumulū malorū auxisti temeritatem, dum Apostolicum Dominum* (Leonē scilicet quartum) *cui dedit Deus primatum in orbe terrarū, sprevisti &c. Maximum reatum te contraxisse scimus, quod epistolam sedis Apostolicæ respuisti, existimans aliquid in ea noxiū tibi contineri, sed quod exemplar eius venerabilis Papa vobis dignatus est dirigere, nosū tibi facimus nihil in ea cōtineri, quod ad tuā pertineat lęsionē.* At quā fidam, sincerā, Catholicamque de suprema Rom. Pōtificis in fideles omnes tam Ecclesiasticos, quam laicos authoritatē, summaque ei obedientia, dilectioneq; prçstanda confessionē, atque professionē Rotbaldus Suessionensis Episcopus ediderit, cùm iniustè ab Hincmaro Rhemensi Archiepiscopo suffraganeorū annuente consensu in Prouinciali synodo condēnatus, ad sedem Apostolicā, ab illorū sententia prouocauit, his ad Nicolaum primū suæ prouocationis verbis apertissimè manifestauit. B

a Epistola Landrami ad Nomenū &c. quæ est apud Lupum Ferrar. ep. 84.

Magnum scelus, & maledictio supremum Romano Pontificu principatum, authoritatēque contemnere.

7. Rhotaldi Suessionens. episc. an. 868.

b Rhotaldi Suess. episc. à Synodo Rhemensi ad Papam prouocatio.

[b] *Dum ad synodum conuocatā Episcopi sāuenissemus, & ipse Hincmarus, quasi omniū Dominus præsidens, & præualens sententiā in me damnationis violenter, ac præcipitanter sæculari accelararet, hanc ego Apostolicā sedem, atque Apostolicū præsulem, vniuersalis Ecclesiæ summū promisorē appellare maturaui. Tunc tres Hincmarus ad me Episcopos misit, mandans ad synodū ipsam vt sine mora venirem. Quibus ego respondi quod non mihi ita liceret, neque ego hoc vllatenus audērē, vt in præiudicio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, omnium Ecclesiarū matris, eiusque excellentissimi rectoris circa posito, eminumque præbeam aliquo modo assensum. Ad illam summā authoritatē, siue sine intermissione appello, cui nullus potest contradicere, quæ à Domino Iesu Christo, per Beatum Petrum Apostolum tantum meruit principatū.* Vnde ipse Rhotaldus de hac synodo, violenti Hincmari passione coacta, apud Nicolaū Papam vehementer expostulans, hunc ita Pontificē illius opem misericordiæ, auxiliumque supremæ potestatis implorās alloquebatur. [c] *Neque enim sancte pater, tua mandata per Apostolicas epistolas debita reuerentia, moreque solemni, sine audiu congruo fuerunt obseruata. Restat vt ipsi de me secundùm sapientiam cœlitus vobis datam misericorditer, quod cœpistis, perficiatis. Nec se iactent temeratores, propter meā paruitatem, seu indignitatē, Apostolica iura, & canonica præualuisse infirmare statuta.* C D

c Rhotbaldi ep. 9. ad Nicolaum 1.

8. Fulberti Carnot. episc.

Quid de Fulberti Carnotensis Episcopi mira sanctitatis, doctrinęque sacræ luce fulgentis confessione dicam? Nonne plenitudinē potestatis ipsi Papæ Romano diuinitus oblatā, curamque vniuersalis Ecclesiæ commissam à Christo D. fuisse confessus est, & agnouit; cùm per literas ita Ioāni 19. Pontifici Rom. loquebatur? [d] *Vnde rogamus te, dilectissime pater, cui totius Ecclesiæ cura cōmissa est, vt eum* (scilicet Rodulphum comitē sacrilegum, ac cleri homicidam, quem propter tot crimina ipse Fulbertus spirituali anathematis gladio à fidelium communione præciderat, & auulserat) *de sanguine, atque iniuria filiorum tuorum ita arguere, & castigare memineris* (scilicet eùm Romam peruenerit, quo profectus erat, *sicut meritum esse tua prouidentia nouit.*

d Ep. 2. Fulberti Carnot. ad Ioan. 19. Papam anno D. 1007.

9. Lanfranci Cantuar. Parisiis quondā Theologiæ professoris.

At doctrinam veritatis Catholicæ, fideique Christianæ adeo firmiter in Apostolica sede radicatam, & in corde Rom. Pontificis altissimis diuinæ gratiæ radicibus immobiliter insitam esse credidit magnus ille Cātuariēsis Archiepiscopus Lanfrancus, Parisiensis quondam diuinæ, humanæque sapientiæ professor. Vt qui ab eius Pōtificis, sedisq; Sancti Petri fide, doctrinaq; recederet, hæreticū esse, & extra religionis Christianæ cancellos impietatis hæreticę, schismaticęque prauitatis inuolutum tenebris, sicut ouem, quæ periit, miserrimè vagari iudicaret. Sic enim contra Berengarij, sedem Apostolicā, Romanique Pontificis imperia despicientis blasphemias scribebat. [e] *Quotquot à primordio Christianę religionis, Christiani nominis dignitate gloriati sunt, etsi aliqui relicta veritatis tramite per deuia erroris incedere maluerūt, sedem tamen Sancti Petri Apostoli magnifice honorarunt, nullamque aduersus eam huiusmodi blasphemiam vel dicere, vel scribere præsumpserunt, &c.* Quid insuper adiungit? *Beati doctores*, inquit, *si non iisdē verbis, tamen sententiis multis in locis concorditer astruxerunt, hæreticum esse omnem hominem, qui à Romana, & vniuersali Ecclesia in fidei doctrina discordat.* Sanctus verò Anselmus, eiusdem Ecclesiæ cui ille Lanfrancus Episcopus ex parte matris, quā partus sequitur, natione Narbonēsis in Gallia, purioribus, politioribusque Tolozæ disciplinis, postea sacris, monasticisque regulis instructus Becaci in Normānia: in signū veræ fidei, obedientiæq; filialis Ecclesiæ Dei, eiusque præsuli consecratæ, sic Vrbano Pontifici huius nominis secūdo locutus est. [f] *Quoniā diuina prouidentia vestrā elegit sanctitatē: cui vitā, & fidem Christianā custodiendā, & Ecclesiam suam regendam cōmitteret, ad nullū alium rectius refertur, si quid contra Catholicā fidem oritur in Ecclesia, vt eius auctoritate corrigatur, nec vlli alij tutius quid contra errorem respondetur, ostenditur, vt eius prudentia examinetur.* Hanc suā de summo Pontificis Rom. principatu, fideique dirimēdi controuersias authoritate, fidem nō minus clarè præfatione super epistolā ad Romanos his verbis indicauit. [g] *Magis credendū est, quod illi qui mēbra epistolarū in vno corpore collegerunt, hanc epistolā iudicauerūt sedere in caput, quæ ad vrbē directa est, quæ illo tēpore caput totius extitit orbis: & quia vsque hodie Romana Ecclesia omniū Ecclesiarū obtinet principatū.* Idipsum in caput primum huius ad Romanos epistolæ constanter asseuerat, hæc dicens. [h] *Ago gratias pro omnibus fidelibus, & primum quidem pro omnibus vobis, scilicet quia vos primi estis, quoniam Romana Ecclesia primatum habet inter omnes Ecclesias.*

A fide, doctrinaque sedis Apostolicæ, quam tenet, docetque Romanus Pontifex aberrans hæreticus, atque schismaticus est.

e Lanfranci tractat. de Eucharistia contra Berēgarium an. D. 1050.

Hinc disce fidem Apostolicam in fide errare non posse.

10. S. Anselmi Cantuar.

f S. Anselmi lib. de incarnat. verbi cap. 1. an D. 1050.

Sinceris S. Anselmi fides de supremo, monarchicoque Pontificis Rom. principatu, summaque decidendi fidei controuersias authoritate.

g S. Anselmi in præfat. comm. in epi ad Rom.

h S. Anselmi in c. 1. ad Rom.

11. Iuonis Carnot. an. D. circiter 1100.

Hunc præsulē sanctitate summa, doctrinaque singulari cōspicuū sequitur ordine temporū magnus ille Iuo Carnotensis Episcopus, vnū de præcipuis Gallicanę Ecclesiæ luminibus: cuius plurima, eaque præclarissima ad eius rei, quam quærimus, cōfirmationē testimonia leguntur. Si solùm aliquot eius epistolarū ad Paschalē Pontificē inscriptiones attentè consideremus; nihil vltra de illius sincera confessione, quod optaremus, quærere nos oportet. Epistola eius ad Paschalē secundū 81. hanc habet inscriptionem. [i] *Paschali summo Pontifici Iuo humilis Ecclesiæ Carnotēsis minister, debitam obedientiā cum filialis orationis obsequio.* Epistola 88. fœcundiorē adhuc honoribus Romano

i Ep. 81. Iuonis p 162.

Ex inscriptionibus epistolarum quarundam ad Paschalem 2. Pontif. quanto honore, obedientia, amore Rom. Pontificem solerct Iuo Carnot. apparet.

Pontifici præſtititis inſcriptionẽ gerit: hanc videlicet.[a] *Domino, & omni veneratione digniſſimo Paſchali ſummo Pontifici Iuo humilis eius filius omnis obedientiæ affectum, & effectum.* Adhuc auctius addit epiſtola 89. *Paſchali ſummo Pontifici Iuo humilis Carnotenſis Eccleſiæ miniſter, quidquid filius patri.* Epiſtola 95.[c] *Paſchali ſummo Pontifici ſe ipſum vt filiũ obedientiſſimũ vouet, & conſecrat.* Epiſtola 104.[d] *Ipſi ſummo Pontifici cũ deuoto filij affectu debitæ famulatus obſequiũ præſtat.* Epiſtola 108.[e] *Debitã cum omni deuotione obedientiã offert.* Epiſtola 110.[f] *Paſchali sũmo Põtifici Iuo humilis ſanctitatis ſuæ filius, quidquid poteſt eſſe felicius exoptat.* Et epiſtola 117.[g] *Ipſi ſummo Põtifici cũ debito obedientiæ felicitatem vtriuſque vitæ precatur.* Epiſtola 190.[h] Dilectionẽ filij, & obediẽtiam per cuncta ſubiecti conſecrat. Epiſtola verò 204. quibus poteſt verbis ſignificãtiùs ſui amoris, obediẽtiæ, honoriſq; zelũ in Rom. Pontificẽ exprimere nitẽs, hoc eam titulo afficit.[i] *Domino, & patri ſuo Paſchali sũmo Pontifici, Iuo humilis Eccleſiæ Carnotẽſis miniſter, quicquid obediẽtia; quidquid famulatus ferre poteſt cum humilitas.*[k] Epiſtola 219. eidẽ sũmo Põtifici *ſummũ vouet, vt patri ſanctiſſimo honorẽ, vt Domino timorẽ* ſcilicet filialẽ.[l] Et in alia epiſtola, *vt patri obedientiã debitam, vt Domino reuerentiã.*[m] Epiſtola 254. *Cum debita obedientia debita ſeruitia humiliter exhibet.*[n] Epiſtola 271. Integram & deuotã pro viribus obedientiam obſeqniumq; prę ſentat.[o] Item epiſtola 274. *Cum plenæ obedientiæ oblatione, plena ſalutis gaudia precatur.* Cæteros breuitatis cauſa præclariſſimi illius inter Epiſcopos Eccleſiæ Gallicanę luminis, Epiſtolarum ad Rom. Pontificem titulos, inſcriptioneſq; relinquo, qui vt Rom. Pontificem Chriſti D. Vicarium, patrem, & magiſtrũ omniũ Paſtorũ Eccleſiæ, & ouium frequentiùs appellauit: ſic ſedẽ Apoſtolicã, Eccleſiamque Romanã omnium Eccleſiarum matrem, magiſtramque nominauit.[p] *Sicut Romana Eccleſia*, inquit ad Paſchalem ſcribens, *omnium Eccleſiarũ mater eſt, & magiſtra, ſic eã decet filiorũ iniurias propulſare, & contemptorũ inobedientiam vindicare, vt & filius fuiſſe ſe ſubditum gaudeat, & contemptorem ſe fuiſſe pœniteat.* Mitto quæ ſupra diximus de his, quæ ad eum Pontificẽ ſcripſit de Hugone Puteacenſi refuga,[q] *cuius excommunicationẽ à ſe iure factã rogat Rom. Pontificẽ Apoſtolico iudicio confirmare.* Qui ſublimitatẽ Põtificiæ dignitatis, plenitudinemq; poteſtatis diuino iure Pontifici Rom. conceſſam, fidei Catholicæ certitudine recognoſcens, & agnoſcens maximum rebellionis malum ab illa ſuprema Pontificis Rom. Cathedra ad futurũ conciliũ, vt ſchiſmatici multi fecerũt prouocare; firmiter nullatenus dubitando à Rom. Pontificis ſententia, niſi ad ipſum Pontificẽ melius informatũ, nullo tempore prouocandũ eſſe credidit. Vt ea quæ ad Paſchalẽ 2. Vrbani ſecundi ſucceſſorem in fauorem Foſſatenſiũ monachorũ, prius in Turonẽſi ſynodo ſua lapſorũ cauſa Vrbani ſecundi ſentẽtia, reſcripſit, apertè declarant.[r] *Quoniam*, inquit, *iudicta Romana Eccleſia à nemine foris retractari poſſe eadem Romana Eccleſia docente didicimus, ſi qui aliquãdo ſe prægrauatos ipſius Eccleſiæ authoritate conqueruntur: hoc eis conſilium damus, vt non deſcendant in Ægyptum propter auxiliũ, ſed ab ipſa ad ipſam cõfugiant, & inde expectent leuamen vnde ſe conqueruntur accepiſſe grauamen. Quia quæ aliquando corripit paterna ſeueritate, eadem frequenter colligit materna pietate; quod ideo prælibauimus beatitudini veſtræ, vt*

a Ep. 81.
b Iuo ep. 89.
c Ep. 95.
d Ep. 104.
e Ep. 108.
f Ep. 110.
g Ep. 117.
h Ep. 190.
i Ep. 204.
k Ep. 219.
l Ep. 250.
m Ep. 254.
n Ep. 271.
o Ep. 274.
p Iuo Carnot. ep. 4. ad Paſchalem.
q Supra c. 1. huius libri.
A ſede Apoſtolica nunquam niſi ad ipſam prouocandum contra ſchiſmaticos à Papa ad futurum concilium prouocantes.
r Iuonis Carnot. ep. 259.

cauſam Foſſatenſiũ monachorum patiẽter audiatis, & quantum ſalua Apoſtolica reuerentia fieri poteſt, anxietatem eorũ miſericorditer releuetis. Conqueruntur enim ſe in concilio Turonenſi prægrauatos, quoniam ad ſuggeſtionem comitis Andegauenſis dicunt fuiſſe ſubreptum Domino Papæ Vrbano 2. (ſcilicet Paſchalis anteceſſori) *vt Monaſterium S. Mauri ſitũ in patria Andegauenſi, quod ſub iure Foſſatenſis monaſterij antea per trecentos, aut eo amplius annos extiterat, de huiuſmodi monaſterij iure auferret, & ordinato ibi Abbate liberum eſſe conſtitueret.* Et poſt alia quædam ita bonus, & valdè eruditus Epiſcopus precando concludit.[s] *Adhibitis ergo multorũ interceſſionibus, ſupplicãt prædicti monachi, vt eorum negotiũ à maieſtate veſtra legitima diſcuſſione tractetur, & vel miſericordia flectente, vel iuſtitia dictante terminetur.* Ipſe Iuo conſecratus in Epiſcopum Carnotenſẽ Vrbani 2. ſententia, & ordinatione, eiecto ab illa ſede eiuſdẽ Papæ iudicio, Gaufrido propter ſimoniæ crimẽ, quo ſe polluerat, Richerium Senonenſem Archiepiſcopũ ſuam immerito promotionẽ in ſoliũ Epiſcopale minimè probantem, ad ſaniorẽ mentem, obedientiamq; decretis Pontificis Rom. præſtandã à ſchiſmatis ſuſpicione per literas orthodoxa doctrina, ſapientiaque refertas cõuertere nititur. Ex quarũ titulo, atq; ſalutatione inſtrui, ac reſipiſcere debuerat, ſi ſapuiſſet. Sic enim ſubſcripſit.[t] *Richerio Dei gratia Senonẽſi Archiepiſcopo Iuo per eãdem gratiã S. Petri manibus Eccleſiæ Carnotenſi cõſecratus, & delegatus Epiſcopus, à Romanæ Eccleſiæ pace non diſcedere, & ſi quid aliter ſapuit, valdè velociter reſipiſcere.* Deinde circa epiſtolæ principiũ, vt oſtenderet ſe legitimè à Rom. Pontifice ad Epiſcopalẽ thronũ eiecto Gaufrido ſimoniæ ſordibus inquinato fuiſſe promotũ; hac elegantiſſima ſimilitudine vtitur.[u] *Nam cùm ramus aridus, qui in radice arboris matris nunquã coaluit, nec in ſe virens fructũ fecit, magni cultoris manu exciſus eſſet, eadẽ manus, quæ ramũ præmortuũ excidit me non ad demembrationẽ, ſed ad ſupplendũ locũ iniſdem mortui eidem arbori, quantũ in ſe erat inſeruit: quia hoc cum aliqua ſpe fructus, & ſine vulnere matris arboris poſſe fieri exiſtimauit. Cui ergo ſine veſtra cõtradictione licuit quod nocebat incidere, quæ ratio impedit, vt ei non liceat quod profuturum ſperabat inſerere?* In eadẽ epiſtola illos, qui Rom. Pontificis iudicio contradicũt hæreticos eſſe ſic oſtendit. *Dicitis etiã in literis me ſedẽ inuaſiſſe Gaufridi coepiſcopi veſtri: in quo manifeſtè contra ſedem Apoſtolicã caput erigitis, dum quod illa ædificat, vos quantũ in vobis eſt deſtruitis, & quod illa deſtruxit, vos ædificare contẽditis. Cuius iudiciis, & cõſtitutionibus obuiare, planè eſt hæreticæ prauitatis notã incurrere, cùm Scriptura dicat:*[x] *hæreticũ eſſe cõſtat, qui Romanæ Eccleſiæ non concordat*, &c. Alia plurima huius Iuonis inter orthodoxos Epiſcopos optimi Galli teſtimonia illius ſanctitatẽ fidei, pietatis, obedientiæ, & amoris in Rom. Pontificẽ, Cathedramq; S. Petri clariſſimè demõſtrantia, quorũ ſupra meminimus, repetere quid neceſſe? vt ſanctos illius in Vicarium Chriſti pietatis, atque charitatis affectus euidentius inſpiciamus, ſenſibiliuſque palpemus? Ad alios Gallicanæ Eccleſiæ præſules, Epiſcopoſque pergamus: ſed eorum in Rom. Pontificẽ vniuerſalis Eccleſiæ principem, caputque viſibile, fidem, pietatem, obedientiã, charitatemque breuiſſimè tacturi. Circa annum 1140. florebat in Gallia Petrus Lombardus Pariſienſis Epiſcopus, ſententiarum magiſter, qui ſuam de ſummo ſuper

omnes

s Ibid. in fin.
t Ep. 8. Iuonis Carnot. ad Richerum Senon. Archiepiſc.
Id eſt, Vrbani 2. Papæ.
In plenitudine Pontificiæ poteſtatis fuit Epiſcopos deponere, & in eorum locum alios ſubſtituere.
u Io eadem ep. circa princip.
Præclara Iuonis confeſſio & aſſertio pro tuenda Pontificia poteſtatis plenitudine.
Qui iudicio Rom. Pontificis reſiſtit, hæreticus eſt.
x Can. Nolite. dist. 11.

12. Petri Lõbardi circa an. 1140.
a L. 4 sent. dist. 24.

omnes Episcopos pontificis Romani principatu A fidem his verbis aperuit. [a] *Ordo Episcoporum quadripartitus est, scilicet in patriarchis, Archiepiscopis Metropolitanis, & Episcopis. Patriarcha Græcè, summus patrum interpretatur, quia primum, idest Apostolicum tenet locũ, vt Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus, sed omnium summus est Romanus Archiepiscopus, princeps Episcoporum.* Eodem seculo viuebat, sedebatque in Lexouiensi solio Arnulphus: qui quo animo, qua fidei, pietatisque in Romanum pont. esset, ad Alexandrum tertium scribens, ita monstrauit. [b] *Interim ego minor licet omnibus, non minore tamen gaudio, quàm cæteri, gloriam vestræ promotionis amplector, & vos apostolum Christi, Petri successorem, pastorem, & Episcopum omnium, qui Christiano nomine censentur agnosco, & vobiscum Catholicam profiteor vnitatem.*

13. Arnulphi Lexouiens. episc. circa an. 1160.
b Ep. ad Alexandrum 3. de promotione sua.

14. Hildeberti Cenoman. episc. seu Childeberti circa an. 1100.

Tantum ponderis, & authoritatis in Ecclesiastica pontificis Romani dignitate, potestatisque B plenitudine Childebertus Cenomanensis Episcopus ad afflictis, propeque desperatis Christianorum rebus salutarem præstandam medicinam, remediumque positum esse credebat, vt magnũ propitiumque ad leuandas animorum ægritudines, miseriasque publicas remedium essa arbitraretur: [c] *Si Romanus pontifex*, inquit, *& consilio subuenires nobis, & auxilio.* Alius præsul eiusdem nominis ooo eiusdem Ecclesiæ Episcopus, sed Archiepiscopus Turonensis in suæ signum fidei, pietatis, & obsequii erga sedem Apostolicam, ita per summam humilitatem, abiectionemque voluntariam vehementer obsequẽtem Honorio quinto pootifici scribebat. [d] *Honorio 5. patri suo, summoque pontifici sanctissimæ Romanæ Ecclesiæ Childebertus humilis Turonum minister integræ custodiam* C *obedientiæ.* Atque omnes illi Ecclesiarum Galliæ præsides, magni pastores, & Episcopi, aliique plurimi, quos me temperata, moderataque scribendi breuitas præterire cogit, rectè, tutoque suæ fidei, pietatis, amoris, & obsequii anchoram, in honoranda, sequendaque in omnibus sede Apostolica, eiusque præsule, Christi Domini vicario fixerunt: à quibus sine errore sapienter, atque feliciter in viã salutis æternæ dirigerentur. Quod hanc sedem apostolicam cum suo pontifice, ne vnquam à recto fidei Catholicæ tramite deflectere posset, ab omni tempore, diuina prouidentia gubernauerit, veritas illuminauerit, charitasque sanctificauerit. Ad quam propterea, vt sæpius eum SS. patribus, Cypriano, Augustino, Ambrosio, aliisque diximus, nullius fœditas erroris accedere potuit. *Vnde cùm Romanorum presbyteri* (inquit Bemo Augiensis) *ab Henrico impe-* D *ratore interrogarentur, cur post euangelium, vt in aliis Ecclesiis fiebat, symbolum non canerent, me coram assistente, audiui eos huiusmodi responsum reddere, videlicet quod Romana Ecclesia non fuisset aliquando vlla hæreseos fece infecta. Sed secundum S. Petri doctrinam in soliditate Catholicæ fidei permaneret inconcussa: & ideo magis his necessarium esse illud symbolum, sæpius cantando frequentare, qui aliqua quandoque potuerunt hæresi maculari.* Sed ab Episcopis Galliæ ad prælatos regulares, sanctorum præfectos monasteriorum, aliosque pios monasticæ, regularisque disciplinæ professionem eiusdem nationis ingressos ordine recto veniamos.

c Hildeberti ep 19.
15. Childeberti Archiepisc. Turon.
d Childeberti Archiep. ep. ad Honorium 5. papã.
16 Bernonis Augiensis præclarum de infallibilitate Romanæ Ecclesiæ testimonium, libello de quibusdam ad missam spectantibus c. 2. circa an. 1020

CAPVT IV.

Quod de Episcopis Galliæ superiori capite probatũ, hoc capite de Abbatibus monasteriorum præfectis, aliisq; studiosis monasticæ vitæ, regularisque disciplinæ professoribus, in hoc Franciæ regno verificatur.



NOSTRÆ autem probationis à magno illo Monachorum, regulariumque religiosorum rectore Vincentio Lyrinensi docemus initium: qui Romanom pon- B tificem Christiani orbis caput visibile in suo commonitorio, nominauit, etenim sic ibi loquitur. [e] *Lecta sunt ibi quædam ad quosdam epistolæ sancti felicis Martyris, & sancti Iulii vrbis Romæ Episcoporum, & vt non solum caput orbis* (scilicet Romanus pontifex) *verum etiã latera illi iudicio testimonium perhiberent, adhibitus est à meridie beatissimus Cyprianus, à Septemtrione sanctus Ambrosius.* Capot orbis, Christiani scilicet papã appellat, sanctos verò patres magnarũ Ecclesiarum, vt Carthaginensis, & Mediolanensis pastores, ac præfectos huius orbis latera vocat. Alcuinus ordinis Benedictini Monachus, natione quidem Scotus, at professione bonarum, sacra- C rumque literarum, quarũ ludũ aperuit in Gallia, & familiaritate quotidiana cum Carolo M. cuius fuit à conscientiæ doctrinæq. consiliis, verè Gallus, eã de suprema Romani pontificis aothoritate super omnes orthodoxos opinionem sinceram vt animo conceperat, foras emissam his verbis euulgauit. [f] *Religionis cultum sic Dominus instituit, vt in beatissimo Petro Apostolorum summo principaliter collocaret, atq; ab ipso quasi capite dona sua vellet in corpus omne manare. Vnde cõstat ab vniuersali orbis communione separatos esse, sicut docet beatus Pelagius, qui qualibet dissentione inter sacra mysteria, Apostolici pontificis memoriam secundum consuetudinẽ non frequentant.* Eiusdem fidei, professionisq. Catholicæ Rabanum Maurum illius discipulum Alcuini fuisse ex his, quę de eo huius libri capite primo retulimus apparet. Lupus monasterii Ferrariensis abbas circa annum 856. sanctitate, doctrinaque singulari florebat in Gallia, qui in epi- D stola consultoria ad Benedictum 3. scribens, *papã vniuersalem, patremque omnium fidelium,* in epistolæ fronte nominans ab eo tanquã à summo omnium Catholicorũ doctore, pastoreq. ouilis dominici directiooem in fide, moribusq. regulã bene viuendi, & credendi deuotis precibus, humilibusq. flagitat: vt quæ dobia sunt, & ambigua, firma, & rata faciat sua sententia, atq. decreto, cùm inter alia dicit. [g] *Si quidẽ in quibusdã ad religionẽ, & honestatem pertinentibus ambiguitatẽ creat varietas vt optima quæque eniteant, illuc sollicita inuestigatione credimus currendum, vnde vbique fidei manauit exordium.* Circa annom 1024. magnum sanctitatis, doctrinæque Catholicæ iubar in Francia coruscabat Vuillelmus, sancti Benigni in Borgundia, multorum Monachorum pater, & abbas, qui tanto zelo honoris, & amoris prin-

Primum testimonium Vincentii Lyrinensis.
e In suo commonitorio c.
2. Alcuini S. Benedicti monachi Caroli M. præceptoris circa an. 750.
f Libro de diuinis officiis c. 19.
Qui cum pontifice Rom non consentit extra Ecclesiam est.
3. Rabani Mauri vide supra c. 1. huius libri.
4. Lupi Ferrar. abbatis.
g Epistola consultoria ad Benedictũ 3.
5. Vuillelmi abbatis S. Benigni in Burgundia.

A cipatus Romani pontificis super omnes Ecclesiæ prælatos sublimati tenebatur: vt iniquissimo, ægerrimoque tulerit animo, cùm per nuntios fide dignos audierit, patriarcham Constantinopolitanum, cum imperatore orientali Basilio, aliisque Græcorum prælatis cõsilium iniuisse, vt per preces assiduas, & importunas, perq. si posset oblatorum munerum, largitionumque corruptiones à Romano pontifice Ioanne 20. titulum vniuersalis Episcopi in orbe suo, scilicet oriente consequi, ac impetrare valeret.

a Glaber l. 4. c. 1.

[a] *Vt videlicet*, inquit Glaber, *sicut Romanus Pontifex, Episcopus totius orbis Christiani, tam orientis, quam occidentis iure meritissimo diuinitus Christi Domini ordinatione dicitur, & habetur: ita ipse Constantinopolitanus Patriarcha Romani Pontificis permissione, & indulgentia Episcopus orientalis Ecclesiæ vniuersalis appellaretur.* Quod nefas, indignissimumque facinus ne B papa Ioannes 20. fieri pateretur, egregiam multa sapientia, zeloque honoris pontificii refertam ad eum pontificem ipse Vuillelmus abbas direxit: in qua magnitudinem pontificię maiestatis exaltando, plenitudinemque potestatis diuinitus à Christo Domino, soli Romano pontifici, & prærerea nemini datam dignis honoribus efferendo, superbiam Constantinopolitani præsulis tantum sibi, quo indignus erat, honoris arrogare, & attribuere nefariè molientis, iusta contra tantæ superbiæ impudentiam indignatione commotus execrabatur. Quam epistolam videre est apud Glabrũ, licet mutilam, corruptamque, in qua multa ad integritatem desiderari videntur. Quanta verò fuerit illius abbatis ad recta persuadendum potenter authoritas, illius virtutes fidei, doctrinæ, morumque testantur. De quibus ista Glaber.

b Glaber l. 4. c. 1. hist.

Quanta abbatis S. Benigni Vuillermi virtutes ad bene persuadendum.

Glaber l. 3. c. 5

[b] *Erat prædictus Vuillelmus acer ingenio, & insignis prudentia; idcirco summũ in palatijs regũ, ac cæterorũ* C *principũ auctoritatẽ obtinebat. Quodcumque denique monasterium proprio viduabatur pastore, statim compellebatur tam à regibus, vel comitibus, quàm à Pontificibus, vt meliorandi gratia, illud ad regendum susciperet. Quoniam vltra cætera dimitijs, & sanctitate, ipsius patrocinio assumpta tenebantur excellere monasteria*, &c.

c Hugonis à S. Victore circa an. 1130.

At Hugo [c] à sancto Victore mira diuinæ eruditionis luce refulgens, monasticæque charitatis æstuans ardore, quantis honoris titulis Romani maiestatem pontificis affecerit, quantisque, considerata illius maiestatis excellentia, sinceræ dilectionis, obedientiæque coluerit affectibus commemorare longum esset, vnicum illius testimonium, elogiumque recordemur, quo sic Romanum describit pontificem.

d L. 2. eruditionis Theologicæ de sacramentis Ecclesiæ c. 43

D [d] *Papa dicitur*, inquit, *quia pater patrum: hinc vniuersalis dicitur, quia vniuersæ Ecclesiæ præest. Hic quoque Apostolicus vocatur, quia principis Apostolorum vice fungitur: hic etiam summus pontifex nuncupatur, quia caput est omnium Episcoporum.* Et alibi de Romana loquens Ecclesia.

f L. 2 de sacramentis par. 2 c. 5.

[f] *Apostolica*, inquit, *sedes cunctis in orbe terrarum præfertur Ecclesiis.* Et parte secunda de sacramentis, de sublimi Romani põtificis authoritate, potentiaque suprema, omnes temporales potestates supereminente in spiritualibus iudicandi, nullius subdita iudicio, nisi solius Dei, verba faciens, hæc habet. *Spiritualis potestas iudicat terram, ipsa vero à Deo primum instituta est, & cum deuiat à solo Deo iudicari potest.* At Sancti Bernardi omnia quæ ad institutum spectant testimonia velle producere laboris esset immensũ; ad eorumque prolationem vnus liber vix sufficeret, nedum caput vnum: adde quod eorum superius multis in locis partem maximam occasione diuersa retulerimus. Vt cũ post præclarissima elogia, supremique titulos honoris, soli ex omnibus puris creaturis Romano pontifici singulariter attributis, hæc de amplissima, supremaque Romani pontificis in omnes fideles spirituales, & laicos præfectos, & subditos verè, eleganterque pronuntiat.

g Testimonium S. Bernardi l. 2. de consid. c. 8.

[g] *Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt. Sunt quidem & alij cœli ianitores, & gregum pastores, sed tu tantò gloriosiùs, quantò & differentiùs vtrumque præ cæteris nomen hæreditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos, tibi vniuersi crediti, vni vnus, nec modo ouium, sed & pastorum, tu vnus omnium pastor. Vnde id probem quæris? Ex verbo Domini. Cui enim non dico Episcoporum, sed etiam Apostolorum sic absolutè, & indiscretè commissæ sunt* B *oues. Si me amas, Petre, pasce oues meas: Quas? illius vel illius populos ciuitatis, aut regionis, aut certi regni? Oues meas, inquit, cui non planũ nõ designasse aliquas sed assignasse omnes? Nihil excipitur, vbi distinguitur nihil.* Postea his dictis, omnes principatus, potestatesque, tã spirituales, quàm tẽporales spirituali illius ditioni, iurisdictioniq. subiugari, illa præclara cõclusione deducit, & infert.

h S. Bernard. l. 2. de consideratione c. 8.

[h] *Ergo iuxta canones tuos alij in partem solicitudinis, tu in plenitudinem potestatis vocatus es. Aliorum potestas certis arctatur limitibus, tua extenditur & in ipsos qui potestatem super alios acceperunt, nonne si causa extiterit tu Episcopo cœlum claudere, tu ipsum ab episcopatu deponere, etiam & tradere Satanæ potes? Stat ergo inconcussum priuilegium tuum, tibi tam in datis clauibus, quàm in ouibus commendatis.* Et paulo ante volens ostendere quàm enorme superbissimæ audaciæ, præsumptionisque monstrum esset, velle sibi C Romani pontificis arrogare prærogatiuam, aut se ipsum velle illi potestatis æqualitate comparare dicebat.

Alij indistincte in Ecclesia prælati, & pastores omnes Papæ iudice subduntur.

i Ibid.

k Ad Gal. c. 2

[i] *Denique Iacobus*, [k] *qui videbatur columna Ecclesiæ, vna contentus est Hierosolyma Petro vniuersitatem cedens: cedente Domini fratre, quis se alter ingerat Petri prærogatiuæ?* Alibi ita omnes fideles tam reges ac principes seculares cum populis suis, quàm prælatos, magnosque Ecclesiæ pastores cum vniuerso clero, Romano pontifici Innocentio 2. tanquam patri filios obedire, & humiliter obsequi docet.

l Ep. S. Bernardi 125.

[l] *Nec infructuosè Alemaniæ, Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Hispaniarum, & Hierosolymorum Reges, cum vniuerso clero, & populis fauent, & adhærent Innocentio* (2. Papæ) *tanquam filij patri, tanquam capiti membra, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* Insuper altiùs D semper principatum Romani Pontificis Monarchicum, super omnes orbis Christiani potestates efferens, quanta sit illa contra Deum illorum erecta nefariè rebellio, qui Romano pontifici dissidio, debitæque obedientiæ frustratione reluctantur, his verbis ostendit.

Omnes quotquot sunt in Ecclesia fideles Rom. pontifici, tanquam filij patri obediũt.

m S. Bernard. ep. 131.

[m] *Plenitudo potestatis super vniuersas orbis Ecclesias singulari prærogatiua Apostolicæ sedi donata est; qui igitur huic potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Potest si vtile iudicauerit nouos ordinare Episcopatus, vbi hactenus non fuerunt, potest eos qui sunt alios deprimere, alios sublimare, prout ratio sibi dictauerit. Itaut de Episcopis creare Archiepiscopos liceat: & è conuerso si necesse visum fuerit. Potest à finibus terræ sublimes quaslibet personas Ecclesiasticas euocare, & cogere ad suam præsentiam, non semel, aut bis, sed quoties expedire videbit.* Si de ineffabili Romani pontificis circa

Qui potestati supremæ Rom. pontificis resistit Dei ordinationi resistit ad Rom.

rerum ad fidem spectantium decisionem, determinationemque iudicio scire velimus, quid pius ille, deuotusque tot Monachorum pater senserit, audiamus quæ Innocentio 2. Papæ rescripsit.

a S. Bern. ep. 190 ad Innocent. 2. papã.

a *Oportet ad vestrum referri Apostolatum pericula quæque, & scandala emergentia in regno Dei, ea præsertim quæ de fide contingunt. Dignum namque arbitror, ibi potissimum resarciri damna fidei, vbi non possit fides sentire defectum. Hæc quippe huius prærogatiua sedis. Cui enim alteri aliquando dictum est. Ego pro te rogaui, Petre, vt non deficiat fides tua. Ergo quod sequitur, à Petri successore exigitur: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.*

Papa in rebus ad fidem spectantibus errare non potest. eruditio S. Bernardi.

Cæteris abbatis huius quamplurimis virtutibus augustissimi, ad miraculum vsque erudiui, atque deuoti testimoniis supersedebo, partim supra commemoratis, partim præ multitudine silentio prætermissis. Atque horum doctrina sanctitateque clarorum, hoc capite hactenus relatorum abbatum, sanctorumque religiosorum vitam Monasticam professorum testimoniis, vnius, aut alterius pias Monasticæ perfectionis regulas votaque consectati confessiones aggregabo. Primus erit Guigo Carthusianus circa annum 1130. in magna sanctitate, vitæque contemplatiuæ exercitatione, claustris Carthusiæ reclusus Gratianopolitanæ florens. Qui in prologo in vitam S. Hugonis Gratianopolitani Episcopi ita ad Innocentium 2. scribebat.

9. Guigonis Carthus. circa an. 1130.

b Prologo in vitam S. Hugonis episc. ad Innocent. 2.

b *Domino, & patri carissimo, & reuerendissimo sedis Apostolicæ Pontifici Innocentio Carthusiensium pauperum seruus inutilis Guigo perpetuam salutem, & pacem in Domino. Non pepercit nostra vel verecundia, vel imperitia Apostolatus vestri imperiosa dignatio. Sicut enim huic opusculo præfixa vestræ serenitatis indicant literæ Beati Petri authoritate, & vestra mandastis, vt vitam Beati Hugonis Gratianopolitani Episcopi mesciendam posteris scripto commendaremus &c. Ad tantæ pondus authoritatis ne mutire quidem præsumpsimus, nedum ei non obediremus, cui totus commissus est mundus, cum offenderemus à quo factus est mundus.* Alter religiosissimus, atque doctissimus, maximus regularis vitæ cultor, in cuius testimonio capitis huius constituemus terminum, magnus est ille tot sanctorum quondam Monachorum pater abbas Cluniacensis, Petrus Venerabilis, qui sic Eugenium tertium pontificem Romanum per literas humiliter, valdeque reuerenter affabatur.

10 Petri Cluniacens. circa an. 1150.

c L. 6. ep. 14. ad Eug. 3. papam.

c *Vestrum est totius Ecclesiæ Dei in hac valle lachrymarum peregrinantis causas audire, auditas discutere, discussas iudicio Apostolico definire.* Et epistola quadragesima quarta.

d Idem ep 44

d *Videat hæc omnia*, inquit, *& discutiat pater vniuersalis, & qui curam paternam vniuersalis Ecclesiæ filijs debet, animæ nec de inferioribus, nec de vilioribus sibi commissa prouideat.*

Tom. II.

CAPVT V.

De celebrioribus doctoribus tam regularibus, quàm secularibus, siue natione, siue sacrarum literarum in Gallia, maximè verò in Academia Parisiensi professione Gallis, quorum testimoniis eadem quæ superioribus capitibus ostensa sunt, atque probata confirmantur.



X his de meliori nota, famæque nobilioris, qui doctrina, virtuteque Catholica claruerunt in Gallia doctoribus Petrus Blesensis fide, & eruditione sincera inter suos coætaneos super æthera notus in medium, lucemque prodibit. Hoc præclaro testimonio sensa suæ mentis aperiens, professionemque veræ fidei de suprema Romani Pontificis, Monarchicaque potestate conceptæ ad Alexandrum 3. scribendo testificans.

Primum testimonium Petri Blesensis.

e Ep. 45 ad Alex. 3. an. D. 1160.

e *Domus Dei quæ in lapide adiutorij super fundamentum Apostolorum, & prophetarum stabilita est, à Petro, & successoribus suis, formam eruditionis, & statum sublimitatis accepit. Quod enim stipiti rami, quod capiti membra, quod solis radij, quod fonti riuuli, hoc Apostolicæ sedis eminentiæ debent omnes Ecclesiæ, quas vbique terrarum religio Christiana fundauit.* Cuius sedis pastor, ac rector meritò in omnia mundi regna, imperia, principatusque Christianæ ditioni subdita spiritualium respectu dominari creditur: quod qui negant schismaticæ, hæreticæque prauitatis contagione polluti, à via veritatis, salutisque, misere atque turpiter aberrant. Quod verè, solidéque Iacobus Vitriacus aduersus Græcos his verbis obseruauit.

Qui Minerchicum papa principatum in omnes fideles spiritualem non agnoscunt schismatici, hæreticique sunt.

2. Iacobi Vitriaci.

f In hist. orient. c 75. an. D. 1220.

f *Græci in multis sanctæ, & summæ Romanæ Ecclesiæ, à qua propria authoritate recesserunt, ipsi schismatici contradicunt contra Dei dispositionem, qui Romanam ciuitatem totius mundi metropolim, & capitaneam, sicut in temporalibus omnibus præerat, ita in spiritualibus vniuersis voluit præesse*, &c. Post quædam per conclusionem supremæ diuinitus in Romano pontifice confirmatæ potestatis stabilitatem sic infert.

g Ibid.

g *Patet ergo cùm super hanc petram, pro qua Dominus rogauit, vt non deficeret fides eius, post Christum ædificata sit, & fundata Christi Ecclesia. Quod omnes, qui ab Ecclesia Romana recedunt, absque fundamento ædificant, in vanum laborantes, & ab eo, qui à Domino Cephas appellatus est, separati, acephali, & monstrosi homines meritò sunt reputandi.* Sed scholasticos doctores celebrioris nominis, & famæ, in quibus maximè solida, sinceraque diuinæ sapientiæ lux inclarescit, loquentes audiamus. Primum ordine temporum Alexandrum Alensem, Franciscanæ familiæ lumen insigne in theatrum foras educam, suæ fidei, rectæque persuasionis sensum his verbis aperientem.

3. Alexandri Alensis an. 1230.

h Alens. part. 3 q. 40. membro 2.

h *In ordine potestatum secularium nullus est maior Rege, vel imperatore, quemadmodum in ordine potestatum spiritualium, nullus est maior papa. Tamen collatione facta potestatis spiritualis ad secularem, potestas spiritualis est supra secularem, sicut spiritus est supra corpus. Vnde de Hieremia* i *dicitur. Ecce constitui te super gentes, &*

In ordine potestatum spiritualium nullus maior papa.

i Hieram. c. 1.

4. Alberti Magni an. 1250.

regna. Albertus non sine causa propter eminentiam doctrinæ cognominatus Magnus, insignis prædicatorum Parisiensium familiæ doctor, sacræque professor sapientiæ in caput 16. S. Matthæi scribit. *Christum Dominum hæc verba, dico autem tibi &c. S. Petro singulariter dixisse: non quod Petrus, inquit, singulariter acceperit claues, sed quia in vnitate ordinis Ecclesiæ vnus est, qui accepit in plenitudine potestatis, qui est successor Petri, & Petrus in potestate. Alij autem in eadẽ vnitate accipiunt in parte potestatis, eo quod vocantur in partem sollicitudinis.*

Par in Ecclesia Papa potestas cum S. Petro.

Et in caput 22. Lucæ perpetuitatẽ rectæ, infallibilisq. fidei, sine vlla erroris obliquitate sedi Apostolicæ, eiusq. præsulibus S. Petri successoribus veraciter astruẽs, in hæc saluatoris verba.[a] *Ego rogaui pro te &c. hoc argumentũ efficax est*, inquit, *pro fide Petri, & successore ipsius, quod fides eius nõ finaliter deficeret.*

a S. Thomas opusc. 1. cõtra errores Græcorum c. 63. 64. 65.

5. D. Thomæ an. D. 1250.

At de S. Thoma angelico doctore, Parisiẽsiq. in sacra Theologia professore huiusquõdã Alberti magni discipulo, quid dicemus? Quot, & quanta maximi ponderis ad nostri confirmationẽ instituti testimonia, sententiasq. grauissimas, ex diuina sancti spiritus abysso, fonteq. deprompsit, & hausit? In quibus colligendis, referendisq. facilius esset principiũ, quã exitũ inuenire. Quorum multa pluribus in locis pro quacũq. oblata superius occasione retulimus. Vt cũ copiosè, cumulateq. superius ex illius doctrina, quibuscũq. fidelibus clericis, & laicis principibus, & populis de necessitate salutis incũbere, prout dociles, obsequẽtesq. filios decet, Rom. pontificis parere mandatis, imperiisq. substerni probauimus.

Obedire Rom. pontifici in omnibus rectè iussis est de necessitate salutis.

Qui eminentiã, sublimitatẽq. pontificis Romani principatus mentis efferens honoribus, ad supremũ illius thronũ rerũ ad fidẽ Catholicã spectantiũ determinationes, decisionesq. pertinere moltis in operum suorum locis, librisque solida, efficacique demonstratione comprobauit. Vt capite[b] 68. opusc. contra errores Græcorũ, &[c] 22. quæst. 1. articulo 10. cùm ait. *Ad illius authoritatẽ pertinet editio symboli, ad cuius authoritatem pertinet finaliter determinare ea quæ sunt fidei, vt ab omnibus inconcussa fide teneantur. Hoc autẽ pertinet ad authoritatẽ summi pontificis: ad quẽ maiores, & difficiliores Ecclesiæ quæstiones referũtur, vt in decreto dicitur distinct. 24. Vnde & Dominus Lucæ[d] 22. Petro dixit, quem summũ pontificẽ constituit. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et huius ratio est: quia vna fides debet esse totius Ecclesiæ, secundũ illud ad Corint.[e] primo: idipsũ dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, quod seruari non posset, nisi quæstio fidei de fide exorta determinaretur per eũ, qui toti Ecclesiæ præest: vt sic eius sententia, à tota Ecclesia firmiter teneatur, & ideo ad solã authoritatẽ sũmi pontificis pertinet noua editio symboli, sicut & omnia alia, quæ pertinent ad totã Ecclesiã, vt congregare synodũ generalẽ, & alia huiusmodi.*

Quæ fidei sunt determinare Romani Pontificis est.

b D. Thomæ c. 68. opusc. 1. contra errores Græcorum

c S. Tho. ep. 22.

d Dist. 24. & can. quotiens 24. q. 1.

e Lucæ c. 22.

Quantũ efficaciæ ad firmandũ nostri robur instituti in hoc testimonio radicatur, atque fundatur! Et in eadẽ parte summæ quæst. 39. artic. 1.[f] *Caput*, inquit, *Ecclesiæ est ipse Christus, cuius vicẽ in Ecclesia gerit summus pontifex: & ideo schismatici dicuntur, qui subesse renuunt summo pontifici, & qui mẽbris Ecclesiæ ei subiectis cõmunicare recusãt.* *Magnũ profectò illud priuilegiũ est Ecclesiæ Romanæ à Christo Domino collatũ*,[g] *vt omnia Romano Pontifici sicut Christo obediant*, inquit ipse doctor Angelicus. Quid vero doctor ipse Angelicus de patris præsulisq. sanctissimi certitudine nullo errori subdita circa rerũ ad fidẽ spectantiũ definitiones crediderit audiamus. *Sola*, inquit, *Ecclesia Petri, in cuius partẽ venit tota Italia, dũ discipuli mitterẽtur ad prædicandũ, semper firma fuit in fide, sũque in aliis partibus vel nulla fides sit, vel sit cõmixta multis erroribus: Ecclesia tamen Petri & fide viget, & ab erroribus munda est. Quia Dominus dixit Petro. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.*

f 1. Cor. 1.

g S. Tho. 2. 2. q. 39 art. 1.

Non obedientes papæ schismatici dicuntur.

Idem in opusc. contra impugnantes religionem c. 3.

h D. Thom. opusc. 8. de symbolo Apost.

Eius doctoris Angelici coæuus doctor Seraphicus S. Bonauentura fratrũ minorũ ordinis, imperium spirituale Romani pontificis originẽ, fontemq. omnium spiritualiũ, salutariũq. principatuũ in vitam æternã collimantiũ non sine magna causa, ratioueq. ita discurrens appellauit.[i] *Quia excellentia quantò magis descendit, tanto magis dilatatur, & quãto magis ascendit tanto magis vnitur. Hinc est quod plures sunt Episcopi, pauciores Archiepiscopi, paucissimi Patriarchæ, & vnus pater patrũ, qui papa meritò appellatur, tanquam vnus primus, & summus pater spiritualis omnium patrum, imo & omnium fidelium, & hierarcha præcipuus, sponsus vnicus, caput indiuisum, pontifex summus, Christi vicarius, fons, origo, regula omnium principatuum Ecclesiasticorum, à quo tanquam à summo deriuatur ordinata potestas, vsque ad infima Ecclesiæ membra, secundum quod exigit præcellens dignitas Ecclesiæ in Ecclesiastica hierarchia.*

6 Bonauenturæ an. D. 1260.

Omnis potestas interna in ordine ad cœlestem gloriam pontifici subijcitur tanquam fonti omnium salutarium, spiritualiumque dominationum.

i S. Bonauent. part. 6. breuiloquii c. 12.

Eius sancti, deuotique doctoris tempori proximus erat Richardus de Mediauilla, qui Romani pontificis visibilis Ecclesiæ capitis Monarchicum in Ecclesia Catholica regimen ita monstrauit, & asseruit. *Cũ Ecclesia sit vnum corpus Christi mysticũ ex diuersis statibus, & membris constitutum ad obseruationem huius veritatis oportet esse vnum caput, omnium statuum Ecclesiæ, & membra diuersa conueniant, secundùm debitam proportionem in vnum, vt sic conformetur Ecclesia militans suo exemplari in cœlo, ille autem Episcopus, qui præest toti Ecclesiæ, est Episcopus Romanus.*

7 Richardi de Mediauilla circa an. D. 1280.

Iam verò quàm sincerè, Catholicéque de Monarchica illa, supremaque in omnes fideles pontificis Romani potestate, & authoritate Durandus[k] alter magnus Parisiensis doctor, dominanæ scholæ, sacrorumque director studiorum censuerit, quantisque illam honoribus, eloquiisque decorauerit, ex hoc illius testimonio præclaro audiamus. *Potestas*, inquit, *quæ tota data est vni in suo fonte, non est in aliis, nisi deriuata, & limitata, pro illius voluntate, sed potestas iurisdictionis, quæ est ad regendum populum, tota in suo fonte data fuit Petro, & successoribus eius, quando cura Ecclesiæ ipsi fuit commissa dicente Domino,[l] Pasce oues meas. Hoc enim nulli aliorum Apostolorum dictum est, nec tunc, nec ante, nec post. Ergo talem potestatem plenam, & perfectam habet solus successor Petri, qui ob hoc papa dicitur, quasi pater patrum*, &c. Post hæc. *Supra simplices sacerdotes*, inquit, *sunt Episcopi, qui habent iurisdictionem ordinariam, super totam diœcesim: super hos sunt Archiepiscopi, super omnes denique Papa collocatur, penes quem residet plenitudo huius potestatis, & primatus huius potestatis, & hoc est rationabile.* Qui postea non aliud esse posse Ecclesiæ regimen, quàm Monarchicum, ita solidè, efficaciterque docet. *Quia optimum regimen vnius multitudinis est, quando regitur per vnum supremum, à quo descendit authoritas regendi in medios, & vsque ad infimos. Sed regimen sanctæ Ecclesiæ est optimè à Christo institutum. Ergo in tota Ecclesia debet esse vnus vniuersalis rector, à quo descendit authoritas*

k Durandi in 4. sentent. dist. 24.

l Ioan. c. vlt.

Omnium principatuum optimus est Monarchicus quẽ in sua Ecclesia Christus Dominus erexit, & instituit.

Ibid Durandus.

Monarchicum Papæ regimen non agnoscentes sunt schismatici.

regendi in medios, vsque ad rectores infimos: & hic est Papa, & propter hoc stat vnitas Ecclesiæ, quod omnia membra sunt sub vno capite, qua de causa illi, qui hanc potestatem negant, schismatici dicuntur, quasi vnitatis Ecclesiæ diuisores. Eius doctoris tempore viuebat alius non ingenio scholæ minor illo, sed multo maior eloquio cathedræ, Petrus Paludanus patria Gallus Aquitanicus, qui eandem cum illo de Monarchico Pontificis Romani regimine doctrinam tenuit, eamque hisdem plane verbis asseruit.

9 Petri Paludani Vasconis in l. 4.

In recentiora secula descendamus, in quibus clarissima Parisiensis scholæ sacrosanctæ lumina doctores diuinæ, Catholicæque doctrinæ radiis circumfusi coruscarunt. Vt Petrus de Alliaco, qui magnus quondam Nauarræi Collegii moderator, postea factus Archiepiscopus Cameracensis merito suæ probitatis, & doctrinæ singolaris, illustrissimus sedis Apostolicæ Cardinalis euasit. Cuius illud nobile de suprema, Monarchicaque Romani pontificis authoritate testimonium ad perpetuã orthodoxæ illius fidei memoriam posteritati mandatum legimus.

10. Petri Aliacensis in tractatu de origine Ecclesiastica potestatis conclus. 2. circa an. 1410.

Ideo Dominus hoc prauidens (scilicet schisma, & discordias in acclesia sua) *contulit pro se sancto Petro, & successoribus eius authoritatem disponendi ministros Ecclesiæ, & determinandi eorum iurisdictionem dicens. Pasce oues meas, id est sis pastor, & prælatus generalis ad quem pertinet dispositio, & regimen omnium, & ouilis, &c.* Aliud eius doctoris Parisiensis Archiepiscopi Cardinalis testimonium non minoris pro hac suprema, Monarchicæque patris sanctissimi potestate ponderis, & efficaciæ, quàm illud in speculo considerationis sermone habito in cõcilio Constantiensi his conceptum verbis habetur.

C

b Petrus Alliac. in speculo considerationis sermone habito in Concilio Constant.

[b] *Episcopalis authoritati nimis detrahunt, qui definire præsumunt Episcopos non posse in suis diœcesibus errores in fide & moribus notorie scandalosos, cum peritorum consilio condemnare. Sicut enim hoc potest generaliter in vniuersali Ecclesia summus ille Episcopus qui habere dicitur plenitudinem potestatis: sic inferior Episcopus vocatus ab eo in partem solicitudinis, hoc vtique poterit particulariter in sua diœcesi, seu particulari Ecclesia.* At Ioannes Gerso Cancellarius Parisiensis doctor, profectò doctrina, ac pietate magnus, quàm sincerè, verè, fideliterque de hoc sacrosancto, Monarchicoque Ecclesię regimine, in pontificia dignitate diuinitus à Christo Domino radicato, atque fundato scripserit, quis inficiatur? Nemo sanè, nisi monarchomachi, qui in opprimenda, labefactandaque, quantum in eis est spirituali pontificis Romani Monarchia, huius pii, eruditique doctoris non minus malitiosè, quã imperitè testimoniis abutuntur.

11. Ioannis Gersonis.

D

Sed quid ipse doctor egregius præter commemorata à nobis dixerit audiamus.

c Gerson. de potestate Ecclesiæ cõsid. 10.

[c] *Plenitudo legis*, inquit, *Ecclesiasticæ sic propriè sumpta non potest esse de lege ordinaria, nisi in vnico summo pontifice formaliter, & subiectiuè, alioqui Ecclesiasticum regimen non esset Monarchicum, & habere posset multiplex caput ex æquo, quod apertè est hæreticum.* Libro verò de [d] auferibilitate papæ docet nunquam posse Ecclesiæ statum, regimenque Monarchicum mutari, sicut omnes omnium seculi dominationum, principatuumque formæ variari possunt, vt experientia magistra sæpius, ipsisque rerum dominationumque alternationibus cõprobatũ est.

d Gerson. libro de auferibilitate Papæ considerat. 8.

Ait enim eo loci. [e] *Auferibilis est, aut mutabilis lege stante, quæ politia ciuilis, Monarchica, seu regalis, vt fiat aristocratica: & non sic de Ecclesia, quę in vno Monarcha*

e Ibid. supra.

A

supremo per vniuersum fundata est à Christo. Cuius rei rationem optimam, valdeque potentem profert, hanc videlicet. *Quia*, inquit, *nullam aliam politiam instituit Christus, immutabiliter Monarchicã, & quodammodo regalem, nisi Ecclesiam, & oppositum sentientes de Ecclesia, quod scilicet fas est, esse plures Papas, aut quod quilibet Episcopus est in sua diœcesi, Papa, vel pastor supremus æqualis Papæ Romano, errat in fide, & vnitate Ecclesiæ contra articulum illũ.* ET IN VNAM SANCTAM CATHOLICAM, ET APOSTOLICAM ECCLESIAM. *Et si pertinaces maneant, iudicantur hæretici, sicut Marsilius de Padua, & alij.*

Monarchicum Ecclesiæ regimen, ac status nunquam potest mutari, non sic de seculari, tantaque Monarchia.

Ex quibus manifestissimè huius pii, eruditique doctoris, mentem, fidemque fuisse constat, Monarchicum Romani pontificis principatum à iure diuino, & ab immediata Christi Domini institutione virtutem, efficaciamque deprompsisse.

Qui credit mutari posse Ecclesiæ Monarchiam hæreticus est, quia est de iure diuino ex mente Gersonis.

B

Vnde in hoc toto libro quærit qua ratione sit papa auferibilis, idest, de dignitatis Apostolicæ solio deturbari possit, vt desinat esse pontifex videlicet, an per spontaneã Papæ ab Apostolica sede abdicationem, cessionemque voluntariam (quoniam in controuersiã venerat, an voluntaria Celestini 5. à fastigio pontificiæ dignitatis abdicatio iure subsistere posset) post hæc disputat Gerso an à sede pontificia deturbatio, ciectioque concilii generalis authoritate fieri iure possit, siue consentiente, siue non, Romano Pontifice, vt si esset, *vel hæreticus, vel schismaticus, vel non omnino indubitatus pontifex.* Quales erant tres illi, qui ante concilium Constantiense inter se ancipiti contentione distracti de dignitate inter se, maiestateque pontificia dimicabant.

Qua ratione ex mente Gersonis dici possit papa auferibilis.

C

His in controuersiam vtrimque productis, & agitatis, tandem consideratione 20. & vltima, quid ipse sentiat circa hæc, credendumque firmiter arbitretur, hac conclusione manifestat. [f] *Auferibilis non est, vsque ad consummationem seculi Christi vicarius, sponsus Ecclesiæ, quin aliquis certus, & vnicus præficiatur. Quod si daretur oppositum, tunc Ecclesia maneret imperfecta vsque ad consummationem seculi, nec suorum gauderet integritate membrorum, & præsertim membri principalis.*

f Gerso de auferibilitate Papæ considerat. 20. & vlt.

Almaini doctoris Parisiensis, patria Senonensis, vera de hac spirituali, Monarchicaque Pontificis Romani potestate confessio his ab eo verbis concepta est. *Christus fuit sapientissimus, quia plenus sapientia, & quod instituit optimam politiam, sed optima politia debet regi regimine regali, vt dicit* [h] *Aristoteles in politicis, itaut vnus sit, qui in quemque habeat potestatem, & nemo in eum. Ergo verissimè est quod in Spiritualibus*

12. Almaini de potestate Ecclesiastica c. 4.

h Arist. in polit.

D

Christus instituerit superiorem, qui habeat quemlibet coercere, & nullus eum. In cuius supremæ signũ potestatis, monarchicæque maiestatis. [i] *Petro*, inquit *& successoribus eius data est potestas à Deo constituẽdi canones, & dignitates Ecclesiasticas per vniuersũ orbẽ, sicut officia, & curas, &c.* In eodẽ libro ait, [k] *papã non esse de iure canonico, sed supra ius canonicũ.*

i Ibid.

k Ibid.

Alia mitto huius doctoris superius allata testimonia. Ioannes de Cellaia alius doctor Parisiensis, eandẽ, quã ipse Almainus doctrinã verbo, factoq. professus est, cũ dixit. [l] *Dominus papa regit vniuersalem Ecclesiam, & merito potest vocari rex, quod ex illo Ecclesia cantu comprobauit. Simon Petre, antequã vocarem te, noui te, & super plebem meam te constitui. Atque hanc supremam, Monarchicãq. potestatem non ab Angelis, non ab Apostolis, non ab vniuersali Ecclesia, sed immediatè ab ipso Deo, Christoq. D. Ro-*

13 Ioannis de Cellaia in 4. sent. dist. 24. q. 4 & 7. Papa merito dici potest rex ex Ioanne de Cellaia.

l Ibid.

manum Pontificem accepisse firmiter, fideique certitudine defendit.

z Henrici de Gandauo.

Eadem quæ ipse de Cellaia Henricus Gandauensis doctor Parisiensis, societate Sorbonica donatus huic de Cellaia doctori coniunctus, credidit, publicaque professione docuit. Simili fide, professioneque eadem tenuit, professusque defendit Robertus Cænalis, Parisiensis doctor, Sorbonicæ societatis alumnus, Episcopatus Abrincensis honore sublimatus, cum dixit. [a] *Pontificis Monarchia ad hoc vt doctrina consensus retineatur non solum vtilis, sed etiam necessaria, imo & à Christo instituta, & ab omnibus omnium ætatum doctoribus asserta est.* Has omnes, similesque Catholicæ veritatis assertiones in fauorem, defensionemque Pontificiæ maiestatis ab hæreticis, schismaticisque sedis Apostolicæ perduellibus vehementer oppressæ ægre ferunt Monarchomachi in tot celebrium doctorum Parisiensium scriptis inueniri: quos à suis stare partibus contra Monarchiam pontificiæ maiestatis impudenter, nefarieq. mentiuntur. Quàm vellent tot graues veritatis luce fulgentes eruditas, orthodoxasque sentẽtias pro defensione Pontificiæ sanctitatis, contra errorum suorum dementiam, ex tot illustrium Galliæ doctorum, hæreticæ insaniæ, abominationisque schismaticæ mastigum fontibus non exhauriri! quos non pudet impudenter mentiendo gloriari, se ex eorum doctrinæ monumentis sua erronea, impiaque dogmata, ad sacrosanct subuersionem Romani Pontificis imperii deprompsisse: Similes in hoc Donatistis hæreticis, pari cum illis confusione dignissimos. [b] Qui, vt diuus Augustinus ait in collatione cum Donatistis, *bene repulsi, velut aliquid validissimum prolaturi, cum petiissent optatum legi,* quod & ante petiuerant, *vnde se probaturos dicebant Cæcilianum, ab imperatore Constantinopolitano damnatum &c. Cognitore iubente, illud inter cætera ex Optato recitatum est, Cæcilianus omnium supra memoratorum sententijs innocens est pronunciatus. Quod cùm recitaretur Donatistæ dixerunt hoc se non petijsse recitari: stomachantes aduersus eos qui risum tenere non poterant, cùm audissent quàm apertam contra semetipsos paginam protulissent.* Ita monarchomachi dum pro se in ruinam spiritualis, Pontificiæque Monarchiæ nobis tot illustres, celebresque doctrina Catholica, vitæque puritate doctores opponunt, in sua tela, mucronesque proprios incurrunt: quibus in vindictam maiestatis sanctissimi patris oppressę, iusto Dei iudicio confodiuntur.

25. Roberti Cænalis Abrincens. Episcopi.

a L. 2. de oblata ab hæreticis conditione.

Monarchomachi male citando pro se doctoribus Parisiens. similes Donatistis hæreticis.

b S. Aug. in opere diei 3. c. 10.

CAP. VI.

Sincera, Catholicaque sacræ facultatis Parisiensis de supremo, Monarchicoque Romani Pontificis super omnem Christi Domini Ecclesiam principatu confessio, eiusque in ipsum Monarcham vniuersalis Ecclesiæ, patrem omnium fidelium sanctissimum pietas, obedientia, & honor.



IAM quod hactenus superioribus huius libri capitibus de Conciliis habitis in Gallia, de superioribus Gallicanarum Ecclesiarũ pastoribus, Episcopis, de archimandritis, abbatibus piisque vitæ monasticæ in Francia professoribus, deinque de celebrioribus, illustrioribusque doctrina, sanctitate, sapientia Theologiæ doctoribus, præcipuè verò Parisiensibus sigillatim longa exemplorum inductione probauimus: idipsum de tota sacratissimæ sapiẽtię, Theologiæque facultate Parisiensi, collectiuè sumpta, nunc ostendere, probareque nos oportet. Nostræ autem probationis neruos, ac vires non aliunde, quàm ex intimis huius sacræ facultatis conclusionibus, censurisque veluti limpidissimis veritatis, æquitatisque Catholicę fontibus exhauriemus, atque depromemus. Vt sic Christianus boni nominis, ac famæ conspicuę candor tantæ facultati seruetur, atque doctrinæ illius à calumniis, imposturisque perniciosissimorum societati Christianæ hæreticorum, schismaticorumque maleuolorum Monarchiæ spiritualis in orbe Christiano perduellium, nec minus illius odio, secularis Catholicæ ruinam, interitũque machinantium, sinceritas, integritasque vindicetur. Qui corde turgido sicut ore buccis mendacia, iniuriasque in sacratissimam Beati Petri sedem trutinantes inflatis, bacchantium more vociferari non cessant, Parisiensem Theosophiæ facultatem, reliquarum totius mundi principem, suis semper à partibus, id est contra Christum, eiusque Ecclesiam rebellionibus aduersus supremum, Monarchicumque Pontificis Romani principatum stetisse, serioque pugnauisse. Quod quàm inuidiosè, atque calumniosè contra tantæ facultatis honorem isti monarchomachi ausu nefario sine fronte turpiter euomuerint: huius celeberrimæ facultatis aliquot eruditarum, Catholicarumque conclusionum, necnon censurarum iustarum, contra malè de suprema Pontificiæ, Apostolicæque sedis authoritate sentientiũ relationes, commemorationesque comprobabunt. Atque ne longè abeamus, Anno Domini 1330. errores, & impietates hæreticas, schismaticasque Marsilii de Padua, & Ioannis de Iandono, contra spiritualem sedis Apostolicæ principatum, primatum sancti Petri, eiusque successorum Romanorum pontificum præter cęteros Parisiensis facultas exacrata est, eos censura, qua priùs sedes Apostolica damnauerat, dignissimos esse iudicauit. Inter quos errores, quibus isti perniciosissimi Christianæ congregationi, Catholicæ veritatis hostes ora, cordaque fœdauerant, Illi erant, [c] vt in primo libro registri Parisiensis facultatis conclusionum, censurarumque leguntur. 1. *Quod beatus Petrus Apostolus non fuit plus caput Ecclesiæ, quàm quilibet aliorum Apostolorum, nec habuit plus authoritatis, quàm habuerunt alij Apostoli, & quod Christus nullum caput Ecclesiæ fua, nec aliquem suum vicarium in terris constituit.* 2. *Quod ad imperatorem spectat corrigere Papam punire, instituere, & destituere.* 3. *Quod omnes siue sint Papa, siue Archiepiscopus, siue sacerdos simplex, quicumque sunt æqualis authoritatis, & iurisdictionis ex institutione Christi, sed quod vnus habeat plus authoritatis, quàm alius, hoc est secundum quod impera-*

Prima facultatis Parisiensis conclusio contra errores Marsilij de Padua

c In libro 1. registrorum conclusionũ facultatis.

Errores Marsilij de Padua & Ioan. de Iandunu contra Rom. Pontificem.

1. Error.

2.

3.

tor conceſsit plus, vel minus, & ſicut conceſsit, reuocare poteſt. Quarto, & vltimo, quod Papa, vel tota Eccleſia ſimul ſumpta nullum hominem quemcumque ſceleratum poteſt punire punitione coactiua, niſi imperator daret eis authoritatem, velut ſacræ fidei contrarios, & fidei Catholicæ inimicos hæreticos, ſeu hæreticales, & erroneos, vt cenſura loquitur, &c. Quos abominabiles errores, nefariaque hæreticæ, ſchiſmaticęq. impietatis dogmata facultas Pariſienſis ſanctiſſimi patris, vniuerſalis Eccleſiæ Monarchæ iuſſis obſequens condemnando deteſtata eſt.[a]

a Ibid.

Cumque per quoſdam accepiſſet Romanũ Pontificem Ioannem huius nominis vndecimum ægrè ferre, & vehementer indignari, quod illos peſtiferos iſtorum hæreticorum errores quidam in ſermonem vernaculum in Francia tranſtuliſſent: vt plebeiorum corda, menteſque in ſummam ſedis Apoſtolicæ contumeliam talium errorum contagione pollucrent. Ipſa ſicut caſtiſſimam, obedientiſſimamque filiam decet, vt patri ſanctiſſimo placeret, & obediendo gratificaretur, nullum non mouit lapidem, omneſque ſuæ neruos induſtriæ, diligentiæque tetendit: vt huiuſmodi libelli nefandorum errorum tranſlatorem, inquiſitione diligenti, ſolicitaque comperire poſſet, atque detegere: qui illum vel ſua cenſura compeſceret, ſi de ſuo eſſet gremio, vel ſi de altero, ſecularibus iudicibus denunciaret, qui eum ſuo brachio traditum digna caſtigatione mulctarent.

2. Concluſio & cenſura.

2. Cùm magiſter Nicolaus Quadrigarius ordinis fratrum Heremitarum S. Auguſtini anno Domini 1442. die nono menſis Ianuarii, in ſuis veſperiis dixiſſet, aſſeruiſſetque in theſibus ſuis ſolam Papæ poteſtatem in tota Eccleſia eſſe immediatè à Chriſto Domino, inſimulatus erroris, atque reprehenſus eſt, à ſancta facultate Pariſienſi, alias ſecundum rei veritatem, præter Romani Pontificis authoritatem, poteſtatemque in Eccleſia Dei dignitates ſuam inſtitutionem, virtutemque à Chriſto Domino immediatè ſortiri agnoſcente, qualis eſt præter alias dignitas Epiſcopalis. Ipſe autem facultatis ſuæ matris imperiis obediens, aſſertionem ſuam nimis latè, generaliterque prolatam hac diſtinctione reſtrinxit, cùm reuocans errorem, obediens facultati dixit poteſtates, iuriſdictionis Eccleſiaſticæ alias à Papali diſtinctas eſſe à Chriſto, quantum ad inſtitutionem, & collationem primariam, à Papa autem, & ab Eccleſia quantum ad limitationem, & diſpenſationem miniſterialem. Quam diſtinctionem pro ſolutione Catholica, erroriſque diſcuſſione facultas Theologica tanquam orthodoxam ſibi placere ſua cõcluſione ſignificauit. In quo quanti dignitatem Romani pontificis hierarchicam, ſupremamque facultas illa fecerit, quantoque illam proſequendam honore, reuerentiaque iudicauerit, omnibus notum, manifeſtumque declarauit. A qua cæteras omnes prælatorum, paſtorumque Eccleſiarum Dei, quæ ſub cœlo ſunt poteſtates, dignitateſq. ſub Chriſto Domino, eoque ſic ordinante, *ratione iuriſdictionis, limitationis, diſpenſationiſque miniſterialis* (vt ille magiſter Auguſtinianus loquebatur) *deriuari, promanareque ingenuè confiteretur.* Vnde Innocẽtius 8. ſuorũ ſecutus anteceſſorũ, vt Gregorii 9, Alexãdri 3. & aliorũ, de quibus ſupra, paternũ erga Pariſienſẽ Theologiæ facultatem affectũ charitatẽque pontificiã, declariſſimè declarauit.

An. D. 1442. contra errorem fratris Nicolai Quadrigarij Auguſtinienſis.
Ex eodem Cod. 1.

Magnus Innocentius 8. paternus amor in facultatem Pariſienſem ob pium illius in ſedem Apoſtolicam zelum, vt conſtat ex eodem Cod.

A Cũ agnoſcens rectiſſimam huius facultatis de ſupremo Chriſti D. vicarii in Eccleſia vniuerſali principatu opinionem, deuotiſsimumque illius in ſedem Apoſtolicam obſequium, atque reuerentiam, mirabiles illius in corde ſuo amores excitauit, & illam multa laude prædicationeq. proſecutus, paternarum benedictionum fœcunditate varia cumulauit. Quod non modo honorem ſummum, dignitatemq. diuinitus à Chriſto Domino datam pontificiæ maieſtatis piè, religioſéq. coleret, atque cuſtodiret, ſed etiam generosè, fortiterque omnes contra eam peruerſorum hominum errores Catholica cenſurarum ſuarum grauitate retunderet. Id cùm ſæpius, diuerſoque tempore facultas ipſa ſtrenuè, viriliter, religioſéque præſtiterit, tum maximè circa annum 1484.
B quando malè feriatus homo magiſter Ioannes Laillier, preſbyter, in Theologia licẽtiatus in multos, eoſque grauiſsimos contra fidem Catholicã, ſediſque Apoſtolicæ ſanctitatem errores incidiſſet. Quibus publicè prædicando populorum fidelium animos infecerat: & reſpondendo de Sorbonica ſtudioſorum Theologiæ candidatorum magiſtrorumque illic per cancellos audientium, aures non mediocriter offenderat. Qui Catholicam, ſeueramque in iuſtitia, zeloque religionis ſanctæ radicatam magiſtrorum doctrina, pietateque præſtantium facultatis Pariſienſis cenſuram vehementer apprehendens, ad Epiſcopum Pariſienſem, vt cenſuræ facultatis laqueos effugeret, appellando properauit. Cui in hypocriſi, fictiſque ſermonibus errorum pœnitentiam abiurationẽque prętexens, ſic illuſit, eiuſque auribus inſidiatus eſt: vt ab eo hac fraude laruatus,[b] abiurando errores in publico, errátorum, criminumque patratorum præter, & contra facultatis deputatorum intentionem, ipſe tot reus criminum abſolutionem iudicialiter, vt fert ſententiæ[c] tenor, obtinuerit. Quod audiens, reſcienſque ſacra Pariſienſis facultas celebri doctorum ſuorum multitudine, coronaque congregata protinus ab hac Pariſienſis Epiſcopi ſententia ad Romanum Põtificem Innocentium 8. ſublata mora[d] prouocauit. Quam prouocationem, appellationemque, vtpote iuſtiſsimam pontifex gratanter accipiens doctorum Pariſienſium zelum, religioſamque in extirpandis contra Catholicam fidem, ſedemque Apoſtolicam dogmatis impiis generoſitatẽ maximè probauit: multiſque honorum præconiis extulit. Contra verò abſolutionis ſententiam Epiſcopi Pariſienſis improbando, Apoſtolici decreti vigore confregit, & irritauit. Vt ex præclara illa dilectionis, affectuſque paterni plena ad decanum, doctoreſque facultatis Pariſienſis epi-
D ſtola ab eo pontifice miſſa euidenter apparet. In cuius principio, progreſſuque Chriſtianas Theologorum illorum virtutes, zelumque Catholicæ deuotionis in Apoſtolicam ſedem hoc verborum affectũ mentis exprimentium pater ſanctiſsimus apparatu commendat.[e] *Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Intelleximus non ſine magna cordis noſtri lætitia ſinceram animorum veſtrorum deuotionem, quam ad nos, ſanctamque Romanam Eccleſiam, & fidem Catholicam habetis, cùm omne ſtudium, & curam veſtram, pro eiuſdem fidei defenſione, & hæreſum extirpatione, ſicuti probatiſſimos quoſque Chriſtianos decet, inceſſanter adhibueritis. Meremini profectò pro huiuſmodi militia tam animoſè, & ſtrenuè geſta Apoſtolicas gratias, no-*

3. Concluſio. & cenſura facultatis Pariſienſis aduerſus errores contra fidem, ſedemque Apoſtolicam Ioannis Laillier in Theologia licentiati.

b Quæ abiuratio legitur l. 1.

c Ibid.

d Prouocatio hæc in eodẽ codice integra legitur.

e Epiſt. Innocentii 8 ad facultatem Pariſ. anno Domini 1486 7 Decemb.

Magnus honos & gloria facultati Pariſ. à Rom. Pontifice tributa pro ſua pietate, & deuotionis feruore in defendenda fide Catholica, Romanaque Eccleſia.

steamque beneuolentiam, per illud præsertim, quod nuper egistis, contra quendam Ioannem Laillier, qui spiritu iniquissimo seductus ausu temerario varias propositiones scandalis, & hæresi plenas, & Ecclesiæ, & sanctorum determinationi, imo verò euangelicæ, & Apostolicæ scripturæ contrarias, & de hæresi suspectas non erubuit publicè prædicare, in magnam Dei & sanctorum, ac nostram, & Romanæ Ecclesiæ contumeliam. Vos itaque non mediocri laude dignos censemus, qui tanquam veræ fidei propugnatores pro reuocandis erroribus quantum in vobis fuit procurastis. Fuit quoque nobis gratissimum, quod per vos non fuerit admissus ad vesperias, & Theologicum magisterium. Talis enim vir Catholicæ fidei, & bonis moribus aduersarius dignus est quacumque honorum, & commodorum repulsa, armaque ex manibus furentis sunt penitus auferenda &c. Et post nonnulla, sententiam Parisiensis Episcopi, in fauorem huius erronei, corruptique doctrina nefanda Laillier B prolatam pontifex ita retractat, & euertit.[a] *Sententiam Episcopi Parisiensis, qua ab eodem Ioanne hæreticalem infamiam abolent, irritamus, cassamus, annullamus, &c.* Epistolæ verò finem his pollicitis in signum paternæ charitatis imponit.[b] *Opus Deo gratum, & nobis acceptissimum fecistis, eritque sedes Apostolica pro huiusmodi factis ad vos omnes amplioribus gratiis, & fauoribus prosequendos paratissima. Datum Romæ, &c.* Porro inter hos errores præter cæteros quos aduersus sanctissimam Ecclesiæ Romanæ, Pontificisque maiestatem in sua Sorbonica Ioannes ipse Laillier euomuit, prætermissis aliis, quos prædicando publicè facultatis Parisiensis censura damnatos turpiter exhalauit, hi sunt. 1.[c] *Petrus non habuit à Christo potestatem supra alios Apostolos, neque primatum.* 2. *Omnes hierarchizantes æqualem potestatem acceperunt à Christo, ita quod curati sunt æquales in potestate, regimine, & iurisdictione.* 3. *Summus Pontifex non potest remittere viatoribus totam pœnam eis debitam, ratione peccatorum suorum, virtute indulgentiarum, etiã si iustè, & rationabiliter dantur.* 4. *Si vultis quod ego loquar de summo Pontifice, ego vastabo totum.* Gallicè, ie gasteray tout, vel ie troubleray tout. 5. *Sũmus pontifex Ioannes vigesimus secundus non potuit condemnare de Poliaco, nec facere decretalem[d] vas electionis.* 6. *Quod decreta, & decretales summorum Pontificum non sunt nisi trupha.* 7. *Ecclesia Romana non est caput aliarum Ecclesiarum, &c.* Quos errores præter alios circa alios fidei articulos, Ecclesiæque constitutiones respondens de Sorbonica ipsè Laillier anno Domini 1484. die penultima Iulii, ore simul, & pectore nequiter eructauerat. Sed alia sancta, Catholicaque facultatis D Parisiensis in honorẽ sedis Apostolicæ Romaniq. Pontificis agnitionẽ, reuerentiãque testimonia ex intimis illius conclusionũ, censurarumque penetralibus eruamus. Extat huius epistola facultatis anno Domini 1523. ad supremum Curiæ Parisiẽsis senatum missa, in qua censura continetur, quã contra Ludouici de Berquim stirpe nobilis dogmatum impietatis hæreticæ Lutheranorum sectatoris,[e] errores aduersus sedem Apostolicam summamque Romani Pontificis authoritatem præter alios, illa facultas piè, religiosè, sapienterque distinxit. Quod præter impia multa hæreseos Lutheranæ dogmata, Apologeticum librũ, sedis Apostolicæ sanctitati, dignitatique cõtrarium, contumeliosum, sacris generalibus cõciliis planè derogantem, reluctantemque com-

a Sententia Parisiens. Episcopi à Papa Innocentio 8. cassata

b In fine ep.

Errores præcipui Ioannis Laillier contra Rom. Pontificem, sedemque Apostolicam à facultate Parisi. condemnati.

c In eodem codice registri.

d Lib. 5. extrauag. communium c. 2. de hæreticis, quæ sic incipit. *Vas electionis doctor eximius in sexto, in quo tres errores Ioannis de Poliaco doctoris Parisiens. damnantur.*

4 Facultatis Parisiens. conclusio, ac censura.

e Epist. facultatis Parisiens. ad Senatum Paris. contra errores Ludouici de Berquim an. D. 1523.

A posuerit. Quod aliis scriptorum suorum mendaciis, atque calumniis Romanæ Ecclesiæ tyrannicam administrationem contumeliose impegerit, & impudenter affinxerit.[f] Quod pestiferum libellum, rationes iniquas, furiosas, sacrilegas, mendaciorum, & imposturarum aggeribus innixas continentem, quibus diabolicè persuasus Lutherus decretales pontificum, aliosque iuris canonici libros ignibus, flammisque publicè tradendos, comburendosque curauit: è latino in Gallicam linguam ad seductionem populi oppressionemque maiestatis pontificiæ transtulerit. Quòd enervationem, destructionemque Ecclesiasticæ Monarchiæ, hierarchiæque Romanæ procurauerit. Inter Melanctonis (qui execrabilis Lutheranæ hæreseos, multis errorum dogmatumque nefandissimorum monstris prodigiosæ, primus B extitit antesignanus) sacrilegos errores, & hæreticos, quos omnes cum Lutheri scriptis execrandis facultas[g] Parisiensis sua censura condemnauit, multi contra sedem Apostolicam, Romanique pontificis authoritatem efferati bacchabantur: quos suæ similiter censuræ districtione facultas ipsa maledictioni, execrationique subiugauit. Ex quibus fuerunt illæ hæreticæ propositiones, extrema sua prauitate abominabiles impiorum mendaciorum, conuiciorumque fœtoribus, stercoribusque scatentes. Prima, *Lugdunense concilium, quia libros decretalium comprobauit pro impio habere debet*, quod videlicet nefarius hæresiarcha virtutem condendi leges Rom. pontifici nefario erroris sui suffragio nequiter abstulerit: quam concilium hoc ipsi pontifici datam esse diuino iure declarauit. Secunda, pluribus tumens errori- 1.
C bus est: *Omnium Christianorum sunt claues, sumusque sacerdotes omnes Christiani, quia sacrificium, hoc est corpus nostrum, offerimus. Nam præterea nullum est sacrificium.* Tertia, *constitutio pontificia, ad abolendam de hæreticis*, palam est hæretica quia execratur omnes, qui de sacramentis aliter sentiunt, aut docent, quàm vel docet, vel obseruat Romana Ecclesia. Quarta, *Episcopi non habent ius condendi leges*, & alibi:[h] *extant abominabiles pontificiarum legum codices.* Quinta,[i] *non habet Papa ius condendæ leges.* Qui suis scriptis non minus peruersè, & impiè, quàm imperitè, & insulsè Romanum pontificem legum condendarum pro Ecclesiæ regimine, fideliumque in viam salutis suæ directione, virtute destitui pertinaciter asseuerarunt: Nonne talium errorum hæresiarchæ sceleratissimi monstris malitiosissimè suffragantur? & quoniam omnes Galli, fidei veD ræ, Catholicæque propugnatores accerrimi, necnõ põtificiæ maiestatis obseruãtissimi, has opinionis nefandissimæ propositiones perfecto odio detestabantur: ipse nefarius Satanæ minister huiusmodi[k] Gallos Catholica fide, pietateque præstantes *carere cerebro*, per summam contumeliam, atrocissimamque iniuriam, cum quibusdam impietatis suæ complicibus affirmare non erubuit. Ex harum peruersarum, hæreticarumque huius impii, nefariique hæresiarchæ propositionum Catholica condemnatione, manifestè sincera, & orthodoxa Parisiensis facultatis doctrina conspicitur, de suprema, & infallibili Romano pontifici à Christo Domino credita potestate, in definiendis rebus ad fidem, bonosque mores spectantibus. Nam cùm hæc sacra facultas hunc impium hæresiarcham sua censura Catholica con-

Marginal notes (right): 2. · 3 · 4 · 5.

f Ibid.
Ibid.
Ibid.

5. Conclusio, & censura facultatis aduersus Melanctonis errores in Rom. Pontificem

g Ibid.

Erronea, hæreticaque Melanthonis contra sedem Apostolicam propositiones in eadem.

h ibid.

i Ibid.

k Ibid.

Sincera & Catholica facultatis Parisiensis doctrina de supremo & infallibili Rom. pontificis authoritate vel circa fidem moresque definiendi.

damnauerit, quod ipse leges pontificum decretales, tanquam erroneas, blasphemando nequiter impugnauerit: cui Catholicorum dubium esse potest, hos decretalium libros honore maximo, atque reuerentia hanc facultatem cæterarum orbis Christiani maximam velut orthodoxas leges, canonesque coluisse? Inter quos multi reperiuntur asserentes, *ad sanctam sedem Apostolicam pertinere authoritate iudiciali suprema, circa ea quæ sunt fidei, sine errore definire.* Vt inter cæteros canon ille sacer, *maiores de baptismo, & eius effectu* producatur, in quo ista scribuntur. [a] *Maiores Ecclesiæ causas, præsertim articulos fidei contingentes, ad Petri sedem referendas intelliget, qui eum quærenti Domino, quem discipuli dicerent ipsum esse, respondisse petrum .s. notabit. Tu es Christus filius Dei viui, & pro eo Dominum exorasse ne deficeret fides eius.* Sed hæc in transcursu ad alias conclusiones, orthodoxasque facultatis tantæ censuras veniamus. Circa nostræ salutis annum 1534. eadem sancta facultas iustè, seuerèque suæ grauitate censuræ in Ioannis Morand Theologi doctoris, & canonici Ambianensis errores animaduertit. Inter quos ipse Lutherana labe contaminatus, vt omnē Romano pontifici, & aliis maioribus sub illo Ecclesiarū rectoribus, prælatisq. sciscendarū, constituendarumq. fideliū saluti proficuarū legū potestatē prauis assertionibus, adulterinisq. sacræ scripturæ expositionibus adimeret: nō minus malitiosè, quā imperite cæterorū more hæreticorū omni pudore sublato contestabatur Christū Dominū sufficienter leges ad salutem populi bene credentis suæ Ecclesiæ tradidisse, ac proinde nouarū constitutionū, legūq. creatione pōtifici Romano, cæterisq. Ecclesiarū Episcopis, atq. prælatis interdixisse. Cuius assertionis prauæ confirmationē hac in alienū sensum prauè retorta scripturæ sacræ sententia roborabat: [b] *Si vis ad vitā ingredi serua mandata:* quē errorem Christi D. verbis malè intellectis, conceptisq. peruersè, sua sic facultas Parisiensis censura dānauit. [c] *Christus Petro, Apostolis, & eorum successoribus potestatē reliquit statuendi, & condendi leges ædificationi, & vtilitati fidelium accommodatas dicens.* [d] *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Hinc fit vt hæc propositio prætendens ex verbis illis Christi. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, rectè elici, quod nulla debeant esse leges in Ecclesia vltra expressas in sacris eloquiis à debita subditorum ad prælatos, & superiores obedientia perperam retrahens, & positiuas Ecclesiæ leges schismate destituens, ex peruerso sacrarum literarum sensu desumitur, & hæresis est damnata perfectorum,* scilicet iniquissimorum, *hæreticorum Vualdensium, Vuiclefi, & Lutheri.*

a Cap. maiores ext. de baptismo, & eius effectu.

6 Conclusio, & censura condemnans errores Ioannis Morand doctoris Theologi, & canonici Ambianensis contra supremam Rom. pontificis condendi leges authoritatem.

b S. Matth. c. 19 v. 17.

c Ex codice conclusionum, & censurarū Paris. facultatis ab anno 1533

d S. Luc. 10.

Circa annum 1535. Lutherani, atque protestātes Germaniæ quuidā suæ confessionis, id est perfidiæ articulos in Galliam ad Franciscū primum Franciæ Regem miserunt, quos examinari à Parisiensi facultate, eius iudicio censuræque submittere se velle fingebant, ac exterius hæretica fraude profitebātur. Quos Rex Christianissimus acceptos à Domino de Langey dicto du Belay, tradi iussit inter manus magistri, atq. doctoris Baluè qui à facultate deputatus ad Regem venerat. Hic reuersus Parisios, facultati de Regis Christianiss. mādato maioribus cōgregatæ comitiis huiusmodi articulos obtulit. Quos ritè, doctè, diligenterq. per multū tēpus examinatos, & euolutos, nec nō exacta doctrinæ, fidei, veritatisque Catholicæ trutina pōderatos, omnes facultas, vt erroneos, hæreticos, schismaticos, dānatæq. doctrinæ cōtagione pollutos cēsura notauit, atq. vt sedi Apostolicæ, Ecclesiæq. orthodoxæ, spōsæ Christi perniciosissimos execrando cō[d]ēnauit. Cuius censuræ, correctionisq. suæ Regē Christianissimū per literas certiorē reddere curauit. In quibus interea quæ ad condēnationē errorū, his contentorū articulis sanctissimo Rom. pontificis principatui reluctantiū recta flectebantur, sic Regē Christianissimū facultas per modū instructionis reuerēter affabatur: quæ sic ex idiomate Gallico in Latinū fideliter transtuli. [e] *Primū ab illis* (scilicet Germaniæ Lutheranis) *petatur an velint militantē Ecclesiā iure diuino fundatā confiteri in fide, & moribus errare non posse, atq. huius caput visibile sub Christo Domino diuinitus constitutū fuisse. An S. Petrū, dū viueret, & post eius obitū in pari dignitatis supremæ gradu Romanos pontifices illi successisse ingenuè profiteri, & agnoscere velint.* Et post quasdā interrogationes, petitionesq. de aliis fidei Catholicæ articulis, his protestantibus fieri necessarias ipsius facultatis iudicio, addidit ipsa. [f] *Item petatur ab illis Germanis erroneis vtrū velint fidē summorū pontificū canonibus, atq. decretis adhibere, eisque vt fideles omnes decet, obedire: quibus vniuersalis Ecclesia toto orbe diffusa paret, & obtēperat.* Quasi diceret facultas illos omnes extra Ecclesiā Dei sēper erraturos, & in æternæ damnationis barathra præcipitatos perpetuò fore miserrimos, si hæc de sede Apostolica, Romanoq. pontifice, sicut cæteros fidei articulos fideliter non credant, eisq Catholicæ certitudine veritatis assentiantur. His aliisq. pluribus ad Regē Christianissimū rescriptis, vt principis imperiū, mandatumq. prōptè, fideliterque facultas Parisiensis exequeretur, singulis Germanorum protestātium articulis suam instructionē affixit, & apposuit. Primus articulorum illorum, erroribus aduersus Catholicā fidem nefariis inquinatorum, erat contra supremā Rom. pontificis authoritatem, immediatè diuinitus à Christo Domino deriuatam, pro qua protegenda contra erroneā illā, hæreticamq. fœditatē sic censuit facultas. [g] *Firmiter tenendum est hierarchiā Ecclesiasticam, quā politiā Ecclesiæ nonnulli vocant, non solū sanctā esse, & vtilē, sed etiam iure diuino institutam, quę vsque ad consummationem seculi perduratura est, nec in humana situm esse potestate illam instituere, aut destituere. Cuius quidem hierarchiæ Ecclesiasticæ eodem iure diuino Monarchica potestas, est papalis, cui quilibet fidelium subesse dignoscitur, cui subdita dignitas Episcopalis adiungitur, & plebana, siue parochialium curatorum, quibus omnibus iuxta gradus suos competit oues Christi pascere, nec tamen si aliqua à patribus sanctè instituta, in qua lapsu temporis inciderint abusus, non immutatur tamen, aut deperit fides, aut aliquis fidei articuli necessariò veniunt delēdi.*

7 Conclusio & censura facultatis omnes protestantium Germanicorum errores condemnans quorum quidam dignitati supremæ pontificis Rom. derogebant.

e Ibid. eă literis facultatis ad Regem Franciscum.

Literæ facultatis ad Franciscum I.

f Ibid.

Instructio facultatis Parisiensis contra hæreticorum schismaticorum errorem supremam Rom. Pontificis oppugnantium.

g Ibid. de potestate pontificis.

Circa annum 1542. inter fidei, Ecclesiæque decreta omnibus fidelibus fidei certitudine tenenda credendaque per ordinem à facultate digesta duo illa ab eadē, apud Mathurinenses congregata proponebātur, quorum vnum erat huiusmodi. *Certū est conciliū generale legitimè congregatum vniuersalē repræsentare Ecclesiam, in fidei, & morum determinationibus errare non posse.* Alterum summam Romani pōtificis super omnē Ecclesiā à Christo immediatè datā diuinitus, exprimēs authoritatē tale erat. *Nec minus certum vnum esse iure diuino summum in Ecclesia Christi militante pontificem, cui*

8 Conclusio facultatis circa annum 1542. ex tertio codice registri facultatis.

omnes Christiani parere tenentur, qui quidem potestatem habet conferendi indulgentias. Quæ duo decreta, seu potiùs articulos fidei, sicut cæteros à facultate propositos iubebat facultas ab omnibus doctoribus, bacchalaureisque certitudine fidei credi, creditosque populo prædicari: à qua fidei sincera confessione si quis doctor aut bacchalaureus excideret, & eam ore ad salutem sicut corde ad iustitiam profiteri renueret, illum facultas è suo gremio foras eiectum velut hæreticum, schismaticumque delebat, & expungebat.

Non agnoscentes supremā Rom. Pontificis in vniuersali Ecclesia potestatem esse de iure diuino à gremio Paris. facultatis expungebatur.

Hæc fidei, pietatisque sinceritas erga Romani Pontificis honorem, in facultatis Parisiensis sinu, foroque, labentibus annis vsque ad nostra tempora perdurauit. Nam circa annum Domini 1558. hanc erroneam propositionē ab Ægidio Bigotio doctore Theologo Cadomensi prolatam, atque defensam facultas illa vt hæreticā, fideique contrariam Catholicæ damnauit. Nēpe, *claues Ecclesię non solùm fuisse promissas S. Petro, sed etiam alijs Apostolis æqualiter.* Atque in tempora paulo recentiora digredientes, atque descendentes inter articulos fidei, à facultate Parisiensi Carolo 9. Regi oblatos die 18. Iunii 1561. inuenimus illum, quem sic in latinum fideliter è Gallico sermone vertimus, videlicet. *Ecclesia vniuersalis visibilis, quę errare non potest, habet sub Christo Iesu vnum caput visibile, quod est sanctissimus noster pater Romanus pontifex, cui omnes Christiani, si salui esse velint obedire tenentur.* In eodem anno habuit orationem paræneticam, supplicationemq. hortatoriam facultas ad ipsum Regem, in quo circa principium, post quædā de fide credēda hæc per deputatum oratorem de suo selectū gremio principis animo Christianissimi, sic à me latinè versa, suggessit, & insinoauit. *Omnia prosperè, feliciterque ô princeps in regno tuo ad bonorum nutum, desideriumque successere, quàdiu populus iste tuus successione cōtinua à S. Petri temporibus ad hunc vsque diem vnū caput visibile, principemque in spiritualibus supremū Christianorum omnium Saluatoris nostri Iesu Christi vicarium in terris fideliter agnouit, eumque considerata spiritualis maiestatis excellentia deuotè, religioseque coluit.* Atque vt tot meritis, honoribus, laudibusque præclaris, quibus facultatem sapientiæ diuinæ Parisiensem, tot illius sanctæ conclusiones, censuræque Catholicæ, aduersus hæreticorum, schismaticorumque errores, atque deliria, sedis Apostolicæ sanctitati nequiter inimicantia, summoque pontificis Romani principatui nefariè reluctantia dignissimè mactarunt, colophonē tandem addere, extremumq. capiti prope absoluto fastigium imponere valeamus. Memorabilē illam super alias magna fide, pietate, sapientiaque conspicuam Parisiensium doctorum facultatis Theologię de vniuersali, supremaque patris sanctissimi Munarchia, & authoritate à Christo Domino immediate tradita confessionem pro maiori facultatis illius commendatione nominis, bonæque famæ prædicatione recēsere iuuat. Quam quidem percelebrem conclusionem ore sui decani prolatam in solemnibus comitiis die prima Decembris anni D. 1554. post missam de sancto spiritu, in æde sacra collegii Sorbonæ, ex laudato pioque more celebratam, habitis, edidit: consētientibus amica vocis, cordisq. coniuratione omnibus huius facultatis doctoribus in interioribus Sorbonici collegii scholis per iuramētū solemne congregatis; vt senatus amplissimi Parisiensis decreto parerent, & obsequerentur. A quo duo sāctissimorū patrū, summorū Pontificū Pauli 3. & Iulii 3. diplomata in fauorē patrū Iesuitatū, primū Pauli 3. anno D. 1543. alterū Iulii 3. anno 1550. cōcessa per curię parlamenti ostiariū ad facultatem missa acceperant: vt ea diligenter, maturè, eruditéque legerent, examinarent, & æquo suæ conscientiæ, doctrinæ, fidei, prudentiæ, charitatisque libramento trutinarentur. Sed antequā sacra facultas quid de his sanctissimorum patrum, Ecclesię vniuersalis pontificum diplomatibus, bullisque piè, sincereque sentiret, sua conclusione significaret: hoc religioso præambulo, veréque Catholica præfatione suam humillimā obedientiam, reuerentiam summā, fidem purissimā, pietatē religiosissimam, deuotissimāq. charitatē erga sedem Apostolicam, patremque omnium fidelium sanctissimum, omnibus suas conclusiones inspecturis testari, manifestareque voluit.

9. Conclusio ac censura facultatis contra Egidium Bigotium doctorem Cadomensem Theologum.

10. Conclusio Ex 4. cod. facultatis anno 1551.

11. In supplicatione, & oratione exhortatoria facultatis facta regi Carolo 9. anno 1551. in eodem codice.

12. Conclusio Sanctissimam facultatis confessionem de summa Rom. Pontificis dignitate super omnes fideles continens.

Dua bulla Romanorum pontificum Pauli 3. & Iulij 3. in fauorem Iesuitarū decreto senatus facultati examinanda oblata.

^a *Antequā verò ipsa Theologia facultas tanta de re tantique ponderis tractare inciperet, omnes, & singuli magistri nostri palam, apertoque ore professi sunt: nihil se aduersus summorum pontificum authoritatem, & potestatē aut decernere, aut moliri, aut etiam cogitare velle, imò verò omnes, & singuli vt obedientiæ filij 2. ipsum Romanum pontificem vt summū, & vniuersalē Christi Iesu vicariū 3. & vniuersalē Ecclesiæ pastorem, 4. cui plenitudo potestatis à Christo data sit, 5. cui omnes vtriusque sexus obedire, 6. cuius decreta venerari, & pro se quisque tueri, & obseruare teneātur, 7. vt semper agnouerūt, & confessi sunt, ita nunc quoque sincere, fideliter, & libenter agnoscunt, & confitentur.* Hæc qui ad laudē, prædicationemq. sinceræ fidei, filialis obedientiæ, reuerentiæ summæ, pietatisque maximæ huius facultatis erga sedem Apostolicam, necnon sacratissimā Romani pontificis authoritatem, maiestatemque sublimitèr perfectéque sicut omnibus Catholicis expedit agnoscendam parum puteat, quid plus expectet ne ignoro. Vt in posterum magis incipiant vera fatendo, facultatis huius gloriæ, & honori, quā antea falsa seminando, scriptisq. schismaticis calūniando, illius infamiæ, atq. dedecori velificari.

a Præclara, & sancta facultatis Parisiensis confessio, obedientia, & fides in Rom. pontificem.

Quem enim nō pudeat fideliū, capaciumq. rationis hac tā efficaci, sincera, Catholicaque Parisiensis facultatis confessione, atq. protestatione cognita, fraudulentis hæreticorū, schismaticorūque sermonibus aures præbuisse? Malitiose calūniantiū hanc celeberrimā totius orbis Theologicam facultatē cū suis doctoribus sæpius cū Apostolica sede cōtentione luctando, Romanorū pōtificum statutis, imperiisq. restitisse? Cū ipsa facultas, aliiq. omnes doctores Parisienses, maiorū suorū vestigiis insistentes, nihil se aduersus summorū pontificū authoritatē, & potestatē aut decernere, aut moliri, aut etiā cogitare velle palam, apertoq. ore profiteantur. 2. Quis Catholicorū, 2.
impietatē dogmatis illius non magnopere detestetur, quod asserentes maleuoli sedis Apostolicę cōtēptores, erroneo vocis, & cordis halitu, Romanū pontificē non tā Christi, quā Ecclesiæ esse vicariū malè solti doctrina facultatis eructādo defendere voluerūt? Cū ipsa facultas suorū filiorū doctorū fidelibus munita suffragiis ipsum Romanum pontificem summū & vniuersalē Iesu Christi vicarium ore, cordeq. publicè cū omni reuerentia proclamet. 3. Quis Catholicorū eos maxi- 3.
mi erroris, iniquitatisq. non insimulet, qui principatū Rom. pontificis super vniuersalem Christi

Ex hac facultatis protestatione schismaticorum omnium Caluinianorum imposturæque conuincuntur.

Huc refer decretalem Paschalis papæ cap. Significasti circa finem titulis 6. de electione, & electi potestate lib. 1. decretalium.

Domini Ecclesiam, Monarchicum, spiritualemque dominationem extendere, ignari, maléque conscii puræ fidei, sinceræque facultatis intelligentiæ dedignantur? Cùm ipsa hunc summum pontificem, vniuersalem Ecclesiæ Christi Domini pastorem, cuius est pascere, ac regere gregem, ei potestate, dominioque præire, recognoscat? Quis non iure in eos zelo Christi domus incensus exardescat, qui amplissimam Romani pontificis authoritatem, principatumque super vniuersalem Christi Domini sponsam indigna, perfidaque limitatione decurtant, angustoque iurisdictionis limite premunt? Cùm ipsa sancta doctorum Parisiensium congregatio cœtusque sacer, qui facultas Theologiæ nominatur, huic summo pontifici sicut sancto Petro plenitudinem potestatis à Christo datam, cui omnes vtriusque se- B xus obedire tenentur, nullatenus dubitando credat, fideiq. certitudine fateatur? Quis piorũ non grauissimè, turpissiméq. eos in errorũ hęreticorũ schismaticorumque scopulos allisisse, & impegisse credat, qui omnem condendarum legum, canonumque sacrorum vniuersalis Ecclesiæ directioni, regiminique proficuorum, atque salutarium Romano pontifici potestatem, virtutemque impudenter adimunt; superbè gloriantes, vel effrænata potiùs audacia mentientes se in hac parte veterem, priscamque facultatis Parisiensis doctrinam professione sectari? Cùm ipsa veneranda, religiosaqua Theologiæ Parisiensis facultas hoc celeberrimo doctorum cœtu in aula Sorbonica congregatorum, omnes fideles, Catholicosque pontificis Romani decreta venerari, & pro se quemque tueri, & obseruare summa cum C deuotione, ac religione teneri proclamet, suaque digna se protestatione notificet? Et ne quis hanc sanctam facultatis doctrinam hac Catholica protestatione viuis congregationis Catholicæ coloribus expressam, nouellam, recentemque esse præsumere, iureque contestari possit: prudenter audiat, attendatque diligenter quid venerabiles illi, Catholicique Parisiensis facultatis doctores in illa protestatione, præfationeque dicant, publicéque loquantur. Se videlicet omnia de Romano pontifice supra dicta sincerè fideliter, & libenter agnoscere, & confiteri, sicut cum maioribus, patribusque suis vita functis in Domino (quorũ in æterna benedictione memoria viget) semper agnouerunt, confessique crediderunt posteriores, recentioresq. Parisiensis facultatis doctores. Alias cõclusiones circa hãc religiosam Catholicæ veritatis doctrinã vlteriùs cõmemorãdo minimè prosequar: ne beneuolus lector in meis laboribus præ nimia prolixitate fastidiat. Hęc fuit semper facultatis huius omnium, quæ sunt in or- D be præstantissimæ, fidei puritas, professionis integritas, obedientiæ, reuerentiæ, charitatisque in sedem Apostolicam, pontificisque Romani maiestatem cultu summo colendam, honorandamque sanctitas. Propter quæ illam sæpius veluti diuinæ doctrinæ, sapientiæque salutaris sacrarium emporiumque non solùm reges, principes, & imperatores Christiani, sed etiam concilia Christia-

Omnes fideles tam principes laici, quam Ecclesiastici pastores facultatem Parisiensem de rebus fidei, magnique momenti consultare soliti.

A næ religionis œcumenica, sicut particularia, Episcopi, prælati capitula Ecclesiarum cathedralium, ipsi denique patres sanctissimi pontifices Romani vniuersalis Ecclesiæ pastores, in his quæ fidei puritatem Catholicæ tangerent, & ad sanctum Ecclesiæ regimen, politiamque spectarent, consultare voluerunt: vt ab illius graui iudicio voluntariè, piéque dependentes, res sacras, politicasque tutiùs, iustiùs, beatiùsque moderarẽtur. Non sine causa capitulum Cenomanense hanc facultatem de quibusdam ad fidem, moresque pertinentibus articulis per literas anno salutis nostræ 1536. consulens, illam [a] *sacratissimam, & inuictissimam Christianæ propugnatricem sinceritatis appellauit.* Vnde factum est, vt ex illius facultatis, doctrinæ, pietatisque fontibus in totum acade- B miæ Parisiensis corpus, aquæ sapientiæ salutaris exundantes hanc academiam tam celebrem illustremque bona fama, nominisque prædicatione reddiderint: vt ex omni natione, genteque Christiana, quæ sub cœlo est, nulli satis eruditi sapientia perpoliti, bonarumque literarum studiis ornati esse crederentur: qui Parisiis in hac academia florentissima ingenuas artes, studiaque sublimia minimè didicissent. Hinc ipsimet reges, principesque terræ, Christiana religione fulgentes Parisios, ad perdiscenda virtutis, & artium liberalium, indeque sacrarum studia filios suos in hac præstantissima totius orbis academia mittere voluerunt. Vt Ferdinãdus Casteilę in Hispania Rex, qui filium Philippum natu iuniorem in hac nobilissima Parisiorum vniuersitate bonis artibus erudiendum optimè curabat, in qua vt diutiùs his C ingenuis disciplinis, & postea sacris filium suum dare operam sineret, patrem Ferdinandum Innocentius papa quartus huius nominis vehementer hortabatur. Cui propterea vacantem Oxoniensem Episcopatum patre rege multis illum precibus flagitante concedere, largirique noluit, ne citiùs ab illa Parisiorum academia studiis infectis Episcopatus illius occasione reuocaretur. Quem quidem postquam ingenuas, sacrasque literas, in hac Parisiensi academia per aliquot annos euoluerit, atque versauerit, factum annis grandiorem, eùm primum occasio sese obtulerit in Episcopalem cathedram euecturum se Pontifex Innocentius patri regi spopondit, dataq. dextra promisit. Legimus etiam Carolum 4. imperatorem optimum, cùm esset adolescens bonis literis, scientiisque perdiscendis in hac Parisiensi academia, illius excellentiæ celebritate non mediocriter illectum, multorum annorum spatia cõtriuisse. qui propterea omnes sui seculi principes doctrina scientiarumq. præstantia superabat. Sic D illustrissima virtute, bonarumque literarum studiis academia Parisiensis, cunctarum quæ sunt in mũdo regina, splendore virtutis, doctrinæ salutaris, Theologicæ facultatis, illuminata, populorum longè à se remotorum, principumque externorum suauissimo bonæ famæ toto orbe vagantis odore, nominisque prædicatione mentes, animosque demulcebat, ad seque rapiebat, vt in illorum cordibus mirabiles amores excitaret sui.

[a] Epistola capituli Cenomanensis ad Parisiensem facultatem anno Domini 1536.

Philippus filius Ferdinandi Regis Castellæ in Hispania Lutetiæ bonas artes didicit.

Innocentius 4. ep. 215. idibus Nouembris ad Ferdinandum regem Castellæ anno D. 1246.

Carolus 4. imp. multos annos bonarum scientiarum studijs in academia Parisiensi operam dedit.

CAP. VII.

Virtutes cleri Gallici in alios regni huius ordines, statusque deriuatæ eundem pietatis, religionisque puræ sensum erga sedem Apostolicam, Romanumque Pontificem, qualem reges Christianissimi, huiusque Gallieanæ pastores, & doctores Ecelesiæ habuerunt, in ipsorum laicorum fidelium cordibus pepererunt.

1. *De senatus Parisiensis illustrissimi pura vera pietatis obseruantia in Romanum Pontificem.*
2. *De eadem cæterorum Gallorum fidelium, vt nobilium.*
3. *Franci peculiari prærogatina filij S. Petri dicti, omnes pietate in Ecclesiam, sedemque Apostolicam gentes antecelluerunt v,t præclaris illorum factis ostenditur.*



ICVT *non sic inflectere sensus Humanos præcepta valent, quàm vita regentis*, vt ex Clodiano, aliisque superius obseruatum est: ita C magnas habere vires pastorũ Ecclesiæ, animarumque rectorom sanctitas vitæ, fidei sinceritati coniuncta, ad Christianas secularium, laicorumqoe fidelium tam eorum qui præsunt, quàm qui præsidentibus obseqountur, ingenerandas cordibus, animisq. virtutes pro certò creditur. Vnde cùm varias, præstantesque Christianæ militiæ virtutes omnibus libri præsentis huc vsque digestis ordinatisque capitibus in vniuerso Gallicanæ Ecclesiæ clero, siue collectiuè sumpto siue singulatiter separatimque considerato inuenerimus, inuentasqoe prædicatione laudis, vt licuit, affecerimus: quæ in honorando, colendoque pastorum, ouiumque Christianarũ patre Romano pontifice, ad inuiolabilem sanctæ pacis, Christianæque charitatis inter duas Christi Domini in Ecclesia sua Monarchias custodiam directione salutari, beataque spectarent. Non immerito has in populorum Galliæ fidelium de D laico foro virorum, siue iubentium, dominantiumqoe, quales sunt oobiles, magistratusque iustitiæ, siue libere, meritorieque seruientium, & obedientium, quales sunt de plebe cæteri mentibus, cordibusque virtutes agnoscimus. Quibus pariendis egregia Regum Christianissimorum diuinæ in Ecclesiam Dei, sedemqoe Apostolicam pietatis exempla, necnon Ecclesiasticorum eiusdem regni pastorom animarum facta sanctitatis, fidelitatisque vires, neruos, fortiaque subsidia præbuerunt. Quod ne ita esse quis suspicari posset, vnico exemplo, eoque memorabili, senatos videlicet Parisiensis amplissimi, qoi nobis instar erit omnium iustitiæ thronorom rem totam breuitati consolenres eximiè, magnificéque comprobemus. Nunquam dignè satis hæc illius

A illustrissimi senatus pia, religiosaque protestatio laudari poterit: quam in graui illa, sapientique ad Ludouicum 11. pro tuendis, conseruandisque Ecclesiæ Gallicanæ priuilegiis exhortatione, orationeqoe supplici per Ioannem Losellier, inquisitionum cameræ præsidem prolata sub hac verborom formula fecit, ita de Gallico in Latinum sermonem fideli versione mutata. *Protestatur curia vestræ maiestati se nullomodo, propter quæcumque inferius dicenda velle excellenti sanctitati, dignitati, honore, & authoritati nostri sancti patris papæ, sanctæque sedis Apostolicæ derogare. Sed contra et omnem honorem, reuerentiam, & obedientiam, quam omnes boni, fidelesque Catholici supremo Ecclesiæ pastori præstare tenentur, sicut veros Ecclesiæ matri sanctissimæ filios reddere, & exhibere: protestans insuper si quid dictum factumue à se fuerit, quod correctio-* B *ne egeat, illud totum velle se omnino Ecclesiæ sanctæ, Apostolicæ, & Romanæ determinationi submittere, quæ errare non potest iuxta canonẽ. A Recta. 24. q. 1.* Hæc sanctè, piéque senatus Parisiensis illustrissimum iustitiæ, & æquitatis iubar coram Christianissimo rege protestatus, suæ fidei, pietatis, obedientiæ, charitatisque puritatem erga sedem Apostolicam, pastoremque ouilis dominici sanctissimum clara testificatione demonstrauit. Quarom virtutum zelum sapienter ardentem, sincerosque fructus in Ecclesiæ Catholicæ, sedis Apostolicæ, Romani Pontificis reuerentiam tutelamque conuersos, & veluti ad hæreticorum, schismaticorumque ruinam, extirpationemque fortiter armaros sæpius experta factis, & operibus Parisiensis Theologiæ facultas, hoc religiosissimum supremæ iustitiæ sanctuarium, firmissi- C mũ reipublicæ, Ecclesiæq. Gallicanæ propugnaculum mirificis semper sublimauit encomiis, honoribusque mactauit. [a] Testis illa est eximiæ virtutis, atque prudentiæ huius ad hunc senatum illustrissimum facultatis epistola, qua illum vehementi incensum charitatis ardore prædicat, honoribus extollit, atque futurorom præmiorum spe, expectationeque fida lætificat, propter sancta, religiosaque illius senatusconsulta, pro Catholicæ religionis, Apostolicæ sedis, Pontificiæque maiestatis defensione, contra perditorum Lutheri, eiusque sectatorum furores, & amentias edita, in medioque palatio principis senatus ore pronũciata. Cui quidem epistolę hunc facultas affixit titulum. [b] *Æquissimis supremæ Parisiensis curiæ iudicibus decanus, & facultas Parisiensis Theologiæ felicitatem, repromissamque facientibus iustitiam æternæ gloriæ coronam exoptat.* Hoc positro D ita ad laudem, honoremque virturum Catholicarum huius ordinis augustissimi suam epistolam facultas orditur. [c] *Beatos esse perhibies diuinus psaltes, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore: iustitiæ autem exercendæ præcipuum id munus est sedulo curare, vt Catholica fidei sinceritas illabefacta conseruetur, neque sinere eam prauis dogmatibus à veritate, ad errorum deuia seducentibus quoquo pacto commaculari. Quo enim modo in Christiana republica florebit incolumis iustitia, si vera in Deum fides inconuulsa non maneat, quæ cæterarum virtutum omnium basis est, ac fulcimentum. Id sanè animaduertens vestra prudentia, senatores grauissimi, & cupiens quam à Deo cœpit potestatem in Ecclesiæ sanctæ ædificationem conuertere, non destitit totis elaborare viribus, vt orthodoxæ fidei integritas, hæc nostra*

Pia, & Catholica senatus Parisiensis protestatio facta Regi Ludouico 11. pro sanctè honorando, & sincera colendo obedientia à se Rom. pontifice. lib. de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ art. 20.

[a] Epistola facultatis Paris. ad Senatum Paris. an. D. 1525.

[b] Epistolæ inscriptio.

[c] Initium epistolæ. Psal. 2.

Sine vera fide Christi iustitia in rep. Christiana florere non potest.

Magna laus Senatus Parif. ob defensam à se per arresta sua Catholicã fidem, Ecclesiamque Apostolicam, & Romanam.

nostra tempestate, incontaminata persistat. Et siquid forsasse oborietur, aut pullularet illi aduersum, aut noxium protinus extirparetur, hinc annis superioribus saluberrimo vestro senatusconsulto, adhibito etiã graui mulcta sanxistis, ne qui libri pestiferã Martini Lutheri doctrinam complectentes prælo in posterum excuderẽtur, aut venales exponerentur. Quod temperatum satis haberetis eosdẽ cũ rectæ fidei, probatisque moribus quã maximè repugnare, &c. Et cùm multos salutares, prosperosque conseruandæ in animis populorũ Christianorum fidei Catholicæ huius curiæ decretorum effectus, fructusq; toto epistolæ decursu cõmemorauit, omnesque Senatores, ac iudices ad perseuerandũ in tam rectis, religiosisque factis operibus exhortatione sua prouocauit, ad epistolæ calcẽ sic illis æquissimis, religiosisq; iudicibus pro sua in Ecclesiam Christi, thronũque Catholicæ religionis Apostolicũ, fide, pietate, charitatisq; feruore, sẽpiternę glorię adeptionẽ, fruitionẽque prædicit, hoc epistolæ fine concludens.[a] *Sic sanè tam perceptis amplissimã mercedẽ, de qua in Daniele scriptum est.*[b] *Qui ad iustitiã erudiunt multos fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Quomodo enim ad iustitiã posset quispiã melius erudire multos, quàm in amplissimo, florentissimoque regno, quæ sacræ fidei, Ecclesiasticisque institutis sunt inimica, eradicãdo publica authoritate, quæ verò consentanea illis sũt, promouẽdo? Ad quod quidẽ salutare opus conficiendũ operam nostrã omnem denouemus vestris votis quam paratissimam*, &c. Isti sunt patres conscripti, sacri iustitię cœlestis antistites, qui suis religiosis, iustisque senatusconsultis horrendos nascentium hæreticorum, ex inferis erumpentiũ Lutheri, Melãctonis, Ludouici Berquini, aliorũque Lutheranæ furiæ, portentique execrabilis sectariorum furores Caluinianis immanissimis horroribus antiquiores religiosissimè represserunt. Qui istarum omnium hydrarum Lutheranarũ, Caluinianarũque capita in dies renascẽtia suæ iustitiæ Dei gloriam Ecclesiæ sanctæ, sedisque Apostolicæ dignitatẽ zelantis malleo contriuerunt. Atque his dementatos insanus pertinaciter in diabolicis fœtoribus ingurgitatos resipiscere, & in gyrum Ecclesiæ sanctissimæ matris, per pœnitentiæ ianuã redire renuentes, seuerissimis, hisque iustissimis pœnis, castigationibusque subiugarunt. Quarum animaduersionum cum combustione librorum à primis nostri seculi diaboli ministris editorum, præclara, sancta, atque salutaria illorum patrum conscriptorum non minus sanctitate religionis Catholicæ, quàm incorruptione iustitiæ præstantium,[c] inter conclusiones, censurasque facultatis Parisiensis scripta, & asseruata decreta leguntur. Ex quibus, aliisque quamplurimis valdè piis huius amplissimi Senatus iudiciis in nouos maniæ Caluinianæ lue contaminatos, vtriusq; iuris, diuini, & humani prostitutores, regni, religionisq; Catholicæ perturbatores, postea pronunciatis, atque publicatis innotuit apertissimè: quantus pietatis, charitatisque feruor in sanctissimã Christi D. sponsam Catholicam Ecclesiam, sedem Apostolicam, in ipsorum iustitię antistitum mentibus, cordibusquę diuinitus arderet, & ignesceret.

a Ibid.

b Daniel.

c In primo codice registri facultatis. Tria curiæ Paris. Senatusconsulta contra nascentium hæreticorum insanias. 1. Contra Ludouicum de Berquin propter hæresim carceri mancipatum. 2. Contra Lutheranos, & libros comburendos Lutheri. 3 Contra libros erroneos Philippi Melanctonis, & eorum detentores.

2. Pars. Nobiles, & alij diuersorũ statuum populi Galliæ pietatis, & charitatis in Ecclesiã Dei, eidemque Apostolicam sicut Parisiensis Senatus bene à Piis instructi Pastoribus, doctoribus que participes effecti.

2. Feruor autem ipse, & ardor pietatis, charitatisque Christianæ vehemẽter in cleri Gallicani pectoribus æstuans alia regni huius Christianissimi illustria membra, fide Christi D. viuentia generosos nempè sanguine, virtutéque nobiles, necnon reliquum populum diuersis conditionibus honeA stis, statibusque distinctum salutari inflammatione peruasit. De nobilibus Franciæ hîc discursu particulari nihil dicam, de quibus parte tertia huius operis multa honorificè narrauimus: cùm eorum laus, & gloria cum Regum nostrorum triũphis, trophęisque coniuncta sit. Quos semper in bellis, præliisque pro religionis Christianę cõseruatione, Ecclesiæ Catholicæ protectione, sedis Apostolicæ, maiestatisque Pontificię defensione, contra omnes Christi D. hostes, eius Ecclesiæ sanctissimæ persecutores, perduellesq; susceptis non minus religiosè quàm fortiter secuti, sibi, posterisque suis virtutes æmulantibus ęternum decus, gloriamque compararunt. Generaliter dicã, B & verè dicam de tota gente Gallorum bene à suis instructa Pastoribus, quod quondam S. Gregorius Turonensis de ea dixit.[d] Nimirum quod *gens illa ab initio nascẽtis Ecclesia Catholicis semper assueta dogmatibus haud facilè patiebatur Arianos barbaros nobiliorẽ Galliæ partem, vtpote Italiæ magis propinquam obtinere; memores quot, quantaque maiores ipsorum sanctissimi, qui sub Constantio Augusto clarnere Episcopi obiissent, strenuè aduersus Arianos pro Catholica fide certamina. Monebantur amplius unum nouum Regem, eumdemque Catholicũ, barbatum licet, summa cum religione vitentem regnare scirent in Galliis Clodouæum.* Sub cuius vexillis, spirituali Christianæ religionis igne ardenter inflammati, propter bonorum instructiones Pastorum, firmius in Catholica fide radicati, & robustiùs ad capessenda veræ, id est Christianæ fortitudinis arma concitati, hostes illos Ecclesiæ Apostolicæ, & C Romanæ mira alacritate, eaque generosa superarunt. Suum cum audirent Regem de barbaris illis Ecclesiæ Dei, Christique Domini religionis hostibus eapostulantem, seque ipsos ad certamina contra illos generosè talibus vt supra vidimus animantem:[e] *Valde molestè fero, quod hi Ariani partem teneant Galliarum. Eamus cum Dei adiutorio, & superatis redigamus terram in ditionem nostram.* Ille verò pietatis ardor vehemens, æstusque charitatis Ecclesiã Dei, eiusque sacrosanctum vicarij principatum contra omnes hostiũ furiosos insultus inuiolatè protegẽdi in Gallorũ animis ab omni æuo sanctè, generosè, atque fortiter ebulliẽs, hoc illis auctoramentũ virtutis, decusque peperit, vt super omnes fideles Catholicosque populos, peculiares filij S. Petri dicerentur. Sicut ea illa pręclara, patheticaque Stephani tertij Rom. Pontificis epistola ad D Regem Francorũ Pipinum eius contra Astulphũ Longobardorũ Regem crudelissima Romanam ciuitatem, Ecclesiamq; obsidione prementẽ flagitantis auxiliũ clare licet intueri. In qua S. Petrus Pipino, eiusq; filiis loquens introducitur, hæc illi inter alia multa suggerendo.[f] *Pro certo confidite amantissimi filij memetipsum tanquam in carne coram vobis viuum assistere, & per hanc adhortationem validis constringere, atque obligare adiurationibus. Quia secundùm promissionem quam ab eodem Domino Deo, & redemptore nostro accepimus, peculiares inter omnes gentes vos omnes Francorum populos filios habemus*, &c. Et postea promissa ipsi Regi Pipino, & eius fidelibus subditis in illius castris religiosè militantibus victoria, subiunxit ad singularẽ Frãcorum honoris, laudisque prædicationem, ipsos Francos, omnes mundi nationes, sancta erga sedẽ Apostolicam pietate superare, eosque primos, religiosum ac suaue obedientiæ ipsi sanctæ sedi,

Gallorum fides puritas fuit non potuit Gothos Arianos, sicut nec post alios cunctosque hæreticos prauitatis sub suis Regibus Christianissimis pugnantium.

d S. Greg. Turon. l. 2. 36. hist. Francorum.

e S. Greg. Turon. l. 2. c. 37.

3. Pars. Franci peculiares filij S. Petri.

f Ep. 2. Stephani 3. Papæ ad Pipinum Regem, eiusque filios.

Gens Francorum pietate in sedem Apostolicam omnes gentes excellit.
a Ibid in eadem epistola.

throno Christi præstandæ iugum feliciter accepisse. A [a] *Declaratum quippè est*, inquit, *quod super omnes gentes, quæ sub cælo sunt vestra Francorum gens mihi Apostolo Dei Petro prima exstitit* (scilicet filia) *Et ideo Ecclesiam quam mihi Deus tradidit vobis per manus successoris mei commendaui ad liberãdum eam de manibus inimicorum suorum*, &c. Quod autem gens illa Francorum religiosis Regum suorum factis, & esemplis excitata, sanctisque Pastorum suorum instructionibus informata speciali semper obedientia, charitate, & honore Rom. Pontificem deuotè coluerit, atque decorauerit, vnico, eoque præstanti poterit exemplo demonstrari. Cùm immanissimæ Frederici primi Imperatoris oppressiones in sedem Apostolicam, Alexandrumque rectum legitimum Pontificem asperiùs in dies multiplicatæ crescerent: rebellionibus nefaria cum illis, sceleratorum Italiæ, Romanæque ciuitatis schismaticorum pseudo Pontifices pro idolo suo colentium, legitimo Papa ab B illis reprobato coniuratione conspirantibus: ipse summus, legitimusque Pontifex Alexander 3. de profectione in Galliam commune, assuetumque Pontificibus Apostolicæ sedis afflictis asylum secrio elegit. Ad quam cùm peruenisset populus Galliæ vrbium, per quas Pontifex transibat, nullos prætermisit honores, & obsequia, [a] quibus sui Christianissimi principis Ludouici 7. clerique exempla sequendo sanctissimum patrem religiosissimè coleret, nullis sumptibus pepercit, vt eum venientem in sedes, vrbesque suas magnificentissimè tractaret. Quod non modo fecit quamdiu secum in Franciæ regno Papa conuersatus est, sed etiam egredientem Gallia Pontificem Romam proficisci maturantem, propriis tunc destitutum reditibus, Sanctique Petri frustratum patrimonio, propter [b] assiduas terrarum Italiæ ad illud C patrimonium pertinentium vastationes, agrorũque omnium populationes armatis Frederici Imperatoris, aliorumque schismaticorum pseudo-Pontificibus suffragantium furoribus excitatas, tantis liberalitatibus piis bonorum profusionibus, collectisque voluntariis afficere, atque cumulare voluit: vt non modo per hos liberales, magnificéq; pios Gallici populi sumptus in itinere, redituque suo necessariis non caruerit, sed etiam, vt ita dicam, superfluis abundauerit.

Alexander 3. Papa in Galliam veniens, & inde discedens multis maximisque honoribus, & magnificentiis à populis Gallia, sicut a Rege Ludouico 7 & clero cultus, & exceptus: an. D. 1162 & 1165.
a Ex eius Pontificatus actibus.
b Vt colligitur ex epistola Rotho mag. Archiepiscopi apud Petrum Blesensem. ep. 178.

Has, similesque magnæ charitatis, pietatisque magnificas actiones, in succurrendo seruorum Dei necessitatibus, præsertim verò Patris sanctissimi Francis, Galliæque populis vetusti temporis familiares fuisse nemo negabit: qui quæ rescripsit Ludouicus secundus Imperator, nepos Ludouici Pij, contra querelas Basilij [c] in Epistola illius ad hunc Orientis Imperatorem diligenter, attenteque legerit. D In qua post multa hæc ait: *Ergo frater noli de cætero Francos videre, quia etiam inter mortis victima student, & prandia, & omnia charitatis indicia proximis exhibere, & tamen à proposito non lentescere: quoniam secundùm Apostolum sciunt abundare, & penuriam pati, & saturari, & esurire, & vt compendio dicamus*, [d] *omnia possunt in eo qui illos confortat.*

Francorum magna charitas & generositas in assistendo Dei seruorum necessitatibus succurrendo.
c Ep. Apologetica Ludouici Imp. 2. ad Basilium Orientis Imp.
d Philipp c. 4.

CAPVT VIII.

Exhortatio ad monarchomachos, vt resipiscant, & in Ecclesiæ gyrum per pœnitentiam meritoriam, salutaremque reuertantur.

1. *Humilitas peccatoribus ad conuersionem necessaria, omnes in corda humilium virtutes vocans, & retinens.*
2. *Iustorum vita functorum virtutes, earumque præclarè gesta faces sunt viuentibus euntibus in cælum.*
3. *Humilitas malè facta facit corrigere, ac detestari, sicut contra superbia.*
4. *Votum authoris de conuersione Monarchomachorum.*

SED iam tempus est vt per exhortationem maiori charitatis affectu diffusam, fraternamque correctionem monarchomachos, Ecclesiæ monarchiæ mastiges, sicut secularis clandestina fraude perturbatores hæreticæ, schismaticæque dementiæ fœtoribus inquinatos, seriò rogemus, & obtestemur. Qua permoti, tactique cordis intimo recessu, suorum Regum Christianissimorum, Ecclesiæ Gallicanæ Prælatorum, Pastorum, tot illustrium diuinæ sapientiæ Doctorum, tot antiquæ nobilitatis generoso cretorum sanguine, qui maiorũ stemmata sua virtute magis illustrarũt, tot iustitiæ antistitum, denique tot patrum veterum tantis, dum viuerent, virtutibus irradiantiũ exempla, factaque magis immortalitatis, quàm C ætatis, digna veris Christianis imitatione venerentur. Venerantes autem ad saniorem mentem à qua peccantes exciderant citò reuertantur, expultricem patratorum criminum pœnitentiam agentes, errores suos, rebellionesque superbas aduersus sacrosanctam sedis Apostolicæ dignitatem, Ecclesiæque vniuersalis Pastorem magno animo, puroque detestentur. Humilitas illis, vt id feliciter agant, in primis necessaria est salutare schismatis extirpandi, hæresisque remedium. Quod S. August. hæretico Dioscoro proponebat, vt à praua, scelerataq; abominationis hæreticæ via potêret exire: hæc aurea, planeque diuina illius animo verba fortiter inculcans. [a] *Huic* (scilicet Christo Regi Regum) *te, mi Dioscore, vt tota pietate subdas velim: nec aliam tibi ad capessendam, & obtinendam veritatem, viam munias, quàm quæ munita est ab illo, qui gressuum nostrorum tanquam Deus videt infirmitatem.* D *Ea est autem prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogares, hoc dicerem. Non quod alia non sint præcepta, quæ dicantur. Sed nisi humilitas omnia quæcumque benefacimus & præcesserit, & comitetur, & consecuta fuerit, & proposita quam intueamur, & apposita, cui adhæreamus, & imposita, qua reprimamur: iam nobis de aliquo bono facto gaudentibus totum extorquet superbia. Vitia quippe cætera in peccatis, superbia verò etiam in rectè factis timenda est, ne illa quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur.* Ipsa est humilitas, quæ in imo cordis hominũ altis defixa radicibus cæteras ad se virtutes inuitat, vt illius penetralia cordis quod possidet, ad illius salutẽ incolere meritoriè dignẽtur,

Humilitas peccatoribus ad conuersionem vitæ peruersæ necessaria.
a S. Augustini ad Dioscorũ hæreticum. epist. 56.
Humilitas ad se omnes in corda humilium vocat, & retinet virtutes.

& quæ iam morantes in eo virtutes, vt illud perfectius, feliciusque semper inhabitent, indissolubili complexas vinculo firmissimè retinet. Quod fiet in nostris monarchomachis, si humilitatis ornamento vestiri, nihil de se præsumentes in Regum suorum Christianissimorum, prælatorum, magistratuum, nobilium, cæterorumque maiorũ fide Catholica, pietateque Christiana charissimorum, quos quondam patria mater clarissima Gallia peperit, aluit, & educauit, res præclarè gestas, religioséque factas in obsequium Ecclesiæ Dei, reuerentiamque sedis Apostolicæ respiciãt. Nec vero solum respiciant simpliciter, sed efficaciter: vt eas respiciendo diligẽter obseruẽt, obseruãdo diligant, diligẽdo laudibus extollãt, ac prædicẽt, prædicando reuerenter admirentur, & admirando illarum fieri participes studiosa imitatione conentur. Magni Basilij hanc pulchram ob oculos sententiam sibi proponentes: [a] *Sancti, inquit, non nostris indigent laudibus ornari, sed nos ipsorum vitæ historia, & commemoratione, imitationis gratia indigemus. Quemadmodum enim ex igne emicat splendor, ex vnguento diffunditur odor, sic ex Sanctorum commemoratione gestorum ad omnes peruenit vtilitas*, &c. Nec aliter è sublimi, magnisque virtutibus alta Sanctorum iustorum vita, faces bonorũ operum diuinitus accensæ, iter in cœlum eas imitationis oculis studiosæ respicientibus aperiunt, eorumque gressus in æterna tabernacula dirigunt, quàm ardentes phari, lucẽtes ex celsa turri noctu lampades funaliaque nauigantium alto mari volitantium, ne ad scopulos infeliciter illidant, cursum, viamque in medijs vndis, fluctibusque dirigunt, atque moderantur. [b] *Eiusmodi sermones* (scilicet de Sanctorũ iustorumq; in Domino mortuorũ præclarè gestis) dicebat S. Greg. Nyssenus, *munus commune audientium emolumentum erit, tanquam fax è mari ad nauigantibus ad sese dirigendos eos, qui in caligine per pelagus aberrant*, &c. [c] *Item illud perspicuum est*, inquit, *quod eius vita* (scilicet S. Gregorij Taumaturgi) *per virtutem transacta velut fax quadam animis nostris effulgens, viam ad bonum patefacit*, &c. Felix humilitas salutaris pœnitentiæ socia semper, quæ malefactorũ cordibus hominum, quos regit detestationem, correctionemque ingenerat! Misera contra, execrabilisque superbia cordibus obstinatorum hæreticorum, schismaticorumque tenaciter insidens! cuius inflati tumore, quod rebellionũ, impietatis, calumniæ, vel potiùs blasphemiæ virus aduersus Apostolicæ sedis honorem atrociter euomuerunt, illud pro salute sua detestari detrectant, ne inconstantes habeantur. Quales esse solent hæretici, schismaticique pertinaces, de quibus hæc ait memoranda Pius huius nominis secundus, sedis Apostolicæ præsul, & œcumenicus Ecclesiæ Dei Pastor. [d] *Mortem quidam sibi prius consciuerint, quàm videri velint aliquando male sensisse. Et nonnulli ne vel ad horam videantur errasse, semper errant, & dum vel minimum tolerare honoris iacturam nequeant, totum amittunt, & perpetua notantur infamia, & in pessimas prolabuntur hæreses: qui ne appareant inconstantes pertinaces efficiuntur superbissimi, hoc agunt, qui videri Dij volunt, non homines, quales Constantiæ combusti sunt nostra ætate, in magno conuentu, Hieronymus, & Ioannes hæresiar-*

[a] S. Basilij orat. in Gordianum martyrem.

2. Pars. *Iustorum vita functorum virtutum gesta faces sunt viuentibus eundi in cœlum.*

[b] S. Greg. Nyssen. in vita S. Gregorij Taumaturgi.

[c] Idem ibid.

3. Pars. *Humilitas male facta facit corrigere, ac detestari: contra superbia.*

[d] Pius 2. in bulla speciali quæ incipit cum in minoribus.

A *cha*. Non hoc faciunt sapientes, non Christiana humilitate prædit in sua voluntaria abiectione coram Deo sublimes; qui cum re mutare consilium didicerunt, & quod antea per ignorantiam malè crediderant, atque fecerant, illud postea sincerè, & humiliter cognita veritate corrigere. Hoc fecit Apostolus vas electionis, hoc S. Augustinus, orthodoxorum doctorum magister, hoc alij Sancti plurimi, clarissima Ecclesiæ Catholicę lumina, hoc denique ipsemet Pius 2. Pontifex, his ingenuè malè quondam credita verbis agnoscẽs, humiliterque corrigens. [e] *Nos homines sumus, & vt homines errauimus, neque imus inficias, multa quæ diximus, scripsimus, egimus damnari posse, verùm non vt Arius, Eutyches, Macedonius, aut Nestorius, & alia blasphemorum turba, ex animo damnatam vitam elegimus: seducti peccauimus, vt Paulus, & ignoranter persecuti sumus Ecclesiam Dei, & Romanam primamque sedem, propter quod prostrati antè oculos diuinæ*

B *pietatis supplices oramus, delicta iuuentutis, & ignorantias ne memineris. Pudet erroris, pœnitet male fecisse, & malè dictorum, scriptorumque pœnitet, plus scripto, quàm facto nocuimus*. Et post multa ita suorum malè scriptorum improbationẽ, retractationemque, instar D. Augustini concludit. [f] *Cogimur igitur, dilecti filij, S. Augustinum imitari, qui cùm aliqua in suis voluminibus erronea inseruisset, retractationes addidit, humilis, & probatissimi viri ingenij: qui suas ineptias verecundè confiteri, ac corrigere, quàm impudenter defendere maluit. Idem & nos facimus, cõfitemur ingenuè ignorantias nostras, ne per ea, quæ scripsimus, iuuenes error irrepat, qui possit in futurum Apostolicam sedem oppugnare*. Vtinam hæc aliquando, & ea celeritate salutari, quam concupiscit animus, nostris monarchomachis auersio

C malè scriptorum, errorumque in sanctuariũ Domini, asylum salutis humanæ, thronum vniuersalis Ecclesiæ monarchicum detestatio contingat! nosque tot rebellium contra Vicarium Christi Domini pertæsos, conuersionis illorum consolatio sustentet! Et quam malè viuendo credendoque, charissimam fideliũ omnium matrẽ, Christi Domini sponsam sanctissimã tristitiæ maximæ telo vulnerauerant, eam pristinos eiurando cum detestatione reatus, & errores, seq; in illius misericordiæ charitatisq; sinũ diuinæ gratię perflatos aura per meritorias bonæ pœnitentiæ vias cõferẽdo consolentur atque lætificent! Quæ me illius tactũ sensu materni doloris, ad illos ipsius rebelles, contumacesque filios, vt S. Bernardi verbis vtar, *obiurgandos compulit, quæ illis condolet, illis cõ-*

D *patitur, nec frustra forsan illis compatitur, dummodo patiẽter audiant, vnde cõpatiatur. Ab illis se queritur offensam, expostulat læsã: læsa tamen non prouocat, sed spreta reuocat: licet læsa, licet offensa si conuersi fuerint ad illam, obuiabit illis, quasi mater honorificata, & oblita sui, ruet in illorum amplexus*. Erit a salutari illa, maximisque concupita votis conuersione, suauissimam, sanctissimamque inter Ecclesiasticam, & secularem Christi Domini monarchias, pacem, concordiamque reparantes, quam suis rebellionibus, opinionibusque deprauatis, veluti violentissimis contrariorum flatuum tempestatibus mœstissimè turbauerant: illius tandem pacis sanctissimæ fine, sempiterna nempè felicitate gaudebunt.

Humiles, & iusti malè credita, & defensa quondã, corrigunt, & emendant.

[e] Pius 2. in eadem bulla.

[f] Ibid Pius 2. Papa.

4. Pars. *Votum authoris de conuersione monarchomachorum.*

[g] S. Bernardi epistola ad Fulconem Archidiaconum Lingonensem.

CAP. IX.

Non est futura in cœlo felicitas, nisi illis, qui in hoc seculo veram Christi Domini pacem religiosa obseruatione coluerunt, pacem vero illam consequentur nulli, & pro salute sua efficaciter obseruabunt, nisi veri cultores, & amatores sacrosancti inter spiritualem, & secularem Christi Domini monarchiam fœderis.

1. *Vera pax Christi in Ecclesia militante pracedit vt causa cœlestem pacem, gloriamque beatorum in Ecclesia triumphante.*
2. *Huius Christi pacis nullus viatorum particeps, nisi qui sanctam charitatis vnionem inter vtrumque in Ecclesia Dei, Christique regno constitutam principatum purè diligit, & colit, quam qui despiciunt, & turbant, miseri.*
3. *Cuius dilectionis, & charitatis effectus sunt obedientia sincera, & honor verus principibus vtriusque monarchia seruato dignitatum ordine, consecrati, & exhibiti.*
4. *Honor, & obedientia à charitate profecta bases firmissimæ sunt aliarum virtutum gradus fulcientes, quibus ad arcem Christiana perfectionis, & aterna felicitatis ascenditur.*

Pax Christi in militante Ecclesia causa est aterna felicitatis in triumphante.



GONES subeunt pro Christo, eiusque regni defensione in Ecclesia militante, laboresque iusti magno animo perpetiuntur, vt coronas, laurosque sempiternæ felicitatis in triumphante consequantur. Hic amatores Christianæ pacis multis se periculis, aduersisque casibus pro ea parienda, cõseruandaque voluntariè subiciunt, & exponunt, vt diuina per eam sempiternæ felicitatis, gloriæque pace perenniter in cœlo potiantur. Cùm pax illa Christi Domini, militantis Ecclesiæ custos in terra, non modo pignus, sed etiam mater, genitrixque gloriosæ illius, æternæque pacis in cœlis habeatur. Testatur hoc, illud Augustini Magni. [a] *Pax Christi ad salutem sempiternam proficit.* Vnde alibi. *Pax nostra propria & hîc cum Deo per fidem, & in æternum erit cum illo per speciem.* Sed cùm ad speciem, id est visionem beatificam, fruitionemque maiestatis diuinæ nisi per fidem charitate formatam, bonisque vigentem operibus minimè perueniatur; fit vt meritò illius æternę felicitatis, quę in diuina visione, fruitioneque consistit, temporalis illa pax à Christo Domino suis data discipulis, omnibus seruanda fidelibus, ad patrem mox in æterna tabernacula migraturo genitrix, almaque parens esse censeatur. Quam ob causam iusti, vt tandem ad diuinæ illius pacis adeptionem, fruitionemque perueniant, illam quam Ecclesiæ militanti, eiusque filiis Christus Dominus exiturus

a S. August. serm. 166. de tempore. Idem l. 19. de ciuit. c. 27. in principio.

A de hac vita citò reliquit, religiosè, & incontaminatè conseruare nituntur. Et ita quæ pro ea bene gesta hic operantur, ad illam cœlestis, diuinæque pacis sine fine duraturæ pulchritudinem, suauitatemque referunt, vt huius aliquando possint fruitione lætari. Eò collimabat intentio, sensusque mentis Diui Augustini ista dicendo. [b] *Et quoniam quamdiu est in isto mortali corpore peregrinatur à Domino*, scilicet iustus viator, [c] *per fidem ambulat, non per speciem, ac per hoc omnem pacem vel corporis, vel animæ refert ad eam pacem, quæ homini mortali est cum Deo immortali, vt ei sit ordinata in fide, sub æterna lege obedientia.* Quod quidem copiosiùs, & elegãtiùs his verbis pater ille magnus, eruditione admirabili, sanctitateque clarissimus

B expusuit. [d] *Deus ergo naturarum omnium sapientissimus conditor, & iustissimus ordinator, qui terrenorum ornamentorum maximum instituit mortale genus humanum, dedit hominibus quadam bona huic vitæ congrua, id est pacem temporalem pro modulo mortalis vitæ in ipsa salute, & incolumitate, & societate sui generis: & quæcumque huic paci vel tuenda, vel recuperanda necessaria sunt, sicut ea quæ aptè, ac conuenienter adiacent sensibus, lux ista visibilis auræ spirituales, aquæ potabiles, & quicquid ad alendum, tegendum, curandum, ornandumque corpus congruit: eo pacto æquissimo, vt quicumque mortalis talibus bonis paci mortalium accommodatis rectè vsus fuerit, accipiat ampliora, atque meliora, ipsam scilicet immortalitatis pacem, eique conuenientem gloriam, & honorem in vita æterna ad fruendum Deo, & proximo in Deo. Qui autem perperã* [e] *nec illa accipiat, & hæc amittat.*

b S. August. l. 19. de ciuit. c. 14
c 2. Cor. c. 5.
d D. August. l. 19. de ciuit. c. 13.
e Id est iniustè ex Viue in hunc locũ.

C Nemo autem Christianorum confidat se huius sanctæ Christi pacis munere posse lætari, nisi qui generalem illam pacis publicæ, charitatisque Christianæ confœderationem (qua sanctissimè, & amicissimè spiritualis, regiaque maiestates, atque principatus Christo Deo religiosè mancipata, inter se conspirant) vnicè diligat, deuotè colat, honoreque maximo complectatur. Extra hunc generalis, fidelisque dilectionis, nec nõ sublimis honoris erga huius fœderis, vnionisque Catholicę sanctitatem, religionemque circum, quisquis illius se Christianæ pacis participem esse credit, vehementer errat. Quoniam qui sacrum illud Ecclesiasticæ dominationis, eum politica seculari Christi subiugata legibus, & Pontificiæ cum regali fœdus, vnionemque veræ dilectionis, quacumque ratione possunt, non procurant, ac

D promouent, pacem perturbant publicam, tam Ecclesiæ, quam regni Christiani: & in illius pacis perturbatione velut turbulento mari, pacis, concordiæque, omnium priuatorum naufragia nascuntur. Vnde sapienter, alibi veréque D. Augustinus dicebat, [f] *meritum Christiana virtutis vilescit in cunctis, si vnitatem non habet pacis*, pacis, inquam Ecclesiasticæ, atque Catholicæ, per quam solam filij Dei vocabuntur. Vnde ille. [g] *Nec peruenit ad vocabulum filij, nisi per nomen pacifici.* At pacificus huiusmodi quî potest esse, quem dissidia vtriusque, diuini, & humani, spiritualis, & secularis principatus inter se delectãt? qui ne duo illa à Deo cõstituta in terris imperia, prorsus humanæ saluti necessaria, concordibus animis in Christiana charitate radicatis mutuò coeant, inimica conspiratione contendunt? Quique dissentionis inter ea desiderio contabescunt? Etenim si tantum de temporalis, secularisque reipublicæ pace turbata quorumdam

2 Pars. Nemo veram Christi pacem aterna mansam gloria is soque petit, nisi dilector, ac cultor sancti fœderis vtramq Christi monarchiam vinculo charitatis vnientis.

f S. Aug. serm. 166. de tempore.
g D. Aug ibid.

Turbata Ecclesia reique publica secularis pace priuatorum salus, tranquillitasque periclitantur.

rebellionibus ageretur: nihilominus omnium qui sub illa subditi viuunt, concordiæ bonum, statusque domestici tranquillitas alterata vilesceret. Cùm priuatæ singulorum ciuium fortunæ, subditorumque status viuendi diuersi, ab erumpentibus publicorum dissidiorum, tumultuumque procellis, vt Zeno Philosophus asserebat, immunes esse non possint. Quantò magis illi in suis vitæ conditionibus, priuatisque fortunis optata pace destituti turbabuntur; quoties furiosæ discordiarum tempestates, bellorumque turbines, peruersorum quorumdam proditionibus, odiis, conspirationibusque, in spirituale, Ecclesiasticumque Romani Pontificis imperium, & in regalem secularium principum dominatum efferati bacchabuntur? Miseri propterea vehementer illi, dirisque execrandi maledictis tam sanctæ, salutarisque, Ecclesiasticæ dominationis, cum seculari, pacis, vnionisque perturbatores; qui non modo subditorum corporis, aleam salutis, cum bonorum, fortunarumque temporalium vastatione periclitantur, sed & animorum quoque ruinam, interitumque machinantur. Contra quos illud Apostoli vituperatum merito consurget. [a] *Præcipimus vobis in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinatè, Et non secundùm traditionem, quam acceperunt à nobis.* Et hoc aliud eiusdem Apostoli nobis fructuosè contra eos inclamabit. [b] *Nemo vos decipiat inanibus verbis. Propter ea enim venit ira Dei super filios contumaciæ. Nolite ergo esse participes eorum.* In quæ verba S. Cyprianus huiusmodi dissentionis publicæ pestes execrando dicebat. [c] *Recedendum est à delinquentibus, vel imo fugiendum, ne dum quis malè ambulantibus iungitur, & per itinera erroris, & criminis graditur, à via veri itineris [d] exerrans, pari crimine & ipse teneatur. Deus vnus est, & Christus vnus, & vna Ecclesia eius, & fides vna, & plebs in solidam corporis vnitatem, concordiæ glutino copulata. Scindi vnitas non potest, nec corpus vnum discidio compaginis separari, diuulsis laceratione visceribus in frustra discerpi. Quidquid à matrice discesserit, seorsum viuere, & spirare non poterit, substantiam salutis amittit.* [e] *Et cùm pax omnium rerum tranquillitas ordinis sit*, inquit D. Augustinus, *& ordo parium, disparium que rerum sua cuique loca tribuens dispositio*. Proinde hos publicæ pacis, salutaris osores, & euersores in quantum in eis est, miseros appellat, *quod in pace non sint ordinisque tranquillitate careant, vbi perturbatio nulla est.* Sic contra illi beati, diuinisque benedictionibus cumulati, sacræ illius vnionis, fœderisque cultores, & amatores! Qui in quantum ita pacifici Deum pacis non dissentionis patrem habent ac principem, peculiarique miseratione Deum possident: sicut sub velamento sacræ literæ, in veteri testamento, Deus ipse prædixerat dicens. [f] *Ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.* His quid intendebat Deus? Nisi, vt sanctus [g] exponit Augustinus, *Ego ero vnde satientur. Ego ero quæcumque ab hominibus honestè desiderantur, & vita, & salus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona? Quod nihil aliud est, quàm quod dixit Apostolus.* [h] *Vt sit Deus omnia in omnibus*: In Ecclesia triumphante per gloriam, in militante per gratiam, gloriæ sempiternæ causam, bonis comitatam operibus. Qui cùm pacificis, iustisque charitate Christiana, vinculo perfectionis indissolubili, Ecclesiasticam dominationem cum seculari copulantibus, pacem suam, gratiæque benedictionem, in magna bonorum vt cum eodem S. Patre loquar, omnium fœcunditate, in hoc mundo concesserit: [i] *Postea, desideriorum suorum illis in cœlo finis erit. Qui sine fine videbitur; sine fastidio amabitur; sine fatigatione laudabitur.*

Miseri, & execrabiles pacis inter vtrumque Christiana religionis principatū turbatores

a Thessal. c. 3.

b Ephes. c. 5.

c S. Cypr. l. de vnitate Eccles. circa fin.

d Pro exerrans.

e D. Aug. l. 19. de ciuit. Dei, c. 13.

f Leuit. c. 26.

g S. Aug. l. 22. de ciuit. c. 30.

h 1. Cor. c. 15.

i S. Aug. l. 22. de ciuit. c. 30.

Huius porro charitatis ipsorum verè Catholicorum sacram illam inter ambas Christi Domini monarchias pacis, confœderationisque salutaris vnionem sincerè colentium, ardentique cordis affectu diligentium, duo præcipuè notantur effectus; honor videlicet eximius, & obedientia perfecta. Honor, quo illi principes suos à Deo datos in vtraque politia sacro concordiæ, pacisque Christianæ vinculo inter se fœderatos ordine dignitatum diuersarum, excellentiarumque seruato, purè venerantur, & adorant: Obedientia, qua ipsis piè, iustéque sibi dominantibus magna cum promptitudine, & humili alacritate inclinati procidunt, & procidentes obsecundant. Vt sic in medio rectè, sapienterque iubentium principum vtriusque fori & humiliter, ex charitate seruientium populorum, Christi Domini pax, *quæ exuperat omnem sensum*, diuturna, salutarique mansione, ad sinceram, solidamque omnium consolationem, prosperitatemque requiescat. Dum nempè illi affectus honorandi deuotè præpositos sibi, illisque cum docilitate, suauitateque Christiana humiliter obediendi in subditorum cordibus, à charitate radicati hoc pro temporali, æternaque salute præstant: vt non modo sic affectorum [k] linguam à malo prohibent, sed ad bonum contra, benedicendo, rectaque loquendo compellunt, nec labia solum ne loquantur dolum comprimunt, sed ea etiam ad casta veritatis, puræque laudis eloquia relaxant. Nec sufficit illis eos à malo diuertere, sed & vt bonum faciant impellere, vt pacem inquirant, & persequantur eam: hoc modo volentes Dei vitam, & diligentes videre dies bonos. [l] *Ita semper oculi Domini super eos, & aures eius in preces eorum.* Quia, vt alius Propheta dicit. [m] *Oculi Domini ad timentes eum, & ipse agnoscet omnem operam hominis.* Vt remuneret eam, si bona sit, si verò mala, castiget. [n] *Pacem quærere debet, & sequi filius pacis*, ait S. Cyprianus, *à dissentionis malo continere linguam suam debet, qui nouit, & diligit vinculum charitatis.* Intra bonorum piè, sapienterque moderatorum affectuum, sups reuerenter honorandi principes, illorumque iussis fideliter obediendi septa, hæreditas iustorum, pax nempè Christi, quæ sola vera est, omnium donorum cœlestium thesauris immersa continetur, hoc docente S. Cypriano, dicenteque. [o] *Inter sua diuina mandata, & magisteria salutaria, passioni quam proximus Dominus addidit, dicens.* [p] *Pacem dimitto vobis, pacem meam do vobis. Hanc nobis hæreditatem Christus dedit: dona omnia sua pollicitationis, & præmia in pacis conseruatione promisit, si hæredes Christi sumus, in Christi pace maneamus, si filij Dei sumus, pacifici esse debemus. Beati,* [q] *inquit, pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Pacificos esse oportet Dei filios, corde mites, sermone simplices, affectione concordes, fideliter sibi vnanimitatis nexibus cohærentes.* Hæc vnanimitas sub Apostolis olim fuit, sic nouus credentium populus

3 Pars. Charitatis diligentium, & colentium sacram pacis vnionem inter ambas monarchias effectus, honor, & obedientia.

Philip. c. 4. v. 7.

In pacificorū cordibus quantū bona nascantur propter illis affectus honorandi principes suos, illisque obediendi.

k Psal. 33. v. 14. 15.

l Ibi psal. 33.

m Ecclesiast. c. 15. v. 20.

n S. Cypr. l. de vnit. Eccles. Pax Christi omnia dona cœlestia continet.

o S. Cypr. ibid. 260.

p Ioan. 14. Qui seruat pacem Dei, omnia eius bona possidet.

q Matth. 5.

Actor. 4.

Domini mandata custodiens, charitatem suam tenuit: à qua, vt dictum supra, duo illi honorandi, parendique affectus purè, sincereque deriuantur. Per quos amica, concorsque voluntatum, animorumque conspiratio in bene morata Christianorum republica inter principes, & populos, inter præfectos, & subditos vtriusque fori suauiter insider, feliciterque conquiescit.

4. Pars. Honor, & obedientia à charitate profecta bases firmissima aliarum virtutum gradus fulcientes, quibus ad arcem Christianæ perfectionis, & æternæ felicitatis ascenditur.

Affectus illi sunt duæ firmissimæ bases, fundamento diuinæ charitatis innixæ, diuersos virtutum gradus fulcientes, quibus fideles Catholici his bene informati, præditique sapienter affectibus ad Christianæ perfectionis arcem, æternæque felicitatis apicem recto limite conscendunt. Etenim dum illi suis in cordibus imperante sancto charitatis ardore principes suos in vtraque politia, spirituali, & seculari, secundùm Dei præscripta dominantes, debitis honoribus, summisque, pro ratione dignitatis eorum, cum deuotissimi præstatione obsequij, pro vtriusque principatus optata pace, saluteque venerari concupiscût.

5. Pœnitentia. 1. Si quid malè, per peram, negligenterque, in hoc præstando officio gestum sit, ægrè ferunt, & pro eluendis in hoc opere commissis reatibus, pœnitentiam agere desiderant, desideriumque facto

2. Oratio pura, & deuota. perficiunt. 2. Atque vt res eorum principû, quos ita colunt, prosperitatibus à diuina benedictione profectis augeantur, sacra ad Deum mentis eleuatione firmati, puris, assiduisque precibus deuotè Deo profusis intendunt.

3. Fortitudo. 3. Pro quorum seruitio, & prosperitate, cum salute Ecclesiæ, reique publicæ coniuncta, quos sic amant, & honorant, strenuè, viriliter que dimicãdo, fortitudinis Christianæ vires exerunt.

4. Patientia & constantia in tolerando. 4. Et ita pugnando pro illis, proque illorum dignitatis, honoris, ac prosperitatis incolumitate perfectè retinenda, passionum tolerantia, grauique laborum pondere delectantur.

5. Misericordia in pauperes, & egenos. 5. Insuper illorum parentes imperijs, ne qua reipublicæ, Ecclesiæque membra infirma, & egena, fame, penuria, rerumque necessariarum carẽtia nimis, orbitateque confligentur: suæ misericordiæ sinum larga bonorum in pauperes, egenosque profusione distendunt; vt diuina bonitas, atque miseratio benedictionibus affluens super illos principes vtriusque monarchiæ, super omnia membra, totumque corpus Ecclesiæ, atque reipublicæ Christianæ, his misericordiarum operibus implorata descendat.

6. Obliuio sui propter salutẽ Ecclesiæ & reip. Christianæ, eorumque principum, item terrenorum contemptus, pro magno cœlestium amore, & desiderio.

Tantis præterea principes illos propter Deû, bonumq; duplicis illius in Ecclesia Catholica tegni, amoris, obedientiæ, puriq; honoris affectibus amplectûtur, vt pro eorû defensione dignitatis, & gloriæ, se ipsos voluntariè contẽnant, propriæ salutis obliuiscantur, & generosè, propter eos terrenarû, secularium que rerû obliuione, in æternorû bonorum, cœlestiûque desideria rapiantur. Quorû effectibus vt aliquando gaudeant, atque vt principes sui magnopere concupita, vnà cum populis fidelibus, subditisque Catholicis prosperitate fruantur: perseuerantiam in orando, Deoque vota faciendo nõ intermittunt: quousq; Dominus exaudierit.

7. Perseuerãtia in orando & in bona operando. a Psal. 122.

[a] *Sicut oculi seruorum in manibus dominorû suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ, ita oculi vestri ad Dominum Deum suum*, donec principum spiritualium, secularium q; pro quibus assiduè deprecantur, suiq; misereatur.

8. Exaltatio ad filiorum Dei dignitatem per opera bona.

Inde assumptio in adoptionem filiorum Dei per opera bona, in qua constituti maiori Christianæ perfectionis illustrati splẽdore, dum in illorum cordibus diuinus amor ardentius inflãmatur: sanctiùs, & vtilius propter illum suis principibus seruiunt, & obsequũtur, magis seruiendo prosunt, eorũ honori, dignitatique consulentes: nulla propter eos carnis mortificatione perterriti, nec corporis coosternati sudoribus. Vnde merces magna nimis exorgit temporalis, & æterna; temporalis cùm Deus per gratiã, benedictionemque bonis spiritualibus, temporalibusque fœcundam habitat in illis, quorum in dies cumulus crescente virtute multiplicatur. Æterna verò merces in cœlo sequitur, diuinæ maiestatis, cœlestisque gloriæ sempiterna fruitio: *quam*[b] *nullus in terra vidit oculus, nec auris audiuit, nec in cor hominis viatoris ascendit*. Sed de vtraque hac iustorum, de quibus suscepeus sermo est, mercede temporali, & æterna pro vltimo huius libri capite, proque totius libri coronide paulò latiùs, distinctiùsque disseramus.

9. Merces temporalis propter opera bona post eterna.

10. Deo per gratiam in iustis habitatio.

11. Felicitatis incrementum ad mensuram virtutum, operumque bonorum crescentium.

b Rom. 8.

CAP. X.

De mercede temporali, & æterna pacificorum pro defensione, & salute monarchiæ duplicis fideliter principes vtriusque monarchiæ illius summo honore, religiosoque obsequio colentium.

1. *Agnitio supremi principatus in Rom. Pontifice super omnes fideles, & debita Catholicis secularis fori principibus obedientia retenta pacem generat in tota Ecclesia.*

2. *Iusti sanctum Ecclesiæ cum rep. laica Christiana fœdus defendentes, à Diabolo, eiusque ministris vehementissimis tentationibus impetuntur.*

3. *De æterna mercede pacificorum, cuius magnitudo immortaliter gloriosa ex bonorum temporalium consideratione aliquo modo comprehensa concipitur.*

4. *Quanta pax, & gloria in cælo his qui Christianæ pacis veri cultores, & amatores extiterunt.*



D temporalem mercedem S. Cyprianum respexisse clarum est, cùm hæc diceret. [a] *Probat scriptura diuina, quæ dicit.* [b] *Turba autem eorum, qui crediderant anima, & mente vna agebant.* Et iterum. [c] *Et erant perseuerantes omnes vnanimes in oratione cum mulieribus, & Maria, quæ fuit Mater Iesu, & fratribus eius: & ideo efficacibus precibus orabant; ideo impetrare cum fiducia poterant quodcumque de Domini misericordia postulabant.* Quanta verò prosperitas, felicitasque totum Christi Domini mysticum corpus, quod est Ecclesia, cum omnibus in ea merito commorantibus amplecteretur, si omnes qui su Ca-

a S. Cyp. l de vnit. Eccles.
b Act. 4.
c Ibid. 1.

Agnitio supremi principatus Rom. Pontificis sup. romanos fideles pacem generat in tota Ecclesia.

tholicæ filius Ecclesiæ protestantur, illius cum seculari regno, imperioque pacem retinentes, supremum super omnes fideles Romani Pontificis imperium fideliter agnosceret? eumque summo, quem propter eminentiam dignitatis supremæ meretur honorẽ, venerarentur? Hoc imperatores Christianissimi crediderunt, atque secundùm fidem suam confessi sunt ingenue Theodosius iunior, & Valentinianus 3. cùm hæc inter alia Actio illustri comiti, magistroque vtriusque militiæ rescripserunt.[a] *Tunc demum Ecclesiarum pax vbique seruabitur, si rectorem suum agnoscat vniuersitas.* Hunc rectorem animarum fidelium totius Christiani orbis monarchicum, omnium pastorum Ecclesiæ principem, vt religiosè, perfectéque honoribus eum dignis, obsequiisque prosequendo recognoscamus: atque sic meritorié ad nostrarum animarũ promotionem salutis pacem vniuersalis Ecclesiæ custodiamus, eius sanctam, cum seculari principatu, charitatis vnionem, immoto, & inuiolabili subsidio, tueamur: Diuinam, maximè salutarem S. Cypriani exhortationem efficaciter audiamus, vt eam effectu salutari sapienter exequamur.[b] *Luceat, inquit, in bonis operibus nostrum lumen, & fulgeat, vt ipsum nos ad lucem claritatis æternæ de hac seculi nocte perducat. Expectemus solliciti semper, & cauti aduentum Domini repentinum, vt quando ille pulsauerit, euigilet fides nostra, vigilantiæ præmium de Domino receptura. Si hæc mandata seruentur; si hæc monita, & præcepta teneantur, opprimi dormientes, diabolo fallente non possumus. Serui vigiles, Christo dominante regnabimus.*

a Rescriptum Theodosij Iunioris, & Valẽt. 3 ad Actiũ &c. L. Vnica certum est in Cod. Theodosi tit 24. legum nouellarum.

b S. Cyp. l. de vnit. Eccles. in fine.

2. Pars. Iusti sanctum Ecclesiæ cum rep. laica Christiana fœdus defendentes, à diabolo, eiusque ministris, vehementissimis tentationibus impetuntur.

Verùm non sine sudore, & sanguine. Quoniam iusti illi ac generosi sacri fœderis assertores, atque cultores, cum pacem Christi, vitalem vtriusque monarchiæ spiritum, non leuiter regnantium, populorumque vitiis alteratam, in suo flore pristino recuperare, recuperatam purius, castiusque conseruare, conseruatam amplificare contendunt: vt ea sic incontaminata libere, feliciterque perfruãtur: Innumeris nocendi fraudibus, asperisque tẽtationibus per diabolum, eiusque ministros veluti ferocissimis procellis exagitari voluuntur. Quibus licet impendentibus, ingruentibusque non cedant, sed generosè resistant: diu tamen, multumque ab illis iactari fatigãtur. In quam luctam seruorum Dei contra tot tamque diros humani generis hostes Iob propheta respiciens, non sine magno mysterio dicebat.[c] *Per quam viam spargitur lux, & diuiditur æstus super terram.* Quod egregiè S. Gregorius exponens.[d] *Cum diuina, inquit, lux in mente humana spargitur, mox ab occulto aduersario contra fulgentem mentem tentamenta succrescunt. Vnde postquam dixisset, per quam viã spargitur lux; rectè subiunxit: diuiditur æstus super terram. Hostis namque callidus, quos iustitiæ luce splendescere conspicit, eorum mentes illicitis desideriis inflammare contendit, vt plerumque plus se vrgeri tentationibus tunc sentiant, quam cum lucis internæ radios non videbant.* Et paulò pòst.[e] *Post lucem ergo æstus sequitur, quia post illuminationem diuini muneris tentationis certamen augetur.* Neque verò solũ eos, qui se nunquam à Deo, eiusque sponsæ castris elongauerint diabolus, eiusque ministri tentationum pressuris angunt, & exagitant, vt in ruinam si fieri possit his tentationum turbinibus oppressi labantur: sed etiam illos vehementiùs, instantiùsque tẽtationum illarum spiculo contorquet: quos quondam à suis stantes partibus contra Ecclesiam Dei à se recedere, & in illius Ecclesiæ sanctæ gyrum, per salutaris viã pœnitentiæ contendere cernit. Quod S. Bernardus agnouit, atque illis rei veritatem verbis aperuit.[f] *Quotidianis discimus experimentis, eos qui conuerti ad Deũ deliberant tentari acrius à concupiscentia carnis, & vrgeri grauius in operibus luti, & laterum, qui Ægyptum egredi, & Pharaonis imperium effugere moliuntur.*[g] *Sed alta, & incomprehensibilis Spiritus sancti gratia,* inquit S. Gregorius, *cum luce sua mentes nostras irradiat, etiam diaboli tentationes aduersarij dispensando modificat, vt simul multa non veniant: aut ipsæ tantùm, quæ ferri possunt, illustratam iam à Deo animam tangant, vt cùm tactus sui ardore nos cruciant, perfectionis incendio non exurant,* Paulo attestante, qui ait.[h] *Fidelis autem Deus, qui non patitur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cũ tentatione prouentum, vt possitis sustinere, &c.* Non solùm sustinere, sed etiam vincere per Christum Dominum nostrum, qui dat fidelibus suis victoriam viriliter pro se certantibus, vt posteà secum triumphent; æternaque corona donentur.

c Iob c. 38. v. 24.

d S. Greg. l. 29 c. 12. Moraliũ

e S. Greg. ibi.

Volentes se ad Deum conuertere grauius à diabolo tentãtur.

f S. Ber. 18. de conuersione ad clericos.

g S. Greg. ibi. supra.

h 1. Cor. c. 10.

3. Pars. De æterna mercede pacificorum post temporalia certamina.

Quæ est illa diuina merces, quæ iustos Christi athletas vnionis sacræ, pacisque spiritualis cum seculari Catholico principatus appetentes, & auidus in cœlo præstolatur.[i] *Vbi præmium virtutis erit ipse, qui virtutem dedit, eique seipsum, quo melius, & maius nihil possit esse, promisit.* Ita dum illi veri, fidelesque Catholici pro vtriusque pace, saluteque principatus suis principibus obsequuntur, Deo hîc feliciter obediunt, & in cœlo felicius.[k] *In illa quippe pace finali, quo referenda, & cuius adipiscendæ causa habenda est ipsa iustitia: quoniam sanata immortalitate, atque incorruptione natura vitia non habebit, nec vnicuique nostrũ, vel ab alio, vel à seipso quicquam repugnabit, non opus erit vt ratio vitiis, quæ nulla erũt, imperet, sed imperabit Deus homini, animus corpori, tãtaq; obediẽdi ibi erit suauitas, quãta viuẽdi regnandique felicitas.* Cui tanta pacis, atque tranquillitatis, est annexa perfectio, quãta à mortali nullo potest apprehendi, & cuius pax huius mũdi vix vmbra quidem etiam inter bonos; pisque pacis Christianæ vtrumque Christi Domini principatũ, in Ecclesia sua, sancto suauique charitatis fœdere ligantis amatores appellari merentur. *Cùm in hoc mundo quandiu iusti vitiis imperant plena pace non fruantur: quia & illa quæ resistunt,*[l] inquit S. ille magnus, *periculoso debellantur prælio: & illa, quæ victa sunt, nondum securo triumphantur otio, sed adhuc sollicito premuntur imperio.* Si in hac miseriarum valle pacificis illis spiritualis, secularisque principatus amatoribus retributio tanta, quanta in cœlesti gloria remuneratio? Appositè hoc loco Magni Augustini verbis vti licet, vt per argumentum à minori ad maius æternæ mercedis iustos in cœlo præstolantis magnitudinem vtcumque exprimere valeamus.[m] *Si, mi Domine, inquit ad Deum, pro hoc corpore ignobili, & corruptibili tam magna, & innumera beneficia præstas, à cœlo, & aëre, à terra, & mari, à luce, & tenebris, à calore, & vmbra, à rore & imbre, vẽtis, & pluuijs, volucribus, & piscibus, bestiis, & arboribus, à multiplicitate herbarũ, & germinum terræ, cunctarum creaturarũ tuarum ministerio nobis successiuè per sua tempora ministrantium, vt alleues fastidium nostrum. Qualia, quæso, & quàm magna, & innumerabilia erunt illa bona, quæ præparasti diligentibus te, in illa cœlesti patria, vbi te videbimus facie ad faciem? Si tanta facis no-*

i S. Aug. l. 22 de ciuit. c. 30.

k S. Aug. l. 19. de ciuit. c. 27.

Pax & felicitas temporalis vix vmbra futuræ.

l D. Aug. ibi.

A bonorum temporalium consideratione æternorum magnitudo colligitur.

m Aug. in Soliloq. c. 21. su. 9.

A *bis in carcere, quid ages in palatio? Magna, & innumerabilia sunt opera tua, rex cœlorum! Cùm enim sint hæc omnia valde bona, & delectabilia, quæ bonis pariter, malisque communia tradidisti: qualia futura sunt illa, quæ solis bonis recondisti? Si tam innumera, & varia dona tua, quæ nunc vniceis pariter tribuis, & inimicis: quàm magna, & innumerabilia, quàm dulcia, & delectabilia, quæ solis tuis es largiturus amicis? Si tanta solatia in hac die lachrymarum, quanta conferes in die nuptiarum? Si tanta delectabilia continet carcer, quanta, quæso, continet patria?* Sic S. Fulgentius formam huius S. Patris argumenti æmulatus, indicibilem futuræ gloriæ magnitudinem iuueni religioso de nouitiis sui monasterii miranti magnificam pompam Theoderici regis Romam ingredientis, his verbis exprimere conatus est.[a]

[a] S. Fulgentij dictum apud Surium die 1. Ianuarij.

B *Quàm speciosa potest esse Ierusalem cœlestis, si sic fulget Roma terrestris? Et si in hoc seculo datur tanti honoris dignitas diligentibus vanitatem; qualis honor, & gloria præstabitur sanctis contemplantibus veritatem?* Quæ gloria mortalibus incomprehensibilis nulla hominum eloquentissimorum lingua declarari satis dignè potest, quæ summo bono immobiliter adhæret, nulli obnoxia mutationi: qua iusti in cœlo beati coronantur, ab omni malo vacui. Illam his breuibus verbis D. Augustinus descripsit.[b] *Quanta erit felicitas vbi nullum aderit malum, nullum aberit bonum?* Quod Dominus in Euangelio *plenum gaudium* appellauit æternę durationis, cùm dixit discipulis suis.[c] *Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Sine hac enim durationis perpetuę certitudine beatus esse non

[b] D Aug. l. 22 de ciuit. c. 30.

[c] Ioan. 15.

C posset, etiam iudicio ethnicorum philosophorum, vt Ciceronis dicentis. *Atque nisi stabili & fixo permanente bono beatus esse non potest.*[d] *Quid igitur huiusmodi istorum est?* (scilicet bonorum corporis, & fortunæ) *vt mihi illud Laconis dictum in hos cadere videatur, qui glorianti cuidam mercatori quod multas naues in ora maritima dimisisset, non sanè optabilis ista quidem est,* inquit, *rudentibus apta fortuna,* qui hoc postea subiunxit. *An dubium est, quin nihil sit habendum in eo genere, quod vita beata complectitur, si id possit amitti.* In eodem libro beatorum felicitatem ita describebat. *Videamus qui dicendi sint beati, & quidem hos existimo, qui sunt in bonis, nullo adiuncto malo: nec vlla alia huic verbo, cum beatum dicimus, subiecta notio est, nisi secretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio.* Sed ista proferens quid diceret, non intelligebat: talis enim

[d] Cicero 5. Tuscul.

D felicitas ab omnibus segregata malis, cunctis verò cumulata bonis in terra subsistere non potest; sed manet in cœlo in perpetuitate æui consequentis. qua vnionis sanctæ amatores duplicem Christi principatum constringentis in terra, pacifici veluti filij Dei, in bonorum operum mercedem, remunerationemque satiabuntur. Quanta pax illa erit, atque felicitas in cœlo pacificis illis, qui sacra duorum, quos posuit Christus in Ecclesia sua militante principatuum consortia, sanctaque fœdera dilexerunt, iuuerunt, suis religiose factis au-

4. Pars. *Quanta pax, & gloria in cœlo his, qui Christi pacis vere cultores, & amatores extiterunt in terra.*

A xerunt, & inexpugnabili pietatis, fidelitatisque robore firmarunt? Quibus nulla inconstantis animi & ad influxus passionum, aduersitatumque varios trepidantis perturbatio dominabitur: omnis contra boni copia, æternique fruitio immensam consolationem, perfectamque lætitiam, illorum cordibus, corporibusque ministrando profundet. Vacabunt tunc pace perfecta lætantes, Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus. Hoc agnouit ille regius propheta, qui cecinit.[e] *Beati qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te. Vera tunc illis gloria affulgebit ibi,*[f] *vbi laudantis nec errore quisquam, nec adulatione laudabitur. Ibi verus illic honor, qui nulli negabitur digno, nulli deferetur indigno, sed nec ad eum ambiet vllus indignus, vbi nullus permittetur esse nisi*

[e] Psal. 83.

[f] S. Aug. l. 22. c. 30. de ciuit.

B *dignus. Vera pax illis erit, vbi nihil aduersi, nec à seipsis, nec ab alijs ipsi patientur:* apparebitque illis gloria Dei, cuius aspectu, fruitioneque plenè, perfectéque satientur.[f] *O verè, & felix gloriosa satietas! O sanctum connuium! O desiderabiles epulæ! Vbi nimirum anxietas nulla, nullum poterit esse fastidium, quoniam satietas summa, & summum interit desiderium, vbi erit securitas de æternitate, gloriatio de veritate, exultatio de sanctitate.* Ad has virtutum Christianarum gradibus, per quos in hac vita ad sanctissimos, suauissimosque Christi Domini pacis peruenerunt amplexus, iusti illi beatas cœlorum mansiones eleuati, sempiternis perfusi gaudiis Dei gloriæ vacabunt.[g] *Et videbunt, & amabunt, amabunt, & laudabunt. Ecce quod erit illis in fine sine fine. Nam quis omnium iustorum finis est nisi peruenire ad regnum cuius nullus*

[f] S Bern. ser. super Euang. de omnibus sanctis.

[g] Idem in ps. qui habitat. serm. 17.

[g] D. Aug in fine vlt. l. 22. de ciuit.

C *est finis?* Oculus[h] non vidit, Deus absque te, inquit[i] alibi S. Pater, quæ præparasti diligentibus te.[k] Secùndùm enim magnam multitudinem magnificentiæ tuæ, est etiam multitudo magna dulcedinis tuæ,[l] quam abscondisti timentibus te. Magnus enim tu es, Domine, Deus meus, & immensus, nec est finis magnitudinis tuę, nec est numerus sapientiæ tuæ, nec est mensura benignitatis tuæ; nec est finis, nec numerus, nec mensura retributionis tuę. Sed sicut[m] magnus es tu, ita magna sunt donaria tua, quorum tu ipse præmium, & donum omnium legitimorum tuorum pugnatorum. Huc vsque diu, multumque sudaui, vt debitum laboris immensi pro monarchiæ spiritualis, atque secularis honore suscepti, Christi Domini adiuuante gratia persoluerem. In quo mi-

[h] Esai. 64 v. 4. 1. Cor. 2. v. 9.

[i] D. Aug. l. Soliloq. c. 22. 10. 9.

[k] Psal. 30.

[l] Psa. 30. v. 20.

[m] Ps. 144. v. 3.

D nus eruditè, eleganterque, pro subiectæ materię præstantia, reique dignitate tractata, à benignis, piis, veréq; Catholicis lectoribus, vt sua charitate Christiana misericorditer operiant, & excusent, mihi ignoscant, meæque infirmitati clementer indulgeant, humillimè summis precibus, votisque contendo. Hoc nunc solum nobis pro operis vniuersi fastigio restat, vt ad orationes parænecticas maiori quàm nostra tenuitas, & imbecillitas, diuino Christi Domini fulta præsidio præstare poterit, deuotione, humilitate, charitatisque feruore, conuertamur.



QVARTÆ PARTIS,

LIBER NONVS.

IN SEX ORATIONES DIVIDITVR, quarum quatuor sunt paraneses panegyricæ, prima ad sanctissimum patrem omnium fidelium tam principum, quàm populorum Roma. Pontificem: Secunda ad Regem Galliæ & Nauarræ Christianissimum: tertia ad vniuersum Gallicanæ Ecclesiæ clerum: quarta ad Senatum Parisiensem, reliquorum Galliæ parlamentorum coryphæum, atque principem. Post quas quinta ponetur oratio ad Deum, per modum gratiarum actionis, pro beneficiis acceptis priuatis, & publicis, & deprecatoria, vt vtramque monarchiam, quam in Ecclesia sua constituere voluit, atque principes vtriusque fori, vnà cum populis fidelibus, quibus ex pietate, & iustitia dominantur, suis fouere miserationibus, benedictionibus sanctificare, donisque cœlestibus ab omni liberatos aduersitate cumulare dignetur. Sexta, & vltima ad sacratissimam Virginem Dei genitricem: cui post Deum gratiarum actiones auctor, corde, & ore, quas per infirmitatem naturæ, ingeniique imbecillitatem valebit, maximas referre conabitur sicque conando sua vota reddet.

Paranesis panegyrica ad sanctissimum nostrum patrem Romanum Pontificem in quatuor facilioris methodi gratiâ capita, suis distincta numeris dispertita.

CAPVT I.

Potestatis, maiestatisque pontificiæ ex variijs à Deo datis prærogatiuis sublimitatem exprimens.

1. Est vicarius Christi, & prorex in regno ipsius quod est Ecclesia, cælum cælorum spiritualiter dicta.

2. Fons, & origo potestatis, dignitatis, & ministerij Ecclesiastici, omnes sub sua potestate, & directione clericos, sacerdotes, A *prælatos Ecclesiæ, pastoresque animarum continens.*

3. Imago Rom. Pontificis erat summus veteris testamenti sacerdos.

4. Ianitor cæli, clauium regni cælorum dispensator, & administrator, per quas aperit, & claudit cælum perfectius, plenius, & eminentius, quam cæteri vnquam Apostoli, prælatique Ecclesiastici fecere.

VM hactenus per arduos variorum laborum casus, per difficiles magnarum contentionum animi conatus, per aspe-

ra studiorum grauissimorum, vigiliarumque discrimina, ad eam diu desideratam otij metam, portumque quietis optatæ, ventis diuinæ misericordiæ, gratiæque minime reflantibus, magna difficultatum tempestate iactati peruenerimus: in quo subortæ, arreptæque de spirituali, seculari que diuinitus in Ecclesia Christi Domini radicata monarchia, salutarique earum inter se fœdere, honore reciproco, mutuoque Christianæ beneuolentiæ respectu, quæstiones plurimæ terminatæ conquiescant. Nondum tamen penti mei in tali suscepti materia debitum dignè satis exegisse mihi videbor: nisi prius eos omnes qui in hac parte plurimum authoritate, virtute, viribus, meritisque possunt, pijs, deuotis, ardentibusque quas mea valebit infirmitas excogitare, deprecationibus, orationibusque rogãdo, obtestandoq; reuerẽter excitauero. Vt tuendæ, conseruandæ, propagandæque duplicis illius Christi Domini in terra monarchiæ saluti, ac dignitati salutare, propitiumque dum vires, animique sinunt, auxilium imperante charitate largiantur: Christianæ præterea pacis inter ambas illas monarchias, sanctos, suauesque spiritus immortali duratione foueant, corroborent, operumque bonorum pabulo nutricentur. Sed à quo supplicationum illarum, deprecationumque zelo charitatis ardentium iustiùs, digniúsque primordia sumã? quàm à te (Beatissime Pater) qui quò maiori honoris, dignitatisque fastigio cunctos mundi principes, prælatosque superemines, eò pietatis amphori studio, æstuque sanctitatis ardentiori, his spirituali, secularique principatibus opitulari, sacra illorum inter se fœdera conseruare, retinereque immortaliter obligaris. Qui vicarius Christi Domini in terris quoad spiritualia solus es, cæteri rectores Ecclesiarum sub te diuersis fidelium gregibus religiosè dominantur; qui illius per vniuersum terrarum orbem vices exerces.[a] *Qui sacerdos magnus, summus pontifex, Episcoporum princeps appellaris, qui hæres Apostolorum, qui primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, authoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus* honore meritorio nuncuparis. Cuius in regali, pontificioque solio, cum summo principatu sedes, cuius inuisibilis sceptra regni spiritualis visibilis monarcha possides, sponsæ illius nullas habentis rugas, maculasque rector vniuersalis existis tantò propterea cæteris mundi rectoribus, dominatoribusque dignitate sublimior, quãtò illa propter diuinas, cœlestesque dotes cæteris mundi principatibus, societatibusque præstantior habetur. Regalis excellentia maiestatis ab amplitudine, opulentia, fortitudine, gloriaque regni deriuari solet. Ex quo quanta sit illa dignitatis honorisque maiestas, qua super omnes orbis Christiani principes, prælatosque refulges clarissimè demonstratur. Qui in eo Christi regno tanquam illius vicarius visibilis, spiritualisque monarcha præsides, quod omnia regna mundi firmitate, fortitudine, securitate, sanctitate, splendore veritatis, veræ gloriæ maiestate, omnium denique non adumbratorum, sed verorum, perfectorumque bonorum fœcunditate partibus immensis exuperat. Hoc regnum quid aliud, quàm Ecclesia Catholica, & Romana? Cuius clauum in cathedra sancti Petri, velut in puppi sedens affixus, & hactenus nusquam amittis, in eaque habenas eius sanctissimè moderaris. Quam[b] *columnam, & firmamentum veritatis* Apostolus agnoscit,[c] *domum Dei in qua piè fideles oportet conuersari, eamque Dei domum voluit appellare, vt eam distingueret* (inquit Diuus[d] Augustinus) *à synagoga Mosis*, columnã vero, & firmamentũ veritatis ob certitudinẽ dogmatũ verorũ immobilem, cùm Iudæi versentur in vmbris.[e] Quæ est illa ciuitas diuina super montem posita;[f] quæ certum signũ hoc habet, quod abscondi non potest, nota propterea omnibus gentibus.[g] *Quæ quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata*, anxiè, sed meritoriè; laboriosè, sed gloriosè, duriter, sed fortiter, feliciterque militat in terra. Tam tuta in certaminibus de salute sua, tam certa in documentis suis de veritate Dei,[h] *vt non oporteat apud alios quærere veritatem, quam facile est ab illa Ecclesia sumere, cum Apostoli quasi in depositorium diues plenissimè in eam contulerint omnia, quæ sint veritatis: vt omnis quicumque velit, sumat ex ea potum vitæ.* Vt præterea merito sanctus Hieronymus ista dixerit.[i] *Poteram diem istiusmodi eloquio ducere, & omnes propositionum riuulos vno Ecclesiæ sole siccare: verùm quia iam multum sermocinati sumus, & prolixitas concertationis audientium studia lassauit breuem tibi, apertamque animi mei sententiam proferam, in illa Ecclesia esse permanendum, quæ ab Apostolis fundata, vsque ad diem hanc durat.* Vnde vnicuique fidelium in huius Ecclesiæ sinu merito commorantium, degentiumque, quod quondam Moysi de rubo dicit Dominus, & quidem potiori iure quod est apud sanctum Ambrosium.[k] *Vbi stas terra sancta est, & hic sta mecum, hoc est, mecum stas, si stes in Ecclesia: vbi est Ecclesia, ibi firmissima statio tuæ mentis est, ibi fundamentum animi tui, vbi tibi de rubo apparui. Tu rubus, ego ignis in rubo, ego in carne propterea ignis, vt tibi luceam, vt tuas spinas, & tua peccata consummẽ, & meam tibi demonstrem gratiam.* Hæc illa est sanctissima Dei ciuitas, sponsa Christi, fidelium mater, cuius principatum, dominiumque spiritualis monarcha sanctissimè gubernas:[l] cuius authoritas magnum illum doctorum magistrum Augustinum potenter impulit, atque commouit, vt Christi Domini Euangelio crederet. De cuius firmitate veritatis, & puritate sanctitatis alibi loquens pater ille sanctimonia vitæ, & eruditione profunda mirabilis ita dissere-bat.[m] *Vt ergo hanc omittam sapientiam, quam in Ecclesia esse Catholica non creditis, multa sunt alia, quæ in eius gremio me iustissimè tenent. Tenet consensio populorum, atque gentium, tenet authoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata: tenet ab ipsa sede Apostoli Petri, cui pascendas oues suas, post resurrectionem Dominus commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum successio sacerdotum: tenet postremo ipsum Catholici nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit, vt cùm omnes hæretici se Catholicos esse velint, quærenti tamen peregrino alicui vbi ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorum vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere: ista ergo tot ac tanta Christiani nominis carissima vincula rectè hominem retinent credentem in Catholica Ecclesia, etiamsi propter nostræ intelligentiæ tarditatem, vel vitæ meritum, veritas nondum se apertissima ostendat.* Aspice, beatissime pater, sublimem officij, dignitatis, maiestatisque tuæ verticem,[n] quæ licet agatur in terra, cœlestibus tamen negotiis

Rom. Pontifex Christi D. vicarius, & proprius in eius regno, quod est Ecclesia.

Cur magis Rom. Pontifex Christianos principatus spiritualem, & secularem defendere tenetur, & obligatur quàm cæteri.

a S. Ber. l. 3. c. 8. ad Eugeniũ Papam

Epistola de diuersa pontificis Rom. dignitatis, & honoris.

Maxima Pontificis Rom. gloria, & excellentia dignitatis summa vniuersalis præsidens Christi D. regno omnium præstantissimo.

b Elogia vrbis eius et omnium pap... & c. & pastor monasterium.

b Timoth. c. 3. v. 16.

c Ibid.

d S. Aug. in psal. 47.

e S. Luc. c. 11. v. 35.

f S. Aug. l. 3. contra litter. Petilian. c. 4.

g Cantic. c. 6. v. 9.

h S. Iren. l. 3. c. 3. & c. 40. l. 4. c. 41.

i S. Hieron. l. contra Luciferian. in fin.

k S. Ambr. epist. 8. ad Vercell.

Qui manet in Ecclesia Catholica cum Deo manet per gratiam.

Magna Ecclesiæ authoritas quæ salutem fecit, fideliumque D. Augustinum.

l D. Aug. l. contra ep. fundament. c. 5. & l. de vtilitate credendi c. 4.

m Idem ibid. c. 4. tom. 6.

Similia habet S. Aug. l. de vtilitate credendi c. 4.

n Chrys. contra ... l. 3. de sacerdotio.

Ecclesia mystice dicitur cælum cælorum, & cur

a S. Bern. ser. 27. in cantic.

augustissimè permiscetur. Etenim sanctissima illa Christi Domini sponsa, cuius in solio pastor œcumenicus honorificè, meritoquéque sedes, cælum cælorum à sancto ministerio nuncupator, quæ [a] *habet in se cælos suos, homines in primis vita, & opinione conspicuos, fide puros, spe firmos, latos charitate, contemplatione suspensos, pluentes pluuiam verbi salutarem, qui tonant increpationibus, coruscant miraculis, enarrant gloriam Dei, & extenti sicut pelles super omnem terram, legem vitæ, & disciplinæ digito Dei scriptam in semetipsis ostendunt, ad dandā scientiā salutis plebi eius.* Magna profectò illa sunt honoris, dignitatisq; summæ, præconia, quæ tibi à Christo, prout vicarius eius ipsi carissimæ fidelium parenti religiosissimè sub illo dominaris, meritoriè pariootur. Sed non sola illa sunt, habes aliunde: tu namque fons, & origo, in quantum Christi Domini vicarius, sanctique Petri successor, Ecclesiastici ministerij, dignitatis, & officij esse crederis, omnes sub tua potestate, directioneque gregis Dominici prælatos, pastores, sacerdotes, cæterosque domus Dei ministros, vt eorum princeps tuæ iurisdictionis ambito comprehendens. Vt [b] sicut vnguētum sacrum, quod erat in capite Aaron in barbam, barbam eius, & à barba in oram illius vestimenti descendebat, ita suaue sacrumque potestatis, mysterijque Ecclesiastici in nouo testamento oleum in sancto Petro, & illius successoribus Romanæ cathedræ pontificibus tanquam in summo vertice collocatum à Christo Domino, & effusum perenni diuinæ voluntatis, authoritatisque fluxu in omnes Ecclesiæ pastores, prælatos, ministrosque deriuaretur, vt [c] *vna esset mater, & radix omnium Ecclesiarum* Romana Ecclesia, *vnicus totius sacerdotij, ministerijque Christiani fons indeficiens*, perpetuis gratiarum benedictionumque Christi in omnes electionis diuinæ filios aquis exundans. [d] *Quis enim nesciat*, inquiebat Innocētius primus, *aut non aduertat id, quod à principe Apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc vsque custoditur, ab omnibus debere seruari, nec superinduci, aut introduci aliquid, quod aut authoritatem non habeat, aut aliunde videatur accipere exemplum: præsertim cùm sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, & Siciliam, insulasque interiacentes nullum hominem instituisse Ecclesias, nisi eos quos venerabilis Apostolus Petrus, aut eius successores instituerunt sacerdotes.* Quod minimè animaduertentes, aut ne conspicerent dissimulatione, dissidioque obruere molientes opinionis damnatæ homines, perniciosissimi schismatici, hæreticique Nouatianum impium sacerdotem loco legitimi Papæ S. Cornelij in sancti Petri cathedram, vniuersalis Ecclesiæ principale solium introdere dum nefaria conspiratione niterentur, acerrimum suæ insaniæ hostem sanctum Cyprianum experti sunt. Qui contra eos Episcoporum omnium, totiusque Christianorum fidelium coronæ, Romanum Pontificem principem esse firmauit, sicut Ecclesiam, cuius post sanctum Petrum in throno spiritualis monarcha sederet, radicem, matremque omniū Christianæ religionis Ecclesiarum esse probauit. [e] *Cùm*, inquit, *suum diuersæ partis obstinata, & inflexibilis pertinacia non tantùm recusauit, sed etiam gliscente, & in peius recrudescente discordia Episcopū sibi constituit, & contra sacramentum semel traditum diuinæ dispositionis, & Catholicæ vnitatis adulterum, & contrarium caput extra Ecclesiam fecit.* Tu tanti

a. Pars. Papa dignitatis, fons, & origo omnis ministerij, potestatisque Ecclesiasticæ.

b Psal. 132. v. 2.

c S. Cypr. de vnitate Eccl.

d Innocent. 1. epist.

e S. Cypr. epi. 42.

Vt Ecclesia Rom. radix, & mater omniū Ecclesiarum, sic Rom. Pontifex fons, & princeps omnium sacerdotum, atque pastorum

A

doctoris, martyrisque iudicio, fons, & vertex Ecclesiastici principatus, [f] S. Petri Cathedram, atque Ecclesiam principalem obtinens, *vnde sacerdotalis vnitas exorta est: tu vnicus Dei sacerdos in Ecclesia ad tempus vice Christi iudex. Cui quod non obtemperatur, sicut sancto Petro, & eius successoribus execrabiles hæreses exortæ, immaniaque nata schismata.* Tu non es aliquis ex singulis pastoribus, quibus gregis portio sit adscripta, quam regat vnusquisque, & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus, sed pastor œcumenicus [g] florentissimi cleri, vnà tecum, & sub te vniuersali Ecclesiæ præsidentis, atque pater sanctissimæ, & amplissimæ plebis: *cuius fides Apostolo prædicante laudata est, & ad quam perfidia accessum habere non potuit. Tu episcopus episcoporum*, [i] qui contumaces contra veritatem Christi, & contra Ecclesiæ vnitatem à septis Dominici gregis arces, qui dogmatibus orthodoxis authoritatem præstas, & firmitatem, qui [k] *vniuersa fraternitas præcipis, ne quis eos, quos ipse nec ad sermonem saltem colloquij communis admiserit in domum suam recipiat, vt venientibus non solum pax, & communio, sed & tectum, & hospitium negetur.* Tu es ipse pontifex Euangelicæ gratiæ maximus, à cuius obsequio [l] *quicumque si cut ab ecclesiarum omnium matrice Apostolica sede discesserit, seorsim viuere, & spirare non poterit, substantiamque salutis amittet.* Tu caput sub Christo vniuersalis Ecclesiæ visibile, tu omnium fidelium pater, & princeps: & vt cum Petro Blesensi loquar, [m] *tu vnicè summus in ecclesia Dei, & singulariter generalis episcopus.* Cōtra quem omnis consensio iam est synagogæ Satanæ, cathedræque pestilentis institutio, & conspiratio, Christi membrorum discerptio, gregisque Domini laceratio est. Cui reluctantes in spiritu contumaciæ, iā extorres à regno Christi, circa fidem veritatemque Catholicam naufragantes, Ecclesiæ matris sanctissimæ desertores, à Christi Domini benedictione, gratiaque profugi longè à salute sua maledictionibus viui, mortuique conteruntur. Viua expressaque vestræ maiestatis, supremæque potestatis imago in magno legis antiquæ sacerdote referebatur, qui terrarum orbem [n] in sua depictū veste portabat. Quis autē in tota Christianæ religionis amplitudine prælatorum, pastorumque animarum præter te non certarum, sed Christianorum incolarum orbem suis gestat humeris, & in pectore portat? Qui non certas quasdam, sed omnes Christi D. sicut quondam S. Petrus oues doctrinæ Catholicæ, sanctitatisque Christianæ pabulo pascis, atque nutriearis? Iuxta illud Christi Domini S. Petro. [o] *Pasce oues meas?* Omnium Christiani orbis Ecclesiarum Episcopatus, atque prælaturæ malis punicis in fimbriis aureis vestimenti pontificis antiqui dependentibus adumbrati designabantur. Quoniam sicut vno mali huius punici cortice multa grana, eaque rubei coloris compacta inter se concluduntur, sic sub vnius prælati, Episcopique iuridica potestate Christiani multi sacratissimo Christi Domini sanguine, eiusque charitatis ardore rubentes, eiusdem fidei, sacramentorumque communione sociati, fœderarique continentur. Sed quid est quod illa mala punica de vestimento magni sacerdotis affixa dependerent? nisi vt mystico sensu ad futura religionis Christianæ mysteria reuocato intelligeremus omnes Episcopatus, prælaturas, dignitatesque ministrorum nouæ legis, ab vnius Ro-

B

C

D

Accommodationes ex S. Cypriano

f S. Cypr. ep. 55

g S. Cypr. ep. 57.

g Idem ep. 58.

i Idem ep. 74.

k S. Cypr.

l Idem lib. de vnit. Ecclesiæ ep. 75.

m Ep. 18 Petri Blesensis

Maledicti qui Rom. Pontifici sunt contumaces, rebellionesque resistant.

3 Pars. Imago Rom. Pontificis erat summus sacerdos veteris testamenti.

n Sap. 18. b.

o Ioan. 21.

mani Pontificis in cathedra S. Petri sedentis authoritate summa, supremaque iurisdictione pendere, in illiusque imperio, doctrinaque salutari subsistere? Propter quod præter punica mala de sacerdotis magni veste pēdentia aureorum tintinabulorum, eiusdem vestis oræ uexus hærebat: quibus aureæ, id est veræ, illustris, salutarisq; doctrinæ sonitus, professioque repræsentabantur, quibus significabatur omnem Catholicæ, sæcularisque doctrinæ cognitionem ad Romani Pontificis cathedram, iurisdictionemque pertinere. In cuius corde, sicut in sacerdotis antiqui pectore VRIM, & THVMIM Christus D. Spiritus sancti illuminationes, doctrinæ perfectiones, eum summa iurisdictione, iudicandique potestate collocauit, expressa, signataque in veteri lege per Rationale iudicij, quod in suo pōtifex veteris testamēti maximus pectore gestabat. Iudicio namque Rom. Pontificis, atque tribunali omnis fidelium Christianorum cōgregatio subdita est, iuxta hoc Saluatoris nostri decretum.[a] *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.* O tuum illud ter, quaterque benedictum, Beatissime pater, sacrumque pectus! O pretiosum diuinæ veritatis sanctitatisque reconditum in te à Christo D. thesaurum! ex quo nihil circa fidem, moresque falsum, nihil à veritate Catholica emanare potest alienum! Propterea cum ea potestatis, & authoritatis extensione polleas, qua quondam S. Petrus in Ecclesia Christi D. refulsit, non modò generalium conciliorum, cœtuumque Christianorum gratia, diuinoque sancti Spiritus afflatu sociatorum cōgregator es, atque director, verum etiam confirmator, atque data tibi à Christo D. benedictione sācificator existis. Cuius veritatis sacri, & Ecclesiastici codices exemplorum pleni sunt, quæ copiosè superius commemorata tua hic sanctitas repetere vetat.

a Matth. 16.

Sed hæc, Beatissime Pater, missa facientes, dissimulare nō debemus ex aliis insuper prærogatiuis maiestatis vestræ, supremæq; dignitatis admirabilem diuinitus emicare fulgorem. Tu enim empirei cœli constitutus à Christo ianitor es, qui tibi, vt S. Petro huius æterni sui regni claues eminentiùs, pleniùs, perfectiùsque quàm cæteris Apostolis, aliisque suæ pastoribus Ecclesiæ concessit: per quas beatas cœlorum māsiones, æternæque sanctuarium felicitatis, & gloriæ iustis aperires, iniustisque clauderes. Hoc honore quis in terris excelsior, quæ hac gloria sublimior inueniri potest? Apud Isaiam Deus Eliacim filio Helciæ claues domus Dauid, in magni signum fauoris, honorisque spōponderat.[b] *Erit, inquit, quasi pater habitantibus Ierusalem, & domus Iuda, & dabo claues domus Dauid super humerum, & aperiet, & nō erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat.* Quantò hæc prærogatiuæ singularis, honorisque sublimis auctoramenta tibi cum tuis antecessoribus, sanctoque Petro, sensu sublimiori congruūt? Certè tātò magis quanto plus est, esse ianitorem domus Dei,[c] nō manu factæ, in cœlis æternæ, quā domus Dauid, luteæ, hominum manu factæ temporalis in terris. Quantòque præstantius huius diuinę, cœlestisque domus gestare claues, quibus bene merentibus æterna, diuinæ domus illius tabernacula recluduntur, & aperiuntur: quàm terrenæ, caducæque domus, cuius vilibus ex ferro clauibus fores, portæque panduntur mortalibus:

4. Pars. Papa cœli ianitor cum S. Petro clauium regni cœlorum administrator, & dispēsator, per quas cœlū aperit, & claudit perfectiùs, & eminentiùs quàm cæteri alij Ecclesiæ Dei ministri.

b Esai. c. 22.

Comparatio S. Petri, & eius successorum in sede Apostolica cum Eliacim.

c 2. Cor. c. 5.

vt fluxæ gloriæ ad modicum parentis, instarque bullæ permanentis, fulgores opacos in mométo conspiciant. Cuius gloriæ domus Dauid caducæ fragilitatem, celeremque pulchritudinis fugitiuę cursum Deus in ipso Eliacim volens exprimere, illum paxillo ligneo, cui claues appenduntur, his verbis comparare voluit.[d] *Figam illū* (scilicet Eliacim) *paxillum in loco fideli, & suspendet super eum omnem gloriam domus patris sui, vasorum diuersa genera, omne vas paruulum à vasis craterarum, vsque ad omne vas musicorū, &c.* Quāta ex eo inter Eliacim clauiū domus Dauid portatorem, & S. Petrum, teque, ò beatissime Pater, eius successorem clauium domus Dei, regnique cœlorū gestatores, diuersitas apparet? Cùm Eliacim clauo ligneo conferatur, vt illius lubricus, momentaneusque terrenæ gloriæ decor ostendatur, sanctus verò Petrus immobili rupi, petræ solidissimæ, nusquam caducæ, ruituræque, Christi D. testimonio similis esse dicatur, supra quam Ecclesiæ suæ gloriam nullo tempore morituram ædificaturum se Saluator mundi spoponderat?[e] *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiā meā.* Quis hanc tuam, quæ S. Petri est, gloriā, supremāque tui honorem principatus non admirabitur, & admirando ad tantum gloriæ fulgorē, diuinæque pulchritudinis coruscātes in ea radios non obstupescet?[f] Si enim Athenobius conspecta Simonis magni Iudæorum sacerdotis gloria, quę in auro, argento, externoque rerum caducarum apparatu, fulgoreque coruscabat, præ nimio terrenæ raptu pulchritudinis stupefactus expauerit; quantò iustiùs nos tuæ, sanctique Petri, Simonis nostri dignitatis, & gloriæ splendores admirando considerantes obstupescere debemus? quę non in auro, & argento; non in gemmis, lapillisque pretiosis externo fulgore rutilantibus, non in cætero rerum caducarum, inaniumque nitore visibili, sed in virtute admirabili de cœlo missa, in mirabilibus Spiritus sancti donis de Christi D. meritorum thesauro profusis, & in potestate suprema super omnem Ecclesiam Dei, doctrinæ infallibilis, atque Catholicæ veritatis ab omnibus errorum tenebris auulsæ sanctitatisque Christianæ circumfusa radiis constitutæ refulgent? Licet enim Christus[f] *ascendens in cælum hominibus dona dederit,*[g] *& quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autē pastores, & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem sui corporis instituerit, atque illis Spiritus sancti meliora charismata cōmunicauerit,* vt quæ[h] super terram ligarent, aut soluerent, ligata, vel soluta essent in cœlis. Maius tamen potestatis iuridicæ, dignitatisque summæ pondus, & munus S. Petro, eiusque successoribus quàm cæteris omnium fidelium, gregisque rectoribus impertiri voluit: cùm illius fidei, & in illo omnium sedis Apostolicæ præsulum directioni, non vnius cœli, sed cœlorum regni claues crediderit, & in eos tantum supremæ iurisdictionis,[i] potestatisque spiritualis effudit: vt quæ illi ligassent, aut soluissent in terris, ea non in vno cœlo, sed in omnibus cœlis ligata soluerentur, vel soluta ligarentur.[k] Nimirum primatum, imperiumque monarchicum S. Petro, eiusque successoribus Saluator mundi dabat, & vnam cathedram constituebat, & vnitatis eiusdem originē ab vno incipientē sua authoritate disponebat: vt S. Petrus *esset eminens, & presbyterorum summus apex*, sicut sanctus

d Esaiæ c. 22. v. 23.

Comparatio gloriæ Rom. Pontificis cum gloria Simonis Iudæorum Pōtificis.

e Matth. 16.

f 1. Macc. c. 15.

f Ephe. 4. v. 8.

g Ibid. v. 10.

h Matth. 18.

i Origen. hom. 6. in Matth.

k S. Cyprian. de vnit. Eccles.

a S. Dion e. 3. de diuinis nominibus.

ſanctos[a] Dionyſius loquitur, *καὶ Πέτρος ὁ κορυφαία καὶ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης*. Et poſt eum cæteri Romani Pontifices, illius cathedræ ſuccedentes, largiente Domino noſtro Ieſu Chriſto ſuis vicariis ſancto Petro, & eius in ſede Romana ſucceſſoribus, ſupremæ poteſtatis, dignitatiſque faſtigia.[b] *Qui ſicut accepit à patre ſceptrum Eccleſiæ, gentium dux ex Iſrael egrediens ſuper omnem principatum, & poteſtatem, ſuper omne quodcumque eſt, vt ei cuncta curuentur, ſic Petro, & eius ſucceſſoribus pleniſſimè commiſit, & nulli alij, quàm Petro* (& eius ſucceſſoribus) *Chriſtus quod ſuum eſt plenum dedit, eique principatum totum, & poteſtatem, ſuper omnem principatum per ſacramentum dimiſit.* O ter te, quaterque beatum, ſanctiſſime Pater, *cuius arbitrio*, vt ſancti Hilarij[c] verbis vtar, *claues æterni aditus traduntur; cuius terreſtre iudicium, præiudicata authoritas ſit in cælo; vt quæ in terris aut ligata, aut ſoluta ſunt, ſtatuti eiuſdem conditionem obtineant & in cælo.* Verùm tua te longè beatiorem in tanta ſpiritualis imperii celſitudine ſublimatum modeſtia, in ſummo proſperitatis humanæ vertice collocatum humilitas honorata, in proſpiciendo fidelium omnium ſaluti paterna charitas, & in rebus prouidendo futuris ſagax prudentia, necnon ſapiens, maturaque conſideratio moliuntur. Quæ quidem virtutes tantarum in te virium ſunt, vt à te incipiant, & in te firmentur, eas quocumque vagentur ad te cum tuæ, animarumque ſalutis fructu reuoces. Quæ ſic à te ſolent exire vt nunquam te deſerant, quæ vt iuuentutem tuam aluerunt, ſic ſenectutem nunc oblectant, tecum peregrinantur, ruſticantur, dies, noctéſque omnium Eccleſiarum ſolicitudinem animo tuo altiſſimè defigentes, ſub tuo pectore ſtimulos ardẽtis amoris, ac zeli diuini verſantes, atq; reuoluẽtes. Vt tua vigilantia, ſtudio, conatu, conſilio, laboreque continuo pax optata, ſalus, proſperitas temporalis, æternaque poſtea Eccleſiæ Dei, regniſque fidelibus cum ſumma Chriſti Domini gloria, honoreque pariantur: ſpiritualiſque monarchia, cui ſolus ſublimitet famulando præſides, cum regali, ſeculariqué Chriſtiana, pacem æternam caſtoſque hymenæos exerceat. Sic omnibus tandem vtriuſque monarchiæ illius fidelibus deuotiſque ſubditis clauibus Eccleſiæ ſacris à Chriſto Domino tibi traditis æternales cœlorum portas feliciſſimè reſeres, pandas & aperias. Sed de his aliiſque maximi meriti virtutibus, quæ celſitudinem gloriæ, ſummamque maieſtatis tuæ pontificiæ poteſtatem perpetuo comitari debent, capite ſequenti dicenda plura nobis occurrent.

b S. Cyrill. in theſauro.

c S. Hilar. in c. 16. S. Matt.

Imitatio S. Ber. in l. 2. de cõſideratione ad Eugen.

A B C D

CAPVT II.

Quænam præcipuè virtutes, quibus pontificia majeſtas ſociari debet.

1. *Sapientia Chriſtiana.*
2. *Bonitas, ſeu benignitas.*
3. *Munificentia miſericors.*
4. *Charitas prouida, & ſolicita creditos ſibi greges Chriſti ſaluandi.*
5. *Zelus honoris Dei, cum ſingulari Eccleſiaſtica ſalutis ardore, & puritatis amore.*



NVNC venio, Beatiſſime Pater, ad eas ſpirituales filiorum Dei, electioniſque ſempiternæ dotes præcipuas miniſtrorum Dei, cœleſtis pulchritudinis ornamenta, quæ Chriſtianæ virtutes appellantur. Quibus pontificiam majeſtatem coram Deo, & hominibus oportet eſſe ornatam, vt quotidie ſacrificando, ſacras oblationes pro vniuerſorum fidelium ſalute conſecrando, & offerendo, majeſtati diuinæ litare valeat. Quod facere quàm ſit honeſtum, & ſalutare, vitæ ſanctitatis, quæ in Simone Oniæ filio magno veteris teſtamenti ſacerdote fulgebat, exemplo docemur. De qua loquens ſapiens ait.[a] *In aſcenſu altaris ſancti gloriam dedit ſanctitatis amictum.* Hoc eſt ad holocauſtorum altare conſcendens ſacris vacaturus, ipſum ſanctitatis amictum, veſtes nimirum ſacras, magni ſacerdotis, glorioſas ſuæ ſanctitatis ſplendore reddidit, eaſque ſuæ pulchritudine virtutis illuſtrauit. Quo facto datur intelligi ſacerdotis eſſe maximi par pari referre, vt ſi à maieſtate pontificia, ſublimitate dignitatis admirabilis honoretur, ipſe quanta niti poſſit ope reciproco honoris ſplendore, & opera maximarum virtutum ſublimem illam dignitatem maieſtatis pontificiæ, poteſtatiſque ſummæ verticem glorificare, & exornare contendat.

Dignitatem ſummam à qua exornatur, pontificem virtutibus exornare debet.

a Eccleſ. c. 50.

Precioſa eſt in capite Eccleſiæ Chriſti Domini viſibili, quod eſt Romanus pontifex corona multis maximi valoris, meritique ſpiritualium donorum lapidibus effulgens ſapientia: quæ ex vernantibus, ſuauiſſimè ad nares diuinæ maieſtatis olentibus ſalutaris doctrinæ Catholicæ veritatis, ſanctitatiſque vitæ floribus compacta nectitur. Eſt illa myſtica corona, per laminam auream in fronte magni legis antiquæ ſacerdotis coruſcantem repræſentata: ſine qua omnes fruſtra ſuſcepti labores, ſpes fallaces, cogitationes inanes animum regnantis in Eccleſia Dei ſine fructu, ſubditorumque ſalute fatigabunt. *Lamina aurea*, inquit ſanctus Hieronymus, *rutilat in fronte, nihil enim nobis prodeſt omnium rerum eruditio, niſi Dei ſcientia coronemur, &c.* Quantum autem ſit neceſſarium Eccleſiæ principes, atque paſtores, maximè vero paſtorũ principem, rectoréque ſacrarum literarum cũ veritate Chriſtiana

Doctrina ſalutaris, & probitatis coniunctio in pontifice Rom. omnino neceſſaria, in quibus myſtica corona, quæ ſapientia dicitur conſtatur.

S. Hieron. ep. 128.

Exod. c. 18 v. 4. 15 22 &c.

A splendoribus inclarescere, non sine mysterio radiantia fulgentium lapillorum in rationali affixa magni sacerdotis ornamenta signabant. In quibus duo hæc doctrina, & veritas insculpta legebantur. Veritas quidem vt summus sacerdos, quæ doceret, alios intelligeret. Doctrina verò seu illuminatio, vt sibi subditum populi gregem fideliter, atque prudenter erudiret. His ad Dei gratiam, ad salutem populi illius studiis, scientusque fidei, atque morum, quos mente complectebatur, & opere splẽdores, functurus officio perficere iubebatur. Quæ sua cogitatione peruigili, altaque consideratione, venerabilis Beda defigẽs animo dicebat.[a] *Ideo doctrina, & veritas in rationali iudicij est impressa: vt eadem veste indutus meminisset se studiis doctrinæ, & veritatis inquirendis,*

a Beda in exa. c. 28.

B *non autem curandis, rimandisque secularibus negotijs in sacerdotium fuisse consecratum.* At scientia summa, necnon profunda rerum maximarum intelligentia, virtutis, probitatisque, destituta fulgoribus, & exhausta, quî posset Christi Domini prodesse gregibus, & in eorum hortos animorum irrigandos sapientiæ salutaris aquas effundere? Cur in veteri testamento[b] rationali magni sacerdotis superhumerale connectebatur? Nisi vt hoc mysterio disceremus amicam esse debere rationis, & operationis coniurationem, egregiãque connectionem, quam doctrina postea, vt salutaris existat, sequi debeat? Vnde sanctus Hieronymus.[c] *Non statim absoluta perfectio est, si quis superhumerale, & rationale habeat, nisi hæc inter se forti compage solidentur, & sibi inuicem connexa*

Virtus, & probitas scientia bona in summo pontifice si non in aliis sub illo populi rectoribus debet esse basis, & fundamentũ.

b Exod. 28. v. 13. &c.

c S. Hier. epi. 128 ad Fabiolam de vesti tu sacerdotali tom. 3

C *sint, vt & operatio rationi, & ratio operationibus hæreat, & his præcedentibus doctrina sequatur, & veritas, &c.* Liceat mihi, Beatissime Pater, sanctum Bernardum cum paucorum adiectione verborum in orando, deprecandoque Ecclesiæ principem, confidenter æmulari.[d] *Ne frustra extendaris in alijs te neglecto* (addam, gregeque tuo) *quid tibi prodest, si vniuersum mundum lucreris, te vnũ,* gregemque tibi commissum, *perdens? Si sapiens sis, deest tibi ad sapientiam; si tibi,* gregique tuo, *non fueris sapiens? Noueris licet mysteria omnia: noueris lata terræ, & profunda maris, si te,* populumque tibi creditum, *nescieris, eris similis ædificanti sine fundamento, ruinam non structuram faciens.* In pastore summo Ecclesiæ principe sicut in alijs sub illo Ecclesiarum rectoribus, doctrinam necessariam esse maximè quis nisi mentis inops in-

Sic doctrina, & probitas in pastore debent coniungi ad salutem animarum, vt se inuicem multo plus noceant quàm prosint.

d S. Ber. l. 2 de considerat. ad Eugen.

Probitas sine doctrinam pastore parum prodest, doctrina verò sine probitate plurimum nocet.

D ficiaretur?[e] *Quomodo enim,* ait sanctus Bernardus, *in pascua diuinorum educet eloquiorum greges dominicos pastor idiota?* At si hæc à probitate, morumque sanctitate doctrina recedat, illam non prodesse, sed obesse plurimum, non salutarem, sed perniciosam esse curasserere verebor, hunc sanctum Patrem dicentem audiens?[f] *Sed et si doctus quidem fuerit, non sit autem bonus, verendum ne non tam nutriat doctrina vberi, quàm sterili vita noceat. &c.* In quam sententiam præclare sanctus Gregorius.[g] *Cùm in plerisque sanctæ Ecclesiæ negotiis salubris sit dispensatio, lethalis profectò, & mortifera est vbi ante acti per ignorantiam, aut irreligiosi sapientes, aut ad secularia negotia prouecti ad aliorum primatum venire permittuntur: hi enim ignorando, illi sciendo, & non faciendo subditorum animas perimunt, &c.* Vnde Dominus noster Iesus Saluator mundi nomen Simonis discipuli, quem suum in tota Ecclesia à se genita vicarium destinabat, in

e S. Ber. ser. 76 in cantica.

f ibid.

g S. Greg. in pastoral.

Cur Christus D suum vicarium primum, Petrũ, seu petram appellare voluit.

A Petri nomen mutare voluit, quod petram excelsam, rupemque solidissimam idiomate Syriaco significat: vt ostenderet quo fortitudinis robore, qua fidei, & constantiæ stabilitate, qua celsitudine charitatis, quo denique cæterarum virtutum præsidio munitum corroboratumque illum esse vellet, quem suo loco pastorem, caputque sponsæ suæ visibile præficeret; in eiusque humeros tanquam sui vicarij grauissimum ouium sui gregis saluandarum pondus, & onus ipso grauius Ethna transfunderet: aduersus quem inferorum portæ præualere non possent. Vt ipse non vt petra sterilis, sicca, omnique humore destituta, sed diuinarum gratiarum aquis intra se fœcunda hortos animarum spirituales ad salutem æternam diuinis illarum aquarum profluuiis irri-

B garet, ad instar petræ illius, de qua sanctus Apostolus.[h] *Bibebant autem de spirituali consequente eos petra.* Sic ad saluandas gentes prius suo sanguine lauatas Christus Dominus,[i] *conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.*

h Cor. 10.

i Psal. 113.

Magna vis inter cæteras virtutes moris in benignitate affabili in promouendo bonos ad sanctiora bonorum operum studia, & clementi, ad ignoscendum peccatoribus post errores suos, in clementissimæ matris Ecclesiæ gyrum per dignos pœnitentiæ fructus redeuntibus. Qui hac summi pontificis benignitate, à praua vitæ suæ scelestaque via reuocati, feliciter clementia victrice superari suas in Ecclesiam matrem, patremque sanctissimos rebelliones, crimina con-

2. Benignitas in magis promouendas bonos ad virtutes, & remouendo malos à vitiis.

C tumaciæ serio detestantur, oppositasque virtutes factis, & operibus summa dilectione venerantur. Vt plerosque in Africa à Nouatiano pseudopontifice nefariè seductos sedentis in cathedra Apostolica sancti Cornelij benignitate suauiter illectos, & edomitos eiurato cum execratione schismate fecisse legimus, apud sanctum Cyprianum dicentes.[k] *Nos Cornelium Episcopum sanctissima Catholica Ecclesiæ electum à Deo omnipotente, & Christo Domino nostro scimus, nec errorem nostrum confitemur; nos imposturam passi sumus, circumuenti sumus perfidia, & loquacitate captiosa. Nam etsi videbamur quasi quandam communicationem cum schismatico, & hæretico homine habuisse, sincera tamen mens nostra semper in Ecclesia fuit. Nec enim ignoramus vnum Deum esse, vnum Chri-*

k S. Cypr. ep.

D *stum esse Dominum, quem confessi sumus, vnum Spiritum sanctum, vnum Episcopum in Catholica esse debere.* At patrem omnium fidelium sanctissimum, Ecclesiæ caput, quàm munificentia misericordiarum operibus affluens maximè deceat ex eo patet, quod capitis mystici, sicut naturalis esse dicatur, in membra influere, vitalesque sensus, atque motus partibus sui corporis effundere. Qui propterea à Christo Domino regni cœlorum claues accepit, vt omnibus fidelibus cœlestes thesauros aperiret; eos spiritualibus diuitiis, opibusque cumularet. Præter quas etiam corporales de septemplici corporalis misericordiæ thesauro exhaustas largiri tenetur: in quo magnus meritoriusque munificentiæ pontificiæ fulgor apparet, de qua sanctus Gregorius loquebatur, cùm hæc diceret.[l] *Episcopus largam manum habeat,* multo largiorẽ Episcoporũ princeps, *necessitatem patientibus succurrat, alienã inopiam suã credat; si hæc non habet, vacuũ Episcop*

3. Munificentia misericordiæ.

l S. Greg. l. 3. ep. 29.

nomen habet. Monarcha ſpiritualis in toto ſpiri- A
tuali Chriſti regno, cuius vicarius eſt, ſolis in-
ſtar fulgere, atque conſpici debet: qui radios ſui
luminis ardẽtes nec occultare, nec minus poteſt
amouere: ne ſe totum per varios orbis ſui cir-
cuitus vbique non vni, aut alteri, ſed omnibus
variarum terræ plagarum incolis ampliſſima
communicatione profundat. Quàm illi per-
fectè ſe Deo conformes efficiunt, qui miſeri-
cordiæ operibus intenti, omni pietatis officio,
ac ſtudio compaſſionis humanæ pauperum ino-
piæ ſubuenire, afflictorum calamitatem vince-
re, perditis ſalutem recuperare, ex miſeris ærum-
narumque multarum preſſura grauatis, felices
efficere conantur. Vnde ſanctus Ambroſius

a S. Ambr. l. 1. offic. c. 11.
Miſericordia operum in egenos afflictoſq; præſtantia, & magna merces exercētibus ea.

non immeritò dixit, [a] *nihil tam commendare Chri-
ſtianam animam, quàm miſericordiam, quæ & perfe-* B
*ctos facit, quia imitatur perfectum patrem, qui dat
omnibus affluenter, & nemini improperat, primum
in pauperes*, inquit ille ſanctus, *vt communes iudi-
ces partus naturæ, quæ omnibus ad vſum generat fru-
ctus terrarum, vt quod habes largiaris pauperi, &
conſortem, atque conformem tuum adiuues. Tu
nummum largiris, ille vitam accipit; tu pecuniam
das, ille ſubſtantiam ſuam æſtimat; tuus denarius
cenſus illius eſt, illius calceus, veſtis panis eſt, qui ti-
bi ſuperfluus eſt. Si non paviſti occidiſti. Hoc eſt
occidere hominem, vitæ ſuæ ſubſidia denegare. Ad
hæc plus ille tibi confert, cùm ſit debitor ſalutis. Si
nudus veſtias teipſum, induis iuſtitiam. Si peregri-
num ſub tectum inducas tuum, ſi ſuſcipias egentem,
ille tibi ſanctorum amicitias, & æterna tabernacula
acquiret: non mediocris eſt gratia. Corporalia ſemi-* C
*nas, & recipis ſpiritualia, das temporalia, expectas
æterna.* Vnde S. Auguſtinus. [b] *Vide*, inquit, *quàm

b S. Aug. in pſal. 36.

*latè creſcat fœnus tuum, da temporalia, accipe æterna;
da terrã accipe cœlũ.* Sic hac miſericordiæ virtute
diuitibus proſpexit Deus, vt illius opere tempo-
rali ſempiterna bona lucrarentur: Qui apud ſan-
ctum Auguſtinum ita diuitem alloquitur. [c] *Pau-

c Idem l. 50. homiliarum, homil. 47.

*perı non dedi ad hoc vt te probarem, non quia ambo-
bus non habui vnde darem, ſed per pauperem vo-
lui te probare* (& poſtea inde te ſaluare.) Certe ſi
quanta ſublimis illa munificentiæ virtus, & ar-
dor miſericordiæ in corde tuo, Beatiſſime Pater,
altiſſimè radices egerit, oratione hîc exprimere
nos oporteret, ſicut ratio, meritumque virtutis
expoſcunt, diutius, ac longius noſtræ habenas
orationis relaxare conueniret: vt in ampliſſimo

Gregorij 13. maxima munificentia, & miſericordia operum profuſis in egenos priuatos, & publicos fidelium cœtus.

tuarum laudum campo tot virtutum, operum-
que miſericordiæ non floribus modo, ſed fructi-
bus locupletiſſimè decorato liberius excurreret,
excurrendo læta geſtiret, atque triumpharet.
Per quam tot bonorum largitionibus, tot miſe-
ricordiæ operibus illuſtrem omnes Chriſtiani fi-
deles ac veri recognoſcentes, te non minus pa-
trem benigniſſimum, paſtoremque munificen-
tiſſimum, quàm pontificem maximum ſummis
decorantes honoribus admirarentur. Hoc ora-
tionis noſtræ diſcurſu, fluxuque reuocanda eſ-
ſent in memoriam innumera prope beneficia,
quibus ab ingreſſu pontificatus tui priuatas, pu-
blicaſque perſonas egeſtatibus obnoxias à ſua
graui neceſſitate liberaueris. Quot pias domos
his beneficiis, Eccleſiaſque repleueris, ſilentio
ſepelire non oporteret: nec præterire tacendo
miſericordes illas ſanctitatis veſtræ largitates,
quibus in vrbe ſancta prælatos non tantum in-

A quilinos, ſed etiam peregrinos longè à Romana
ſitu natione remotos, præter monaſteria, orpha-
notrophia, xenodochia, cum collegiis, contuber-
niis, ingenti pauperum, tam Vrbanorum, quàm
aduenarum numero refeceris, quotidieque refi-
cis, foues, nutricaris. 3. Non reticendus eſſet mõs 3.
ille farinæ à maiorum tuorum miſericordi libe-
ralitate conſtructus, ſed munifica veſtra charita-
te non confirmatus modo, ſed adauctus in vrbe:
vnde pauperiores artifices, aliique magnis ſudori-
bus vitæ neceſſitati, & inopiæ ſuccurrentes pre-
tio viliſſimo magnam farinæ copiam ſuperfluen-
te menſura ſingulis hebdomadibus accipiunt; cu-
ius beneficio ſufficienter, & honeſtè, cum ſuis
vxoribus, liberis, domeſticiſque penuria fugata
nutriuntur. 4. Neque magnifica hæc effuſæ cum 4.
B magna pietate, & miſericordia largitatis abun-
dantia, per orationis ſilentium, ſua prædicatione
fruſtrari deberet: qua tu, B. Pater, annonæ per
vniuerſum ſancti Petri patrimonium, per Eccle-
ſiaſticam ditionem curatores, præfectoſque con-
ſtituiſti: qui ſummo charitatis ſtudio, vigilanti
pietate proſpicerent, ne prauorum diuitum aua-
ra, tenacique vexatione pauperes opprimeren-
tur. Ne in ſua exili fortuna læderentur, ne bono-
rum ſuorum paucitate diminuti eſurirent, ne re-
rum venalium pretiis, vnde fiſci theſaurus opi-
bus intumeſceret, ipſi deſtituti pecunia, vitæque
ſubſidio contabeſcerent: ſed exhauſtis de pontifi-
cio ærario in vtilitatem publicam, magnis pecu-
niis annonæ comparandæ expendendis, copia bo-
norum ſufficienti pacificè potirentur. 5. Quid de 5.
C ædilibus illis, quos tu omnibus maximorum redi-
tuum xenodochiis, ſolo charitatis inflammatos
ardore præpoſuiſti diceremus? Qui ſolo pietatis
lucro diligenter intenderent, nihil inde ex rebus
pauperum, ad ſuos vſus, manu rapaci conuerten-
tes? Quid de regionatus viſitatoribus, magna cum
laude, præconioque nobis dicendum foret, quos
pari miſericordia conſtituiſti? qui ſingulorum
domos, ac ædes viſitarent, vt pauperes in oc-
culto publicè mendicare erubeſcentes, tuæ mi-
ſericordiæ, piæque largitatis effuſione depaſce-
rent, atque ſuſtentarent? 6. Sed præter hæc om- 6.
nia quantis encomiorum flatibus noſtræ oratio-
nis vela copioſiùs expandere iure meritiſſimo
nobis tot immenſæ à veſtra pietate miſericordi
D profectæ diuitiarum largitiones imperarent,
quas tu cum charitate maxima profudiſti? vt fi-
deles captiuos de ſeruitutis gentilitiæ crudelita-
te redimeres, mulieres extra pudoris caſtra va-
gãtes, à turpiſſima proſtibuli fœditate ſubſtrahe-
res, pauperibus virginibus ſacro, & honeſto con-
nubio maritandis piè, miſericorditerque proui-
uideres. Alia quamplurima nobis tacenda non
eſſent, perpetuitatem maximę laudis, honoriſque
merentia, quæ nunc ne vnico quidem verbo cõ-
memoranda iudico, cum illa, præ magnitudine
ſua ſilentio maiora, quàm præconio videãtur. Sed
ad charitatem prouidam, meritoriæ plenam ſoli-
citudinis, quæ in Eccleſiarum procuranda ſalute,
pace, proſperitate, cũ maieſtate pontificia lucens,
ardenſque ſemper incedere debet, & in ea mora

4. Charitas prouida, & ſolicita.
Fuit hæc in S. Petro virtus ardentiſſima pro ſalute hominum.

ri perpetuò, veniamus. quæ virtus quanta fue-
rit in ſancto Petro, quanta eum ſalutis omnium
fidelium poſt aſcenſionem noſtri Saluatoris
in cœlum, cura paterna ſapienter, & arden-
ter exercueris, ſancta Apoſtolorum acta teſtan-

a Apud Euseb. c. 14 l. 2. b Euseb. l. 2. c. 1. b Actor. 8.

tur. Qui Apostolorũ maximus, & primorũ princeps,[a] vt eum S. Clemens appellat,[b] creato à se S. Iacob minore Hierosolymorum Episcopo, animarum salutis ardentissimus in Samariam descendens, multis[b] Samaritanorum regionibus gratiæ Euangelium prædicauit, viamque illis ad cœlestia regna prædicando patefecit. Eadem diuinæ charitatis opera[c] per totam Iudæam, Galilæamque præstitit, vt omnes diuinæ prædicationis claritate illuminatos, ac cœlestis doctrinæ pabulo nutritos Christo Domino lucraretur.

c Actor. 9. d S. Chrys.

Quemadmodum dux in exercitu, inquit sanctus[d] Chrysostomus, *obambulans considerabat, quæ pars sit coadunata, quæ suo aduentu egeat, vbique circumuersabat, & primus inuenebatur.* Post instructos ad salutem, baptizatosque Iudæorum quamplurimos, ad gentilium conuersionem ardentes charitatis diuinæ sub illius pectore stimulos Spiritu sancto commouente perrexit: à quo Cæsaream euocatus, primus ab ecstatica visione gentiles verbo salutis informauit. *Vbi Cornelius Centurio*, vt sanctus loquitur Hieronymus,[e] *primus ab Apostolo Petro baptizatus salutem gentium dedicauit.*

e S. Hieron. ep. ad Saluinã.

Postea peragratis multis gentium terris, quocumque progrederetur prædicans, baptizãsque,[f] *cæteris Apostolis in varias mundi partes dimissis, ipse Apostolici ordinis princeps ad arcem Romani concessit imperij, vt lux veritatis, quæ in omnium gentiũ reuelabatur salutem efficacius se ab ipso capite, per totum mundi corpus effunderet.* Hunc solicitæ charitatis animarum salutem, & quæ Christi sunt quærentis ardorem, qui in sancto Petro primo Christi Domini vicario tam vehementer exarsit, succedentes illi in Apostolico solio Romani Pontifices amplexati nunquam ab hac pia diuino charitatis igne non mediocriter inflammata saluandarum animarum solicitudine quieuerunt, atque cessarunt.

f S. Leo. 1. ser. de SS. Apost. Petro, & Paulo.

Solicitudo omnium Ecclesiarum quam susceperunt semper Romani Pontifices, eas omnes per se ipsos, vel per vicarios instrumentos in summo charitatis ardore.

Qui quod per se in instruendis, saluandisque, toto terrarum orbe diffusis nationibus, præstare non poterant, per vicarios, legatosque suos, in varias mundi partes à se directos perficere conabantur: vt ea quæ sanctus Leo primus ad Anastasium Thessalonicensis Ecclesiæ præsulem rescripsit manifestè declarant.[g] *Sicut*, inquit, *præcessores mei prædecessoribus tuis, ita ego dilectioni tuæ priorum secutus exemplum, vices mei moderaminis delegaui, vt curam, quam vniuersis Ecclesijs principaliter ex diuina institutione debemus, imitator nostræ mansuetudinis effectus adiuuares, & longinquis ob Apostolica sede prouincijs præsentiam quodammodo nostræ visitationis impenderes. Cùm enim omnium Apostolorum par esset electio, vni tamen datum est, vt cæteris præemineret, de qua forma Episcoporum quoque est orta distinctio, & magna dispositione prouisum est, ne omnes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis prouincijs singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, & rursus quidam in maioribus vrbibus constituti solicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesiæ cura conflueret, & nihil vsquam à suo capite dissideret.*

g S. Leo. 1. ep. 82 ad Anasta. Thessal Episcopum.

Prouida, solicitaque pro omnium salute Ecclesiarum charitas Romanis semper pontificibus sanctissimis fidelium patribus familiaris.

Fuit, fuit illa profectò semper sanctissimorum patrum in cathedra sancti Petri sedentium prouida, cum paterna solicitudine charitas, nunquam à laboribus, vigilijs, assiduis corporis, & animi contentionibus, pro omnium Ecclesiarum pace, saluteque, conquiescere, & illis vicarios, legatosquè prouidere, qui quod ipsi per se ipsos præstare nõ possent, suo nomine diuersis in orbis Christiani partibus ad maiorem salutis animarũ profectum, sapienter, & ex ardore charitatis exequerentur. Qui in grauioribus causis, rebusque momenti maioris: quæ conspectum Pontificis Romani flagitare viderentur, sedem Apostolicam consulturi conuenirent; ex cuius adito consultorum definitionem accipientes, protinus ad suos postea reuerterentur. Ipso tantæ charitatis animo sanctus Gregorius erat, vt ex innumeris prope locis huius epistolarum clarissime comprobatur: quos omnes ordine commemorare laboris esset immensi, quẽ iusta de causa fugimus. Vt cũ Maximo Syracusanæ ciuitatis Episcopo, quem super omnes Siciliæ Ecclesias legatum suum constituerat, scripsit, non ei necesse esse pro causis communibus, paruis, mediocribusue pontificiæ maiestatis adire solium.[h] *Sed difficilia solummodo*, inquit, *nostrum iudicium flagitent, vt sublenati de minimis, in causis maioribus efficacius occupemur.*

S. Gregorij memoria annie, solicitaque Ecclesiarum directione procuranda. h S. Greg. l. 2. c. 4.

Taceo reliqua, ne quæ copiosè supra commemorauimus, hic ingratè cum lectoris fastidio repetere videamur. Ad hunc solicitæ, prouidæ, æmulantisque cum Dei honore salutem Ecclesiarum, charitatis æstum, Eugenium Papam sanctus Bernardus inflammabat, cum eum, admotis orationis patheticæ stimulis, ad Ecclesiæ reformationem sic hortabatur.[i] *Quis mihi det, antequam moriar, videre Ecclesiam, sicut in diebus antiquis, quando Apostoli laxabant retia, non in capturam argenti vel auri, sed in capturam animarum. Quam cupio illius te hæreditare vocem, cuius adeptus es sedem!*[k] *Pecunia*, inquit, *tua tecum sit in perditionem. O vox tonitrui! O vox magnificentiæ, & virtutis! Ad cuius terrorem confundantur, & conuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion. Hoc vehementer expectat, & omnino expetit à te mater tua, hoc filij matris tuæ, pusilli cum maioribus desiderant, hoc suspirant, vt omnis plantatio, quam non plantauit pater cœlestis tuis manibus eradicetur: ad hoc enim constitutus es super gentes, & regna, vt euellas, & destruas, & ædifices, & plantes.*

S Bernardus Eugenium ad reformationẽ Ecclesiæ ex ardore charitatis adhortatur. i S. Bern. epi. 237 ad Euge. Papam. k Actu. 8. Hieremiæ 1.

Ex hoc puræ, sanctæque charitatis ardore fons zeli Dei zelantis honorem, eiusque salutem Ecclesiæ, viuus emanat, cuius aquæ deuotionis æstu, generosaque fortitudine feruentes, de corde puro, opereque perfecto Romani Pontificis generalis Christianarum ouium pastoris, impetu magno salire debent & exundare. Quibus omnia scãdala de domo Dei radicitus euulsa confundat, conspirationes nefandas, errores damnatæ doctrinæ pestiferos omnium Dei, Ecclesiæque hostium furores viriliter exterminet.

Zelus diuinũ honorem, & Ecclesiæ salutem defendendi in corde Rom. Pontificis residens.

Fuit hoc enim Romanis Pontificibus ab omni æuo proprium, perniciosas hæreticorum, schismaticorum, aliorumque Christianæ religionis hostium machinationes detegere, fraudulentos conatus in ipsa radice suffocare, in apertos postea furores, abominationes fraudulentas, in ruinam veritatis Catholicæ, salutisque publicæ, pro nefandæ persuasionis, pestiferæ doctrinæ regni Luciferi rabie, prorumpentes, insanientesque sua sapientia, constantia, fortitudine, vitæ sanctitate, necnon pijs ad Dominum intercessionibus interimere, atque confringere. Quod probatione non indecora, aut indigna confirmare idoneus hic locus esset, nisi supra operis

Inimicitia perpetua Rom. Pontificum cũ hæreticis, alijsque Dei, & Ecclesiæ hostibus pugna, ac de illis victoria.

Conclusio præparatoria. Rom. Pontifex vt dignitate præstat cæteris Ecclesiæ pastoribus, sic & vos sanctitate, sapientiaque præcedere debet.

huius parte secunda illud ampla exemplorum inductione, multiplicique discursu firmauissemus.

His, similibusque cœlestibus, & admirandis virtutibus pontificis summi omnium maiorum, cum minoribus sacerdotum principis, diuinam Christi nostri redemptoris in terris personam repræsentantis maiestas, pater sanctissime, super omnes animarum pastores, Ecclesiarumque rectores refulgere debet. Quæ per varias, easque pretiosas vestes, ornamenta maximi valoris, eximij artificij sacerdotalia in veteri testamento mysticè designabantur, & adumbratæ monstrabantur, vt ex his, quæ habet Beda venerabilis apparet.[a] *Octo generibus vestium*, inquit, *pontifex solebat indui, è quibus quatuor erant minoris ordinis sacerdotibus concessa: decebat enim vt quo maiore quis gradu insignis esset, eo pluribus & virtutum actibus admirandis fulgeret, &c.* Nihil quod vestium illarum pontificis antiqui materiam ingrediebatur non preciosissimum, ditissimique valoris habebatur, vt byssus, purpura, coccus, hyacinthus, aurum, gemmę fulgētissimi nitoris: quibus ostēdebatur, non sine mysterio nihil in vita maximi Christianorum pontificis vile, vel abiectum esse debere, sed omnia excelsa, sublimia atque pretiosa.[b] *Cuncta fiunt* (eodem in loco subiungit Beda, scilicet vestimenta magni legis antiquæ sacerdotis) *ex auro, pretiosissimis coloribus, quia nihil vile, ac sordidum in sacerdote, sacerdotum reliquorum principis, opere, aut ore debet apparere. Sed cuncta quæ agit, vniuersa quæ loquitur, omnia quæ cogitat, & coram hominibus præclara, & in conspectu æterni arbitri oportet esse gloriosa, &c.* Capiti corporis humani competit, vt omnibus illius partibus, membrisque sicut excelsiùs, sic præstantius habeatur; ita visibile corporis mystici Christi Domini quod est Ecclesia, caput hoc pręstare debet, vt quemadmodum potestate, dignitate, prærogatiua cunctis alijs viuis Ecclesiæ mēbris excelsius est, ita virtutibus nobilius existat. Quas ea præcipuis S. Gregorius mysteria per vestes magni legis antiquæ sacerdotis significata euoluēdo hoc verborum tenore complexus est.[c] *Superhumerale rectè ex auro, hyacyntho, purpura, cocco bis tincto, & bysso retorta fieri præcipitur, vt quanta sacerdos* (magnus) *clarescere virtutum diuersitate debeat demonstretur. In sacerdotis habitu aurum fulget, vt in eo intellectus sapientiæ principaliter emicet; cui hyacinthus adiungitur, vt per omne quod intelligendo penetrat, non ad fauores infimos, sed ad amorem cælestium surgat. Purpura permiscetur, vt sacerdotale cor in semetipso suggestiones vitiorum reprimat, eisque velut ex regia potestate contradicat. Bis tinctus coccus adiungitur, vt omnia virtutum bona ex charitate decernantur: quia qui Deum, & proximum diligit, quasi ex duplici tinctura fulgescit. Quid verò per byssum, nisi candens decore munditiæ castitas designatur? Quæ byssus torta pulchritudini superhumeralis innectitur: quia tunc castimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur, cum per abstinentiam caro fatigatur.* Hæc pater sanctissimus more suo de sacrarum cortice literarum diuina mysteria mirabiliter educens. Quas omnes virtutes, beatissime Pater, in summo gradu, excelsoque perfectionis Christianæ vertice, cum in te splendescere, rutilareque maximè collustremus, & intueamur: magnopere consolati lætamur, & ad spem reformationis Ecclesiasticæ citò futuræ sub sanctitatis vestræ pontificatu, iustiùs, atque confidentiùs exardemus.

a Beda l. 3. de tabernaculo c. 3

Admiranda Rom. Pontificis virtutes per preciosas vestes summi legis antiqua pontificis repræsentata.

b Beda ib. supra.

Præcipua virtutes, quæ in Rom. Pontifice sui et alios Ecclesiæ prælatos, pastoresque coruscare debēt.

c S. Greg. in pasto. part. 2. c. 3.

CAPVT III.

Tria sanctissimo patri in summo dignitatis Ecclesiasticæ vertice constituto consideranda proponuntur.

1. *Vitæ præsentis breuitas.*
2. *Pomparum mundi fluxus, & temporalis gloriæ vanitas.*
3. *Pontificalis officij pondus arduum, periculosaque grauitas.*
4. *Vbi maior in bono opere labor, ibi celsior pro mercede, maiorque gloria præparatur in cælo.*



ERTIO loco affectus amoris, obseruantiæ, obedientięq; erga te meę ratio requirit, ac iure suo postulat: beatissime Pater, vt in vota precesque humillimas, sinceræ charitatis ardoribus æstuantes, vti potero, effundam me ipsum. Quibus vestram sanctitatem vehementer obtester, & orem; vt in altissima summæ dignitatis arce speculator à Christo Domino super gregem suum constitutus, atque in altissimum supremæ potestatis, ac iurisdictionis Ecclesiasticæ, super omnes Ecclesiæ Catholicæ filios verticem, solium que sublimatus, vitæ tuæ sicut aliorum hominum breuitatem, fluxusque conditionis humanæ repentinos attentè consideres. Pomparum mundi, terrestris gloriæ mutationes lubricas, prudenter agnoscas: momētaneos temporalium prosperitatum ortus, & exitus sapienter obserues. Atque in illis fragilibus, lubricisque humanarum rerum varietatibus muneris à Christo Domino vestræ sanctitatis humeris immissi pondus arduum, periculosamque œcumenici pastoris officij grauitatem, in quo cura perpetua, assiduaque Christi Domini redemptarum sanguine animarum, sacro baptismatis fonte regeneratarum salutis solicitudo inclusa est, altiori, profundiorique consideratione mediteris. Vt tanti muneris grauitate proposita, ouium Christianarum, vestræ curæ, atque fidei commissarum saluti incessanter aduigiles, viam illis ad æternas cœlorum mansiones, paternæ in eas incensus ardore charitatis aperire, apertamque efficaci digito monstrare non desistas. Quanta, Deus immortalis! humanæ vitæ breuitas? Quis motus sub cœlo illa celerior? Quis rapacior? quis terminus angustior?

1. Pars. De vita breuitate.

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet. Sapienter illa rogatura pro filio patrem dicebat.[a] *Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur.* Ingredimur in hanc vitam, vt protinus egrediamur.[b] *Ostendunt terris nos tantum fata.*[c] *Ecce mox nati desinimus esse.*

a 2 Reg c. 14 v 14.

b Æneid. 6.

c Sap c. 5.

A Quàm iustè cuilibet quantumuis magno honoribus, diutiusque velociùs vmbra transituris excelso illa Dauidis ad Ethai dici possunt. [a] *Hodie venisti, & hodie compelleris nobiscum egredi.* [b] *Quid enim aliud est huius vitæ tempus, quàm cursus ad mortem?* Quid ad hæc S. Gregorius Nazianzenus?

a 2. Reg. c. 15.
b S. Aug. l. 3. c. 9. de ciuit.
c S. Greg. Nazianz. in carmine de hominis externi vilitate.

[c] *Idque ipsum est, quod viuis, velut rapidissimus amnis,*
Qui sursum exoriens, semper ad ima fluit.

Quàm ille verè, qui dixit. [d] *Quotidie morimur: quotidie enim demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoque dum crescimus, vita decrescit: hunc quem agimus diē cum morte diuidimus, &c.* Quę profectò breuitatis vitæ consideratio cùm omni homini in terra viuenti ad modestiam, beneque viuendum valde salutaris habeatur, tum præcipuè magnis princi- B pibus, maximè Romano Pontifici ad salutem necessaria est. Cuius vt summa dignitas, supremaque potestas est in terra, sic dierum paucitas, vitæ breuitas in hac dignitatis supremæ celsitudine solet esse. In qua admonetur à Deo, vt intra has vitæ breuis angustias æternitatem cœlestis gloriæ bene viuendo quærat, & quæsitam virtutum rectè factis, in bene dominici gregis saluti prospiciendo lucretur. Per bona opera certam suam ad æterna mansionis Empyreæ, cœlestisq. tabernacula vocationem facere satagat; cæteris Dominici gregis ouibus, agnisq. nempe cunctis fidelibus exemplo vitæ suæ bene viuendi mortis vicinæ metu, documenta relinquens; Vt Petrus Damianus egregiè verbis illis Alexandro secundo Pontifici sciscitanti, interrogantique re- C spondit. [a] *Aliquando certè, si ritè teneo, à me sollicitè requisisti, quæ mihi causa videretur, cur Apostolicæ sedis antistes nunquam diutius viuat, sed intra breue temporis spatium diem claudat extremum, adeo vt post Beatum Petrum Apostolum, qui per quinque circiter annorum lustra præcedit, nemo postmodum Rom. Pontificum hoc spatium præsulatus æquauerit. Modernis imo temporibus vix quispiā in prædictæ sedis culmen euehitur, qui metam quatuor, vel vt multū quinque transcendat annorum. Quod cōsiderantibus prodigialis, vt ita loquar, stupor oboritur: quoniam hæc breuiter viuendi necessitas, quantum ad nostram notitiā, in nulla alia totius orbis Ecclesia reperitur; sed in quātum mortalibus diuinæ dispensationis reuelatur arcanum, videtur nobis, qui aidcirco hoc iudicij cælestis ordo disponit, vt humano generi metum mortis incutiat,* D *& quam despicienda sit temporalis vitæ gloria, in ipso gloriæ principatu euidenter ostendat. Quatenus dum præcipuus hominum tam angusti temporis compendio moritur, tremefactus quisque ad præstolandi sui sibitus custodiam prouocetur: & arbor humani generis dū cacumen, ac verticem tam facilè corruisse considerat, flatu concussa formidinis in suis vndique ramusculis contremiscat.*

Cur Rom. Pontificum vita solet esse breuis.

a Petri Damiani ep. 17. ad Alexandrū 2. post princip.

Sisinnius Papa post 20. dies à sua creatione morte repētina sublatus, natione Syrus.
f Anast. Bibl. in eius vita.
Stephan. 2. die 3.
g Anastas. & Platina in Steph. 2. vita
h intra exigui spatium temporis quatuor mortui pontifices ex illorū æstibus.

[f] Vera momentaneæ, vitæque breuis imago in persona Sisinnii Rom. Pōtificis apparuit, qui Anastasio Bibliothecario teste, diem vitæ vigesimū in suo pontificatu non excessit, die septimo Februarij, morte repentina ex hac lucis vsura sublatus. Sed euidentior in persona Stephani secundi, quem [g] die tertio à sua creatione repentinus interitus huius lucis vsura priuauit. Quatuor Ecclesiæ monarchas, Rom. Pontifices vnius anni ferè circulus, [h] Gregorium decimum, Innocentium quintum, Hadrianum quintum, & Ioannem vigesimum primum, viuos mortuosque complexus,

A & eos dignitate summa sublimiter eleuatos, integra sanitate florentes aspexit, illico postea intra paucorum dierum spatia morte [i] alios repentina, [k] alios violenta, cadentes, populo, cleroque lugēte vidit. Non immeritò propterea S. Bernardus Eugenio Papæ, suo quondā discipulo, filioque spirituali, celeris, ac prompti discessus ex hac vita, recordationem, cōgitationemque vtiliter inculcabat, his verbis. [l] *Iugi proinde meditatione inter huius transeuntis gloriæ blandimenta, memorare nouissima tua: quia quibus successisti in sedem ipsos sine dubio sequeris ad mortem.*

i Vt Innocēt. 5. & Hadr. 5.
k Vt Ioan. 21. qui tecti concidentis ruina Viterbij oppressus occubuit
l S. Ber. 237. ep. ad Eugen.

Affinis est huic vitæ breuitati, mundanæ gloriæ vanitas, terrestrisque pompæ marcescens in ictu oculi superbia, quæ inter se connubio tristi connectuntur, in eodem miseriæ B circo iunguntur, quæ ab illa humanæ vitæ breuitate, mundanaque vanitate tempore nullo diuelli solet. Quæ funesta breuitatis, vanitatisque vitæ cum miseria coniunctio, atque fœderatio, [m] patriarcham Iacob dicere coegit, *dies peregrinationis vitæ suæ, paruos* (quamuis essent centum, & triginta annorum) *& malos esse.* Quid erit de diebus magnorum terræ Regum, & mundi principum vitę breuibus in tanta vanitate, corruptioneque consumptis? Memorabilis sanè fuit illa ad hunc sensum Philonis Iudæi valde salutaris omnibus prudenter intra se perpendentibus eam meditatio, Dei immutabilitatem magnopere fragilibus, lubricisque mortalium fortunis oppositam cum admiratione speculantis, & ita speculando dicentis. [n] *Ante Macedonum im-* C *perium,* inquit, *inclyta fuerat Persarum felicitas: sed vna dies tam ingenti regno finem attulit. Fuit Ægyptiorum perampla, & magnifica potentia, sed nubis in modum eius felicitas præteriyt. Quid Æthiopes? Quid Carthago? Quid Africa? Quid Pontici Reges? Quid Europa? Asia? Et, vt compendio dicam, totus orbis habitabilis? Nonne more nauis susque deque, marinis iactata fluctibus, nunc aduersis ventis, nunc secundis vtitur? Nam verbum diuinum choreas in orbe ducit, & omnes gentes circumlustrando, nunc his, nunc illis, imperia vel tribuit, vel adimit.* Post hæc ita concludit. *Nihil igitur est in humanis rebus præter vmbram, auramque leuissimam sine mora præteruolantem. Eunt enim vltro, citroque tanquam æstuaria.* Hæc Philo. D Sententiæ huius verbis illis. (*Verbum diuinum choreas in orbe ducit*) ad illud sapientis oraculum de sapientia diuina loquentis allusit. [o] *Ludens in orbe terrarum*; scilicet *ludum faciens de orbe terrarum*, vt Lyranus exponit, ob duas præcipuè caosas. Prima est quia ex eodem Lyrano orbis terrarum ludo pilæ similis esse perhibetur; quæ ab vno ad alium, secundùm varias cuiusdam reuolutionis vices, ictibus pernicibus, reciprocisque transmittitur: ita vanas, & fluxas mundanæ gloriæ, pulchritudines potentium regnorum, imperiorumque *de gente in gentem* [p] *Deus propter iniustitias, iniurias, variosque dolos transferre* solet. Altera causa est, quia gloria mundana, ludi instar, breui tempore durat. Cuius mysterij factus certior à Spiritu sancto Propheta Oseas exclamauit. [q] *Transire fecit Samaria regem suum, quasi spumam super faciem aquæ.* Quasi diceret Samariæ nefanda scelera, maximè verò cultus dæmoniorum, & idolorum execrabilis Dei misericordiā, patientiāque

2. Pars. De fragilitate pomparum mundi, mundanæque gloriæ vanitate.
m Genes. c. 47
Mundana vanitatis, & fragilitatis in principū terræ gloriæ descriptio.
n Phil. Iud. l. quod Deus sit immutabilis.
Quid significat sapientiā in orbe terrarū ludere.
o Prou. 8. v. 31.
p Eccl. c. 10.
q Osee c. 10. Deus ob nimis sceleribus hominum terrena regna destruit.

A in iram, furoremque commutaruor: quibus ex-
aſperatus regnum Iſraël, potentiaſque regum
ipſius à fundamentis euulſit, atque radicitus dicto
citius aboleuit. Quod ſpumæ ſimilitudo valdè ſi-
a S. Hieron. in c. 10. Oſee. gnificanter espreſſit. [a] *Sicut enim ſpuma* (inquit
Sanctus Hieronymus) *quæ ſuper aquam eſt, citò
diſſoluitur, ſic regnum decem tribuum velociter finie-
tur.* Quæ breui peritura dominorum terræ glo-
ria, vanaque regnantium poteſtas Deo ſuperbiſ-
ſimè ſæpius vesandis illius fidelibus inſultaotiſi,
iuſtos in ærumnis, afflictionibuſque ſuis magno-
b Pſal. 36. v. 9. pere conſolari ſolet: [b] *Suſtinentes autem Dominum
ipſi habitabunt terram.* Sed necdum hoc ſatis ad
conſolationem? Ideo propter esm ſequitur. *Et
c S. Aug. in pſal. 36. v. 9. adhuc puſillum, & non erit peccator.* Id eſt [c] *Ne for-
tè*, inquit Diuus Auguſtinus, *quia dictum erat, ſu-
ſtinentes autem Dominum, ſuſtinentiam illam longiſ-
ſimam putes, continuò ſubiungitur; & adhuc puſil-
lum, & non erit peccator:* Nec verò ſoli peccato-
B res terræ, ſed alij quoque in poteſtate temporali
conſtituti, licet non ita mali lubricæ fortunæ mo-
bilitati ſubduntur, pomparumque ſeculi vanita-
tibus obuoxij in medio ſuarum deliciarum, pro-
ſperitatumque ſpatio ſæpè franguntur, & cor-
ruunt, & ante in ipſo curſu obruuntur, quam por-
tum optatæ gloriæ, quietiſque coospicere poſ-
d Sap. c. 5. ſint. [d] *Quid profuit nobis ſuperbia? Quid diuitia-
rum, honorumque iactantia? Tranſierunt omnino illa
tanquam vmbra, & ſicut nuntius præcurrens:* cla-
mant defuncti lugendo mundi magnates, terræ-
que principes. Quæ huic pompæ mortali, mun-
e S. Iacobi c. 4. danæque gloriæ duratio? quæ iudicio Sancti [e] Ia-
cobi, *vapor eſt ad modicum parens*? Patientis Pro-
f Iob. c. 7. phetæ teſtimonio ventus eſt? [f] *Memento mei Do-
mine, quia ventus eſt vita mea.* Quid celerius ven-
G to? Qoid velocius vita mortali, mundique glo-
ria? Sed quid illa fragilius, quæ flori comparatur?
Heu gloria vitæ breuis, & breuitas eiuſdem mi-
g Iob. c. 14. ſera! [g] *Homo natus de muliere, breui viuens tempore,
repletur multis miſeriis: qui quaſi flos egreditur, &
conteritur, & fugit velut vmbra, nunquam in eo-
dem ſtatu permanens.* Vtrumque Dauid poſt eum
eadem ſimilitudine comprehendens vitæ breuis,
ac mundanæ gloriæ vanitatem, & miſeriam, quã-
tum poterat voce Prophetica clamabat, vt om-
h Pſal. 102. nes esaudirent. [h] *Homo ſicut fœnum, dies eius tan-*
Breuis, vana, & miſera hominis in terra viuentis gloria. *quam flos agri, ſic efflorebit.* Quantis flos agri ſit
obnoxius periculis quis ignorat? Illum Sol exſic-
cat, ventus proſternit, pedibos homo conculcat,
beſtia depaſcitur, pluuialis aqua ſuffocat, pene-
trabile frigus adurit, marſidum calor diſſoluit, &
D abſumit. Quæ lingua miſerias, quibus obnoxia
eſt humana vita commemorare nartando pote-
Gloria mundi vitrea, quæ cùm ſplendeſcit frangitur. rit? Cuius gloria, & pompa vitrea eſt, quæ ſplen-
deſcendo, coruſcandoqoe frangitur? [i] *Mane ſi-
i Pſal. 102. cut herba floreat, & tranſeat, veſpere decidat, indu-
ret, & areſcat.* Hic Propheta regius obſeruan-
da tria notat, primum eſt, vt poſtquam manè
floruerit herba, & tranſierit, decidat, deinde in-
duretur, poſtremo areſcat: quæ tria in hominis
caſu, defectuque miſerabili reperiuntur: primo
virtus florentis ætatis eneruata collabitur, robur
iuuenile deficit, necnon conſumpto ex magna
parte calore natiuo vigor corporis langueſcit,
vireſque oaturales eliduntur; vnde induratio ſe-
quitur, dum corporis partes ex caloris actio-
ne naturalis deperditæ, diminutæque in in-
tegrum reparari non poſſunt, ſic corpus ſuc-
co eshauſto ſicut lutum ad ardorem ſolis in-

A durator. Poſtremo cũ estremus defectionis ſta-
tus aduenerit, homo penitus areſcit, & exſicca-
tur, in puluerem tandem, per aduentum celeris
interitus, mortiſque, redigitur. Veloces illi qui- *Vana gloria citò ad interitum currit.*
dem infirmitatis humanæ, qoi ad tumulum citò
trahunt, motus habentur, ſed velociores illi, qui
ad mundanæ gloriæ, terrenæque poteſtatis exi-
tium, per lubricas, fallenteſque blandientis for-
tunæ vanitates accurrunt; vt non ſine cauſa, & Rom. 8. v.
myſterio grandi, [k] Apoſtolus *vanitati creaturam* 20.
ſubiectam eſſe diserit. Quæ enim maior vanitas
vel potius prauæ vanitatis maior infelicitas,
quàm diu, multumque laboribus improbis coo- *Magna vanitas, & miſeria mulcam in nihilum laborare.*
tendere aſſiduè, in ſterili, aridoque manium
mundi pomparum ſolo, quæ non tam poſſiden-
tur, quàm monſtrantur, ſudare, ſudando defa-
tigari; & nihilominus, vt alter Siſiphus hilum
non proficere? Videbat hoc ille Propheta regius,
B qui fructus laborum vitę telis aranearum ſimiles
eſſe dicebat. [l] *Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpe-* l Pſal. 89.
*ctu tuo, ſeculum noſtrum in illuminatione vultus tui.
Quoniam omnes dies noſtri defecerunt; & in ira tua
defecimus. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur.*
His verbis vltimis vanitatem miſeram munda-
norum grauiſſimis ſe inotilitèr implicantium la-
boribus ad viuum hac ſimilitudine ſenſibus hu-
manis expreſſit. Anxiè quippè, multomque la-
borant araneæ, vt ſuas fragiles, debileſque telas
contesant, illico leuiſſimi cuiuſque venti flatu
ruituras; tales ſunt hominum huius mundi cogi-
tationes inanes; tales eorum fruſtra ſuſcepti la-
bores non prius viſuri vitæ lucem, quàm mortis,
obituſqoe tenebras. Cauſa fuit cur idem Pro-
pheta hominum vitam, eius labores anxios circa
vana, & inania fluxæ fortunæ, vmbratiliſque
G gloriæ deliria duriter occupatos, nocturnæ cu-
ſtodiæ comparare voluit. Cum enim Deo hu-
manæ vitæ breuitatem inſinuando dixiſſet. *Mille
anni ante oculos tuos ſicut dies heſterna quæ præteriit.*
Poſt hoc breuitati miſeriam eiuſdem vitæ ſimul
adiunxit. [m] *Et cuſtodia in nocte, quæ pro nihilo ha-* m Pſal. 89. v.
betur, eorum anni erunt. Vitam præſentem ſine 4.
fine ad incertæ mortis antra currentem diei he-
ſternæ iam præteritæ comparauit; & vt quam
eſſet laborioſa, & miſera vita hæc oſtenderet, il-
lam cum ansietatibus innumeris, & laborum
aſperitatibus fruſtra ſuſceptis, quibus infelix in-
uoluitur, nocturnæ cuſtodiæ comparauit: hoc eſt
vigiliis, & escubiis, quæ nocte à militibus ca-
ſtra ſequentibus cum ingenti laborum, moleſtia-
rumque acerbitate fiunt, aliis in aliorum locum
D per vices alternas ſuccenturiatis. Nec omni cu-
ſtodiæ, ſed ei quæ fit in nocte, defatigatorum æ-
rumnoſis laboribus in hac vita contentiones aſſi-
mulauit: vt omnia hæc malitiæ, ignorantiæ, mi-
ſeriarumque tenebris opacari ſignificaret, qui- n Ibid.
bus homines in hac miſeriarum valle circumfun- *Vita hominis cur nihil, & mendacium dicitur.*
duntur. Et præter hæc omnia funeſta, & ansia:
[n] *quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt*, pro-
pter eaſdem rationes; Iob dies vitæ ſuæ nihil eſſe o Iob. c. 6 v. 8.
dicebat. [o] *Parce mihi Domine, nihil enim ſunt dies* p Pſal. 115 v. 20
mei. Et poſt eum ipſe Dauid hominis vitam, cum q In Hebr.
eius pompis mendacium, doctrina Sancti ſpiri- כזב chezeb
tus informatus, appellabat. [p] *Ego dixi in exceſſu* mendacium.
meo (quo me ſcilicet S. ſpiritus estra me rapuit) *Septuag. vertunt πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης, omnis homo mendax.*
omnis homo mendax. [q] In Hebræo כזב menda-
cium. Quia hominis vita, cum eius gloria, non
eſt in veritate quod apparet in fronte, mortis
ſubacta violenter imperio, duriſque perpetuò

illius mancipata legibus. Cuius nemo nescit longissimas esse manus, quas ad omnes vt rapiat extendit, & non est, qui de manu eius possit eruere; quæ propter hoc à Græcis merito θάνατος [a] appellatur, quasi τανατὸς, extensa, & porrecta, à verbo τανύω extendo, quod suam potentiam per omnes mundanas, terrestresque creaturas, nulla re contradicere valente protendat, tanta cum celeritate impetuque momentaneo, [b] *Vt qui hodie induitur purpura, cras includetur sepultura, qui hodie hominibus dominatur, cras vermis factus, & putredo corrumpetur: qui hodie regalibus infulis redimitur, cras vilibus panniculis exanime cadauer obuoluetur: denique qui splendet hodie coronatus in regalis excellentiæ solio, cras fœtebit marcidus in sepulchro.* Quæ omnia non de magnis solummodo terræ principibus, sed de summis Ecclesiæ quoque principibus, tui, Beatissime Pater, similibus, qui te in Apostolico solio præcesserunt, dici, & intelligi debent; super quos suo tempore fragilitatis humanæ, lubricæque vanitatis sortem cecidisse magistra vetustatis historia didicimus: ideoque S. Bernardus voces de visceribus charitatis intimis educendo fortiter inclamabat. [c] *Considerando quid sis, occurrit: quia homo animal, scilicet rationale, & mortale. Et ex hac consideratione tibi fructus occurrit, vt mortale quod in te est, rationale humiliet; & rursum rationale mortale confortet. A facie considerationis tuæ occurrat tibi homo nudus, & pauper, & miser, & miserabilis, homo dolens quod homo sit: erubescens quod nudus sit, plorans quod natus homo ad laborem, non ad honorem. Homo natus de muliere,* [d] ait Iob, *& hoc cum reatu, breui viuens tempore, ideoque cum metu, repletur multis miseriis, & propterea cum fletu, & verè multis, quia cum animæ, & corporis simul. Quid enim calamitate vacat nascentis in peccato, fragili corpore, & mente sterili? Verè ergo repletus, cui infirmitas corporis, & fatuitas cordis cumulatur traduce sorde, mortis additione, salubris sepulta: & vt cogitans te summum Pontificem, attendas pariter vilissimum cinerem esse.* Non abs re summo huic Ecclesiæ monarchæ principi, dum Pontificio diademate inauguratur, & in rectorem vniuersalis Ecclesiæ consecratur, præco quidam pátum stupæ incensæ in summitate arundinis eleuatæ ponit ob oculos clamando. *Beatissime Pater, sic transit gloria mundi.* Vah quàm celer iste mundanæ gloriæ transitus, sæpius in ruinæ, interitusque præceps! *Vt est illa nauigiis* (inquit [e] Tertullianus) *cùm longè à Caphareis saxis, nullis depugnata turbinibus, nullis quassata decumanis, adulante flatu, labente cursu, lætante comitatu intestino, repente motu perculsa, cum tota securitate desidunt: non secus naufragia sunt vitæ, & tranquillæ mortes euentus.* Tanta fortunæ blandientis inconstantia, tam subita in rebus mundanis mutatio, fragilitasque dominatur: [f] *vt non tantum manufacta labantur, sed iuga montium defluant totæ desertæ regiones, ipsius naturæ opera vexentur, hoc vnum scio, omnia mortalium opera mortalitate donata sunt, inter peritura viuimus. Quis hoc credat?* Idem dicebat Philosophus liberalem Lugdunensem ciuem, ob incendium vrbis suæ vehementissimo cordis dolore tabescentem, propeque violentissimis ingentis tristitiæ stimulis expirantem consolando. [g] *Vbique armis quiescentibus cum toto orbe terrarum diffusa securitas sit, Lugdunum quod ostendebatur in Gallia, quæritur in hac, vna nox interfuit int. r vrbem maximam, & nullam. Longam moram dedit malis properantibus, qui diem dixit, horam, momentumque temporis euertendis imperiis sufficere.*

a Mors cur dicta Græcè θάνατος. Mors ad omnes suæ potentiæ manus celeriter extendit.

b Petri Damiani ep. 2. ad Agnetem August.

Per hypothesim superiorâ ad Rom. Pontificem reducitis.

c S. Bernard. l. 2. de consid. ad Eugen.

d Iob. c. 14.

Apud Nauclerum tom. 1. parte 2 in canonem inter verba.

Quàm citò transit gloria mundi in ruinæ barathrũ.

e Tertull. l. de anima.

f Senec. ep. 19.

g Seneca ad Liberalem epist.

At quod præcipuum est in opere tuo, Beatissime Pater, intra quod vestra, omniumque Christi salus inclusa est consideratio est efficax ardui, & periculosi Pontificalis officij, quod semper admonere te debebit, vt à laboribus assiduis, vigiliisque paternis omnium Christi Dominum saluti, & in pascua sempiterna consecrandis introductionis, nullo tempore conquiescas. In quo munere, ac officio Pastoris œcumenici seruitutem simul & imperium Christo Domino includere placuit. Seruitutem quidem, vt Romanus Pontifex quæ Christi sunt, non quæ sua quæreret, dominicarum ouium saluti, non proprius commodis inseruiret: imperium verò vt leges vniuersæ Ecclesiæ salutares sciseret, sanctis documentis, præceptisque semitas ad cœlos eundi rectas ostenderet. Seruitutem etiam, vt omnem suam operam studiumque illis ouibus ab omni periculo liberandis elargiretur, nunquam eas suo egentes auxilio relinqueret: omnia seculi blandimenta pro earum conseruatione contemneret, vitam propriam illarum protectione viliorem, posterioremque duceret. Imperium verò, vt errantes oues ab Ecclesiastica caula, Saluatoris ouili, per deuia rebellionis, atque contumaciæ præcipitia, post tentatas primo mansuetudinis neglectæ vias, salubri coactiuę iustitię districtione in Ecclesię gyrum, intra limites officij debiti reduceret; de omnibus, quę ad Ecclesiarum orbis Christiani directionem, ędificationemque pertinere viderentur, statuta, decreta religiosa sapienter ederet, atque publicaret. Vt exemplo boni Pastoris Christi pro vita gregis mortem nihili faciens, imo illam hac occasione vehementer appetens, [h] *Quod perierat requireret, quod abiectum reduceret, quod confractum alligaret, quod infirmum consolidaret, quod pingue, & forte custodiret, omnes in iudicio pasceret, atque inter pecus, & pecus arietum, hircorumque iudicaret.* Quæ omnia rectè peragere, atque pręstare non humanę facultatis est, sed diuinę, non vilis, non paruì animi, sed eximij, sed pręstantis, diuino Spiritus sancti, non alieno fauore, sed illius afflati gratia cunctis de virtute in virtutem charisinata meliora semper ęmulantis. Secus dignus esse videretur, qui illud S. Bernardi canticum, & quidem minus suaue, sed salutare tamen audiret. [i] *Monstrosa res gradus summus, & animus infimus, sedes prima, & vita ima, lingua magniloqua, & manus ottosa, sermo multus, & fructus nullus, vultus grauis, & actus leuis.* Romani Pontificis est Ecclesię Christi grauissimus in medio huius mundi mari, variarum persecutionum tempestatibus iactatę, cum proprij capitis periculo succurrere: furentibus aduersitatum multarum, ęrumnarumque procellis nec corpore, nec animo cedere. Ideo S. Chrysostomus S. Innocentium, vt afflictæ vehementer Ecclesię Dei omni suo studio, cura, industria, vigilantia, viribusque succurreret, hac deprecatione valdè pathetica humiliter obtestabatur. [k] *Cæterum vestram oro vigilantiam, quod licet illi* (scilicet schismatici Episcopi, & aulici, qui ipsum sanctum de sede Episcopali, vt tyrannicę imperatricis passioni placerent, immanissimè deturbarant) *omnia tumultibus reple-*

3. Pars. Munera officij Pontificalis pondus arduum, pro...mitta, quæ pericula, a.

In officio œcumenici Pastoris seruitium, & imperium simul includuntur.

h Ezech. c. 34.

i S. Bernardi l. 2. ad Eugen. Papam.

Officium Papæ in totius Ecclesiæ pressura, & aduersitatibus magnum quale.

k S. Chrysost. epistola nouissima ad S. Innocentium Papam.

uerint, laborauerintque morbis incurabilibus, & pœnitentia non capacibus, si tamen curari morbos noluerint, ut affligantur, neque à cœtu abscindantur, considerata tanti operis magnitudine. Ecclesiæ usque ad genua humiliatæ sunt, populi dispersi, clerus diuexatus, Episcopi exules, constitutiones patrum violatæ; & ideirco iterum, atque iterum sæpius uestram oro diligentiam, ut quanto maior est tempestas, tanto maius adhibeatur studium: expecto enim futurum, ut aliquanto amplius corrigantur; quod si minus fiet, uos uestram coronam paratam apud misericordem Deum habebitis, & hi qui iniuria afficiuntur consolationem in incremento charitatis uestræ non mediocrem accipient. Officio Romani

Romani Pontificis est Ecclesiis bonos prouidere Pastores, socius alius periclitatur.

B Pontificis incumbit Catholicis Ecclesiis sub Christi Domini vexillo militantibus, tesseramque sedis Apostolicæ portantibus bonos, pios, & efficaci præstantes eruditione prouidere Pastores: aliter de illius manibus perditarum ouium Deus sanguinem requiret. Quod Tridentini patres, prout ab oraculo S. Spiritus acceperunt, his verbis in synodo definierunt. [a] *Postremo eadem Sancta synodus, tot grauissimis Ecclesiæ incommodis commota, non potest non commemorare nihil magis Ecclesiæ Dei esse necessarium, quàm ut beatissimus Romanus Pontifex, quam solicitudinem uniuersæ Ecclesiæ ex muneris sui officio debet eam hic potissimum impendat, ut lectissimos tantum sibi cardinales asciscat, & bonos maximè, atque idoneos Pastores singulis Ecclesiis præficiat. Idque eò magis quod ouium Christi sanguinem, quæ ex malo negligentium, & sui officij immemorum Pastorum regimine peribunt, Dominus noster Iesus Christus de manibus eius sit requisiturus.* Quod

a Concil. Trident. sess. 24. c. 1. de reformatione.

Ezech. c. 3. & 18.

Omnes veri Catholici debent laboribus, & periculis Rom. Pontificis compati.

C quidem diligenter, & attentè considerans Christianus quisque prudens, & humani nihil à se alienum putans, qui fieri poterit, vt magnopere de Pontificis Romani salute solicitus, ex intimis misericordiæ visceribus, animique profundo recessu, non maximè illi patri sanctissimo tot periculis à grauitate muneris sui manantibus obnoxio compatiatur? Cùm enim S. [b] Chrysostomus non sine magno profundæ considerationis sensu scripserit *paucos ex Episcopis saluari, propterea quod difficillimum sit animarum sibi creditarum bonam Deo rationem in die iudicij postulanti reddere*, quid erit de summis Pontificibus ipsorum Episcoporum Pastoribus, & patribus? in quorum dignitate, & officio vniuersarum Dominici gregis ouium, agnorumque salus inclinata recubuit. Quis sub tanto principatus, & officij

b S. Chrys. hom. 3. in Act. Apost.

D pondere gemens, anxiè sudans, de bona conscientia, de recta intentione, deque sanctis operibus audent iure sibi blandiri, cum eios aures illis dicentis Apostoli verbis circumsonuerint. [c] *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, quia, qui me iudicat Dominus est.* Cùm illam alterius Apostoli stupendam, formidolosamque sententiam iisdem hauserit auribus. [d] *Quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* Indigna ad Ecclesiasticas dignitates, officiaque Pastoralia promotio, quantum dedecus, damnum, periculumque promouentibus afferat, quis ignorat? Cùm S. Gregorius dixerit. [e] *In multis quidem rebus salubrem esse dispensationem, sed ut indignus ad Episcopatum promoueatur, non posse nisi mortiferam esse dispensationem?* Qui propterea formidine, metuque grauissimè peccandi in

c 1. Cor. 4.

d S. Iacobi c. 2. v. 10.

Indignorum promotio ad Ecclesiasticos honores, & officia maximè dedecorosa, periculosaque promouentibus.

e S. Greg. l. 6. in 1. Reg. c. 3.

A promouendis, eligendisque ad Ecclesiastica munera personis non satis hac Prouincia dignis alibi [f] scripsit se decreuisse, & apud se firmum, immotumque statuisse Prælatorum, Pastorumque Ecclesiæ se post hac electionibus non immiscere. Etenim in aperto est Sancti spiritus oraculum à Tridentinorum patrum ore prolatum [g] eos ad quos Ecclesiæ Pastorum spectat electio mortaliter peccare, alienis peccatis communicantes, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis prætica diligenter curauerint.

f S. Gregor. l. 8. Regist. c. 68.

g Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 1.

B Quem non Romanorum Pontificum, aliorumque sub illorum directione, ac potestate Christi Domini regentium Ecclesias Episcoporum non magnopere terrore perculeret, mirabilis illa stupenda simul à S. Petro facta S. Leoni Magno reuelatio? De qua ista apud Ioannem Euiratum in prato spirituali scripta leguntur. [h] *Cùm descendisset Abbas Amos Hierosolymam, & Patriarcha ordinatus esset, venerunt omnes monasteriorum eremi Abbates, ut adorarent eum, inter quos adfui & ego, cum Abbate meo: sæpeque Patriarcha patribus dicere. Orate pro me patres; magnum enim onus, & intolerabile mihi iniunctum est, sacerdotiique dignitas me terret immodicè. Petri, & Pauli similium est regere rationales animas: ego autem infelix, & peccator sum: plus enim quàm cætera timeo ordinationis sarcinam. Nam inueni scriptum quia beatissimus, & æqualis Angelis Leo*

Quàm graue & periculosum sit Episcopis, præsertim verò Rom. Pontificis munus apparet, ex mirabili, stupendaque reuelatione facta S. Leoni Papæ à S. Petri.

h In prato spirituali c. 149.

C *Papa, qui Romanorum Ecclesiæ præfuit: quadraginta dies perseuerauit ad sepulchrum Apostoli Petri, vigiliis & orationibus insistens, petensque ab Apostolo, ut pro se apud Deum intercederet, ut dimitterentur sibi peccata; impletis diebus quadraginta apparuit ei Apostolus Petrus dicens ei. Oraui pro te, & dimissa sunt tibi omnia peccata tua, præterquam impositionis manuum, hoc solum abs te requiretur, siue bene, siue fortasse malè egeris.* Quod dixit Sanctus Petrus omnia successori suo S. Leoni dimissa fuisse à Deo peccata præter ea, quæ in manuum impositione, & electione quorumdam ad Episcopatum, & alios Ecclesiasticos ordines, & gradus committere potuit, illud benignè interpretandum iuxta regulas Theologorum, omnia nempè illi dimissa fuisse peccata, quoad culpam, cum sic peccata ex parte dimitti non possint, non verò omnia, quoad pœnam. Quasi di-

Omnia peccata simul quoad culpam remittuntur, sed non quoad pœnam.

D ceret Sanctus Apostolorum Princeps successorem suum his peccatorum pœnis, tanquam cuiusdam correctionis laqueis irretitum teneri: quæ indigni, & incapaces à se prouecti ad Ecclesiasticos ordines, dignitatesque patrauerant. Vnde Romani Pontifices, & alij maiores Ecclesiarum Pastores, atque Prælati peccatis alienis implicari dicuntur, cùm dignitates, officia Pastoralia, & Ecclesiastica personis indignis, incapacibusque largiuntur: in eum seorsum sic Propheta regius Deum valdè sibi timens precabatur. [i] *Ab alienis parce seruo tuo.* [k] Quod *si hæc fiunt in viridi, quid fiet in sicco?* Hoc tanto Pontifice Leone Magno quis sapientior, & melior, vt tantum indignæ promotionis periculum liberum se effugere, & euadere posse confidat? O duram, miseramque magnorum principum, præcipuè verò animarum rectorum conditionem! Qui eorum persæpè, quæ per seipsos non

i Psal. 18.

k S. Luc.

commiserint, peccatorum pœnas suppliciaque subire cogantur! Quàm verè, quàm iustè S. Bernardus Eugenio Papæ illud insinuauit![a] *Altiorem locum sortitus es, sed non tutiorem; sublimiorem, sed non securiorem.* Quoniam sicut

a S. Bernard ep. 237. ad Eugen. Papā

[b] *Omne animi vitium tanto conspectius in se.*
Crimen habet, quantò qui peccat maior habetur.

b Iuuenal.

Sic & illius pœna delicti maior. Quàm in supremo Ecclesiæ Pastore pertimescens ipse Sanctus Abbas paulò antè in eadem epistola, cum magna animi perplexitate, atque mœrore eidem Romano Pontifici, suo quondam discipulo dixerat. [c] *Ego etsi iam nomen patris deposui, cum in de Bernardo factus es Eugenius, (& de monacho humili, abiectoque Pontifex Maximus) sed non deposui timorem, nec anxietatem, postremo nec affectum, nec viscera patris. Considero gradum, & casum, vereor, & attendo celsitudinem honoris, & è vicino periculum reformido, pro eo quod scriptum est.* [d] *Homo cùm in honore esset non intellexit, quod quidem ad casum magis quam ad tempus arbitror esse referendum, vt sic intelligatur dictum: Cùm in honore esset, non intellexit. Ac si diceretur; honor absorbuit intellectum, ascendisti in altum, qui elegeras abiectus esse in domo Domini, & recumbere in nouissimo loco. Noli altum sapere, sed time, ne fortè contingat serò miserabilem illam vocem emittere;* [e] *à facie iræ indignationis tuæ eleuans allisisti me.* Idcirco D. Gregorius tristissimo animi perculsus angore plorabat, largos fletus sæpius effundebat, quod ad culmen summi præsulatus, cella monasterij relicta peruenisset; qui inter lamenta, querelasque suas hæc ingemmando clamabat. [f] *Nonnumquam verò ad augmentum mei doloris adiungitur, quod quorumdam vita, qui præsens seculum tota mente reliquerunt, mihi ad memoriam reuocatur. Quorum dum culmen aspicio, quantum ipse in infimis iaceam agnosco.* Huius Sancti Patris lachrymas, & fletus ex eodem celsitudinis Pontificiæ fonte manantes alius Pontifex, Hadrianus videlicet quintus, ob eandem causam hæreditare voluit, qui accurrentibus ad se parentibus, & amicis, illi plurimum ob adeptum maiestatis Pontificiæ fastigium gratulantibus respondit. [g] *Vtinam me Cardinalem prospera valetudine, non moribundum Pontificem inuenissetis.* Eius familiaris, popularisque Polycrates sæpè illum dicentem audiuisse refert illud memorabile: *nullum se hosti suo cuilibet maius supplicium optare, quàm vt summum Pontificatū assequeretur.* Sed vbi maius periculum fortiter honesta, sanctaque pro sui ratione muneris agere conanti, ibi diuinum potentiùs auxilium affulget sic fortiter, religioseque laborandi. Vbi grauior in arduo, ac iusto opere contentio, ibi dulcior huius strenuæ contentionis operatori veræ laudis accedit illum solatura prædicatio. Vbi vehementior, acerbiorque in executione sacri muneris simul, & sublimiter ardui pro Christi gloria, pro eius salute gregis labor, atque solicitudo suscipitur, ibi sublimius suscipienti, pro meritis religiosè gestis, pro labore maximo, præmium, gloriaque præparatur. Quæ te dies, noctesque, Beatissime Pater, hortantur, vt prioribus tuarum maximarum virtutum meritoriis operibus præstantiora labentibus annis adiungas; sanctè factis in bonum Ecclesiæ Dei transfusis, quotidie vsque ad cumulum plusquam ætate crescas. Memento cuius Ecclesiæ, Apostolorum nempè principis ho-

S. Bernardus celsitudinis magnis imminere periculis Eugenij Papa monuit, atque comminatur vehementer.
c S. Bernardus ibid. supra.
d Psal. 48.
e Psal 101. v. 11.
S. Gregorius factū se Rom. Pontificem lugebat.
f S. Greg. l. 1. dialog.
Hadrianus 5. factus Pontifex sicut S. Gregorius ingemuit.
g Masson. in Hadr. 5.
Idem ibid.
4. Pars.
Vbi maior in bono opere labor, ibi uberior pro mercede, maiorque gloria præparatur.

A norem, principatumque in illius Cathedra sedens hæreditaueris: cogita sapienter ad quid tibi, sicut illi facta nominis est à Domino mutatio, vt te videlicet summo rectore, atque duce, religiosè, cum charitate maxima, gubernata, [h] *quæ tibi commissa est Domini tui sponsa mutetur in melius, & iam nequaquam*[i] *Sarai, sed*[k] *Sara, de cætero nominetur: si amicus sponsi es, ne dixeris: dilectam eius principem meam, sed principem nil iuum in ea vendicans, nisi quod pro ea, si oportuerit, etiam animam dare debes.* Ad hæc enim te in sublime regni sui solium misericorditer suis affluentem benedictionibus Christus Dominus mundi Saluator eueait, vt sicut ipse Dominus ad regimen animarum non ministrari, sed ministrare venistes, dicendo cum Apostolo. [l] *Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri.* Et cum Apostolorum principe, cuius
B tu hæres, & in cathedra sedes; [m] *non dominantes in clerum, sed forma facti gregis.* Denique illorum Apostolorum Domini virtutem, & maximæ ardorem charitatis imitando, qui dixit. [n] *Ego sum Pastor bonus: bonus Pastor ponit animam suam pro ouibus suis.* [o] *Sic exultabis meritò vbique, & gloriabitur per te in Domino omnis Ecclesia Sanctorum, & specialiter illa, cuius vterus te portauit, & cuius vbera tu suxisti.* Non te in hac generosa, sanctaque tantarum virtutum operatione [p] terreat via laboris, sed æternæ, cœlestisque potius oblectet mansio celsitudinis. Bibe prius quod dolet, cùm tua mens appetat quod demulcet. Per amaræ solicitudinis, anxietatisque salutis alienæ calicem, ad æternæ felicitatis anhela pulchritudinem. [q] *Cùm nemo sanæ mentis existat, qui non ad morum summa nitatur ascendere, quando*
C *irremuneratum nil relinquitur, quod conscientia teste laudatur.* [r] *Noli attendere quò iturus es, sed quò venturus, si vis sustinere laborem,* (qui muneri Pontificio assiduus hæret) *æternitatis attende mercedem.* [s] *Istud & pædotribæ currentibus præcipiebant in Olympicis certaminibus, ita eorum fortitudo solidabatur.* Corda sursum sicut oculos ad sempiternæ palmam gloriæ leua. *Iste palmæ conspectus multam facit alacritatem.*[t] *Et vt cerui maria tranant gregatim nantes, porrecto ordine, & capita imponentes præcedentium clunibus, vicibusque ad terga redeuntes, nec vident terras, sed in odore earum natant.* Ita tu licet corporis oculis beatissimas cœlorum insulas, sempiternæ felicitatis diuitias, deliciasque indicibiles non videas, sentis tamen eas de longè, viuo bonæ spei, quæ non confun-
D dit sensu, suauiter odoraris. Quarum fragrantia perfusus amœnissima, ne dubites, sicut hactenus tu fecisti, in magnum spatiosumque huius mundi mare, laboribus, pressurisque rubicundum, periculis turbidum, persecutionibus furiosum te demittere: non vt rabidis illius aquis, fluctibusque submergaris, sed vt super eos enatando tuæ constantiæ, fortitudinisque Christianæ eos velut alter Sanctus Petrus, super aquas ambulans, pedibus conculcando, ad optatum salutis æternæ portum, cum ouibus Christi tibi creditis felicissimè peruenire valeas. Hæc spes futuræ gloriæ in corde tuo per opera bona vigens, sit tibi tutissima salutis anchora. Hanc spem in illam viuentium terram, quasi anchoram præmitte: ne in isto furioso huius seculi mari naufrageris. Contra peregrinationis huius tentationes, hæc spes te in illa Ierusalem ciuitate fundata utcx-

h S. Bernard. ep. 237. ad Eugenium Papam
i Domina mea
k Domina, ...
l 2. Cor. c. 1. v. 24
m 1. S. Petri c. 5.
n S. Luc.
o S. Bernard. ibid. supra.
p Imitatio S. Gregorij hom. 27.
q Cassiod in Psal. 118.
r S. Aug. in psal. 30
s S. Chrysost. hom 12. in ep. ad Philippenses
t Plin l. 8. c. 32. hist. natur.
Spes odorata sentiuntur felicia cœlorum pascua, atque æterna diuitia.
S. Aug. in psal. 64.

pugnabilem efficiet, & ita sanctitatis, constantiæque tuæ vires roborabit, vt nunquam in saxa diffidentiæ, & abiecti animi fractus abripiaris.

a Hebr. c. 6. v. 18.

Ad hanc[a] tenendam propositam spem, cum Apostolo, lætus, & celer aduola, *quam sicut anchoram cum omnibus fidelibus habere debes animæ tutam, ac firmam incedentem, vsque ad interiora velaminis.* O ter te, quaterque felicem, Beatissime Pater, si te perficientem opus Dei, euntemque de virtute in virtutem dies vitæ tuæ nouissimos inuenerit, *vt tibi adiiciantur ea quæ perficienti defuerunt. Et ita postquam bonum certamen certaueris, cursum vitæ consummaueris, fidem seruaueris*, iustitiæ corona remunerandus, cœlestis gloriæ lauro decorandus, ab eo cui fidelissimè in Pontificatu tuo seruiueris, Christo Domino iudiceris.

Imitatio 8. Augustinus libro 2. de bono perseuerantia c. 21.

CAP. IV.

Maiestas Rom. Pontificis monarchica, sicut ipsa Christi Domini Ecclesia, ruitura nunquam, frementibus licet dæmonibus, eorumque ministris, atque contra eam furiosè perpetuo pugnantibus.

1. *Sicut nunquam deficiet Ecclesia in puritate sua, sic nec eius caput visibile, sine quo esse non posset.*

2. *Contra Ecclesiam Catholicam, eiusque monarchicum principatum, inferi porta nunquam praualebunt.*

3. *Hæresis turbo diabolicus cito transiens.*



ONFIDE igitur, Beatissime Pater, in Christo Domino nostro, viuorum, mortuorumque iudice, cuius tu vices geris in terra. Tua mactè virtute, de perpetuitate monarchiæ spiritualis, cuius diademate, regnoque coronatus incedis, solida fide, non inani persuasione securus: quæ tamdiu duratura in hoc seculo florebit, quamdiu Ecclesia Christi, cuius tu pro tempore viuens œcumenicus Pastor es, in hac vita militando regnabit. Regnabit autem dum genus hominum in terra manebit, nec vnquam sine suo capite visibili, hæc speciosissima, formosissimaque Christi Domini sponsa hoc in mundo vigebit, quæ acephala stare non potest. Tu quoad viues tale caput habeberis, & post te in Cathedra S. Petri, vsque ad consummationem seculi successores. Qui cum monarchica potestate, & authoritate suprema cunctis Ecclesiarum fidelium, orbe toto sparsarum Pastoribus, prælatisque facienda pro ouium Christi salute præscribent, & imperabunt: quæ quondam primus Ecclesiæ Pontifex maximus, primus Christi Domini Vicarius S. Petrus suo tẽpore præscripsit, & imperauit. [a] *Pascite, qui in vobis est* (id est non vniuersum) gregem Dei, *prouidentes non coactè, sed spontaneè secundùm Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo, & cùm apparuerit Princeps Pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam.* Itaque fremant, & insania quantum voluerint efferentur hostes tui, id est Christi Domini, eiusque sponsæ perduelles! Christi regnum nihilominus, & eius spiritualis monarchia, cuius gubernaculum iustissimè regis, & temperas, tamdiu vigebit in terra, *donec auferatur Luna*; neque te ex hac vita feliciter egresso, & in Domino sanctissimè mortuo, Pastores œcumenici deerunt, qui Christi Domini ministerio fungentes, monarchæ spirituales Ecclesiæ militantis habenas vsque ad consummationem seculi, summo cum imperio, religiosissimè moderabuntur; vt adimpleatur sensu manifesto, quod per Angelum Sanctissimę Virgini de Christo in persona eius vicariorum dictum est. [b] *Et regni eius non erit finis.* [c] Qui desideratus cunctis gentibus lapis de monte excisus sine manibus, postquam mundanarum, terrestriumque monarchiarum testam, ferrum, æs, argentum, & aurum comminuit in diebus regnorum illorum *suscitauit regnum cæli* (id est Ecclesiam monarchiam spiritualem) *quod in æternum non dissipabitur, & alteri populo non traderetur, quod comminueret, & consumeret vniuersa regna mundi, & ipsum staret in æternum, ad quod regnum, principatumque monarchicum, fortitudo gentium afferetur, & reges earum adducerentur, & mi gens, & regnum, non seruiens, omnino periret.* Quod regnum in tam latos magnitudinis immensæ terminos excresceret, vt omnium seculorum, locorum, nationumque populos, Reges, principesque sinu suo complecteretur. Cùm enim oporteat, Apostolo teste, Christum regnare, [d] *donec euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem, donec ponat omnes inimicos sub pedibus patris.* Regnare, inquam, [e] in domo Iacob in æternum, id est in Ecclesia militante, vsque ad consummationem seculi; profectò illius Regis æterni abeuntis in cœlum vicario hæc Ecclesia militans indiguit, à quo directione visibili, contra omnes persecutionum turbines hostiliumque furorum, tempestates defensa regeretur, quousque de Ecclesia militante triumphans euaderet. Quamobrem reluctantibus, & inuitis inferorum, mundique corrupti potestatibus, Ecclesiastica monarchia in te tuisque posteris in Apostolicæ Cathedræ solium, fastigiumque venturis cum pari potestate, quæ fuit in Sancto Petro durabit, atque, licet cum certamine perpetuo, florescet seclis innumerabilibus. [e] *Donec omnes occurramus in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis, plenitudinis Christi, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundùm operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis fiat in ædificationem sui in charitate.* Hæc communis est Sanctorum Patrum doctrina, quam à sacris, viuisque gratiarum Spiritus sancti fontibus hauserunt, & expresserunt. [f] *Ecclesia*, inquit, S. Ambrosius, *quæ est regnum Dei, etsi vndarum fluctibus, & procellis sæpè vexatur: tamen nunquam potest sustinere naufragium. Quia in arbore eius*, id

Monarchia spiritualis Ecclesiæ in Rom. Pontifice, cuius quo caput visibile manebit, vsque ad consummationem seculi.

a S. Petri c. 5.

b Lucæ c. 1.

c Daniel. 2.

Esaiæ 60.

d Cor. c. 15.

e Luc. c. 1.

e Ephes. 4.

Ecclesia nunquam deficiet, ergo nec eius caput visibile, sine quo esse non potest.

f S. Ambros. l. de Salomone c. 4.

est cruce, Christus erigitur, in puppe pater residet gubernator, proram Paracletus seruat spiritus. Etsi seculum istud tanquam pelagus sortitur infestum, nunquam allidicur ad saxum, nec mergitur ad profundum, &c. Ideo fidelas omnes Ecclesiæ sanctæ filios, monarchiæ spiritualis fidos populos ei subditos S. Augustinus vt ab omni naufragij Ecclesiastici metu liberi essent, sic hortabatur. [a] *Non vos terreant quidam fluuij, qui dicuntur torrentes, hyemalibus aquis implentur, nolite timere, post paulum transit, decurrit aqua, ad tempus perstrepit, mox cessabit, diu stare non possunt; multæ hæreses iam emortuæ sunt. Cucurrerunt in riuis suis, quantum potuerunt decurrerunt: siccati sunt riui, vix eorum memoria reperitur, vel quia fuerunt*, &c. Iustissimè propterea S. Gregorius Ecclesiam, & potentiam eius monarchicam arcturo syderi nunquam occidenti comparauit dicens. [b] *In arcturo, qui per gyrum suum nocturna spatia non occasurus illustrat, Ecclesia designatur: quæ fatigationes quidem patitur; neque tamen ad defectum proprij status inclinatur, gyrum laborum tolerat, sed ad occasum, cum temporibus, non festinat.* Propter eandem rationem præter alias hanc Christi Domini sponsam, & regnum eius, immobili terræ eleganter his verbis assimilauit, & contulit: [c] *Terra dicta est Ecclesia, cum quia in messe fidelium populorum spiritualis fæcunditate exuberat; tum quia in soliditate fidei, perpetua firmitate immobiliter perseuerat.* Vnde per Salomonem dicitur. [d] *Terra in æternum stat*, &c.

a S. Aug. in psal. 57.

Ecclesia arcturo syderi, & terræ immobili, cur comparata.

b S. Greg. l. 29. Moral. c. 28.

c S. Greg in psal. 7. pœnitent.

d Eccles. c. 1.

2. Pars. *Contra Ecclesiam Catholicam, eiusque monarchia principatum nunquam inferi portæ, scilicet hæretici, schismatici, aliique eius hostes præualere potuerunt.*

Contra hunc inexpugnabilem sanctitatis diuinæ murum, contra hanc veritatis Catholicæ columnam, contra hunc benedictionis omnis Christi Domini meritis acquisitę thesaurum, impunè nunquam diabolicæ potestates, malignantiumque furores arietarunt; nunquam contra illam mundi dominam, omnis infidelitatis, ac impietatis victricem monarchicam Ecclesiæ sanctæ maiestatem, Pontificiamque celsitudinem portæ inferi, quales sunt hæretici, schismatici, cæterique Christiani nominis hostes nec præualuerunt vnquam, nec aliquando præualebunt, vt oraculum Christi Domini locutum est. [d] *Portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Vbi obseruandum Christum Dominum non dixisse. Non dimicabunt, non oppugnabunt, sed non præualebunt: quoniam Christianæ, Catholicæque religionis hostes sæpissimè contra hanc Christi Domini sponsam monarchica maiestate fulgentem, crudeliter, furioseque dimicarunt, & illam oppugnationibus multis exagitarunt, nec vllo tempore à diris aduersus eam certaminibus, prælijsque conquieuerunt. Nihilominus nunquam dimicando, assidueque certando præualuerunt, nec postea præualere poterunt. Quia sancta hæc Ecclesia, & eius à Christo instituta monarchia, sacra Dei domus est, fundata super firmam petram: in quam sæpissimè [e] *descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, irruentes in illam, illa tamen non cecidit: fundata enim erat super firmam petram.* Vnde S. Gregorius. [f] *Quod in hac vita*, inquit, *Ecclesia nullis aduersitatibus frangenda sit, nullis persecutionibus superanda Christus euidenter ostendit: cùm ait, portæ inferi non præualebunt aduersus eam, licet incircumcisi non desint Idumæi, sicut nec prisco tempore defuerunt, qui Babylonis inclamando vociferentur.* [g] *Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea.* Sed nihilominus nouam illam Ierusalem Ecclesiam Catholicam spirituale Christi Domini regnum nunquam adhuc exinanire potuerunt, quod fundata sit super firmam petram: quæ non aliter immota manet, quàm altissima in medio mari rupes profundissimè plantata, circumtumentibus, spumantibusque fluctibus immobiliter agitata, stat infracta de irritis aquarum multarum conatibus triumphans. [h] *Mirabiles elationes maris*, sed magis *mirabilis* contra eas *in altis Dominus.* Mirabiles, id est terribiles, & rabidæ hæreticorum, schismaticorum, cæterorumque impietatis cognatæ similium, in persequenda, & oppugnanda Ecclesia Romana, S. Petri nauicula, hactenus elationes, animorumque iactationes insaniuere: sed in vanum irrito conatu, cum eas omnes mirabilis in altis Dominus dicto citius eneruauerit, atque dissipauerit. Hæresis non est diuturni furoris, licet immanissimi; inferni turbo est, qui cito transit. [i] *Quasi tempestas transiens non erit impius.* [k] Et *improborum læta cito ad perniciem veniunt.* [l] Theodoretus Septuaginta sex hæreseon monstra numerando recensuit, quæ iam omnia ferè, illo viuente, Pontificiæ iurisdictionis, Ecclesiasticarumque censurarum contrita pedibus euanuerant. Quorum ne vnum quidem hodie restat, suæ cornu abominationis efferens; vt cognoscatur. Plura his execrationum hæreticarum prodigia, atque portenta vsque ad octo & octoginta Diuus [m] Augustinus enumerauit: omnia nunc ruinarum præcipitiis absorpta. Ante detestabiles, horrendosque Lutheri nefandissimi nouatorum Patriarchæ furores aurè illius scelestissimas, contra Christum Dominum, Romanum Pontificem, contra sanctissimam beatissimi Petri cathedram, rebelliones, ducentarum hæresum furiæ contra altissimam hanc Christianæ religionis arcem, magno cum tempestatum bellicarum fragore, ex inferis eruperant: quas omnes diuersis temporibus ortas, varia postmodum interitus, exitiique naufragia deleuerunt. De quibus hîc in conspectu vestræ maiestatis plura non dicam, cum de his plurimos superioribus libris, prout se obtulit occasio sermones sæpissimè retexuerimus. Sed nec vnquam etiam præter turbulentissimas hæreticorum furias, schismaticorum, cum hæreticis nefaria rebellione simul, ac odio scelerato conspirantium tempestates, dissidiorumque turbines aduersus sacrosanctam huius sanctissimæ fidelium matris Saluatoris nostri sponsæ maiestatem, atque Pontificiæ monarchiæ celsitudinem, furendo, insaniendo, debacchando, præualere potuerunt.

d Matth 16.

e Matth. 17.

f S. Greg in Psal 7 pœnit.

g Psal 136.

h Psal. 92. v. 7.

3. Pars. *Hæresis turbo diabolicus cito transiens.*

i Prouerb. 19.

k Seneca.

l Theodoret. lib. de hæret. Fabul.

m S. Aug lib. de hæresibus.

Ante Lutheri tempora ducentæ hæreses omnes extinctæ.

CAPVT

CAPVT V.

Enumerantur ſchiſmata, & antipapæ contra legitimum paſtorem œcumenicum, S. Petri cathedræ præfectum qui ab interitu ipſius S. Petri ex inferis prodierunt.

NVMERENTVR, Beatiſſime Pater, quæcumque hactenus contra vicarios Chriſti, communes omnium fidelium parentes, viſibilia vniuerſalis Eccleſiæ capita, Romanos Pontifices, anteceſſores tuos, ſchiſmata, ſuæ cornu impietatis attollendo pugnauerunt. Ordine viperini illi, monſtroſique partus pſeudopõtifices, præcurſores Antichriſti, diabolico fati ſemine reciteatur, hos, & illa omnia miſerrimè corruiſſe, maieſtatẽ verò, dignitatemq. legitimi põtificis, quem ſuper totam familiam ſuam fidelem ſeruum conſtituit Dominus, antipaparum omnium victricem immobiliter ſtetiſſe, cum gloria repetiemus.[a] Milleſimus ſupra trecenteſimum & eo amplius effluxit annus, cùm nefarium illud Satanæ genimen, primus pſeudopontificum, ſchiſmaticorumque anteſignanus Nouatianus aduerſus ſanctiſſimum patrem, legitimum Apoſtolicæ cathedræ ſucceſſorem Romanum Pontificem, diuino iudicio declaratum Cornelium, inferni erroribus armatus dimicaturus furioſiſſimè C proſiliuit: vt ſchiſmate turpiſſimo, Catholicam, Apoſtolicam, Romanamque, ſi poſſet, Eccleſiam, ab illo ſanctiſſimo patre, ſuo legitimo capite diuelleret. Quem cum vniuerſa ſchiſmaticorum caterua anathematis Pontificii gladio à fidelium communione præciſum miſere poſtea periiſſe ſacra antiquitatis Eccleſiaſticæ monumenta teſtantur. A cuius interitu, exitioque, centeſimus annus aliud idolum, prodigiumque ſchiſmatis in Felice Eccleſiæ Romanæ diacono monſtrauit, quem rabies Ariana ſub Conſtantio imperatore, in cathedram ſancti Petri, deturbato, ex ea per ſummum nefas legitimo Pontifice Liberio, ſceleratiſſima tyrannide prouexit. Qui poſt duos annos Liberio vocem conſubſtantialitatis, non quidem eiurante, ſed diſſimulante, Arianiſque ſanctum Athanaſium iniqua condemnatione vexantibus, vtcumque ſuffragante à Romano clero, populoque per nouam creationem pro D legitimo Pontifice declaratus ab ipſis Arianis, quod ipſarum impietatem deteſtatus damnauiſſet, cruenta morte mulctatus glorioſo vitam martyrio finiuit. A cuius interitu Liberius conſpirationis cum Arianis ſacrilegæ deteſtatus abominationem, errorum omnium, per infirmitatem paſſionis, & eluſionem fragilitatis humanæ patratorum pœnitens, Apoſtolicam ſedem (quam ei furor Arianus, in Felicis fauorem, prius abſtulerat) tota conſentiente fidelium turba, totiuſque cleri Romani corona recuperauit. In cuius defuncti, & in Domino mortui locum S. Damaſus creatus, ſuffectuſque, diademate Pontificio coronatus, vniuerſalis paſtor Eccleſiæ reſplenduit. Contra quem poſt decem annorum ſpatia, nefandæ ſchiſmaticorum furiæ crudeli-

1. *Schiſma, & pſeudopontifex Nouatianus, contra Cornelium.*

a *S. Cypr. l. 2. ep. 10.*

2. *Schiſma, & pſeudopapa Felix contra Liberium, poſt legitimum papa factus, & mar. tyr.*

Anno D. 355. ex S. Athanaſio, Hieron. Theodoret. & Sozomeno.

A ter armatæ, Vrſinum (ſeu vt vulgo dicebatur) Vrſicinum, antipapam, idolumque Pontificium ſacrilegio inſolentiſſimũ ſuſcitarunt: qui eius legitimi Pontificis crudeliſsimè deturbati loco, in ſancti Petri cathedra prodigiosè ſederet. Creſcentibus in dies, de principatus diabolici grege ſchiſmaticorum, aduerſus Apoſtolicam ſedem, aduerſus legitimi Pontificis authoritatem audaciſsimis inſaniis, dementatiſque rebellionibus, poſt quinquaginta annos ab illius tertii ſchiſmatis immani prodigio, quartum ſimilis abominationis erupit. Cum impia ſeditioſorum, ſchiſmaticorumque turba, Eulalium Archidiaconum contra canonicam Bonifacii preſbyteri, in ſacris literis eruditiſsimi, morum ſanctitate ſpectatiſsimi Pontificis legitimi creationem furenter obtruſit. Cuius effrenatam audaciam, atque conatus eius ſectatorum ſchiſ- B maticorum nefandos ad preces, & ſupplicationes bonorum Catholicorum, votaque Eccleſię Romanæ ſibi ſubueniri flagitantis, imperator optimus Honorius celeritate vindicatiuæ iuſtitiæ compeſcuit: Eulalium ipſum publicæ ſeditionis authorem, clericoſq. cum eo communione nefaria conſpirantes, imperatorio decreto pœnis affectos vrbe pellendo, laicos verò ſortis nobilioris bonorum proſcriptione mulctando: ſeruos verò rebelles dominorum conſpirationibus ſuffragantes, totiſque viribus opitulantes iuſta extremi ſupplicii ſeueritate mactando. Qui protinus ſchiſmaticis ſuppliciorum varietate grauiter affectis, Bonifacium papam legitimum canonica creatione ad arcem Pontificiæ maieſtatis C euectum in vrbem ab vniuerſo clero, & populo honorificè reduci, necnon ab omnibus vrbis habitatoribus pari honore recipi, mãdato imperatorio, ſumma pietate, deuotioneque procurauit.

At diabolus indigniſsimè ferens optimũ principem in defenſione legitimi Pontificis, contra ſchiſmaticorum pſeudopapæ ſuffragantium amẽtiam religioſiſsimè Chriſto Domino ſeruiuiſſe, à conſueto furore, fraudeque non deſtitit: quouſque nefarium imperatorem, multiplici hæreſeos contagione fœdatum, Anaſtaſium videlicet infatuaret, atque dementaret. Qui poſt aliquot annos, octoginta ſcilicet, ad proſtitutionem cathedræ Sancti Petri per idoli Pontificii Laurentii pſeudopapæ intruſionem, eiecto per vim tyrannicam legitimo Pontifice Symmacho patre ſanctiſsimo, Zenonis hæretici imperatoris Henotici ſubſcriptionem deteſtante valde nequiter vteretur. Sed ſtantibus bonis pro Symmacho Papa D Catholicis antipapa, cum ſectatoribus eius, per os Pontificis in Romana Synodo prolati anathematis ictu percuſſo ſchiſma tam immane corruit, & euanuit.

Sed nec ſæpius fractæ aduerſus inexpugnabilem Eccleſiæ Catholicæ, Romanæque murum diabolo defecere vires, qui diuerſis temporibus noua ſemper antipaparum per ſchiſmaticorum fraudes, machinationes, infamaſque monſtra, cõtra legitimos ſedis Apoſtolicæ poſſeſſores efformare, atque ſuſcitare conatus eſt. Vt anno 530. Dioſcorum diaconum ſimoniæ peſte contaminatũ aduerſus Bonifaciũ 2. Anno 686. duos ſacrilegos presbyteros, Theodorũ, & Petrũ cõtra Cononẽ; anno 824. Paſchalem neſcio quem, per nefarium ſacrilegium auro multo Pontificiam dignitatem mercari, nundinarique nitentem, con-

3 *Schiſma, & pſeudopontifex contra Damaſum fuit Vrſinus, ſeu vt vulgo fertur Vrſicinus, anno 367.*

4 *Schiſma, & pſeudopapa Eulalius Archidiaconus contra Bonifacium pontificem legitimè creatum an. 418.*

Honorii imperatoris pietas, in defendendo legitimum Pontificem, & pſeudopapam refrenando.

5. *Schiſma pſeudopapam Laurentium in cathedram S. Petri intrudere conatum contra S. Symmachum legitimum papam an. 498.*

6 *Schiſma Dioſcori pſeudopapa contra Bonifacium 2. anno 530*

7 *Schiſma an. 686 Theodori & Petri preſbyterorum contra Cononem.*

8 *Paſchalis impũ contra Sergium.*

9. Cuiusdam contra Eugen. 2.

A tra Sergium legitimè creatum. Post aliquot annos ab electione Paschalis sine pœnitentia miserè defuncti, aliud impium schismatici, & antipapæ monstrum, cuius nomen ignoratur, aduersus Eugenium 2. nefariorum schismaticorum rebellionibus, artibusque fraudulentis obtrudere conatus est, sicut post circa annum 891. Sergium diaconum contra Formosum. Anno verò 991. Ioannem Placentinæ Ecclesiæ præsulem, schismaticæ factionis artificem, aduersus sedem Apostolicam, telis munitum rebellionis armauit, vt electione canonica creatum Gregorium quintum, immani sacrilegio deturbaret.

10. Sergij diacono contra Formosum.
11. Ioanni Placentini episc. contra Greg. 5. an. 996.

12. Gregorij cuiusdam contra Benedictum 8. an. 1012.

Paucos post annos circa annum 1012. hanc audaciæ, atque rebellionis improbitatem animo nefarii cuiusdam Gregorii nomine, vafer ille generis humani seductor inseuit, vt Benedictum 8. B canonica promotione ad culmen Pontificiæ maiestatis eleuatum de Apostolico solio deiiciendũ arroganter, & atrociter adoriretur. Post triginta circiter annos trea simul contra Gregorium sextum suscitauit, nempe Benedictum 9. propter scelera multa de sede Apostolica detrusum, postea motus pœnitentia, cùm sedem recuperasset, voluntariè ea priuatum: Syluestrum quemdam, atque Ioannem malè propter auaritiam à Benedicto 9. contra canones ordinatum. Deinde post annos tredecim Gregorio 6. Clemente 2. Damaso 2. Leone 9. Victore 2. Stephano 10. defunctis, rursus animum Benedicti 9. (qui pœnitentiæ stimulis agitatus propter crimina patrata voluntariè Pontificatu cesserat) nefaria persuasione turbauit; vt denuo consequendi Pontificatus ardore, contra legitimum Apostolicæ cathedræ præsulem Nicolaum 2. violenter C assurgeret. Et quoniam [a] superbia, & abominabilia improbitas eorum, qui Deum oderunt, ascendit semper, Diabolus vt Ecclesiam Dei, cum eius cathedra Pontificia vehementiùs, immaniúsque, labentibus annis, opprimeret; post illos pseudopontifices schismaticos abominabiles omnium sceleratissimorum, qui præcesserant, longè flagitiosissimum, iudicio Petri Damiani, [b] nempe Cadaloum, Ecclesiæ quondam Parmensis Episcopum, aduersus primatum legitimi Pontificis Alexandri 2. Guiberti regis Germaniæ Henrici 3. Cancellarii, artibus immanibus, esecrandisque machinationibus excitauit. Qui post annos viginti circiter ipsum Guibertum Henrici Regis cancellarium, Archiepiscopatus Rauennatis inuasorem sacrilegum, periurum, parricidam Cadaloici schismatis antesignanum sæpiùs anathematis ob portentosa scelera multa, fulmine perculsum, aduersus Gregorium septimum iam D ab octo annis legitima Pontificatus Ecclesiastici possessione fruentem iniuriosissimè prouocauit; qui contra eum pseudopontifex de Pontificali imperio sacrilega contentione dimicaret. Post quod furiosissimum execrabilis schismatis litigium, nefandissimo pseudopapa desperationis, mœroris, & insaniæ furentis rabie consumpto, Gregorio septimo cunctorum hostium triumphatore relicto, postea sanctè, atque feliciter in Domino defuncto, ipse generis humani trucidator, voratorque, quantum in se est, contra Paschalem secundum, Gregorii septimi successorem legitimum, vniuersalis Ecclesiæ pastorem, quatuor successiuè pseudopontifices, Albertum nẽpe, Theodoricum, Magioulphum, & Syluestrũ

13. Trium contra Greg. 6. scil. Benedicti 9. ob crimina multa eiecti, Syluestri cuiusdam, & Ioannis.

14. Benedicti 9. contra Nicolaum 2. anno D. 1057.

a Psal. 73.

15. Cadaloi contra Alexandrum 2. an. 1061.
b Petri Damiani contra Cadaloum inuectiua.

16. Guiberti quondam cancellarij Henrici regis Germaniæ contra Greg. 7. an. 1080. & seqq.

17. Quatuor successiuè pseudopontificum contra Paschalem 2. an D. 1100. & 1106.

A malignis Henrici senioris schismatici sæpius anathematis perculsi fulmine conspirationibus, viribusque cruentis eleuauit. Post quem anno Domini 1118. aliud idolum & abominationem desolationis in loco sancto, Apostolica cathedra aut dinum nempe Bracarensem Archiepiscopum ab es deiecto Gelasio secundo Pontifice legitimo constituere curauit. Quem milites Catholici obsessum ceperunt, captum innumeris saturatum opprobriis, maledictisque subiugatum pelle veruecis pilosa, pro chlamyde rubra vestitũ, camelo ex aduerso data ei in manus pro freno cauda superposuerunt, & superpositũ per omnes Romanæ ciuitatis vicos, & plateas ignominiosissimè deduxerunt: postea generalis Concilii sententia anathematis oppressum tonitruo sua lucturũ sce- B lera perpetuo carceri mancipatunt. Sed nec tot inferorum portæ aduersus Ecclesiam Christi, supra S. Petrum fundatam, dum immaniter arietat, fractæ, destructæque, tot videlicet horrẽda schismata, totque sacrilegi pseudopontifices miserabiliter extincti, illum execrabilem mundi corrupti principem, omnia tyrannide nefaria sibi subiugare molientem deterrere potuerunt, quin sẽper ad noua contra Pontificiam maiestatem, apostolicæque cathedræ sacrarium machinamenta superbissimus assurgeret. Etenim anno Domini 1130. vnum de solertissimis tyrannidis, & abominationis suæ ministris Petrum Leonis, dictum postea in apostasiæ pseudopõtificiæ Dominio Anacletum, aduersus Innocentium secundum furiosis stiparum schismaticorũ turbis erexit: omnibus bonis Catholicisque societatibus, contra C hoc monstrum, & abominationis idolũ pro Innocentio secundo stantibus, præcipuè verò super omnes prelatos, animarum pastores, S. Bernardo strenuè spirituali fortitudine dimicante, atq. hoc Dei proferente oraculum. [c] *Qui Dei sunt, Innocentio libenter iunguntur: qui autem ex aduerso stat, aut Antichristi est, aut Antichristus.* Hunc tandem execrabilem antipapam Petrum Leonis Angelus Dei miserum percussit, atque post triduum desperationis adactum furiis, nullisque salutaris pœnitentiæ stimulis espunctum interitu miserabili destruxit. Quo sic funesto fine perempto, schismatici ipsomet suadente diabolo aliud mõstrum pseudopontificis contra eundem S. Innocentium secundum subrogandum curarũt, Victoremque nomine salutarunt. Cui feliciter victo, & culpam confitendo detestanti sancti Bernardi instructione conuerso, sanctus Innocentius ad suos pedes adducto, Pontificia lenitate, misericordiaque pepercit: & ita pax optata postliminio rediens Ecclesiæ restituta, Catholicos omnes, vnà D cum sanctissimo illorum parente vehementer exhilarauit. Cuius pacis amœnissimis fructibus cùm per viginti annorum spatia, sancta mater Ecclesia, se suosque filios Catholicos iucundissimè refecisset; ecce aduersarius ipse diabolus, tanquam leo rugiens de cubili suo crudeliter exurgens ad vastandam Ecclesiæ pacem statim à morte Hadriani quarti Pontificis omnia in orbe Christiano perturbare conatus est, Octauianum nefandissimum pseudopontificem aduersus Alexandrum tertium Pontificem legitimum, cum exitioso schismate crudeliter armando. Quem à diuersis orthodoxorum Conciliis damnatum, diris subiugatum execrationibus, anathematis contritum tonitruo, post quindecim

18. Schisma Burdini Bracarensis episcopi contra Gelasium 2. an. 1118.

Finis miserabilis pseudopontificis Burdini.

19. Petri Leonis aduersus Innocentium 2 an. 1130. Ex S Bernardo ep. 124. 125 & ex vita S. Bernardi l. 2. c. 2. 3 & 7. multa de hoc schismate, & fine misero huius antipapæ.

c Ex S. Bernardo contra legitimum papam rebelliones Antichristi sunt partium.

20 Victoris contra eum S Innocentium postea conuersi an. 1138.

21. Octauiani contra Alexandrum 3. an. 1159 et deinceps, & vltra.

Octauiani pseudopapæ miserandus interitus.

dies, ſtupenda in terribiles Dei viuentis manus morte delapſum, auſus ſacrilegi, deteſtabilis Pontificiæ dignitatis vſurpatio, ſchiſmatica in legitimum papam rebellio, horrenda vtriuſque Monarchiæ ab eo patrata perturbatio, diuini humanique iuris violata religio, aliaque quamplurima abominationis extremæ ſcelera in barathrum damnationis æternæ præcipitarunt. Vix diuina vindicta, & iuſta Dei contempti, inſenſique ira, contra ſanctum Domini Saluatoris noſtri vicarium rebellionis vltria de truculento illo ſchiſmate, immanibus Frederici imperatoris ſchiſmatici, ſæpius excommunicationis mucrone percuſſi conatibus roborato, deque illo immaniſſimo pſeudopapæ prodigio triumphauerat: ecce circiter annum 1164. noua prioribus non inferior, aduerſus ſacroſanctam Pontificis Romani maieſtatem, ſedemque Apoſtolicam B tempeſtas erumpit, furiis ſchiſmaticorum eodem illarum ductore Frederico, horrendum pſeudopapæ monſtrum, Guidonem nomine, in ſacraria cathedræ ſancti Petri ab ea ſancto Alexandro tertio, Pontifice legitimo furioſiſſimè deiecto protrudenobus. Sed Deo ſuæ ſponſæ, vicarii quoque labores, & iniuſtas à ſchiſmaticis oppreſsiones inflictas miſerante, ipſique celeribus diuini auxilii fauoribus affulgente, diu ſchiſma nefarium abominationis ſuæ cornua furenter erigere non potuit. Nam & fautor ſchiſmatis, promotor antipapæ, legitimo Pontifici contumelioſus, inſigniterque rebellis imperator animo fractus, ac viribus, peſtilentia eius exercitum miſerabili plaga depaſcente, Chriſto Deo dominantium Domino, contra impias ſchiſmaticorum inſanias pro ſui vicarii protectione dimicante, Catholicorum copias permetoens ab C vrbe ſancta celeriter aufugere coactus cum ignominia, confuſioneque diſparuit. Inſuper nefarius monſtrorum Octauiani, & Guidonis promotor, & ædificator cum Frederico imperatore ſchiſmatico Ioannes Cardinalis indignationis diuinæ tonitrua non effugit. Ex equo namque extra Viterbiæ muros equitans corruit, fractaque ceruice, contuſis vehementer ex lapſu membris, infelicem diabolo animam, ſine pœnitentia deſperatus exhalauit. Idolum tandem Pontificis execrabile pſeudopontifex Guido ſceleratiſsimus Eccleſię ſanctæ perturbator, viuus, mortuuſque in vltrices ſcelerum Dei viuentis, iudicis perditorum tremendi manus incidit. Nam morbi incurabilis vulnere percuſſus toto vitæ ſuæ tempore cum dolore maximo claudicauit, à ſancto Petro, in cuius Eccleſia profa- D nus, indignuſque morabatur, in renibus cancri perculſus atrocitate, cum pulmonis anhelitu tandiu fœtidam, putridamque ſaniem euomuit, quouſque nefandiſsimum ſpiritum, ad æterna feſtinantem tormenta, nulla patratorum ſcelerum pœnitentia motus efflauiſſet. In cuius ſic miſere defuncti locum, ſchiſmatici, diabolo eorum cordibus dominante, alium pſeudopapam, Ioannem videlicet monaſterii Strumenſis Abbatem Apoſtatam, ſacrilegumque ſuffecerunt. Qui in ſua non diu manſit inſania, cùm accepiſſet ab his, qui viderant, ſanctum Petrum albo ſubnixum equo, coruſcantibus armis exercitui Catholicorum, pro defenſione Alexandri tertii Pontificis legitimi, contra ſchiſmatici copias imperatoris Frederici præiuiſſe:

22 Guidonis antipapa contra eum Alexandrum 3. an. 1164.

Imperatoris Frederici pſeudopapa defenſoris, exercitus peſtilentia Deo vlciſcente conſumptus.

Mors miſera Ioannis Cardinalis promotoris antipaparum Octauiani, & Guidonis.

Miſerabilem mortem Guidonis ærumnæ multæ, morbique corporis præceſſerunt.

23. Ioannis Strumenſis Abbatis contra eum Alexandrum 3. an. 1170.

Magnum miraculum S. Petri viſi in armis pro Alexandro 3. legitimo Pontifice contra ſchiſmaticos pugnantis.

Ex actis Alexandri 3.

A animos, vireſque Catholicis militibus in arma, phalangeſque ſchiſmaticorum adeo ſuffeciſſe, vt ipſum imperatorem, cum ſceleratis, atque ſchiſmaticis copiis glorioſè, feliciterque debellauerint. Cuius miraculi veritate detecta, pſeudopontifex ille nefarium ſuæ rebellionis, & auſi nefandi crimen agnoſcens, ad pedes Alexandri tertii proſtratus, magna cum humilitate, & compunctione, erratorum veniam petens, miſericordiam, ac indulgentiam ab ipſo Pontifice conſecutus, illum pro vicario Chriſti, & Eccleſiæ principe œcumenico reuerenter agnouit. Poſtea multorum annorum diuturnitate ſedes Apoſtolica, Eccleſiaque Romana ſine vllo ſchiſmate, atq. pſeudopõtifice alta pace fruens in ſanctitate, atq. iuſtitia floruit.

B Quouſque Ludouicus Bauarus omnium prædictorum principum ſceleratiſſimus, in apertum rebellionis campum, aduerſus ſedem Apoſtolicã & Romani Pontificis maieſtatem furioſiſsimè proſiluit: Pontificium idolum, Petrum nempe[a] Corbarium, fratrum minorum Apoſtatam, ſchiſmaticorum ſtipatus armis contra legitimum Põtificem Ioannem 22. immaniter aſtruens, ſacrilegaque manu defendens. Sed diuina iuſtitia totam illam ſchiſmaticorum rebellantium nubem in horribile pſeudopapę monſtrum efformatã, ſuæ vindictæ, vltioniſque radiis illico diſsipauit, immaniſsimo illo Eccleſiæ, Romanique Pontificis hoſte Ludouico Bauaro, ſine pœnitentia per lapſum ex equo, infeliciter extincto, & antipapa Petro Corbario à Bonifacio Piſano intercepto, poſt quam ſcelerum exceſſus, coram cœtu Cardinaliũ ſacro in Auinione ciuitate collecto confeſſus C agnouiſſet, eorumque veniam poſtulauiſſet, protinus expirante. Mitto ſchiſmaticam [b] quorundam Cardinalium perfidè ſeductorum factionem, contra Vrbanum 6. Gregorii 11. (qui ſedem Apoſtolicam, cathedramque S. Petri Romam reduxerat) ſucceſſorem, antipapam nomine Clementem nefariè creantium. 26. Sileo conſpirationem Auinione relictorum ſchiſmaticorum antipapam Benedictum dictum 13. legitimo pontifici Bonifacio 9. cum inſigni, ac effrenata audacia, cum atroci clauium contemptu, & maieſtatis põtificiæ contumelia nimis arroganter opponentiũ. 27. Nihil dicam de tribus ſimul Pontificibus furioſa de maieſtate Pontificia, necnon Apoſtolica ſede conſequenda, contentione inter ſe dimicantibus, Gregorio 12. Benedicto 13. & Ioanne 23. Quorum nullus legitimus erat, cùm papa dubius pro nullo habeatur; quibus vel ſponte Apoſtoli- D ca cathedra ſedentibus, vel nolentibus decreto Conſtantii Concilii depoſitis, Martinus quintus ab eodem Concilio legitimus electus, motos diſſidiorum in Eccleſia fluctus ſua creatione ſedauit. 28. Prætereo ſimili ſilentio Ægidii Munionis canonici Barchinonenſis, dementes auſus, atque temerarios: qui defuncto Benedicto 13. pſeudopontifice, ſedem Apoſtolicam factioſis ſuorum aſſeclarum machinationibus inuadere præſumpſit, Clementis 8. nomen vſurpando. Qui tamen in ea ſceleris tanti luto non ſemper infixus hæſit, ſed pœnitentia ſalutari ſe ex illius ſordibus eripuit. 29. Denique de Amadei dicti Felicis, ſacrilega apoſtolicæ ſedis inuaſione verbum non amplius addam: quem Baſilienſis conciliabuli ſchiſmatici rebelles contra Eugenium quartum, legitimum cathedræ S. Petri poſſeſſorem, velut

24. Petri Corbarii contra Ioannem 22.

[a] Aluarus in proœmio de planctu Eccleſiæ.

25. Clementis aduerſus Vrbanum 6. an. 1378.

[b] Ex Platina in Vrbano 6.

26. Benedicti 13 aduerſus Bonifacium 9. legitimum pontificem anno 1394

27 Trium ſimul pontificum ſchiſma anno 1410.

Ex Platina.

28. Ægidii Munionis ſedis Apoſtolicæ inuaſoris an. 1424.

29. Felicis Amadei, contra Eugenium 4. Papam legitimum anno 1439 & 1440. Platina in Eugenio 4.

idolom aliquot principis Ecclesiastici, vel abominationem desolationis stantem in loco sancto, superbissimis, & irritis machinationibus erigere contéderũt. Hæc sunt beatissime pater, schismata præcipua, hæc horrenda antipaparum monstra, quæ ferales, ac exitiales diaboli machinæ, sicut hæreses habentur, quæ pestifera ipsius animarum ruinam, sanguinemque sine fine sitientis molimina sunt; quibus Apostolicam sedem, sanctissimã Ecclesiæ vniuersalis arcem, spiritualem Pontificis Romani Monarchiam à sedibus imis eruere, & in planum, cum insatiabili nocendi libidine sẽper effundere conatus est.

CAPVT VI.

Christus thronum imperii sui sedem Apostolicam, extra quam nulla salus, aduersus omnes hostium suæ gloriæ furores inuincibilem reddidit, in qua quid faciendum Rom. Pontifici, vt fideles secum beatiores efficiat.

1. *Christus D. sedis Apostolicæ, Monarchiæque sui vicarij ædificator, protector, & custos.*

2. *Extra Rom. Ecclesiam cathedraque Apostolica iurisdictionem nulla salus.*

3. *Quæ præstare debeat Rom. pontifex, vt sibi, fidelibus principibus ac populis maiorem felicitatem comparet.*



HVc huc istius, (Beatissime pater) ab omni tẽpore, furores immanissimi tetẽderũt, sed nequaquã irritoq. conato. Quare hoc? Quia Christus Dominus omnipotens, cuius insuperabili potestati nihil creatũ resistere potest; qui solus Rex regũ, & Dominus dominátiũ regnat in æternũ; huius sanctissimæ sedis, spiritualis Pontificis Romani Monarchiæ ædificator, custos, atque protector inexpugnabilis est. Cuius omnipotentiæ omnis siue mundi, siue inferni potestas opposita, palea est, vel adhuc quid illa minus. Nisi ipse Dominus Deus noster mundi saluator hanc sedem imperii sui pontificiã, Ecclesiasticamque Monarchiam custodiret, nequaquam illa tot, ac tantis hostium terribilium furoribus reluctari potuisset. Vnde S. Chrysostomus, [a] *Nisi, inquit, diuina quadam virtus effecisset, nequaquam hæc, Ecclesia videlicet, & eius potestas, principium, præludiumque accepissent. Sicut cum dixit Deus, germinet terra herbam foeni, & omnia mox hortus erat, & omnia pratum, terraque mandatum suscipiens infinitis ornabatur plantis: sic & nunc vbi dixit, ædificabo Ecclesiam meam, multa acceleratione facta est, etiam contra illam tyrannis se armantibus, & militibus arma mouentibus, & populis plus igne valido insanientibus, &c.* Nec sine mysterio regius propheta dixit.[b] *Nisi Dominus ædificauerit domum,*

Sine Christi D. adiutorio Ecclesia, sedesque Apostolica inferni, mundique potestatibus resistere non posset.

a Chrysost. l. in demonstratione quod Christus sit Deus.

b Psal. 126.

A *in vanum laborant qui ædificant eam. In qua*, ait S. Chrysostomus,[c] *in vanum laborassent omnes homines in Ecclesia ædificanda, nisi Dominus eam ædificasset.* Propterea Christus Dominus postquam dixit S. Petro,[d] *& super hanc petram*, scilicet super te, *ædificabo Ecclesiam meam*; protinus adiunxit: *& portæ inferi non præualebunt aduersus eam*, &c. Ipsa in hac miseriarum valle mergi quidem potest, quod hactenus furentibus persecutionum austris tyrannorumque contra eam turbinibus sæpissime contigit, submergi verò nunquam, oppugnari, sed non expugnari, quia in ea sedet clauum regiminis affixus & hærens, nunquam amittens, ac deserens, *cui venti, & mare obediunt.* Quo iubente, horribiles hostilium furorum tẽpestates omnes in ictu oculi franguntur, exasperataque nouis

B sæuientium conspirationũ procellis, à piorũ eius Ecclesiæ filiorum vita, fortunisque depulsa desolationis extremæ naufragia, in persecutorum hostium nefariorum capita maximo cum exitii fragore detonant, atque non inani murmure debacchantur.[e] *Confidite, ego vici mundum*, ait ipse Dominus. Quod fideles omnes in sanctissima illa beati Petri nauicola, ad suauissimum salutis æternæ portum nauigando bonis operibus pro velis, remisque contendentes, & anhelantes cordis auribus potius, quàm corporis attendentes, ad ipsum sacratissimę nauiculæ Dominum, patronumque confidenter cum regio propheta precando clamitant.[f] *Deus refugium nostrum, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Etenim non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.* Dicant hæc qui redempti

C sunt à Domino, Beatissime pater, & qui in gremio sanctissimæ matris Ecclesiæ, bona eos lætificante conscientia quiescentes, vestræ sanctitatis imperiis obedire gloriantur. Qui te spiritualem vniuersalis Ecclesiæ Monarcham, loco Christi Domini non hæsitando, sed verè credendo confitentur, & agnoscunt: agnoscentes, debito, idest summo, maximoque religiosissimi cultus honore venerantur. Quod in ea diuina cathedra omniũ fidelium pater spiritualis, moderator sublimis, rectorque Monarchicus, sub Christo Domino sedeas, atque regnes:[g] extra quam salus nulla subsistere valet. *Quæ*, vt cum magno[h] Cardinale loquar, *inter hæc tam profunda periclitantis mundi naufragosa discrimina, inter totimmanè patentes humana perditionis voragines, vnicus, & singularis salutis portus patet.* In qua superata hæreticarum, schismaticarum, aliarumque impietatum tẽpestate, Saluator noster ad omnes in ea strenuè militantes, misericordiæ, fortitudinisque suæ brachia simul, & manus, vt saluet eos, extendit.[i] His

D brachiis, manibusque diuinæ misericordiæ expansis summa illa, & vniuersalis Ecclesia, cui tu pro Christo visibili iurisdictione sanctissimè dominaris, omnem ambitum totius orbis amplectitur, & eos qui saluari appetunt, in suæ maternæ pietatis gremio confouet, suique virtute spõsi tuetur.[k] *Qui statuit procellam in auram*; cuius nutu luctantes venti, tempestatesque sonoræ tremefactæ siluerunt: vt fideles suos de ventre sponsæ suæ (in quo velut in sacratissima naui nauigando, ad portum cœlestis gloriæ militantes aspirant) clamantes ad se, cùm tribularentur, de omnibus suis necessitatibus erueret, & eos in portum voluntatis suæ lætissimè deduceret. *Propter quod*[l] *in sermone suo omnes silere fecit*

c Chrysost. in Psal. 126.

d Matth 16.

e Matth. 8. v. 24.

e Luc. 8.

f Psal. 45.

g S. Cypr. & Hieron. 2 Part. Extra Rom. Ecclesiam, cathedraque Apostolica iurisdictionem nulla salus.

h Petri Damiani ad coepiscopos suos Lateranensis Ecclesiæ.

i Petri Damiani ibid.

k Psal. 106.

Septuag. verso in. ole fortunata qua sunt in rot versato.

l Eccles. c. 43. v. 25.

A *ventos, & cogitatione placauit abyssum:* & in ea plãtauit insulas *νήσοις* secundùm versionem Septuaginta: sed quas insulas? Longè amœniores, pulchriores, fructuosioresque illis fortunatis, si te ipsa tales essent, quales fictis fabulis poëtæ memoriæ prodiderunt. Verè felices illæ fortunatæque cunctis spiritualibus, temporalibusque bonis affluentes insulæ sunt, regna, & imperia mundi vitalem fidei Christianæ, Catholicæque veritatis adepta spiritum, sedis Apostolicæ, vestræ pontificiæ benedictionis, inde gratiarum Christi Domini, charitatisque diuinos influsus assecuta. Quorum reges, atque principes cum populis, à Deo sibi creditis, salutari sedis Apostolicæ directioni, ac vestræ maiestatis regimini in spiritualibus, humiliter obedientiæ suæ, docilisque voluntatis meritoriè colla submittunt. Quorum salus cùm in te vno super omnes animarum rectores piè, sapienterque Christi regnum in hoc mortalis vitæ campo moderante inclinata recumbat, vt eos tecum cœlestibus donis, Christique Domini benedictionibus beatiores efficias, 1. Attende solerter ad supremi tui spiritualibus imperij, dignitatisque super omnes alias huius mundi, qua refulges summæ fastigium; vt virtutibus magnis ad illud necessariis, quæ in te sunt, addas incrementum 2. Temporalis gloriæ vento citius auolantis, ac fumo per aëra ludente celerius euanescentis exiguam in terra moram, vanitatemque considera, vt in te maioris modestiæ, & humilitatis, in summo principatu securitatem, meritumque cõsequaris 3. Difficilis, arduæ, periculosæque prouinciæ, qua celsitudo pontificiæ Monarchiæ duriter vestræ sanctitatis humeros onerauit, recordatio nunquam memoriam vestræ maiestatis, animumque prætereuolet: vt inter blandientes excelsæ dignitatis illecebras, inter principatus supremi fulgores, fragilitatis humanæ conscius, assiduis ad Dominum, cuius vicarius es, votis, precibusque conuertaris. Quibus misericorditer incitatus, in tantis te difficultatibus saluandi tibi creditas animas adiuuet, & adiuuando cunctis superiorem hostibus suis efficere, superque omnes mundi huius aduersitates exaltare dignetur. Et quamuis dum genus hominum, dum terrarum orbis extabit, dum ipsa denique Christi Domini sponsa militabit in terris, (militabit autem victrix semper, vsque ad consummationem seculi) spiritalis decor, dignitasque maiestatis pontificiæ Monarchica, cum inuiolabili fidelium omnium reuerentia permansura sit, furentibus vndequaque licet dæmoniorum potestatibus, & ipsis seruentiũ hominum perditorum conatibus immanibus, D valde sacrilegis. Alta nihilominus qua polles mẽte meditare: hanc celsissimam principatus Ecclesiastici dignitatem sibi non fore perpetuam, sed breuiori, quàm boni omnes exoptarent, decursu tẽporis à te lethi naturalis interuentu recessuram. Vt hac meditatione tanquam diuino cibo refectus, tuam, fideliumque populorum salutem in sapienter obeundo tam arduo pastoris œcumenici munere, cum tremore salutari operari, per quo bona opera certam vestram ad æternas regni cœlestis amœnitates euectionem facere contendas.

3. Pars. *Quid faciendum Rom. Pontifici, vt se, omnesque Principes, ac populos Christianos beatiores efficiat.*

1.

2.

3.

Et ita agnoscant omnes purissimis virtutum maximarum, quæ in te fulgent, actionibus, verè te esse (qualis vt esset, Eugenium Papam diuinus abbas hortabatur) [a] *Formam iustitiæ, sanctimoniæ speculum, pietatis exemplar, assertorem veritatis, fidei defensorem, doctorem gentium, Christianorum ducem, amicum sponsi, sponsæ paranymphum, cleri ordinatorem, pastorem plebium, magistrum insipientium, refugium oppressorum, pauperum aduocatum,* B *miserorum spem, tutorem pupillorum, iudicem viduarum, oculum cæcorum, linguam mutorum, baculum senum, vltorem scelerum, malorum metum, bonorum gloriam potentum, malleum tyrannorum, regum patrem, legum moderatorem, canonum dispensatorem, orbis terræ lumen, sacerdotem altissimi, vicarium Christi, Christum Domini:* & vt vno verbo cætera comprehendam, dignissimum, sanctissimumque sub Christo Domino, vniuersalis Ecclesiæ, Monarcham. His sanctissimarum virtutum gradibus ad summi meriti, quod felicitas in cœlo maxima præstolatur, Christi regum Regis (cuius in Apostolica sede vices exerces) benedictionibus, gratiisq. prouectus apicẽ, Pater beatissime, factus. [b] *Iustus Domini, quasi leo confidẽs, absque terrore,* cõ- C tra omnes diabolicos insultus, & impetus omniũ inferni mancipiorum ferinos, victor de cunctis Dei triumphans hostibus, in summa tranquillitate, & honore, cum tuta Christianarum omniũ salute regnabis: [c] *Et sicut leo in occursum bestiarum ideo non trepidat, quia præualere se omnibus non ignorat.* Sic tu propter summam Christi iustitiam, quæ in te virtutes omnes vitæ perpetuæ procuratrices amplectitur, Leoni non cuilibet, sed victori, de tribu Iuda similis: cum contra te, Ecclesiamque Christi Domini, quam sub illius authoritate gubernas, quoslibet Antichristi præcursores, infernique milites surgere conspicies, ad mentis tuæ confidentiam, spemque diuini auxilij recdeundo non expauesces. Quod mystici Leonis illius de tribu Iuda virtute omnes aduersantes Pontificiæ maiestati superaturum te certo scias: imò confidens in illo dominantium Domino sicut, *mons Sion, nullo modo commoueberis*, tanta D cum firmitate de cœlesti præsidio securus, vt te,

[d] *Si fractus illabatur orbis,*
Impauidum ferient ruinæ.

a S. Bernard. l. 4. de consi. in fide.

b Prouerb. 28

c S. Greg. in c. 39. Iob.

d Horat.



PARAENESIS PANEgyrica ad Regem Christianissimum LVDOVICVM *decimum tertium, in quatuor partita capita.*

Quod est VII. huius libri.

CAPVT I.

Speciosa spiritus sancti charismata Regi Christianissimo diuina miseratione collata, ad sublimes ipsum, Christianasque virtutes in genere, & singulariter ad salutarem Christi Domini sapientiam, bonorum principum nutricem, & tam vitiorum, quàm calamitatum, ab illis nascentium expultricem efficaciter inflammant.

1. *Multiplicia Dei beneficia, gratiaeque singulares, quibus à Deo cumulatus est, Regem ad heroicas Christianas maiorum virtutes, pro Ecclesia, ac sedis Apostolicæ defensione potenter hortantur.*
2. *Super omnia Rex veram sapientiam postulet à Deo, vt bene sit sibi, & populo.*
3. *In quibus præcipuè salutaris principis Christiani sapientia consistit.*
4. *Quæ bona ab imitatione Christi Domini scaturiunt, in quibus salutaris Regis Christiani sapientia maximè refulget.*

Principes Christiani quò maiora à Deo merita, donaque perceperunt, eò illi purius, sanctiusque seruire, eiusq. Ecclesiam defendere tenentur.



I qod maiora sunt beneficia Dei, quibus principes Christiani super alios locupletati affluenter abundant, eò magis seruire Deo, eiusque regnum in terris, quod est Ecclesia, quacumque ratione possunt defendere teneantur. Quantis obligationum plurimarum nexibus famulari Deo Christo Domino, necnon eius Ecclesiam, vicariumqoe in ea sanctissimè dominantem, qua vales virtute, viriumque regiarum robore tutari, suauiter obstringeris? (LVDOVICE REX maxime, atq. Christianissime.) Qui tot maximorum beneficiorum, gratiarumque singularium multitudine, super omnes fideles mundi principes, ab ipso Deo cumulatus ornaris? In quibus non copiosè cõmemorandis (qoæ enim hoc perfecti oratoris posset vox, & eloquiom?) sed solùm delibandis leuiter, vt te ad hoc summum meriti, pietatisque maximæ fastigium oratione modesta, votisque compellam: mihi Hester reginæ illa Deo supplicatio piè, deuotéque, fundenda venit.[a] *Recordare mei Domine, omnipotentatus dominans, & da sermonem rectum in os meum: vt placeant verba mea, in conspectu principis.* Quamuis enim, vt cum Seneca[b] patre loquar, *eos qui apud te audent dicere,* vestræ maiesta-

a Hester c. 14 in principio.

b Seneca pater controuers. 8.

A tis, *ignorare magnitudinem* non inficier; sic contra *qui non audent, humilitatem,* tuæque excessum benignitatis, omnino nescire fateri cõpellor. Certè ex amplissimis donis, muneribusque, quæ miseratio diuina dignata est in te transfundere, hæc minimè sunt gradu postremo locanda, 1. quod scilicet à tot, ac tantis illustrissimis principibus, Regibusque, heroica, Christianaque virtute prę- 1.
stantissimis editus, huius vitæ lucem, spiritum- 2.
que feliciter hauseris: 2. quod tot naturæ donis, melioribusque gratiatum, supra naturæ facultates ascendentium, charismatis insignitus hactenus coruscando vixeris. 3. Quod puer, vel infans 3.
porios regni Christianissimi super omnia regna mundi thronum, sicut pacatissimè, sic gloriosissimè conscenderis: & in ipsis prope cunis,[c] vt alter Honorios imperator, regalibus refulgens honoribus, trophæisque præcinctus imbtaribus im-
B perauetis. 4. Quod tristissimas lacrymas, dolo- 4.
resque maximos, quibus nefandissima patris tui HENRICI MAGNI, atque ipsios inferni manibus horrore sceleris stupenda trocidatio, omnes Gallos fideles, maiestatis vestræ subditos exanimauerat prope consternatos, & interemerat, aduentu tuo, ascensuque ad regale solium siccaueris, absterseris, penitusque cõpresseris. 5. Quod 5.
omoes regni Christianissimi pios, Catholicosque populos sacra tua, cœlestique inaoguratione mira, & immensa iucunditate perfuderis. 6. Quod 6.
à prima adolescentia valde iuuenis, vir citò factus vxorius, castitate, vt alter Constantinus[d] Magnus, maritali conspicuus, coniugem virginẽ, corpore, animoqoe formosissimam, summis atauis editam Regibus, imperatorumque maximorum cretam sangoine, dante, monstranteque Christo Domino Deo repereris, cum spe non
C vana generosæ prolis eiusdem Christi Domini virtute, intra temporis augusta spatia, pro salute Christianissimi populi, gentisque generosissimæ nasciturę. 7. Quod turbatas regni tui res tam ci- 7.
tò benedictione cœlesti sedaueris, motosq. dissentionom fluctus, veluti æquora tumida dicto ci-
tiùs singulari regis tui Christi gratia placaoeris, 8. 8.
quod aduersus Deo, tuęque maiestati rebelles, capitales Catholicæ religionis hostes, hæretica peste contaminatos, bello prospere fulminaoeris, victorque subactos per populos dans iura vt salui fiant, amplissimam tibi viam sd cœlestium regnorum lauros æternas miseratione diuina reseraueris.

Aliquot à Deo data Ludouico 13 beneficia amplissima commemorantur.

c Claudianus de 3 consulatu Honorii.

d In panegy. Gallicani.

Quæ quidem omnia cum pluribus aliis, quæ merus longioris sermonis reticere iobet benefi-
D cia, te (princeps Christianissime) non mediocriter inflammare debent: vt tam memorabilia æternis digna pręconiis, maiorum tuorum, Regũ Christianissimorum, imperatorumque facta pro Christianæ religionis, & Ecclesiæ Romanæ defensione suscepta, non minus effectibus, quàm affectibus gloriosus æmulator amplectaris. Qui sicut[e] lilia à serpentum morsibus,[f] venenatisqoe vermium puncturis sanant, taliumque potrida corrosione fœdatis sua virtute medentur, sic illi liliorum pro stemmate floribus nobilitati, Ecclesiam Dei, populosque sibi creditos, ab omni serpentina hæreticorum, schismaticorum, aliorumque Christianæ religionis hostium impietatis, ac erroneæ doctrinæ vermibus, vndequaque scatentium contagione liberarunt. Quorum gloriosis, ac meritoriis piè, generoséque pro Christi

Admonitio ad Regem, vt pro virtute, quam monarchia defensione suorum maiorum heroica facta amuletur pura intentione et effectu ad Deum.

e Plin. l. 21. c. 19.

f Auicennas, & Dioscor.

gloria, pro eius sponsæ salute præliando vestigiis vt semper insistas, ipsum Christum Dominum sua tibi data beneficia commemorantem, iisque plura adhuc, quæ largiturus est tui cordis auribus insinuantem deuotus audire, docilisque percipere debes, sicut quondam vt id faceret, Magnum Theodosium [a] sanctus Ambrosius hortabatur. Quæ cùm præstiteris dabis operam, & quidem sinceram, vt te semper bonæ voluntatis, intentionisque puræ ad Dei gloriam & honorem rectitudo conuertat, liliorũ virtutis imitator. Quæ in altum se non alio tramite recto subleuant, & efferunt, vt iusto Dei verè assimilari merearis. De quo propheta cecinit. [b] *Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum.* Hæc mentis puræ, ac intentionis ad Deum rectæ, in omnibus factis, & operibus regiis eleuatio maxima est in principe virtus: quæ illum, populosque eius, benedictionibus diuinis affatim perfundit, perfusosq. prosperitatibus in terra, postea regnaturos in cœlo gloriosè cumulat. Longè illis populis beatiores rerum publicarum harum, [c] *quas tum demum beatas* Plato iudicabat, *in qua philosophi regerent, aut qui regerent omnem suam operam in sapientiæ studio collocarent.* Tunc enim memorabiles illæ sanctarum scripturarum sententiæ, de diuinis spiritus sancti fontibus expressæ, in tanto principe completæ prædicantur. [d] *Rex sapiens dissipat impios.* [e] *Rex iustus erigit terram.* [f] *Beata terra, cuius Rex nobilis est.* Sed qualiter nobilis? Stirpe, sed sanctitate magis, sanguine regio, sed plus pietatis Christianæ merito! Longa illustrium, heroicorumque propagatione maiorum, sed auctiùs adhoc religiosa Catholicarum operatione virtutum! Inde, [g] *Rex sapiens stabilimentum populi.* Sicut è contrario. [h] *Rex insipiens perdet populum suum.*

Rex vt sibi tacitè Christum sua commemorantem beneficia deuotus audiat admonetur.
a S. Ambros. Theodosiu M epist 20.
Recta principis ad Deum intentio in omnibus suis operibus lilio similis.
b Oseæ a. 14
Hinc Regum, populorumque prosperitas.
c Cicero ad Quintum fratrem.
d Prouerb. c. 20.
e Prouerb. c. 29.
f Ecclesiast. c. 10.
g Sap. c. 6.
h Ecclesiast. c. 10.

Vt ad felicitatem regni tui pleniorem mentis tuæ perfectiua ad Deum fiat eleuatio, puriorisq. intentionis ad illius gloriam, sponsæque venerationem sursum rectitudo feratur: ex amplissimis Christiani principis ornamentis sapientia non mundi, sed Christi tibi omnino necessaria est. Quã ab ipso gloriæ Domino summa cum deuotione, humilitate, vitæque puritate flagitabis: quã illius ductu perfectè quæres, vt sic quæsitam feliciter inuenias, quæ tecum sit semper, tecumque prospere laboret: quam cæteræ virtutes regiæ in te facilè postea consequentur. Illam porro veram salutaremque Christi Domini sapientiam, tum demum menti tuæ præsidere certo tibi persuadeas, cùm in animum tuum induxeris, supremam illam potestatem, regiamque dignitatem, qua circa temporalia refulges ab ipso dominantium Domino, velut à primo fonte deriuari, & ita deriuatam in illius honorem, gloriamque transfundi debere. Sicut omnium Regum quondam sapientissimus se ab ipso Deo Regem super omnem Israël his verbis ingenuè confessus est. [i] *Tu fecisti cum David patre meo misericordiam magnam, & constituisti me Regem pro eo.* Quod si quædam sint nationes, quæ super se Regem constituant, iure hæreditatis vel non seruato, vel à priuatione prolis regiæ, deficiente, nihilominus id ipsum eas facere sine nutu Dei, ac prouidentia eius sapiente, *à fine ad finem vsque fortiter attingente, omniaque suauiter disponente*, planè negamus. Cùm hoc Dei præceptum filiis Israël in veteri lege factum nobis suffragari videamus. [k] *Eum constitues*

2. Pars. Super omnia Rex veram sapientiam à Deo postulare debet vt bene sit illi, & populo suo.
i 2. Paral. c. 1.
Sap 8.
k Deut. c. 17.

A *super te Regem, quem Dominus Deus tuus elegerit, de numero fratrum tuorum.* [l] *Cùm omnis potestas sit à Deo, quæ autem sunt à Deo ordinata sunt*: vnde concludit Apostolus eum potestati, non tyrannicæ, & iniquæ, quæ à diabolo est, sed veræ, iustæque, Dei ordinationi resistere. [m] Vnde *fiunt omnia in mare vnde exierunt flumina reuertuntur*, ita tu quandiu omnem tuam potentiam, imperiumque in Deum à quo deriuatur magna deuotione trãsfundes, te tuosque subditos felicitate maxima fœcundabis. Odorifero liliorum flori, quàm similis esse percupias, qui omne quod habet odoris, candoris, seu cuiuscomque virtutis, illud omne in altum erigere contendit: sic tu, Rex Christianissime, quidquid virtutis, potentiæ, virium, gratiæ, dignitatis, authoritatis, facultatis, B & in imperio roboris à Deo Christo Iesu misericorditer accepisti: totum hoc in eius gloriam, & honorem in Ecclesiæ sponsæ ipsius immaculatæ defensionem, & exaltationem, in Monarchicam œcumenici pastoris fidelium omnium quoad spiritualia principis, Christi Domini in terra vicarii maiestatem ab omni hostium furore, & oppressione vindicandam, pro tua, & subditorum prosperitate maiori, conuertere generosè, plenaque religiosi cordis effusione transferre memento. Hoc faciet in te Saluatoris illa verè regia sapientia, non immeritò à Diuo Bernardo, [n] *sapida scientia* cognominata, quod veram Dei cognitionem, amoremque complectatur: rectè per aurum liliorum in scuto Regis Christianissimi impressorum repræsentata, propter puritatẽ summam, eximiumque fulgorem, quæ præ cæteris metallis C in auro refulgent. Vnde aurum ab aura, idest à splendore Sanctus Isidorus dici [o] putat, quod repercusso aëre plus fulgeat, rutilet, atque splendescat. Sed hæc similitudo auri, cum sapientia leuiter tantùm ipsius virtutis [p] splendores æternos, atque pulchritudinem ostendit, cùm aurũ multò sapientia vilius sit, quod in eius comparatione: [q] *arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius: quæ melior est in principe quam vires, sicut vir prudens, quàm fortis.* Quis enim in antiquitatis lectione minimè peregrinãtium nescit, vires, robur corporis, nec non opum potentiam temeritate sua nonnunquam vrbes opulentissimas, respublicas, regna etiam ipsa florentissima, fortissima, populis, belloque superba perdidisse: sapientia verò & in rebus agendis prudentia plurimos principes non modo prisca conseruauisse, sed etiam noua sibi regna peperisse? Et sicut, vt supra, cum propheta, [r] notauimus, *Rex insipiens perdet populum*, sic contra sapiẽs procul dubio saluabit, *& per sensum prudentium* D *sapientiumque ciuitates pacificè, atque feliciter inhabitabuntur.* Quàm verè sapiens propheta meliorem puerum pauperem, & sapientem Rege sene, & stulto, in posterum præuidere nesciente asseuerantes affirmauit? Nec sine causa idem ipse Rex sapientissimus olim. [s] *Verba sapientium plus in silentio, quàm clamorem principis inter stultos audiri nunciauit*: & ipsam sapientiam meliorem, fortioremque, quàm arma bellica iudicauit. Quæ propterea omnes principes, pro sua, pro populorũ salute, vt ad se salutaria percepturi citò veniant, seque ipsam colant, verbis his compellat amicis. [t] *Ad vos ô Reges, sunt sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excedatis.* Et paulo post huius imitationis, & exhortationis salutarem rationem

l Rom. c. 13.
m Eccles. 1.
Floris liliorũ similitudo est Rege Gallia.
n S Bernard.
Sapientia Regis Christianiss. per aurum repræsentata.
o S Isid. l 16. etymol. c. 17.
p Sap. cap. 7.
q Sap. 6.
r Eccles. c. 10.
Eccles c. 4.
s Eccles. 2. 9.
t Sap. c. 6.

a Sap. 6.

subiungẽs ait.[a] *Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum, & Rex sapiens stabilimentum populi est.* His dictis ita concludens.[b] *Ergo accipite disciplinam per sermones meos, & proderit vobis.*

b Ibid.

3 Pars. In quibus præcipuè sapientia principis Christiani consistat.

Sed quibus in rebus præcipuè hæc maxima principis Christiani virtus adeo tibi, tuique similibus salutaris, & honorifica consistat, te decet agnoscere: & hoc scire tuæ, ac populi, cui secundùm Deum dominaris saluti, valde conducit. Ego autem huius salutaris sapientię pulchritudines admirabiles in Christi Domini Regis æterni omniũ terræ Regum principis imitatione maximè fulgescere, & tenebris erroris omnisque stultitiæ fugatis inclarescere iudico. Vt sicut Christus Dominus venit in mundum, non sibi, sed hominibus, vt saluaret eos, iuxta illud Zachariæ prophetæ.[c] *Exulta filia Siõ, ecce Rex tuus veniet tibi mansuetus.* Ita Rex Catholicus sui principis Christi factis nõ minus quã affectibus æmulator, opere, req. ipsa profiteri debet, se nõ sui causa, sed crediti populi à Deo summo omniũ principe, Regem esse constitutum, qui non tam sua, quàm Christi in rectè dominando quæreret, ne peruersæ voluntatis inclinatione, in iniustam tyrannidis acerbitatem propendere videretur. Cùm teste etiam ethnico philosopho,[d] Tyrannus in hoc à Rege vero differat, quod hic omnia quæ meditatur loquitur, & operatur ad salutem populorum, vtilitatesque publicas referre soleat: ille verò non habens conscientiam, iustitiæ persecutor, & osor, omnia salute subditorũ neglecta, vtilitate reipublicæ prostituta, in suas priuatas commoditates, ad explendas libidines, perturbato omnis pietatis, atque æquitatis statu transfundere. Tres sunt virtutes præter cæteras principum, Christi Domini in rectè regendo vestigia sequentium cordi vehemẽter arridentes, quas in boni principis Ezechiæ altis radicibus animo sedem locaturas Esaias agnouit, cum dixit.[e] *Præparabitur in misericordia solium, & sedebit super illud in veritate, iudicans, & quærens iudicium, & velociter reddens quod iustum est.* Pretiosum Regis optimi munus, & officium, æternis remunerandum præmiis est, ad imitationẽ Christi, cœli cum terra regnatoris, pauperes omni præsidio destitutos ab omnibus potentiorum, & iniquorum tyrannorum oppressionibus defensos eripere. Ad hoc venit Christus in mundum, vt regius propheta toto pene psalmo trigesimo primo copiosè declarat, has in principio preces mysticas, & vota fundendo.[f] *Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis.* Ad quid hoc? *Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.* Hoc qui facit non cum summis viris cõparo, sed simillimum filio Dei Christo Domino, Regum Regi iudico, qui veniens in mundum, vt ipse propheta vaticinando prædixit.[g] *Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.*[h] *Propterea orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna.* Quid præterea?[i] *Et adorabunt eum omnes Reges terræ: omnes gentes seruient ei.* Quare hoc?[k] *Quia liberauit pauperem à potente: & pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi, & inopi, & animas pauperum saluas faciet* &c. Hoc verè regnare est in afflictis, oppressisque pauperibus opitulando Christum sequi. Hoc prospere, & sapienter præesse populis, inconcussa iustè dominantis potentiæ radice Christo Regum Regi, per veram imitationem firmiter adhærere: secus principes cum

Pulchritudo sapientiæ regia nobilior in Christi D. imitatione resplendet.

c Zachar. c. 9. v. 9.

Reges non sui, sed populorum causa constituti à Deo.

d Arist. l. 8. ethic.

Quantum tyrannus à bono principe differt.

e Esaiæ c. 16. v. 5.

Officium præcipuum optimi Regis instar Christi est pauperes à potentibus oppressoribus liberare.

f Psal. 71 v. 1.

g Ibid. v. 4.

h Ibid. v. 7. 8.

i Ibid. v. 11.

k Ibid. v. 12 & 13.

populis lapsu grauiore ruent.[l] *Sicut paxillus nisi bene fixus firmiter alicui fortiori adhæreat, omne quod in eo pendet, citò dilabitur, & ipse solutus à rigore suæ firmitatis cum oneribus ad terram decidet: Sic & princeps nisi suo conditori, redemptorique pertinaciter adhæserit, ipse, & omnes qui ei consentit citò deperit.* Ex hac singulari, perfectaque Christi Domini imitatione, in quo mirabilis, & valde meritorius regiæ sapientiæ fulgor maximè relucet, & irradiat, quamplurima bona deriuantur, in quibus salutaris huius sapientię non leuiter impressa vestigia refulgent. Quale illud est: sic piè, sapienter, religiosè Regnũ temporale moderari, vt per illud princeps Catholicus ad æterni regni consecutionem viam sibi, populisque sternat, & aditus omni vanæ spei fallacitate remota patefaciat. 2. Quale illud sapientiæ regiæ specimen, sic suis affectibus, ac passionibus in magno principatu frænos inicere, vt princeps velut in conspectu Dei, regni clauum, habenasque gubernans, semper in regendo pauidus, omnia sibi licere non putet, sed quæ iura dictant, & quæ Dei omnipotentis imperia mandant. 3. Quàm porro speciosus ille sapiẽtiæ in principe salutaris effectus, cùm illius virtutis illustratus irradiatione delectum sumit fidelium seruorum, prudentum consiliariorum, qui fideliter in omnibus sibi seruiant, & pro sua, populique salute, sana, rectaque consilia largiantur: contra verò malos, & inutiles aulicos tanquam fucos, ignauum pecus, à familiaritate sua, suauique regiæ benignitatis aspectu longe remoueat, & arceat. 4. Sed nunquid illud exiguum leueque, huius sapientiæ regiæ opus esse credimus, cùm Rex Christianus, hac virtute duce, magistraque directus, & edoctus in operibus suis, in amorem suum, familiaritatemque viros eò libentius admittit, quò meliores, nobiliores, virtutibus clariorẽs agnoscit? Hoc quid aliud est, quàm instar Christi, inter lilia depasci, atque cõuersari? De quo in canticis sponsa.[m] *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia*, puras scilicet, & sanctas animas, integras vitæ, ab omni vitii macula liberas, cum quibus ludit, & cum illis commorari deliciæ eius sunt. De quo iterum in eandem sententiam sponsa.[n] *Dilectus meus descendit in hortum suum, vt ibi pascatur, & lilia colligat.* Sed præterea insignem probitate, valde Deo gratum, magni meriti, tum demum princeps supremus, nulli Christiana pietate secundus, actum sapientiæ huius sibi, ac populis admodum salutaris exercere censetur: dum magistratibus, consultoribus sui sanctioris, & augustioris consilii, dum patribus parlamentorum sui regni conscriptis non voce per aulicos ministros, seu iussu præit, quid iudicare, atque decernere debeant, sed liberam eis omnia, ex præscripto legum conscientiæque libramento decidendi, atque iuridicè definiendi potestatem facit, atque largitur. Sic tamen vt ea solummodo, quę fori secularis sunt, attingant, & quæ sunt Cæsaris iudicent, quæ verò throni sunt altioris, Dei nempe, ab eius ministris, in spiritualibus, Ecclesiasticis iudicibus definiri, terminarique sopita lite patiatur. 6. Neue permittat vnquam præcipua regni sui negotia per vnum aut alterum de aulicis prospero ad tẽpus regiæ beneuolentiæ, familiaritatisque statu fruentibus, persæpe principis sui fauore in reipublicæ perniciem nimis insolenter abutentibus administrari, atque gubernari. 7. Sed summus

l Ex S. Cypriano l. 12. abusuum.

4. Pars. Quæ bona sequuntur ab imitatione Christi, in quibus maximè consistit, ac relucet salutaris Catholici Regis sapientia.

2.

3.

4.

m Cant. c. 2.

n Ibid.

5.

Seculares magistratus quæ Ecclesiæ sunt cognoscere princeps sapiens non patiatur.

6.

7.

sapientiæ huios apex in eo maximè coosistere videtur, vt super omnia Christianus princeps, atque Rex orthodoxæ sanctitatis professione clarus, Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ defensionem, cootra omnes bostes sapieoter, religiosè, fortiterque, procuret; dum spoosum eius Christum imitari conatur: patris insuper sāctissimi, in ea loco Christi præsidentis, gloriam, bonorem, Monarchicam dignitatem, coutra rabidos omnes inimicorum conatus, machinaoonesque oefandas, omnibus suis viribus, atque propugnaculis imperii tueatur. Hi sunt, Rex Christianissime, viui sapientiæ salutaris in summo principe colores, hi veri cœlestis intelligentiæ à Christi Regum terræ principis imitatione profectæ splendores: qoibus princeps speciosè decoratùs, Christum Dominum in terris perfectè repræsentat, cum illo gloriosè regnat, feliciterque triūpbat. His te diuinis salutaris, & Christianæ sapientię fulgoribus meritoriè coroscantem conspicientes exultatione deoota gestientes magnopere lætamur: & lętantes abunde consolati Deo, qui te his tantæ virtutis ornamentis insigniuit, ingentes, quas animus capere potest, gratias agimus, atque vt in dies his clariùs, sanctiùsque refulgeas, vota verbis ipsis, cogitationibusqoe maiora, de intimis puri cordis affectibos educta facimus. Vt iure optimo Rex sapiens Christum secolorum omniom Regem, conctarum virtutum, sicur Angelorum, hominumque Domioom efficaci imitatione sequendo oominetis, & re ipsa sis, operibus bonis exequēdo; quod insignia, nomenque Christiani Regis ostendunt. Reges quippe sic propterea sunt appellati, quod rectè agant, & alios bene viuendo regant. Ideo aiebat sanctus Isidorus, *rectè faciendo regis nomen tenetur, & peccando amittitur.* His diuinæ, atque Christianæ sapientiæ radus splendidè circomfusus, & illuminatus, gloriosior carnalium passionum, vitinrumque domitor euades, vt perfectior, & nobilior, postea populorum rector habearis. Quoniam ex sancto Gregorio, [a] *summus tunc locus bene regitur, cum is qui præest vitiis potiùs, quàm fratribus dominatur.* Et præclarè hæc à sortis ethnicę philosopho principibus mūdi suggeruntur. [b] *Si vis omnia tibi subijcere, subijce te rationi, multos reges, si te ratio regat.* At qoid ego dicam, non pagano principi loquens, sed Christianissimo Regi? Meritò cumolatiùs adiungam: Si vis temporalia tibi bona ad æternarum consecutionem diuitiarum subiicere, subiice te diuinæ sapientiæ, quæ sola salutaris est pacata, atque pudica: oon mundanæ, quæ lasciua est, atque turbulenta. Multos reges, & regendo saluabis, si te non humana solùm ratio, sed diuina Christi Domini gratia regat. Cuius robore septus, irradiatione illominatus, sancto inflammatus ardore, nihil metues, nec praua cupies vnquam, nec vlla circa cor, relegata omni sab aditu pectoris iræ libidioe, sanguinis ebulitione flagrabis; nec vllum in summo principatu seruitii iugum, regnante peccato patieris; nec vllas tolerabis iniquas interius leges, sed omnia iure tenebis, cùm hac diuina virtute cœperis Rex esse tui. Hoc modo sedatis, & edomitis omnium perturbationum, affectuumque terrestrium iactationibus in corde tuo, tranquilla, iusta, beata per cunctos fideles, regni Christianissimi populos dominatione regnabis: semperque.

Votum pro Rege Christianissimo.

S. Isid. in etymolog.

Rex verus prius domitor esse debet vitiorum, quàm rector populorum.

a S. Greg. in morali.

b Seneca.

Instructio ad Regem pro conclusione.

Claudianus.

A

B

C

D

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit
Occurret, mentemque reget respectus honesti.

CAPVT II.

Cap. VIII.

In quo, speciali discursu, de sanctis, heroicisque virtutibus diuinæ sapientiæ comitibus agitur, quibus Regis Christianissimi maiestas tanquam lapillis pretiosissimis rutilare debet.

Quæ sunt 1. Catholica religio. 2. Iustitia. 3. Fortitudo. 4. Benignitas, seu clemens affabilitas. 5. Humilitas; præter Charitatem, de qua capite 3. huius parænesis in principio.



SED quæ te, Rex Christianissime, ad gloriosam diabolicarum virium domitricem huius diuinæ sapientiæ lauro præcinctum immortalis honoris arcem feliciter euehant, veluti spiritu[a]les quidam grados, scalæqoe mysticæ, virtutes inter alias maximæ sunt, atque pulcherrimæ? Qoibus animom regium, pectusqoe tuum pleniùs, atque perfectiùs, quàm priuatarum personarum ornatum esse iuuat? Vt secundum cor Dei fidelibus populis iura dando, & ad illius voluntatis nutum iustè, mansuetè, sapienterqoe regnando prospere viuas: & ita iam delicias, & amœnitates diuinæ in cœlo felicitatis æternas, adbuc in terra superstes auspicari videaris? Atqoe ex amplissimis animarum fidelium ornamentis, quæ Christianæ virtutes appellantur, illa fidelibus principibus populos Christianos, bene, beatéque regere volentibus omoino necessaria est; nempe fides recta, Christianissima pietas, Catholicaque religio. Cuios odores suauissimos, vt Christianissimum principem decet, quocumque se vertat Gallici cœli facies, bonæ famæ, vitæque purę vitiorum expertis afflatu spergere, & exhalare debes, instar lilii fragrantes, & amœnos intus, & extra odores efflantis. Vt in tanti fragranoam odoris, ad Christi Domini cultum, tui post te populi currant: & infideles hæretici, schismatici, obstinatę malitiæ vetustate corroborati, ab errorum suorum fœtoribus auertaotur. Hoius pietatis Catholicæ, fideique cœlestis intelligentia practica mirabiliter antiquissimos maiores tuos, primos Franciæ Reges instructos fuisse, & imbutos veteres [c] rerum regni tui scriptores noo sunt obliti memorię prōdere. Mysterium coloris saphirici cæruleique reserantes, & euoluentes, quo scutum regium de cœlo missum aurea lilia diuinitus impressa sibi portans, ostento mirabili hactenus inuiso refulsit. Cuius splendore coloris, eximię pietatis Christianæ, fideique Catholicæ, qoę in Regibus Francorum rutilare consueuerunt, proprietates expressæ notabantur. 1. Sicut enim saphirus cœlo cum serenum est assimilatur; ita religio Christi Domini munda, & immaculata Christianissimum Francorum regnum cœlo sereoo simile pacatum, quietum-

1. Religio, seu Catholica fides in principe pura esse debet, vt feliciter, sapienterque populis dominetur.

c Thegaaua & alii prisci annalistæ Gallorum.

1. Saphirini, ac cærulei coloris comparatione cum Catholica religione, atque fide.

que reddidit. Ipsa maximam Regis Christianissimi potentiam, quæ nullo hostium ferro conuelli potuit, quandiu inuiolata viguit, in illo augustissimam præ cunctis aliorum Regum dignitatibus effecit. 2. Saphirus castos moribus nitidos eum portantes efformat: si huius lapidis pretiosi virtutes indagantibus scrutantibusque sit adhibenda fides: ita secundùm rei veritatem Christiana religio, Catholica fides, animo corporeque castos similes Angelis, cœli cupidos, velut magnificas omnipotẽtis ædes architectatur. Nec incongruè illud prophetæ de Rege Francorum præter alios explicari poterit. [a] *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphiris.* Scilicet in summa fidei puritate, atq. immaculata religionis Catholicæ sãctitate per saphiros mysticè repræsentatæ, in te Rege sponsæ meæ futuræ filio primogenito, pietatis meæ stabilitatem inter omnes rerum humanarum, instabiles mutationes, caducasque firmabo. Hanc ideo princeps Catholica religione gloriosissimè vt diuinum illud oraculum in te ipso velociter adimpleatur, inter inconstantis, atque labentis mundi huius volubiles, fragilesque varietates ipsius Catholicæ religionis, quam à maioribus tuis hæreditariam felicioribus auspiciis accepisti, firmitatem, stabilitatemq. custodia inuiolabili seruato. Quod vt præstes, te his quibus Agapetus diconus Iustinianum Magnum, verbis affabor. [b] *Circulus quidã humanarum euoluitur rerum, qui modo sic, modo aliter agitat ipsas, & circumfert, atque in his inæqualitas est, eo quod nihil ex præsentibus in eodem statu maneat. Oportet igitur te potentissime, & Christianissime Rex in hac rerum vniuersali mutatione immutabilem habere pietatis cogitationem &c.* Et præterea operationem immaculatam, cum omnis virtutis Christianæ laus in actione consistat, doceatque Christiana religio, non cognoscere alta cœli mysteria solum, nec tantùm audire mandata Dei, sed custodire, & facere, à quo fons viuus diuinæ beatitudinis emanat: iuxta illud nostri Redemptoris oraculum, [c] *Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Et aliud Apostoli. [d] *Non auditores, sed factores iustificabuntur. Hac pietate, religioneque Christi Domini, quam fidelium cordibus infeuit,* [e] *cùm nihil sit in rebus humanis præstantius,* dubitabit Catholicorum aliquis, *eam summa vi oportere defendi?* Hanc ideo tu, ô princeps Ecclesię Dei primogenite, omni studio, omni animi contentione, virium regiarum conatu, imperiique tui robore religionem, pietatemque defende: illam inquam, Apostolicam, Catholicam, & Romanam, quæ sola in vniuerso terrarum orbe vera est, sola in visceribus suis mysteriorum Dei Christi Domini thesauros inuoluens, & includens, [f] *à qua si quis exierit à spe vita, ac salutis æterna alienus est.* [g] *Extra quam quidquid operantur hæretici nihil illis prodest aduersus iram Dei.* Ab huius sanctissimæ religionis protectione, quandiu contra eam stabit hostis armatus, quiesce nunquam, atque respira: quam ab atauis, a maioribus tuis Christianissimis Regibus accepisti. [h] *Cum illa & Dei timor hominum inter se societatem pacatè feliciqne nexu custodiat:* omniaque prospera hac virtute Deũ colentibus eueniant, sicut impietate spernentibus aduersa concurrant. [i] *Prima scelerum causa mortalibus ægris, naturam nescire Deũ.* Aiebat ille paganizans, sed ego rectiùs, & veriùs Christianè loquendo dico, naturam nescire Dei veri, &

[a] Esaiæ c. 54.
[b] Epistola Agapeti Diaconi ad Iustinianum imp.
[c] Lucæ 11.
[d] Rom c. 2. v. 13.
[e] Lactant. l. 5. instit. c. 19. Ros instrumentum ad unum Christiano religionem & defensionem contra omnes illius hostes.
[f] Lactant. l. 4. c. 30
[g] S. Aug. l. 5. contra Parm. c. 3.
[h] Lactant. l. de ira Dei c. 12.
[i] Silius ital. l. 4.

A illam pietatis Catholicæ, Christianæ religionis despicere sanctitatem. Cum dixerit paganus. alter, Romanæ facilè princeps eloquentiæ. [k] *Pietate erga Deum sublata fidem, & humani generis societatem tolli necesse est; & iustitiam virtutum omnium excellentissimam.* Hæc pietas in animo tuo altissimis debxa radicibus insidens, princeps Christianissime, te dies, noctesque monet, vt veros Catholicos, sinceros huius virtutis adoratores, defendas, viribus protegas, audaces, atque proteruos hæreticos, schismaticos, & alios religionis Catholicæ, fideique Christianæ perduelles compescas, atque reprimas, hortatur. Sicut enim lilium cuius flores in scuto regio pro stemmate gestas, saniem, & immunditiem morborum corporalium purgare, atque à corporis membris extirpare sua virtute dicitur; ita tu, princeps Christianissime, maiorum tuorum factis exempla venerando, perturbatores illos reipublicæ Catholicæ, Ecclesiæque Dei sanie hæretica putrefactor vel tabo schismatico pestiferè sordidos, ne cancer eorum in regni tui perniciem longiùs, perniciosiùsque serpat, ecclo tuæ pietatis, iustitiæ incorruptæ districtione religiosa retundere, atque refrenare debes. donec ad saniorem mentem redeant, & actorum contra sponsam Christi, regnumque tuum nefariè patratorum pœnitentes serio conuertantur, ne in æternum sempiternis hianbus inferni deuorati pereant. Cùm ipsi plus cæteris peccatoribus Ecclesiæ Catholicæ noceãt, & calamitatum publicarum, nedum priuatarum reipublicæ Christianæ plus afferant. Cùm hæresis, cui schisma affinitate nefanda proximum est peccatorum omnium grauissimum, Theologorũ vt Diui thomæ iudicio censeatur, quibus [m] imperatorum Christianorum decreta suffragantur. Idcirco religioni huic regiæ sacram iustitiæ in Christiano principe confœderationem, vt suæ, populique saluti subueniat, esse omnino necessariam sapientes omnes vtriusque fori moderatores, ingenua assertione profitentur. Huius obseruandæ iustitiæ legibus ritè constituendis, & eligendis magistratibus illius ministris, de puriore conscientia, sincerioreque probitate summa te diligentia, vigilantiaque oportet incumbere. Atque memor huius sancti Hieronymi [n] sententiæ. *Regum esse proprium facere iudicium, & iustitiam.* Cogita illud acroama memorabile, maximi inter profanos philosophi ore fortuitò non excidisse: [o] *Reges custodienda iustitia causa esse constitutos: vt & locupletes prohibeant iniurias, & inopum multitudinem contra locupletum iniurias tueantur.* Quod vt meliori animo, ardentiorique studio peragas, tibi quod Traiano imperatori Plinius [p] iunior insinuabat, dictũ verè persuadero. *Summum Regibus esse bonum iustè dicere, iustitiamque ea sinceritate colere,* [q] *vt nunquam varietur gratia, sed æquabilis omni tempore conseruetur.* Hæc quippe veritas paganorum ore prolata, sanctorum patrum calculo comprobatur; vt sancti Ambrosii dicentis. [r] *Gratia igitur absit, causam merita decernant.* Et cum grauioribus illustrissimi regni curis intentus omnia iustitię negotia per te solus explere, atque conficere minimè valeas, huic tam tibi, populoque salutari iustitię muneri [s] viros sanctos, fideles, nulli auaritię, vel ambitionis obnoxios corruptioni pręfice, bonum hoc Iethro soceri Moysi datum consilium secutus, [t] *prouide,* inquit, *de omni plebe sapientes, & timentes*

B (beside "venerando, perturbatores")
C (beside "peccatorum omnium grauissimum")
D (beside "vt meliori animo")

[k] Cicero l. de natura deorum.
[l] S. Thoma in l. 4 senten. dist. 13 q. 1.
[m] L. Manichæos, & in auth Gazaros C de hæreticis.
[s] De officio Regis Christiani ministros pietatis religionisque fœderata Catholicæ.
[n] Can Regũ officium 23. q 5.
[o] Arist. l. 5. politic. c. 10
[p] Plin. iunior Traiano in Paneg.
[q] Cicero ep. ad Q fratr.
[r] S Ambrol. l. de offic. c. 24. Optimos administrandæ iustitiæ præcepi constituas.
[s] Lamprid in Alex. Seuero.
[t] Exod c. 18. v. 21.

Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam. Huic iuſtitiæ muneri magiſtratus à te cõſtituti niſi tales ſint, quamuis tu iuſtitiæ, ſicut religionis obſeruantiſſimus habearis, nihilominus vt Deo morem geras, regnique proſperitati conſulas, nihil ritè perficietur.[a] *Parui enim refert*, aiebat ille, *abs te ipſo ius dici æqualiter, & diligenter, niſi idem ab his fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem conceſſeris*. Caue, ô princeps Christianiſſime, ne[b] *quod virtute effici debet, id pecunia ignominiosè tentetur*: ne dum iuſtitiæ, & publici iuris officia, dignitateſque pretio nimio, & iniquo venales, auctioni publicæ turpiſſimè ſubhaſtantur, ipſa quoque iuſtitia, iuſque ita datum ſceleri, nequiſſimæ nundinationi ſubdantur.[c] *Cùm neceſſarium ſit, vt qui emit vendat, nec ſine rubore puniri poſsit is, qui quod emit, vendit*. Iuſtitiæ porro inuiolata caſtitas imperat, vt litigandi ſtudium ſalutari humanitatis, æquitatiſque temperamento B regatur, ne nimis aſperioribus litibus fora perſtrepent,[d] *ne ne legibus fundata ciuitas legibus euertatur. Quis enim neſcit, licet permulta*[e] *præclarè legibus ſint conſtituta, ea tamen iuriſconſultorũ* (pragmaticorumque lites appetentium)[f] *ingenijs corrumpi atque deprauari?* Sic officia iuſtitiæ perfectè ſecundùm Deum princeps explebis honeſtè viuendo, piè regnando, neminem lædendo, & ius ſuum vnicuique tribuendo. Quis ſit autem ipſe, vnuſquiſque, proximus eſt ſuperior, æqualis, & inferior. Vnde ſanctus Bernardus.[g] *Iuſtitia* inquit, *eſt virtus ſuum vnicuique tribuens, ſuperiori, æquali, & inferiori; ſuperiori debetur obedientia, & reuerentia, vt principi, & prælato: æquali conſilium, & auxilium, inferiori cuſtodia, & diſciplina*. Sed quoniam tu ſummus princeps te ipſo in temporalibus ſuperiorem non agnoſcis, Deum ſume qui te elegit, oleoque cœleſti ſacrauit, cui quod C ſuum eſt humillimè, religioſiſſimè, atque deuotiſſimè tribuas, præceptum noſtri ſaluatoris ſanctis honorando dicentis.[h] *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo*.

[a] Cicer. ep. 1. ad Quintum fratrem.

[b] Cicer. l. 2. offic.

[c] Nouell. Iuſtin. de mon- dat prim. c. 1.

[d] Dictum Alexandri Saueri apud Lamprid.

[e] Plin. in paneg.

[f] Cicero orat. pro Murena.

Officia ſeu præcepta iuſtitiæ qualiter princeps perfectè impleat.

Proximus cui ſuum ius tribuendo triplex

[g] S. Bernard. ſerm. 4. de aduentu.

[h] Matth. c. 19

Sed iuſtitia, atque pietas Christiana in te ſicut aliis pijs, fidelibuſque principibus, fortitudine armata eſſe debet, ſine qua Liuius parum tutam principis maieſtatem eſſe dicebat.[i] *Cùm ſit vana ſine viribus ira*. Quam fortitudinem, animique generoſitatem Regibus, ac ſummis principibus maximè conuenire, Cyrus[k] apud plutarchum marte duro, atque incerto, contra fratrem natu maiorem Artaxerxem dimicans aiebat. Quæ virtus æqualem principis animum firmum, vinci neſcium in omni fortuna reddit.[l] *Mutari enim, pro rerum varietate, mentis inſtabilis argumentum* D *efficitur: firmi vero bonis inhærere*. Qua firmitate, vt Agapeti diaconi, ad Iuſtinianum imperatorem verbis vtar, *pium veſtrum corroboratum, & fixum eſt imperium, & neque vſque ad inſolentiam extolli, neque vſque ad animi conſternationem deijci, in tuta veluti baſi ſtabilitorum eſt hominum, inconcuſſamque habentium animam*. Hoc animi robore, atque fortitudine religionis, iuſtitiæque comite, atque miniſtra ſeptus, omnia vitæ huius pericula in protegendo, regni tui viribus, Christi Domini corpore myſtico, quod eſt Eccleſia, cum eius viſibili capite Pontifice Romano, & ab omni oppreſſione vindicando, *iactans cogitatum tuum in Domino, generosè contemne*:[m] *nec mentem hanc tibi magnanimam vllo terrena huius poteſtatis moles tempore mutet: ſed vt fragilem, fatoque obnoxium regens principatum, immutabilem habeto mentem, in rebus mu-* A *tabilibus, nimia neque lætitia ſublimem te extollens, neque mæſtitia viteſcens*, in Christo Domino gloriare. Vt intentus aſſidue binus ſanctiſſimi corporis Christi, eiuſque vicarij protectioni religionis inſuper Catholicæ ſanctuario conſecratus, iuſtitiæ inuiolatæ vacans adminiſtrationi nouis in dies heroicæ huius, ac Christianæ fortitudinis actibus exercendis glorioſior, illuſtriorque coram Deo, & hominibus exiſtas.

Fortitudo iuſtitiæ ſicut religionis comes eſſe debet.

[i] Liu. l. 21.

[k] Plutarchus, in Artaxerxe.

Quid fortitudo in principe faciat.

[l] Agapeti diac. ep. parænet. ad Iuſtinianum Magnum.

[m] Ex Agap. diac. ibid.

His præclaris, præſtantibuſque virtutibus pietati, religioni, fortitudini, quibus tuus ille regius animus ingenti cum futuri præmij merito refulget, maxima venuſtas, atque pulchritudo, ab affabilitate, benignitate, ſeu manſuetudine, in pios Galliæ populos, & alios poſt delicta, feciſſe pœnitentes accedit. Cuius virtutis factum omnibus victoriis diuturnius, atque ſplendidius Flauianus[n] Antiochiæ patriarcha Theodoſio Ma- B gno illius benignitatem, manſuetudinemque reis Antiochenis implorans orando fortibus rationibus, & euidentibus exemplis perſuadere conabatur; quia princeps veniam petentibus, errores confitendo, clementer indulget, ad ſe venientes aditu benigno recipit, querelas, & expoſtulationes de oppreſſoribus ſuis in ſinum, animumque principis deducere conantibus, aures patientes, benignaſque præbet. Cuius officia, effectuſque virtutis lilij proprietatibus exprimuntur, quod in oleum reſolutum, tantæ efficaciæ, tantique vigoris eſſe indagatores naturæ contendunt, vt ægrotanti capiti morbos eius ſalutari remedio diſcutiens, & euellens opituletur, auriumque dolores, diſtillatum in eas, illico ſedet, comprimat, & auferat: ita tu, Rex Christianiſſime, manſuetudinis, benignitatiſque delicijs affluens, populo fideli copiam maieſtatis tuæ, ad illam C ſupplicaturo feſtinare, cum tremore meditanti, facere debes; aures tuas ſemper clementer apertas habere, ſingulos ad inſtar atauì tui ſancti Ludouici, prout ratio, neceſſitaſque poſtulabunt, audire; vt de omnibus, quæ ad illorum ſalutem pertinent, diligenter, atque veraciter informeris, & informatus eorum ſuccurrere neceſſitatibus, tua pedibus alas manſuetudine donante properes. Ne qui tuam maieſtatem quotidie circumſtant, præſentiamque tuã, blandioribus & adulatorũs magis, quam fidis ſermonibus, veluti quodam ſuſpectæ munitionis vallo circumueniunt, proprijs inhiantes commodis, non tuis, non regni tui, non denique eius cuius tu primogenitus es filius, Eccleſiæ, te veritatis diſſimulatione decipiant. Secus, ſi non audires populum tibi cre- D ditum, aut pro eo officiarios illius curam ex conſcientia gerentes, profecto & populus ille tuus iniuria læderetur, & officiariorum ipſorum in adminiſtratione muneris authoritas hebeſceret, & ſupplicationis ad aures veſtræ maieſtatis eductæ contemptu vileſceret. Propter hoc ſapienter, atque ſumma cum æquitate dicebat imperator ille magnus.[o] *Relationes omnium, præſertim officiariorum libenter audimus, ne adminiſtratorum decreſcere videatur authoritas, ſi eorum conſulta velut prophanorum preces à noſtris aditis repellamus*. Nobiliorem te, & amantiorem patrem omnibus naturalibus parentibus ipſa manſuetudo, benignitaſque Christiana facit. Non enim huius, aut illius perſonæ hac virtute pateres, ſed totius patriæ, totius regni tui ſubditorum, & incolarũ: quod nomen pater patriæ omnibus maieſtatis regiæ titulis excepto Christianiſſimi nomine multo

Affabilitas, atque benignitas Regis Christianiſſimi erga bonos, piosque ſubditos ſuperioribus virtutibus magnum adfert venuſtatem, & pulchritudinem.

[n] S. Chryſ. hom. 20. ad popul.

Principis manſuetudo, & benignitas ſimilis oleo lilij.

[o] Iuſtinian. in l. a. c. de officio vicar.

Pater patriæ dicitur à manſuetudine in ſubditos.

a Tertull. apolog. c. 34

Præstantior, multoq. carior est.[a] *Qui pater patriæ est*, inquit Tertullianus, *quomodo Dominus est? Sed & gratius nomen est pietatis, quàm potestatis. Etiam familiæ magis patres, quàm Domini vocantur.* Quàm iucundū, & honorificum tibi, ô princeps, populo quondā rebelli, nunc autem patrata crimina seriò detestanti clementer ignoscere?[b] *Cū nihil de vltione perdas filio ignoscens pater* (nec populo princeps) *quia felicius multo est, & laudabilius suos aliquādo etiā immerito ignoscere, quā in suos etiā merito vindicare.* [c] *Nec mirū, intus est in patris* (sed perfectiùs in principis, qui cōmunis totius regni subditorū pater est) *pectore, ipse qui interuenit, & exorat affectus. Cū enim pater misereri vult filio, affectū cogitat non delictū.* Quid plura?[d] *In supplicio si q pietas paterna torquetur, atq. adeò pater sic curat filij vulnera, ne cicatricē, aut næuū filio relinquat.*[e] *Facit parentes bonitas non necessitas*; ita Reges, ac principes populorum rectores, patres patriæ elementia, atq. benignitas, non seueritas, atq. potentia facit. Quā grati, acceptiq. Deo principes illi, qui dulcibus affabilitatis armis cū populis contendere volunt, vt eorum corda vincant, & amore tela ministrante, iusta, meritoriaq. deprædatione furētur. Sic cōtra horrori maximo, & execrationi sunt illi Deo, qui propriæ humanitatis obliti, Regiæ mā suetudinis immemores, elementiæ principes Deo similes facientes ferociter insultātes, seueritate in populos, sæuitiaq. delectantur: aduersus quos per prophetam Sophoniā conclamat Dominus.[f] *Principes eius in medio eius, quasi leones rugiētes: iudices eius lupi, vespere non relinquebāt vsque ad mane.* Hoc est omnia vorabant, rapiebant, deprędabantur, à vespere ad mane, toto nēpe die, quousq. nihil miserabili deprædato populo superesset de quibus alio in loco: ita Dominus iratus expostulat.[g] *Comederūt carnes populi mei, & pellē eorū desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt, & conciderūt sicut in lebete, & quasi carnē in medio ollæ.* Non sic mansueti, elemētesq. principes, non sic. Quod sicut pater familias præsentia sua cūcta, quæ ad illius exitiū mala possent ingruere, longè à domo sua propellit: ita Rex clemēs, mā suetus, benignus, affabilis natura, sed magis adhuc diuina gratia in solio regni sui per populos dans iura, omnes à capite, à fortunis à libertate subditorū calamitates ærūnasq. dissipatas auertat. Iuxta illud sapientis.[h] *Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo.*

b Saluian. ep. 4.

c S. Chrysost serm. 2.

d Saluian. l. 8 de prudentia.

e Phædrus l. 3 fabularum fabula 54.

f Sophon. c. 3. v. 3.

g Micheæ c. 3.

h Prouerb. c. 20.

Humilitas honorata in principe magna virtus.

Has porro virtutes regias, & egregias in Christiano principe humilitas, volūtaria animi, in magnis opibus, honoribus, potentiisq. demissio modestè cū casto pudore vestiens in conspectu Dei formosissimas maioris meriti capaces efficit; qua pretiosè decoratus agnosces, ô Princeps serenissime, cū ingenuo, ac puro sensu, cuncta quæ possides amplissimè bona in hoc mundo, ad fastigium regni Christianissimi, omniū terræ regnorū lōgè præstantissimi gloriosè prouectus, nō tuis deberi meritis, sed immensæ, ac infinitæ Christi D. misericordiæ accepta oportere referri. Huius vestimēto virtutis insignitus tot erga te mirabilia Dei tui miserantis beneficia, cū perpetua, solēniq. gratiarū actione, recordaberis; nec solū Deo prostratus deuotissimè procides, sed etiā ad maius meritum eius vicario Romano pontifici filialis obedientiæ, & quidē religiosissimæ præstatione humiliādo te, propendes. Quē patrē, rectorē, principēq. tuū, in spiritualibus fidelissimè, pro lucro sēpiternæ gloriæ recognosces, sine qua humilitate nulla tibi virtus ad meritū mercedis æternæ seruire potest: A quæ alias virtutes in humiliū cordibus feliciter, atque securè conseruat.[i] *Nihil habeas*, inquit S. Hieronymus, *humilitate præstantius, nihil amabilius. Hæc est enim præcipua conseruatrix, & quasi custos quadā virtutū omniū: nihilq. est, quod nos ita & hominibus gratos, & Deo faciat, quam si vitæ merito magni, humilitate infimi simus. Propter quod Scriptura dicit. Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & corā Deo inuenies gratiā.* Quę cū magni valoris in cūctis fidelibus habeatur, tū maximi profectò in principibus.[k] *Cū in alto positū non magna sapere difficile sit.* Et sicut aiebat[l] Senator ethnicus. *Concēptior animus, & superbia, cōmune nobilitatis malū sit.* Quas passiones, & motus elationis ambitiosæ per humilitatem in principe subiugare opus maximè arduū, sed propterea gloriosum valde, nec exigui meriti, vt non immerito S. Bernardus dixerit.[m] *Non magnū est esse humilem in abiectione, at magna prorsus, & rara virtus humilitas honorata.* Cui memorabilis illa Petri Chrysologi sententia pulchrè conspirat.[n] *Deuotus animus in salu beneficiorū crescit ad obsequiū, augetur ad gratiā, non ad arrogantiā prosilit.* De qua maxima virtute in principe loquitur S. Bernardus sic exclamando.[o] *Quæ est ista tā sublimis humilitas, quæ non nouit honoribus insolescere, gloriari nescit?* In huius virtutis, aliarū conseruatricis imo, principes Christianos in excelso sūmæ dignitatis, atq. potentiæ constitutos, consideratio fragilitatis humanæ tuta prosperitate sistit, sistensq. amputata, & euulsa penitus in eorū cordibus radice superbiæ diuina cumulatos benedictione cōfirmat. Quēadmodū elegāter, atq. grauiter Agapetus Diaconus Iustiniano Magno verbis illis expressit.[p] *Si quis purgatā habet mentē de humana deceptione, perspicitq. suæ naturæ vilitatem, breuitatēq. & caducā sortē præsentis vitæ, ac carnis cōiunctas, insitasq. sordes, ad superbiæ nūquā illabetur præcipitiū, quāuis in excelso dignitatis fastigio consistat.* In qua virtute, sicut in mansuetudine erga subditos benefica, præter cæteras virtutes Theodosius Magnus post bella multa prospere gesta, post gloriosissimas de variis hostibus victorias relatas, in mediis ipsius triūphis excelluit. Vnde illa Aurelii Victoris in panegyrico de laudibus Theodosii.[q] *Melior haud dubiè (quod est raræ virtutis) post auctā annis potentiā regalē, multoque maximè post ciuilē victoriam. Nā & annonæ curā sollicitus attēdere, & auri, argētiq. graue pōdus sublati atq. expansi à tyranno multis de suo restituere, cum benigni principes, & quidē vix fundos solerent nudos, ac deformata prædia cōcedere.* Et sanctus[r] Paulinus in apologia pro hoc sancto, & humili imperatore aduersus gentiles, & epistola nona ad Seuerum de Theodosii humilitate mirabili, sūmæ fidei, pietatiq. cōiuncta, talibus lectorum aures sermonibus honorificè replerit. *Fateor*, inquit, *idcirco me hunc ab amico laborē suscepisse, vt in Theodosio non tā imperatorē, quā Christi seruū, nec dominādi superbia, sed humilitate famulādi potentē, nec regno, sed fide principē prædicarem.* Inter Reges nostros Christianissimos Robertus humilitatis huius admodum luce resplenduit: de quo hæc Helgādus eius vitæ scriptor.[s] *Rex*, inquit, *dilectus Deo, Robertus sēper memoriæ tāctæ legis, &c. Sciebat n. scriptū: secūtæ virtutis custos virtutis humilitas.* Et illud S. Gregorii.[t] *Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in ventū puluerē portat.* Legerat insuper quod dixerat quidam ex patribus. *Omnis labor sine humilitate vanus, humilitatis signū dat regnū cœlorū.* Hanc virtutē cum benefica mansuetudine, in Christianissimo Re-

Humilitas omnium conseruatrix virtutum.

i S. Hieron ep. 14 ad Celantiam matronam de ratione piè viuendi.

k S. Bernard. in ep. ad Innocent.

l Seneca 3.

m S. Bernard. hom. 4 super Missus est.

n Petri Chrysolog. serm. 145.

o S. Bernard. ibid. supra.

Consideratio fragilitatis humanæ principes facit humiles ab omni superbia liberos.

p Agapeti Diac. in ep. parænet. ad Iustinianum M.

Magnus Theodosius in humilitate, & affabilitate munifica in mediis triumphis triumphator, & victor excellens.

q Aurelius Victor de laudibus Theodosii M.

r S. Paulinus apolog. pro Theodosio M. & ep. 9 ad Seuerum.

Roberti Regis magna benignitas in subditos, & humilitas.

s Helgand in Roberto Rege.

t D. Greg.

ge,

Humilitatem, & beneficam mansuetudinem in principe lilium repræsentat.

Rege, cum magna deuotione, se in Dei conspecta humiliante, & per benignitatem, affabilitatemque ad subditorum commoda, vtilitatesque salutares inclinante, lilium clarissimè repræsentare videtur, quod teste Plinio, *sui natura omnium florum nobilissimum est, quo nulla florum excelsitas maior.* [a] *Cuius flos languido semper collo, quasi inclinans, & non sufficiens capitis oneri, fragrat odore acutissimo.*

a Plin. l. 21. c. 5.

CAPVT III.

De charitate omnium virtutum regina, atque forma ad finem supernaturalem, quam temporales in terra prosperitates, & æternæ in cœlo sequuntur.

1. *Quantus charitatis ardor in principe Christiano super omnes fideles fulgere debet, ad quam Rex Christianissimus humilibus, deuotisque precibus inflammatur.*

2. *Lex Dei Christianis circumdata virtutibus corona est fidelis principis ad meritum, & præmium multa bona principibus piis temporalia pariens.*

3. *Deus principes pios hac charitate aliis stipata virtutibus præditos, maximè iuuenes ætate suæ defensores Ecclesiæ, de cunctis hostibus eorumque machinationibus in hac vita, pro temporali præmio triumphare facit.*

4. *Inter temporalia bonorum principum præmia, piorum procreatio liberorum muneratur à Deo.*

ERVM omnes ipsæ supradictæ virtutes, Rex Christianissime, sine charitate in principe sicot in cæteris priuatis personis, vt cum [a] Apostolo loquar, *nihil sunt*, quæ est omnium virtutum [b] forma, qoa sicut diuino vestimento decorantur, vt vires exercere valeant, quibus cultores suos ad dilectissima cœlestis gloriæ tabernacula prouehant, & introducant. Hæc est illa diuina virtus, [c] aliarum regina, qua Deus super omnia perfectè diligitur. Quæ virtutes omnes heroicas, & verè Christianas in corde tuo, suo subditas imperio continet, fouet, & efficaces efformat: vt te gloria, & honore cœlesti coronandum ad æterna regna perducant. Quæ prius tibi viam supremo latriæ colto Deum Christum Dominum adorandi demonstrant; quæ eundem ex toto corde, anima, viribus, atque mente te diligere, eius Ec-

a 1. Cor. 13.

b In ordine ad alteram felicitatem ex D. Thom. 22.

c S. Ambros. ep. 74.

S Hieronym. in c. 15. ad Galat.

S Aug. l. 15 de Trinit. c. 18.

A clesiæ matri tuæ fideliter seruire, eam ab omnibus hostium furoribus eximendo, protegendo eius pacem, gloriamque procurando docent. Quæ diuino huius spiritu charitatis animatæ te vt patri tuo in spiritualibus sanctissimo reuereotiam summam filiali obedientia deuotè, religioseque consecres efficaciter hortantur. Hæc virtus mysticus *sanctuarij* [d] *siclus est, quo omnis* laborum tuorum, rectéque factorum *æstimatio*, pro retributione mercedis æternæ, *ponderatur*, omnis bonorum operum labor appretiatur; à quo omnia virtutum, quæ in te sunt, merita sursum ad consecutionem cœlestis gloriæ eleuata fructoosè redundant. Hæc regina virtus aliarum
B domina principes Christianos in iustitiæ, pietatisque solio sanctè sistit, beateque firmat: vt in sanctitate, & iustitia regendo populos, quotidianis incrementis per opera bona huius charitatis imperio subacta futuræ, cœlestisque gloriæ sibi lauros amplificent. Sine qua oullus impunè sceptra tenebit: qua deoudatus Princeps omnis in populos iustè, sapienterque dominari, vt se cum populo saluet, indignissimus habebitur. Quod in ænigmate Deus Esaiæ reuelare dignatus est, ista dicenti. [e] *Apprehendet vir fratrem domestici patris sui, dicens vestimentum tibi est, Princeps esto noster: ruina enim hæc sub manu tua. Subdit post hæc Propheta. Respõdebit in illa die dicens* (scilicet frater principatum recusans) *non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum, nolite me constituere principem populi.* Qua responsione eum iam salutis alienæ à se remouere cupiẽtis, Deus per Prophe-
C tam dabat intelligere, nullum qui diuinæ charitatis flamma non ardescit, alios imperio moderari dignum esse. A qua tria hæc misericordiæ vtriusque corporalis, atque spiritualis opera iubentur, & imperantur, nimirum populorum corporis, & animi mederi languoribus, alimẽta salutifera non minus animo, quàm corpori necessaria ex magna charitatis ardore ministrare, necnon eos sicut *domesticos* [f] *mulieris fortis duplicibus induere vestimentis*, tam infirmitatis corporũ operientibus, quàm animorum fœditates, quæ peccata sunt eluentibus, opposita verò illis ornamenta, spiritualesque pulchritudines aoferentibus. Quæ qui facit, dignissimom profectò feliciter alios regere omnis Sanctorum congregatio iudicabit. Ad hoius diuinæ virtutis cæterarum dominæ præstantissimæ sanctitatem, diuinumque fulgorem te magis, ô
D Princeps, in dies accende, huius mirabiles pulchritudioes purius, & iostiùs viuendo, scrutare: vt bene scrutando inuenias, inuentisque iucundissimè perfruaris. Sic verè in conspectu diuinæ maiestatis fidelibus populis pro tua, eorumque salute dominari iudiceris. [g] Cor tuũ diuinis huius reginæ virtutis ornamẽtis illustratum, atqoe decoratum, arca Dei viuentis efficiatur, vbi diuitiæ habitent æternæ, cœlestium opum thesauri recondantur: vbi sit munus Dei, atque donum, quod est super omne dooum, perfectus illius amor, & gratia, signaculum vitæ beatæ, atque pignus hæreditatis æternæ. Vt mens tua vioam habeat, & portet Dei immortalis, & inuisibilis Imperatoris imaginem. Vt veram superstes in terra, prosperitatibus abundans humanis, expectans æternas, Filij Dei notam, tesseramque geras. [h] *Sola quippe charitas est, quæ distinguit inter filios Dei, & filios diaboli, inter filios regni cœlestis, & filios*

d Leuit. c. 5. 6.

Omnis valor bonorum operum, omne decus aliarum virtutum, & omne meritũ à charitate.

Sine charitate nullus Princeps rectè, beateque regnabit.

e Esa. c. 3. v. 67.

f Prouerb. c. 31.

Ad charitatis sanctitatem, splendoremque diuinum Princeps precibus accenditur.

g Imitatio D. Augustini in psal. 63.

Cor Regis charitate informatum fit mystica Dei arca.

h S. Aug. tract. 5. in Ioan.

S. Aug ibid. & lib. 15 de Trinit. c. 15. in principio.

perditionis. Quæ est *illa pretiosa margarita* Euãgelica, *qua inuenta* bonus æternæ vitæ negotiator *vendit omnia, quæ habet, vt emat illam:* cuius emptio omne bonum, perfectumque complectitur, Deum nempè, cuius fruitione huius sanctæ margaritæ inuentor, emptor, atque possessor felicissimus exultat: in quem hac diuina charitate transformatur. *Cùm enim,* ex eodem Sancto [a] Augustino, *talis quisq; sit, qualis eius dilectio,* quis eum, qui Deum amat, in Deum transformari, Deumque fieri negabit? Vt non immerito admirabilis ille Doctorum magister sui seriem discursus hac cõclusione terminare voluerit. [b] *Si Deum diligis, Deus es.* Intuere iam, Princeps Christianissime, quid hac virtute proficies; tu illius incensus ardore de terreno Rege per participationem, in cœlestem, æternumque migrabis: plus in cœlo, vbi per gloriam Deus habitat, quàm in terra viues.

a S. Aug tract. 2. in epist. Ioan.

b Ibid. Idem.

Rex Christianus per charitatem Deus fit.

Quid in cœlo dico? Non est satis! Plus asserendũ est. Veriùs, ac perfectiùs in ipso Deo, quàm in te

B

ipso respirabis, spiritumque vitæ mouebis. Cùm anima tua magis sit vbi amat, quàm vbi animat. Audi mellifluum doctorem. [c] *Non est,* inquit, *præstantior spiritus noster vbi animat, quàm vbi amat, nisi fortè putetur esse magis vbi inuitus ex necessitate tenetur, quàm quo sponte, & alacri voluntate fertur. Denique vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* [d] Si enim sapiens ethnicus amantis animum in alieno corpore viuere posse dixerit: quàm veriùs, ac iustiùs sapiens Christianus amatorem Dei, magis in Deo viuere, quàm in se ipso defendet? Hæc cùm ita sint, quid mirum si magnus ille Doctorũ Theologiæ vertex Sanctus Augustinus diuino huius charitatis igne comburi, atque torreri ardentibus votis, & orationibus à Deo flagitauerit, sic illum suis deuotè meditationibus affando.

Per charitatem plus est Rex in Deo, quam in se ipso.

Plato.

c S Bernard. in fine libri de præcepto, & dispensat.

d Cato Senior.

[e] *Sancia interioris hominis arcana tui amoris iaculo,*

C

& torpentis medullas securis flammis salutaribus penetrando succende, sanctique feruoris igne illustrando intima mentis, & corporis vniuersa depasce. Pota me torrente voluptatis tuæ, vt nihil iam mundanarũ degustare libeat venenata dulcedinis. O salutaris omni Prælato, omni principi, super alios potestatem habenti, dantique iura in populos oratio! O Christianis Regibus dies, noctesq; pro sui pace regni, pro temporali, ac perenni prosperitate, meditanda iterandaque supplicatio! Tibi in primis Regũ Catholicorum fideliumque præstantissimo, atque Christianissimo, cuius tot domestica maiorum, atauorumque Regum exempla stimulos zelo pietatis veræ, Christianæque sanctitatis acutos sub pectore vertunt. Qui te ad huius diuinæ charitatis penetralia non desideriis modò, sed factis potenter impellant, & in eum finem ad hæc fundenda cum eodem sanctissimo, & eruditissimo Doctore vota Deo, precesque suauissima

D

perfusum deuotione concitent. [f] *Da vt amem te semper quantum volo, quantum debeo, vt tu solus sis intentio tota, intentio mea, & omnis meditatio mea. Te mediter per dies sine cessatione, te sentiam per soporem in nocte, te alloquatur spiritus meus, tecum fabuletur mens mea, lumine sanctæ visionis tuæ illustretur cor meum, vt te rectore, te duce ambulem, de virtute in virtutem, tandemque videam te Deum Deorum in Sion, nunc quidem per speculum, tunc autem facie ad faciem.* Cuinam mortalium magis has Deo fundere preces, & vota conueniat, quam Regi, principique Christiano, tot ardua, & periculosa in dominando populis negotia sustinere

e S. Aug. l 2. medit. c. 8. Deuota S August. oratio.

f Oratio Regis ex D Augustino ibid. ad Deum vt eum perfectè diligat.

A

debenti? Cùm obligatio diligendi Deum super omnia, eius honorem procurandi supremum, cum defensione sponsæ illius, atque vicarij solida hostium victrice ipsi, quàm cæteris maior incumbat? Cuius obligationis rationes inter cæteras à Theologis quinque producuntur, prima vt sanctius, beatiusque subditis imperet. Secunda, quia maiores temporalium bonorum cumulos quàm cæteris Deus illi cum suæ effusione misericordiæ largitus est: ideo summo honore, & amore perfecto Deum sublimiter adorandi, magis Regem, quàm cæteros nexus obligationis debitæ constringit. Tertia quia plus populis exemplo Princeps, quàm imperio prodest. Quarta quia suscepti imperij in populos administrationis exactam ipsi Deo in fine vitæ rationem redditurus est. Quinta, quia omnem miseriam, si creditum sibi principatum malè rexerit, contra verò si bene perfectam felicitatem de manu

S Thomas, & alij.

Quinque rationes ob quas principes, Regesque tenentur magis diligere Deum super omnia, quam cæteri homines.

B

Dei, vel scelerum vltoris, vel virtutum remuneratoris expectare debet. [g] Cùm amor patriæ, & æterna felicitas in radice charitatis in hac vita fundetur; sicut odium Dei, à quo omnis calamitas, & æterni cruciatus, in reprobos, damnatosque redundant, in sanctissimæ huius virtutis contemptu, atque prostitutione per opera mala radicatur. Quæ ideo ab Apostolo [h] *Finis præcepti diuini* nominatur: & à regio Propheta *mandatorum Dei perfectio, atque consummatio,* [i] *Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.* O te ter, quaterque felicem, Rex Christianissime, si quoad viues hæc huius Apostoli monita tibi magnopere placuisse ipso facto demonstraueris! *Omnia vestra in charitate fiant.* Sed de hac virtute verè regia nunquam multa satis dignè dici poterunt, silendum tamen

g S Aug in 1. ad Cor. c. 13.

h 1. Timot. 1. Finis præcepti charitas.

i Psal. 118.

1. ad Cor. c. 16.

C

de ea nobis est, ne in dicendo, scribendoque de ea non tam modum, quàm copiam quæsiuisse videamur.

Hæ sunt Christianæ, regiæque virtutes in quibus nostra breuiter excurrit, atque modestè hactenus exultauit oratio: quæ tibi nomen Christianissimi, maiorum tuorum heroicis, ac immortalibus Catholicarum virtutum factis, pro Ecclesia Dei, Apostolica sede, & Ecclesiastica monarchia susceptis acquisitum intemeratè cõseruabunt. Quæ te in oculis Dei sanctum, pium, sapientem, generosum, vita, & moribus immaculatum gloriosè fabricabuntur: quæ te diuinis benedictionibus, gratiisq; cœlestibus in hoc mũdo locupletabunt; quæ te in luce omnium populorum bonæ famæ gloria, super æthera notum, clarissimum meritis, pace Dei vbique regnante collocabunt; quæ te temporali, postea perenni felicitate beabunt; quæ te nunquam latere in tenebris infortunij cuiusque, vel contemptus ignominiæue permittent. [k] *Quoniam quidem habet hoc primum magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum esse patiatur; principum verò non modò domos, sed cubicula ipsa, intimosque recessus recludit, omniaque arcana noscenda famæ proponit, atque explicat.* Propterea quæ suo quondam Imperatori Seneca tunc clementissimo dicebat, hoc tibi, Rex Christianissime, suggero. [l] *Tibi non magis quàm soli latere contingit. Multa circa te lux est; omnium in istam conuersi oculi sunt.* Ex quo sequitur. *Vt vestra facta, dictaque rumor excipiat: & ideo nullis magis cauendum est, qualem famam habeant, quam qui*

Fundus regiarum virtutum in principe Christianissimo.

k Plin. in paneg.

l Seneca l. 1. de clement. c. 2.

qualemcumque meruerint, magnam habituri sunt.

Votum authoris pro Rege.

At precor cœlestem Regem, vt mirabiles illas, aliasque pietatis Christianæ virtutes in te exteriùs, sicut interius, ad eam cõsummationis celsitudinem, ad illud perfectionis fastigium Christianæ sublimet, & attollat, vt licet imperium Oceano, astrisque famam honorificè terminares, tamen quæ de hac fama, nominis tui celebritate, gloriæque magnitudine omnium linguis, literisque prædicabuntur, omnia sint tuis longè minora virtutibus: quæ te viuum, mortuumque in cœlos euectum, diuinis, & immortalibus honoribus, laudibusque mactabunt. Etenim vt de temporalibus prosperitatibus primum moderatè dicam, quæ te pro cẽtupli, & arrhabone felicitatis æternæ manet in terra; tum demum Rex ille fidelis, & Princeps Christianus Deo gratissimus, & summis ei in delicijs futurus est, vt ab eo bonũ prius temporale, postea sempiternum iucundissimè percipiat, cùm sanctæ illæ, heroicæque virtutes, de quibus sumus antè locuti, sacra confœderatæ coniuratione, in illius animum, pro defensione sanctissimæ matris Ecclesiæ, sedis Apostolicæ, Catholicæ reipublicæ, contra omnes Dei, ac Regis hostes, cõtra omnes pacis Christianæ perduelles, non minus quàm diuinæ maiestatis reos diuinitus armabuntur. Labores generosi, strenuæ contẽtiones, magnanimique conatus principis illius, in hac sacra militia, in hac spirituali tot tantarumque virtutum lucta nusquam ingrati, vanique reputabuntur. Quos præmia debita minimè fallent, neque frustrabuntur; sed illos maxima, non temporalia modo, sed æterna coronabunt.

2. Pars. Lex Dei Christianis circundata virtutibus corona Regis Christiani ad meritum, & præmium.

Illæ virtutes sont veluti pretiosissimi flores odoris fragrantissimi, suis onusti fructibus, qui diuinæ coronę, qua Rex sapiens verè fidelis redimitus honoratur, venustissimè permiscentur, & ad maximam prosperitatis publicę securitatem pulcherrima serie, diuinæ iustitiæ sole illustrati coruscantes interseruntur. Quam coronam principis fidelis non aliam propriè pensare debemus, quam legem Dei, tot prædictis comitata virtutibus, quam Princeps Christianus super caput suũ portare, & in pectore gestare, ad maius meritum, præmiumque debet: quod nihil aliud est, vt inuolutum mysterium clarius euoluatur, quàm hanc

Quid sit portare legem Dei super caput, & in corde.

Dei legẽ factis honorare, ac illi adimplendo parere, vt suum eius directione errare nescia imperiũ, ad nutum diuinæ voluntatis sapienter regere, feliciterque moderari valeat. Cùm summus Pontifex magnus veteris testamenti Sacerdos Ioiadas Ioas admodum iuuenem, vel puerum potius Ochoziæ Regis vita functi filium erectum in Regij throni celsitudinem, olei sancti profusione reuerenter inaugurauisset, ipsum super caput pueri Regis coronam, legemque Dei imposuisse sacri diuinorum oraculorum codices memoriæ prodiderunt. Sacer textus habet.[a] *Produxit filium Regis, & posuit super eum diadema, & testimonium*, id est legem, *feceruntque eum Regem, & vnxerunt.* In quę verba hæc glossa interlinearis ait.[b] *Insigne capitis Regum, lex Dei, qua hortatur Rex, qualiter viuat, & quid agat.* Vt sibi, populoque prosperè consulat, quam in sanctitate, & iustitia regendo, sua authoritate, magnis parta virtutibus, in officio continẽdo pacis optatę possessione securum, pium exemplo suo, indeque beatum secum postea reddit, atque molitur. Sine quo principe, pietate celso, grauis meritis, omnia in imperio, & humana societa-

a 4. Reg. c. 11. & 12.

b Gloss. interlin.

Prima Princeps legem Dei seruando religiosè, & inuiolatè merecedem in hac vita habet, temporales prosperitates.

A te misere turbata, discordiis iactata, incendiis consumpta, multis denique ciuium cædibus cruenta vastarentur. *Vt enim si gubernatorem à naui sepuneris, scaphum subuertisti* (inquit S. Chrysostomus) *& si ducem ab exercitu abducas, vinctos hostibus tradidisti milites: ita si principes pios per virtutes suas, authoritate potentes à ciuitatibus, humanisq; cõgregationibus abstuleris, feris irrationabilibus magis irrationabilẽ degemus vitam. Inter nos morientes, & nos deuorantes pauperiorem potentior, & mansuetiorẽ audacior.* Atque hęc authoritas grauis, & potẽs ad pacem, salutemque publicam, solidum maiestatis Regiæ munimen, virtutum operationibus acquisita iusto, ac pio principi, instar præmij temporalis misericorditer à Deo conceditur. Vt bene parẽtes populos tanto principi magna illius authoritate permotos, tranquillitate decora, pace salutari, & alijs temporalibus bonis, in gratiam principis optimi lætificet, atque iucundissimè perfundat. Inter quas lætantis, & exultantis populi prosperitates; maior, & gloriosior Regis, qui eas virtutibus suis populo pepetit, felicitas effulget; dicente Diuo Augustino.[c] *Felices eos principes, si iustè imperent, si inter linguas sublimiter honorantium, & obsequantium humiliter salutantium non extollũtur, sed se homines esse meminerint, si suam potestatem ad Dei cultum maximè dilatandum maiestati eius famulam faciant, si Deum timent, diligunt, colunt*, &c. Paulò pòst. *Et si hæc omnia faciũt non propter ardorẽ inanis gloriæ, sed propter charitatẽ felicitatis æternæ*, &c.

Quantũ possit boni principis authoritas pro salute, pace que populi.

S Chrys. hom. 6. ad populum Antioch.

Virtutes pariunt principi authoritatem pro præmio temporali.

Maior felicitas Regis, quàm populi, qui illam populo virtutibus acquisiuit.

c S. Aug. l. 5. de ciuit. c. 24.

Fiducia tuta, & secura confundens numquam bene sperantes in misericordia diuina, quam principes optimi inuiolabili diuinam voluntatem obseruando facientes in Deo iactant, Christianis fulta virtutibus non exiguã in se felicitatis humanæ portionem, lucemque complectitur, quæ tã ista læta, & speciosa felicitas mundanæ vanitatis intacta maculis in sorte temporali boni principis insidens, sic in diuino Christi D. sui redemptoris auxilio fidere; vt iustè, & sine errore confidenter exultando clamet ad illum.[d] *Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me?* [e] *In Deo meo trãsgrediar murum*, munitionis hostilis?[f] *Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum, quia in te sperans*: quo duce, & auspice nil desperandum mihi, sed fausta omnia, felicesque exitus expectandi deuictis hostibus, quos[g] *cornu tuo virtutis euentilabo, & ambulando in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecũ es.* Et cum pater ipse misericordiarum, Deus totius consolationis, Princeps pacis, vncto suo, atque vicario in temporalibus maximè pio, Catholicoq; principi bona, quæ religiosè sperauerat, & fiducia fideli desiderauerat in magna miserationum suarum fœcunditate, gratiarum cœlestium profusionis vbertate largitur: quanta hæc transitura prosperitas, centuplique loco ante sempiternæ vitæ possessionem humana felicitas? Exempla non pauca leguntur eorum Imperatorum, Regum, principumque fidelium, quos in primo ætatis suæ Deum, Christumque Dominum per rectos pietatis, fidei, charitatisque Catholicæ tramites solicitè, deuoteque quærẽtes, vndiq; hostiũ telis, insidijs, machinationibusq; in interitũ imperij, vitęq; exitiũ furentibus, circũseptos diuina virtus, cœlestisq; miseratio seruauit; seruatos omniũ hostium victores effecit: victoriæ lauro speciosa redimitos, victis insidiatoribus, atque perduellibus triumphãtes, ad maximũ in terra glorię, felicitatisq; culmẽ euexit.

3. Pars. Deus principibus, maximè iuuenibus deuotis sui cultus obseruatoribus, suæ defensoribus Ecclesiæ generosis, contra omnes hostes, insidiatoresque singulari protectione opitulatus, vt de suis falsis gloriosisque victor triũphet.

d Iob. c. 17. v. 3.

e Psal. 17. v. 30

f Psal. 26 v. 3.

g Psal. 22. v. 4.

Honorius Imp adolescens insidiatorum vitia superans omnium e fidei insidiatorumque victor, & triumphator.

Cuius diuinæ miserationis, & auxilij cœlestis fructus salutares, propitiosque multoties expertus est in adolescentia Honorius optimus Imperator. Cuius eripiendæ vitæ, & imperio hostes intestini proditoresque nefandissimi, diuersis illius imperij temporibus, vnus post aliom modo Rufinus, modò Eutropius, modo Gainas, modò Stilico, & eius filius Encherius, & alij perfidissimi, sceleratissimique tyranni infidelibus paganis, & hæreticis fœderati crudelissimis machinationibus insidiantes, totum pene Occidentis imperium turbulentissimis factionibus, cum extrema perfidia destruere tentauerunt. Sed *qui habitat in cœlis irrisit eos* religiosissimi Imperatoris ab eius adolescentia protector omnipotens, & optimus, quos omnes detectis eorum insidijs, proditionibus, conspirationibusque nefandissimis, victos, captos, conuictos, diuersis affectos supplicijs, victricibus innocentis Imperatoris armis subiugatos, trucidatosque deleuit.[a] Simili protectione diuina, cœlestique adiutorio Theodosius Iunior admodum iuuenis, sed supra ætatem sapiens Imperator maximis virtutibus refulgens, religiosa sororis S. Pulcheriæ virginis documenta seruando, summa pace, prosperitate temporali, ab omnibus proditorum, inimicorumque fraudulentissimorum insidijs exitialibus, machinationibusque liberatus abundauit. Nec minus Sancto Ludouico atauo tuo adolescenti, vel puero potiùs misericordię, & adiutorij Christus Dominus contra omnes illius aduersarios, conspiratoresque largitus affulsit: illius pietate, sanctitate, iustitia, charitate, cum cæteris alijs puritatis Christianæ virtutibus à sua gratia, benedictioneque cœlesti profectis inuitatus. Quibus in piè, ac iustè regēdo populos, Christianę religionis cultu promouendo, ipsum Christum Dominum suprema adoratione venerando, eius sponsam summa obedientiæ, & obsequij deuotione colendo, necnon ipsius Pastorem monarchicum maxima reuerentia, & honore prosequendo super omnes orbis Christiani principes, ac veros fidei Catholicæ professores sublimatus excelluit. Quid mirum si propositis tot remunerationibus caducis, & æternis postea magnus ille Cardinalis Petrus Damianus hæc iuueni principi, siue puero magis, Henrieo Germaniæ Regi, et ad defensionem Christianæ religionis exhortando suggesserit.[b] *An planè fortè robur ætatis adhuc tibi deesse conquereris? Sed ecce Ioas*[c] *Rex Iuda tener adhuc de sarto tecto templi cum Sacerdotibus disputat, eosque collatam à populo vetat retinere pecuniam, sed totam artificibus in operam indicat exhibendam.*[d] *Dauid vix dum adolescentiæ limen egrediens aduersus Goliath, non cum gladio, sed cum lapillis quasi puerili ter dimicat adolescentulus.*[e] *Adhuc Iosias omnia vasa Baal de templo Domini, cum Sacerdotibus proijcit, & in conualle Cedron flamma vorante succendit. Ills ergo honorabant templum in quo sanguis brutorum animalium fundebatur: tu non succurris Ecclesiæ, in qua pro salute mundi corpus Christi offertur. Nam vt ad gentilium recurramus historias, Annibal ille, qui Carthaginiensium dux factus est, cùm adhuc esset nouem annorum Amilcari patri iurauit ad aras, quia cùm primitus aduersus Romanos acriter dimicaret. Imbelles pueri bellatam spirant pro terrena huius ciuitatis honore; & tu te non excitas ad procinctum pro tuenda vniuersalis Ecclesiæ libertate?* Si liceret recentem adhuc præteritarum calamitatum tefricare memoriam, quibus pacis publicæ, Ecclesiasticæque quietis malè consulti perturbatores tuam (Princeps Christianissime) sæpè adolescentiam non solum, sed pueritiam quoque expugnare contenderunt: profectò quanta pro te adolescentulo Rege diuina bonitas, & æterna sapientia fecerit, quanta ex infinitæ suæ misericordiæ omnipotentisque virtutis arce præsidia, & auxilia eduxerit, & educta tibi præstiterit, vt te victoriarum laureis insignitum, trophæisque cumulatum in ætate tenella mirabilem terris ostenderet; euidentiùs innotesceret, quam vox non mediocriter eloquentis aliqua, scriptorisue stylus, loquendo, scribendoque possent attingere. Sed calamitates illas nimium lamentabiles tui iniustissimè nocentium conspirationibus imperij turbati, doloresque maximos afflicti populi, quos iniqua factiosorum rebellio, his non ita pridem elapsis annis inuexit, tua hæc naturalis mansuetudo, atque benignitas, etiam cum maxima tuæ clementiæ laude renouare vetant. Non tam in his encomia hominum de te, quàm pro te Dei præsidia, iudicaque claruerunt. *Ideo nec in hac parte hominum præconia leguntur*, vt cùm Panegyristę[f] loquar, *vbi indicia diuina quæruntur*. Quàm verè Theodoretus.[g] *Quodcumque Deo causa fit, inquit, mercedem habet consequentem.* Cuius in parte nec exigua reputatur, cùm pius, & iustus Princeps ob à se conseruatam, defensam, propagatamque Christianam religionem, Ecclesiamque Catholicam, hanc à Deo benedictionem pios, sanctosque liberos pariendi consequitur: quæ post magna feruenti charitate Christiano contigit.[h] Qui cum magno animo, atdentique pietatis affectu, Christianæ religionis propagationi, Catholicæ Ecclesiæ principatui, monarchiæque amplificandæ vacaret, & animū viriliter intenderet: iuuenndum à Deo per Angelum, instar formosi iuuenis in somnis de nasciturο filio nūntium accepit: qui incepta ab eo profide, Ecclesiaque Christi in Vngaria, conceptaque animo perficeret. Atque ille filius fuit Sanctus Stephanus primus Vngarorum Rex post obitum felix apotheosi sacra, Catholicaque donatus. Necimmerito filij principibus pijs in præmium temporale rectè factorū pro Catholica fide à Deo sępè donari dicūtur; cū imperij firmatas, atq. prosperas, in fœcūda, & generosa prole principis inclinata recūbere videatur, vt S. Episcopi Porphyrius Gazensis & Ioānes Cæsariēsis in Palæstina Arcadio Imperatori, & Eudoxiæ cōiugi, de filio breui nasciturο Theodosio iuniore testati sunt, ac restando voce prophetica comprobarunt. Quod beneficium generati filij immensum Dei agnoscens in se ipsum Imperator Arcadius, (quod in præmium antecedentium virtutum de manu Dei misericorditer acceperat) erga Christianam fidem, erga sacrum Ecclesiæ Romanæ principatum, magis in dies pietate, ac omni charitatis officio creuit; ac suam contra eius hostes infideles, hæreticos, schismaticos fortitudinem imperatoriam potentet armauit: illos viribus imperij, vt idoli Marnei cultores, vnà cum idololatrarum templo destruxit: patris sui Theodosij Magni pietatem, sanctitatemque secutus. Qui ob natum filium natu iuniorem Honorium tanti à Deo dati beneficij magnitudinē cupiens agnoscere, flagrantioris generositate charitatis pro religionis, ac Ecclesiæ Catholicæ cumulandia honoribus, ...

Marginal notes (left column): Chrysostom. Claudianus l. 2. in Eutropium. Orosl. l. 7. c. 35 & alij vi. de his Annales. — [a] Theodosius Iunior — S. Ludouicus. — Petri Damian. epist. ad Henricum Germaniæ Regem, adhuc ætate puerum, illum ad Ecclesiæ Dei defensionem excitantis, propositis principibus valde iuuenum imit puerorum exemplis. — [c] 4 Reg. c. 12. — [d] 1 Reg. c. 17. — [e] 4 Reg. c. 23.

Marginal notes (right column): [f] Nazarij Panegy. ad Constantinū M. — [g] Theodoret. epist. 131. ad Anatol. — 4. Pars. Inter temporalia principū præmia pios parere liberos collocatur à Deo. — [h] Carrotius in vita S. Stephani Regis Vngariæ. Geisa Vngarorum dux ob à se defensam, & amplificatam in suo principatu Catholicam fidem, Ecclesiaque Romanæ principatum Deum in præmium temporale filium S. Stephanum dedit. Imperij firmitas, & prosperitas à filijs principum. Ex Marco diacono commissi legationis Episcoporum SS. Episcoporum ad Arcad. Imp. an. 400. Arcadius nato sibi filio maior factus, patrem Theodosium secutus. Ex eodem Marco in legatione. Pietas, & charitas Theodosij Magni Ecclesiam Dei tenera habitus ob natum sibi filium Honorium, tamquam filij à Deo in præmium acceptum. Saturn pro Ecclesia Dei. L. 1. q. de haeret. C. Theodos. 184.

a l. 5 de episcoporum iudiciis cod. eod. anno. 385.

A seruitiisque laborauit. [a] Contra hæreticos edictorum suorum vires exacuit; postea Constantini Magni pro Ecclesiæ sanctæ, nec non clericorum immunitatibus, & iure Pontificio, rescripta authoritate imperatoria confirmauit. Mansuetudinis insuper, clementiæ, charitatis, munificentiæ imperatoriæ fontes, atque thesauros populis fidelibus, imperio suo subditis vberiùs, abundantiùsque relaxauit. Sic maximum hoc Dei beneficium, & immensam eius benedictionem inter prospera temporalia, filios in imperio procreare, prudentes semper principes, Regesque religiosi iudicauerunt. Hanc tu benedictionem diuinam iam iam ab omnibus bonis fidelibus tibi subditis ardentissimè desideratam, charissimæ prolis propediem tibi à serenissima, castissimaque coniuge pariendæ, nullatenus de Christi Domini misericordia, benignitateque dubitans, fiducialiter expectato.

Votum authoris pro filio à Deo Regi impetrando, maximis prædito virtutibus in præmium temporale virtutū Regis.

B Quæ sit spes altera Galliæ, tui firmitas imperij, salus bonorum, ruina malorum, Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ robur inexpugnabile, terror, & interitus illius hostium, religionis Christianæ protectio, infidelitatis hæreticæ, schismaticæque prauitatis subuersio, sacrosancti inter tuam Christianissimam secularem, & Ecclesiasticam Pontificis Romani monarchiam fœderis inuiolata defensio, & omnium à malignis spiritibus dissidiorum, machinationum exitialium, odiorum contra illud in maleuolas rebellium peccatorum animas furentes iniectorum destructio. Quæ tibi sit tuæque religiosissimæ coniugi, maximæ seges consolationis, exultationis sinceræ, necnon admirandæ materia iubilationis.

C Cum filiorum orbitas principibus maximas eorum cordibus afflictiones, doloresque causetur; teste lamentabili Alexandri Magni voce de liberorum priuatione sic lugendo querentis. *Orbitas mea me cruciat, quæ in me quod sine liberis sim, spernitur.* [b] Ex Curtio in Alexandro. Proles denique quæ sit secundùm cor Dei, quæ viuat, & regnet ad illius voluntatis diuinæ nutum, tuæ coronæ, sicut virtutis hæres in longa, & magna benedictione, non temporalibus modo, sed spiritualibus bonis affluens. Quæ piè, iustéque, te feliciter post longos immaculatæ vitæ cunctis cumulatæ virtutibus annos, ad cœlestia regna migrante, primum [c] *quærat regnum Dei, & iustitiam eius.* Atque tanto cum charitatis ardore Regis Regum, Domini dominantium Christi, patris æterni filij, gloriæ velificetur, vt in præmium tantæ charitatis, cæterarumque virtutum temporale antè sempiterni consecutionem,

b Curtius in Alexandro.

c Matth. c. 6.

D cætera bona illi simul & populis sceptro tuo Christianissimo fideliter seruientibus adiciantur. Hæc precor vt veniant, atque cum bonis omnibus sanctissimæ Ecclesiæ Romanæ filiis hæc puro de pectore vota fundo.

CAP. IV.

Cap. X.

De præmio sempiterno Regis Christianissimi debito virtutibus post temporale.

1. Piis principibus à Deo filios misericorditer impetrant opera virtutum Christianarum in Ecclesia Catholica defensionem collata, à qua felicitas temporalis, sicut æterna postea.

2. Vtriusque præmij per antitheses descriptio, quod heroica principis Christianissimi virtutes adipiscuntur præmio priuatarum personarum virtutibus debito maius.

3. Peroratio totius parænesis panegyrica ad Regem Christianissimum.

SED cùm fœcunditas optimorum liberorum à diuina benedictione profecta vnum sit ex amplissimis præmiis virtutum, quæ diuina miseratione piis principibus in hac vita donantur. Da operam, Princeps Christianissime, strenuam, atque generosam; quanta poteris animi religiosi contentione sapienter, & alacriter enitere: vt illud procreatione spiritualium

C liberorum, quos virtutes Christianissimo Rege dignas intelligo, cumulatiùs, & abundantiùs acceptissimus Deo merearis. Considera, quid beneficia Dei, quid maiorum tuorum virtutes, quid Ecclesia Catholica mater tua, quid sedes Apostolica, quid pater sanctissimus, qui benedictum tibi S. Ludouici in sacro baptismatis, regenerationisque fonte nomen imposuit, quid omnis Ecclesia Sanctorum, quid denique populus Galliæ, vt tranquillè, feliciterque sub te viuat vniuersus à te iure suo deposcant. Audi quid dixerit Papa Vigilius Aureliano Arelatensi præsuli insinuandum, proponendumque Childeberto Regi Franciæ, vt nunquam Ecclesiæ sanctæ, & Apostolicæ sedi ab infidelibus, aliisque peccatoribus vehementer afflictæ subuenire, & opitulari desisteret, & illud tanquam tibi soli dictum pro te sume. [a] *Dignum est, & Catholico (sicut es)*

D *Regi conueniens, vt fidem, & Ecclesiam, in qua voluit Deus eum baptizari, omni debeat virtute defendere.* [b] *Scriptum est enim, viuo ego dicit Dominus, quia glorificantes me glorificabo.* Attende diligenter auream illam verè regiam S. Cælestini Papæ ad protectionem Ecclesię Dei, ad spiritualis defensionem imperij Theodosium Iuniorem cohortantis, excitantisque sententiam. [c] *Felicia* nempè *principum secularium temporalia regna, Ecclesia Catholica, Romanaque fides, tutela, & defensione florere, deque cunctis aduersitatibus in terra triumphare.* Tuo similiter animo firmiter infige præclarā illā alterius Papę, Magni videlicet Leonis ad eundē Imperatorē, aduersus hęreticos Eutychianos, ac perniciosissimos famę, salutiq; prin-

a Epistola Vigilij Papæ ad Aurelianū Arelat. Archiepiscopū.

b 1. Reg. c. 2.

Regni temporalis felicitas ab Ecclesia defensione procedit.

c S. Cælestini ep. ad Theodos. Iuniorē.

a S. Leonis Papæ ep. ad Theodos. Iuniorem.

cipi saulicos Chrysaphiũ, & alios ipsorum fautores exhortationẽ.[a] *Defende, & protege contra hæreticos, aliosque nefarios Christi, eiusque religionis hostes, inconcussum Ecclesiæ statum, vt & vestrum Christi dextra defendat imperium*, &c. Nec vero solum ô Princeps, tuum Christi dextra defendet imperium, sed multo benigniùs, citiùs, & cariùs cor tuum, corpus, sensus, cogitationes, affectus, te denique totum interius, & exterius. Cùm autem cor tuum, ac cætera tua in manu Dei sint, nõ tam armorum robore, quam diuino adminiculo, ductuque seruantur. Sed scito, ex D.[b] Augustino, nõ cuiusuis principis cor, & alia quæ tangunt illum esse in manu Dei, sed eius solùm, qui Christiani nomine dignus est, & qui opera facit illustria, quę pro defensione religionis, & Ecclesiæ Christi cõsumpta, tanti nominis sanctitati, dignitatique respondent. At præmium illud tanta bonorum tẽporalium varietate redundans, pro regiarum virtutum, in tam fertili, tam fœcundo meritis solo, Ecclesiam Dei, eiusque principatum spiritualem defendendi, mancipatarum remuneratione necdum satis. Hoc tibi solum pro centuplo in terris erit. Aliud præterea te manet in cœlo, æterna vita, perennis gloriæ fluxus, fons ex visione, fruitioneque diuinitatis æternæ, Trinitatis sanctissimæ viuus emanans, status omnium bonorum aggregatione perfectus: vbertas immensa domus Dei, à qua feliciter inebriaberis, torrensque voluptatis æternæ, quo in consequentis æui perpetuitate potaberis. Si cùm ætate crescens, & annis, de virtute in virtutem ire celeriùs, veluti cœpisti volueris: vt auxiliis salutaribus, quæ à te pro gloria Dei, pro tua, populique salute, sancta mater Ecclesia, Catholica religio, sedes Apostolica, vniuersa Gallia, cum bonis omnibus sperando præstolantur, minimè à sua spe deiectæ frustrentur. Ita hæc temporalis prosperitas ad æternæ felicitatis assecutionem via tibi erit: temporale præmium ad sempiterni prouectionem scala tibi pandetur: ac finis temporalis honoris, & exultationis, initiũ tibi gloriæ sempiternæ parabit. O quàm ex omni parte, omni tempore, beata vita tua! instar vitæ Regum iustorum, piorũque, qui te in solio Christianissimi regni, virtutum Christianarum pręcincti lauro precesserunt! Si illorum trophæa in honore Dei procurando, eius Ecclesiæ, religionis Catholicæ cultu propagando, sedis Apostolicæ principatu à furiosa omnium hostium oppugnatione vindicando parta, nunquam te sinant quiescere: quousque similia, aut certè si fieri possit maiora tibi, non indecoro laborum, præliorumque Sanctorum sudore comparaueris.

b D. Aug. in Prou. c. 21.

De præmio sempiterno Regis meritis in cœlis reddendo.

2. Pars. Vtriusque præmij, temporalis, & æterni descriptio per antithesis quod Regia principis Christiani virtutes adipiscuntur.

Tu sic operando, religiosè laborando Chri-
1. stianissimi regni clauo affixus, & hærens prospe-
ritatibus temporaneis, humanisque fultus in ter-
ra fulgebis, & in æternum postea cum Angelis
immortaliter gloriosus in cœlis exultabis. Hic
terrenis, honestisque nutrieris deliciis; illic æter-
næ gloriæ lumine, sicut vestimento decoraberis.
Hic nobilium, ac populorũ fidelium corona ho-
norificè, fideliterque constipaberis; illic beatorũ
spirituum ordinibus comitatus incedes. Hîc ho-
minum iustorũ, tuæ maiestatis obseruantissimo-
2. rum multitudine lætaberis; illic Angelorũ choris
3. immissus incredibili consolatione gaudebis. Hîc
4. præliando prælia Domini, pro illius gloria, pro
5. spiritualis eius propugnatione regni generosè sudabis, & post præliorum sudores victor, cum tuis
fidelibus populis abunde cõsolaberis; illic in mi-
litia cœlesti gloriosa cum Christo triumphabis.
Hic regio vestitus indomẽto nitescens pace cum 6.
tuis optata fruendo modesta, castaque iucunditate gesties, illic immortalis gloriæ refulgens ornamento diuinos indicibilis lætitię latices, liquoresque de fonte beatificę visionis exundantes copiosissimè potabis. Hîc regia sanctarum victoriarum 7.
onusta, honorataque trophæis diademata portabis; illic triumphalibus sempiternę gloriæ laureis ornatus, pleno, quod à te nemo tollet, diuinæ cũ Christo omnium Sanctorum corona stipato, cõuersationis, familiaritatisque gaudio iubilabis. Et 8.
qui terreni Regis maximi licet, filius hic extitisti; illic cœlestis Regis filius, hæres Dei, cohęres Christi, Dei filiorum adoptione confirmatus, imperij diuini, sempiternique thesauros iure hæreditario per præcedentium virtutum, quibus in terra coruscaueris, merita possidebis. Tot, tantisque bonis pro temporali, æternoque pręmio propositis, ô Princeps, *dubitabis adhuc virtutem extendere factis?*[c] *Non te pigeat temporales labores, cruciatusque pro Christi nomine sustinere*: vt cum Sanctissimo Patre Martino Papa loquar, *sed magis emolumenta futuræ remunerationis bonus sæculi vexationes tolerare persuadeant.* Longè maius præmiũ bonos, piosque principes, quàm cæteros in cœlo manet; quia regia virtus quæ in bene, ac religiosè populos regendo consistit, aliis priuatorum virtutibus excellentior est, reipublicæ saluti vtilior, Ecclesiæ paci & prosperitati conuenientior, diuinæq; gloriæ per medios populos amplificandæ potentior habetur: prout sincera Theologorum doctrina profitetur: veluti supra meminimus. Quam huc appositè traducetur illa memorabilis, ac prudenter libera vox, & oratio Episcopi Oeniadum Anastasium Imperatorem fraudulentissimum, religionis Catholicæ persecutorẽ de sua salute admonentis, atque illius chlamydẽ tenẽdo ista inter alia dicentis.[d] *Hæc vestis nequaquam te post mortem sequetur, ô Imperator, sed sola te pietas comitabitur, ac virtutum habitus*, &c. Quamobrem sapienter, ac meritò rẽ Iustiniani magni saluti prospiciebat Agapetus, cùm his illum parœneticis sermonibus affabatur.[e] *Vtere vt oportet regno hoc inferiore, vt scala tibi fiat superioris claritatis. Qui enim hanc rectè gubernans, illa quoque dignus postmodum cẽsentur.* Væ illis principibus, qui suorum principatuum potestatibus prosperis Dei beneficiorum immemores, & ingrati, in suam, populorumque perniciem nequiter abutuntur. Quam mentis in principibus illis cæcitatem detestatus Imperator ille sapiẽs Leo sextus, nõ sine causa dictus propterea philosophus, inter alia, quæ in encyclica ad omnes imperij sui fideles epistola rescripsit, merito dicebat.[f] *Quicumque verò cum temporali aliqua delectatione meliorem vitam nacti sumus, quàm vt igne probemur, non propterea ab ipsa delectatione nos vinci sinamus, & quæ nobis data sunt ad salutem, faciamus vt miseriæ sint nobis occasio sempiternæ.*

c Ep. Martini Papæ ad S. Amandum epis. Traiect.

Maius præmium principes pios manet in cœlo, quam priuatos, quia illorum virtus est præstantior, & vtilior Dei Ecclesiæ, & saluti populi.

d Præclara admonitio episcopi Oeniadum Anastasio Imp. facta.

Principes Christiani suo bono vti debent imperio, vt per illud æternum lucrentur, non contrà.

e Agapeti Diaconi ep. parœnet. ad Iustinianum Imp.

f Leonis 6. Imp. encycl. epist. ad omnes imperij fideles.

Nunc tempus est, Rex Christianissime, orationis, atque deprecationis pios omnes, humiles, deuotos, charitate feruentes erga te, quos mea potest infirmitas excogitare, in conspectu vestræ maiestatis, quasi præsentis affectus effundere: cũctis animi mei vehementissimè de tua salute, prosperitate, & gloria soliciti motibus ardẽtioribus amore tui habenas perorando laxare. Quibus te per viscera misericordiæ Dei nostri, per sangui-

3. Pars. Peroratio generalis totius parœnetica orationis ad Regem.

nem Iesu Christi Domini nostri pro nobis in cruce fusum, per tot gratuita dona tibi ab ipso Christo Domino liberalissimè, mansuetissima benedictione largita, per signa durationis longæ, & altissimæ gloriæ regni tui sæpius ostensa miraculis, per heroicas, atque Catholicas maiorum tuorum, Regum Christianissimorum virtutes, per spem tibi nascituri filij, per cuncta vitæ sempiternæ desideria, per temporalia Christianissimarum virtutum præmia, & æterna quibus bene regnando confidentiùs inhias, te humiliter exhorter, obsterque vehementer. Vt Christi Domini legibus obsequendo, eius sponsæ sanctissimæ dignitatem, pacemque promouendo, eius pastoris œcumenici principatum spiritualem contra omnes hæreticos, schismaticosque fortiter generosa pietate vindicando, sacrosanctam inter tuum, & Ecclesiæ regnum, inter regiam, & pontificiam monarchiam, pacis, charitatisque confœderationem inuiolabili protectione tuearis. Et ita de terrestri hoc regno, cui cum pietate, & iustitia hæreditario iure dominaris, tutam, rectamque scalam, & ascẽsiones in cœlorum regna struas, plantes, & ædifices, sicut Agapetus Iustinianum Magnum, vti modo dicebamus, exhortabatur. Infige pectori tuo firmissimis pori desiderij, & intentionis sinceræ radicibus, post charitatem in Deum, Catholicum veri, sancti, & ardentis amoris stimulum; quo meritoriè punctus in obedientiam filialem, in dilectionem principi Christianissimo conuenientem, sanctissimo Patri, Ecclesiæ sanctissimæ matri cõsecratam religiosissimè proruas atque procumbas. Illis quoad viues, omnia tui propugnacula regni deuoueas; vires, & neruos omnes regios intendas, quibus tua iubente, ac pugnante pro illis animosa pietate, illorum salus, honor, & gloria fortissime defendantur. Sic bene regnando tuã, & populi salutem in tuto ponas, Catholicam fidem, destructis contra illam hæreticarum, schismaticarumque prauitatum erroribus, per vniuersas regni tui partes, & oras diffusam ab omni hostium concussione liberam firmiùs custodias, sanctiùs stabilias, beatiùs exaltes: vt in vtroque regno terræ cœlique, cum rege seculorum omnium, immortali, & omnipotenti Christo viuas, atque beatissimè regnes. Quod vt alacrius, atque generosiùs opereris, attentè considera, altiùs perpende, & studiosissimè hanc sancti Augustini sententiam mentis affectu meditare.[a] *Illi autẽ, qui vera pietate præditi bene viuunt, si hanc scientiam regendi populos consectati sint, nihil est felicius rebus humanis, quàm si Deo miserante habeant potestatem, &c.* Tunc experientia cognosces cum Iustiniano Magno, quàm princeps ille prospere dominatur in terris, felicius in cœlo regnaturus, *qui regendo humana, diuina colit.*[b] *Ille quippe Domino nostro Iesu Christo fauente felix in seculo regnat, qui sacra religione suum fundat imperium, beneque gubernat humana cui prius diuina placuerunt.* Igitur vt ad hunc Imperatorem Agapeti Papæ verbis vtar, *sic adunatos felicitatis vestræ prouectibus, tali mentis gloriosa proposito terrena tibi regna subijce, vt Ecclesiæ Christi dulci iugo colla submittendo, eiusque necessitatibus ex magno charitatis ardore subueniendo, simul cœlestia regna conquiras.* Sic Catholicæ professionis animo tuo lumen irradiet, vt etiam beatis operibus enitescat: illa sit tibi in Deo Christo Iesu plena, firma, sanctaque credulitas, quam spiritualium simul fructuum commendet vbertas. Hoc modo nobilissimè, & augustissimè maiorum tuorum Regum Christianissimorum, vt sancti Ludouici, cuius nomine gloriosè decoraris, verus eris iure hæreditario successor. Cùm sicut throni illorum, ita & fidei, religionis, charitatis, aliarumque virtutum, quibus illi heroicè coruscarunt, hæres existes.[c] *Nam successor est* (aiebat sanctus Gregorius Nazianzenus) *qui non minus in fidem, quàm in thronum succedit. Qui enim contrariam fidem amplectitur, aduersarius quoque in throno censeri debet, ac rem ipsam, veritatemque successionis non habet, nisi fortasse quis ita successorem dicat, quemadmodum sanitati morbum, tenebras luci, tempestatem tranquillitati, & dementiam prudentiæ.* Inde posteritas omnis maximum illud fidei pietatisque tuæ iubar miris efferendo præconiis nunquam admirari cessabit, nulla caduca temporum defectione laudes illius maximæ conticescent, nulla illas obliterabit obliuio, sed ab omni temporis rerum edacis, inuidiosaque vetustate immunes, vindicatæque respirabunt. Quod cumulante Christo Domino suas in te benedictiones immensas, tantis eius sanctissimam sponsam, salutis æternę custodem, sedemque Apostolicam charitatis, & munificentiæ titulis eleuaueris, vt ipsa etiam sperantium desideria transiuisse, atque superauisse videaris.


Regnat fideliter in terris pius princeps, qui regendo iusta terrena, cœlestia quærit, & colit.

a S. Aug. l. 5. de ciuit. c. 19 sub finem.

b Iustiniani Magni Imp. epist. ad Hormisdam Papam, quæ extat inter huius epistolas.

Hortatur Regem vt sicut throni, sic & fidei, religionis aliarumque virtutum maiorum suorum sit hæres.

c S. Greg. Nazianz. in orat. de laudibus S. Athanasij.



PARÆNESIS TERTIA ad vniuersum Gallicanæ Ecclesiæ clerum in quatuor capita distributa, in prælatis, pastoribus præcipuis, alijsque Ecclesiastico munere fungentibus, in concilio nationali, aliòue cœtu congregatis repræsentatum. quos totius cleri personam gerentes ad sancti fœderis, vnionisque sacræ, inter ambas monarchias, inter summum pontificem, & Regem Christianissimum, aliosque fidei orthodoxæ principes, religiosissimam conseruationem, protectionemque inexpugnabilem Christiana exhortatione, deprecationeque compellat.

CAPVT I.

Quod est xi. Libri.

Episcopi, prælati, cæterique animarum pastores suo piè vacantes officio principem suum in spiritualibus visibile, vniuersalis Ecclesiæ caput omni qua possunt ope defendere, & honore

summo venerati religiosa deprecatione compelluntur.

1. *Christus Dominus sua sapientia lucem à bonis Episcopis, atque pastoribus in populos fideles deriuare solet, duplici propterea honore dignis.*
2. *Vt Ecclesia, regnoque Christianißimo prospere seruientes prælati, cleroque præfecti Gallicano, sanctiùs pacem inter vtramque monarchiam Christi Domini custodiant suo gregi fideliter intendere, & ex conscientia pastorale munus obire piis exhortationibus inuitantur.*
3. *Cur Episcopatus dicitur bonum opus, non bona dignitas, & honor.*
4. *Gallicana Ecclesiæ prælati, sanctorum prædecessorum exempla secuti, serpentis prudentiam iuxta præceptum nostri Saluatoris imitando principem suum, visibile vniuersalis Ecclesia caput, defendere, ac debitis illud honoribus venerari rogantur.*

Cur post Rom. Pontificem Regemque Christianissimum, author suam vult orationem conuertere ad clerì Gallici præsules, & pastores.



A Patre omnium fidelium sanctissimo, Romano Pontifice, à Rege Christianissimo, Ecclesiæ Dei primogenito nostra post solemnia vota, preces, & obsecrationes piis affectibus ardentes oratio digressa, ad quos decentiùs, & iustiùs, quàm ad vos augustissimos animarum patres, clarissima Ecclesiæ Gallicanæ lumina, paribus affectibus, votis, supplicationibusque comitata conuertetur? Vt quæ duobus summis principibus, alteri spirituali, alteri secolari in regno Dei conati fuimos persuadere precando, eadem vobis qui eos authoritate statusque dignitate proximè seqoimini, simili deprecationis ardore facienda suggeramus.

In prælatos, pastoresque maiores Episcopos Christus sua sapientia, sanctitatisque lucem transfundit, aliis postea transmittendam.

Qui iurisdictione Ecclesiastica, pastoralique munere, præ aliis simplicibos clericis, minoribusque sacerdotibos in domo Dei præfulgetis, maiorique diuinæ lucis irradiatione corulcatis. In quoa tanquam pretiosissima specula Christus diuinæ D suæ sapientiæ, sanctitatisque fulgorem, emicantibus gratiarum Spiritus sancti radiis, copiosa misericordiæ suç profusione transmisit: vt postea vos in creditos, atque commissos vobis greges magno charitatis ardore transfunderetis, dicentes cum Apostolo. [a] *Nos verò omnes, reuelata facie, gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem.* Quod nēpe vos, non vt Moyses, qoi velata facie colloqoiis cum populo conuersabatur, sed reuelato, detectoque vultu gloriam Domini nimirum sapientiæ, sanctitatisque Christianæ donum veluti nitida, & pora specola recipientes, eandemque Christi Domini imaginem, sapientiam videlicet, sanctitatem, & gratiam iustificantem tam clarè, atque perfectè in vobis excipitis, vt in eandem ipsius imaginem transformari videamini. A claritate in claritatem, id est veloti specula clarissima, imaginem, scilicet diuina charismata, à Christo Domino recipientes, eandem postea in alios vestræ directiooi commissos effuodentes, videli-

[a] Ad Cor. c. 3. v. 18.

Nota huius loci expositionem.

A cet à claritate, quam à Christo Domino accipitis in claritatem, quam per eiusdem imaginis Christi communicationem, diuinique splendoris irradiationem vestris meritoriè vacātea officiis emittitis. Specula quippe munda purè lucentia, diuinæ gratiæ affecta radiis esse debetis, prout muneris vestri, dignitatisqoe ratio requirit, qoæ imaginem sapiētiæ, sanctitatisque diuinæ viuam, lucē gratiæ iustificantis, à Christo Domino acceptas, in commissoa vobis greges, doctrina veritatis Catholicæ, vitæque puræ sceleris exemplo traosfuodatis. [b] *Lux namque gregis flamma est pastoris,* inquit sanctissimus ille quoodam Ecclesiæ pastor vniuersalis, *docet enim pastorem, docet dominicum sacerdotem moribus, & vita clarescere, quatenus in eo tanquam in speculo vita sua plebs commissa & eligere quod sequatur, & videre possit quod corrigat.* B Qui spirituales animarom populi, gregisque vestri matres estis: earum decora, & ornamenta spiritualia, quibus gratæ sunt sponso Regi seculorum immortali Christo, curæ maximè, vt filiarum ornatus matri, vobis esse debent. Magnum illū populorum fidelium pastorem Diuum Augustinum vobis imitandum ad id sanctitatis, charitatisque munus attendentes gregi vestro proponite, eumque sic populis sibi creditis loquentem efficaciter audire. [c] *Me putate matrem vestrarum animarum esse, & ita vos velle componere, vt in vobis nec macula, nec ruga possit ante tribunal æterni iudicis apparere. Animabus autem vestris non solum ornamenta, sed etiam medicamenta prouidere desiderans, studet dissuta consuere, concisa sarcire, vulnerata curare,* C *abluere sordida, reparare perdita, & ea quæ sunt integra spiritualibus margaritis ornare.* Qui dum sic animas sui gregis ornare contendit, nihil aliud quærit, ac poscit ab eis, quàm seipsas non bona sua, quàm eorum salutem, non priuatas ab illis sibi commodandas vtilitates. [d] *Nos margaritas vobis,* inquit, *de paradisi patria prouidentes, nullam aliam in hoc seculo mercedem optamus accipere, nisi vt vos patienter, & libenter quæ vobis insinuantur, videamus audire, & cum Dei adiutorio, secundum vires vestras operibus adimplere, &c.* Ardoum valde, ac periculosum vobis illud animarum directionis onus esse dissimulare non possum, sed tamen gloriosom, & salutare, si bene, fideliterque geratur: arduū profectò pater ille sanctus agnoscebat, D qui eum sui seculi doctorum vertex habebetur, Valerio nihilominus Hypponensi præsuli, quod se inuitum in partem solicitudinis Episcopalis admisisset, ista lugendo scribebat. [e] *Ante omnia peto vt cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore facilius, & lætius, & hominibus acceptabilius Episcopi officio, si perfunctoriè, atque adulatoriè res agatur: sed nihil apud Deum miserius, & tristius, & damnabilius. Item nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi officio, sed apud Deū nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator* (scilicet Christus) *iubet. Quis autem iste sit modus, nec à pueritia, nec ab adolescentia mea didici, & eo tempore quo discere cœperam, vis mihi facta est, meritò peccatorum meorum, nam quid aliud existimē nescio, vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram, &c.* Et paulò pòst. *Et hinc erant lachrymæ illæ, quas me fundere in ciuitate, ordinationis meæ tempore nonnulli fratres animaduerterunt; & nescientes causas doloris mei, quibus poterant sermonibus, qui omnino ad*

Prælati, ac pastores specula clara, munda que pura debent esse, ut viva sanctitatis debitis, eo quo res. lucem gregis Christiani, &c.

[b] Greg. l. 7. ep. 32.

Pastor bonus animarum pater, & mater.

[c] D. Aug. l. 50. hom. 26.

[d] Idem ibid.

Bonus pastor animarum gregis salutem nō bona terrena quærit.

Præfectorum Ecclesiæ animarū; rectorum onus arduum, sed gloriosum, & salutare si bene exerceatur.

[e] S. Aug. epist. 148. ad Valer. Hypponens. Episc.

D. Augustinus luget se factū Episcopum.

vulnus meum non pertinerent, tamen bono animo consolari sunt. Et quibusdam interiectis Valerium Episcopum concludendo sic affatur.[a] *Quod si propterea in re ipsa didici, quid sit bonum necessarium, qui populo ministrat sacramentum, & verbum Dei, vt iam nō mihi liceat assequi, quod non habere cognoui. Iubes ergo vt peream, pater Valeri? Vbi est tua charitas?* Arduum similiter, atque periculosum Episcopale munus, & onus directionis animarū; magnum illud Ecclesiæ Gallicanæ lumen Sidonius Apollinaris agnouit: cuius ex ore, & corde sancti præsulis Aruernensis, hæc lamenta, luctusque prodiere.[b] *Ego autem infelicis conscientiæ mole depressus, vi febrium nuper ad extremum salutis accessi: vtpote cui indignissimo tantæ professionis pondus impactum est. Qui miser ante compulsus docere, quàm discere, ante præsumens prædicare, quàm facere tanquam sterilis arbor, cùm non habeam opera, pro pomis, spargo verba pro foliis.* Sed gloriosum, honorificum, ac salutare munus illud populorum prospiciendi saluti, & animas ad portum gloriæ sempiternæ dirigendi, si secundùm Deum rectè sapienterque geratur esse iudicauit Apostolus, cùm dixit.[c] *Qui bene præsunt presbyteri* (scilicet Episcopi aliique animarum pastores) *duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo, & doctrina.* Qualis ille duplex honor, si cum Diuo Anselmo[d] altiùs suspicere velimus? nimirum, *vt in præsenti seculo à subditis stipendiorum, & in futuro à Deo gloriæ perennis honorem accipiāt.* Vnde sanctus Ambrosius.[e] *Boni, & fideles dispensatores, inquit, non honore tantùm sublimi digni iudicandi, sed & terreno, ne sumptuum indigentia contristentur, sed magis gaudeant in fide sua, & doctrina. Instantior enim fit, si non humiliet eum inopia, & in ea crescit, cum se videt etiam præsentem laboris sui fructum percipere, non vt abundet, sed vt non desit.* Sed cum quo quis in Ecclesia, & regno Christiano dignitate, officio, bonisque sublimior, eò illius Ecclesiæ, ac regni salutem, & gloriam magis tueri, promouere, & amplificare teneatur: Cui maior obligatio seruiendi Ecclesiæ Catholicæ, regnoque Christianissimo in dubiis vitæ periculis opitulandi, & vtriusque gloriam, ac pacem inter se promouendi competere potest, quàm vobis? Qui tot in Gallia honores Ecclesiasticos, diuitiasque possideos? Quorumnam princeps Ecclesiæ Dei visibilis, & œcumenicus monarcha, necnon rex Christianissimus seruitium memorabile, fidelitatemque religiosam magis, quàm vestram in aduersis, diuisque casibus experiri debebunt? Qui sub illo Ecclesiæ principe capite vestro spirituali militantes, tot Regum Franciæ Christianissimorum beneficiis locupletati, tot honoribus nobilitati, inter omnes regni status, ordinesque primi refulgeris?

a Idem Ibid.

b Sidon. Apollin. ob factū se Episcopū triste luget l. 9. ep. 3.

Quis duplex ille honor, quo bene præsidentes Episcopi cohonestandi debent

c 1. Ad Tim 5. v. 17.

d S. Anselm. in 1. ad Tim. c. 5. v. 17.

e S. Ambr. in eūdem locū.

A sub ... [A] *successores regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.*[g] *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spōtaneè secundùm Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo: vt cùm apparuerit princeps pastorum, percipiatis immarcessibilem gloriæ coronam.* Quod vt faciliùs, pleniúsque perficere valeatis,[h] *mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem.* Fidem, inquam, tot Spiritus sancti charismatis illustratam, tot virtutum Christianarum splendoribus ornatam, tot sanctitatis eruditione salutari summa doctrina, multiplicique sapientia conditæ radiis effulgentem. Quibus antiqui patres vestri, clarissima Ecclesiæ Gallicanæ lumina, primates, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, prælati, diuersi generis pastores animarum vigilantissimi, atque religiosissimi, tanta cum laude cum sempiterna nominis sui prædicatione coruscantes, tot annos Catholicæ Ecclesiæ Gallicanæ nauigia per medios corruptionis, & aduersitatis mundanæ fluctus, austris sæpenumero prauarum opinionū, insaniarum hæreticarum, schismaticarumque furoribus, sapienter, vt fortiter, feliciterque gubernarunt. In eorum vitæ sanctitatem, doctrinæ puritatem, salutares vigilias, generosos, sacros, indomitosque labores, in animabus Christo lucrandis exanthlatos studiosè, & sancta imitatione respicite,[i] *attendite ad petram vnde excisi estis, attendite ad Abraham patrem vestrum* sanctum nempe Dionysium, & alios Beatorum Petri, & Pauli discipolos, Gallorum Apostolos, cæterosque sanctos Patres, qui ab eorum interitu glorioso tot in Gallia creati pastores animas cœlo pepererunt, atque parturiuerunt;[k] *donec formaretur Christus in illis*, & eorum exemplo Regi nostro, ac Deo Christo Domino,[l] *sapienter psallere, fideliterque charitatis imperio populos vestræ ditioni creditos regere discatis. Vt*[m] *cor vestrum in operis tanto nequaquam cogitationes fluxa possideant, sed ratio sola Christi sublimata gratia constringat*, vt eorum sapientiæ salutari secundùm Deum, vestigiis insistētes cuteris, zelo intrinsecus misericordiæ tacti, diligenterque prouideatis,[n] *Quæ singulis dicatis, vnumquemque qualiter admoneatis; vt quisquis vobis sacerdotibus, pastoribusue iungitur, quasi ex salis tactu, æternæ vitæ sapore condiatur. Sal enim aliter, sicut patres vestri, non eritis, si corda omnium vestrarum non condiatis.* Illi sancti Patres, vestri maiores, tot vobis specula purissima sint, in quæ respicientes quales esse debeatis, vt veri pastoris nomine dignemini, eorum dictis, factisque cognoscetis, similes hæc faciendo futuri pastori illi, quē sanctus Gregorius ita depinxit.[o] *Omni cura vigilandum est, vt rector cogitatione sit mundus, operatione præcipuus, discretus in silentio, vtilis in verbo, præ cunctis contemplatione suspensus, singulis compassione proximus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentiū vitia per zelum iustitiæ erectus.* Vnde vestris insidens pectoribus paternus, id est immensus ardor saluandi animas exorietur, per quem cum Apostolo clamabitis.[p] *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Cor vestrum* sicut ipse sanctus Apostolus *animarum zelo succensum sartaginem*, vt cum sancto[q] Gregorio loquar, *facientes, in quo amore virtutum, pro vestra, gregisque salute, contra vitia vehementer ardeatis.* Quod est vita non lingua, moribus non verbis inanibus age-

g 1. Petr. 5. v. 2.

h Hebr. c. 13. v. 7.

Vt perfectius suo fungantur munere Gallicana Ecclesiæ pastores, ac prælati antiquorū patrum pastorum Galliæ virtutes illis imitandæ proponuntur.

i Esaiæ. 51. v. 1.

k Gal. c. 4.

l Psal. 46.

m S. Greg. 2. part. tract. de vita pastoris.

n S. Gregor. hom. 17.

Qualis debet esse pastor Ecclesiæ, vt Ecclesia regnoque Catholico salutari formad obsequio

o S. Greg. l. 2. ep. indict. 9. c. 24.

p 2. Cor. c. 11. v. 29.

q S. Greg. hom. 12. in Ezech.

Sed vt meliores, & vberiores seruitiorum, laborumque vestrorum fructus in Ecclesiam Dei, in regnum Christianissimum meritoria largitate rependatis, vt Romano Pontifici, Regique Christianissimo fideliori seruiatis obsequio; necnon ambas Christi Domini monarchias, spiritualem, atque secularem pacifice, ac sapienter inter se, sacro perfectionis vinculo Dei, nempe charitate fœderatas strictiùs, atque potentius vniatis; vnitas felicius perpetuò conseruetis, conseruatasque inexpugnabili virtute roboretis.[f] *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos sub Romano Pontifice sancti Petri*

2. Pars.

Ad officia sua vocati, religiosaque abunda vt melius Ecclesia Dei, & regno Christianissimo seruiāt pacē sanctam inter vtramque monarchiam custodiant Gallicani pastores, ac prosules pie exhortationibus inuitantur.

f Actor. 20. v. 28.

a S. Gregor. Naz. in Testaticibus.

te pastorem.[a] *Doce moribus*, inquit sanctus Gregorius, *nec vna manu trahas, altera repellas auditorem. Minus oportebit loqui, si qua oportet feceris.* Pictor imaginum exemplis magis docet; sic pastoris auctoritas ad persuadendum populis, gregibus fidelibus salutaris, quæ exemplo, quàm quæ inani verborum sono fulcitur, longè potêtior est: propterea Spiritus sanctus in scriptura pastores animarum non sermocinatores, sed operatores appellat.[b] *Egredientur nuntij à facie mea*, dicit Dominus apud Ezechielem, per nuntios Apostoli, prophetæ, pastoresque significantur, cuius dictionis loco in Hebræo ponitur מלאכים malachim, id est operatores Dei, ac diuinæ legis executores: quod alibi vocat Apostolus [c] *administratorios spiritus*, quòd bona pastoris operatio sit tertia lingua, quę teste [d] propheta multos commouit. [e] *Illa namque vox libentius auditorum cor penetrat, quàm dicentis vita commendat. Quia quod loquendo præcipit, ostendendo adiuuat vt fiat.* Hoc nisi esset ita, cur Apostolus [f] ipse *regnum Dei non in sermone, sed in virtute* (scilicet bonorum operum) *consistere dixisset?* Cur illius doctrinam secutus magnus Theologorum magister, sancti Hieronymi iudicio, sanctus Gregorius [g] Nazianzenus: *mutum opus sermone operibus carente præstantius ipsi defendisset? Atque non loquentium, sed bene viuentium esse gratiam facilèq.* docuisset? Cur illud eloquêtissimus Greciæ pater, pastorque sanctissimus aurei sui oris adyto prodire permisisset? *Quoties verbis tàtum philosophem operibus decorum minime seruauerimus, quibus tandem oculis gentiles contuebimur?* Quoniam vnus ex illorum philosophis dixerat. [i] *Facere docet philosophia, non dicere, & hoc exigit vt ad legem suam quisque viuat.* Ad quid denique sanctus Hieronymus ista de Christiano antistite, vero animarum pastore loquens Fabiolæ scripsisset? [k] *Tanta esse debet scientia, & eruditio pontificis Dei, vt & gressus eius, & motus, & vniuersa vocalia sint: veritatem mente conceptam, & toto eam habitu resonet: & quidquid agit, quidquid loquitur, sit doctrina populorum. Absque tintinabulis enim, & diuersis coloribus, & gemmis, floribusque virtutum, nec sanctã ingredi potest, nec nomen antistitis possidere.*

b Ezech. c. 30. v. 9. Pastores operatores non sermocinatores in Scriptura vocantur.
c Hebr. c. 1. v. 14
d Ecclesi. 28. v. 16.
e S. Greg. l. 5. ep. 24.
f 1. Cor. c. 4. v. 20.
g S. Gregor. Naz. in Testaticib.
h S. Chrysost. hom. 6 in ep.
i Senec. ep. 20
k S. Hieron. ep. ad Fabiolã de veste sacerdotali.

Nec proprerea sine magna causa, rationeque Apostolum dixisse putemus. [l] *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* His enim verbis euidenter ostendere voluit egregius prædicator, inquit egregius Archiepiscopus Cardinalis, [m] *nihil aliud esse pontificem, quã bonorum operum sectatorem: non enim dixit bonam dignitatem, vel bonum honorem desiderat, sed qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, ac si diceat, qui ad Episcopatum anhelat possidendum, sine bono opere, inane vult nomen subire, sine rei ipsius veritate, &c.* Significantius adhuc ante cum Diuus Hieronymus.[n] *Bonũ opus desiderat*, inquit, *opus non dignitatem, laborem non delicias, opus per quod humilitate decrescat, nõ intumescat fastigio, &c.* Et cõtra Iouinianũ hæc infert. *Nec dicitur si quis* [o] *Episcopatũ desiderat bonũ gradũ desiderat, sed bonũ opus desiderat, quod in maiori ordine cõstitutus possit, si velit, occasionẽ exercẽdarũ habere virtutũ.* Rursus verba illa sancti Pauli valde salutaria prælatis, si bene attendantur, & ruminata meditatione cordis, operis exercitio digerantur, Prælatorum, pastorumque spiritualium pectoribus altiùs infigere, atque profundiùs inserere cupiens alibi dixit.[p] *Videsne quid dixerit, bonum opus desiderat, non dignitatem, si autem despecto opere solam aspexerit digni-*

§. Pars. Cur Episcopatus desiderat bonum opus, non bona dignitas, & honor.
l 1. ad Tim. c. 3. v. 1.
m Petrus Damian. Epist. ad coepiscopos Loteronenses. Eccles.
n S. Hieron. ep. 83. ad Oceanum post medium.
o Idem l. 1. cõtra Iouinian. Episcopale, & pastorale munus opus arduum, laboriosum, & periculosum, sed bonum, & salutare si bene exerceatur pro salute populi creditis.
p S. Hieron. in Sophon. c. 3.

A *tatem, cito corruit turris in Siloe, & excelsa cedrorum fulmine sternuntur, & erecta ceruix frangitur, & cygnus extento collo, & in sublime se tendens inter immundas volucres deputatur.* Quàm præclarè iõ hanc sententiam D. Augustinus ipsa dicendo conspirat.[q] *In actione non amandus est honor in hac vita sine potentia, quoniam omnia vana sub sole, sed opus ipsum, quod per eundem honorem, vel potentiam fit, si rectè, atque vtiliter fit, id est, vt valeat ad eam salutem subditorum, quæ secundum Deum est, vnde iam superius disputauimus. Propter quod ait Apostolus, qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, exponere voluit quid sit Episcopatus, quia nomen est operis, non honoris. Græcum est enim, atque inde ductum vocabulum, quod ille qui præficitur eis, quibus præficitur superintẽdit, curam eorum scilicet gerens, ἐπὶ quippe super, σκοπὸς verò intentio est, ergo ἐπισκοπεῖν si velimus*

q S. August. l. 19 de ciuit. c. 19
Episcopatus nomen operis non honoris.

B *Latinè superintendere, possumus dicere; vt intelligat non se esse Episcopum, qui præesse dilexerit, & non prodesse.* Hoc bonum opus considerans, hoc altamẽte disquirens, id est labores, vigilias solicitudines, anxietates quotidianas, & cætera id genus in Episcopali munere radicata, & annexa sanctus Bernardus prædicando clamabat. [r] *Fratres reuereamur Episcopos, sed vereamur labores eorum, si labores pensamus, non affectemus honores, agnoscamus impares vires nostras, nec delectet molles, & fœmineos humeros virorum supponere sarcinis.* Cùm de Episcopis verba facio, prælatos alios, pastoresque prætermittere non intendo, quos salutis alienæ cura remordet, & animarum regimen, directioque constringit. Quorum omnium officium spirituale arduum quidem, difficile, atque periculosum est, sed tamen bonum opus, salutare, & honorificum, si earum virtutũ operationibus exerceatur, quibus vos ornari, vestrique debere supra diximos, vt vos, & vestri gregis animas saluetis, Ecclesiæ sanctæ, de cuius gremio respiratis, atque regno Christianissimo gratissima maximè salutaria seruitia præstare valeatis.

r S. Ber. serm. 22 in cantica.

C

His virtutibus decenter ornati, & fortiter armati, vt Ecclesiam Dei, quæ vos genuit, viriliter, atque meritoria subuentione protegatis, & regno Christianissimo vestrum in omni euentu, & fortuna præsidiũ flagitanti, quacunque poteritis ope feliciter opitulemini, serpentis prudentiæ, ac mystici vigoris, iuxta præceptum Domini, vos imitatores esse iuuat, vt proprij corporis obiectu, vestrorumque periculo membrorum, caput ordinis vestri, caput vniuersalis Ecclesiæ visibile, ab inuisibili, principalique capite Christo Domino constitutum, & ordinatum, caput omnium fidelium tam laicorum, quàm Ecclesiasticorum essentiale, mysticumque Romanum Pontificem totis animis, vitibusque, vsque ad sanguinem, extremumque potentiæ defendatis. Hunc Ecclesiastici imperij monarcham eo semper, quo tenemini, honore maximo reueremini, illũ ab omnibus calumniis, atrocibus iniuriis, blasphemiis, insidiis, oppressionibusque furiosis hæreticorum, schismaticorum, cæterorumque Catholicæ societatis hostium diuinæ gloriæ zelo, secundùm scientiam ardenter inflammati vindicetis. Eius summum iõ Ecclesia Dei principatum, spiritualem maiestatem à Christo Domino diuinitus institutam, Regi Christianissimo, huius regiæ domos principibus, magnatibus, magistratibus sublimioribus, nobilibus iustitię ministris, totique populo Gallicano sanctissimam, augustissi-

4. Pars. Vt serpentes prudẽtiam imitẽtur in defendendo tueto suo Rom. Pontifice, & eum debent honoribus venerentur Ecclesiastici Gallicani prælatos hortatur.

D

tiam, singulari reuerentia decorandam, præcipuo cultu suspiciendam, amoreque prosequendam sublimi reddatis. Ne si tanti Ecclesiæ Dei capitis honor, & gloria tantisper alterata languescat, cætera corporis huius mystici in hoc Christianissimo regno vigentis adhuc, atque respirantis membra, natiuo charitatis exhausta calore, radicali salutis humore destituta, omni pacis publicæ, fœderisque Ecclesiastici compage soluta, lapsu grauiore labefactata concidant. Quæ omnia præcipuæ iustitiæ, probitatis egregiæ, charitatis singularis facta, gloriosæ immortalitatis dignanda præmio, cui omnium huius regni ordinū magis præstare competit, quàm vestro, qui vt dignitate cæteros antecellit, sic & illis debet virtutis charitatisque merito præire. Cogor ego ad vos aduersus pontificiæ maiestatis, principatusque monarchici, diuinitus à Christo Domino traditi, diuina in Ecclesia sua firmitate radicati dementes impugnatores verbis illis exclamare, quibus contra Nestorianos Cælestinus Papa sanctos Patres in Ephesino concilio congregatos dolenter affabatur. [a] *Doleat, imo lugeat hoc nobiscum omne commune collegium, quod vocetur in iudicium, qui iudicaturus est mundum: discutitur qui discussurus est omnes, & calumniam patitur, qui redemit.* Quæ enim calumnia maior filio Virginis redemptori nostro potest inuri, quàm vera dicenti *pasce oues meas*, tanquam mendaci, cùm sit ipsa veritas æterna mentiri nescia, non credere? Quàm eius promissionum certitudini, *dabo tibi claues regni cælorum, & tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, & quæ sequuntur alia multa monarchiam pontificiam, & Ecclesiasticam inexpugnabili stabilitate firmantia, schismaticæ, hæreticæque temeritatis insania refragari, rabida prauitatis obstinatæ contentione reluctari? Contra perfidiæ freneſisque diabolicæ deliria. [b] *Accingatur armis Dei vestra paternitas, scitis quæ galea caput vestrum muniat*, & quæ lorica pectus includat. *Non vos nunc demū Ecclesiastica rectores castra ceperunt. Nemo dubitet fauente Domino, qui facit vtraque vnū, depositis armis pacem fieri, quando se ipsa causa defendit.* Nolite timere, nec diabolica tyrannis regnum Christi, nec veritatem falsitas opprimere potest. [c] *Annuncientur vobis quæ ab Apostolis intemerata signantur. Quia nunquam contra regem regum verba tyrannicæ dominationis admissa sunt, nec opprimi per falsitatem potuit negotium veritatis.* Quam Diuus Ambrosius constantiam, indomiti animi generositatem in charitate Christi omnia in illo præcipiente, & imperante in defendenda Dei Ecclesia, membrisque eius fidelibus populis, aduersus effrenatas Arianorum insanias, & in tēplis Christi, aris, sacrisque vasis, à furiosa eorum profanatione vindicandis, cum periculo vitæ suscepit: Eandem vos inuisibili ipsius sanctissimæ matris Ecclesiæ capite protegendo spiritualis regni principe ab omni immani, & ferina inimicorum omnium profligatione liberando, eximendoque fortiter assumere debetis. Nulli hac pugna, contentioneque triumphi gloriosiores, nulli Deo futuri sunt acceptiores, vnusquisque vestrum ad instar sanctissimi doctoris, atque præsulis illius generosissimi, de puri cordis intimo dicat. [d] Non ego Christi hæreditatem prodam, nec vicarium eius, quem fidelem seruum constituit super familiam suam, regnumque spirituale, in dubijs vitæ, dignitatis, & honoris summi periculis, vndique

A inimicorum insidijs circumspectum, & machinationibus obrutum deseram, sed potius tuebor hac vita, exemplo maiorum, qui suo capite potiorem eius salutem, dignitatemque semper habuere. Hæc vobis prius abscindenda lingua est, hic spiritus intercludendus, quàm me tacente, & quiescente in Apostolica sede prophananda, suæ rebellionis, abominationisque pedem figat hæretici, atque schismatici, corpus exturbare fortasse vis aliqua poterit; mens quidem ipsa semper inconcussa, & immota loco manebit: exemplo vestro populus fidelis, atque Catholicus in huius sanctæ, meritoriæque protectionis pro salute sua, pro sui Christianissimi principis honore, & gloria consortium, societatemque vocatus ingentes animos, fortia pectora, mortem pro hac B protectione voluntariè paciscens assumet. Huic similis populo, quem pro defensione matris Ecclesiæ, pro Dei templis, sacris altaribus, Christiana pietate, ac fortitudine Catholica, beatissimus ille pater armauerat. De quo hæc ipse sanctus ad inimicos Ecclesiæ, eiusque persecutores. [e] *An ego*, inquit, *sedare multitudinem potero, quam pietas, & religio, & diuinæ causæ patrocinium armauit? Si me instigante concitatos putatis, nullis humanarum rerum incitamentis attinemur, &c.* Atque in hac sancta gloriosa, maximè meritoria capitis vestri monarchiæ spiritualis ab omnibus hostium insidijs occultis, & apertis conatibus, defensione multos Ecclesiæ veteris Episcopos, prælatos, pastoresque sanctitate vitæ, sublimis doctrinæ splendore clarissimos, vnà cum clero illis pari charitatis affe- C ctu cohærente, quos imitatione salutari sequamini, vobis antiquitas Ecclesiastica ministrabit. Ex his vnus erat S. Cyprianus, qui cum hoc Ecclesiæ dempto capite omnia orbi Christiano salutis æternæ fundamenta ruitura crederet, sanctū Cornelium ad sublime sacerdotij fastigium, cum Fabiani, id est cū locus S. Petri, & gradus cathedræ sacerdotalis vacaret, euectum contra furiosos Nouatiani pseudopontificis, & eius sectatorū tā hæretica quàm schismatica cōtagione fœdatorū, impetus, conatusque sacra cleri, & Catholici populi caterua comitatus, omni qua potuit ratione præsidioque protexit. Quod sciret, sciēsque profiteretur, *Ecclesiam Romanam* (cuius ipse pontifex, atque præsul maximus esset) [f] *principalem, vnde vnitas sacerdotalis orta est, matrem esse* D *Ecclesiarum omnium, fœcunditatis successibus copiosam, cathedramque sancti Petri existere, supra quā Christi fundata est Ecclesia.* Ex quo visibili capite obstinata pertinacia, & rebellione, preciosos extra salutis animæ, gratiæq; diuinæ vias limo profundæ maledictionis ingurgitari, omni benedictionis æternæ splendore destitutos, densissimis errorum, miseriarumque tenebris opacari certitudine fidei firmiter asserebat. Cùm Vrsinos, vulgò Vrsicinus, homo peccati, pseudopōtifex, acer in arma furens, schismaticorum, perditorum hominum copijs, atque turbis stipatus faces, & incendia, in ruinam, conflagrationemque sedis Apostolicæ crudelius intentaret, mortem insuper post electionem ab Apostolico throno violentissimam legitimo Pontifici, Ecclesiæ sanctæ capiti visibili, sancto Damaso machinaretur immanius: generosa cleri Romani, & constans Ecclesiasticorum fidelium virtus apparuit. Qui concalefactis igne charitatis animis, principem suum, & caput Ecclesiæ, sanctum Domini, generoso ar-

[a] Cælestini Papæ epi. ad synodū Ephe.

Capitis Ecclesiæ visibilis monarchiam improbantes Christo D. calumniam inurunt.

[b] S. Cæls. ibi.

[c] Idem ibid.

Constantia S. Ambrosij pro defendēda Dei Ecclesia contra Arianos assumenda pastoribus Galliæ pro Rom. Pontificis protegendo principatu in salutē, pacemque regni Christianissimi.

[d] Accommodatio verborum S. Ambrosij ex l. 4. hist. Mediol. apud Ripamontium & in S. Ambr. vita & gestis.

[e] S. Ambr. ibi.

Propositis clarissimorum veterum, d. Antistitumque prælatorū, veterisque cleri exemplis, Galliæ clerum, prælatos atque pastores ad sanctam pōtificiæ maiestatis, principatusque monarchici defensionem antiquitus incitat & excitat.

S. Cypr. l. de vnitate Eccl.

[f] S. Cypr. ibi.

a. Cleri Romani, & orthodoxorū generosus animus in defendendo S. Damaso, contra furores schismaticorū, pro pseudopontifice Vrsino militantium.

matis furiis pectore resistêdo, contra hos furiosæ conspirationis, seditionis schismaticæ turbines, sanctâ Petri cathedræ restitutam saluam, incolumemque seruauerunt. Tantumque precibus, & intercessionibus apud Imperatores optimos, Gratianum, Theodosiumque potuerunt, vt eorum rescriptis nefarius Apostolicæ sedis vsurpator, cum suis satellitibus, atque complicibus, exilio, aliisque pœnis, iustissimè mulctaretur. Hæc prælatorum Ecclesiæ primitiuæ, hæc Ecclesiasticorum meræ sanctitatis antiquorum generosa pectora vobis in animo stimulos maioris constãtiæ vertât; qui vos à sanctissimæ cathedræ, & eius in ea sedentis vniuersalis Ecclesiæ capitis defensione contra omnes hostes læsæ maiestatis tam diuinæ, quàm humanæ reos quiescere nô sinant.

3. Ecclesiasticorum virtus generosa in defendendo Bonifacium Papam contra schismaticos, & Eulalium pseudopontificem.

Nec vos ditæ schismaticorum nefariorũ hominum, omnia in vrbe seditionibus, ac tumultibus horrendè permiscentium conspirationes, machinationesque fugiant; quibus Bonifacij pontificis dignitatem in Ecclesia supremam, primatumque funditus eneruare, & illo furiosè ab Apostolica cathedra deturbato monstrum rebellionis, artificē schismatici sceleris Eulalium archidiaconum fetociter obtrusum in sede sacrata sistere conati sunt. Vt inde nanciscamini quod in clero, & Ecclesiæ præfectis, populi fidelis affectu, votisque roboratis admiremini, admiratesque sequamini. Qui deletis, factisque sceleratorum coniurationibus, restituto in thronum Apostolicum legitimo Papa Bonifacio, suis precibus religiosissimũ Imperatorem Honorium fraudibus perfidè deceptũ, ad arma iustitiæ contra promotores nequitiæ, pacisque Ecclesiasticæ perturbatores, cum summa fideliũ omniũ congratulatione, applausuque publico concitarunt. Vnde exilia, bonorum proscriptiones, supplicia capitis, aliæque pœnæ in pseudopontificem, schismaticos conspiratores, blasphematores pontificiæ maiestatis, publicæ seditionis artifices, & aliorum in hac coniurationis insania scelerum patratores pij Imperatoris edicto redûdarunt. Hoc generosi cleri factũ, hoc coronæ sacerdotalis exemplũ admonete vos debebit, vt sæpius regem Christianissimũ deuotis obsecrationibus conueniatis, quibus religiosè permotus contra blasphematores Apostolicæ sedis, contra pôtificiæ maiestatis irrisores, & varius oppressores iniuriis districtione consurgat, ne pax sanctæ dominationis Ecclesiasticæ, cũ regno Christianissimo, vllu possit vnquam dissidio turbari.

4. Exemplum bonorum Ecclesiasticorũ S. Symmachum Ecclesiæ caput contra Laurentij pseudopontificis furias protegentium anno 498.

Virtus indomita septuaginta duorum Episcoporum, presbyterorum septuaginta septem, & aliquot diaconorum in concilio Romæ circa annũ 498. Martij Calendis habito congregatorum fertur in cœlum: quod aduersus tetrũ, immaneq; belluã Laurentiũ pseudopontificê schismaticorũ non solũ, sed etiã hæreticorum, vt Anastasij Imperatoris, ipsis perditis Ecclesiæ Catholicæ hostibus vires, & arma sufficiêtis armarum furiis, pro sanctissimi patris, veri capitis Ecclesiæ Symmachi defensione fidelitatis, pietatis, atque fortitudinis Christianæ tela côtorserint. Nec eos etiã furête fremêteq; Imperatoris hæretici potêtia persequi cessarũt, quousq; Symmacho, veluti postliminio, in Apostolicæ sedis apicem honorificè reducto deficerent: atque turbulenta hæreticorum, schismaticorum, cæterorumque perditæ conscientiæ

A seditiosorũ cassatio cessaret. Quis dignè satis vtiquam mirabiles virtutis, generosæ constantiæ, pietatis Catholicæ, Christianæ fortitudinis elationes sanctorum illorum Episcoporum, prælatorũ, pastorum animabus saluandis occupatorũ, ahorumque Ecclesiasticorum præconio laudare poterit? Qui in conseruanda inuiolatè Gregorio 7. dignitate pontificia, contra tyrannicos schismaticorum principum æstus, perflantibus perditorũ Ecclesiasticorũ rebellionis, atque perfidiæ vẽtis, sceleratissimum Guibertum, pseudoarchiepiscopũ Rauennatem pro pontifice in sedem Apostolicam flagitiosissimè protrudentium, tam strenuè, viriliterque pugnando sudauerunt? tamque soliciti omnes, vt animi, sic & corporis vires, neruosque tetenderunt, vt caput illud Ecclesiæ Christi Domini vicarium ab omni maleuolorũ, schismaticorum, hæreticorum, cæterorumque bostiũ

5. Virtus Anglorum &c. castissima, aliorum Episcoporum, prælatorũ, aliorumque de grege clero illustrium, ardentiam, in defendendo Gregorio 7. contra Guibertum pseudoarchiepiscopum Rauennatem sedis vsurpatorem Romana anno 1080.

B furore, insania, oppressioneque liberarẽt? Quales fuerunt S. Anselmambo, Lucensis, & Cantuariensis antistites, Deus-dedit cardinalis, Guillelmus Hirsaugiensis, Hugo Cluniacensis Abbates, Schafnaburgensis sui temporis scriptor grauissimus, Bernardus Corbiensis monachus, Paulus Bennediensis, Gerochus Richerspergensis antistites, præter quãplurimos alios cuiusque dignitatis, & ordinis Ecclesiasticos Galliæ, Hispaniæ, Italiæ, Angliæ, Græciæ, cum aliis orbis Christiani nationibus. Qui sanctissimum illum patrem, *virum multæ doctrinæ*, vt[a] sacri concilij patrum, eius electorum, verbis vtar, *magnæ pietatis, prudentiæ,*

a Ex Rauueiâ: to sacri concilij pro Gregorio 7.

C *iustitiæ, constantiæ, religionis, modestium, sobrium, continentẽ, domũ suã bene gubernantẽ, pauperibus hospitalem, in gremio sanctæ matris Ecclesiæ, à teneris, vsque in hanc ætatem educatum, &c.* Contra omnes aduersantium schismaticorum ac hæreticorum insidias contra omnia venenatæ inimicorum linguæ tela, machinationesque generosissimè verbo, scripto, factoque propugnarunt.

Sed ne vos morer diutiùs, obtestor ve feruentiùs, vt præclaris sanctorum, & sapientum Ecclesiæ procerum, prælatorum, cleri rectorum exemplis instigati, atque concitati nunquam principis vestri, capitis vniuersalis Ecclesiæ defensionem, contra omnes eius aduersarios, osoresq; deseratis; vestræ semper memoriæ inseratur, ære perẽnius vestris cordibus altissima cogitatione, cum

6. Gallorum Ecclesiasticorũ, vt S. Bernardi, aliorũque eiusmodi nostra nationis zelus ardens, & prudens in defensione dignitatis pontificiæ in innocentio 2. contra schismaticos, rebellesque sedis Apostolicæ pseudopapam Petrum Leonis contra legitimum pontificem Innocentium 2. protrudentium anno 1130.

D affectũ summo radicetur, vt effectus postea meritoriỹ subsequantur, ardentissimus ille iustitiæ, pietatis, fortitudinis, charitatisq; zelus. Quo Gallicanæ Ecclesiæ prælatorum, pastorumque Diuo Bernardo orationibus paræneticis, & epistolis eos animante in defensione maiestatis pontificiæ, in persona Innocentij 2. legitimi pontificis, contra Petrum Leonis Anacleti sibi nomen impotientẽ, & eius omnes furiosissimos fautores schismaticos multa hæreticarum contagionũ colluuie sordidatos, fœdatosq; pectus efferbuit. Quos propterea ipse S. Bernardus pro Innocẽtio 2. religiosissima fortitudine pugnãdo, [b] in epistolis suis tã multa, vatiaque honoris, & laudis prædicatione mactauit: sicut contra pugnãtes hæreticos, schismaticos, ac cæteros sedis Apostolicæ rebelles dira imprecationibus, execrationibusque deuouit, hoc ore sancto verè oraculum pronuntians:[c] *Qui Dei sunt, Innocentio libenter iunguntur, qui autem ex aduerso stat, aut Antichristi est, aut Antichristus.*

b S. Bernardi epi. 124. 125. 126 & 242.

c S. Bern. oraculum.

CAP.

Cap. XII.

CAPVT II.

Pastores vt fideliùs Romano Pontifici, Regique Christianissimo ad Dei maiorem gloriam, seruitium præstent, præsentes gregi suo semper præesse fideliter, & ex charitate Christi debent.

1. *Præsentia boni pastoris gregem saluat, absentia perdit.*
2. *Salutare, & vtile valde Ecclesiæ, regnisque Christianis persæpe sapientes, ac pios Episcopos principum Christianorum interesse consiliis.*
3. *Cum omni mansuetudine, & charitate suis gregibus pastores animarum præesse debent.*
4. *Pastoralis cura duplex, quam boni pastores fideliter obseruant, mali verò in suam, populique perniciem contemnunt, vnde magnus animarum interitus, & bonorum luctus.*



VOs autem clarissima Gallicanæ Ecclesiæ lumina, prælati animarum, huius regni pastores, vt Deo, eius Ecclesiæ, pontifici Romano, principi vestro C Regi Christianissimo, fideliùs, meliùs, acceptiúsque seruiatis: scirote illud omnino vobis esse necessarium, vt assiduè super gregem vestrum residẽtes inuigiletis, & eũ verbo sacrę doctrinę, vitęque bonæ exemplo, cum omni dulcedine, lenitate, charitateque pascatis. Quod vt vobis efficaci cõsensu persuadeam; illud S. Gregorij animo sagaci perpendite.[a] *Si gregi pastoris cura defuerit, facilè laqueos insidiatoris incurrit.* Et illud S. Hieronymi memorabile iudicio maturiori ruminando efficaciter obseruate.[b] *Si quando doctor quis in Ecclesia contigerit sermone ornatus, & vita, qui audientes quasi stimulis quibusdam concitet ad virtutes: videmus omnem plebem circa eleemosynas, ieiunia, castitatem, susceptionem pauperum, sepulturas, & cætera* D *similia festinare, feruere, discurrere. Cùm autem ille recesserit, paulatim emarcescere, & substracto cibo, tenuari, pallere, languescere, & interitum sequi omnium, quæ priùs vigebant. Quamobrem quia messis multa, operarij autem pauci, precemur Dominum messis, vt mittat operarios ad metendum, qui spicas populi Christiani, quæ stant in Ecclesia, futuro tritico præparata metant, colligant, & in horrea comportantes nequaquã perire patiantur.* Mysterium illud figura testamenti veteris inuolutũ his Petri Blesensis verbis euolutum, replicatumque studio vigilanti cogitate.[c] *Vectes quibus arca Domini deferebatur licet moueri, & trahi in varias partes possent; extrahi tamen aut auelli omnino non poterant. In quo manifestissimè figuratur quod Ecclesiæ prælati, etsi ad varias reipublicæ necessitates distrahuntur ad tempus, à sponsa am-* A *plexibus, & à populi sibi crediti solicitudine minimè separentur.* Et propterea Henricus huius nominis secundus Franciæ rex mala regno populoque suo ingruentia, propter pastorum animarum à gregibus suis absentiam considerans, edicto in senatu Parisiensi, die 19. Maij anno 1557. comprobato, omnes Archiepiscopos, Episcopos, aliosq; regni sui pastores populorum super greges suos in propria persona residere, eos sanctę doctrinæ pabulo nutrire, per se, aut per alios, si qua corporis animiue infirmitate detinerentur, sub redituum annualiũ priuationis pœna coegit. Simili cõstitutione regia Franciscus secundus patris religiosam æmulatus æquitatem, ad easdem, sub eadẽ pœna, pastorales functiones animarum populi rectores adegit. Vigilantis, solertisque pastoris, sui gregis animarum salutis æstutis ardore, figura clarissimè in patriarcha Iacob innotuit: cuius hæc ad B Laban socerum suum verba sunt.[d] *Viginti annis sui tecum, oues tuæ, & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi. Ego damnum omne reddebam, quidquid furto peribat, à me exigebas. Die, noctéque æstu vrebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis, &c.* Quid ad hæc S. Gregorius?[e] *Si sic laborat, inquit, & vigilat, qui pascit oues Laban: Quanto labori, quantisque vigilijs debet intendere, qui pascit oues Dei?* Vnde quemadmodum[f] lex 3. §. desertor ff. de re militari, *eum qui exercitum, aut præsidium deserit, qui extra castra per longum tempus euagatur desertorem nominat*; sic ad instar militiæ secularis, qui non manet assiduus in beneficio sibi canonicè collato, & assignato[g] can. Placuit 21. quæstione 2. militiæ desertor Ecclesiasticæ declaratur, & appellatur. Heu quam malè, & infeliciter plurimi rectores animarum dignitatibus Ecclesiasticis sublimati C dispensatione freti, ab ouili suo, gregeque fideli abesse gloriantur, nisi eorum absentiam ratio legitima causetur! Nemo enim bonorum doctorũ Theologiæ studiis non mediocriter ornatorum eos idcirco in conscientia securos esse putabit: quamuis illi tuti viuere videantur. Quãdoquidẽ talis dispensatio per fraudes, dolosque de manu Romani põtificis, obtẽta, nulla precibus veritate nitentibus, magnum non impediet iudicem, quin pœnalem illis actionem in cœlo meditetur, ac diuinæ iustitiæ grauiter obnoxios seuera, eaque iusta castigatione percellat. Vulnus illud ingens, reipublicæ Christianæ, dedecus Ecclesiæ, & (vt absit iniuria sacro nomini) indulgentia conniuẽs principis Ecclesiastici nõ iudiciũ putandũ esset, si solutos canonibus, cõciliisque omnibus sciẽs hu- D iusmodi vagos Ecclesiarũ adulteros impunè per omniũ templorũ choros sine certa sede cursitare pateretur. Quàm miseri, ac scelesti prælati illi pastores animarũ, qui aulico luxu fascinati, principũ palatiis, curiisque nequiter interesse, quàm residentes in beneficio suo gregibus sibi creditis vtiliter præesse malunt. Quod nimium verè funesta Episcoporum multorum Siciliæ exempla monstrarunt; qui volentes potius aulæ regis iuuenis Vuillelmi, palatij affixi valuis seruire præsentes, vt genio, carni, passionique ambitiosæ molliùs, & indignius indulgerent, quàm super gregem suum in propria residentes Ecclesia, boni pastoris fungentes officio vigilare, non modo ridiculi, & infames, sed etiam miseri variis conflictati calamitatibus euasere. Vt descriptione copiosa, luctuosaque[h] Falcandus huius

Marginal notes:

a S. Greg. l. 1. ep. 79.

b S. Hieron.

1. Præsentia boni pastoris saluat oues, absentia perdit.

A grege suo non recedendum pastori.

c Petri Blesen. ep. 130.

Edictum Henrici 2. contra non residentes pastores in Ecclesiis suis.

Ex chron. abbreuiato. Du Tillet p. 206.

Constitutio Francisci 2. die Maij. an. 1560.

Ex chr. class. p. 215 a, b.

Veri pastoris typus in Iacob patriarcha.

d Genes. 32.

e S. Greg. l. 7. ep. 45. ad Anastas.

f l. 3. §. desertor ff. de re militari.

g Can. placuit 21. quæst. 2.

Dispensatio, sine causa iusta obtenta Dñi non potest dispensatos, quem saluet.

h Hugo Falcand. in hist. Siciliæ an. D. 1170.

A temporis scriptor grauissimus expressit: dũ passim tumultibus, aduersisque Siciliæ casibus tristes, ac tragicos prælatorum, & Episcoporũ exitus lugubri narratiooe permiscuit. Quos quia primas apud Regem consequi dignitates, præcipuaque regni tractare negotia, gregis obliti sui à Deo crediti auidiùs appetiuerant, & appetita vehementiùs obtinere contendebant: misere alios veneno sublatos, alios exilio pulsos, alios diro carceri mancipatos, alios denique vstus extinctos ęrumnis fuisse scribit. Quæ videns, suspiciensque Petrus Blesensis, simol & abominatione iusta detestans ex Sicilia recessit, nec vllis dignitatum honorumque blandimentis à Rege retineri potuit, quin relicta Sicilia protinus ad oras Angliæ nauigio properaret. Quem io regno suo morantem rex Angliæ regia benignitate cohonestatum valde dilexit. B

Petrus Blesens. cur relicta Sicilia in Angliam nauigauit.

2. Pars. Aliquando salutare valde Ecclesiæ, & regno Christiano pios sapientesque Episcopos, regum, principumque Christianorum interesse cõsiliis.

Non quod ego velim penitus iustos, sapiẽtes, religiosos prælatos, & Episcopos ab aula principum, Regumque fideliũ semper arceri. Experiẽtia namque magistra docemur, vt iam superiùs ootauimus, admodom Ecclesiæ, regnoque Catholico salutare esse, pios conscientia pura, eroditiooe singulari, prudentia sincera præditos Episcopos, & alios prælatos, regũ, & principũ Christianorum consiliis interesse: vt principibus pro sua regni, Ecclesięque salute salutaria suggerant, suggesta suæ probitatis, prudentiæ, necnon doctrinæ vigore efficaci, potenter, efficaciterque persuadeant. Sicut Richardus Archiepiscopus Cantuariensis excusans apud Alexandrum tertiũ Papam Episcopos io curia regis Angliæ degẽtes, C et salutaria regno, & Ecclesiæ consulentes, per literas ad eum pontificem per Petrum Blesensem missas copiosa probatione declarauit: vt cũ inter alia hæc scripsit.[a] *Non est equidem nouum quod regum consiliis intersint Episcopi. Sicut enim honestate, & sapientia cæteros antecedunt; sic expeditiores, & efficaciores in republicæ administratione cẽsẽtur. Quia sicut scriptum est.*[b] *Minùs salubriter disponitur regnũ quod non regitur consilia sapientum, scriptum est ĩ legitur:*[c] *Væ terræ cuius Rex puer est, & cuius principes manè comedunt.* Contra verò.[d] *Beata terra est, cuius rex sensatus est, & cuius principes vescuntur tempore suo. In quo notatur eos consiliis regum debere assistere, qui sciant, & velint, & possint patientibus compati, paci terræ, ac populi saluti proficere, erudire ad iustitiã Reges, imminentibus incursare periculis, vitaque maturioris exemplis informare subditos, & quadam authoritate potestatiuã præsumptionem malignantium cohibere.* D Hanc verò assertionem ipse Archiepiscopus multis principum, ac regum exemplis ex sacrarum Scripturarum fonte desumptis firmissimè cõprobat. Faxit Deus vt talibus semper Gallia prælatis, Episcopis, & aliis animarũ pastoribus abundare possit: qui Ecclesiæ, regnoqoe doctrina sancta, vitę probitate fideliter opitulantes, salutaribus reges Christianissimos in sincera regni directione consiliis adiuuare, adiutosq; saloare mereantur. Sed proh dolor, indigna, & misera multorum ad primos Ecclesiæ gradus, dignitatesque promotio & exaltatio saloti publicæ perniciosa profligatam nimiom, & consternatam vitiorum corroptionibus Galliam, ne talium prælatorum, pastorũq; virtute fruatur funestissimè prohibẽt.

a Petr. Blesſ. ep. 84 quę est Archiep. Cãtuar. ad Alex. 3

b Prou. c. 11.

c Eccles. 10.

d Ibid.

Quanta bona præstant Ecclesiæ, ac regno bo

Quantis verò bonis, quãtis prosperitatibus Ecclesiã, regnaque Catholica cumolẽt, atque fœcũdent; quanta verò contra ab eorũ capitibus mala

A repellant, & auertant sapientes, vitæ sanctimonia sublimes prælati, præsulesque, dũ principũ consiliis intersunt, ipse Richardus loqoendo pontificibus abundè verbis exponit.[e] *Vnũ nouerit is, quia nisi familiares, & consiliarij regis essent præfati Episcopi, supra dorsum Ecclesiæ fabricarent hodie peccatores, & immaniter, ac intolerabiliter opprimerentclerum præsumptio laicalis. Nunc autem si quid in Ecclesiæ attẽtatur iniuria, authoritate pontificali corripitur: aut si ad hoc Ecclesiastica censura non sufficit, spiritualis gladij defectus ciuili suppletur, & ad eorum arbitriũ principalis animaduersio exercetur. Si quãdoque, vt fieri solet, aduersus insontes regis indignatio vehementius excãdescat, Episcoporũ precibus temperatur. Istis mediantibus mansuescit circa simplices iudiciarius rigor: admittitur clamor pauperum, Ecclesiarum dignitas erigitur,* B *releuatur pauperum indigentia, firmatur in clero libertas, pax in populis, in monasterijs quies, iustitia libere exercetur, superbia deprimitur, augetur laicorum deuotio, religio fouetur, diriguntur iudicia, leges acceptãtur, decreta Romana vim obtinent, & possessiones Ecclesiasticæ dilatantur. Isti præcipuis singulis solemnitatibus suis intersunt Ecclesiis: vbi eleemosynarũ largitione, consolatione pupillorum, ac viduarum, subditorum correctione, atque aliis sanctitatis operibus rediniunt dies, quas in curia consumpserunt.* Quod si tales his sublimati virtutibus meliora sancti Spiritus charismata semper æmulantes animarum pastores, Episcopi, prælati reperiantur, qui à gregibus suis ad tẽpus absentes corpore, præsentes verò spiritu, instar Apostoli,[f] Regum, principũque Christianorũ consiliis tot bona modo ex illo Blesensi recensita illorũ regnis, & Ecclesiæ Dei pro- C corantes intersint, non contradicã: imo totis viribus, præcordiisque pietatem illorum, & charitatem tot virturũ varietate circumdatã ore pleno prædicabo. Sed *quis est hic* prælatorum, qui talia præstet, dicet aliquis,[g] *& laudabimus eũ?* Ego autẽ multos ex ordine vestro huiusmodi bonorũ operatione potentes inuenire facilè mihi persuaderi desidero. Sed eò vnde deflexit exhortatio nostra redeamus. Præsentia vestra gregibus vestris saluandis, & ad portum salutis æternæ dirigẽdis necessaria est, sed non sola, nisi spiritu lenitatis, mansuetudinis, charitatisque, præter doctrinæ talenta comitetur: Secus illa vana non tantùm, sed & funesta, ouiumque pestis habebitur.[h] *Omnia vestra in charitate fiant, quæ non quærit quæ sua sunt, sed quæ* D *Iesu Christi:* vt sciatis, & ipso facto monstretis pastorale munus Ecclesiasticam prælaturam id iure suo à vobis exigere, atque imperando deposcere, vt posthabitis vtilitatibus vestris cõmodis priuatis creditarũ vobis oiũ salutẽ, æternæ iocũditatẽ gloriæ, bene viuẽdo, eas sanctè regendo quęratis. Ad illã memorabilẽ verè aureã, vel cœlestẽ potius S. Gregorij Nazianzeni sententiã impensiùs attendentes;[i] *Hic spiritualis omnis imperij finis est, vbique priuata vtilitate neglecta, cõmodis aliorũ consulere.* Cũ qua illã egregiã S. Bernardi recordamioi semper,[k] *Præsis vt fidelis seruus, & prudẽs, quem cõstituit Dominus super familiã suã. Ad quid? Vt des illis escã in tẽpore, hoc est vt dispenses, non imperes: hoc fac, & dominari ne affectes hominum homo, vt non dominetur tui omnis iniustitia.* Quas quidem bene, sapienterque rumiuantes hæc Saluatoris oostri verba vobis sicut Apostolis dicta fuisse credatis.[l] *Quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit*

e Prælati [illegible] Episcoporum, ac regum Christianorum consilium assistentes, [illegible] salutaria monent ac [illegible] tibus beneficiant.

f 1. Cor. 15.

g Eccles. c. 31.

3 Pars. Cum omni mansuetudine, & charitate sunt gregibus pastores animarum dominari, ac præesse debent.

h 1. Cor. 16.

i S. Gregor. Naz. orat. 1.

k S. Ber. l. 1. ad Eugen. primo.

l Matt. c. 20.

ministrari sed ministrare, & dare animam redemptionem pro multis. Cuius exemplum, mandatumque sequendo non dominantes in cleris, [a] sed formæ facti gregis ex animo omnia vestra pro populorum quibus præestis salute profundatis, illis plus exemplo bonæ vitæ, corpore peccati in vobis interfecto, quàm iurisdictionis imperio, ad consequendos virtutum Christianarum splendores, pulchritudinesque seruiatis. Ita in vobis illud S. Gregorij re ipsa complebitur. [b] *Summus locus bene regitur, cùm is qui præest vitijs potius, quàm fratribus dominatur.* Lenitatem, benignitatem, charitatem super omnia in instruendo, dirigendoque in viam salutis æternæ populos amplectens, exemplo S. Pauli, qui benignitate, charitatisque dulcedine potius, quàm imperio, quod iure exercere poterat in subditos sibi greges à Domino, populos regere, atque gubernare maluit; vt ex multis epistolarũ eius locis apparet, scilicet primo Corinthiorũ cap. 9. Cũ ait. [c] *Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerẽ; omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos.* Et primo ad Thessalonicẽses 2. [d] *Neque aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis; neque in occasione auaritiæ, Deus testis est; nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab alijs, cùm possemus vobis oneri esse, vt Christi Apostoli.* Oneri Græcè ἐν βάρει, id est cum dominatum, & authoritatem exercere, imo & vobis præscribere possemus, noluimus quemquam grauare, & nullius imperium nostro præstantiori, & nobiliori imperio deprimere. Sic enim hũc Apostoli locum S. Ambrosius, & Oecumenius, [e] Græcaque catbena [f] in epistolas S. Pauli, & ante eos Clemens Alexandrinus, [g] & eius discipulus Origenes [h] interpretantur. Addit præterea continenter Apostolus. [i] *Sed facti sumus paruuli in medio vestrum,* id est lenes, lenti, mites, mansueti, beneuoli, vt Clemens [k] Alexandrinus, S. [l] Chrysostomus in hunc locum, Syriaca, [m] & Complutensis [n] editio, duoque Latini codices quos citat Lucas [o] Burgensis exponunt. *Tanquam si nutrix foueat filios suos:* [p] *Ita desiderantes vos cupidè volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam carissimi nobis facti estis.* Ideo Origenes hæc Apostoli verba 2. ad Corint. cap. 11. versu 5. [q] *Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis Apostolis, &c.* Expouens ait. [r] *Nõ quia infirmus, aut quod ea facturis non esset, aut quod minus ea facere posset: sed vt præstaret quæ docuerat, & modestiam, moderationemque animi, quæ subditos erudiẽdos præceperat, ipse primus cæteris exemplar factus comprobaret.* Hanc Apostoli benignitatem, charitatisque dulcedinem, alios sanctos Episcopos, & prælatos, pro temporis opportunitate imitatos fuisse lectione vetustatis erudimur, vt S. Basilium, de quo hæc Gregorius Nazianzenus. [s] *Non callidè homines seruire cogens, sed beneuolentia deuinciens, neque imperij regia potestate vtens, sed potestatis repressione, & ignoscendi facilitate pelliciens, cùm omnes ipsi ingenio concederent.* Quam piorum, & sapientum pastorum benignitatem, charitatisque suauitatem à vate regio his verbis prædictam fuisse constat. [t] *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè: Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna.* Hoc latens in literæ cortice mysterium qua interpretatione Tertullianus euoluit hunc perite eleganterque loquentem audiamus. [u] *Quorsum, inquit, ad bellum suscipiendum de festinatis oris, & de laborum gratia Imperatori blan-*

a Petri c. 5. v. 3.
b S. Greg. part. 2. pastor. c. 6.
S. Paulus mallebat mansuetudine, & charitate regere sibi à Christo creditos greges quàm summo imperio, cùm posset.
c 1. Cor. c. 9. v. 22. 23.
d 1. ad Thessal. c. 2. v. 5. 7. 8.
e S. Ambr. in 1. ad Thess. c. 2.
f Oecumen. ibid.
f Græca catena in S. Paul.
g Clem. Alex. 1. strom.
h Orig. tract. 31. in Matth.
i 1. ad Thessal. c. 2. v. 7.
i Græcè ἤπιοι.
k Clem. Alex. l. 1. pædag. c. 5.
l S. Chrys. in hunc locum S. Pauli.
m Edit. Syria.
n Complut.
o Luc. Burgẽ.
p Ibid. v. 8.
q 2. ad Cor. 11. v. 5.
r Orig. in 2. ad Cor. c. 11. v. 5.
Pij sapientesque prælati, primitiuæ Ecclesiæ S. Pauli mansuetudinẽ, charitatẽque in regendo populos ad salutẽ sunt imitati.
s S. Gregor. Naz. orat. de laudib. S. Basi.
t Psal. 44.
u Tertull. l. cõtra Iudæos & l. 3. contra Marcion.

A *diuturnè propter lenitatem, respondet, & iustitiam, deducet te mirabiliter dextera tua. Ac quis ensè accingitur, & contraria lenitati, atque iustitiæ exercet? id est dolum, asperitatem, & iniustitiam, propria scilicet negotia præliorum?* Quod nempe pastores Ecclesiæ, animarumque rectores propter veritatem, mansuetudinem, & iustitiam, dextera fidei, charitatisque præsidio mirabiliter deducuntur: vt delinquentes, desertoresque virtutis, cum primum præceptis Ecclesiæ paruerint, ab omni praua cogitatione, opereque reuocatos, ad optimam mentem, voluntatemque bene viuendi, quam bona sequantur opera traducant, Apostolorum principis mandata seruantes dicentis. [a] *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum, non* B *turpis lucri gratia, sed voluntariè, neque dominantes in clericis, sed forma facti gregis ex animo.* His verbis Apostolorum princeps, doctorum magister, pastorum ouium pater, omnes animarum curam gerentes, Episcopos, prælatos, cæterosque illis subditos admonet, vt voluntariè, & ex animo mãsuetudine charitatis ornato, gregibus suis, populis fidelibus sibi creditis prospiciat, rerum ad eorum salutem animi, corporisque spectantium affectu paterno satagant. ἐπισκοποῦντες, id est diligẽter, & attentè, cum magna solicitudine non solum ea quæ ante pedes, sed ea quoque, quæ à sensibus valde remota sunt, aspiciant, atque disquirant (sic enim ex Thucydide [b] hãc vocẽ Priscianus [c] exponit) atque illotom populorum de grege suo cõmodis opitulẽtur: vt nihil ardẽtius C quàm vt optimi, beatissimiq; fiãt, malle videatur. Huius Apostoli mansuetudinem charitatisq; suauitatem S. Gregorius Nazianzenus amplexatus ita patri suo Ecclesiæ suæ curam sibi demandanti loquebatur. [d] *Lege nostra cautũ est, ne homines coactè, sed spontaneè gubernentur: quod ita fit comparatum à natura, vt quidquid vi tenetur, prima quaque occasione oblata se in libertatem asserat: sic nostrũ imperium, vel magisterium nulla re æquè ac voluntatis libertate seruatur. Volentium enim non coactorum est pietatis sacramentum. Peccat enim in Deum* (inquit ipse sanctus doctor alibi [e]) *quicunque Episcopus, qui non quasi conseruus suis ministrat, sed quasi Dominus. Frequenter autem tanquam amarus Dominus* (ait Origenes [f]) *dominant* D *per vim, similes constitutis Ægyptijs, qui affligebant filiorum Israel vitam summa cum vi.* Nunquam prælati, & alij animarum pastores à Christi Domini, eiusque sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli mansuetudine, ac dulcedine charitatis exorbitantes seueritatem in regendo sectantes, & ita virtutibus aridi exemplaria vniuerso gregi, Regibus nempe, principibus, magistratibus, parentibus, filiis, liberis, ac seruis (vt sanctus Clemens [g] memoriæ prodidit) ad salutaria Christianarum virtutum studia consectanda fructuosa imitatione proponentur. Cùm admodum arduum, atque difficile sit ab illis, qui virtutes misericordiæ, pietatis, benignitatis, charitatisque contemnunt, illarum in alios exempla traducere. In hæc tamen plerumque tempora incidimus adeo corrupta, in quibus præter corruptos nimium populorum mores, & iniquitates longa vetustate corroboratas, non sit omnino lenitati locus, sed seueritati res ipsa postulet. Tunc Isidori Pelusiotæ sancti Chrysostomi discipuli consilium his conceptum

a 1. Petri c. 5. Nota hanc S. Petri verborũ expositionem.
b Thucyd. l. 8.
c Priscianus.
d S. Gregor. Naz. orat. 1. ad patrem.
e Idem in vita S. Athan.
f Orig. tract. 31. in Matth.
g S. Clem. l. 2. constit. c. 4.
Aliquando mansuetudini seueritas in regendo miscenda.

a Isidori Pelusiotæ consilium

verbis aspernari non oportebit.[a] *Principem, & benignum esse oportet, & terribilem: vt qui rectè viuunt, rebus suis fidant, & qui mali sunt delinquere metuant. Nam si horum alterum absit, imperiū non est sed confusio. Si omnes obedientes essent, ac virtuti dediti, solis locus esset benignitati: si omnes vitiosi solo terrore opus esset. Quia autem necesse est subditorum alios esse bonos, alios malos; oportet principem vtraque re bene instructum esse, vt & benignitate sua bonos, ac modestos confirmes, & timore malos à peccando deterreas.*

4 Pars. *Boni pastoris cura duplex, quam boni pastores fideliter obseruant, mali in perniciem suam, & populi contemnunt, vnde magnus animarū interitus, & bonorum iactura.*

Boni pastoris gregi suo ex magna dulcedine charitatis inuigilantis cura duplex, spiritualis animarum educatio, & temporalium sustentatio, illa principalis, hæc accessoria bono pastori. At mercenario, & idolo pastoris, perturbato rationis, & charitatis ordine temporalis lucra spiritualibus præeunt, atque illa turpis lucri gratia suffocant; quod scelestum est omnino, atque execrabile, sicut[b] superius ex Hugone Cardinale declarauimus. Contra quam detestabilem corruptorū prælatorum, pastorumque peruersitatem S. Bernardus inuehendo dicebat:[c] *Quem dabis mihi de numero præpositorum, qui non plus inuigilet subditorū vacuādis marsupiis, quàm vitiis extirpādis?* Hi sunt qui sua quærunt, non quæ Iesu Christi, de quibus S. Augustinus hæc ait.[d] *Sunt in Ecclesia quidam præpositi, de quibus S. Paulus dicit,[e] sua quærentes, nō quæ Iesu Christi. Quid est, sua quærentes?* petit postes doctor ille maximus; statimque respondet.[f] *Non Christum gratis diligentes, sed Deum, non propter Deū, quærentes, temporalia commoda sequentes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes.* Quibus illud Hieremiæ dicetur à Christo.[g] *Vbi est grex datus tibi?* Et illud. Quomodo fortunas Ecclesiæ, diuitiasque, quarum ardore contabuistis insatiabili, consumpsistis, & effudistis, non ad Dei gloriam, animarum salutem, Ecclesiæ ornamenta, pauperum sustentationem dispersistis, sed ad explendas ambitionis, auaritiæ, voluptatum libidines, & insanas reliquarum passionum carnalium mundanarumque cupiditates miserrima, maximeque prodiga profusione deuorastis, renuentes audire illud Ecclesię matris.[h] *Quidquid habent clerici pauperum est.* Atque illud.[i] *Aurum habet Ecclesia, nō vt seruet, sed vt eroget, & subueniat pauperibus in necessitatibus.*[k] *Gloria namque Episcopi est pauperum bonis prouidere, & ignominia sacerdotis est propriis studere diuitiis.* Quàm illi turpes, & non solùm Christiano inutiles orbi, sed ad interitum maximè fatales[l]! *Apud quos in promotione beneficiorum, dignitatumque Ecclesiasticarum*, vt loquitur Petrus Blesensis, *prima quæstio est, quæ sit summa redituum, nō quæ sit conuersatio subiectorum. Veruntamen Deus non irridetur, ad honorem vocauit te propter onera* (inquit illu) *non ad multiplicandum numerum familiæ, aut equorum, non ad dandas parentibus dignitates, sed ad dandam sciētiam salutis plebi eius.* S. Hieronymus iterum iustæ indignationis æstu fluctuans aduersus huiusmodi patrimoniorum Ecclesiæ dissipatores largiendorum pauperibus bonorum raptores, vtriusque substantiæ gregum suorum tam corporis, quàm animæ non cōtemptores modo, sed destructores sic inuehebatur.[m] *Amico quidpiā rapere furtum est, Ecclesiam fraudare sacrilegium; accepisse quod pauperibus erogandum sit, & esurientibus plurimis, vel cautū esse velle, vel timidum, aut quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere omniū prædonum crudelitatē superat.* Talia flagitia in Ecclesiæ dedecus, oppressionēque pauperum ope-

b l. 5. c. 10.
c S. Bern. ser. 77. in cantic.
d S. Aug. can. Sunt in Eccl.
e 1. Cor. c. 1. *Quid est sua quærere, non quæ Iesu Christi.*
f Aug. ibid.
g Hiere. c. 13.
h Ex S. Hieronymo.
i Can. aurum 12. quæst. 2.
k Can. gloria 12. q. 2.
l Petr. Blesēs. ep. 21.
Contra pastores Ecclesiæ dispensatores bona, & patrimonia pauperum deuorantes.
m S. Hieron. epist. 2.

A rantes isti sunt. *Qui lætantur cùm male fecerint, & exultant in rebus pessimis.* De vana sua doctrina, prudentiaque, quæ fraus dolosa, calliditas stulta apud Deum est, superba præsumptione gloriantes dicendo.[n] *Sapientes nos sumus, & lex Dei nobiscum est.* Sed eorum arrogantiam iactabundam, & præsumptionem superbam hac responsione retundet Deus,[p] *Verè mendacium operatus est stylus mendax scribarum,* (malorum scilicet Ecclesiasticorum) confusi sunt sapiētes, pastores iniqui, qui se sapientes superbiendo reputant, cùm ipsi sint insipientes, & fatui, *perterriti, & capti sunt, verbum enim Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis.* Et quod sub talibus peruersitatis, scelerisque in Ecclesia Dei nundinatoribus, populi, gregisque salus peccatorum sordibus obruti corruat, sub-
B iunxit Deus.[q] *Sanabant contritionem filię populi mei ad ignominiam dicentes: Pax, pax: cùm non esset pax, confusi sunt, quia abominationem fecerunt.* Similes illi pastori, & Episcopo, cuius nefariam vitam, moresque perditos execrando Petrus Blesensis scribebat, amico, qui se ipsum ad illius aulam, mensamque prælati per literas inuitabat.[r] *Instanter,* inquit, *me reuocas ad domum Episcopi tui, & ad execrabilem eius mensam: non tanti facio Episcopum tuum, vt pro eo me perdam.* Post hæc addidit. *Domū Episcopi decet sāctitudo, sed hac domo (vt eum familia Dominum comprehendam) nihil est damnabilius ad meritum, nihil inhonestius ad mores, nihil sordidius ad conscientiam, nihil culpabilius ad famā, nihil perniciosius ad exemplum.* Miserabilis Galliæ facies, funestaque prorsus sors eius, atque condi-
C tio, lachrymarum deflenda torrente! quæ non paruo similium huic mercenario, nefandoque animarum carnifici potius, quàm pastori, de gregibus suis in auaritia libidineque, fictis verbia cum morte, diaboloque negotiantium numero grauatur. Quos mundo, infernoque paritat tendentes spiritibus nequitiæ, & erroris, indignissima ad dignitates Ecclesiasticas, officiaque pastoralia promotio, thronorum Ecclesiasticorum aditu doctiores, sapientiores, vitæ sanctitate clariores, optimè de Ecclesia, regnoque Christianissimo suarum virtutum operatione meritos iniustissime prohibens: vt iam nobis potiori iure, quam quondam Fulberto Carnotensi hæc imo de pectore lamenta profundere liceat.[f] *Defuncta est Dionysii fortitudo, non comparet Mar-*
D *tini pietas, tu quoque dereliquisti nos, sancte Pater Hilari, qui olim veritatem fidei Spiritus sancti gladio tuebaris. O mœsta! O desolata! O derelicta Gallorum Ecclesia.* Quæ iam spes salutis erit interior, aut vbi iam afflicta Gallorum Ecclesia respirabit? Si nunc Petrus Blesensis viueret, qualiter se totum in lachrymas, & gemitus effunderet, videns iniquissimas indignissimorum ad sanctuaria Dei, honorum Ecclesiasticorum gradus, ascensiones, atque non tam virtutum merito, quàm aulicorum, potentiorumque aucupio promotiones; eum suo tempore, quod nostri respectu ætas aurea videbatur, scribens ad Octauianum legatū Apostolicum in Anglia sic exordiendo lugens exclamauerit?[a] *O curas hominum! O quantum est in rebus inane! O inanis gloria! O ambitio cæca! O terreni honoris inexplebilis fames! O tinea cordium! Animarum subuersio! Cupiditas dignitatum! Vnde obrepsit hæc pestis? Vnde inualuit hæc execranda præsumptio? vt indigni dignitates ambiant? Et qui minus meruerunt ascen-*

n Hierem. c. 8 v. 8
Contra corruptos Episcopos gloriantes se esse sapientes, cum sint vtique fatui, & dementes
p Hierem c. 8 v. 11.
q Hierem c. 8 v. 11.
Descriptio pessimi pastoris, & Episcopi
r Petr. Blesēs. ep. 18.
f Epist. ad Abbonē Floriacens. Abbatē martyr. Fulbert. Carn.
Luctus ob male Ecclesiam Gallo gubernatā ab iniquis pastoribus.
a Persius Satyra 1.

dere ad honores, tãto importunius honoribus se importerunt? Hodie per fas & nefas, hodie in anima, corporisque discrimine currunt infelices ad cathedram pastoralem? Nec attendunt quod sit eis cathedra pestilentiæ, dum sibi, & aliis sunt causa ruina. Non sic optimus pastor S. Ambrosius, qui pro Ecclesia, & grege sibi tradito non bona solùm, fortunasque perdere, sed vitam ipsam cum sanguine profundere peroptabat Calligono Valentiniani iunioris Eunucho capitis truncationem sibi minitanti respondens.[b] *Deus permittat tibi, vt impleas quod minaris: ego enim patiar quod Episcopi, tu facies quod spadonis. At vtinam Dominus auertat eos* (scilicet aulicos Arianos iunioris Imperatoris hæretici satellites immanes) *ab Ecclesia, & in me omnia sua tela conuertant, meoque sanguine sitim suam expleant.* Proponebat videlicet in conspectu suo semper exemplum pastoris optimi, & antonomastici Christi Domini, *qui posuit animam suam pro ouibus suis.* Hic vobis sit typus, & regula regendi, pascendique greges vestros, Gallicanæ pastores Ecclesiæ, vt eos per eum, doctrinæ salutaris, vitæ pabulo sanctitatis impinguatos, post huius curricula vitæ, vobiscum in cœlestia pascua transferre valeatis.

b Ambs. ep. 33. ad Marcel.

Ioã. c. 10.

Cap. xiii.

CAPVT III.

Bonorũ pastorum excellentia sublimis Ecclesiæ, & regnis Christianis valde salutaris.

1. *Boni pastores vita pura, & doctrina salutari potentes populos, sibi creditos Christo Domino conformes efficientes, non sine mysterio, & causa Angeli dicti in sacris Scripturis.*
2. *Pastores boni, & Episcopi sancti, septem stellis in dextra Christi fulgentibus cur similes esse dicuntur.*
3. *Boni præsentia pastoris pacem Ecclesiæ, regnoque fideli parit, discordias, & errorum nebulas dissipat, diaboli vires eneruat, & sanctos in cælo gloriosos, Ecclesiæ, cui præest, propitios, ad bona parienda, & mala pellenda facit.*
4. *Exhortatio ad prælatos, pastoresque Galliæ, vt sanctorum defunctorum Gallicanæ Ecclesiæ quondam præsulum, pro Ecclesia, & regni Christianissimi bono, virtutes æmulentur.*

SEo missis lugubribus de corrupta quorundam vita, imperitiaque pastorum lamentationibus, iam tempus est, vt per amœna bonorum, illustrium virtutibus Ecclesiasticorum excellentiæ vireta, per dulcissimos maximè salutares, quos illorum virtutes, rectèque facta Catholicæ Ecclesiæ, ac regnis Christianissimis afferunt, pariuntque fructus, per nusquam defluentes, & arescentes gloriæ prosperæ lauros, quibus illorum merita, virtutesque diuinas Christus Dominus in hac, sicut in altera vita coronare dignatur, læto discursu, oratione ge-

A stiente, & exultante nostræ ad vos exhortationis filum continuantes spatiando dilatemur. Ac primum vt quàm excellens, & pretiosa in conspectu Dei bona vita pastorum, atque sacerdotum intelligamos, memorabilem sancti Iustini [a] ad Antoninum Imperatorem sententiam attentè cõsiderare nos oportet; in qua pastoris Ecclesiæ verè non affectatè, inaniterque, prophanorum instar, ex charitate, cordis puritate, Christi Domini gregem fideliter instruendo philosophantis, vitam sanctam sceleris cuiusque puram similitudinem vitæ Dei viuam, expressamque nominauit. Ad quam populos sibi commissos efformare, Christum parturiendo conatur, ad imitationẽ Apostoli dicentis:[b] *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Ita enim illum Romanorum Imperatorem in Apologia sua, ne quid ille insidiarũ à Christianis suspicaretur,

B affabatur. τέλος τῆς φιλοσοφοῦντι ὁ πρᾶος Θεῷ ὁμοίωσις κατὰ τὸ δυνατόν. Qua sententia nihil aliud huic principi notum facere cupiebat, vt ex sequentibus apparet, quàm Christianorum præsules, ac pastores ouilis Dominici longè ab insidiis, conspirationibusque contra Imperatores alienos, nihil aliud bene viuendo, ac piè populos fideles doctrinæ Christianæ, vitæque sanctitate pabulo reficiendo sibi proponere, quàm se gregesque suos Christo D. Deo vero simillimos efficere. Et illi sunt quales Petrus Blesensis missa ad Octauianum à latere Vrbani Papæ 3. legatum epistola descripsit.[b] *Quos humilitas, quos innocentia quos vita probatior, & literatura commendat, qui subiectos docent, qui diuites non palpant, pauperes non grauant, qui minas potentum non timent, qui crimina corrigunt, & marsupia non emungunt. Quorum sermo doctrina est, quorum conuersatio iustitia, quorum autho-*

C *ritas non in habitu, non in fastu, sed in eruditione, & defensione fidei consistit, quorum vita publicè commendabilis est, quorum memoria in benedictione sempiterna clarescit.* Propter quas aliasque imaginem Dei præ se ferentes virtutes, & gratia cœlestes, quibus boni vita pastoris, & Episcopi coruscat, merito huiusmodi Ecclesiastici, præsertim verò animarum pastores, & Episcopos sæpius sacra Scriptura beatis cœlestiũ ordinũ spiritibus assimilãs Angelos appellat, propter eas virtutes, quibus in cœlo refulgẽt Angeli; quarũ radiis sacerdotes, animarũq; pastores in terra rutilare debent. Prima est vitæ sanctitas, in qua religiosi pastores Angelis assimilantur, quæ solitaria nõ incedit in præsole, sed multarũ virtutũ caterua comitatur. Quas S. Gregorius breuiter his verbis in animarũ

D pastore complexus est.[c] *Omni cura vigilandũ est, vt rector* (scilicet animarũ) *cogitatione sit mundus, operatione præcipuus, discretus in silentio, vtilis in verbo, præ cunctis contemplatione suspensus, singulis compassione proximus, bene agentibus per humilitatẽ socius, contra delinquentium vitia per zelũ iustitiæ erectus.* Sed sanctitas hæc sola in pastore non est satis, vt Angelus Domini nominetur: doctrinæ salutaris fulgor, veritatis Christianæ splẽdor cũ vitæ sanctitate copulãdus est, vt animarum pastor, Angelorum vitam in humano corpore, beatius æmuletur. Propterea dixit Malachias capite 2.[d] *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius.* Rationem subiunxit. *Quia Angelus Domini exercituum est.* Cuius oraculi mysterium hac expositione S. Hieronymus euoluit.[e] *Angelus id est nuntius, sacerdos Dei verissimè dicitur, quia Dei, &*

De excellentia vitæ bonorum pastorum non sine causa Angelorum nomine decoratorũ.

1 Sancti Iustini sententia.

a Apolog. 2. ad Antoni. Imp.

Vita boni pastoris verè philosophantis est similis Dei vitæ.

b Ad Gal. c. 4.

Finis philosophantis similitudo ad Deum secundùm possibile.

b Petri Blesẽs. ep. 23. ad Octauianum legatum à latere in Anglia.

Veri sacerdotes, Episcopi, atque pastores alij, Angeli dicuntur propter sanctitatem vitæ, eminentem doctrina, solicitudinem, quam ac grege suscipiunt, atque pacem, quam annuntiant, & adferunt

Sanctitas vitæ, qua bonus pastor Angelis similis est

c S. Greg. l. 9. ep. indict. 9. c. 14

d Malach. c. 2.

Doctrina salutaris, & cognitio Catholicæ veritatis, & fidei in animarum rectore sanctitate copulanda.

e S. Hieron. in c. 2. Mala v. 7.

A *hominum sequester est, eiusque ad populum nuntiat voluntatem, & idcirco in sacerdotis pectore rationale est, & in rationali doctrina, & veritas ponitur, vt discamus sacerdotem doctum esse debere, & praconem diuina veritatis.* Alludens sanctus ille doctor ad illud Exod. cap. 28.[a] *Pones in rationali iudicij doctrinam, & veritatem, qua erunt in pectore Aaron, quādo ingredietur coram Domino.* Quæ sanctitas, doctrinaque vera inter se sociatæ summam in pastoribus Ecclesiasticis vigilantiam, ac solicitudinem, in custodiendo, & regendo grege pariunt, quæ illos conformes Angelis, similesque moliūtur. Angeli namque hominum custodes sunt, vigilantque super salutem illorum, ne[b] à diabolo, tanquam leone rugiente deuorentur. Vnde illud regij vatis.[c] *Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.* B His ornati, præditique virtutibus, tam moralibus quàm intellectualibus animarum pastores pacem inter Deū, & homines constituunt, Dei voluntatem hominibus aperiunt, eos ad inuiolabilem illius obseruationem exemplo bonæ vitæ concitatos, salutarisque doctrinæ luce illustratos impellunt. Quo sensu illa prophetæ verba intelligenda veniunt.[d] *Angeli pacis amarè flebunt.* Et illa Diui Pauli.[e] *Magnum pietatis sacramentum, quod manifestum est in carne, iustificatum in Spiritu, apparuit Angelis, pradicatum gentibus.* Quibus in locis Angelorum nomine pastores, & prælatos Ecclesiæ Euangelij prædicatores, sancti Patres exponunt. Quod instar Angelorum, gaudium magnum, pacem sempe Dei, gregibus suis annuntient, eam in eorum C cordibus casta, & sincera veritatis, fideique Catholicæ prædicatione promoueant, atque vt sacro illius vinculo, cum Dei gratia perpetuo connectantur, Euangelicorum documentorum pabulo in sanctitate vitę sumente vigorem, eos assiduitate pascendi capaces, idoneosque moliātur. Ita propter has rationes, & alias sæpius illustri, & glorioso Angelorū nomine S. Gregorius Ecclesię prælatos, pastores, prędicatoresque decorauit, vt cùm illud Iob interpretatur.[f] *Cùm sublenatus fuerit* (scilicet diabolus) *timebunt Angeli, & territi turbabuntur.* Hæc ipse sanctus ait.[g] *Extrema hac Leuiathan dominatio designatur, qua de hoc mundo per irā iudicij tollitur, qui nunc mira mansuetudinis longanimitate toleratur. Tanto autē pondere terroris excutitur, vt sanctorū etiā pradicatorū* (pastorū) *fortitudo turbetur.* D Qui in hoc Angelorū virtutes maximè ęmulantur, cùm lucris minimè temporalibus inhiant, sed spiritualia piè, sapienterque greges alendo toto mentis affectu perscrutantur, vt illa S. Augustini in hæc Christi D. ad S. Petrum verba,[h] *Pasce oues meas*, expositio designat.[i] *Si me,* inquit, *diligis, non te pascere cogita, sed oues meas, sicut meas pasce, non sicut tuas, gloriam meam in eis quare, non tuam; lucra mea, non tua.* Cuius magni doctoris suffragando sententiæ magnus ille alter sanctus doctor Gregorius dicebat.[k] *Verus quisque pradicator non ideo pradicare debet, vt in hoc tempore mercedem recipiat, sed ideo mercedem recipere, vt pradicare subsistat.* Propter quod ita ad Marianum Episcopum scribebat.[l] *Instanter te admoneo quod sic rectè consideres, vt non plus pecunia, quàm animabus studeas; illud à latere respiciendum est, ad hoc autem tota mentis intentione laborandum, ac vehementius enitendum. Huic rei operam, & solicitudinem vigilanter impende, quia redemptor noster à sacerdotis officio nō quarit aurum, sed animas, &c.* Licet enim sacerdoti, & pa-

[a] Exod. 28. v. 30.

3 *Diligentia pastoris in grege custod. endo ad Angelorum instar.*

[b] Petri c. 5.

[c] Psal. 90.

[d] Esaiæ c. 33.

[e] Ad Timot.

[f] Iob c. 41. v. 16.

[g] S. Greg. l. 34. moral. c. 7.

Excellentia boni pastoris Angelos imitantis in quærendo spiritualia lucra, non temporalia consistit.

[h] Ioan. 21.

[i] S. Aug. tract. 123.

[k] S. Greg. ho. 17. in Euang.

[l] S. Greg. ep. 28 ad Marianum Episc.

A stori, beneficij sui fas sit potiri fructibus; cùm S.[m] Paulus veterem Dei legem secutus,[n] *triturāti boui os alligare vetet,*[a] *debeatque in spe qui arat arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi,*[b] *& cùm bonus pastor gregi sua spiritualia seminauerit magnum non sit, si ipse carnalia gregis sui metat.*[c] *Nescitis,* inquit ipse vas electionis, *quoniam qui in sacrario operantur,*[d] *qua de sacrario sunt edunt, & qui altari deseruiunt, cum altari participant?* Ita & Dominus ordinauit iis, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere. Nihilominus tamen nobile, & augustum sacerdotii munus, & officium prælaturæ non ad hæc infima, temporaliaque lucra dimittēdum est, nisi per modum accessorii, sed principali intentione ad diuinæ gloriæ propagationem, animarum salutem, lucraque spiritualia sublimandum B est. Quo præstanti munere, ac officio salutari præclarè, religioseque fungentes Ecclesiæ pastores, atque prælati à Deo supra cæteros in Ecclesia Dei fideles excellentes, atque sublimes honore, dignitate, meritoque iudicantur, vt stellis in dextra Christi D. diuino splendore coruscantibus similes esse credantur. Sic enim Christus ipse Dominus visionem hanc S. Ioannis in Apocalypsi, *habebat* (º scilicet Christus D.) *in dextra sua stellas septem,* exposuit de septem Episcopis, quos Angelos appellauit dicens.[f] *Septē stellæ Angeli sunt septē Ecclesiarū,* nimirū Episcopi, vt supra monstrauimus.[g] *Rectè autem boni pastores, & Episcopi,* inquit Richardus à S. Victore, *stellis comparantur, non planetis, id est errantibus syderibus, quia in eodem statu iustitia stare debent, non per diuersa vita semetipsos* C *permutare, & conuersationem habere in cælo per contemplationem.* Sicut ex aduerso pastores improbi, seductores animarum, hæretici, schismatici, aliique diaboli ministri, præcursores Antichristi planetas vagantes, errantiaque sydera ab Apostolo S. Iuda nominātur, dicēte.[h] *Fluctus feri maris despumantes suas confusiones sydera errantia,* scilicet planetæ, sic enim in Græco πλανῆται. ideo sic appellati non solum quia ipsi in doctrina peruersa, vitaque praua volutati errando misere vagantur, sed etiam quia alios quos fraudibus, dolisque nefandis ad se polliciunt, in vtriusque doctrinæ prauæ ac vitæ sceleratæ deceptos, & errantes barathra præcipitant. De quibus hæc S. Paulus.[i] *Mali autem homines, & seductores proficient in peius errantes, & in errorem mittentes.* D Verè autem splendentium in dextra Christi D. stellarum, comparatione Catholicorum Pastorum, & Episcoporum sapientia, & sanctitate fulgentium sublimis excellentia describitur, viuisque depingitur coloribus, qui per humilitatem quò maiores sunt, eò se gerentes submissiùs, amantes nesciri, veluti in dextera Christi D. conclusi latitare videntur; iuxta illud S. Hieronymi in illa Iob cap. 9. verba.[k] *Qui stellas claudit quasi sub signaculo sanctorum merita: & pracipuè Episcoporum, quibus alij ab alijs distabunt, dum hîc latent, quasi sub signaculo clauduntur.* Sed per charitatis ardorem velut fixa sydera in firmamento cœli lucentia populorū cordibus inclarescentes, atque flagrātes, ad salutem æternam per operum bonorum perseuerantiam in manu Christi fixi, nempe in eius nutu sancto, voluntateque stabiles, ad illius obseruationē celerē promptāque delectabiliter alacres, tanquā stellæ illæ, quæ apud Prophetā,[l] *dederunt lumen in custodiis suis, & latata sunt, vocata sūt, & dixerūt, adsumus, & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas.* Et

[m] Cor. c. 9. v. 10.

[n] Deut. c. 25. v. 4.

[a] 1 Cor. c. 9. v. 10.

[b] Ibid. v. 11.

[c] Ibid. v.

[d] Deut. c. 18. v. 1.

4. *Pari Boni pastores, & Episcopi cum septem stellis in dextra Christi fulgentibus comparantur.*

[e] Apoc. c. 1. v. 16.

[f] Apoc. c. 1. v. 20.

[g] Richard. à S. Victore in c. Apoc. v. 20.

Mali pastores hæretici, schismatici animarum seductores planetis, errantibusque syderibus comparantur.

[h] S. Iudæ ep.

[i] 2. Ad Tim. c. 3.

Humilitas, charitas, & obedientia diuinæ voluntati bonorum pastorum per stellas in dextera Christi D. repræsentantur.

[k] Iob c. 9.

[l] Baruch c. 3. v. 34.

sicut stellæ in nocte, sic illi in tenebris mundanæ corruptionis, impietatisque densissimis virtutum suarum fulgores à sole iustitiæ Christo Domino deriuatos acceptosque spargunt, & emittũt:[a] *Ad dandam scientiam salutis plebi suæ in remissionem peccatorum.* Ad quos Apostoli sermo dirigitur.[b] *In medio nationis prauæ, & peruersæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo.* Atq; vt quàm accepti, & grati sint illi boni Prælati, Pastoresque sapientes Christo Domino cognoscamus, obseruatione dignissimum illud non contemnamus, quo dicitur in destera Christi stellas illas mysticas rationales, viuasque residere. Quod mysterium singularem, paternam, misericordemque curam nobis indicat, quam de salute, protectione, eruditione piorum Prælatorum, atque Pastorum collatione suæ illis gratiæ, atque virtutis ad bonorum operũ executionem Christus Dominus sapienter, misericorditerque suscipit. Quem misericordiæ, atque charitatis affectum Deus erga populum suũ ostendere volens apud Esaiam dicebat.[c] *Ecce in manibus meis descripsi te.* Appositè Richardus à Sancto Victore dixit;[d] *in manu, id est in potestate Christi dicuntur esse, vt ipso cooperante, Ecclesias sibi commissas dignè possint gubernare.* Nec etiam mysterio caret, quod in destra Christi manu, non in sinistra Prælati illi, Pastoresque per stellas significati defixi esse dicantur: vt intelligeremus potestatem prælatis, Ecclesiæque pastoribus, ad sanctarum operationem virtutum, non ad patrationem scelerum à Christo Domino fuisse concessam, *secundùm potestatem*, inquit Apostolus,[e] *quam Dominus dedit in ædificationem, & non in destructionem.* Qua potestate sic bene vtentibus Deus semper in protectionem, præsidiumque Prælatis affulget. Manus quippe in sacra Scriptura protectionis symbolum diuinæ perhibetur, teste Diuo Hilario[f] in illud psalmi 54. *Extendit manum suam in retribuendo.* Cuius protectionis diuinę virtute, gratiæque præsidio fulti Pastores illi Prælati, populos sibi creditos sicut dignitate, & honore, sic sanctitate, & doctrina supereminent, Saulis Regis in hoc proceritati conformes,[g] *qui*, vt Sacra Scriptura perhibet, *ab humero, & sursum eminebat super omnem populum.* Quod mysterium inuolutum docta, & præclara expositione Sanctus Gregorius euoluens aiebat.[h] *Rex præcedit collo, præcedit capite, collo locutio, capite contemplatio designatur. Capite ergo, & collo subditorum omnium capita Pastor excellit, si contemplationis altitudine mirabilis est, & sublimitate doctrinæ.* Vt sic super gregẽ fructuosè vigilet, non subter illum desidiosè latitet, qualis ille est, qui tam virtute, quàm doctrina grege suo posterior, ac inferior habetur. quod quàm turpe, ridiculũ, ac indecorum sit, magnus ille Episcoporum magister Saluianus Massiliensis Episcopus his verbis expostulando demonstrauit.[i] *Nihil turpius, quàm excellentem esse quemlibet culmine, & despicabilem vilitate. Quid est enim aliud principatus sine meritorum sublimitate, nisi honoris titulus sine homine? Aut quid est dignitas in indigno, nisi ornamentum in luto? Et ideo cunctos qui sacri altaris suggestu eminent tantum excellere oportet merito quantum gradu.*

[a] Luc c. 1.
[b] Philipp 2.
Cur Episcopi, Prælatique Ecclesiæ in dextra Christi esse dicuntur.
[c] Esaiæ c. 49. v. 16.
[d] Richard. à S Victore in 1. Apoc. v. 20.
[e] 2. Cor. c. 13.
[f] S Hilar. in psal 54. v. 21.
Manus Dei in Scriptura sacra protectionem significat.
[g] 1. Reg. c. 9.
Excellentia Pastoris in eo consistit vt virtute, atque doctrina populum quem regit superet.
[h] S. Greg in 1. Reg c. 9.
Pastor bonus supra gregem non infra vigilare debet.
[i] Saluian l. 2 de gubern.

3. Pars. *Quàm boni, & sapientes Pastores Ecclesiæ, regnisque Christianis salutares sunt.*

O quàm suauis est talium vita Pastorum, populis virtute, sapientiaque præeuntium? quàm eorum salutaris Ecclesiæ, & vtilis Christianæ reipublicæ regimini administrationique conuersatio? qui ad informandos, & dirigendos in virtutum Christianarum studia greges suos, vtroque pede probitatis, & doctrinæ, prædicationis, & operis, exhortationis, & exempli, celeriter ambulant, & sapienter incedunt. Qua via quàm facile est ad virtutis, Christianæque pietatis apicem cito populos euehere? *cùm longum iter ad virtutem per præcepta, sed breue, & efficax per exempla esse constet.* Qua de causa Titum discipulum sic Apostolus hortabatur.[k] *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate.*

[l] *Nec sic inflectere sensus*
Humanos præcepta valent, quàm vita regentis.

Talium Pastorum Prælatorum opere, & sermone potentium salutifera præsentia, pax sancta, tamdiu desiderata, euocatur, & euocata firmatur: contra verò seditio turbulenta bellicæ contentionis popularis, tumultuosæque rabies ab Ecclesia, & regno fideli relegantur. Testis est Mediolanensis Ecclesia, totaque ciuitas, quæ Sancti Ambrosij ad Episcopalem Cathedrã promotione, & aduentu summa diu desiderata pace potita respirauit, & exultauit: postquam grauissimis Arianorum perfidiæ, furorisque tempestatibus conflictata, longo tempore sub seditionis, tumultusque grauissimi pondere gemendo sudauisset. Ob quam mutationem desteræ excelsi gaudens, & gestiens Sanctus Ambrosius ad similem pacis obtentæ iubilationem fidelem populũ sibi deuotum, creditumque his verbis impellebat.[m] *En tempus acceptabile, quo non hiemalibus perfidiæ caligantis pruinis annus riget, nec aliis moribus informis crusta blasphemiæ gelu durante concrescit; sed procellis sacrilegis liberata, nouos fœtus terra iam parturit, veteres præterit. Dissensionum quippè omnium procella deferbuit, cunctis secularis cupiditatis ardores, æstusque omnes, quibus Italiæ populus per Iudaica olim Ariana proximè sæuitatis incendia coquebatur, sereno iam spiramine temperantur. Sedata tempestas est; concordia nauigat, fides spirat, certamen nauta repetunt, fidei quos reliquere portus, & dulcia patriæ oscula littoribus affigunt; liberatos se procellis, absolutos erroribus gratulantes. Salue vinea, tanto digna custode.* Atque cum ea pace boni, sapientisque Pastoris aduentu comparata, omnia bona veniunt, omnes tanti Prælati præsentia discordiæ, nebulæ, errorisque tenebræ dissipantur,[n] vt celebri miraculo in creatione, promotioneque ad Episcopatus Constantinopolitani thronum serui sui Sancti Gregorij Nazianzeni facto fidelibus Deus innotescere voluit. Cùm videlicet spissa, densaque nubes tantæ magnitudinis apparuit, vt solis ipsius lumen, radiosque in meridie opacaret, sic vt in die nox ipsa dominari videretur. Quo viso portento hæretici lætabantur, illud in sinistrum omen contra Catholicos interpretantes: contra verò Catholici ipsi, fidelesque Christiani terrore commoti, tristitiaque consternati stupebant. Sed in ictu oculi, simulatque Sanctus ille Gregorius contra voluntatem suam, & inuitus thronum Constantiniani Patriarchatus canonica promotus electione conscendit, tota illa nubis ingentis, & nigrarum, densissimarumque tenebrarum fœtida moles dissipata protinus euanuit. At quantam prosperitatis, tranquillitatisque lucem Ecclesiæ, regnisque Catholicis tunc affulgere credimus, cum sedentibus, atque suos ibi piè religioseque greges pascentibus sanctis Pastoribus Reges,

Seneca apud Panorm in cap inter cætera de officio ordinariorum.
[k] Ad Titum c. 2.
[l] Claud. 3. consul. Honorij.
Præstantia bonorum Pastorum pax Ecclesiæ acquiritur, & reip. Christianæ.
[m] S. Ambros. l 9 c. 20 in S. Lucam.
Præsentia boni Pastoris, & promotio ad munus Episcopale, omnes errores, discordiæque nebulas dissipat, quod miraculo in creatione S. Gregorij Naz. ad Episcopatũ Constantin. facto comprobatur.
[n] S Greg. Naz. in carmine de vita sua.
Bonis regnantibus Pastoribus principes Laici tales fiũt, illis similes.

A principesque laici salutaribus eorum monitis, & exemplis eruditi, & excitati, virtutum Christianarum studia, & opera, inflammatis diuinæ charitatis affectibus amplectuntur? Sic Sancti [a] Siluestri Constantinos, Ambrosij [b] Theodosios, Remigij [c] Clodouæos, Hadriani [d] Carolos Magnos, & ita de alijs, diuino virtutum semine progenerant. Contingitque sæpius, vt bene nati principes Ecclesiasticorum Pastorum virtutes admirando, voluntariè illorum sanctæ directioni, ac disciplinæ religiosè viuendi se submittant, vt Dei, & Ecclesiæ mandata perfectiùs pro sua cum subditorum salute, maiori Ecclesiæ bono, factis exequantur, sicutilla Machabæorum secundo non obscura demonstratione significant. [e] *Propter Oniæ Pontificis bonitatem, & animos odio habentes mala, fiebat vt & ipsi Reges, & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum summis honoribus illustrarent.* Valentinianus Imperator senior quàm Ecclesiæ, & imperio B Christiano boni Pastoris vita salutaris esset, agnoscens, de Sancti Ambrosij ad Mediolanensem Episcopatum promotione piè, religiosèque lætabatur, & ita lætando pro illa Christo Domino gratiarum actiones in hæc verba referebat [f] *Gratia tibi sit, Domine omnipotens, & Saluator noster, quòd cùm ipse corpora huic viro commisissem, tu ei animas etiam commendasti; indeque declarasti meam iustam fuisse sententiam.* Cur autem malis relegatis tot bonorum segetes in Ecclesia regnisque Catholicis, florente boni Pastoris vita nascantur, & messe copiosa metantur: ea multa causis hæc illa non infima. quod videlicet diabolus pater mendacij homicida à principio, disseminator discordiarum, turbator Christianæ pacis, virtutis hostis, Rex erebi super filios superbiæ, C vitiorum opifex, hiscere non audet, nedum bacchari: vbi Sanctus, doctus, & incorruptus Episcopus, atque Pastor Ecclesiæ, gregique Catholico dominatur. Cuius rei fidem facit factum, & ostentum memorabile, quod in vita Sancti Gennadij Patriarchæ Constantinopolitani legitur. Qui cum nocte ad altare sacrificij orans astaret: dum preces ad Deum funderet: spectrum quoddam dæmoniacum ei apparuit, quod ille protinus signo crucis, veluti immisso telo, fugauit. Cumque recederet, sic est humana voce locutum. *Abeo, & te viuente quiescam, reuersurus post obitum tuum, & modis omnibus expugnaturus Ecclesiam.* Vt Theodorus [g] lector, Nicephorusque [h] suis historiis posteritati mandarunt. Atque ipse execrabilis humani generis hostis comminationi suæ non defuit, neque destitit: reuersus tempore, quo successor Sancti Gennadij, nefarius Acacius, pessimè Constantinopolitani D Patriarchatus, dignitatisque fascibus abuteretur: omnia in illa Ecclesia, diabolo secum bacchante, sceleratæ vitæ furiis immanissimè perturbando, sicut Euagrius [i] in historia sua copiosè recenset. Vt intelligamus præsentia Pastoris impij, gregem suum nefariè regentis, in ouile Dominum diabolum crudelissimè bacchaturum, celeriter euocari; sapientis verò, ac religiosi Prælati ex charitate, atque conscientia omnia in grege sibi credito facientis virtute præsenti eundem diuinæ gloriæ ab initio blasphematorem, humani generis insidiatorem, & osorem, ab Ecclesia victum, superatumque protinus arceri.

Quod verò sanctitati, tranquillitati, prosperitatique populi illius Christiani, quem pius, ac sapiens Pastor religiosè moderatur, & regit, incrementa præbet, & addit bonorum cumulos, illud esse conspicitur. Quoniam Sancti in cœlis, cum Christo Domino, æui sempiterni iucunditate fruentes, qui omnia possunt virtute Christi contra dæmones, tutelam, protectionemque gregis illius, cuius Pastor Sanctus est, maiori charitatis affectu suscipiunt. Vt eos contra omnes visibiles, & inuisibiles hostes potentiùs, beatiusque tueantur. Incessabili voce Deo preces, votaque pro illo grege fundentes, etiam persæpè in maius illius bonum concedente Deo, miracula facientes, sanctitate Prælati, & sapientia Pastoris inuitati, atque permoti, qui gregis illius directioni, regiminique præficitur. Vti legimus apud Venantium [k] Fortunatum, à Sancto Martino gloria, & honore vitæ sempiternæ coronato, beatis cœlorum sedibus excepto, maiora, & frequentiora miracula, nostri virtute Saluatoris edita fuisse, atque maioribus apud Deum precibus, supplicationibusque contendisse, pro salute Toronensis populi, dum Sanctus Euphronius Episcopus Toronensis Ecclesiæ clauum, habenasque moderabatur. Addo præterea Deum optimum maximum pios, sanctosque Pastores, pro suis orantes gregibus exaudire consueuisse; sicut ipse Dominus per Angelum significare dignatus est Sancto Gallo Aruernorum præsuli assiduis precibus Deo supplicanti, vt à capita, à vita, à corpore populi sibi commissi contagionis pestisque sæuissimæ, toto Galliarum orbe grassantis immanissimè, longè furores auerteret. Qui hæc inter vota, precesque continuas ab Angelo Dei mandata ferente per visum noctis audiuit. [l] *Bene facis, ô Sacerdos, quod sic Domino pro populo tuo supplicas, exaudita est enim oratio tua, & ecce eris cum populo tuo hac infirmitate liberatus, nullusque te viuente in regione ista ab hac strage deperibit.* Verba sunt Sancti Gregorij Turonensis in vita Sancti Galli.

Tot fausta, properaque tempore vestro, ô religiosi ouilis Domini in Gallia Pastores, in hoc regnum Christianissimum meritoriis virtutum vestrarum operationibus euocate! Quos in pectore meo gesto, mente, cum affectu contemplor, atque quantum possum scriptis, lingua, votisque meis veneror, venerando pro conclusione præsentis actionis humillimis, & ardentibus Christianæ charitatis affectu precibus obtestor; vt qua polletis vitæ sanctitate, sapientiaque salutari lethalibus ærumnis, & impendentibus Christianæ reipublicæ periculis viriliter agendo vos opponatis. Et quæ mala in caput Ecclesiæ multorum Sacerdotum, Pastorum, clericorum, D cuiusque sortis, & ordinis effrenato detorta sunt scelere, ea vos vestra virtute labefactata, discussaque repellatis. Vos ad restaurandas Ecclesiæ, patriæque vestræ ruinas, ad extirpandos ab ea abusus intolerabiles Francorum gloriæ turpitudinis maculam non mediocriter inurentes, recte factorum virtutumque Christianarum operatione prouoco per characterem sanctissimum, & vnctionem sacratissimã, quæ vos religiosè ministerio diuino mancipauit, & adegit; per multiplices labentis, & afflicti huius imperij plagas; per tot Ecclesiæ Gallicanæ vulnera, per Regis Christianissimi maiestatem, per seruitium fidele, quod vos illi super omnes Galliæ ordines

a Hadrianus Papa in actis S. Siluestri.
b Paulinus in vita S. Ambrosij Theodor. l.5.c.17.
c S. Greg. Turon.
d Eginartus in vita Caroli M.
e 2. Machab. c.3.
f Theodor. l. 4.c.6.
Diabolus regnante bono Episcopo non audet apparere ad perturbandam Ecclesiam, & Sanctis in cælo ardentius pro saluanda Ecclesia orantes exaudiuntur à Deo.
Sanctus Gennadius Constant. Patriarcha diabolum probitatis vita arcet ab Ecclesia, ne illi noceat.
g Theodor. lector l.2.
h Nicephor. l.15.c.23.
i Euagrius.
Sancti in cœlo beati efficacius orant pro populo bonum habente Pastorem.
k Venantius Fortunatus in vita S. Martini.
Deus exaudire solet bonos Pastores pro suis gregibus orantes.
l S. Greg. Tur. l. 4 de gestis Francorum c. 5 & in vita S. Galli.
4. Pars. *Exhortatio pathetica.*

præſtare tenemini; per Romani Pontificis, ac ſedis Apoſtolicæ ſanctitatem, cui vos conſiderata ſortis veſtræ dignitate, præ omnibus Chriſtianis ſeruire fideliter, ac obſequio ſummo famulari debetis; per Saluatoris noſtri miſericordiæ viſcera, in quibus viſitauit nos Oriens ex alto; per eius ſacratiſſimi ſanguinis riuulos, fonteſque, qui toto corpore illius innocentiſſimo manantes in lauacrum ſcelerum noſtrorum vbertim ſe relaxarunt. Adiuro vos per Dei viuentis numen; per ſalutem animarum veſtrarum, per ſplendorem, & lauream immarceſſibilem gloriæ ſempiternæ, quæ vos in cœlo propter virtutum merita iucundiſſimè præſtolantur; vt non patiamini diutius poſthac Eccleſiam Gallicanam, cuius bona honoreſque poſſidetis, bonorum operum deſiderio langueſcere: neque ſinatis infinitum malum multorum de ſorte veſtra vitæ ſordibus in illius membris ſerpere longiùs, nec illud in dies manare latiùs. Operam detis ſolertem, atque ſalutarem, vt omnia ad nutum diuinæ voluntatis in medio veſtri reformentur, reformata floreant, atque proſperentur. Quod ſi feceritis, veſtræ laudes celebrabuntur, illæ quidem non ſolùm noſtris, ſed pene omnium gentium Chriſtianarum literis, atque linguis: quarum celebratione nulla vnquam poſteritati vetuſtas interdicet. Quibus tu confectò huius vitæ tempore lucem tuæ gloriæ, Chriſte Redemptor adiunges.

Apoſtrophe ad Chriſtum.

Cap. XIV.

CAPVT IV.

De honore, ac proſperitate, bonis, ſapientibuſque Paſtoribus diuina miſericordia, gratiaque in terra, & in cœlo aduenientibus.

1. *In quo conſiſtit honor, & reuerentia bonis exhibenda Paſtoribus.*

2. *Quàm magnus honor, & proſperitas ſanctis Prælatis, atque Paſtoribus, propter bona eorum opera, Chriſtum in ſe poſſidere viuentem.*

3. *Quomodo Sancti Paſtores ſuorum gregum ſpiritualium Patres, & matres eſſe dicuntur.*

4. *Magna virtus, ac religioſa conſtantia Gallicani cleri in protegendo monarchiæ Eccleſiaſticæ, Pontificiaque maieſtatis honore, generalium regni comitiorum tempore.*

5. *Peroratio totius orationis Paræneticæ.*

SED nondum ſatis oratio noſtra vobis viſa loqui: auctoramenta ſuperſunt, aureolæ temporales præter æternas lauros, orationi ſe inſinuant commemorandæ. Propter illa namque de quibus pauca nuper, & alia

A ſimilia tam magna, tamque ſalutaria cuiuſque generis bona, quibus Eccleſia, regnaque fidelia per bonorum Paſtorum, ſapientumque Prælatorum virtutes abundant; non immeritò Sancti illi rectores animarum, honore, proſperitateque, in vtraque vita Chriſto Domino bona eorum opera, & ſanctè facta remunerante coronantur. Honor autem ille bonis Paſtoribus, Epiſcopiſque debitus, non in ſolo externæ reuerentiæ ſigno conſiſtit, quemadmodum S. Hieronymus[a] de honore parentibus carnalibus exhibendo loquitur: ſed in ſuſtentatione vitæ corporalis, oblationeque temporalium bonorum, quibus ſuos populi pios, ſanctoſque Paſtores a-

B lere tenentur, à quibus ſpiritualia mutuantur alimenta; quorum ſucco ipſi pro cœleſti, perennique vita paſcũtur. Etenim vt apud Liuiũ Appius Claudius aiebat. [b] *Nuſquam opera debet eſſe ſine emolumento, ſicut nec emolumentum ſine impenſa opera.* [c] *Quid enim iuſtius, quàm vt qui ſeruit altari de altari viuat? Et qui ad onus eligitur, non repellatur à mercede? Eſtne quid naturali rationi magis conſentaneum, quàm vt* [d] *qui plantat vineam, de fructu eius edat? qui paſcit gregem de lacte manducet? Qui ſeminat ſpiritualia, ſaltem metet carnalia? & qui militat ſtipendium accipiat?* Sed parua ſunt iſta! quæ corporis alimento cenſentur ſublimiora, ſunt amor, & honor, obedientia, & obſequium, quibus pij, ac religioſi Reges, & Imperatores Sanctos Epiſcopos venerantur, & colunt. Qualia maximus ille inter alios terrarum principes orbis Imperator Conſtantinus [e] ſan-

C ctis Eccleſiæ Prælatis exhibuit. De quibus copiosè ſatis ſupra meminimus. [f] Qualia magnus ille auguſtiſſimus alter Imperator Theodoſius, cum ſumma maximè laudabili, & honorata humilitate Sancto Ambroſio præſtitit; propter quæ mirabili proſperitate, honore maximo, fortunis ampliſſimis hunc Imperatorem Deus quoad vixit glorioſè cumulauit: & in cœlo poſtea felicitatis immortalis gloriæque diuinæ corona donauit. Sicut longa poſt ſecula Richardum Angliæ Regem glorioſa de hoſtibus victoria ſublimauit, ac multis bonorum temporalium cumulis, theſauriſque beauit in terra: quod Sanctum Hugonem ex Carthuſiano Archiepiſcopum in Anglia Lincolninenſem prius ſibi recõciliatum, maxima reuerentia, honore, obedientia, & amore coluiſſet. Quo paſtore poſtquam diu priuatim Regem in palatio ſalutaribus monitis, ſan-

D ctiſque conſiliis inſtruxiſſet in Eccleſiam ſuam abeunte, Rex ipſe conuerſus ad ſuos dixit. *Si omnes Epiſcopi tales eſſent, nihil aduerſus eos poſſent ſiue Reges, ſiue principes, &c.* Adeo cara Chriſto Domino eſt reuerentia, & obedientia ſanctis illis Epiſcopis atque Sacerdotibus, præ aliis dignitate; graduque ſublimioribus, diuinæ voluntatis ſuæ miniſtris præſtari debita, vt qui aduerſus eos rebellionis armis obſiſtit, ipſi Chriſto reluctari dicatur. Vnde illa planè aurea, vel potius diuina S. Cypriani verba. [g] *An eſſe ſibi cum Chriſto videtur, qui aduerſus Sacerdotes Dei facit? Qui ſe à cleri bonis, & plebis ſocietate ſeceruit? Arma ille contra Eccleſiam portat, contra Dei diſpoſitionem repugnat, hoſtis altaris aduerſus ſacrificium Chriſti rebellis, pro fide perfidus, pro religione ſacrilegus.* Adeo grati, & accepti ſunt Chriſto Domino veri Sacerdotes, boni animarum Paſtores, vt qui eos honore colere, ſincero obſequio, hilari

In quo conſiſtit honor debitus, & exhibitus Sanctis Prælatis, & Paſtoribus.

a S. Hieron.

Populus Chriſtianus Paſtores ſuos honorare tenetur ſuſtentando, & alendo corporaliter, ſicut ipſi ab illis ſpiritualiter paſcitur.

b Tit. Liu. l. 5.

c Innocent. 3. c. Cum ſecundùm, extra de præbẽdis.

d 1. Cor. c. 9.

Maximus honor, & reuerentia exhibita à Theodoſio S. Ambroſio.

e Paulinus in vita S. Ambroſ.

f Parte 2. l. 5. c. 22.

Felix Richardus Rex Angliæ quod Sanctum Hugonẽ Archiepiſc. dignisſimè coluerit.

Surius tom. 6 die 17. Nouemb. in vita S. Hugonis.

Qui bonis Epiſcopis rebellioni reſiſtunt, contra Chriſtũ D. armantur.

g S. Cypr. de vnit. Eccleſ.

obedientia, dociliter eis parete detrectant: hus Christus ipse Dominus, tanquam suo resistentes imperio, pro hostibus habeat, ac suæ legis inimicos abominetur. Cùm ipse in talibus piis, sanctisque Pastoribus viuat, operetur, & regnet. Quo nihil maios ad gloriam, oihil suauius ad tranquillitatem, & pacem, nihil amœnius ad consolationem, nihilque poteotius ad felicitatem temporalem, & æternam bomini iustu contingere potest. Tum demum his Pastoribus (quibus vos magna ex parte, sicot tales fieri reliquos opto vehementer, similes esse confido) sua vittute, sapientia salutari, multis bonorum operum fœcuoda fructibus, Ecclesiæ, regnisque Christianis fideliter, & ex intimo Christianæ feruore charitatis opitulantibus exclamare cum Apostolo licebit. [a] *Viuo autem ego, non iam ego, viuit veró in me Christus. Viuit siquidem in eo Christus*, teste Sancto Hieronymo, [b] *in quo sapientia, fortitudo, sermo fidelis, pax sancta, gaudium spirituale, cæteraque virtutes, pia, iucundaque fœderatione congregata regnant; quas qui non habet, non potest dicere, viuit autem in me Christus.* Potestne Pastor fidelis, sanctus animarum rector maius, & præstantius pro suarum virtutum, rectéque factorom in Christianos pascendo greges meritis exoptare præmiom, ac plenis concupiscere desideriis, quàm Christum? Quem cùm Deus Pater redimendo mundu donauit, [c] *omnia bona cum illo donauit?* Quam vitæ veræ iucunditatem, felicitatemque sublimissimam suis pollicebatur Apostolis, atque discipulis, cùm diceret illis. [d] *Adhuc modicum & mundus me iam non videt, vos autem videtis me, quia ego viuo, & vos viuetis.* Id est quoniam in vobis habito per gratiam, vita spirituali, & sancta, vitæ meæ diuinæ conformi, persimilique viuetis. Sic vos alloquitur patres, animarum vigilantissimi Pastores, magna filiorum Dei libertate soluti lege peccati, piè populos, castéque regendo fruentes. [e] *Quis enim* (vt cum Sancto Augustino loquar) *audeat ei legem imponere, qui vitam Christi viuat, vel in quo potiùs viuat Christus?* *Quis audeat dicere Christum non rectè viuere, vt ei coercendo lex imponenda sit?* [f] *Et si complantati cum Apostolo facti fueritis, similitudini mortis Christi simul & resurrectionis eritis.* Si nempè *mortificando membra vestra, quæ sunt super terram*, laboriosè, & assidua boni operis exercitatione, rebus ad salutem animarum vobis creditarum spectantibus inhærendo, mortem Christi Domini in vobis expresseritis: illius postea beata vitæ sempiternæ iucunditate potiemini. Tunc illi decipientur, qui arbitrabuntur vos in carne, tanquam secundùm carnem ambulare. [g] *In carne enim* (sicut quondam de se, & de cæteris Apostolis, primisque nascentis Ecclesiæ fidelibus, Sanctus Paulus dicebat) *ambulantes non secundùm carnem militabitis.* Non solùm vestra, sed & vosmetipsos relinquẽtes, & abnegãtes, vt hac noua, beataque Christi D. vita viuere fiducialiter incipiatis, instar Apostoli, de qoo hæc ad propositum S. Gregorius. [h] *Pensemus, fratres, quomodo se Paulus abnegauerat; qui dicebat; Viuo autem, iam non ego; extinctus quippe fuerat sæuus ille persecutor, & viuere cœperat pius prædicator. Si enim ipse esset, pius profectò non esset: sed qui se viuere denegat, dicat vnde est, quod sancta verba per doctrinam veritatis clamat: protinus subdit. Viuit verò in me Christus. At si aperiè dicat. Ego quidem à memetipso extinctus sum, quia carnaliter non viuo, sed tamen essentialiter mortuus non sum, quia in Christo spiritualiter viuo.* Ita & vos in Christo spiritualiter viuetis, si vestris assidua solicitudine gregibus incumbentes, si eos pietatis, veritatisque Catholicæ pasto nutrientes, in eos ipsos Christi Domini vitam, moresque transfundere nitamini: vt sicut vos, ita & illi meritò, ac verè dicere valeant. Viuimus nos, sed non iam nos, viuit verò in nobis Christus: quos vigilans, assidueque laborans Pastorum nostrorum [i] *iterum parturiunt, donec formaretur Christus in nobis.* Sic eritis gregum vestrorum veluti filiorum patres, & matres, ioxta illam Sancti Bernardi ad Ecclesiæ Pastores exortationem. [k] *Eeudimini qui iudicatis terram, discite subditorum matres vos esse debere non dominos, matres fouendo, patres corripiendo vos exhibeatis. Producite vbera, pectora lacte pinguescant.* Vt patres in Ecclesia tanquam in alta turri Guedet, siue Adet, turre gregis, iuxta quam [l] Iacob Patriarcha qnondam sua tabernacula fixerat, escubias agite; vt matres ibi oues, & agnos sub alis misericordiæ, mansuetudinisque vestræ tegite. Vt patres lupos, hæreticos nempè, schismaticos, & alios Catholicæ religionis hostes veoientes in ouile Domini in vestimentis ouium, ad dispergendom, deuorandumque gregem Domini viriliter abigite, & fortiter consternatos exterminate; vt matres vbera charitatis lacte distenta propinate. Atque tanquam patres, & matres simul pro libertate ouilis dominici, quod est Ecclesia, pro iostitia eius conseruanda, pro oinum protegenda salute ardua quæque perperi, vitam ipsam, si oportuerit, cum sanguine profũdere, mortẽ denique pro Dei gloria, pro vindicanda ab omni iniuriæ, calumniæ cuiuscumque oppressionis impetu Christi Domini Vicarij monarchica dignitate pacisci omni liberati metu, nullo modo dubitate. Præclara illa Petri Blesensis ad Richardum Siciliæ Episcopum rescripta quasi vobis ipsis dicta reputate. [m] *Duo sunt, iustitia, & libertas, pro quibus quique fidelis vsque ad sanguinem stare debet. Si ergo eas exegeris, pro iustitia, & libertate Ecclesiæ, non dubites facultates tuas raptoribus, famam ludibrio, fortunam persecutor, & caput hostilibus gladiis obiectare. Delectabile spectaculum est Deo, Angelis, & hominibus*, &c.

Hanc animi fortis, & indomiti constantiam, & zelum domus Dei comedentem vos, specimen veræ pietatis insigne, ardoremque charitatis immensum, omnibus capot obiectandi periculis, ardua quæcomque patiendi, mortem ipsam volontariè, generoseque subeundi, pro tuenda Ecclesiæ Apostolicæ, Catholicæ, & Romanæ libertate, & honore sedis Apostolicæ incolumi seruando satis euidenter, atque non ita pridem manifestè demonstrawistis. Cùm in comitiis regni generalibus quidam maleuoli, monarchiæ spiritualis osores, authoritatis Pontificiæ temeratores, exitiosa quædam enormia, schismaticaque dogmata contra Christi Domini Romanum Pontificem, spiritualem principum Catholicorum sicut omnium fidelium populorum parentem, & adoersus sacrosanctam sibi à Christo Domino concessam, diuinitusque confirmatam toties in vniuersali Ecclesia potestatem, nobilitati, tertioqoe statui speciosis apparenter,

Marginal notes:

3. Pars. *Quàm magnus honor, & prosperitas Pastoribus habere propter bona opera in se viuentem Christum.*

a 2. ad Gal. v. 20.

b S. Hieron. in 2. ad Gal.

c Rom. c. 8 v. 32.

d S. Ioan. 14. v. 19.

e D. Aug. in 2. ad Galat. in illud. Viuo ego, &c.

f Rom. c. 6 v. 2.

g 2. Cor. c. 10. v. 3.

h S. Greg. hom. 32. in Euang.

i Gal. 4.

3. Pars. *Quomodo iterum Pastores dicuntur esse Patres, & matres suorum gregum fidelium.*

k S. Bernard. serm. 23 in Cantic.

l Genes. c. 33.

Pro libertate, & iustitia Ecclesiæ Christi Domini ardua quæque, mortem ipsam subire nullo modo dubitandum est.

m Petri Bles. ep. ad Richard. Siciliæ episc.

4. Pars. *Magna virtus, ac vtilitas constantia Gallicana olim pro protegenda monarchia Ecclesiastica, & Pontificia necessitatis honore pro salute regni Christianissimi.*

fed re ipsa nefariis artibus persuadere niterentur. Tunc vos omnes in corpore cleri Gallicani congregati, tam perniciosis contra Dei Ecclesiam, indeque ex consequenti contra regnum ipsum Christianissimum conatibus consiliisque dolosis, de pestifero hæreticorum, schismaticorumque penu nequiter eductis, tam constanter, fortiterque restitistis, tanto diuinæ charitatis æstuantes ardore aduersus ea reclamauistis. Atque palam, publicéque, quanta potuistis voce contendistis, vt omnes exaudirent, profitendo vos prius omnia pericula generosè subituros, omnibus bonis, quæ possidebatis, voluntariè cessuros, vestrasque ceruices animosè, fortiterque securi subiecturos, quàm tam perniciosorũ dogmatum, consiliorumque Ecclesiæ, regnoque Christianissimo pestiferorum effectus pati, atque tolerare, progressus, quos hæretici, schismatici, sedis Apostolicæ perduelles omnes, ardore pessimo destruendæ Catholicæ religionis, inflammati desideriis infinitis exoptabant. Vt si vobis tam religiosè, & sanctè Christi Domini gloriæ, honorique velificantibus, sic cum tali charitatis ardore Ecclesiæ Catholicæ sanctitatem, sedis Apostolicæ dignitatem, atque huius regni, Ecclesiæ primogeniti pacem, salutem, decusque protegentibus, Rex noster Christianissimus, Reginaque mater serenissima principum, primatumque illustrissimorum consiliis adiuti, sua benignitate, sapientia, affectu Catholico, regioque consensu non affulsissent: nunc impium schismatici monstri impunè caput erectum, cum hæretica factione in medio Ecclesiæ Gallicanæ furiosè grassari, bacchariqué viderèmus. Et libertatem Ecclesiæ Catholicæ, debitam sedi Apostolicæ reuerentiam, Pontificiæ maiestatis authoritatem, quam adhuc per Dei infinitam misericordiam, & gratiam generosa religione tenemus, hodie in Gallia nullam haberemus. Pro quibus diuinis, immortalibusque seruitiis, vestra virtute, pietate, constantia, fortitudine, charitate in Ecclesiam Dei, sedem Apostolicam, regnumque hoc Christianissimum, copiosè, fructuoseque transfusis, vos diuini, & immortales honores in cœlo præstolantur.

3. Peroratio generalis.

Sed iam breui finẽ dicendi vos exhortando facturus, vt vestræ illæ virtutes noua bonorũ operũ prole fœcundæ, semper Ecclesiã, cũ regno Christianissimo, melioribus successibus, fructibusque locupletent, ac amplius vos in sapientia crescatis vnum oro; vt illud Sapientis nusquam à vestra memoria deleatis. [a] *Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum.* Simulque consideretis diligenter, & attentè, vt virtutum vestrarum operationibus, pro Ecclesiæ Christi, regnique Franciæ salute, purioribus, omnes animi vestri vires, & neruos corporis alacriùs intendatis, non esse solùm in manu Dei temporalia bona, quibus vobis in terra pro vestrorum laborum, & religiosè factorum remuneratione gratificetur, sed esse similiter æterna, diuinaque bona, quorum vos iucundissima in cœlo fruitione saturabit, atque tanquam torrente diuinæ voluptatis inebriabit. Hæc [b] in dextera Dei, quia maiora, illa in sinistra quia minora esse hoc sapientis oraculo docemur. [c] *Longitudo dierum in dextera eius; in sinistra illius diuitiæ, & gloria: vt sic quærentes Dominum non minuamini omni bono. Habent enim*, inquit Sanctus [d] Ambrosius, *propria sua singula manus Dei; bonis quidem vtraque dotata est dotibus: sed læua præsentium remuneratrix est; dextera futurorum.* Quod mysterio benedictionum, quas Patriarcha Iacob duobus filiis, Ioseph, Manassi, & Ephraim impertiuit illustrari potest. [e] Cùm enim ipse Iacob breui moriturus dexteram suam posuisset super Ephraim, sinistram autem super Manassem, & conuertere ea Ioseph ætatum consideratione voluisset. *Scio*, inquit Iacob, *fili mi, scio, & hic erit in populos, & multiplicabitur, sed frater iunior maior erit illo. In quo maior?* quærit Sanctus Ambrosius, [f] *quia semen Ephraim est multitudo gentium, quæ in hoc seculo laborem elegit, credens in Dominum Iesum, vt consolationem habeat futurorum. Manasses autem semen est* [g] *populus obliuionis, qui proprium oblitus authorem exaltatus ad tempus in hoc seculo daturus est in reliquum pœnas graues, quia Deum suum, & Dominum denegauit.* Læua Christi Domini sponsi animarum vestrarum speciosissimi sub [h] capite vestro, vt vos temporalibus affluentes opibus, & bonis in hac vita, pro centuplo signaculo mercedis æternæ, futuræ pignore hæreditatis in præmium virtutum vestrarum temporale sublimet, & exaltet; postea verò dextera eius amplexabitur vos, æternorum gaudiorum diademate coronatura. Ergo dum vires animique sinunt, dum in hoc corporis ergastulo spiratis, dum tempus habetis, ô clarissimi virtutibus, Ecclesiæ Gallicanæ Patres, & antistites, sic per bona opera in hoc mortalis vitæ stadio currite, vt [i] brauium illud in dextera Dei positum felicitatis æternæ comprehendatis. [k] *Et quæ retro sunt obliuiscentes*, cum Sancto Paulo, *ad ea, quæ sunt priora, extendentes vos ipsos ad destinatum persequamini, ad brauium supernæ vocationis* Benedicto, generosoque operationum sanctarum pro Christo Domino animarum fidelium sponso, pro eius Ecclesia, pro Apostolica sede, pro hoc regno Christianissimo religiosè consumptarum, sudore, laboreque contendite. Vt peracto mortalitatis vestræ cursu, bonorum operum præcincti lauro, felicibus cœlorum sedibus excepti, cum Christo Domino, iustorum virtutibus suæ gloriæ largitore, cum sanctis omnibus, qui in pari vos Ecclesiasticæ dignitatis, munerisque gradu præcesserunt, ad perpetuas æternitates beatissimi triumphetis.

Præter temporalia bona bonos Prælatos in terra manent.

a Sap. c. 6.
b Prou. c. 3. v. 16.
c Psal. 33. v. 11.
d S. Ambros. serm. 14 in psal. 118.
Læua Dei manus bona præsentia, dextera futura, & æterna mysticè continere dicitur.
e Genes. 48. v. 19.
f S. Ambros. ibid.
g *Allusio est ad nominis etymologiam, Manasses enim obliuionem significat.*
h Cant. 2. v. 6.
i 1. Cor. c. 9.
k Phil. 3. v. 13.



PARÆNESIS PANEGYrica IV. Ad illustrissimum Senatum Parisiensem, omnium huius regni parlamentorum coryphæum, atque principem, in quatuor sicut priores, capita distributa.

Quod est XV. libri.

CAPVT I.

Quò huius amplissimi Senatus Patres conscripti excellentiæ maioris sunt super omnes regni Franciæ iudices, eò ad Ecclesiæ, regnique Christianissimi defensionem, sacramque inter ambas Christi Domini monarchias Pontificiam, & regiam retinendam concordiam magis obligantur.

1. *Magni illi iustitia summa præfecti vt populo Gallia iura dando, Ecclesia, regnoque Christianissimo fidelius seruiant, Deum omnia videntem ponere in conspectu suo debent, illius timore tanquam vita fonte bene purgati.*

2. *Praclara, & elegans imago iustitia per virtutes descripta, quibus supremi parlamenti patres fulgere tenentur, vt sanctius vtrique Christi D. Monarchia famulentur.*

3. *Quanti iustitia ministerium antiqui Imperatores, Reges, & principes fecere, illius sacra iura per se ipsos administrare volentes.*

4. *Egregia Senatus Parisiensis inter Francos authoritas à Regibus nostris ad instar Romani Senatus sublimiter instituti.*



ACTENVS cum sanctissimi omnium fidelium patris, Regis nostri Christianissimi, totiusque Gallici cleri pro souenda, & conseruanda sacratissima inter duas Christi Domini monarchias in hoc mundo constitutas vnione, mutuaque charitate, nostris aures orationibus de puri cordis intimo profectis ardenti deuotione pulsauerimus: nunc ad quos iustùs, conuenientiusque orationis nostræ preces easdem, votaque

A facientis vultum tremulum, verecundumque, quàm ad vos patres conscripti conuertere debemus? Quorum cœtus augustissimus, grauissimusque conspectus, templum iustitiæ de viuis constructum lapidibus, portus æquitatis, ara pietatis, sacrarium consilij publici, robur Catholicæ religionis, pacis publicæ firmamentum, afflictorum, viduarum, pupillorumque refugium, nefariorum Ecclesię, reique publicę perturbatorum territamentum, malleus conterens obstinatas rebellium nefariè exitia publica machinantiū mentes, Regiæ denique maiestatis mens, spiritusque vitalis, ab omnibus sincerè de Catholica religione, iustitiæque puritate sentientibus agnoscuntur ingenuè, & honorificè prædicantur. *Magna Senatus Parisiensis præconia.*

B Quo fit vt confidentiùs, audentiusque bona spe recreatus, meæ ad vos deprecationis vocem attollam: cùm mihi de Ecclesiæ, regnique salute solicito, persuasio de vestris virtutibus in animo firmior insideat: quæ me vt libere vos, ardenterque deprecer, hortantur, ac sperem me cum ad vos orator perrexero exoratorem pro certo rediturum. Atque vt quod spes bene fida promittit faciliùs assequi possim, illud vehementer exopto, sicut humili à vobis supplicatione contendo, vt in administranda iustitia pro sedis Apostolicæ, Catholicæque religionis aris strenuè, pieque litigantes audiendo, Deum viuorum, mortuorumque iudicē, cum Propheta regio semper in conspectu vestro prouideatis, atq; magnæ illius in iudicando, qua cæteris præstatis, nusquam dignitatis obliuiscamini. In primis detestantes eos, [a] *quorum inquinata via sunt in omni tempore, quod non sit Deus in* *Vt in conspectu suo Deum semper in administranda iustitia ponant hortantur.*

C *conspectu eorum*: illud scripturæ vestro sapienti iudicio ponderate, & serio considerate. [b] *Oculi Domini multo plus lucidiores super solem, conspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda, intuentes in absconditas partes.* Omnia videntes, cordis interiora penetrantes, *abscondita tenebrarum detegentes*, cogitationum humanarum euoluentes abyssos, pertingentes *vsque ad diuisionem anima, & spiritus, compagum quoque, ac medullarum, intentionum cordis discretores*, vt de sermone Dei viuo, & efficaci dicitur. Quos omnium suarum externarum, & internarum operationum speculatores, omnia nouissima, & antiqua considerantes, obseruans Propheta regius, & positos in conspectu suo permetuens præ stupore clamabat. [c] *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum tu illic es, si descendero in*

a Psal. 9.

b Eccles. c. 23. v. 28.

Hebr. c. 4. v. 12.

Oculi Dei omnia vident, & non est qui se abscondat ab eorum lumine.

c Psal. 138. 8.

D *infernum ades.*

Quo fugis Encelade? quascumque accesseris oras,
Sub Ioue semper eris.

Sunt illi Dei oculi, quos vidit Amos [d] Propheta *super regnū peccans, vt contereret illud de terra*, quos vindicatiuæ iustitiæ contra peccatores terræ spirantes ardorem, propterea vidit propheticus Apostolus [e] *sicut flammam ignis*. Ideo scriptor prophanus, prout ab obscuro naturæ corruptæ, hebescentisque lumine didicisse poterat, de æterno oculi diuini videntis omnia lumine loquens, rectè monebat. [f] *Colite homines innocentiā, & spem impunitatis de peccatis ne cōreperitis. Licet enim nullius præsentia extiterit, tamen ille fusus per omnes rerum natura partes oculus adfuit. Erat, erat, illic potentior testis.* In quam profundæ Philosophiæ lucem vtcumque Tales Milesius penetrasse visus est, cùm interrogatus an homo in occulto peccans ab oculis Dei conspiceretur, respondit: non

d Amos c. 9.

e Apoc. 1. v. 14.

f Quintilianus.

a Ezech. c. 1. v. 18.

Non solùm mala faciens, sed malè cogitatus, ἀλλ᾽ οὐ ... Ezechiel [a] Propheta Deum vidisse in raptu suo testatur, cuius corpus plenum erat oculis, ante, & retro, quod omnia præterita, & futura sint in conspectu Dei præsentia, sicut occulta, & abscondita illius oculis aperta, manifestaque conspiciuntur. Quod meditatione profunda regius vates considerans, ad Deum præ diuinæ sapientiæ stupefactus altitudine clamabat. [b] *Intellexisti cogitationes de longè, semitam meam, & funiculum inuestigasti, & omnes vias meas præuidisti.* Præ qua tantæ considerationis admiratione, *non est sermo in lingua mea.* Et rursus raptus suos iterando. [c] *Ecce Domine, tu cognouisti omnia nouissima mea, & antiqua.* Deinde paucis interpositos. [d] *Et dixi forsitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis.* Sed fallor ego: videns in tenebris, tenebras euoluis, eas intueris, tenebrarum absconditarculas, hæc mente dicens. [e] *Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Cuius oculi multo lyncis oculis acutiores, perforando corporum nostrorum parietes, vsque ad interiora cordium, animorumque secretiora penetrant. Vnde Deus dictus Græcè Θεὸς ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι. à penetrando scilicet, & perspiciendo. Hæc cùm ita sint (Patres conscripti) conspicientes Dominum in iudicijs vestris, sicut eum vos scitis intueri: ponite in cordibus vestris iudicaturi timorem illius, qui est *initium sapientiæ*, quo veluti sacro vitæ lauacro vos abluatis, vt puriora, sanctioraque pro catholicæ veritatis, ecclesiasticæ sanctitatis, apostolicæ sedis defensione de cordibus puris hoc timore Dei purgatis, oracula iustitiæ depromatis. *Timor namque Domini fons vitæ* [f], inquit scriptura, *vt declinet à ruina mortis, timere Deum plenitudo est. Plenitudo sapientiæ nos inebriat fluctibus suis.* Iste fons est paradisi terrestris, [g] *qui ascendebat de terra, & irrigabat vniuersam faciem terræ.* De quo sicut de sacro baptismatis lauacro sanctus Paulinus canebat, dicere possumus.

b Psal. 138. v. 3.
c Ibid. v. 5.
d Ibid. v. 11.
Cur Deus Θεὸς dictus.
Iudices vt bene iudicent timore Dei purgari tanquam vitæ fonte debent.
f Prou. c. 14. v. 27.
g Genes. c. 2. v. 6.

A

B

C

> [h] *Sanctus in hunc cælo descendit spiritus amnem,*
> *Cælestique sacras igne maritat aquas.*

h S. Paulin. de fonte baptismatis.

Hic salutaris Dei timor filialis sinu charitatis efformatus, & educatus, foras perniciosum hominum, mundique corrupti timorem, longè à iustorum Deum timentium cordibus expellit; qui *fons* [i] *draconis*, [k] *fons amaritudinis*, [l] *fons sanguinis, fons lacrymarum*, in sacris paginis appellatur. De quo mundani timoris fonte Deus apud Hieremiam ita querebatur. [m] *Foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* scilicet salutares, puras, & nitidas, sapientiæ, & amoris veri. *Et reliquerunt me fontem viuum.* [n] *Timentes tantum illos qui accidunt corpus, minimè verò illum, qui potest animam, & corpus mittere in gehennam ignis.* [o] *Noli velle fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates.* Hic Dei timor in conspectu vestro positus, vobis iustitiæ libramenta examinantibus, illiusque iura per populos administrantibus. [p] *Rectum cor intentionis, rectos oculos discretionis, rectos pedes affectionis, rectas manus operationis*, cumulatè donabit. Sic enim ad ea Spiritus sancti charismata sibi comparanda Diuus Augustinus sui seculi iudices hortabatur. [q] *Qui præestis in Dei timore*

Timor mundi, & hominum fons mortis.
i Esdræ l. 2. c. 2. v. 13.
k Iudith c. 5. v. 15.
l Marc. c. 5. v. 29.
m Hierem. c. 2.
n Matth. c. 5.
o Eccles. c. 7. v. 6.
p S. Bernard.
q S. Aug. vel author incertus sub illius nomine tract. de rectitud. catholicæ conuersat. tom. 9.

D

A

vos solidate, retinete quæ dicta sunt, facite quæ præcepta sunt; habete semper Christum in mente, signum eius in fronte facite: scitote quia multos aduersarios habetis, qui cursum vestrum, ad futuræ beatitudinis æternitates, *impedire festinant.* Hic Dei conspectus in corde vestro salutari timore comitatus omni mora vobis interdicet, quominus afflictis ecclesiæ, regnique Christianissimi rebus protinus opitulemini. Non sic impij, non sic in quorum [r] *conspectu cum non sit Deus*, ideo *inquinatæ sunt viæ illorum in omni tempore.* Quales [s] hæretici Lollardi fuere, qui cùm impiè crederent, & magis nefariè credendo profiterentur, Deum nec scire, nec punire mala, quæ sub terra fierent: in speluncis, & cauernis subterraneis latitantes, pater cum filia, filius cum matre, frater cum sorore promiscua libidine turpitudines carnis horrendas exercebant, & alia quamplurima execranda scelera, muta præ abominationis horrore peccata patrabant.

r Psal. 10. v. 5.
s Tritemius in Chron. Hirsaugiensi an. D. 1315.

B

Quanto autem obligationis iure obstricti teneamini ad eam, quæ Dei est, vnionis sanctæ, inter duos in ecclesia catholica fundatos Christi Domini principatus defensionem, dignitatis vestræ gradus, authoritatisque pondus apertè satis insinuant. Quæ quantò maiores sunt in vobis, tantò maiora per vos ecclesiæ Dei, regnoque Christianissimo, sanctam illam fouendo charitatis vnionem seruitia, auxiliaque præstare debent. Vos enim in eo summæ dignitatis, potestatisque vertice, in quem vos Rex Christianissimus euexit constitutos *Deos* cum Scriptura, [t] & *filios excelsi omnes* appellare non verebor. Sed verendum ne sicut homines scilicet vilissimi, & abiectissimi, nulla habita vestræ dignitatis, & potentiæ ratione *malè moriamini, & sicut vnus de principibus cadatis* (quod omen Deus auertat) nisi dignitates vestras, & honorifica munera, quibus mirabiles vestri in populorum cordibus amores excitatis, similibus operibus ornetis: & illis abundetis virtutibus, quibus vera, & viua iustitiæ immaculatæ effigies expressa cernatur. Antiquitus apud Græcos à pictoribus iustitia depingebatur, sicut eos secutus magnus ille Stoicorum sui seculi princeps Crisippus [u] postea descripsit, [x] *forma ac filo virginali luminibus oculorum acribus, neque humilis neque atrocis, sed reuerenda cuiusdam tristitiæ dignitate.*

2. Pars. Magna, & excellens Christiani senatus dignitas, quam magis ad ecclesiæ, regnique defensionem rectè iudicando debet impellere.
Summi iudices Dij dicti in Scriptura.
t Psal. 81. v. 6.

C

Pulchra, & elegans iustitiæ imago per virtutes quibus fulgere debent supremi Parlamentorum iudices descripta.
u Crisippus in libro quem inscripsit de pulchro, & iucundo.

Sed parua sunt ista ad idoneam, veramque iustitiæ pulchritudinis expressionem. Alias quamplurimas, & maximas, vestris dignissimas officiis functionibusque præclaris virtutes obseruate; quibus tanquam viuis coloribus speciosa iustitiæ omnium corda illam mentis oculis cernentium mira dilectione rapientis effigies, & imago repræsentatur. Vultis huius castissimæ virginis, tot in republica Christiana bonorum procreatricis, tot malorum expultricis grauem simul & affabilem, benignamque frontem clarè reuelem? Ecce authoritas [1] rectè factis acquisita, vobis exhibetur. Eius perspicaces, gratosque oculos cernere desideratis? ecce prudentia in rebus agendis, & [2] prouidentia in bene perspiciendo, dirigendoque futura, vestris animis offeruntur. Estne præterea cordis nasum boni spiratorem [3]

x Versio est Auli Gellij.

D

1. Iustitia frons quæ.
2. oculi.
3. nasus.

odoris, in quo magna vultus pars pulchritudinis apparet, agnoscere? Ecce probitas, & immaculata bonæ vitæ famæ detecta conspicitur, cum

4. Genæ.

qua se pro genis affabilitas, modestiaque castè rubentes vestræ considerationi, desiderioque valde dulciter insinuant. Post quæ ecce oris loco,

5 Os.
6 Linguæ.
7. Mamillæ.

pudor pro lingua copiosè loquens facundia magna eruditione condita: pro mamillia vtraque corporis, & animi misericordia vestro conspectui presentantur. At huiusce castissimæ, fortissimæque virginis quale cor esse putatis? Non

8 Cor.
9. Manus.

aliud quàm charitatem Christi cogitate; quàm pro manibus fortitudo, constantiaque vinci nescia, ad confringendas peruersorum omnium iniquitates, ad scelera destruenda, & ad vnicuique ius suum tribuendum omni sublata personarum acceptione generosè, reuerenterque comitantur. Nec tam mirabilis, atque formosa virgo suis pedibus orbatur: habet enim sedulita- B tem, vt afflictis oppressisque subueniat, & affectum celeriter operandi bona: vt imperium, cui dominatur solita prosperitate lætificet. Cuius vita pax, cibos populi salus, deliciæ, honor, & gloria Dei, felicitas, sancta & vera non affectata, non simulata, cum Ecclesia Christi, cum religione Catholica, cum Apostolica sede confœderatio, atque sacra charitatis non fictæ, sed puræ, Christianæque conspiratio perhibentur. Hæ sunt virtutes cœlestem, ac viuam iustitiæ ciuilis Catholica fide decoratæ imaginem effigiantes, & ornantes: quas dignitatis vestræ & authoritatis in Galliæ populos subsellia, gradus, ordinesque deposcunt. Ad quos magistrales iustitiæ supremæ gradus euectis, magnum semper honorem, reuerentiam, obsequium, præter ritè functi muneris auctoramenta, maximi rerumpublicarum rectores, principes, Reges, Impe- C ratores, & ipsi summi religionis Christianæ Pontifices tribuendum esse decreuerunt, prout leges ciuiles, canonesque sacri significant. Hoc scripsit Callistratus [a] iurisconsultorum consultissimus; hoc Imperator [b] Iustinianus, suos sectando maiores, dum viuerent imperii maiestate decoratos edictis fieri mandauit: hoc [c] Innocentius 3. cum vniuersali eoque tunc amplissimo Lateranensi Concilio, cui per se ipsum præsidebat, sacri confectione canonis imperauit. Ex quibus [d] Baldus omnium sui temporis iuris vtriusque peritissimus illud sequi efficique credidit, quod in lege secunda [e] ff. de senatoribus authore prætore præcipitur. *Amotum à Senatu propter turpitudinem vitæ, iudicandi authoritatem perdere; quod videlicet non exiguus iudicandi munus honor esse* D *censeatur*, [f] *reatus verò omnem honorem excludat*. De hoc verò honore, obedientia, respectu, magistratibus iudicandi munere fungentibus exhibendo sic sanciebat lex 12. tabularum. [g] *Iusta imperia sunto, iisque ciuis modestè, ac sine recusatione pareto. Magistratus nec obedientem ciuem mulcta vinculis, verberibusque coerceto.* Quam legem inter leges suas [h] Cicero retulit; simulque illius legis [i] Charondæ meminit, qua suis ciuibus imperabat, vt magistratibus iustitiæ distributoribus reuerenter obsequerentur, eosque cum magna dilectione venerarentur. Nec malè Plato magistratibus, præsulibus iustitiæ rebelles, & arroganter obluctantes è Titanum, gigantumque genere iudicabat esse, quod vt hi cœlesti-

Maximus semper supremis iudicibus, magistratibusque honos exhibitus.

a Callistratus l. semper in principio ff. de iure immunitatis in nouo ff. l. 50.
b L. omnem honorem 10. C quando prouocare non est necesse.
c Cap. 59. vt debitus honor de appellationibus l. 2 decretalium.
d Bald. in lege 2. ff. de Senatoribus.
e L. 2. ff. de Senator.
f L. 1 quicunq. C. Vbi Senatores vel clarissimi ciuiliter, vel criminaliter conueniantur.
g Lex 12. Tabul.
h Cicero l. 3. de leg.
i Lex Charondæ.

A bus, sic illi magistratibus aduersarentur. Vestræ verò huius authoritatis iuridicæ, honorificæque per populos iura dandi dignitatis adeo magni duces, principes summi, Reges, & Imperatores appetentes, & auidi fuisse feruntur: vt ipsi perbeatum, & honorificum sibi duxerint iustitiæ fieri antistites, illiusque sacris initiatos populis per se ipsos iura dare. Qualis erat Cæsar Augustus quem *imperij Romani formatorem*, [k] Tertullianus appellat à multis passim variâ, magnaque laude sublatus in cœlum, quod ipse, *ius assiduè diceret, & in noctem vsque persæpe si parum valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans, onera, functionesque iustitiæ distribuenda*, Suetonio [l] teste, *prorogabat*. Qui alibi [m] scribit cum Dione [n] in eius vita illum principem sæpissimè in porticibus Herculis iustitiæ sacræ populis administrauisse. Pro- B pter quod poëta latinus hæc de illo cecinit.

[o] *Cæsar cum magnus ad altum*
Fulminat Euphratem bello, victorque volentes
Per populos dat iura.

Sicque *viam affectabat olympo*. Quod ante eum sæpius Iulium Cæsarem fecisse Suetonius [p] in eius vita, & Valerius [q] Maximus testatione sua comprobarunt. Quos Tiberius, [r] Vespasianus, [s] Traianus, [t] Hadrianus, [u] aliique sunt secuti: quos postea in rectitudine iudiciorum, conscientiæque puritate in iudicando, Christiani imperatores virtute fulgentes ab alto superarunt. Ante eos, reges antiqui, huic augustissimo iustitiæ ministerio vacabant. Vnde illud de Priamo Asiæ regnatore minoris.

[x] *Hoc Priami gestamen erat, cùm iura vocatis*
More daret populis.

Et regina Dido apud Virgilium,

C [y] *Iura dabat legesque viris.*

Et Æneas de se ipso.

[z] *Iura, domosque dabam.* Sic
[a] *Remo cum fratre Quirinus*
Iura dabant.

Sed in more positum illud Regea, principesque summi in distribuendo iustitiæ iura, & eius oracula voce promendo solebant obseruare, vt semper Senatorum, iudicumque prudentum corona stiparentur: à quorum consiliis sapientibus, in euoluendo iustitiæ sacraria pendere voluerunt. Vt Acestem regno præpositum ab Ænea fecisse hæc Virgilii carmina significant.

[b] *Gaudet regno Troianus Acestes,*
[c] *Indicitque forum, & patribus dat iura vocatis.*

Quem morem post à Romulo obseruatum fuisse Plutarchus in eius vita testatur. Sicut in Græ- D cia fecisse Agesilaum, [d] Philippum Macedoniæ regem, quem filius Alexander imitatus est, idem Plutarchus, & alii scriptores memoriæ prodiderunt. Memorabile, valdeque præclarum illud quod de Scipione Africano regibus non inferiore narratur; qui cum certo quodam die in castris Carthaginem obsidens, velut in prætorio sedens iustitiæ sacria operam daret, in eo loco vnde procul Carthago cernebatur, & aliquis è militibus sui exercitus, qui in iure apud eum stabant, ex more sciscitaretur, *in quem diem, locumue vadimonium promitti iuberet: tum ille manum ad ipsam Carthaginis arcem, quam obsidebat extendens: perendie se sistere illo in loco respondit*,

3. Pars. *Imperatores qui per se ipsos populis administrare iustitiam voluerunt.*
k Tertull. li. de anima.
l Suet. in Augusto c. 33.
m Suet. ibid. c. 72.
n Dion. in Augusti vita.
o Virg. l. 4. Georg.
p Suet. in vita Iulii Cæs. c. 43.
q Valer. Max. l. 6 c. 2.
r Dio Nicæn. in Tiberio.
s Philost. in vita Apollonii l. 7. & Dio in eius vita.
t Dio Cass.
u Idem.
x 7. Æneid.
y Æneid. 1.
z 3. Æneid.
a 1. Æneid.
b 5 Æneid.
c Plut. in vita Romuli.
Reges principesque summi assidentibus sibi Senatoribus iura dare solebant.
d Plut. in apophtegmatis, & in vita Alexandri.
Scipio Africanus vadem die quo Carthaginem cepit sisti dixit iis, dedit quæ postulabant.

arqueita vti dixerat die tertiu factum est, cùm eodem die in illa captæ ciuitaōs arce iura dedit: [a] vt Valerii Maximi, & Gellii [b] scripta faciunt fidem, ac rei veritatem suis illi testimoniis astruũt. Sed cur ab extraneis exemplis excellentiæ, & eminentis gloriæ vestrarum illustrium functionum, dignitatumque sublimiom prubationes tam longè repetimus? cùm tot domesticis exemplis abundemus, quibus verius, & clarius vestrarom dignitatum splendor, fulgorque conspicitur? De qoo tot nostri prædicauere scriptores, vt in illius commemorãdis longe facilius esset principium, quam exitum inuenire. Parlamenti Parisiensis, in cuius subselliis vos præsides, Senatoresque grauissimi sedetis, tot instar regum, vt cum Cinea regis Pirrhi cõsiliario de Senatu Romano loquar, tanta fuit semper apud Francos authoritas, vt quæ Rex ipse Christianissimus, *de republica, de iure, & prouentibus regni statuerit si ea,* teste [a] Guaguino, *siue huius Parlamenti, Senatusque decreto procederent, irrita prorsus in effectibus suis haberentur. Cuius decretis appellationum cognitio regaliarum, parium quoque Franciæ causæ sententia incommutabili,* vt Guaguini verbis vtar, *terminanda cõmittebantur.* Sicut hodie antiqoo, laudabilique more retento, magna cum totius regni prosperitate videmus obseruari. Vester ille consessus amplissimus, & cœtus, non minus sanctitate, quàm iustitia nobilissimus, ad instar Romani Senatus institutus à Christianissimis Regibus esse creditur: quem Romulus [b] Romanæ conditor vrbis [c] centum prima institutione Senatoribus ornauit: qui præ cæteris per excellentiam [d] cætus venerabilis, atque patres conscripti nominabatur; sic & vos similibus honorum titulis ornamini. [e] Romani Senatus aothoritas in toto imperii orbe erat amplissima: vestra in hoc Franciæ regno non inferior, quæ verè regia est, quam Rex Christianissimus in vestrum sacrum ordinem tanta cum iurisdictionis eminentia transfundere dignatus est, vt ea quæ vestro Senatusconsulto decreta firmaueritis, ipse de sua potestate ordinaria tollere, & infirmare non posset, nisi absoluta potestas, quæ non semper iustitiæ bene cohæret, interueniret. Etenim vestra potestas non alia est, quam Regis illius in territoriu vestro adæquata iurisdictioni, quoniam sicut [f] Romanus Senatus imperatoris, sic vester cœtus illustrissimus Regis Christianissimi pars corporis esse censetur. Et sicut [g] à soprema Senatus Romani sententia, nulla poterat fieri prouocatio, [h] ita nec à vestro Senatusconsulto iustè, legitiméqoe potest appellari. Qood pręter qootidianam praxim Baldus, [i] Panormitanus, [k] Guido [l] Papæ notauerunt. Nec plus iuris litigantibus datur à vestro decreto, quam à principis edicto proocandi, quia princeps, & Senatus pru vna, eademque

a Valer. Max. l. 3. c. 7.
b Aul. Gell. l. 7. c. 1.
Authoritas summa Senatus Parisiens. inter Francos
a Guaguinus l. 3.
4 Pars.
Senatus Parisiensis ad instar Romani constitutus.
b Liu. l. 1. decad. 1.
c L. fin. ff. de pretio hæred. l. 1. C. de caducis tollendis
d L. leges C. de legibus.
e Albin. in l. f. cod. de pretio hæredit.
Parisiensis Senatus sicut Romane potestas amplissima.
f L. quisquis C. ad L. Iuliam maiest.
g L. 1 ff. à quibus appel. non licet l. præfecti ff. de minoribus Can anteriorum a. quæst. 5.
h Specul. titul. de appellationib. §. videndum circa finem.
i Baldus in procem. ff.
k Panorm. in subtit. de appellat.
l Guido Papæ quæst. 50.

re in materia iustitiæ reputãtur; hoc illa [m] Taciti verba comprobant. [n] *Audita vox principis, pareto vim habendam rerum, à procuratoribus suis iudicatarum, ac si ipse statuisset.* Quod autem à principis edicto prouocatio fieri non possit, in prompto causa est, [o] *quia principis voluntas pro lege est, à qua nulla potest admitti prouocatio.* [p] *Princeps siquidem & lex æquiparantur, & princeps est iudex iudicum, &* [q] *pater, & animus legis.* Vos verò, patres conscripti, quinam aliud estis, quàm lex loqoens, sicut lex motus magistratus appellatur? Quem alium in republica, regnoqoe Christianissimo quoad temporalia locum tenetis, quam cordis, Rege Christianissimo inter vos [r] sicut imperatore inter Senatus Romani patres conscriptos, senatoresqoe connomerato? Denique honor ordinis vestri præstantissimus, dignitatis iuridicæ sublimitas tantum authoritatis, opinionisque bonæ pondus in principum natione exterorum animis inseuit: vt illi honorificum, ac valde iucundum sibi coram huius Parlamenti, Senatusque patribus conscriptis maioribus vestris causas agere duxerint. Quid? Nonne Petrus [s] Blesensis Antonium Episcopum Lincolniæ, filium Regis Angliæ Parisiis causas orauisse, & egisse testatur? Cùm nondum hoc Parlamentum firma permansione in hac vrbe sisteretur? Sicut quondam *Germanicus Cæsar in Romano Senatu etiam* [t] *triumphalis*, vt Tacitus loquitur, *causas orauit?* Sicut post eum fecit Vespasianus imperator, Suetonio [u] in eius vita teste, & filius eius Titus populi Rumani deliciæ, [x] *Post stipendia foro operam dedit.* Sed

Quò tandem mihi dexter abis? huc dirige gressum,
Littus ama.

Quò me non cogitantem sensim sine sensu vestrarum laudum, virtutumqoe in amplissima dignitate fulgentiom magnitudo rapit? Cum laudatoria, atque panegyrica, de vestris virtuōbus, meritisqoe, quod illud tenuis, & exilis orationis meæ stylus oon dignè satis asseqoi posset, non mihi ad vos scribenti præcipuè proposuerim: sed parænetica tantum, & hortatoria vota, necnon orationes deprecatorias, quantum vires animi mei, ardorque charitatis Christianæ sinerent, ad vestra puluinaria profundere destioauerim. Vt vos rerum ad Ecclesiæ, regnique salutem, ad sedis Apostolicæ, & secularis reipublicæ defensionem, ad honurem, & amorem Pontificiæ, regiæque maiestatis charitatis Christianæ vinculo inter se confœderatæ spectantium vestra virtute satageretis. Quod licet vos sponte facere cum pio, promptoque conatu non dubitem, vestris nihilominus cordibus stimulos obsecrationibus meis addo, cùm sciam [y] facilius, acceptios & vtilios esse incitare currentes, quàm commouere languentes.

m L. quod principis ff. de aqua & aquæ plu. arcenda.
n Tacit. in annal.
o L. principis C. de pace Constant. l. neque quod de Decurion.
p L. si quis de Decurion. Cod.
q Nouella 73 de instrum. caus.
r Cicero l. 3. de legib. l. ius Senatorum Cod. de dignitatib. l. 12. & ibi Lucas de Penna.
Principes magni, & Episcopi virtutibus illustres, vt filius Regis Angliæ causas egerunt in Senatu, seu Parlamento Parisiensi.
s Petrus Bles. in ep.
t Tacitus.
Imperatores qui Romæ in Senatu causas egerunt.
u Suetoo. in vita Vespas.
x Suet. in Tito c. 4.
y Cicero 1. de orat.

Ca. libri XII.

CAP. II.

Sancta veræ pietatis vnio cum iustitia ciuili persuadetur, ad temporalis, æternæque pacis assecutionem.

1. *Recedente vera ab animis hominum pietate catera virtutes abeunt, quoad meritum mercedis æterna, & contrà.*

2. *Exempla magnorum iurisconsultorum iustitia patronorum, magistratuumque, qui veram pietatem in suis functionibus cum iustitia copularunt.*

3. *Iustitia verum fundamentum atque robur adex:tium iniquitatis, fides Christiana, & Catholica religio, sine qua puritas iustitia stare non potest.*

4. *Quanta virtutum perfectio in magnis reipublica magistratibus requiritur, per societatem bona vita, cum sermone, Deo benedicentibus, secus maledicentibus.*

NVNC ad illud, quod mihi secundo loco in mea ad vos exhortatione, deprecationeque proposui, coniunctionem videlicet, vnionemque sacram pietatis immaculatæ, religionis puræ Catholicæ, cum iustitia ciuili venio. Quam firmitate inuiolabili vestris in animis seruare, rectè factis ostendere debetis: vt fructus vberiores, beatioresque vobis principi, populoque producere valeatis: sic pacem Christi, quam mundus dare non potest in hac vita, & in altera diuinæ felicitatis æternitatem lucrari mereamini. Vt enim discedente, seque ab hominum cordibus subtrahente, propter pestilentes iniquitatum illa contaminantium fœtores, pietate Christiana, cæteræ virtutes abeunt, in modum egressionis eius, de qua poëta.

Remota vera ab hominum animis pietate omnes virtutes abeunt, & contra.

a Æneid. 2.

[a] *Excessere omnes aditis, arisque relictis Dy, quibus imperium hoc steterat.*

Vt experientia magistra in Salomone reprobo, propter suam à vera religione per horrendas luxuriæ spiritualis, corporalisque putredines auersionem manifestè demonstrauit. Vnde iustæ illæ patris optimi secundùm cor Dei regnantis filio fornicationibus animi sicut corporis infatuato exprobrationes, & impropetia prophetica. [b] *Tu verò repulisti, & despexisti, distulisti Christum tuum, auertisti testamentum, profanasti in terra sanctuarium eius.* Ita profectò hac vera in hominum mentibus regnante pietate, reli-

b Psal. 88. v. 39.

A quæ virtutes feliciter inter se glomeratæ mansionem pacatam in illis, hospitiumque salutare sine fine sortiuntur. In eos iudices, magistratusque, quibus hæc sancta cum iustitia veræ pietatis vnio non placet, licet se solertes iustitiæ professores ministrosque fidos esse, sed iniuria glorientur, illud Senecæ meritò contorquetur. [c] *Inter istos quos togatos vides, nulla pax est, alter in alterius exitium leui compẽdio ducitur, nulli nisi ex alterius damno quæstus est.* A quorum foro longè Christus abest. Nam vt sancti Ambrosii verbis vtar. [d] *Christus est pax, in eorum foro lites amara, Christus iustitia est, in eorum foro iniquitas: Christus fides est, in eorum foro fraus, atque perfidia.* [e] *Quibus persæpe iustum est quod potentiori est vtile.* Non ita religiosis iudicibus, non ita bonis, Catholicis-

c Seneca l. 2. de ira cap. 7. & 8.

d S. Ambros. l. 3. de virginibus.

e Dictum sophistæ apud Platonem.

B que magistratibus visum, in quibus pietas, & veritas obuiauerunt sibi, iustitia, & vera fides osculatæ sunt, similes illis iudicibus, rectoribusque populi, [e] quos Iethro Moysi suo generi seligere persuasit, *viros de omni plebe potentes timentes Deum, in quibus esset veritas, & qui oderint auaritiam.* Huiusmodi iustitiæ ministros, rectoresque populi quærebat [f] princeps religiosissimus Iosaphat; *quos timor Domini regeret cum diligentia, conscientiaque puritate cuncta facientes*, agnoscentes se in tanta iudicandi constituti dignitate, *non hominis se, sed Dei exercere iudicium*, credentesque, *omne quod ipsi iudicauerunt in se ipsos redundaturum.* Hanc pacem æternam, & salutarem sacros, castosque hymeneos inter Catholicam, & veram Christi pietatem cum iustitia ciuili antiquitatis magnos iustitiæ patronos iuris-

e Exod. 16.

f 2. Paral. c. 19.

C cõsultos sanctæ Themidis antistites, magistratusque cum sua, & populi salute non minus feliciter, quàm sapienter exercuisse legimus. Qualis fuit Iulius Affricanus, [g] cuius Eusebius meminit, ac eius monumentorum temporis iniuria perditorum fragmenta commemorat: qui in hac professione sacri cum pietate, & iustitia connubii inter alios excelluit. Magnam sibi laudem decusque Vetius Epagathus sui temporis iurisconsultorum princeps, maximus religionis Christianæ defensor ex hac sacra Catholicæ religionis cum iustitia confœderatione comparauit. Quam mira cum sanctitate Lugduni profitebatur, in qua facundiæ, beneque dicendi facultatis vbertate, Christianæ religionis, ac veræ iustitiæ patrocinia meritoriè suscipiebat. Nunquid Tertullianus Magnus quondam diuini iuris, humanique professor huic ciuili sapientiæ, iustitiæque cultui diuinam Christi pietatem, religionemque copulauit, priusquam in mortiferæ præsumptionis, superbæque contra sedem Apostolicam rebellio-

2. Pars. *Exempla magnorum iurisconsultorum patronorum iustitia, magistratuumque, qui veram pietatem in suis functionibus cum iustitia copularunt*

1. *Iulium Africanum apud Euseb.*

2 *Vetium Epagathum.*

3 *Tertullianum.*

D nis abyssum, præceps miserè decidisset? Hoc fecit sanctus Cyprianus grauissimus Carthaginiensis curiæ Senator, & eloquẽtissimus orator, postea sanctissimus Ecclesiæ doctor, & martyr. Hoc fecit Minutius Felix acerrimus Christianorum innocentiæ defensor, toties iustitiæ, atque Christi Domini religionis, aduersus ethnicos idololatras sanctitati generosè, sapienterque patrocinatus. Hoc sanctus Gregorius Neocæsariensis, qui tam eruditè, ac religiosè in populorum sui gregis animis, diuinam Christi Domini pietatem cum iustitia ciuili maritauerat. Hoc denique, vt cæteros omittam, sapientissimus, & religiosissimus ille Romani Parlamenti Senator,

4. S. *Cyprianum.*

5. *Minutium Felix.*

6. S. *Gregorium Neocæsar.*

y Caſsiodorus præfectus prætorio maximus religionis Catholicæ cultor, & ſedis Apoſtolicæ propugnator.

iuſtitiæ princeps ſub Theodorico Gothorum rege, præfectuſque prætorio Caſsiodorus, inter omnes magiſtratus, qoi Senatus vnquam Romani ſubſellia decorarunt perfectiſſimè cuſtodiuit. Qui vt ſacra valde ſalutaris religionis Catholicæ, charitatiſque cum iuſtitia ciuili, & innoxia confœderatio in ſe populis iura dante maneret illæſa, modo ſummum Pontificem Ioannem ſecundum, modò cunctos Italiæ prælatos, & Epiſcopos aſſiduè precabatur: vt ſacris ſuis orationibus, tremendorumque ſacro-ſanctæ myſtæ myſteriorom celebratione, hanc ſibi à Deo optimo maximo gratiam, benedictionemqoe conſequerentur, & impetrarent, quibus ad eum, quò tantopere collimabat piè inter ſe cooſœderatarum diuinæ religioius, iuſtitiæque intemeratæ verticem perfectè conſcenderet. Mira ſuot illa, quæ in eum finem ad omnes Eccleſiæ præſules, Epiſcopoſque reſcripſit: vt cùm inter cætera ſic loquitur ad eos. [a] *Corporalium patrum naturalis mos eſt, de filiorum promotione gaudere, dum eorum inſtitutionibus applicatur, quidquid laudis in eorum prole conceditur. Vos autem ſpirituales parentes, qui authorem rerum illuminata mente conſpicitis, pro me ſanctæ Trinitati ſedulo ſupplicate, vt ſplendere late faciat in medio poſitum candelabrum, quatenus nec mihi interior deſit viſus, & de me alijs pandatur aſpectus. Nunquid prodeſt iudicem alijs eſſe perſpicuum, ſi interiùs reddatur obſcurus? Dignitatem conſcientia donet, qui tribunalia conferre dignatus eſt: faciat inoffenſum iudicem, ne damnet errantem. Sit nobis proſperrimè præſens, vt infauſta vitia reddantur abſentia: amorem ſuum tribuat, vt peccandi ambitum miſeratus excludat, &c.*

a Caſsiodor. l. 11. ep. 3.

Optat per preces Epiſcoporum Caſsiodorus coram Deo, & hominibus in pietate, & iuſtitia ſplendeſcere.

3. Pars. *Iuſtitiæ verũ fundamentũ ac robur, fides Chriſtiana.*

Solidum, & ſalotare iuſtitiæ fundamentum fides eſt, non ea, quam ſibi finxit [b] paganus orator, ſed quę tota diuina eſt, Chriſtiana nempe fides atque religio. De qua ſanctus Paulus ait. [c] *Iuſtitia ex fide*, ideo iuſtificati quæramus diuinum, verumque Deum, [d] *quæ donum Dei*, munitio mentis, verum Dei altare, ſuper quo feliciter illi litatur, propria, germanaque Chriſtianorum virtus eſt. De qua ſanctus Hieronymus loquens aiebat. [e] *Ego nullum primum, niſi Chriſtum ſequens Eccleſiæ Dei, id eſt cathedræ ſancti Petri conſocior: in hac ædificatam Eccleſiam ſcio: Quiſquis extra hanc domum agnum comederit profanus eſt.* O ter, quaterque beati patres illi conſcripti, magni iuſtitiæ antiſtites, in quorum cordibus lucet cũ iuſtitia vera fides, ſanctaq. Saluatoris ooſtri religio! Cuius gratia, & virtute corroborati ſtant intrepidè contra horrendas tentationum diabolicarum, muudanarumque tempeſtates. De qoibus merito poëtæ illud vſurpabitur.

b Cicero off. v. 1.
c Rom. c. 10. l. 6.
d S. Paul ibid.
e S. Hieron. ep. ad Damaſ.

[f] Quibus hoc contingere caſtris
Aut potuit maris, nullo trepidare tumultu
Æthereæ pulſante manu.

f Claudianus.

Diuinæ nempe miſericordiæ, & gratiæ, perquam ipſorum iuſtitiæ præſolum, fidei Catholicæ, religioniſqoe Chriſtianæ charitate fulgentium baſes ſalutis, ſicut [h] claudi illius ex vtero matris ab Apoſtolorum principe ſanati conſolldantur, & plantæ bonorum operum in perfectionem fortitudinis, & adeptionem beatitudinis ſanctæ firmantur. Felices, inquam, illi iuſtitiæ præfecti, in qoorum animis [i] *Semper ignis fidei, & lucernæ ſcientiæ diuinæ, Catholicæque religionis accenſa lucent ſapientiæ fulgore, & ardent feruore charitatis.* Quàm pulchri, & ſpecioſi ſunt illorum pedes, ideſt affectus immaculati, quàm illuſtres illorum manus, rectę nempe operationes ſic iuſtitiæ iura populis adminiſtrantium. *Cùm nihil ſit*, inquit imperator, *quod clariori lumine præfulgeat in homine, quàm recta fides*; ſine qua à myſtica filia Sion, ideſt iuſtitia, *decor omnis egredietur, principes eius ſiunt velut arietes non inuenientes paſcua, abeuntes abſque fortitudine, ante faciem ſubſequentis.* Eius virginis pulchritudo deturbatur, eius integritas iniquitatis fraudibus alteratur, nequitiæ ſordidata contagionibus adulteratur; & eius in vanum puritas, veritaſque ſanctitatis ab elongatis à vera fide, gratiaque Chriſti quæritur: non ſecus ac auri in terræ viſceribus defoſſi ſcoria fæcibus, & alijs terræ ſordibus contaminati fruſtra nitor, puritaſque diſquiritor. Quod oſtendere volens ſanctus Hieronymus dicebat. [k] *Aurum, quandiu fuerit in terra, perdit vocabulum ſuum, & à terra, cui mixtum eſt, appellatur: ita & anima ſi proprie crediderit cogitatus, & abſque gratia Spiritus ſancti inuenire ſe æſtimauerit veritatem quaſi aurum ſordidum, animalis hominis appellatione ſignabitur.* Cum hac ſancta fide, magno Dei dono, puraque Chriſti religione, omnia bona veniunt, ideſt Chriſtianæ virtutes magnis iudicibus rerumpublicarum rectoribus maximè ſalutares, atque oeceſſariæ, vt per populos volentes fructuosè iura dare, ſacraq. poſcentibus iuſtitiæ myſteria pãdere poſſint. Ad hoc propoſitum Diuus Augustinus ſententiam Pythagorę de rerumpublicarum rectoribus referens. [l] *Mirari*, inquit *& quotidianis efferre laudibus ſoleo, quod regendæ reipublicæ diſciplinam ſuis auditoribus vltimam tradebat, iam doctis, iam perfectis, iam ſapientibus, iã beatis. Tantos enim ibi fluctus videbat, vt eos nollet committere, niſi virum, qui & in regendo pæne diuina ſcopulos euitaret: etſi omnia defeciſſent, ipſe illis fluctibus quaſi ſcopulus fieret. De ſolo enim ſapiente veriſsimè dici poteſt.*

h Act. 3. v. 7.
i Orig. in Leuitic. c. 6.

A

C. de ſacroſ. Trinit. & fide Catholica l. 2.
Threno. c. 1. v. 6.

Non eſt puritas iuſtitiæ ſine vera fide, & religione.

B

k S. Hieron. l. 3. c. 5. in ep. ad Gal.

Cum vera religione iuſtitiæ virtutes adueniunt ſincerè illam profitentibus.

l S. Aug. l. de ordine.

4. Quantæ virtutes magiſtratibus populorum rectoribus neceſſariæ.

C

Ille velut pelagi rupes immota reſiſtit.

Qoi alibi qualis eſſe debeat verus iudex, & magiſtratus iuſtitiæ functionibus inuigilans per hanc exclamationem declaraoit. [m] *O quàm facile eſt iudicare, ſed ô quàm amarum, quod iudicatum eſt retrahere! Ideo non puer, non inſenſatus vobis præeſſe debet, ſed annoſus, prudens, caſtus, vt ſol, & lux mundi cunctis appareat: alias iuſtitiam non poterit ignorare. Tunc enim regnum Romanorum tandiu pacificè perſeuerauit, quandiu ſapientes regere permiſerunt. Sed dum iuuenes & inexpertos regere permiſerunt tanquam iuſtitiam ignorantes, acceptores perſonarum facti ſunt, & ſic iuſtitiam perdentes, dominium orbis terrarum perdiderunt.* Non ad eam conſeruandæ in puritate ſua iuſtitię neceſſitatem attendunt illi, qui linguis ſuis dolosè agentes exteriùs bene loquendo, & malè viuendo, credendoq. fallunt ea, mentes animoſque viuificante, ſacroſancta pietatis Chriſtianæ cum iuſtitia ciuili confœderatione deſtituti. De quibus hęc ſanctus Auguſtinus. [n] *Omnes malè viuentes etſi lingua taceant, vita Domino maledicunt. Quid prodeſt quia hymnum cantat lingua tua, ſi ſacrilegium exhalat vita tua?* Non immeritò ſapiẽs ait. [o] *Lingua iuſti aurum electum, contra verò lingua inſenſati ſubuerſio.* In quæ verba ſanctus Auguſtinus. [p] *Præcidatur*

m S. Aug. ſermone 14 ad fratres in Heremo.

D

Bene loquentes, & malè viuentes, & credentes vera deſtituti pietate Deo maledicunt, eumque blaſphemant, & contra.

n Aug. in pſ. 49.
o Eccleſ. c. 1. v. 28.
p S. Aug. in Eccleſiaſt. c. 31.

A inquit, *lingua humana propter Dei blasphematores, & vnde erunt Dei laudatores? Quid tibi fecit lingua? Da bonam mentem, & linguam.* Idest bonis verbis iunge opera bona, cor linguæ marita, fidem charitate viuifica, & iustitiam ciuilem diuina pietate veraciter exorna, vt sic Deo placeas, & in solio iustitiæ sedens illius iura secundùm cor Dei administres.[a] *Qui plus attendit quid viuas, quàm quid sones, quid facias, quàm quid dicas.*[b] Qui secus iudices operantur *in prætorio ab illis*, vt sanctus Ambrosius dicebat, *innocentia opprimetur, secretum iustitiæ prodetur, sanctitas sceleris loco condemnabitur.* [c] *Sint licet in ære præscripta leges duodecim tabularum, tamen remota à iustitiæ consortio Christiana gratia pietatis, inter ipsas leges peccatur, inter ipsa iura delinquitur, inter hæc quis subueniat? Aduocatus? Præuaricator est. Iudex? Sententiam* B *vendit. Qui sedet crimina vindicaturus admittit: & vt reus innocens pereat, fit nocens iudex.* Quæ scelerum fœditates ne vnquam in aliquo vestrum sapientia, virtuteque multiplici clarissimum ordinem leuiter quidem maculare possint, hanc sacrosanctam Christi Domini pietatem, religionemque purissimam cum vestra ciuili iustitia in vobis cõnubio sacro, stabilique, vti fecistis hactenos, coniungere pergite. Vt illius cultu sincero stantes pro Dei muro firmiter, Apostolica nempe sede sempiternæ gloriæ coronam, sicut pura, & immaculata iustitiæ vestræ functione pacem temporalem, vitamque tranquillam, bonis locupletatam secularibus pro rectè factorum præmio consequi valeatis.

a Aug. in psal. 146.
b S. Ambros.
c S. Cypr.

——————————————— C

CAP. III.

Caput huius libri 27.

Docens in quo potissimum hæc sancta pietatis Christianæ cum iustitia seculari, ciuilique confœderatio consistat, prout amplissimi huius Senatus Patres conscripti religiose semper obseruauere.

1. *Circa quæ sacra illa confœderatio præcipue versatur, quàm dignè semper Senatus illustrissimi Patres conscripti coluere, magnum iustitiæ Romanæ principem Cassiodorum secuti.*
2. *Religiosè semper Ecclesiæ sanctitatem Senatus Parisiensis, Ecclesiasticorum veneratus dignitatem quantum potuit exaltauit,* D *sacram inter vtrumque Christi Domini principatum concordiam honore singulari magnificans, Zelo diuini incensus amoris.*
3. *Exemplis memorabilibus generosa pietas, & religiosa constantia Senatus Parisiensis in inuiolabili iustitiæ, religionisque Catholicæ puritate protegenda demonstratur.*
4. *Maximi amores, & honores à principibus orthodoxis Regibus, Imperatoribus, & ab ipsis etiam Romanis Pontificibus huic am-* A *plissimo Parlamento delati, propter egregias Patrum illius conscriptorum in iustitia, religionisque Catholicæ sanctitate tuenda virtutes.*



AT nec dum satis à nobis ad honorem, & celebritatem vestri cœtus augustissimi, salutemque regni huius Christianissimi dictum fuisse credere debetis, Patres conscripti, cùm hanc sanctissimam religionis Catholicæ, pietatisque Christianæ cũ iustitia ciuili confœderationem vobis ad illam licet sponte currentibus, magis tamen pro maiori B vestræ virtutis incremento persuadere contenderim: nisi in quo hæc sancta pietatis cum iustitia confœderatio præcipuè consistat, obseruatione diligenti consideremus. Ego autem mihi semper persuasi, atque rationibus euidentibus conuictus ingenuè iudicaui, ac præ me tuli, salutarem illam diuinæ cum humana virtutis vnionem, sanctamque confœderationem vestris cordibus meritoriè dominantem potissimum in adorando Deum, & illi seruiendo vtroque cultu summo tam externo, quàm interno consistere, deinde in obsequendo, & obediendo ex amore Dei præpositis Ecclesiæ sanctissimæ, præsertum verò præpositorum, prælatorumque principi, communi omnium fidelium parenti: necnon Christiana fidelitate Regis Christianissimi morem gerendo mandatis, & illos omnes, seruato C cuiusque dignitatis ordine, ex intimis charitatis affectibus honorando, diligendoque sitam esse. Quemadmodum vestri fecere maiores antiqui, huius grauissimi, serenissimique senatus patres conscripti. Propter quod honorem illis maximum Romani Pontifices, Imperatores, summique Principes exhibuerunt, atque tantam de illorum probitate, æquitate, eruditione, sapientiaque ciuili opinionem conceperunt, vt sua rescripta, decreta, & edicta, ab illis in hoc augustissimo palatio, alibique iura dicentibus confirmari, litium suarum definitiones, decisionesque tanquam ex tripode depromere voluerint. Ibi, ibi videlicet hanc sanctissimam pietatis veræ, diuinæque religionis cum iustitia seculari confœderatiuoem consistere, atque collocari credebat magnus ille Romanæ iustitiæ princeps, præfectusque prætorio Cassiodorus, qui suæ dignitatis, & honoris prosperitatem, obedientiæ sancto Ioanni Papæ consecratę, eiusque patris sanctissimi sapientiæ ferebat acceptam. Qui illius purissi- D mis orationibus Deo fusis suam, reique publicæ salutem assiduè commendare solebat. Qui se iustitiæ principem, omnes magistratus, & iudices laicos, prouinciarum præfectos, cum Regibus ipsis Catholicæ congregationis, Romanorum Pontificum discipulos obsequentissimos, & filios fœtu diuino satos, cretosque profitebatur. Sic enim non immemor beneficiorum spiritualium à Romano Pontifice acceptorum, charitatisque in se profusæ sedis Apostolicæ summis sãctissimum patrem honoribus, reuerentiaque sublimandu, illum suæ dignitatis prosperæ fontem, authorem, conseruatoremque nominabat.[d] *Supplicandum vobis est, sanctissime Pater, vt lætitiam quam per vos Deo largiente percepimus, custodiat no-*

In quo consistit sacra confœderatio religionis, pietatisque diuinæ cum politica iustitiaque mundi.

Pietas, & sapientia antiquorum parlamenti Parisi. patrum.

Cassiodorus magnus iustitiæ princeps, professus, quo prætorio, in quo hæc sacra vnio consistere factis potius quàm verbis demonstrauit.

d Cassiodor. l. 11 ep. 2 ad Ioannem 2. papam.

bis vestris orationibus sentiamus. Quis enim dubitet prosperitatem nostram vestris meritis applicandam? Quando honorem adipiscimur, qui à Deo diligi non meremur: & permutatione efficaci bona recipimus, dum talia non agamus? Et quibusdam interpositis ita suam, & reipublicæ salutem ipsius Papæ precibus, orationibusque commendabat.[a] *Ideo salutans vos officiositate, qua dignum est, precor vt viuacibus oretis pro salute regnantium, quatenus eorum vitam cœlestis princeps faciat esse longæuam, Romana republica hostes imminuat, tempora tranquilla concedat, deinde quid ornat pacem necessariam nobis copiam de abundantia sua horreis largiatur: mihique filio vestro intelligentia sensum aperiat: vt quæ verè sunt vtilia sequar, quæ vitanda refugiam. Vigor ille rationalis animæ nobis consilium præstet, facies veritatis albescat: ne mentem nostram innubiles caligo corporea, sequamur quod intus est, ne foris à nobis simus: instituat quod de vera sapientia sapit, illuminet quod cœlesti claritate resplendet. Talem denique iudicem excipiat publicus actus, qualem filium Catholica mittit Ecclesia. In suis nos etiam muneribus virtus sancta custodiat, quia grauiores insidias antiqui hostis tunc subimus, quando eius dona suscipimus, &c.* Quid plura? Non ouem solum, sed discipulum Papæ sicut cæteros prouinciarum principes, inflammato obedientiæ studio ad illius disciplinam, monitaque paterna capienda currentem, se esse gloriatur.[a] *Monete me*, inquit, *quæ sunt gerenda sollicitè: bene agere vel correptus excipio: quia difficilius errat ouis quæ vocem desiderat audire pastoris, nec facilè efficitur vitiosus cui admonitor insistit assiduus. Sum quidem iudex Palatinus, sed vester non desinam esse discipulus. Nam tunc ista rectè gerimus, si à vestris regulis minimè discedamus, &c.* Alia plura similia ad humillimi obsequii, & obedientiæ deuotissimæ expressionem per literas effundit, quàm Romano Pontifici religiosissimè consecrauerat. Habent in Cassiodoro pulchrum exemplar omnes magistratus, iudicesque præcipui, quod pro salute sua fideliter imitentur. Sicut fecerũt quondam maiores vestri, qui tanto cum honore, & amore sponsam Dei Ecclesiam, fidelium omnium parentem sanctissimam, eiusque omnes prælatos, pastores, & ministros amplectabantur, vt esset in hac Curia inter aduocatos, & cognitorem regios patronus Ecclesiæ, illius iura vindicans, qui regiis aduocatis honore, atque dignitate præiret. In quorum ex clericis, laicisque senatoribus conflatorum conspectu gloriosum erat, & honorificum audire prælatos, pastores, Ecclesiastica dignitate sublimes per se ipsos causas agere, illorum pietatem, religionemque iustitiæ vindicandæ patrocinari. Quid referunt annales nostri de maiorum vestrorum pietate, qui tam dulciter, tam læto spiritu Ecclesiasticos in hoc iustitię templo pro vindicandis, Ecclesiæ, regnique iuribus iusto iudicio disceptantes, causasque pro defensione iustitiæ, & æquitatis agentes audiebant? Nonne inter fragmenta historiarum nostrarum causę illæ memorabiles Parochi sancti Eustachii pro priuati hominis innocentia, iurisque illi ablati restitutione, magna vi facundię, conscientiæque robore disceptatis, & Archidiaconi[b] Parisiensis, regis in materia regaliorum patrocinium suscipientis, præsentibus Franciæ, Angliæq. Regibus relatæ sunt? Sic iustitia secularis, & pietas Ecclesiastica, in hoc senatu virtutibus amplissimo, sancta, amicaque inter se coniuratione fœderabantur; vt

Suam prosperitatem Ioannis Papa meritis accipiam refert Cassiodorus.

a Ibid. Cassiod.

Suam, reique publicæ salutem S. Ioanni commendat.

a Idem ibid.

Ouem & discipulum papæ se in omnibus vult profiteri vt ei semper obediat.

a. Pars.

Magni semper fecit Senatus Paris. Ecclesiæ sanctitatem, & Ecclesiasticorum dignitatem, sociam inter vtrumque Christi D. principatum concordiam honore singulari magnificans zelo diuini incensus amoris.

Inter aduocatos regios vnus erat quondam Ecclesiasticus.

Curatus S. Eustochij & Archidiaconus Parisiensis in Senatu Parisf. causas egerunt.

b Hist. Franc tempore Caroli 6.

A

B

C

D

tetento Regibus nostris honore, laicorumq. iure, sua prælatis Ecclesiæ, & clericis aliis inuiolata seruarentur. Sic sacra charitatis, honorisq. mutui inter pietatem, & iustitiam conspiratio in maioribus vestris vigebat, atque fulgebat: vt diuinæ voluntati parerent, authori gratię Christo honorẽ maximum consecrarent, illum supremæ adorationis operibus venerarentur, atque sub ipso, principibus vtriusque fori spiritualibus, atque secularibus, sua cuique reddendo iura magna reuerentiæ puræ, sinceræque dilectionis inclinatione procederent. Sine qua charitatis, honorisque mutui conspiratione omnia misera, densissimis errorum, calamitatumque tenebris obsita, circumuolutaque cernerentur: infeliciorque societatis humanę conditio iudicaretur, quàm si in illius habitatione, vt de Euxino ponto Tertullianus asserit.[c] *Duritia de cœlo esset, dies nunquam pateret, sol nunquam liber esset, vnus aer nebula: totus annus hybernum, omne quod flaret aquilo esset, liquores ignibus redirẽt, amnes fluere glacie negarentur, mõtes pruina exaggerarentur. Omnia torpẽtes, omnia rigerent: nihil illic, nisi feritas caleret illa scilicet quæ fabulis scenas dedit.* Hoc extincto charitatis ardente lumine in magistratuum, rectorumque secularis reipublicæ cordibus. *Dies moritur in noctem*, vt cum eodẽ Tertulliano loquar, *& tenebris vsq. quaque sepelitur. Funestatur mũdi honor, omnis substantia demigratur, sordent, silent, stupent cuncta: vbique institium est, quies misera, languorque rerum, ita lux charitatis amissa lugetur.* Sed funesta hęc, nimiumque calamitosa longe à maiorum vestrorum seculo relegata, sui Galliam nostram infortunii telo lædere non potuerunt, propter summam illorum pietatis Christianæ iustitiæ ciuilis, charitatisque inter se mutuæ sanctitatem. Quæ omnia in animis illorum, ad maiorem Dei gloriam, honoremque digniorem principibus Ecclesiastici, secularisque principatus exhibendum, potenti virtute, horum magister, rector, princeps atque in rebus omnibus piè, iustéque gerendis director amor Dei moderabatur. Cuius incensi feruore nihil aliud quærebant præter solũ Deum, vt sanctus Bernardus loquitur.[d] *Omnia quæ sunt, quæ Christi non sunt, non solùm non quærebant, sed tanquam stercora putrida abdicabant. Cuncta spernebant: cuncta despiciebant: omnia sibi vilescebant, quia illis solus Christus dulcescebat.* Dicentes cum sancto Augustino.[e] *Omnis sapientia, quæ non est Deus meus, stultitia est.* Sic illi semper ambas illas altissimi filias pietatem, & iustitiam spirituali inter se connubio in seipsis maritarunt; vt vtrasque sanctè colerent, egregiéque defenderent. Sed ita vt primas partes pietati, religionique tribuerent, iustitiæ secundas. Illa Deum ex toto corde coluerunt, suprema latriæ veneratione sublimiter adorarunt, illi fidelissimè corpore, & animo seruiuerũt, eius Ecclesię ministros, prelatos, pastores præfectos animarum directioni, & super omnes illorum omnium in spiritualibus principem Christi nomini in terra vicarium, honoribus illis, quos iussit Deus, affecerunt, flagrantissimisque de puro corde manantibus charitatis affectibus amauerunt. Hac verò altera Dei optimi maximi filia, iustitia nempe, Regis sui Christianissimi iura, patrimonia, dominiaque inuiolata conseruarunt, eius maiestati debitos honores, obsequia regalia, sarta tecta defenderunt, populos huic principi subditos in pace, ac libera facultatum

Sine vnione charitatis inter vtrumque principatum Ecclesiæ, & regni omnia in societate hominum misera, & funesta.

c Tertull. l. 1. aduersus Marcionem c. 1.

Applicatio ex Tertulliano.

Rector, & magister honorum antiqui seculi magistratuum amor Dei.

d S. Bernard. serm. 9 de cœna Domini.

e S Aug. 1. Soliloq & 1. confess.

Quibus in rebus antiqui Patres Senatus Parisiensis conscripti pietatem, & iustitiam simul in se ipsis iunctas excoluerunt.

suarum possessione ab omni iniustorum oppres- A sione vindicatos cum singulari mansuetudine gubernarunt. Propter quas duarum maximarum virtutum operationes ab illis sanctè, fideliterque susceptas, maximas de cœlo benedictiones, immensaque bona ex illis emanantia in hoc Christianissimum Franciæ regnum Christus Dominus liberalissimè profudit. Nec mirum; si enim tot bonorum cumulis Romanam rempublicam Valerius Maximus affluxisse crediderit, quod illa, *omnia post religionem ponenda esse duxerit: etiam in quibus summa maiestatis conspici decus voluit, atque sacris deorum suorum seruire non dubitauerit, sibi persuadens rerum humanarum prospera fore imperia, si diuinæ potentiæ, bene atque constanter fuerint famulata.* Quanto iustius, & verius de regno Christianissimo, quàm de ethnico, & infideli imperio hæc dici possunt? In quo vera, & immaculata Dei viui & veri religio sincerè viguit, & floruit cæteris B rebus superior, pro æterna salute leges imponens? Quã iustitiæ mentẽ, vitalẽque spiritum maiores vestri esse iudicauerunt, & talem vnicè super omnia coluerunt. Quod si huic [a] authori profano mirum minimè videretur, quod *pro imperio Romano augendo, custodiendoq. pertinax deorum indulgentia excubuerit,* cur mirũ nobis erit, si tot annus Christus Dominus super hoc regnum Christianissimũ, pro singularũ sanctificatione, & felicitate tam clementer, misericorditerque vigilauerit? Regnantibus in iustitiæ foro patribus illis, qui omnia ad sanctissimam illius pietatem, religionẽque reuocabant, iustitiæ iura religionis imperio deuotissime subiugantes?

Valer. Max. l. 1.

a Valer. Max.

Si patrum vestrorum, qui vos in his Senatus C Augustissimi subselliis tempore præcesserũt pietatem, atque iustitiam simul, sacro charitatis Dei vinculo sociatas nobis aliquot exemplorum productione magnificare, atque per ea laudibus in cœlum, præconiisque tollere per angustias temporis adscribendum vobis dari liceret: orationis meæ viribus, quantumuis exiguis magnam segetem, vel syluam potius laudum, prædicationumque exprimere conarer: quas illi sibi meritissimè facto admodum memorabili comparatunt. Deploratis planè regni Franciæ rebus Rege Carolo sexto celebri morbo laborante, sensuque languente iudicii, omnia ad nutum tyrannidis immanissimæ Anglorum, & Burgundiorum vertebantur, totaque Gallia theatrum sanguinis, crudelitatis, seditionis, rebellionis, omnisque impietatis habebatur: in quo res diuinæ, & humanæ prostitutæ, violatæque spectabantur. Oppressa iusti- D tia, contempta religio cernebantur: hæres legitimus imperii Delphinus Carolus septimus ad ruinam, & spoliationem instantis hæreditatis regiæ non modo, sed etiam ad necem, interitumque quærebatur. Rabidis tot, tantatumque calamitatum fluctibus regnum Franciæ mergebatur, immanium tumultuum, tot seditionum dirarum turbinibus ad exitium vsque iactabatur. Vt merito cum poëta quisque iustus fidelis Regis sui, regnique cultor, atque propugnator, lugendo dicere poterat.

b Pers. Factum generosum, & memorabile Senatus Paris. in obseruanda vindicanda. que iustitia pro liberando ab oppressione hostium Carolo Delphino nondum Rege.

Annal. Franc. in Carolo 7. Pasquierius l. 3 disquisit. c. 20.

Quis clades illius regni, quis funera flendo
Explicet, aut lacrymis possit æquare dolores?

Tunc, tunc in tanta rerum omnium desperatione, publicaque regni Christianissimi vastatione, ecce patres huius Senatus augustissimi conscripti, iustitiæ præsules, atque senatores, vt iustissimi, sic generosissimi rebus desperatis, ac prope publicæ calamitatis tempestate naufragatis in spem contra spem assurgunt: propriæ salutis obliti, publicarum rerum cum periculo vitæ satagunt; & furiis Angliæ regis, ducis Burgundiæ, & Isabelis reginæ Caroli sexti coniugis immanibus, caput, vitamque propriam obiectantes, quanta possunt animi generositate reluctantur. Principem innocentem, legitimum regni hæredem, his pene machinationum, conspirationum, calamitatumque furoribus extinctum, & obrutum, quibus valent viribus defendunt, protegunt, tutantur, atque ex illis diris, factionum, proditionum, conspirationum, oppressionumque tantarum furoribus liberum saluare conantur. O admirabilis iustitiæ, atque pietatis, in principem suum, patriamque, cupiditas! Quid non efficis? quid non putes? Et præter omnium expectationem operaris? Vbi semel æquissima, & fortissima incorruptorum, Catholicorumque magistratuum pectora possedisti? Sed aliud æterna dignũ prædicatione aliorum patrum Senatus illustrissimi conscriptorum constantiæ, ac generosi pro iustitiæ, & æquitatis aris, & sacris, affectus moriendi commemoremus exemplum. [b] Cùm Ludouicus vndecimus Franciæ Rex, qui pro more complexionis naturalis primis suæ voluntatis affectibus nimium persæpe deferebat, primis suis conceptibus, atque cupiditatibus nisi perinuitè, difficileque cedere suetus, aliquando in animum induxisset suum, atque fixo, immotoque statuisset sui absoluti imperii tenore, maioribus vestris Patribus huius amplissimi Parlamenti conscriptis præ- C scribere: vt aliquod à se recens excogitatum edictum, iustitiæ minus integritati conforme suffragiorum suorum calculo confirmarent. Sæpius illi moniti regiis iussionibus cum obsequi deprecarentur, ne sacris iustitiæ virginis immaculatæ labem corruptionis aspergerent. Hoc audiẽs Rex repentino motu tactus, ebullientisque circa cor ardore sanguinis protinus efferuescens suo more iurãdo, PASQVE DIEV palã cœpit clamare se omnes interempturũ, nisi suæ voluntatis imperio parerent. Quod audientes patres illi iustitiæ propugnatores acerrimi, senatu amplissimè congregato, decreuerunt omnes se Regem adituros, eique constantissimè dicturos malle se omnes occumbere morti, quàm illud edictum suis sententiis confirmare, quod iustitiæ virginitatem, puritatemque non leuiter adulteraret. Nec mora! illud enim quod Senatusconsulto determinauerant, protinus effectu complentes omnes, coacto D curiæ corpore, apparitore præeunte constanter ad Regem perrexerunt. Quibus coram Rege procidentibus, omnium nomine princeps Senatus Dominus Vaquerius pro salutatione clamauit. *Mortẽ quærimus, & optamus, ô Rex, quam vestra maiestati placuit nobis irrogare:* Cui omnes inflammato iustitiæ defendendæ studio læti, constantesque desideramus occumbere potiùs, quã suffragiis nostris edictum vestrum, contra conscientias nostras, inimicum iustitiæ confirmare. Ad hanc solidæ constantiæ verè Christianæ vocem Rex obstupuit, mirando talium sui Parlamenti iudicum animi magnitudinem, dicendi pro defensione iustitiæ libertatem, conscientiæ puritatem: & ad se reuersus eorum pro aris, sacrisque iustitiæ zelum copiosa laude magnificans, eos in suas ædes lætus, pacatosque redire iussit.

Aliud memorabile exemplum Senatus Paris. pro iustitia defensione.

b Ex cod. codic. huius Parlamenti apud Pasquierium l. 5. disquisitionũ c. 33.

eos in suas ædes lætos, pacatosque redire iussit: A spoodens eis se nunquam post hac illis imperia facturum, quæ non maiestati regiæ, iustitięque sanctitati conuenirent. Illo tempore nondũ crudelis hæreticæ detestationis Erinnys per Galliæ populos sceleratissimè bacchabatur: nondum diabolus ex inferis abominationis suæ ministros excitauerat, qui sicut fecerunt postea execrabiles Apostatæ, & hęresiarchæ abominabiles, scelerũ cumulis armati Lutherus, Caluinus, & sequaces eorum, Catholicæ religioni, Ecclesiæque nostri Saluatoris Apostolicæ, & Romanæ bella pugnasque nefandissimas indicerent, & in eius sponsæ Christi ruinam, exitiumque coniurarent. Nondum pietatis Christianæ, ac religionis Catholicæ sanctitati mortem interitumque furiosissimi rebelles intentauerant. Vt iam non fuerit necesse vestris maioribus pro vindicanda Catholica fide, pro regni maiestate tuenda, contra furiosos no- B uorum hæreticorum impetus, & crudeles insanias Senatusconsultis, legibus, decretisque religiosissimis assurgere. Vt postea gloriosè, valdeque meritoriè recentes patres vestros exilientibus, & erumpentibus ex antris inferorum Lutheri, Caluinique furiis fecisse cõstat. Qui quantum fuit, in illis nascentis hæreseos Lutheranæ, & Caluinianæ, prodigioseque surgentis hydræ capita ad petram iudiciorum suorum fortiter elidere, ferro iustitiæ præscindere, flammaque consumere conati sunt. Hinc tot iustæ hæreticorum ex abyssi puteo prodeuntium castigationes, tot voluntariè miserorum proscriptiones, tot obstinatè insanientium relegationes, & exilia, tot perditorum, seditiosèque bacchantium pro diabolica doctrina contra Catholicam religionem, sedemque Apostolicam neces, sanctè religioséque decretę ab huius serenissimæ curiæ Senatusconsultis Regis Christianissimi conformibus edictis C emanarunt.

Pro Catholica fide, & religione vera, Apostolica, & Romana protegenda contra furiosos nouorum hæreticorum impetus maximus Senatus Parisiensis zelus sub Francisco 2. & Carolo 9.

Quod si omnis Francorum caro viã suam non corrupisset: si pestilens omnium ordinum fœtor flagitiosæ vitæ, omnes huius regni partes contagione sua non infecisset; si scelera motum impune patrata totam Galliam suæ pollutionis, atque turpitudinis inundatione non immersissent: hodie nullo monstrorum, prodigiorumque contra Catholicam fidem, Ecclesię Romanæ sanctitatem, regni Christianissimi salutem armatorum, quæ Lutheri Caluinique rabies procreauit, per religiosas tot generosorum magistratuum virtutes regiis imperiis, Ecclesię iussis patrocinantes tetro visu, horrendoque conspectu terreremur.

Scelera morũ prodigia infidelium, & hæreses peperunt.

Quid? inter tot memorabilia, tot egregia facinora ab huius Senatus augustis- D simi patribus, prę sidibus, Senatoribus, cognitoribus, aduocatisque regiis, pro Catholica fide, pro Ecclesia Romana, proque sede Apostolica contra furiosos nouatorum, hęreticorumque conatus, machinationes, & impetus nostro seculo sępius exhibita, factumne religiosissimum nunquam præ meriti magnitudine satis dignè laudandum, magni illius Magistri Senatus Parisiensis principis, atque grauissimi illius regii cognitoris Bourdini silebo? Qui tanta cum animi constantia, generositate, conscientiæ puritate, honoris diuini zelo, feruoreque charitatis, edicto Ianuarii, Ecclesię, fideiq. Catholicę perniciosissimo in fauorem hæreticorum per subreptionem, ab eluso, deceptoque propter pueritiam principe variis artibus extorto restiterunt? Qui propriis mu-

Pium, & religiosum factũ principis Senatus Magistri, & cognitoris regij Bourdini pro fide Catholica, contra furores hæreticorum.

Hæc annales Franciæ sub Carolo 9.

A neribus, dignitatibus, & honoribus voluntariè cedere, quàm tam iniqui iustitiæ hostis simul, atque Christianę religionis edicti promulgationi, confirmationique suo suffragari consensu maluerunt. Fuit, fuit hoc huius amplissimi ordinis præsidibus, atq. Senatoribus, necnon cognitoribus, & aduocatis regiis germanũ, & propriũ, non solùm huius regni fortunas, tranquillum statum, pacemque defendere: sed etiam æternæ subditorum Regis saluti prospicere. Nec solùm iustitiæ secularis integritatem, sed etiam fidem Catholicam, diuinamque pietatem suis consiliis, sententiis, iudiciis, ab impiorum hostium, perditorumque hominum furore liberas, omni immunes oppressione, saluas, incolumesque protegere. Propter quas maximi meriti, valorisque immortalis maiorum vestrorum virtutes circa Ecclesiam, & regnum, circa defensionem iustitiæ se- B cularis, & diuinæ pietatis magni principes Reges nostri, & exteri, imperatores, ipsi summi Pontifices illis tantum reuerentiæ, beneuolentiæ, honorisque detulerunt, vt ad eos tanquam ad oracula iustitiæ, sapientiæ secularis, & æquitatis pro maximarum controuersiarum ad suos spectantium principatus decisione, illorum obsecuturi iudiciis accurrere voluerint.

4 Pari. Maximi honores, & amores Parlamenti patribus à Regibus, imperatoribus, Pontificibusque Rom. propter eorum maximas iustitiæ, religionisque vera virtutes.

Cùm nondum fixũ hoc venerabile Parlamentum Parisiis, immotumque maneret, tempore Ludouici Pii Franciæ Regis simul, & Imperatoris ad hoc Parlamentum (quod tunc Francoforti in Germania celebrabatur) duo fratres regios, nationis exteræ, quæ Vuitzes vulgo dicebatur, ancipiti contentione distractos inter se de patris defuncti regno dimicantes, Aimonius antiquus Gallicanæ scriptor historiæ confugisse scribit. Vt cui eorum regnum competere iure deberet, huius Parla- C menti iudicio cognoscerent, prolati iudicij tenore, & authoritate lites suas, & controuersias de iure regni subortas pacatè sopirent, amicéque componerent. Eorum natu maior Milegastus nomine iure primigenii post patris funera regno potitus, illico propter extortiones tyrannicas, & oppressiones ante hunc diem inauditas, quibus nimium populos sibi subditos, gemente iustitia diuexabat, de regni fastigio communi centoriatorum populi comitiorum sententia deturbatus, afflictus vitam in tenebris, luctuque trahebat inglorius: & in eius locum Celeadagrius frater iunior Rex declaratus summam rerum in populo possidebat. In qua possessione huius decreto Parlamenti, despecto, repudiatoque fratre natu maiore confirmatus est.

Parlamentum Franciæ antequam Parisiis figeretur, de Regibus fratribus externis iudicat.

Aimon. sub Ludouico Pio in annal.

Pasquierius in disquisit. l. 2. c. 2.

Tantum famę bonæ, & au- D thoritatis maiorum vestrorum virtutes huic illustrissimo Senatui, Parlamentoque pepererant: vt non modo Reges, sed etiam ipsi imperatores Romani controuersiarum ad res imperii sui maximas pertinentium definitiones ab illius Parlamenti Senatusconsulto depoposcerint. Nonne nostris, & exteris historiis compertum habemus Fridericum secundum Imperatorem omnes cõtentiones, lites, & controuersias inter se, & Romanum Pontificem Innocentium quartum exortas huius Senatus, atque Parlamenti sententiis ęquissimis, maxima conditis prudentia iudiciis, terminandas, definiendasque subiicere non dubitasse? Mitto quæ in historiis nostris, & Hispanis scripta leguntur de Regibus Castallano, & Lusitano, qui motos litium, contentionumque inter se fluctus Parlamenti huius sententia suprema

Fridericus 2. controuersias inter se, & Innocentium 4. Papam exortas iudicio Parlamenti Franciæ definiendas subiecit.

Pasquier l. 2. disquisit. c. 2. Hist. Franc. & Hisp. de regibus Castellia, & Lusitania.

Lotharingiæ dux ad Parlamentum hoc confugit, pro suarum litiũ defensione.

vltimoque iudicio componi postularunt. Ad eo- A tumdem iudicium suarum litium, & controuersiarum cum vicinis principibus, & populis dessitiones ducem Lotharingiæ reuocasse nostri Lotharingorumque testantur annales. Sic comes Namurtius pro sedandis, pacificandisque rebus suis varia lite distractis, ad æquitatem, iustitiamque maiorum vestrorum integritatis immotæ confugit. Sicut alios principes, ducesque summæ dignitatis fecisse nostræ passim historiæ loquuntur, ita de nostris principibus [a] Carolus Valesius sancti Ludouici nepos, Philippi tertii filios, & Philippi Sexti dicti Valesii pater, ad ipsiua illustrissimi Parlamenti, tunc Lutetiæ defixi, nec amplius, vt loquontur, ambulatorii, iudicia, decretaque suas omnes maximi momenti lites dirimendas transmittere voluit.

Comes Namurtius excedicibus Parlamento Paris.

[a] Carolus Vales. ex annal. Franc.

Regnum Galliæ edicta, ac leges vigorem non habent imperandi, cogendique, nisi à Senatu Parisiensi confirmata.

Reges verò nostri Christianissimi pro ea qua tāti fecerunt semper venerabiles illos sui Parla- B menti Parisiensis patres virtute magna, sapientiaque conspicuos, reuerentia, & honore, edicta sua omni iurisdictionis, imperiique vigore carere voluerunt, nisi prius sapientum huius curiæ patrum suffragiis confirmata conspicerentur. Non aliter quàm Imperatorum Romanorum leges, & edicta confirmationem, seu, vt nos vulgo in Gallia loquimur verificationem à Romanæ curiæ Senatusconsulto ad robur imperandi, vigoremque cogendi præstolabantur. Quod euidenter apparet ex epistola Marci Imperatoris à sancto Iustino martyre recensita, in qua hæc imperator inter alia profert. *ταῦτα δὲ καὶ τῆς συγκλήτου δόγματι κυρωθῆναι βούλομαι. Hæc autem & Senatus decreto confirmari volo.* Gallicè *emologuer, & verifier en Par-* C *lement.* Hanc autem edictorum imperialium confirmationem à Senatu communi subditorũ bono cedere, & ad suam gloriam, prosperitatemque imperii conducere imperatores illi credebant, nec immeritò: cùm secundum illud sapientiæ. [b] *Multitudo sapientum sanitas sit orbis terrarum.* Vnde præclarum illud ad Romanum Senatum Iustiniani magni rescriptum. [c] *Si quid necessarium emerserit, quod formam generalem, & antiquis legibus non insertam exposcat, id ab omnibus tam proceribus nostri palatij, quàm gloriosissimo cœtu vestro tractari. Et cùm omnes consenserint, tunc demum in sacro nostri numinis consistorio recitari volumus.* Huius autem suæ imperatoriæ voluntatis rationem in hæc verba subiunxit. [d] *Bene enim cognoscimus, patres conscripti, quod cùm vestro consilio fuerit ordinatum id ad beatitudinem nostri imperij, & ad nostram gloriam redundare.* Hæc, & similia, patres conscripti, honorum eximiorum, præcipuæque D beneuolentiæ à Regibus nostris insignia consequi meruistis: qui vestrarum virtutum effectibus verè Catholicis, illustrissima maiorum vestrorum opera, facta, non ætatis, sed immortalitatis in sacrosancto iustitiæ, fideique Catholicę inter se fœdere non retinendo solum fideliter, sed & corroborando fortiter imitatione valde meritoria æmulari non cessatis.

S. Iusti martyr. Apolog. 2. pro Christianis.

[b] Sap. c. 6.

[c] In L. 8 humana l. 2. cod. cit. de legib.

[d] Ibid.

CAPVT IV.

Sancta, atque generosa principatus Ecclesiastici defensio secularis Monarchiæ Christianæ salutem importat, & piè defendentium prosperitates temporales, & æternas generat.

1. *Ad salutarem principatus Ecclesiastici protectionem pro salute bonorum, sanctiorique regni Christianissimi prosperitate, contra* B *omnes vtriusque Christi Domini Monarchiæ perniciosos hostes, clarissimi Senatus patres conscripti magis, ac magis precibus excitantur: vt suis dignitatibus in pacata, prosperaque secundum Deum, republica tutò consolatione repleti potiantur.*

2. *Iusta, & misericors, in Ecclesia regnique perduelles animaduersio grata Deo, principi, populo, ipsisque magistratibus misericorditer animaduertentibus salutaris.*

C 3. *Vt malè prouocantes ad se contra Ecclesiæ iura iustè repellant, atque suorum iudiciorum districtione comprimant, patres conscripti rogantur, Ecclesiasticæ libertati, iurisdictioni sanctæ, & authoritati religiosè deferendo, patrocinantes.*

4. *Peroratio supplex ad eos, vt fidei, & operum bonorum viribus, Ecclesiæ, regnoque Christianissimo, aduersus omnes eorum hostes generosiùs opitulentur, quo postea gloriosiùs, cum Christo, in terra, cœloque viuant.*



D VNc eum ad maiorem ordinis vestri Serenissimi gloriam, & honorem, Patres conscripti, quanta sit dignitas, & excellentia muneris, officiique, cui dignissime vacatis, hactenus breui orationis meæ filo cōtexuerim. Cùm insuper ad sacram pietatis, religionisq. veræ, cum iustitia ciuili, confœderationem, & ad eas sanctas in quibus hæc maximè conquiesceret, atque consisteret operationes vos ad illas bene, non languide currentes orando, precandoque concitauerim. Quid modo superest, vt quas mihi partes ad dicēdum proposuerim, instar perorationis expleam? Nisi meorum erga Catholicam religionem, ciuilemque rempublicam, erga sedem Apostolicam, regnumque Francorum, erga Ecclesiasticam Christi secularemque Monarchias iterando affectuum ardores vos feruore

Deprecando compellit author Senatum vt contra omnes hostes principis Ecclesiæ maiestatem inuiolatè defendat pro salute, & prosperitate principatus secularis.

charitatis orem, obtesterque, vt sacrosanctam principis Ecclesiæ, Christianorum omnium pastoris œcumenici dignitatem, contra omnes cuiuscumque generis hostium intolerabiles ictus, & impetus inuiolabili protectione defendatis: & ab omni maleuolorum perditæ fidei, vitæque reprobæ persecutorum sacrilega vexatione vindicatam zelo concitati Christiano protegatis. Quo quidem generoso vestri Serenissimi muneris authoritate dignissimo, iustitiæ, Christianæque charitatis opere feliciùs, augustiùs, atque perfectiùs nostri secularem Regis Christianissimi maiestatem, reipublicæ Gallicanæ pacem, & incolumitatem, subditorum regni libertatem, fortunas, salutemque propugnabitis. Sic viam rebellandi, funestaque contra Ecclesiam Christi Domini conspirandi, pacis publicæ perturbatoribus, quales sunt Ecclesiasticæ maiestatis perduelles, & osores, obstruetis: omnem illis aditum pia vestra sagacitate, sapientique solicitudine præclodetis. Ne postea sub specie blandiente nequiter, vel potiùs per nequitiam proditoriam perniciosè fallente, politicam protegendi Monarchiam, in Ecclesiastici principatus interitum, vestræ potestatis excelsæ, authoritatisque pondere, maximè huic imperio salutaris, impunè tales vtriusque sanctæ Monarchiæ perduelles abuti malitiosè permittantur. Quod dum præstiteritis omnem à republica seculari, regnoque Christianissimo calamitatem potenter arcebitis, & ita vestrarum dignitatum gradibus in pace, & gaudio cæteris affluentes bonorum cumulis valde consolari poteritis: Quæ in aduersitate publica magno vobis essent oneri, tristitiæ, atque supplicio. Quod allegorica historiæ Iosephi Patriarchæ à Pharaone torque aureo decorati interpretatione Philo Iudæus his præclare verbis visus est expressisse.[a] *Cæterum torques aureus non ad gloriam solùm, sed & ad pœnam pertinere videtur. Quandiu enim administranti rempublicam res ciuiles bene procedunt, placet sibi honoratus à ciuibus: cùm autem aduersitas accidit, non volenti quod damnandum esset, sed fortuito quod meretur veniam: nihilominus tanquam iniecta in torquem manu trahitur, quasi eum sic increpante populo Domino suo. Hunc torquem donant tibi, ornamentum quidem in prosperitate, sed quasi vinculum, & catenam in aduersitate.* Et dum adiutrices manus authoritatis, potentiæque secularis viribus charitate Christiana roboratis abundantes, Ecclesiæ Dei pastori œcumenico, & aliis sub illo Ecclesiarum rectoribus, prælatisque largimini: illi vobis quo beatiores, tranquilliores que viuatis, reciproco sui ministerii vigore, virtuteque gratificantur. Vt sit mutuum inter vos magistratus regni secularis, & illos Ecclesiasticæ Monarchiæ prælatos, & antistites charitatis, atque Catholicæ pietatis auxilium: quo rea vtraque Dei, atque Cæsaris mutuo Christianæ dilectionis, honorisque respectu inter se sociata iustissimè secundùm Deum in terra gubernetur, gubernataque beatissimè florescat. Vnde præclara hæc Concilii tertii Turonensis ad nobiles, iustitiæque præfectos his concepta verbis admonitio.[b] *Comitibus, iudicibus, reliquoque populo expedit, vt suis sint Episcopis consentientes, & obedientes, propter Dei amorem, suique gradus honorem: & semper ab eis vtile quærant consilium, illorumque salubria non spernant consilia, & monita: sed intenta cordis aure audiant. Similiter verò, & Episcopi prædictas personas humiliter suscipiant, honorificéque erga eos in omnibus agant, & sic sese mutuis studeant subleuare consolationibus.* Similia his Arelatense Concilium huius nominis quartum hortabatur, & imperando suadebat. Quæ consolationes in benedictionibus Christi radicatæ firmiter, mutuumque à summo cœlo egrediens auxilium, ne Ecclesiæ, & ordini vestro, neue spirituali hierarchiæ, & laico principatui denegentur: date operam, eamque propitiam, atque diligentem, per Deum immortalem! patres conscripti, ne vnquam post hac aduersus Pontificiam maiestatem, Ecclesiasticorumque pastorum dignitates, iniuriis, opprobriis, imposturis, blasphemiis, similibusque calumniarum, mendaciorumque portentis hæretici, schismatici, cæterique cognatæ improbitatis libertini impunè furere sinantur. Cùm Ioannes[c] Auenneus Margaritæ de Malan Flādriæ comitissæ filius, de comitatus Flandriæ hereditario iure contra Guillelmum Borbonium corā sancto Ludouico Francorum Rege disceptans in conspectu religiosissimi principis matrem suam iniuriis affecisset, indignéque linguæ contumeliosæ telo vulnerasset: tunc sine mora Rex optimus, & seruantissimos æqui, hunc contumeliosum iniuriatum contra matrem vomitorem hæreditate, quàm prætendebat in disceptationem vocata, regio iudicio priuauit, atque in ignominiæ perpetuæ signum decreuit, ne ille vnquam cum posteritate ventura in scutis, & armis linguatum leonem vnguibus armatum deferret. Hoc iudicio significare volens eum qui linguæ gladio matris honorem lædit, eiusque bonam nominis famam iniuriis velut vnguibus proscindit, & fœdat, indignissimum esse qui linguam, vnguesque gestaret. Si in matrem carnalem, iniuriæ patratorem, pœnæ tam iustæ, supplicioque tam turpi Rex sanctissimus subiugare voluerit, fingite animis, patres conscripti (liberæ sunt enim hominum cogitationes) quid faceret nunc si à mortuis diuina virtute resurgens denuo in Gallia regnaret? quo piæ indignationis æstu commoueretur? quanto iustissimę vltionis ardore contra atrocissimos calumniatores, blasphematores, hæreticos, schismaticos, & cæteros huiusmodi perditę religionis homines assurgeret? Qui iniuriarum, imposturarum, detractionum, blasphemiarumque cumulis sacrosanctam spiritualis omnium fidelium parētis maiestatem grauare, polluere, atque fœdare non cessant? Hic hic sanctissimus quondam Francorum Rex, hodie cum Christo, in cœlorum vertice regnans, gloria sempiterna, honoreque coronatus, quid aduersus huiusmodi blasphematores agere debeatis, tacitis vos, & occultis inspirationibus admonet: ne Senatusconsulta vestra contra diuinæ humanæque pacis exturbatores, contra tranquilli spiritualis, secularisque status incendiarios sint[d] tanquam gladii in vagina reconditi: sed iustè, fortiterque districti, & ad vindictam malorum pro salute bonorum efficaciter euaginati. Vt illa iustitiæ virga potens, quam sanctus ille princeps cùm in Gallia regnaret, maioribus vestris cum summa dignitate, potestateque crediderat, in mano vestra sit bonis Catholicis virga directionis, virga regni Dei, malis verò circa fidem, bonosque mores naufragis non habentibus cōscientiam, & in profundum vitiorum currentibus virga ferrea: qua illos ab errorum

Dignitates vestrorum populi in prosperitate, sunt solatia, honores, & ornamenta, quæ in aduersitate sunt afflictiones, & supplicia.

a Philo Iudæus lib. inscrip. de Ioseph Patriarcha.

Mutuum auxilium inter iustitia secularis præfectos, & Ecclesiæ prælatos, & pastores.

b Concil. Turon. 3. sub Leone 3. can. 33.

Concil. Arelat. 4 c. 13.

Ne sinantur impii in Ecclesiam Dei eiusque principem visibilem, aliosque sub illo pastores animarum atrocibus bacchari iniuriis, atque blasphemiis rogat author.

A minori ad maius argumentum.

c Gal. d'Auennes.

Iudicium S. Ludouici contra calumniatorem matris in Francia annalibus.

d Cicero 1 Catil.

Virga iustitiæ in manu Senatus sit in impiorum, vtriusque principatus rebellium interitū pro salute bonorum. Psal. 44 v. 8.

suorum contagiis, flagitiorumque sordibus resipiscere, & à rebellionis amentia recedere renuentes *tanquam*[a] *vas figuli* cõfringatis. Sit denique velut altera virga Moysis; vt sicut hæc[b] magorum Pharaonis serpentes, ex illorum virgis factos deuorauit, sit illa diuina iustitiæ virga in manu vestra, omnes impiorum instar serpentum in terra repentium terras latrocinijs, raptois, populationibusque agrorum rapacitet edentium iniquitates, proditiones, fraudesque inexpiabiles consumat, exterminet, atque deuoret. *Virga*[c], vt Theologi loquuntur, *virtutem productiua*, quæ sicut virga Moysis duplicem gerat imaginem. *Etenim occurrebat virga Moysis hostibus tanquam anguis mordens, & enecans*, inquit S. Macarius,[d] *Israelitis verò erat vice baculi, quo innitERentur*. Ita iustitiæ virga salutaris, & inflexibilis in manu vestra hostibus cathedræ sancti Petri, vniuersalis ecclesiæ, religionisque Christianæ scelus anhelantibus, exitium regno Christianissimo, illo nocendi Romano Pontifici prætextu, occultè, nefarieque molientibus, scelerum deuoratrix, & vltrix, vt serpens mordens, & enecans occurrat. Israelitis verò in spiritu, veris nempe catbolicis, cum Deo post vitiorum ruinam diuina partam victoria in Ecclesia militante, per fidem, spem charitatemqne triumphantibus, vt baculum fortitudinis, sanctitatis, consolationisque succurrat. Quo sustentati, atque roborati, de cunctis vitiis, fraudibusque diaboli subactis, de omnibus ecclesiæ sanctæ, regnique Christianissimi perduellibus, inimicisque victores trophæa valde lætati reportent. Hoc loco per digressionem mihi, cum Diuo Augustino, in iustitiæ sanctæ, qualem apud vos regnare mihi persuadeo, vt opto, laudes, prædicationesque liceat exclamare.[e] *O sancta, laudabilisque iustitia! sub te, & per te pudicitia regnat; pax per te triumphat, & securitas. O iustitia, qui te amauerit, qui te strinxerit, cum Moyse mare mundi vitiorum sanguine rubricatum, sicco vestigio pertransibit. Hac est virga, qua petra percussa manat in fluenta. Quia lapidea subditorum corda, iudicio iustitiæ tacta, in virtutum exuberant flumina. Hæc est virga Aaron, qua fronduit, floruit, & fructum peperit; quia iustitia quasi frondet, dum mente concipitur, floret dum viriliter exercetur; fructificat, dum subditus corripitur*. Hæc verò iustitia vna de maximis, post religionem omnipotentis Dei filiabus (quã dum sincerè iustis actibus exercetis, *veram non simulatam philosophiam*, vt loquitur imperator,[f] *affectamini*) gladius ex vtraque parte acutus merito nũcupatur.[g] *Quia*, vt ait sanctus Augustinus, *innocentis hominis corpus ab exterioribus iniurijs, & animam à spiritualibus molestijs potẽti virtute defendit*. Plura dicam, quia ecclesiam Christi, spiritualemque eius monarchiam ab impiorum persuasionis execrandæ telis, & insidijs, præterea vero seculare regnum, sed verè Christianum, ab eorumdem fraudibus detectis nefandisque molitionibus immune, saluum incolumeque vindicat. Hic eum summa discretione, & generositate, iustitiæ gladius pro salute ecclesiæ, & regni, pro retinendo pontificis Romani, Christianissimique Regis honore, à vobis, Patres conscripti, de longanimitatis, patientiæque vestræ vagina stringendus est, & cum summa commiseratione, consultatione, atque charitate cõtorquendi illius ictus, & acies, iustas merentibus pœnas infligentes. Vt præteritorum tumultuum in hoc regno quassatio cesset, optata tranquillitas ecclesiæ, Christianæque reipublicæ postliminio reuersa, cunctæ victrix dissensionis exultet: ac efficax damnandi, corripiendique obstinatos, vtrique Christi principatui monarchico perniciosè nocentes, cum salutari securitate libertas, per vestra iudicia, decretaque pariatur.

a Psal. 2.
b Exodi cap. 7.
c Exod. 7.
d S. Macarius hom 47
Pulchra iustitia laudes per exclamationem.
e S. Augustini serm 14 ad fratres in Eremo Tom. 10 vel author huius operis S. Augustino attributi.
Iustitia gladius cur dicatur vtraque parte acutus.
f l. pr. ff. de iustitia, & iura.
g S. Aug. serm 14. ad fratres in Eremo.

Atque hæc piè, iustè, misericorditerqne, magnæ cum charitatis ardore, pro ecclesiæ, regnique bono præstantes in vobis ipsis diuini illius oraculi veritatem experimento comperietis. *Beati*[h], *qui faciunt iudiciũ, atque iustitiam in omni tempore*. Quæ beatitudo vobis cum Rege Christianissimo, populoque Frãciæ communis erit: cum beatius, sanctiusque sacram illius maiestatem, & gloriam, huius verò libertatem, pacem, fortunasque, iusta in ecclesiæ, sedisque apostolicæ persecutores, indeque regni turbatores animaduersione protegetis. Illa namque victima erit gratissima Deo, per quam maiores ipsius benedictiones, fauoresque de cœlo in Regem nostrũ Christianissimũ, in eius fideles subditos, ecclesiæ Romanæ filios carissimos, & in vos ipsos, cum maiori bonorum temporalium, spiritualiumque cumolo deriuabuntur. Quàm appositè, & eleganter S. Paulinus ait.[i] *Immolas hædum cùm tu iustitia sectator omnia sinistræ partis opera interficis*. Culter iugulandæ victimæ gratæ Deo, iudiciorum vestrorum æqua iustitiæ misericordiæque lance libratorum rectitudo est: quæ non nisi tarde adhibita prudenti moderatione ad improborum vindictam pœnasque procedunt. Sicut sanctus Ambrosius quondam nobilissimo viro nomine Studio, in causa cuiusdam criminosi iudici deputato persuaserat. Cui sciscitanti à se seueritatisne potius an clementiæ partes in iudicando sequi deberet, hæc sanctus inter alia respondit[k]. *Scio plerosque gentilium*, scilicet iudicum *gloriari solitos, quod incruentam de administratione prouinciali securim reuexerint*. Post quæ sanctus subiunxit Ambrosius. *Si hoc gentiles, quid Christiani facere debent*? Verum ne sanctitas ecclesiæ, Regis Christianissimi maiestas, populi salus, author itasque vestra, maleuolorum, seditiosorum, perditorumque hominum rebellionibus, audaciisque bacchantibus impunè violentur: cauere diligenter, atque prudenter respicite, ne vbi res seueritatem postulat, lenitati perniciosæ, indulgẽtiæque crudeli locum diutius tribuendum esse iudiceris. Scitote crudelitatis esse genus, in ea re esse clementem, maximè in noxios illos ecclesiæ, reique publicæ perturbarores. Quos nisi iustè magna seruata charitatis, æquitatisqoe moderatione puniatis, asperius hîc, & in futuro à summo omniũ iudice Deo torquebuntur. Etenim multis in locis superius paucos eorum tyrannorum ecclesiæ, sedisque persecutorum apostolicæ restitisse mõstrauimus, qui non misere vindice Deo perierint, grauioribus postea supplicijs apud inferos affligendi. Quod si Ciceroni de suis quondam, senatusque hostibus dicere licuit,[l] *omnes qui spreto, & contempto senatu id effecerunt, vt prauæ, & concitata multitudinis iucundi essent, aut turpi exilio, aut præsenti morte vitam finierunt*. Quàm veriùs, iustiusque nos de ecclesiæ catholicæ persecutoribus de sedis apostolicæ rebellibus, deqoe exinde regni huius antiqua sanctitate, atque pietate augustissimi perturbatoribus, plura longè dicere possumus, sicut sæpius supra notauimus?

a. Pars iusta, & misericors in ecclesiæ, regnique hostes animaduersio grata Deo, principi, populo, ipsisque iudicibus iustè, & misericorditer animaduertentibus salutaris.
h Psal. 105 v. 3.
Animaduersio in impios iustiuma Deo gratissima.
i S. Paulinus;
k S. Ambros. ep 51. l. 6. tom. 5 ad Studium virũ nobilem.
Clementia est iustè ab hominibus iustitia administratoribus impios puniri, vt resipiscant, ne grauius à Deo torqueantur.
l Cicero.

mus? Atque isti abominabiles Deo, propter sua in Ecclesiam, remque publicam scelera, nisi cito sapiant, nisi ad meliorem mentem redeant, illa quæ Palladij violatores, vrbis Troiæ destructores, & eius agrorum ferro, flammaque vastatores agnouerunt, de se ipsis tristiùs, veriusque post funera multa dicere lamentando cogentur.

a Virgil. l. 11. Æneid.

[a] *Quicumque Iliacos ferro violauimus agros*
Infanda per orbem
Supplicia, & scelerum pœnas expendimus omnes.

Non cogitatis, Patres conscripti, si ad ea hostium Ecclesiæ, regnique rebellium crimina conniuendo dissimulatetis, vobis ipsis vos fore crudeles, sicut Regi parum fideles, immitesque populo? Contra verò vobis salutares, Regi maximè fideles, & vtiles, vt populo, ex magna charitatis abundantia magnopere misericordes? Propterea Guntranus vnus de Francorum Regibus, iudices, magistratusque suæ dominationis ita impetando hortabatur.[b] *Cuncti iudices iusta, sicut Deo placet, studeant dare iudicia. Nam non dubium est, quod acrius eos condemnabit sententia nostri iudicij, à quibus non tenetur æquitas iudicandi.* Et paulò pòst. *Quantum illis pro diuino amore reuerentia maior impenditur, tantum conuenit, vt acriùs resecentur. Quoniam si Sancti Pastores, aut instituti iudices, quod nefas est, subditorum suorum scelera potius occultare, quàm resecare tentauerint, se ex hoc amplius reos esse, vel noxios non ignorent*, &c. Quod suorum iudicum cordibus, mentibusque solidius, firmiusque, quàm stylo ferreo, & adamantino Rex Iosaphat volens imprimere, illis, vt meminimus supra, præcipiendo dicebat.[c] *Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini, & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit.* Si bonum, in vestram salutem gloriamque temporalem, & æternam ex diuina miseratione, vbertateque clementiæ conuertetur: si malum, in ruinam interitumque vestrum ex indignatione diuina, furoreque desæuiet.

b Guntranus Rex ep. ad Episcopos regni sui.
Impiorum crimina non punita in iudicũ conniuẽtium, & dissimulantium illa, caput redundabunt.

c 2. Paral. c. 19.

Quamobrem si bonorum operum, meritorũque vestrorum centuplum à clemẽtissimo æternoque iudice accipere in hac vita desideretis, & in altera vitam æternam immortalemque gloriam pro sorte laborum vestrorum, rectéque factorum principali, possidere: date frenos impotẽti inimicorum Ecclesiæ regnique Christianissimi naturæ & indomito rebelliũ animali. Scitote eos modum contra Ecclesiam Dei, regnũque Christianissimum nunquam rebellandi facturos, nisi vos faciatis. Ne quæso posthac istos publicæ, Catholicæque pacis adulteros, Ecclesiasticæ maiestatis hostes, dignitatisque Pontificiæ perduelles, sub prætextu, vel proditione potius fraudulenta regium principatum protegendi vestra patientia, & authoritate grauissima abuti patiamini: neque eos ad vos sine causa iustæ, legitimæque prouocatis confugientes admittite. Vt omne fori iusti, & Ecclesiastici, de quo sunt, ne suorum errorũ pœnas subire cogantur, iugum hoc effugio frangant, & excutiant. Sacrosanctæ Parisiensis facultatis libertatem ferendi suffragia in his quæ fidei sunt, quæ ad scholasticã disciplinam, censurasque doctrinæ spectant, rebellione contumacium violari prohibete. Ne isti posthac ad suorum errorum patrocinium, iudiciorum vestrorum authoritatem, contra sacra Theologicæ sapientiæ iura interponere præsumant, vestra virtute probibete. Sciẽtes vos probè, sapienterque secularis iudicis officio rerum spiritualium ad Ecclesiam pertinẽtium decisionem, determinationemque denegari. Cùm à multis annis Eugenius secundus antiquas Apostolorũ constitutiones, suorum prædecessorũ decreta, sacrasque Ecclesiæ primitiuæ leges secutus dixerit. *Decernimus vt laici Ecclesiastica negotia terminare non præsumant.* Et Nicolaus primus ad consulta Bulgarorũ responderit;[d] *De Presbyteris vobis qui laici estis nec iudicandum est, nec de vita eorum quidquam inuestigandum, sed Episcoporum iudicio, quidquid id sit, est reseruandum.* Quãto minus de fidei doctrina, doctrinaque Theologica, & Ecclesiastica laicus iudex, magistratusque iudicabit? Pro diuino oraculo illud Romani concilij, quò tredecim supra centum patres iudicaturi conuenerant, sub Nicolao secundo decretũ omnes verè Catholici semper habuerũt.[e] *Cuiuslibet ordinis clericos laici non iudicent, nec de Ecclesiis eiciant.* Sed hæc nimis recentia. Antiquissima de sacris vetustissimis Ecclesiæ primitiuæ monumẽtis decreta si breuiter eruere liceat, proponã vobis illa Stephani primi ad omnes Episcopos verba memoranda.[f] *Laici quamuis religiosi sint, nulli tamen de Ecclesiasticis facultatibus aliquid respondendi legitur vnquam attributa facultas.* Quibus illa sunt Eusebij primi Papæ ad Episcopos Galliæ scribẽtis conformia.[g] *Similiter clericos à laicis non debere accusari hactenus obseruatum, & constitutum est, quia eiusdem non sunt cõuersationis*, &c. Si laico clericos accusandi facultas, etiam Apostolorum præscriptis, vt scripsit Stephanus primus, loco supra citato, denegabatur, quãto magis iudicãdi? Idipsũ Imperatores Christianissimi religiosè semper seruare voluerunt. Quàm præclara illa Constantini magni, & egregia tãto Imperatore dignissima offerentibus sibi contra clericos, Ecclesiasticosque chartas accusationibus onustas ita respondentis?[h] *Mihi quidem errori obnoxio nefas esse videtur Ecclesiasticorũ virorum accusationes recipere, & audire; neque etiam omnino conuenire puto Dei ministros tales se præstare debere, vt vel à me vel ab alio iudicentur*, &c. Quibus, & alijs pro responsione dictis, *chartas illas, atque libellos*, inquit author,[i] *in conspectu eorũ combussit, iuratus nihil se prorsus quæ in eis scripta essent legisse.* Cuius principis maximi pietatem religionem, summamq; in Ecclesiasticos reuerentiam, alius Christianæ sanctitatis obseruãtissimus Imperator Basilius æmulatus, in concilio generali octauo, grauissimè corã concilij patribus orãdo dixit.[k] *Laicis nullo modo licet de Ecclesiasticis causis sermonẽ mouere neque penitus resistere integritati Ecclesiæ, & vniuersali synodo aduersari, hæc enim inuestigari, & quærere Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum est, qui regiminis officium sortiti sunt, qui sanctificandi, qui soluendi, qui ligandi potestatem habent: qui Ecclesiasticas, & cœlestes claues adepti sunt; non nostrum qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari; vel à ligamento solui egemus.* Post quæ sententiam egregiam æterna laude, prędicationeque sublimandã in hæc verba protulit.[l] *Quantacunque enim religionis, & sapientiæ laicus existat, vel etiam si vniuersa virtute interius polleat, donec laicus est, ouis vocare non desinet.* Quibus, alijsque finitis hæc in honore Pastorũ Ecclesiæ, & obsequiũ, laicorũ cuiusq; dignitatis, & conditionis sint, siue imperatoriæ, siue Regiæ, siue magistralis pro cõclusione protulit.[m] *Oportet nos ergo cũ timore, & fide sincera hos audire, & facies eorum vereri, & nihil amplius quàm ea quæ nostri sunt ordinis requirere.*

Vt multi promouantis ad se contra Ecclesiam iustè repellant, atque suorum iudiciorum districtione comprimant patres conscripti rogantur Ecclesiastica libertatis sanctæ iurisdictionis authoritatisque religiosè defendo patrocinantes.

Contra promouantes ad Senatum Doctores, aut baccalaureos, ne ipsi propter errores suos à facultate iusta puniantur animaduersionis censura.

Iudices laici de Ecclesiasticis, rebusque ad mores doctrinamque Ecclesiæ spectantibus iudicare non debent.

Eugen. 2. decreto 4.

d Nicolaus 1. ad consul. Bulg. Can. de Presbyteris. dist. 68.

e Rom. concil sub Nicolao 2. contra Berengariũ.

f Ep. 2. Stephani 1. ad omnes episc. & cap. Clericus 394.

g Eusebij 1. ep. ad Galliæ Episcopos.

h Nicephorus l. 8. hist c. 16.

i Ibid.

Egregiũ Imp. Basilij pro Ecclesiasticis contra laicos de his iudicare præsumentes iudicium.

k In orat. quam habuit in concil general. 8.

Nota. laicus quantumuis magnus authoritate, principatu, nobilitate, probitate, doctrina tamen semper est ouis in Ecclesia sub potestate Pastoris Ecclesiastici constitutus.

l Basil. Imp. ibid

m Idem ibid. circa finem.

Atque cuncta hæc non ideo scribo (patres conscripti) vt vos vsurpatæ authoritatis in Ecclesiastica iura tantisper insimulem : quæ vos piè semper, honorificéque coluisse certo scio, ac præ me fero : sed vt munitus, fultusque Ecclesiasticarum, Imperatoriarum que legum præsidiis, vos orem, obtesterque ne vnquam contumacium, rebelliũque illorum prouocationes ad vestra subsellia peruersas admittatis. Qui cum sint de Theologico, Ecclesiasticoque foro, iuridicam Ecclesię prælatorum sententiam, vel doctrinalem facultatis Theologicæ censuram magnopere pertimescentes, propter libellos à se editos, tanquam fœtus immundos, vel potiùs falsitatis, prauæque doctrinæ abortiuos, multis contra leges Ecclesiæ Catholicæ, sacraque dogmata scatentes erroribus, sententiam illam, censuramque irritam facere, atque peruersa contra leges cœli, terræque ad vos prouocatione fraudulenter eludere conantur. Vt quosdam non ita pridem nec sine magna propriæ famę, salutisque iactura fecisse lugemus: & eorum minimè resipiscentium, & ad cor redire hactenus renuentium sortem non mediocriter commotis compassionis, charitatisque Christianæ visceribus tristissimè miseramur. Sed hæc breuiter digressionis instar dicta sunto. Ego interim, patres conscripti, etsi vilis, & abiectus deprecator, parumque vehemens orator, tamen [a] qualiscumque præco sum veritatis à Domino constitutus. Quod & vobis expedit audire, & me oportet dicere, si non quantum debeo & opto, saltem quantũ valeo, meique ingenij vires infirmæ patiuntur, suggero, clamo, admoneo. *Qui contemnit præconem, & pro defensione sedis Apostolicæ, Christianæque reipublicæ supplicem, Christum Saluatorem imperantem reuereatur, iratumque timeat iudicem.* Nullus ex vobis ante tribunal Christi se excusare poterit, non se fuisse admonitum, vt omnibus hostium Ecclesiæ, regnique tam apertè furentium, quàm occultè, fraudulenterque nocentium machinationibus, insidiis, proditoriisque conatibus resisteret, obseruandisque fideliter summorum vtriusque monarchiæ principum imperiis operam daret. Et quia quid vitare, & fugere vtrique principatui perniciosum, quidque admodũ salutare duabus affectionis bonæ, operationisq; sinceræ manib' amplecti deberetis, oratione lõga, humilique supplicatione vobis aperire contendi: sic Deo auxiliante agire, vt vobis deprecatio, & exhortatio nostra, magis ad præmium, quàm ad iudicium ante tribunal iudicis æterni proficiant. Quod pro certo euenturum confido, si vos fide Catholica, bonisque illi conformibus operibus præstantes, Ecclesiæ, regnoque Christianissimo vestram industriam, operam, sapientiam, auxiliũque iure suo postulantibus Aioth populi Dei Saluatori similes ambidextros ostendatis. De quo hæc Scriptura sacra. [b] *Clamauerunt filij Israel ad Dominum: & suscitauit eis Dominus Deus Saluatorem Aioth, filium Gera, virum ambidextrum. Ecce qualis est iste*, inquit Origenes, [c] *qui suscitatur ad saluandum Israel. Nihil habet in se sinistrum, sed vtramque manum dextram habet: hoc est enim ambidexter.* Ita vos vestris dignitatibus, magistratibusque sublimibus dignissimi, Aioth Saluatoris in modum populi patres, Ecclesiæque protectores meritò prędicabimini: si nihil vnquam in munere vestro sinistri peragatis; si quod vestra faciat dextera, sinistra nesciat, si in vtraque parte tam in

Peroratio supplex ad illustrissimos Senatus Paris. patres conscriptos vt fides, & operũ bonorum virtus Ecclesiæ regnoq; Christianissimo aduersus omnes illorum hostes generosius opitulentur, quo postea gloriosius cũ Christo in terra, cæloque viuant.

a Imitatio D. Augustini sermone de tẽpore 210.

b Iudicum c. 3.

c Orig. hom. 3. in lib. iudicum.

Boni iudices sunt ambidextri, mali verò ambisinistri.

A fide, quam in operibus dexteri sitis, si operantium iniqua mallei petras, id est obstinatos rebellium, contumaciumque animos conterentes efficiamini. Quos ambisinistros oppositò licet appellare: [d] *qui omne quod agunt sinistrum est, totum peruersum, totum igni æterno, cum his qui à sinistris sunt deputatum.* Ex illo dextrorum, bonorumque vestrorum operum, fidei nempè, iustitię, pietatis, deuotionis, fortitudinis indomitæ, Christianæque charitatis in Ecclesiam Dei, sedem Apostolicam, ipsumque Christianissimum Regnum lumine, ardentique fulgore, sempiternæ vobis splendor glorię nascetur, qui habitat in cœlis. [e] *Vbi lucet quod non capit locus; vbi sonat quod non rapit tempus, vbi olet, quod non spargit flatus, vbi sapit, quod non minuit edacitas,* B *vbi haret quod non diuellit æternitas.* Sic iusti vos in perpetuum cum Christo Deo redẽptore nostro, bonorum operum præmiatore gloriosi viuetis, vosque apud illum merces copiosa præstolatur. Nec enim à Propheta dictum frustra. [f] *Dicite iusto quia bene*, nec sine causa vates antiquior cecinit. [g] *Domine qui operati sunt iustitiam, habitabunt in tabernaculo tuo, & requiescent in monte sancto tuo.* Interea verò dum perenni diuinæ felicitatis æuo fruemini in cœlis, quamdiu genus hominum extabit in terris, laudes vestræ celebrabuntur illæ quidem, non solùm nostris, sed etiam omnium populorum verè fidelium linguis, & affectibus. Omnes Catholici regni huius verè Galli vestris beneficiis meritisque, sempiternæ glorię præmio dignissimis obstricti viuentes, & posteri, & nati natorum, & qui nascentur ab illis, mille vos assi- C duè benedictionibus, honoribusque cumulabunt.

d Orig. ibid.

e D. Aug. in soliloquiis.

f Esaiæ c. 3.

g Psal. 14.

CAP. XIX.

Oratio deprecatoria ad Deum in quinque sectiones diuisa; prima est pro perfecta charitatis vnione, inter duas Christi Domini monarchias, vsque ad consummationem seculi retinenda, & pro Romano Pontifice: secunda pro Ecclesia Catholica: tertia pro Rege Christianissimo, & populo Gal- D liæ fideli: quarta pro exaltatione duarum monarchiarum, atque propaganda per sacrum charitatis inter eas fœdus prosperitate: quinta pro impiis illarum monarchiarum perduellibus, vt conuertantur, & aduersus illos, vt, si conuerti noluerint, à Deo puniantur.

SECTIO I.

Pro perpetua, & felici vtriusque monarchiæ duratione, & pro salute, honoreque Rom. Pontificis inuiolatè conseruando.

IV nos hactenus, multũque sudantes in disquirendis rerum multarũ, maximarũque, toto illo triginta librorum

Deum orat, & obtestatur author vt perpetuò spiritualis, secularisque monarchiarum dignitatem, felicitatemque protegat.

decursu varietatibus caercoimus: O Deus Op. Max. Quibus monarchiarum fidelium, spiritualis, & secularis in Ecclesię tuæ sãctissimæ gremio constitutarum diuinitus, illustrissima maiestas, pax sancta, desiderata prosperitas, mutuusque inter eas charitatis ardor, & honor firmata niterentur. Sed, ô quàm frustra nostri in hac parte suscepti labores! ô quàm spes nostræ fallaces! inanesque cogitationes! Nisi nostræ eleuatione mentis ad te, ô sanctissima Trinitas vnus Deus! diuinam tuam infinitamque bonitatem, pro amica, & sancta illarum inter se coniuratione, pro Papa, tuo in terris Vicario, pro Ecclesia tua, pro Rege Christianissimo, tuæ sponsæ primogenito filio, pro subditis eius Galliæ populis aduersus tuos, Ecclesiæ, regisque Christianissimi hostes deprecaturi confugeremus. Vt qui sanctis illis monarchiis ortum, virtuque spiritum tua virtute ordinationeque diuina concessisti, eisdem incrementum prosperitatis, conseruationemque vitæ ad summæ cumulum sanctitatis gloriæque largiaris. Honesta, piaque oratio mea, *& ideo peto, vt detur locus voci meæ in cælo:*[a] *quia ibi est iudex meus, & conscius meus in excelsis.*[b] *Ascendat ad te, Domine deprecatio mea.* Tot vota facientis, mundaque desideria parturientis serui tui, *Domine, intret oratio in conspectu tuo, & postulatio secundum eloquium tuum.* Eripe eos pro quibus auxilium de sancto, ac de Sion adiutorium humilibus votis, atque supplicationibus, æstu charitatis ardentibus à te flagitamus. Qui à seculo es æternæ conditor, regnatorque monarchiæ, ne quæso spiritualis obliuiscaris: quam in exordio tuæ nascentis Ecclesiæ in Beato Petro condidisti, atque contra omnes corrupti mundi, tenebrarumque principes, in tua radicatam protectione consolidasti. Et cum spirituali memor esto secularis, regiæque dominationis, quam sacrosancta religionis tuæ, Catholicæque fidei charismata sanctificarunt. Vtrasque tã sacro, ac firmo inter se mutuæ dilectionis, charitatisque vinculo constringe: indomita conspirationis sanctæ fortitudine confœdera: vt nullo vnquam inimicorum ferro, nullo partium aduersarum furore, nullaque diabolicarum potestatum rabie conuellantur. Atque vt votorum, deprecationumque mearum ab oratione pro vicarij tui spiritualis principatus Ecclesiastici monarchæ salute protegẽda, & honore dignitatis super omnes excelsæ vindicando, primordia sumam: non alijs, quàm tui Prophetæ regij verbis audebo te, ô infinita bonitas, ô immensa potestas, & incomprehensibilis omnino maiestas! affari precando.

a Iob. 16. v. 20.
b Psal. 87. v. 3.
Psal. 118. v. 170.
Oratio pro saluto Papæ, honoreque eius conseruando.
c Psal. 30. v. 3. 4.

[c] *Esto illi in Deum protectorem, & in locum refugij, vt saluum illum facias, quoniam firmamentum eius, & refugium illius es tu, & propter nomen tuum dux illi eris, & enutries eum.* Dum ad te pro illo clamamus suspiriis magis, quàm verbis, plus gemitibus, quàm sermonibus, [d] *Exaudi, Domine, vocem nostram ab his, qui vt noceant appropinquant illi, & humiliaillos, qui es ante secula, & manes in æternum.* Quid enim tristius, luctuosius, funestiusque fingi, aut excogitari potest, quàm toties cernere, his auribus percipere, & haurire tot in locis orbis Christiani hunc tuum in terris vicarium sedis Apostolicæ sanctitati, tuæque maiestatis in terra throno præpositum, sponsæ tuæ, [e] *quæ est columna, & firmamentum veritatis*, œcumenicum Pastorem, communem bonorum omnium parentem, fidelissimum iustæ pacis, sanctique fœderis inter Christianos principes, arbitrum, æquissimumque sequestrem, assiduum apud te pro vniuersis mundi populis tuo redemptis sanguine intercessorem, quotidiana omnium Ecclesiarum solicitudine fatigatum, contemni, despici, calumniis infamari, iniuriis proscindi, blasphemiisque atrocibus in fama, in honore, in dignitate, gloriaque prostitui? O scelus! O ignominia! O rabies nostro seculo impunè tolerata! O Deus immensæ bonitatis, cur tamdiu in his grauissimis perditorum hominum flagitiis, aut tamdiu conniues, aut acerbissimas, iustissimasque criminum nefandorum pœnas, & vltiones ad longiora tempora reseruas? Semperne odiosa, horrorique subdita Christi tui, quem super familiam tuam principem constituisti, hostibus tuis hæreticis, atque schismaticis maiestas, spiritualisq; potestas erit? Vt illam fidelibus principibus, tanquam suo statui perniciosam, inimicamque grauissimè suspectam, si possint, efficiant, & sic eos contra illum tuas in terris vices agentem armare conentur? Audi, Domine, lamentabiles huius serui tui de suis apud te persecutoribus expostulantis voces, atque gemitus. [f] *Sederunt principes, & aduersum me loquebantur, & iniqui persecuti sunt me: adiuua me Domine Deus meus, quia seruus tuus exercebatur in tuis iustificationibus.* Propter eorum assiduas oppressiones, [g] *circumdederunt me gemitus mortis; dolores inferni circumdederunt me, & in tribulatione mea inuocaui te, Domine, vt exaudias de templo sancto tuo vocem meam.* A te per exundantes de sacratissimi corporis venis vndequaque sanguinis tui fluuios, per viscera misericordiæ tuæ, precibus summis, orationibusque contendo vt mittas mihi auxilium de sancto, ac de Sion tueare me, Tu *namque es refugium à tribulatione mea, quæ circumdedit me.* His miseris impunè grassantis abominationis hæreticæ, schismaticæque temporibus, [h] *Exultatio mea erue me à circumdantibus me*, ambulantem *in medio tribulationis viuifica me, & super iram inimicorum meorum extende manum tuam, & saluum me faciat dextera tua.*

d Ex Psal 54.
Lamentatio de maiestate Pontificia impunè læsa.
e 1. ad Tim. c. 3. v. 15.
Querela Papæ ac suis expostulantis oppressoribus.
f Psal. 118.
g Psal. 17.
h Psal. 31.
Psal. 137. v 8.

SECTIO II.

Oratio pro Ecclesia sancta, eiusque filiis in eius sinu degentibus.

AT Deus optime Pater, Fili, & Spiritus sancte, dum seruus ille tuus pater filiorum tuorum visibilis, ab iniquis, nefariisque calumniarum mole premitur: dum iniuriarum cumulo conflictatur: dum læsione famæ bonæ, honorisque violati vulnere percellitur, tua sanctissima sponsa, Catholica fidelium mater Ecclesia, illius fidei, directionique infallibili à te bonitas infinita! credita, sub maximarum persecutionum pondere gemit: diuersarum pressurarum, tensionumque turbinibus iactata lamentatur: vix respirãs, vndique feralibus hostium turmis circumdata, ad tuæ misericordiæ, paternæq; protectionis asylũ, vt ab illarũ vindicetur oppressionibus plorãs, suspiransque sic orando, deprecandoq; confugit.

a Psal. 24.

[a] *Ad te, Domine, leuaui animã; Deus meus in te cõfido, nõ erubescam. Neque irrideant me inimici mei; etenim vniuersi qui te expectant non cõfundẽtur: confundãtur omnes facientes mala.* Cuius sãctissimæ matris precibus nostras annectentes, feruorem Propheticæ supplicationis imitari conando, voces nostrorum ad te gemituum, lacrymarũque leuamus.

b Psal. 24.

[b] *Tribulationes cordis* sponsæ tuæ, matris nostræ sanctissimæ *dilatata sunt: de necessitatibus suis erue illam, Domine, vide humilitatem, & laborem illius,* & filiorũ eius,

c Psal. 101.

omnia peccata dimitte.[c] Vt non solùm gentes, sed & hæretici, schismatici, aliique tuæ Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ que religionis hostes, *timeant nomen tuum, Domine, & omnes Reges terræ gloriam tuam*: cùm viderint te ædificasse Sion, illam nempè Euangelicam Ecclesiam, sedemque Apostolicam tuæ thronum in hac terrestri militia diuinitatis,

d Psal. 101.

in quo [d] *videberis in maiestate tua.* Fidei quidem certitudine tenemus illam te spõsam tuam seruaturum, & à generatione hac in æternũ potenti virtute custoditurum: tuis confirmati sermonibus

e Matth. 16.

[e] *portas inferi aduersus eam non præualituras,* asseuerãter affirmamus.

Cum duratione pacem, & quietem Ecclesia postulat.

Sed cum duratione hac pacem illi, & tranquillam vitam, necnon à quotidianis laboribus cessationem, respirationemque à grauioribus oppressionibus à te votis ardentissimis, desideriis, affectibusque feruore charitatis inflammatis deprecando flagitamus. Et ideo

f Psal. 24.

[f] *reminiscere miserationum tuarum, Domine, & misericordiæ, quæ à seculo sunt, ne vnquam dominentur illi, nobisque eius obsequẽtibus filiis inimici nostri, libera eam cum filiis fidelibus Deus Israel ex omnibus angustiis suis.* Atque dum grauius in illam hostes efferantur, dum eam incude assidua semper irarum, odiorumque ardente camino conterentes opprimere conantur:

g Psal. 43.

[g] *Exurge, quare obdormis, Domine, exurge, & ne repellas in finem? Quare faciem tuam auertis, obliuisceris tribulationem illius? Adhæsit in terra venter eius, exurge, Domine, adiuua illam, & libera eam.* Quæ idcirco

h Threnor. c. 1. v. 16.

[h] *plorans, & oculus eius deducens aquas, quia longè factus est ab illa consolator, conuertens suorum animas; facti sunt filii eius perditi, quoniam inualuit inimicus.*

Lamentabilis Ecclesiæ pro se, & filiis afflictis gementis oratio ad Deum.

Quæ propterea suos iterando gemitus, luctusque lamentabiles ad te clamat de terra.

i Thren. c. 1. v. 20.

[i] *Vide, Domine, quoniam tribulor, conturbatus est venter meus, subuersum est cor meum in memetipsa, quoniã amaritudine plena sum, foris interficit gladius, & domi mors similis est.*

Orat pro filiis bonis, & malis Ecclesia.

Ipsa de filiorum suorũ non solum bonorũ, sed malorũ quoq; salute solicita, & anxia, ad tuæ maiestatis diuinæ puluinaria procidens, tuam pro vtrisqoe misericordiam, clementiamque commotis pietatis maternæ visceribus interpellat. Pro bonis, vt ab improborum tuis imperiis inimicantium insidiis, furoribusque liberati per augmenta virtutum sacro tibi in dies charitatis vinculo perfectiùs vniantur. Qui confidentius cum regio Propheta tibi meritoriè supplicent:

k Psal. 30.

[k] *Illumina faciem tuam super seruos tuos, & saluos nos fac in tua misericordia, Domine non confundemur, quia inuocauimus te.*

l Psal. 54. v. 23.

[l] Qui iactantes super te curam suam, vt enutrias eos, de tua clementia, infinita bonitate præsidium pro certo præstolantes, ista Prophetæ tibi loquentis pro se singuli liberius vsurpent.

m Psal. 24.

[m] *Ad te leuaui animam meam, Deus meus, in te confido, nõ erubescam, ne irrideant me inimici mei.*

n Psal. 54. v. 23.

[n] *Etenim vniuersi qui sustinent te non confundentur: nec illis dabis in æternum fluctuationem iustis.* Pro malis verò filiis, præcipuè clericis, amicis per fidem, inimicis verò tuis per prauos mores, qui fidem tuam retinentes nõ secundùm illam viuunt, qui viuam illius lucem malorum operum fœtoribus, flatibusque graueolentibus extinguũt, illa te sine cessatione deprecatur,

n Rom. 6. v. 12.

o Esa. c. 1.

vt [n] *liberati à peccato serui fiant iustitiæ,* [o] *quiescentes peruersè agere, discantes rectè facere*: atque per salutares conuersionis sanctæ vias ad te redeundo tuæ indignationis, vltionisque seueræ, per dignos pœnitentiæ fructus effugia nanciscantur. Quod à te coosequi quàm procliue, facileque sit, quotidianis experimentis agnoscimus.

Oratio Ecclesiæ, maxima Dei misericordia in nobis remittendo celeriter peccata, illorumque pœnas, & nobis beneficia sua conferendo.

p Imitatio D. Augustini l. de diligendo Deo c. 15.

[p] *Cùm tibi sit proprium misereri semper, & parcere; cùm omnipotentiam tuam miserando maximè manifestes.* Quis enim fidelium ignorat, Domine Deus, *quàm multùm bonitatem tuam commendet non solùm largitas tua, sed etiam iniquitas nostra? Si enim magnum est nihil promerentibus impendere multa, quale, quantumue erit retribuere bona promerentibus mala? O qualis pietas, quam nulla potest superare impietas? Alta sunt quæ tu, Deus, misericorditer, alta quæ affluenter attribuis. Ignoscis mala nostra, largiris bona tua, semper præsto ad ignoscendum, paratus semper ad largiendum. Hinc pius, hinc largus, vtrobique pius, & largus. Propter quod confitemur tibi mala nostra, confitemur & bona nostra: sed ita vt confiteamur mala nostra à nobis esse, vt piè ignoscas: confiteamur verò à te fonte vitæ æternæ, & omnis boni, felicitatisque thesauro bona nostra esse, vt serues, & augeas; hoc incessanter agere desideramus, ne tibi ingrati appareamus, vel de indulta venia, vel de concessa gratia.* Sed vt ad te nostra pro Ecclesia tua fidelium sanctissima matre tibi profusa reuertatur oratio:

q Psal. 79. v. 15.

[q] *Deus virtutum conuertere, respice de cœlo, & vide, & visita vineam istam*; Ecclesiam videlicet sponsam tuam,

r Osee c. 2.

quam [r] *desponsasti tibi in æternum*: quam de latere tuo moriens in cruce sacratissimi tui sanguinis semine peperisti;

s Psal. eodem. v. 16.

& [s] *perfice eam in splendoribus Sanctorum*, & in triumphis de inimicorum tuorum ruina, exitioque reportatis: *quam plantauit dextera tua,*

t Ephes. c. 5. v. 27.

[t] *non habentem rugam neque maculam.*

u Ibid. v. 17.

[u] *Quæ incẽsa igni, & suffossa,* tuorum furoribus hostium multis in locis orbis terræ toties expauit, elanguit, expirauit! Ipsa infelix & misera Gallia hæreticorum, schismaticorumque contagione in quamplurimis ditionis suæ locis, huius matris suæ, sponsæ tuæ, extremos vitæ spiritus exhalantis, gemitus tristissimos, eiulatus funebres, lamentaque de furiosè bacchantium in visceribus suis, resque sacras enormi profanatione vastantium inimicorum crudelitatibus expostulantia sæpius suis auribus hausit: sæpius illius morientis dolores animo sensit, & quidem acerbissimos in vita sua.

Ecclesia Dei multis in Galliæ locis extincta misere, quam reuiuiscere precatur author.

Reuiuiscat in hoc Christianissimo regno pristinos illius decor, splendor, & gloria; dilatentur illius vitales in illo spiritus, gratiarum tuarum, & benedictionum cumulis affluentes atqoe fœcundi. Cesset in æternum illa vastatio, ruinaque salutis filiorum eius: quas efferati diabolica rabie, impietatis operatores, tartareæ dementiæ ministri patrauerunt. Qui propterea non pœnitentes

x Psal. 79. v. 17.

ab increpatione vultus tui peribunt, si qui adhuc restant in terra superstites: sicut antecessores eorum mortui, vltricibus nunc inferorum flammis in æternum puniendi subiugantur.

SECTIO III.

Oratio pro Rege Christianissimo, eiusque fidelibus Galliæ populis.

SED quid ego! silebone apud te omnipotens sempiterne Deus infinitæ bonitatis, atque sapientiæ de primogenito illius Ecclesiæ sponsæ tuæ filio, Rege nostro Christianissimo? Oratio pro illo in tuo fundenda conspectu, nostrisne faucibus adhærebit? Tune illius obliuisceris, qui cunctorum terræ principum [a] *statum in manu tua tenes*? An tu eum tua potenti virtute non proteges, qui cuncta regnorum iura conseruas? An non tu eum spiritu principali confirmabis? [b] *per quem Reges prospere regnant, & legum conditores iusta decernunt*? An non tu tuis illum diuinis cumulatum benedictionibus, gratiisque beabis? Cui bene seruire, feliciter, glorioseque regnare est? Tu ille es, [c] *in cuius manu potestas terræ est, qui vtilem rectorem suscitas in tempus super illam*. Da principi nostro celeriorem virtutis cursum, quam ætatis: da esse virum antè viriles annos: da regnare secundùm cor tuum: da in virtutibus tuis splendescere, non in vanis, ludicrisque mundi corrupti deliciis, carnisve lasciuiis torpescere: [d] *Da illi, Domine, in te delectari, & sui cordis à te petitiones accipiat*, vt illud Prophetæ compleatur in eo. [e] *Ecce in iustitia regnabit Rex, & principes* (sub illo) *in iudicio præerũt. Et erit vir sicut qui absconditur à vento*, id est erit velut locus fidaque statio, in qua contra ventorũ impetus homo se protegit, *& celat se à tempestate. Sicut riui aquarum in siti, & vmbra petræ prominentis in terra deserta.* [f] *Qui Regis Israel intende; qui deducis velut ouem Ioseph.* [g] *Magnifica salutes Regis nostri, & fac misericordiam Christo tuo* (vnctione cœlesti missa diuinitus inaugurato) *& semini eius vsque in seculum.* [g] *Pone thronum regni eius* super Gallos *in sempiternum*, sicut posuisses thronum regni Dauid super Israel. Si Salomon filius eius, & posteri *coram te ambulassent, sicut ambulauerat pater illorum Dauid in simplicitate cordis, & in æquitate, & fecissent omnia, quæ præceperas illis, & legitima tua, & iudicia tua seruassent.* [h] *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ*, & super primogenitum sponsæ tuæ filium, *quem confirmasti tibi.* [i] *Extende manũ tuam* super illum, *vt saluum facias dextera tua.* [k] *Et liberentur dilecti tui*, boni nempè Catholici, verè Galli, *ab omnibus aduersitatibus suis.* [l] *Et non discedemus à te, viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.*

a Daniel. c. 5.
b Sap. c. 8.
c Ecclesiastici c. 10. v. 4.
d Psal. 36 v. 4.
e Esaiæ c. 32. v. 1.
f Psal. 79.
g Psal. 17.
g 3. Reg. c. 9 v. 5.
Ibid v. 4
h Psal. 78. v. 18
i Psal. 137.
k Psal. 59. v. 7.
l Psal 79. v. 18.

Atque hunc tuæ benedictionis vnctum, dexteræque filium præ consortibus suis terrarum regibus ista tuæ sapientiæ, pietatis, fortitudinisque firmitate corrobora, vt nunquam à tuorum mandatorum circo tantisper egrediatur: Ecclesiæ tuæ, cuius primogenitus est, leges sancitaque nullo tempore, quoad viuet præuaricando despiciat, & adulteret. Furentibus licet vndique diabolicarum tentationum tempestatibus, nihilominus velut altissima rupes in medio mari fundata in iustitia, atque religione tua semper immobilis perseueret. Cunctis aulicæ, mundanæque prauitatis illecebris, circa regiam illius maiestatem, sed à longè frustra se, inaniterque voluentibus, tanto charitatis, beneuolentiæ, bonæ voluntatis, intelligentiæque consensu, cùm vicario tuo Ecclesiastici principatus à te constituto monarcha cohæreat, atque conspiret: vt nunquam ab illius obedientia filiali, sacroque in fœdere diuellatur. Procul! ô procul clementissime Deus! ab illius persona, familiaritateque Regia perniciosos illos discordiæ feralis opifices, vtriosque sanctæ monarchiæ pestes expelle: qui fraudulentis artibus, proditoriis imposturis, calumniantibus odiis, mendaciisque nefariis illi suspectam, odiosam, inimicamque patris sui spiritualis sanctissimi maiestatem, spiritualemque monarchiam persuadere conantur. [m] *Manda Deus virtuti tuæ, vt eleuet eum super omnes inimicos suos*; qui tui sunt, qui Ecclesiæ sanctæ sponsæ tuæ, qui vicarij tui, omniumque fidelium Catholicorum, qui quærunt nomen tuum, vt perfectè in vnitate fidei, & charitatis adorent illud. [n] *Confirma Deus quod operatus es in nobis*; sanctificando Regem nostrum secundùm cor tuum. Da robur, virtutem, vires inexpugnabiles persequendi inimicos tuos, & non conuertatur, donec ad [*] *vnum omnes deficiant, & ad nihilum deueniant, sicut aqua decurrens.* Vt sub illo Rege filio dexteræ tuæ, vt altero Beniamim, pacificè præsentis vitæ cursũ peragentes, [o] *sine timore de manu inimicorũ nostrorum liberati seruiamus tibi, in sanctitate, & iustitia coram te omnibus diebus vitæ nostræ.* Sic, [p] *Domine, in virtute tua lætetur Rex noster, & super salutare tuum exultet vehementer.*

Vt nunquam Rex Christianissimus à Dei mandatorum via ab obedientia Ecclesiæ Catholicæ & à fœdere cum Rom. Pontificis authoritate monarchica fœdere discedat oratur Deus.

m Psal 67 v. 29.
n Psal. 79. v. 18
* Psal. 17.
o Luc. 1.
p Psal. 21 v. 1.

Sed cum Rege suo saluum fac populum istum Galliæ Catholica religionis tuæ Christianæ professione fulgentem, qui nunquam coram Baal hæreticorum, schismaticorumque idolo genua curuauit: & benedic huic Galliæ regno hæreditati tuæ, quam à tot seculis possedisti, quæ tot annos à passione tua, impietatis hæreticæ monstris sola caruerat. Nunc autem, proh nefas! in multis corporis sui partibus, atque membris fœtore vitæ corruptæ sordidata, tabo mortiferæ doctrinæ putrefacta, plorans, gemensque clamat ad te de terra. Vt bonos, quos peperit, & educauit, filios in puritate vitæ, ac doctrinæ conserues, auctiùs virtutibus maioribus illustres: malos verò è sinu matris suæ sponsæ tuæ, per abrupta vitiorum miserabiliter egressos, & in antra synagogæ Satanæ, pestilentiæ cathedræ, præcipitatos; alios etiam sola morum prauorum putredine fœtentes, non circa fidem naufragos, oculis tuæ misericordiæ respicias, & illorum corda diuinæ gratiæ virgula tangas, spiculo benedictionis tuæ lancinata, plaga salutari vulneres, vt conuertantur, ne immortaliter intereant. Atque vt cum illa Gallia, quæ me temporaliter genuit, & educauit, pro cunctis Gallis, illius populis, te, Domine, deprecer, miserationesque tuas in illos magnificis encomiis extollere coner: magnam te Domine Deus erga hanc Francorum gentem, erga Galliæ populos pietatem demonstrauisse, quanta potero, vt omnes exaudiant, voce prædicabo. [q] *Cùm autem in cunctis operibus tuis sis mirabilis, mirabilior tamen crederis esse in visceribus pietatis: nullum enim spernis, nullum abiicis, neminem perhorrescis, nisi fortè te amens exhorruerit.* Bona igitur sunt hæc tua, Domine, misericorditer indulta, quod Gallos tuos in periculis sæpè constitutos clementer eripuisti, nec vnquam in peccatis suis eos dereliquisti: oblitos tui de te admonuisti, auersos à te reuocasti, venientes ad te benignè suscepisti,

Oratio pro populo Francico.

De maxima Dei miseratione erga Gallos, & longanimitate clementissima in expectando eos ad pœnitentiam, & indulgendo peccatis eorum.

q Imitatio S. Augustini lib. de diligendo Deo. cap 12.

Ex eodem

pœnitentibus indulsisti. *Non enim ea sola, quæ commiserunt peccata, sed etiam quæ te protegente non commiserunt omnia à te dimissa deputamus. Nam sicut in multa peccata ceciderunt, sic & in multo plura, nisi eos conseruauisses cecidissent.* Quantum tuæ Domine, ergo illos bonitatis, atque benignitatis indicium? Cùm infelices illi te peccando grauiter irritauerunt, malum coram te fecerunt, furorem tuum prouocarunt, iram scelerum suorum fœditate promeruerunt, peccauerunt & passus es eos, deliquerunt, & adhoc dissimulando sustines. Si pœnitentia ducantur, pateris, si ad te reuertantur, eos suscipis. Insuper dum differunt cõuersionem à scelesta vita præstolaris, errantes reuocas, repugnantes patientia vincis, torpentes expectas, redeuntes amplecteris, ignorantes doces, mœrẽtes oblatione veniæ consolando demulces: lapsos à ruina suscitas, post errorũ præcipitia reparas, veniam petentibus largiris, à quærẽtibus te inueneris, pulsantibus aperis, illis aditũ, viamq; bene viuendi patefacis, aperis, atque in portũ salutis surgendi subsidia donas. Tot, tantaq; tuæ misericordiæ, bonitatisq. beneficia, vt efficaciter agnoscãt, pro illis tibi, ô bonitas immensa, supplico, vt afflictiones iustas, salutaresque pro peccatis suis non ignorent oro: vtque illis talia non dissimulãtibus, humiliterque erratorũ veniam flagitantibus tuæ infinitæ misericordiæ sinum ignoscendo largiùs expandas, obrestor.[a] *Omnia quæ fecisti illis in vero iudicio fecisti, quia peccauerunt tibi, & mandatis tuis non obedierũt: sed da gloriam nomini tuo, & fac cum illis secundum multitudinem misericordiæ tuæ.*[b] Ne quæso super eos vltra *cõfirmetur furor tuus, & omnes fluctus tuos ne amplius inducas super eos.*[c] *Nec in eos posthac transeant iræ tuæ, & terrores tui conturbent eos.*[d] *Et cùm visitaueris in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum:*[e] Saltem *misericordiam tuam* post longas calamitatum temporaliũ pressuras *ne dispergas ab eis. Ne exaltetur dextera deprimentium eos, atque lætificentur omnes inimici eorum.*[g] *Vsquequo, Domine auertis in finem, & exardescet sicut ignis ira tua?*[h] *Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, sicut iurasti* per Sanctum Remigium, aliosque pios Gallicanæ Ecclesiæ Pastores, Regibus nostris, & populis *in veritate tua?* In quibus magnam semper suorũ spem salutis Gallia nostra collocauit, per quas suauiter, clemẽterque cum Gallis egisti, ne in suis peccatis, nequitiisque perirent: cum sapiente tuo dicentes, & te pœnitendo precibus adorientes.[i] *Tu autem Deus noster suauis, & verus es, patiens, & in misericordia disponens omnia. Etenim si peccauerimus tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si non peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus computati. Nosse enim te consummata iustitia est, & scire iustitiam, & virtutem tuam, radix est immortalitatis.* At pro fidelibus Catholicis verè Gallis odio, contumeliis, insidiisque hæreticorum, schismaticorum, aliorumque regni, Ecclesiæque tuæ hostium, vehemẽter exercitis, quid ad te clamabo? Qui semper tuę diuinæ volũtati deuotissimè paruerunt? qui semper pro religione Catholica, contra hæreticos, aliosque illius perduelles generosissimè pugnarunt? qui semper furentibus schismaticorũ tempestatibus, pro defensione sedis Apostolicæ, honoreque tui vicarij vindicando constantissimè, sicut sanctissimè restiterunt? qui Regis sui Christianissimi salutem, gloriamque vita propria potiorem, cariorem que duxerunt? Quibus tuam, pro illis ineffabilem misericordiam precibus interpellabo? Non alia sanè quàm Regij Prophetæ tui.[k] *Respice, Domine, in testamentum tuum, & animas pauperum tuorũ ne obliuiscaris in finem. Exurge, Domine, & iudica causam illorum; memor esto opprobrij seruorum tuorum.*[l] *Da his Galliæ verè Catholicis, & mihi cum illis, vt ament te semper quãtum volunt, quantum debent, vt tu solus sis tota intentio & omnis eorum meditatio. Te per dies sine cessatione meditentur, te per soporem in nocte sentiant, te illorum spiritus alloquatur, eorum mens secum fabuletur, tua sanctæ visionis lumine illorum cor illustretur. Vt te rectore, te duce ambulent de virtute in virtutẽ, tandemque videant te Deum Deorum in Sion, nunc quidem per speculum, tunc autem facie ad faciem, vbi cognoscant te, & cognoscantur à te.*[m] *Salus namque iustorum à te Domine, qui protector eorum es, in tempore tribulationis, vt adiuues, liberes, eruasque eos à peccatoribus, & salues eos, quia sperauerunt in te.*

Magna Dei misericordia in Gallos præuenientis eos in peccatis, vt ab eis excedãt.

Ne ampliùs post afflictiones longas, propter peccata Gallis Deus irascatur orat.

a Daniel. c. 3.
b Psal 87. v 8.
c Ibid. v. 17.
d Psal. 88. v. 33.
e Ibid. v. 34.
v. 43.
g v. 47.
h v. 50.
i Sapient. c. 15. v. 1. 2. 3.

Pro bonis Catholicis verè Gallis oratur cõtra hæreticos, & schismaticos eorũ persecutores.

k Psal [illegible]
Regat Deum vt Catholici Galli per eũ illum ament, & [illegible], & [illegible] cum [illegible] Imitatio D. Augustini ex ipsius verbis 1. medit. c. 35.
m Psal 33.

SECTIO IV.

Pro exaltatione, & prosperitate duarum monarchiarum, per sanctum charitatis vinculum sociatarum Deo deuotè, humiliterque supplicat.

BENEDICTIONIBVS tuis misericordibus, quas hactenus deprecati fuimus, super vicarium tuum, & primogenitum sponsæ tuæ filium Regem nostrum Christianissimum, itemque super sortem iustorum tam Ecclesiasticorum, quàm laicorum sub his summis vtriusque iuris principibus pacificè viuentium; duæ illæ, quas in Ecclesia tua constituisti, monarchiæ, spiritualis, atque secularis, propter sacrum charitatis fœdus inter eas honoria, gloriæque gradibus exaltabuntur: & sic inter se fœderatæ ampla, copiosaque prosperitate gaudebunt. Quod vt misericorditer perpetuò præstes, quanta possumus deprecatione maxima rogamus. Atque vt pro hac duarum monarchiarum exaltatione principes à te in vtrsque iurisdictione constituti, simul populi tam Ecclesiastici, quàm laici fideles pactum illud pietatis tuæ, sacrumque Christianæ dilectionis fœdus inter se perfectò custodiant: illorum mentis oculos diuinis gratiæ tuæ radiis illumina, tuæ charitatis igne cords succende, ne[n] vnquam obdormiant in officio suo; *ne quando dicat inimicus eorum, præualui aduersus eos.* Audiant semper vocem tuam, quæ eos in viam voluntatis tuæ deducat, vt sint illis in Deum, & patrem clementissimum, & ipsi tibi in populos, & filios, dexteræ tuæ deputentur, secundùm promissa, quæ cum patribus antiquis filiorum Israel promulgante ea Propheta in nomine tuo pepigisti.[o] *Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcipio vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.* Et rursus per alium Prophetam.[p] *Habitabitis in terra quam dedi patribus vestris, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum, & saluabo vos ex omnibus inquinamentis vestris,* &c. In qua sancta monarchiarum conspiratione, fœdereq; charitatis hac inter se nexu indissolubili connectẽtis, audiant illarum principes, vicarius tuus, & primogenitus Ecclesiæ tuæ Francorum monarcha, aliique principes orthodoxi, cũ fidelibus populis, illam tuæ benignitatis vocẽ, vocẽ inquã

n Psal. 12. v. 5.
o Hierem. c. 11. v. 4.
p Ezech. c. 36. v. 28. 29.

a Esaiæ c. 10. v. 24.

iucunditatis, & lætitiæ ineffabilis.[a] *Propter hoc noli timere popule meus habitator Sion* (Ecclesiæ nempe Euangelicæ, Catholicæ & Romanæ per Sion repræsentatæ) *ab Assur*, principe nempe mundi deprauati cum satellitibus suis; *in virga percutiet te, & baculum suum leuabit super te in via Ægypti* (tenebrarum scilicet erroris, & malitiæ loco) sed vexatio illa cito transibit, & in maxima solatia, gaudiaque commutabitur.[b] *Adhuc enim pauxillum, modicumque, & consummabitur indignatio, & furor tuus super scelus eorum, qui oderunt Sion*; sedem videlicet maiestatis tuæ, quam per Beatum Petrum Romæ constituisti.[c] *Et suscitabit Domine Deus exercituum flagellum iuxta plagam Madian in petra Oreb.*[d] Vbi Gedeon cum exiguo fidelium, strenuorumque militum numero, idolorum cultores Madianitas immanitate barbaros, multitudine innumerabiles ferro, flammaque deleuit. Fiat Gallia propter sacram pacis, concordiæ, & charitatis, inter duas monarchias in ea confœderationem, augustissimum diuinæ tuæ maiestatis sanctuarium, firmissimum tuæ immaculatæ sponsæ, Catholicæque religionis asylum: in quo hæc ab omnibus fidelibus lætitia salutari iubilantibus sicut olim ab Ezechiele loquens audiaris.[e] *Fili hominis locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum vbi habito in medio filiorum Israel in æternum*, id est bonorum Catholicorum, fidelium que Gallorum. Et dum in medio piorum huius regni Catholicorum per gratiam habitas, contra impios illorum, & Apostolicæ sedis hostes potenter de cœlo depugna, vt adimpleatur quod dictũ à propheta regio.[f] *Intonuit de cælo Dominus, & altissimus dedit vocem suam.* Quo vocis tuæ tonitru consternati impij in tenebris conticescant: *quia non in fortitudine sua roborabitur vir. Te Domine aduersarij tui formident, & super ipsos de cælo detona*:[g] *quoniam qui malignantur in te exterminabuntur à te: sustinentes autem te ipsi hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.*

b Ibid. v. 25.
c Ibid. v. 26.
d Iudicũ c. 6.
e Ezech. c. 43. v. 7.
Vt Deus de cælo pugnet pro suis contra impios oratur.
f Psal. 17. v. 14
1. Reg. c. 2.
g Psal. 36. v. 9. v. 11.

SECTIO V.

Pro impijs vtriusque monarchiæ hostibus, vt conuertantur, oratur Deus, & aduersus eosdem, vt si nolent conuerti cito pereant, quod bonis omnibus luctuosum maximè.

SEd nunc ratio, locusque postulat, vt contra malignantes, rebellesque tuos, manifestos Ecclesiasticæ monarchiæ, atque spiritualis hostes, occultos verò regiæ secularisque conuiuratores, ad te omnipotens æterne Deus nostra dirigatur oratio.[a] *Decidant à cogitationibus suis, secundùm multitudinem impietatum eorum expelle illos, quia irritauerunt te Domine.* Sicut contra religiosi Ecclesiæ tuæ defensores, pij tuorum principatuũ, spiritualis, & regij cultores[b] *lætentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt, & habitabis in eis, & gloriabuntur omnes, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iusto.* Neque iustitię tuæ manus, indomitæ potentiæ omnia quæ resistunt tibi cõterentis armis orbatur, ad exterminandos peccatores terræ salutares pœnitentiæ fructus exercẽtes: qui in exitium tuarum monarchiarum, regnorũ spiritualis, atq; secularis fraudes perniciosas, dolosas proditiones, conatus nefarios, conspirationesque machinãtur.[c] *Potentiã tuã, & iustitiã tuam Deus vsque in altissima, quæ fecisti magnalia, Deus quis similis tibi?* Isti sunt charitatis, ac sanctæ concordiæ inter sacras illas in Ecclesia tua diuinitus plantatas, radicatasque dominationes fœdera detestantes:[d] *qui quotidie sedent in insidijs cum diuitibus in occultis, vt interficiant innocentes: ponentes illis offensionis laqueum*, vt à mandatis tuis aberrent, sed frustra. quare hoc?[e] *Quoniam Spiritu tuo confirmati, nec accipientes in vanum animas suas*,[f] pulsantique tibi ad sui ianuã cordis aperientes,[g] *hæreditate*, vt filij religiosè dociles, *acquisiuerunt testimonia tua in æternum, & sic exultatio cordis illorum tu es.* Proh Deus optime, maxime! quousque tandem tuæ gloriæ proteruos hostes, terræ peccatores, tuis impunè fidelibus insultare patieris? Quousque eos atrocioribus in thronũ ineffabilis tuæ maiestatis augustissimum, nobile sponsæ tuæ, religionisque diuinæ sacratissimum, quod est Apostolica sedes, cathedra veritatis æternæ pontificia maledictis efferari tolerabis? Quousque ad istos calumniarum, mendaciorum, blasphemiarumque vomitus quos isti eructant, aduersus honorem vicarij tui, & tuæ sanctitatem sponsę dissimulabis? Quousque illos tot nocendi artibus maiestati, bonitatique Christianissimi principis illudere, eius secretiori, sanctiorique consilio sub specie boni publici, sub regni conseruandi prætextu fraudulenter insidiari permittes? Semperne iusti tui innocentes manibus, & mundo corde veri Catholici, generosi Ecclesię religionis vicarij tui, sicut Regis, regnique Christianissimi defensores, qui semper tuæ voluntati religiosissimè paruerunt, furentibus in eos libere, sine vllo pœnæ metu cunctis sacræ, spiritualisque dominationis hostibus misere lugebunt? An per te à tot inimicorum insidijs, machinationibusque liberati salutaribus tuarum miserationũ fructibus recreati, atque consolati tandem aliquando respirabunt?[h] *Memor igitur esto, Domine, opprobrij seruorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum gentium, quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui. Et cùm spreneris omnes discedentes à iudicijs tuis, quia iniusta cogitatio eorum*, effunde iram tuam super eos, vt vel contriti, castigatique resipiscant; quod vehementer optamus, vel obstinati, & non correcti confundantur, misereque moriantur. Quod si contingat, eorum miseras cæcitates, & insanias afflicti vehementer dolebimus. Miseri illi nequitiæ, errorumque tenebris inuoluti, sed miseriores, quod voluntaria cæcitate delectentur, rectum videre nolentes, quod operari detrectant. Similes illi, de quo propheta tuus:[i] *Noluit intelligere, vt bene ageret.* In quos appositè ista serui tui maximi, sanctissimique doctoris Augustini quadrabunt.[k] *Nequeunt oculis assuetis tenebris summa veritatis radios intueri: nec sciunt aliquid de lumine æstimare, quorum est in tenebris habitatio. Tenebras vident, tenebras diligunt, tenebras approbant. De tenebris euntes in tenebras nesciunt vbi corruãt. Miseri qui nesciunt quid amittant, & miseriores vtique, qui sciunt quod amittunt: & qui cadunt apertis oculis, & descendunt in infernum viuentes.* Pro quibus ne obstinatione mortifera vetustate, odioque corroborata miserabiliter indurati sempiternæ calamitati subdantur, serui tui doctoris eximij, martyrisque Cypriani in tua

a Psal. 5. v. 12.
b Ibid. v. 13.
Dei iustitia nõ est sine potentia ad conterendos impœnitentes peccatores vtriusque monarchiæ hostes.
c Psal. 70. v. 18.
d Psal. 9.
e Psal. 50.
Psal. 23. v. 4.
f Apoc. c. 3. v. 20
g Psal. 8.
Apostrophe ad Deum per lamentabilem expostulationem contra hostes sedis Apostolicæ, & regni Christianissimi.
h Psal. 88. in fi. v. 51. 52.
Ps. 118. v. 118.
Impij Ecclesiæ regnique Christianissimi hostes miseri, quod eorum malitia tenebris inuoluantur, sed miseriores quod voluntarie cæcutiunt ne bene agant.
i Psal. 35. v. 4.
k S. Aug. c. 34. 1. Soliloq.

conspectu maiestatis diuinæ votum, precesque A
profundo.[a] *Ne quod isti loquuntur furore, impleant crimine, ne qui verbis perfidis, & crudelibus peccant, factis quoque delinquant. Oramus, ac deprecamur te, Deus optime maxime, quem prouocare illi, & exacerbare non desinunt, vt eorum corda mitescant, vt furore deposito ad sanitatem mentis redeant, vt pectora operta delictorum tenebris pœnitentia lumen agnoscant, & magis petant fundi pro se preces, atque orationes antistitis, quam ipsi fundant sanguinem sacerdotis.* Hæc desideria, hæ preces, hæc vota nostrorum id est verè Christianorum,[b] *quibus solis proprium est inimicos diligere,*[c] *& pro persequentibus se orare.* Sin autem[d] mens illorum ad preces nostras semper immota maneat, nostræque pro illis in conspectu tuo fusæ lachrymæ voluantur inanes.[d] *Veniet mors super illos & descendent in infernum viuentes.*[e] *Tuque Domine deduces eos in puteum interitus,*[f] *quos aquæ indignationis tuæ tempestas demerget.* Quos iustæ profundum vltionis absorbebit:[g] *vt cognoscant omnes, qui operantur iniquitatem, quia*[h] *tu es Deus vltionum Dominus, Deus vltionum libere agens, qui iudicas terram, & reddis retributionẽ superbis,*[i] *qui cõsurgis pro iustis fidelibus tuis aduersus malignantes, & stas cum illis aduersus operantes iniquitatem,*[k] *eos in sua malitia disperdens.* B

b Tertul. ad Scapul. c. 1.
c Matth. 5.
d Psa. 54. v. 16.
e v. 24.
f Psal. 68.
g Psal. 13.
h Psa. 93. v. 1. 2.
i Ibid. v. 16.
k Ibid. v. 23. & vlt.

Peroratio totius orationis pro exultatione iustorum, qui stabunt in obstinatione, & iniquitate sua sancti inter vtrumque Christi monarchiam fœderis hostibus.

At verò iusti legum tuarum obseruantissimi, sponsæ tuę sanctissimæ matris imperijs obsequẽtissimi, sacri spiritualis monarchiæ cum seculari Christiana fœderis amãtissimi vt pontificię maiestatis, sic & regiæ honores debitos, obsequia, cultusque, summa religionẽ, deuotioneque propagnantes:[l] *Addent in te, Domine, lætitiam,* & Catholici homines *in sancto Israel exultabũt, quoniam defecit qui præualebat, consummatus est illusor, & succisi sunt omnes, qui vigilabant super iniquitatem: qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta supplantabant, & declinabant frustrà à iusto.* C Redeat ad huius regni Christianissimi, & Catholica sanctitate quondam præstantissimi Regem primogenitum Ecclesiæ tuæ filium, principes, & populos cum pristino virtutum decore fœcunditas pacis, & prosperitatis. Agnoscant te efficaciter Dominum virtutum gloriæ, & totius veræ felicitatis, vt benedictiones tuæ requiescentes in eis, plenis, solidisque gaudiis, necnon opibus minimè caducis illos copiosè perfundant.[m] *Sit semper vox exultationis & salutis in tabernaculis eorum.*[n] *Dextera tua, Domine, apud illos faciat virtutem, dextera tua exaltet eos,*[o] *vt non moriantur, sed viuant, & in seculum seculi narrent opera tua, &*[p] *confiteantur tibi, quoniam exaudiueris eos: & factus illis fueris in salutem.*[q] *Vt tibi iubilare, in lætitia seruire, necnon introire in conspectu tuo* cum exultatione perpetua mereantur. D

l Esaiæ c. 29. v. 19. 20. 21.
m Psal. 117. v. 15.
n Ibid v. 16.
o v. 17.
p v. 28.
q Ps. 99. v. 1. 2.

CAP. XX.

In quo gratiarum actiones Deo quoad potest author in infirmitate sua referre, & agere conatur, pro omnibus beneficiis, quæ profusè misericorditerque Galliæ regno fecit, sibique miserrimo, & abiectissimo peccatori.

1. *Incomprehensibilis, & ineffabilis Dei laus, ita, & gratiarum actio illi referenda, non tamen de eius laude ineffabili silendum, nec à gratiarum actione illi referenda cessandum, prout enim potest infirmitas humana.*
2. *Effundit se quantum potest author in actiones gratiarum Deo referendas, eum summè laudando, & adorando pro vniuersis, & immensis eius beneficijs omni fideli populo, præcipuè Franciæ regno, Regi, & populo collatis.*
3. *Pro sibi collatis miserrimo peccatori beneficiis, miserationibusque multis, author, quoad potest, similes gratiarum actiones Deo pari voto, desiderioque referre contendit.*
4. *Virtutum incrementa, maioresque benedictiones summis votis, precibusque deuotione feruentibus à Deo postulat, vt his ornatus, perfectiùs reliquum vitæ suæ tempus in assiduè Deo laudando, & adorando, eique sine fine ex toto corde, anima, viribus, ac mente gratias referendo consumat, & ita placens Deo feliciter in eo moriatur.*



AT consommato laborioso opere, moltis madente sudoribus, & ad extremum perducto fastigium, duce te, Domine, Deus infinitæ bonitatis, atque sapientiæ, sicut omnipotentię, quid retribuemus tibi pro omnibus quę retribuisti nobis? Potestne gratiarum actio beneficiis tuæ diuinæ maiestatis immensis par, illisue digna, quæ incõprehensibiles tibi debitas laudes, honoresque comprehendat, excogitari?[r] *Vnde hoc mihi, Domine, vnde mihi laudes ad laudandum te?* Vt serui tui maximi, sanctissimique doctoris magis admirando, quàm gratias referre conando, plusque stupendo præ magnitudine virtutis tuæ, quàm laudando verbis vtar? *Sicut enim me fecisti sine me, ita laus tibi est sine me. Laus tua, Domine, tu ipse es. Laudent te opera tua secundùm multitudinem magnitudinis tuæ. Laus tua, Domine, incomprehensibilis est, corde non comprehenditur; ore non mensuratur; aure non percipitur: quia ista transeunt, & laus tua manet in æternum.* Et cùm in laudes tuas cùm incomprehensibiles sine gratias agendo oratio nostra dignè non possit effundi; fit vt ad dignam gratia-

r S. Aug. c. 1. 1. Soliloq. *Incomprehensibiles Dei laudes, sic & illi reddendæ gratiarum actio.*

rum actionem tibi referendam, quod illa sit mortalibus impossibilis, nullo modo peruenire valeamus. Quæ enim gratiarum actiones referri, quiue quantumuis eminentes honores tam immensæ bonitati, tam infinitæ sapientiæ, tamque omnipotenti virtuti tuæ præstari dignè possunt? [a] *Magnus es, Domine, & laudabilis valdè; magna virtus tua, & sapientia tua non est numerus.* [b] *Et tamen laudare te vult homo, aliqua portio creaturæ; quia tu, Domine, excitas, vt laudare te delectet.* [c] *Quoniam tu fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* Et silere tamen de te non debemus, quamuis dicenda de te protsus assequi non possimus.[d] Regnum tuum plenum est lucis, & pacis, charitatis, ac patientiæ, honestatis, & gloriæ, dulcedinis, & dilectionis, lætitiæ, & beatitudinis perennis, & omnis boni ineffabilis, quod nec dici, nec cogitari potest. Nec ideo tamen tacere debeo de te, sed dicere quantum valeo, quia dicere quantū volo nō valeo. Neq; enim quia te ineffabilē credimus fari de te quod possumus non debemus. Ita sanè vt plus credatur de te, quàm scribitur, quia non potest tantum inde proferri sermone, quantum potest mente complecti: & minus concipit mentis humanæ qualibet profunda complexio, quàm se habeat regni tui, tuæque maiestatis diuinæ magnitudo. Igitur ô immensa bonitas! ô misericors æternitas! ô omnipotentia clementissima! O Pater! O Fili! O Spiritus sancte Deus misericordiarum, Domine virtutum, fons vniuersæ gloriæ, felicitatis, totius consolationis, perfectique gaudij pro vniuersis, innumerabilibus, immensisque beneficiis tuis, quantū possum, plusquam possum, affectu maiori, quàm lingua fari, plusquàm mēs concipere, cor capere, opusque præstare possunt te laudo, supremoque cultu veneror, & adoro, in effusione gratiarum actionis, quam tuæ diuinæ maiestati maximam referre contendo. Qui huic genti Francorū patriæ meæ, pro cuius salute hoc permagni laboris opus aggredi præcipuè concupiui, tanta fecisti ab initio conuersionis ad te, vsque adhuc, tāta paternæ benignitatis, magnificentiæ, misericordiæ, charitatisque tuæ specimina manifestasti. Ne cæteras Christiani territorij nationes, quibus miserationum tuarum beneficia largiter effudisti commemorem: quam signis, virtutibus, prodigiis secundis, miraculisque de cœlo missis ad diuinam tuæ religionis aulam clementissimè compellasti: quam salutaribus fidei tuæ radiis illuminasti: & illuminatam insuper diuini tui amoris igne charitatisque diuinitus æstuantis ardore succendisti: Quam spiritu cœlitus hausto in nouam creaturā natiuitate secunda reparasti. A quo tempore nūquam illi etiam conniuenti, atque in terrenis turpescenti deliciis, aliquando etiam spiritus tui voces, & inspirationes, vt à mortuis exurgeret audire renuenti, nouis beneficiis, benedictionibusque gratificari cessauisti. Cum tanta liberalitatis immensæ largitate, tantoque effusæ beneficentiæ cumullo, vt his narrandis, solummodo non prædicandis, commemorandis, non magnificandis cōsumptio lōgi totius operis nō sufficeret, nedū capitis vnius. Sic illi magna, immēsaque dona, de tuarum miserationum thesauro deprompta, sicut aliis fidelibus nationibus obtulisti. Nihil tamen amittens, sed de illarum profectu gaudens, semper agēs pro illarum salute, quietus tamen colligens, & non egens: quæris bona quæ dedisti nobis, cùm nihil desit tibi: tuos amas, nec æstuas, zelas, & securus es. Indignaris peccatis nostris, & nō doles, nobis à mandatorū tuorū via declinātibus, & exorbitantibus irasceris, & tranquillus es; mutas in nobis opera, nec tuum consilium varias. Recipis quod boni in nobis inuenis à te donati, & nunquam amittis, nunquam inops, & gaudes lucris salutis nostræ: nunquam auarus, & vsuras gratiarum, quas de manu tua recepimus à nobis exigis: vis supererogari tibi de tuis donis, vt debeas nobis, cùm nihil habeamus, nisi tuum. Reddis debita nullis debens, & donas debita nihil perdens.

Sed altissimæ illæ tibi, Domine Deus gratiarum actiones referendæ, pro diuinis, immortalibusque tuis in Ecclesiam tuam Catholicam, & Apostolicam sedem, in omnes fideles orbis terræ nationes, tuæ sponsæ filias, huic sedi sanctissimæ deuotissimas, & obsequentissimas: præsertim verò in Christianissimā Gallorum gentem, Ecclesiæ tuæ primogenitam, beneficiis effusis, alias linguas, facundiasque, quam meam imbecillam, elumbatamque orationem, non tam disertam, quàm desertam, copiosè loquente sapientia postulant. Non dico vt dignè eas exprimant, sed vt solummodo notent, atque eas dictu, conceptuque protsus impossibiles esse declarent. Vtinam eas tantùm gratiarum actiones, quas tibi pro me ipso debeo, non tam voce, quàm corde, nec tam eloquio, quàm voto mea posset exiguitas, & infirmitas explicare. Stupet animus præ reuerentia admirationisque magnitudine, in tot, tamque magna beneficia singularis benignitatis, paternæ charitatis indicia, in sublimes clementiæ, & diuinæ bonitate miserationes erga me tuas intendere. Ex quibus dum nouissima deuota mēte, memoriaque recolo, ea plus admirans, quàm valeo, sensu, spirituque deficio. Si enim cogitatione diligenti apud me ipsum beneficia illa reuerenter euoluete, atque replicare conet, quæ in præsenti opere, concipiendo, componendo, edendo, perficiendoque misericorditer apparuerūt: quid vltrà fari potero, quàm exclamando dicere? O altitudo misericordiarum, benignitatis, prouidentiæ, charitatisque Dei erga peccatorem miserrimum, & homuncionem abiectissimum! quàm magna beneficia tua super peccatores indignos! quàm inscrutabilia miserationum tuarū erga eos opera! quàm vitæ tuæ saluadoi eos inuestigabiles! quas ego considerans expaui sæpius ingeminans.[e] *Misericordias Domini in æternum cātabo!* Tu enim Domine nihil de tanti laboris opere cogitanti mihi hanc mentem dedisti, ardoremque desiderij salutaris inflammasti: vt illud aggredi, atque pro tuæ incremento gloriæ, tuæ defensione Ecclesiæ, pro summa tui vicarij vindicanda dignitate, pro Regis, regnique Christianissimi salute conseruanda, proque pace inter vtramque, quam in Ecclesia tua stabilisti monarchiam, retinenda, suscipere non dubitarem. Tu desideranti tuæ benedictionis inspiratione, paratoque ad laborem vires, animumque mihi suffecisti. Cōceptiones, materias, & inuentiones, pro operis laboriosi molitione, constructioneque quærenti tradidisti. In eo meditando & componendo, labores meos aspirando præuenisti, & adiuuando corroborasti. In opere promouendo conatus meos, ne vani ef-

[a] S. Aug. l. 1. confess. c. 1. in princip.
[b] Ibid. paulo infra.
[c] Ibid.
De laudibus Dei non tacendum, licet eas assequi non possimus, nec à gratiarum actione abstinendum, licet eas referre non valeamus.
[d] Ex D. Aug. l. de diligendo Deo c. 16. imitatio ex eius verbis.

2. Pars.
Effundit se quantum potest author in gratiarum actiones Deo referendas, eum summè laudando, & adorando pro vniuersis, immensisque beneficiis eius.
Quanta semper solicitudine Deus salutem Gallorum procurauerit.

Deus omnibus fidelibus suis præcipuè Gallis multa munera largiendo nihil amittit.
Imitatio S. Aug. l. 1. confess. c. 4.

3. Pars.
Pro sibi collatis misericorditer peccatori beneficiis, in orationibus quàm multis Deo gratias author, vt potest, maximas agere nititur.

Pro opere consummato gratiarum actiones Deo.

[e] Psal. 88. v. 1.

seut excitasti, & ne in medio operis cursu frangerentur tua benedictione solidasti. Quid plura? [a] Tu, Domine mihi vt voluerim, & optauerim in illud opus eniti operatus es, incipiens, qui postea volenti mihi cooperatus es perficiẽs. Sine te vel operante, vt voluerim, vel cooperante, cùm voluerim ad illius operis, nõ ad fastigia modo, sed nec ad incrementa, imo nec ad ipsa laboris initia, quidquam planè valuissem. Quamobrẽ totum quod tuum est opus illud, tuæ diuinæ maiestati dico, consecro, & vnà cum animo, corpore, cæterisque illa comitantibus immolo. In qua oblatione gratiarum actiones, quas animus concipere potest maximas tibi cum summa humilitate, deuotione, vehementissimo cordis affectu profundo.

a S. Aug. imitatio lib. de gratia, & lib. arb. c. 17.

Quod si meus in antiqua, prioraque vitæ meæ tempora animus se cogitatione matura reflexerit, qualia Deus optime maxime! quæ in me misericorditer effudisti beneficia, miserationesque reperiet? [b] *Nonne tu es, qui extraxisti me de ventre? Nonne tu spes mea ab vberibus matris meæ?* Nonne in te proiect᷑ ex vetero de vẽtre matris meæ? Nõne Deus meus es, quem nunquã à me licet grauissimo peccatore tua bonitas, benignitasque discedere permisit? Nonne tu es Deus misericors, miserator, & iustus, qui me hominem, [c] non in iustitia tua stantem, sed errantẽ, inimicumque maiestatis tuæ factum delinquẽdo, prosecutus amore nunquam visitare vt conuerterer, atque protegere destitisti? [d] *Errani sicut ouis, quæ periyt:* & in erroribus adolescentię meæ quæsiuisti seruum tuũ, ne mãdata tua obliuiscerer: auersum à te quæsiuisti me. [e] *Inuentus es à me, non quærentes te, palam apparuisti mihi, qui antè, te non interrogabam.* [f] *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandisti alas tuas, Domine super me, & assumpsisti, atq; portasti in humeris tuis.* [g] *Et cũ Haud facilè emergant quorum virtutibus obstat. Res angusta domi.* *Quia tamẽ tibi relictus sũ pauper,* [h] *& orphano mihi factus es adiutor, cùm pater meus, & mater mea* in penuria rei familiaris *reliquerunt me*, sic assumpsisti me, vt per medias paupertatis, & inopiæ domesticæ cruces, & angustias, ad salutarem bonarum, sacrarumque literarum portũ, stationemque fidam, per manus prouidentiæ, miserationisque tuæ deduxeris. Per longa multorum vitæ meæ annorum spatia me nullis virium mearum subsidiis fretum, sed solo tuæ subsidio misericordiæ, virtuteque seruuli abiectissimi tui infirmitates miserante, sustentatum fultumque sacrosanctæ Euangelij tui prædicationi assiduè, nusquam à grauioribus feriendo laboribus vacare volueris. Gratiam mihi indignissimo Theologiæ doctori, multis subdito peccatorum sordibus ignorantiarumque tenebris, diuino verbi tui semine parturiendi animas, *donec formareris in eis*, & eas lucrandi tibi, largiri, necnon tua immensa bonitate dignatus fueris impartiri: vt sic vtendo vilissima, & infirmissima serui tui abiectissimi hominis opera, diuitias omnipotentiæ tuæ bonitatisque ineffabilis magis ostenderes. Tandem mihi in senium vergenti, tumulo, funerique per seniles annos appropinquanti quietem, otiumque desideratum, ex miserationum tuarum, nimiæque benignitatis abundantia concessisti: vt priuato studio delectatus, quod amplius publicè per infirmitates caduci, senioque confecti corporis in honorem nominis tui animarumque salutem

Pro aliis beneficiis ab ortu primo vitæ misericorditer collatis sibi vsque ad hanc senilem ætatem, in qua viget gratias agit.
b Psal. 21. v. 9. & 10.
c Imitatio S. Dionys. ep. 8.
d Ps. 118. v. vlt.
e Esaiæ 65.
f Deut. 32. v. 15.
g Iuuenal.
h Psal. 26.

A præstare non possem: per animi mei vires, tuæ subnixas misericordiæ, benedictionisque diuinæ præsidio, reliquum, quod superest, vitę meæ tempus in considerando pro salute mea, deuoréque perscrutando mirabilia de lege tua contererem. O Domine! [i] *Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es, Deus meus, misericordia mea.* [k] Nõ inuenio tuis cumulatus bonis, miserationibusque sustentatus, quid te Deus meus appellare debeam, nisi misericordiam meam. O nomen sub quo nemini desperandum est? *Deus meus, misericordia mea.* Quid est misericordia mea? si dico salus mea, intelligo quia das salutem; si dico refugium meum, intelligo quia confugio ad te: si dico fortitudo mea, intelligo quia das mihi fortitudinem. At verò misericordia mea quid est; totum quidquid sum de misericordia tua est. *Sed promerui te inuocando te, at si quando dignè inuocaui te, tu*
B *dedisti. Vt essẽ, Domine, quid feci? Vt essẽ qui te inuocarẽ, quid egi? Fecisti non modo vt essem, sed si quid in me bonitatis est, vt bonus essẽ. Quia te nemo melior nemo te potẽtior; nemo te in misericordia largior. Sicut à te accepi, vt essem, sic à temetipso accepi vt bonus essẽ, Deus meus misericordia mea.* Ergo cum si quid boni possideo, si quo virtutis, pietatis, doctrinæque lumine refulgeo (quod sentio quàm sit exiguum) à te misericordia mea, virtus mea, salus mea, totũ illud acceperim, merito id omne in te, laudando te, glorificando te, plusquàm centum millies tibi benedicendo, pro gratiarum maximarum actionibus ex toto corde, ex tota anima, viribus, menteque mea refundo. [l] *Fortitudinem meam ad te custodiam.* Quid meam dico? Sed tuã potius, quia illam, si quæ est in me, mihi dedisti: *quàm ad te* apud te nempe *custodiam*, venientem à te: [m] *à quo si recedo cado, si accedo fortior fio, non habet ex se*
C *lumen, neque vires anima mea, sed à te.* [n] *Totum quod pulchrum esse potest, in ea virtus, & sapientia est. Sed nec sapit sibi, nec valet sibi, nec ipsa sibi lux est nec ipsa sibi virtus est: Sed tu ipse, Domine Deus virtutũ. Est quadam origo, fonsque virtutis, est quadam radix sapiẽtiæ; est quadã, vt ita dicã, si & hoc dicendũ est regio incõmutabilis veritatis, quæ est in te, vel quæ tu ipse es. A qua anima recedẽs tenebratur, accedẽs illuminatur. Ideo accedo ad te, vt illuminer, à quo recedẽdo tenebrabor.* Ergo fortitudinem meã ad te custodiã, non à te recedens, non de me præsumens, nec solùm ad te, scilicet apud te in tutela protectionis tuæ, sed etiam in te & propter te, vt perpetuò tibi seruiam, seruiendo te glorificem, glorificando beneficia tua singularibus, maximisque gratiarũ actionibus agnoscam, atque venerer, [o] *quia tu susceptor meus es, & misericordia tua præuenit me.* [p]
D *Quid enim attuli, vt mei misereris, & me iustificares? Quid in me inuenisti, nisi sola peccata? Tuum nihil aliud nisi naturam, quam creasti: cætera mala mea, quæ delenisti. Nõ ego prior ad te exurrexi, sed tu ad me excitandum venisti, cum me tua misericordia præuenerit.* Quid propterea aliud dicemus tibi, nisi quod de profundis animi, cordisque penetralibus clamauit ad te propheta regius? [q] *Deus meus es tu, & confitebor tibi, Deus meus es tu, & exaltabo te. Confitebor tibi, Domine, quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.* Non strepitu verborum ista dico, sed dilectio tua inhærens mihi per semetipsam, has ad te voces puro de pectore fusas eliminat.

Quamobrem sacros de viuo misericordiarum tuarum fonte gratiarum, benedictionũque tua-

i Psal. 58. v. 10. & vltim.
k Imitatio D. Aug. in hunc locum.
Nota Deus tot omnibus nominibus vocatur misericordia, omnia illius complectens nomina.
Omnia Deo quæ ab eo accepit in actiones gratiarum authori consecrat.
l Psal. 58. v. 10.
m D. Aug. in hunc locum.
n Imitatio eiusdem ex ipsius verbis.
o Psal. 58.
p Imitatio eiusdem ibid.
q Ps. 117. v. 27. 28.
4. Pars. A Deo maxim miserationum gratiarumque benedictione petit vt reliquis virtutibus, quibus animis in senectute sua reliquias vitæ suæ tempus bene viuendo cum animi, atque ita placens Deo feliciter in eo moriatur.

A rum latices haurite deposco, quibus mundaros animo, & corpore, necnon dulciter, atque sapienter inebriatus, perpetuis tuæ maiestatis honoribus, laudibusque meritoriè vacare valeam. Me extremus vitæ dies agendis, referendisque, quoad animi vires, tua fultæ virtute ferre poterunt, tibi gratiarum actionibus occupatum feliciter inueniat.[a] *Dic anima mea, salus tua ego sum.* Dic, dic, vt audiam: *ecce ores cordis mei ante te:* Domine aperi eas, & die animæ meæ, salus tua ego sum. Curram post vocem hanc, & apprehendam te. *Noli abscondere à me faciem tuam: moriar, ne moriar, vt eam videam. Angusta est domus animæ meæ: quò venias ad eam. Dilatetur abs te: ruinosa est, refice eã. Habet quæ offendant oculos tuos: fateor, & scio. Sed quis mundabit eum? Aut cui alteri præter te clamabo?*

[a] Ex D. Aug. l.1. confess. c.5.

B [b] *Ab occultis meis munda me, Domine, & ab alienis parce seruo tuo.* Deus misericordiarum Domine, & Deus totius consolationis, qui iuuẽtutis meæ, sicut priorum ætatum pueritiæ, ac infantiæ ab vtero matris dies, & annos misericordiæ tuæ, clementique prouidentiæ credere dignatus: es meæ quæso memor esto senectutis.[c] *Domine memorabor iustitiæ tuæ solius: Deus docuisti me à iuuẽtute mea, & vsque nunc, pronuntiabo mirabilia tua. Et vsque in senectam, & senium Deus ne derelinquas me.*[d] *Ne proiicias me in tempore senectutis, cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* Da vt quod superest vitæ meæ tibi totum in obsequium, seruitium, honoremque supremum perfectè fundatur: vt tẽpus ætatum mearum misere perditum, & ludicris, inanibusque rebus intemperanter in-

[b] Psal. 18.

[c] Psal. 70. v. 16. 17.

[d] Psal. 70. v. 9.

Vt quod reliquum est vitæ Deo totum seruiendo adorandoque perfectè consecretur, orat.

C sumptum tuo seruitio minimè mancipatum, præclara laboris meritorij, religiosæ in honorẽ obsequiumque tuum operationis assumptione resarciam. Da vt vitæ meæ dies non longitudine temporum, sed bonarum multitudine operationum bene, non diu viuẽdo multiplicẽtur: vt vnus eorum, qui restant, multos operando bona superet, assiduique labores in vinea tua contriti, dies noctibus connectant.[e] *Dies diei eructet verbum, & nox nocti indicet scientiam.*[f] Et sicut ille rex Ægypti Micernices paganicæ sectator impietatis, contra Parcarum suæ superstitiosis fata, quẽlibet dierum vitæ in duos expandebat, dum noctibus, sicuti diebus assiduè vigil pro patria sua laboribus intenderet: vt pro quatuor annis, quibus illius vitæ terminos Parcæ concluserãt, octo

[e] Psal. 18. v. 2.

[f] Micernicis factum memorabile apud Herodot. in Euterpe l. 3.

D annorum spatio vitam prorogasse feratur, si paganorum scriptis fides habeatur. Ita verè possim tua largiente gratia cunctos vitæ meæ dies, noctesque laboribus assiduis, ac meritoriis virtutum Christianarum exercitiis, pro seruitio, honoreque tuo mancipare, vt vnus eorum, qui restant mihi ad vitam, plurium præteritorum valorem bonorum operum merito superare iudicetur. Sic[g] *Domine Deus salutis meæ in die clamabo & nocte coram te, sic intrabit in conspectu tuo oratio mea,* operum roborata viribus, *& inclinabis aurem tuam ad preces meas,* virtutum operatione potentes. Quod fit cùm tu benedictionibus, gratiisque cœlestibus affluẽs descendis in nos, vt erigas nos: cùm tuo nos spiritu reples, vt nos in te stabiles, & fortes, aduersus omnia mundi corrupti tentamẽta, diabolique nequitias efficias. Cùm in corda nostra lætitiam tui salutaris effundis, ne frangamur aduersis, omniaque tristitia consternamur.[h] *Non enim vasa, quæ te plena sunt, stabilem te faciunt,*

[g] Psal. 87. v. 5 & 2.

Per orationes bonis comitatas operibus Deus descendit ad nos effectos vt erigat nos ad se beatos.

[h] S. Aug. l. 1. confess. c. 3. circa pr.

A *quia etsi frangantur, non effunderis, & cùm effunderis super nos, non tu iaces, sed erigis nos, nec tu dispergeris, sed colligis nos.* In nos ergo descende, Domine,[i] *sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram:* vt tu ros, & pluuia salutaris simul, & agricola colas, & irriges agrum cordis nostri.[k] *Concrescat super nos in pluuiam cœlestem, atque salutiferam doctrina tua, fluat vt ros eloquium tuũ, quasi imber super herbam, & quasi stillæ, super gramina.* Vt religiosè nomen tuum inuocemus, & magnificentiam tibi gloria nostra demus. Et ne animus noster sicut cultus ager fructum non reddens, & ingratus agricolæ pro frugibus spinas afferẽs, non horreo cœlesti, sed ignibus inferni deputetur: te, Domine Deus noster supplicibus precibus, votisque charitate flagrãtibus obtestamur, vt sicut

[i] Psal. 71. v. 6.

Vt ros pluuia & agricola colas & irriges cor suum vt terram bonam Deum rogat.

[k] Deut. c. 32. v. 2. 3.

B te videmus assiduè statis temporibus hanc terrã visitare imbribus solemnibus, ita cor nostrum verbo tuo tanquam agrum tuum visitare digneris. Et de corde nostro fructus dignos pœnitentiæ quæras, & inuenias. Quia nouisti & quid ibi seminasti, & quantum pluuiæ tuarum benedictionum, gratiarumque salutaris in illud effudisti. Ita fructificantibus gratiarum tuarum imbribus in corde meo, salutariq; benedictionũ cœlestiũ cultura, ô tu fons æternæ vitæ reple mẽtẽ meã torrẽte voluptatis tuæ, & inebria cor meũ sobria ebrietate amoris tui, vt obliuiscat quæ vana sunt, & terrena, & te solùm iugiter habeam in memoria mea, sicut scriptum est.[l] *Memor sui Dei, & delectatus sum.* Et quoniam in hoc magno huius vitæ diluuio, vbi circumstantibus agitamur procellis,

Orat per cõmunicatione in gratiarum Dei satiari in hac vita dapibus cœlestibus in pace, vt sibi desipiant mundana, sordida, & turbulenta voluptates.

[l] Psal. 76.

C non inuenitur fida statio, & locus eminentior, vbi pes columbæ valeat aliquatenus requiescere; nusquam tuta pax, nusquã secura quies, vbique bella & lites, vbique hostes,[l] *foris pugnæ, intus pauores:* vt iam ibi misere terrestris hominis animæ non viuere, sed languescere, non solatia vitæ carpere, sed diu torqueri detur. *Propterea confero me ad te,* ab huius mundi contagione recedens, *vbi bene mihi sit à te.*[m] *Non possum metiri vt sciam, quantum desit mihi amoris ad id quod satis est, vt currat vita mea in amplexus tuos: nec auertatur, donec abscondar*[n] *in abscondito vultus tui.*[o] Vigilet per te semper anima mea, nunquam à te recedere, sed etsi aliquando per errorum, culparũque deuia lõgè sit à te, magis, magisque tibi propinquare, & accedere conetur, nõ gressu pedum, non subuectione

In corrupto sæculo nulla pax, sed perpetua pugna datur.

[l] 2. Cor. c. 7. v. 5.

[m] S. Aug. l. 13. cõfes. c. 8. in f.

[n] Psal. 26 v. 5.

[o] S. Aug. in ps. 38. concio. 2

D vehiculorum, non celeritate animalium, non eleuatione pennarum, sed puritate affectuum, & morum probitate sanctorum. Ecce tibi, Domine, Rex meus, & Deus meus, quæ misericorditer obtulisti mihi, humiliter tibi cõsecro, donata à te mihi in te religiosissimè refũdo. Tibi seruiat quidquid vtile puer didici: tibi seruiat quidquid adolescens, iuuenis, vir, senexque studiorũ humaniorum, doctrinarumque sublimium, tua præueniẽte gratia, grauioribus in animo cooperante laboribus inseui, penitusque in pectore meo radicibus altioribus impressi. Tibi omnes corporis, animique vires, nerui, partes, potentiæque seruiant: quæcumque loquor, scribo, lego, numero, conor, meditor, operor, omnia hæc mea, quæ tua sunt, & si quæ alia dici vel excogitari possunt, in acceptabile sacrificium & holocaustum, tuæ diuinæ maiestati sapienter offerendum, sanctissimè conuertantur. In qua bonorum tuorum, indignissimo peccatori profusa misericordiæ, beni-

a S. Aug. l. 1. confess. c. 15.

gnitatisque tuæ largitate traditorum, confe-ctatione, [a] *Da vt nunquam deficiam in confitendo tibi miserationes tuas, quibus eruisti me ab omnibus vijs meis pessimis, vt dulcescas mihi super omnes seductiones, quas sequebar, & amem te validissimè, & amplexer manum tuam totis præcordiis meis, vt eruas me ab omni tentatione vsque in finem.* [b] *Laudes tuæ per scripturas tuas, palmitem cordis mei suspendant, ne per inania nugarum turpi præda volatilibus funestè rapiatur.* [c] Accipe igitur ô sanctissima Trinitas vnus Deus! sacrificium confessioonum mearum de manu linguæ meæ, nec linguæ solùm, sed cordis, nec cordis modo, sed recti operis, quæ formasti, & excitasti in me, vt confiteantur nomini tuo. [d] *Sana omnia ossa mea, vt dicant: Domine, quis similis tibi?* Te laudet anima mea vt amet te, & confiteatur tibi miserationes tuas, vt laudet te. Nec cessent, nec taceant laudes tuas omnia quæ intra me sunt, & extra: vt exurgat in te à lassitudine anima nostra, [e] *innitens in quæ fecisti, & transiens ad te, qui fecisti hæc mirabiliter.* Vnde vera cordis, animique refectio, perfecta Christianorum fortitudo mundi pressuris nescia vinci deriuantur. Vt [f] cùm conscideris saccum animæ meæ, quod est corruptibile corpus, illudq; temporali morte dissolueris, *circumdes me lætitia, & cantet tibi gloria mea, & non compungar* sine fine cum iubilatione clamando. [g] *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.* [h] *Et quoniam melior est misericordia tua super vitas, labia mea in æternum laudabunt te.*

b Ibi. c. 17. in f.
c S. Aug. l. 5. c. 1. in pr.
d Psal. 18.
e Imitatio S. Aug. c. 1. l. 5. confess. in fi.
f Psal. 29. v. 12.
g Psal. 117. v. 1.
h Psal. 62. v. 4.

ORATIO ENCOMIAstica in duo distributa capita ad sacratissimam Virginem Deiparam, in gratiarum actiones pro innumeris, maximisque illius in principes, populosque fideles sanctæ spiritualis, secularisque monarchiæ collatis beneficiis.

CAPVT I.

Orationis huius, quod est vigesimum primum libri præsentis.

1. *Summa, & deuota virtutum sanctissimæ Virginis maximarum percupita magis, & enixè tentata quàm expressa dignè præ rei magnitudine prædicatio panegyrica.*

2. *Nihil tam in cælo, quàm in terra post Deum Deipara Virgine præstantius.*

3. *Gratia, & gloria Virgo Deipara omnibus Angelorum choris, sanctisque beatis longè superior.*

4. *Quæ non potest laudare in sanctissima Virgine præ rei dignitate, & magnitudine laudis, author admirari meritoriè concupiscit.*

PIA, continuaque consideratione meo volutans animo, præque rei magnitudine obstupefactus admirans (sanctissima, Deique Mater sacratissima Virgo) immensum maximarum multitudine innumerabilium virtutum tuarum cumulum: ingentemque summorum beneficiorum toties in omnes orbis B Christiani principes, populosque collatorum copiam, ab illis tuis profectorum virtutibus: tuas laudes, præconiaque (quæ non possunt esse vera, & legitima, nisi summa, & incomprehensibilia) exaltandi maxima cupiditate, desiderioque contabesco. Licet ea me posse dignè prædicare, elùbisque meæ stylo orationis efferre desperem. Nihilominus mihi plus affectus, quàm facultatis, minusque virium, quàm voluntatis habenti, assiduaque cogitatione in eas Diuinas, immortalesque virtutes, & merita, cordis mei sensa, mentisque conatus referenti, tot vota, desideriaque igne charitatis inflammata agmine facto succurrunt, & illabuntur: vt quid agam, vnde ordior, & incipiam, quid effabor, quid enitar, multis, magnisque planè difficultatibus exterritus simul C & harum tantarum virtutum, meritorumque meditatione liquefactus, eiusque dulcedine raptus omnino nesciam. Simul atque enim in te, Domina mea, patrona mea, postq. filium tuum, fiducia mea prima, meus animus cogitatione conuertitur: Occurrit nomen Dei matris, quo inter puras creaturas nihil altius, nihilque sublimius esse potest. Tu Virgo Mater es Dei: [a] *Qua maiorem Deus facere non potest. Maiorem mundum posset facere Deus; maius cælum posset facere Deus; at maiorem matrem, quàm matrem Dei, Deus facere non posset.* Propterea merito maiorē te sub Deo inueniri non posse, [b] pius Doctor asseruit. Et ad maiorem gloriæ tuæ triumphum, mirabiliumque virtutum exaltationem, cum S. Ambrosio clamabo. [c] *Deum decuit huiusmodi natiuitas, vt si* D *nasci debuit tunc ex virgine: & sic virgo concipere, & parere debuit, non nisi Deum parere debuit.* [d] Namque sanè decebat, vt purissimus puritatis doctor ex thalamis virginitatis tuæ purissimis, castissimisque prodiret: *Deoque huiusmodi natiuitas congruebat,* [e] *quæ non nisi de virgine nasceretur.* Talis congruebat & virgini partus, vt non pareret nisi Deum. *Quàm ideo* [f] *familiaris Deo facta es regina cæli! quàm proxima, imo quam intima fieri meruisti! In te manet, & tu in eo: & vestis eum, & vestiris ab eo: vestis enim eum substantia carnis, & vestit ille te gloria suæ maiestatis. Vestis solem nube, & sole ipsa vestiris.* O quanta diuinitatis luce coruscasti! quanto virtutis infinitæ fulgore rutilans irradiasti! Quàm verè mysticum solis fontem, solis, inquam, iustitiæ te [g] Iosue, præliorum Dei præliator acerrimus, sancti numine spiritus afflatus à longè prospexit! Cùm à te sol iustitiæ Christus Deus noster, tanquam sponsus procedens de thalamo suo exoriens omnem terrarum orbem [h] sic immēsa suę misericordię, gratiæque claritate, nec

Nihil altius Dei matre.
a S. Bonau. in speculo c. 8.
b S. Anselm.
c S. Ambr.
Sunt Deus nasci non debuit nisi de virgine, sic virgo parere non debuit nisi Deum.
d S. Cyril. Hierosol. catech. 12.
e S. Bern. ho. 2. super Missus est.
f S. Bern. ser. de Deipara Virgine.
Virgo vestiuit Deum, & vestita est à Deo.
g Iosue c. 15. v. 7.
h Psal. 18.

necnon charitatis ardore repleuit, vt non esset qui se absconderet à calore eius. Dicamne te ob eandem causam, cum Beato Fulgentio,[a] *cæli fenestram*? Quod per te Deus verum seculis, populoque gentium in tenebris ambulanti, lumen effuderit? Quid mirum si apud sanctissimum Ecclesię doctorem vnum de præcipuis virtutum tuarum præconibus Gabriel Angelus plus meditando, quàm loquendo, plus corde, quàm voce, tibi dixerit. *Dominus tecum: sed plusquam mecum: In me enim licet sit Dominus, memet ipsum creauit Deus, per te autem genitus est Dominus. Ita est Dominus tecum, vt sit in corde tuo, sit in vtero tuo, adimpleat mentem tuam, adimpleat carnem tuam.* Quàm ergo tu Domina mea vicinior Deo, quàm omnes beatorum spirituum ordines! Quàm illius diuinæ familiaritati, charitatique propinquior! Quàm propterea illos magnis dignitatis sūmæ gradibus excellis! Quàm illos deniq. cœlestis gratiæ, glorięque de corruptione, morteque triumphātis altitudine superas! Illud erat magnum mysterium latens, testamentique veteris vmbris inuolutum, quod mirabili visione facta diuinitus Ezechieli prophetæ extra se reuelatione rapto Spiritus sanctus iudicare voluit, eique interius euoluere.[e] Cùm *super firmamentum quod erat imminens capiti animalium quasi aspectum lapidis saphiri similitudinē throni, & super similitudinē throni quasi aspectū hominis desuper illi Propheta demonstrabat.* Per firmamentum hoc bona pars seruorum tuorū Ecclesiæ doctorum de meliori nota, omnes Angelorum choros, ordines, atque hierarchias interpretari solet: te verò sanctissima Dei mater! per saphirinū thronum, in quo filius hominis, Christus nempe homo Deus sedet, supra firmamentū positum significari non autumat, sed credit, non anxia dubio suspicatur, sed ingenuè, vt verè profitetur, & asseueranter affirmat. Verè saphirinus gloriæ, maiestatisque diuinæ thronus facta es, supra Angelicæ naturę firmamentum diuinitus erectior, in quo requieuit, seditque mirabilis in humilitate sua filius Dei ab illius die conceptionis, cùm Spiritus sanctus superuenit in te, & virtus altissimi obumbrauit tibi. O miram nouitatem, & ante hunc diuinæ conceptionis diem inauditam! *Quis loquetur potentias Domini* in te, & *auditas faciet* propter te *laudes eius? Quàm mirabilis facta est scientia Dei ex te*, ô admirabilis Dei viuentis, & incarnati thronus, non iudicij, non vindictæ, aut terribilis maiestatis, atque potentiæ, sed gratiæ, misericordiæ, benignitatis, totiusque consolationis, quem cum fiducia nos adire Apostolus[e] hortatur, *vt misericordiam consequamur, & gratiam, & auxilium reperiemus in tempore opportuno.*[f] *O Virgo per cuncta mirabilis! Virgo sublimior Angelis, facta superior Cherubim, & Seraphim, placens Christo Regi, in tanto honore habita, tanquam ancilla simul, & mater Dei dignissima!*[g] Cuius virginitati cedit Angelica puritas: in cuius sapientiæ, charitatisque splēdoris aspectu Angelorum lumen intelligentiæ, Seraphinique feruor amoris, lāguor, atque tenebræ sunt. quantò magis tu, ô miraculorum mundi miraculum! diuinæ sapientiæ claritate, diuinæ charitatis ardore, omniumque Christianarū circulo virtutum, omnes sanctos, sanctasque Dei filii tui, quos viuentes in terra terreni artus hebetabant, moribundaque membra spatio Christianæ perfectionis immenso superasti?[h] *Multæ filiæ*

a S. Fulgent. serm. de laudibus S. Mar.

S. August. ser. 18. de tempore in hęc verba *Dominus tecum.*

Deus perfectius habitat in sancta Virgine, quàm in omnibus Angelis.

Gratia, & gloria S. Mariæ omnibus Angelorum choris longè superior.

e Ezeçe. c. 1.

S. Luc. c. 1.

Psal. 101. v. 2.

d Psal. 38. v. 6.

e Hebr. 4.

f S. Chrys. ho. 4. in c. 1. S. Matth.

g S. Ber. ser. 4. de assumpt. 256. h.

Omnibus sanctis in vita mortali qui floruerant in terra multo sanctior, multoque virtutibus omnibus S. Virgo sublimior.

h Prou. c. vlt.

Regum congregauerunt diuitias, non terrenas, sed cœlestes, virtutes nempe,[i] quæ veræ diuitiæ sunt, non opes perituræ. Sed tu, ô Regina Virginum! ô sanctorum omnium perfectionis meritoriæ vertex altissimus! *supergressa es vniuersas.*[k] *Excessisti fidem Patriarcharum: charitatem Apostolorum; constantiam Martyrum; & misericordiam Confessorum; castitatem Virginum; fœcunditatem coniugatorum*: denique vt vno verbo, cum seruo tuo fideli S. Hieronymo, cætera complectar, *nullo genere virtutum destituta vacasti, cui Angelus Dei plenitudinem gratiæ promisit.* Quid in me homuncolo vilissimo, in conceptibus meis hiante potiùs, quàm loquente ingenii, Deipara Virgo! quid virtutis, quid viriom industriæue tuas admirabiles, diuinasque virtutes dignis efferendi laudibus, & honoribus inueniri posset; cùm sapientissimi, eloqentissimique Ecclesiæ filii tui doctores multū sudando, frustraque nitendo in tuas laudes espauecint? Vnde illa serui tui doctoris maximi, extra se præ virtutum tuarum magnitudine simul & admiratione rapti vox exclamationis, & oratio.[l] *Quo pacto beatam te prædicabo, gloriæ radicem? solo enim Deo excepto cunctis superior existis? Natura* (gratia Dei sublimata) *formosior est ipsis Cherubim, Seraphim, & omni exercitu Angelorum. Cui prædicanda, cœlestis, & terrena lingua minimè sufficit? imo verò nec Angelorū?* Alius sanctus Pater clamat ad te de terra, totus laudum tuarū perfusus amore.[m] *Nihil tibi, ô Domina æquale! Nihil cōparabile. Omne quod est, aut supra te est: aut infra te est: supra te solus Deus: infra te illud, quod Deus non est.* Ergo cùm nihil in te satis dignè laudibus efferre valeam, cùm quidquid est in te humana laude superius appareat: quid tibi pro laude profundam, vt meos erga te prædicationis, honoris, & amoris affectus mancos, debilesque viribus euoluam? Quæ in te laudare non potero, saltem mirabor! & desideria pro operibus, vota pro factis, bonamque voluntatem pro facultate succenturiabo. Et per excessum amoris, & reuerentiæ te, Domina mea, cum sancto[n] laudum tuarum præcone, cœleste prodigium, & sacratissimum omnium virtutū, ac perfectionum cœlestium, Angelicarum, humanarūque orbem continens in se, spectaculum Deo gratissimum Angelis, hominibusque prædicabo. Quid enim aliud in tam inuia, & inaccessibili immensarum laudum, pręconiorumque incomprehensibilium sylua facere, vel dicere, cogitare, vel eniti possem? Cùm alius pater sanctus[o] de præcipuis tuarum virtutum paranymphis stupens in immensas virtutum illarum laodes nitendo, prædicationem illarum humano ingenio impossibilem penitus agnoscens in eas coactus sit voces erumpere: *si laudem gloriæ, & virtutis eius scribere volumus, deficiunt verba, quibus sufficienter scribere valeamus.* Liceat mihi in excessu meo apud te dicenti melliflui doctoris dulcisonæ laudum tuarū tubæ verbis exclamare.[p] *Christi generationem, & tuam, Virgo sanctissima, assumptionem, mirabilesque virtutes, quis enarrabit? Nam quantam gratiam adepta es in terris præ cæteris, tantam gloriam obtines in cælis.* Cùm enim dixerit Apostolus:[q] *oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se*, quid tibi gignēti se præparauit, eumque præ cæteris creaturis sublimioribus, Angelis videlicet & hominibus perfectissimè diligenti?

i S. Greg.

k S. Bernard.

S. Hieron.

l Epiph. ser. de laudibus S. Virginis.

S. Maria, excepto Deo, omnibus superior, & perfectior.

m S. Anselm. l. de cōceptu Virginis.

Quæ non potest laudare in Virgine præ eius dignitate, & magnitudine admirari meritorie concupiscit.

n S. Ignat. ep. ep. 1. ad S. Ioā Apost.

o S. Damas. ser. de assūpt. & dormitione S. Mariæ.

Virtutes, gratiam & gloriā, S. Virginis nulla lingua satis dignè potest exprimere.

p S. Bern. ser. de assumpt. Virgin.

Cap. xxii.

CAPVT II.

Author gratiarum actiones Deiparæ Virgini nouis huius virtutum laudibus immixtas referre conatur: pro innumeris beneficiis, quæ in omnes fideles ab omni seculo nouissimè in se ipsum valde misericorditer effudit.

1. *A laudibus S. Virginis, licet incomprehensibilibus, non cessandum, inquantum Dei fulta gratiâ patietur infirmitas.*

2. *Deipara virgo diuina terram misericordia repleuit, iustitia seueritatem procul ab ea repellendo, multum propterea ab Eua maledictione matre discrepans.*

3. *Gratias quantùm potest agit sanctissimæ Virgini, pro immensis ab ea in omnes principes vtriusque fori, populosque fideles præsertim verò Francos collatis beneficiis.*

4. *Pro miserationibus meritisque sibi à sanctissima Virgine concessis, maximè pro consummato opere illius patrocinio, & adiutorio, gratias author agit, quantùm voto consequi potest.*



Ed quamuis sublimia virtutum tuarum præconia etiam leuiter, vt decet, attingere minimè valeamos: ab illis tamen si non eloquio, saltem voto, si non ingenio, saltem desiderio, si non effectu, saltem conatu nusquam cessare debemos. Male siquidem se res haberet, si quo plura, maiora, diuinioraque in te variarum, maximarumque virtutum ornamenta sunt, quod ea sit difficile, vel impossibile potiùs eloquio dignè commemorare, mente concipere, ingenioque comprehendere, minus de te diceretur. Ipsaque prædicatione, & summa laudum tuarum à cunctis fidelibus acclamatione honorifica, quam præcipue à bonis omnibus tuæ illæ diuinæ virtutes exoptant, ob illas maximè defraudareris: tuarumque virtutum gloria, magnitudine sua, quasi satietate languesceret. Quanta enim nos nostro inuista nomini, ingrati labes animi, fœditasque macularet: si tot mirabilia, & magnalia Dei quæ fecit in te, tot in sponsam filii tui, eiusque fideles filios verè Catolicos fœcunda meritis, beneficiisque sine laude summa, dignissimaque gratiarum actione præterire nos, ac euanescere pateremur. Beneficia hæc tam multa, & salutaria, quæ tot principibus, populisque fidelibus,

A filij tui sponsam immaculatam, eius in ea vicarium, sedemque Apostolicã magna cum religione colentibus, maximè verò Christianissimo Regi nostro, eius subditis verè Gallis, atque Catholicis, mihique nouissimè abortiuo Parisiensium Doctorum minimo, singulari misericordia sæpissimè contulisti, ferre non possunt: vt à feruentissimis in te charitatis obsequiis, & à maximis in agnitionem tuorum erga nos meritorum actionibus gratiarũ agendis, referẽdisque quiescamus. Nam si in cõmemoratione tuorum omnium, quæ in incolas terræ toties effudisti meritorum, ab illis quæ in vniuersum hominum genus magno tuæ charitatis impetu rependisti, in his nostris gratiarum actionibus acquiescere, initiumque docere vellemus, quanta de te mirabi-

B lia Dei publicaremus? Tu illa es mystica, & immaculata terra, *quam benedixit Deus*, propter quam [a] *auertit Dominus captiuitatem Iacob, & remisit iniquitatem plebis suæ, operuitque omnia peccatorum, & mitigauit omnem iram suam.* Tu illa es, quæ rigorem iustitiæ diuinæ temperasti, & longè à terra abire fecisti, Deique placati per te peccatoribus terræ, misericordiæ dulcedine omnes habitantes in ea perfudisti.[b] *Virgo namque regia Dauidicæ stirpis electa es, quæ sacro grandendo fœtu, diuinam, humanamque prolem prius concipiens mente, quàm corpore*: ignem indignationis & iræ Dei, contra peccatores mundi restinxisti, Deum prius iratum mortalium generi mansuefecisti, vt vates regius à Spiritu sancto instructus hoc vaticinio longè ante prædixerat.[c]

Parit: Seueritatem iustitiæ diuinæ longè à terra pellens, misericordia illam repleuit.

a Psal 84. v. 2. 12.

b S. Leo ser. 1. de natiuit. Domini.

C *Veritas de terra orta est:*[d] Filius nempe Dei, de te terra benedicta productus est; ideo iustitia de cœlo prospexit. Quod videlicet stateræ diuinæ lanx prima, quæ misericordia est, alteri lanci, quæ iustitia est, merito incarnationis verbi diuini, in tuo sacratissimo vtero factæ præponderans, ad terras vsque descendit: quæ antea in sola cœlorum statione morabatur. Iustitiæ verò rigidæ, peccatoribusque seueræ lanx rursus sublata, ab vltione generis humani commorantis in terra longè stetit.[e] Per te siquidem *apparuit*[e] *benignitas,*[f] *& humanitas Saluatoris nostri.*[g] *Apparuerat ante Dei potentia in rerum creatione, apparebat sapientia in earum gubernatione: sed benignitas misericordiæ tunc maximè apparuit in humanitate*: quam à te de purissima carnis tuæ immaculatæ,

c Psal 84 v. 5.

d S. August in hunc locum.

e Ad Tit. c. 3. v. 4.

f Græcè φιλανθρωπία scilicet amor hominum.

g S. Bern ser. de natiuit. Domini.

D sanguinisque mundissimi substantia Spiritus sancti virtute deprompsit. Ante hanc æternæ veritatis editionem in vtero tuo, quæ fuit tuæ custodia virginitatis, in antiquorum Patrum patriarcharum, & prophetarum aduentus filij tui desiderio tabescentium ore hæ voces cum lãguore, tristitiaque moræ longioris assiduè iteratæ resonabant[h] *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Quoties illi lugubria hæc vota, precesque, postea [i] à mellifluo laudum tuarum præcone expressas ingeminabant. *Quousque angustata est misericordia tua Deus in sola Angelorum parte, reliquam occupat iudicium, cum toto pariter humano genere.*[k] *Domine in cælo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes, terram vniuersam condemnãs, & aëreas potestates. Dilatet misericordia terminos suos, extendat fines, expandat sinus, attingat à fine ad finem fortiter, disponens omnia suauiter, restricta est, Domine, iudicio sinus tuus, solue cingulum,*

Vota, precesque Deo facta ab antiquis patribus ante Dei incarnationem.

h Psal.

i S. Bern ser. de nat Dom.

k Sap.

A *& veni miserationibus affluens, superessluens charitate, &c.* Ex quo incarnationis beneficio io salutem generis humani redundante omnes gentes canticom nouum tibi cecinerunt, & in æternum tibi benedicentes, cum gratiarum actione iubilando cantabunt. Euæ contra maledicentes, & imprecantes,[a] quod hæc patadiso nos eapulerit: per te verò, sanctissima Virgo, vitam æternam inuenerimus. Per hanc condemnati simos, per te coronati fuerimus. In ea mortis abyssus, in te fons vitæ ex ote altissimi prodiens, hominum cotds lætificans, itrigans ad incrementa virtutum, & ad perennis gloriæ lucra froctificans, mysticè per illom fluuium repræsentatus: [b] *qui egrediebatur ad irrigandum paradisum, quique inde in quatuor capita diuidebatur. Ita fons ille vitæ Christus Dominus de medio ventris tui exilsuis, atque ex te in quatuor capita sese dispergens, ad irrigandam faciem arentis mundi, emanauit lætificans ciuitatem Dei.* [d] *Omnis enim qui biberit ex eo non sitiet in æternum.* Verè tu paradisos spiritualis longè terrestri fœcundior, & amœnior, de cuius aqua si quis biberit non sitiet in æternom. [e] *O quanta mundo contulisti, quatam salubris aqua ductus esse meruisti:* verè tu Dei patadisus es, cùm lignum vitæ muodo protuleris, de quo qui manducaoerit viuet in æternum, lignum vitæ quod est homo ille antonomasticus filius Dei, & tuus, de quo propheta [f] regius *homo natus est in ea*, sed qualis homo? Deus homo [g] *Θεάνθρωπος*. In cuius ligni, arborisqoe vitæ circuitu, spirituales srbores varios, salutareique cuiosque generis virtutum fructus producentes, secus decutsos aquarum viuentium, gratiarum diuinarum, benedictionomque, pulcherrimè, amœnissimeque plantantur. In qoa bonorom omnium, virtutumque diuinarom fœcunditate, cunctorum fidelium miserata labores, affluenter illorom necessitatibus succurrere sueta te verè matrem misericordiæ, beatæque consolationis ostendisti: [h] & sicot sol super bonos, & malos oritur, omnibus suæ claritatis, luminisque radios fœcunda largitate diffundens, sic tu *quoque solis iustitiæ mater præterito non discutiens merita, te omnibus exorabilem, clementissimamque prabes, omnium necessitates amplissimo quodam miserans affectu.* Quot fideles principes, ac populos, magnæ virtutis homines, vtriusque sexus legimus, qui singularia eaque magna, valde sibi salutaria bona, beneficiaque à tuu præsidio, ac patrocinio in se ipsus cumulato fructu deriuata reuoluentes animo, memoriaque recolentes, se suaque omnia pro gratissima, religiosissimaque gratiarum actione sine fine tuas diuinas, immortalesque virtutes singularibus encomiis adorantes, obsequio tuo, seruitioque consecrarunt? Vnum pro multis sufficiat nobis breuitatis caosa commemorare, sanctum nempe Stephanum, Pannoniæ regem, sacra, Christianaqoe propter eminentes, mirandasque virtutes apotheosi donarum. Qui mirabili auxilio per tuas pias, misericordesqoe intercessiones de manu filij tui Saluatoris nostri potenter euocato, à tyrannica, violentaqoe fas omne abrumpente Conradi Imperatoris oppressione liberatus, totum se com sobditis fidelibus, regnoque suo, deuota profusione, resignationeque meritoria in perpetuum seruitio tuo, ac honori promouendo non tam verbis, quàm

Antithesis inter S. Mariam & Euam.

a Chrysost. in psal. 44.

b Genes. c. 2.
c S. Bern. in deprecatione ad S. Virginē.

d Ioan. c. 4.

e S. Bern. ibi. *S. Virgo mysticum Paradisum.*

f Psal. 86.
g S. Dionys.

h S. Bernard. ser. eodem.

Multi magni nominis principes, & populos in gratiarū actionem S. Virginis pro meritis illius in se collatis, se, suaque consecrarunt. Vt S. Stephanus rex Pannonia.

facts tibi gratias agendu, solenni dedicatione sacrauit. Miris perfusos gaudiis exultans, deuoteque gestiens, qood sibi sicuti sæpius filio tuo piè supplicauerat, in solenni gloriosæ assumptionis tuæ festiuitate, vitam cum temporali motte commotare contingeret. In cuius gaudiis (inquit [i] vitæ scriptor) vt sui corporis fieret dissolutio precibus à Domino, filio tuo contendit, lachrymis, & gemitibus impetrauit: sperans cumulationis misericordiæ se spem habiturum, si in tam solenni die tuæ admirabili, gloriosæque assumptioni sacratu moreretur. Tibi pro gente nostra, totoque hominom genere tuarum virtutum fructibus in salutem, si voluerit, copiosè saturato, immortales gratias agentes ote pio, quantum possumus, laudes tuas omni facundia maiores intonate, nullo quandiu spirabimus tempore

B cessabimus. [k] Cùm hortus deliciarum nobis sacratissimus tuus vterus extiterit, ô Maria, ex quo multiplices gaudij flores, fructusque salutis, quotidie colligimus. Quis posset iustorum à tuis præconiis, laudibusque quiescere, seque à gratiarum actionibus tibi referendis, agendisque temperare, quoties mente recolit quàm magna multitodo dulcedinis toti terrarum urbi, humanoque generi inde misericordiret affulserit? [l] *Tu sanctorum areola aromatum, à cœlesti consita pigmentario, virtutum omnium speciosis floribus delectabiliter vernas.* Tu charismatum meliorum æmulatrix, supernaturalibus sancti Spiritus obumbrata gratiis filij tui Domini nostri benedictionibus abundans,

C misericordiæ, charitatis, omnisque sanctitatis fructibus pro salute mundi feliciter exuberas.

Quibus affluens quoties sponsæ filij tui immaculatæ virgini simul, instar tui, gaudia fœcundæ matris habenti, Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ potenter suis in afflictionibus exclamanti, gementiqoe succurristi? Quoties illius monarchico rectori filij tui vicario Romano Pontifici, contra perduelles diuinæ, humanæque maiestatis reos, filij tui iuratos hostes, tuos, & illius auxilia salutaria precibos, lachrymisque flagitanti tuis armata præsidiis opitulando subuenisti? Qooties fidelibus principibus veris Ecclesiæ Catholicæ, Romanique

D Pontificis alomnis, præcipuè verò Regiboa Galliæ Christianissimis ad suam regnique defeosionem in dubiis vitæ periculis, vires, & arma salotifera tuo patrocinio subministrasti? quoties rerum ad eorum salutem, & gloriam spectantiom, solicita charitate sategesti? Quoties Catholicarum nationom populos, singulariter autem fideles Regum Franciæ sobditos, contra umnes Regni Catholicæqoe teligionis aduersatios propitia defendisti? defeosus bonis temporalibus, spiritualibusque pru salute sua locupletasti? Quorum omnium tam principum vtriosque monarchiæ, quàm populorum, Catholica fide præstantium, huius operis mei decursu contra monarchomachos cuiusqoe generis, impietate, oequitiáque fœdatos, monarchiarum Christi Domini, tam spiritualis, quàm secularis Catholicæ pestes infestissimas, patrocinium, defensionemque suscepi. Pro qoibus tua miseratione, prutectioneque seruatus, gratias, quas animus potest ex-

i Carthuirius in vita S. Stephani regis Vngariæ.

k S. Ber. in deprecatione ad S. Virginē
l *Imitatio S. Bernardi, paucis variatis, & additis.*

3. *Pars. Gratias agit B. Virgini pro meritis ab ea in principes vtriusque fori, populosque fideles, præsertim Francos collatis.*

cogitare maximas, tibi sacratissima virgo misericordiæ mater, cū excessu voluntatis, affectusque mei summo referre conor, agamque dum viuam incessabili voce cordis, & oris, tuas ineffabilis meriti virtutes diuinas, immortalesque magnificādo, prædicando, summis exaltando laudibus, & honoribus efferendo. Quæ omnia his tuis tot, tantisque virtutibus, cùm dignè præstare non potero, saltem eas adorando mirabor, mirandoque in mei feruore desiderij, cum præcone laudū tuarum deuotissimo clamabo.[a] *Quum misericordia tua, ô benedicta inter mulieres longitudinem, & latitudinem, sublimitatem, & profundum queat existimare? Nam huius tuæ longitudo misericordiæ vsque in diem nouissimum inuocantibus te subuenit vniuersis, latitudo verò replet orbem terrarum, vt tua quoque misericordia plena sit omnis terra, sic & sublimitas eius ciuitatis supremæ inuenit restaurationem, & profunditas eius sedentibus in tenebris, & in vmbra mortis obtinuit redemptionem.* Quid plura?[a] *Per te cælum repletum, infernus euacuatus est; instaurata ruina cælestis Ierusalem, expectantibus miseris vita perdita data.* Sic potentissima, & piissima charitas tua, & affectu compatiendi, & subueniendi abundat effectu, æquè locuples in vtroque. Et sicut filius Saluator noster,[b] Dominus virtutum, gloriæque Rex ab Angelis acclamatur, verùm non gratia, sed natura; non per participationem, sed per essentiam: ita te Dominam virtutum, cœlestisque gloriæ reginam, sed gratia eiusdem filij tui, munereque diuino, per participationem illius diuinæ virtutis merito, cum summa reuerentia proclamare debemus. Illud nēpe Boos, Ruth, Moabitidi dictum tibi soli propriè inter omnes mulieres, vereque competit cæteris per figuram.[c] *Scit enim populus, qui habitat intra portas vrbis meæ mulierem te esse virtutis.* Et quamuis tot immensa, maximaque beneficia, quæ tu toties in Ecclesiam Dei filij tui, in sedem Apostolicam regale vniuersalis Ecclesiæ solium, thronumque monarchiæ spiritualis, in pastorem illius œcumenicum Romanum Pontificem, in regem Francorum Christianissimum, in Catholicos omnes Galliæ populos, in alios principes, & gentes orbis Christiani fideles, plena misericordiæ, charitatisq; manu rependisti, mihi obiecta, subiectaq; dignissima gratias agendi tibi non essent sicuti sint: tamen ad solam miserationum tuarum, beneficiorumque, quibus me à primis vnguiculis ad hanc vsque senilem, in qua iam voluor ætatem, cum singulari misericordiæ, charitatisque visitatione fouisti, omnique externo destitutum præsidio sustentasti, reflectionem, meus cogitatione conuersus animus, obstupefactus rei difficultate languesceret. Atque in ea prorsus meditatione deficeret: quid tibi retribuere possem, pro omnibus quæ tu mihi per Iesum Christum filium tuum patrocinando contulisti. Sola me prætermissis cæteris, nouissimi beneficij, quo tu me in præsentis operis elucubratione adiuuisti semper, tuaque

a S. Bern. ser. 5 de assumptione S. Mariæ.

a Idem ibid.

Virgo Dei mater, Domina virtutum dicitur.

b Psal 23. v 10

c Ruth c. 3.

4. Pars. Pro miserationibus, beneficijsque sibi à S. Virgine concessis, præsertim pro continuato operis illius patrocinio & adiutorio author gratias agit quantum voto consequi potest.

A ad optatum finem misericorditer intercessione direxisti consideratio vehementer angit, difficultasque pro eo tibi gratias agendi me prorsus exanimat, & interimit. Vnum possum dicere optando maiora, me totum seruitio tuo, quoad viuam, & post præsentis vitæ functa mancipare: & cum opere tui patrocinij, intercessionisque virtute completo consacrare. Quod ego sterilis, adiutrice te, parturiui, & post obstetricante tuæ misericordiæ, charitatisque manu peperi: filij tui, per intercessiones tuas gratia, miseratione que sustentatus. Vt iam in admiratione tui tanti erga me beneficij raptus, atque pro illud agnoscendi per deuotas tibi gratiarum actiones desiderio extra me positus,[d] cum propheta fortiter geminando suspiria cordis exclamare cogar. *Quis mihi genuit* (d Isa c 49 v 21.)
B *istos?* triginta scilicet huius operis libros, tot fœtus, filiosq; spirituales? *Ego sterilis, & nō pariens. Et istos, quis enutriuit? Ego sicut destituta & sola, sc. mulier & istis,* partus nēpe spirituales, *vbi hec erāt?* Sine te, ô fœcunda miserationibus, alma Dei parens! Nullus eorum inceptus ritè laboris cōtinuatione creuisset, crescensque in dies ad fastigium extremum exitu fecundo peruenisset. Ideo totum opus tuæ debetur benignitati, quod in me per Saluatoris nostri, filij tui gratiā, benedictionemque pro meis intercedendo laboribus, conatibusque peperisti. Propter quod quantùm possum, quantùm valeo; quantùm vires corporis, animique mei diuina fultæ gratia sinunt, atque patiuntur; te religiosissimè colo, veneror, & adoro. *Altius inuenis* cum pio tuarum diuinarū perfectionum laudatore[e] simul & admiratore, *quāte deuotionis affectu te à cunctis fidelibus voluerit honorari: qui totius boni plenitudinem posuit in te.* Vt perinde si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis à te nouerimus redūdare, *quæ ascendisti delicijs affluēs, innixa super dilectum filium tuū,* mundi Saluatorem. *Hortus plane deliciarum, quem non modò afflauerit veniens, sed & perflauerit superueniens auster ille diuinus, vt vndique fluant eum virtutum, gratiarūque à Spiritu sancto manantiū aromata fluant & affluāt.* Et cùm[f] *ad locum vnde exeunt flumina reuerti soleant, vt iterum nouo cursu, gressuque fluant:* adeo cùm labores nostri, studia, & opera, à tuo patrocinio tanquam viuo fonte dimanauerint, ista omnia ad te tanquam ad suū propriū principiū, post Deum filium tuum Dominū no-
D strum reuocare, atque te deuotissimè honorificando, refundere vehementer concupisco, & concupita prout valeo mei nunc operis oblatione, factus expleo. Vt inde in me tuorum meritorū, beneficiorūque flumina, copiosiùs, vberiosq; refundātur. Sic sine fine tibi gratiarū actiones actæ, agendæque post Deum, non verbis tantùm, sed factis, nec ore solùm sed corde perseuerēt. Quas iugi veneratione repetere, & iterare per Saluatoris nostri, filij tui, benedictionem, & gratiam, perque tuam clementissimam intercessionem perfectè, deuoteque conabor.

e S. Ber. ser. 2. de Natiuit. Mariæ in fer. ib.

Deus vult S. matrem Virginem ab omnibus fidelibus sublimiter adorari.

f Eccles. c. 1.

CAP. XXIII.

Auctoris deprecatio ad Deiparam Virginem, in quinque partita sectiones.

1. *Pro Ecclesia Catholica filij sui Domini nostri.*
2. *Pro eius vicario Pontifice Romano.*
3. *Pro Rege Christianissimo.*
4. *Pro subditis eius Franciæ populis.*
5. *Postremo pro se ipso.*

Hic proœmiū deprecationis.



NVNC postquam magnum laborum, vigiliarumque trāsnauimus æquor, ad optatū diu quietis, & otij portum, in quo paulisper à diuturna studiorum contentione respiremus, per suaues patrocinii tui zephiros, sanctissima Dei Mater anhelamus. Atque dum operi longo per misericordiam, gratiamque filii tui, intercessionis tuæ merito nobis impetratam, vtcumque nunc absoluto, salutare, Illustreque culmen imponere meditamur: puluinaria non ethnica, sed Christiana, non à sanctitate Catholicæ religionis aliena, sed tua, non immunda, sed virginalia quærimus. Vt piè ad illa procidēres, deuotè prostrati in conspectu tuæ immaculatæ, virgineæque maiestatis, tibi pro Ecclesia Dei filii tui, pro eius in illa vicario monarchico pastore. pro Rege nostro Christianissimo, pro fidelibus illius subditis Galliæ populis, postremo pro nobis ipsis abiectissimis homuncionibus, miserrimisque peccatoribus ardentissimo deuotionis, atque charitatis affectu, deprecationes nostras, votaque fundamus. Cum maximam in tua intercessione, adiutorioque fiduciam, spemque salutis habeamus.[a] *Cur enim nos peccatores in gremium protectionis tuæ confugientes non iuuabis?* Vt cum diuinæ tuæ excellentiæ laudatore loquar; *quando propter nos in tantam celsitudinem es eleuata, vt te Dominam habeat, & veneretur omnis pariter creatura. Si propter peccatores facta es Dei mater, quomodo immanitas peccatorum nostrorum cogere poterit desperare veniam? Cùm tam ineffabile bonum factum sit ex te, propter curationem eorum?* Audiens preces, votaque nostra pro famulis tuis.[b] *Monstra te esse matrem, sumat per te preces, qui pro nobis natus tulit esse tuus.*[c] Dum ad te supplices accurrimus, hæc Ecclesiæ matris de te loquentis imperata facimus.[d] *Transite ad me omnes qui concupiscitis me.* Instar filii tui clamantis.[e] *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos.* O sancta illa tua, salubrisque ad nos terræ peccatores inuitatio! Quare hoc? quia teste seruo tuo,[f] *Omnis à te auersus necesse est vt intereat, ad te verò conuersus impossibile est vt pereat.* Et quia [g] *quidquid Deo filio tuo pro necessitatibus nostris offerre volumus, per os tuum, & intercessiones virtutis admirabilis, vt exaudiamur commendare debemus.* Qoid enim tibi Deus æternus infinitæ bonitatis, atque sapientiæ, sicut omnipotentiæ, quē vt pro-

a S. Anselm. l. de excellētia Virginis c. 12.
Magna salutis spes cuique fideli in patrocinio S. Virginis Deipara.
b In hymno. Eccles.
c Cāt. Eccles.
d Eccl. a 24.
e Matth. c. 11. v. 28.
f S. Anselm.
g S. Bern.

pheta[h] loquitur *vteri sacratissimi* gestatione *circumdedisti* pro nobis intercedenti negare posset? quam tot benedictionibus, gratiis, sublimiū virtutum largitionibus, prærogatiuisque, vt Euæ maledictiones per illius virique peccata, super habitatores terræ diffusas absorberes, pro salute mundi fœcūdauit?[i] *Per fœminam mors, per fœminā vita: per Euam interitus, per te, ô Maria sacratissima! salus. Illa corrupta secuta est seductorem, tu integra peperisti Saluatorem! Illa poculum à serpente propinatum libenter accepit, & viro tradidit, ex quo simul mererentur occidi; en gratia cælesti desuper infusa vitam protulisti, per quam caro mortua possit resuscitari.*

h Hierem. c. 31. v. 22.
Pulchra antitheses inter Euam, & S. Mariam.
i S. Aug. l. 3 de symbol. ad catechum. c. 4. in fine to. 9.

SECTIO I.

Deprecatio pro Ecclesia militante sponsa Christi.

ERgo in tanta tot priuilegiorum, prærogatiuarum, charismatum, gratiarumque diuinarum sublimitate, memento Virginis intemeratæ sponsę illius, à quo tāta bona, illum pariendo, copiosissima largitate recepisti. Respice ambobus misericordiæ tuæ, atque charitatis oculis grauissimas illius oppressiones, foris, & intus, per peccatores terræ variis scelerum generis cuiusque furiis agitatos, excitatas, vt eas dicto citius auxilii tui virtute dissipes, atq; destruas. Tune eā omniū fidelium parentem, solium sacerdotii regalis Romæ tenētem, quam filius tuus sibi *in æternum sine ruga, & macula desponsauit*, diutius sub tantarum persecutionum, oppressionumque ponderibus gemere patieris? Tune illam in terra militantem, dum nunc in cœlo triumphas, immanibus crudelissimorum hostiū furoribus assiduè iactari, percellique tolerabis? Vbi tua illa fortitudo nescia vinci? Et indomita virtus, tot vltrix scelerum, tot potentiorum filii tui, & eius sponsæ persecutorū, inimicorumque domitrix? quæ toties eos insania diabolica percitos, toto terrarum orbe ad fideliū filii tui seruorum cædes, trucidationesque ferocissimè volitantes, tandem missis de cœlo mirabili intercessionis tuę virtute fulminibus, aliisque superborum animos terrificantibus, diuinæ vltionis instrumentis exterminauisti? Nonne tu illa es, quæ mirabili celeritate, diuinæ fortitudinis armata præsidiis, ad sanctam ciuitatem, in qua filius tuus spiritualis sui thronum defixit imperii, ab immanissima crudelissimorum barbarorum, infideliumque Gothorum obsidione liberandam potēter accurristi? Quæ Narseti, Iustiniani Imperatoris exercitui præfecto magno nominis tui cultori, tuæ voluntatis obsequiis addictissimo, hanc procurasti à filio tuo fortitudinem, tuisque virtutem precibus impetrasti? Vt destructis barbarorum copiis, trucidatis horum infidelium agminibus, illorum regem Totilam sua manu interimeret, & vltore ferro illum proprio fœdatū, ingurgitatumque sanguine sic animam vomendo mactaret? Nonne tu illa es, quæ[b] grandine, igne, tonitruo, fulgure de cœli nubibus tuarum supplicationum merito fortiter eiaculatis, Persarum exercitum infidelium, sub Saino duce, à Cosrhoe rege ad exitium Constantinopolitanæ ciuitatis, & Ecclesiæ misso, ad vnum vsque cōtriuisti fulminando? Nonne tu illa, quæ recenti victoria de illis filii tui, Ecclesiæque eius hostibus triumphans, & exultans, illico ad nouas hostium, infi-

Osee a. 3
Auxilio S. Virginis exercitum Gothorum diru Romam obsidione prementē Narsetes destruxit, & eorum regē Totilam propria manu interfecit.
a Euagr. l. 4. c. 23. an. 557. Iustinia imp. 27. Vigilij Pap. 14.
b Theoph in annal. an 625. imperāte Heraclio.
Exercitus Persarum Constantinopolim obsidens fulgure precibus S. Virginis exterminatus.

deliumque cædes, pro illius ciuitatis religiosæ, A Ecclesiæque orientalis salute, consuetis tui patrocinij armis te accinxisti?[a] Cũ aliũ ferocissimũ exercitũ huius regis multitudine innumerabilem sub Sarbara duce, eũdẽ sanctã tunc ciuitatẽ atrocissima obsidione prementẽ, repentini auxilij miraculo destruxisti? Quæ diu ferocem superbiam ducis Saracenorum Haumar filij tui Domini nostri agminibus per blasphemias insultantis, & ipsam ciuitatem tibi ab auctore suo Constantino Magno consecratam, dictamque propterea *ciuitatem sanctæ Virginis*, cum ferocissimo, maximoque barbarorum suorum exercitu crudelissimè ad vastationem, destructionemque persequentis, sustinere non potuisti. Quin statim illum cum toto exercitu virtute miraculosa confoderes: fugientem longè à mœnibus ciuitatis, B vnà cum dissipato, consternatoque exercitu terra, marique erumpentibus ex ærbere grandinibus, ignibus, procellarum spiritibus, fulminibusque persequereris? nunquam à cursu, & pugna sacra deficiens, quousque omnes ad vnum, cum illo retro, immanique duce lethalibus affecti vulneribus, diræ mortis hiatu, funestique funeris æternis adiudicati cruciatibus absorberentur? Ne quæso virtutis tuæ manus abbreuietur, pro hac filij tui sponsa in terreno campo, contra tot hostes improbitatis, impietatisque multiplicis telis armatos laboriosissimè militante![b] Sed exurge fortissima Virgo, filij tui nostri Saluatoris armatura præsidiisque munita: vt *omnes illius sponsæ inimici dissipentur, & fugiant qui oderunt eam à facie eius. Sicut deficit fumus deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores illi*, C tuis precibus à facie Dei filij tui: & sic iusti in sinu matris Ecclesiæ merito conclusi *epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia.*[c] *Tu enim mons ille sacer es, in nouissimis diebus præparatus, domus Domini in vertice montium*, veluti sacrum promontorium, quò illa sponsa Christi filij tui militans Ecclesia, & iusti cum illa matre honorificata filij, magnis in hoc turbulento huius mundi mari, persecutionum tempestatibus iactati confugiunt. Quem propheta vaticinando significauit, magno teste Gregorio seruo tuo, hæc dicente de te:[d] *Mons quippe fuit, qui omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendit.* Addens hæc, D quæ certè vera sunt. *Annon mons sublimis Maria, quæ vt ad conceptionem æterni verbi pertingeret, meritorum verticem super omnes Angelorum choros vsque ad solium Deitatis erexit? Neque enim tu*, vt eum eodem sancto doctore loquar, *mons in montium vertice fieres, si supra Angelorum altitudinem te diuina fœcunditas non leuaret.* Omnia omnibus fieri voluisti, vt omnes filio tuo lucrareris, melius, & perfectius, quàm ille Apostolus, qui dixit.[e] *Omnia omnibus factus sum, vt omnes Christo lucrifacerem.*[f] *Facta es omnia: sapientibus, & insipientibus, copiosissima charitate debitricẽ te fecisti. Omnibus misericordiæ tuæ sinum aperuisti, vt de plenitudine tua accipiant vniuersi: captiuus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, Angelus lætitiam, denique tota Trinitas sanctissima gloriam, filij persona carnem humanam, vt non sit, qui se abscondat à calore tuo.* Tu qui salutem generis humani sicut filius tuus in cruce sitire soles: vnde non sine mysterio sublimi per Esaiam,[g]

[a] Theoph. ib.
Cedr. Theoph. Basilius Imp. in Menolog. die 15. August. an. 718.
Ex iisd. ann. 625.
Ne abbreuietur S. Virginis virtus pro Ecclesia defensione oras.
[b] Imitatio ex psal. 67. 1. 2. 3.
[c] Esa. c. 2.
[d] S. Greg. l. 1. exposit. in 1. Reg. c. 1. 10. 2.
[e] Phill. c. 3. v. 8
[f] S. Bernard. super illud Apoc. c. 12 Magnum signum &c.
[g] Esaiæ c. 5;

terra sitiens es appellata, non te miserebit matris fidelium, sponsæque filij tui, in tot afflictiones, miseriasque distractæ? Quas intuens, cogitansque quis iustorum verè Catholicorum vota non faceret?[h] vt totus sanguis corporis sui pro ea tot vexationũ cõcussa calamitatibus valdè lãguentis, effœti, propeque exanimati, cerebrum quoque capitis, ossiumque medullæ in lachrymas, fletusque dissoluantur, ac totus in luctus, gemitusque superessundatur? vt à tam duris, continuisque malorum turbinibus illa tantisper eluctando respirare posset.

S. Virgo sicut filius salutem hominum studio igne charitatis inflammato desiderat.
[h] Imitatio lamentationis Eleonoræ Reginæ ad Cælest. 3. Papam an. 1191 apud Petr. Blesens. ep. 144.

SECTIO II.

Pro Romano Pontifice deprecatio.

AT inter viua membra ipsius, quæ est corpus Christi filij tui, sicut sponsa, ne quæso præcipui capitis nempe visibilis eius Rom. Pontificis obliuiscaris, quem *constituit* filius tuus, Christus Dominus, *fidelem seruum, & dispensatorem, super omnem familiam*, quæ est ipsa Ecclesia sancta, immaculata, ab omni crimine, erroreque libera. Cuius fecit illum pastorem œcumenicum, monarchamque in spiritualibus sanctissimum. Cuius sanctitatem dignitatis, & honoris in Ecclesia Dei supremi, quàm atrociter homines cuiusque generis nefarij vitæ perditi, nefanda, suarum calumniarum fœtore proscindant, quàm fœtido atrocium iniuriarum vomitu polluant, quàm blasphemantium mendaciorum, confictorumque sceleratè criminum putrefactionibus adulterent, quàm denique totum pontificalis imperij sacrarium dementibus suarum conspirationum delirantium, conatuumque sæuientium ardoribus ab alto culmine labefactare moliantur, non ignotas. Tunc illum in tanta vitæ fortunarum, honorisque pericula coniectũ à tot perduellium insidiis, odiis, calumniis, furoribusque circumuallatum, & obsessum, filij tui vicariũ, tuo destitutũ patrocinio deseres? tunc eius authoritatem sublimem super omnes fideles, spiritualemque monarchiam, tot hæreticorũ, schismaticorum, & aliorum circa fidem, moresq; naufragorum blasphemiis indignissimè conculcatã, tua virtute, tuo summo apud filium tuum Dominum nostrum saluam incolumemque præsidio non vindicabis, atque seruabis? Prope es tu sanctissima mater ad auxilium omnibus inuocantibus te, priuatos homines in sua afflictione clamãtes ad te nusquam deseruisse te legimus. Hunc tã priuatarum, quàm publicarum personarum, siue principum, siue populorum pastorem, rectoremque in spiritualibus, in tuæ semper intercessionis ope confidentem non respicies? & salutaris auxilij tui potentia viriliter à suis hostibus, qui filij tui sunt, liberari summis, assiduisque precibus à te contendentem magnopere non exaudies? Absit longè à nobis vt ista credamus! absit vt vnquam de misericordiæ, charitatisque tuæ ab omni tempore, de hoc filij tui vicario, eiusque salute, & honore solicitæ salutari subsidio dubitemus! qui veteres, & nouas sanctæ Ecclesiæ replicantes historias experientia didicimus, nullum vnquã persecutorem sanctissimi Patris in S. Petri cathedra vicibus tui filij fungentis tuo semper pro illius salute patrocinio vigilante, vltricem

Nullus Rom. Pontificis oppressor Dei vindictam euasit.

A Dei filij tui manum euasisse. Vt de pœna taceam damnationis æternæ, sæpe legimus digitum Dei tua intercessione commotum in vindictam sui ab impiis oppressi vicarij, pro arbitrio suo, regna, & imperia transtulisse, seculi potestates, in fauorem præstitæ suo vicario defensionis erexisse; alias propter contemptum Apostolicæ sedis, & oppressum ab illis huius sedis, catedræque Pastorem in ruinam, interitumque deiecisse. Nunquam te secolaris elatio deterruit. [a] *Superbus est Moab, & maior est superbia eius, quàm fortitudo ipsius: è contrario autem nomen Domini plurima fortitudo.* Memẽto hunc esse vicarium filij tui, à quo omnem tuam nobilitatem, perfectionemque desumpsisti. [b] *Clara proauorum titulis, sed incomparabiliter clarior generositate prolis: filia siquidem Regum es, sed mater Regis Regum.* Memento illum esse, cui sicut Beato Petro in illius persona B filius tuus dixit: [c] *Pasce oues meas, dabo tibi claues regni cælorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis;* [d] *& quodcumque solueris super terram erit solutum & in cælis.* Memento illum esse, pro quo [e] filius tuus assiduè precatur, *ne deficiat fides eius;* cui scis illius dignitatem monarchicam, super omnes filios sponsæ suæ, honoremq; ministerij spiritualis esse gratissimũ.

a Esaiæ c. 16.

b Petr. Damian. serm. 2. de natiuit. Virginis.

c Ioan. 21.

d Matth. 16.

e Matth.

SECTIO III.

Deprecatio pro Christianissimo Rege Galliæ primogenito Ecclesiæ filio.

SED inter omnes fideles principes, & populos carissimos Ecclesiæ filij tui filios, sit tibi in deliciis, in corde, in pectore, primogenitus eius C filius Rex Christianissimus Francorum: ne seruorum tuorum verè Catholicorum, pro illo tibi deuotè supplicantium vota, preces, & obsecrationes abijcias. Quæ semper antiquorum Galliæ Regum, ipsius qui nunc regnat principis Christianissimi maiorum incolumitatem, salutem, & gloriam, cum pacata regni prosperitate tua misericordi pietate, solicitaque charitate promouisti. Qui in tua tutela, protectioneque suum cogitatum, fiduciamque iactantes, de cunctis hostibus, de cunctis aduersitatibus publicis, & priuatis, ne sou sæuius ingruerent imperio, sub tuis auspiciis semper, præsidiisque triumpharunt. Quæ toties in Christianissimorum Regum fauorem tibi deuotu, voluntarioque seruitio mancipatorum, te pro sua, populique salute deprecantium, mirabilia in terra hac eorum regno fecisti: D vt ad eorum vota populos illis subditos à grauioribus publicarum calamitatum pressuris eximeres. Nuuquam Christianissimos Franciæ Reges fidelis, quam in tuæ misericordiæ, charitatisque præsidio collocarunt, confidentia fefellit, tuam sanctissimam maiestatem rogate, & obtestari solitos. Instar Iustiniani Magni, his verbis suas gratiarum actiones filio tuo factas, pro immortali, maximoque subiugatę à se Africæ beneficio concludentis. [a] *Hoc etiam deprecantes exoramus sanctæ, & gloriosæ semper Virginis, & Dei genitricis Mariæ precibus, vt quidquid minus est reipublicæ nostræ per nos vltimos seruos suos restituat, in nomine suo, Deus, & dignos nos faciat seruitium eius adimplere.* [b] Non enim in arcu suo sperauerunt illi Reges nostri, *& gladius eorum non saluauit eos:*

S. Deigenitrix semper Franciæ Regibus propitia.

a l. 1. C. de officio præfecti prætorio Africæ.

b Psal. 43. v. 8.

A sed tu ô sanctissima Dei Mater, per vota, precesque tuo filio fusas, [c] *Saluasti eos de affligentibus se, & odientes eos confudisti.* Ne igitur faciem tuam misericordiæ splendore, & charitatis ardore diuinitus effulgentem à Rege nostro nunc Gallica sceptra hæreditario, paternoque iure possidente, moderanteque sapienter auertas: quam semper ad illius maiores piè, feliciterque conuertisti. Virtutes illius animi celeriores amplifica: illum populis in sanctitate continua, iustitiaque dominari procura: ab omnibus hostium fraudulentorum, clandestinorumque insidiis, sicut à violentis, atque ferocibus manifestorum, apertorumque conatibus incolumem, saluumque libera: liberatum in tuta pacatæ dominationis, imperiique prosperi statione conserua. Offer huius principis nostri virtutes, salutem, & gloriam filio tuo, Saluatori nostro: vt B oblata conseruet, augeat, ad perfectum verticem, fastigiumque suæ summæ in illum, immensæque benignitatis effusione perducat.

c Ibid. v. 6.

Vt in omnibus salutem, gloriamque Regis nostri procuret oratur S. Virgo.

Ipsi Domino nostro filio tuo principis huius regnum, populosque oblatos à te commenda: vt hos, & illud, pace tam ardenter optata, prosperitateque perfundat. Omnia hæc, Regem, regnum, populosque, fac ipsi filio tuo, Regum Regi, dominantiumque Domino, tuæ interuentu gratiæ, tuæ in illum gloriæ Dominum fauore charitatis acceptissima. Tu namque illa es Domina, princepsque Facierum, quam Hebræi MITRATON, appellabãt, quam in suis secretioribus, sublimioribusque mysteriis, creaturarum omnium pulcherrimam diu, multumque disquirentes agnouerunt, licet ad tuarum perfectissimarum virtutum, diuinarumque, super C omnes creaturas pulchritudinum veritatem plenè nusquam penetrare potuerint: sicut post illos plenius sancti, Christianique Doctores, illius veritatis illuminati fulgore te talem Sancto illos spiritu docente cognouerunt. Quæ in Regiam supernæ felicitatis aulam, diuinum sanctissimæ Trinitatis sacrarium, omnes sanctos, sanctasque tuarum pulchritudinum meritu, tuæ intercessionis afflatu, diuinæ gloriæ claritate fruituros intromittis. Propterea te sanctis omnibus, quas instruebat virginibus, vous, de tuæ maiestatis seruis obsequentissimis, Doctor maximus, tanquam exemplar ad imitandum perfectionis omnimodæ sic loquendo proponebat. [d] *Sit vobis tanquam in imagine descripta virginitas, vitaque beata Maria, & qua velut in speculo refulget species castitatis, & forma virtutis. Hinc sumatis licet* D *exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere debeatis ostendunt.* [e] Ideo Christus Dominus te matrem virginem elegit, *vt ipsa omnibus esses exemplum castitatis, in qua velut in speculo refulget forma virtutis:* atque id omne quod Sancti Doctores de tuis diuinis super omnes creaturas, mirabilibusque perfectionibus encomio deuoto publicarunt. Quibus attractus & illectus omnipotens Deus, in tuis sacratissimis visceribus incarnatus, omnes diuinæ electionis filios, vtriusque sexus, Sanctos, & Sanctas tuis precibus sibi commendatos ad se venientes, maiori suæ misericordiæ, benignitatisque propensione recepit. Sicut longè ante eorum secula verbis istis regius Propheta prædixerat. [f] *Adducentur Regi virgines post eam: proxima eius afferentur tibi. Afferentur*

Beata Virgo verè dicitur Princeps facierum, dicta ab Hebræis Mitraton. omnium creaturarum pulcherrima.

Gregor. Venet. tom. 5. harmoniæ mundi c. 6. cantic. 1.

d S. Ambros. l. 2. de Virginibus.

e Sophon. serm. de assumptione S. Virginis.

f Psal. 44. v. 15.

in lætitia, & exultatione, adducentur in templum Regis. Atque in obtestando te pro Rege nostro, deprecationis meæ vela complicans, vnum tibi pro fine supplicabo, vt cum cæteris sanctis filij tui honoris obseruantissimis per partes, tibi verò se totam gratiæ diuinæ plenitudo singulariter effuderit, tantùm à filio tuo [a] Regum terræ principe, gratiarum, benedictionumque illi impetres, quantùm sit illi satis ad amplissimam temporalis, æternæque felicitatis assecutionem.

a S. Hieron. Apoc. 1.

SECTIO IV.

Deprecatio pro Galliæ populo.

EX quarum cumolo da, clementissima Virgo, vt in eius Regis Christianissimi subditos Galliæ populos, veræ fidei, Catholicæque religionis radiis illuminatos, multi salutis fructus, vitæque bonæ redundent. Ad te verum, diuinumque restaurationis humanæ tabernaculum, [b] *in quo requieuit qui creauit te*, non pedum velocitate, sed morum sanctitate, non motu corporis, sed progressu pietatis accurrant: vt à te efficaciter exaudiantur; sicque filij tui, Domini nostri, maiores tuis meritis, & patrociniis gratias, benedictionesque consequantur. Magnæ tuæ semper in omnes homines misericordiæ, maiores in Christianos, sint quæso maximæ in Christianissimos Galliæ populos. Magna tua benignitas, atque charitas, vt afflictis in terra succurreres, cùm adhuc in ea cœlestibus inhians exulares; quanto maiorem mortalibus tuam in hac miseriarum valle opem, auxiliumque per orationes assiduas implorantibus exhibes nunc in cœlo triumphans? Hos qui inter cæteras orbis Christiani nationes tibi fidelissimè seruierunt, populos sub vmbra protectionis tuæ, diuinique præsidij protegere dignare: & filij tui gratia tuis impetrata precibus, *Rege eos & extolle illos vsque in æternum.* Et quoniam de Galliæ populis, sceptro principis Christianissimi subditis, non omnes, vt Christiana religio, filij tui mandata, eiusque sponsæ decreta præscribunt, viuendi normam piè, sobriè, iustéque sequuntur, sed multi de illis errantes *sicut oues quæ perit*, à Catholicæ fidei sinceritate, Ecclesiasticæ doctrinæ puritate, morumque bonorum sanctitate, perniciosa rebellione recedentes, in execrabiles abominationis hæreticæ, schismaticæ, vitæ perditæ, sceleratæque scopulos illisi, se in terribiles exitij suarum animarum sempiterni fluctus voluntariè præcipitarunt. Dum adhuc illis spirare datur, dum adhuc in terra superstites vita mortalis, caducaque retinet: oramus, obsecramusque te, clementissima misericordiæ mater, vt eos ab istorum fluctuum, æstuumque mortiferi maris voragine potentibus tuarum miserationum, compassionum charitatis, patrociniique manibus eripias: precibus filium tuum efficacibus obtesteris, ne [b] *perdat cum cæteris impiis animam eorum*, vitamque *cum viris sanguinum, in quorum manibus iniquitates sunt.* Sed sua eos infinita bonitate præueniendo, per salutares veræ pœnitentiæ vias, tractusque lachrymarum contritionis, tristitiæque secundum se, maris, in portum salutis, conuersionisque beatæ celeriter educat. Tibi namque proprium est ab omni seculo, sed magis nunc in cœlo triumphanti, quàm

b Eccles. c. 27.

Pro Gallis improbis in sceleribus haeresos, schismatis, aliarumque eorum bonos mores improbitatum contagione fœdatos orat vt conuertantur.

b Psal. 25. v. 9. 10.

Proprium S. Mariæ magnis peccatoribus

A adhuc in terris exulanti, magnis peccatoribus propriæ animarum salutis oblitis, imo etiam per miserabilem obstinationis insaniam horribiles, sempiternosque damnationis futuræ laniatus, morsus, & vngulas sibi quærentibus eorum cæcitates voluntarias, amentiasque miserando, ne immortaliter intereant opitulari. Illis à filij tui seruitio prorsus auersis grauissimè peccando, vt scelerum suorum fœtores agnoscerent clementissima commiseratione succurrere. Atque vt cum pio, maximeque tuæ maiestati deuoto Doctore loquar; [c] *magna tua fuit semper erga miseros misericordia, cùm adhuc exulares in mundo, sed nunc multo maior erga eosdem miseros peccatores, cùm iam regnes in cœlo.* B *Maiorem per beneficia innumerabilia nunc ostendis hominibus misericordiam, quia magis iam vides innumerabilem hominum miseriam. Vnde pro splendore prioris misericordiæ fuisti pulchra, vt Luna, pro splendore verò posterioris misericordiæ, tu es electa vt Sol. Nam quemadmodum Sol Lunam superat magnitudine splendoris, sic priorem tuam misericordiam superat magnitudo posterioris. Quis ergo est super quem Sol non luceat in terra? Ita quis est, super quem tua in hac miseriarum valle misericordia non resplendeat?* Quamobrem fidelibus Gallis, qui nunquam in hæreticæ, schismaticæque prauitatis sordibus fœdati iacuerunt; qui semper bonæ, sanctæque vitæ irradiatione coruscarunt, cum incremento virtutum prosperitatis accessionem, intercessionum tuarum virtute locrare; aliis verò qui à Christiana sanctitate, fidei sinceritate, Ecclesiasticæ doctrinæ puritate, prauis C inquinati persuasionibus exorbitarunt: salutares veræ conuersionis, pœnitentiæque fructus, misericordes pro illis filio tuo preces, obsecrationesque fundendo largire. Vt post conuersionis salutaris effectum, his, & illis bonorum operum fœcunditatem, purioresque prioribus animi, corporisque functiones, ad maiorem Dei, filij tui gloriam, plenioremque illorum in hac, & altera vita prosperitatem pro illis precando ministra. Memor tuæ maternæ fœcunditatis, virgineæque puritatis, quæ in te cum summa perfectionis Christianæ plenitudine sese mutuò sanctissimè deosculantur. *Quod operatus est in te filius tuus virginum sponsus,* [d] *qui maternam tibi fœcunditatem attulit, sed virginitatis integritatem non abstulit; vt sit gaudia matris habeas, cum virginitatis honore.*

etiam voluntariò peccantibus, suamque per mala opera damnationem quærentibus miserando succurrere magis nunc regnantem cœlo, quàm cum exularet in terra.

c S. Bonauent. in speculo S. Virginis.

Orat vt pro omnibus Gallis tum bonis, tum malis intercedat.

d S. Aug. l. 1. de symbolo ad catechumenos c. 4.

D

SECTIO V.

Deprecatio autheris pro se ipso.

AT me, dum sincerus, piusque charitatis affectus ad humiliter tibi supplicandum pro omnibus, quorum in opere meo, contra omnes Ecclesiæ Catholicæ, regnique Christianissimi perduelles, occultos, & apertos, patrocinium, defensionemque suscepi, ratione iustissima compellit; non tam meæ sum salutis oblitus, vt pro meipso miserrimo peccatore, qui plus omnibus misericordiæ tuæ subsidiis egeo, salutaria immensæ tuæ charitatis auxilia precibus maximis, votisque imo de pectore fusis implorare morer, & efflagitare desistam. Ego enim qui semper in vmbra misericordiæ tuæ charitatisque post Deum spem meam, fiduciamque collocaui,

S. Virgo nubes cœlestis lucida, atque dei dicta, quæ protegit, & regit afflictos in terra.

A nunc grauis annis, & infirmitatibus vehementiori desiderio, quàm ante, feruentiorique voluntatis affectu, sub alas tuæ clementissimæ protectionis accurro. [a] *Tu enim cœlestis illa, lucidaque nubes salutaribus gratiarũ, benedictionumq; diuinarum imbribus fœcunda; quæ fulgur de cœlo lucidissimum Christum Deum ad illuminandum mirabili virtutis supremæ modo deduxisti. Quæ constrauum Spiritus sancti in te ipsa reconditum, in has inferiores mundi regiones orasque deduxisti.* Quæ salutiferus eiusdem Sancti spiritus imbres, ad producendum fidei, charitatis, cæterarumque virtutum fructum magno in genus hominum ardentis amoris impetu dimisisti: Nubes, inquam, *diei non noctis, qua se Sol iustitiæ Christus Dominus mirabiliter inuoluit, per eam legis antiquæ præfigurata*, de qua hæc Propheta Regius. [b] *Coram patribus eorum quæ fecit mirabilia in terra Ægypti in campo Thaneos interrupit mare, & perduxit eos: statuit aquas quasi in vtre, & deduxit eos in nube diei.* Verè diei tu nubes, quæ

a S. Epiphan. Episcopus Salaminæ vrbis in insula Cypro, serm. de laudibus Mariæ.

S. Hierosm. in psal. 77.
b Psal. 77.

B nunquam in tenebris ignorantiæ, malitiæ, miseriæque à peccatis ortæ iacuisti; sed semper in luce virtutum omnium, operumque bonorum coruscans irradiasti. Ad te nubem cœlestem, lucidam nubem diei sempiternæ sacratam, longè à magnis vitiorum, ignorantiarum, malarumque passionum ardoribus confugio. *Ego vir videns paupertatem meam*, sterilis in omni opere bono, virtutis, doctrinæque salutaris inops, ad te fontem virtutum, gratiarum, salutariumque scientiarum sitiens aquas salutis æternæ festino. [c] *Origo fontium, & fluminum mare, & tu virtutum auctrix, & scientiarum scaturigo sanctarum. Quia sicut Sol vniuersa cœli lumina præcellit prærogatiua claritatis eximiæ, sic tu totam rationalem creaturam scientiæ virtutisque splendore præcellis.* Quæ ipsosmet Angelos in admirationem, stuporemque rapuerunt, cùm te super omnes cœlos assumptione

Auctrix virtutum, & scientiarum Maria, in requirentibus, & inuocantibus eam.

c S. Bernard. serm. super Salue Regina.

C gloriosa gradientem, diuinis incomprehensibilium corporis, animique pulchritudinum vndique circumfusam splendoribus, sui intellectus acumine speculantes, alter ad alterum penitus obstupefacti clamabant. [d] *Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluens?* Ac si manifestiùs dicerent, inquit [e] deuotus tuarum virtutum, gratiarumque magnificator, *quanta hæc est, & vnde ei ascendenti vtique de deserto, miseriarum valle, solo sterili bonis, & arido, affluentia tanta deliciarum? Nec enim pares inueniuntur deliciæ, vel in nobis, quos in ciuitate Domini lætificat fluminis impetus, qui à vultu eius voluptatis, gloriæque potamur.* Harum ego deliciarum cœlestium salutaribus pauper, & egenus, omni bonorum spiritualium subsidio destitutus, imbribus aspergi, & irrigari inflammato deside-

Angeli S. Virginis diuinas pulchritudines obstupefacti mirati sunt.
d Cant. 8.

e S. Bernard. serm. 4. de Assumpt. in ps.

D rio à te humillimè deposco. *O quanta illæ deliciæ!* [f] *Virginitatis decus cum munere fœcunditatis, humilitatis insigne, distillans charitatis fauus misericordiæ viscera, plenitudo gratiæ, prærogatiua gloriæ singularis.* His misericorditer aspersi, & impinguati diuinarum deliciarũ, gratiarumque roribus, vel potius plouuis benignè dulciterque fluentibus, nostra in tuto posita salute, [f] *lætabimur, & exultabimus in te*: indulgentiam, remissionemque peccatorum, cum largitate gratiæ, per intercessionis tuæ virtutem à Deo filio tuo misericorditer assecuti. [g] *Vt iam in hoc conueniretur misericordiæ Regina vocetis, quod diuinæ pietatis abyssum, cui vis, & quando vis, & quomodo vis crederis aperire. Vt quiuis enormis peccator non pereat, cui*

f S. Bernard. ibid.

f Cantic. 1.

g S. Bernard. serm. 1 super Salue Regina

Cur S. Virgo Mater dicitur misericordiæ.

A *tu sanctissima Sanctorum patrocinij tui suffragia* præstas; [h] *dataque tibi est à filio tuo potestas in cœlo, & in terra, in manibus tuis vita & spiritus nostri positi. Oculi Christianorum omnium, post filium tuum in te sperant, quibus das escam gratiæ, qua plena es, in tempore opportuno.* Neque cum magno Augustino tuæ sanctitati, virgineæque maternitati deuotissimo confidenter dicere verebor. [i] *Scio me præ tua pietate perire non posse, modo pro me piis intercessionibus filij tui misericordiæ viscera pulses.* Proinde iustius multo, meliusque, quàm quondam Adonias Salomonis matrem his re, Beatissima Virgo, precibus affamur. [k] *Pro nobis loquere Regi, quæ in te est pietas, & misericordiæ clementia: neque tibi quidquam denegare poterit.* Iuxta securitatem, certitudinemque, quam dedit tibi filius tuus Christus Dominus in ænigmate per verba Salomonis, facta matri Bersabeæ inuoluto; sed nunc per te propitiationibus, effectibusque tuæ charitatis euoluto. [l] *Pete à me quod*

h S. Bernard. ibid.

i S. August. serm. de S. Virg.

Peccatorum salus per intercessiones S. Mariæ speratur, & in tuto est.
k 3. Reg. c. 2.

B *vis, non est fas vt auertam faciem meam à te.* Hic non quærimus quid corrupta Regis Salomonis Bersabea mater à filio Rege petierit: sed quid tu, ô Virgo immaculata, & incorrupta magni, mysticique Salomonis Regum Regis, dominantiumque Domini genitrix, ab eo filio tuo clementissimè precibus efflagitaueris: salutem nimirum peccatorum, in vitiorum tenebris ambulantium, & in vmbra mortis longè à salute sua languentium. Cùm assiduè stas patrona pro illis, atque harum supplicationum merito sanctarum, & efficacia ad illius misericordiæ, paternæque benignitatis ostium pulsare non cessas. [m] *Memento fili verbi tui, in quo peccatoribus spem dedisti.* [n] *Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus. Non veni vocare iustos, sed peccatores.* O quàm omnes tuæ

l Ibid.

m S. Bernard.
n Matth. 19. v. 12.

Deprecatio Virginis ad filium, pro peccatorum remissione.

C sanctissima Dei mater, virgo semper intacta! virtutes sunt mirabiles; sed omnibus misericordia mirabilior, quæ in te sicut in filio tuo, super omnia opera tua fulgescit. [o] *Nos quidem serui tui*, vt cũ dilecto tuo, fidelissimo maiestatis tuæ prædicatore loquar, *cæteris in virtutibus cõgaudemus tibi, sed in hac potiùs misericordiæ magnitudine nobis ipsis sũmopere gratulamur. Laudamus virginitatem, humilitatẽ miramur; sed misericordia sapit dulcius; misericordiã amplectimur, recordamur, sæpius, crebriùs inuocamus.* Assumpta in cœlum super omnes Angelorum choros, sacrarium diuinæ maiestatis gloriosa penetrasti, vt ibi à Trinitate sacratissima salutis nostræ beneficium patrocinando consequereris. Ad te igitur tutissimum, maximéque salutarem Dei misericordiæ thronum cum fiducia nihil hæsitantes accurrimus: [p] *vt gratiam apud eum* per te inueniamus, *& auxilium eius in*

Misericordia S. Virginis super omnia opera eius.

o S. Bernard. serm. 4. de Assump. S. Mariæ.

p Hebr. c. 4.

D *tempore opportuno reportemus.* Quid est quod me tibi clementissimo Dei throno precibus appropinquare deterreat? [q] *Cùm nihil in te austerum, nihil terribile sit, sed tota suauis existas, omnibus offeras lac, & lanam.*

q S. Bernard. serm in illud Apoc Magnum signũ apparuit

Postremo te pro completo per tuas intercessiones opere humillimè deprecabor, & obtestabor, vt illud qualecumque sit filio tuo Domino nostro Iesu Christo præsentes, quod impetrata per te, & elargita sua benedictione sanctificet, atque gratia cœlesti fœcundet, vt diuinæ ipsius maiestati religiosissimè consecratum, eius sanctissimæ sponsæ, Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ, regnoque huic Christianissimo copiosè cumulato salutis animarum fructu ser-

Orat pro opere cõpleto, author vt oblatũ per eam Christo Domino sanctificetur ab eo, & contra omnium malevolorum calumnias sartum, tectum, incolumeque conseruetur.

uire, perfectéque famulari possit. Sis nobis, oro, A tutissima, & diuina arca, ex virtutum maximarum cumulo puriùs, quàm ex lignis Setim imputridis ædificata: cui opus hoc, laboriosus mei debilis, ac tardi partus ingenij, aliaque postea, te adiutrice, per Dei filij tui gratiam foras eliminanda, ad custodiam credita, sine corruptione seruentur; & à tinea Zoilorum, rubigineque malitiosè criminantium libera vindicentur. Opus hoc non meum, sed tuum est, quod tuis precibus, atque meritis exorsũ incrementis auxisti, auctumque desiderato diu culmine perfecisti. [a] Tu enim *lanam, & linum*, conceptiones videlicet stylum, res, & verba, *quæsiuisti, & operata es consilio manuum tuarum.* Illud quæso carissima Dei genitrix sancto patrocinij tui robore conserua, atque tuæ protectionis, defensionisque propitiæ virga non minus ferrea contra malos, quàm pro bonis aurea, instar [b] Aaronicæ virgæ Magorum virgas in serpentes versas deuorantis, omnes maleuolorum, monarchomachorumque calumnias, dolos, insidias, conatusque, contra hoc opus tuæ tutelæ creditum dissipa, extermina, ac veluti omnia hæc deuorata confunde. Denique pro totius meæ supplicationis, votique coronide, prostratus ad maiestatis tuæ pedes per viscera misericordiæ tuæ, summæ erga genus hominum filij tui sanguine redemptorum, charitatis excessus obtestor te, Regina cœlorum clementissima, vt quæ fuisti mihi in laboribus, studiisque grauioribus semper adiutrix, eadem sis in perpetuitate vitæ consequentis præmij sempiternu conciliatrix.

Exod. c. 37.
a Prou. 31.
b Exod. 7. Numer. 17.

DEO OPT. MAX. LAVS, HONOR, ET gloria, Virginique Matri.



ERRATORVM LOCO REPONENDA PRIMI TOMI.

Primus numerus columnam, secundus lineam columnæ, incipiendo ab vna ex his literis, A, B, C, D. litera M, marginem, D. verò dele significant.

Columna 3. littera d, linea 7. lege præeat. 4. a,9. arbitrium Suetonius 16. b. M. ignotare Deum, 20. 12. b, 16. cognitionem. 12. c, 13. fic. 14. b, 5. examines. 19. b. M. Marci 12. v. 17. 20. a,17. corpore. 25. b, M. regni cœlestis. ibid. D. respicere. 31. c, 4. vngulas. 33. a, 5. impræsentiarum. 35. b,15. accipientes. 45. a,1 somnium. 49. d,19. caputq. 50. d,18. iamque. 52. a, 13. corpus, lege caput. 58. a, 10. anima, 58. d, 4. Spiritu sancto. 63. b,8. multiplicabitur. 64. a,9. promittebat. 65. a, 22. Propterea. 70. c, M. Rex. 71. c, 1. perlege, pro eo. 74. b, M. 2. annal. 74. b,8. 82. lege vi. 75. d,11. motum. 77. c,5. summæ, 78. b, 4 D. in 80. b,4. patuerit. 81. c,4. Spiritum. 82. d, M. ius. 86. a, 1. egeret. 89. d, 12. propositæ. 95. b, M. homini 95 d, 2. arrogantiam. 95. d, 17. hac. 95. c, 6. es, Domine. 96. d,6. corona. 117. b,12. Democratiam. 118. c,9, ad. 123. d, 10. qua. 126. b,4. vestigiis. 154. a, M. Ambros lege, Augustin. 137. 6, M. Regum. 145. b, M. bonorum. 163. c,12. appellat. 164. d,1. sese. 167. b 8. societatis. 167. b, 13. diuidebat. 169. a,5. terra. 171. 6, M. repræsentatur. 175. c,9. Angelorum. 180. d,19. Sanctus. 181. b, M. tyrannide ad. 181. d,15. possumus. 186. a,5. priuati. 192. d, M. cæteri 194 a, 4. sub. 251. d, 9. ad saluandas. 263. & 264. in argumento libri 2. *deest verbum*, agitur. 273. c, 6. cœlos. 290. d, 12. affirmantes. 699. d, 6. gubernatione. 303. a, 1. dignata, 308. c,9. esset. 309. d.16. humana. 311. c.7. fortitudo. 317. d,15 censa. 325 d,10. honoris. 329. b, 10. assistente 330. c, M. docendus 333 d, 4. voluit. 342. a,2. facinus. 346. d, 3. insulenti 353. c, 16. officio. 353. a, M. Petrus. 364 a, 5 dignitate. 364. d, 8. proferrent. 365. b, 6. ostenditur. 377 b, 14 encomia 386. a,12. gerentem. 390. d, 10. similem. 392. a, 25. perspicuè. 395. a, 19 glossa. 395. a,20. clementina. 398. d,3. infimi 403. b, 17 iustitiaque. 434. d, 15. hæc. 442. a, 16. flent. 458. a,4. discriminet 458 b,7 Ecclesia. 458. c,11. emanant. 462. c,1 vltro. 473 d, 13. partes. 481. c,2. reddidit. 487. b, 14 mutamine 489. c,9 Felini. 493. c,2. alienam. 497. b,6. Maximi 516. b,9. corroboretur. 517. c, 4. voluntatis. 519. b, 11. illa. 522. b,16. principium. 530. d, 14. appetitum. 518. b,8. expostulanti. 541. 6,7 Ecclesiæ. 546. d, 6. resurrectione 548. b, 1. parturio 550. a, 13. operi. 555. b, 9. Mose 555. b,11. Matthiæ. 555. c.8. voluit. 556 a, 13. proindeque. 573. c,5. deosculari. 577 b, M dignitate. 583. c,7. 12. 588. b,6. docent. 591. d,17. saluandis. 598. c, 2. mensuras 598. c, M. sportulantes 605. a,16. vniuersam. 208 c, 5. D. pertinentium. 615. d, 9. pes 620. c,8. Iehu. 625. b, 6. absorpta. 617. d, 13 sui. 634. b,12. salutaris. 635. c,6. mandare. 640. c,14. Autissiensis. 661. c,6 ad quod. 662. c, 4. respuerint 673. d, 13. expergiscantur. 676. c,4. præcipimus. 691. a, M. hæreticum. 693. a, M. fratricellis. 702. a,16. expiscari. 705. a,4. D. aut. 706. a, M. afflicti. 707. d, 2. D. in 732. d, 1. Apostolicæ. 733. a,1. ἀνώνυμον. 735. a, 4. Iudæi primum, & Græci. 736. d,1. peiur. 739. b, 9. indulserit, permittant. 745. a, 12. multa 749 a, 12. dementatarum. 749. b,4. Alemaniæ. 749. c,12. Christus D. 750. b, 6. maiestati. 764. b, 13. nimis. 786. d, M. fuisse, aliisque. 798. c,8. pœna. 798. d,2. superent. 803. a,12. definita. 805. c, M hæretici. 811. a, 2. eas. 811. a,10 malunt. 823. b,5. Sanctarum. 830. c,7. Patres. 830 c,12. fit. 833 c,2. Scripturas. 836. c,3 fortuitis. 838. d,1. illum. 838. d, 6. aperta. 840. b, 7. audistis. 847 b, 23. struthionum. 848. d,8. locustæ. 851. a,1. prostitutæ. 854 c.9. veri. 859. b,13. debemus. 862. a,3. quod. 870 a, 11. mysterium. 871. d,4. Hieronymo. 873. d,13. emmineantur. 874. d,19. Antichristus. 875. a,4. abusse. 890. c, 19. sentina 896. c,2. inuictè. 899. b, 11. gratificanti. 899. c,9. Iulianus. 899. d,4. conuictus. 911. a,2. comprobant. 910. a,5. ipsis. 922. d,4 Euangelicæ. 930 c,5. comminus. 945. a, 13. angustius. 943. d,8. idem. 943. c, M. permixtionem. 962. d, 3. omnia. 965. a, 2. licuit. 970. b, 6. deuictis. 975. c,5. excitauit. 984. c,17. aut ipus. 984. d,1. eos. 986. d,5. nequitiæ. 987. b,16. dissolute. 988. c,13. illisa. 989. d, 23. præmium. 991. d, 4. feriant. 994. c, 2. Scæuæ.

SECVNDI TOMI.

Columna 1009. littera b, linea 14. cœlestique. 1012. d,7 bis. 1014. d,17. tangimus. 1015. d, 14 spretus. 1019. b,11. intelligant. 1015. b, 1. præcepit, ingratitudo. 1027. c,1. nitebatur. 1029. c,7. genitalitæ. 1031. d,5. pietate. 1032. a,5. prosperoque certamine certaturos. 1032. c,6. Accaron. 1035. a,15. quæ 1045. b,10. sicut. 1047. 6, 8. D. cum 1051. b,4. momenti. 1053. b. 8. πολλοῖς. 1056. a,7. μετανοεῖν. 1059. c,9. ecstasisque. 1060. d, 11. χρη. ibid. ἀγαθῆς. 1062. a, 2. depulsi restantur. 1063. b, 14. pontificisque. 1068. d, 5. D. *tyrannica feritatis indic.* 1076, b, 4. Isidorus, &c. 1077. a, 9. principes. ibid. M. expertus. 1078. b, M. soli. 1078 b.3. solicitudine. 1078. c,11. patiatur. 1079. b, M. pro oon, l. nota. 1080. a, 6. dominatur. 1080. d, M, quam. 1084. c,14. est. 1084 d, 10. magnus. 1093. b, M. viua. 1098. a, M. esse regola. 1099. d, 3. reipublicæ. 1111. a,8. teneretur. 1113. b,5. quidem. 1115. b,7 hoc. 1122. c,12. μόνον. 1144. d,4. prompti. 1144. d,6. exclusæ. 1147. a,11. innectis. 1147. c, 3. liber. 1148. a,8. audiens. 1151. c,17 confundere. 1154. a,10. familiaritate. 1163. a,6. perfundit. 1164. b,9. rerum. 1168 b,4. D. mihi. 1169 c,9. omnia. 1178. a,15. fines. 1180. a,17. instituto. 1187. b,11. præcidendis. 1188. d, 6. his. 1195. c,13. fastidium. 1196. a,22. eosebatur. 119.6. b,14. habet. 1198. d,8. angebatur. 1200. c,7. D. se. 1213. c,2. immanissimè eum. 1225. c,6. mansuetudo. 1227. c,11. inexpugnabile. 1228. a,13. oppositis. 1218. b,10. Peloponesij. 1235. b,13. lenitatis, 1240. a, M. princeps. 1241. d, 13. trahit. 1244 a, 11. nequitiaque. 1244. 1,4. ponam. 1251. b,12 basim. 1252. d, 8. fit. 1254 c, 12 dilectionem. 1254. d,10. spemque. 1255. d,8. ditissimam. 1258. a,15. ardeant. 14. rumpantur, potescant 15. vltione. 1258. c,11, legit 1259. b,4. definiens. 1268 a, 8. admirabantur. 1271. c,3. prudentiam. 1271. c,9. hanc. 10 collocatam. 1277 d,2. participatam. 1281. d, 9 præceperant. 1290. a, 10. crederet iacentem. 1692 c, 10. ἀρχαῖον 1292. d,4. illos qui. 5. D. qui 1294 a, 1. quantam. 1298. b.6 ἀληθῶς. 1298. c, 13. Arinthei. 1302. d,3. lamentabili. 1304. c,1. induat. 1304 d,18. suis. 1305. 12. ἀσκέπτως. 1307 a,15. firmitas. 1323. c, 3. Οἰκονομία ibid. 4. ἐπειδὴ ἐστι. c,5 ἐπιχειρεῖς. 1529. a,2 procuret. 1339. a,2. τῶν ἐλλειπόντων. 1340 b,19. carpitos. 1342. d,13 Euripidi. 1544. b, 2 Suetonius. 1546. a,6 princeps. 1146. c,1. matrimonij. 1347. c, 13. coniux. 1353. a,9 optimæ. 1354. d, 1. leue 1370. b,8. volans. 1370. d, M. periurum. 1373. a,3. D. quis. 1379. b, M. princeps 1382. c,1. parma. 1389. c, 4. institutum. 1404. d, M. deuotionem. 1409. a, M. facie 1438. b,5. prostibulum mali. 1439. c,5. centena sestertia. 1444. a,14. irrumpit. 1445. d,4 quod. 1443 d,13. quale. 1446 c,4. formula. 1446. c,5. illa. 1455. a,1. amicè potius. 1458 b,16. ciuitatis. 1456 a,9. ἄρχοντες ἐστι, 10 ἀρχαίων. M, μετὰ. 1471. d,6. ethnicumque. 1485 a,13. ὕστερα. 1485. a,14. πάντων. Ibid. κατὰ ἐφ. 1498. d, 1. protelentur. 1517. d, M. omnis. 1577. b, 3. mitis. 1579. c,6. consequeretur. 1580. c,1. quas. a,1580. c,16. conciliare. 1597 a,15. præcipio. 1598. d,2. Hugone. 1599. b, 13. tertiæ. 1613, b. 3. ἰσχυρός. 1618. a, 9. fulcire. 1621. d,5 Syagrio. 1641. a,16. se. 1650. a. 11. χειμῶνα δόξα c,4. nesciens. 1658. a,5. confessionem 1663 d, M societa. 1684. c, 16. opem. 1694. b,3. πρῶτος. 1707. a,3. coacti. 1716. a, 18 tactum. 1616 a, M. calamitates. 1717. c, 6. affici. 1725 c,9. suus. 1725. a, M. qua. 1736. a,6. quæ. 1749 c, 10. Æthetream. 1753. b,17. operibus. 1734 b, M. gloriæ. 1778 a,4. aequam. 1784. b,13. eam. 1785. b,16. deserant. 1794. d,17. sibila colla 1807 a,8. incedentem. 1808. b,13. transformat. 1816 a,4. ea. 1819. d, M. quam ibid opprimenda. 1823. c,4. reuertere. 1824. b, 17. σῶμα. 1841. d,14. Apostolicis 1843. c,6. faciat. 1870. c, M. decet. 1870. d,18. eam. 1877. a, 14. longius. 1877. c,1. prospiciendum. 1917. b,14. induti loricam. 1948. c,7 splendidissimæ. 1949. a,8 inimicus. 1961. b,6. Antesignanur 1965. d,7 prosperitatibus. 1976 b, 3. Babyloniæ. 1986. b,15. mereantur. 1986 a,9. saluas. 1986 d, 12. insultantes. 1990. d,8 præualebit. 2002. c, 3. attetti. 2005. c.1. referentur 2007. b,6. συγχαίρονται. 2009. b, M Dei. ibid. lædere 2011 b,13. tecta. 2013. b, 6. nullo. 2022. b, 16. consilium. 2022. c, concinnè. 2032. d,18. os. 2043. a,3, amplius. 2045. c,11. principes. 2052 d, 13. M. D in 6060. d,2. ἀδιακρίτως. 2077. a, fretudo. 2082. c,15 fideles. 2087. b,5. Apostolorum 2101 b,10 &c M Omnia mala diuisio à Deo & regno eius parit. 2101. d,6 à Christo. 2114. d,9. delictis. 2119. d,3. infœlicissima. 2122. c, fæces. 2127 c,7 propter. 2134. a. Smyrnaque. 2147. a, 17 Anglorum. 2154. a, 6. Schismataque pestes. 2160. d, 9. blandirentur. 2161. b,16 curs. 2168. d, M, ad sanandum. 2172. b, M. fingi. 2175. a,5. diuisionis. 2198. c,2. animola. 2198. c, M. Spartianus. 2202. d, 5, victoria. 2228. a, 11. Hai. 2236 d,6. molesti. 2242. a,11. decet. 2242. d,5. amplitudinem. 2250. b,16. delatum. 2263 b,4 vetustissimus. 2296. c, illam. 2337. d,5. desudaret. 2308. b,1. mandato. 2378. b,5. Parisiensis 2388. b, M. non subiicitur. 2405. 6,27 monstra. 2413. b, 7 principium. 2454 c,12. M. adde principatum. 2436. c,3. putent 2441. a,4. adhibita, in fine 111. lib. 9. loco. 4 pone sca. 2494. d,1. cedentibus. 2503. a,1. subiungens. 2523 a,1. conspectu. 2521. a,15. cui. 2528 a,14. decet. ibid. decet. 2532. a, 6. fine. 2534. a,1. circumseptum. 2538 a,17 æstuantis. 2540. a, 8. Ecclesiam. 2541. d, 20. suscipiendum. 2543. a, 16. temporalis. 2550. d,10. Constantinopolitani. 2561. a, 1. cogitans. 2564. a,17. Iustitiam. ibid. d, obsidebat 2573. c,9. amplectebantur. 2585. d,2. prouocationis. 2586. d,8. vocari, Ibid. 9. honorem. 6603. a, 9. aures. 2608. b, 14. vrdiar. 2612. b, 11. grauidando. 2616. c, 3. posuit.